Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΜΑΡΚΟΥ
ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ
ΒΙΒΛΙΑ ιβ'.

MARCI
ANTONINI
IMPERATORIS
de rebus ſuis, *ſive* de eis qæ ad ſe *pertinere cenſebat*,
Libri XII.

Locis haud paucis repurgati, ſuppleti, reſtituti:

Verſione inſuper *Latinâ* novâ; *Lectionibus* item *variis*, *Locísque parallelis*, ad marginem adjectis;

Ac *Commentario perpetuo*, explicati atqe illuſtrati;

Studio operâqe

THOMÆ GATAKERI.

Adduntur etiam

MERICI CASAVBONI
In
MARCUM ANTONINUM
NOTÆ,

cum Indicibus tum Avtorum citatorum, explicatorum, emendatorum, illuſtratorum, tum rerum & verborum copioſiſſimis, locupletiſſimis, certiſſimis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Apud { FRANCISCUM HALMAM, GUILIELMUM vande WATER, ANTONIUM SCHOUTEN. } Bibliopolas.

Anno Domini M DC XCVII.

Viris eruditione pariter ac pietate præſtantiſſimis
amicísqe ſibi conjunctiſſimis,

In Academia

CANTABRIGIENSI

ad Sacroſanctæ Theologiæ Doctoratûs gradum evectis;

D. ANTONIO TUCKNEY,

Coll. Emmanuelis,

D. JOHANNI ARROWSMITH,

Coll. S. Joannis,

D. THOMÆ HILL,

Coll. S. Trinitatis

Præfectis;

Operis hujus edendi Avtoribus & Promotoribus præcipuis;

In animi benevoli gratíqe teſtimonium, ac monumentum,

Id ipſum, qicqid eſt, jure merito inſcribit dedicátqe

THOMAS GATAKERUS,

In Academia eadem Collegii qondam *Joannenſis* alumnus, *Sidnejenſis* Socius.

PRÆLOQIUM,

In qo de Diſciplina Stoica, cum Sectis aliis, Peripatetica & Academica Vetere, Epicurea verò præcipuè collata; déqe eorum, qi hanc ſecuti ſunt, qæ ſuperſunt, Senecæ, Epicteti, Marci noſtri cumprimis, ſcriptis diſſeritur: Operísqe hujus totius ratio atqe inſtitutum exponitur.

SToicam *Diſciplinam*, præ cæteris Philoſophorum priſcorum Sectis ad dogma Chriſtianum proximè acceſſiſſe, è noſtris qi cenſuerint, non deſunt. Et Joſephus qidem Judæus, ubi *vitæ ſuæ* rationem denarrat, de *Phariſæorum*, qam apud ſuos αἵρεσιν ἀκριβεςάτην, *hæreſin exqiſitiſſimam*, fuiſſe [a] Pavlus pronunciat, qámqe horum uterqe, & Joſephus & Pavlus, aliqando ſectatus fuerat; [b] ἡ Φαρισαίων, inqit, αἵρεσις παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στωικῇ λεγομένη. *Phariſæorum Secta ei eſt affinis, qæ Græcis Stoica nuncupatur.* Hieronymus verò noſter verbis planè diſertis; [c] *Stoici*, inqit, *noſtro dogmati in pleriſqe concordant.* Et in multis qidem convenire, ambigi non poteſt, ſi qis inſtituti utriuſqe περὶ τῶν πραχτέων, *de iis qæ facienda ſunt*, regulas legésqe ſecum invicem contulerit: in pluribus etiam, opinor, qàm Secta alia ulla; qum nulla, credo, comperta ſit, qæ pietatis ac virtutis ſtudium exercitiúmqe avt pluris faciat, avt altiùs evehat, avt fortiùs ſpiret, avt acriùs urgeat, avt penitiùs inculcet, avt enixiùs provehat.

Hoc qo clariùs eluceſcat, de Sectis eminentioribus qibuſdam cum iſta collatis videbitur. Atqe hîc mitto Pythagoræ, [d] myſticam an magicam dixerim, diſciplinam, cujus rudera duntaxat & λείψανα disjecta jam ſuperſunt. *Avreum* enim *carmen*, qod hujus nomine proſtat, ejuſdem eſſe notæ cenſent eruditi cum Phocylidæ *Monitorio*; ſuppoſititium utrumqe. Sed nec in ullo numero habendam exiſtimem, avt Cynicorum affectatam illuviem, fœdáqe in propatulo etiam perpetrata [e] χειροργήματα; (qos [f] *à Stoicis tunicâ tantùm diſtare*, havd ritè pronunciaſſe videtur Satyricus, qum illi [g] obſcœnitates iſtiuſmodi, ſordéſqe etiam, [h] tamqam à naturâ humanâ alienas, ſint averſati:) avt Academiæ etiam Novæ ἀκαταληψίαν, qæ cùm ſenſibus tam externis qàm & internis fidem omnem detrahat, [i] mentísqe pariter atqe corporis oculos penitus revellat, hominem nec rationis particeps eſſe animal patitur.

Ad illos accedo, qi Philoſophiam nobis excultiorem dederunt, Scholásqe freqentiores, ampliores, illuſtriores habuerunt. Ex his ſunt, qi è Platonis Gymnaſio prodiêre, *Academici Veteres*, & Peripatetici: qos, qia [k] *nominibus* ſolis *locísqe* (cùm *Academiam* alteri, *Lycæum* alteri tenerent) à ſe invicem *diviſi*, *rebus* interim *conveniebant*, unà junxiſſe, compendio dabitur. Inter iſtos cumprimis emicuit Ariſtoteles. Is in ſcientiis diſciplinísqe omne genus tradendis, *Logicâ*, *Rhetoricâ*, *Poëticâ*, *Politicâ*,

[a] Pavlus apud Lucam, *Act.* 26. 5.

[b] Joſephus in *Vita ſua*, *de Bello Judaic.* libris *ſubjuncta*.

[c] *In Eſajam Comment. cap.* 11.

[d] Videatur *Pythagoræ Vita*, apud Laert. l. 8. & ab Jamblico conſcripta, *cap.* 13, 14. 23, 24. nec non *Jamblichi vita*, apud Evnap. in *Vit. Sophiſt.*

[e] De qo videri poterit, nî pudor prohibeat, Dio Pruſæus *Orat.* 6. in *Diogen.* ſive, *de Tyran.* & Laert. *l.* 6. in *Diogen.* qo loco vim vocabuli non aſſecutum Ambroſium Camaldunum interpretem, non eſt mirum, qum H. Stephanus præterierit.

[f] Juvenal. *Sat.* 13.

[g] Proinde Zeno αἰδήμων πρὸς τὴν κυνικὴν ἀναισχυντίαν, *verecundior, qam ut ſe ad impudentiam cynicam conferre poſſet*, à Cratete defecit. Laert. *l.* 7. *c.* 4.

[h] Τὸ καθάρσιον πάντως ἐν τῇ φύσει ἔ ἀνθρώπε φιλέχεται. καὶ εἴ τινι ἄλλῳ, καὶ τούτῳ τῷ ζώων χωρίζεται. *Munditiem utiqe naturâ humanâ comprehendi; &, ſi qâ re aliâ, iſtâ certe a brutis eam ſeparari.* Epictetus *Diſſert.* l. 4. & per totum *cap.* 11. qod his verbis clavditur, Πᾶσα ἐκτροπὴ ἀπό τινος ἀνθρωπικῆ γίνεται. αὕτη δ' ἐγγὺς ἐστι τῷ μὴ ἀνθρωπικὴ εἶναι. *Omnis exorbitatio recedit ab humanitate: iſta vero parum abeſt qin humana non ſit. Naturâ homo mundum & elegans animal eſt.* Senec. *Epiſt.* 92.

[i] Epictet. *Diſſert. l.* 1. *c.* 5. & *l.* 2. *c.* 20. & Senec. *ad Lucil. Ep.* 88.

[k] Cicer. *Academ. l.* 1.

Oeconomicâ, *Ethicâ*, *Phyſiologiâ*[l], ad [m] miraculum uſqe tantum præſtitit, ut plus illi hac in parte totus eruditionis humanioris circulus debeat, [n] qàm priſcorum, non dico uni alteri alicui, ſed eis, qorum ſaltem ad ætatem hanc ſcripta perennârunt, etiam univerſis. Nam qòd * *Platonem* hujus Magiſtrum, familiæqe illius utriuſqe parentem, *excipere* ſolent, qi huic alioqi primas deferunt; havd advertiſſe ſatìs videntur, Platonem non tam in diſciplinis tradendis, qàm in ſui temporis ° Sophiſtis, ſub perſona Socratis, defricandis, ludendis, traducendis, refellendis, horum phaleris detrahendis, fucis detergendis, tricis exolvendis, operam maxima ex parte collocâſſe. Unde natum, ut in *Dialogis* pleriſqe, per anfractuoſas diſceptationum ambages, artificio ſingulari ſibi invicem implicatas & innexas, in immenſum ferme protractâ diſſertationis ſerie, veri certiqe ſitiens lector, niſi qòd dictionis amœnitate, inventionis varietate, ſtructuræqe elegantiâ, qæ feſſum interim reficiant, dum delinitus detinetur, logis longis ac laciniosis penè delaſſatus, cùm [p] qod pro certo ſtatuatur nihil occurrat, in qo pedem figat, nec jam animi pendens, opinatione dubitationéqe omni depoſitâ, firmus conſiſtat, ac ſecurus acqieſcat, vix avt nè vix qidem tandem deprehendere qeat.

Ariſtotelem itaqe ſeligemus, qi in eis, qæ ad mores formandos, vitæqe rationem ritè inſtituendam pertinent, (de his enim jam agimus) reliqorum nomine ſententiam ferat. Is poſt Platonem, cum agmine utroqe dicto, in tres claſſes *Bona* diſpeſcit univerſa, *animi*, *corporis*, & qæ *extra horum utrumqe* conſiſtunt, vitæ hujus adminicula. Qamvis avtem *animi bona præſtantiſſima* eſſe cenſeat, & *per ſe* maximè eſſe *expetenda* concedat; tanti tamen poſteriora duo iſta facit, tantúmqe [q] ad ſortem beatam conſtituendam momenti viriúmqe eis tribuit, ut [r] virum virtute licèt universâ inſtructum, ſed alteris illis orbatum ac deſtitutum, *beatorum* numero eximat, præſertim [f] ſi in adverſa graviora, calamitatéſqe inſigniores inciderit; iſta ſiqidem, ubi incurſaverint, *beatitudinem*, qanqam [t] *mutatu havd facilem*, [v] *intercidere* tamen, *abrumpere* & *corrumpere* prorſus.

At Stoici, adeò nihil hanc in partem efficaciæ corporeis externíſqe iſtis permittebant, ut præ animi illis nec in *bonorum malorúmve* cenſu collocanda cenſerent; ſed pro rebus *mediis* prorſus haberent, qæ in nevtram partem momenti multum conferrent: cùm [a] *nihil bonum* ſtatuerent, *niſi qod pium*, *juſtum*, *humanum*, *honeſtum foret*; *nihil malum*, *niſi qod im-*

[l] *Muſicam*, *Mathematicam*, *Medicam* non adjicio, qia perîſſe videntur, qæ de his ſcripſiſſe diſcimus ex Laërtii laterculo: ſed nec Metaphyſicam, qia nomen priſcis illis ignotum; aliúdqe planè ſonat τὰ μετὰ τὰ φυσικά.

[m] *Talem eſſe unum hominem miraculoſum eſt potiùs, qàm humanum.* Averroës in *Proœm. Phyſic.*

[n] *Ariſtoteles meo judicio in Philoſophia prope ſingularis.* Cicer. *Academ. l.* 4.

* *Ariſtoteles, excepto Platone, Philoſophorum princeps.* Cicer. *de finib. lib.* 1. *Ariſtoteles longè omnibus* (*Platonem ſemper excipio*) *præſtans ingenio & diligentiâ.* Idem *Tuſculan. lib.* 1.

° *Sophiſtas è Platone intelligimus luſos à Socrate.* Cicer. *de finib. lib.* 2.

[p] *Platonis in libris nihil affirmatur; & dum in utramqe partem multa diſſeruntur, de omnibus qæritur, nihil certi dicitur.* Cicer. Academ. *lib.* 1.

[q] Τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συντίθεμθν. *Ex multis bonis felicitatem conſtare comprobatur.* Ariſt. *Ethic. Magn. l.* 1. *c.* 2. Προσδεῖται γὰρ ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώμαλι ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐκτὸς, καὶ τῆ τύχης. *Beatus deſiderat & corporis externa bona & fortunam.* Idem *Ethic. Evdem. l.* 6. *c.* 13. *Multi & magni Philoſophi hæc ultima bonorum juncta faciunt; ut Ariſtoteles, qi virtutis uſum cum vitæ perfecta proſperitate conjunxit.* Cic. *de fin. l.* 2.

[r] Ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν οὐκ ἐνδέχεται εὐδαίμονα εἶναι. *Abſqe externis bonis felicem eſſe non contingit.* Ariſt. *Eth. Magn. l.* 2. *c.* 8.

[f] Οὐ μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ. *Beatus non erit, ſi in Priami calamitates inciderit.* Ariſt. *Eth. Nicom. l.* 1. *c.* 11. Οἱ δὲ τροχιζόμενον καὶ εἰς δυσυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα εὐδαίμονα εἶναι φάσκοντες, ἐὰν ἧ ἀγαθὸς, ὑδὲν λέγουσι. *Qi avtem ei, qi in rota crucietur, & qi maximis calamitatibus afficiatur, beato eſſe licere dicunt, modo vir bonus ſit, nihil dicunt.* Idem *Eth. Evdem.* 6. 13.

[t] Οὐκ εὐμετάβολον. *Mutatu havd facilis.* Ariſt. *Eth. Eudem.* 6. 14.

[v] Θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον. *Premunt ac ladunt beatitudinem.* Idem *Eth. Nicom. l.* 1. *c.* 11.

[a] Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶναι. τὰ δὲ κακά. τὰ δὲ ὐδέτερα. ἀγαθὰ μὲν τὰς ἀρετὰς. κακὰ δὲ τὰ ἐναντία. ὐδέτερα δὲ, ἃ μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει, οἷον ζωὴ, ὑγεία, ἡδονὴ, κάλλος, ἰσχὺς, πλοῦτος, δόξα, εὐγένεια. *Eorum qæ ſunt alia ſunt bona, alia mala, alia neutra. Bona qidem virtutes eſſe. Mala his oppoſita vitia. Neutra vero, qæ neqe proſunt, neqe obſunt: ut eſt vita, ſanitas, voluptas, pulcritudo, vires, opes, gloria, nobilitas.* Laërt. *l.* 7. *c.* 102. *Zenon.* Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν, οἶδεν ἡ βάρβαρος φιλοσοφία. *Solum eſſe bonum id, qod eſt honeſtum, novit barbara philoſophia.* Clemens Alex. *Strom. l.* 5. *pag.* 595. A. Mox poſt nonnulla ejuſdem notæ interjecta, ταῦτα θρυλλοῦσιν οἱ Στωικοὶ. *Hæc vulgo jactant Stoici. Unum bonum eſt, qod honeſtum eſt: cætera falſa & adulterina bona ſunt.* Sen. *Epiſt.* 71. *Nihil eſt bonum niſi qod honeſtum eſt.* Idem *Epiſt.* 120. Sed & Ambroſ. noſter, idem *ſcripturam aſſerere*, *Offic. l.* 2. *c.* 3. *Media, ſive indifferentia vocamus, qæ nec bona, nec mala, morbum, dolorem, pavpertatem, exilium, mortem.* Sen. *Ep.* 82.

impium, *injuſtum*, *inhumanum*, *inhoneſtum* exiſteret. Proinde *miſerum* eſſe *inſipientem*, *iniquum*, *improbum*, *impium* qemqe, qantumcunqe, qæ aliis habentur, *bonis*, *corporeis exteríſqe inſtructus ſuffultúsqe vitam exegerit*; [b] *beatum* contrà *bonum piúmqe* qemlibet, qantumcunqe *malis*, qæ cæteris reputantur, *obſtrictus divexatúſqe ævum tranſegerit.* Hunc deniqe ſolùm *ſapere*, verè *liberum* eſſe, *ſui compotem*, *numini charum*, *cujus ſub tutelâ curáqe cùm perpetim agat*, ſolùm poſſe [c] *ſecurum maliqe omnis metu immunem* degere, utpote [d] *cui mali nihil avt viventi avt morienti obtingere permiſſurus is ſit*, [e] *cui ipſe regendum ſe totum permiſerit: nec poſſe itaqe fieri, ut vel ſorte beatâ unqam excidat, vel in calamitates ullas ejuſmodi incidat, qæ beatitudinem incidendo miſerum faciant.* Et hæc qidem fuêre Stoicorum dogmata, in qibus qatenus tam Peripateticos, qàm & Academicos veteres tranſcendebant, eò ad regulam populo Chriſtiano præſcriptam illis utriſqe propiùs utiqe acceſſerunt.

Etiamſi avtem concedere neqeam, qod poſt [f] Antiochum [g] Cicero, poſt Ciceronem [h] Avguſtinus, ab iſtis illos *vocabulis* tantùm *diſcrepantes rebus* interim *conveniſſe*, cùm hoc apud [i] Ciceronem Cato nervosè ac luculenter ſatìs refellere videatur; nolim tamen diffiteri, qod Orator celeberrimus ille, [k] *honeſtum* ſaltem *inter hos certamen* fuiſſe, cùm *omnis* eſſet *de Virtutis dignitate contentio*; hoc tantùm intereſſet, qòd partes *primas* alteri, alteri *totas* integrásqe *Virtuti* concederent. Cæterùm Epicuri hortulos cum Zenonis porticu, *Voluptatis* Magiſtros cum *Virtutis* patronis, molles cum rigidis, diſcinctos & diſſolutos cum altè cinctis, arctè ſtrictis committi & in certamen deſcendere, [l] indigniſſimum planè videtur, & à ratione omni alienum non immeritò habeatur. Nec defuere tamen iſtud qi tentarent: idqe, qod mirum magìs minúſqe ferendum, ex eis etiam, qi Stoicis nomen dederant, horum ſaltem in claſſe locum ambiebant. Sed qid in hunc ſenſum proferatur, avdiamus, ab eo qi Stoicus ipſe haberi volebat.

[m] *Non eſt*, inqit, *qòd putes magnum*, *in qo diſſidemus.* Exiguum ſcilicet ſpatiolum interjectum fuerat, qod utroſqe à ſe invicem diſpeſceret, cùm *Virtuti* illi *totum* deferrent, *Voluptatem* iſti pro *bono* vel *ſummo*, vel *ſolo* etiam haberent.

Sed, [n] *Qam*, inqit, *Virtuti legem dicimus*, *ille dicit voluptati.* At Stoici *Virtuti legem non dicunt*, *à Virtutis norma legem accipiunt* ipſi. Nec ſi eadem ſuis qæ & illi in nonnullis præcipiunt, ideo non longè à ſe invicem diviſi exiſtunt. Ecqis *Medicum* à *Philoſopho* non diſtare multùm dixerit? Eadem tamen ſuis in victu vitáqe communi præcipiunt iſti, præſcribunt illi. Medicorum principem & parentem avdiamus. [o] Πόνοι, inqit, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια. πάντα μέτρια. *Labores*, *eſcæ*, *potiones*, *ſomni*, *venerea*; *moderata ſunto omnia.* Ecqid aliud Philoſophus, ſive Stoicus, ſive Epicureus etiam, ſive

[b] *Virtus ad vitam beatam per ſe ipſa ſatis eſt.* [Hac prædito] *adjice cacitatem*, *debilitatem*, *dolores continuos & graves*, *non ſit miſer*, *Qem tam multa mala in miſeram vitam non transferunt*, *nec ex beata qidem educunt.* Sen. *Epiſt.* 91.

[c] Διὰ τί γὰρ φοβηθήσεταί τι τῶν γινομένων ἐν ἀνθρώποις; ἀλλὰ θεὸς μὲν ἡ Καίσαρος συγγένεια ἱκανὴ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγοντας, καὶ ἀκαταφρονήτους, καὶ δεδοικότας οὐδ' ὀτιοῦν. τὸ δὲ θεὸν ἔχειν παιητὴν καὶ πατέρα καὶ κηδεμόνα, ἐκ ἡμᾶς ἐξαιρήσεται λυπῶν καὶ φόβων; *Cur qicqam timeas rerum humanarum? Nam cum Cæſaris cognatio ſatis virium habeat, ut in tuto & ſine contemptu vivere poſſimus, ſineqe omni metu: Deum habere avctorem, & patrem, & curatorem, id vero nos triſtitia metuqe liberare non poterit?* Epictet. *Diſſert. l.* 1. *c.* 9.

[d] Ἐν τοῦτο μανοεῖσθαι δεῖ ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτων πράγματα. Socrates apud Plat. in *Apol.* *Pro certiſſimo habeatur, qod dicturus ſum. Nec cuiqam bono qicqam mali evenire poteſt, nec vivo nec mortuo, nec unqam res eorum à Deo negligentur.* Cic. ex Plat. *Tuſcul. l.* 1. & Epictet. *Diſſert. lib.* 3. *c.* 26. ecqid hæc, qàm qæ Salomon Parœm. 1. 33. & Pavlus Rom. 8. 28.

[e] Ἄγε δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη Ὅπῃ ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος. Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος. *Duc me o Jupiter, & tu fatum eo, qo ſum a vobis deſtinatus, ſeqar enim alacriter.* Cleanthes. Ἐπὶ παντὸς ἐυκτέον ταῦτα ἔχειν. *In qovis incepto hæc optanda ſunt.* Epictet. *Enchir. c.* 52. *Diſſ. l.* 3. *c.* 22. *Duc me parens, celsíqe dominator poli, Qocunqe placuit: nulla parendi mora eſt; Aſſum impiger.* Sen. *Epiſt.* 107.

[f] Cicer. *de Deor. Nat. lib.* 1.

[g] Cicer. *de finib. lib.* 4.

[h] Avguſt. *de Civit. Dei lib.* 9. *c.* 4.

[i] Cic. *de fin. lib.* 3.

[k] Cicer. ibid. *lib.* 2.

[l] Χαλεπὸν, ἐλευθέρη γυναικὶ θεὸς πόρνῃ μάχη. *Dura res, matronæ cum meretrice conteſtatio.* Menander apud Cyril. *adverſus Julian. lib.* 7.

[m] Senec. *de Vit. beat. c.* 13.

[n] Senec. *ibid.*

[o] Hippocrates *Epidem. l.* 6. *Sect.* 6. §. 5. & ex Hipp. Galen. *Hortat. c.* 6.

ſive alius qilibet? ſed aliis planè rationibus, & diverſis prorſus, ſinguli. [p] *Finem* ajunt, *dare appellationem, & in re ethica formæ rationem habere.* Iſtic ergò verè uſurpatur, qod diverbio vulgari dicitur,

[q] Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
Fines Myſorum ſunt Phrygúmqe diſſiti.

nec ſecus [r] *Medici & Philoſophi, Epicurei & Stoici* fines ſunt diviſi. Medicus ſiqidem valetudini proſpicit, nè in morbum mutet; Epicureus voluptati, nè in dolorem vertat; Stoicus virtuti, nè à tramite iſtius vel tantillum declinando, in vitium protinus proruatur. Toto deniqe, qod ajunt, cœlo à ſe invicem ſunt diſſiti, qorum alteri *Virtutem*, tanqam Reginam legitimam, Principem juſtam, cui cætera concedant omnia, in faſtigio ſummo collocant; *Voluptatem* huic vix in famulitium etiam admittunt, qæ vel ad pedes ſubſerviat, vel à tergo ſubſeqatur; alteri *Virtuti* de Principatu dejectæ *Voluptatem* ſubſtituunt, [f] cui in ſolio regali ſedenti, ancillulæ inſtar, aſtet illa, hoc duntaxat officium ſuum ducens, Dominam in avrem admonere, caveat, ne qid perficiat, à qo dolor aliqis oriatur.

Sed, [t] *ſancta*, inqit, & *recta præcipit Epicurus;* imò *rigida* & *triſtia*, *fortia* etiam, *ſi propiùs acceſſeris.*

Et propiùs igitur accedamus, qò penitius & accuratiùs introſpiciamus. ídqe eò lubentiùs, qia [v] multos monet Orator hac offuciâ allectos Epicureas partes ſeqi, qia *recta & honeſta* ipſum plurimùm facere putant.

Sancta ergò ſcilicet præcipit is, cui [x] *numen rerum humanarum curam nullam planè gerit.* cui [y] πρᾶγμα ὁ Θεὸς, ὅτε αὐτὸς ἔχει, ὅτε ἄλλοις παρέχει. [z] *negotii qicqam Deus nec ipſe habet, nec alteri exhibet.* qod impii illi olim fœcibus ſuis immerſi infixiqe Judæi, [a] *Deus nec beneficio nec maleficio qenqam eſt affecturus;* [b] *nec propitius eſſe, nec iraſci cuiqam poteſt.* qi deniqe, utì gloriantur aſſeclæ ipſius, [c] *primus adverſus numen cœleſte oculos attollere* eſt *avſus*, [d] *omniemqe funditus* (qantùm in ipſo fuerat) *religionem ſuſtulit.*

Recta verò ab eis qænam, avt qorſum qis expectet? *qi* [e] *amicitiam, fidem, juſtitiam, virtutem ullam, niſi* [f] *proprii vel emolumenti, vel oblectamenti intuitu, nec colant, nec colendam cenſeant;* (*cùm* [g] *nihil horum per ſe bonum, ſuiqe cavſsâ expetendum exiſtiment;*) *qi* [h] *honeſtum ipſum inanem ſine re ſubjecta ſonum, nec tam ſolidum, qàm ſplendidum nomen pronunciant; qin* [i] *nec flagitio, facinore, ſcelere ullo, qod voluptatem conciliet, lucellúmve pariat, propter ſe abſtinendum ſtatuunt,* (*cùm* [k] *hujusmodi nihil ex ſe malum reputent*) *niſi ſupplicii,* [l] *damni, mali alicujus inſecuturi metu coërceantur; nec à numine hoc* (*à qo iram vindictámve ob iſtiusmodi qicqam, vel expectare, vel formidare vanitatis & ſuperſtitionis nomine, non damnant tantùm, verùm etiam deridenᵗ*) *ſed* [m] *ab hominum conſcientia, qi ab iniqa & ſceleſta perpe-*

[p] Ὁρίζειν ἕκαστον τῷ πέλει. Ariſtoteles *Ethit. l. 3. c. 7.*

[q] Strabo *Geogr. l. 12.*

[r] Χωρὶς τὰ φιλοσόφων καὶ ἰατρῶν, ὥσπερ πέρατα Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. *Diſtincta eſſe philoſophica à medicis: perinde ac ſi de limitibus Myſorum ac Phrygum ſtatuendis ageretur.* Plutarchus *de valetud. præcept. pag.* 122. C. qod idem de *Vatibus* & *Philoſophis* uſurpavit Damaſcius in *Vit. Iſidori*, à Svida adductus, qem ex Photio alibi reſtitutum damus.

[f] Videatur Cleanthis pictura apud Cicer. *de fin. lib. 2.*

[t] Seneca *ubi ſuprà Epiſt.* 33. & alibi.

[v] Cicero *de fin. l. 1.*

[x] *Semota à rebus noſtris, ſejunctáqe longè;*
Nec bene pro meritis capitur, neqe tangitur irâ.
Lucret. *l. 1.*

[y] Seneca. Ἀπερίλυπον. Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, ὅτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, ὅτε ἄλλῳ παρέχει. ὥστε ὅτε ὀργαῖς, ὅτε χάρισι συνέχεται. *Qod beatum atqe immortale eſt, neqe ipſum negotia habet, neqe alii præbet: qo fit, ut neqe ira, neqe gratia tangatur.* Epicur. apud Laërt. *lib. 10. c. 139.*

[z] Cicer. *de Nat. Deor. lib. 1.*

[a] Zeph. 1. 12.

[b] Cicer. *in Piſon.*

[c] Lucret. *de Rer. Nat. lib. 1.*

[d] Cicer. *de Nat. Deor. l. 1.*

[e] *Qia hac benevolentiam conciliant, & qod aptiſſimum eſt ad qietè vivendum, caritatem.* Torqat. apud Cic. *de fin. l. 1.*

[f] *Qia tutiorem vitam & voluptatem efficiunt pleniorem.* Idem *ibid.*

[g] Nè juſtitiam qidem rectè qis dixerit per ſeipſam optabilem; ſed qia jucunditatem afferat. Idem *ib.* Τὰς ἀρετὰς δι' ἣν ἡδονὴν αἱρεῖσθαι, ἐ δι' αὐτάς. *Virtutes voluptatis cavſſâ eligere, non propter ſe.* Epicur. apud Laërt. *lib. 10. c. 138. Nihil juſtum eſſe naturâ, & crimina vitanda eſſe, qia metus vitari non poſſit.* Sen. *Ep. 97.*

[h] Torq. *ubi ſup.*

[i] *Nihil tam turpe, qod hominum conſcientiâ remotâ non facturus videatur.* Cic. *de fin. lib. 2.* Vide Sen. *ſup.*

[k] Ἡ ἀδικία ἐ καθ' ἑαυτὴν κακόν. ἀλλ' ἐν τῷ διὰ τὴ ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶ πιστῶν ἐφεστήκοτας κολάσεις. *Injuria per ſe malum non eſt, verum ob ſuſpicionis metum, qod latere neqeat eos, qi hujuſmodi ſunt injuſtitiæ conſtituti vindices.* Epicur. apud Laërt. *l. 10. c. 150.*

[l] Plus hinc *in ipſa injuria detrimenti eſt, qàm in eis rebus emolumenti, qæ injuriâ patiuntur.* Torqat. *ubi ſup.*

[m] Οὐκ ἔστι τὸ λάθρᾳ τι ποιοῦντα πιστεύειν ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ὑπὸ δ παρόντος λανθάνῃ. μέχρι γὰ καταστροφῆς ἄδηλον εἰ καὶ λήσει. *Non credat is, qi clam aliqid facit latere poſſe, etſi*

petrantibus pœnas exigere, ac vindictam ſumere, ſive pro avtoritate publica, ſive pro viribus privatis valent; hos avtem n *latendi fiducia nulla poſſit unqam haberi.*

Sed pergamus, & *rigida* ac *triſtia* iſta Epicurea videamus, ut° *imperitorum ſcilicet errore ſublato*, ex horum patrono intelligamus, *ea qæ voluptuaria, delicata, mollis habetur diſciplina, qàm gravis, qàm continens, qàm ſevera ſit.* p Epicurus ergò ipſe τὰς ἀκολάστους καὶ ἀσώτους caſtigat & damnat, qi *voluptatis ſpecie objectâ allecti, præſentium deliciarum blanditiis deliniti, cupiditatéqe enormi corrupti & occæcati, luxuriis ac libidinibus conſtringendos ſe temerè tradunt, nec qid porrò eventurum ſit, qos morbos, qos dolores excepturi ſint, provident.*

Verùm qo fundamento iſtos reprehendat, extrema hæc ſatis liqidò produnt. q *Luxuriam* utiqe *ſeverus* iſte, *per ſe, avt propter ſe reprehendendam non putat*: ſiqidem r *Voluptas omnis*, inqit, *bonum eſt*: (ita nec ex turpiſſima re ulla perceptam excludit) Et, ſ *ſi ea*, inqit, *qæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum & mortis & doloris metu, docerémtqe, qi eſſent fines cupiditatum, nihil eſſet eorum qod reprehenderem; cùm undiqe complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte avt dolens, avt ægrum, avt malum.* Ità nec luxurioſos ob eam cavſſam reprehendit, qia luxuriosè vivant; probat potiùs ac collavdat, qia voluptatibus omni ex parte complentur; modò cætera caveant, qorum primum qidem & præcipuum eſt, ut omnem numinis è mentibus metum excutiant. Qâ ergò ratione caſtigat aſotos iſtos damnátqe Epicurus? qia utiqe t *Voluptates*, qas immodicè ſectantur iſti, *Voluptatem* ipſam *multis modis conturbant & corrumpunt*, dum iſtis procurandis & proſeqendis, v *in morbos graves, in damna, in dedecora incurrunt, ſæpe etiam legum judiciorúmqe pœnis obligantur.* Hæc ſcilicet *rigida*, hæc *ſevera*, hæc *triſtia* ſunt, qæ ſuis præcipit Epicurus. Voluptatibus vel fœdiſſimis, vel obſcœniſſimis indulgeant, totóſqe ſe dedant, concedit; caveant duntaxat, nè uſu an abuſu immodico, vel morbum contrahant, vel facultates profundant, vel infamiam attrahant, vel legibus indicta in ſe arceſſant ſupplicia.

Sed temperantes, ſobrii, bonæqe frugis fuiſſe referuntur, ex eis, qi *Voluptatis* tamen *patroni* ac *magiſtri extitêre*, eámqe pro *bono ſummo* habuerunt. Gloriatur utiqe Epicurus ipſe, *aſſe non toto ſe paſci; Metrodorum, qi nondum tantùm profecerit, toto.* y *diffluere ſe corpuſculi voluptate profitetur, aqâ & pane veſcentem, epuláſqe ſumptu magno comparatas deſpicere ac deſpuere: z aqam & polentam ſi habuerit, Jovi ipſi de felicitate controverſiam facturum: a ſummam enim iſta voluptatem exhibere, ubi indigentiâ affectus ea qis ſumpſerit,* b *nec minorem voluptatem ex victu tenuiſſimo, & contemptiſſimis eſcis & potionibus percipi, qàm ex rebus ad epulandum exqiſitiſſimis, ubi qicqid dolorem creat, eis ſublatum fuerit.*

Et Evdoxo qidem, qi Epicuro prior, de *Voluptate* huic gemina tenuiſſe & tradidiſſe videtur, c *temperantiæ & ſobrietatis in victu inſignioris teſtimonium perhibet Ariſtoteles luculentum.*

**

qâ

etſi millies etiam præſenti tempore lateat, ad finem vitæ tamen, incertum eſt an latere poſſit. Epicur. apud Laërt. ibidem. *Eleganter Epicurus, Poteſt nocenti contingere ut lateat, latendi fides non poteſt.* Sen. *Epiſt.* 97.

n *Tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt.* Senec. ipſe ibid.

o Torqat. apud Cicer. *de finib. l.* 1.

p Torqat. *ibid.*

q Torqat. idem *ibid.* & Cicer. *de finib. lib.* 2.

r Πᾶσαν ἡδονὴν ἀγαθόν. Epicur. apud Laërt. *lib.* 10.

ſ Epicur. in κυρίαις δόξαις Cicerone interprete, *de fin. lib.* 2. Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν φθορῶν ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε, οὐ φόβους τε διανοίας, τέλος τε μεταώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν ἂν, οὐκ ἂν πάνυ εἴχομεν ὅπ μεμψαίμεθα αὐτοῖς, πανταχόθεν αἰσθησεμμένοις τὰς ἡδονῶν, καὶ ἀδαμόθεν μήτε τὸ ἀλγεῖν, μήτε τὸ λυπεῖσθαι ἔχοντιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν. *Si qæ luxurioſis efficiunt voluptates, animi ſolverent metus, ex cœleſtibus, ex morte, doloribusqe impendentes: inſuper & terminum cupiditatum docerent, nec haberemus qod in iis reprehenderemus, dum undiqe ſe voluptatibus implerent, ut qi nulla ex parte habituri eſſent, qod avt dolorem, avt animi ægritudinem, hoc eſt, malum, adferret.* Laërt. *lib.* 10. *c.* 142.

t Τὰ λιτῶν ἡδονῶν ποιητικὰ πολυπλασίους ἀπιφέρει τὰς ὀχλήσεις τῶν ἡδονῶν. Epicur. *ibid.*

v Torq. apud Cicer. *de finib. lib.* 1. Senec. *Epiſt.* 18.

y Βρυάζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ, ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος, καὶ προσπτύω ταῖς ὑπὲρ πολυτελείας ἡδοναῖς. Epicur. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

z Ἑλοίμαν ἔχειν καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνίζεσθαι, μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Idem apud eundem, ſed vitiatus, & ſic reſtituendus. qam vocem ἀσεβείας notat Clem. Alex. *Strom. l.* 1. ac ampliùs intendit & extendit Seneca *Epiſt.* 110. *Faciamus*, inqit, *oro te, etiamſi iſta deſuerint. Et ipſe Epiſt.* 25. *Intra hæc qiſqis deſiderium ſuum clavſit, cum ipſo Jove de fœlicitate contendat.*

a Καὶ μάζα καὶ ὕδωρ τίνι ἀκροτάτῳ δίδωσιν ἡδονήν, ἐπεὶ δὲν ἐνδέων ἧς αὐτὸ προσενέγκηται. Epicur. *ibid.*

b Idem apud Ciceron. *de finib. lib.* 2. Οἱ λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν προφέρουσιν, ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ. apud Laërt. *lib.* 10.

c Διαφερόντως ἐδόκει σώφρων εἶναι. *Præcipue temperans eſſe videbatur.* Ariſtot. *Ethic. lib.* 10. *cap.* 2.

qâ etiam d *vitæ ratione fidem dogmati ſuo eſt ampliorem conſecutus; utpote qi* e *non affectu vitioſo, avt partium ſtudio, ſed judicio incorrupto* f *& veritatis vi victus* g *de principatu pro voluptate ſententiam tuliſſet.* de Epicuro verò ambigi non immeritò poteſt; qem Timochares narrat, non *aſſem nec totum*, ſed [b] *minam* integram *in victum diurnum qotidie impendere ſolitum*, ídqe i ipſum alibi de ſe eſſe profeſſum. Aliud itaqe fuiſſe videtur, qod ex uſu communi, aliud qod per exercitium peculiare factitabat. [k] *Certos* utiqe *habebat dies, qibus malignè famem extingveret, viſurus an aliqid deeſſet ex plena & conſummata voluptate, vel qantum deeſſet, & an dignum qod qis magno labore penſaret.* ſive, qibus tanqam l *ad palum exerceretur, nè imparatum fortuna deprehenderet*, & m *ut contra injurias fortunæ inter ejuſdem beneficia firmaretur.* Hoc per intervalla feciſſe videtur, qod Evdoxus forſan jugiter. Victum avtem tenuem ſimplicémqe, qa de cavſſa lavtiori ac multiplici, perpetim uſurpatæ præſertim, præferendam exiſtimet, rationes ab ipſo proditas habemus. Et primò qidem loco, [n] *non ob luxum ipſum avt intemperantiam*, [o] qam *nec propter ſe fugiendam*, utì [p] *nec temperantiam propter ſe expetendam*, definiat; ſed *ob moleſtias graves, qæ indè provenire poſſint.* Qia nimirum ex largiore ac lavtiore victu jugiter habito, ingentes in re familiari excitantur tempeſtates, qibus, dum epulandi modus nullus adhibetur, facultates funditus exhavriuntur, & *patrimonia* integra, qaſi q *pilæ in modum convoluta*, r *ovi ſorbilis inſtar*, ità penitus *deglutiuntur*, ut rerum omnium egeſtas ſumma protinus conſeqatur. Sed in re familiari tantummodo tam gravia iſthinc emergunt, ſed & in corpore ipſo, [f] qod eſt illis *boni maliqe omnis*, qia *voluptatis & doloris*, utì mox videbitur, *ſedes præcipua.* [t] *Conſequntur enim*, inqit, *magni dolores eos, qi voluptatem ratione ſeqi neſciunt:* dum v *qæ deſiderantibus alimenta erant, onera fiunt plenis;* x *multóſqe morbos multa faciunt fercula*; & y *miſerabilior ex cruditatibus qàm ex fame enaſcitur macies;* eæ deniqe crapulam ebrietatémqe ſequntur z *capitis vertigines*, oculorum ſuffuſiones, *cerebri æſtuantis verminationes*, artuum reſolutiones, corporis totius affectus moleſtiſſimi, [a] qos ſi vel præſentiſcerent homines, vel prævíſos haberent, negat ille apud Comicum Græcum, futurum, ut luxui vinolentiæqe, avt toties, avt tantopere indulgerent. Adhæc proſpectum hac ratione volebant, cùm ipſe, tum & ipſius aſſeclæ, *ut* [b] *cùm in ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparâſſet, nunqam expaveſcerent, qod ſæpiùs experti, priùs didicerant, minúſqe moleſtè id perferrent, ſi neceſſitas incideret, cui antè aſſveverant.* Porrò ut experiundo addiſcerent, c *qàm exi-*

d Ἐπιῤῥύοντο οἱ λόγοι, δόξᾳ τ ἧς ἤθους ἀρετήν. *Cujus rationes ob morum virtutem credebantur.* Ibid.

e Οὐχ ὡς φίλῳ τ ἡδονῆς. *Non ut amicus voluptatis.*

f Οὕτως ἔχειν καὶ ἀληθῆ. *Ibid.*

g Συνηγορῆσαι καὶ τ αἰσχίον τῇ ἡδονῇ. *Ibid. lib.* 1. *c.* 12.

h Μνᾶν ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς τ τράπεζαν. Laërt. *l.* 10.

i In *Epiſt. ad Leontium meretriculam, & ad diſciplina ſua obſervantes Mitylenæos philoſophos.*

k Senec. *Epiſt.* 18. ex Epicuri *ad Polyænum Epiſt.*

l Idem *ibid.*

m *Ibid.*

n Οὐ δι' αὐτὰς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἀκολουθοῦντα αὐταῖς δυσχερῆ. *Non tam ipſarum cavſſa, qam ſeqentium ipſas incommodorum.* Epicur. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

o Torqat. apud Cicer. *de finib. lib.* 1.

p Idem *ibid.*

q Σφαῖραν ἀπέδειξε τ πατρῴαν οὐσίαν, ὅτω ἰταμῶς ἅπαντα κατέμασήσατο. *Patrimonium fecit pilam, tanta ingluvie & celeritate abſorpſit omnia.* Alexis *Cnidiâ*, apud Athen. *l.* 4.

r Ὥσπερ ὠόν τις ῥοφῶν; ὅτω σωτροηγύλικε, καὶ ξυνέκυσι. *Ut ſi qis ovum ſorbeat, in rotundam pilula formam redegit & deglutiit.* Nicomach. apud eund. *lib.* 2.

ſ Videantur, qæ apud Cicer. ex Epicuro *de finib. lib.* 2. paulò pòſt exhibentur.

t Torqatus apud Cicer. ex Epicuri ſententia, *de finib. l.* 1.

v Senec. *Epiſt.* 95.

x Idem *ibid.*

y *Ibid.*

z *Ibid.*

a Εἰ δ μεθύσκοιντο πρότερον τὸ κεφαλαῖον
Παρεγενέθ' ἡμῖν, οὐδ' ἂν εἰς οἶνόν ποτε
Προσῆλθον πλεῖον δ μετρίως. νυνὶ δ' ἡ τ
Τιμωρίαν δ' προσδοκῶντες τ μέθης
Ἧξεν, προχείρως οὖν ἀκρατεῖς πίνομεν.
Ante ebrietatem ſi crapula, capitisque gravitas
Invaderet nos, nemo unqam vini
Plus ſibi permitteret, qam qod ſatis eſt: nunc avtem
Qoniam ebrietatis pœnas non ſperamus
Acceſſuras, merum alacriter bibimus.

Alexis *Phryge.* Et in eandem mentem Clearchus *Corimb.*

Ἐν τοῖς μεθυσκομένοις ἑκάστης ἡμέρας,
Ἀλγεῖν συμβαίνει τ κεφαλὴν πρὸ δ πιεῖν
Τὸν ἄκρατον, ἡμῶν οὐδεὶς ἔπινεν ἄν.
Νυνὶ δ πρότερον γε δ πόνου τ ἡδονὴν
Προλαμβάνοντες ὑστερεῖμεν τάγαθοῦ.
Iis qi inebriantur qotidie,
Capitis dolor ſi accedat, priuſqam bibant
Merum, nemo noſtrum unqam biberet.
Nunc avtem qoniam ante illam moleſtiam
Voluptate fruimur, ea fruſtramur utilitate qa in vino eſt.

Habet utrumqe Athenæus in *Dipnoſophiſtis*, hoc *lib.* 14. *p.* 613. B. illud *lib.* 10. *pag.* 429. E.

b Sen. *Epiſt.* 18. Πρὸς τ τύχην ἀφόβως παρασκευάζεται. *Adverſus fortunam parat interritos.* Epicur. apud Laërt. *lib.* 10. *c.* 131.

c Epicur. apud Senec. & Laërt. *ibid.*

exiguum naturæ ſatisfaciat, qantûmqe ex iſtis voluptatis percipi poſſit, d *ubi indigentiâ affectus qis ſumpſerit ea.* Deniqe ut e *ex victu lavtiore voluptas plenior* accreſceret, cùm f *voluptates uſus rarior commendare* atqe g *intendere ſit natus;* freqentior avtem, & continuus magìs multò ſenſum contrà obtundere atqe hebetare conſveverit. ac proinde aſſiduam eſcæ delicatioris uſurpationem h *ſumptûs qàm oblectamenti amplius habere* pronunciant. i Acriores utiqe ad res placitas intermiſſas revertimur: eſuíqe k *lenocinium* eſt *antecedens* eſuries, ut liberationis *muneri metus.* l *Cibi* itaqe *condimentum famem* Socrates dicebat, *potionis ſitim.* qemadmodum avtem ille m *ad cœnam veſpertinam famem ſe obſonare* ajebat *ambulando:* Epicurus itidem n *ad epulas* inſecuturas *appetitum vehementiorem,* o *famem maligniùs extingvendo, avcupabatur,* qò amplior ex lavtitiis haberetur voluptas. Cæterùm ad virtutem veram, lavdémqe juſtam nihil habet momenti, qicqid non honeſti cavſsâ, ſed vel lubentiæ ampliori conciliandæ, vel moleſtiæ majori amoliendæ ſuſcipitur.

Ità *rigida, ſevera, triſtia* vidimus; *fortia* videamus. *Fortis,* inqit, eſt Epicurus, *& fortia* loqitur: p *fortis, licèt manuleatus; fortis, ſed ſtolâ indutus.* Ecqa re fortis? Qia non prudenter tantùm, ſed & fortiter agit. Etiamſi enim q *Voluptatem omnem in ſe bonum, dolorem omnem in ſe malum* cenſeat; r *bono* tamen *qandóqe tanqam malo utitur, & malo* viciſſim *tanqam bono;* f prout expedire *vel non expedire viſum fuerit,* t *ſiqidem & voluptatibus qibuſdam qandóqe ſe abſtinet, ob moleſtias, qas admiſſæ eſſent parituræ;* v *& labores doloréſqe graviores etiam ac diuturnos nonnunqam ſponte lubénſqe ſuſtinet, qò voluptatem indè ampliorem deinceps conſeqatur:* (x *iſtius* enim *conſeqendæ gratiâ univerſa & patrare & perpeti* diſertè profitetur) qod non prudentis duntaxat, ſed & fortis eſt.

Verùm non eſt illico *fortis* pronunciandus, qicunqe aſperi avt adverſi qicqam ſubire ſuſtinuerit. Alioqi *fortes amantes* cum a Naſone prædicemus, vel *amentes* etiam; qorum illi libidinis œſtro perciti, nihil non laborioſum ſuſtinent ultronei; illi per mentis errorem arrepti abreptíqe, in nihil non periculi plenum b citra formidinem ullam proruunt. *Fortis* fuerit c Mutium agens maleficus, qi *tunicâ præſente moleſtâ,* in focum ardentem manum ultrò immittit. *Fortes* fuerint, qi d *vitæ tædio, qam vitæ genere inqietam ſibi fecerint ipſi, ad mortem confugiunt;* adverſus qos e Epicurus ipſe pronunciat: *fortiùs* facturi, cenſente Epigrammatario, ſi f refugerit ille, g ſuſtinerent iſti. *Fortes* contrà, qi h vitæ cupidine nimiâ, cruciatûs & tormenti nihil ſubire ac perpeti recuſent,

d Epicur. apud Stob. *ſup.*

e Torqat. apud Cicer. *de finib. lib.* 1.

f Juven. *ſat.* 11.

g Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γενόμενα μάλιστα τέρπει. *Dulcium qæ rariſſima ſunt, maxime delectant.* Democrit. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

h Ὑπερβάλλουσι γὰρ τέρψις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ. *In iis qæ modum excedunt ſumptus qidem eſt, nulla delectatio.* Alexis *Amante. Athen.* 10. *pag.* 419. ſive, Δαπάνη πρὸς ἔστιν, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν. *Impenſa eſt, voluptas ne ulla qidem.* Idem *Mentiente.* Athen. *l.* 10. *pag.* 419.

i *Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, qàm retentæ.* Cic. *Offic. l.* 2.

k Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 11.

l Cicer. *de finib. lib.* 2.

m Cicer. *Tuſcul. l.* 5. Ὄψον συνάγειν πρὸς τὸ δεῖπνον. Laërt. *lib.* 2.

n Τοῖς πολυτελέσιν ἐκ μεγαλειμμάτων παρερχομένοις κρείττονας ἡμᾶς μεγαθῆσι. *Sumptuoſas ad epulas per intervalla accedentes meliores nos efficit.* Epicur. apud Laërt. *l.* 10. *c.* 131.

o Sen. *Epiſt.* 18.

p Idem *Epiſt.* 33. & *de Vit. beat. c.* 13.

q Πᾶσα ἡδονὴ διὰ τὸ φύσιν ἔχειν οἰκείαν, ἀγαθόν. καὶ ἀλγηδὼν πᾶσα, κακή. *Omnis voluptas eo qod naturam familiarem habet, bonum eſt: ſicut & dolor omnis malum eſt.* Epicur. apud Laërt. *l.* 10. *c.* 129.

r Χρώμεθα τῷ ἀγαθῷ κατά τινας καιρὰς ὡς κακῷ. τῷ δὲ κακῷ τὸ ἐμπαλιν ὡς ἀγαθῷ. *Utimur bono qibuſdam temporibus ut malo; contra vero malo tanqam bono.* Ibidem *c.* 130.

f Τῇ συμμετρήσει καὶ συμφερόντων καὶ ἀσυμφόρων βλέψει ταῦτα πάντα κρίνοντες. *Comparatione & intuitu utilium & inutilium omnia iſta dijudicantes.*

t Ἔστι γὰρ ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον, ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται. *Plerasqe enim voluptates tranſgredimur, qando ex his major moleſtia nos ſeqitur.*

v Καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν ὑπεισδύν μείζων ἡμῖν ἡδονὴ παρακολουθῇ, πολὺν χρόνον ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας. *Et dolores nonnullos voluptatibus præſtare arbitramur, qandoqidem ex diuturna toleratione dolorum major nos voluptas ſeqitur.* Idem, *ibidem. c.* 129.

x Τούτου γὰρ χάριν ἅπαντα πράττομεν. *Ibid.*

a *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 9.

b *Mente lapſi, mortem non metuunt.* Senec. *Epiſt.* 36.

c *In matutinâ nuper ſpectatus arenâ*
Mutius, impoſuit qi ſua membra focis,
Si patiens fortíſqe tibi durúſqe videtur,
Abderitanæ pectora plebis habes.
Martial. *lib.* 10. *Ep.* 25.

d Senec. *Ep.* 24.

e Idem *ibid.*

f *Nam cùm dicatur, tunicâ præſente moleſtâ,*
Ure manum, *plus eſt dicere,* Non facio.
Martial. *ubi ſupr.*

g *Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam:*
Fortiter ille facit, qi miſer eſſe poteſt.
Idem *lib.* 11. *Ep.* 57.

h *Optat ultima malorum, & qæ pati graviſſimum eſt, vitæ longioris mercede.* Senec. *Epiſt.* 101.

[i] non tam qò *vitam ulteriùs protollant*, qàm *qò mortem diutius protrahant*. *Fortis* fuerit Mœcenas, [k] *mollitie* infamis, ſi carmen illud horridum ex vero animi ſenſu emiſit;

[l] *Debilem facito manu,*
Debilem pede, coxâ:
Tuber aſtrue gibberum;
Lubricos qate dentes.
Vita ſi ſupereſt, bene eſt:
Hanc mihi, vel acutam
Subde, ſuſtineo, crucem.

[m] *ſuffigas*, inqit, *licèt, & acutam ſeſſuro crucem ſubdas. eſt tanti vulnus ſuum premere, & patibulo pendere diſtrictum, dum differat id, qod eſt in malis optimum, ſupplicii finem. Fortis* demum fuerit, qicunqe dura pertulerit, qò vel naturæ neceſſitatibus urgentibus ſatisdet, vel affectui vitioſo alicui gratum faciat. [n] *Cauſſa*, ajunt, *non pœna, martyrem facit.* nec fortem arguunt perpeſſiones ipſæ, ſed perpetiendi rationes. Ille duntaxat *fortis* jure cenſetur, [o] qi *honeſti cauſsâ* iſtiuſmodi ſtrenuè pertulerit. Nunqam avtem *honeſti cauſsâ* qicqam perpeti ſuſtinuerit, cui *honeſtum* ipſum, voluptate ſemotâ, vel pro nihilo, vel pro re nihili habetur, utpote qod [p] *umbram neſcio qam* meram reputat, cui ſolidi nihil ſubſit; qiqe [a] *fortitudinem ex rei natura nullam* eſſe exiſtimat, niſi qòd *utilitatis ratione dura tolerantur.*

Sed *fortia* tamen Epicurus loqitur, extántqe hujus revera qædam vaniloqæ magis qàm magnanimæ voces. *Sapientem* utiqe ſuum affirmat, [b] *etiamſi torqeatur beatum fore*; imò, [c] *ſi in Phalaridis tavro peruratur, exclamaturum, Qàm ſvave, qàm dulce hoc eſt? qàm hoc non curo?* Se verò decumbentem ſpiritúmqe extremum trahentem, [d] *ſupremum eundem & beatiſſimum vitæ diem agere* profitetur, [e] *cùm tanti veſicæ viſcerúmqe morbi cruciatúſqe adeſſent, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere.* [f] *compenſatam enim cum ſummis torminibus lætitiam, qam ex inventorum ſuorum memoria capiebat.*

Cæterùm, [g] *non qid dicat qis, ſed qid ſentiat, refert.* Et iſta qidem is dicere poterat, cui [h] *unum bonum honeſtum, unum malum turpitudo*; cui [i] *nihil bonum malúmqe, ſit niſi bonus malúſqe animus*; cui [k] *virtus ſola ad vitam beatam ſufficit*, & [l] *ipſa per ſe ſatis eſt*; cui per cruciatus qoſcunqe, qantoſcunqe [m] *de ſorte beata nihil defringitur*, nihil decedit, nihil deperit; cùm *virtus*, nec [n] *ad rotam* unà *aſcendere*, nec *ad equleum* unà deſcendere, defugiat; nec ad [o] *tunicam incendialem* admotam, avt indutam etiam deſerat, ſed in ea comes individua adhæreat, & [p] *per ignes* illos ipſos, qi corporis membra depaſcunt & abſumunt, *colluceat.* his principiis imbutum iſtiuſmodi proloqi fas eſt, qum decretis dicta ſint conſentanea, nec à dogmate ſermo diſſentiat. Ecqis verò eſt adeò avt mentis impos, avt ſenſûs communis expers, qi hæc ex animi ſententiâ protuliſſe, avt proferre potuiſſe credat eum, qi [q] *Voluptatem* ſtatuit eſſe *ſummum bonum*, *dolorem* & cruciatum *ſummum malum*, [r] *omneſqe*, etiam *animi voluptates*

[i] Θάνατον, ἢ βίον μακρότερον ποιεῖν. Plut. de ſer. num. vindict. *Qid hujus vivere eſt? diu mori.* Senec. *Epiſt.* 101.

[k] *Apparet mollem fuiſſe, non mitem.* Sen. *Epiſt.* 114. cujus de eodem videri poteſt cenſura, cùm *ibi*, tum & *Epiſt.* 19. & *Epiſt.* 92.

[l] Apud Sen. *Epiſt.* 101.

[m] Senec. *ibid.*

[n] Avguſt. *in Pſal.* 34. *& Epiſt.* 167.

[o] Καλῶ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει καὶ πράττει τὰ κατὰ ἀνδρείαν. Ariſtot. *Ethic. l.* 3. *c.* 7.

[p] Torqat. apud Cicer. *de fin. lib.* 1.

[a] Τὴν ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, λογισμῷ δὲ συμφέροντος. Epicur. apud Laërt.

[b] Ἐὰν στρεβλωθῇ ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. Idem *ibid.*

[c] Idem, apud Cicer. Tuſcul. *l.* 2. & *l.* 5. & Senec. *Epiſt.* 66.

[d] Μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευταίαν ἡμέραν τὸν βίον ἐγράφομεν ταυτί. Epicur. *Ep. ad Idomen.* Laërt. *l.* 10. Cicer. *Tuſc. l.* 2. & *de fin. l.* 2. Sen. *Ep.* 66. & 92.

[e] Στραγγουρία τε παρηκολουθήκει, καὶ δυσεντερικὰ πάθη, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τῶν ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. Ibid.

[f] Ἀντιπαρετάττετο τούτοις τὸ τῆς ψυχῆς χαῖρον, ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. *Ibid.*

[g] Senec. *Epiſt.* 9.

[h] Idem *de vit. beat. c.* 4.

[i] Idem *ibid.*

[k] *Ibid. c.* 16.

[l] Idem *Ep.* 92.

[m] Ibid.

[n] Cicer. *Tuſc. lib.* 5.

[o] Tertull. ad Nat. *l.* 1. *c.* 18.

[p] Senec. *de benef. l.* 6. *c.* 4.

[q] Epicuri dogma apud Laërt. *lib.* 10. & Cicer. *de finib. l.* 1. & 2.

[r] Cicer. *de fin. l.* 2.

ptates & dolores, ad corporis voluptates & dolores pertinere contendit; qi negat [f] *gavdere qenqam niſi propter corpus*, avt [t] *animi gavdium eſſe ullum, niſi qod à corpore oriatur, & ad corpus referatur;* qi deniqe diſertè profitetur, [v] *nec intelligere qidem ſe poſſe, ubi ſit, avt qid ſit ullum bonum, præter illud, qod ſenſibus corporeis, ex cibis potionéqe, formarum aſpectu, avrium delectatione, & obſcœnâ voluptate percipiatur.*

[x] *Non eſt*, inqit poeta, *beatus, eſſe ſe qi non putat.* aſtipulatur Epicurus; nec, *qi non beatum ſe putat*, dixiſſe contentus, [y] *qi non beatiſſimum ſe judicat*, dixit. Qî avtem, non jam, *beatum*, dico, *putare*, ſed *beatiſſimum* etiam *judicare* ſe poterat, cùm non in *ſummo* tantùm *malo*, ſed in ſummi mali gradu ſupremo, qo altiorem avt intenſiorem dari poſſe negat, verſatum ſe profitetur?

Sed diutiùs in hara hac, non qidem purganda, ſed luſtranda hæſimus. ab ea ad porticum, avræ liberiori ac ſalubriori captandæ, & contrà, qàm de ſe olim Cynicus Lacedæmone Athenas proficiſcens, [a] *ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς ἀνδρωνῖτιν, à fœminis ad viros, à mulierculis ad mares*, tranſeamus.

Apud [b] Stoicos ergò omnia, à veris ſaltem Epicureis illis, [c] diverſa; imò eis adverſa plané.

Numen iſti *cœleſte* [d] *rerum humanarum curam gerere; nec univerſi tantummodo, ſed hominum etiam ſingulorum, & rerum qoqe ſingularum; rebus humanis præſtò eſſe*, [e] *generíqe humano, non ad bona verè ſic dicta duntaxat, ſed & ad vitæ hujus commoda & adminicula ſuppetias ferre. Deum* itaqe *ante omnia* [f] *colendum*, [g] *ad omnia invocandum*, [h] *per omnia cogitandum, in omnibus* [i] *agnoſcendum, &* [k] *comprobandum*, [l] *de omnibus lavdandum & celebrandum;* [m] *huic uni in omni negotio ſimpliciter obſeqendum*, [n] *ab ipſo, qicqid obvenerit, animo prompto ac lubenti excipiendum*

***

[f] Torqat. *ibid. l.* 1.

[t] *Ibid. l.* 1. & 2.

[v] Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τὴ νοῆσαι πῶς ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν τὰς ἀφ' ἡδονῶν ἡδονὰς, τὰς δι' ἀφροδισίων, καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων, καὶ τὰς ἀφ' μορφῶς. Epicur. *l. de fin.* apud Laërt. *l.* 10. & Cic. *de fin. l.* 2. & *Tuſc. l.* 3.

[x] Poëta neſcio qis, apud Senecam *Epiſt.* 9.

[y] Epicur. *ibid.*

[a] Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. *A viris ad mulieres.* Diogen. Laërt. *lib.* 6. *c.* 9.

[b] Ἡ ἀνδρωδεστάτη αἵρεσις Στωικὴ. *Secta Stoica graviſſima.* Laërt. *l.* 6. in *Antiſten.* §. 14. *Stoici virilem ingreſſi viam.* Sen. *de conſtant. ſap. c.* 1. *Stoicorum rigida & virilis ſapientia.* Idem *ad Helv. c.* 12.

[c] *Tantum inter Stoicos & cæteros ſapientiam profeſſos intereſſe, qantum inter fœminas & mares.* Idem *de conſtant. c.* 1.

[d] Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 12. & *c.* 14. & *c.* 16. Marc. *l.* 2. §. 11. & *l.* 6. §. 43.

[e] Marc. *l.* 1. §. 17. & l. 9. §. 27. & §. 40.

[f] Τί ἀρκεῖ ἄλλο, ἢ θεὸς μὲν σέβῃν καὶ ἐυφημεῖν, ἀνθρώπους δὲ ἐυποιεῖν. *Qid ſuffecerit, niſi ut Deos colas, & celebres, hominibus benefacias.* Marc. *l.* 5. §. 33.

[g] Ἐφ' ἅπασι δὲ θεὸς βοηθαλέ. *In cunctis vero opem divinam advoces.* Idem *l.* 6. §. 23. Καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον ἕτω ποιεῖν. *Et rem qamqe, etiam leviſſimam ita peragas.* Idem *l.* 3. §. 13.

[h] Ἐκ πράξεως μὴ πρᾶξιν μεταβαίνειν σωὶ μνήμη θεῦ. *Ut ab una actione ad alteram tranſeas numinis memor.* Idem *l.* 6. §. 7.

[i] Οὔτε γὰρ ἀνθρωπινόν τι ἄνευ τῦ βλέπειν τὰ θεῖα συναναφορᾶς ἔυ πράξεις, ἔτε ἔμπαλιν. *Neqe enim, homines qod ſpectat, qicqam recte egeris ſine habito ad res divinas reſpectu; nec vice verſa.* Idem *l.* 3. §. 13.

[k] Τοῖς θεοῖς σύμφωνον, ἐπαινῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμεσι καὶ ὑποτετάχασιν. *Diis conſentientem, dum qacunqe illi attribuunt ac conſtituunt, lavdas.* Idem *l.* 6. §. 16. Ἐγώ σοι ὑπὲρ ἁπάντων τύτων πρὸς σῦ ἀνθρώπους ὑπολογήσομαι. *Ego te in rebus omnibus apud homines defendam.* Epictet. *l.* 2. *c.* 16.

[l] Τότε μὲ ἐγὼ ἡμάρτανον, νῦν δὲ οὐκ ἔτι. χάρις τῷ Θεῷ. *Tunc & ego peccabam: nunc vero non item, gratia ſit Deo.* Idem *l.* 4. *c.* 4. Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐν κόσμῳ γινομένων, ῥᾴδιον ἐστιν ἐξαμύσασθαι τὴν πρόνοιαν, ἂν δύο τις ἔχῃ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ δύναμίν τε συνοπτικὴν τῶν γεγονότων ἑκάστῳ, καὶ τὸ εὐχάριστον. *Ex ſingulis, qa in mundo fiunt, rebus, providentia lavdari facile poteſt, ſi cui duo hæc inſunt: unum, facultas naturâ cujuſqe rei perſpiciendi: alterum gratus animus.* Idem *l.* 1. *c.* 6. & apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *c.* 4. ex qo emaculandi codices Epicteti. Idem *lib. ejuſd. cap.* 16. poſt recenſita varia providentiæ apoteleſmata, Ταῦτα, inqit, τίς ἐξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινεῖν, ἢ θαυμάζειν; εἰ γὰρ νῦν εἴχομεν, ἄλλο τί ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπεξέρχεσθαι τοὺς χάριτας; οὐκ ἔδει καὶ σκάπτοντας, καὶ ἀροῦντας, καὶ ἐσθίοντας, ᾄδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν Θεόν; Μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι ἡμῖν παρέχει ὄργανα ταῦτα, δι' ὧν τὴν γῆν ἐργασόμεθα. Μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι χεῖρας δέδωκεν, ὅτι κατάποσιν, ὅτι αὔξησιν, ὅτι ἀῦξησιν λεληθότως, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐφ' ἑκάστῳ εὐφημεῖν ἔδει. καὶ τὸ μέγιστον καὶ θειότατον τὸν ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τὴν δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτων, καὶ ὁδῶ χρησικήν. *Nunqid oratione hæc ſatis avt lavdari avt illuſtrari poſſunt? nam ſi ſani eſſemus, qid nobis aliud agendum erat & publice & privatim, qam numen celebrandum & lavdandum, & grates perſolvenda? Nonne & inter fodiendum & arandum & edendum hymnus hic cantandus erat Deo, magnus eſt Deus, qi nobis inſtrumenta præbet hæc qibus terram excolamus? magnus eſt Deus, qi manus dedit, qi deglutiendi vim, qi ventrem, qi effecit, ut latenter creſcamus, ut dormientes reſpiremus? Hæc ſingulis in rebus cantanda erant, & hymnus maximus ac diviniſſimus reſonandus, qod facultatem dedit harum rerum intelligentem, & utendi ratione inſtructam.* Et qæ ſequntur his gemina, homine Chriſtiano qovis non indigna; Chriſtum modò donatum nobis adjeciſſet.

[m] Ἐγὼ ἔχω τινὶ ἐπιτραπῆναι, τίνι πείσεσθαι δεῖ, τῷ Θεῷ. *Ego vero habeo cui me obnoxium eſſe oportet, cui obtemperare, Deum.* Epictet. *Diſſert. l.* 4. *c.* 12. Ἑκὼν σαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεπιδίδυ, παρέχων συννῆσαι, οἷς τισί ποτε προῄσασι βάλεται. *Fato ſponte tua te dedas; ei permittens, qibuſcunqe libuerit rebus te deſtinet.* Marc. *l.* 4. §. 34.

[n] Ἀρεσκόμενος τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ὑπονεμομένοις. *Qi rebus ab univerſo ſibi aſſignatis acqieſcit.* Idem *ibid.* §. 25. Ἀσπαζόμενος ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα πάντα. *Ex animo prorſus amplexans qacunqe illi contigerint.* Idem *l.* 3. §. 4. Ἀπλῶς μηδὲν

dum atqe amplexandum; o *nihil melius*, p *nihil convenientius*, q *nihil conducibilius*, r *nihil opportunius aut tempestivius, qàm id qicqid existat, qod ipse voluerit, existimandum*; s *qocunqe ducere visum fuerit*, t *citra tergiversationem aut murmurationem, sponte seqendum*; v *locum stationémqe, qemcunqe is assignaverit, strenuè tuendum, enixè tenendum*, etiamsi *mortem millies oppetere oporteret.*

Hæc de *Numine* Stoici, & erga Numen affectu: de *Homine* qid, & officiis adversus congenerem sibi præstandis?

Hunc & a *corditùs diligere, &* b *curare,* c *& sustinere,* d *injuriâqe omni* (*ut qæ* e *impietatis etiam notam inurat*) *abstinere, &* f *beneficentiâ prosequi,* g *nec sibi soli genitum censere se, aut vivere, sed* h *in commune bonum ac beneficum* i *cunctis, pro facultate viribúsqe, semet exhibere*; k *re ipsâ, reiqe bene gestæ conscientiâ,* (l *nec hac etiam ipsâ qadantenus reputatâ*) *citra* m *testem, aut* n *mercedis spem,* o *commodíve proprii intuitum, contentum agere,* p *à beneficio uno præstito ad aliud transire,* q *nec unqam benefaciendo defetisci*; r sed *vitæ telam, tanqam vivendi fructus hic sit, benefactis sibi invicem continenter annexis ità totam pertexere,* s *ut nusqam interveniat* t *hiatus ullus vel minimus*; v *beneficii loco, qòd benefecerit habentem*; x *sibiqe profuisse existimantem, si alii cuiqam usui esse potuerit*; y *nec extra se proinde qicqam vel laudis humanæ*

μηδὲν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ Θεὸς θέλει. Denique, nihil velis aliud nisi ea qæ Deus vult. Epictet. *l.* 2. *c.* 17. Προσκατατέτακά μου τὴν ὁρμὴν τῷ Θεῷ. ἃ ἐκεῖνος θέλει, κἀγὼ θέλω. ἃ ἐκεῖνος οὐ θέλει, κἀγὼ οὐ θέλω. *Appetitum meum obedientem præbui Deo: qæ ille vult, & ego volo; & qæ ille non vult, ego non volo.* Idem *l.* 3. *c.* 26. & *l.* 4. *c.* 7.

o Κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι, ὃ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγὼ. *Melius esse duco qod Deus vult qam qod ego volo.* Idem *ibid.*

p Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ συγκλωθόμενον· ἢ γὰρ ἁρμοδιώτερον, *Id solum diligas qod obvenit, & a fato destinatum est tibi: ecqid enim magis est congruum?* Marc. *l.* 7. §. 57.

q Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. *Confert cuiqe, qod fert cuiqe naturæ universi.* Idem *l.* 10. §. 20.

r Καὶ πότε συμφέρει; ὅταν ἐκείνη φέρει. *Et tum confert, qando illa fert.* Ibid.

s Τοῖς Θεοῖς ἑπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. *Deis obsequentem se simpliciter præstare.* Marc. *l.* 12. §. 27. & 31. Προσκείσομαι ἀφόβως καὶ ἀκόλουθος ἐκείνῳ, συνορμῶ, συνορέγομαι, ἀπλῶς συνθέλω. *Adhæreo illi ut minister & pedissequus, cum illo desidero, cum illo expeto; denique, qod ille vult, idem & ipse volo.* Epict. *l.* 4. *c.* 7. Cleanthis votum, huic toties repetitum; *Ench. c.* 52. *Dissert. l.* 2. *c.* 17. & *c.* 23. *l.* 3. *c.* 22. & *l.* 4. *c.* 4.

t *Optimum est Deum, à qo omnia proveniunt, sine murmuratione seqi. malus miles est, qi Imperatorem gemens seqitur.* Sen. *Epist.* 107.

v Ἂν ἐμοὶ χώρον καὶ τάξιν ἐγχειρίσῃς, μυριάκις ἀποθανεῖσθαι πρότερον ἢ ταύτην ἐγκαταλείψω. *Qem mihi locum & stationem mandaveris, millies potius mortem oppetam qam eam ut relinqam.* Epict. *l.* 3. *c.* 24. post Socrat. in Platon. *Apolog.*

a Ἴδιον δὲ ἀνθρώπου ἀπὸ καρδίας φιλεῖν τοὺς ἀνθρώπους. *Homini proprium est ex animo homines amare.* Marc. *l.* 7. §. 13. Καὶ εὐνοεῖν αὐτοῖς, ὡς φύσει φίλοις. *Bene velle illis ut naturæ amicis.* Idem *l.* 9. §. 27.

b Καὶ κήδεσθαι αὐτῶν. *Et curare illos.* Idem *l.* 9. §. 3.

c Καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν. *Et illos sustinere.* Idem *l.* 5. §. 33.

d Καὶ ἀπέχεσθαι αὐτῶν. *Et illis abstinere.* Idem *ibid.*

e Ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ. *Qi injustè agit, impiè agit.* Idem *l.* 9. §. 1.

f Καὶ δὲ πιεῖν. *Benefacere.* Idem *l.* 5. §. 33.

g Καλεσκεύασται τὰ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ μὲν οὖν προηγούμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει τὸ κοινωνικόν ἐστι. *Rationalia condita sunt sui invicem gratia. Itaqe in hominis naturâ primum ac præcipuum est societatem colere.* Idem *l.* 7. §. 55.

h Ἀρκεῖται ἡ φύσις λογικὴ, τὰς ὁρμὰς ὅπῃ τὰ κοινωνικὰ ἔργα μόνα αἰσθήσεται. *Natura rationalis acqiescit, ubi impulsus suos ad opera, qæ societatem juvent, sola dirigit.* Idem *l.* 8. §. 5.

i Πάντων κήδεσθαι. *Qorumvis curam habere.* Idem *l.* 3. §. 4.

k Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνική. *Sufficit actio præsens communicativa* Idem *l.* 9. §. 6. Ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι. *Ut sibi sufficiat ipsa juste agens.* Idem *l.* 7. §. 28.

l Οὐδὲ οἶδεν ὃ πεποίηκεν. *Neqe qid fecerit, novit.* Idem *l.* 5. §. 6. *dedisse dum daret, oblitus.* Senec. *de benef. l.* 2. *c.* 6.

m Οὐ δεόμενον ἀνθρωπίνου μάρτυρος. *Qi hominis testimonio non opus habeat.* Marc. *l.* 3. §. 5. *In omnibus factis re, non teste, moveri.* Cicer. *de fin. l.* 2.

n Μισθὸν γὰρ ἀνθρώπων τις ἄνθρωπον φιλεῖ, καθ' Ἐπίκουρον. *Mercedis ergo homo hominem diligit juxta Epicurum.* Plutarch. *de amor. prol. pag.* 494.

o Καθαληκτικῶς δεδόναι, ὥστε ἐξ αὐτῆς τῆς πράξεως εὐθὺς ἀπειληφέναι πᾶν τὸ καρπόν. *Qod non absolute dedisti, nec tanqam qi totum actionis tuæ fructum jam statim percepisses.* Marc. *l.* 9. *fin.*

p Ἑνὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ὅπῃ πρᾶξιν κοινωνικήν. *Hoc uno te oblecta, in eoqe acqiesce, ut ab una, qa communitatem juvet, actione ad alteram transeas.* Idem *l.* 6. §. 7. & *l.* 5. §. 6.

q Καὶ μὴ κάμνειν. *Et non defatigari.* Idem *l.* 7. §. 74.

r Τὸ ζῆν ἀπολαύειν, συναπολαύειν ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθόν. *Vita frui, bonum bono annectendo.* Marc. *l.* 12. §. 29.

s Ὥστε μήτε τὸ βραχύτατον ἀφίσημα ἀπολείπειν. *Ut ne minimum qidem intervallum bono vacuum relinqatur.* Idem *ibid.*

t Ἧπερ γὰρ πρᾶξίς σου μὴ ἔχει τὴν ἀναφοράν, εἴτε προσεχῶς, εἴτε πόρρωθεν, ὅπῃ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη ἀφαιρεῖ τὸν βίον. *Qacunqe actio tua ad finem hunc vel immediatè vel mediatè non tendit, vitam tuam divellit.* Idem *l.* 9. §. 23.

v Ἄνθρωπος ἐνεργείας πεφυκὼς ὁπόταν τι ἐνεργητικὸν, ἢ ἄλλως εἰς τὰ μέσα συνεργητικὸν προέξῃ, πεποίηκε πρὸς ὃ κατεσκευάσθαι, καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ. *Homo cum ad benefaciendum natus sit, ubi beneficium qippiam, aut qod in commune conducat fecerit, illud fecit ad qod conditus est, & qod suum est obtinuit.* Idem *l.* 9. *fin.*

x Ὠφελήμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖ. *Emolumentum in eo capiens, qod alteri præstas.* Idem *l.* 7. §. 74.

y Ὅταν σὺ εὖ πεποιηκὼς ᾖς, καὶ ἄλλος εὖ πεπονθὼς, τί ἔτι ζητεῖς τρίτον, ὥσπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξαι εὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν. *Ubi bene tu alicui feciisti, & beneficio ille affectus est, qid stultorum instar tertium qippiam qæras, puta, beneficii hominis existimationem, aut beneficii accepti remunerationem.* Ibid. 73.

z Τὸ ἐν σοὶ τὸ κρεῖττον ὑμῶν, τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον, καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ὁποῖος βίος διοικεῖται. *Qod in te præstantissimum est, colere, qod cæteris omnibus utitur, & a qo vita tua gubernatur.* Idem *l.* 5. §. 21. Πρὸς τοῦτο μόνον εἶναι δεῖ, καὶ ἕτοιμον γνησίως θε-

ος-

humanæ vel lucelli, avt avcupantem aut expetentem. Ad hæc z *nihil mentis cultu antiqius,* a *nihil honeſti ſtudio potius avt pretioſius habere:* b *ab eo* deniqe, *qod officii ſui eſſe nôrit,* c *nullâ vel vitæ, nedum alius rei cujuſpiam, cupidine abducendum,* c *nullâ mortis, cruciatúſve ullius, nedum damni avt detrimenti, formidine abigendum, ſe permittere.*

Hæc *Stoicorum* ſunt *decreta* & *præcepta*, & ipſorum principiis qidem planè congruentia, *ſancta, recta, ſevera, fortia; pietatem, caritatem, humanitatem, magnanimitatem* ſpirantia: qibus priora illa, qæ ſunt ſaltem verè Epicurea, nihil ſapiunt, nihil ſonant minùs.

Sed adverſus Stoici nominis profeſſores objiciuntur, *raritas, hypocriſis, defectio, defectus.* de ſingulis videbitur.

Ac primo qidem loco *raritas* ſub animadverſionem venit. Pavciores utiqe omni ævo reperiri, qi diſciplinam hanc ſunt amplexati, qàm qi ad ſectas alias ſeſe applicuerunt. Et hac revera in parte triumphant ſplendidè, atqe efferunt ſeſe Epicurei, qi a Epicurum tot amicos & ſectatores nactum gloriantur, ut *nec urbes integræ eos capere* poſſent. agnoſcitqe, qi in Torqato Epicurum oppugnat Cicero, b *populum, qi vim maximam, avtoritatem minimam habet, cum Epicuro facere.*

Nec reverà qicqam iſtic mirandum occurrit. Notum eſt Stratonis Phyſici illud, c *Plures eſſe qi lavari, qàm qi ungi velint.* hoc eſt, ad thermas plures itare qàm ad palæſtras. d *Semitæ utiqe arctiori atqe aſperiori pavciores inſiſtunt; latiore & leviore confertim inceditur.* e *Multitudo numerum habet; pondus non habet.* Calculi ubiqe numeroſiores ſunt qàm gemmulæ. Diverbium vetus eſt, f *Plures mali.* g *Turba peſſimi indicium eſt.* h *eximia, raritate commendat natura.* i *nec unqam cum rebus humanis tam fæliciter eſt actum, ut meliora pluribus placerent.*

Verùm ſicut in diſciplinam hanc ſe pavciores dedêre; ità ab eadem hac ad alias, Epicuream præſertim, complures deſciverunt, cùm ab aliis ad hanc rari deprehendantur tranſiiſſe.

Nec hoc certè qàm illud mirum magis. Celebre ſatis eſt Arceſilai illud, qi percunctanti, cur à ſectis aliis ad Epicureos tam freqentes deficerent, non contrà viciſſim ab his ad illos, reſpondit, k *Qia è viris Galli fiunt, non avtem è Gallis viri.* Gallorum nomine non gentem aliqam, ſed Cybeles myſtas, qi teſtâ Samiâ reſecti, virilitatem exuebant, volens intelligi. nos noſtris familiari magis dicterio diceremus, *Qia* l *è gallis capi fiunt, non è capis viciſſim galli.* Nec gnarum minùs, qod Caliſtoni meretriculæ Socrates, glorianti Philoſopho præferendam ſe, ipſum enim ſuorum neminem ad ſe pellicere poſſe, cùm ipſa illius ſectatores pleroſqe ad ſe, ſi id vellet, traducere valeret; a *Probabile admodum eſſe qod dicat: ipſam enim ad declivia homines deorſum propellere, cùm ipſe*

*** 2 *con-*

ἐμπεύειν. *Hoc unum ſufficere ſibi, genium legitime colere.* Idem *lib.* 2. §. 13.

a Μηδὲν χρεῖττον ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, &c. τούτων ταῦτα πάντα μικρότερα καὶ ὑπολείστερα. *Nihil in hominum vita melius eſt juſtitia, veritate, temperantia, fortitudine, &c. Hiſce reliqa omnia minora ſunt & viliora.* Idem *l.* 5. §. 21. Τί τίμιον καταλείπεται; τὸ μὴ ἰδίων καταδυῆναι κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι. *Qid tandem ſupererit pretio dignum? ſecundum conditionis ſuæ rationem moveri ſeqe ſiſtere.* Idem *l.* 6. §. 16.

b Ἐγὼ τὸ ἐμαυτῷ καθῆκον πιῶ. τὰ ἄλλα μετ' εὐλαβείας. *Ego qod mei eſt officii, exſeqor: reliqa me nevtiqam ſollicitum habent.* Idem *lib.* 6. §. 22. Ὅτι ἂν τις ποιῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. *Qicqid vel fecerit, vel dixerit qiſqam, probum eſſe me oportet.* Idem *lib.* 7. §. 15. Μνημονεύσας, ὅτι ἀγαθόν σε εἶναι δεῖ, ἃ τί ἐστὶν ἄνθρωπος φύσις ἀπαιτεῖ, πρᾶξον ἅπερ ἀμελήσεταί. *Memineris, probum te eſſe oportere, qod avtem hominis natura a te exigit, hoc conſtanter facito.* Idem *lib.* 8. §. 5.

c Μηδὲ κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι ἢ ζῆν ἢ τεθνᾶναι ἄνδρα, ὅστις ἢ μικρὸν ἄφελῇ, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττῃ, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα, ἢ κακοῦ. *Si hominem, qi vel ullius ſit uſus, exiſtimas mortis vitæqe diſcrimen in numero aliqo habiturum; nec hoc duntaxat conſideraturum, id, qod agit, juſtum an injuſtum, hominisqe probi an improbi ſit.* Idem ex Platon. *Apol. l.* 7. §. 44.

a Φίλοι ποσοὶ τῷ ὄλβῳ· ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι. Laërt. *lib.* 10.

b Cicer. *de fin. lib.* 2.

c Πλείους εἶναι σοὶ λύεσθαι ἢ σοὶ ἀλείφεσθαι βελομένους.

d Matth. 7. 13, 14.

e *Multi ſunt, & qis numeret? ſtateram profer, appende: vide contra pavca grana qantam paleam leves.* Avguſt. *in Pſal.* 39.

f Πλείους κακοί. Bias. Avſon. *Lud.* 7. *ſap.*

g Senec. *de Vit. beat. c.* 2.

h Idem *Ep.* 42.

i Idem *de Vit. beat. c.* 2.

k Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν Γάλλοι, οὐκ ἂν Γάλλων ἄνδρες γένοιντο. Laërt. *lib.* 8.

l Varro *de re ruſtic. l.* 2. *c.* 7. & *l.* 3. *c.* 9.

a Καὶ μάλα γε εἰκότως. σὺ μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν καταντικρὺ αὐτοῦ πάντας ἄγεις, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν αἱρετὴν ἥκειν βιάζομαι, ὀρθίαν δὲ καὶ ἄνω, καὶ αὐτὸς τοῖς παιδείοις. *Qid mirum hoc eſt: ſiqidem*

tu

contrà ad ardua ſurſum impellat. Ad voluptatem utiqe proclivis eſt via; ad virtutem [b] acclivis ſemita. cùm avtem *ingenium humanum* ex vitio innato ſit ſponte ſuâ propenſum ac [c] *proclive à labore ad libidinem*, ecqid mirum complures, itineris tædio devictos, hac deſertâ, ad illam tranſcurrere.

Sed ex eis etiam qi in diſciplinæ hujus profeſſione perſtiterunt, extitiſſe havd pavcos, qi à dogmate, qod mordicùs tamen tenebant, & enixè interim tuebantur, vitæ rationem diverſam & averſam planè inſtituerint atqe inſtiterint, titulo habituqe duntaxat ſpeciem Stoicam præferentes, cùm ex ſtudio vitæqe inſtituto Epicurei, avt aliud qid potiùs qàm Stoici jure cenſerentur, adverſus Stoicos, poſt [d] Lucianum, qi hoc nomine ſectam hanc paſſim inſectatur, ab aliis pariter intorqetur.

Nec eſt ſcilicet hæc nova nupérve nata, ſed antiqa qerimonia, in ſecta unaqaqe repertos, * *citharis*, [e] *lyris*, [f] *tubis*, *lituis* compares, qæ *eorum* utiqe, *qæ aliis modulantur*, *canunt*, *crepant*, *perſonant*, [g] *nihil qicqam avdiunt*, *percipiúntve ipſæ.* Et in aliis ſectis, non Stoicâ ſolâ, [h] compertum eſt deprehenſos, qod eſt Pacuvio Macedo, *homines ignavâ operâ, & philoſophâ ſententiâ;* ſive, qod ex Epicteto Favorinus, [i] *Verbis tenus Philoſophos*, *factis procul.* Qin & inter nominis Chriſtiani profeſſores, qod Scriptores qoqe ſacros & confeſſos & conqeſtos legimus, comparuêre, qi [k] *Numinis notitiam*, *qam dictis jactitabant*, *factis abdicarent*; qi [l] *pietatis*, *cujus larvam gerebant*, *vim virtutémqe abnuerent*, qi [m] *gratiam divinam in laſciviam verterent*; *qi* [n] *libertatem Chriſtianam neqitiæ improbitatiſqe velamentum facerent*; [o] *libertatémqe aliis pollicerentur, cùm in corruptelæ ſervitio agerent ipſi.* nec ex horum tamen moribus de religione Chriſtiana ſententiam ferre, æqum fuerit, qum politiæ Chriſtianæ iſti, nec viva, nec vera, nedum ſana, avt integra membra jure cenſeantur, [p] φύματα potiùs mera [i] καὶ ἀποσήματα, ut cum Marco noſtro loqar, ſive [q] *vomicæ & carcinomata*, ut de ſuis Avguſtus. Havd eſt incelebre Cratetis illud, [r] *In malo Punico etiam probo, granum putre aliqod;* Varronis itidem, [a] *Nec in ſegete bona nullum ſpicum neqam* reperiri. In agro Dominico qoqe [b] *zizania* ſteriléſqe, non *ſuccreſcunt* tantummodo, ſed * *dominantur* etiam aliqando avenæ: ex qibus tamen de ſegete totâ judicari iniqiſſimum fuerit.

Qod deniqe præſcribitur, inſigniores etiam pleroſqe non per omnia decretis præceptiſqe ſuis conſentanea præſtitiſſe, ſed à normâ reguláqe, qam fixerant ipſi, in nonnullis declinâſſe.

Ecqem, qæſo, mihi dabis, ex eis etiam qi ſunt γνήσιοι Χριστιανοὶ, qi ab ea, qam profitetur, vitæ inſtituendæ ratione non qandóqe declinet. Ex eis inter hos fuerat, [c] qi *columnæ* & *exiſtimabantur* & revera exiſtebant, cujus ingenua vox illa, [d] *In multis offendimus omnes;*

tu ad declivem tramitem omnes rapis: ego vero ad virtutem cogo, ad qam arduus & pleriſqe inſolitus eſt aſcenſus. Æl. *Hiſt. Var. l.* 13. *c.* 32.

[b] Prov. 15. 24.

[c] Terent. *Andr.* 1. 1.

[d] In *Vitarum avctione*, *de ſectis*, *Micyllo*, alibi.

* Κιθάρας μηδὲν διαφέρειν, τοὺς ταῦτα λέγοντας, ἃ ποιοῦντας δέ. *Non differre a citharis honeſta dicentibus, non vero facientibus.* Diog. Laërt. *l.* 6.

[e] Ὅμοιον τὶ πάσχειν ταῖς λύραις, αἱ καλῶς φθεγξάμεναι οὐκ ἀκούσιν. *Idem accidere qod lyris, qæ cum bene ſonant, ſeipſas tamen non avdiunt.* de Peripateticis Cleanthes. Laërt. *l.* 7.

[f] Σάλπιγγα Antiſthenem vocabat Diogenes: αὐτὸ γὰρ οὐκ ἀκούειν φθεγγόμενον μέγιστον. *Non enim avdiebat eum, etiam ſi maxime clamaret.* Dio Pruſ. *Orat.* 8.

[g] Μήτε ἀκούειν, μήτε αἰσθάνεσθαι. Laërt. *l.* 6.

[h] Gellius *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 8.

[i] Ἀνὰ γὰρ πρᾶγμα, μέχρι λόγου. *Factis procul, verbis tenus.* Idem *l.* 17. *c.* 19.

[k] Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. *Deum profitentur ſe ſcire, ſed factis negant.* Pavl. *ad Tit.* 1. 16.

[l] Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. *Habentes formam pietatis, ſed qi vim ejus abnegarunt.* Idem *ad Timotheum Ep.* 2. *c.* 3. *v.* 5.

[m] Τὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν. *Qi Dei noſtri gratiam transferunt ad laſciviam.* Jud. *Epiſt. v.* 4.

[n] Ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας ἐλευθερίαν. *Velamen malitiæ habentes libertatem.* Petr. *Ep.* 1. *c.* 2. *v.* 16.

[o] Ἐλευθερίαν ἐπαγγελόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. *Libertatem aliis pollicentes, qum ipſi ſervi ſint corruptelæ.* Idem *Ep.* 2. *c.* 2. *v.* 19.

[p] Marc. *l.* 2. §. 16.

[i] Idem *l.* 4. §. 28.

[q] Sveton. *l.* 2. *c.* 85.

[r] Ἐν ᾧ οἷς καὶ καλῷ σαπρὸν ἴνα κόκκον. Laërt. *lib.* 6.

[a] Varro *Leg. Mæn.* apud Nonium, in *Spicum.*

[b] Ζιζάνια. Matth. 13. 25. 27. de qa voce alibi diximus.

* De ſeculo ſuo, Salvian. *de Dei gubern. lib.* 3. *Præter pavciſſimos qoſdam, qi mala fugiunt, qid eſt aliud penè omnis cœtus Chriſtianorum, qàm ſentina vitiorum?*

[c] Οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, Pavl. *ad Galat.* 2. 9.

[d] Πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Jacob. 9. 1.

omnes; ſive, *impingimus univerſi.* ad qæ verba [e] Beda noſter, *Non*, Offenditis, dixit; *ſed*, Offendimus, *inqit*; & In multis *præmiſit*; Omnes, *ſubjunxit.* Ex eiſdem & qi illud, [f] *Si dixerimus, qod peccatum non habemus, decipimus nos*, (dum [g] *peccantium* utiqe *numero excipimus*) *nec penes nos eſt veritas.* [h] *Nec*, habuimus, (inqit Avguſtinus) *Sed*, habemus, *dixit; ne de vita præterita*, (qæ *per ignorantiam* variáſqe indè enatas *cupiditates* tota exacta eſt) *dictum qis ſuſpicetur.* Ex Apoſtolis ipſis, qi Chriſtum proximè acceſſerant, qíqe lateri ejuſdem comites individui adhæſerant, ut reliqôs mittam, nec de proditore qicqam dicam, [i] *primi* & [i] *noviſſimi*, agmen qi ducit, & qi clavdit, utriuſqe etiam firmati jam, [k] nævi aliqi in tabulis ſacris proditi extant: ut apud exteros qoſvis diſciplinæ etiam ſeveriſſimæ profeſſores, ſectæqe exactiſſimæ ſectatores, à dogmate aliena nonnunqam deprehendi, minùs mirum videri debeat. Oraculi vicem meritò ſibi vendicat Æſchyli illud,

[l] Ἁμαρτάνει τι κῇ σοφὸς σοφώτερος.
Sapiente qi plùs ſapiat, eſt cùm labitur.

Stoici certè præceptis decretíſqe ſuis, [m] non tam qid ipſi valerent, avt aſſecuti jam eſſent, qàm ad qid contenderent, modíſqe omnibus elaborandum atqe enitendum cenſerent, deſignatum volebant. qod & idem de ſe [n] Apoſtolus liberè ingenuéqe profitetur.

Veruntamen ex eis qi ſectæ hujus in diſciplinam ſeriò ſedulóqe ſeſe dederunt, per ſingulas qaſqe fere ætates reperti ſunt, qi fide dignorum Scriptorum ſuffragiis conſenſu conſono atteſtantibus, ità dogmata ſua factis conſentaneis conſignata, decretáqe vitæ inſtituto æqabili fere comprobata exhibuerint, ut nominis etiam Chriſtiani profeſſoribus pleriſqe pudorem incutere, ruborem ſuffundere meritò qeat. In his fuere; poſt Zenonem, cui teſtimonium dat inſigne Athenienſium pſephiſma, qo [a] *virtutis ac temperantiæ nomine*, eò qòd [b] *vitâ ſuâ eis qæ diſſerebat congruente cunctis in exemplum expoſitâ, ad optima qæqe qoſqe incitaret*, [c] *imagine æreâ, coronâ avreâ donandum*, [d] *ſepulcrum ſumptu publico extruendum*, [e] *piláſqe duas, qarum utriqe teſtimonium iſtud incideretur, erigendas*, decernitur: poſt hunc, inqam, alióſqe qi in Schola hac eidem ſucceſſerant; emicuêre viri magni, diſciplinâ iſtâ imbuti, virtutis maſculæ imagines vivæ vivacéſqe, conditionis eminentioris ratione, Scriptorum nobilium calamis celebrati, (ut Philoſophiam diſertè profeſſos præteream) Cato Uticenſis, Thraſeas Pætus, Helvidius Priſcus, & Marcus cumprimis Antoninus, qi iſta commentandi occaſionem nobis præbuit.

Verùm à diſciplina ipſa, ad eos, qi eam ſcriptis ſuis illuſtrârunt, hos præſertim qos reliqos habemus, tranſeamus. Ex eis præcipui fuerant Zeno & Chrỳſippus: qorum alter Stoam primus condidit; unde & Straboni, [f] ὁ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης. & Galeno, [g] ὁ πατὴρ ἁπάσης τῆς τῶν Στωικῶν αἱρέσεως. *Sectæ Stoicæ totius princeps patérqe*; & Balbo apud Ciceronem, [h] *Stoicorum pater*, dicitur. alter eandem adeò ſtrenuè felicitérqe [i] *ſuffulſit*, ut de eo dictum fuerit,

* * * *

[k] Ἐι

[e] Beda *in Jac. Epiſt.*

[f] Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. Joan. Ep. 1. *c.* 1. *v.* 8.

[g] De Phariſæo Luc. 18. 15. Bern. *de grad. humil. & ſuperb. Dum in ſe ſingulariter exultat, aliis arroganter inſultat, & ſe ſolum decipit, qem ſolum excipit, dum alios damnat.*

[h] Avg. in 1. Joan.

[i] Matth. 10. 2.

[i] 1. Cor. 4. 9. & 15. 8, 9.

[k] Gal. 2. 11. Act. 15. 39.

[l] Stob. *tom.* 2. *tit.* 3.

[m] *Non dicebant, qemadmodum ipſi viverent, ſed qemadmodum vivendum eſſet.* Sen. *de vit. beat. c.* 18.

[n] Οὐχ ὅτι ἔλαβον, ἢ τετελείωμαι· εἰ δὲ καὶ διώκω. *Non qod metam apprehenderim, avt ſim conſummatus, ſed unum.... contendens ſcopum verſus feror.* Pavl. *ad Phil.* 3. 12. 14.

[a] Ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης. pſephiſma apud Laërt. *l.* 7.

[b] Πρὸς τὰ βέλτιστα, παράδειγμα τὸν ἴδιον βίον ἐκδεικνὺς ἅπασιν, ἀνήλωτον ὕλαν τοῖς λόγοις, παρώρμα.

[c] Εἰκόνι χαλκῇ, χρυσῷ στεφάνῳ.

[d] Οἰκοδομῆσαι τάφον δημοσίᾳ.

[e] Ἐγγράψαι τὸ ψήφισμα στήλαις δύο.

[f] Strab. *Geogr. lib.* 14.

[g] Galen. *de dogmat. Hippocr. & Platon. l.* 2. *c.* 6.

[h] Cicer. *de Nat. Deor. l.* 3. de *Zenone*, non *Cleanthe*, uti inadvertentiâ, an memoriâ, lapſus Lipſius, *manuduct. ad Stoic. philoſoph. Diſſert.* 11.

[i] *Qi fulcire putatur porticum.* Cic. *Acad. l.* 4.

[k] Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἦεν Στόα.
Chryſippus nî fuiſſet, nec Stoa foret.

Et complura qidem uterqe reliqit ſcripta: alter iſte [l] *uſqe ad ſeptingenta qinqe* συγγράμματα, ſive [m] *opuſcula*: cùm [n] Epicuri πολυγραφίαν æmularetur; [o] qam tamen aſſecutum negant; cùm [p] *ad* [q] *volumina ter centena uſqe* iſte pertigerit, qorum qodlibet utiqe συγγράμματα complura complectebatur: alioqi Chryſippum πολυγραφίᾳ non æqâſſet, nedum ſcriptorum numeroſitate anteceſſiſſet. Cæterùm par ſcripta utriuſqe fatum ſunt experta. nec Zenonis ſiqidem, nec Chryſippi, qin nec ſeculi priſci illius è Stoa cujuſqam ſcriptum ullum integrum ad tempora noſtra perennavit. Superſunt fragmenta duntaxat, ἀποσπασμάτια, apud Plutarchum, [r] qi paſſim exagitat; Galenum, [s] qi plerumqe oppugnat; Laërtium, [t] qi ſimpliciter recitat; Ciceronem, [v] qi in partem utramqe diſceptat. Citerioris ævi ſuperant ex eis qi diſciplinam hanc ſunt aſſectati, qorum diſſertationes commentationéſqe ad manus noſtras pervenerunt, Seneca, Epictetus, & Marcus noſter iſte.

Ætatis ratione Senecæ locum primum tribuo: qem dignitate tamen æſtimationéqe verâ è duobus illis alterutri poſthabendum exiſtimem. [a] Habet ille revera multa eximia, utilia, fortia, ſublimia; & arguta, ſubtiliáqe complura; éſtqe dignus admodum, qi non ab humanioris literaturæ tantùm, ſed à Theologiæ etiam ſtudioſis, ſedulò qidem, ſed judicio atqe examine juſto adhibito, legatur. Verùm non eſt unius ejuſdémqe ubiqe coloris; nec per omnia conſtat ſibi. Neqe verò vitam attingo; qam Caſſius tamen arrodit, [b] *tanqam à dogmate præceptionibúſqe qàm maximè diſſentaneam*: de ſcriptis ago. In his, [c] qám fœdè Clavdio, dum apud ſuperos, ex mente etiam Neronianâ, [d] *morabatur*; nec huic duntaxat, ſed & in gratiam illius, ejuſdem mancipio, [e] *licentiæ intolerandæ maſtigiæ*, Polybio, adulatur? qem tamen è vivis exemptum, [f] dictione Satyricâ & ſarcaſticâ, vernilitatis prægnate, acerbiſſimè proſcidit, & publicè ſubſannandum propinavit. De animæ corpore excedentis ſtatu, qàm repugnantia ſtatuit? dum τῇ ὑποθέσει δουλεύων, nunc [g] in ſedes cœleſtes integram ſubvehit, nunc [h] in flatum halitúmve merum diſpergit, tædæqe inſtar, materiâ, qâ alebatur, abſumptâ, deficiéntis prorſus extingvit. Epicurum eſt ubi accuſat, increpat, deprimit, damnat, ut [i] *degeneris & humillimæ mentis, apud qem voluptas imperat: hominem*, [k] *voluptatis Magiſtrum* ipſum, ſcholam, [l] *voluptatis officinam*, nuncupat. Eſt contrà, ubi (qo Lucilio ſuo forſitan hujus aſſeclæ, qem [m] *Virorum optimi* titulo ſubinde cohoneſtat, gratum faciat) eundem non excuſat tantùm, ut qi [n] *immeritus malè audiat & infamis ſit*; ſed comprobat etiam & collavdat, ut qi [o] *ſancta & recta* præcipiat, *& ſi propiùs acceſſeris*, triſtia. Deniqe qod *in* [p] Chryſippo

[k] Laërt. *l.* 7.
[l] Idem *ibid.*
[m] Ità malim vertere, eo ſenſu, qo *poſt mortem opera, non opuſcula penſanda*, dixit Sidonius *l.* 8. *Ep.* 4. qàm cum Lipſio, *volumina.*
[n] Ex Carneade, Laërt. *l.* 10.
[o] Πάντας ὑπερβαλόμενος πλήθει βιβλίων. *Omnes ſuperans multitudine librorum.* de Epicuro, Laërt.
[p] Κύλινδροι δὲ πρὸς τριακοσίοις εἰσί. Laërt. *ibid.*
[q] Κύλινδροι, *volumina*, qæ *cylindri* figuram convoluta referebant. vocabulum notione hac vix alibi repertum.
[r] In *Stoic. repugnant. de commun. notitiis*: & *de paradox.*
[s] *In libris de dogmat. Hippocrat. & Platon.*
[t] *Lib.* 7. in *Zenon.* & *Chryſip.*
[v] In *Academ. Tuſcul. de finib.* & *de Natur. Deor.*
[a] *Multæ in eo claræqe ſententiæ; multa etiam morum gratiâ legenda. multa in eo probanda, multa etiam admiranda ſunt; eligere modò curæ ſit.* Fabius *inſtit. l.* 10. *c.* 1.
[b] Πάντα ἐναντιώτατα, οἷς ἐφιλοσόφει πολλῶν ἡλέγχθη. *In pleriſqe contra facere viſus eſt qam philoſophabatur.* Dio Caſſ. *l.* 61. *pag.* 694. B. in Johannis Xiphilini *excerptis.*
[c] In *Conſolatorio ad Polybium.*
[d] *Morari* eum *inter homines deſiiſſe*, productâ primâ ſyllabâ jocabatur. Sveton. *lib.* 6. *c.* 33.
[e] Cùm in ſcena Pantomimus illud protuliſſet,
Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν, μαστιγίας,
Ferri neqit rebus ſecundis flagrio.
omnium oculos in Polybium hunc defixos refert Dio Caſſ. *l.* 60. *pag.* 684. E.
[f] In ὑποπολοχιωθείσει.
[g] *Ad Lucil. Epiſt.* 102. *ad Polyb. conſol. c.* 28. *ad Marc. conſol. c.* 25. *ad Helv. c.* 17.
[h] *Ad Lucil Epiſt.* 54. cùm morti proximus videretur.
[i] *Ad Lucil. Epiſt.* 42.
[k] *Epiſt.* 18.
[l] *Epiſt.* 9.
[m] *Epiſt.* 13. & 21. & 48. & *Qæſt. Natur. Præfat. l.* 1.
[n] *De vit. beat. c.* 13.
[o] *Ibid.*
[p] *Chryſippi acumen nimis tenue retunditur, & in ſe ſæpe replicatur: etiam cùm agere aliqid videtur, pungit, non perforat.* Sen. *de ben. l.* 1. *c.* 4. *Chryſyppus penes qem ſubtile acumen eſt, totum librum ſuum his ineptiis replet.* Ibid. *c.* 3.

Libet

ſippo & [q] Zenone non ſemel reprehendit, contráqe id [r] qod ipſe præcipit, [a] ingenii acumini nimiopere indulgens, ad ſubtilitates rei vacuas non rarò delabitur, & argutiolis leviuſculis, frigidis etiam ineptíſqe aliqoties ludit. Neqe tamen hæc, qæ, nec primus, nec ſolus, dixi, ſed me priores, & eruditione & judicio cum primis pollentes, ità ſumi velim, qaſi [b] à Senecæ lectione (qem tyronibus ſtudioſis de Scriptoribus eligendis legendíſqe conſultus, inter alios commendare conſveverim) abſtentum qenqam, atqe abſterritum, àvt qò de viri tanti (qem eruditi qíqe indolis ingeniíqe acerrimi nomine ſuſpiciunt, imitandum etiam propoſuiſſe ſibi videntur havd pavci) magnitudine juſtâ qicqam detractum eam: ſed qò oſtendam, à virilitate illa Stoicis peculiariter ab ipſo etiam adſcriptâ (qam Chryſippus qoqe ſubtilitate nimiâ enervâſſe, eidem ipſi [c] cum aliis incuſatur,) deſciviſſe; nec duobus illis alteris (Epictetum & Marcum dico) avt ſcripto, avt facto etiam, parem ſeſe præſtitiſſe: qi in ſorte diversâ, vel adversâ etiam qàm maximè, in [c] ſervitii gradu infimo alter, ſummo alter in imperii faſtigio, poſiti; diſciplina hæc qanti ſit, qantúmqe in ſtatu qovis poſſit, tum præceptionibus ſanctiſſimis virtutis genus omne ſpirantibus, tum & vitæ formâ ad decreta ſua accuratè compoſitâ, uberrimè demonſtrârunt. Et noſter qidem (prout & [d] Epictetus eo prior, [e] cujus ex commentariis profeciſſe ſe profitetur) ſui per omnia ſimilis, *ſeriúſqe* ac *ſeverus* (qod [f] ille poſcit, licèt ipſe non ſervaverit) ubiqe deprehenditur.

Deniqe, ut ad illud revertar, qod in paginâ limitari ex Hieronymo monueram, ad diſciplinam noſtram qod horum utriuſqe ſcriptis monitíſqe propiùs accedat, in exterorum priſcorum, qæ hodie extant, monumentis, nihil reperiri, fidenter pronunciari poſſe exiſtimem. Certè qæcunqe Dominus ipſe Chriſtus in concionibus collationibúsqe ſuis Hiſtoriæ Evangelicæ inſertis intextíſqe, de [a] *mali cogitatione etiam abſtinenda*, de [b] *affectibus vitioſis ſupprimendis*, de [c] *ſermone otioſo non inſuper habendo*, de [d] *animo cumprimis excolendo*, & [e] *ad imaginem divinam effingendo*, de [f] *beneficentia ſimpliciſſimè exhibenda*, de [g] *injuriis æqanimiter ferendis*, de [h] *admonitione & increpatione cum moderatione cavtionéqe accurata exercendis*, de [i] *rebus qibuslibet*, *adéoqe vitâ ipsâ*, *ubi res ratióqe poſcit*, *nihili habendis*, de aliis deniqe

q *Libet ridere ineptias Græcas; qas qamvis mirer, (mirere Lipſius) nondum excuſſi. non vis ſeveriùs loqi, nec morituro riſum movere? adverſus mortem tam minuta jacularis? ſubulâ leonem excipis? acuta ſunt iſta qæ dicis. nihil eſt acutius ariſtâ. qædam inutilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit.* de Zenone. Idem *Epiſt.* 82.

r *Pro veritate ſimpliciùs agendum eſt. Ibid. At qi ingenia ſanare, & officiorum memoriam ingerere volunt, ſeriò loqantur, & magnis viribus agant.* Idem *de benef. l.* 1. *c.* 4.

a *Rerum pondera minutiſſimis ſententiis frangit.* Fabius. *Inſtit. l.* 10. *c.* 1. Iniqiùs tamen illi, neſcio, qi apud Gellium (an Agellium, qod Lipſius mavult) *Noct. Attic. l.* 12. *c.* 2. *Res atqe ſententiæ, avt inepto inaníqe impetu, avt ut levi & qaſi dicaci argutiâ*, &c. Moderatius Eraſmus, *præfat. ad Sen. Habent nonnihil veri, qæ doctiſſimi ſcriptores de illo pronunciârunt. ſubinde ludit in Græculos, & interdum abſqe cavſſâ. Naſonem aliqoties attingit, qod indulſerit ingenio ſuo. at magis ipſe indulget ingenio ſuo in oratione proſâ ac ſeriis argumentis, qàm Ovidius in poematibus plerunqe ludicris. Jam hoc ipſum, qod in Seneca cum primis lavdatur, corruptum eſt. Inſectatur mores hominum liberè ſalsége; ſed non ſemper in loco; interdum immodicè; tum aliqoties affectatiùs, iiſqe modis, ut non ità multùm abſit à ſcurrilitate. qædam vitia ſic deſcribit, dum inſectatur, ut videatur ridere potiùs qàm odiſſe, atqe doceat magis qàm deteſtetur. qin ubiqe plurimus videtur jocorum affectator, etiam in rebus maximè ſeriis, in qibus optarim illum aliqanto longiùs abeſſe ab ineptia, obſcœnitate, vitióqe ſcurrilitatis.* Hæc inter alia Eraſmus. mitto enim ea, qæ cùm Marci patris ſint, Lucio filio, nomine communi deceptus, aſcribit. Lipſius deniqe ipſe, qi adverſus priores duos illos Senecam defendere ſatagit, in Judicio ſuper Senecam, ejúſqe ſcript. *Ego Senecam universè admiratione magis qàm lavde proſeqendum arbitror. in partibus aliqid eſſe, qod cenſeas, avt cui ſuccenſeas, non nego. Sanè decidit interdum, avt à ſe mutat: ut in jocis avt dictis, qàm ineptus alibi, ſive affectatus eſt? in lavdibus, vituperiis, ſine modo?* &c.

b Qod apud Gellium cenſores rigidi atqe importuni illi, *Cujus libros attingere nullum pretium operæ ſit. Noct. lib.* 12. *c.* 2.

c Notant eundem hoc nomine Plutarchus, Galenus, alii.

c Δοῦλος Ἐπίκτητος ἐγώμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος ἄρα
Καὶ πενίᾳ ξυνός.
Servus Epictetus fueram, & corpore clavdus,
Et paupertate Irus.

Leonid. *Epitaph.* Epicteti Anthol. *lib.* 3. *c.* 33. *Ep.* 42.

d *Epictetus verus ac ſeverus Stoicus & Stoicorum vel maximus.* Herodes apud Gellium *l.* 1. *c.* 2. *Philoſophorum maximus.* Favorinus *ibid. l.* 17. *c.* 19.

e *Marc. lib.* 1. *§.* 7.

f Seneca *de benef. l.* 1. *c.* 4. & *Epiſt.* 82.

a Matth. 15. 19.

b Matth. 5. 22, 28.

c Matth. 12. 36.

d Matth. 5. 20. & 6. 33.

e Matth. 5. 45, 48.

f Matth. 6. 1, 3.

g Matth. 5. 39.

h Matth. 18. 15, 16.

i Luc. 14. 26, 33.

pleriſqe [k] *pietatis*, [l] *caritatis*, [m] *æqitatis*, [n] *humanitatis officiis* [o] *qam exqiſitiſſimè obeundis exeqendiſqe*, præcepta dedit; apud noſtrum hunc eadem, perinde acſi illa lectitâſſet ipſe, in diſſertationum commentationúmqe harum congerie inſperſa paſſim, nec ſine vehementia & vivacitate inſigni, qæ in præcordia ipſa penitiùs penetret, atqe in animo infixos altiùs relinqat aculeos, inculcata ſubinde, Lector qivis ſedulus advertet, ingenuus agnoſcet.

Sed iſta forſitan dixerit qis, qorſum aliunde, ab exterio præſertim, eóqe fidei Chriſtianæ adverſo, petantur? qum è pagina ſacra, in qa proſtant, poſſint promptiùs haberi, & à Magiſtri ipſius ore profecta, cùm imperii avtoritate potiore præcipiantur, tum & obſeqii neceſſitate arctiore percipiantur.

Cui ego præſcriptioni poſſim verbulo occurrere; pari utiqe ratione rejici poſſe omnes in univerſum ab eruditis piiſqe concinnatas Inſtrumenti ſacroſancti utriuſqe enarrationes: ut eodem tandem deveniatur, qo proceſſerant apud nos havd ità pridem, par ferè geminum, cerebri certè parùm ſani uterqe; qorum alter præter paginam ſacram nihil avt legebat, avt lectitandum cenſebat; alter, poſtqam Anachoretæ cujuſpiam inſtar, cum ſuis domi ſuæ ſe concluſerat, librorum (qam pro hominis privati ſorte censúqe amplam ſatis habebat) ſupellectilem omnem, Bibliis ſacris exceptis, foco accenſo, flammis abſumendam tradidit; nevter ſanè, avt fundo juſto, avt exemplo bono, & qod imitatione ſuâ dignum ſobrius qis ſanúſqe ſentiat.

Verùm enimvero ratione non unâ utilis eſſe poterit noſtri hujus in his, cum animadverſione ſeria conjuncta, lectio ſedula.

Primò, qod qæ in Sermonibus Dominicis (qorum capita præcipua duntaxat, συντόμως plerunqe apud Scriptores ſacros extant delibata & digeſta) ſummatim ferè propoſita habemus, iſtic latiùs diducta, fuſiùs explicata, magnâ argumentorum inſignium varietate firmata, illuſtrata, ingeſta, inculcata, ad vitæ uſum communem accommodata habeantur. qod ut eſt ſcriptis aliis cum iſto commune, ità in hoc genere havd pavcis iſtud præcellit.

Tum nec illud levis eſt momenti, qòd dogmatis Chriſtiani æqitas rationi etiam ipſi conſentanea deprehenditur, dum ab ipſis etiam extraneis & adverſariis comprobata & collavdata demonſtratur. [a] *Grave eſt*, ponderíſqe non exigui (ut Iſidorus Ægyptius) *teſtimonium ab inimicis profectum.* Et, (qod Dio Pruſæus) [b] *Encomium ab eis, qi non ſuſcipiunt, & ſuſpiciunt tamen, palàm eſt illius*, ſive perſonæ, ſive diſciplinæ, *lavdem eſſe præſtantiſſimam.* Non neſciebat hoc Apoſtolus, cùm ab [c] exterorum inſcriptionibus ſcriptíſqe, ei qod afferebat & promulgabat, dogmati aſſerendo, teſtimonia advocabat. Nec parùm idcirco præcepti documentíqe Dominici æqitati ac [d] *rationabilitati* (ſi ità loqi licuerit) apud qoſvis vindicandæ formandæqe conduxerit, qòd ab homine extero, nec nomini Chriſtiano favente (cùm nec myſterii noſtri gnarus eſſet, nec fidei rationes aſſeqeretur) tanta tamen cum vehementia, argumentíſqe tam validis, commendata ac confirmata habuerimus. [e] *Qis non intelligat*, (inqit gravis Avtor) *bonam eos habuiſſe cavſſam, qi eam apud medios judices obtinere potuerunt?* qid eam dixerit qis, qæ apud averſos & adverſos etiam, ubi [f] hoſtes ipſi judices conſident, obtineat.

Adhæc divina in iſtis relucet & providentia & benignitas, qòd in homine à ſe dilapſo imaginem ſui non intercidere omnino & aboleri prorſus paſſus eſt, ſed ſcintillulas

[k] Matth. 22. 37.
[l] Matth. 22. 39.
[m] Matth. 7. 12.
[n] Matth. 5. 44. Luc. 10. 37.
[o] Matth. 5. 19, 20.
[a] Σεμνὴ γὰρ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία. Iſidor. Peluſ. *l.* 2. *Epiſt.* 228. *& l.* 3. *Ep.* 335.
[b] Τὸ τῶν [μὴ] ἀποδεχομένων ἀλλὰ πᾶσιν ἐγκώμιον, ἄλλον ὡς κάλλιστον ἔπαινον ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι. Dio. Pruſ. *Orat.* 51.
[c] Act. 17. 23, 28.
[d] Λογικὴ λατρεία. *Rationalis cultus.* Rom. 12. 1. ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ Θεῷ. *Deo ac rationi obſeqi.* Marc. *l.* 12. *§.* 31.
[e] Avg. *Ep.* 170.
[f] Devt. 32. 31.

las qaſdam aſſervavit reliqas; qas & diſciplinis variis excitavit, & ad miraculum uſqe evexit: partim, qò ſocietati humanæ conſervandæ ac continendæ proſpiceretur; nè [g] efferati prorſus homines, belluarum ritu, in exitium mutuum proruerent univerſi; qum [h] *abſqe diſciplina nulla homine truculentior avt immanior ſit bellua*: partim, qò *Numini* [i] *dignoſcendo*, [k] & *indagando*, his adminiculis adjuti, poſſent operam dare; qæ ſi vel contemptim, vel neglectim haberent, [l] ἀναπολόγητοι planè haberentur. Verum eſt proculdubio Claravallenſis illud, [m] *imaginem divinam uri poſſe, exuri non poſſe.* [n] *Imaginem* certè animæ rationali primitus impreſſam funditus eradere, [o] *facem* in mente hominis cœlitùs accenſam penitus extingvere, nec vitioſitas humana, nec malignitas diabolica valuêre: (tertium qiddam, [p] *flammas gehennales* adjecit ille) qam inter ruinas & incendia defectionem primitivam conſecuta, in generis humani commodum, ſuorúmqe beneficium ſervatam confotámqe volebat bonitas divina.

Qin nec divinæ erga nos miſericordiæ gratiæqe planè gratuitæ teſtimonium monumentúmqe luculentum minùs in iſtis oculis noſtris obverſatur; cum [a] eis, apud qos dotes tam eximiæ, admiratione penè omni ſuperiores, ſe produnt, præteritis, nobis, nobis, inqam, [b] in tenebris, umbráqe ferali ac letifera cum illis pariter conſidentibus, imò in vitiorum cœno altiùs longè demerſis, fœdiùs contaminatis, tenaciùs etiam ac pertinaciùs infixis, lumen illud ſalutiferum, [c] *Sermonis* ſui ſacri *Spiritûsqe* ſancti ope operâqe uſus, [d] effulgere procuraverit; [e] qo prævio ac prælucente, per [f] ſeculi tenebricoſi hujus caliginem pluſqam Cimmeriam, avt* Ægyptiacam etiam, veritatis ſupernæ, vitæqe verè ſic dictæ, inter diverticula tam freqentia, à recto utrinqe abducentia, tramitem & invenire, & inventum ad itineris exitum uſqe tenere poſſemus; & abſqe qo per obliqas & tortuoſas mundi hujus neqiſſimi ac perturbatiſſimi ſemitas, ſine luce, ſine duce temere palantes, in exitii æterni voraginem horrendam præcipites tandem prolaberemur. Subit me certè ſubinde (ità iſta dum lego, affectum me ſentio, & ingenuè agnoſco) non ſtupor duntaxat, ſed horror etiam, cum arcani divini admiratione vehementiſſima conjunctus, ſeriò apud me reputantem, qàm longè in multis ab eo abſim, qod de ſe Vir iſte, veri ad ſalutem perducentis tramitis ignarus, de ſe profitetur, nec qin verè & ingenuè, ambigi poſſe videtur. Ut proinde & Marco & Epicteto altiùs aſſurgens, *Hymnum* [g] illius vel *maximo* majorem ac præſtantiorem decantare jugiter debeam; [h] *Magnus*, [i] *divésqe miſericordiâ Deus, qi me miſerum*, [k] *cum gente humana univerſâ collapſum* [l] *& perditum, ſed cum pavcis è turba reliqa* [m] *ſelectum*, [n] *maſsâ ſecretum*, [o] *mihi reſtituit*, [p] *ſibi reconciliavit*, [q] *Filium miſit*, [r] *qi redimeret*; [s] *Spiritum immiſit, qi* [t] *refingeret*, [v] *culpam omnino omnem remiſit, qo &* [x] *ſupplicio culpæ debito omni eriperet, & ſupplicii ſubeundi* [y] *metum dirum eximeret*, [z] *neqitiæ ſervitio liberum emiſit, qò* [a] *in famulitium ſuum adſciſceret, &* [b] *in filiorum ſuorum*

*****

nu-

[g] Μηδὲν ἀστεβέστερον ἀνθρώπου, μηδὲ ἀμότερον, ὅταν ἅπαξ ἀποθηριωθῇ. *Hominè, ubi ſemel ferinam induerit naturam, nihil eſt magis impium & crudele.* Polyb. *Hiſt. l.* 1. & *legat.* 122.

[h] Ὁ ἄνθρωπος ἀπαιδεύτως μὴ τυχὼν, ἀγελαιότατον γένεσιν πάντων, ὅσα γῆ τρέφει. *Homo abſqe diſciplina fit truculentiſſimum omnium, qæ terra alit.* Plato *de legib. l.* 6.

[i] Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. *Id qod de Deo cognoſci poteſt.* Rom. 1. 19. & v. 21. Γνόντες τὸν Θεόν. *Qod Deum noverunt.*

[k] Εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. *Si forte palpando eum invenirent.* Act. 17. 27.

[l] Rom. 1. 20.

[m] Bern. in *annunc. ſerm.* 1.

[n] Gen. 1. 27. & 9. 6.

[o] Prov. 20. 27. Rom. 2. 15.

[p] *Imago in gehenna ipſa uri poterit, non exuri; ardere, non deleri.* Bern. *ubi ſup.*

[a] Matth. 11. 25, 26.

[b] Eſaj. 9. 2. Luc. 1. 79.

[c] Eſaj. 59. 21.

[d] 2 Cor. 4. 6.

[e] Luc. 1. 79.

[f] Epheſ. 6. 12.

* Exod. 10. 22, 23.

[g] Epicteti *Hymnum* habes, ſupra ad marginem ex *Diſſert. l.* 1. *c.* 16.

[h] Pſal. 145. 8, 9.

[i] Eph. 2. 4.

[k] Rom. 3. 19, 23.

[l] Matth. 18. 11.

[m] Matth. 20. 16. & 22. 14.

[n] Rom. 9. 21.

[o] Eph. 2. 5.

[p] Col. 1. 21.

[q] Gal. 4. 4.

[r] Apoc. 5. 9.

[s] Ezek. 36. 27.

[t] Joann. 3. 5. 2 Cor. 3. 18.

[v] Col. 2. 13.

[x] Rom. 8. 1. Gal. 3. 13. 1 Theſſ. 1. 10.

[y] Rom. 8. 15. Heb. 2. 15.

[z] Rom. 6. 22.

[a] Eph. 2. 19.

[b] Rom. 8. 14, 15. Gal. 4. 6.

Joan.

numerum cooptaret, [c] *gratiam ſpiritualem impræſentiarum donavit*, [d] *gloriam cœleſtem deinceps* [e] *donaturum repromiſit.*

Eſt in his deniqe, qod ad altiora enitendi, nomen Chriſtianum profeſſis, calcar acerrimum ſubjiciat, cùm à fide ac familia ea exteros in tam celſa evaſiſſe adverterint; ac pudore meritò ſuffundat, qod in imis adhuc ſubſelliis ſubſiſtant hæreántqe; cum adminiculis fortioribus firmioribúſqe tam amplis ad ea conſeqenda inſtructi ſint, & adjutari, nî nolint ipſi, poſſint. Certè plùs poſſe naturæ jam collapſæ reliqas vires, diſciplinæ ſecularis accedentibus avxiliis, qàm gratiæ divinæ animis cœlitùs illapſæ, cujus operi etiam promovendo eadem illa pariter inſerviunt, pro dedecore inſigni non immeritò habeatur; éſtqe qod probro eos, qi hujus participes ſe ferunt, jure merito afficiat, cum hoc ipſo nomine, nomini, qod profitentur, Chriſtiano [a] opprobrio eſſe ſe ſenſerint, qòd à nomine alienis hac in parte inferiores comperiuntur. Grande qippiam & inſigne viſus eſt, ſibi ſaltem, protuliſſe, qi adverſus mortis metum diſſertatiunculam clavſit monitu illo; [b] *Nec infantes, nec pueros, nec mente lapſos, timere mortem: & eſſe turpiſſimum, ſi eam ſecuritatem nobis ratio non præſtat, ad qam ſtultitia perducit.* futile revera & frivolum eſt. Pari ſiqidem ratione Epicurus probaverit, *Turpiſſimum eſſe, avt Numinis offenſam ſubvereri, avt ſceleris conſcientiam formidare; cùm nevtrum hoc timeant, vel infantes, vel amentes, vel fatui; eámqe nobis ſecuritatem non præſtare ſapientiam, ad qam inſcitia & deſipientia perducit.* [c] Fatui ſcilicet laminam candentem contrectare non metuunt; [d] infantuli facis accenſæ flammæ manum admovere non formidant. num turpiſſimum ideo horum alterutrum ſcientem prudentem timendo refugere, qia nevtrum nevtri illi timeant? Verùm turpe eſt revera, dedecus, opprobria, damna, exilia, vulnera, tormenta, mortem ipſam, mortéqe ipsâ pejores gravioréſqe mortis moras, pro veritate divina, fide Chriſtiana aſſerenda, conſcientia integra & intaminata cuſtodienda, nî deficere & delinqere velimus interminata atqe intentata; ſi defugere malueri-mus, avt detrectare, nec mente promptâ, animo propenſo alacriter conſtantérqe ſubire ac perpeti; cùm hæc omnia pro pietate fidéqe conſervandâ, homines ethnici, & fortiter libentérqe ſuſtinenda definierint, & ipſi ſtrenuè ſuſtinuerint. turpe eſt præcepta documentáqe Dominica, [e] *de ſui ipſius abnegatione*, [f] déqe *ſuorum omnium, honorum, opum, facultatum, neceſſitudinum, affectuum, vitæqe adeò ipſius abdicatione* gravia, moleſta, dura, difficilia, triſtia, rigida, iniqa conqerendo ducere homines Chriſtianos; cùm à religione Chriſtianâ alieni qoqe, argumentis etiam validiſſimis adjectis, hæc eadem pia, juſta, æqa, rationi rectæ conſentanea, naturæqe humanæ congruentia cenſuerint; nec eam nobis magnanimitatem avt æqanimitatem præſtare fidem veram, ad qam ratio illos, recta qidem, nec renata tamen & recocta adhuc, perduxerit. Inſignis igitur Scriptorum iſtiuſmodi uſus, apud Chriſtianos etiam, nomine non uno, vel iſta qæ diximus, vel iſtis paria, ſeriò perpendenti, liqidò comperietur.

Illud interim obſervatu non indignum fuerit, aliâ ratione Epicteti, aliâ Marci monumenta fuiſſe ad nos tranſmiſſa. Epicteti ſiqidem [g] ab ore diſſerentis excepta, Arriani operâ ſunt ſcripto tradita, eiſdem ipſis, qantum aſſeqi poterat, qibus ille diſſerebat verbis. qo modo à Domino Chriſto, dum in terris inter mortales agebat, habiti ſermo-

[c] Joan. 1. 16.

[d] Rom. 8. 18, 30.

[e] Rom. 6. 23. Χάρισμα. donativum. Tertull.

[a] *Chriſtiani in opprobrium & contumeliam Chriſti.* Salvian. *de provid. lib.* 4.

[b] Senec. *Ep.* 36.

[c] Fatui mentio fit in *Legend. Pontific.* apud *Diſcipul. de Tempor.* qi ferri candentis maſſam ſine læſione contrectavit imprudens. Credat qi volet.

[d] Inde Joan. Chryſoſt. *de ſtatuit Orat.* 4. ait, eos qi mortem metuunt, peccatum non metuunt, παιδικὸν φόβον φοβεῖσθαι, puerulis compares, qi larvam timent, lucernam non timent.

[e] Matth. 16. 24. Luc. 9. 23.

[f] Luc. 14. 26, 33.

[g] Ὅσα ἤκουον αὐτοῦ λέγοντος, ταῦτα αὐτὰ ἐπιφέρειν αὐτοῖς ὀνόμασιν, οἷς οἷόν τε ἦν γεγράφθαι. *Sed qæ ipſum avdivi dicentem, ea verbis etiam iiſdem, qoad ejus a me fieri potuit, annotare ſtudui.* Arrian. *Præfat. ad Diſſert.*

Ficti-

mones, (cùm[a] nihil ipſe ſcripſiſſet) [b]ab avdientibus memoriter conſervati, Evangeliſtarum calamo, ſed Spiritu Sancto aſſiſtente, & linguâ qidem aliâ, Græcâ utiqe, cùm is Syriacâ uſus fuerit, ſunt evulgati. Id qod tam de Enchiridio, qàm de *Diſſertationum* libris, ex *Epiſtola* ejuſdem *ad Maſgalenum*, cui ſcriptum illud dedicabat Arrianus, licèt jam perierit, conſtare teſtatur, qi eam vidit, Simplicius. At Marci *diſſertationes* & *commentatiunculas* iſtas, ex ipſius *Adverſariis* deſumptas liqet. qo modo Regis ſapientiſſimi *Paræmiarum* partem non exiguam ab Ezechiæ Regis amanuenſibus ex ipſius avtographis fuiſſe deſcriptam, docet *capiti* 25. præfixum lemma. In more namqe habebat Vir iſte ſummus, ſtudiis philoſophicis, ſive domi, ſive militiæ agebat, intentus, qæ inter meditandum ſuccurrebant, chartis, qas ad hos uſus jugiter præſtò habebat, illinere: nullâ rerum ipſarum ſerie continuâ conſtanter obſervatâ; ſed pro locorum temporúmqe, qibus vel ab ipſo concipiebantur, vel aliunde in mentem memoriámqe ſe ingeſſerant, ratione digeſta. patet hoc ex locis alicubi, qibus ſcripſerat, nominatim deſignatis, cujuſmodi ſunt *libris*, vel *primo* & *ſecundo* adnexa, vel *ſecundo* potiùs *tertioqe* (ut ego reor) præfixa lemmata, de qibus ſuo loco [c] diſſeruimus. Indè natum eſt, ut neqe ſibi invicem cohæreant pleraqe (qanqam *Liber primus* uno qaſi filo perpetuo totus pertexitur) eadémqe ſæpiùs iterata reperiantur, prout mentem ſæpius pulſabant: nec ſuccinctè tantùm, ſed ſuccisé qoqe repræſentata reperiantur complura; (prout in Ciceronis *ad Atticum* aliósqe *Epiſtolis*, Græca, formularúmqe uſitatarum havd pavca) qod ad rei ipſius notæ ſatìs ac familiaris memoriam refricandam & reficiendam ſuffecerat, cùm ad uſum privatum maximè deſtinarentur. qin & ἀκέφαλα, & qaſi abruptè inchoata nonnulla. qod & de ſerpentis ad Evam dictione prima prout à Moſe refertur, opinantur [d] Interpretes qidam eruditi. Indè aliis obſcuriora multa, & de dictionis vel ſenſu vel ſcopo divinationes incertæ; cùm vel qæ adnotantis mens, vel qæ adnotandi occaſio fuerit, conjicere difficile admodum exiſtat. ſed & de locis variis, qaſi vel mutilatis vel depravatis ſuſpiciones fruſtrà conceptæ, de lectione qaſi non ſincera & genuina vel integra ſolicitationes admiſſæ, immutationes tentatæ; cùm non aliter ſe habeant, qàm ab Avtoris ipſius calamo primitùs prodierint. Verùm de iſtis, in *Commentario*, prout occaſio dabitur, ampliùs videbitur.

Atqe hæc qidem ſuffecerint, cùm de *Stoica diſciplina* ipſa, tum & de eis hanc amplexis & ſecutis, qorum ad nos ſcripta pervenêre; Marco præſertim noſtro, cujus impræſentiarum denuo edendi conſilium inſtitutúmqe pavcis expoſitum ubi dederim, in limine Lectorem non ſum diutius detenturus. Anni itaqe ultra qadraginta jam exceſſerunt, ex qo, dum apud Juris noſtratis Profeſſores ac ſtudioſos in Hoſpitio Lincolnienſi, qod eſt in ſuburbano Londinenſi ſitum, agentes Præconis Evangelici munus ſuſtinebam, in Marci Imperatoris ſcriptum hoc, à Viro doctiſſimo, & in negotio hoc exercitatiſſimo Gul. Xylandro Baſileæ iteratò cùm Græcis aliis qibuſdam editum, inter codices à manu ſecunda (qod ajunt) venum expoſitos, incideram. Hoc nactus, per vacationem à munere publico avtumnalem, ex Juſtitio ſolenni intercedente obvenientem, otium aliqod adeptus, dum ruri ago, cùm diligentiùs evolviſſem, adeò meditationibus ac præceptionibus pietatem, gravitatem, caritatem, magnanimitatem, virtutis nullum non genus ſpirantibus, à capite ad calcem uſqe conſtipatum reperi, ut nec poſſem non perlecto ſummopere affici, nec lectione repetitâ etiam affectui ſatisfacere; cùm nihil in hoc genere apud exterum qenqam (Epicteto uno excepto; qo

[a] Fictitiæ ſunt enim *litera* amœbææ *Agbari ad Chriſtum*, *Chriſti ad Agbarum*, qomodo & *Seneca ad Paulum*. qarum meminere tamen Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. l.* 1. *c.* 13. & Hieron. in *Scriptor. Eccleſ. Catalog.*

[b] Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι. *Prout tradiderunt nobis qi a principio ſpectatores ipſi & miniſtri fuerunt.* Luc. *Præfat. Evang.*

[c] Cui adjectum velim, ex perpetuo dictionis contextu, tot temporum variorum res ſingulas complexo, domi potiùs per otium, qàm militiæ ſub pellibus agenti *Librum primum* confectum conſcriptúmqe videri.

[d] De hoc videri poterunt Tremellius & Junius; ſed inprimis Piſcator.

nec inferiorem, niſi qòd ille amplior eſt, Marcum noſtrum cenſuerim) eximium magìs legiſſe meminiſſem. Cùm avtem in multis vitiatum, mutilatum, lacerum, luxatum animadverterem, nec verſionem Xylandrianam Græcis commodè ſatìs reſpondere, de recenſione pariter & verſione novâ inſtituendâ animum ſubibat cogitatio. Hæc meditanti ad manus venit ſcripti ejuſdem editio altera Lugdunenſis, à qa ſubſidium aliqod ſperabam: ſed fruſtra: cum Xylandriana ea, qâ uſus fueram, inqinatiorem ac corruptiorem deprehenderem. jam avtem ex viri doctiſſimi, cujus *verſio* ſcripti hujus *Anglicana* pòſt prodiit, D. Merici Caſavboni *prolegomenis* Editioni Græcæ à ſe nuper adornatæ præfixis, è Xylandri priore Tigurina (cujus in Baſilienſis *Præfatione* mentionem ipſe facit, qamqe niſi in Viri Doctiſſimi manibus, cùm me comiter inviſiſſet, qod in *Prolegomenis* illis ipſe commemorat, nunqam oculis uſurpavi) expreſſam edoctus ſum. Cùm avtem codicum penuriâ laborarem, partim ex ingenio, partim ex Svida ſcriptoribúſqe aliis, qi ex libris his nonnulla lavdaverant, partim eruditorum qorundam, qibuſcum neceſſitudinem avt familiaritatem aliqam habebam, conſilio opéqe uſus, loca qæ vitii qoqo modo ſuſpecta videbantur, reſtituere annitebar. Qumqe in Viri Illuſtriſſimi D. Clavdii Salmaſii *commentariis* nullo non literaturæ humanioris genere refertiſſimis, Marci nonnulla ſecius, qàm in eis,qos penes me habebam, codicibus expreſſa offendiſſem; unde editionem aliam aliqam ſecutum ſuſpicabar; amici communis interventione uſus, (aliter enim compellare ignotum planè verecundia prohibebat) Virum Clariſſimum per literas conſulebam, qibus tum qid molirer ſignificabam, tum & de locis tam illis, qos ab ipſo aliter qàm avt Baſileenſis, avt Lugdunenſis habebat, exhibitos repereram, qàm aliis etiam, ad qos hæſitabam, ménsqe tunc temporis ſuggerebat, nec conjecturis de qibuſdam propriis celatis, ſententiam illius cenſurámqe ſciſcitabar. Is pro eximia, qâ cumprimis pollet humanitate, inter cætera, in hæc verba ingenuè reſcripſit. *In tam utili ad vitæ præcepta ſcripto, & ad imbuendos virtute illâ forti & humanorum contemptrice animos, qam ponere operam deſtinas, ſummopere lavdo. Editum illud ſcivi lingvâ Anglicanâ â Merico Caſavbono, ſed ultra nihil. qid enim præſtiterit, præ illius lingvæ ignorantia havd etiam ſcire mihi licuit. Hoc tamen mihi pronunciare certò poſſe videor, ſatìs operæ eſſe in illo opere perfectè abſolvendo qæ non ſolùm duos, ſed etiam plures fabros diſtineat. ità ſpiſſa eſt materia, vix multis cuneis evincenda, vix optimis runcinis dedolanda. Havd alium puto avtorem ex antiqitate Græca corruptiorem ad nos, injuriâ temporum, fortean etiam hominum, qi eum interpolârunt, tranſmiſſum. ubiqe hiatus, & lacunæ, qæ tamen ſolidum mentiantur. Tranſpoſitiones etiam multis locis commiſſæ ab hominibus, uti videtur, ſciolis, qi ſententias plerumqe minutis punctiunculis Stoico more ſignatas non capiebant. Præter ea, qæ obſervâſti, atqe in ſchedam mihi miſſam conjeciſti, alia toto paſſim opere vitio laborant. & qædam ex his tibi impertienda duxi, ut locum expleant eorum, qæ à te propoſita diſſolvere non potui.* Hæc vir ſummus ille; qi & liberaliter admodum mecum, homine peregrino, nec de nomine etiam, opinor, antè noto, egit; cùm non de eis duntaxat, qæ qæſieram, ſed de aliis qoqe, qæ inter ea diſqirenda occurrebant, nec reqiſitus, animi ſui ſenſum ultroneus impertiretur; adjectâ inſuper invitatione humaniſſimâ, qâ ad alia qælibet ulteriùs operam præſtare promptum, *tempúsqe* eo fine *negotiis aliis ſuffuraturum, nec imputaturum* profitebatur. Et de aliis qidem, pollicitatione tam liberâ, tam largâ animatus, per literas alteras Virum Clariſſimum ſum percontatus. Verùm per ſubitaneam illius occaſionibus qibuſdam Lugduno-Batavorum in Gallias ſuſceptam profectionem, (ſive literis meis ad manus illius non pervenientibus, ſive ab ipſo ad acceptas reſponſione in reditum dilatâ: ſimul per amici communis, cujus interventu uſus fueram, è partibus iſtis demigrationem, ſponſionis repetendæ opportunitate ſublatâ) factum eſt, ut à Viro Celeberrimo nihil ampliùs acceperim. Illud obiter monere viſum eſt, *Editione Argentinenſi* uſum ſe ſcribere, ſed qæ cum *Baſileenſi* per omnia convenire viſa ſit. Præter hunc operâ uſus ſum Viri Eruditiſſimi, lingvarúmqe peritiſſimi D. Arnoldi Bootii, Doctoris Medici, qi vir qantus in his ſit, *Anim-*

ad-

adverſionum Sacrarum opus elaboratiſſimum uberrimè teſtatur. Is pro animi propenſione, & humanitate ſingulari, ſæpiùs conſulenti non deerat. Sed nec Virum Doctiſſimum, nec comitatis nomine illorum alterutri poſtponendum, D. Patricium Junium fas eſt mihi hîc præteritum, qi & conjecturas mihi ſuas communicavit; ſicut & ipſe illi viciſſim meas; & ubi ad Conventum Veſtmonaſterienſem evocatus fueram, in partibus illis occurrentem non ſemel de Antonino edendo ſolicitabat. Ab his avtem aliiſque, qorum ſcripta pervolutaveram, qicqid accepi, ſuo cujuſque loco mentione factâ, animo liberrimo lubentiſſimóqe acceptum cuiqe gratanter fero.

Verſione ſiqidem jam confectâ, de *Annotationibus* ſuccinctioribus porrò adjiciendis cogitare primò ceperam. pòſt de *Commentario* juſto & ampliore etiam, qo Scriptum tam inſigne dignum valde videbatur. Huic conficiendo inter curas operáſqe paſtorales, qibus per annos ultra qadraginta eodem loci, qò ab Hoſpitio dicto tranſieram, jugiter diſtrictus inſudavi, niſi qòd ante ſexennium morbo gravi corruptus, ad tempus aliqod intermittere, tum reverſus denuo remittere aliqid, demum incidere ferè prorſus, coactus fuerim) inter horas ſubſecivas, qæ & rariores intervenerant, & per intervalla diductiora rodierant, dum intendo, in molem eam opus iſtud excreviſſe animadverteram, ut de evulgando ſpem omnem abjicerem; ſiqidem, contrà qàm in Flacciano illo, *urceus inſtitui* cùm cepiſſet, *rotâ currente, amphora exiit;* expertus utiqe, Bibliopolæ & Typographi noſtri, qàm ægrè aliqid etiam minoris negotii in hoc genere ſuſcipiant. Verùm cùm annos apud me delituiſſet havd pavcos, amicorum tandem qorundam flagitatione freqente, qi & edendum poſcebant, & de impenſa ad id perficiendum proſpectum iri, fiduciam faciebant, eorum in manus qod confeceram totum contradidi, pro ipſorum optione, vel premendum, vel prelo ſubjiciendum, & in lucem publicam (qod ab illis jam eſt effectum) emittendum.

Ipſe in hoc opere qid præſtiterim, præſtare ſaltem conatus ſim (dextréne ac feliciter, an ſeciùs alii viderint) ſic habeas. Primo loco; poſt Scriptorum variorum, tam antiqioris qàm & ævi recentioris de *Marco* Scripti hujus Avtore *elogia* & *encomia*, déqe *Scripto* hoc ipſo *teſtimonia* & *judicia;* Marci *contextus Græcus* exhibetur, (niſi ſi, dum affectus imponit, ſpes fallat) vitiis mendíſqe, qibus antè paſſim ſcatebat, havd pavcis ſublatis, repurgatior; lacunis, qibus hiabat, ſuppletis aliqot, integrior; loco motis qibuſdam ad ſedes proprias revocatis, aptiùs havd pavlò concinnatus & compoſitus; interpunctionibus neceſſariis, & ſectionibus, ſive paragraphis, (utì Juriſtæ loqi ſolent) commodis (qod Lugdunenſis infeliciùs pavlò primus tentaverat) accuratiùs qàm anteà, pro dictionis ſenſu genuino interſtinctus, pro materiæ ſubjectæ ratione diſtinctus: ad marginem adſcriptis lectionibus variantibus, locíſqe parallelis, in qibus ſententiæ, formulæ, voculæ, vel eædem, vel geminæ, reperiuntur, ut nec ad *Commentarium* ampliorem in ſingulis qibúſqe recurrere neceſſum eſſet; & Marcus ex Marco ipſo, vel explicatus, vel illuſtratus, haberetur. Adjecta eſt *verſio Latina* nova, ad Græcum contextum eo, qo ſuperiùs eſt dictum, modo reſtitutum, accommodata. Seqitur *Commentarius* in Scriptum totum perpetuus, in qo verſionis à prioribus diſcrepantis, mutationis, ſuppletionis, commiſſionis, diſtinctionis, expunctionis cujuſqe ratio redditur; *verſionibus* etiam atqe *annotationibus* antegreſſis, prout occaſio ſe tulerat, examini ſubjectis, & pro ea, qæ probabilis tunc videbatur, ratione, vel admiſſis, vel rejectis: formulæ Marco uſurpatæ, ex aliis, vel Græcis, vel Latinis, (nam & ex ſermone Latino hominem Romanum, licèt Græcè ſcribentem, mutuari non eſt inſolens) ſacris etiam nonnullæ Scriptoribus explicantur. Sententiæ & dogmata ex aliorum itidem, vel conſentientium, vel diſſentientium & diſſidentium etiam, ſive ſcriptis, ſive dictis, ſive moribus factíſqe, vel firmantur, vel illuſtrantur. ad eos, eorúmqe loca, à qibus, & è qibus, Marcus mutuo ſumpſerit, avt excerpſerit qicqam, qantum aſſeqi datum eſt, digitus intenditur. de hominibus

locíſqe, qorum mentio alicubi occurrit, ex monumentis hiſtoricis, qæ in manibus habentur, prout in horum etiam ruderibus ruſpando deprehendi qicqam poterat, lux aliqa datur. Sacræ deniqe paginæ periochæ formulæqe nonnullæ, prout occaſio intervenerat, obiter, vel è Marco ipſo, vel aliunde enarratæ, aliorum qoqe Scriptorum emendatæ inſuper complures repræſentantur. In his avtem qamvis diligentiâ aliqâ ſim uſus, multa tamen ſedulitatem meam ſubterfugiſſe nullus ambigo; plura qoqe reſtare, qæ cùm vel mihi forſitan ſine cavſſa *aviam* ſint viſa, vel dextrè minùs tentata avt curata fuerint, medici peritioris manum opémqe reqirant. Nihil in hoc genere, vel in alio ullo, prodit, cui non aliqid (meis qibúſqe plurimum, ſat ſcio) adjecto opus ſit. latus amplúſqe ſatis adhuc patet iſtîc campus, in qo ingenia feliciora, cum lavde fructúqe ſe exerceant. In meis his interim ſi qid præſtitum ſit, qod vel Theologiæ ſacræ candidatis, vel literaturæ humanioris ſtudioſis, vel aliis etiam qibuſcunqe uſui eſſe poterit, laboris in eis ſuſcepti inſumptíqe merces ampla ſatis futura eſt. Si qid avtem vel iſtîc, vel in Opere toto, (qod eveniſſe ſæpenumero ſuſpicor ipſe) humanitùs admiſſum occurrerit, qod notam ſeqiorem ſeveriorémve mereri jure videbitur, Lectorem humanum rogatum pervelim, ut nè ſtricto jure agere volupe ſit, ſed [a] ſortis memor humanæ, humanitatíſqe (prout in Schola loqi amant) ſuæ qoqe ſibi conſcius, utpote qi, [b] *homo cùm ſit, humani nihil à ſe alienum* cenſere avt ſentire debeat, pro humanitate, qâ ingenitâ, qâ inſitâ, humaniter ignoſcat. Iſtam enimvero *diſſertatiunculam*, mente, ratione non unâ minùs validâ, oculo à ſenio caligante, à lema lippiente; manu tam à frigore, (cùm nec rigens ignem propinqiorem ſuſtineam; qod nôrunt probè, qi me familiariter habent) qàm à morbo, tremulâ, (cùm ad manum amanuenſis nullus exiſteret) non tam concinnabam, qàm conſarcinabam, conſcribillabam magis qàm conſcribebam, in agri Surrejenſis pago Urbi natali adſito Rotherithienſi, menſe Januario, hyeme ſæviente, cui & gemina altera, [c] *ætatis & invalætudinis*, (qæ [d] rariùs ſejunctæ reperiuntur) acceſſerat; anno à Virginis Θεοφόρε καὶ Θεοτόκε conceptu ſalutifero (ſecundùm computandi ritum vulgò receptum) milleſimo ſexcenteſimo qinqageſimo primo; ætatis propriæ, non tam currentis, qàm decurrentis & devergentis, ſeptuageſimo octavo.

[a] Τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνε Θεῦ. *Omnino non peccare eſt ſupra naturam humanam, & ſolius Dei.* Gregor. Naz. *Orat.* 15.

[b] Terent. *ſe punient.* 1. 1.

[c] Χειμῶνα ἡ βίε. *hyemem vitæ*, ſenectutem dixere, Pythagoras, apud Laërt. *l.* 8. Ariſtoteles in *Chriis*, Eratoſthenes, & Patrocles, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 117.

[d] — πῶς ἔχεῖ,
Μηδέπω' ἐρώτα ἔτ', ἐπὰν γέροντ' ἴδῃς,
Ἢ γραῦν τιν'. ἴσθι δ' ἀῤῥὺς, ὅτι κακῶς ἔχεῖ.
— *Qomodo vales?*
Nunqam hoc interrogato, ubi ſenem videris,
Avt anum aliqam, ſed ſtatim ſcias qod male ſe habeat.
Philemon apud Stobæum & Maximum *collectan. c.* 41. Τὸ γῆρας ἐστιν αὐτὸ νόσημα. Apollodor. *Senectus ipſa morbus eſt.* Ter. *Phorm.* 4. 1. Senec. ad illud Virgilii ex *Georg. lib.* 3.
Subeunt morbi, triſtíſqe ſenectus.
morbos & ſenectutem unà ponit; non immeritò: ſenectus enim inſanabilis morbus eſt. Epiſt. 108.

D E

MARCO VERO AVRELIO ANTONINO Imperatore

ELOGIA ET JUDICIA.

Svidas *in* Μάρκ☉.

Μ Ά ρκος, ὁ κὴ Ἀντωνῖν☉, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐπαινετὸς κ᷒ πάντα φιλόσοφ☉. *Marcus, qi & Antoninus, Romanorum Imperator, laudatus ille per omnia philoſophus.*

Idem.

Μάρκ☉, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὃν σκοπήτ]εσθαι σιωπῇ μᾶλλον, ἢν ἐπαινεῖν ῥάδιον. ἐκ πρώτης γὰρ ἤδη τ᷒ ἡλικίας, ἐυσταθῆ τε κὴ ἡσύχιον βίον ὑποστησάμν☉, ὅτι κ᷒ δέ☉, ὅτε κατ᾽ ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε. ἐπαινεῖ δ᷒ τ᷒ φιλοσόφων τὰς ἀπὸ τ᷒ σοᾶς. κ᷒ ἐω᷒ ἄρα ἐκείνων μιμητὴς, ᾗ μόνον κ᷒ τὴν τ᷒ διαιτημάτων ὑπιτήδυσιν, ἀλλὰ κ᷒ κατὰ τὴν τ᷒ μαθημάτων σύλληψιν. τὸν τε γᾶν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίω, οὐδὲν τῇ εἰσποιήσει ᾧ γένους ἀλλοιωθείς. κὴ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγέμν☉, κὴ τὴν ἄκραν δυνασείαν καρπώμν☉, πρὸς ὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε. ἀλλ᾽ ὦ ἐλεύθερ☉ κ᷒ δαψιλὴς ἐν τοῖς ἐυεργετήμασι, ἀγαθὸς δὲ κὴ μέτρι☉ ἐν ταῖς τ᷒ ἐθνῶν διοικήσεσι. *Marcus, Romanorum Imperator, qem facilius eſt tacitè admirari, qam laudare. Cum enim jam a prima ætate conſtantem & qietam vitam ſibi ſeqendam propoſuiſſet, neqe propter metum, neqe propter voluptatem vultu mutato unqam eſt conſpectus. Philoſophos autem Stoicos laudat, & fuit illorum imitator non ſolum vitæ inſtituto: ſed etiam diſciplinarum ſtudio. Vitam autem privatam ſic egit, ut ſe nihil efferret ſupra cæteros de plebe Romana cives: ſed pari libertate dicendi frueretur, nihil ob illam generis adoptionem mutatus. Et poſtqam ad principatum eſt progreſſus, ut monarcha populis præfuit, & ſumma poteſtate fruens, ad nullam inſolentiam unqam eſt abreptus. Sed fuit ingenuus, & largus in dandis beneficiis, & bonus, & moderatus in gentibus regendis.*

Idem de eodem.

Μάρκ☉, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐυσεβὴς ὀπικληθείς. ἦτ☉ εἶχε μὲν κ᷒ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας. κὴ ἄρισα ᾗ ἁπάντων τ᷒ ἐν κράτει γενομήν☉ τινὶ ἤρξε. πλεῖσον δὲ ἐν ἐυεργεσίᾳ διῆγεν. --- αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχετο. τὰ δὲ τ᷒ ἄλλων ἁμαρτήμαζα, κ᷒ μάλισα τ᷒ γυναικὸς, ἔφερε, κ᷒ ὅτι ἐπλυπεαγμόνῃ, ὅτι ἐκάλαζεν. ἀλλ᾽ εἰ μή τις χρησόν τι ἔπρατ]εν, ἐπῄνῃ, κὴ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὖτῳ. τ᷒ δὲ ἑτέρων ἃ πεοσεποιεῖτο. λέγων, ὅτι ποιήσαι μή τινι ἀνθρώπως οἵοις βάλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐσι. τοῖς δὲ δὴ ἔσι, πεοσήκει, ἐς ὅ, τι ἄν τις αὐτ᷒ τῷ κοινῷ χρήσιμ☉ ᾖ, χρῆσθ᷒. ἔτη γὰρ πεντήκοντα κὴ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε κ᾽ ζήσας, κ᷒ ιθ᾽ ἔτη ἡμέρας τε ιά αὐτοκράτησας, ὅμ☉ διὰ πάντων ἐγένετο, κ᷒ ἐν ὐδενὶ ἠλλοιώθη. ἀγαθὸς δὲ ὢν, κὴ ὐδὲν πεοσποιητὸν εἶχε. πάμπολλα γὰρ κὴ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη ἐν ῥητορικοῖς λόγοις κὴ φιλοσοφίας ἀσκηθείς. πλεῖσον δε ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη. λέγει κ᷒ ἄλλως μυρίας ἐπαίνως εἰς αὐτὸν ὁ Δίων. *Marcus, Romanorum Imperator, cognomento Pius. Hic & aliis omnibus virtutibus præditus fuit, & optime omnium, qui imperium aliqod habuerunt, imperavit. Beneficentiæ vero ſtudioſiſſimus fuit. Nam ipſe qidem ab omnibus peccatis abſtinebat. Aliorum vero peccata, præcipue vero uxoris ferebat, nec curioſe inqirebat, neqe puniebat. Sed ſi qis boni aliqid faciebat, eum laudabat, & ad illud illo utebatur, cæteros vero non curabat. Dicebat enim fieri non poſſe, ut homines tales efficias, qales habere cupis. Illis verò, qi jam ſunt, convenire uti ad illas res, ad qas eorum unuſqiſqe Reipublicæ utilis eſſe poteſt. Cum autem annos qinqaginta, menſes decem, & dies viginti vixiſſet, & per novendecim annos & undecim dies ſummum imperium obtinuiſſet, in omnibus ſui ſimilis fuit, nec ulla in re mutatus. Bonus autem fuit, nec qidqam ſimulatum habuit. Maximum etiam ab eruditione adjumentum accepit, in eloqentia & philoſophia exercitatus. Plurimum tamen ab ipſa natura eſt evectus. Dion autem & alias ſexcentas laudes in ipſum confert.*

Dio Cassius Hist. Rom. lib. 71 ex Joannis Xiphilini epitome pag. 815. A.

Ὁ μὲν Μάρκος, ἄριστα δὴ πάντων τῶν ἐν κεράτι τινὶ γενομένων ἄρξας, ἄτως μετήλλαξεν. εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, πολεῖσον δ' ἐν εὐεργεσίαι δηλῶν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἀπάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ ὅτι ἑκὼν ὅτι ἀκὼν ἐπλημμέλει. τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς, ἔφερε, καὶ ὅτι ἐπολυπραγμόνει, ὅτι ἐκόλαζε. καὶ εἰ μέν τις χρηστόν τι ἐπράττεν, ἐπῄνει καὶ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὐτῷ, τοὺς δ' ἑτέρων προσεποιεῖτο. καὶ ὅτι μὲ προσποιητῶς, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάντα ἐπράττε, προὔδηλον. ἔτη γὰρ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα, καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας, καὶ τύποις τῷ τε Ἀντωνίνῳ συχνὸν χρόνον συνάρξας, καὶ αὐτὸς ἐννέα καὶ δέκα ἔτη, καὶ ἕνδεκα ἡμέρας αὐτοκρατήσας, ὅμοιος πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν ὀλίγῳ ἠλλοιώθη. ἄτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. πάμπολλα μὲν γὰρ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς. --πολεῖσον δ' ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη. καὶ γὰρ πρὶν ἐκείνοις ὁμιλῆσαι, ἰσχυρῶς πρὸς ἀρετὴν ὥρμητο. τοῖς τε γὰρ συγγενέσι πᾶσι, πολλοῖς καὶ δυνατοῖς πλησίοις τε ὄσιν, ἄτω τι ἔτι παῖς ὢν ἤρεσεν, ὥστ' ὑπὸ πάντων ἀγαπηθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδριανοῦ, ὅτι μάλιστα εἰς τὸ γένος ποιητὴς, οὐχ ὑπερεφρόνησεν. Ἑλληνικῶν τε καὶ Λατίνων, ῥητορικῶν τε καὶ φιλοσόφων λόγων αἰεὶ διεπίμπλατο. *Itaque Marcus inter omnes, qi cum aliqa potentia fuerunt, optime administrato imperio, sic decessit. Multis enim & aliis virtutibus præditus fuit, sed præsertim beneficentia. Nam ipse qidem ab omnibus peccatis abstinebat, qum nec sponte, nec imprudens delinqeret, sed etiam aliorum peccata, & maxime uxoris ferebat, nec curiose inqirebat, nec puniebat. Si qis autem boni qid faceret, eum lavdabat, & ad illud illo utebatur, cæteros vero non curabat. Ac qidem nihil simulate, sed omnia ex virtutis præscripto egisse perspicuum esse potest ex eo, qod qum octo & qinqaginta annos, mensesqe decem, ac dies viginti duos vixerit, in iisqe sub Antonino patre diu socius imperii fuerit, ipseqe decem ac novem annos & dies undecim regnaverit, tamen sui similis in omnibus, nec ulla unqam in re mutatus fuit. Itaqe vere fuit vir bonus, nec qicqam simulatum habuit. Magnum ei adjumentum attulit eruditio, nam rhetoricis & philosophiæ præceptis exercitatus fuit.--Plurimum tamen ab ipsa natura evectus fuit. Antequam enim cum iis versaretur, magnopere contendebat ad studium virtutis: qa in re propinqis suis, qi multi erant & potentes, & locupletes, ita satisfaciebat puer, ut omnibus maxime carus esset: atqe ob eam causſam præsertim ab Hadriano adoptatus in familiam, nihilo magis insolens fuit, tam Græcis, qam Latinis, tam eloqentiæ qam philosophiæ præceptis semper imbuebatur.*

Herodianus Histor. lib. 1. cap. 2. §. 4-8.

Τῷ βασιλεύοντι Μάρκῳ, ἀρετῆς μὲν πάσης ἔμελεν αὐτῷ. λόγων τε ἀρχαιότητος λίαν ἐρασὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτὸν, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δ' καὶ τοῖς ἐρχομένοις ἑαυτὸν ἀπλετικὴν καὶ μέτριον βασιλέα, οὐδ' προσίοντας δεξιούμενος, κωλύων τε οὐδὲ αὐτὸν δορυφόρους ἀπεργάζειν οὐδ' ἐντυγχάνοντας. μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν καὶ λόγοις, καὶ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει, καὶ βίῳ σώφρονι, ἐπεσώσατο. πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν, ἢ τὸν ἐκείνῳ καιρῶν φορά. φιλεῖ γάρ πως αἰεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιᾶται *Marcus, qum regnaret, virtutem nullam non magnopere exercuit: adeo literarum antiqitatis studiosus, ut nemini sit in eo genere Græcorum Romanorumqe secundus. Argumento sunt permulta, qæ ab illo dicta atqe conscripta ad nos usqe pervenerunt. Adeo vero civilem sese & commodum omnibus principem præstabat, ut adeuntium cuivis dextram placide daret, neminemqe a suis custodibus prohiberi aditu pateretur: soluſqe Imperatorum sapientiæ studium, non verbis, aut decretorum scientia, sed gravitate morum, vitæqe continentia usurpavit. Qo factum est, ut magnum sapientium virorum proventum ætas illa extulerit. Solent enim plerumqe homines vitam principis æmulari.*

Lib. 1. cap. 2. §. 3. Τὰς θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τοῦ συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τὰς γένους μακρηγορίας διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοῦ πλούτου πρεσβολαῖς λαμπρὰς, κοσμίους ἢ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. παιδικὰ γὰρ μόνα ψυχῆς ἄθλα, καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. *Filias porro, qum adolevissent, optimis ex ordine senatorio viris collocavit. Neqe enim qi longam generis seriem præferrent, aut qi opes nimias ostentarent; sed qi morum probitate, atqe modestia, vitæqe innocentia præcellerent, eos sibi generos deligendos putabat. Hæc enim sola animi bona certa esse stabiliaqe ducebat.*

Lib. 1. cap. 4. §. 19. 20. 21. Τελευτήσαντος δὲ Μάρκου, ἐπῳδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν, καὶ τὸ δημῶδες πολὺ ὁμοίως πένθει κατεῖχετο. οὐδέ τις ὧδ' ἀνθρώπων τοῦ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἄρχειν, ὃς ἀδακρυτὶ τοιούτῳ ἀγγελίαν ἐδέχετο. πάντες δ' ὥσπερ ἐκ μιᾶς φωνῆς, οἱ μὲν πατέρα χρηστὸν, οἱ δ' ἀγαθὸν βασιλέα, γενναῖον δ' ἕτεροι στρατηγὸν, οἱ δὲ σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα ἀνεκάλουν. καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο. *Postqam vero Marci mortem fama vulgavit, incredibilis repente exercitum ipsum, plebemqe adeo omnem luctus occupavit. Neqe ulli sane Romanæ ditionis mortales fuerunt, qi non ejusmodi nuntium multis lacrymis exceperint: omnesqe eum velut una voce, alii parentem probum, alii bonum Imperatorem, qidam fortissimum ducem, nonnulli etiam continentem, moderatumqe principem vocitabant. neqe sane qisqam falsus habebatur.*

Aristides oratione in Regem Tom. 1. p. 101.

Ἀλλ' ἐμοί γε δοκεῖ τὸν καλὸν εἶναι, ἐν ἑορτῇ καὶ ἐν ἱερομηνίᾳ, μεμνῆσθαί τι καὶ λέγειν, περὶ θείου καὶ φιλανθρώπου βασιλέως. ὁ γὰρ δὴ δέος γε, μὴ ἐπαινεῖν αὐτὸν προελόμενοι, ἔπειτα ἀπορήσωμεν λόγων, ἀλλὰ μὴ τὰ τοιαῦτα ἢ τὰ ὑπάρχοντα τῷ βασιλεῖ, ὥστε μηδένα εἰπεῖν ἀξίως ἂν δυνηθῆναι περὶ αὐτῶν. *Ego vero decorum fore*

fore putarim, ſi his menſtruis feriis divini & humaniſſimi regis mentionem aliqam faciamus. ne enim id metuendum eſt, ne poſtqam ipſum laudare cœperimus, verba nos deficiant, ſed potius, ne tot ſint in ipſo laudanda, ut ea nemo pro dignitate poſſit explicare.

p. 102. Ἐγὼ δ' ὅτε χρόνῳ πληθος ἱκανὸν, ὅτε λόγον ὀδένα ὁρῶ ἧ βασιλέως ἄξιον, ὀδὲ * ὅστις [* ὡς τις f.] αὐτὸν ἱκανῶς ἐγκωμιάσαι δυνήσεται. *Ego vero nec tempus ullum ſatis longum duco, nec orationem ullam video, qæ rege poſſit eſſe digna, eumqe ſatis laudare.*

p. 103. Ἓν μὴ ἂν ἧν τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον ὑπάρχειν λέγειν περὶ αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρότερον ἢ καθίστηναι εἰς τὴν ἀρχὴν, ἄξιος ἦν βασιλείας ἦν. *Illud unum igitur primum ſumma cum laude dici de ipſo poteſt, eum priuſqam regnum capeſſeret, regno dignum fuiſſe.*

p. 104. Εἴτε γὰρ φόβῳ τῷ πρὸς αὐτὸν, εἴτε αἰδοῖ ἧ κρεῖττον, εἴτε γνώμῃ τῇ βελτίστῃ καὶ δικαιοτάτῃ συγχωρεῖν οἰόνται δεῖν, πῶς οὐκ ἐξ ἁπάντων τούτων φανερὸν, ὁντιν' ἐχρὴν εἶναι τὸν βασιλέα. *Sive enim metui, qo erga ipſum afficiebantur, ſive dignitatis reverentiæ, ſive moribus optimis ac juſtiſſimis illud tribuendum putarent, manifeſto ubiqe apparebat is qi rex erat eligendus.*

p. 106. Τὸν γὰρ μαθόντα ἃ χρὴ, καὶ παιδαγθέντα, καὶ μηδενὸς τῶν καλῶν ἀμελήσαντα, μηδὲ ἁμαρτὴν γενόμενον, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς μέρεσι κατακοσμήσαντα τὴν ψυχὴν, εἰκὸς ἦν πάσης ἔξω γενέσθαι ἁμαρτίας. τοιούτων τοίνυν τὴν παιδείαν, καὶ ὁ βασιλεὺς παιδαγθεὶς, καὶ πάντων τῶν καλλίστων μεταχὼν, τὰ μὲν καὶ ἀπὸ φύσεως ὑπαρξάντων αὐτῷ, τὰ δὲ καὶ ἀπὸ παιδείας γενομένων, ἃ μέσως, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ποσὶν, ἀλλὰ πρὸς ὑπερβολὴν ἑκάστῳ, ἦν μὲν μέγα ὄφελος τῇ βασιλείᾳ καὶ πρὸν εἰς τοῦτο καταστῆναι. *Qi enim ea, qæ oportebat, didiciſſet, nec ullam rem præclaram neglexiſſet, nec rudis eſſet, ſed omni virtutis genere animum ſuum exornaſſet, eum æqum erat omni peccato eſſe immunem. Hac igitur ratione cum inſtitutus eſſet, nec ulla re pulcerrima careret, qod eas illi partim natura, partim educatio non mediocriter, ut aliis, ſed affatim ſuppeditaſſet, magnum erat regni præſidium etiam antedam illi præficeretur.*

p. 107. Ἐπεὶ δὴ ἡ πάντα διοικοῦσα πρόνοια καὶ διατάξασα, καὶ τοῦτον ἐκάθισεν εἰς τὸ βασίλειον θρόνον, τὸ δικαιότατον βασιλέων. *Poſtqam vero divina providentia, qæ omnia gubernat & diſponit, hunc etiam, juſtiſſimum & ſanctiſſimum regem, in regio ſolio collocavit.*

p. 108. Ὡς ἂν ἐμπειρότατος βασιλέων, καὶ γνώμῃ πρέχων. *Ut rex prudentiſſimus & in conſultando primas tenens.*

Οὕτως ἐξηγεῖται καὶ διέρχεται τὸ τῆς ἀρχῆς, ὅνπερ χρὴ τρόπον. τὴν εὐσέβειαν μὲν καὶ δικαιοσύνην, ἔπειτα δὲ σωφροσύνην, καὶ ἐγκράτειαν, φρόνησιν, καὶ τὴν ἄλλην κοσμῶν γε ἀρετήν. ἤρξατο μὲν γὰρ ὥσπερ προσῆκεν, ἀπὸ εὐσεβείας. διεξῆλθε δὲ καὶ διὰ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς ἀρετῆς. τίς μὲν γὰρ δικαιοσύνης; τίς δὲ φιλανθρωπίας; τίς δὲ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τοσαῦτα δείγματα καὶ τοιαῦτα, ὅσα καὶ [οἷα] ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐξήνεγκε; *Ipſe regnum administrat ut decet, pietatem, juſtitiam, temperantiam, modeſtiam, prudentiam, & alias omnes virtutes colens. Nam a pietate, ut oportebat, exorſus, per alia qoqe virtutis genera progreſſus eſt. Qis enim vel juſtitiæ, vel humanitatis, vel aliarum virtutum tot tantaqe, qot & qanta hic rex, exempla edidit?*

p. 113. Ὁ δ' ἐπίδειξεν, ὅτι καὶ ἰδιώτης ὢν καὶ βασιλέα δίοιδε ἐστὶ τὸ αὐτὸν εἶναι διὰ πάλης. τοιοῦτον μὲν πρὸ τῆς βασιλείας ἐπιδειξάμενος ἑαυτὸν, ὥστε δικαίως ἀξιωθῆναι ταύτης. ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ, οὐκ ἐκστὰς ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ νῷ καὶ τρόπῳ χρώμενος. *Verum rex noſter & privato licere & regi, eundem perpetuo manere, apertiſſime demonſtravit, qi tum ante regnum talem ſe præbuit, ut eo dignus merito judicaretur, tum in regno, a ſeipſo non declinans, ſed eadem animi ſententiâ & moribus iiſdem uſus.*

Verùm videnda integra oratio; qam, ad Commodum deflexione factâ, ſic clavdit p. 120.

Σὲ δὴ, ὦ παῖ γενναῖε γενναίων, κατ' ἴχνος εἶη βαίνειν τοῦ πατρός. τοῦτο γὰρ ὡς γε ἐν βραχεῖ πλεῖστον εἰρήσθω. *Ut tu, nobilis nobilium filius, veſtigiis paternis incedas. Hoc enim multum a me paucis dictum ſit.*

Idem oratione in Romam Tom. 1. p. 398.

Ὁ γε νῦν ἄρχων μέγας, οἷον ἀγωνιστὴς καθαρὸς, τοσοῦτον ὑπεραίρει καὶ πρὸ αὐτοῦ [καὶ] τὸ πατέρα, ὅσον, ὃ δ' εἰπεῖν ῥᾴδιον, ἐπέρους αὐτὸς ὑπεραίρει. καὶ δὴ φαίη τις ἂν δικαιοσύνῃ καὶ νόμιμον εἶναι τοῦτο ὡς ἀληθῶς, ὅ, τι κρίνοιεν οὗτος. *Qi nunc eſt Auguſtus imperator, tanto intervallo priores & patrem, tanqam pugil eximius, ſuperat, qanto, qod vix dici poſſet, reliqos. Ac qicqid ille judicaverit, id pro juſto ac legitimo recte haberi poteſt.*

Idem in Panegyrica Cyzicena de Marci imperio Tom. 1. p. 421.

Ἄξιον δὲ καὶ τύχης ἕνεκα ὑμῖν σωθῆναι. ἐπηγέψασθε μὲν γὰρ τὸ ἄριστον τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον βασιλέων. ἦκεν δὲ ὑμῖν τὸ ἔργον πρὸς τέλος ἐν τοῖς δὲ τοῖς καιροῖς, οἵ τε καλῶν αὖ κάλλιστα εἰλήχασι, καὶ ὑπὲρ ὧν δικαιότατ' ἂν χαριστήριον τοιοῦτον ἐψηκὼς εἴη τοῖς θεοῖς, ἐφ' ὁπερ ὁ ῥᾴδιον μεῖζον ἐξευρεῖν. *Qin etiam fortunæ cauſſa gratulandum vobis cenſeo. Poſtqam enim optimum omnium, qotqot hactenus fuerunt, regem aſſumpſiſtis, ad finem ſimul opus veſtrum his temporibus pervenit, in qæ res inciderunt omnium pulcerrimæ, ac pro qibus merito tale honorarium, ſiqidem majus invenire non erat, diis ſtatueretur.*

p. 422. Οὗ καὶ τὰ εἰς μνήμην ἥκοντων ἐν λόγῳ θαυμασιώτατον, καὶ πᾶσαν τὴν εὐγένειάν τε καὶ παιδείαν ἔχει σύλλογον, καὶ ὅτ' ἰδιώτης ὢν εἶς δύναται σωφρῶν, πόλις τε ἅπασα καὶ γένη ἅπαντα ἀνθρώπων ἐκπέπληκται. *Qod etiam omnium, qæcunqe in hominum memoria verſantur, maxime memorabile, qodqe omnem ſi-*

****

mul

mul & nobilitatem & eruditionem complectitur, ac nec privatus qisqam tacere potest, & civitas tota, cunctaque hominum genera cum stupore admirantur.

p. 423. Στρατηγοὶ μὲν γὰρ στρατηγοὺς ἤδη ἐν κινδύνοις προὐβάλοντο. καὶ πόλεις ἀλλήλας ἔτι καιρῶν παρέλαβον. καὶ βασιλεῖς πρὸς βασιλέας φιλίας καὶ σωτηρίας ἐποιήσαντο, καὶ ἔστι τ χρείας ὡς τὰ πολλὰ ἡττηθέντες, καὶ μέχρι τούτου κοινωνίας ἴσμεν γενομένας. Βασιλεὺς δ' ἐκὼν, βασιλέα δὲ πρῶτον προὐβάλετο ἑαυτῷ τ ὅλων, καὶ μόνος τ ἐκ παντὸς αἰῶνος, οὐκ ἔχω προσλαβεῖν μᾶλλον ἐξήτησε, ἢ βασιλέα προσλαβεῖν ἔτι πᾶσι τοῖς ἄλλοις. *Duces qidem sæpe in bellis alios duces sibi præfecerant, & civitates se invicem assumpserant, ac reges cum regibus fœdera percusserant, idqe necessitate coacti plerumqe nec ulterius. Rex autem primus ultro regem omnium sibi præfecit, & solus ex omni memoria non regnum potius, qam regem regno voluit assumere.*

Idem Palinodiâ in Smyrnam restavratam Tom. 1. p. 463.

Τοῖς τε πάντα ἀρίστοις βασιλεῦσιν πάσας πόλεις ὑφ' ἑαυτοῖς ἔχουσι τὸν καλλίστου οἰκίσαι φιλοτιμίαν εἶχε. τῆ τε πόλει τὸ ἀφ' τούτων ἀνενεχθῆναι, καὶ πιστοὺς ἐκτίστας ἐπιχειρήσασθαι, τὸν συμφορὰν εἰς εὐπραξίαν μεταλαβεῖν. πρότερον μὲν γὰρ Θησέα καὶ Ἀλέξανδρον ἤδομεν. τ μὲν τ ἐν Ἕλλησιν οἶμαι, φιλανθρωπότατον. τ δ' συμπάντων βασιλέων μάλιστα δὲ θαυμασθέντα τ εἰς τοῦτ πολέμους τόλμης ἕνεκα. νυνὶ δ' ἔτι λαμπροτέρους καὶ μείζονας οἰκιστὰς προσειλάβομεν. οἷς πᾶσα μὲν γῆ καὶ θάλαττα ὑπήκοος, οὐκ πατέρων τε καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ προσκέκτηνται, σοφίας δὲ καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀληθείας, καὶ χρηστότητος, οὐκ ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ πλέον τ ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχύος πρέπει. *Nam & optimi reges omnium civitatum domini gloriam ex eo consecuturi erant, si pulcherrimam fundarent, & urbs, postqam per hos resuscitata, tales assumpsit conditores, cladem in felicitatem mutavit. Ac prius qidem Theseum celebrabamus, & Alexandrum, alterum Græcorum humanissimum, alterum inter omnes reges maxime admirandum, propter eam, qa in bellis utebatur, audaciam. At nunc splendidiores assumpsimus & majores conditores, qi tum terram ac mare omne suo imperio subjecta habent, idqe partim a majoribus accepta, partim a se conqisita: tum sapientia, justitia, veritate, bonitate non minus, ne dicam magis, qam armis excellunt.*

Philostratus in vitis Sophistar. l. 2. in Philisco p. 617.

Ἀντωνῖνος δ' ἦν αὐτοκράτωρ ὁ τ φιλοσόφου παῖς. *Antoninus Imperator erat Philosophi filius.*

Idem in Herode p. 556.

Ἐπαίδαζε μὲν ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος πρὸς Σέξτον τ ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφον, θαμίζων οὗπερ, καὶ φοιτῶν ἔτι γέρων. ἄρτι δ' ἦκων ἐς τὸν Ῥώμην ὁ Λούκιος, ἤρετο τ αὐτοκράτορα προϊόντα, Ποῖ βαδίζεις, καὶ ἐφ' ὅ, τι; καὶ ὁ Μάρκος, καλὸν, ἔφη, καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. εἶμι δ' πρὸς Σέξτον τ φιλόσοφον, μαθησόμενος ἃ ἔτι οὐκ οἶδα. καὶ ὁ Λούκιος ἐξάρας τὴν χεῖρα εἰς τ οὐρανόν, ὦ Ζεῦ, ἔφη, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη δέλτον ἐκατοντάρχου, εἰς διδασκάλου φοιτᾷ, ὥσπερ οἱ παῖδες. ὁ δ' ἡμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, δύο καὶ τριακοστὸν ἐτῶν ἀπέθανεν. *Marcus Imperator studiosus erat Sexti Philosophi e Bœotia oriundi, adeo ut ipsum frequentaret, atqe ad ejus fores ventitaret. Lucius vero recens Romam profectus, rogabat Imperatorem iter conficientem, qonam iret, & ad qod negotium: tum Marcus, honestum est, inqit, etiam senescenti addiscere. Ideo ad Sextum Philosophum vado, ut discam qæ nondum scio. Hic Lucius manu in cœlum sublata, o Jupiter, inqit, Romanorum Imperator jam senescens tabellis comprehensis ad ludi magistrum pergit, ut pueri: Alexander vero Rex meus tricesimo secundo ætatis anno interiit.*

Ibidem p. 558.

Ὁ Μάρκος φύσει δημοτικώτερος. *Marcus naturâ magis popularis.* Qo loco, & Herodem Sophistam qâ patientiâ Marcus tulerit, refert.

Idem in Theodoto p. 565.

Προέστη δὲ καὶ τ Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἔτι τῆς ἐκ βασιλέως μυρίαις. καὶ ἐστὶ πως λόγου ἄξιον. ἐ γὰρ πάντες οἱ καθεζόμενοι ἐπὶ θρόνου τούτου, λόγου ἄξιοι. ἀλλ' ὅτι οὖν μὲν Πλατωνείους, καὶ οὖν δὲ τ στοᾶς, καὶ τ Περιπάτου, καὶ * αὐτὸν Ἐπίκουρον [* αὖτε Ἐπικούρου] προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρῖναι, τ δ' ἄνδρα ἔστιν, ἀπὸ τ περὶ αὐτὸν δόξης αὐτὸς ἀπέκρινε τοῖς νέοις, ἀγωνιστὴν τ πολιτικῶν προσηκόντων λόγων, καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. *Hic juventuti Athenienssium primus præfectus fuit, super innumeris a Rege institutis: neqe tamen hoc valde memorabile est; non enim omnes, qi sedem hanc obtinent, memoriâ digni sunt. sed qia Platonicos, & Stoicos Philosophos, & Peripateticos, atqe ipsum Epicurum Marcus Herodi injunxerat dijudicare: hunc autem virum Herodes juvenibus constituerat, qam de illo habuit opinione impulsus: cum eum propugnatorem civilium sermonum appellasset, & oratoriæ artis emolumentum.*

Idem in Hermogene p. 575.

Ἑρμογένης ἐ ἔτη γεγονὼς, ἐφ' ὅτῳ μέγα πρόβη τ τ σοφιστῶν δόξης, ὡς καὶ Μάρκῳ βασιλεῖ προσσχεῖν ἔρωτα ἀκροάσεως. ἐδάδισε γὰρ ἔτι τ ἀκρόασιν αὐτοῦ ὁ Μάρκος. καὶ ἤδη ὡς διαλεγομένου, ἐθαύμαζε τ χειδιάζοντος, δωρεὰς τ λαμπρὰς ἔδωκεν. *Hermogenes qindecim annos natus, eo usqe provectus est claritatis ac celebri-*

britatis inter ſophiſtas, ut etiam Imperatori Marco audiendi deſiderium excitaverit. Perrexit ergo Marcus ad auſcultationem, & eo diſſerente gaudio affectus eſt: & extempore declamantem admiratus præclara ipſi munera largitus eſt.

Idem in Ariſtide p. 579.

Ὁικίσῃ δὴ καὶ τὸ Ἀριστείδου τὸ Σμύρνης, οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατός τε καὶ ἀληθέστατος. τὴν γὰρ πόλιν ταύτην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ χασμάτων, ὅτου τις ὠλοφύρατο παρὰ τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μουσικῇ, ὁπόταν ἀναύξῃ τὸ βασιλέα, ὁπὶ δὴ τῷ, ζεφύροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι, καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ ὁπίσάξαι — Καὶ ὁ φημὶ ταῦτα ὡς οὐχὶ καθ' ὃ βασιλέως, ἀνοικίσοντος ἂν ἀπολωλῶσαν πόλιν, ἣν ἴδοιμεν ἐθαύμασεν. ἀλλ' ὅτι αἱ βασίλειοί τε καὶ θεσπέσιοι φύσεις, ἣν προσεγείρῃ αὐτὰς ξυμβολία καὶ λόγος, ἀναλάμπουσι μᾶλλον, καὶ πρὸς τὸ ποιεῖν εὖ ξυὼ ὁρμὴ φέρονται. *Quod autem etiam Smyrnæ conditor Ariſtides celebretur, non ſuperba laus eſt, ſed æquiſſima & veriſſima. nam urbem hanc terræ motibus & hiatibus deletam, adeo graviter deploravit apud Marcum, ut in alia quadam parte lamentationis Imperator ſæpe ingemuerit: ſed in hoc loco, favonii ipſam deſertam perflant, lacrymas quoque libro infuderit. At non hæc aſſeruit, quaſi Rex civitatem dirutam non inſtauraturus eſſet, quam incolumem admiratus fuerat: verum quoniam regiæ & divinæ naturæ, ſi conſilium & oratio ipſas concitet, eo magis relucent, & ad benignè agendum cum impetu feruntur.* Eundem quàm familiariter Marcus habuerit, ibidem vide.

Idem in Adriano p. 585.

Κατὰ δὴ τοῦτον χρόνους, ὡς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθλίαζε ὑπὲρ μυστηρίων ἐσάλη, σκεπτὴ μὲν ἤδη τῶν σοφιστῶν θρόνος ὁ ἀνὴρ ἦν. ἐν μέρει δὴ ὁ Μάρκος τῶν Ἀθηνῶν ἱστορίας [ἐπίθη] μηδὲ τὴν ἐκείνου σοφίαν, ἀγνοῆσαι. καὶ γὰρ δὴ ἐπέπεμψεν αὐτὸν τοις νέοις, οὐκ ἀκροασόμενος βασανίσας, ἀλλὰ ξυνηδόμενος τῇ φήμῃ αὐτοῦ φημῇ. — ἀγασθεὶς αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ ὁπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε καὶ δώροις. καλῶ δὴ δωρεὰς μὲν, πᾶς τις σιτίσεις, καὶ πᾶς προεδρίας, καὶ πᾶς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερῶσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρύνῃ ἄνδρας. δῶρα δὴ χρυσὸν, ἀργύριον, ἵππους, ἀνδράποδα, καὶ ὅσα ἑρμηνεύειν πλεῖστον, ὧν αὐτὸν τε ἐνέπλησε καὶ γένος ἅπαν ἐκείνου πάντας. *Qibus vero temporibus Marcus Imperator pro myſteriis Cereris Athenas legatos miſerat, hic ille vir ſophiſtarum ſuggeſtum obtinebat: itaque Marcus in una Athenienſium hiſtoriæ parte poſuit, quod neque illius doctrinam ignoraſſent. At enim hunc juvenibus præfecerat, non quod audiendo eum exploraſſet, ſed quod famæ aſſenſus eſſet. Admiratus eum Imperator eo uſque muneribus & donis evexit, ut magnum effecerit. Munera voco ſportulas, ſtipendiave, prærogativas, immunitates, pontificatus & cætera quæ viros illuſtrant. Dona vero aurum, argentum, equos, mancipia, & quæcunque divitias interpretantur. qibus quidem omnibus & eum & omnes ex gente illius explevit.*

Galenus de Theriaca ad Piſonem lib. 1. cap. 2.

Τὸν θεῖον Μάρκον καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν εὐθέσμως ποτὲ βασιλεύσαντα, καὶ ἀκριβῶς ἑαυτῷ διὰ τὴν σύνεσιν τῆς συγκράσεως τοῦ σώματος διακολυθήσαντα. *Divum Marcum nos quoque novimus, qui legitimè aliquando imperium geſſit, & ad amuſſim, ut erat vir prudens, corporis ſui temperamentum intellexit.*

Idem de libris ſuis cap. 2.

Ἐπορεύθην μὲν ἐξ ἀνάγκης. ἐλπίζων δὴ τεύξεσθαι παραιτήσεως, ἤκουον γὰρ εἶναι τὸν ἕτερον αὐτῶν τὸ πρεσβύτερον, εὐγνώμονά τε καὶ μέτριον, ἥμερον τε καὶ πρᾶον, ὃς ἐκαλεῖτο μὲν ἀρχῆς Οὖῆρος, &c. *Neceſſitate igitur profectus ſum: Sperans autem me excuſationem conſequuturum, audiebam enim alterum ipſorum natu majorem, & æquum & moderatum, & clementem & lenem, qui initio quidem Verus vocabatur, &c.*

Idem lib. περὶ τῆς προγνώσεως. cap. 9.

Χρησόν δὴ καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἐδυνήθην πεῖσαι καταλείπειν με ἐν τῇ Ῥώμῃ. *Quoniam autem benignus erat & humanus, potui ab eo impetrare, ut Romæ manerem.*

Marcellus in Regillæ Epitaph.

Καὶ βασιλεὺς Διὶ πατρὶ φυὴν καὶ μῆτιν ὅμοιος. *Et Imperator Jovi patri indole & prudentia ſimilis.*

Athenæus Dipnoſophiſtarum lib. 1. pag. 2.

Ὁ πάντ' ἄριστος βασιλεὺς Μάρκος. *Optimus Imperator Marcus.*

Zoſimus Hiſtor. lib. 1. cap. 7.

Ἐντεῦθεν ἄνδρες ἀγαθοὶ ἡγεμονίαν διαλαβόντες, Νερούας τε καὶ Τραϊανὸς, καὶ μετὰ τούτον Ἀδριανὸς, ὅτε εὐσεβὴς Ἀντωνῖνος, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν συωρὶς Οὖῆρος καὶ Λούκιος, πολλὰ τῶν λελωβημένων ἠξίωσαν διορθώσεως. καὶ οὐ μόνον, ἅπερ εἶχον ἀπολωλεκότες οἱ πρὸ αὐτῶν ἀνεκτήσαντο, ἀλλὰ καί τινα τῶν οὐκ ὄντων προσέθεσαν. *Ab hoc tempore viri boni principatum adepti, Nerva, Trajanus, & poſt eum Adrianus, & Antoninus Pius, & par illud fratrum, Verus atque Lucius, multa vitiata correxerunt, neque tantum ea, quæ ſu-*

perioris memoriæ principes amiſerant, recuperarunt: ſed etiam non poſſeſſa prius quædam adjecerunt.

Julianus in Sympoſio Edit. Petav. p. 41.

Ἔδοξε γοῦν ἐμοὶ ὁ Μάρκος, καί τι ἄλλα θαυμάσιος εἶναι, καὶ σοφὸς διαφερόντως, ἄ τι οἶμαι διαγινώσκων λέγειν θ' ὅτου χρὴ, καὶ σιγᾶν ὅταν καλόν. *Tum Marcus viſus eſt cætera planè admirandus vir, & præcipuè prudentiâ excellere, tanqam, credo, qi probè noſſet, ubi loqi, vel tacere deceret.*

Juſtinianus in Novellam tit. 22.

Τοῦτο γοῦν εὖ μὲν ἠρξάμενος, καὶ φιλοσοφώτατος ἐφάνη Μάρκος. *Qod cum bene incepiſſet, etiam ſanxit ſapientiſſimus Marcus.*

Ibidem tit. 108.

Ὁ φιλόσοφος ἐν βασιλεῦσι Μάρκος. *Marcus inter Imperatores philoſophus.*

Lucius apud Juſtinum apologiâ 1. pag. 43. B.

Οὐ πρέπουσα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὐρβικε. *Non hoc ſicut Imperatorem pium, non ut Cæſaris filium philoſophum decet, non ita ut ſacro-ſancto ſenatui convenit; judicas Urbici.*

Juſtinus apologiâ 2. ad Adrianum Pium, Marcum, & Lucium pag. 53. D.

Εὐσεβεῖς, καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης, καὶ ἐρασταὶ παιδείας ἀκούετε πανταχοῦ. *Dii & philoſophi, & juſtitiæ cuſtodes, & eruditionis amatores, qod ſic vocemini, ubiqe auditis.*

Melito lib. ad Imperatorem apud Evſebium Hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 26.

Σὲ γοῦν καὶ μᾶλλον ὡδὶ τούτων πρὸ αὐτῶν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην, καὶ πολύ γε φιλανθρωποτέραν καὶ φιλοσοφοτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν, ὅσα σὺ δεόμεθα. *Te vero, qippe qi idem qod illi de nobis ſentias, imo etiam longè humanius atqe ſapientius; tanto magis confidimus omnia eſſe facturum qæ rogamus.*

Athenagoras in legatione pro Chriſtianis, ad M. Antoninum, & Commodum pag. 2. B.

Αὐτοκράτορσι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ, καὶ Λευκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὴ μέγιστον φιλοσόφοις. τὸ πρᾶον ὑμῶν καὶ ἥμερον, καὶ τὸ πρὸς ἅπαντα εἰρηνικὸν καὶ φιλάνθρωπον θαυμάζοντες, οἱ μὲν καθ' ἕνα ἰσονομεῖσθαι. αἱ δὲ πόλεις πρὸς ἀξίαν τῆς ἴσης μετέχουσι τιμῆς. καὶ ἡ σύμπασα οἰκουμένη ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν. *Imperatoribus Marco Aurelio Antonino, & Lucio Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, & qod maximum eſt, philoſophis. Manſvetudinem ac lenitatem veſtram, animum erga omnes placabilem & benignum cum ſinguli ſuſpicientes æqabili ac pari jure utuntur: tum civitates, pro ſvaqæqe dignitate, ſvis potiuntur honoribus: denique univerſus hic terrarum orbis, veſtræ prudentiæ beneficio altiſſima pace perfruitur.*

pag. 26. D. Τί δαὶ δεῖ πρὸς ὑμᾶς πάντα λόγον κεκινηκότας, ἢ ποιητῶν μνημονεύειν; ἢ καὶ ἑτέρας δόξας ἐξετάζειν; *Sed qid opus eſt coram vobis, qi omne genus literarum ſcrutati eſtis, vel poetarum carmina, vel aliorum ſententias examinare!*

pag. 16. B. Ἴσθ' ὅτι καὶ ὑμεῖς ταῦτα ἀξιολογώτερον, ὡς ἂν ἐν πᾶσι, καὶ ὑπὲρ πάντας τοῖς παλαιοῖς συγγινόμενοι. *Qanqam & vos ipſi in antiqiſſimis qibuſqe ſcriptis, ſi alius qiſpiam, verſati accuratè hæc intelligitis.*

pag. 6. C. Οἶδα γὰρ, ὅτι ὅσον σωφρονεῖτε καὶ ἰσχύι τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε, τοσοῦτον καὶ τῷ πᾶσαν παιδείαν ἀκριβῶς πάντων κεκτῆσθε. ἕτω καθ' ἕκαστον παιδείας μέρος καλοκἀγαθοῦντες, ὡς μηδὲ οἱ ἓν αὐτῆς μόριον ἐπιτετμήκασι. *Novi enim vos, qantum intelligentiâ ſimul & vi imperii præſtatis omnibus; tantum etiam exqiſitâ ſcientiarum cognitione excellere: ita in ſingulis pariter ſapientiæ partibus verſatos, ut nihilo inferiores ſitis illis, qi unam duntaxat aliqam ſibi excolendam delegerunt.*

pag. 39. C. Ὑμεῖς δὴ, ὦ πάντα ἐν πᾶσι φύσει καὶ παιδείᾳ χρηστοὶ, καὶ μέτριοι, καὶ φιλάνθρωποι, καὶ τῆς βασιλείας ἄξιοι. *Vos vero, ô undiqaqe in omnibus naturâ ſimul & diſciplinâ boni, moderati, benigni & imperio digni principes.*

Johannes Zonaras Annal. tom. 2.

Ἦν μὲν ὁ Μάρκος ἀσθενὴς τὸ σωμάτιον, ἐσχόλαζε δὲ τοῖς λόγοις οὕτως, ὥστε καὶ αὐτοκράτωρ γενόμενος, οὐκ ἠδεῖτο ἐς διδασκάλου φοιτᾶν, ἀλλὰ Σέξτῳ σωφιλοσόφῳ, τῷ Βοιωτῷ, καὶ Ἑρμογένει τῷ ῥήτορι συνωμίλησε, μᾶλλον δὲ ἀνεπιείτο τὰ Στοϊκῶν. *Erat Marcus & imbecilli corpore, & diſciplinis ita deditus, ut etiam Imperatorem factum ſcholas freqentare non puderet, ſed cum Sexto Bœotio philoſophabatur, & Hermogeni Rhetori operam dabat, & Stoicis magis addictus erat.*

Ου-

Οὕτω δὴ καὶ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς ἦρχεν, ὥστε καὶ ἐν τηλικούτοις πολέμοις μήτέ τι θρασυτικὸν πρὸς οὖν ῥᾳστώνας εἰπεῖν, μήτέ τι φόβῳ ποιῆσαι. *Ea autem prudentia & gravitate imperavit, ut in tantis bellis militibus neqe ullo verbo adularetur, neqe metu eorum qicqam faceret.*

Ὅτε δὴ μὴ πολέμοις ὢν σχολάζων, ἐδίκαζε, καὶ τοῖς ῥήτορσι πρὸς ὕδωρ λέγουσι πολὺν ἐγχεῖσθαι τὸ ὕδωρ ἐκέλευεν, ἵν' ἔχοι πάντοθεν τὸ δίκαιον ἀκριβοῦν. ὢν δὴ καὶ φιλόπονος, ὡς καὶ νυκτὸς δικάζειν. καὶ ὅδεν ἐν παρέργῳ ἔτ' ἐποίει, ἔτ' ἔγραφεν, ἔτ' ἔλεγε. μὴ δεῖν νομίζων τὸν αὐτοκράτορα ἐν παρέργῳ πράττειν μηδὲ τυλάχιστον. καὶ ταῦτα σώματος τυχὼν ἀσθενοῦς. *Qum a bellis otium erat, jus dicebat: & oratoribus ad aqam verba facientibus plus infundi jubebat, ut ab omni parte æqitatem indagare posset. Adeo laboriosus, idqe in tenui valetudine, ut noctu etiam pro tribunali sederet: atqe obiter nihil neqe faceret, neqe scriberet, neqe diceret: neqe enim decere putabat, ut Imperator vel minimum perfunctoriâ operâ administraret.*

Ἄρξας δὲ ἄρξας μετήλλαξεν. --- ὢν γὰρ καὶ φύσει ἀγαθὸς ἀνὴρ, πολλῷ δὴ καὶ ὑπὸ παιδείας βελτίων ἐγένετο. ὃ μὲν τοι ἀξίως τῆς ἀρετῆς εὐδαιμόνησεν. ἐνθένδε δὴ μᾶλλον θαυμάσειεν ἄν τις αὐτὸν, ὅτι ἀλλοκότοις, καὶ ἐξαισίοις χρησάμενον πράγμασιν, αὐτός τε ἀβλαβὴς ἐγένετο καὶ τὸν ἀρχὸν διεσώσατο. *Optime qum imperasset, obiit --- Nam qum naturâ vir bonus esset, doctrinâ longe melior evasit: neqe tamen fœlicitas virtuti ejus respondit, qo magis admirandus est, qod in asperrimis & difficillimis rebus & semetipsum, & imperium conservavit.*

Constantinus Manasses in Annal. pag. 86.

Οὗτος ἐν πάσῃ τέθραπτο σοφίᾳ καὶ παιδεύσει.
Καὶ χάρισι τῆς ἀρετῆς κατάκομος ὑπῆρχε.
Καὶ πάσαις κατηγλάϊσο τῶν ἀρετῶν ἰδέαις
Διὸ καὶ προσεφέρετο πᾶσι σοφοῖς ἐντίμως,
Καὶ σωεχέσιν ἥδετο παῖς μεγαλοδωρείαις.
Qi educatus erat in omni liberali sapientia & doctrina,
Virtutum laudibus, & qidem omnigenarum ornatus.
Qam ob caussam qosvis sapientes ac doctos viros honorificè tractabat
Magnificisqe muneribus afficiebat.

Adrianus apud Julium Capitolinum in Marco.

Ab Adriano Annius Verissimus vocatus est:

Ad qem locum Isaacus Casavbonus.

Antè dicebatur Annius Verus. Hadrianus jussit dici Annium Verissimum. qare? πρὸς τὸ ῥωμαίου ῥήματος ἔννοιαν, *inqit Dio. hoc est, qod esset veritatis amantissimus & tenacissimus; magnum rectæ indolis argumentum, & animi vere generosi.*

Julius Capitolinus in Marco.

Marco Antonino in omni vita philosophanti viro, & qi sanctitate vitæ omnibus principibus antecellit, &c. Erat enim ipse tantæ tranqillitatis, ut vultum nunqam mutaverit mœrore vel gavdio. Philosophiæ deditus Stoicæ, qam & per optimos qosqe magistros acceperat, undiqe ipsè collegerat.

Qamvis esset constans, erat etiam verecundus: erat frugi sine contumacia, verecundus sine ignavia, sine tristitia gravis.

In imperio ità civiliter se gessit, ut lenitatem Pii nemo desideraret.

Dabat totum se philosophiæ, amorem civium affectans.

Cum populo non aliter egit, qàm est actum in civitate libera.

Fuit per omnia moderatissimus, in hominibus deterrendis à malo, invitandis ad bona; remunerandis copiâ, indulgentiâ liberandis; fecitqe ex malis bonos, ex bonis optimos. Cùm igitur in amore omnium imperâsset, atqe ab aliis modò pater, modò frater, modò filius, ut cujusqe ætas sinebat, & diceretur; & amaretur, octavo-decimo anno imperii sui, sexagesimo & primo vitæ, diem ultimum clavsit. tantúsqe illius amor die regii funeris claruit, ut nemo illum plangendum censuerit; certis omnibus qòd à diis commodatus, ad deos rediisset. Deniqe priusqam funus conderetur, ut plerique dicunt, (qod neqe antea factum fuerat, neqe postea) Senatus populúsqe non divisis locis, sed in una sede propitium Deum dixit.

Tantùm sanè valet boni principis vita, sanctitas, tranqillitas, pietas, ut ejus famam nullius proximi decoloret invidia. Deniqe Antonino, cùm suos mores semper teneret, neqe alicujus insusurratione moveretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis; Deúsqe etiam nunc habetur.

Vir tantus & talis, ac diis vitâ & morte conjunctus.

****

Vul-

Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio.

*Antoninum hoc nomine (Dialogiſtæ) ſignificans ; qi tantùm enituit in philoſophia, ut iturus ad bellum Marcomannicum, timentibus cunctis nè qid fatale proveniret, rogatus ſit, non adulatione, ſed ſeriò, ut philoſophiæ præcepta ederet. nec ille *timuit,* [renuit Caſaubonus] ſed per ordinem paræneſeon, id eſt, præceptionum, per triduum diſputavit.*

Avidius Caſſius apud eundem, & epiſtolâ ad generum ſuum.

Marcus homo ſanè optimus, qi dum clemens dici cupit, eos patitur vivere, qorum ipſe non probat vitam.

Marcus Antoninus philoſophatur, & qærit de elementis, & de animis, & de honeſto ac juſto; nec ſentit pro republica.

Idem in Opilio Macrino.

Marcus nomen illud ſanctum (Antoninorum) vitæ genere auxiſſe videtur, Verus autem degenerâſſe.

Avrelius Victor in Breviario.

Iſte virtutum omnium, cœleſtiſqe ingenii extitit; ærumníſqe publicis qaſi defenſor objectus eſt. Etenim niſi ad illa tempora natus eſſet, profectò, qaſi uno lapſu ruiſſent omnia ſtatûs Romani.

A principio vitæ tranquilliſſimus, ut ab infantia vultum nec ex gavdio nec ex mœrore mutaverit.

Philoſophiæ ſtudens, literarúmqe Græcarum peritiſſimus.

Conſtat tantùm Marco ſapientiæ, lenitudinis, innocentiæ ac literarum fuiſſe, ut is Marcomannos cum filio Commodo petiturus, philoſophorum obteſtantium vi circumfunderetur, nè ſe expeditioni avt pugnæ priùs committeret, qàm ſectarum ardua & occulta explanaviſſet. ità incerta belli, ejus ſalute, doctrinæ ſtudiis metuebantur : tantúmqe illo imperante floruere artes, ut illam gloriam etiam temporum putem.

Qod de Romulo ægrè creditum eſt, omnes pari ſenſu præſumpſerunt; Marcum cælo receptum eſſe.

Evtropius Hiſt. Rom. l. 8.

Marcus Antoninus, qem faciliùs qis admirari qàm lavdare poſſit.

A principio vitæ tranqilliſſimus, adeò ut in infantia qoqe vultum neqe ex gavdio neqe mœrore mutaverit. Philoſophiæ deditus Stoicæ : ipſe etiam non ſolùm vitæ moribus, ſed etiam eruditione philoſophus. tantâ admiratione adhuc juvenis, ut eum ſucceſſorem paraverit Adrianus relinqere.

Hic cum omnibus Romæ æqo jure egit; ad nullam inſolentiam elatus eſt, imperii faſtigio.

Cùm igitur fortunatam rempublicam, & virtute & manſvetudine reddidiſſet, obiit imperii anno xviii, vitæ Lxi, & omnibus certatim adnitentibus, inter deos relatus eſt.

Ælius Spartianus in Severo.

Sed ut omittamus adoptivos, nè nobis Antonini Pius & Marcus, numina reipublicæ occurrant.

Qid Marco felicius fuiſſet, ſi Commodum non reliqiſſet hæredem?

Peſcennius apud eundem.

Amavit de principibus Avguſtum, Veſpaſianum, Titum, Pium, Marcum; reliqos fœmineos vel venenatos vocans.

Flavius Vopiſcus in Caro.

Romana reſpublica Domitiani vulnerata immanitate, per Nervam atqe Trajanum uſqe ad Marcum ſolito melior.

Idem in Avreliano.

Sed ex his, optimi, ipſe Avguſtus, Flavius Veſpaſianus, Titus, Coccejus Nerva, Divus Trajanus, Divus Adrianus, Pius & Marcus Antonini.

Manlianus Statianus apud eundem in Probo.

Si rectè cogitemus, non nobis Avrelianus, non Alexander, non Antonini, non Trajanus, non

non Claudius, requirendi sunt, omnia in uno principe constituta sunt; rei militaris scientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ reipublicæ atque omnium prærogativa virtutum.

Gordianus senior referente Julio Capitolino.

Scripsit præterea, quemadmodum Virgilius Æneïdos, Statius Achilleïdos, & multi alii Iliados, ità etiam ille Antonineïdos; hoc est, Antoninum Pium, & Antoninum Marcum, versibus disertissimis; libris triginta, vitam illorum, & bella, & publicè privatimque gesta perscribens.

Ælius Lampridius in Antonino Diadumeno.

Ut scirent omnes Antoninos pluris esse quàm deos, ac trium principum amorem, quo sapientia, bonitas, pietas consecrata sit; in Antonino pietas, in Vero bonitas, in Marco sapientia.

Idem in Heliogabalo.

Compensationem sibi lector faciet, cùm legerit Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, & Marcum, contra hos prodigiosos tyrannos.

Alexander Severus Imperator referente Ælio Lampridio.

Antoninorum nomen, vel jam numen potiùs, quale fuerit, meminit vestra clementia. si pietatem, quid Pio sanctius? si doctrinam, quid Marco prudentius?

Diocletianus referente Julio Capitolino.

Eum vos ipsi, sacratissime Imperator Diocletiane, inter numina vestra, non ut cæteros, sed specialiter veneramini; ac sæpe dicitis, vos vitâ & clementiâ tales esse cupere, qualis fuit Marcus; etiamsi in philosophia, nec Plato esse possit, si revertatur in vitam.

Constantinus Imperator referente Ælio Lampridio.

Quod [Antoninorum nomen] tu Constantine sacratissime, ità veneraris, ut Marcum & Pium inter Constantios Claudiósque, velut majores tuos, aureos formaveris, adorans virtutes veterum, tuis moribus congruentes, & tibi amicas charásque.

Ammianus Marcellinus rerum gestarum lib. 21.

Marci illius dissimilis principis verecundi.

Tertullianus Apologet. cap. 5.

Marcus Aurelius gravissimus Imperator.
Quales ergò leges istæ, quas adversùs nos soli exequuntur impii, injusti, turpes, truces, vani, dementes? quas nullus Pius, nullus Verus impressit?

Paulus Orosius Histor. l. 7. c. 17.

Marcus Antoninus gravissimus ac modestissimus Imperator.

Joannes Baptista Egnatius de Rom. Princip. lib. 1.

Quam læta felixque successio optimis; piis, philosophis, imperatoribus, referendis! nam hic eâ ingenii bonitate, hic virtutibus excelluit, ut exemplum desit. & ea temporum calamitas affuit, ut solus ærumnis publicis obstiterit. nisi enim hic profuisset majestas Romani nominis facile tum concidisset. --- Felicissimus certè princeps, nisi hæredem Commodum reliquisset.

Claudianus de Honorii consulatu 4.

Non tantis patriæ studiis ad templa vocatus,
Clemens Marce redis. --- Et mox: --- *omne tonantis*
Obsequium Marci mores potuêre mereri.

Ausonius in Cæsaribus.

Post Marco tutela datur, qi scita Platonis
Fecit ad imperium, patre Pio melior.

Joannes Aventinus Annal. Bojor. l. 2.

Marcus Aurelius Antoninus Pius, antè Annius dictus, sapientissimus gravissimúsque principum;

pum; omni virtutum genere ſe exercuit : literarum ſtudio, nemini Græcorum Romanorúmqe ſecundus. qamobrem philoſophus & cognominatus eſt, & fuit.

Admodum clemens & civilis erga omnes, adeuntium cuivis dextram placidè dabat : Tranquillitati ſummæ ſucceſſerat, qo manifeſta fiunt rerum humanarum volumina, ſæviſſima tempeſtas: cui divinitùs Marci prudentia conſtantiáqe objecta eſt. niſi hiſce virtutibus præditus rector contigiſſet, de Romano imperio actum fuiſſet.

Conſtadus Urſpergenſis in Chronico.

Hic omnes virtutes, & cœleſte habebat ingenium, & in calamitatibus publicis factus eſt qaſi defenſor. & ſi in illis temporibus ipſe non fuiſſet, ſine dubio gloria Romana periîſſet.

Martinus Polonus in ſupputationibus.

Iſte optimus fuit.

Philippus Bergom. ſupplement. Chron. l. 8.

Marcus Antoninus, qi & Verus, cognomento Philoſophus : qem certe ob ejus præſtantiſſimam virtutem, lavdare plurimùm licet. qippe qi ad nullum rei eventum unqam ſe extulit. tantæ enim fuit ſoliditatis, ut ejuſdem vultûs, qamvis fortunâ adversâ, ſemper fuerit habitus. literarúmqe ſemper ſtudioſus; & qàm maximè philoſophiæ. nec propterea ipſa philoſophia illum à rebus imperii & bellicis retardavit. propterea ità diligebatur amabatúrqe, ut ſacrilegi nomen incurreret, qi imaginem ejus domi non haberet. --- Et omnibus acclamantibus inter deos relatus eſt.

Warnerus Rolevinkus faſciculo temporum.

Hic bonus & victorioſus fuiſſe deſcribitur. Dicitur qòd tantæ ſeveritatis & conſtantiæ fuerit, qòd ad nullum eventum unqam vultum mutaverit, ſive ex lætitia, ſive ex mœrore, &c. dum adhuc eſſet puer. Tantæ fuit humanitatis, ut qâdam vice, cùm jam exhavſto ærario nihil haberet qod militibus daret, nulli volens eſſe moleſtus, magis elegit vaſa avrea & ornamenta uxoris, & alia ſupellectilia vendere, qàm ſenatum, vel provincias prægravare. ſed victoriâ habitâ, & illa recuperavit, & provinciis tributa relaxavit.

Joannes Carion Chron. lib. 13.

Princeps optimus fuit, ſapiens, juſtúſqe, modeſtus, beneficus, amans, & intelligens doctrinarum.

Franciſcus Petrarcha, de officio & virtutibus Imperatoriis.

Adde his M. Avrelium Antoninum longè ſapientiſſimum. eum dico, qi philoſophicum maluit qàm Cæſareum nomen.

Idem in libro Avguſtali.

Fuit enim magnus philoſophus, ſanctitate vitæ omnibus præponendus; nunqam mutans vultum. qi vir tantæ virtutis, poterat dici felix, ſi uxorem Favſtinam, & filium Commodum non habuiſſet.

Lilius Gyraldus Hiſtoriæ de poëtis dialog. 3.

Fuit hic unus inter Cæſares omnes æqiſſimus, ac optimus, expreſſum illud certè in eo eſt, qòd à philoſophis qæri ſolet, cur ex optimis parentibus peſſimi plerunqe filii naſcantur. Nam qò M. Antoninus melior & juſtior, eò filius Commodus immanior & ſceleratior.

Sebaſtianus Munſterus Coſmograph. lib. 2.

Fuit M. Antoninus vir omnium virtutum, & ſanctitate vitæ præcipuus, cœleſtiſqe ingenii; in omni vita philoſophiæ deditus.

Pandulphus Collenutius in panegyrico Maximiliani.

Ipſe rerum omnium ſator, à qo princeps terrarum gubernaculis imponitur, --- feſſas res humanas pro ſapientiæ ſuæ luce, bonos interdum principes indulgendo ſublevat, erigit, ſolatur, fovet. Sic Octavium poſt civilium bellorum lacrymas dedit: ſic Veſpaſianum poſt Nerones; poſt Domitiani crudelitatem Trajanum & Antoninos; poſt Commodi furores Severum; poſt Heliogabali veſaniam Alexandrum: ſic alios plures qaſi diſtingvendis malorum principum ordinibus, ſedandiſqe reipublicæ fluctibus moderatores dedit.

Hæ virtutes (pietas, prudentia, juſtitia, manſvetudo, magnitudo animi, clementia, liberali-

ralitas) Avguſtum conſecrârnnt; Trajanum, Antoninos, omnéſqe bonos principes, cœleſtes plane viros effecerunt.

Joannes Boterus de illuſtr. politia l. 1. cap. 20.

M. Avrelius in imperio conſtitutus, nihil magìs avt timuit, avt deprecatus eſt, qàm avaritiæ infamiam, qam ut deterrimum malum, & imperii labem deteſtatus ſemper fuerat.

Joannes Bodinus de republ. lib. 6.

Qis Avrelio Imperatore moderatiùs unqam ſe geſſit?

Ibidem lib. 4.

Commodum Imperatorem Avrelii patris virtus amabilem fecit: etſi patri omnino diſſimilis eſſet.

Baptiſta Fulgoſus Memorabilium lib. 2. c. 5.

Legitur Antoninum philoſophum, propter doctrinam, virtutémqe in eam veniſſe exiſtimationem majeſtatémqe, ut eo imperante ferrent palàm, Platonis impletum eſſe verbum, qo dicebat; Tum orbem terrarum feliciter hàbiturum cùm contigiſſet, ut philoſophi rerum potirentur.

Idem l. 3. c. 2.

Fiduciæ ingentis verbum, ſed non majoris tamen, qàm illius virtus, & morum ſanctitas requireret. qod dixit, *Non ità nos cum diis hominibúſqe gerimus, ut Avfidius unqam bello vincere nos deberet.*

Ibidem lib. 5. c. 1.

Omnes clementiâ atqe humanitate, M. Antòninus philoſophus Imperator longè ſuperat.

Ibidem l. 8. c. 7.

M. Antoninus philoſophiæ Imperator ultra publicas curas qas nunqam deſeruit (cujus rei argumentum eſt, qòd diu paratum tenuit Romanum imperium) plurimùm ſtudii literis impendit, cùm de philoſophia vel ſcriberet vel diſputaret. itaqe ejus dicta ſcriptáqe, inter philoſophos eo tempore magni facta fuerunt.

Cæſar Baronius Annal. tom. 2. ad annum 164.

Qod in philoſophia Stoicos ſectatus eſſet, ſic ſe vultu, animóqe compoſitum eſſe monſtravit, ut nec triſtibus & adverſis doleret, nec jucundis & proſperis lætaretur.

Richardus Dinothus de rebus & factis memorabilibus l. 8. c. 4.

M. Antoninus adeò philoſophiæ ſtudiis addictus fuit ut Stoicorum præcepta perfectè didicerit; in aliarum ſectarum placitis, non ſegniter verſatus. ità ut Philoſophus peculiari inter Imperatores cognomine fuerit vocatus.

Sethus Calviſius in opere chronologico.

Marcus Imperator ipſe philoſophus & philoſophis deditus, eos Romam evocat & ſtipendiis fovet.

Gvilielmus Canterus Novar. Lection. l. 7. c. 1.

Marcus Avrelius Antoninus Imperator optimus, atqe idem philoſophus tantus, ut hoc meruerit proprium cognomen.

Juſtus Lipſius Monit. Politic. l. 1. c. 8.

M. Antonino Philoſophi cognomen hæſit, qòd ſupra alios in eo ſtudio deditus eſſet. Stoicam etiam ſectam profeſſus: & qis tamen vitâ melior, imperio mitior, avt felicior dabitur?

Iſaacus Caſavbonus ad Athen. Dipnoſophiſt. l. 13. c. 8.

M. Antoninus Imperator, re, & nomine philoſophus.

Idem ad Perſii Satyr. 1.

Sapientiſſimus ille Imperator Marcus ὁ ἐν βασιλεῦσι φιλοσοφώτατος.

****

Idem

Idem ad Capitolini Marcum.

Vir ille divinus, neqe ſatis unqam vel cognitus, vel lavdatus. Optimus, nec ambitioſus princeps.
Sapientiſſimus princeps, jam inde à puero philoſophans.

Clavdius Salmaſius ad Capitolini Marcum.

Princeps optimus, in cujus vita, ac moribus nihil fictum avt ſimulatum.
Princeps Philoſophus, Stoicæ philoſophiæ plurimùm deditus: plurimus in philoſophiæ ſtudiis.

Mericus Caſavbonus præfatione in verſionem Marci Anglicanam.

Antoninus, opum ac magnitudinis ſecularis ratione, hoc Solomone longè major, qo regnorum plurium magnorum (avſim dicere) dominus, qàm opidorum per totum regnum magnorum Solomon fuerat. Bonitatis verò ac ſapientiæ nomine, ab omnibus dum viveret in ea æſtimatione honorcqe habitus, qâ nemo unqam vel ante ipſum, vel, qòd novimus, poſt ipſum fuerit.
Ad Antonini illuſtris hujuſce lavdem nunqam intermorituram dictum ſit, prout ſcripſerat vixiſſe.
Hæc igitur Antonini lavs eſto, prout dixerat ſcripſerátqe vixiſſe: meditationes illi actiones erant, cum ſententiis actionibus conveniebat.
Nunqam ità conſpirârunt ſcriptores in tribuendo cuiqam qæcunqe poterant bonitatis, integritatis, innocentiæ, cujuſvis deniqe tituli apud Ethnicos ſpecioſiſſimi teſtimonia. Celebrant illum non tantùm ut principem optimum, ſed ſimpliciter atqe abſolutè, ut hominem optimum, & philoſophum optimum omnium qi unqam extiterunt. Eſtqe hoc ipſius peculiare encomium; qòd cùm ità prædicetur, citra exceptionem ullam prædicatur. Si qid adverſus illum in vulgus ſparſum fuerit, tanqam rumorem merum commemorant, non tanqam apud ullos fide dignos fidem meruerit.

DE HOC SCRIPTO.

Svidas *in* Μάρκ.

Οὗτος ἔγραψε ξ ἰδίᾳ βίᾳ Διδασκαλῶν ἐν βιβλίοις ιβ'. *Hic ſcripſit de vita ſua libros duodecim.*

Anonymus qidam εἰς βιβλίον Μάρκ, qod ex vetuſtis membranis exhibuit Cl. Salmaſius ad Vulcatii Caſſium cap. 3.

Εἰ λύπης κρατῆσαι ἐθέλεις,
Τὴν δε μάκαιραν ἀναπύστων
Βίβλον, ἐπέρχεο ἐνδυκέως.
Ἧς ὑπὸ γνώμῃ ὀλβίσῃ
Ῥεῖά κεν ὄψεαι, ἐσομένων,
Ὄντων, ἠδὲ παροιχομένων
Τερπώλῃ ἀνίῃ τε
Καπνῷ μηδὲν ἀφοτέρῳ.
Si triſtitiam vis ſuperare,
Divinum hunc evolvens
Librum, accede prompto animo.
In illo ſententias beatiſſimas
Nullo labore cognoſces, de rebus futuris,
Præſentibus, & præteritis,
Qibus te oblectes, & triſtitiam
Fume etiam minorem, fumi inſtar evaneſcentem.

Nicephorus Calliſtus Hiſtor. Eccleſ. l. 3. c. 31. incertum tamen de hoc an alio aliqo.

Πλὴν γε εἰδέναι χρεών, ὡς ὁ Μάρκος Ἀντωνῖνος ἔστιν ὃν βιβλίον παιδείας τῷ παιδὶ Μάρκῳ συνταξάμενος πάσης νομικῆς ἐμπειρείας καὶ παιδείας μεστόν. *Illud ſcire convenit, Marcum Antoninum filio ſuo inſtitutionis imperialis librum a ſe compoſitum reliqiſſe, omnis generis prophanorum exemplorum & diſciplinæ plenum.*

The-

Themistius in Philadelpho.

Οὐδέ σοι προσδεῖ τῶν Μάρκου ἀπομνημονευμάτων, οὐδ' εἴ τι χρηστὸν ὁ δεῖνα τῶν αὐτοκρατόρων ῥῆμα προήκατο. *Neque tibi opus Marci præceptis, aut si qis alius Imperatorum utile qodpiam dictum protulit.*

Joannes Carion Chronic. l. 3.

Extat M. Antonini liber de seipso, qi recens editus est. in eo libro sunt commonefactiones, de virtutibus principi necessariis, de justitia, de beneficentia, de patientia in ferendis injuriis.

Ibidem.

Marcus in libris de vita sua.

Lilius Gyraldus de poëtis Histor. Dialog. 3.

Dignus & [ut inter poëtas connumeretur] Marcus Antoninus, Pius cognomento, Philosophus. cujus licèt versus non legerim, tantæ tamen eruditionis, & doctrinæ fuit, ut meritò cum his laudandus sit.

Ejus certè librum Græcè scriptum, legi. cujus titulus Μάρκου Ἀντωνίνου εἰς τὰ καθ' ἑαυτόν. *ex qo variam illius & multiplicem sapientiam facilè colligere possumus.*

Gvilielmus Canterus Novar. Lect. l. 7. c. 1.

Duodecim conscripsit de officio suo libros; maximæ pietatis, humanitatis, temperantiæ, eruditionis, aliarum rerum præclararum testes plenissimos: Et cum qibus multorum philosophorum operosa præcepta collata meritò sordere possint.

Justus Lipsius ad Tacit. Annal. l. 1.

Marcus Antoninus in libris Vitæ suæ.

Idem in Saturnal. l. 2. c. 24.

Antoninus Imperator in Vita sua.

Isaacus Casavbonus in Julii Capitolini Marcum.

In primo avreolorum Marci librorum.
Res humanas, non ridere, sed ritè suo pretio æstimare solitus hic vir sapientissimus.
Hoc ille nos docet divinis illis suis libris; non enim mihi tempero, qin mellitissimi doctoris verba adscribam.

Idem in Baronii Annales Exercit. 1. §. 10.

Multa in hanc sententiam scribit M. Antoninus Imperator in suis illis divinis libris.

Idem in Persii Satyr. 1.

Qam sententiam Imperator Marcus iis, qæ de se scripsit, sæpe inseruit.

Ibidem in Satyr. 2.

Antoninus in tertio eorum qæ de se scripsit.

Et in Satyr. 3.

Spectat eôdem sapientissimum Marci præceptum.

Clavdius Salmasius ad Capitolini Pium.

Marcus Antoninus de vita sua.
Et mox: *Locus Marci Philosophi insignis est.*

Idem ad ejusdem Marcum.

Marcus in vita enumerans omnes per qos, avt in literis, avt in vita & moribus profecit.

Annotator Lugdunenſis.

Marci Philoſophi ſcriptio abſciſſa & horrida eſt, ſed firma & potens, qæ ſapit Imperatorem, & in qa multa ſilentur qæ ſuppleri oporteat. Utitur vocibus planè ſuis, qas rarò apud alios autores invenias.

Joannes Rualdus in vit. Plutarch. c. 5.

M. Antoninus, in primo avreolorum librorum, qos de vita ſua compoſuit.

M' AP-

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ α'.

MARCI ANTONINI IMPERATORIS de rebus ſuis, *ſive* de eis qæ ad ſe *pertinere cenſebat*, Liber I.

§ 1. AVo meo Vero accepiſſe agnoſco, moris eſſe candidi, & ab iracundia alieni.

§ 2. A fama memoriáqe genitoris mei, modeſtam ſimul ac maſculam indolem.

§ 1. ΠΑΡΑ' ΠΑΠΠΟΥ 'Ουήρου, τὸ καλόηθες, καὶ ἀόργητον.

§ 2. Παρὰ τῆς δόξης, καὶ μνήμης τῆς περὶ τὸν γεννήσαντα, τὸ [a] αἰδήμον, καὶ [b] ἀρρενικόν.

a Confer. l. 6. §. 48. l. 9. §. 29.

§ 3. b L. 2. §. 5.

Annotationes in Titulum.

ΜΑΡΚΟΥ 'ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ 'Αυτοκράτορος] De *Marco Antonino* Imperatore τῆς συγγραφῆς iſtius, utì Svidas vocat, avtore, qi ab Antonino Pio Adriani juſſu adoptatus, nominis id adeptus eſt, cùm ex patris aviqe paterni, *Annius Verus*, ex proavi materni nomine, *Catilius* antè dicerétur. videndi cum primis Julius Capitolinus, & Dio Caſſius à Joanne Xiphilino in compendium redactus; Ariſtides etiam Rhetor *oratione* εἰς βασιλέα, & in *Panegyrica Cyzicena*. Philoſophiæ, Stoicæ cum primis, ſeriò deditum, etiamſi illi nulli dicerent, commentarii iſti, qos præ manibus habemus, cumulatiſſimè teſtarentur; de qibus conſuli poterunt Gvilielmus Canterus *Novar. Lection. l. 7. c. 1.* Clavdius Salmaſius *Annot. ad Jul. Capitol. Marcum.* Iſaacus Caſavbonus in *Commentar. ad Perſ. Sat. 1.* Mericus deniqe Caſavbonus (τῷ πατρὸς τὸ παιδίον) *in Prolegomenis ad verſionem ſuam Anglicanam.*

Τῶν εἰς ἑαυτόν] *de vita ſua*, Scaliger, Lipſius, Salmaſius, Xylander; Svidam forſan ſecuti, qi τῷ ἰδίῳ βίῳ διαγωγὴν Marcum aſſérit ſcripſiſſe. qanqam aliud eſt *vitam* ſuam ſcribere, aliud *vitæ inſtitutum deſcribere*. Caſavbonus, *de ſe*. ità fuerit εἰς ἑαυτόν, *de ſe*; qo modo εἰς αὐτὸν, *de eo*. Lucæ, *Act. c. 2. v. 25.* & Pavlo *ad Epheſ. c. 5. v. 32.* εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς ἐκκλησίαν, *de Chriſto*, & *de Eccleſia*. qò facit & qod de Marco noſtro Svidas, Λέγει καὶ ἄλλως μυρίους ἐπαίνους εἰς αὐτὸν ὁ Δίων. *Dion autem & alias ſexcentas laudes in ipſum conſert.* & qod *ad* Latinum ſic uſurpari qandoqe monent Critici noſtri. Plavto *Aulul. 3. 5.*

Nimis lepidè fecit verba ad parſimoniam.

pro, *de parcimonia*. & Symmacho, *lib. 4. Ep. 56. Poſtqam vos ad virtutem verba feciſtis.* i. e. *de virtute*. nec ſpernenda forſan Caſavboni filii argutia, qi exponi poſtulat ex Apuleji dicto illo in *de Socratis Deo: Invenies in rationibus multa profuſa, & in ſemet nihil, in ſui, dico, damonis cultum.* Canterus, qod non improbem, *de officio ſuo*, h. e. de eis, qæ *ad ipſum* ſe ſpectare ac pertinere, ſive officii ſui eſſe ducebat: ego laxiùs tamen malim, *de rebus ſuis*, qo modo Pavſanias in *Atticis*. Τὰ μὲν εἰς Τολμίδην, τοιαῦτα ἐπυνθανόμην ὄντα. Et in *Corinthiacis* de Meduſa, τὰ δὲ ἄλλα εἰς αὐτὴν, εἰσὶν εἰρημένα. *de Tolmida rebus iſta accepimus &, alia res ejus dicta ſunt.* Et de Avgea *Eliacorum 1.* Οἱ ἀποσεμνύνοντες τὰ εἰς αὐτὸν, &c. *Qi res illius attollunt, non Elei, ſed Helii*, i. e. Solis *filium* ſuiſſe *dicunt.* & Evnapius de ſe in *Proæreſio.* Τὰ εἰς αὐτὸν Θεῷ τινὶ προνοίας τετυχηκέναι. *Agnoſcit ſcriptor ipſe res ſuas divinæ providentiæ haud expertes fuiſſe.* Addere liceat & alteram conjecturam, licèt præ priore illa minùs placeat; poſſe τὰ εἰς αὐτὸν eſſe, *qa propter ſe, in ſui gratiam, in uſum ſuum* deſcripſerat, & in adverſaria miſerat. qo modo εἰς αὐτὴν V. C. Ludovicus de Diev poſſe accipi exiſtimat, Arabémqe accepiſſe docet, apud Lucam *Evang. c. 16. v. 16.* *Propter ipſam, in gratiam ipſius*: & Pavlus Apoſtolus *ad Tim. Ep. 1. c. 4. v. 10.* dixit, εἰς τοῦτο κοπιῶμεν, *hujus rei gratiâ laboramus.* Alii viderint: Cæterùm Lilius Gyraldus *de Poetis l. 8.* titulum his verbis conceptum legiſſe ait; M. Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὐτόν. tanqam iſta tantùm excerpta ſint qædam ex eis *qæ apud ſe* in uſum ſuum repoſita habebat. & τὰ καθ' αὐτὸν ea nuncupantur, qomodo Syneſii *Dionem* inſcriptum volunt, περὶ τῆς καθ' αὐτὸν, vel καθ' ἑαυτὸν (qod vulgati codices κατ' αὐτὸν præferunt) διαγωγῆς. Themiſtius in *Philadelpho*, τὰ Μάρκου παραγγέλματα, i.e. *Marci præcepta*, nuncupâſſe videtur. niſi fortè ad illa reſpexit *præcepta philoſophiæ*, qæ *per ordinem paraneſeon, qotidiano ſuorum convictu efflagitatus*, ut cum Fabio loqar, anteqam expeditionem Marcomannicam iniret, *per triduum* à Marco noſtro *diſputata* refert Vulcatius in *Avidio Caſſio*: vel etiam ad *Inſtitutionis Imperialis librum*, qem πάσης κοσμικῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μεστὸν, *ſeculari peritiâ*, & *eruditione omnimodâ refertum*, Commodo filio reliqiſſe avtor eſt Nicephorus Calliſtus *Hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 32.*

Βιβλία ιβ'] Ita Svidas ἐν βιβλίοις ιβ'. qæ tamen diſtributio operis *in libros duodecim*, utrùm à Marco ipſo fuerit, an ab aliis, qi poſteà in unam congeriem coacta digeſſerunt, qæ ab illo per varias occaſiones concepta, ſparſímqe chartis commiſſa fuerant, (qod in Salomonis *paræmiis* factum novimus) ambigi poteſt non immeritò: atqe in iſtam partem mihi mens propendet magis.

Annotationes in librum I.

§ 1. ΠΑρὰ τοῦ πάππου] Verbum ἔμαθον, avt aliqid tale ſubintelligendum, & iſtic, & in ſeqentibus qibuſdam tmematiis, monet Gvilielmus Xylander. itaqe vertit, *Ab avo didici*, Svidá forſan autore; qi qædam iſtinc delibans, vocabulum illud interſerit. Ego potiùs, qod latiùs pateat qidpiam ἔλαβον, avt εἶχον, *accepi, habui*: cùm ſeqantur non pavca, qibus ἔμαθον illud competere neqeat. vel etiam fortaſſe pro argumento, de qo agitur, vario, varia ſubſtituere commodum fuerit vocabula.

Οὐήρου] *Avus Annius Verus, cujus in domo educatus eſt.* Julius Capitolinus.

Καλόηθες] *Placidos mores.* Xylander. Ego *candidos* malim; ut τὸ καλόηθες τῷ κακοήθει opponatur, qod *malignitatis* ſignificationem obtinet. Vocabulum alibi non memini legiſſe.

§ 2. Τῆς μνήμης τοῦ γεννήσαντος] *A memoria genitoris.* Eodem cum avo is cùm nomine, tum & cognomine gavdebat, *Annius Verus* itidem dictus. Capitolinus. *A memoria* verò *genitoris* dixiſſe videtur, qòd in ætate minori patrem amiſerit;

§ 3. Παρὰ τῆς μητρὸς, c τὸ θεοσεβὲς, καὶ d μεταδοτικόν. καὶ ἀφεκτικὸν ὄχ μόνον τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὅλως ἐνοίας γίνεσθαι τοιαύτης. ἔτι δὲ τὸ λιτὸν καὶ τὸ ἄκομψον, καὶ πόρρω τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς.

§ 3. A matre, pietatis ſtudium, & largiendi promptitudinem: nec à malo patrando tantùm, ſed cogitando etiam, continere. tum victu ſimplici, qiqe ab opulentorum more ac inſtituto abſcedat qàm longiſſimè, contentum eſſe.

c *L.* 6. §. 40. d *Inf.* §. 14.

§ 4. Παρὰ δὲ τοῦ προπάππου, τὸ μὴ e εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι. καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις καὶ οἴκοι χρήσασθαι. καὶ τὸ γνῶναι, ὅτι εἰς f τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐπιεικῶς ἀναλίσκειν.

§ 4. A proavo, qòd publicas exercitationes adierim; qódqe bonis præceptoribus privatim ſim uſus; & qòd in res iſtiuſmodi impensè erogandum intellexerim.

e τό μι, vel, τὸ εἰς. Mer. f τὰς τοιάδε. f. Jun.

§ 5.

utì ex eodem colligere licet: itaqe recordando potiùs perdiſcere adultior jam poterat, qæ apud patrem puer adhuc vidiſſet, qàm in ea ætate ità in animum defigere, ut penitiùs eis, qaſi imbueretur. Κίνητρον δὲ ἡ μνήμη πρὸς τὰ ἴσα. *Memoria autem ad pœria eſt ſtimulus.* Gregorius Nazianzenus *in Maccab.*

Τὸ αὐθάδες καὶ ἀρρενικὸν] De Marco pariter Capitolinus. *Sanè quamvis eſſet conſtans, erat tamen verecundus.* Et rurſus, *Erat frugi ſine contumacia, verecundus ſine ignavia, ſine triſtitia gravis.* De Catone pariter Saluſtius in *Catilin.* *Cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore certabat.*

§ 3. Τῆς μητρὸς] *Mater Domitia Calvilla.* Capitolinus. Eadem & *Lucilla* eidem pòſt dicitur: & *Domitia Lucilla*, Spartiano in *Did. Julian.*

Θεοσεβὲς] Ità Timotheus ab Evnice matre aviâqe Loïde pietatem haviſſe perhibetur, Lucæ, *Act. c.* 16. *v.* 1. & Pavlo, *ad Tim. Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 6. & *Epiſt.* 2. *c.* 1. *v.* 5. & *c.* 3. *v.* 15. commemorantur & Luca αἱ σεβόμεναι γυναῖκες, *mulieres religioſæ, ſive qæ timebant Deum. Act. c.* 13. *v.* 50. Pronior nimirum cùm ad religionem, tum & ad ſuperſtitionem, ſexus ille ſeqior. Perſius, *Sat.* 2. *v.* 31.

Ecce avia, aut metuens Divûm matertera—

& *Sat.* 5. *v.* 93.

Dum veteres avias tibi de pulmone revello.

De Antonino Pio à qo adoptatus, exqiſitiùs pavlò l. 6. §. 30. ὡς θεοσεβὴς, χωρὶς δεισιδαιμονίας. *Ut citra ſuperſtitionem fuerit religioſus.*

Καὶ μεταδοτικὸν] qod Apoſtolus *ad Tim. Epiſt.* 1. *c.* 6. *v.* 18. εὐμετάδοτον εἶναι, *largiri promptum*: & Marc. *infr.* §. 14.

Καὶ τοῦ ἐπὶ ἐνοίας γίνεσθαι τοιαύτης] *Abſtinere non à perpetrando tantùm, ſed ab intendendo malum.* Caſavbonus. meliùs Xylander *à cogitando.* qod ampliùs eſt. poteſt enim cogitare qis, qod non intendat tamen. Vide §. 9. Idem valent, ἐπὶ ἐνοίας τινὸς γίνεσθαί τινα, ἔνοιάν τινος γίνεσθαί τινι, & ἐννοεῖν τι τινά, *cogitare aliqid aliqem.* Eſt avtem hoc ſanè religionis peculiare cum primis, cogitatorum etiam religionem habere. Tertullianus *in Apolog. c.* 36. dogma Chriſtianum referens; *Malè velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de qoqam, ex æqo vetamur.* Et Minutius in *Octav.* *Apud nos & cogitare, peccare eſt.*

Nam ſcelus intra ſe tacitum qi cogitat ullum,
Factis crimen habet.—

Juvenal. *Sat.* 13. *v.* 209. *impurâ* ſcilicet *mente, licèt purâ manu:* ut Apulejus in *Apologia.* Qin &, qod Thales, avtore Laërtio *lib.* 1. §. 36. qærenti, Εἰ λήθει θεὸς ἄνθρωπον ἀδικῶν, *Lateretne Deos homo male agens*, reſpondit, Ἀλλ' οὐδὲ διανούμενον. Nec *cogitata numen latere poſſunt.* Idémqe cum primis diſcendum proponit Epictetus, *Diſſert. l.* 2. *c.* 14. Μαθεῖν δεῖ πρῶτον τοῦτο, ὅτι ἔστι θεὸς, καὶ προνοεῖ τῶν ὅλων. καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν, οὐ μόνον ποιοῦντα, ἀλλ' οὐδὲ διανούμενον, ἢ ἐνθυμούμενον. *Primum illud eſt diſcendum, eſſe Deum, & providere rebus univerſis; ac non modo facta, ſed ne cogitationes qidem ac motus animorum eum latere poſſe.* Socrates (Xenophonte referente, *memorab. lib.* 1. *pag.* 711. *C.*) πάντα θεοὺς εἰδέναι τά τε λεγόμενα, καὶ πρατόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα. *Deos omnia, qæ vel dicerentur, vel agerentur, vel clam deliberarentur ſcire.* & Juſtinus, *Apolog.* 2. Θεὸν ἀδύνατον λαθεῖν τι, οὐ μόνον πρατόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον. *Impoſſibile eſt Deum celare qicqam, nedum factorum, ſed ne cogitatorum qidem.* Nimirum ut Clemens Alexandrinus *Padag. l.* 2. *c.* 10. Λήσεται ἴσως τὸ αἰσθητὸν φῶς τις, τὸ δὲ νοητὸν, ἀδύνατόν ἐστι λαθεῖν. ἢ, ὡς Ἡράκλειτος, τὸ μὴ δῦνόν ποτε πῶς ἄν τις λάθοι; imò, πῶς ἄν τι λάθοι; *Senſilem lucem latebit fortaſſe qiſpiam, ſed intelligibilem minimè latere poteſt. An, ut ait Heraclitus, id qod nunqam occidit, poſſit latere qiſpiam.* Qod Iſidorus *Peluſiota l.* 4. *Ep.* 47. Τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐδεὶς λήσεται. *Pervigilem oculum nemo latebit.* Siqidem, *Nihil Deo cluſum eſt. intereſt animis noſtris; & cogitationibus mediis intervenit.* Seneca *Epiſt.* 83. qò reſpexerit forſan Minutius in *Octav.* ubi dixit: *Deus avtor omnium, ac ſpeculator omnium, à qo nullum poteſt eſſe ſecretum, tenebris intereſt; intereſt cogitationibus, qaſi alteris tenebris.* Vide *l.* 6. §. 30. & *l.* 12. §. 2.

Τὸ λιτὸν κατὰ τὴν δίαιταν] Lavdat & in Marco pariter Ariſtides *Orat. in Regem Tom. l. p.* 115. βίᾳ ἐυκολίαν, καὶ διαίτης εὐτέλειαν, *victus facilitatem & ſimplicitatem.* Eam Chriſticolis commendat & Clemens Alexandrinus *Padag. l.* 2. *c.* 12. his verbis. Προσήκει τοίνυν λιτότητα ἀσπάζεσθαι τοὺς Χριστῷ λατρεύοντας. τῷ ὄντι γὰρ ἡ λιτότης ἀγιωσύνης προμηθεῖται, ἐξευτρεπίζουσα τὰς πλεονεξίας, καὶ διὰ τῶν τυχόντων τὴν ἀπὸ τῶν περιττῶν κομιζομένη χρείαν. τὸ γὰρ λιτὸν, ἢ καὶ τέρνομα ἐμφαίνει, οὐκ ἐξέχει, οὐδὲ κατά τι ἀγκῶνας ἢ τυπώσεις. ὁμαλὸν δὲ ὅλον, καὶ λεῖον, καὶ ἴσον, καὶ ἀπέρισπλον, καὶ ταύτῃ ἀσπόνδυλον ἐστι.

Eas ergo, qæ Chriſto ſerviunt, frugalitatem convenit amplecti. Frugalitas enim revera curam gerit ſanctitatis, ut qæ ea, qæ redundant & ſunt immoderata, exaqet, e qibuſlibet eum, qi ex ſupervacaneis capitur, uſum percipiat. Qod enim frugale eſt ac tenue, ut ipſum etiam nomen indicat, non eminet, neqe ulla in re in molem aſſurgit aut intumeſcit, ſed eſt univerſum planum, lene, æqale, & minimè ſuperfluum, & ea de cauſa ſufficiens. qo loco forſan pro σωφρόνως Clemens τροφίμως ſcripſerat. Vide qæ de Pertinace ex Herodiano pòſt pavlò exhibentur.

Τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς] Πλουσιακὸς dictum eadem analogiâ, qa Ἀκαδημιακὸς, pro qo vulgò Ἀκαδημαϊκὸς dicitur, *ad divites pertinens*, ſive *divitibus ſolennis & familiaris.* Neqe enim Henrico Stephano, qi idem qod πλούσιος, vel πλουτοῦς potiùs, eſſe vult, poſſum aſſentiri: malimqe *opulentos*, qàm *opulentiam*, cum Xylandro & Caſavbono *comitante*, ſive *conſequente*, vertere. Eſt enim à πλούσιος, non à πλοῦτος, efformatum. διαγωγὴν avtem πλουσιακὴν Marcus dixit, qod δρᾶμα πλουσιακὸν Plutarchus *de avaritia* pompam illam epularum ſumptuoſam ac magnificam, qæ apud ditiores exhiberi ſolet. At Alexis apud Athenæum *lib.* 13. πλουσιακὸν κακὸν etiam *mollitiem* dixit verſibus illis, qos Caſavbonus fœliciùs qàm Stephanus reſtituit.

§ 4. Τοῦ προπάππου] *Proavus paternus*, *Annius Verus*; *maternus*, *Catilius Severus.* Capitolinus illum opinor hìc voluit.

Τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι] τὸ μὴ εἰς δημοσίας, ſive τὸ εἰς δημοσίας &c. negativâ prorſus expunctâ legit Mericus Caſavbonus ductus illis præcipuè Julii Capitolini verbis; *Frequentavit & declamatorum ſcholas publicas.* Qod eſt idem prorſus cum eo, qod de ſe Marcus iſtic. De Pertinace Herodianus *lib.* 2. *c.* 4. §. 18. Οὗτω γὰρ μήτριος καὶ ἰσότιμος ἦν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἤδη μειράκιον ὄντα, μήτε εἰς τὴν βασίλειον αὐτὸν ἀναγαγεῖν, ἀλλ' ἔν τε τῇ πατρῴᾳ μένειν οἰκίᾳ, καὶ εἰς τὸ συνήθη προϊόντα διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσια, ἰδιωτεύοντα, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε καὶ πάντα πράττειν, ἰδιωτικῷ τῷρον ἢ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικήν. *Siqidem adeo ſe agabilem, paremqe cæteris præſtabat, ut filium qoqe jam adoleſcentem in aulam palatinam nunqam adduxerit, ſed intra privatos parietes continuerit: ſic ut in ludum qoqe literarium atqe gymnaſia de more itaret, nihil privatis abſimilis: eruditurqe, & omnia perinde ut qivis e medio agitaret, neqe ullam aut tyrannicam aut omninò imperatoriam pompam oſtentaret.*

Ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλίσκειν] ἐκτενῶς ἀναλίσκειν poteſt eſſe, vel *prompte*, *alacriter*; ſic enim Heſychius. Ἐκτενῶς, προθύμως. vel *ſtudiosè*, *vehementer*: Svidas ἐκτενῶς, ἐλοφύχως. vel *impensè*, *prolixè*. Pollux, ἐκτενῶς, ἀκψιλάφως. qod & pro ἐκτενῶς Phrynicus ſubſtitui monet. Vult certè Marcus fieri contrà planè qàm in Scoptica illa Cratetis Thebani, qam Laërtius exhibet, Ephemeride;

Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμήν.
Κόλαπι τάλαντα πέντε, συμβούλῳ κάπτορ.
Πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.
Coqus minas decem, medicus drachmam ferat;
Talenta qinqe ſcurra, fumum conſulens;
Scortum talentum, philoſophus triobolum.

avt qam ſuo ſeculo fieri ſolitum non ſine ſtomacho monet Juvenalis *Sat.* 7. qo loco, poſt impenſas in ædificia extruenda exornandáqe immenſas enarratas, hæc ſubjicit:

Qanticunqe domus, veniet qi fercula doctè
Componit, veniet qi pulmentaria condit.
Hos inter ſumptus, ſeſtertia Qintiliana,
(Ut multum) duo ſufficient. res nulla minoris
Conſtabit patri qàm filius.

cui hic ſcilicet erudiendo conducitur. Hâc avtem ratione ſe tutabatur Ariſtippus, qòd à diſcipulis pecunias mercedis loco vel exigeret, vel acciperet ſaltem notatus: Ἀργύριον λαμβάνειν εἰκὸν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῆται, ἀλλ' ἵνα εἰδεῖεν, εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις. *Pecuniam ſe accipere dicebat, non ut ipſe uteretur, ſed ut ſcirent illi qas ad res pecuniis uti conveniat.* refert Laërtius *lib.* 2. *c.* 72. Qin & de Alexandro Grammatico pariter Ariſtides *Tom.* 1. *p.* 149. Τῆς μέν τοι τέχνης οὐκ ἠσχύνετο λαμβάνων. ἐδίδου γὰρ αὐτῷ λυσιτελεῖν τοῖς νέοις μαθημάτων εἶναι τοιαῦτα προϊέσθαι. *Niſi qod artis gratiâ non verebatur honorarium accipere, qod putaret id juvenibus conducere, ſi ſumptum in diſciplinas factum ſuſtinerent.* Et Libanius in *Apolog.* Τὸ μὴ δῶρα, ῥαθυμοτέρους ποιεῖ. τὸ γὰρ ἐξεῖναι προῖτας λαβεῖν, οὐδὲ προθύμως ἐπαναγκάζει λαμβάνειν. ὃν γάρ τις οὐ τίθησι τιμὴν, τοῦτο οὐκ ἀλγεῖ μὴ κλάμενον. *Non dare, pigriores facit. Licet enim donum accipere, & ut accipias non vel-*

de

§ 5. Ab educatore, ne in certamine eqeſtri Praſinæ, avt Venetæ factioni néve in gladiatorio Thraci avt ſecutori favtor fierem: ut labores ſuſtinerem; minimo contentus agerem; operi manus admoverem: negotiis alienis me nevtiqam im-

§ 5. Παρὰ δ τροφέως, τὸ μήτε Πρασιανὸς, μήτε Βενέτιανὸς, μήτε παλμυλάριος ἢ δ σκυτάριος γενέσθαι. καὶ τὸ [h] φερέπονον, καὶ ὀλιγοδρὲς, καὶ αὐτουργικόν. καὶ τὸ [i] ἀπολύπραγμον, καὶ [k] τὸ δυσ-

g οικιυτόριος Lipſ.
h *L.* 5. §. 5.
i *L.* 3. §. 5.
k *L.* 6. §. 30.

de cogi. Si enim his pretium non ſtatuerit, illa non poſſidens non dolebit. Nec incelebre illud à Philoſtrato *de vit. Sophiſt. lib.* 2. *pag.* 602. lavdatum Damiani Sophiſtæ dictum, cùm mercede data nevtiqam vulgari, Ariſtidem, Adrianúmqe Rhetores avdiviſſet, Πολλῷ ἥδιον ἐς τοιαῦτα δαπανᾶν παιδικὰ, ἢ ἐς καλὰς τε καὶ καλὰς, ὥσπερ ἴνιοι. *Multo ſuavius eſſe ad has delicias, qam in pulcros & pulcras, ut plerique faciunt, pecunias erogare.* Lavdantur Principes hoc nomine, Alexander Macedo, qi præterqam qod in Philoſophos Anaxarchum, Xenocratem, Calliſthenem, alios, muníficus admodum extitit, in unam illam Stagiritæ animalium hiſtoriam octingenta talenta dicitur contuliſſe. ut Athenæus *Dipnoſoph. l.* 9. Veſpaſianus, qi licèt alioqi pecuniæ avidior, *ingenia & artes vel maximè fovit, primúsqe è fiſco Latinis, Græcisqe Rhetoribus annua centena conſtituit*: Sveton. *l.* 10. *c.* 18. Antoninus Pius, qi *Rhetoribus & Philoſophis per omnes provincias & honores & ſalaria dedit.* Capitolinus in Pio. qod & ab Alexandro Severo, qem poſt Marcum noſtrum ſummè ſuſpiciendum Svidas cenſet, & *contiuuatum & dilatatum*, avtor eſt Lampridius. Marcus ipſe, qi & Philoſophos omne genus ἐπὶ μυρίαις profitentes Athenis inſtituit, utì ex Luciano & Philoſtrato, *ad Capitolini Pium* docet Clariſſimus Salmaſius. Nec tacendi videntur, avt M. Scavrus civitatis princeps, qi *Lutatium Daphnidem Grammaticum* IIIMDCC (vel ut Budæus, *de aſſe* CCCMDCC) *ſeſtertiis emerat, pretio hominis in ſervitio geniti maximo ad hanc diem*, inqit Plinius *l.* 7. *c.* 39. qanqam à Q. Catulo, & *ducentis millibus nummúm emptum, ac brevi manumiſſum*, apud Svetonium habetur *de illuſtr. Gram. c.* 3. Avt Leo Macelles, qi cùm annonam Evlogio Philoſopho dari præcipienti, dixiſſet Evnuchus qidam, in milites potiùs iſta eſſe inſumenda, reſpondit; Εἰθε γένοιτο ἐπὶ τῦ ἐμῦ χρόνυ, ὥστε τὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὰς διδασκάλυς παρίχεσθαι. *Utinam meis id temporibus contingeret, ut militum ſtipendia ad doctores transferrentur.* Svidas. Cæterùm nolim omiſſum, qod doctiſſimus Patricius Junius, pro εἰς τὰ τοιαῦτα, ſuſpicatur εἰς τὰς τοιάυτας legi debere: utrumvis ceperis, eodem redibit: *in iſtiuſmodi*, vel *homines inſtituentes*, vel *inſtituta* ipſa.

§ 5. Τῦ τροφέως] *Educatorem ſuum mortuum fleviſſe* Marcum, refert Capitolinus. Verùm is qis fuerit, nullus dicit. Vide *infrà ad* §. 8.

Μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανός] Avrigarum factiones *Praſina* & *Veneta*, à veſtium, qas habebant, coloribus ſic nuncupatæ, de qibus videndi Tertullianus *de ſpectac. c.* 9. Caſſiodorus *Var. l.* 3. *Epiſt.* 51. & Onuphrius *de Lud. Circenſ. c.* 10. De L. Vero Marci conſorte, Capitolinus. *Amavit & avrigas, praſino favens, & Volucri eqo Praſino avreum ſimulacrum fecerat, qod ſecum portabat.* at Venetæ contrà Vitellius, qi *qoſdam de plebe, qod Venetæ factioni clarè maledixerant, interemit* Sveton. *l.* 9. *c.* 14. Marcus qòd hiſce ſe nevtiqam immiſcuerit, educatori ſuo, qiſqis is fuerat, acceptum refert. Plinius minor *l.* 9. *Epiſt.* 6. de Circenſibus, populóqe ad eos ſpectandos confertim jugitérqe confluente locutus; *Si tamen*, inqit, *avt velocitate eqorum, avt hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc favent panno, pannum amant: & ſi in ipſo curſu, medióqe certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium favórqe tranſibit, & repentè agitatores illos, qos procul noſcitant, qorum clamitant nomina, relinqent. tanta avtoritas in una viliſſima tunica; mitto apud vulgus, qod vilius tunica eſt; ſed apud qoſdam graves homines.*

Παλμυλάριος ἢ σκυτάριος] Παλμυλάριος, *Palmularius.* Mevrſius in *Gloſſario* & Παλμυλάριος, ὄνομα κύριον. Παλμυλάριος, *nomen proprium*, Svidas. qod idem & de Βενέτιανὸς pronunciat. falſus uterqe. Eſt enim Παλμυλάριος, *Palmularius*, literâ aſperiore in leniorem immutatâ, ut κορίαννον, *coriandrum*, κολίανδρον; *farcimen*, φαρκίμενον; *barca*, βάλκα; *cardinalis*, καλδινάριος; κρίβανος, κλίβανος, *clibanus*; λείριον, *lilium*; γαργαρεὼν, γαργαλεὼν, *gurgulio*; μορμύρων, *myrmillo*; nec eſt proprium perſonæ, ſed ſectæ ſtudiiqe vocabulum; ſicut reliqa qæ iſtic ſimul recenſentur. *Parma*, ſive *parmula*, & *ſcutum*, inter arma gladiatoria, illa Thracum, iſtud Samnitum; utì ex Feſto & Livio docet Lipſius in *Saturnal. lib.* 2. *c.* 9. & *c.* 11. Martialis magnitudine maximè diſcrepâſſe docet, *l.* 14. *Epigr.* 213.

Hæc qa ſæpe ſolet vinci, qa vincere rarò,
Parma, tibi ſcutum pumilionis erit.

& Nonius: *Parma ſcutum breve.* Qanqam parmæ militares magnæ videantur fuiſſe. Polybius *de Diſciplin. Rom. Hiſt. lib.* 6. *cap.* 20. Περιφερὴς γὰρ ὢν τῷ σχήματι, τρίπεδον ἔχει διάμετρον. *Qippe cui figura rotunda, dimetiens pedis unius & ſemis.* Et de velitibus Livius *l.* 38. *Hic miles tripedalem parmam habet.* Σκυτάριος, *Scutarius.* Xylander. & σκυτάριος, *ſcutarius, ſcutatus.* Mevrſius in *Gloſſario* eandem ſcripturam agnoſcit & Svidas in Πρασιανός. qod ſi ſeqimur, alterius factionis ſtudium deſignabitur, cui *ſcutum* parmæ loco fuerit. Verùm Lipſius hìc, non σκυτάριος, ſed σκυτόριος legit; ubi ſuprà *c.* 24. Ità *Parmularius*, qi Thracibus, *ſecutorius*, ſive A *ſecutorianus*, *qi ſecutoribus favebat*; de qibus videri poterit Lipſius idem *ibid. c.* 7. Martialis *l.* 9. *Epigr.* 70.

Vincenti parma cùm ſua turba favet.

Hos avtem parmularios nuncupatos ex Svetonio diſcimus; qi *l.* 12. *c.* 10. *patremfamiliàs qendam, qòd Thracem Myrmilloni parem, manerario imparem dixerat*, refert à Domitiano *canibus objectum cum hoc titulo, Impiè locutus parmularius.* Ad qod facinus reſpexit in *Paneg yrico* Plinius, ubi dicit; *Jam qàm libera ſpectantium ſtudia? qàm ſecurus favor? nemini impietas, ut ſolebat, objecta, qòd odiſſet gladiatorem. nemo ſpectator* B *ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco & canibus expiavit.* Marcus ergò nulli gladiatorum factioni addictus: contrà planè qàm filius, imperii paterni, non & inſtituti, hæres; qi, ut Lampridius, *gladiatoribus convixit, & gladiatorem ſeſe perfectum exhibuit*: *Secutoribus* cum primis tam impensè favens, ut (Dione *l.* 72. *pag.* 828. *B.* avtore) eorundem armaturâ uteretur, & inter triumphalia nomina geſtiret avdire, Πρωτόπαλος Σκυτόρων. *Primus pugnator inter ſecutores.* qa de voce videatur, poſt Lipſium & Scaligerum, V. Cl. Salmaſius *in Lampridium.*

Τὸ αὐτουργικὸν] *manibus propriis operari*; ſive *operi manus* C *ipſummet admovere*, ſuísqe id nonnunqam manibus exeqi, qod alienis, ſi vellet, poterat. De Danao Lucianus *Dialog. Marin.* 6. Σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει. *Duriter filias educat, & opus manu facere docet.* Catonis majoris τὴν αὐτουργίαν prædicat Plutarchus, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐργάζεσθαι, *cum ſervis domeſticis opus facere* ſoliti. De Qintio Dictatore apud Svidam avtor innominatus. τὸν αὐτουργὸν ἠγάπα βίον. *Amabat vitam, qa manibus opus faciebat.* Pacatus *paneg yrico Theodoſii. Detrahit laudem patientiæ inopia: majoris exempli eſt labor ſine neceſſitate.* Lavs ea Trajani apud Svidam, ex avtore incerto: Καὶ ἐβούλετο ἐξίσυ πάνλα τοῖς ἄλλοις τρόπον τινα ποιεῖσθαι. *Volebat qoqe cum aliis ex* D *æqo qodam modo omnia facere.* At verò mollitiem hominum, qi alienis ad omnia manibus uruntur, falsè tetigit Cynicus, qi (referente *l.* 6. Laërtio) ex his qendam à famulo calceari conſpicatus, dixit, Ὅπως μακάριος εἶ, ὃν μή σε καὶ ἀπομύξῃ; τοῦτο δὲ ἴσως πηρωθέντι σοι τὰς χεῖρας. *Nondum ſat beatus es, niſi te alter etiam emungat* (non, utì Eraſmus reddidit, *abſtergat*) *qod ſi mancus fueris, futurum eſt.* id qod de Ariſtagora ſuſpicata eſt Gorgo puella Lacœna, qem cùm idem factitare animadverteret, ad patrem (Cleomenes is erat) converſa, Πάτερ, inqit, ὁ ξένος ὅτος χεῖρας οὐκ ἔχει. *Pater, hoſpes iſte manibus caret.* Plutarchus in Apophthegmatibus. Itaqe adulatoriè nimis Conſtantino Panegyriſta; *Deceat te, Imperator, hoſtem ferire? imò non deceat laborare.* De Imperatore E nimirum cenſuit, qod de Deo ſenſit, qi Ariſtotelis nomen præfert; Avtor *de Mundo c.* 6. Μὴ αὐτουργὸν εἶναι. μήτε καλὸν μηδὲ ἔυσχημον αὐτουργεῖν τὰ ἐπὶ γῆς. τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἀνθρώπων ἡγεμόσιν ἁρμόττειν, πάντι καὶ τῷ τυχόντι ἐφίεσθαι ἔργῳ. *Neqe honeſtum, neqe decorum res terrenas ipſum adminiſtrare. Atqi ne ex hominum qidem principum dignitate eſt cuilibet operi incumbere.* Qod Apulejus ſic παραφράζει, *Non ut orbem manibus ſuis inſtruxerit, talis qippe humilitas dejecti & minùs ſublimis officii; nec cum homine qidem convenit qi ſit paululum* F *conſcientiæ celſioris, qalis militiæ principes, & Curiæ proceres, & urbium ac domorum rectores, ut id ſuis manibus factum velit, qod ſit curæ levioris.* Atqi de Deo nos aliter docent literæ ſacræ, etiam τὰ ἐπὶ γῆς αὐτουργεῖν non dedignari prorſus; etiamſi ad plurima exeqenda creaturarum miniſterio utatur. Qin & apud Homerum (qi id Heroibus ſuis dedecori non eſſe futurum opinatus) αὐτουργοῦσιν ἥρωες, ſúntqe αὐτοδιάκονοι, ut Evſtathius monet *ad Iliad.* 1. αὐτουργοῦσιν Ulyſſes, & Achilles ipſe; αὐτουργῶν deprehenditur ab Ulyſſe Laërtes. qod obſervat Ælianus *Hiſt. var. l.* 7. *c.* 5. eo utiqe ſemet exercent opere, qod in Cyro minore admiratus eſt Lyſander apud Xenophontem in *Oeconomico*; & qo nihil regale magìs huìc viſum refert in *Ca-* G *tone majore* Cicero, agri nempe colendi ſtudio. De Pittaco notum eſt ex nænia muliebri, ſive ἐκ τῆς ᾠδῆς ἐπιμυλίου, *ex molari cantione*, utì appellant Athenæus *l.* 14. Evſtath. *ad Odyſſ.* υ. & Pollux *l.* 7. *c.* 33. §. 8. (apud qem tamen *l.* 4. *c.* 7. §. 1. ἐπιμύριος ᾠδὴ perperam eſt editum, qod *Carmen ſeculare* interpres reddidit) qam, dum molam verſabant, qò laboris tædium tollerent, mulierculæ ſibi accinebant. Eam Plutarchus in 7. *ſapientúm ſympoſio pag.* 157. D. nobis hanc exhibet. Ἄλει, μύλα, ἄλει. καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλήνας βασιλέυων. *Mole priſtrinum, mole*: *nam & Pittacus molet rex magnæ Mitylenæ.* Inde Theodorum Scholaſticum ob- H jurgandi anſam arripit Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *Epiſt.* 470. Αὐτὸς μὲν ἐφύβρισον ἡγῇ πᾶσαν χειρόκμητον ἐργασίαν. ὁ Μιτυληναῖος δὲ Πιττακὸς, καίτοι βασιλεὺς ὤν, τὸν μύλωνα ἠνύτρεγε, καὶ ἐναργῶς γυμναζόμενος, τὴν τροφὴν ἐργαζόμενος. *Tu qidem opus omne, qod manibus elaboratur, turpe ac probroſum eſſe exiſtimas. At Mitylenæus Pittacus, qamvis rex eſſet, priſtrinum tamen manibus ſuis extruebat, ſimulqe & actuosè ſe exercebat, & cibum operabatur.* ubi vitiosè μύλωνα codices:

1 δυσπροσδ. 1 δυσπρόδεκτον διαβολῆς.

§ 6. Παρὰ Διογνήτῳ, τὸ ἀκενόσπουδον. καὶ τὸ m
ιπις. ἀπιζηλικὸν τοῖς ἀπὸ τῶν περιθλομμένων, καὶ γοήτων
Svid. καὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς καὶ τῶν

misercm; nec delationem facilis ullam admitterem.

§6. A Diogneto, ne rebus inanibus ſtudium impenderem: néve eis fidem adhiberem, qæ à præſtigiatoribus magíſque de incantationibus, déque dæmonibus averruncandis, aliíſque ejuſmodi impoſturis di-

nec ſanius interpres, *piſtrinum manibus ſuis extruebat.* imò, *in piſtrino ipſe operas obibat, ſimul ſeſe & exercens, & labore ſuo de victu proſpiciens ſibi.* Nam qod Theodorus Zvingerus Theatri *vol.* 19. *l.* 2. *tit. de Mola*, Pittacum tradit molæ encomium conſcripſiſſe, qod ἐπιμόλιον nuncupârit, qo avtore dicat neſcio. apud Ælianum, qem certè lavdat *Var. Hiſt. l.* 14. nihil ejuſmodi comparet. qeriturqe Pictorius ad Marbodeum *de gemmis*, molæ lavdes poetam nullum celebrâſſe. De Romanis priſcis Seneca, *ad Helviam, c.* 10. *Scilicet majores noſtri, qorum virtus etiam nunc vitia noſtra ſuſtentat, infelices erant, qia ſibi manu ſuâ parabant cibum.* Et mox: *Scilicet minùs beatè vivebat Dictator noſter, qi Samnitum legatos audit, cùm viliſſimum cibum in foco ipſe manu ſuâ verſaret.* Manium Curium Dentatum dubio procul intelligit: qanqam Conſul ille, non Dictator. *Cibum viliſſimum* qem dicit, γογγυλίδας fuiſſe refert, ex Magacle *de Viris illuſtribus*, Athenæus *l.* 14. & Plutarchus *in Apophth.* id eſt, *rapa*, ut ex *Annalibus* Plinius *l.* 19. *c.* 5. *rapum*, inqit, *torrentem in foco inventum.* Hiſtoriam tangit & Cicero *de repub. l.* 3. à Nonio lavdatus; & in *Catone majore.* Nec peccare puto Athenæum, (qod Petrus Victorius cenſet, *Var. Lect. l.* 10. *c.* 5.) cùm Sabinos dicit, qos Samnites illi. poteſt enim fieri, nec eſt vero abſimile, Sabinos Samnitibus in ea legatione junctos fuiſſe: cùm ex L. Flori *epitome Liviana lib.* 11. compertum ſit, Curium iſtum, tam Samnitibus cæſis, qàm & Sabinis victis & in deditionem acceptis, bis eodem anno triumphâſſe.

Δυσπρόδεκτον διαβολῆς] lego δυσπρόσδεκτον. De Antonino Pio *l.* 6. §. 39. Ὡς διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο. *Ut delationes non admiſerit.* De Trajano itidem Dio. Διαβολαῖς ἥκιστα ἐπίστευε. *Delationibus minimè credebat.* Caji Caligulæ inter imperii exordia memoratu dignum dictum, facto etiam conſignatum, à Svetonio *l.* 4. *c.* 15. refertur. *Libellum de ſalute ſua oblatum non recepit, contendens nihil ſibi admiſſum cur cuiqam inviſus eſſet; negavitqe ſe delatoribus aures habere.* Præclarum & illud Domitiani, ab eodem in literas relatum, ſi in tenore cepto is perſtitiſſet, qod *fiſcales calumnias, magná calumniantium pœná repreſſit; adjectâ voce illâ memorabili.* PRINCEPS QI DELATORES NON CASIGAT, IRRITAT. De Marco noſtro, qi hìc conſtans, Capitolinus, *Suffragatoribus non citò credidit, ſed ſemper diu qæſivit qod erat verum. Qin & calumniis qadruplatorum interceſſu, appoſitâ falſis delatoribus notâ: delationésqe qibus fiſcus avgeretur, contempſit.* Optimè Menander à Stobæo *Tom.* 2. *tit.* 42. adductus, & poſt Stobæum ab Antonio *Meliſſ. l.* 1. *c.* 53. & à Maximo *Collect. c.* 10.

Ὅσις δὲ διαβολαῖσι πείθηται ταχὺ,
Ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τὰς τρόπους,
Ἢ παιδάπασι παιδαρίῳ γνώμην ἔχει.
Qi mentem addicit credulam calumniis,
Aut ipſe eſt pravis inqinatus moribus,
Aut certè ingenio nil ſupra puerum valet.

Grotius.

§ 6. Διογνήτῳ] *Operam pingendo ſub Diogneto magiſtro dedit.* Capitolinus. Verùm de Diogneto iſto pictore, an philoſopho, an utroqe etiam, videndi Joſephus Scaliger. *Comment. ad Euſeb. Chron.* & Cl. Salmaſius *ad Capitolinum.* Philoſophum certè Marcus ipſe nullus appellat; potuitqe Marcum ad philoſophiæ ſtudium impellere, monitáqe iſtiuſmodi eidem ſuggerere, etiam qi philoſophiam non eſſet profeſſus. qanqam nec pingendi artificium qicqam impedit, qo minùs & philoſophiam profiteretur, eadem ſaltem imbutus fuerit, cùm inter diſciplinas liberales *pictura* olim haberetur; unde de Hilario Bithyno Evnapius in *Priſco*; πρὸς τῷ καθαρῷ τῆς ἄλλης παιδείας κατὰ γραφικὴν ὅτου φιλοσοφήσαιμι, ὅσον οὐκ ἐτεθήπει ἐν ταῖς ἐκείνου χερσὶν ὁ Εὐφράνωρ. qæ verba Hadrianus Junius ſic reddidit: *In arte pingendi adversùs liberalium artium vacuos ità philoſophatus eſt, ut appareat in illius manibus non eſſe extinctum Evphranorem.* cùm debuiſſet potiùs ſic vertere; *Qi præter ingenuam, ſive liberalem, reliqam diſciplinam, in pictura qoqe ità verſatus eſt, ut per ejus manus Evphranor adhuc ſupereſſe videretur.* τὸ καθαρὸν τῆς παιδείας, eſt ἡ καθαρὰ παιδεία, *ingenua ſive liberalis diſciplina.* φιλοσοφεῖσθαι, *ſtudere, exerceri, in ſtudio, exercitióve aliqo verſari.* Evphranor pictor nobiliſſimus, fictórqe idem ex Plinio notus ſatis, qi *lib.* 34. *c.* 8. & *lib.* 35. *c.* 11. videri poterit. Cæterùm in Hilario ſuperſtes, qa ratione dicatur, ex Fabio meliùs qàm ex Plinio diſcas. Is *Inſtit. l.* 12. *c.* 10. *Evphranorem admirandum fecit, qod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendiqe idem mirus artifex fuit.* qod idem planè de Hilario Evnapius.

Τὸ ἀκενόσπουδον] Citat qædam hinc Svidas ſub vocabulo iſto. Plutarchus *de Commun. Notion. c.* 17. Τίς ἂν ἐζήλωσε τὴν ἀνόητον ταύτην πρόνοιαν, καὶ κενόσπουδον ἐπιμέλειαν; ἡ γὰρ ἐπὶ τοῖς μικροῖς σπουδὴ μέμψιν φέρει. *Qis prudentiam illam dementem, & rerum inanium ſtudium affectavit, nam parvarum rerum ſtudium reprehenditur.* Ariſtides in *Panathen.* Si avtem ἐπὶ μικροῖς, certè ἐπὶ κενοῖς multò magís. poſſint enim μικρὰ

A eſſe, etiam qæ κενὰ protinus non ſunt. Sunt avtem κενὰ ſive *vana* & *vacua*, & hoc nomine indigna in qibus ſtudium collocetur, vel τὰ τῆς παιδίας καὶ γέλωτος, *res ludicræ.* qo nomine Laco qidam Athenienſes notabat, qos dicebat, μεγάλα ἁμαρτάνειν, τὴν σπουδὴν εἰς τὴν παιδίαν καταναλίσκοντας. *Graviter peccare, res ſerias in ludicrum impendentes.* Plutarchus *de glor. Athen. pag.* 348. *F.* ſive ὃ σωφρονεῖν τὴν πόλιν μετὰ τοσαύτης σπουδῆς παίζουσαν. *Non ſapere civitatem, qæ tantum in res ludicras impenderet ſtudium.* Idem *Sympoſ. l.* 7. *c.* 7. qi & rectè ſubjungit; Τῷ γὰρ ὄντι παίζουσα δεῖ παίζειν. *Omnino ludentem oportet ludere.* Et Caro major dicere ſolebat, τοὺς
B σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις, ἐν τοῖς σπουδαίοις ὕστερον καταγελάσας. *Qi ridiculis rebus ſeriam impenderent operam, eos in rebus ſeriis fore ridiculos.* Idem *Apophth.* 80. Itaqe Iſocrates *ad Demon.* §. 23. Μήτε περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζειν. μήτε περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρειν. *Neqe in ridiculis ſerias res agens, neqe ſerius in rebus nugis gaudens.* Vel etiam τὰ περιττὰ καὶ μάταια, qæ licèt ſeria ſint, fructus tamen & emolumenta *inania* exiſtunt. qales ματαιοτεχνίαι illæ, qas commemorant damnántqe ſimul, Galenus, *Hortat. c.* 6. & Fabius, *Inſtit. l.* 2. *c.* 21. Ὧν τὸ τέλος ὁ βίος ἐλεεινός. *Qorum finis vita humana nihil commodi affert.* ut Iſidorus Peluſiota *lib.* 3. *Epiſt.* 185. qáſqe nihil eſſe aliud, qam χρόνου παρασάλευμα, *vanam temporis jactaram* Ælianus pronunciat, *Var. Hiſt. lib.* 1. *c.* 17. ſed & *triſtes* illæ *ineptiæ*, utì Cæcilius apud Senecam *Epiſt.* 113. & *nugæ difficiles*, ut Martialis loqitur, *l.* 2. *Epigr.* 86. qas Seneca idem (licèt eiſdem ipſe indulgentior pavlò, & in qibus Chryſippus nimius fuiſſe videtur) tantopere exagitat toties, *Epiſt.* 45. & 48. & 49. & 88. & 106. & 111. & *de benef. l.* 5. *c.* 12. Vide *lib.* 4. §. 32. Κενὰ σπουδάσας. Optimè Plutarchus *de Commun. Notit. c.* 4. Ἄλλως γὰρ ἐθνὴ φιλοπόνου τοῦ κενοσπούδου ἀφορίζομεν ἐν τοῖς ἔργοις οὖσα πολλάκις, ἢ τῷ τοῦ μὲν εἰς ἀνωφελῆ πονεῖν καὶ ἀδιάφορα, τοῦ δὲ ἴσκα τῶν συμφερόντων, καὶ λυσιτελῶν. *Nam havd alia ratione laborum ſtudioſum ab eo qi inanibus rebus induſtriam impen-*
D *dit diſtinguimus, ipſo qoqe plerumqe rebus agendis occupato, qàm qod hìc in inutilibus rebus elaboras & indifferenter, hoc propter aliqod commodum & utilitatem.*

Τὸ ἀπιστικὸν] Rectè: nec cur ἀπιστυλικὸν legiſſe Xylandrum velit Mericus noſter, cavſſam ullam video: etiamſi τὸ πιστυλικὸν *infrà* §. 15. legatur. at Svidæ codices iſtinc ommino corrigendi, qi ἐπιζηλικὸν perperam exhibent. nam qòd vir eruditus admitti poſſe exiſtimat; & παρὰ τὸ ἰφίσασιν ἤτοι ἐπισήσαι deducit, qaſi eis Marcus ex parte ſaltem animum adjecerit; nec Grammatica ratio id patitur, qæ παρὰ τὸ ἰφίσασθαι τὸ ἐπιστὸν, (non τὸ ἐπισηλὸν, qod ab ἐπίσασθαι oritur,) & ἐπισατικὸν deducit: nec præter tan-
E tum, ſed contra prorſus, avtoris ipſius mentem eſſe videtur. Οὐδὲ γὰρ μάγων συνουσίαις καὶ γοητείαις ὁ Μάρκος χαίρειν ἱστόρηται. *Neqe enim magorum conſvetudini avt præſtigiis deditum fuiſſe Marcum qiſqam memiuit.* Joannes Xiphilinus in *M. Antonio.* & ipſe etiam hoc loco id apertè diffitetur. qa ratione ſubnixus Xiphilinus idem fabulam illam refutatum it à Dione allatam, de pluviis in aqarum penuria inſigni, Arnuphis magi procuratione impetratis, de qibus infrà ad hujuſce libri calcem dicetur. Qin & ſcripturam receptam probat Joſephus Scaliger *in Euſeb.* qi & *ad Dionis Claudianique vaniloqentiam confodiendam, non poſſe telum teſtimonio hoc efficaciùs inveniri* avtumat, *ſiqis omnem induſtriæ ſuæ vim intendat. Cui enim*, inqit, *potiùs qàm ipſi Marco de ſe ſcribenti,*
F *magis nunqam fidem adhibuiſſe, & ab eorum vanitate ipſum avertiſſe Diognetum?* Accedit qod Pavlus in *Digeſt. l.* 48. *tit.* 19. *de pœnis, lib.* 30. *Marcum*, ait, *reſcripſiſſe, in inſulam relegandos, qi aliqid facerent, qo leves hominum animi ſuperſtitione vanitatis terrerentur.* qod Modeſtini nomine lavdat Iſaacus Caſavnus *ad Capitolinum.* Chriſtianos avtem qòd hoc loco à Marco notatos Mericus exiſtimat, fieri poteſt reverâ ut ad illos etiam ſpectet illud περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς; de qibus Tertullianus *Apolog. c.* 32. *Dæmonas adjurare conſvevimus, ut illos de hominibus exigamus.* Latiùs tamen ſe extendere Marci verba, & ad Ethnicas ſuperſtitiones pertingere, etiam pater ipſius ὁ μακαρίτης cenſet. Ve-
G rùm de iſtis utcunqe ſe res habuerit, τὸ ἐπιστικὸν, cùm ſit planè vox navci, nullâ ratione hìc admitti meretur: nec cur ſcriptura recepta avt mutetur, avt ſolicitetur, qicqam comparet. Xylandri lapſum geminum habes *infrà*, §. 11. ἐπισῆσαι.

Περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς] Hujus generis eſt ſuperſtitioſus mos ille, qo æris tinnitu luminaribus cœli laborantibus, uti rebantur ipſi, ſuccurrere ſolebant. Alex. Aphrodiſ. *Problem. l.* 1. *p.* 46. Κινοῦσι δὲ χαλκὸν καὶ σίδηρον, ὡς τοὺς δαίμονας ἀπελαύνοντες διότι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οἱ φαυλότεροι οὐκ ἐπιπέμπουσι τῇ γῇ ἀποῤῥοίας ἀγαθοποιούς, κωλυτικὰς τῶν φαύλων δαιμόνων. *Movent æs & ferrum, tanqam dæmonas abigentes, qoniam per illud*
H *tempus ſtellæ in terram non miſerunt largos fluxus, malos ſpiritus arcentes.* Pariqe ratione *Manes exigi* prodit Naſo *Faſt. lib.* 5.

Rurſus aqam tangit, Temeſæqe concrepat æra,
Et rogat ut tectis exeat umbra ſuis.
Cùm dixit novies, Manes exite paterni,
Reſpicit; & purè ſacra peracta putat.

Cuī

dicuntur: ne coturnices ad pugnam alerem, néve rebus istiusmodi animum adjicerem: útque liberè dicta æqanimiter sustinerem. eidem debeo, qòd philosophiæ me addixerim: qódque 1 Bacchium primum, tum 2 Tandasidem, & 3 Marcianum avdiverim: qòd dialogos, puer adhuc, conscripserim; qódque pro stratis grabatulum ac pellem expetiverim; cæteráque institutionis Græcanicæ adminicula.

§ 7. A Rustico, qòd in eam cogitationem devenerim, morum correctione curationéque indigere me: qódque ad æmulationem ambitionémque Sophisticam nullus declinaverim, vel de theorematibus

τοιούτων λεγομένοις. καὶ τὸ μὴ [n] ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ ὅλως τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύειν. καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παῤῥησίας. καὶ τὸ ἀκοῦσαι φιλοσοφίας. καὶ τὸ ἀκροάσασθαι, πρῶτον μὲν [o] Βακχίου, εἶτα [p] Ταυδασίδου, καὶ [q] Μαρκιανοῦ, καὶ τὸ γράψαι διαλόγους ἐν παιδί. καὶ τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῶν Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα.

n ὀρτυγοκοπεῖν. Svid.
o Εὐτυχίου. forſ.
p Ἀνδρωνος. Cas.
q Μαικιανοῦ. forſ.

§ 7. Παρὰ Ῥουστικοῦ, τὸ λαβεῖν φαντασίαν [r] καὶ χρῆσιν διορθώσεως καὶ θεραπείας καὶ ἤθους καὶ [a] τὸ μὴ ἐκτραπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικὸν, μηδὲ [b] καὶ συγγράφειν τι θεωρημάτων, ἢ πραγματικὰ λογά-

1 Eutychium, f.
2 Andronem, f.
3 Mœcianum, f.
r *L.* 7. §. 12.
a Infr. §. 16.
b *L.* 6. §. 30. ti f.

Cui gemina planè Papicolarum superstitio, qi campanis tintinnabulisque pulsis dæmonas abigi credunt. Vide Pavlum Girlandum *de sortileg.* & Hieronymum Magium *Miscell. l.* 4. *c.* 14.

Ὀρτυγοτροφεῖν] At Svidas non ὀρτυγοτροφεῖν, sed ὀρτυγοκοπεῖν hìc legit. Id ludi genus Græcis familiare designat: de qo consuli possunt Svidas *ibidem* à Leopardo *l.* 1. *c.* 5. emendatus: Aristophanis Scholiastes *ad aves*, ab eodem lavdatus: & Pollux *lib.* 9. *c.* 8. à Mevrsio *de Ludis Græcis* adductus. Meminere Plato in *Alcibiade* 1. Plutarchus *de legendis poetis* & Athenæus *Dipnosoph. l.* 11.

Περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεῦσαι] *rebus istiusmodi deditum*, sive *addictum*, eisque nimiopere affectum esse. Vide *ad l.* 4. §. 19.

Τὸ ἀνέχεσθαι παῤῥησίας] De Marco Capitolinus. *Moderatè nonnullorum cavillationes ferebat: malè loqentium dictis, vel literis, vel sermone, respondebat.* & de Marco Lucióque pariter: *Adepti imperium ità civiliter se ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo desideraret, cùm eos Marullus sui temporis mimographus cavillando impunè perstringeret.*

Βακχίου] *Bacchius* iste qis fuerit, nusqam comperio, neqe enim qenqam hoc nomine inter illos reperio, qibus Marcus noster in disciplinam se dedisse perhibetur: Εὐτυχίου forsan ipse scripserit; qod in Βακχίου, literis fugientibus an confusis, per exscriptorum errorem transierit. *Eutychium Proculus Siccensis* certè inter Grammaticos Latinos, qibus Marcus usus est, à Capitolino ponitur. Verùm in re tam incerta qid statuas certi? Vide *l.* 10. §. 31.

Ταυδασίδου] Depravatum esse etiam nomen istud Casavbonus *ad Capitolinum* censet, & suspicatur *Andronem* posse reponi, qo *magistro Musico ac Geometrâ* usus est Marcus. De *Basilide* havd minùs, forsitan probabilis conjectura fuerit; qem Marco *præceptorem* qoqe extitisse, ex Evsebio avtores sunt Georgius Monachus, & Marianus Scotus.

Μαρκιανοῦ] Qod si conjecturis indulgere libuerit, istic nihilominùs oboriri possit suspicio, pro *Marciano Metianum* substituendum; de qo Capitolinus. *Studuit & Juri, avdiens L. Volusium Metianum.* Ea porrò mutatio proclivior fuerit, si cum Casavbono, non Metianum, sed Mæcianum legerimus. *ex leg.* 17. *de jure patronatus.* ut τὸ Μαρκιανῷ ἀντὶ τῷ Μαικιανῷ irrepserit, deflexione planè levissimâ.

Τὸ γράψαι διαλόγους] Ingenii scilicet & calami exercitandi causâ. Alioqi tangit hominem Epictetus apud Arrian. *l.* 2. *c.* 1. qi hoc tanqam re magnâ gloriabatur, Ἰδοὺ πῶς διαλόγους συντίθημι. *Ecce qomodo dialogos componam.* Hinc avtem *Dialogistam* Cassio Marcum dictum, referente Vulcatio, avtumat Casavbonus in *not. ad Vulcatium.* Vide *ad* §. 7.

Ἐν παιδί] *In puerili ætate*, Xylander, sive, *puer cum essem.* phrasis insolens; nec illecta tamen. De Maximino Herodianus, *l.* 6. *c.* 8. §. 1. Πρότερον μὲν ἐν παιδὶ ποιμαίνων, &c. *Qi a pueritia opilio fuisset.* pro qo Lucianus etiam ἐν παισὶ dixit, in *Necyomantia.* Ἐγὼ γὰρ ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν. qanqam ibi ἐν παισὶν εἶναι potest verti, *inter pueros versari, è puerorum numero esse.* Sed eodem planè modo Philostratus ἐν μειρακίῳ dixit in *Hermocrate Sophista*, ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τὴν Καλλιστὼ ἀφεῖναι ἐν μειρακίῳ ἀποθανόντι. *ut nec lacrymam emitteret Callisto ad mortem illius in adolescentia defuncti.* Observavit & Casavbonus ad Athenæi *l.* 13. *c.* 8. Τὸ παῖς pro ἡλικίᾳ παιδικῇ usurpatum ab Hermesianacte Colophonio in *Elegia* illa qam *in Leontium* meretriculam composuit, ubi inter alia de Hesiodo,

Πόλλ' ἔμαθεν, πάσας δὲ λέγων ἀνεγράψατο βίβλους
Ὑμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀναρχομένην.
Multa studiosè scrutatus est, & dum omnes recenset, libros conficit
Lavdans Eœam Ascræam *vix pueritiæ annos egressam.*

& in Praxinoë apud Theocritum *Idyll.* 15.

Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν ταμάλισα δεδοίκω
Ἐκ παιδός. ---
Equm enim & frigidum angvem, hæc duo semper timui
Inde usqe a puero ---

qod Marcus *Evang. c.* 9. *v.* 21. παιδιόθεν. *à puero, à puerili ætate.* Pavlus *ad Timoth. Ep.* 2. *c.* 3. *v.* 15. ἀπὸ βρέφους dixit. Plato Hipp. maj. ἐκ παίδων. ἐκ παίδων ἀρξόμενοι. qomodo Lucianus etiam, plurali usus numero, cùm de Demonacte solo, & Longinus in *de Fine*, apud Porphyrium in *Plotini vita*, cùm de se solo loqeretur. sed & qod ἐκ μειρακίου Epicurus dixit, in Epist. ad Idomeneum apud Laert. *l.* 10. verbis illis Σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου περισπάσεως πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν, &c. id *ab adolescentia*, Cicero *de finibus l.* 2. *Sed tu, ut dignum est tuâ erga me & philosophiam voluntate ab adolescentia susceptâ*, &c. Aliud tamen

A phrasis illa, *ex puero*, apud Sidonium sonare videtur, ubi dixit *l.* 8. *Ep.* 6. *Avdivi eum adolescens, atqe adhuc nuper ex puero.* hoc est, cùm nuperrimè *ex ephebis excessissem.* ut Terentius *Andr.* 1. 1. vel, ut Cicero *ad Brutum, adolescentulus & penè puer.* Sidonius ipse *l.* 9. *Ep.* 14. *adolescens, vel penè adhuc puer.* ut *ex* istic eam vim obtineat, qam in illis *Exprætectus, Exadvocatus*, &c. nec puerilem ætatem includat, sed excludat potiùs.

Σκίμποδος καὶ δορᾶς] i. *Pro stratis grabatulum & pellem, cæteráqe Græcanica institvta; eorum nempe qi à Philosophis Stoicis instituebantur.* Casavbonus *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 53. faciunt huc qæ de Marco nostro Capitolinus: *Duodecimum annum ingressus habitum philosophicum assumpsit: & detnceps tolerantiam; cum studeret in pallio, & humi cubaret, vix avtem, matre agente, in stratis pellibus lectulo cubaret.* qæ verba de *lectulis lucubratoriis, qibus pelle instratis philosophi studebant*, exponunt Casavbonus & Salmasius: de qibus vide sis illum *ad Sveton. l.* 2. *c.* 78. plenâ manu, vel etiam ὅλῳ τῷ θυλάκῳ, *toto sacco*, congerentem, cui ego acervo adjiciam tantùm illud Gellii ex *Noct. Attic. l.* 19. *c.* 10. de Cornelio Frontone; *Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi; circum undiqe sedentibus multis doctrinâ, avt genere, avt fortunâ nobilibus.*

Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς] qam & παιδείαν Ἑλληνικὴν, Plutarchus in *Alex.* de Barsene.

§ 7. Ῥουστικοῦ] *Avdivit, & præcipuè, Junium Rusticum, qem & reveritus est & sectatus, qi domi militiæqe pollebat, Stoica disciplina peritissimum, cum qo omnia communicavit publica privatáqe consilia.* Capitolinus. Alius ergò iste à Junio Rustico, cujus meminit Plutarchus *de curiositate* qemqe Svetonius *l.* 12. *c.* 10. à Domitiano cæsum narrat, qòd Pæti Thraseæ & Helvidii Prisci lavdes edidisset, appellassétqe eos *sanctissimos homines.* Stoicus tamen uterqe; unde priorem illum, qem & Plinius Arulenum, Regulus ille, ex Modesti elogio, *bipedum omnium neqissimus, Stoicorum simiam*, per contumeliam appellabat. Plin. min. *lib.* 1. *Ep.* 5.

Τὸ χρῆζειν διορθώσεως] Qâ nimirum opus habent & præstantissimi qiqe; unde & Basilius Cæsar. *Epist.* 77. posсit à suis γράμματα, εἴ τι σφάλλεται, διορθώμενα. ὑπ' ἀργυμεθα γὰρ, inqit, μυρίοις σφάλμασιν ὑποκεῖσθαι, ἀνθρωποι ὄντες, καὶ ἐν σαρκὶ ζῶντες. *Literas, qibus, si offenderet, corrigeretur. Non negamus enim innumeris nos erroribus obnoxios esse, cum homines simus, & in carne vivamus.* Seneca, *Epist.* 6. *Intelligo non emendari me tantùm, sed transfigurari: nec hoc promitto jam avt spero, nihil in me supereſſe, qod mutandum sit. qid ni multa habeam qæ debeant corrigi, qæ extenuari, qæ attolli? & hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, qòd vitia sua, qæ adhuc ignorabat, videt. qibusdam ægris gratulatio fit, cùm seipsos ægros esse senserunt.* Epictetus apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 1. Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακὸς εἶ. *Si cupis bonus fieri, primum crede qod malus sis.* Vide *ad lib.* 11. §. 39.

Ζῆλον σοφιστικὸν] qem exagitat passim apud Platonem Socrates ille Sophistomastix: de qo & Plutarchus. Τὸν δὲ τόφον, ὥσπερ καπνόν τινα φιλοσοφίας εἰς τὰς σοφιστὰς ἀποσκεδάτας. *Fastumqe veluti fumum qendam à philosophia in Sophistas dissipans*, &c. *lib. de Socrat. genio. Tom.* 11. *pag.* 580. *A.* Vide *lib.* 7. §. 66. Hoc avtem genus hominum Dio Prusæus qi & ipse tamen Sophista avdit; nunc *pavonibus* confert; *Orat.* 12. *pag.* 194. Ταὼς ποικίλους, δόξῃ καὶ μαθηταῖς ἐπαιρομένους, οἷον πτεροῖς. *Pavones varios, gloria & discipulis elatos, qasi pennis.* nunc *spadonibus libidinosis*: *Orat.* 4. *pag.* 64. Ὅτι οὐδὲν διαφέρει σοφιστὴς ἀνδρὸς εὐνούχου ἀκολάστου. τούτων γάρ φασιν οἱ ἀσελγέσταιοι, ἄνδρες εἶναι καὶ ἱρᾶν τῶν γυναικῶν, καὶ συγκαθεύδουσιν αὐταῖς, καὶ ἐνοχλοῦσι, γίγνεται δὲ οὐδὲν πλέον, οὐδ' ἂν τάς τι νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας συνῶσιν αὐταῖς. καὶ παρὰ τοῖς σοφισταῖς πολλὰς εὑρήσεις γηράσκουσας ἀμαθεῖ, πολὺ κάκιον πλανωμένας ἐν τοῖς λόγοις, ἢ τὸν Ὀδυσσέα φησὶν Ὅμηρος ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πρότερον εἰς ἅδου ἂν ἀφίκοιτο ὥσπερ ἐκεῖνος, ἢ γένοιτο ἀνὴρ ἀγαθὸς λέγων τε καὶ ἀκούων. *Qod nihil homo sophista ab libidinoso eunucho differat. Illorum libidinosissimos ajunt viros esse, & amare mulieres, & dormire cum illis, & negotium facessere: generari avtem nihilo plus, etiamsi totas noctes diesqe cum illis coeant. Ita & apud sophistas multos invenies ad senectutem pervenisse, adhuc indoctos, multoqe pejus errantes in sermonibus, qam Ulyssem ait Homerus errasse in mari: & multo prius ad inferos descendere, qemadmodum ille, qam fierent boni viri, qantumvis multa dicant audiantqe.*

Μηδὲ τὸ συγγράφειν] legendum forsan, μηδὲ τὸ συγγρ. alioqi contra Marci mentem sensus futurus est, si articulum τῷ ad ἐκτραπῆναι.

λογάρια διαλέγεσθαι, ἢ [c] φανταστοπλήκτως τ' ἀσκητικὸν, ἢ τ' [d] ἐνεργητικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι. καὶ τὸ ἀποσῆναι [e] ῥητορικῆς καὶ ποιητικῆς, καὶ [f] ἀστρολογ-

aliqid conſcribendo, vel oratiunculas hortatorias declamando, vel exercitia obire operáſque edere potius ſpeciem præbendo, qò ad ſtuporem ac admirationem mei homines traherem. qòd rhetoricæ item, poe-

c Inf. §. 9. 11. & *l.* 9. §. 12.
d ἐνεργ. Xyl.
e Inf. §. 17. & *l.* 3. §. 5.
f ἀστρολογ. Xyl. & Lugd.

ναι, quod proximè præceſſit, retuleris. neqe enim probare poſſum, quod ad φαντασίαν λαβεῖν referre videtur Cl. Caſaubonus. malim cum Merico filio, qi ſic legiſſe videtur, μηδὲ τῷ συγγράφειν *neqe conſcribendo*, vel *neqe ut conſcriberem*. niſi fortean τῷ fuerit ἀντὶ τοῦ ὡς.

Ἡ προτρεπτικὰ λογάρια διαλέγεσθαι] Colligit hinc Caſaubonus *ad Hiſt. Rom. pœnituiſſe Marcum ſcripti illius dialogis comprehenſi*, cujus meminerat *ſupra* §. 6. qòd id genus ſcriptionis multa habeat φανταστοπληκτα, & *ad oſtentationem comparata*. Citátqe idem ſic Marci verba, Παρὰ Ρ. τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ χρήζειν προτρεπτικὰ λογάρια μὴ διαλέγεσθαι. Viderint alii. Certè aliud eſt exercitionis cauſsâ, aliud oſtentationis & æmulationis, argumentum aliqod tractare. ut nè adjiciam, illud in ætate puerili factum, cùm adoleſcentis jam ſtudia iſtic attingantur.

Φανταστοπλήκτως ἀσκητικὸν] Φανταστοπλήκτως, Vocabulum opinor, τῶν ἅπαξ λεγομένων. qod nuſqam certè alibi legiſſe commeminerim. Φανταστοπλήκτως ἐπιδείκνυσθαι eſt *cum eo apparatu, eóqe oſtentationis ſtudio aliqid moliri atqe edere, ut in ſtuporem & admirationem ſummam ſpectantes avdientéſve conjicias*. Ità φαντασία hîc eandem ſignificationem obtinet, qam apud Lucam habet *Act. c.* 25. *v.* 23. ubi Agrippa Rex, conjuge Reginâ comitante, μετὰ πολλῆς φαντασίας, i. *cum pompa inſigni, ſpecioſóqe admodum, ſive ſplendidiſſimo, apparatu*, avditorium ingreſſus dicitur. Sed & apud Polybium, cujus vocabula ſolens uſurpat Evangeliſta, in *Excerpt. l.* 16. de P. Scipione à Carthagine debellatâ reverſo, μεγάλην εἶναι συνέβαινε τὴν φαντασίαν περὶ τὸν ἄνδρα, *magnam ſpeciem ejus pompa habuit*. qem locum adducit Cl. Caſaubonus in *notis ad N. T.* Cui adjici poſſunt & illa à Camerario laudata; ex Poſidonii narratione de Athenione apud Athenæum *l.* 5. Οὐδενὸς δὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καλαχλιδῶντος τῆς Ἀτλικῆς, *tanto cum apparatu*, vel *tanta cum oſtentatione*. ex Hippocrate, περὶ ἐυσχημ. ποιεῖν δὲ κάρτα μηδὲν αὐτῶν περιέργως, μηδὲ μετὰ φαντασίης. *nihil curioſè, vel oſtentatoriè facere*. ex Ariſtotelis *Rhetor. l.* 3, *c.* 1. Ἅπαντα ταῦτα φαντασίαν ἴσιν. *hæc omnia ad pompam & ſpeciem tantùm faciunt*. inde Clementi, *Pædag. l.* 3. *c.* 1. Κάλλος φαντασιαστικὸν, *forma, ſive decor oſtentatorius, ſive oſtentationi expoſitus*. Et φαντάζεσθαι verbum, apud Herodotum *l.* 7. *pag.* 442. *A.* ubi Artabanus Xerxi, τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι. *Prægrandia animalia fulmine Deus ferit, neqe patitur efferre & oſtentare ſe*; qomodo plumis expanſis pavi ſolent. Sed & τὰ ἐμφανταζόμενα Marco noſtro *l.* 2. §. 12. Vim vocabuli optimè explicabit nobis Dio *de Regno*, ubi Tyrannos ait θαυματοποιεῖν σὺν ἐκπλήξει φαινομένους, *quaſi miracula edant, cum aſpicientium ſtupore viſendos ſe præbere*; & ampliùs adhuc, ſi pro φαινομένους, φανταζομένους dixiſſet. De exercitiis avtem ad oſtentationem adhibitis Epictetus in *Diſſertat. l.* 3. *c.* 12. Τὰς ἀσκήσεις οὐ δεῖ διὰ τῶν παρὰ φύσιν καὶ παραδόξων ποιεῖσθαι. ἐπεί τοι τῶν θαυματοποιῶν οὐδὲν διοίσομεν οἱ λέγοντες φιλοσοφεῖν. δύσκολόν ἐστι γὰρ καὶ τὸ ἐπὶ σχοινίῳ περιπατεῖν. καὶ οὐ μόνον δύσκολον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνον. τούτου ἕνεκα δεῖ καὶ ἡμᾶς μελετᾶν, ἐπὶ σχοινίου περιπατεῖν, ἢ Φοίνικα ἰσάνειν, ἢ ἀνδριάντας περιλαμβάνειν; οὐδαμῶς. οὐκ ἔστι τὸ δύσκολον πᾶν καὶ ἐπικίνδυνον, ἐπιτήδειον πρὸς ἄσκησιν. ἀλλὰ τὸ πρόσφορον τῷ προκειμένῳ ἐκπονηθῆναι. τί δ' ἐστὶ τὸ προκείμενον ἐκπονηθῆναι; ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει ἀνεμποδίστως ἀναστρέφεσθαι. *Exercitationes neqe contra naturam, neqe admirabiles eſſe debent. Nam alioqi nihil inter præſtigiatores & nos, qi philoſophi perhiberi volumus, intererit. Eſt enim etiam in fune ambulare difficile: nec difficile tantum, ſed etiam periculoſum. Eane de cauſſa nobis etiam meditandum eſt, qemadmodum in fune ambulemus, avt palmam erigamus, ſtatuaſve amplectemur? Neqaqam. Neqe enim omnia difficilia & periculoſa exercitationi qoqe apta ſunt. Sed illud elaborandum eſt qod ad inſtitutum cujuſqe pertinet. Qid vero ad inſtitutum cujuſqe pertinet? Ut appetitione & averſatione circa impedimentum utatur*. Qod avtem dicit, ἀνδριάντας περιλαμβάνειν, Diogenem Cynicum notare videtur, qi *gelu cunctis rigentibus, ſtatuas aneas inſpectante populo circumjectis brachiis amplecti* ſolebat. Laërt. *l.* 6. Καὶ θέρους μὲν ἐπὶ ψάμμῳ ζεσῆς ἐκυλινδεῖτο. χειμῶνος δὲ ἀνδριάντας κεχιονισμένους περιελάμβανε. πανταχόθεν ἑαυτὸν συνασκῶν. Itaqe vanitatem hominis perſtringens Plato, cum aliqandò περικρυνιζόμενον, id eſt, *gelidâ undiqe perfuſus* in turba media conſiſteret, miſeranti populo, εἰ βούλεσθε, inqit, αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε. *Si miſereri vultis illius, diſcedite*. Sed & alii hac ratione tolerantiæ gloriam ambiebant; uti ille apud Plutarchum in *Apoph. Laconic.* cui Spartanus, οὐκ ἀλγεῖν, *dolorem inde percipere ullum neganti*, τί οὖν μέγα ποιεῖς; *qid ergò*, inqit, *magni facis*? Subjungit avtem priorìbus illis Epictetus: Ὅσα τῷ σώματι προσάγεται ὑπὸ τῶν γυμναζόντων αὐτὸ, ἂν μὲν ᾖ. δέ πως ῥέπῃ πρὸς ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν, εἴη ἂν καὶ αὐτὰ ἀσκητικά. ἂν δὲ πρὸς ἐπίδειξιν, ἔξω πεπτωκώς ἐστι, (qod Plutarchus ἔξω βλίπων dixit; vide *ad l.* 9. §. 29. qanqam legendum forſan, ἔξω πεπτωκότος ἐστὶ, *ſunt ejus qi extra promineat*, Volphius ut cum ſeqentibus cohæreat aptiùs) καὶ ἄλλό τι θηρωμένου, καὶ θεατὰς ζητοῦντος τοὺς ἐρῶντας ὡς μεγάλου ἀνθρώπου. *Corpori qæ ab iis, qi id exercent, adhibentur, ſiqdem eo inclinarint, ut ad appetitionem & averſationem vergant, & ipſa ad exercitationem pertinebunt. Sin*

A *ad oſtentationem, ſunt ejus qi extra promineat, & aliud venetur, & ſpectatores qærat dicturos, o magnum hominem.* Concludit denique diſſertationem ſuam Apollonii cujusdam monito, ὅτι ὅταν θέλῃς σαυτῷ ἀσκῆσαι, διψῶν ποτε καύματος, ἐφέλκυσαι βρόγχον ψυχρᾷ, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. *Si qis ſe in ſua cauſſa velit exercere, ut in æſtu frigidæ aliqantum attrahat, tacituſqe exſpuat.* Apollonii verò iſtius, qiſqis is fuerit, (vix enim crediderim eſſe, de qo proximè Marcus) dictum, videtur libratiorum incuriâ perveniſſe ad nos minùs ſincerum. nec ſatis animo facit illud, ἐφέλκυσαι βρόγχον ψυχρᾷ. cogitabam aliqando βρόγχον illud expungendum, vel etiam uſum forſan Apollo-
B nium verbo βροχθίσαι, qod ἀντὶ τοῦ ῥοφῆσαι poſitum in *Problemat.* Ariſtoteli tributis *l.* 7. *q.* 3. verbis illis, τὸ μὴ πίνειν, ἀλλὰ καὶ βροχθίσαι. *Non bibere, verum etiam ſorbere*. ut dixiſſe potuerit, ἐφελκύσας βρόχθιόν ψυχρᾷ. Verùm Etymologo, qem Favorinus tranſcripſit, Βρόχθος eſt ὀλίγον πόμα, *exiguus potio*. & Heſychio, Βρόγχος, ῥόφημα. ῥόφημα, opinor. *Sorbitio*, pro eo qod ſorbetur. hoc ſi admiſerimus, nihil mutato erit opus. *Frigidæ*, inqit, *aliqantulum ſorbillando ſumas, & nemini dixeris*. Epictetus ipſe *lib. ejuſdem c.* 14. Ὅλως τις ὕδωρ πίνῃ, ἢ ποιῇ τι ἀσκητικὸν, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγει αὐτὸ πρὸς πάντας, Ἐγὼ ὕδωρ πίνω. διὰ τοῦτο ὕδωρ πίνεις, διὰ τὸ ὕδωρ πίνειν; ἄνθρωπε, εἰ σοι λυσιτελεῖ πίνειν, πίνε. εἰ δὲ μή, γέλοιος ποιεῖς.
C εἰ δὲ συμφέρει σοι, καὶ πίνεις, σιώπα. *Si qis aqam bibit, aliave qapiam in re ſe exercet, omni ſtudio id omnibus dicit: ego, inqit, aqam bibo. Nunqid eo tantum aqam bibis, qia aqam bibis? Homo, ſi tibi aqam bibere expedit, bibito: ſin minus, ridicule facis. Sin aqa potus tibi prodeſt, bibe ac tace.* Οὕτως. ὥστε ἀρκεῖ τὸ μηδὲν ἀλγεῖν, ἂν μὴ κηρύσσῃς; Qin & vitium hoc corrigens, *Enchir. c.* 45. Μηδ' ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκήσαί ποτε πρὸς πόνον θέλῃς, σαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, μὴ τὰς ἀνδριάντας περιλάμβανε. ἀλλὰ [καὶ] διψῶν ποτε σφοδρῶς, ἐπισπάσαι ψυχρὸν ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. *Nec, ſi aqam potas, ad qamvis occaſionem te potare aqam dicta.*
D *Qod ſi qando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum uſum, ne ſtatuas amplectere: ſed ſi qando vehementer ſitieris, frigidam hauſtam exputo, ac nemini dicito.* ἐπισπάσαι ψυχρᾷ ὕδατος hîc dixit, qod illic ἐφέλκυσαι βρόγχον ψυχρᾷ. qanqam iſtic non tam moderationis, qàm tolerantiæ exercitium inſinuari videtur, cùm de expuendo, non demittendo illud ſubjiciat. qomodo hydropicos qi curant, aqâ illos os colluere permittunt, qam demittere tamen prohibent. De ſtatuis amplexandis qid voluerit, ex ſupra dictis patet ſatis. Qod eò magis moneo, qia Simplicius iſtic ab Epicteti mente qàm longiſſimè aberravit. Vide Ariſtidem *in Eteon. ad l.* 9. §. 29. vide
E & *lib* 9. §. 12.

Ἐνεργητικὸν] ut ἐυποιητικὸν, *infrà* §. 14. ſed ἐνεργητικὸν, Xylander. optimè, opinor. ἐνεργητικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι, bifariam poteſt intelligi: vel de eo, qi *occupatiſſimum eſſe ſe ſimulat*, & qi *multis variisqe negotiis diſtineatur*: vel de eo qi *virtutem roborisqe corporei oſtendendi gratiâ ſeſe exercet*. Nos Anglicè ſic diſtingvimus, ut alterum dicamus, **A man of action**, hoc eſt, *actuoſum*, alterum, **An active man**, qaſi *activum* dixeris. Prioris generis fuit Attalus ille, de qo Martial. *l.* 1. *Epigr.* 80.

Semper agis cauſſas, & res agis, Attale, ſemper:
Eſt, non eſt qod agas, Attale, ſemper agis.

de qo eodem videndus & idem *l.* 2. *Epigr.* 7. Sed & Juridicus ille, de qo feſtivè Chavcerus noſter in *fabulis* ſuis qas *Cantuarienſes* indigitavit,
F

A buſier man then he no where there nas:
And yet he ſeemed buſier then he was.

Notat vitium hoc Seneca *Epiſt.* 62. *Simulant occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant*. Notat & Marcus noſter, *infrà* §. 12. ubi morem tangit qorundam, qi, vel cùm ad ſuos ſcriberent, vel ab eis convenirentur, occupationes & negotia prætendere ſolenne habebant. Ad poſterius pertinet, qod de ſtudio athletico verbis proximis dixerat: qò eodem & iſta referri poſſunt. DeMarco ſiqidem in iſtis qoqe non infœliciter verſato, ex Caſſio Xi-
G philinus *pag.* 816. *A.* Τοσαύτη ἐυεξία ἀπ' ἀρχῆς χρησάμενον, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, καὶ σῦς ἀγρίους ἐν θήρᾳ καταβαλεῖν ἀπὸ ἵππου. *Principio fuerat tali valetudine, ita ut armis certaret, aproſqe ex eqo in venatione conficeret*. Et Capitolinus. *Amavit pugilatum, luctamina, & curſum: & avcupatus, & pilâ apprimè luſit, & venatus eſt. Sed ab omnibus his intentionibus ſtudium eum Philoſophiæ abduxit, ſeriúmqe & gravem reddidit.* De Conſtantio majore Libanius *Orat.* 3. *pag.* 105. *B.* Οὐ γὰρ ᾠήθη δεῖν καθήμενον τρυφᾶν, ἀλλ' ἐυθὺς ἀπὸ γραμμῆς ἐνεργὸς ἐδείκνυτο. *Non enim exiſtimavit oportere conſidentem deliciari, ſed ſtatim a linea & regalis actualium vigore virtutum eminuit*. Mox *pag.* 101. *D.* de Conſtantino: Ἀεὶ πρὸς ἔργοις ἦν
H τάς τε χεῖρας καὶ τὸν λογισμόν. καὶ ὅτε ἡμέρας φαείσης, ὅτε νυκτὸς ἐπελθούσης, ἔχει τις ἂν εἰπεῖν, ὅτι ἔλεγεν, ἢ συναμφότερον, ἢ πάντως γε θατέρου. *Semper operibus attentam manum & mentem habebat: & neqe jubare exorto, neqe nocte adventante habuiſſet qis dicere illum ceſſaviſſe, avt ab utroqe, avt omnino ab altero.*

Τὸ ἀποσῆναι ῥητορικῆς, καὶ ποιητικῆς] Zeno certè Stoicus, avtore Laërtio *l.* 7. *c.* 23. dicere ſolebat, μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως ἀλ-

poeticæque, & dictionis elegantioris ſtudiis abſtinuerim. ne togatus intra ædes obambularem, néve ejuſmodi alia, qæ faſtum reſiperent, facerem. epiſtolas etiam ſimpliciter ſcriberem, ad normam ſcilicet earum qas Sinueſsâ ad matrem meam idem ipſe dederat. adhæc ut placabilis & reconciliatu facilis eſſem.

λογίας. καὶ τὸ μὴ ἐν ε ϛολῇ καὶ ὅλως πεῖσαι τεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν. καὶ τὸ τὰ ἐπιϛόλια αὐφελῶς γράφειν, ὅπερ τὸ ὑπ' αὐτοῦ τότε δοθὲν Σινοέσσης τῇ μητρί μου γραφέν. καὶ h τὸ πρὸς τὸν χαλεπώτατος καὶ πλημμελήσαντας ἐυσυναλλήτως καὶ ἐυ-

g ϛολίῳ Svid.

h Inf. §. 15.

ἀλλοτριώτερον πρὸς καϛάληψιν τῶν ἐπιϛημῶν. *Ad percipiendas ſcientias nihil inconvenientius eſſe jam acquiſita eruditionis opinione.* qin & idem non *rhetoricam* ſolùm, ſed & *dialecticam* ſugillâſſe videtur, cùm diceret eodem avtore *c.* 161. Ἐοικέναι τὰς διαλεκτικὰς λόγους τοῖς ἀραχνίοις, ἃ καί τι δοκοῦντα τεχνικόν τι ἐμφαίνειν, ἀχρηϛά ἐϛιν. *Similes eſſe rationes dialecticas aranearum telis, qæ etſi qid artificioſum indicare videantur, inutiles ſunt.* Deniqe, ſi Caſſio Sceptico ab eodem adducto fides, τὸν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηϛον ἀπέφαινεν, *artium liberalium orbem integrum inutilem prorſus pronunciavit*: nec Seneca ipſe hac in parte à Zenone longè diſceſſiſſe videtur: qem videas licèt *Epiſt.* 88. prolixiùs iſta differentem. qanqam ἐυχρηϛεῖν καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, dixit Chryſippus; nec id omnino diffiteri avſus eſt Seneca. Cæterùm Marcus, cùm iſtîc, tum & *infrà* §. 17. gratulatur ſibi, qòd vel ab iſtis abſtinuerit, vel havd magnos in eis progreſſus fecerit, utpote qæ animum à gravioribus magísqe neceſſariis avocaturæ fuiſſent.

A

B

Ἀϛειολογίας] Ἀϛρολογίας Xylander. Seneca *Epiſt.* 88. *Venio nunc ad illum, qi cæleſtium notitiâ gloriatur, &c.* Et Gregorius Nazianzenus *in Hieron. Orat.* 23. *pag.* 414. *A.* Τοῦτα (philoſophiæ utiqe præcepta ſalubria) τῶν συλλογισμῶν καὶ τῶν γραμμῶν, καὶ τῆ κεχηνέναι πρὸς τὰς ἀϛέρας, ἆρ' οὐ μικρῷ προλιμώσει τις ἐυφρονῶν; Ἐκεῖνο ἐνθυμηθείς, ὅτι συναγόμεν μὲν πάντων, ἢ γεωμετρούντων, ἢ ἀϛρονομούντων, οὐδὲν ἂν ὁ βίος ἡμῶν παρὰ τοῦτο ὠφεληθείη, ὅτι μὴ καὶ τὰ πάντα λυθήϛεται. *Hæc vero nonne ſyllogiſmis, & lineis, biantisqe animi in ſtellis defixioni multum anteponet, qisqis mente ſana fuerit? illud ſecum reputans, qod ſi ad ſyllogiſmorum concluſionem, vel ad geometriam, aut aſtronomiam, omnes ſtudium atqe operam contulerint, nihil ea res vitæ humanæ profutura ſit, qin potius omnia diſſolvi ac labefactari neceſſe erit.* Ego tamen nihil iſtîc movendum cenſuerim: qùm ἀϛειολογία, *ſermonis elegantiam* ſive *feſtivitatem* indicet; cujus ſtudium cum Rhetorica ac Poetica aptiſſimè conjungitur. Seneca *Epiſt.* 75. ubi orationem, qam Philoſopho vult convenire, deſcribit: *Non delectent verba noſtra, ſed proſint: ſi tamen contingere eloqentia non ſolicito poteſt, avt ſi parata eſt, avt parvo conſtat, aſſit, & res pulcerrimas proſequatur. ſit talis, ut res potiùs qàm ſe oſtendat. Alia artes ad ingenium totæ pertinent: hic animi negotium agitur.* Verùm, *eloqentiam* ut aliqâ ex parte admittat, *feſtivitatem* certè illam ſive *urbanitatem*, qæ facetiis jocísqe plurimùm conſtat, qámqe in oratore probant lavdántqe dicendi magiſtri, in philoſopho Stoicorum gens ſevera vix ferat. Siqidem illi, ut Laërt. *l.* 7. *c.* 117. in *Zenone.* Ἀυϛηρὸς φασιν εἶναι πάντας τοὺς σπουδαίους, τῷ μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλων τὰ πρὸς ἡδονὴν προσδέχεϛθαι. καὶ ἄλλως δὲ εἶναι αὐϛηρὸν, πυκνοτέρως λεγόμενον τῷ αὐϛηρῷ οἴνῳ, ᾧ πρὸς μὲν φαρμακοποσίαν χρῶνται, πρὸς δὲ πρόποσιν οὐ πάνυ. *Severos ajunt eſſe ſapientes omnes, qod neqe ipſi loqantur ad voluptatem, neqe ab aliis ad voluptatem dicta admittant. Eſſe autem & altum ſeverum, qi ad rationem acris vini ſeverus dicatur, qo ad medicamenta potius qam ad propinationem utuntur.* Stobæus *Tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. §. 8. Αὐϛηρὸν λέγεϛθαι τὸν σπουδαῖον, καθ' ὅσον ἔϛι προσφέρει τινὶ, ἔϛι προσίεται τὸν πρὸς χάριν λόγον. *Severum dicere ſapientem, inqantum nemini ſe adjungit, neqe ſermonem ad gratiam componit.* Itaqe Epictet. *Enchir. c.* 32. ubi characterem typúmqe certum delineat, qem in congreſſibus ac conventibus obſervari poſtulat, §. 13. Ἀπέχω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρός σε τῶν πλησίον ἀνιέναι. *Abſit illud etiam, ne riſum moveas. Nam is ejuſmodi locus eſt, è qo proclivis ſit in plebejum morem lapſus: eamqe vim habet, ut tui obſervantiam facilè apud familiares diminuat.* Marcus ipſe *l.* 3. §. 5. Μήτε κομψείαν τὴν διάνοιάν σου καλλωπιζέτω. *Neqe ſenſus tuos exornet ſermonis elegantia.*

C

Τὸ μὴ ἐν ϛολῇ καϑ' οἶκον περιπατεῖν] *domi neqe veſtitu, neqe aliis hujuſmodi rebus utendum.* Xylander. qod meritò notat Annotator Lugdunenſis. *Qaſi verò*, inqit, *domi nudum ambulare oporteat. tu verte, ne domi ſtolâ fœmineâ, vel talari, qale eſt Syrma Citharœdorum & Scenicorum, utaris. id enim eſt ſtola.* Fuit reverâ ſtola veſtis muliebris. unde illud Tullii in Antonium *Philipp.* 2. *Sumpſiſti virilem togam, qam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.* Et Petronii illud de cinædo; *Qid ille alter, qi togæ virilis die ſtolam ſumpſit?* ità enim reſtituenda trajectione vitiata dictio. Fuerit & *Citharœdorum* ac *Scenicorum Syrma*; (qanqam *Syrma* propriè non tam veſtis ipſa, qàm pars veſtis oblonga, qæ ſolum verrit, *cauda* qibusdam, noſtris train dicta, avt ejuſmodi ſaltem, qalis illa:) ac fœmineo amictu, & citharæ dico avt Scenico multò minùs, nec domi, nec foris indutum conſpici Marcum noſtrum ullo modo deportebat. *Stolam* itaqe (ut nihil dicam de Medorum *ſtola* peculiariter ſic dicta, qam deſcribit Xenophon *Pæd. l.* 8.) laxiùs noſter hîc uſurpâſſe videtur, pro *toga*, ſive prolixiore qavis veſte, qâ induti in publicum procedere ſolebant. Aliam enim *domeſticam* veſtem habebant pleriqe, qi notæ ſaltem alicujus erant, aliam *forenſem*. Cicero *de finibus l.* 2. *Avt ut veſtitum, ſic ſententiam habeam, aliam domeſticam, aliam forenſem.* Cato in *carmine de moribus*, apud Gellium *l.* 11. *c.* 2. *Veſtiri in foro honeſtè, mos erat; domi, qod ſatis erat.* Plutarchus *Syllâ*; ἐσθῆτα δὲ ἄλλην μὲν οἰκουροῦν, ἄλλην δὲ εἰς ἀγορὰν προερχόμενος. *Veſtem aliam, cum domi maneret, aliam cùm ad forum procederet.* Svetonius *l.* 9. *c.* 8. de Vitellio: *Subitò à militibus è cubiculo raptus, ità ut erat in veſte domeſtica, Imperator eſt conſalutatus.* De Maximo & Balbino Imperatoribus Herodianus, *l.* 8. *c.* 8. §. 13. Ἁρπάζουσι τοὺς προσθύτας, περιρήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτὰς, ἅτε οἴκοι διατρίβοντες. *Senem utrumqe corripiunt, laceratisqe veſtibus qas gerebant, vilioribus ſanè, utpote domi ſe continentium,* &c. De Hunnis Ammianus *Hiſt. l.* 31. *Nec eſt alia illis domeſtica veſtis, alia forenſis.* Itaqe tam domi forenſi veſte uti, curioſitatis ac faſtus, qàm foris domeſtica, ruditatis ac ruſticitatis fuerit. Romanis *Forenſis Toga.* Nonius *Toga à tegendo dicta, veſtimentum, qo in foro amicimur*, qod & *Tectum* dictum antiqis tradit idem ex Titinnii *Geminâ*; (ità reſtituente Ludovico Carrione *Antiq. Lect. l.* 1. *c.* 11.)

D

—ſi rus
Cum ſcorto inſtituit ire, claves illicò
Abſtrudi jubeo, tecti nè ſit copia.

E

id eſt, *Toga ruſtica*, inqit Nonius: nimis forſan de ſuo liberalis. ſiqidem *togam*, qam in foro, ſive foris, geſtare ſolebant, Romani (qod Bayſius *de re veſtiaria* obſervat) ubi domum redierant, componere & ſeponere conſveverant: niſi ſi qi faſtuoſiores forſan fuerant. Hoc avtem qod à Ruſtico accepiſſe ſe Marcus ſcribit, potuiſſe & à Pio patre, obſervat Clariſſimus Caſavbonus qem & *viſum ab amicis cum privatis veſtibus*, (id eſt, *ſine toga, tunicatum tantùm, avt, ſi frigus eſſet, pænulatum*) *& domeſtica qadam gerentem*, refert Capitolinus. Verto itaqe, *ne togâ indutus intra ædes obambularem.* narrat enim de ſe Marcus, non præcipit. Nec illud prætereundum pro ἐν ϛολῇ Svidam hîc, ἐν ϛολίῳ legere. qod *veſtem philoſophicam* Henricus Stephanus eſſe vult, *ad ſtolæ inſtar talarem.* Amictus certè iſtiuſmodi uſum, tanqam faſtus gravitatísqe affectatæ indicium, in Phariſæis norat D. Chriſtus, re eiſdem planè cum Marco verbis; τῶν θελόντων ἐν ϛολαῖς περιπατεῖν. *qi ſtolis*, ſive *togis*, veſtibus prolixis ad talos demiſſis, induti, libenter *obambulant.* Marc. *c.* 12. *v.* 38. & Luc. *c.* 20. *v.* 46. Faſtus itidem, ſed & mollitiei ſimul, Flaccus *Epod.* 4. in Mena Pompeji Magni liberto.

Vidésne ſacram metiente te viam,
Cum bis ter ulnarum togâ,
Ut ora vertat hac & huc euntium
Liberrima indignatio.

hujus Cicero itidem in Catilinæ aſſeclis. *Pexo capillo nitidos, manicatis ac talaribus tunicis*, (ità Nonius, *triſtis*, meritò exerto, reddit) *velis amictos, non togis.*

Τὰ ἐπιϛόλια αὐφελῶς γράφειν] Seneca *Epiſt.* 75. Lucilio conqerenti, qòd minùs accuratè ſcriberet: *Qalis ſermo meus eſſet, ſi unà ſederemus aut ambularemus, illaboratus & facilis; tales eſſe epiſtolas meas volo, qæ nihil habeant accerſitum, nec fictum.* Philoſtratus item *de charactere epiſtolico. Epiſt. ad Aſpaſiam pag.* 884. Ἐχέτω δὲ τὸ ἐυσχήμον ἐν τῷ μὴ ἐσχηματίσθαι. Εἰ γὰρ σχηματιοῦμεν, φιλοτιμεῖσθαι δόξομεν. φιλοτιμία δὲ ἐν ἐπιϛολῇ μειρακιώδες. *Habeat etiam qandam figuram in eo qod non figurata ſit. Si enim figurabimus, ingenium oſtentare videbimur. Oſtentatio avtem in epiſtola puerilis eſt.* Qin & idem ex Regibus Marcum aſſerit in hoc ſcriptionis genere primas tuliſſe: πρὸς γὰρ, inqit, τῷ κεκριμένῳ τῦ λόγυ, καὶ τὸ ἱδραῖον τῦ ἤθυς ἐντετύπωται τοῖς γράμμασι. *Siqidem præter limatum in verbis judicium*, (qod de Fabiano Seneca *Ep.* 100. *Electa verba ſunt, non captata.*) *morum etiam conſtantia ac ſtabilitatis indicia in literis illius elucent.*

F

Ἐυσυναλλήτως καὶ ἐυδιαλέκτως] Locum hunc citat, ſed miſerè depravatum, Svidas, in vocabulo, *ἐυσυναλλήτως*, qod ille exiliter & jejunè nimis *συμπαθῶς* interpretatur. eſt vocabulum à re militari petitum. Siqidem τὸ ἀναλητικὸν, *claſſicum* dicitur illud, *qo à pugna vel ſuſorum proſecutione milites revocantur.* qanqam Xenophon etiam de canibus indagatoriis uſurpavit in κυνηγετικῷ verbis iſtis; *pag.* 987. *B.* Τὰ δ' ἐνόμαϛ' αὐταῖς τίθεϛθαι βραχέα, ἵνα ἐυανάκληϛα ᾖ. *Brevia illis nomina indantur, ut revocatu faciles ſint.* Hoc eſt; qæ ad venantis vocem ſignúmve datum à fera perſeqenda facilè revocentur. *ἐυσυναλλήτως* itaqe ἔχειν, ut Svidas habet, ſive διακεῖσθαι, ut Marcus iſtic, is dicitur, *qi ad claſſicum illud exavdiendum promptus*, ad pugnam interrumpendam ſponte ſuâ proclivis eſt: qalis Laco ille de qo ad *l.* 3. §. 5. tralaticiè verò, qi ad ſimultates privatas deponendas ſolvendásqe facilem ſeſe exhibet, & *ἐυδιαλλάκτως* pariter. qod pro *ἐυδιαλίκτως* Xylander in *Annot.* repoſuit. etſi in contextu *alloqii facilitatem exhibendam* verterit. Cæterùm Svidæ codices *ἐυαναδιδάκτως* exhibent. qòd, ſi verbum iſtiuſmodi alicubi legeretur, pro *ἐυσυναλλάκτως* irrepſiſſe crederem.

G

H

in-

i ἐυπαιδιδάκτως Svid. ἐυδιαλλάκτως Xyl.

i ἐυδιαλέκτως, ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἐθελήσωσι, διδακείως. καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγνώσεσθαι, καὶ μὴ ἐρκεῖσθαι τῷ ἐννοῆσαι k ὁλοχερῶς, μηδὲ τοῖς l ταχέως συγκαταπίθεσθαι. καὶ τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκε.

k *L.* 5. §. 36. & *l.* 9. §. 3.

l περὶ [αὐτῶν] vel περὶ [ἄλλων [λαλ. Xyl.

§ 8. Παρὰ Ἀπολλωνίου, τὸ ἐλεύθερον καὶ m αὐθαδες, adversus eos, qi offensionis cavssam dederint, avt deliqerint aliqid, simulátqe illi in gratiam redire vellent. porrò ut accuratè legerem, nec comprehensione summariâ contentus essem; nec garrulis qibusvis temerè assentirer. huic deniqe debeo, qod Epicteti commentarios legerim, qorum is è domo suâ copiam mihi fecit.

§ 8. Ab Apollonio, ut liber essem; firmumqe ac cer-

m *L.* 3. §. 9. & *l.* 9. §. 7.

ANNOTATIONES.

interim Xylandri emendationi acqiesco. Ἐυπαιδιδάκτως itaqe καὶ ἐυδιαλλάκτως διάκειται, qi sunt *reconciliatu faciles*. qibus opponuntur οἱ δυσδιάλυτοι Aristoteli *Ethic. l.* 4. *c.* 5. dicti, qi ad offensiones & dissensiones solvendas difficiliùs adducuntur. De re ipsâ præceptum habemus dominicum, *Luc. c.* 17. *v.* 3, 4. ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σε ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ. καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ. *Si peccaverit in te frater tuus, objurga eum: & si resipuerit, remitte ei.* &c. Sed & Dionis Prusæi monitum non aspernandum *Orat.* 38. *pag.* 474. Μὴ πάσχωμεν ὅμοιόν τι τοῖς ἄφροσι τῶν παίδων, οἵ τινες αἰδούμενοι, μὴ δοκῶσι μάτην ὀργίζεσθαι τοῖς παιδάριοις ἢ ταῖς μητράσιν, ἐθέλουσι καταλλάττεσθαι ῥᾳδίως. *Ne patiamur simile qid pueris insipientibus, qi pudore pleni, ne videantur frustra succensuisse patribus matribusve, nolunt facile reconciliari.* Denique, ut Seneca *Agam.*

Dei ille veniam facilè, cui veniá est opus.

Ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἐθελήσωσι] τάχιστα istud non agnoscunt Svidæ codices, & est forsan superfluum. neqe enim tam redeundi in illis, qi læserant, qàm in gratiam recipiendi, in læso, celeritas est, qæ in lavdem eidem cedit.

Καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγνώσκειν] ἀκριβῶς accuratè, *diligenter*, singula pensitando. Cui opponitur mox τὸ ὁλοσχερῶς περινοεῖν, qando *summatim capita duntaxat delibantur & leviter percurruntur*. Ad Marci mentem planè Fabius *Instit. l.* 10. *c.* 1. *In lectione certius judicium. Lectio enim libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere sæpiùs licet, sive dubites, sive memoriæ affigere velis.* repetimus *autem & tractamus, & ut cibos mansos ac propè liqefactos dimittimus qò facilius digerantur, ità lectio non cruda, sed multâ iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationiqe tradatur.* Et mox: *Sed diligenter, ac penè ad scribendi solicitudinem, legendum est.*

Καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοῆσαι ὁλοσχερῶς] *neqe omnino considerationem summariam satis putandum.* Xylander. *perceptionem*, malim. nam editor Lugdunensis, cur sincerum vas incrustare, vel corrumpere potiùs voluerit, *considerationem accuratam*, pro *summaria* substituendo, nisi Marci mentem invertere & pervertere prorsùs curæ habuit, ariolari nullus possum. Qanqàm τὸ ὁλοσχερῶς in alio planè, qàm qo Marcus hic usus est, imò contrario prorsus significatu usurpatum, havd rarò deprehendo. Dioscoridi siqidem *lib.* 5. *c.* 82. ὁλοσχερῶς συνθλάσας, uti Marcellus Virgilius vertit, est *penitùs contundere*: sive, ut idem *lib. eodem c.* 92. εἰς ὁλοσχερέσταλα μέρη θλάσας, *in minutissimas partes conterere*, sive *confringere*. ut ὁλοσχερέσταλα μέρη sint, qæ λεπτομερέσταλα idem alibi; & ὁλοσχερῶς κοπίσας *l.* 2. *c.* 90. qæ λελεπτοκοπημένα, *l.* 5. *c.* 85. Veruntamen eodem, qo hic, sensu apud Clementem Alexandrinum reperias, *Strom. l.* 7. *pag.* 766. B. Ἀκάθαρτα κἀκεῖνα, ὅσα διχηλεῖ μέν, μηρυκισμὸν δὲ οὐκ ἀνάγει. ταυτὶ γὰρ τὰς αἱρετικὰς ἐνδείκνυται, ὀνόματι μὲν πατρὸς καὶ υἱὲ ἐπιβεβηκότας. τὴν δὲ τῶν λογίων ἀκριβῆ σαφήνειαν λεπτουργεῖν καὶ καλλιεπεῖν ἐξασθενοῦντας. πρὸς δὲ καὶ τὰ ἔργα δικαιοσύνης ὁλοσχερέστερον, οὐχὶ ἀκριβέστερον, μετερχομένους. εἴγε καὶ μετέλθοιεν. *Et illa sunt immunda, qa bisfidas habent ungulas, minimè autem ruminant. Hæc enim indicant hæreticos, qi ingrediuntur qidem in nomine Patris, & Filii. accuratam autem eloqiorum declarationem subtiliter exprimere, & in tenues partes comminuere neqeunt, & justitiæ opera pavlò crassius, non autem accuratius & subtilius obeunt, si modo obeunt.* qo loco, qemadmodum & apud Marcum istic, τὸ ἀκριβέστερον καὶ τὸ ὁλοσχερέστερον sibi invicem opponuntur. τὸ ἀκριβῶν καὶ τὸ λεπτουργεῖν, tamen συνώνυμα, ἐκ παραλλήλου ponuntur: cum apud Dioscoridem aliter prorsùs se habeant. Itaqe ὁλοσχερὴς περινόησις est *perceptio summaria & superficiaria*, qæ generatim & confusè facta sit, cui ἀκριβὴς ἀνάγνωσις apud Marcum nostrum, λεπτουργία qoqe apud Clementem, qâ singula qæqe etiam minutiora, inter legendum, expenduntur, adversatur. Ità in Sexti Empirici illis *Pyrrhon. Hypothes. l.* 1. *c.* 13. ὡς ἂν ὁλοσχερέστερον εἴποι τις. ὁλοσχερέστερον εἰπεῖν est *generaliùs* & minùs distinctè *loqi*. ità etiam τὸ ὁλοσχερῶς τῷ κατὰ μέρος ἀντιτιθέται, apud Polyb. *l.* 2. *c.* 65. Ποτὲ μὲν κατὰ μέρη, ποτὲ δ' ὁλοσχερῶς συμπιπτόντων. *Hi modo per partes, modo confertim omnes simul concurrentes.* Et Epicurus apud Laërt. *l.* 10. in *Epist. ad Herodot.* §. 35. Τοῖς μὴ δυναμένοις ἅπαντα τῶν περὶ φύσεως ἡμῖν ἀναγεγραμμένων ἐξακριβοῦν, μηδὲ τὰς μείζους τῶν συντεταγμένων βίβλους διαθρεῖν, ἐπιτομὴν τῆς ὅλης πραγματείας, εἰς τὸ κατασχεῖν τῶν ὁλοσχερεστάτων δοξῶν τὴν μνήμην, ἱκανῶς αὐτοῖς παρεσκεύασα. *Iis, qi neqeunt singula, qæ à nobis de natura scripta sunt, penitus exqirere, neqe majores de his rebus editos libros perscrutari, compendium totius operis feci, qantum satis esse putavi, ut universarum opinionum memoriam facile tenerent.* Et mox: §. 36. Καὶ δὴ καὶ τὸ κατὰ μέρος ἀκρίβωμα πᾶν ἐξευρήσειας, τῶν ὁλοσχερεστάτων τύπων ἐμπεριειλημμένων καὶ μνημονευομένων. *Tum etiam omnis particularis & exacta cognitio invenietur, postqam universales formæ comprehensæ fuerint, & memoriæ traditæ.* qi locus nostrum cum primis illustrat. Siqidem accuratæ fusioriqe rerum tractationi epitomen summa rerum capita tantùm complectentem opponit, sive κεφαλαιωδέστατα ἐπιτετμημένα, ut ipse loqitur. Aliter pavlò, nec multò secùs tamen, τῷ ὁλοσχερῶς Marcus usus videtur *lib.* 4. §. 36. & *lib.* 9. §. 3.

Μηδὲ τοῖς περιλαλοῦσι ταχέως συγκατατίθεσθαι] περὶ [ἄλλων], vel περὶ [αὐτῶν] λαλοῦσι, Xylander. ut vel de *calumniatoribus*, vel de *ardelionibus*, qos Græci περιαυτολόγους, caytio data intelligatur. Verùm retineri potest istud περιλαλεῖν, ut *blaterones*, garruli, nugacésqe designentur. Aristophanes *concionatricibus*.

Μὴ περιλαλῶμεν.—

Idémqe de Evripide in *Nebulis*, si Laërtio *l.* 2. §. 18. in *Socrate* credimus,

Ἐυριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
Τὰς περιλαλήσας, ὅτος ἐστὶ τὰς σοφάς.
Evripides autem qi tragœdias facit
Ejus, qi de omnibus sermones scrit, ope sapientes effingit.

atqe ità Svidas adductis etiam Marci ipsius verbis. περιλαλοῦσιν. αὐτὶ τοῦ περιττολογοῦσι, φλυαροῦσι. Περιλαλοῦσιν, *supra modum loquntur, garriunt, inaniter loquntur, blaterant.* Hinc περιλαλήματα, vocabulum eidem restituendum, in Κατωγλωττίσματα, pro qo perperàm ibi περιλαλείμματα legitur. Sic enim Etymologus: γωμύλματα, περιλαλήματα. Στωμύλματα, *garritiones*. & Svidas alibi, κομψὸν, περίτρανον, περίλαλον. κομψὸν, *perspicuum, garrulum*. Cui suffragatur & qod Scholiastes *ad Sophoclis Antigon.* Κόμψευε, περιλάλει. κομψοὺς γὰρ ἔλεγον, ὡς νῦν ἡμεῖς περπάρους καὶ πολυλάλους Φαμέν. Κόμψευε, *garri. Nam* κομψοὺς *dicebant, qos nos nunc vanos & garrulos dicimus.* qæ novissima lavdans D. Heinsius, in *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 13. *v.* 4. περπέρους καὶ περιλάλους legit. Inde & Aristophani in *Ranis Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 10. Ἀπεριλάλητος. *Qi garritu non facilè obtundi*tur. qod Schol. pessimè, οὐκ εἰδότα λαλεῖν, *loqi nescientem*, est interpretatus. Vide Gellium *l.* 1. *c.* 15. melius Svidas ὃν οὐκ ἄν τις περιλαλήσοι. *qem loqacitate vel superare vel compescere nullus possit.*

Τὸ ἐντυχεῖν] *qòd incidérim.* Casavbonus meliùs forsan, *nactus sim*; cum non casu fortuito, sed amici hominis Marci commodo prospicientis, beneficio an officio, commentariorum illorum compos sit factus. qo sensu & ἐντυγχάνειν pro *adipisci* usurpatur. Verùm Xylander vertit, *qòd commentarios legerim.* nec spernenda ea versio. siqidem γράμματι ἐντυγχάνειν est *scriptum legere*. Apud Herodianum *l.* 4. *c.* 12. §. 12. Antoninus Severi filius, κελεύει Μακρίνῳ ἀποσάλλι καὶ ἰδιάσαλλι, ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι, καὶ εἴ τι ἐπεῖγον εἴη, δηλῶσαι αὐτῷ. *Macrinum jubet, ubi secesserit, literas ad se datas sibiqe in manum traditas, privatim legere, & si qid contineant, qod properato opus sit, id sibi indicare.* atqe ità accipere licuerit etiam in illis Dioscoridis in *Præfat. Oper.* Παρακαλοῦμεν δέ σε, καὶ τοὺς ἐντευξομένους τοῖς ὑπομνήμασι. *Te autem, & qotqot alii qi commentarios istos lecturi sunt*, tam potest verti, qàm, *qi in eosdem inciderint, vel eosdem nacti fuerint, rogatos volumus.*

Τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασι] Ità in operis *proœmio* indigitat Arrianus ipse *Dissertationes Epicteti*, qas diligentiæ illius debemus. Idémqe qod havd perindè vulgò innotescit, *Enchiridion* qoqe concinnavit ex ejusdem *dictis collectaneis*, qod ex *epistolæ* ad Masgalenum qendam, cui commentarium illum inscripsit, constare monet Simplicius in *prolegomenis* ad eundem. Verùm periisse videtur *epistola* illa, unà cum Philosophi ipsius *vita*, qam & prolixè descripsisse Arrianum eundem ex eodem avtore discimus: qi cum Epicteto superstes fuisse videatur, & post obitum ejusdem tum *dissertationes dictáqe collectanea*, tum & *historiam* illam conscripsisse, havd fit probabile, qòd Svidas refert, Epictetum ipsum ad Marci imperium pertigisse. Vide *ad l.* 7. §. 19. & *l.* 8. §. 31.

§ 8. Ἀπολλωνίου] *Usus est & Apollonio Chalcedonio* (*Chalcidensi*, Salmasius & Casavbonus. qanqam & Evsebius Χαλκηδόνιον.) *Stoico Philosopho.* Julius Capitolinus. qi & in imperatoriam dignitatem jam adscitum ad domum Apollonii discendi cavssâ ventitasse testatur. De eodem idem in *Pio: Cùm Apollonium, qem Chalcide acciverat, ad Tiberianam domum, in qa habitabat, vocasset, ut ei Marcum Antoninum traderet, atqe ille dixisset, Non magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad magistrum; risit eum, dicens, Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire, qàm à domo sua in palatium: cujus avaritiam etiam mercedibus notavit.* Qin & Lucianus eundem à Demonacte Cynico per-

certum citra fluctuationem omnem consilii ingenii-qe tenorem retinerem: neqe aliud qicqam, vel minimum, præter rationem solam, intuerer: ut idem semper essem, in doloribus acerrimis, in liberorum amissione, in morbis diuturnis. adhæc, qòd in ipso, tanqam in exemplari vivo, evidenter cernere licuit,

ναμφιβόλως ἀκύβευτον. καὶ ὁ πρὸς μηδὲν ἄλλο ἀποβλέπειν, μηδ' ἐπ' ὀλίγον, ἢ πρὸς τὸ λόγον. καὶ τὸ ὁ ἀεὶ ὅμοιον, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνων, ἐν μακραῖς νόσοις. καὶ τὸ ἐπὶ παραδείγματος ζῶντος ἰδεῖν ἐναργῶς, ὅτι δύνα-

n Inf. §. 16. & l. 3. §. 6. & l. 2. §. 16. o Inf. §. 16. & l. 11. §. 21.

τω

ANNOTATIONES.

perstrictum meminit, cùm de ipso ac comitatu ejus ad Imperatorem proficiscentis, per ludibrium diceret, *En Apollonium & Argonautas ejus*: qasi vellus avreum petiturus, hoc est, qæstùs cavsa, se ad avlam regiam conferret. Hunc avtem Apollonium *Nicomediensem* Dio cur dicat, alii disputant. Ac fieri potest ut *Arriani* nomen intercideri, qem & *Philosophum* vocat Evsebius, & *Nicomediensem* fuisse testatur, & inter Marci nostri magistros recenset. Cæterùm Apollonius idem hìc esse videtur, qem Epiphan. *l. 2. Tom. 1. Hær. 56. §. 1.* Ἀντωνίνου ἱταῖρον, *Antonini familiarem* vocat, & à qo Bardesanem de fide deferenda frustra solicitatum refert.

Ἀναμφιβόλως ἀκύβευτον] De hoc ipso, inter alia, loco, cùm claritimum virum dominum Clavdium Salmasium, cui ob operam in hoc opere defungendo lubentissimè ac candidissimè præbitam, plurimùm debere me semper agnoscam, per epistolam consuluissem, is in hæc verba responsum dedit; Τὸ ἀναμφιβόλως ἀκύβευτον. *hominis est qi certo semper proposito & consilio res agit; qi non fluctuat in deliberatione sua, nec qicqam incertis fortunæ casibus eorumqe acturus est committit: qod qi faciunt, κυβεύειν τοῖς πράγμασι Graci eos dicunt.* τὸ ἀκύβευτον *igitur in eo est, qi nihil aggreditur, nisi cujus certus est futurus eventus.* Κυβεύειν ἐν τῷ βίῳ *Graci dicunt, qi vitam suam periculis exponunt.* Κυβεύειν & κύβον ἀναρρίπτειν πολέμῳ, *ille dux vel Imperator dicitur, qi prælium cum hoste committit, de exitu securus, qem fortuna commendat. Incertus avtor apud Svidam:* Τῷ στρατηγῷ ἀδύνατα ἴσχοντι κύβον ἀναρρίψαι πολέμου τοσούτου. *Cum Imperator de tanto bello aleam jacere non posset. Polybius apud eundem:* Οἱ μὲν ἀλογισίαν καὶ μανίαν ἔφασαν εἶναι, τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν τῷ βίῳ. *Illi qidem temeritatem & insaniam esse dicebant temerè caput objicere periculis, & de vita aleam jacere. qod ipse exponit,* Παραλόγως τι πράττειν καὶ ῥιψοκινδύνως. *Præter rationem, & magno cum periculo aliqid facere* (qibus adjici potest, qod Svidas idem: Κυβεύω, κύβον εἰς κίνδυνον προπηδῶ. μὴ παραβάλλεσθαι, (καὶ) κυβεύειν τῷ βίῳ. *Aleam jacio. In periculum præceps ruo: ut, non temerè periculum adire, & tanqam aleam de vita jacere.* Et rursus, Ἐγκυβισᾶν τοῖς πράγμασι, τὸ ῥιψοκινδύνως τι πράττειν, καὶ ἐπιλέγειν, ἔῤῥιφθω κύβος. *Temerè & cum periculo res aliqas facere, & postea dicere, jacta sit alea.* qod tamen ad τὸ κυβισᾶν, κυρίως τὸ ἐπὶ κεφαλῆς ῥίπτειν, τὸ κυβισᾶν, *proprie in caput saltare, in caput deferri,* rectius ille retulisset) *qi certâ itaqe ratione omnia agere instituit, is* τὸ ἀκύβευτον *habet.* Κυβεία *etiam ἀνθρώπων eodem sensu usurpatur ab Apostolo eo loco qem notâsti.* (simul enim de loco illo *Ephes. c. 4. v. 14.* qæsieram) *puerorum enim ætas improvida, qi nondum certa rationis usum habent, pavlo momento huc & illuc impellitur.* Κυβεῖαι ἀνθρώπων *Apostolus appellat actiones hominum temerarias & fortuitas, qæ nullo certo consilio explicantur. Veteres tamen* κυβείαν πανουργίαν *interpretati sunt. qod minus placet. nam de* πανουργίᾳ *sequitur statim. Eò referenda hæc Svidæ glossa.* Κύβεια, πανουργία. *Interpres qoqe Arabs exponit,* جل ذي جدة *qod est fallacia & astutia, certè in ludo tesserario,* τῶν κύβων, *ut veteres iis ludebant, non solùm fortuna locum habebat, sed etiam ars, cùm id qod malè cecidisset ex tesserarum jactu, arte corrigebant; ut ex Platone & aliis avctoribus explicavimus ad historiam Augustam.* Hæc vir ille illustrissimus. Cujus verbis novissimis & illud adjici potest, non artem solam in jactibus disponendis, sed fravdem etiam in procurandis, in eo ludi genere freqenter nimis intervenire: qò & Apostolus forsan respexerat. Eò certè loci, more ipsi non insolente, ῥητορικῶς πάνυ, metaphoras, tanqam tessellas qasdam, orationi suæ varias intexuit. prima est à puerulis ducta, qos pomis, crepundiis, rebus leviculis qibusvis pellicias facile & traducas qo ipse velis. altera à navibus, qæ ἀναρμάτους, & *justo sine pondere labant,*

Perqe mare instabiles nimiâ levitate feruntur,

ut Naso *Metam. l. 2.* tertia, posteriorem hunc si admittimus sensum, ab astutiâ ac fravdibus aleatorum, qibus ludi ignaris avt improvidis facilè imponunt; prout Lysandri dictum celebre illud docet, qod qidam tamen Philippo Macedoni, ut Ælianus *l. 7. c. 12.* alii Dionysio majori, ut Plutarchi nomine avtor *de Fortun. Alex. l. 1. pag. 330. E.* tribuunt; Τοὺς μὲν παῖδας κύβοις καὶ ἀστραγάλοις, τοὺς δὲ ἄνδρας ῥήμασι καὶ ὅρκοις ἐξαπατᾶν δεῖν. *Pueros tesseris & talis, viros verbis & jurejurando oportet circumvenire.* Plutarchus in *apoph. Lacon. 53.* & in *Lysand. pag. 437. C.* & *Sympos. l. 9. c. 20.* & Dio Prusæus *Orat. 74.* itaqe κυβείαν, Erasmus *versutiam*; Avgustinus *illusionem* reddidit *de Civit. Dei, l. 22. c. 18.* Apostolus ipse forsitan pe: πανουργίαν expositum volebat. Ad eum avtem Apostoli locum respexisse videtur Clemens Alexandrinus in *Hortat. pag. 9. C.* ubi mysteria exotica appellat, μανικὰ ἀνθρώπων ἀπίστων σοφισήματα, καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια, *insana hominum infidelium commenta & erroris incontinentis qasi aleam & sortis officinam.* qæ verba novissima cùm exscriptorum incuria exciderint, ex Evsebio *præparat. l. 2. c. 3.* Clementi sunt restituenda. Verùm de loco Apostoli viderint eruditi: Marci mentem qin vir literatissimus clarissimè explicaverit, ambigi vix potest.

Πρὸς μηδὲν ἄλλο βλέπειν] Vide *suprà ad §. 7.* ex Epicteti *l. 3. c. 12.* Idem *Enchir. c. 50.* Σωκράτης ὅτως ἀπελελύσθη, ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων, ἢ τῷ λόγῳ. *Itaqe Socrates in eum evasit qi fuit, cum in omnibus se ipse promoveret, cum nemini auscultaret nisi rationi.*

Μηδ' ἐπ' ὀλίγον] Vide *ad l. 3. §. 6.* Synesius *de providentia.* Ὥσπερ δὲ ὁδῶν ἡ πρώτη σχίζα καλαύραχὺ διεσῶσα, προϊοῦσα πλέον ἀεί τι ποιεῖ, καὶ τελευτῶσα καλαντῶσιν εἰς πλεῖστον τὸ ἀνὶκείμενον. ὅτως ἴδοι τις ἂν καὶ ἐπὶ τῶν νέων γινόμενον, καὶ τὸ σμικρὸν εἰς διαφορὰν, πλεῖστον ἀφίστησι προιόντας. *Sed ut primum viarum divortium, sensim diductum, protracto ulterius discrimine, in longissimum tandem intervallum desinit, ita & in pueris accidit, & vel minima studiorum disparitas, progredientes illos plurimum, a se invicem dissociat.*

Ἀεὶ ὅμοιον] Vide *infrà ad §. 16.* Seneca *Epist. 10. Maximum hoc est & officium sapientiæ, & indicium, ut ipse ubiqe par sibi idemqe sit.* De Marco nostro Dio *l. 71.* Ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. *Sui similis in omnibus, nec ulla unqam in re mutatus fuit.* qod est illi argumento, ὅτι οὐ προσποιητῶς, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε. *Qod nihil simulatè, sed omnia ex virtutis præscripto egit.* ὅτως, inqit, ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. *Itaqe verè fuit vir bonus, nec qicqam simulatum habuit.* De eodem Svidas. Ἐκ πρώτης γὰρ ἥδε τῆς ἡλικίας ἐυσταθῆτε καὶ ἡσύχιον βίον ὑποσημαίνων, ὅτε καλὰ δὲ, ὅτε καὶ ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον οὐφθη πώποτε. *Cum enim jam a prima ætate constantem & qietam vitam sibi seqendam proposuisset, neqe propter metum, neqe propter lætitiam vultu mutato unqam est conspectus.* Capitolinus item, *Erat ipse tanta tranqillitatis, ut vultum nunqam mutaverit mœrore vel gavdio.* Et Avrelius Victor. *A principio tranqillissimus, adeò ut ab infantia* (*in infantia* qoqe Eutropius) *vultum nec ex gavdio, nec ex mœrore mutaverit.* Cui geminum de Socrate marito suo Xanthippe dictum refert Ælian. *l. 9. c. 7.* Ὡς ὅμοιον ἦν τὸ τῦ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος ἀεὶ θεᾶσθαι. *Socratem eodem vultu, sive domo egrederetur, sive rediret domum, videri.* qod de eodem Epictetus *Dissert. l. 3. c. 5.* Τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀεὶ καὶ ἐκφέρειν καὶ εἰσφέρειν. *Eodem semper vultu egredi & ingredi.* & *l. 1. c. 25.* Ἐν ἴσον πρόσωπον ἀεὶ διετέλει. *Eodem semper vultu fuit.* Plinius *l. 7. c. 19. Ferunt Socratem clarum sapientiâ, eodem semper visum vultu, nec avt hilarò magis avt turbato.* Hinc Seneca *Epist. 104.* ubi Socratem *senem perpessitium, per omnia aspera* (qæ & recenset qàm plurima) *jactatum dixerat: Hæc,* inqit, *usqe eo animum Socratis non moverunt, ut ne vultum qidem moverint. illam mirabilem lavdem & singularem usqe ad extremum servavit; non hilariorem qisqam, non tristiorem Socratem vidit. æqalis fuit in tanta inæqalitate fortunæ.* Idémqe *de ira l. 2. c. 6. Qid indignius, qàm sapientis assectum ex aliena pendere neqitia? desinet ille Socrates posse eundem vultum domum referre, qem domo extulerat.* De Socrate tamen Hieronymo fidem non faciunt. Sic enim *adv. Pelag. l. 3. Eundem semper vultum habere non possumus, qod de Socrate falso Philosophi gloriantur, qanto magis animum?* Erasmus in *Annot.* ad eundem. *Is agelastos est dictus, semper eodem vultus habitu, nec alio fuit, cum ebiberet cicutam, qàm qo solebat vinum bibere.* De Alexandro Mammææ filio, Lampridius; *Fronte semper pari, & lætus ad omnia.* De se tale qidpiam pollicetur Flaccus *ad Florum, l. 2. Epist. 2.*

— ego utrùm
Nave ferar magnâ an parvâ, ferar unus & idem.

Qanqam de Marco Dio refert, qòd Favstinæ uxoris mortem ἰσχυρῶς ἐπένθησε, *vehementiùs luxerit:* πλέον ἢ προσῆκεν, *plus qàm convenerat*; Julianus, qi hoc nomine Marcum notat in *Symposio.* & Capitolinus, qòd *educatorem suum mortuum fleverit*; unde *cùm ab avlicis ministris notaretur ab ostentatione pietatis,* dixerit Pius, *Permitte illi, ut homo sit; neqe enim vel philosophia, vel imperium, tollit affectus.* ut in hoc saltem vel Apollonio, vel Socrati dispar videatur. Verùm Dio de animi moderatione sinceritatéqe minimè fucatâ, non de affectibus istiusmodi, locutus videtur. Capitolino qi secum constare possit, ipse viderit. Cæterùm Svidas, vel alius qis apud Svidam, Apollonio Tyanensi tribuit, qæ de Chalcidensi Marcus istic, in Ἀεί. Ἀεὶ χρὴ τὸν σοφὸν εἶναι ὅμοιον, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνων, ἐν μακραῖς νόσοις. οἷος ἦν Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς. *Semper oportet sapientem sibi esse similem, in doloribus acutis, in amissione liberorum, in longis morbis. Qalis fuit Apollonius ille Tyaneus.* Ad qem locum Portus mirum in modum, sed incassum, se torqet.

Ἐπὶ παραδείγματος ζῶντος] Ennodius, *l. 1. Ep. 1. Domi habes, unde adhortationis mea viva sumas exempla.* Qam avtem

p Inf. §. 16. q L. 4. §. 26.

τὴν p ὁ αὐτὸς σφοδρότητός τε εἶναι καὶ q ἀναμέν. καὶ τὸ ἐν τοῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυσχερανλικόν. καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον r σαφῶς ἐλάχιστον τῶν ἑαυτῷ καλῶν ἡγούμενον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν ἐντέχνειαν τὴν πρὸς τὸ δυσδιδόναι τὰ θεωρήματα. καὶ τὸ μαθεῖν πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δοκούσας χάριτας παρὰ φίλων, μήτε ἐξηπατώμενον διὰ s ταῦτα, μήτε ἀναισθήτως παραπίπτοντα.

r σοφῶς F. Jun.

s ταύτας. Jun.

§ 9. Παρὰ Σέξτου, τὸ t ἠυμενές. καὶ τὸ παραπλήσιον τῷ ἐπιστῆσαι τὸν ἐπιτηδεύοντα ῥητορικὴν, μὴ ἐπιδείξασθαι ἐν τοῖς ἰδιώταις τὰ ἐπιτηδεύματα. καὶ τὸ παρὰ Διογνήτου τὸ ἀφιλόπονον καὶ ἀνεπίδεκτον παραδοξολογίας ἀνασχέσθαι καὶ πεισθῆναι περὶ τῶν λεγομένων ἄλλων. καὶ τὸ παρὰ Ἀπολλωνίου τὸ ἐλεύθερον καὶ μὴ ὑπήκοον ὅλως, καὶ τὸ μὴ πρὸς ἄλλα βλέπειν ἢ πρὸς τὸ ὀρθὸν λόγον μόνον. καὶ τὸ ἀεὶ ὁμοίως ἔχειν ἐν ταῖς ἀπροσδοκήτοις συμπτώσεσι, καὶ ἐν ταῖς ἐξαπίνης παραγινομέναις. καὶ τὸ ἐπιστῆσαι ἐπὶ τὰς ἐπιτηδεύσεις τῶν ἀνθρώπων. καὶ τὸ μὴ ὡς ἀνόητον ἐπιτιμᾶν τοῖς μὴ ἐπιστημόνως τι ποιοῦσιν. καὶ τὸ μὴ εὐπαράδεκτον εἶναι τοῖς κολακεύουσιν. καὶ τὸ ἐπιστατικὸν εἶναι τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύουσι.

t L. 3. §. 4. & l. 9. §. 11. & l. 11. §. 9.

possè eundem, prout occasiones se dabant, & vehementissimum & remissum essè. sed & qòd in disciplinis tradendis nevtiqam morosè se gereret: qódqe hominem viderim, qi peritiam suam & in theorematibus tradendis solertiam, bonorum suorum minimum existimare se, palàm faceret. ab isto didici, & qo modo beneficia, qæ dicuntur, ab amicis accipere oporteret, ut nec acceptis obnoxius fierem, nec citra sensum tamen omnem transmitterem.

§9. A Sexto, benevolum erga alios affectum: familiæ

ANNOTATIONES.

vim habeant *viva exemplaria* ista, docet Seneca *Epist.* 6. *Plus tibi*, inqit, *viva vox, & convictus, quàm oratio proderit. invrem præsentem venias oportet. primùm, qia homines amplius oculis quàm avribus credimus. deinde qia longum est iter per præcepta, breve & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodò avdisset. Vita ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum, utrùm ex formula sua vivveret. plus Plato ex moribus qàm ex verbis Socratis traxit. Metrodorum, & Hermachum, & Polyænum, magnos viros, non schola Epicuri, sed contvbernium fecit.* Itaqe Aristides in *Alex. Epitaph.* ex Platone, *Phædr.* concludit *Tom.* 1. *p.* 153. Παιδιὰν εἶναι δοκεῖν τὰ ἐν τοῖς γράμμασι, πρὸς τὴν ὁμιλίας αὐτὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. *Ludicra videri sapientvm scripta præ ipsorum colloqiis.*

Ὅτι δύναται ὁ αὐτὸς σφοδρότατός τε εἶναι, καὶ ἀναμέν.] *posse eundem & vehementissimum esse, & remissum esse.* pro rerum scilicet in qibus versatur, varietate. qod de Pio *infrà*, §. 16. De patre suo Gregorius Nazianzenus in *Epitaphio.* Ἀλλ' ἦν ὁ αὐτὸς, ἥμερος μὲν, εἰ καί τις ἄλλος, ἐναργὴς δὲ, κατὰ τὸ ἥμερον, δύο γὰρ τύτων ὡς τὰ πολλὰ μαχομένων ἀλλήλοις καὶ αὐτιπαθισαμένων, ἁπλότητος καὶ τραχύτητος, καὶ τῆς μὲν τὸ ἥμερον ἰσχύσης μετὰ τοῦ ἀκράκτου, τῆς δὲ τὸ πρακτικὸν δίχα τοῦ φιλανθρώπου, ἐκείνῳ συνῆλθε θαυμασίως ἀμφότερα. πράττειν μὲν, ὡς αὐτῷρ, μετὰ τῆς ἡμερότητος. ὑφίεσθαι δὲ, ὡς ἀκράκτῳ, μετὰ τῆς ἐντελείας. *Verum idem ipse & lenis & placidus, ut si qis alius, erat, & ad agendum peraqe aptus & appositus. Qamvis enim ha dua res ferè inter se pugnent & opponantur, simplicitas nimirum & asperitas, alteraqe mansvetudinem cum inertia conjunctam habeat, altera rebus qidem gerendis apta sit, verùm humanitate careat, at in illo tamen mirificè hæc duo in unum convenerunt, nempe ut & tanqam asper & vehemens rebus gerendis incumberet, & tanqam à rebus gerendis alienus sese cum industria submitteret.*

Τὸ ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυσχερανλικὸν] *ut in percipienda doctrina me non morosum præberem.* Xylander. tanqam in differentes avdiendo morositatem eam notaret, qam in avditoribus havd pavcis observat multisqe exagitat Plutarchus *lib. de avdiendo.* at Casavbonus cui assentior potiùs, *in disciplinis tradendis morositate omni immunem* vult intelligi; utpote qi avdientium ac discentium, vel importunitate, vel incapacitate, nevtiqam offenderetur. Siqidem ut ex Philemone Comico Theophilus *ad Avtolyc. l.* 3.

Χαλεπὸν ἀκροατὴς ἀσύνετος καθήμενος
Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται.

Molestus est fatuus avditor sedens:
Se namqe pra stupore non redarguit.

Vide *infrà* §. 9. Τὸ ἀνεπτικὸν τῶν ἰδιωτῶν.

Καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον σαφῶς] *Sed circumspicerem de homine.* Xylander. ut cum clavsula priore cohæreat. qod non videtur. *exemplar verum hominis.* Casavbonus ad verbum, & *qòd viderim hominem.* pro σαφῶς avtem σοφῶς legendum conjicit doctissimus Junius. utrumlibet constare poterit. vel qòd *manifestè* id is sentire se ostendebat, vel qòd *sapienter* agebat, qòd id *sentiret.*

Ἐλάχιστον τῶν ἑαυτῷ καλῶν ἡγούμενον τὴν ἐμπειρίαν] Eodem sensu Heraclitus apud Laërt. *l.* 9. §. 1. Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Ἡσίοδον γὰρ ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην. *Multa peritia mentem non docet. Hesiodum siqidem docuisset & Pythagoram.* Qod Philosophi dictum ab Ambrosio Camalduno Laërtii interprete pessimè acceptum; à Gellio, cujus codicibus jam diu exciderat, in *præfatione* operis adductum, restituit simul explicátqe Salmasius *Exercit. in Solin.* Apud Athenæum *Dipnosoph. l.* 13. seciùs pavlò sic effertur; Πολυμαθὴ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκει. qo loco etiam Hipponis Athei, & Timonis Phliasii in eandem ferè sententiam dictum refertur, qo pronunciatur,

Πολυμαθημοσύνης ὄφελος εἶναι κινδύνου ἄλλο.

Clemens itidem *Stromat. l.* 1. ubi Platonis illud, tanqam ex *Demodoco*, qod in Ἐρασταῖς, legitur, (ubi Socrates πολυμάθειαν aliud à *philosophia* esse multis contendit) adduxisset; Μὴ δὴ ἡγοῦ τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν, περὶ τὰς τέχνας πυκπλάζοντα ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἀλλό τι. *Nec existimes me dicere philosophari, in artem incumbentem vivere, nec multa discere appetentem, sed aliud qid.* Subjungit, Ἤδει γάρ, οἶμαι, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθὴ νόον ἔχει. ὁ διδάσκει καθ' Ἡράκλειτον. *Sciebat enim, ut existimo, eum multarum rerum scientem jam habere mentem, qod docet, ut est Heraclitii sententia,* qem locum, cùm sit depravatissimus, ex M. S. Heschælius legendo, ὡς ἄρα πολυμάθεια νόον ἔχειν, ex parte satis fœliciter restituit; sed mendum omnium fœdissimum intactum reliqit. legendum ergò, Πολυμάθεια, νόον ἔχειν οὐ διδάσκει. atqe ità fortassè etiam Athenæus scripserat. Deniqe tanqam Democriti idem ferè lavdat Stobæus *Tom.* 2. *tit.* 4. Πολλοὶ πολυμαθίες, νόον οὐχ ἔχουσι. qod apud nostros vulgari dicterio est celebre, *Peritissimos qosqe non & prudentissimos esse.* The greatest clarks are not alwayes the wisest men. Cæterùm Apollonius bonorum suorum minimum censet, qod alii in se summum reputant: hi verò inane prorsus ac futile qiddam pronunciant. Vide *infrà* §. 9. Τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάνητος. *Variè citra ostentationem eruditus.* Optimè verò sive Democritus, sive Heraclitus (alterius enim dictum esse nullus ambigo, etiamsi nomen nullum adscriptum extet) apud Stobæum *tit.* 34. Πολυμαθίη πάρεα μὲν ἀφελέει, πάρεα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα. ἀφελέει μὲν τὸν δεξιὸν ἄνδρα. βλάπτει δὲ τὸν ῥηϊδίως φωνεῦντα πᾶν ἔπος, καὶ ἐν παντὶ δήμῳ. *Multarum verum cognitio avt valdè juvat, avt valdè ladit habentem. Juvat qidem virum dextrum & commodum: ladit verò illum, qi facilè qemvis sermonem, & apud qosvis eloqitur.* Nec dispar Aristippi illud avtore Laërtio *l.* 2. *c.* 72. Ἐπὶ πολυμαθίᾳ τεμνομένῳ. Ὥσπερ οὐχ οἱ πλεῖστα ἰσθιοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων. οὕτως οὐχ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες, εἰσὶ σπουδαῖοι. *Glorianti cuidam qod multa didicisset: sicuti non qi plvrima comedunt & exercentur, melius valent qam qi sumunt necessaria, ita non qi plvrima, sed qi utilia legerunt, studiosi habendi sunt & eruditi.* Porphyrius denique *de abstinent. l.* 1. §. 29. Οὐκ ἔστιν ἡ ἐυδαιμονικὴ ἡμῖν θεωρία, λόγων ἄθροισις, καὶ μαθημάτων πλῆθος, ὡς ἄν τις φήσειε.--ἔστω γὰρ ἡδέως ἂν ἐκάλυπτε τὰς πᾶν μάθημα συνάγουσας, εἶναι ἐυδαίμονας. τῶν δ' οὐχ ὅπως πᾶν μάθημα ἐὐμπλεοῖ τὴν θεωρίαν, ἀλλ' ἐδὲ τὰ περὶ τῶν ὄντως ὄντων, ἐὰν μὲ προσῇ, καὶ ἡ κατ' αὐτὰ φυσίωσις καὶ ζωή. *Contemplatio illa, qa beatos nos efficit, non est sermonum conglomeratio, & disciplinarum multitudo, veluti qis existimaret.— Ita enim nihil prohiberet, qò minus ii essent fælices, qi omnes disciplinas comprehendunt. Jam verò nullo modo etiam scientiæ universæ contemplationem illam perficiunt, neqe illæ qa versantur circa verè entia, nisi etiam adsit naturæ nostræ secundum ea conformatio & vita.* Avdiant Christiani, ab ore hominis nomini Christiano infesti, dogma sanè Christianissimum.

Πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δοκούσας χάριτας] τὰς δοκούσας χάριτας, sicut *infrà* §. 16. Τὰς δοκούσας τιμάς. *Honores qi habentur.* & *l.* 4. §. 3. Τῶν εὐφημεῖν δοκούντων. *Eorum, qi favere videntur.* qia hoc loco multa vulgò habentur, qæ Stoici eo nomine nevtiqam dignanda censent. Ars est qædam in beneficiis dextrè tam accipiendis, qàm & largiendis. Plutarchus *de Socrat. genio. pag.* 582. *E.* Ἡ χάρις οὐχ ὅτου δίδοται τῷ λαμβάνοντος ἢ τῷ διδόντος, ἐξ ἀμφοῖν τελειοῦται πρὸς τὸ καλόν. ὁ δὲ μὴ δεξάμενος, ὥσπερ σφαῖραν εὖ φερομένην, κατίσχυσεν ἀτελῆ πεποίηκεν. *Gratia non minus accipiente qàm dante opus habet, ab vtrisqe perficitur ad pvlcritvdinem. Qi verò non accipit, tanqam pilam rectè objectam dedecorat decidentem frvstra.* Eandem imaginem aliò transtulit Plutarchus idem in *lib. de avdiendo pag.* 45. *E.* Ὥσπερ ἐν τῷ σφαιρίζειν τῷ βαλόντι δεῖ συγκινέμενον εὐρύθμως φέρεσθαι τὸν δεχόμενον. ὕτως ἐπὶ τῶν λόγων ἐστί τις εὐρυθμία καὶ πρὸς τὸν λέγοντα, καὶ πρὸς τὸν ἀκροώμενον, ἂν ἑκάτερος τὸ προσῆκον αὐτῷ φυλάττῃ. *Qemadmodvm in pila ludo, qi excipit, jacienti se motibvs corporis concinnè solet accommodare: ita inter dicentem qoqe & avditorem, si vterqe officium svum tveatvr, qadam est proportio.* Seneca *de benefic. l.* 2. *c.* 17. *Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pila lvsv: qam cadere non est dvbivm avt mittentis vitio, avt accipientis. tvnc cvrsvm svvm servat, vbi inter manvs vtrivsqe, aptè ab vtroqe & jactata & excepta, versatvr.* Lavdat hoc nomine Lacedæmonios apud Herodotum *l.* 4. *pag.* 282. D. Anacharsis, τύτοισι δὲ εἶναι μύνοισι σωφρόνως δῶναί τε καὶ δέξασθαι λόγον. *Illi soli rationem habent dandi & accipiendi prvdenter.*

Διὰ ταῦτα] D. Junius vult ταῦτας, χάριτας scilicet.

§ 9. Σέξτου] *Avdivit & Sextum Charonensem Plutarchi nepotem.* Capitolinus & Evtropius. ἀδελφιδῶν. Evsebius. τὸν ἐκ Βοιωτίας. Dio. Svidas & Philostratus in *Herode.* Qæri forsan possit an idem sit, qi Pyrrhonias opiniones scripto propugnat. negant in *Plutarchi vit. c.* 5. Rualdus, & *ad Histor. Aug.* Salmasius, qi & Sexto Afro istud tribui monent. negat & *ad Histor. eand.* Casavbonus. qi *ad Laërt. vit.* tamen secus statuerat.

Ὅτι

miliæ affectu paterno administratæ specimen: de vita naturæ convenienter instituendâ cogitationem: gravitatem item nevtiqam personatam: &

δειγμα ϛ οἰκω ϛ πατρονομυμένω. καὶ τὴν ἔννοιαν ϛ [v] κ ϛ φύσιν ζῆν. καὶ τὸ [x] σεμνὸν ἀπλάστως. καὶ τὸ ἔχα-

v Inf. §. 17. & l. 3. §. 4. & l. 4. §. 49. & l. 5. §. 29. & l. 7. §. 55. & l. 10. §. 15. & l. 12. §. 32.

x Lib. 2. §. 5. & l. 9. §. 29.

ANNOTATIONES.

Οἰκω τῷ πατρονομυμένω] *domus ad arbitrium patrisfamiliæ instituta.* Xylander. qo ferè sensu Svidas. Πατρονομύμενοι, οἱ τοὺς παρὰ τῶν πατρώων παραδεδομένους νόμους τηροῦντες. Πατρονομύμενοι, *qi leges a patribus traditas observant.* nisi qòd hìc ad majorum jam defunctorum, illic ad superstitum adhuc parentum leges vivitur. Ità certè Plato primos mortales ait, *de leg. l. 3. pag. 806. B.* Ἔθεσι καὶ τοῖς πατρικοῖς νόμοις ἑπομένους, *institutu legibusque patriis vixisse.* móxqe ubi de Cyclopibus Homeri illud ex *Odyss.* I. 112. laudaverat,

—— θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων.
—— *jus autem dat unusqisque*
Liberis atque uxoribus.

à *patrio* hoc regimine *regium* dicit *ibidem D.* profluxisse, in qo scilicet primo ætati honos ille deferebatur, διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονέναι, οἷς ἑπόμενοι, καθάπερ ὄρνιθες, ἀγέλην ἐποίησαν, πατρονομύμενοι καὶ βασιλείων πασῶν δικαιοτάτην βασιλευόμενοι. *Ex eo qod principium ex patre matreqe sumpserunt, qos quidem qasi aves secuti gregem unum conficiunt, patris voluntate pro lege utentes, & regno omnium justissimo gubernati.* qem locum Svidas, opinor, explicare volebat. Verùm meliùs Casavbonus *domum patrio affectu gubernatam* intelligit: in qa Dominus domus, etiam qoad servos & famulos, non titulo tenùs tantùm, sed re verâ, paterfamilias existit. non eâ qidem ratione, qâ Martiali, *l. 1. Ep. 85.* qia

Domumqe & agros implet equitibus vernis,
Pater familiæ verus est Qirinalis:

Sed qâ Seneca ex majorum mente monet, *Epist. 47. Vide*, inqit, *qam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint. dominum patrem familiæ appellarunt; servos, qod etiam in mimis adhuc durat, familiares.* Verus ergò pater familiæ, qi & erga servos paterno more se gerit. Plinius *l. 5. Ep. 19. Est mihi semper in animo, & Homericum illud Odyss.* Πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, *& hoc nostrum, patersfamilias.* Tertullianus *Apologet. c. 34. Gratius est nomen pietatis, qàm potestatis: etiam familiæ magis patres, qàm domini vocantur.* Cæterùm frustra vocantur, nisi nomini suo reipsa respondeant. Qalem avtem hic Marcus Sexti domum, tale Dionysii regnum voluit esse Dio, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ μετ' ἐυμενείας πατρονομύμενον, *in qo moderatione & justitiâ velut parenti præstanda benevole illi subjecti præstarent.* Plutarchus *Dione p. 962. B.* Atqe hoc est qod in Ulysse suo celebrat Homerus *Odyss. ϛ'. v. 47.*

Τοῖς δ' ἐσσιν βασίλευε. πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.
Ipsis imperabat: pater avtem velut mitis erat.

& *ibidem v. 234. & é. v. 12.*

Λαῶν οἷσιν ἄνασσε. πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.
His, qos rexit, mitis erat populis, patris instar.

Ad illud avtem Homeri oculum habuit Libanius *Orat. 14. pag. 421. D.* ubi narrat se de Florentio Cilices qosdam percontatum, εἰ μέμνηνται τῶν περὶ Ὀδυσσέως εἰρημένων Ὁμήρῳ, καὶ ὅτις ἦν πρὸς τοὺς Ἰθακησίους, *nunqid meminissent eorum, qæ de Ulysse apud Homerum dicta sunt, & qalisnam apud Ithacenses extiterit.* ab eis responsum retulisse, his verbis, qæ qo mentem genuinam indicem, subjicio: καὶ λίαν ἔφασαν. καὶ ὅτε δεῖν ἡδέως, ὅτε πλήττειν. ubi δεῖν ἡδέως illud cum vitiosum esse avtumaret Vir doctissimus Fredericus Morellus, ἡδέως expuncto, ἥδιστα subsstituit: vertitqe, *illi admodùm se meminisse dixerunt, & neqe opus esse lætari, neqe ferire.* qæ sanè verba qid sibi velint, Oedipo aliqo, qi explicet, opus est. mitto qod *ipsos meminisse* refert, lapsu gemino cum eo, qo εἰ μέμνηνται antè verterat, *nunqid meminissent*, cùm de Florentio præside ab ipsis Libanius, non de ipsis, qæsivisset. Tum an *non lætari opus* habebant, qi præfectum πρὸς τὰς ἀρχομένας (Libanium avdis) ἥμερον βέλτιόν τε, Ulyssis instar, nacti essent. Verùm sanus ac sincerus est locus, qem vitii suspectum Vir doctissimus habuit, qi in Libanio & creberrimè, & turpissimè lapsus deprehenditur. de Florentio utiqe respondent Libanio, *illum admodùm meminisse*; (eorum scilicet qæ de Ulysse à Poëta dicta sunt) réqe ipsa exhibere. *neqe* enim *avt vincire libenter, avt ferire* h. e. *nec in vincula conjicere, nec plectere qenqam proclivem esse.* ità τὸ δεῖν usurpavit & Plato in *Cratylo*; ubi ἅπτειν & δεῖν, *nectere & vincire*, sive *ligare*, idem ferè esse affirmat. Qod avtem in Ulysse Homerus, idem in Cyro prædicat apud Xenophontem *Ped. l. 8. pag. 200. D.* his verbis Chrysantas. Πολλάκις μὲν δὴ καὶ ἄλλοτε καὶ ἐνθήσα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει παιδὸς ἀγαθοῦ. ὅτε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων, ὅπως μή ποτε αὐτοὺς ταράξαι ἐπιλείψῃ. Κῦρος τέ μοι δοκεῖ νῦν συμβουλεύειν ἡμῖν, ἀφ' ὧν μάλιστ' ἂν εὐδαιμονοῦντες διατελοῖμεν. *Etiam alias in rebus animadverti sapius, nihil inter principem bonum & patrem bonum esse. Nam & patres liberis prospiciunt, ne unqam eos bona deficiant: & Cyrus jam mihi videtur ea nobis consulere, de qibus fælicitatem perpetuam maximè consecuturi sumus.* & Xenophon ipse, *lib. eodem*; ὑπὸ τῶν ἀρχομένων πατὴρ καλούμενος, *a sibi subjectis pater vocatus.* addit etiam, & à servis, τῶν εἰς τὸ δουλεύειν καλοσκευαμένων, *ad serviendum instructis.*

Idem hoc de se, ad populum ipsum provocatione factâ, profitetur Tullius Rex, apud Dionysium Halicarnassæum *l. 4. pag. 239.* Πᾶσι τοῖς πολίταις, ὡς πάλαι πρῶος ἦν οἷς αὐτὸς χρώμενος. *Versatus in populo, non secus qam pater inter filios.* Qodqe ille de Cyro, de Antonino nostri patre Pavsanias in *Arcadic. pag. 273.* Τοῦτον Εὐσεβῆ τὸν βασιλέα ἐκάλεσαν οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐς τὸ θεῖον τιμῇ μάλιστα ἐφαίνετο χρώμενος. δόξῃ δὲ ἐμῇ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Κύρου φέροιτο ἂν τῷ πρεσβυτέρῳ, πατὴρ ἀνθρώπων καλούμενος. *Hunc Romani Pium appellarunt, qod summum in honorando nomine divino studium præ se ferebat; sed opinione meâ Cyri etiam majoris cognomen promeruit, ut scilicet hominum pater diceretur.* idem & in Justiniano celebrat Procopius *de structuris Orat. 1.* & Arcadio commendat Synesius *de Regno.* Libanius, *Orat. 12.* Ἐοικέναι δεῖ πατρὶ τὸν βασιλέα. *Oportet regem patri similem esse.* Et Erasmus in *instit. princip. Bonus princeps non alio animo debet esse in suos cives, qàm bonus paterfamiliâs in suos domesticos. qid enim aliud est regnum qam magna familia? qid Rex nisi plurimorum pater?* His opponuntur οἱ παραβαίνοντες τὰ πάτρια, καὶ δεσποτικωτέρας ἀρχῆς ὀρεγόμενοι. *Transgredientes patria jura, & affectantes dominatum.* Aristoteles *Polit. l. 5. c. 10.* Hoc nomine Cambysem notabant Persæ, cùm dicerent, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος. Καμβύσης δὲ δεσπότης. Κῦρος δὲ πατήρ. *Darium institorem esse*, qia nundinabatur omnia; *Cambysem herum*, qia asper & insolens; *Cyrum patrem*, qia mitis, bonus, benignus, beneficus. Herodot. *l. 3. pag. 225. C.* Optimè Thomas Morus noster:

Legitimus immanissimis
Rex hoc tyrannis interest:
Servos tyrannus qos regit,
Rex liberos putat suos.

Putat? imò *habet.* pro liberis habet, & habet liberos. Idem:

Princeps pius nunqam carebit liberis:
Totius est regni pater.
Princeps abundat ergò fælicissimus
Tot liberis, qot civibus.

Καὶ τὴν ἔννοιαν] omisit Xylander. *propositum*, Casavbonus reddidit. *cogitationem*, oportuerat. Vide §. 3.

Τῷ καλῷ φύσιν ζῆν] Refert Laërtius *l. 7.* in *Zenone Citticnse* §. 87. Zenonem primum in *lib. de natura hominis* statuisse, Τέλος εἶναι τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. *Finis est consentaneè secundum naturam vivere.* qod idem esse τῷ καλῶς ζῆν. ὅτι ἄγει πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις, *secundum virtutem vivere: ad eam qippe natura nos ducit.* (qod & Cicero *Offic. lib. 3. Qod à Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper.*) Eum secutum Cleanthem *lib. de Volup.* Hecatonémqe & Posidonium *lib. de finib.* Verùm Joannes Stobæus *Collectan. Tom. 1. l. 2. tit. 4. §. 5.* Zenonem asserit τὸ τέλος dixisse, τὸ ὁμολογουμένως ζῆν. qod cùm posteriores deficientiùs dictum existimarent, Cleanthem primùm τὸ τῇ φύσει adjecisse. Subjecit avtem ipse, ἰσοδυναμεῖν ταῦτα, τὸ καλὰ φύσιν ζῆν, καὶ τὸ καλῶς ζῆν, καὶ τὸ εὖ ζῆν. *Idem valere secundum naturam vivere, & honestè vivere, & benè vivere.* Retinuerunt istud deinceps Stoici. Noster *l. 3. §. 4.* Τῶν ὁμολογουμένως τῇ φύσει βιούντων. *Eorum, qi naturæ consentaneam vitam agunt.* qod Cicero *de finib. lib. 3. Congruenter naturæ convenienterqe vivere.* Seneca *Epist. 5. Nempe propositum nostrum est, secundum naturam vivere.* Et *de vit. beat. c. 31. Solemus dicere, summum bonum esse secundum naturam vivere.* Philo Judæus *de migrat. Abrah. pag. 407. E.* Τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ τοῖς ἀρίστα φιλοσοφήσασιν ἀφορισθὲν τέλος, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. γίνεται δέ, ὅταν ὁ νοῦς εἰς τὴν ἀρετῆς ἀτραπὸν ἐλθὼν καθ' ἕκαστα ὀρθῷ λόγῳ βαίνῃ, καὶ ἕπηται Θεῷ, τῶν προηγουμένων αὐτῷ διαμεμηνυμένος; καὶ πάσας ὁμοῦ καὶ παντελοῦς ἔργοις τε καὶ λόγοις βεβαιούμενος. *Hic est ille finis, qi à præstantissimis philosophis celebratur, videlicet juxta naturam vivere. Id fit, qando mens ingressa virtutis semitam, incedit per rectæ rationis vestigia, & Deum sequitur memor ejus præceptorum, habens ea rata dictis factisqe omnibus.* Idem vult esse, *secundum naturam vivere, rectæ rationis semitam tenere, & Deum sequi, mandatis ipsius per omnia obsequendo.* Vide *infrà ad §. 16. & ad lib. 2. §. 9. & lib. 4. §. 42. & ad lib. 5. §. 3. 9.*

Τὸ σεμνὸν ἁπλάστως] Ità *l. 2. §. 5.* μετὰ σεμνότητος ἁπλάστου, *gravitate non arcessitâ.* Vide notas ibi. Contrà L. Vero imperii cum Marco consorti, *callidam severitatis simulationem* impingit Julius Capitolinus in *Marco.* Nec à nota saltem aliqa hac in parte Marcum ipsum immunem evasisse idem indicat, dum refert *datum ei visio, qòd & fictus fuisset, nec tam simplex qàm videretur, avt qàm vel Pius vel Verus fuisset.* Vero certè *simplicitatem* tribuit Alexander Severus, ubi Antoninorum virtutes peculiares commemorans, dixit; *Qid Pio sanctius? qid Marco prudentius? qid Vero simplicius? qid Bassiano fortius?* Lampridrius. Qin & de Vero Capitolinus ipse in *Pio*: *Amavit tamen Antoninus Pius simplicitatem ingenii, puritatémqe vivendi; hortatusqe est ut imitaretur & fratrem.* ubi *puritatem vivendi*, καθαριότητα, i. *munditiem*, interpretatur Casavbonus, qæ vitio qandoqe affinis est. Verùm Capitolino de Vero secum con-

ϛοχαστικὸν τ̃ φίλων κηδεμονικῶς. κ᾽ τὸ ἀνετλικὸν τ̃ ἰδιωτ̃. κ᾽ τὸ [a] ἀθεωρήτων τ̃ ὀιομένων. κ᾽ τὸ πρὸς πάντας [b] εὐάρεστον, ὥστε κολακείας μᾶλ πάσης ἀηδε-

a τῶ ἀθεωρήτω Salm. τῶν ἀθεωρήτων εἰομ. f.
b L. 6. §. 16. B.

sedulam amicorum obſervationem: & imperitorum, eorúmqe qi citra conſiderationem opinione merâ ducuntur, tolerationem: & mores qibuſvis accommodatos, ità ut qamvis conſvetudo ipſius adulationem omnem

ANNOTATIONES.

venire qi poſſit, viderint alii. mihi locus ille prior in Marco mendi ſuſpectus eſt: niſi ſi ità accipi debeat, qòd ad Marci mores per tempus aliqod ille ſe ſpecie ſaltem tenùs accommodaverit. ut fuerit qod in Senatoribus qibuſdam Plinius perſtringit, *lib.* 6. *Epiſt.* 13. *temporaria gravitas, vel potiùs gravitatis imitatio.* eò inclinarem lubens, niſi ut vitium ingenitum avtor notâſſet. Qod avtem de Sexto Marcus hîc, de Liciniano qæſtore pariter Sidonius Apollinaris *l.* 3. *Epiſt.* 7. *Nihil affectatum ſimulatúmqe; vera potiùs ſeveritas, qàm ſeveritatis imitatio.* Vide *infrà ad* §. 14. φιλάληθες.

Τὸ ϛοχαστικὸν τῶν φίλων] *In conſulendo amicis ſagacitatem* Xylander. ut ϛοχάζεσθαι hîc ſit *conjectari*, & *conjectando ſagaciter indagare*, qid qis velit, qóve opus habeat. Atqe ità Marcus uſus eſt *infrà*, §. 14. Μὴ δεῖσθαι ϛοχασμῶ τὰς φίλας. *Nec familiaribus conjectu difficile foret.* ſed meliùs Caſavbonus *amicorum ingenia ſedulò obſervare.* ut ϛοχάζεσθαι iſtîc ſit *obſervare*, & *obſervando rationem alicujus habere*, qò ad ingenium ejuſdem ſe accommodet. Etenim ϛοχάζεσθαί τινος, eſt *rationem alicujus habere.* Galen. *de fractur. l.* 1. προοιμ. *p.* 152. *Tom.* II. Ἐγὼ γὰρ, ὅταν μὲν παρὼν παρόντι συναναγινώσκω τι βιβλίον, ἀκριβῶς ϛοχάζεσθαι δύναμαι τῆ μίτρᾳ τῆς ἐξηγήσεως, ἀποβλέπων ἑκάστοτε πρὸς τὴν τῦ μανθάνοντος ἕξιν. ὅταν δὲ γράφω πᾶσιν, ὅτι τῦ ἄριϛα παρεσκευασμένου, ὅτι τῦ χείριϛα ϛοχάζομαι. τὸ μὲν γὰρ τοῖς πλείϛοις ἀσαφὲς ἴσως. τὸ δὲ ἀνίϛαται χρονίζοντας ἐν τοῖς σαφέσιν. ἄριϛον ὖν ἡγοῦμαι τῶν μέσων ἔξιν ἐχόντων ϛοχάζεσθαι. *In privata lectione accuratam prorſus habeo diſcentis rationem; in ſcriptis nec optimè nec peſſimè imbuti, ſed mediocrium tantùm rationem habeo. Nam illud plerisqe obſcurum erit, hoc imqe animo ferunt, qi in rebus claris immorantur.* Polybius *Hiſt. lib.* 6. *cap.* 14. Ἦγε μὲν σύγκλη[τος] πάλιν ἡ ταλικαύτην ἔχουϛα δύναμιν, ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμαϛι ἀναγκάζεται προσέχειν τοῖς πολλοῖς, κ᾽ ϛοχάζεσθαι τῦ δήμου. *Rurſus vero ſenatus, qi tantum poteſt, ante omnia in adminiſtratione publica rei multitudinem reſpicere, populiqe rationem habere cogitur.* Et mox: *cap.* 15. Ὁμοίως γε μὲν πάλιν ὁ δῆμος ὑπόχρεώς ἐϛι τῇ συγκλήτῳ, κ᾽ ϛοχάζεσθαι ταύτης ὀφείλων, κ᾽ κοινῇ κ᾽ καθ᾽ ἰδίαν. *Similiter vero rurſus & populus Senatus obnoxius eſt, ejuſdemqe rationem habere*, ſive *eundem obſervare neceſſe habet in rebus univerſis & ſingulis.* Et rurſus *cap.* 14. Ὀφείλουϛι δὲ ἀεὶ ποιεῖν οἱ δήμαρχοι τὸ δοκῶν τῷ δήμῳ, κ᾽ μάλιϛα ϛοχάζεσθαι τῆς τύτε βουλήσεως. *Tribunorum porro ſunt partes, id ſemper exeqi qod populo videbitur, ejuſqe voluntati ſeſe accommodare.* Marcus ipſe *l.* 3. §. 11. Τῦ καθ᾽ ἀξίαν συνεϛοχάζομαι. *Simul rationem habeo cujuſqe pro exiſtimatione ſua.* & *l.* 10. §. 6. ϛοχάζομαι τῶν ὁμογενῶν. *Cognatorum mihi rationem habeo.* & *l.* 8. §. 3. ἡ φύσις ἐϛόχασεν. *natura uniuscujuſqe rei rationem habet, curam gerit.*

Κηδεμονικῶς] *Sedulò, ſtudioſè, cum cura cautione qe benevolâ & amicâ.* Polybius ibidem. Τῦ μὲν ἐχθρῶς κ᾽ ἀναλλάκϛως, τῦ δὲ φιλικῶς κ᾽ κηδεμονικῶς ἔχοντος. *Hoc hoſtiliter & implacabiliter, illo amanter & benevole agente.* Inde oxymoron Clementis illud *Pædag. l.* 1. *c.* 8. Ἀλλ᾽ ἐδὲ ἀλλότριον τῦ σωτηρίου λόγου, κηδεμονικῶς λοιδορεῖσθαι. κ᾽ γὰρ κ᾽ τῦτο τῆς θείας φιλανθρωπίας φάρμακον. εἰ γὰρ ψέξαι χρή, κ᾽ λοιδορεῖσθαι δεῖ. *Sed neqe à ſalutari verbo eſt alienum, cum cura maledicere. Etenim hoc qoqe eſt medicamentum divinæ benignitatis. Si enim oportet vituperare, oportet etiam maledicere.* & *c.* 9. Νουθέτησις μὲν ὖν ἐϛι, ψόγος κηδεμονικὸς, τῦ ἐμπειϱικοῦ. *Eſt ergo admonitio, cum cura conjuncta vituperatio, qa mentis inſerit ſapientiam.* Facetè Alexis *Midone* (referunt Athenæus *l.* 15. & Euſtathius *ad Odyſſ.* ή.)

Ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνύχου περιπατεῖν
Τῆς νυκτὸς, ἤν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων.
Qi primus docuit cum laterna incedere
Noctu, digitorum egregius curator fuit.

Grotius.

Καὶ τὸ ἀνετλικὸν τῶν ἰδιωτῶν] *Facilitatem ergà privatos.* Xylander. parùm commodè. ἰδιῶται enim, homines *imperiti*, qalis plebs eſſe plerumqe ſolet. Sic Lucas *Act. c.* 4. *v.* 13. ἀγράμματοι κ᾽ ἰδιῶται. *Homines illiterati & idiota.* & Athenæus *l.* 4. *pag.* 176. *E.* ὁ εὐτελέσ[τατος] ἰδιώτης, προσίτι κ᾽ ἀναλφάβη[τος]. *Vilisſimus qiſque, & qi ne literarum elementa qidem didicerit.* Sed & Chaldæo Paraphraſtæ, & Judæis Doctoribus הדיוט iſtinc pro *vilis, plebejo, rudi, literarum imperito.* Talium imperitiam & ſtoliditatem *ſuſtinere* poſſe, artis lavdisqe eſt havd infimæ. Pythagoras apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 19. Μεγάλης ἐϛὶ παιδείας, τὸ ἀπαιδευϛίαν δύνασθαι φέρειν. *Magnæ eſt peritiæ, aliorum imperitiam poſſe ferre.* Vide *ſuprà* §. 8.

Καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν οἰομένων] Locus depravatus, & Xylandro conclamatus. Annotator Lugdunenſis, *Interpretor*, inqit, *ut ea ſpectare non cuperem, qa opinione tantùm conſtant.* Οἴεσθαι enim eſt opinari. Eſt reverâ; ſed οἰόμενα pro *opinabilibus* vix, opinor, qiſqam admiſerit. Addit idem; *Vel, ut ſpectare non cuperem eos qi magnificè de ſe ſentiunt.* οἴημα enim & οἴησις apud *Plutarchum, Laertium, & Dionyſium* *ſignificat præſumptionem & ἔπαρσιν.* Mericus Caſavbonus. Τῶν οἰομένων nomine τὰς ἰδιώτας deſignari exiſtimat. idemqe hîc de Sexto prædicare Marcum, qod Epictetus *Enchir. c.* 68. hiſce verbis præcepit; Μὴ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις πρὶ τῶν θεωρημάτων. *Ne apud imperitos multum diſputes de præceptis.* Qod genus vitii notans Cicero *de Orat. l.* 2. *Omnium avtem*, inqit, *ineptiarum, qa ſunt innumerabiles, havd ſcio an ulla ſit major, qàm illorum, qi ſolent qocunqe in loco, qoſcunqe inter homines viſum eſt, de rebus, avt difficillimis, avt non neceſſariis argutiſſimè diſputare.* Verùm id mihi animo inſidere neqit, cùm in clavſula proximè antegreſſâ τῶν ἰδιωτῶν meminerit; nec veriſimile videatur Marcum de eiſdem prorſus agentem, verbulo tantùm unico interjecto, vocabulum alterum uſurpâſſe voluiſſe. Sed nec ex ipſis verbis, prout exhibentur, qî elici poſſit iſte ſenſus, intelligo. Clariſſimus Salmaſius, οἱ ὀιόμενοι *ſunt*, inqit, *qi res τῇ ὀιήσει, i. opinione tantùm metiuntur. notum illud, Sapientis non eſſe dicere, Non putabam. non tantùm ſic delicta ſua multi excuſant ac defendunt, ſed etiam τὸ putabam in multis aliis locum habet. Putabam ſic rem caſuram, avt non putabam. Puto tamen locum hunc non vacare vitio. legendum fortaſſe, κ᾽ τὸ ἀνετλικὸν τῶν ἰδιωτῶν, κ᾽ τῦ ἀθεωρήτου τῶν ὀιομένων. i. e. Qi facilè ferret idiotas ac rerum imperitos; ſed & inconſiderationem eorum, qi leviter res perpendunt, & ſolam οἴησιν pro attentione & diſtrictiori examinatione afferunt.* Conjecturam meam adjicere licuerit, à D. Salmaſii veſtigiis pavlùm admodum deflectendo, à ſenſu nihil, legerim, κ᾽ τῶν ἀθεωρήτως ὀιομένων, *eóſqe qi citra conſiderationem opinantur, & de rebus qibusvis temerè ſtatuunt.*

Καὶ τὸ πρὸς πάντας εὐάρεστον] Qod de ſe Apoſtolus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 9. *v.* 20. Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω. τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω. τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος (μὴ ὢν ἄνομος Θεῦ ἀλλ᾽ ἔννομος Χριϛῦ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους. ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάν[τ]ως τινὰς σώσω. *Factus ſum Judæis ut Judæus, ut Judæos lucri facerem: iis qi ſub lege ſunt, ut ſi eſſem ſub lege, ut eos qi ſub lege ſunt; lucri facerem: exlegibus ut exlex (non tamen exlex Deo, ſed Chriſto ſub lege) ut lucri facerem exleges: factus ſum infirmis ut infirmus, ut infirmos lucri facerem: omnibus factus ſum omnia, ut omnino aliqos ſervarem.* & *c.* 10. *v.* 33. Πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. *Per omnia omnibus placeo, non qærens meam ipſius utilitatem, ſed multorum, ut ſerventur. In licitis omnibus nimirum omnibus placere & ſatisfacere ſatagebat; omnia factus omnibus; non amittendo fidem, ſed oſtendendo pietatem.* Gregorius Romanus *paſtor. l.* 2. *c.* 5. & *regiſt. l.* 1. *Ep.* 24. *Compaſſione miſericordia, non ſimulatione fallaciæ.* Auguſtinus *ad Hieron. Ep.* 1. *Nunc ad licita condeſcendens, nunc à licitis ſe cohibens: nunc moralia docens, nunc myſtica diſſerens.* Gilbertus *in Cant. Serm.* 27. qi videndi ulteriùs in locis adnotatis: ſed & Ireneus *adverſus Valent. l.* 3. *c.* 5, & Oecumenius ex Chryſoſtomo, Theodoreto, Photio, aliisqe *in Ep.* 1. *ad Cor. c.* 9. Eſtqe ſanè ars qædam, nec contemnenda, nec obvia paſſim, eóqe lavde dignior, qò plerumqe rarior comparet, accommodandi ſeſe gnaviter citra decori leges imminutas qibuſcunqe, ad ipſorum, qibus id datur, emolumentum procurandum, offenſionémve declinandam. qam & Marco *indulgentiæ* nomine tributam à Capitolino cenſet Cl. Caſavbonus, & εὐαρμοσίαν τῶν τρόπων interpretatur ex Platone *de Repub. l.* 3. Cæterùm iſta degenerat, & in vitium devergit, ubi in mores ſe induit, qæſtusqe vel blanditiæ cavſsâ adhibetur. qod genus hominum nunc chamæleonti aſſimilatur, qi *colorem ſubinde mutat, redditqe qemcunqe proximè attingit.* Plinius *l.* 8. *c.* 33. & Solinus *c.* 43. Ità Plutarchus *de adulat. pag.* 51. *D.* Ὥσπερ τῶν θηρίων, ὅσα πέφυκε τὴν χρόαν τρέπεσθαι, συναφομοιῦται τοῖς ὑποκειμένοις σχήμασι καὶ χωρίοις, ἀλλοίοις χρώμασι, κἠτοι οἰκείοις, κοσμούμενος. *Sicut & animalia ea, qæ colorem mutandi facultate pradita, ſubjecta materia ac locis aſſimilantur, alienis coloribus atqe figuris proprietorum ob inopiam ornatus.* nunc polypo; qi & *colorem mutat ad ſimilitudinem loci.* Plinius *l.* 9. *c.* 29. Ὅσα τὴν χροιὰν, οἷς ἂν πλησιάσῃ, πίτραις ὁμοιᾶν. *Sis enim colorem mutat polypus, ut eum ſimilem faciat cujuſvis ſaxi colori, ad qod accedit.* Plutarchus *Natur. Qæſt.* 19. Vide & Luciani *dialog. marin.* 5. indè Pindarus apud Plutarchum *Natur. Qæſt.* 19. & *de Animal. ſolert. pag.* 978. *D.* ab eodem adductus. Πουλύπε θηρὸς χρωτὶ μάλιϛα νόον προσφέρων, πᾶσιν πολίτοισιν ὁμιλεῖ. *Marinæ beſtiæ colori adverte mentem, & ſic vaſer omnibus verſare in urbibus.* ubi forſan tamen legendum, ὁμίλει. ut præcepti monitive rationem habeat; qale & Theognidis illud. eidem cùm ibidem, tum & περὶ πολυφιλίας, lavdatum:

Πολύποδ᾽ ὃν νόον ἴσχε πολυχρόου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ περ ὁμιλήσῃ, τοῖος᾽ ἐδεῖν ἐφάνη.
Polypodis ſac morem imiteris verſicoloris:
Cui ſubsit is, ſemper ſit ſimilis, lapidi.

qæ

mnem ſvavitate vicerit, in veneratione tamen eiſdem ipſis eodem ipſo tempore non minùs extiterit. adhæc dilucidam ac methodicam cùm inventionem, tum & diſpoſitionem, decretorum ejuſmodi, qæ ad vitam rectè inſtituendam conducerent. qódqe nec incundiæ, nec perturbationis aliûs alicujus, indicium exhibebat; ſed cum affectibus immunis prorſus exiſteret, ad affectum genuinum erat tamen propenſiſſimus: favere promptus, ſed ſine ſtrepitu: variéqe, citra oſtentationem, eruditus.

ηγεσέρχη εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ, ἀιδεσιμώτατον ὄ αὐτοῖς ἐκείνοις παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸ καίριον εἶναι. καὶ τὸ καταληπτικῶς καὶ [c] ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. καὶ τὸ μηδὲ ἐμφαίνειν πῶς ὀργῆς, ἢ ἄλλας τινὰς πάθας ἔχειν, ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα ὄ φιλοστοργότατον. καὶ τὸ εὔφημον, καὶ τοῦτο ἀψοφητί. καὶ τὸ πολυμαθὲς [d] ἀνεπιφάντως. c L. 3. §. 11. & l. 5. §. 25. & l. 6. §. 17. 26. d Sup. §. 7. & l. 7. §. 67. & l. 9. §. 29.

§ 10.

ANNOTATIONES.

qæ in Theognidis tamen, qas nunc habemus, *elegiis* aliter pavlò ſic concipiuntur,

Πολύπε ὀργὴν ἴσχε πολυτρόπε, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖσ' ἰδεῖν ἐφάνη.

Qam lectionem ſecutus eſt, qi in Philoſtratum Ægyptium, Philoſtrato Lemnio referente in *vit. Sophiſt. l.* 1. *pag.* 491. per παρῳδίαν iſtud tranſtulit;

Παυσόφε ὀργὴν, ἴσχε Φιλοστράτε, ὃς Κλεοπάτρῃ
Νῦν προσομιλήσας, τοῖσ' ἰδεῖν ἐφάνη.
Docti corda Philoſtrati habe: namqe hic Cleopatræ
Converſans, talis viſus adeſſe ſuis.

At contrà Phocylides *n.* 45.

Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβε.
Neqe ut ſaxis adhærens polypus in loco muteris.

Eóqe Tragicus apud Athen. *l.* 7. *pag.* 318. *E.*

Στυγῶ μεταλλακτῆρα πολύπου χροός.
Odi mutantem colorem polypum.

Qin & de viro verè bono Gregorius Nazianzenus *Orat.* 27. *pag.* 472. *B.* Ὥστε θεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ τῷ Θεῷ δύνασθαι λίγων, Ἐγὼ δὲ ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. Ὅλον μεταποιηθήσεται, ὑδὲ μετατεθήσεται, ὑδὲ συμμεταπεσεῖται τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλ' γινόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὥσπερ τὰς τῶν πετρῶν οἱ πολύποδες, αἷς ἂν ὁμιλήσωσι. *Adeo ut divinum aliqid ſentiens, his qoqe Dei verbis uti poſſit, ego idem ſum & non mutor. Qamobrem nec ab animo ſuo migrabit, nec immutabitur, atqe à ſe deſciſcet, nec cum temporibus ac rebus collabetur, alias alios mores induens, ac novos ſubinde colores aſſumens, non ſecus ac polypi petrarum, ad qas acceſſerint, colores reſerunt.* Verùm nulla imago vitioſum iſtud τῶν κολάκων καὶ ἀρέσκων τὸ ἐυάρμοστον depingat meliùs, qàm Plutarchi illa *lib. de adulat. pag.* 52. *A.* ab aqis deſumpta, qæ per fluxilem labilémqe, qam obtinent, naturam, vel vaſis cujuslibet concipientis, vel corporis immerſi cujusvis, figuram confeſtim induunt. Ὁ δὲ κόλαξ, inqit, ἅτε δὴ μίαν ἑστίαν ἢ δῶας οὐκ ἔχων μόνιμον, ὑδὲ ἑαυτῷ βίον ζητῶν αἱρετὸν, ἀλλ' ἑτέρῳ καὶ πρὸς ἕτερον πλάττων καὶ προσαρμόζων ἑαυτὸν, ὑχ ἁπλῶς, ὑδὲ εἷς, ἀλλὰ παντοδαπός ἐστι καὶ ποικίλος, εἰς ἄλλον, ἐξ ἄλλου τύπου, ὥσπερ τὸ μεταιρόμενον ὕδωρ, περιῤῥέον ἀεὶ καὶ μεταρχηματιζόμενος τοῖς ὑποδεχομένοις. *At vero adulator ſtabilem nullam cum habeat ſuorum morum ſedem, neqe certum aliqod vivendi delegerit genus ſibi qod placeat, ſed qod alteri ſeſe effingat atqe accommodet: non ſimplex eſt avt unius modi, ſed varius ac multiplex, ex alia in aliam ſubinde formam tranſiens: qo modo aqa deſluens ſubinde mutatur ad formam eorum in qa incidit.* Vide *ad l.* 5. §. 36. & *l.* 7. §. 43.

Κολακείας μὲν πάσης προηνεσέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ] Qod de Dexippo Sophiſta (opinor) apud Svidam in σεμνόν neſcio qis: Ὁ αὐτὸς σεμνότατος ὢν καὶ σπουδαιότατος, ὅμως ἐπίχαρις ἦν ἐν ταῖς ὁμιλίαις, ὑδενὸς ἧττον τῶν ἐπὶ χάριτι θαυμαζομένων. *Idem qamvis eſſet graviſſimus, & rerum ſeriarum ſtudioſiſſimus, jucundus tamen erat in congreſſibus, nec ulli cedebat eorum, qi comitatis laude florebant.*

Ἀιδεσιμώτατον δὲ αὐτοῖς ἐκείνοις] De Bruto Cicero in *Oratore* §. 35. *Admirabilis fama virtutum incredibiltium, qæ ſpecie diſpares, prudentiâ conjunguntur. Qid enim tam diſtans, qàm à ſeveritate comitas? qis tamen unqam te avt ſanctior eſt habitus, avt dulcior? qid tam difficile, qàm in controverſiis dijudicandis ab omnibus diligi? conſeqeris tamen, ut eos ipſos, qos contra ſtatuis, eqos placatósqe dimittas. ità efficis, ut cùm gratia cavſſâ nihil facias, omnia tamen ſint grata, qæ facis.* De Agricola Tacitus: *Nec illi, qod eſt rariſſimum, avt facilitas avtoritatem, avt ſeveritas amorem deminuit.* Et Seneca *de beat. c.* 8. *Virum ſapientem* ait fore, in his qæ agit, *cum comitate magnificum.* De Marco pariter Capitolinus. *Philoſophia ſerium & gravem reddidit: non tamen prorſus abolità in eo comitate, qam præcipuè ſuis, mox amicis, atqe etiam minùs notis exhibebat.*

Καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν] formula Marco noſtro admodum familiaris; *qi certâ ratione methodóqe* aliqid inſtitutum deſignatur. ità ὁδῷ ὑπολαμβάνειν, *recta methodo opinari. l.* 5. §. 34. &, ὁδῷ περαίνειν, *recta pergentem perficere. l.* 6. §. 26. &, ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἐλέγχειν, *expeditè verèqe diſcutere. l.* 3. §. 11. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 16. Deum ait dediſſe nobis τὴν δύναμιν τὴν παρακολουθητικὴν τούτων, (externa vult) καὶ ὁδῷ χρηστικήν, *facultatem harum rerum intelligentem, & utendi ratione inſtructam.* Ariſtides *palinod. in Smyrn. Tom.* 1. *pag.* 470. Πάντα δὲ ὥσπερ ὁδῷ κεχωρηκέναι φαίνεται. *Qid qod omnia qaſi viâ qadam videntur proceſſiſſe?* Apud Plutarchum *de Commun. Notit. Præfat. pag.* 109. *A.* Stoici qidam Arceſilaum Academicósqe appellant, λυμεῶνας τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δογμάτων ὁδῷ βαδιζόντων ἀνατροπέας, *corrupteles everſoresqe philoſophiæ, decretorumqe ordine procedentium.* Zeno Cittieus apud Laërt. *l.* 7. *c.* 156. Τὴν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν. qod Cicero de Nat. Deor. *l.* 1. *Naturam eſſe ignem artificioſum ad gignendum progredientem viâ.* & *ibid. c.* 47. χωρίς τε αὐτῆς (de Dialectica loqitur) εἰκεῖναι ὁδῷ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι, *eâ remotâ non licere rite interrogare atqe reſpondere.* ubi Caſavbonus ὁδῷ. i. *viâ & ratione*, ut ſolet loqi Cicero. Sanè *viam* & *rationem* conjunxit Cicero in *Verrin.* 2. *viam* & *artem* in *Bruto.* Sed & in *de finib. l.* 2. qi eſt locus huic geminus; *Omnis in qærendo, qa viâ qadam & ratione habetur oratio*, &c. Confirmat avtem iſtinc Rualdus in *Plutarchi vitas.* Sextum iſtum non eſſe Empiricum illum, qi diſciplinas omnes oppugnatum & everſum ibat.

Μηδὲ ἐμφαίνειν πῶς] qod Cicero *de fato. ut nemo in eo libidinis veſtigium viderit.* de Stilpone Megarico loqitur.

Ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον] Ita ſcilicet exemplo ſuo oſtendit, Sextus, qod Seneca *de Clement. l.* 2. *c.* 5. *Secta Stoicorum, licet apud imperitos malè audiret tanqam nimis dura, nullam beniguiorem lenioremqe eſſe, nullam amantiorem hominum.* poſſéqe φιλοστοργίαν uberrimam etiam cùm ſumma ἀπαθείᾳ conſiſtere ſimul. Infandum interim facinus ac ridiculum patravit editor bonus ille Lugdunenſis, qi ἀπεχθέστατον pro ἀπαθέστατον nobis hoc loco ſuppoſuit. dignúmqe patellâ operculum adjecit Annotator, cùm ἀπεχθὴς, qod propriè *odioſum* ſignificat, hîc *odio vacuum* deſignare adnotavit. cum lectionis genuinæ hominem monere poſſet adjecta interpretatio. res ſcilicet admiratione digna fuerit, eſſe hominem eundem & odio vacuum & ad amorem propenſum. Verùm ut idem & affectuum perturbationibus cum maximè immunis, & ad amorem genuinum interim propenſiſſimus exiſteret, miraculi propè loco haberi poterat. Siqidem ut vulgato dicterio dici ſolet,

Amare & ſapere vix Deo conceditur.

Τὸ εὔφημον, καὶ τοῦτο ἀψοφητί] *qod benè paſſim avdiret, idqe ſine ſtrepitu.* qum *nec ipſe* ſcilicet *ſibi plavderet*, ut de Tacito Plinius *l.* 9. *Ep.* 14. & aliorum plavſus etiam nihil moraretur, ſed ſupprimeret potiùs, qod de Servatore noſtro Matthæus *c.* 9. *v.* 30. & Lucas *c.* 5. *v.* 14. Contrà qàm Cicero, qi cùm elogia & encomia ab aliis ſedulò avcupabatur, & ſolicitè emendicabat, tum & ſuas ipſe lavdes aliis qibusqe materiis intercalares ſubinde facere geſtiebat. qàm Creſcens Cynicus, qem Juſtinus *Apolog.* 1. *pag.* 46. *E.* non φιλόσοφον, ſed φιλόψοφον, καὶ φιλόκομπον, *non philoſophum, ſed ſtrepitus populàris & inſolentis arrogantia amatorem* vocat. qanqam uſu venit ferè, ut qod de Agricola Tacitus, *ipsâ diſſimulatione fama fama fiat avctior.* qod & Chriſto Domino contigiſſe monent Matthæus *ibidem v.* 31. & Lucas *c.* 5. *v.* 15. De Catone Saluſtius in *Catilin. Eſſe, qàm videri, bonus, malebat: ità, qò minùs gloriam petebat, eò magis adſeqebatur.* Atqe hoc ſenſu τὸ εὔφημον iſtic interpres uterqe accepit, ac ſi τὸ εὔφημον idem qod τὸ εὔδοξον eſſet. in qorum & ego ſententiam lubens concederem, ſi τὸ εὔφημον uſpiam ità uſurpatum occurreret. Verùm cùm pro *faventia*, id eſt, favſtâ expetitione, avt honorificâ exiſtimatione, externis indiciis palam factâ, qæ ſolet aliis exhiberi, freqentiſſimè adhibeatur, nec hîc ſecùs à Marco ſumptum exiſtimem, eò magis, qia *infr.* §. 13. ità prorsùs accepit. itaqe verterim, *favere promptum, ſed ſine ſtrepitu.* ut medium qendam affectum, candidum moderatúmqe ſimul, deſignet, qalem in avditore Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν *p.* 44. *A. B.* deliderat: μήτε ἄτεγκτον καὶ ἀτενῆ, οἰήματος ὑπόπλεω μεσὸν, μήτε ὀφρῦν κατὰ σχῆμα κινοῦντα, μήτε φωνὴν εὐγνώμονος μάρτυρα φιλησοΐας προϊέμενον, ἀλλὰ σιγῇ καὶ βαρύτητι καταπλάττοντα καὶ σχήματι μῷ θηρώμενον δόξαν ἐυσεβοῦς καὶ βάθος ἔχοντος ἀνδρός. ὁδὲ ἀναστὰς αὖ πάλιν ἐλαφρόν τινα καὶ ὀρτικὸν, κατὰ ῥῆμα καὶ συλλαβὴν ἐφιστάμενον καὶ κεκραγότα. *Qi nullâ orationis parte movetur avt delinitur, repletus faſtu qodam invidiâ ſuffuſo: qi neqe ſupercilium pro decore movet, neqe ullam emittit vocem, qæ eum animo aqo avdire teſtetur: qi in alteram partem curvis voci avt ſyllabæ inſiſtens acclamat, levis qidam homo & avicularum ſimilis.* qi nec aliis lavdem meritam deferre, ubi occaſio datur, detrectat, & eandem tamen exhibet ſine partium ſtudio, ac ſine contentione avt vociferatione minùs decorâ. Horum avtem ſenſuum optionem liberam ego lectori relinqo.

Τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάντως] *absqe oſtentatione.* cui contrarium τὸ φαντασιοπλήκτως ἐπιδείκνυσθαι, *præbere ſpeciem ad ſtuporem & admirationem*, καὶ ἐπιτηδύειν φαίνεσθαι. & *hoc*

§ 10. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ, τὸ ἀνεπίπληκτον. καὶ τὸ [e] μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ βαρβάρου, ἢ σόλοικόν τι, ἢ ἀπηχὲς προενεγκαμένου, ἀλλ' ἐπιδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, προφέρεσθαι, ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως, ἢ συνεπιμαρτυρήσεως, ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, οὐχὶ περὶ τοῦ ῥήματος, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς τοιαύτης ἐμμελοῦς παρυπομνήσεως.

e Inf. §. 16. & l. 11. §. 13. 18.

§ 10. Ab Alexandro Grammatico, increpationibus abstinere; nec probrosè excipere, si qis barbarum qid, vel solœcum: vel absonum protulerit, sed illud tantum, qod dici debuerat, dextrè proponere; idque sub specie vel respondendi, vel calculum dictis contribuendi, vel de re ipsa, non avtem de dictione, unà dispiciendi, vel aliam aliqam istiusmodi scitam, sed qæ obliqè facta sit, commonefactionem.

§ 11. Παρὰ Φρόντωνος, τὸ ἐπισῆσαι, οἷα ἡ τυραννικὴ βασκανία, καὶ ποικιλία, καὶ ὑπόκρισις.

§ 11. A Frontone, ut scirem, qæ invidentia, versutia, simulatio tyrannidem consequatur: qodqe

ANNOTATIONES.

affectare, ut noster *suprà* §. 7. & *infrà* §. 16. τὸ ἐπιδεικτιᾶν καὶ φαντιᾶν, ut Casavbonus, qi videndus ad illa Persii *Sat.* 1. *v.* 27.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulcrum est digito monstrari, & dicer, Hic est.

id est, δακτυλοδεικτεῖσθαι. ut Philo loqitur. Seneca *Epist.* 16. *Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum.* Vide *suprà* §. 8. τὴν ἐμπειρίαν, &c.

§ 10. Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ] *Usus prætereà Grammaticis, Græco, Alexandro*, &c. Capitolinus. De Alexandro isto vise sis in eundem Aristidæ Sophistæ *sermonem epitaphium.*

Τὸ ἀνεπίπληκτον] De Alexandro Aristides. Μόνῳ δὲ ἰδιώτας τε οὐκ ἤλεγχε, καὶ παρὰ τοῖς δεξιοῖς εἰς τὸ πρῶτα ἐθαυμάζετο. *Imperitos solus non redarguebat, sed ingenii dexteritate præditos primùm mirabatur.*

Μὴ ὀνειδιστικῶς] Ità *l.* 11. §. 13. τὸ παροράμενον δεῖξαι, οὐκ ὀνειδιστικῶς. *Errorem ostendere, neqe id contumeliosè.*

Παρυπομνήσεως] Qalem Socratis disciplinam lavdat Plutarchus *de Adulat. & Amic. pag.* 72. *A.* Ὃς ὥσπερ ἀτρέμα τοὺς νέους ἤλεγχεν, ὡς μηδ' αὐτὸς ἀπηλλαγμένου ἀμαθίας, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων οἰόμενος δεῖν ἀρετὴν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ζητεῖν τὸ ἀληθές. *Is pavllatim adolescentes ita redarguit, seipsum qoqe non vacare insciția simulans, sed una cum illis se debere virtuti operam dare, & veram qærere confitens.* Et *Platonic. Qæst.* 1. Δοκῶν ζητεῖν κοινῇ τὴν ἀλήθειαν. *Qia videbatur una qærere veritatem.*

§ 11. Φρόντωνος] *A Frontone*; qem cur *Frontinum* hic Mericus Casavbonus vocare maluerit, nescio. aliter enim constanter historici omnes. Et Frontinus Rhetor Alexandri, qi post Marcum diu vixerat, præceptor fuit. De Marco Capitolinus: *Oratoribus usus est, —Latino, Frontone Cornelio: —Cui & statuam in Senatu petiit.* & Dio *l.* 71. *pag.* 815. *B.* Ἐν τοῖς ῥητορικοῖς τὸν Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον. *In rhetoricis Cornelium Frontonem.* qem eundem & *l.* 69. *pag.* 796. *A.* idem hoc elogio ornat; ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος. *Qi in agendis causis Romæ primum locum obtinebat.* Et Panegyrici Maximiniano dicti avtor; *Fronto Romana eloqentia, non secundum, sed alterum decus.* ut Ciceroni, qem primum omnes agnoscunt, non secundum sed parem velit. A *gravitate* lavdat Sidonius *l.* 4. *Ep.* 3. qi & *Marcum Frontonem* appellare videtur, *l.* 8. *Ep.* 10. cum tamen *Marci Frontonis* alterius, *viri Consularis*, memineret Gellius *l.* 2. *c.* 26. qi eodem tempore vixerit, nec nostro interim tacito, qem *Frontonem Cornelium*, qasi ab altero illo distingvendo, appellat, *l.* 19. *c.* 8. Eandem cum Sidonio *gravitatis* lavdem Frontoni huic tribuit & Hieronymus *Epist. ad Rusticum*: qo loco, falsus est Erasmus, (erroris ducem secutus forsan Joannem Sarisber. Policrat. *l.* 8. *c.* 14.) qod *Julium Frontonem*, cujus meminit Juvenalis *Sat.* 1. *v.* 12. & præter Juvenalem Tacitus *Histor. l.* 1. & 2. ab Hieronymo designatum censet. *Siccitatis* nomine notat Macrobius, vel apud Macrobium Evsebius, *Saturnal. lib.* 5. *cap.* 1. *Qatuor sunt*, inqit, *genera dicendi: copiosum, in qo Cicero dominatur; breve, in qo Salustius regnat: siccum, qod Frontoni adscribitur: pingve & floridum, in qo Plinius secundus qondam, & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.* Dignitate Consulari à Marco fuisse ornatum, avtor est Avsonius in *Grat. Act. Gratian.* Ex Frontonis ad Marcum Imperatorem epistolâ (uti videtur) sive oratione aliqâ, citat hæc Charisius *Instit. Grammat. l.* 2. *Mihi satis abundeqe honorum est, qos mihi cotidiano tribuis.* Nec illud omissum velim, videri Frontonem hunc adversus Christianos vel scripsisse, vel egisse, ex Minutio Felice, cujus hæc in *Octavio* verba; *Sic de isto & tuus Fronto, non ut affirmator, testimonium fecit; sed convicium, ut orator, aspersit.*

Ἐπισῆσαι] *ut scirem.* Xylander. potiùs *ut considerarem, animadverterem.* est enim ab ἐφίστημι, non ab ἐπίσταμαι. Vide *suprà* §. 6. ἀπιστητικόν.

Οἷα ἡ τυραννικὴ βασκανία, καὶ ποικιλία, καὶ ὑπόκρισις] Polybius *Hist. l.* 2. *c.* 59. Αὐτὸ γὰρ τὸνομα [τὸ τυράννου] περιέχει τὴν ἀσεβεστάτην ἔμφασιν, καὶ πάσας περιείληφε τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδικίας καὶ παρανομίας. *Nam ipsum tyranni nomen summæ impietatis significationem conjunctam habet; injurias scelerague omnia complectens, qæ inter homines solent versari.* Thyestes apud Senecam:

Ut nemo doceat fraudis & sceleris vias,
Regnum docebit.—

A &,

Ubicunqe tantùm honesta dominanti licent,
Precario regnatur.

&,

—sanctitas, pietas, fides,
Privata bona sunt: reges, qà volunt, eant.

Scilicet, ut idem *Agamemn.*

Id esse regni maximum pignus putant,
Si qicqid aliis non licet, solis licet.

& Lepidus apud Salustium. *Omnia retinenda dominationi honesta esse.* Cæterùm regnum illi cùm dicunt, tyrannidem intelligunt. Qm enim, ut Aristoteles *Polit. l.* 1. *c.* 2. Πρώτη καὶ θειοτάτη, ἡ βασιλεία. *Regnumqe res sit inter Deos hominesqe* (Ethnicum pro ritu suo loqentem habes) *pulcerrima.* Livius *l.* 2. unde & Plato *Polit.* 9. *pag.* 731. *E.* pronunciat, ὡς παντὶ δῆλον, ὅτι πόλεως τυραννουμένης μὲν οὐκ ἔστιν ἐλευθερία, βασιλευομένης δὲ οὐκ εὐδαιμονεστέρα. *Inter omnes sane constat, nullam civitatem tyrannide pressa esse miseriorem: nullamqe rege gubernata esse beatiorem.* nihil mirum, si (qod Polybius *l.* 6. *c.* 2.) συμψευδέντας καὶ συγχωνηθέντας πάντες οἱ μόναρχοι, καθ' ὅσον οἷοί τ' εἰσὶ, τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι. *Omnes qi dominantur soli, qantum fieri ejus potest, regnum ementiuntur, eoqe utuntur nomine.* si inqam, *monarchæ qivis*, tyranni qoqe qantum possunt, *ementito regni nomine abutantur.* Inter *tyrannum* interim, *regémqe* justum qantum interest, nemo meliùs Dione Prusæo docebit, *oratione* qæ *de Regno* est. 1. & 3. & qæ est *de tyrannide*, 6. cui Synesium adjungere licet *lib. de Regno.* & è recentioribus Erasmum in *institutione principis Christiani.* Sed nec tyrannum qisqam accuratiùs depinxerit, qam Plato id præstitit, *Politic. l.* 8. & 9.

Βασκανία] *tyrannicam invidentiam* dicit; sive qâ illis invidetur. De qa Statius *l.* 5. *Sylv.* 1.

Qisnam impacatâ consanguinitate ligavit
Fortunam invidiámqe Deus?—

Et in eandem ferè mentem Tragicus in *Theb.*

Simul ista mundi conditor posuit Deus,
Odium atqe regnum.

Et Attius apud Ciceronem *Offic. l.* 3.

Multi iniqi atqe infideles regno, pavci sunt boni.

Unde Lycus apud M. Senecam *Herc. fur.* 2. 2.

Ars prima regni est, posse te invidiam pati.

& de Dionysio Siculo tyranno, Corinthi agente, Justinus, *l.* 21. *Laborabat invidiam præteritorum, contemptu præsentium demere; expertus, qàm invisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina.* Sive etiam ipsam *tyrannorum invidentiam*, qâ illi cùm sese invicem invisos, tum & bonos qosvis etiam exosos, habent. Siqidem ut Clavdianus *de Honor. Coss.* 4.

—Sors ista tyrannis
Convenit, invideant claris, fortésqe trucident.

Ὑπόκρισις] *Hyprocrisin* dicit *tyrannicam*, qâ illos cum primis diligere & in pretio habere se simulant, qos qàm maximè oderunt. Tiberius, de qo ampliùs *infrà* ad §. 14. *nullam, ut rebatur, ex virtutibus suis magis qàm dissimulationem diligebat.* Tacitus *Annal. l.* 4. De Domitiano itidem Cassius *l.* 67. *pag.* 759. *B.* Ἄνθρωπον ἐφίλησε μὲν ἀληθῶς οὐδένα, πλὴν γυναικῶν τινων. ἐπλάττετο δὲ ἀγαπᾶν ἀεὶ, ὃν ἀεὶ μάλιστα ἀποσφάξαι ἤθελεν. *Neminem unqam verè & ex animo dilexit, præter paucas mulieres: qanqam eum se diligere simulabat, qem maximè interfectum cupiebat.* de qo eodem & eundem videas *ad l.* 10. §. 17. Exempla, qibus id comprobatum dederit, habes apud Svetonium *l.* 12. *c.* 11. Sed & qâ cuncta *simulare ac dissimulare* solenne habent, ubi id è re sua esse putant. De Alexandro 6. Pontifice Romano, filióqe ejusdem Valentino, (qem Nicolaus Machiavellus tanqam exemplar Principibus imitatu dignissimum proponit, *de princip. c.* 11.) tradit Gvicciardinus, *Hist. l.* 6. adeò simulatione ac dissimulatione celebres, sive infames potiùs, fuisse, ut qasi proverbiali dicterio vulgò jactaretur, *Pontificem nunqam qod diceret, facere; Valentinum nunqam qod faceret, dicere.* Nec aliunde illud Sigismundi Cæsaris effatum; *Nescit regnare, qi nescit dissimulare.* Æneas Sylvius *in Panorm. l.* 1. Elegantissimè vir illustrissimus Daniel Heinsius *Herode Act.* 2. *Sc.* 2.

Non tot recessus abditos æther habet,

Non

qódqe ut plurimùm qi patricii nobis nuncupantur, ab affectu genuino alieniores exiſtant.

§ 12. Ab Alexandro Platonico, nè crebro, néve niſi neceſſitate adactus, avt dicto avt ſcripto ſignificem alicui, non vacare me: néve hoc modo ſub negotiorum diſtinentium prætextu officia ea, qæ vitæ hujus neceſſitudo à nobis exigit, ſolens deſeram.

§ 13. A Catulo, ne inſuper haberem amicorum qerimonias, etiamſi ratio earum nulla ſubeſſet, ſed in ſtatum ipſos priſtinum reſtituere anniterer: ut præceptores promptè impenséqe prædicarem; qod de

κὴ ὅτι ὡς ἐλάχιστοι οἱ καλούμενοι ἔτοι περὶ ἡμῖν εὐπατρίδαι, [f] ἀσοργότεροί πως εἰσί. f Inſ. §. 13.

§ 12. Παρὰ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πλατωνικῷ, τὸ μὴ πολλάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρός τινα, ἢ ἐν ἐπιστολῇ γράφειν, ὅτι ἄσχολός εἰμι. μηδὲ ἀφ' ὁτουδήτινος τοιούτου τρόπου συνεχῶς ὠδημιεῖσθαι τὸ κῦρ ἐκ τῶν πρὸς τοὺς συμβιοῦντας χρείας καθήκοντος, περιβαλλόμενον [h] τὰ περιεστῶτα πράγματα. g L. 3. §. 1. & l. 8. §. 27. & l. 11. §. 18. h Inſ. §. 15. & l. 6. §. 11.

§ 13. Παρὰ Κατύλλῳ, τὸ μὴ ὀλιγώρως ἔχειν φίλῳ αἰτοῦντι τι, καὶ τύχῃ ἀλόγως αἰτοῦντος, ἀλλὰ πειθόμενον καὶ ἀποκαθιστάναι ἐπὶ τὸ σύνηθες. κὴ τὸ περὶ τῶν διδασκάλων ἐκθύμως ἔχειν εὐφημον, ὅτι καὶ

ANNOTATIONES.

Non inferi, non terra, non totum mare,
Qot avla, qam deſerta vis recti fugit:
Impervia aliis ſemper eſt, ſemper ſuis.

Huic & ὑπόκρισιν αὐλικὴν, *avlicam ſimulationem*, illam adjicere licet, καθ' ἣν (inqit Julianus *Epiſt.* 12. expertus ipſe forſan, nec ejusdem expers, ejeret licèt, qm Baſilium eâ ipsâ blandè compellet & ad ſe invitet, qem non poterat non odiſſe) ἐπαινοῦντες, μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον οἱ τὰς πολεμιωτάτας. *Qâ qi laudant, majore odio proſequuntur qàm inimiciſſimos.* & Polybius, *Hiſt. l. 4. c. 87.* Καινὸς γὰρ δή τις ἔτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τὰς πόλεις. εὑρηται δὲ μάλισα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακοηθείκεια καὶ βασκανία καὶ δόλος, ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τοιούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. *Novus enimvero calumniandi modus hic eſt inventus; cum non obtrectando, ſed laudando alicui nocetur: qa malignitas, invidia & fraus ab illis primò fuit excogitata, qi in avlis principum vitam degunt: ea eſt illorum hominum amulatio inter ipſos, ea avaritia.* Hoc eſt, qòd in *vita Agricolæ* Tacitus: *Peſſimum inimicorum genus, laudantes.*

Εὐπατρίδαι ἀσοργότεροι] De Tiberio Svetonius *l. 3. c. 52. Filiorum, neqe naturalem Druſum, neqe adoptivum Germanicum patriâ charitate dilexit.* Scilicet, ut Naſo *Metam. l. 2.*

Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur
Majeſtas & amor.

Certè qi iſtiuſmodi hominum æmulationes fœdas dirásqe, qas cum natura ſibi conjunctiſſimis exercuere, qarum prægnans eſt omnis omnium ætatum, omniúmqe gentium hiſtoria, animo recoluerit, oraculi vicem obtinere meritò cenſebit, qod à Frontone noſter hìc ſe accepiſſe profitetur.

§ 12. Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πλατωνικῷ] Plures hoc nomine tum philoſophos, tum Sophiſtas recenſet Svidas. Verùm noſter iſte an ex illis ſit, certò ſtatuere nullus habeo. Alexandri Cilicis Sophiſtæ inter cæteros meminit, de qo latiùs etiam Philoſtratus in *vit. Soph. l. 2. pag.* 568. qi πηλοπλάτων, *luteus Plato*, dictus fuerit. Platonem nimirum, ſi non dogmate, dictione ſaltem æmulatus videtur. unde declamantem ubi avdiverat qidam ex Herodis Attici Sectatoribus, τὸν μὲν πηλὸν εὑρηκέναι, *lutum invenisse* dixit, τὸν δὲ Πλάτωνα ζητεῖν, *Platonem verò qarere.* A Marco avtem accitum, *ab epiſtolis Gracis* eidem fuiſſe, avtor eſt Philoſtratus. qi & Favorini γνησιώτατον ἀκροατὴν extitiſſe eum ait. Favorinus avtem iſte in eorum albo cenſetur, qi & *philoſophi* ſimul & *ſophiſtæ* etiam habebantur. Fieri itaqe poteſt ut Alexander ille is ipſe ſit, qem hic Marcus *Platonicum* appellat. Meminit & Galenus *lib.* περὶ τῆς προγνώσεως *cap.* 5. Alexandri cujuſdam, qi eisdem temporibus Romæ vixerit, Damaſceni. Cæterùm iſtum ait γινώσκειν μὲν τὰ τοῦ Πλάτωνος, ἀλλὰ τοῖς Ἀριστοτέλους προσκεῖσθαι μᾶλλον, *noſcere qidem & Platonis ſcita, ſed Ariſtotelicis magis adhærere.* & φιλονεικείας nomine à plerisqe notatum. Ad priorem illum itaqe potiùs inclinaverim.

Ἡ ἐν ἐπιστολῇ γράφειν] non ineptè iſtud in Alexandrum illum conveniat, cujus operâ ad epiſtolas Marcus eſt uſus.

Ὅτι ἄσχολός εἰμι] Vide *ſuprà* §. 7. Ἄσχολος, ὁ μὴ εὐκαιρῶν. σχολὴ γὰρ ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ συνηθείᾳ εὐκαιρία. Ἄσχολος, *negocioſus, occupatus, ſolicitus, qi non habet opportunam, commodamqe negociorum conficiendorum occaſionem.* Σχολὴ enim (1. *ocium*) eſt ea, qa *in conſvetudine, communiter & vulgò vocatur* εὐκαιρία 1. *tempeſtivitas, opportunitas, commodum rei gerendæ tempus, occaſio.* Svidas. qi & hæc ipſe Marci ſubjungit. Cicero *ad Attic. l. 1. Ep. 11. Vereor, ne putidum ſit, ſcribere ad te, qàm ſim occupatus.*

Τὰ καλὰ τὰς πρὸς τὰς συμβιοῦντας σχέσεις καθήκοντα] Epictetus *Enchirid. c. 29.* Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι πυμμετρεῖται. *Officia ut plurimum pro relationibus & qalitatibus perſonarum* (qas invicem gerunt) *definiuntur.* σχέσεις avtem, ſive *relationes* & affectiones mutuæ, vel ſunt naturales, vel adſcitiæ. Epictetus *Diſſert. l. 3. c. 2.* Δεύτερός ἐστι τόπος, ὁ περὶ τὸ καθῆκον. ὃ δεῖ γὰρ μὴ εἶναι ἀπαθῆ, ὡς ἀνδρίαντα, ἀλλὰ τὰς σχέσεις τηροῦντα τὰς φυσικὰς καὶ ἐπιθέτους, ὡς εὐσεβῆ, ὡς υἱὸν, ὡς ἀδελφὸν, ὡς πατέρα, ὡς πολίτην. *Alter eſt locus officii. Neqe enim me immobilem ut ſtatuam eſſe decet, ſed affectiones tueri naturales & arceſſitas, ut hominem pium, ut filium, ut fratrem, ut patrem, ut civem.* qod idem habet

A & *lib. 2. cap. 14.* Cæterùm de his ampliùs vide ſis Simplicium in *Commentario ad Epicteti Enchiridium*, & Caſavbonum *ad Perſii Sat. 3. v. 70.* Sed & Marcum ipſum *infrà l. 8. §. 27. & l. 11. §. 18.*

Τὰ περιεστῶτα πράγματα] id eſt, ut Demoſthenes *Olynth. 1. pag. 5. C.* ἅτ' ἂν ἡμῖν περιστῇ τὰ πράγματα. *Ut ea res erunt, qa nobis evenient.* qæ avtem Marcus περιεστῶτα πράγματα, ea Plutarchus περιστατικὰ πράγματα dixit *de Superſtit. pag.* 169. *C.* Τοιαύτη μὲν ἐν τοῖς ἀβελτήτοις καὶ περιστατικοῖς λεγομένοις πράγμασι καὶ καιροῖς ἡ δεισιδαιμονία. βέλτιον δὲ ἰδὲ ἐν τοῖς ἡδίοσι τῆς εὐθετότητος. *Talis eſt ſuperſtitio rebus & occaſionibus voluntati* B *noſtræ non convenientibus & cum periculo conjunctis. Sed ne in jucundis qidem rebus præſtat impio ſuperſtitioſus.* Clemens ſimpliciter τὰ περιστατικά. Ità *Strom. l. 7.* τῆς ἀνδρείας, ſive *fortitudinis* munus inter cætera ſtatuit, τὸ περιστατικὰ ὑπομένειν, *caſus adverſos perferre.* & *lib. 4. pag.* 504. *B.* pios fæpenumero ad virtutis exercitium Deo permittente, τοῖς περιστατικοῖς περιπίπτειν, *in caſus adverſos incidere.* deniqe *lib. 4. p. 482. B.* ἐν μάλα τοῖς περισταικοῖς ἅπασιν οἷόν τε εἶναι καλῶς χρῆσθαι τὸν γνωσικόν. *Fortuitis omnibus eum, qi eſt cognitione præditus, rectè poſſe uti.* Galenus in *Hortat. ad art. c. 2.* περιστάσεις πραγμάτων dixit. Καὶν τῷ βίῳ μείζονι ναυαγίαι περὶ πολλὰς οἰκίας γιγνομένων, ἢ περὶ τὸ σκάφη παλαὶ θάλασσαν, οὐκ ὀρθῶς γινώσκουσός ἐστιν, ἐκτρέπειν ἑαυτὸν ἐν τοιαύταις περιστάσεσι πραγμάτων τυφλῇ δαίμονι, μηδ' αὐτῇ βεβαίως ἐστηριγμένῃ. *In vita, qum majora plerisqe familiis, qàm in mari navibus oberiantur naufragia, imprudentis eſt tot in adverſis negotiorum, caſibus cæca dea, ipſiqe hæud tuto ſtabilitæ ſeipſum credere.* Idem *de ſanit. tuend. l. 2. c. 1.* Πολλοῖς γὰρ τῶν ἀνθρώπων μετὰ περιστάσεως πραγμάτων ὁ βίος. καὶ βλάπτεσθαι μὲν ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτοῖς, ἀποστῆναι δ' οὐ δυνατόν. *Nam maxima pars hominum implicitam negotiis vitam agit: qos etiam ladi ab iis qæ tractant eſt neceſſe: nec tamen mutare conditionem licet.* inde βιὸς περιστατικὸς, Origeni *adv. Celſum l. 1. Vita negotiis moleſtiisqe implicita*; cui opponitur ὁ ἀπολελυσικώς. Sed & Laërtius *l. 7. c. 101.* in *Zenone* ex Stoicorum ſenſu; Τῶν καθηκόντων τὰ μὲν ἄνευ περιστάσεως. τὰ δὲ περιστατικά. *Officiorum alia ſunt abſqe circumſtante coactione, alia cum circumſtante coactione.* πράγματα itidem pro *negotiis* & *moleſtiis.* ita Ariſtophanes *ranis Act. 1. ſcen. 4.*

Τίς ἐς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων;
Qis in requem ex malis vult & moleſtiis?

Menander in *Agricola*, ab Ariſtoph. *Schol.* adductus *ad Plut. Act. 3. Scen. 2.*

Ἐν πράγμασιν, ἐν μάχαις.
Moleſtiis in negotiis, in prælis.

E Epicurus apud Laërtium, in *Epic.* & Senecam, in *Claud.* Πράγματα ὁ Θεὸς, οὔτε αὐτὸς ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει. id eſt, vertente Cicerone *de Nat. Deorum lib. 1. Negotium Deus nec ipſe habet, nec aliis exhibet.* Eodem ſenſu & περιστάσεις dicuntur. Vide *infrà* §. 15. *l. 6.* §. 11. & *l. 9.* §. 13.

§ 13. Κατύλλῳ] Inter *Stoicos*, qos avdiverit, *Cinnam Catullum* ponit Capitolinus. qo loco Catulum legi poſtulat Cl. Salmaſius.

Τὸ περὶ τῶν διδασκάλων ἐκθύμως ἔυφημον] Seneca *Ep. 73. Verè philoſophus præceptores ſuos veneratur & ſuſpicit, qorum beneficio illis ſe vitiis exuit.* Sive, *illis in vis exiit.* altera lectio à Mureto eſt, à Lipſio altera. Idémqe *Epiſt. 64. Qidni ego magnorum virorum & imagines habeam, & natales celebrem? qidni illos honoris cavſâ ſemper appellem? Qam veneratonem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à qibus tanti boni initia fluxerunt. Si Conſulem videro aut Prætorem, omnia qibus honor haberi ſolet, faciam; ego deſiliam, caput adaperiam, ſenitâ cedam. Qid ergo? M. Catonem utrumqe, & Lælium ſapientem, & Socratem cum Platone, Zenonem Cleanthémqe in animum meum ſine dignatione ſumma recipiam? Ego verò illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo.* Juvenal. *Sat. 7. v. 206.*

Dis majorum umbris tenuem & ſine pondere terram
Spirantésqe crocos, & in urna perpetuum ver,
Qi præceptorem ſanctis voluere parentis
Eſſe loco—

Talis Marcus noſter, qi, ut Capitolinus. *Tantum honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet,*

τὰ περὶ Δομιτίαν καὶ Ἀθηνοδότην ὑπομνημονεύμενα καὶ τὸ περὶ τὰ τέκνα [i] ἀληθινῶς ἀγαπητικόν.

§ 14. Παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου [k] Σευήρου τὸ φιλοίκειον, καὶ φιλάληθες, καὶ [a] φιλοδίκαιον. καὶ τὸ δι' αὐτὸν γνῶναι Θρασέαν, Ἑλβίδιον, Κάτωνα, Δίωνα, Βροῦτον, καὶ φαντασίαν λαβεῖν πολιτείας ἰσονόμου, καὶ ἰσότητος καὶ ἰσηγορίας δι' ὁλοκλήρου, καὶ

Domitio atqe Athenodoto refertur; liberóſque meos affectu ſincero proſeqerer.

§ 14. A fratre meo [1] Severo, familiares diligere; veri juſtíqe rationem habere. item qòd per eundem Thraſeam, Helvidium, Catonem, Dionem, Brutum nôſſe ceperim; & qòd imaginem animo conceperim ſtatus popularis, in qo per æqalitatem

juriſ-

[i] Sup. §. 11. [k] Οὐήρου Scal & Salm [1] An, Vero. [a] L. 6. §. 30.

ANNOTATIONES.

ret, ac ſepulcra eorum aditu, hoſtiis, floribus ſemper honoraret. Talis & Alexander, qi, ut Plutarchus eſt avtor, Ariſtotelem præceptorem cum primis coluit, οὐχ ἧττον τοῦ πατρὸς ἀγαπᾶν, non minus qàm patrem ſe amare dictitans, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν, ut per illum qidem vivens, ſed per hunc benè vivens. Cui ſententiæ aſtipulatur & Ariſtoteles ipſe apud Laërtium *lib.* 5. §. 19. his verbis. Τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων. τοὺς μὲν γὰρ τὸ ζῆν, τοὺς δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρασχέσθαι. *Parentes qi liberos erudiendos curaſſent, longè honorabiliores eſſe his, qi ſolum genuiſſent. Hos enim vivendi tantum, illos etiam benè beatéqe vivendi eſſe auctores.* Et Plutarchus *adverſ. Colot.* Τὸ μὲν ζῆν οἱ γονεῖς μετὰ τῶν Θεῶν ἡμῖν ἔδωκαν. παρὰ δὲ τῶν φιλοσόφων δίκης καὶ νόμου συνεργὸν διόμεθα, λόγον ἐπιθυμιῶν κολασταὶ λαβόντες, εὖ ζῆν. *Vitam qidem nobis parentes deorum auxilio largiti ſunt: à philoſophis autem juris & legum adjutricem doctrinam, & qa cupiditates coerceat accipientes benè vos vivere putamus.* Et Ariſtides *Orat. Platon.* 2. *pro Qatuorvirís Tom.* III. *p.* 326. Τοῖς ὑπηρετήσασιν εἰς τὴν γένεσιν, καὶ δι' ὧν πρῶτον ἤλθομεν εἰς φῶς, τούτοις τὴν πρώτην μεγίστην χάριν ἡγούμεθα δεῖν ἔχειν, μετὰ τοὺς ἐπὶ τούτων προτέρους Θεούς. εἰ τοίνυν τοῖς γονεῦσι δι' αὐτὸ τὸ εἶναι μόνον τοσαύτην ἔχομεν χάριν, καὶ ὁμολογῶμεν ὀφείλειν χρέα πάντων χρεῶν πρεσβύτατα, πῶς δ' Μιλτιάδῃ γε καὶ Θεμιστοκλεῖ πλέον τι πεπρᾶχθαι χρὴ δοκεῖν, οἵ τινες δι' τὸ ζῆν μόνον, ὑδὲ τῆς σωτηρίας αἴτιοι τοῖς Ἕλλησι κατέστησαν, ἀλλὰ καὶ βελτίους ἀντὶ χειρόνων εἰθίζον εἶναι; *Qi ortui noſtro ſubſervierunt, qorumqe operâ primum in hanc lucem venimus, eis maximam debere nos cenſemus poſt ipſos priores Deos gratiam. Ergo ſi parentibus ortus tantum gratia tantas agimus gratias, iisqe maxima nos qoqe debere profitemur: An non Miltiadem & Themiſtoclem majus qicqam effeciſſe putare debemus, qi non vita ſolum & ſalutis auctores Græcis fuerunt, ſed meliores etiam ipſos ex pejoribus factos reddiderunt ſuis.*

Τὸ περὶ τὰ τέκνα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν] qod in eis rarius, qi ſunt in dignitatibus ſummis conſtituti. Sicut enim illi plerumqe ἀσχολώτεροι, utì noſter monuit *ſuprà* § 11. Cicero *ad Attic. l.* 7. *Epiſt.* 2. *Filiolâ tuâ te delectari lætor, & probari tibi σοργὴν φυσικὴν* eſſe *τὴν πρὸς τὰ τέκνα.*

§ 14. Τοῦ ἀδελφοῦ μου Σευήρου] Οὐήρου legendum aliqando ſuſpicatus eram ex Dione Caſſio & Julio Capitolino, apud qos *Verus*, non *Severus*, Marci frater, adoptione tamen, non genere, (nam Cejonii Commodi filius hic fuit) & imperii conſors, toties occurrit. Qin & Joſephus Scaliger in *animadverſ. ad Euſebium*, & Clavdius Salmaſius in *Annot. ad Capitolinum* ſic corrigendum uterqe cenſuit. Errorem conſimilem in Galeni, Theophili, Epiphanii, aliorúmqe ſcriptis, apud qos ἀντὶ τοῦ Βήρου, ἤτοι Οὐήρου, Σέβηρος, ἢ Σευήρος, pro *Vero Severus* reperitur, obſervàrunt Gulſtonus noſter *ad Galenum*, Scaliger *ad Euſebium*, Salmaſius *ad Capitolinum*, Petavius *ad Epiphanium.* Verùm cùm Verus ille vitæ impuriſſimæ, & flagitioſiſſimæ, moribus perditiſſimis ac profligatiſſimis fuerit; non video qî potuerit in tam fœtido fœculentoqe ſterqilinio virtutum iſtiuſmodi ſeges ulla, nedum tam ampla, qàm iſtîc depingitur, deprehendi. *Clavdium* itaqe *Severum* philoſophiæ Peripateticæ διασώστην, qem inter cæteros avdiviſſe Marcum noſtrum avtorem habemus Capitolinum, intellexiſſe fors fuerit. Eóqe magis hunc voluiſſe videri poſſit, qòd hujus ipſius, à qo tamen multa traxerit neceſſe eſt, nuſpiam alibi meminerit. Sed nec iſtud ſatisfacit, cùm nec qâ ratione *fratrem* illum appellaret, occurrat; & fratris qaſi germani & genuini infrà rurſus meminiſſe videatur §. 17. alioqi, qid ſi pro ἀδελφοῦ legamus φίλου? ut *amicus* non *frater* indigitetur Severus iſte: qo modo Nabud Nathanides Solomonis *Regis amicus. Reg. l.* 3. *c.* 4. *v.* 5. Verùm iſtud potiùs Junii Ruſtici fuerit; de qo vide ſis, qæ ex Capitolino *ſuprà* adduximus *ad* §. 7. & qæ apud eundem de eodem ſequntur. Proinde caligine ſeptis undiqe nihil lucis cùm affulgeat, nihil certi renunciare datur. Ego itaqe ἐπίσχω, & (qod in ambiguis ſolet) mihi *non liqere*, ingenuè profiteor. Addito tamen, potuiſſe Marci conſanguineum aliqem qi *proavi materni* utriuſqe communis (*Catilius Severus* dictus is Capitolino) nomen geſſerit, *fratris* nomine deſignari. alii viderint.

Φιλοίκειον] De Vero Capitolinus, enumeratis omnibus ejus magiſtris in diverſo genere ſcientiarum, *Hos omnes*, inqit, *amavit unicè, atqe ab his invicem dilectus eſt.* Atqe hoc eſſe τὸ φιλοίκειον; qod à Fratre ſuo Vero didiciſſe Marcus profitetur, cenſet Salmaſius *ad Capitolinum.* ambigo tamen. Marci verò τὸ φιλοίκειον habemus à Capitolino his verbis, commendatum, dixerim, an perſtrictum? *Jam in ſuos tantâ fuit benignitate, ut cùm in omnes propinqos cuncta honoris ornamenta contulerit, tum in filium Commodum, & qidem ſceleſtum atqe impurum, A citò nomen Cæſaris, & mox ſacerdotium, ſtatimqe nomen Imperatoris, ac triumphi participationem, & conſulatum.*

Φιλάληθες] *Simplicitatem* certè Vero tribuiſſe Severum, eandémqe in illo adamâſſe Pium monuimus *ſuprà ad* §. 9. ſed & Capitolinus de eodem, *Erat*, inqit, *motuum ſimplicium, & qi adumbrare nihil poſſet.* Verùm iſtud infirmitatis potiùs καὶ ἠλιθιότητος ἢ τοι εὐηθείας, qàm candoris ingenui καὶ φιλαληθείας fuerit. *nihil potuiſſe*, dicit; *nihil voluiſſe adumbrare*, non dicit. Siqidem idem eidem alibi impingit, (qòd & ſuprà notavimus) *callidam ſeveritatis ſimulationem:* qâ nimirum per imperii initia, graviter ſe, & ad Marci mores egerit. Cæterùm *membrana tenuis, & bracteata* tantùm (ut cum Seneca *Epiſt.* 115. loqar) erat illa ſeveritas, cujus fucus facilè deprehendi poterat. nec perſonam illam diu ſuſtinuit; ſed ad ingenium indolémqe pravam citò deflexit. docuitqe verum eſſe, qod Gregorius Nazianzenus *Orat. in Jul.* 1. Ὡς ὑδὲν προσποιητὸν, μόνιμον. *i. qæ ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſe.* ut Ambroſius *de Offic. l.* 2. *c.* 22. Ego interim non video (qod & priùs monui) qomodo Capitolinus ſibi ipſe conſtet, qi in Vero modò *ſimplicitatem* prædicat, modò *callidam ſimulationem*, tanqam vitium illi ingenitum, notat. At Marcum hac ratione *pro Vero Veriſſimum* appellabat Adrianus. Caſſius & Capitolinus.

Φιλοδίκαιον] Verùm Pio an Marco (nam ambiguè locutus eſt) *fidem, non & amorem exhibuiſſe*, avtor eſt Capitolinus. Eſt avtem *fides juſtitiæ pars*; ut Cicero, *Offic. l.* 1. Cæterùm *fides* ab *amore* ſejuncta, φιλοδικαίᾳ elogium nevtiqam meretur. Utrumqe avtem hoc & φιλάληθες & φιλοδίκαιον interpres Anglicus (qâ ratione motus, mihi incertum) omiſit.

Θρασέαν] De Thraſeâ Pæto, Tacitus *Annal. l.* 16. Dio Caſſius in *Neron.* & in *Dioclet.* Svetonius *l.* 6. *c.* 37. & *l.* 12. *c.* 10. Arrianus in *Epictet. Diſſert. l.* 1. *c.* 1.

Ἑλβίδιον] De Helvidio Priſco, Traſeæ genero, Tacitus *ibidem* & *Hiſtor. l.* 4. Dio Caſſius in *Veſpaſ.* Svetonius *l.* 10. *c.* 15. & *l.* 12. *c.* 10. Arrianus *l.* 1. *c.* 2. & *l.* 3. *c.* 26. & Plinius minor *l.* 9. *Epiſt.* 23.

Κάτωνα, Δίωνα, Βροῦτον] De his, præter cæteros hiſtoricos, ſuſiſſimè Plutarchus; qi ex profeſſo res geſtas horum omnium deſcripſit. Verùm qid cum heroibus iſtis L. Vero, homini *vitiorum Cajanorum, & Neronianorum, & Vitellianorum æmulo, & in pluribus Neroni*? Capitolini ſunt de Vero verba. Nero ſcilicet alter Thraſeam Marco conciliaverit, & in notitiam ipſius eum inſinuaverit? Accedit, qod ex hîc poſitis videri poſſit, Marcum Lucio in diſciplinam qandoqe datum; & ab eodem, in eis, qæ referuntur iſtîc, aliqâ ſaltem ex parte, inſtitutum. Verùm repugnat planè ſententiæ huic, tum utriuſqe ætas, cùm Marcus Lucium anteceſſerit, utpote qi Pii filiam ideò duxerit uxorem, qòd Lucius, cui ab Hadriano deſtinata fuerat, impar ætate videbatur, filiámqe ſuam Lucillam nomine eidem Vero jam transnominato nuptum dederit: tum etiam qòd Lucius hic, poſt ſeptimum annum in familiam Avreliam traductus, *Marci moribus & avctoritate formatus* perhibetur. Vide Capitolinum in *Marco* (ſed à Salmaſio reſtitutum) & in *Vero.* Alius igitur eſt neceſſariò Marci frater reqirendus, in qem iſta poſſint competere.

Πολιτείας ἰσονόμου] πολιτείαν ἰσόνομον & noſter iſtîc, & Plutarchus in *Sap. 7. Sympoſ.* appellat τὴν δημοκράτειαν. in qa ſingulis qibusqe civibus jus ex æqo competit. Ἰσονομίαν eandem appellat Herodotus; apud qem Otanes *l.* 3. *pag.* 221. *B.* Πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν ὄνομα πάντων κάλλιστον ἔχει ἰσονομίην. *At qum dominatur multitudo, primum qidem nomen obtinet omnium pulcerrimum, iſonomiam, id eſt juris æqabilitatem.* Eúmqe ſecutus Thucydides, qi *l.* 3. *pag.* 229. *C.* Οἱ ἐν ταῖς πόλεσι προσάνλες, μετ' ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεπῆ, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς, καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ διεκίνουν τε, ἆθλα ἐποιοῦντο, &c. *Nam qi in civitatibus præerant, honeſto utriqe nomine, qum æqabilitatem civilem populi, avt moderatam dominationem optimatium præferrent, rempublicam verbo curantes, in præmia convertebant*, &c. Qanqam avtem, ut Seneca *Ep.* 30. *Prima pars æqitatis eſt æqalitas.* non immeritò tamen Plutarchus, πασῶν ἀδικιῶν μεγίστην εἶναι τὴν ὀχλικὴν ταύτην ἰσότητα, *omnium injuſtitiarum maximam eſſe turbæ aptam illam æqalitatem*, pronunciat, in *Sympoſ. probl. l.* 8. *c.* 2. &, *æqalitate iſtâ nihil inæqalius*; Plinius minor. *l.* 2. *Ep.* 12. Nec ſanè minùs veritati conſonum qicqam, qàm Lactantii illud *inſtit. l.* 5. *c.* 14. *Ubi non ſunt univerſi pares, æqitas non eſt.* Itaqe non infrunitè Lycurgus, monenti *democratiam* induceret, *Tu*, inqit, *eam primo domi tuæ inſtituas.* Plutarchus *Sap. Sympoſ.* & in *apophth.* qi & eo nomine eundem laydat, *Sympoſ. Probl. l.* 8. *c.* 2. qod *proportionem aritbmeticam*, tanqam δημοκρατικὴν καὶ ὀχλικὴν, *popularem & turbæ aptam*, repudians, geome-

juríſque æqabilitatem res adminiſtrentur; regníque, qo ſubditorum libertate nihil antiqius habeatur. ab eodem item didici, ſimpliciter vivere; in philoſophiæ cultu conſtanter perſiſtere; promptè benefacе-

βασιλείας τιμώσης πάντων μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν τ᾽ ἀρχομένων. καὶ ἔτι παρ᾽ αὐτὸ τὸ ἀμελὲς, καὶ ὁμότονον ἐν τῇ τιμῇ τ᾽ φιλοσοφίας. καὶ τὸ εὐπαιδευτον, καὶ τὸ

ANNOTATIONES.

geometricam ejus loco in rempublicam à ſe efformatam induxit. Ἡ μὲν γὰρ, inqit, ἀριθμῷ τὸ ἴσον, ἡ δὲ λόγῳ τὸ καθ᾽ ἀξίαν ἀπονέμει. *Qippe illa numero æqale omnibus tribuit, hac ratione cuique id qod meretur.* Vide Caſavbonum *ad Sveton. l. 2. c. 51.* Poteſt tamen & πολίτεια ἰσόνομος à Marco dicta videri, *in qa juxta legum præſcripta jus cuique ex æqo redditur.* Ità Plinius in *Paneg yr. Trajani c. 36. §. 2. Dicitur actori, atqe etiam procuratori tuo, In jus veni, ſeqere ad tribunal. nam tribunal qoqe excogitatum principatui,* (ità Lipſius) *eſt par cæteris. Sors & urna fiſco iudicem aſſignat. eodem foro utuntur principatus & libertas. qa præcipua tua gloria eſt, ſæpe vincitur fiſcus; cujus mala cauſſa nunqam eſt, niſi ſub bono principe.* Sed & de Marco ipſo Evtropius, *Hic cum omnibus Roma æqo jure egit.* Cæterum tale potiùs eſt regium regimen, qale verbis ſeqentibus depingit.

Τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἀρχομένων] Clavdianus *in Stilicon.*

Fallitur egregio qiſqis ſub principe credit
Servitium, nuſqam libertas gratior extat.

Optimè itaqe Evripides Ægeo à Stobæo lavdatus, *Tom. 2. tit. 47.*

Ἀνδρὸς δ᾽ ὑπ᾽ ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.
Perſerre regnum rege ſub bono juvat.

Certè Marcus noſter, ſi Capitolino credimus, *cum populo non aliter egit, qàm eſt actum ſub civitate libera.* Itaqe cùm pecunias ex publico ad bella gerenda à Senatu poſtularet, Ἡμᾶς, γάρ, inqit, ἄτως οὐδὲν ἴδιον ἔχομεν, ὥστε καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ οἰκίᾳ οἰκεῖμεν. *Nos uſqe adeo nihil habemus proprium, ut veſtras etiam ades habitemus.* refert Caſſius *lib. 71. pag. 814. D.* Qin & de eodem Ariſtides *Orat. in regem Tom. 1. p. 111.* Φιλανθρωπία γε μήν τις μείζων ταύτης καὶ φωτεροτέρα, ἢ κατεπτηχὸς ἅπαν τὸ ὑπήκοον, καὶ ὑπὸ φόβου δεδουλωμένον, πολλῶν τῶν καλλιόνων περιόντων καὶ ὠτακουόντων καὶ πάσας τὰς πόλεις, εἴ τις φθέγξαιτό τι, ἐλευθέρου δὲ οὐδὲν ὅτι φρονῆσαί τι ὅτι εἰπεῖν οἷόν τε ὄν. ἀνῃρημένης τῆς σώφρονος καὶ δικαίας παῤῥησίας, τρίμοιρος δὲ ἐκάστου σκιά. ἀπήλλαξε τοῦ φόβου τούτου, καὶ ἠλευθέρωσε τὰς ἁπάντων ψυχὰς, ἐντελῆ καὶ ὁλόκληρον ἀποδοὺς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς. *Humanitas autem qa poſſit eſſe major aut clarior hac, qâ cives omnes metu contractos & ſubjugatos, qod delatores qidam urbes omnes circumirent, ſubauſcultantes qid qiſqe loqeretur, ita ut nihil jam liberè nec ſentire nec dicere qiſqam poſſet, ſublatâ juſtâ loqendi libertate, ſingulisqe umbram ſuam timentibus, ab hoc timore liberavit, libertate perfectâ omnibus in ſolidum reſtitutâ.* Lavs eſt Nervæ apud Tacitum, in *vita Agricolæ*, qòd *res olim diſſociabiles miſcuerit, Principatum & libertatem.* lavs eadem & Marco noſtro, hiſce avtoribus debetur.

Τὸ ἀμελὲς] *Curis vacuum*, Xylander. ad ſeqentia refert Mericus Caſavbonus. *tenorem conſtantem in philoſophia ſtudio æſtimationeqe obſervare, curis diſtractionibúsqe aliis nevtiqam interruptum.* forſan tamen *corporis neglectum* Marcus voluit. Si tamen locus integer fuerit. ſiqidem τὸ ἀμελὲς alioqi in vitio plerumqe ponitur. qin & *infrà §. 17.* talem ſe habuiſſe fratrem prædicat, qi moribus ſuis πρὸς ἐπιμέλειαν ἑαυτῷ excitaret ipſum.

Ὁμότονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας] De Pio certè Avrelius Victor. *Adeò æqalis probisqe moribus, uti planè docuerit, eò demum fortunatas urbes fore, ſi regna ſapientia ſint.* Reſpexit ad celeberrimum Platonis illud, qod Oraculi vicem jam diu obtinuit, nunqam bene cum rebus humanis actum iri, avt civitates probè conſtitutas fore, πρὶν ἂν ἢ τὸ τῶν φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς, ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. *Qam avt homines rectè verèqe philoſophantes rerumpublicarum gubernationem adepti fuerint: avt hi qi gubernant, divinâ qadam ſorte verè philoſophentur. Epiſt. 7. & Polit. lib. 5. pag. 665. D.* Ἐὰν μὴ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ δύναμις τε πολιτικὴ, καὶ φιλοσοφία. *Niſi vel philoſophi civitatibus dominentur, vel hi qi nunc reges potentesqe dicuntur, legitimè ſufficienterqe philoſophentur, in idemqe civilis potentia & philoſophia concurrant.* Qod Hierocles *de Providentia l. 2.* apud Photium *cod. 251. pag. 1391.* ſic expreſſit. Τὰς φιλοσόφους ἄρχοντας ταῖς πόλεσιν ἱδρύσασθαι, ἵνα λήξωσί ποτε τῶν κακῶν. καὶ ὡς οὐκ ἂν ποτε εὐδαιμονήσει πόλεις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγράψειαν οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι. *Philoſophos civitatum eſſe principes, ut eas aliqando malis eripiant, neqe florentes unqam fore reſpublicas, niſi divino utentes exemplari eas definiant.* Ex Juliani mente Gregorius Nazianzenus στηλ. ιευτ. 1. Χρῆναι γὰρ φιλοσοφίαν καὶ βασιλείαν, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν. *Oportere enim philoſophiam & imperium, juxta illorum ſententiam, inter ſe copulari.* Cicero *ad Qint. Frat. Ep. 1.* ſic extulit. *Tum denique fore beatas reſpublicas, ſi avt docti & ſapientes homines eas regere cæpiſſent, avt qi regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. hanc conjunctionem videlicet poteſtatis ac ſapientiæ, ſaluti cenſuit civitatibus eſſe poſſe.* Juſtinus in *Apolog. 2. pag. 54.* Ἔφη γάρ που καὶ τις τῶν παλαιῶν, Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. *Dicit enim & ex priſcis qidam: niſi & principes & cives philoſophentur, fieri non poſſe, ut beatæ ſint reſpublicæ & civitates.* de principibus ſubditisqe ſimul pronunciavit, qod de illis ſolis Plato dixerat. præſumpſiſſe Platonem forſan exiſtimavit, principe philoſophante, idem & populum factum. Ità certè de Numâ Plutarchus *pag. 73. D.* Ἐναργὲς ἐξ αὐτῶν τὸ παράδειγμα καὶ τεκμήριον τῆς Πλατωνικῆς φωνῆς ἣν ὑστερον ἐκεῖνον οὐκ ὀλίγοις χρόνοις γενόμενον ἐτόλμησεν ἀφεῖναι περὶ πολιτείας, ὡς μία κακῶν παῦλα καὶ λύσις ἀνθρώποις ἐσὶν ἥν τινος τύχης θείας, εἰς ταὐτὸ διανοίας φιλοσόφου βασιλικὴν συμπεσοῦσαν δύναμιν, ἐγκραῆ καὶ ὑπερδέξιον τῆς κακίας τὴν ἀρετὴν καθεσῶσαν. μακάριον μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ σώφρων ὡς ἀληθῶς. μακάριοι δὲ οἱ συνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος σόματος ἰόντων λόγων. τάχα γὰρ οὐδὲ ἀναγκης τινος δεῖ πρὸς τοὺς πολλοὺς, οὐδὲ ἀπειλῆς αὐτοὶ δὲ τὴν ἀρετὴν ἐν εὐδήλῳ παραδείγματι καὶ λαμπρῷ τῷ βίῳ τοῦ ἄρχοντος, ἑκουσίως σωφρονοῦσι καὶ συσχηματίζονται πρὸς αὐτόν. *Clarum dedit exemplum & teſtimonium vocis Platonis, qam ille non paucis ſeculis poſt non dubitavit de republica proferre: tunc demum ſolutis malis mortales & liberatos fore, ſi ſorte divinitus regia potentia cum mente copulata philoſophica valentiorem improbitate virtutem & ſuperiorem reddidiſſet. Etenim beatus revera eſt vir ſapiens. Beatietiam audītores ſermonum, qi ex ore promanant ſapientis. Nec fortaſſe vi opus ibi ſit, nec minis ad multitudinem: imo ipſi virtutem qam in illuſtri & claro exemplo vitâ imperantis cernunt, evadunt ſponte ſapientes, ſeſeqe ad hoc componunt.* De Oſiride pariter Syneſius *de Provident. 1. pag. 103.* Καὶ προπαίδειαν ἦν Ὄσιρις ἠξίει τιμᾶν. παιδείαν γὰρ ἀρετῆς ὡς ἐλο πηγὴν εἶναι. *Oſiris ergo illa liberalium diſciplinarum rudimenta, magni à ſuis fieri cupiebat, eruditionemqe fontem eſſe virtutis arbitrabatur.* unde per Ægyptum totam eo regnante virtutem adeò floruiſſe, ὡς ἐοικίναν τὴν χώραν ἀρετῆς διδασκαλείῳ, τῶν παίδων πρὸς ἕνα βλεπόντων τὸν ἡγεμόνα, καὶ δρώντων τε ἓν ὅτι ὁρῶεν, καὶ λεγόντων ἓν ὅ, τι ἀκούοιεν. *Ut ea ipſa regio virtutis ſchola qam ſimillima videretur, pueris unum rectorem ac moderatorem intuentibus, unumqe id facientibus qod viderent, & qod audirent eloqentibus.* Idem Syneſius *ad Arcad. Imper. de regno. pag. 32.* Ὑπὲρ φιλοσοφίας; ἓν ἦυγμαι. καὶ εἴη γε τυχεῖν τῆς εὐχῆς, ἣν Πλάτων εὐξάμενος οὐκ ἐτύχησεν. ἴδοιμί σε τῇ βατιλείᾳ προσηλωτὰ φιλοσοφίαν. *Pro philoſophia vota concepi. Faxit Deus ut ejus voti compos evadam, qod, cum Plato nuncupaſſet, minimè eſt aſſecutus. Videam à te philoſophiam cum imperio conjunctam.* Qod in Arcadio optaverat Syneſius, in Juſtiniano contigiſſe refert Agapetus in *Paran. ad Juſtinian. Imper. c. 17.* Ἐφ᾽ ἡμῖν ἀνεδείχθη τῆς εὐζωίας; ὁ χρόνος, ὃν προεῖπέ τις τῶν παλαιῶν ἔσεσθαι, ὅταν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βατιλεῖς φιλοσοφήσωσι. καὶ γὰρ φιλοσοφεῖτε; ἠξιώθητε βατιλεῖας; καὶ βατιλεύσαντες οὐκ ἀπέστητε φιλοσοφίας. *Noſtris temporibus rurſus oſtenſum eſt proſperæ vitæ tempus, qod prædixerat qidam ex veteribus, futurum, cum vel philoſophi regnarent, vel reges philoſopharentur. Nam philoſophantes digni eſtis habiti imperio; & imperantes de philoſophia non deſtitiſtis.* Cæterùm qod ille videre optaverat, iſte vidiſſe ſe profitetur, id in Marco noſtro ab omnibus agnitum eſt. Huic etenim, Capitolino referente, *ſententia Platonis ſemper in ore fuit: Florere civitates, ſi avt philoſophi imperarent, avt Imperatores philoſopharentur.* Nec in vita, qam in ore, minùs; qum, ut idem avtor eſt. *honoribus in ſe receptis, philoſophiæ operam vehementer dederit; tantúmqe in eo philoſophiæ ſtudium fuerit, ut adſcitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen ad philoſophorum domos diſcendi cauſſâ ventitaret.* qod & Caſſius etiam his verbis affirmavit, *lib. 71. pag. 802. A.* Λέγεται καὶ αὐτοκράτωρ ὤν, μὴ αἰδεῖσθαι, μηδὲ ὀκνεῖν ἐς διδασκάλου φοιτᾶν. *Ferunt non erubuiſſe eum, qum eſſet Imperator, nec puduiſſe unqam ad ades magiſtri ſe conferre.* Qin & conſpicatum hoc Lucium qendam, philoſophum & ipſum, ad cœlum manibus ſublatis, exclamâſſe refert Philoſtratus in *Herode p. 556.* & ex Philoſtrato Svidas, Ὦ Ζεῦ, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη, δέλτον ἁρπάσας, ἐς διδασκάλου φοιτᾷ ὥσπερ οἱ παῖδες; *Prob Jupiter, Romanorum Rex ſeneſcens jam, libro ad latus appenſo, ſicut pueri ſolent, ad præceptoris ades it at!* Verùm tantum abeſt ut hoc ſibi Marcus dedecori putârit, avt à verè ſapientibus ſibi notam aliqam attraxerit, ut contrà ſtudium philoſophiæ conſtans & indefeſſum nomen illi celeberrimum conciliârit. Itaqe non immeritò forſan & Diocletianus, Capitolino referente, *vitâ & clementiâ talem ſe cupere, qalis fuerit Marcus, etiamſi philoſophiâ nec Plato eſſe poſſit, ſi revertatur in vitam.* Qin & à Caſavbono noſtro ad Perſii Satyr. 1. elogio honoratiſſimo planè ampliſſimóqe iſto ornatur; *Sapientiſſimus ille Imperator Marcus,* ὁ ἐν βατιλεῦσι φιλοσοφικώτατος. In eam denique propter doctrinam virtutemqe exiſtimationem veniſſe dicitur, ut eo imperante ferrent palam, *Platonis impletum eſſe verbum, qo dicebat, Tum orbem terrarum feliciter habiturum, cùm contigiſſet ut Philoſophi rerum potirentur.* Fulgoſius *memorab. l. 2. c. 5.* De Leone

a Sup. §. 5. 4. l. 6. §. 48.

καὶ τὸ [a] εὐμετάδοτον ἁπλῶς. καὶ τὸ ἔυελπι, καὶ τὸ πιστικὸν περὶ τοῦ τῶν φίλων φιλεῖσθαι. καὶ τὸ ἀνεπίκρυπτον πρὸς τοῦ καταγνώσεως τοῦ αὐτοῦ τυγχάνοντας. καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι στοχασμοῦ τοῦ φίλους αὐτοῦ περὶ τί θέλῃ, ἢ τί οὐ θέλῃ, ἀλλὰ δῆλον εἶναι.

re, impensè largiri; ſpes bonas fovere; de amicorum dilectione nihil ambigere. qin & qòd ſi qorum mores minùs probaret, palàm id præ ſe ferret, nec, qid vellet nollétve, familiaribus conjectu difficile foret; adeò aperto erat pectore.

b Παρὰ Κλ. M. Mer. Παρὰ M. Salm.

§ 15. [b] Παρόκλησις Μαξίμου, τὸ κρατεῖν ἑ-

§ 15. A Maximo, mei compotem eſſe; nec ulla in

ANNOTATIONES.

cognomine Sapiente, Baronius, *Annal. Tom.* 10. *Ann.* 911. ubi orationem ejuſdem qandam piam admodum ac eruditam recitaverat: *Ità planè cùm vel Philoſophi Chriſtiani regnant, vel reges philoſophantur.* E noſtris, De Henrico I. Gvilielmus Malmesburienſis *l.* 5. *Fuerunt illi* (*ut verè confirmo*) *literæ, qamvis tumultuariè lebatæ, magna ſupellex ad regnandi ſcientiam, juxta illam Platonis ſententiam, qá dicit, Beatam eſſe rempublicam, ſi vel philoſophi regnarent, vel reges philoſopharentur.* Et de Jacobo Rege Andreas Dunæus, ἐν τῇ δεξιώσει. Πέφυκε συνελθεῖν ὁμοῦ, μεγάλη τε ἐξυσία καὶ περιστὴ φρόνησις. ἧς συζυγίας ὑδὲν γένοιτ' ἂν τῷ βίῳ μακαριώτερον. ὅς ὅταν εἰς ταυτὸν τῷ φρονεῖν τε καὶ σωφρονεῖν ἡ μεγίστη δύναμις ἐν ἀνθρώποις ξυμπέσῃ, τότε πολιτείας ἀρίστης, καὶ νόμων τῶν τοιούτων φύσεως γένεσις, φησί που Πλάτων. *Illo fuit ingenio, ut magna auctoritas & eximia prudentia concurrerint: qá conjunctione in vita nihil beatius eſt. Uti alicubi dicit Plato, qando in idem mentis & ſanæ mentis compotem eſſe, qa maxima in homine vis eſt, concurrerint, tunc optima reipublicæ & legum talium figura oritur.* Deniqe in hanc eandem mentem Doctores Hebræi: **אי זהו אדם ראוי למלוך ואמר חכם או מלך שידרוש החכמה** *Ecqis homo eſt regno dignus? vel ſapiens, vel rex ſapientia ſtudioſus.* Qanqam Platonis ſententiam illam, tot avtoribus tantísqe comprobatam, ridet exagitátqe multis apud Athenæum *Dipnoſoph. l.* 5. Maſurius, Themiſtius etiam cenſuræ ſubjicere eſt avſus. Sic enim ille *ad Jovianum Imper. Orat.* 17. *pag.* 442. Πλάτων μὲν οὖν, εἰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα θεῖος καὶ αἰδοῖος, ἀλλὰ τοῦτόν γε ἀτεχνῶς ἀποκεκινδυνευμένως προήκατο λόγον, ὅτι μὴ πρότερον τὰ κακὰ λήξει τοῖς ἀνθρώποις, πρὶν ἂν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. *Plato qidem, licet cætera omnia divinus ac venerabilis, hanc tamen ſententiam periculoſe admodum emiſit: non prius hominibus mala deſitura, qam aut Philoſophi regnent, aut Reges philoſophentur.* Mox Ariſtotelem Platoni opponens, qi dixerit è contrario, φιλοσοφεῖν μὲν τῷ βατιλεῖ, ὐχ ὅπως ἀναγκαῖον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἐμποδών. τὸ δὲ φιλοσοφεῖσθαι ἀληθινῶς ἐντυγχάνειν, ἐυπειθῆ καὶ ἐυήκοον. *Philoſophari non modo Regi non neceſſarium, ſed & impedimento eſſe, ſatis avtem eſſe, verè philoſophantibus pareat atqe obſeqatur.* hunc probans, ἔργων γὰρ ἀγαθῶν, inqit, τὴν βατίλειαν ἐνέπλητεν, ὐχὶ ῥημάτων. *Factis enim præclaris, non verbis regnum impleverit.* qaſi in verbis, non in factis philoſophia conſiſtat. Concludit ipſe *pag.* 444. Ἀγαπῶμεν δέ, εἰ φανείη ποτὲ βασιλεὺς, ὐκ αὐτὸς αὐτουργῶν φιλοσοφίαν, τοῖς δὲ φιλοσοφοῦσιν ἀληθῶς ἐυπειθὴς καὶ ὑπήκοος. *Hoc vero nobis ſufficiat, ſi non ipſe Imperator per ſe philoſophetur, ſaltem ut verè philoſophantibus acqieſcens morem gerat.* Atqi à regibus ſacræ philoſophiæ, an theoſophiæ, ſtudium etiam codex divinus exigit, *Deut. c.* 17. *v.* 16, 17. Cæterùm, miſſis his, qæ hîc Marcus, qi poſſint Lucio competere, non video, cujus vita, tum principis, tum & privati, à philoſophica diſciplina fuit ſemper alieniſſima.

Τὸ πιστευτικὸν περὶ τῶν ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι] Apud Livium *l.* 22. Acedux Hiſpanus; *vult ſibi qisqe credi; & habita fides ipſam plerumqe obligat fidem.* Et Seneca, *Epiſt.* 3. *Fidelem ſi putaveris, facies.* De amore pariter habeas. Imò idem de utroqe Plutarchus in *præcept. conjugal. pag.* 143. *C.* Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιστεύειν, δοκεῖν πιστεύεσθαι. καὶ τὸ φιλεῖν, φιλεῖσθαι. *Fidem enim nobis paramus apud eos, qibus nos conſidere oſtendimus, & amorem apud eos, qos diligere credimur.*

Τὸ ἀνεπίκρυπτον] Verùm reverâ Capitolinus (qod & ſuprà non ſemel monuimus) ait fuiſſe *morum ſimplicium, & qi adumbrare nihil poſſet.* nec tamen eum eſſe exiſtimo, de qo Marcus iſtic. Certè fratrem ſuum, qisqis is fuerit, talem Marcus hîc depingit, qalem Achillem (puto) Ennius apud Gellium *lib.* 19. *cap.* 8.

—*eo ego*, inqit, *ingenio*
Natus ſum, amicitiam atqe inimicitiam in fronte promptam gerere.

De Clearcho itidem Xenophon, *Expedit. lib.* 2. *pag.* 291. *A.* Τὸ συγγὸν, τό τε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς προσώποις ἔφαται φαίνεσθαι. *Pro ſeveritate illa triſti ajebant tum qandam hilaritatem ex ejus vultu relucere.* vide *l.* 11. §. 15.

Τὸ μὴ δεῖσθαι στοχασμοῦ τοὺς φίλους αὐτοῦ, περὶ τοῦ τί θέλει, ἢ τί οὐ θέλει] Contrà prorſus qàm Domitianus, qi κρυψίνους Dioni Caſſio prædicatur. & qàm Tiberius multò magis; qi ſenſus ità privatos obtegere eſt ſolitus, ut ancipiti eventu, qid expeteret, qid averſaretur, ariolari ſuos neceſſe fuerit, & graviſſimam ſæpe officiis offenſionem incurrerent, qibus potiſſimùm demereri ſe poſſe ſperabant. Eum nobis ſic Caſſius *lib.* 57. depingit. Φύσει δὲ ἰδιωτάτῃ ἐκέχρητο. ὅτε γὰρ ὧν ἐπεθύμει προσ-

ποιεῖτό τι, καὶ ὧν ἔλεγεν, οὐδὲν ὡς εἰπεῖν ἐβούλετο. ἀλλ' ἐναντιωτάτως τῇ προαιρέσει τοὺς λόγους ποιούμενος, πᾶν τε ὃ ἐπόθει ἠρνεῖτο, καὶ πᾶν ὃ ἐμίσει προσεδέχετο. ὠργίζετό τε ἐν οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς, ἐν οἷς μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει εἶναι. ἐλλίει τε δῆθεν, ὅς σφόδρα ἐκόλαζε, καὶ ἐχαλέπαινεν, οἷς συνεγίνωσκε. τόν τε ἔχθιστον ὡς οἰκειότατόν ἐσιν ὅτε ἐώρα, καὶ τῷ φιλτάτῳ ὡς ἀλλοτριωτάτῳ προσεφέρετο. τό τε σύμπαν, ὐκ ἠξίου τὸν αὐταρχοῦντα κατάδηλον ὢν φρονεῖ εἶναι. καὶ εἰ μὲν μόνα ταῦτ' εἶχεν, ἀφύλακτον ἂν τοῖς εἰς πεῖραν αὐτοῦ ἐλθοῦσιν ἦν. πρὸς γάρτοι τὸ ἐναντιώτατον πάντα ἀναλαμβάνουσις, ἐκ τοῦ ἴσου τό τε μὴ βούλεσθαι δή τι αὐτὸν τῷ πάνυ ποθεῖν, καὶ τῷ ὀργίσεσθαί τινι τὸ μὴ ἐφίεσθαι ἐνόμιζον. νῦν δὲ ὠργίζετο, εἴ τις αὐτοῦ συνείς φανερὸς ἐγένετο. καὶ πολλοὺς ὐδὲν ἄλλο σφίσιν, ἢ ὅτι συνενόησαν αὐτὸν, ἐγκαλέσας ἔχων, ἀπέκτεινε. ὥσε χαλεπὸν μὲν ἦν αὐτοῦ μηδεμίαν σύνεσιν ποιεῖσθαι. πολλὰ γὰρ ἄτε πρὸς τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ βουλόμενον συναινοῦντες οἱ, ἐσφάλλοντο. χαλεπώτερον δὲ συνιέναι. τήν τε γὰρ ἐπιτηδευσιν αὐτοῦ καταφωρᾶν, καὶ τοῦτο καὶ ἄχθεσθαι αὐτῷ ὑπωπλέυοντο. μόνῳ γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ὅπερ καὶ σπανιώτατόν ἐσι, διεγένετο, ὃς ὅτ' ἠγνόησε τὴν φύσιν αὐτοῦ, ὅτ' ἤλεγξεν. ὅταν γὰρ, ὅτε πιστεύσαντες αὐτῷ ἠπατήθησαν, ὅτε ἐνδειξάμενοι νοεῖν ἃ ἔπραττεν, ἐμισήθησαν. πάνυ γὰρ πολὺν ὄχλον παρεῖχεν, εἴ τίς τις ἐναντιοῦτο οἷς ἔλεγεν, εἴτε καὶ συναίροιτο. τὸ μὲν γὰρ ἀληθῶς γενέσθαι, τὸ δὲ δοκεῖν βούλεσθαι θέλων, πάντως τέ τινας πρὸς ἑκάτερον ἐναντιουμένους εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο, τοὺς μὲν τῆς ἀληθείας, τοὺς δὲ τῆς δοκήσεως ἕνεκα ἤχθαιρε. *Ingenii ſuit peculiaris. Nam neqe pra ſe ferebat qa cuperet, & ſermone ab animi ſui ſententia diverſiſſimo utebatur; negando, qacunqe deſideraret; annuendo iis, qa odio haberet; iratum ſe, qum minimè ſuccenſeret; eqo animo eſſe, qum maximè indignaretur, ſimulabat; nimirum qos ſupplicio afficeret, iis miſericordiam oſtentabat; inſenſum ſe iis, qos veniâ proſeqebatur, exhibebat; inimiciſſimos fere vultu qam maximè benevolo, amiciſſimos ſummè abalienato intuebatur: denique principis animum nemini cognitum eſſe debere cenſebat. Atqe ſi qidem hæc tantum in Tiberio fuiſſent, nemo certè eorum, qibus cum ipſo negotium erat, cavere ſibi ab eo potuiſſet, qum omnia contrario, atqe is ſentiret, modo accipientes, ea, qæ is nolebat, velle; & non cupere ipſum, qæ maximè appetebat, judicarent: nunc avtem ita commovebatur animo, ſi qis ejus ſententiam aſſecutus deprehenderetur, ut multos haud aliam ullam ob rem necaverit; adeoqe periculoſum eſſet, non intelligere, qi ipſius eſſet animus; etenim multi dictis ejus, non voluntatis aſſenſi infortunium invenerant: periculoſius etiam intelligere. Hi enim qaſi inſtitutum ejus exploraſſent, idqe odio haberent, ſuſpectabantur. Itaqe is ſolummodo, qod rariſſimè ſit, tutus ferme erat, qi neqe ignoraret ingenium ejus, neqe argueret. Is enim neqe credendo decipiebatur, neqe in odium ejus, oſtendendo ſe voluntatem ejus ſentire, incurrebat. Magnas enim turbas dabat, qi dicta ejus vel refragabatur, vel adſtipulabatur. Qippe qum aliud revera fieri, aliud velle videri cuperet: omnino ſibi qoſdam in utramqe partem habebat adverſantes: qorum his veritatis, illis opinionis cauſâ iraſceretur.* Sed & de Domitiano, Caſſius idem, *lib.* 67. Καί τοι καὶ τοῦτο δεινότατον ἔσχεν, ὅτι καὶ κολακίνεσθαι ἤθελε, καὶ ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο, καὶ τοῖς θεραπεύουσι, καὶ τοῖς μή. τοῖς μὲν, ὅτι ψωπεύειν, τοῖς δὲ ὅτι καταφρονεῖν ἐδόκουν. *Illud fuit in eo graviſſimum, qod qum ſe adulari cuperet, utrisqe & colentibus eum, & non colentibus pariter ſuccenſebat; illis qod aſſentari, his qod negligere viderentur.*

§ 15. Παράκλησις Μαξίμου] *Maximus me adhortatus eſt.* Xylander. Verùm addititium videtur [κλῆσις] illud. lego, Παρὰ, ut ſuprà. atqe ità citare comperio Iſaacum Caſavbonum *ad vitam Marci.* Legere tamen videtur Salmaſius *ibidem.* Παρὰ Κατύλλου καὶ Μαξίμου. Sed cum *Catuli ſuprà* §. 13. meminerit, qare denuò, præter morem ſuum, eundem reponeret, cavſſam nullam video. minúsqe jam placere ſibi, qod olim voluerat, vir candidiſſimus profitetur. Mericus Caſavbonus. Παρὰ Κλ. Μαξίμου, *à Claudio Maximo. Cl. Maximus* inter *Stoicos* à Capitolino recenſetur, qibus Marcus noſter in diſciplinam ſe dederit. Verùm nec viro Clariſſimo ea lectio probatur; qum nec in aliis citandis duplici nomine ſit uſus, παρὰ Οὐήρου, παρὰ Διογνήτου, παρὰ Ῥουστικοῦ, παρὰ Σέξτου, παρὰ Φρόντωνος, παρὰ Καλλίου. *Ergò & hic ſcripſit*, inqit, παρὰ Μαξίμου. *Et ſic legendum cenſeo.* Cui accedit & *ad Capitolinum* Caſavboni patris calculus, qi *ſolis cognominibus Catulum Maximumqe* monet, *à Marco in hoc ſcripto nuncupatos.* Etiamſi avtem Μάξιμον Τύριον Euſebius in *canone chronico* (utì ex Georgio monacho patet, qi eundem tranſcripſit) inter Marci noſtri præceptores collocaverit; unde & ſupplendus videtur Marianus Scotus,

in re transversum abripi. sed & animo bono esse, cum in morbis, tum & in aliis casibus adversis; moribus esse probè temperatis, svavibus, verendis: negotia objecta citra qiritationem conficere. adhæc qòd ità se gerebat, ut fidem qibusvis faceret; qæcunqe diceret, ex animi sententia dixisse; qæcunqe faceret, animo havd malo feciss̃e. tum qòd nihil admirabatur, ad nihil obstupescebat;

αὖξ, καὶ χ^η μηδὲν [a] παρέφορον εἶναι. καὶ τὸ εὔ- a περίφορον Lug. & Mer.
θυμον ἔν τε ταῖς ἄλλαις [b] ὠθισάσι, καὶ ἐν ταῖς παραφ. Xyl. & Jun. l. 2. §. 7.
νόσοις. καὶ τὸ εὔκρατον τ̃ ἤθους, καὶ μαλίχιαν, καὶ b Sup. §. 12. & l. 9. §. 13. 39.
μεσρὲν, καὶ [c] ὁ χ^ιλίοις κατεργασικὸν τ̃ προκειμέ- c L. 9. §. 12.
νων. καὶ τὸ πάντας οὑτῶ πιστεύειν, ὠφὶ ὧν λέγοι, d πράτ]ει
ὅτι ὄτως φρονεῖ, καὶ ὠφὶ ὧν πράτ]οι, ὅτι ὁ κα- e L. 12. §. 13.
κῶς [d] πράτ]η. καὶ τὸ [e] ἀθαύμασον, καὶ ἀνέκπλη-
κτον,

ANNOTATIONES.

tus, apud qem *Maximi* nomen intercidit, *Tyrii* remansit; vix adducor tamen ut credam qod Viri illustres Josephus Scaliger *notis in Evseb.* & Jacobus Cappellus *Histor. Eccles. cent.* 2.° avtumant, *Maximum* hunc, *Tyrium* illum esse, cujus extant διαλέξεις, cùm iste qantus qantus est, totus *Platonicus* esse videatur, illum *Stoicum* extitisse consentiunt avtores. Sed & *Tyrium* istum sub Commodo, non sub Marco, Romæ διατρίψαι Svidas prodiderit.

Τὸ κρατεῖν ἑαυτ̃] *ut suo exemplo meipsum regerem.* Xylander ad verbum, *se continere*, vel, *sui continentem*, sive *potentem esse*, ut Flaccus, *carm. l.* 3. *Od.* 29. & Seneca, *ad Marc. c.* 20. vel etiam, *sibi imperiosum*, ut Flaccus idem *Serm. l.* 2. *c.* 7.

Qisnam igitur liber? Sapiens, sibi qi imperiosus.

Sic κρατεῖν τ̃ς χειρὸς apud Plutarchum Aristides de Themistocle qem peculatus reum agebat, ex Tragico an Comico aliqo;

Σοφὸς μὲν ἀνὴρ, τ̃ς δὲ χειρὸς ὐ κρατ̃ν.
Sapiens qidem vir, sed manus non continens.

h. e. manum (à publico, sive alieno) continere ac cohibere havd potis. Et κρατεῖν ὀργ̃ς Dionysius Halicarnasseus apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 20. Ὅτι μεγάλ̃ καὶ δοκ̃ντ̃ εἶναι καὶ ὄντ̃ τὸ κρατεῖν ὀργ̃ς, ἡ πρόνοια καὶ ἡ φυλακὴ τ̃ μὴ περιπεσεῖν μείζοσι. *Qamvis iram vincere tum magna res videatur, tum revera sit: majus tamen est cavere & providere, ne in ipsam incidamus.* Ὀργ̃ς κρατεῖν dixit, qod ὀργὴν κατέχειν Menander.

Ὅσ̃ τὸ κατέχειν ἐστὶ τὴν ὀργὴν πόν̃;
Cohibere qantus impetum est irae labor!

Rex sapientissimus, *Proverb. c.* 16. *v.* 32. *Potior est longanimis robusto; & qi in animum suum imperium obtinet, expugnante civitatem.* Græci. Κρείσσων ἀν̃ρ μακροθυμ̃ ἰσχυρ̃· ὁ δὲ κρατ̃ν ὀργ̃ς, καλαμβανομένης πόλεως. Optimè. Siqidem, ut Plutarchus *de ira cohib. pag.* 457. *D.* Ἀνθρώπων μὲν κρατ̃σαι, καὶ χείροσι βελτίοσιν, ὑπ̃ξε. τὸ δ' ἐν ψυχ̃ σ̃σαι καλὰ θυμ̃ τροπαῖον, μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικ̃ς ἰσχύ̃. *Etenim imperium in homine etiam deterioribus in meliores obtigit: at in animo tropæum de ira statuere magnæ est victricisqe potentiæ.* Socratis dictum est, à Stobæo relatum *Tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. Μεγίσ̃ν μὲν ἀρχὴν εἶναι τὴν βασιλείαν, ἀρίσ̃ν δὲ τὸ ἑαυτ̃ ἄρχειν. *Principatum maximum esse regnare, sed optimum semetipsum regere.* & de Alexandro Plutarchus. *pag.* 676. *D.* Τ̃ νικ̃ντὰς πολεμίους, τὸ κρατεῖν ἑαυτ̃ βασιλικώτερον ἡγεῖτο. *Temperare sibi qam hostes vincere magis regium duxit.* Seneca, *de Benef. l.* 5. *c.* 7. *Gentes facilius est barbaras impatientésqe alieni arbitrii regere, qàm animum suum continere, & tradere sibi.* &, *Epist.* 75. *Hæc est absoluta libertas, in seipsum habere maximam potestatem. inæstimabile bonum est suum fieri.* Et, *Epist.* 113. *Sibi imperare maximum est imperium.* Et, *Qæst. Nat. l.* 3. *Nulla major est victoria, qàm vitia domuisse. innumerabiles sunt, qi urbes, qi populos habuere in potestate; pavcissimi, qi se.* Horatius *Carm. l.* 2. *Od.* 2.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, qàm si Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterqe Pœnus
Serviat uni.

Et Clavdianus *de* 4. *Cons. Honor.*

—tunc omnia jura tenebis,
Cùm poteris rex esse tui.

Rectius enim is appellabitur Rex, (qi hoc præstiterit,) *qàm Tarqinius, qi nec se nec suos regere potuit.* Cicero *de fin. l.* 3. Dio Prusæus *Orat.* 49. *pag.* 540. Τοῦτό γε ὄντως φιλοσόφ τὸ ἔργον, ἡ αὐτ̃ ἀρχή. *At hoc verè philosophi officium, vel ejus imperium. pag.* 539. Τ̃ δὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἰσχυρ̃ς καὶ ἐγκρατ̃ς ἔχοντι, ὐ χαλεπὸν ἤδη καὶ συμπάντων ἀνθρώπων κρείττ̃ γίνεσθαι. *Hunc autem qi hoc imperium fortiter & moderatè regit, non difficile jam est omnium hominum fieri supremum.* Et, rursus, *pag.* 538. Ὁ τοίνυν φιλόσοφ̃ αἰεὶ αὐτ̃ ἄρχει. ὁ τ̃ παντὶ χαλεπώτερον, ἢ συμπάντων μὲν ἑλλήνων, συμπάντων δὲ βαρβάρων βασιλεύειν. *Philosophus igitur semper sibi imperat, qod longè difficilius qàm omnium Græcorum universorúmqe barbarorum regnum obtinere.* Vide *l.* 2. §. 2. & *l.* 11. §. 29.

Καλὰ μηδὲν παρίφορον] ità Basilienses. Verùm παρίφορον vox est navci. παράφορον D. Junius vult. qod Xylander etiam legisse videtur, qum *præcipitem* vertit. Est enim παράφορος propriè qi *transversus abripitur*; eíqe optimè opponitur, qi in suo sui imperio se continet. ità Herodianus *l.* 8. de qibusdam qi fluvium tranare volentes in aqas unà cum eqis se dederant, παρενεχθέντες ἀπώλοντο. *Vi fluminis abrepti perierant.* inde ἡ παραφορὰ à torrente flumine translatum, *l.* 5. §. 23. & *l.* 12. §. 14. ὁ κλύδων παραφέρει, *æstus abripere*, dicitur. at Lugdunensis περίφορον exhibet. qod secutus Mericus Casavbonus *circumactum* reddidit. atqe ità περιφέρεσθαι etiam usurpatur ab Apostolo, de hominibus instabilibus, qi cùm judicio certo nulli nitantur, ab aliis facilè circumaguntur, *ad Ephes. c.* 4. *v.* 14. Κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας. *Qi fluctuemus*, & *circumferamur qovis vento doctrinæ.* metaphora ducta à navibus ἀναρματίσοις, uti priùs dictum, ad §. 8. Sed prius illud magìs arridet. Vide *l.* 2. §. 7.

Ἐν τ̃ς ἄλλαις περιστάσι] περιστάσεις istic, ut Galeno suprà ad §. 12. adducto, pro *rebus* ejusmodi nos *circumstantibus*, qæ negotium nobis molestiámqe aliqam facessant. de qa vocabuli hujus significatione dicetur ulterius ad *l.* 9. §. 13.

Τὸ εὔκρατον τ̃ ἤθους] *mores benè temperati.* sive *morum insigne temperamentum.* De Avfidio Cicero *ad Famil. l.* 12. *Ep.* 37. *Est avtem ità temperatis moderatisqe moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate jungatur.* Idem de Lentulo *ad Attic. l.* 4. *Epist.* 6. *Virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi, multâ temperatum humanitate.* Tractum videtur ab aëris constitutione temperata, qando nec æstu torret, nec vexat frigore. Æschines (hujus enim esse docent Laërtius *l* 2. §. 61. Athenæus, alii) *Axiocho*: Οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν, ὅτε θάλπ̃ ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατ̃ ἀὴρ χίεται, ἀπαλαῖς ἡλίᾳ ἀκτῖσιν ἀνακρινόμεν̃. *Nam neqe vehemens hyems, neqe æstus est, sed temperatus fluit aer, solis radiis mollibus*, non vehementibus, *discretus.* Potest & à vino aqâ mitigato. in qibus miscendis si justa ratio habita fuerit, (artis avtem id esse docet Athenæus *l.* 10.) ἀφαιρήσει ἡ κρᾶσις τὸ οἶνος τὸ βλάπτ̃ον, ὐ συναιρήσα τὸ χρήσιμον, *id qod noxium est, de vino auferet aqâ admixtâ, utili relicto.* Plutarchus *de leg. poet. pag.* 15. *E.* Inde οἶν̃ εὔκρατος, *vinum merum.* Polluci *l.* 6. *c.* 3.

Οὐ σχετλίως καὶ ργασικὸν τ̃ν προκειμένων] *Ut qæ instituissem, expeditè, nec magnâ cum molestiâ perficerem.* Xylander. *Negotia, qæcunqe ea fuerint, cùm exqisitè, tum sine qiritatione, exeqi.* Mericus Casavbonus. Eoqe sensu τὸ καλεργάζεσθαι usurpâsse Xenophon videtur, *Memorab. l.* 4. *pag.* 793. *A.* Καί τοί γε τοσούτ̃ ταῦτα ἐκείνων δυσκαλεργασότερα φαίνεται, ὅτ̃ περ πλείονα περὶ ταῦτα πραγματευομένων, ἐλάττους οἱ κατεργαζόμενοι γίγνονται. *Atqi tantum hæc illis effectu difficiliora sunt, qanto in his plures operam ponunt, ac pauciores id, qod moliuntur, conficiunt.* Thucydides etiam *l.* 4. *pag.* 295. *C.* Οὕτ̃ τ̃ παρούσ̃ εὐτυχίᾳ χρώμενοι, ἀξίων σφίσι μηδὲν ἐναντιοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ δυνατὰ ἐν ἴσ̃ καὶ τὰ ἀποχώματα μεγάλ̃ τ̃ ὁμοίως καὶ ἐνδεεστέρᾳ παρασκευ̃ καλεργάζεσθαι. *Adeo freti præsenti prosperitate dignum ducebant nihil voto suo repugnare, & difficillima peraqe atqe facilia, & sive magnis copiis, sive exiguis conficere.* Vide *l.* 9. §. 12. Usurpatur & de cibis digerendis concoqendisqe: unde alimenta εὐκαλέργαστα, *concoctu facilia*, & δυσκατέργαστα, *concoctu difficilia*, in medicorum scriptis freqentissima. & indè forsan mutuatum fuerit.

Πάντας αὐτῶ πιστεύειν] De Xenocrate Laërtius *l.* 4. Ἦν δὲ καὶ ἀξιόπιστος σφόδρα. ὥστε μὴ ἐξὸν, ἀνώμοτον μαρτυρεῖν, τότ̃ μόν̃ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι. *Tanta apud suos fides existimationem obtinuit, ut qod nemini cuiqam alioqi licitum, huic etiam injurato testimonium perhibere Athenienses permitterent.* Vide *ad l.* 3. §. 5. Eâdem ferè apud eosdem avtoritate fidéqe pollebat Aristides: sed & apud Romanos Cato Uticensis. Unde factum, ut de rebus fide omni prorsus indignis παροιμιωδ̃ς diceretur, Τοῦτο μὲν οὐδὲ Κάτωνος λέγοντος πιθανόν ἐστιν. *Hoc nec Catone prædicante fidem meretur.* Plutarchus *in Catone.* Malè avtem Xylander illic, *Dicebat sibi verba facienti*, &c. qasi hoc de se prædicâsse Maximus diceretur, qod tam à Maximi moribus qàm & à Marci mente alienum est.

Ὅτι ὐ κακ̃ς πράτ]η] Geminum de Jesu nostro elogium populi apud *Marc. c.* 7. *v.* 37. Καλ̃ς πάντα πεποίηκε. *Omnia benè fecit.* Sed & de Davide dictum *Hist. Regum l.* 2. *c.* 3. *v.* 36. *Populo rectum videbatur, qicqid rex fecerat.*

Τὸ ἀθαύμασον καὶ ἀνέκπλητον] alterum horum interpres Anglus omisit. Vide *l.* 12. §. 13. Zenonis placitum est apud Laërtium *l.* 7. *c.* 123. τὸν σόφον οὐδὲν θαυμάζειν. *Sapientem nihil admirari.* Qin & Zenone prior Democritus apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 3. Σοφίην ἄθαμβον, ἀξίην πάντ̃ν καὶ τιμιωτάτην. *Sapientia nihil admirans aut stupens, rebus omnibus digna est, ut omnium pretiosissima* pronunciavit. Nec Democrito in hoc prorsus qicqam adversatur Heraclitus; Βλακὸς ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐκπλ̃σθαι φιλεῖ. *Stultus homo qovis percellitur.* qod usurpat Plutarchus *de Poet. leg. c.* 10. & *de audiend.* Verùm illi moderantiùs. At utroqe isto antiqior longè Pythagoras, Zenoni planè σύμψηφ̃, hunc sese ex philosophia fructum percepisse

a L.7. §.69. b προσιστηρὸς L.11. §.18. c Sup. §.7. & l.7.§.26.

κτον, καὶ ᵃ μηδαμοῦ ἐπειγόμενον, ἢ ὀκνοῦν, ἢ ἀμηχανοῦν, ἢ κατηφὲς, καὶ ᵇ προσιστηρὸς, ἢ πάλιν θυμούμενον, ἢ ὑφορώμενον. καὶ τὸ εὐεργετικὸν, καὶ τὸ ᶜ συγγνωμονικόν. καὶ τὸ ἀψευδὲς, καὶ ἀδια-

nusqam festinus, avt segnis erat, nusqam perplexus, avt dejectus, avt ringi solitus: nec rursus iracundiæ, avt suspicionibus deditus. adhæc qòd benefacere promptus, & ignoscere. qòd verax; qódqe homi-

ANNOTATIONES.

professus est, τὸ μηδὲν θαυμάζειν, *qòd nibil admiraretur*, sive *qòd nibil admiratione suá dignum duceret*. qod tamen perperam à qibusdem acceptum monet Plutarchus *de avdiend.* Hinc Horatius *l. 1. Epist. 6.*

Nil admirari propè res est una, Numici,
Soláqe, qa possit facere & servare beatum.

Ex adversum tamen, Plato in *Theateto pag. 115. A.* Μάλα φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν. οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη. καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἔκγονον φήσας, οὐ κακῶς γενεαλογεῖν. *Maximè philosophis hoc usu venit, ut admirentur. Neqe enim aliud præter hoc est philosophiæ principium. Et qi Irim Thaumantis, id est, admirationis filiam esse tradidit, non absurdè ejus originem explicuit.* Cui & Clemens Alexandrinus calculum contribuit suum, *Stromat. l. 2. pag. 380. A.* Τῆς ἀληθείας ἀρχὴ, inqit, τὸ θαυμάζειν, ὡς Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ λέγει. καὶ Ματθαίας ἐν παραδόσεσι παραινῶν, Θαύμασον τὰ παρόντα. βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος. ἣ κἂν τῷ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγελίῳ, Ὁ θαυμάσας, βασιλεύσει, γέγραπται. καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαύσεται. *Veritatis principium est res admirari, ut dicit Plato in Theateto. Et Matthias adhortans in Traditionibus, admirare præsentia: eum esse primum gradum statuens ulterioris cognitionis. Qâ ratione etiam scriptum est in Evangelio secundum Hebræos: Qi admiratus fuerit, regnabit, & qi regnavit, reqiescet.* Nec in hac parte à Magistro suo dissentiens Aristoteles τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, *l. 1. c. 2.* Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς τὰ πρόχειρα τῶν ἀτόπων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες. *Propter admirationem & nunc & primo inceperunt homines philosophari: à principio qidem admirando ea, qa de dubitandis faciliora erant: deinde pavlatim ulterius procedentes, etiam de majoribus dubitando.* Et mox: Ἄρχονται μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν πάντες. *Incipiunt enim omnes ab admiratione.* Verùm conciliari poterunt istæ, qæ ex diametro repugnare sibi invicem videntur, sententiæ; si de tirone philosopho, Platonis istud, de veterano sapientiæ jam apicem summum assecuto, priora illa acceperimus. Cyrus deniqe Persas suos ità instituisse refert Xenophon *l. 8. pag. 206. C.* Ὡς μηδὲ μεταστρεφόμενοι φανεροὶ εἶεν, ὡς, οὐδὲν θαυμάζοντες. *Ut palam se non converterent, qasi nibil admirarentur.*

Καὶ μηδαμοῦ ἐπειγόμενον, ἢ ὀκνοῦν] qod *l. 7. §. 69.* dixit, μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν. *Nec avt festinat, avt torpescit.*

Ἢ ἀμηχανοῦν] ἀμηχανεῖν propriè *in eis esse angustiis, è qibus nullâ ratione, nullâ machinâ expedire vel extricare te possis.* itaqe verto, *perplexum esse.*

Ἢ προσιστηρὸς] Suspecta vox. forsan προσσεσηρὸς, ut gemina litera exscriptoris vitio exciderit, qo modo in προσσυνοικιζομέναις, *l. 4. §. 16.* Xylander *neqe mæstitiæ, neqe gavdii nimium.* Casavbonus *ridere*, vertit; sed ità ut *risus excessum* designet. Mihi aliò inclinat animus. σεσηρέναι est qod Latinis, *ringi*, vel etiam *dentibus renidere.* usurpatur plerumqe de *risu simulato*, qalis eorum, qi Græcis antiqis γναθμοῖς ἀλλοτρίοις, recentioribus ξεναῖς παρειαῖς γελᾶν, uti Eustathius *ad Odyss. σ'.* *malis alienis ridere*, Latinis dicuntur, ut Flacco *Sat. 3. lib. 2.* vel etiam de *indignatione*, *dissimulata* qidem, sed qæ istiusmodi oris habitu se prodat, qi cùm *risum*, vel *irrisionem præ se ferat*, ab animo tamen exacerbato proveniat. ità *ringi* Latinis, non simpliciter *irasci*, uti exiliter nimis Nonius, sed *tacitum stomachari, cùm aliud præ te feras*, uti Donatus, in Terentiano illo *Phorm. 2. 2.* ubi *risui vero* opponitur;

— ille ringitur, tu rideas.

Sidonius *Carm. 23. v. 87.*

Multùm ringitur otiosa virtus.

Marcus noster *l. 11. §. 18.* Τὸ εὐμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ σεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. *Si verum ac genuinum fuerit, non personatum & ementitum.* qale eorum, qi vultu orisqe habitu externo offensionis speciem nullam læsi proferunt, sed injuriarum despectum qendam præ se ferunt, cùm animus tamen intùs odiis occultis æstuet. Apud Svidam, Procopius, opinor, Ἐν τοῖς ἀνεκδότοις, Λίαν γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγριαίνετο καὶ ἐσεσήρει. *Valdè adversus eam Theodora exacerbata erat, & ringebatur.* ut sit istic προσσεσηρέναι, sive σεσηρέναι πρός τι, *ad rem aliqam*; sive *ad occasionem aliqam ringi*, hoc est, vel exacerbari, vel renidere aliqem, ad risum qendam adscititium composito vultu, cùm animo tamen angeretur. id qod *affectationem caninæ æqanimitatis stupore formatam*, nuncupâsse videtur Tertullianus *de Patient. c. 2.*

Καὶ τὸ συγγνωμονικὸν] De Demonacte Lucianum vide ad *l. 5. §. 22.* Præclara sanè Catonis majoris, referente Plutarcho *pag. 340. F.* vox illa, Πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι δοῦναι συγγνώμην πλὴν αὐτοῦ. *Veniam se dare omnium noxis, præterqam suis.* Cui gemina Plinii minoris ista, *l. 8. Epist. 22.* *Optimum & emendatissimum existimo, qi cæteris ità ignoscit, tanqam ipse qotidiè peccet; ità peccatis abstinet, tanqam nemini ignoscat.* Concinna & Senecæ illa, *de benef. l. 1. c. 10.* *Hoc tu cave, tanqam maximum crimen, nè admittas: ignosces tanqam levissimo, si admissum est.* &, *ad Marc. c. 4.* *Nec qicqam pulcrius existimo in fastigio collocatis, qàm multarum rerum veniam dare, nullius petere.* In qam ferè sententiam de Marco Dio Cassius *l. 71. pag. 815. B.* Αὐτὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλει. τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς, ἔφερε, B καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζε. *Ipse ab omnibus vitiis abstinuit, qum nec sponte, nec imprudens delinqeret; sed etiam aliorum vitia, maximè uxoris tulit, dum ea nec investigaret curiosius, nec puniret.* Cæterùm Stoicorum placitis ista adversari prorsus videntur. Censent siqidem illi ut Laërtius *l. 7. c. 123.* in *Zenone* sapientes, ἐλεήμονας μὴ εἶναι. συγγνώμην τε ἔχειν μηδενί, *misericordes non esse, neqe veniam alicui habere.* Et Stobæus Collectan. *Tom. 2. tit. 46.* Φασὶ μηδέποτε συγγνώμην ἔχειν μηδενὶ, τὸν νοῦν ἔχοντα. καὶ δέοντας λέγεσθαι τὸ μηδὲ συγγνώμην ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσι. *Dicunt virum prudentem nemini veniam dare: propterea rectè dici, veniam non esse dan-* C *dam peccantibus.* Hæc tum commemorat, tum & exagitat Cicero *Orat. pro Muræna.* *Fuit qidem summo ingenio vir Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. hujus sententiæ sunt & præcepta hujusmodi; sapientem gratiâ nunqam moveri; nunqam cujusqam delicto ignoscere. neminem misericordem esse, nisi stultum & levem. Viri non esse, neqe exorari, neqe placari.* Et mox: *Supplices aliqi veniunt, miseri & calamitosi? sceleratus & nefarius fueris, si qidqam misericordiâ adductus feceris. Fatetur aliqis se peccâsse, & ejus delicti veniam petit? nefarium est facinus, ignoscere; exorari, scelus; misereri, flagitium.* Et rursus sua illorum præceptis opponens. *Nihil igno-* D *veris. Imò aliqid, non omnia. Nihil gratiæ cavssâ feceris. Imò nè resistito* [al. *persisto*] *gratiæ, cùm officium & fides postulabit. Misericordiâ commotus nè sis. sed tamen est etiam in dissolvenda severitate lavs aliqa humanitatis.* Agnoscit, sed explicare ac mollire conatur Seneca *de Clement. l. 2. c. 5.* *Scio malè avdire apud imperitos sectam Stoicorum tanqam nimis duram. Objicitur enim illi, qod sapientem negat misereri, negat ignoscere. hæc si per se ponantur, invisa sunt. videntur enim nullam spem relinqere humanis erroribus, sed omnia delicta ad pœnam deducere. Qod si est, qid hâc sectâ durius, qæ dediscere humanitatem jubet, portumqe adversùs fortunam certissimum, mutuum avxilium cludit? sed nulla secta benignior leniorqe est,* E *nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior.* Et, *c. 7.* *At, qare non ignoscat, dicam. Venia est pœnæ meritæ remissio. ei igitur ignoscitur, qi puniri debuit. Sapiens avtem nihil facit, qod non debet; nihil prætermittit, qod debet. Itaqe pœnam, qam exigere debet, non donat: sed illud, qod ex venia conseqi vis, honestiore tibi viâ tribuit. Parcit enim sapiens, consulit, & corrigit. idem facit, qòd si ignosceret, nec ignoscit. qoniam qi ignoscit, fatetur aliqid se, qod fieri debuit, omisisse. Aliqem verbis tantùm admonebit, pœnâ non afficiet, ætatem ejus emendabilem intuens: aliqem invidiâ criminis manifestè laborantem, jubebit incolumem esse; qia deceptus, qia* F *per vinum lapsus: hostes dimittit salvos; aliqando etiam lavdatos, si honestis cavssis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti sunt. Hæc omnia non veniæ, sed clementiæ opera sunt.* Verùm hæ sunt Stoicorum argutiolæ spinosæ, & subtilitates supervacaneæ, qas Marcus noster, solidior qàm subtilior, minùs curâsse videtur: imò meræ sunt, Senecâ ipso censente, λογομαχίαι. Sic enim ipse demum *ibidem.* *De verbo, ut mea fert opinio, qæstio est; de re qidem convenit.* Sed de istis ampliùs, *ad lib. 2. §. 13.* De Pio certè Capitolinus. *Ad indulgentias pronissimus fuit.* Et, *His qos Adrianus damnaverat, in Senatu indulgentias petiit.* Idémqe de Marco. *Fuit per omnia moderatissimus, in hominibus deterrendis à malo, in-* G *vitandis ad bona, remunerandis copiâ, indulgentiâ liberandis: fecitqe ex malis bonos, ex bonis optimos: moderatè etiam cavillationes nonnullorum ferens.* & rursus: *Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minori supplicio qàm legibus plecti solent, puniret: qamvis nonnunqam contra manifestos & gravium criminum reos inexorabilis permaneret.* Κἂν ἄρα συμβῇ τισι τὴν τιμωρίαν ὑποσχεῖν, οὐ τὸ παθεῖν καὶ δοῦναι δίκην δεινὸν νομίζουσιν, ἀλλὰ μὴ μείζω παθεῖν, πρὸς κέρδος τίθενται. *Qod si pœnas aliqi dare cogantur, non id tam grave ducunt, qàm, qod majora non patiantur, præclarè secum agi putant.* Aristides de eodem *Orat. in regem Tom. 1. pag. 110.* De Agricola Tacitus: *Omnia scire, non omnia exeqi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœnâ semper, sed pœnitentiâ sæpius contentus esse.* Vide *infra §. 16.* τὸ ἥμερον.

Καὶ

hominis ejuſmodi ſpecimen dare videretur, qi perverti neſciret potiùs, qàm qi corrigi unqam opus haberet. qòd nemo qiſqam inventus ſit; qi vel contemptui ab illo haberi ſe exiſtimaret, vel præſtantiorem ſe illo opinaretur. deniqe qòd urbanitatis lavdem nevtiqam affectâverit.

§ 16. A patre manſvetudinem, & in rebus accuratè jam decretis conſtantiam immotam.

τρόφῃ μᾶλλον ἢ a διορθωμένῃ φαντασίαν παρέχειν. καὶ ὅτι ἔστε ᾠήθη ἂν ποτέ τις ὑπεροφίαν ὑπ' αὐτοῦ, ἔστε ὑπέμεινεν ἂν κρείττονα αὐτὸν αὐτὸν ὑπολαβεῖν. καὶ τὸ b ἐυχαριεντίζεσθαι.

a L. 7. §. 12.

b ἐυχαρ. Sup. §. 7. & L. 3. §. 5.

§ 16. Παρὰ δὲ πατρὸς, τὸ ἤμερον, καὶ c μελιχὸν ἀσυλλύτως ὅπι τ' ἐξητασμένως κεἰθέντων.

c L. 3. §. 5. 15. & l. 11. §. 9.

ANNOTATIONES.

Καὶ ἀδιαστρόφῳ μᾶλλον ἢ διορθωμένῃ φαντασίαν παρέχειν] *magisque conſtantiam erroris ſecuram, qàm erroris correctionem præ ſe tuliſſe.* Xylander obſcurius pavlò. Hoc vult, Cùm ſit prima fœlicitas, à recti norma nè minimùm qidem, vel diſcedere, vel diſtorqeri: ſecunda, ſi qis qoqo deflexerit, ὡς διορθώσεως χρήζειν, *morum curatione & correctione indigere,* (ut ipſe de ſe dixerat, *ſuprà* §. 7.) ad rectitudinis ſtatum priſtinum denuò reduci; qùm, *qod naturâ bonum eſt, neqe emendari, neqe corrigi ſe poſcat*, ut *l.* 2. Arnobius; eam in Maximo rectitudinis firmitatem & ſtabilitatem extitiſſe, ut ope alterâ iſtâ nihil opus habuerit, τὴν διόρθωσιν οὐ δεχόμενον; *nullam correctionem admittens.* qod de Deo Ariſtoteles *de mund. c.* 6. ità ſaltem *in bonum tranſfiguratus*, ut *nihil in eo ſupereſſet, qod mutandum videretur*, ut Seneca, *Epiſt.* 6. In qem eundem ſenſum & illa accipi poſſunt, qæ habentur *l.* 3. §. 5. Ὀρθὸν δὲ εἶναι χρὴ, οὐχὶ ὀρθούμενον. *Rectum, non ſurrectum ac ſuffultum eſſe oportet.* Et *l.* 7. §. 12. Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενον. *Aut rectus, aut erectus ſis.* Neqe enim ἀδιατρεψίαν ſive *pertinaciam* illam Marcus noſter in Maximo avt offenderat, avt ſi offendiſſet, prædicaret; qâ nihil in natura ſua magìs lavdare ac probare palam profitebatur, portentum illud hominis, Cajus Caligula, ut Svetonius *l.* 4. *c.* 29. cùm nihil ſit hâc magìs avt devitandum, avt deteſtandum; ab eáqe Marcus & ipſe ſe cum primis abhorrere doceat, *l.* 6. §. 21. & alios itidem ſeriò ſeduloqe dehortetur, *l.* 4. §. 12.

Οὐδὲ ὑπέμεινεν ἂν κρείττονα αὐτοῦ αὐτὸν ὑπολαβεῖν] Miranda de hominis præſtantiâ aliorum omnium conſenſio, cui nemo qiſqam deprehenſus eſt, qi exæqare ſe avſus eſſet. Stupenda etiam, non ſuſpicienda duntaxat, in tanta univerſorum exiſtimatione, hominis modeſtia, qi neminem qenqam unqam neglectui avt deſpectui habuerit.

Καὶ τὸ ἐυχαριεντίζεσθαι] Nec occurrere alibi vocem hanc exiſtimo; & hoc loco mihi ſuſpecta eſt planè. Siqidem χαριεντισμὸς ſive urbanitas, parum diſtare videtur, vel ab ἀσελγολογίᾳ, *dictionis elegantioris ſtudio*, qam repudiat Marcus *ſuprà* §. 7. vel à κομψείᾳ, *ſermonis elegantiâ* etiam, qam non ſemel damnat *l.* 3. §. 5. & 8. & *l.* 4. §. 51. unde τὸ χαριεντίζεσθαι καὶ τὸ κομψύεσθαι à Platone conjunguntur, *Polit. l.* 4. *pag.* 642. *C.* Εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψύεσθαι. *Si artificioſius & argutius iſte luſerit aſſerens.* qin & Svidas τὸ καταπερπερεύεσθαι, *ſe oſtentare*, exponit per χαριεντίζεσθαι. qod Marco itidem in vitio ponitur, *l.* 5. §. 5. forſan tamen exiſtimaverit qis, τὸ ἐυ iſtud adjectum, urbanitatem ità condire poſſe, ut ſuo modo, ſuáqe tempeſtate adhibita, (qod non obſervant οἱ χαριεντιζόμενοι ἐν μὴ χαριεντι καιρῷ, *faceti, lepidi tempore minus grato*, uti Dionyſius Halicarnaſſeus in *Lyſia* loqitur) etiam citra Stoicæ ſeveritatis violationem ullam locum ſuum obtineat. qum τὸ ἔυχαρι, *feſtivum*, in Pio prædicet ipſe *infrà* §. 16. Xylander *liberaliter* qoqe *facetum eſſe.* qod tam à Maximi inſtituto, qàm & à Marci, puto, ingenio, aberat procul. Verùm ego Marco ipſo avtore, τὸ δὲ χαριεντίζεσθαι reſcribere non dubitem; atqe ità Marcum ipſum ſcripſiſſe, pignore etiam interpoſito, contendere avſim. τὸ χαριεντίζεσθαι certè in ſeqiorem partem uſurpari, docent, cum ex Ariſtophanis illo, χαριεντίζεις (τίζη f.) καὶ καλαπαίζεις ἡμῶν καὶ βωμολοχίνη. Χαριεντίζεις, *facete cavillaris, & nobis illudis, & ſcurriliter loqeris.* apud Etymologum & Svidam; qi & χαριεντιζόμενοι exponunt ἐυτραπελιζόμενοι, θυκώπλοντες, *urbanitate utentes, facetiis utentes, cavillantes.* tum & ex Gloſſario, ubi χαριεντίζεσθαι, *carinari. Carinari* avtem in Iſidori *Gloſſis* eſt *illudere.* Et *carinantes* apud Feſtum, *probra objectantes*, ſive *objicientes.* qibus accedit, qod *carinare*, Servius *ad Æn. l.* 8. explicat *obtrectare.* adductis Ennii illis,

--neqe me decet hanc carinantibus edere chartis.

&,

Contra carinantes verba atqe obſcæna proſatus.

ubi in priore verſu pro *hanc, haic*, ſive *hæc* Merula; in altero, pro *atqe, aiqè*, ſive, *aqè*, Caſtricomius legendum cenſet. porrò *carinare à navium carinis dictum* vult Feſtus, an hujus mutilator Pavlus; *qod ut infima navis pars carina; ità ſortis infima homines, qibus ſcommata id genus jacere uſus eſſet.* at Joſephus Scaliger, & hunc ſecuti Merula *ad Ennium*, & *ad Strabonem* Caſavbonus, *carinari* Latinis eodem modo dictum ſtatuunt, qo Græcis γεφυρίζειν. nec indicant tamen unde nominis id tractum velint. à *Carinis* ne loco in urbe ſic dicto; an à *navium carinis*, ut ad navtis uſitata convicia reſpiciat, de qibus Flaccus *ſerm. l. Sat.* 5.

Tum pueri navtis, pueris convicia navta
Ingerere.

nam Feſto qæ tribuitur notatio nec navci eſt. ego ſanè à χαρίζειν ὑδὲ ipſo *carinari* vel deductum, vel corruptum, nullus ambigo.

§ 16. Τῦ πατρὸς] *Patrémne* velit naturalem, *Annium Verum*, de qo *ſuprà* §. 2. an adoptivum, *Antoninum Pium*, ambiget forſan qispiam. Verùm hunc potiùs deſignatum exiſtimem, cùm qia ille, Marco noſtro impube adhuc, exceſſiſſe videtur; ut ex Capitolino conjicere eſt, tum qia hæc eadem (qæ & magna ex parte ſunt principis potiùs, qàm privati hominis, virtutes) pleraqe ferè de Pio enunciata deprehenduntur *l.* 6. §. 30. idem ſtatuit & Caſavbonus *ad Marci vitam.* Interim falſus eſt Theodoretus, ſi Pii gnatum Marcum exiſtimavit, qod verba ipſius ſonare videntur, *therapeut. l.* 9. ubi poſtqam de Hadriano dixerat, Καὶ Ἀντωνῖνος, inqit, ᾧ Βῆρος ὁ ἐξ ἐκείνου. & Acciaolus, *Antoninus qi Hadriano ſucceſſit, qiqe ex eo genitus eſt Verus.* Marcum enim potiùs qàm Lucium deſignatum opinor, cùm eò loci, tum & operis ejuſdem *l.* 6. ubi Imperatorum ſeries ità digeritur, Ἀδριανὸς, ᾧ Ἀντωνῖνος ὁ πρῶτος, ᾧ Βῆρος, ᾧ Κόμμοδος. *Adrianus, & Antoninus primus, & Verus, & Commodus.* Cæterùm de Vero nevtro verum eſt, *ex Pio* fuiſſe *genitum.*

Τὸ ἤμερον] De Pio, Capitolinus. *Erat moribus clemens, ingenio placidus & mitis. Nulli acerbus, cunctis benignus.* Eutropius. Et Avrelius Victor. *Adeò manſvetus, ut inſtantibus patribus, ad eos, qi contra eum conjuraverant, perſeqendos, compreſſerit qeſtionem. uſqe eò avtem mitis fuit, ut cùm obinopiæ frumentariæ ſuſpicionem lapidibus à plebe Romana perſtringeretur, maluerit ratione expoſitâ placare, qàm ulciſci ſeditionem.* Marcum pariter prædicat Galenus in *Comment. de libr. ſuis*, ἐυγνώμονά τε καὶ μέτριον, ἥμερόν τε καὶ πρᾶον, *candidum, modeſtum, clementem & mitem.* Clementiam Marci celebrat cum aliis & Capitolinus. Sed præcipuè Ariſtides & Dio. Ille *Orat. in Regem Tom.* 1. *p.* 111. Ὧν γὰρ, inqit, τηλικοῦτος ὁ βασιλεὺς, ἡμερότητι καὶ ἐπιεικείᾳ διενήνοχεν ἁπάντων βασιλέων. *Qod in tanta potentia reliqos reges omnes clementiâ & æqitate ſuperavit.* Iſte in *Marco pag.* 813. *C.* Οὕτω τι, inqit, καθαρὸς διὰ πάντων, καὶ χρηστὸς, καὶ ἐυσεβὴς ἐγένετο, ὡς ἔγραψε τῇ βουλῇ μηδένα τῶν Κασσίῳ συναραμένων τεθνάναι. Μὴ γὰρ γένοιτο, ἔφη, μηδένα ὑμῶν ἐπ' ἐμοὶ, μήτε τῇ ἐμῇ, μήτε τῇ ὑμετέρᾳ ψηφῷ σφαγῆναι, καὶ τέλος ἔφη, ὅτι ἂν μὴ τοῦτο τύχω, σπένδω πρὸς τὸν θάνατον. *Uſqe adeo per omnia purus, mitis & pius erat, ut ſcripſerit ad ſenatum, ne qis eorum, qi opem Caſſio tuliſſent, morte afficeretur. Abſit enim, inqit, ut, me tenente principatum, veſtrum qiſqam meo veſtrove decreto capite damnetur. Ad extremum addidit, qod ſi id à vobis non impetrabo, ad mortem ibo celeriter.* Unde in Senatu acclamatum ei refert Vulcatius in *Caſſ. Antonine pie, Dii te ſervent. Antonine clemens, Dii te ſervent.* Vide *ſuprà* §. 15. Τὸ συγγνωμονικὸν.

Μειλίχιον ἀσυλλύτως ἐπὶ τῶν ἐξητασμένως κριθέντων] Ità *l.* 6. §. 30. Τὸ ὑπὲρ τῶν καλῶς λόγον πραττομένων ἔυτονον, *conſtantem in rebus rite geſtis tenorem.* Verùm cave iſtîc intelligas ἀδιατρεψίαν illam, qam Cajum Imperatorem in ſe maximè probâſſe, ex Svetonio ſuprà monuimus, ad §. 15. avt Neronis etiam pervicaciam, dixerim an præcipitantiam obſtinatam, cui illud Caſſio *lib.* 62. *pag.* 706. *E.* referente, ſubinde in ore, Περὶ ὧν ἂν ἅπαξ τι εἴπω, μηκέτι μοι αὖθις πύθῃ. *Ne me, de qibus ſemel dixero, iterum interroges.* Siqidem ut Seneca, *de benefic. l.* 4. *c.* 38. *Hoc verò ſuperba ſtultitiæ perſeverantia eſt, Qod ſemel dixi, qalecunqe eſt, fixum ratúmqe ſit.* Qomodo apud Antiphanem ille in *Gorgytho*, referente Atheneæo *l.* 8.

Ἥτλόν γ' ἀποσαίην ἂν, ὧν προειλόμην,
Ἢ Καλλιμέδων Γλαύκῃ πρεῖτ' ἂν χρυσίον.
In iis qæ decrevi minus diſcedam à propoſito,
Qam ab emendo Glavci capite Callimedon deſiterit.

Nec ſtultitiæ tantùm, ſed & inſcitiæ proprium. Syneſius *in calvit. pag.* 72. de plebe imperita: Καὶ γὰρ ἀμαθεῖς ὄντες, ἰσχυρογνώμονές εἰσι, καὶ καλὸποὶ προσατᾶι τῶν ἀτόπων προλήψιων ὥς' ἄν τις τῶν πατρίων παραινῇ, ταχὺ πιθῆται τὸ κάκιον. *Et qidem qum imperiti atqe inſcii ſint, propoſiti nihilominus tenaces ſunt, & in tuendis iis qæ præſumpſerunt, qamvis abſurdis mirum in modum pertinaces. Unde ſi qis ſecus aliqid jaxit, qàm patrii ritus atqe inſtituta ferant, cicutam protinus bibet.* Verùm rationibus veris certisqe ſubnixam conſtantiam intelligit in rebus accuratè perpenſis, & veritati æqitatiqe conſentaneè conſtitutis. Rectè Seneca *Epiſt.* 23. *Conſtituendum eſt qid velimus, & in eo perſeverandum. Nam illi, qi ex aliis propoſitis in alia tranſiliunt, avt nè tranſiliunt qidem, ſed caſu qodam tranſmittuntur, qomodo habere qidqam certum manſurumve poſſunt?* Et, *de beat. c.* 8. *Fidens ſit animi: ſed fiducia ejus non ſine ſcientia ſit, non ſine conſtantia. ità maneant illi ſemel placita,*

a L.6.§.30. καὶ τὸ [a] ἀκενόδοξον περὶ τὰς δοκούσας τιμάς. καὶ
& l.8.§.1. τὸ [b] φιλόπονον, καὶ ἐνδελεχές. καὶ [c] τὸ ἀκου-
b L.5.§.2. στὸν τῶν ἐχόντων τι χρησιμωφελὲς εἰσφέρειν. καὶ τὸ ἀ-
c L.6.§.30. παραιτήτως εἰς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονεμητικὸν ἑ-
d Sup.§.8. κάστῳ. καὶ τὸ [d] ἔμπρον, πρὸ μὲν χρείας ἐντάσεως, πρὸ δὲ
ἀνέσεως. καὶ τὸ παῦσαι τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν μειρακίων. καὶ ἡ κοινονομοσύνη.

qòd in honoribus, qi habentur, istis, gloriæ inani nihil concesserit; qòd laboribus ferendis cùm libens, tum & assiduus, se dederit. qòd eos avdire promptus fuerit, qi adferre qid poterant, qòd in publicum conduceret: qódqe nemo illum abducere qiverit, qin pro merito suo unicuiqe rependeret. qòd probè noverat, ubi vehementiùs, ubi remissiùs agere opus esset; qòd ab adolescentium amoribus coercuerat se. qòd civiliter admodum se gessit. qòd ami-

ANNOTATIONES.

placita, nec ulla in decretis ejus litura sit. A constantia certè lavdat Pium Capitolinus; uti mox videbitur. Verùm de argumento isto habetur elegans sanè Epicteti dissertatio apud Arrianum *l.* 2. *c.* 15. ubi inter alia hæc habet. Τοῖς κριθεῖσιν ἐμμένειν δεῖ, ὑ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀρθῶς. *Decretis insistendum est, non omnibus, sed rectis.* — ὑ θέλεις τὴν ἀρχὴν ποιῆσαι καὶ τοῦ θεμέλιον, τὸ κρίμα σκέψασθαι, πότερον ὑγιὲς ἢ ὑχ ὑγιές, καὶ ὕτω λοιπὸν ἐποικοδομεῖν αὐτῷ τὴν εὐτονίαν, τὴν ἀσφάλειαν; ἂν δὲ σαπρὸν ὑποσήσῃ καὶ καλαπίπτον, ὑκ οἰκοδόμημά τι ὄν, ὅσῳ ἂν πλείονα καὶ ἰσχυρότερα ἐπιθῇς, τοσούτῳ θᾶττον καλεισχθήσεται. *Non à principio vis ordiri & jacere fundamentum, decretum considerando, rectumne sit an pravum, ac tum demum in eo exædificare firmitatem istam & constantiam? qod si fundamentum putre ac ruinosum jeceris, qo plura & firmiora imposueris, eo cèlius ædificium corruet.* Vide *ad l.* 8. §. 16.

Τὸ ἀκενόδοξον περὶ τὰς δοκούσας τιμάς] idem & *l.* 6. §. 30. De Pio Victor. *Appetentiâ gloriæ carens & ostentatione.* Qin &, Capitolino teste, *menses Septembrem atqe Octobrem* cùm *Antoninum atqe Faustinum* (ab ipsius uxorisqe suæ nominibus) *appellandos decrevisset Senatus, id Antoninus respuit.* qanqam cæteroqin honoris sibi suísve ab eisdem oblatum delatúmqe, qod legitur, aspernatus. Vide *infrà*, §. 17.

Τὸ φιλόπονον] Verùm ista potiùs Ælii Adriani lavs fuerit, de qo Victor: *Immensi laboris: qippe, qi provincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium prævertens.* Sed & hanc lavdem etiam Marco tribuit Dio: Vide *infrà ad illa*, ὑ προσπέση. Capitolinus item verbis illis: *Magno igitur labore, etiam suo, gentes asperrimas vicit.*

Τὸ ἀκουστὸν τῶν ἐχόντων τι χρησιμωφελὲς εἰσφέρειν] De eodem *l.* 6. §. 30. Τὸ ἀνεχέσθαι ἀγλισσανόντων παῤῥησιαστικῶς τῆς γνώμης αὐτοῦ, καὶ χαίρειν, εἴ τις δείκνυοι βέλτιον. *Ut sententiis ipsius liberè se opponentes sustinuerit, gavisus etiam si qis melius qicqam proferret.* Optimè Agamemnon *Iliad.* ξ'. *n.* 107.

Νῦν δ' εἴη, ὅς τῆς δὲ ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι,
Ἤ νέῳ, ἠὲ παλαιός. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.
Nunc autem sit, qi hoc melius consilium dicat
Vel juvenis, vel senex, mihi autem lubenti fuerit.

Sophocles Antigon. *n.* 739.

Ἄναξ, σέ τ' εἰκὸς, εἴ τι καίριον λέγει,
Μανθάνειν, σέ τ' αὖ τὰ δ'. ἓν γὰρ εἴρηται διπλᾶ.
Rex, convenit te, si qid rectè dicitur,
Discere, & hunc vicissim, rectè enim dictum est, audire.

Et rursus *n.* 730.

Μὴ νῦν ἓν ἦθος μῶνον ἐν σαυτῷ φόρει,
Ὡς φῂς σὺ, κ' οὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.
Me unum hunc morem tantum retineas,
Ut putes nihil esse rectum, nisi qod tu dicis.

Rursus *n.* 725.

Ἀλλ' ἄνδρα, κἂν τις ᾖ σοφὸς, τὸ μανθάνειν
Πολλ' αἰσχρὸν οὐδὲν, καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.
Sed etiam sapientem virum discere
Multa non est turpe, & non nimium repugnare.

Et denuò *n.* 738.

Καὶ τῶν λεγόντων ἓν, καλὸν τὸ μανθάνειν.
Honestum est alios etiam audire.

Et ibidem *n.* 1147.

Εὖ σοι φρονήσας, ἓν λέγω. τὸ μανθάνειν
Δ' ἥδιον ἓν λέγοντος, εἰ κέρδος φέρει.
Bene tibi volens suadeo:
Prodest autem audire bene monentem.

Anacharsis apud Plutarchum in *Sympos.*, cùm qæreretur, ecqid regem maximè illustrem faceret, respondisse dicitur, Εἰ μόνος φρόνιμος εἴη. *Si solus sapuerit.* qod mihi videtur à ratione qàm longissimè dissitum. Itaqe malim, qod Stobæus exhibet *Tom.* 2. *tit.* 48. Εἰ μὴ μόνος φρόνιμος εἴη. *Si non solus sapuerit, si sapientiâ suâ non fuerit contentus nimis, dum se solùm sapere existimat.* Qod de Tiresia Homerus *Odyss.* κ'. *v.* 495. de Scipione Cato apud Plutarchum in *Apoph.* Et *Polit.* de Chrysippo alii apud Lactium *l.* 7. §. 183.

Οἷος πέπνυται· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι.
Hic solus sapit: ast alii velut umbra feruntur.

Et Callimachus hymn. *in Lavacr. Pallad. n.* 129.

Μοῦνος πεπνύμενος.
Solus prudens.

Qalis Creon depingitur à Strattide in *Phanissis* apud Athenæum *l.* 14. *pag.* 621. *F.*

Οὐδὲν συνίετε πᾶσα Θηβαίων πόλις,
Οὐδέν πω. —
Nihil intelligitis universi Thebarum cives,
Nihil prorsus.

A Et à Sophocle in *Antigon. n.* 741.

Οἱ τηλικοί δε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
Φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;
An tali ætate discemus
Sapere a juvene?

Siqidem, ut apud eundem Creontem filius patrem prudentior monet *n.* 722.

Ὅσις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
Ἢ γλῶσσαν ἢν ὑκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
Οὗτοι διαπλυχθέντες ὤφθησαν κενοί.
B *Qi enim solus sapere videtur,*
Aut linguam, aut mentem habere, qam nemo habeat,
Is retectus inanis deprehensus est.

& Evripides *Æolo* apud Stobæum *Tom.* 2. *c.* 22.

—τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἶην φίλος,
Μήτε ξυνείην, ὅσις αὐτάρκη φρονεῖν
Πέποιθε, θὐλλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.
—*Caterùm hujusmodi ne mihi contingat amicus,*
Neqe contubernalis, qi satis multa sapere se
Sibi persvadet, & pro servis amicos æstimat.

C Ità qi solus sapit, bis desipit; dum aliorum consilia respuit & despuit, aliorúmqe consortia abs se abdicat. qibus duobus nihil potest esse principibus pernicioſius. fit deniqe qod Plato *ad Dion. Epist.* 4. & ex Platone Plutarchus *de adulat.* & *in præcept. Polit.* αὐθάδεια ἐρημίαν ξύνοικος. *austeritas solitudinem amicorum parit.* De Marco nostro Capitolinus. *Semper sanè cum optimatibus, non solùm bellicas res, sed etiam civiles, priusqam faceret aliqid, contulit,* deniqe, sententia illius præcipua semper hæc fuit, *Æqius est, ut ego tot & talium amicorum consilium sequar, qàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem sequantur.* Optimè L. Æmylius apud Livium *l.* 44. *Non sum us, qi non existimem admonendos duces esse: imò eum, qi de sua unius sententia omnia gerat, superD bum judico magis qàm sapientem.*

Τὸ ἀπαραιτήτως εἰς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονεμητικὸν ἑκάστῳ] De eodem *l.* 6. §. 30. Ὡς ἀκριβὴς ἦν ἐξεταστὴς ἠθῶν καὶ πράξεων. *Ut morum actionúmqe accuratus explorator fuerit.* Capitolinus. *Fuit sanè eâ constantiâ, ut septenis & novenis annis in provinciis bonos præsides detineret.*

Τὸ ἔμπρεον, πρὸ μὲν χρείας ἐντάσεως, πρὸ δὲ ἀνέσεως] *Diligens agri cultor, mitis, largus; & omnia hac cum mensura.* Capitolinus. Vide *suprà* qæ de Apollonio §. 8. Seneca, *Epist.* 89. *Impetus ex dignitate rei cujusqe concipitur, proinde remissior acriorve, prout illa digna est peti.*

E Τὸ παῦσαι τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν μειρακίων] qibus scilicet cùm Hadrianus, tum & Trajanus nimioperè addicti: uti ex Dione liqet & Capitolino. Vide *infrà* §. 17. Θεοδότου.

Ἡ κοινονομοσύνη] *qod utilitati publicæ omnes cogitationes impendebat.* Xylander. Κοινονομοσύνη vocabulum compositione novâ, vel à nostro fabricatum, vel à suis receptum. hoc enim Stoicis familiare fuisse deprehendet, qi in eorum qæ supersunt fragmentis versatus fuerit, nova subinde prout usus postulabat, compositionis Grammaticæ ope, comminisci & procudere vocabula. Insolens itaqe vox ista; & rei propemodum insolentis. Nam qod Pavlus conqeritur *ad Philip. c.* 2. *v.* 21.
F Πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν. *Qæ sua sunt, plerique qærunt:* (qod *charitatis* esse negat idem Apostolus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 13. *v.* 5. ὑ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, *non qærit qæ sua sunt*) in ore subinde habentes, vel Davidicum illud *Psal.* 4. *v.* 6. *Qis nobis commodi aliqid repræsentabit?* vel Theocriticum istud ex *Idyll.* 16.

Αὐτῷ μοί τι γένοιτο. —
Mihi modo sit qod habeam.

Et qod Pindarus *Nem.* 1. Gregorius Nazianzenus *in Julian. l.* 1. Gregorius Presbyter in *vita Nazianzeni.* Τὸ οἰκεῖον πιέζει πᾶν. *Domesticum premit omne.* Τοῦ δὲ δημωφελοῦς καὶ κοινῆ διαφέροντος ὀλίγη τοῖς καθ' ἕνα φροντίς. *Qæ publicè prosunt, parum cuiqe curæ sunt.* Herodian. *l.* 2. *c.* 23. §. 21. hoc est, ut Tacitus *Annal. l.* 17. *Privata cuiqe stimulatio, vile decus publicum.* Ità qod idem *ibidem pessimum veri affectus venenum, sua cuiqe utilitas.* Et qod Livius *Histor. l.* 20. *Privata res semper officere, officientqe publicis consiliis.* Dum, Ἐν βραχεῖ μὲν μορίῳ σκοποῦσι τῶν κοινῶν οἱ πλεῖστοι. τῷ δὲ πλείονι τὰ οἰκεῖα πράσσουσιν. ὥστε τῷ ἰδίῳ λανθάνειν τὸ κοινὸν ἀθρόως φθειρόμενον. *Brevi momento de rebus communibus deliberant, majore temporis parte rem familiarem administrant: ita ut illos lateat privato commune bonum ab omnibus perdi.* Thucydides *Hist. l.* 1. *pag.* 95. *D.* &, qod Lysias *adv. Philon. Edit. Marburg. pag.* 471. Παρεντες τὸ τῆς πόλεως κοινὸν ἀγαθὸν, ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κέρδος ἦλθοτε, διὰ τὸ μὴ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν, πατρῴδα αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. *Qod neglecto communi civitatis bono, privata sua lucra sunt qæsituri;*

cum

amicis vel cœnandi secum, vel abstinendi optionem liberam permittebat, nec peregrè euntem comitari, nisi ipsis allubesceret, necesse erat: qòd affectum adversùs se pariter semper deprehendebant, etiamsi occasione aliquâ impediti, eum nevtiqam essent comitati. qòd in consiliis, qid facto opus esset, κὴ τὸ ἐφεῖσθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες. [a] ἀεὶ δ' ὅμοιον αὐτὸν καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρείας τινὰς ἀπολειφθέντων. κὴ [b] τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς

a Sup. §. 8.

b L. 6. §. 30.

ANNOTATIONES.

cùm non civitatem, sed facultates & divitias sibi patriam constituunt.

Πόλει δ' ἄχρηστος, ὁ αὐτῷ ἄριστος.
Reipublicæ inutilis, sibi est optimus.

Evripides *Heracl. n.* 4. vide & Aristotelem *Polit. l.* 2. *c.* 3. Eò igitur lavdabilior fuerit in Antonino κοινονημοσύνη ista, qò in plerisqe rarior: qà *potior* habetur *privatis vel rebus vel necessitudinibus respublica*, ut Livius *l.* 24. &, *communia propriis præjudicant*, ut Bernardus *de Temp. Serm.* 58. μὴ τὰ ἴδια τῶν κοινῶν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων προτιμητέον. *Non privata res publicis, sed publica privatis anteponenda sunt.* Apollonius Tyanæus *Epist.* 66. Eam principi suo Clavdianus his verbis commendat, in *Honor. Cos.* 4.

--consule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, sed publica vota.

Eam certè in Pio cum primis prædicat Capitolinus his verbis: *Tantâ sanè diligentiâ subjectos sibi populos rexit, ut omnia & omnes, qasi sua essent, curaret. itáqe provincia sub eo cuncta floruerunt. Ibidem* & in Catone, Lucanus *l.* 2.

--urbi pater est, urbiqe maritus;
In commune bonus.

In Galba, Plutarchus in *Galb. pag.* 1062. *C.* Ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὴ δῆλος πρὸ τῆ ἰδίᾳ τὸ κοινὸν τιθέμενος. *At Galba pra se tulerat semper rempublicam se privatis anteferre rationibus suis.* In Severo, Galenus *ad Pison de theriac. cap.* 2. Νομίζεται τὸ μέγιστον εἶναι τῆς βασιλείας μέρος, τὴν τῆ κοινῆ σωτηρίαν. *Censet maximam regni esse partem, communem omnium salutem.* In Athenienſibus priſcis, Demosthenes *Olynth.* 3. *pag.* 38. *B.* Οὐ γὰρ εἰς περιουσίαν ἐπράττετο, αὐτοῖς τὰ τῆς πόλεως. ἀλλὰ τὸ κοινὸν αὔξειν ἕκαστος ὤετο δεῖν. *Neqe enim rei familiaris amplificandæ gratiâ, rempublicam gerebant, sed qisqe sibi rem communem augendam esse putabat.* In Lacedæmoniis cum primis, Plutarchus in *Lycurg. pag.* 55. *B.* Τὸ δὲ ὅλον, inqit, εἴθιζεν τοὺς πολίτας μὴ βούλεσθαι μήτε ἐπίστασθαι κατ' ἰδίαν ζῆν, ἀλλ' ὥσπερ τὰς μελίττας, τῷ κοινῷ συμφυεῖς ὄντας ἀεί, καὶ μετ' ἀλλήλων εἰλημένους περὶ τὸν ἄρχοντα, μικρᾶ δεῖν ἐξεστῶτας ἑαυτῶν ὑπ' ἐνθουσιασμῶ καὶ φιλοτιμίας, ὅλους εἶναι τῆς πατρίδος. *In summa assuefecit cives ne vellent, neu scirent privatim vivere: verùm ut apum more ad rempublicam conglobati semper, & inter se circa principem volutati, afflatique lymphatico atqe gloriæ siti tantùm non mente alienati, patriæ essent toti.* Vide *l.* 7. §. 4.

Cæterùm in diversum abit & reclamat hîc Xylandro de vocabuli hujus interpretatione par illud in republica literaria honoratissimum, Isaacus Casavbonus & Clavdius Salmasius, in eruditissimis suis *ad Historiam Augustam commentariis.* Ille, *Propria*, inqit, *Marco vox est ista, eruditissimo interpreti minùs intellecta. Sic avtem appellat civilitatem, & virtutem illam, per qam censeri communi cum cæteris civibus jure æqo animo aliqis patitur. Herodianus vocat* τὸ μέτριον καὶ ἰσόμετρον, vide pòst in διατηρητικὸν τῶν φίλων. Iste pariter pro eo vult sumi qem *communem sensum* vocat Juvenalis *l.* 3. *Sat.* 8. verbis istis;

Hæc satis ad juvenem, qem nobis fama superbum
Tradit & inflatum plerumqe Nerone propinqo.
Rarus enim fermè sensus communis in illâ
Fortunâ.

Significat, inqit, *modestam illam, moderatam, usitatam, & ordinariam, ut ità dicam, hominis mentem, qæ in commune qodammodo consulit, nec omnia ad commodum suum refert, respectumqe etiam habet eorum cum qibus versatur, modeste, modicèqe de se sentiens.* Eodemqe refert uterqe qod in seqentibus adjicitur, tanqam vocabuli istius interpretamentum, de facilitate animi in concedendo amicis, nè se comitarentur, avt secum convivari cogerentur, si id ipsi nollent: qam & in Marco notat Galenus, qi in *Comment.* περὶ τῆ προγινώσκειν, φιλανθρωπίαν καὶ χρηστότητα ἐν τῷ περὶ ἰδίων βιβλίων, μετριότητα καὶ ἐυγνωμοσύνην, nuncupat. Juvenali Senecam adjungere licet, *ad Lucilium* suum *Epist.* 105. *Odium ex offensa sic vitabis, neminem lacessendo gratuito: à qo te sensus communis tuebitur.* De Thoma Moro nostro Erasmus *Epist. ad Ulr. Huttenum, Nemo minus ducitur vulgi judicio: sed rursus nemo minus abest à sensu communi.* Nec multum distat qod Apostolus *ad Rom. c.* 12. *v.* 16. Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. *Non elatè de vobis ipsis sentientes, sed humilibus obsecundantes. Communem sensum* in Trajano hunc prædicat Plinius in paneg. *Non de tyranno, sed de cive; non de domino, sed de parente loqimur. unum ille se è nobis putat; nec minùs hominem se qam hominibus præesse meminit.* In Marco Evtropius *Hist. Rom. l.* 8. *Hic cùm omnibus Romæ æqo jure egit: ad nullam insolentiam elatus est imperii fastigio.* Etiam pòst imperium collatum & susceptum, τῷ αὐτῷ τῷ καὶ τρόπῳ χρώμενον. *Eadem animi sententiâ & moribus iisdem usus.* Aristides *Orat. in Marc. p.* 113. De Clavdio Svetonius *l.* 5. *c.* 12. *In semet avgendo parcus atqe civilis, prænomine Imperatoris abstinuit, nimios honores rectusavit.* Sed *c.* 35. *non sine nota aliqa, jactator civilitatis.* De Pio ipso Julius Capitolinus, *Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit.* De Marco deniqe nostro Capitolinus idem. *In imperio ità civiliter se gessit, ut lenitatem Pii nemo desideraret.* Et mox; *Cum populo non aliter egit, qàm est actum in civitate libera.* Déqe eodem Joannes Aventinus *Annal. Boior. lib.* 2. *Admodum clemens & civilis erga omnes, adeuntium cuivis dextram placidè dabat.*

Καὶ τὸ ἐφεῖσθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως] Lampridius de Alexandro Severo: *Cum amicis tam familiariter vixit, ut communis esset eis sæpe consessus, iret & ad convivia eorum: aliqos avtem haberet qotidianos etiam non vocatos. qotidiani igitur illi convivæ imperatorum, etiam non vocati aderant, & adesse qodammodo cogebantur, qod sine illis esse non posset princeps.* non tenuit avtem hunc morem Marcus, sed amicos liberabat hac necessitate veniendi, & gratiam illis faciebat secum convivandi, ubi ipsis collibuerat; Patrem Pium, ut hoc loco ipse testatur, imitatus. qod seqiùs tamen interpretati sunt qidam, & ad mores Marci arrogantes referre conati sunt, qi fastigium principis servare cuperet. *Dederunt crimini*, inqit Capitolinus, *qod aulicam arrogantiam confirmaverit, submovendo amicos à societate communi atqe à convivüs.* Salmasius *ibidem.*

Μήτε συναποδημεῖν] dicere nimirum solebat, *Gravem esse provincialibus comitatum principis etiam nimis parci.* Capitolinus. Verum Marcus hac ratione Pium prædicat profectionem communem amicis condonâsse, ne istis ipsis gravis potius ac molestus officio minùs necessario existeret. qo nomine Marcum item commendat Galenus locis pavlò antè adductis *cap.* 9. Χρησόν τ' ὄντα, inqit, καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν εὐθυμήθην πείσας καταλείπειν ἐν τῇ Ῥώμῃ με. *Qoniam avtem benignus erat & humanus, potui abeo impetrare, ut Romæ manerem.*

Ἀεὶ δὲ ὅμοιον αὐτὸν καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρείας τινὰς ἀπολειφθέντων] M. Casavbonus de negotiis accipit, qæ cum necessaria aliqa occasione interveniente, priusqam confici possent, abrumpere cogebatur, eundem illum, hoc est, pariter affectum, pariàqe sentientem, ubi ad illa jamdiu intermissa rediret, semper deprehenderent. At Xylander (cui accedo potiùs, svadente dictionis ipsius serie) de personis, amicis puta, familiaribus, ministris; qod etiam cum necessitate aliqa eum comitati non fuerant, avt etiam ob cavssas necessarias, qo minùs id possent, ab ipso, cùm aliqò proficisceretur diutius forsan abfuturus, relicti, eundem tamen tam absentes qàm præsentes experti sint. Vitium illud notâsse videtur crebrum nimis, à qo Pius immunis fuerit, qo absentium amicorum rationem nullam avt exiguam saltem habere solent plerique, qos præsentes tamen colere cum primis præ se ferant. Qo trahit Athenæus *Dipnosoph. l.* 5. tritum sermone vulgari illud, qod ille τὴν μισανθρωποτάτην τῶν παροιμιῶν indigitat,

Τηλοῦ φίλοι νεῖοντες, οὐκ εἰσὶν φίλοι.
Amici, amici non sunt, qi degunt procul.

Et reverà sicut apud Romanos *lege Pompejâ, ab honorum petitione absentes submovebantur*; Svetonius *l.* 1. *c.* 28. ita & plerisqe, bonis etiam candidisqe, absentium benè meritorum qoqe oblivio qandoqe obrepit. Cæterùm qod in Pio Marcus hîc prædicat, Epicuri dogma vult esse Laërtius *l.* 10. qi sapientem dixerit, hùncqe solum, Χάριν ἕξειν φίλοις καὶ παρεῖσι καὶ ἀπεῖσιν ὁμοίως, διά τε ὀδοῦ. ὅτε μέν τις τρεβλοῦται, ἔνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει. descripsi & qæ ad præsens negotium nihil faciunt, qò loco malè habenti medelam tentarem. Sic vertit Ambrosius Camaldunus. *Gratiamqe amicis præsentibus æqè ac absentibus habiturum sapientem, jocum, atqe item in itinere: qum tamen cruciatur, & ingemiscet & ejulabit.* Verùm, qid hoc est, *in itinere gratiam habere*? avt qò spectat? tum qæ arena sine calce? avt qàm bella commissura illa? *qum tamen cruciatur*, &c. qid enim istud ad gratiam amico habendam? eò, uti videtur, respexisse voluit, qod antè dictum fuerat, Κἂν τρεβλωθῇ δ' ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. forsan avtem illud, διά τε ὀδοῦ, ad seqentia pertinebat; ut sensus sit, *etiam in itinere, si qem torqeri viderit, commiserationi attactum, fortem hominis deploraturum.* Sed revera prioribus illis postrema ista sic conjungenda avtumo, ut legatur; Κἂν τρεβλωθῇ δ' ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. ὅτε μέντοι τρεβλοῦται, ἔνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει. ità sensus erit, *Sapientem, etiamsi in tormentis qoqe constitutus beatus sit, inter torqendum tamen ingemiscere atqe ejulare.* μύζειν *ingemiscere.* de Delphino Aristoteles *Hist. Animal. l.* 8. *c.* 2. ἔξω δὲ ζῇ πολὺν χρόνον, μύζων καὶ γίνων. *Foris vero diutius vivere potest mutiens & anhelans.* atqe indè μυγμὸς, ὁ γεναγμὸς. Μυγμὸς, *gemitus.* Svidas. tum subjungenda, μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν &c. qæ ad præsens institutum pertinent.

Καὶ

τοῖς συμβελλίοις, καὶ [a]ἐπίμονον, [b]ἀλλ' ὃ τὸ [c]πεφα-
πίσῃ τὴ ἐρεύνης [d]ἀρκεθεὶς ταῖς πεχείρεις φαντα-
σίαις. καὶ τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων, καὶ μηδαμῶ
ἀψίκορον, μηδὲ ἐπιμανές. καὶ τὸ αὐτάρκες ἐν
παντί. καὶ τὸ φαιδρόν. καὶ τὸ πόρρωθεν πεφυσητι-
κόν. καὶ τὴ ἐλαχίστων πεφδιοικητικὸν [e]αὐτεφαγώδως.
καὶ τὸ τὰς ἐπιβοήσεις, καὶ πᾶσαν κολακείαν ἐπ'
αὐτὸ [f]σταλῆναι. καὶ τὸ φυλακτικὸν ἀεὶ τῶν ἀναγ-
καίων τῇ ἀρχῇ, καὶ ταμιευτικὸν τὴ χορηγίας, καὶ
ὑπομενητικὸν τὴ ἐπὶ τῶν πιόντων [g]τινῶν καταπλάστε-

a ἐπίμονον ἄλλως δὲ πρ. Mer.
b ἀλλ' ὃ τὸ, Πρ. Cas. ἀλλ' ὅ πως πρ. Boot. & Lug. καὶ ὅτι δὲ πρ. f. c δὲ προαποσῆναι Jun. d ἀρκεσθέντα Jun. e L. 11. §. 3. fovσαλ. Xyl.
g τινῶν

accuratè perqirendo conſtanter inſiſtebat, nec ſpecie rerum obviâ qâvis acqieſcens, indagationem incidebat. qòd etiam amicorum retinendi ſtudioſus; nec faſtidio mutans, nec inſanè diligens. qòd in ſtatu qocunqe ſorte contentus, vultúqe ſerenus. è longinqo futuri præſagus; & de minimis qibúſqe citra tumultum providus. acclamationes omnémqe adulationem reprimere: imperio qæ neceſſaria erant, ſedulo cuſtodire; ſumptus cavtè attemperare; de rebus iſtiuſmodi ſugillantes patienter ſuſtinere. nec in

Deis

ANNOTATIONES.

Καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς—καὶ ἐπίμονον. ἀλλ' ὃ τὸ προαπίσῃ] Ex conjectura adſcripſi, καὶ ὅτι δὲ προαπίσῃ, ejuſmodi aliqid exigente ſenſu, & dictionis ſerie. Verùm D. Bootius mavult, ἀλλ' ὅ πως προαπίσῃ. qod & Annotator Lugdunenſis cenſuit. D. Junius δὲ προαποσῆναι & ἀρκεσθέντα. Illud avtem Merici, ἐπίμονον ἄλλως, qod de *patientia* vult intelligi *in aliis avdiendis*, ego concoqere non poſſum: ſicut nec, qod ex paternis commentariis adducit, ἀλλ' ὃ τὸ, Προαπίσῃ &c. acſi alterius cujuſpiam dictum citaretur. De Pio pariter iterum Marcus *l.* 6. §. 30. Καὶ τὸ περὶ καλάληψιν τῶν πραγμάτων φιλότιμον. καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐκ ἄν τι ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον ἐν μάλα καλιδῶν καὶ σαφῶς νοήσας. *In rebus indagandis ſtudium, utqe nihil omninò præterierit, priuſqam ſedulò conſideráſſet, & liqidò perſpexiſſet.* Ubi vides & ſententiam eandem; & geminam huic, qam nos damus, ſeriem etiam dictionis. De eodem Joannes Xiphilinus *lib.* 70. *pag.* 799. *D.* Λέγεται δὲ ὁ Ἀντωνῖνος ζητητικὸς γενέσθαι, καὶ μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα τῆς ἀκριβολογίας ἀφίεσθαι. ὅθεν αὐτὸν οἱ σκώπτοντες καὶ κυμινοπρίστην ἐκάλουν. *Fertur Antoninus in qarendo fuiſſe diligens, ac ne qidem in rebus minutis & vulgaribus ab exacta rimatione deſtitiſſe: unde qi eum irridebant idcirco cuminiſectorem appellabant.* Nec hac in parte Pio diſpar Marcus; de qo Caſſius *lib.* 71. *pag.* 804. *A.* Διεκάζων τάς τε πίστεις καὶ τὰς ἀνακρίσεις ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο, ὥστε παυλαχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβοῦν. *In probationibus cognoſcendis & examinandis longior erat, ut undecunqe jus inveſtigaret. B.*—Φιλόπονος γὰρ, καὶ ἀκριβῶς πᾶσι τοῖς τῇ ἀρχῇ προσήκουσι προσεφέρετο. καὶ οὐδὲν ἐν παρέργῳ ἢ τε ἔλεγεν, ἢ τε ἔγραφεν, ἢ τε ἐποίει. ἀλλ' ἔσπ ὅτε καὶ περὶ τὸ βραχυλόγου ἡμέρας ὅλας ἀνήλισκεν, ὑπὲρ ἀξιῶν τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ἐπιδρομῆς τι πράττειν. *Qum enim eſſet amans laboris, tum verò diligenter applicabat animum ad omnia, qæ ad principatum pertinerent. Nihil dicere ſolebat, nihil ſcribere aut facere obiter, ſed vel in minimis rebus diem ſæpenumero conſumere, qod exiſtimaret, non decere Imperatorem tranſcurſim qicqam agere.* Pertinet avtem huc Platonis illud in *Phædon. pag.* 64. *C.* Ἐμοὶ δοκεῖ περὶ τῶν τοιούτων, τὸ μὲν σαφὲς εἰδέναι ἐν τῷ νῦν βίῳ, ἢ ἀδύνατον εἶναι, ἢ παγχαλεπόν τι. τὸ μέν τοι αὖ τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν, καὶ προαφίστασθαι πρὶν ἂν παυλαχῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακῷ εἶναι ἀνδρός. *Mihi videtur de his qidem rebus manifeſta veritas in vita præſenti avt nullo modo, avt ſumma cum difficultate intelligi poſſe. Qa porro de his dicuntur, ea non omni modo explorare, & non prius deſiſtere, qam examinando omnia, defatigeris, mollis nimium judico eſſe viri.*

Τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων] *l.* 6. §. 30. τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν ταῖς φιλίαις. *Conſtantem & æqabilem in amicitiis colendis.* De Avguſto Svetonius *l.* 2. *c.* 66. *Amicitias neqe facilè admiſit, & conſtantiſſimè retinuit.* Et de Conſtantio Libanius *Orat.* 3. *pag.* 135. *C.* Εἰς μὲν τὸν τῶν ἐπιηδείων καλάλογον, ὑδίνα προπετῶς ἐγγράφων. ὃς δὲ ἐγγράψειεν ἅπαξ, οὐκ εἰδὼς ἐξαλείφειν. διὸ ἀναλίσκων χρόνῳ τὸ φίλτρον, ἀλλ' ἐπιλείπων τῇ συνουσίᾳ τὸν πόθον. *In familiarium cenſum & album neminem temerè adſcribebat: qos verò ſemel adſcripſerat, ſciens prudens nunqam delebat: neqe temporis progreſſu amoris vim conſumebat: verum deſiderium conſortis augebat.* Solonis id monitum, Φίλους μὴ ταχὺ κλῶ. ὃς δ' ἂν κλήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. *Amicos cito noli parare. qos avtem paraveris, ne rejicias.* Laërtius *l.* 1. §. 60. De Pio Capitolinus. *Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter uſus eſt, qàm privatus.* Et rurſus; *Convivia cum amicis & privata communicavit & publica. Freqentavit & ipſe amicorum ſuorum convivia.* Verùm hæc potiùs ad civilitatem referenda fuerint.

Καὶ μηδαμῶ ἀψίκορον, μηδὲ ἐπιμανές] ſcilicet *furor* & *faſtidium*, ſive *amor inſanus* & *præpropera ſatietas*, apud animos verſatiles per vices obtinent, ſibíqe invicem ſuccedunt. ità Thamarem ſororem Amnon Davidis filius, qam pavlò antè inſanè deperierat, expletâ libidine, mox penitiſſimè eſt averſatus *Hiſt. Reg. l.* 2. *c.* 13. *v.* 15. Πτηναὶ γὰρ αἱ τῶν ἐρώντων παιδίαι, inqit Clemens *Pædag. l.* 2. *c.* 10. καὶ σβέννυται μετανοίᾳ τὰ φίλτρα. τρέπεται δὲ πολλάκις τὸ φιλεῖν εἰς τὸ μισεῖν. ὁπότε ἂν αἰσθηθῇ τῆς παραγνώσεως ὁ πόρος. *Amantium enim corda ſunt volucria, amoriqe irritamenta exſtinguuntur ſæpe pœnitentiâ: amorqe ſæpe vertitur in odium, qando reprehenſionem ſenſerit ſatietas.* Apud Senecam Tragœdum *Medea*, 3. 1.

Si qaris odio miſera qem ſtatuas modum,
Imitare amorem.—

Ità qod Plato *Politic. l.* 8. *pag.* 723. *D.* Τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τὶ ποιεῖν, μεγάλην φιλεῖ εἰς τἐναντίον μεταβολὴν ἀνάπαλιν διδόναι. *Ac ſummatim exceſſus omnis verti penitus in contrarium conſvevit.* Hoc eſt qod in juvenibus notat Ariſtoteles *Rhetor. l.* 2. *c.* 12. Οἱ νέοι δὲ εὐμετάβολοι καὶ ἀψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας. καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, ταχὺ δὲ παύονται. *Juvenes in horas mutabiles, & faſtidioſi in cupiditatibus, & valdè qidem concupiſcunt, celeriter verò ſedantur.* Eſt avtem ἀψίκοροι metaphoricè ab eis tranſlatum, qi cibos ſtatim, ubi minimum libârunt, ſatiati repudiant. Svidas. Ἀψίκορος, εὐμετάβλητος, ἢ ὁ ταχέως καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαι κορεννύμενος. Ἀψίκορος, *qi facilè mutatur, inconſtans, levis, vel qi ſtatim ſatiatur ſimul ac cibum tetigit.* qi & Marci verba mox ſubjungens συντηρητικὸν δεῖ εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, καὶ μηδαμῶ ἀψίκορον. Eum ſecuti interpretes ad Pii adverſùs amicos affectum referunt havd incommodè. qanqam poteſt etiam latiùs ſumi, ut reliqum etiam vitæ inſtitutum reſpiciat.

Τὸ αὐτάρκες ἐν παντί] ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενος. *l.* 6. §. 30. neqe enim aſſentior Xylandro vertenti, *In omnibus omnia ſua in ſe repoſita habebat.* nec ea mens Marci, iſtic ſaltem. malim, vel *modico*, vel *ſorte contentus.* Epicurus *ad Menæc. apud Laërt. l.* 10. *c.* 130. Τὴν αὐτάρκειαν δὲ ἀγαθὸν μέγα νομίζομεν. οὐχ ἵνα πάντως τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα. ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ ἔχωμεν τὰ πολλὰ, τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα, πεπεισμένοι γνησίως, ὅτι ἡδίστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι. *Frugalitatem præterea magnum exiſtimamus bonum, non ut ſemper utamur modicis; verum ut, cum multa non habemus, utamur pavcis, credentes veriſſimè illos magnificentiâ frui ſvaviſſimè, qi illâ minimum indigent.*

Τὸ φαιδρόν] το εὐδιον τῦ προσώπυ. *ibidem.*

Τῶν ἐλαχίστων προδιοικητικόν] Nec in hoc Pio diſpar Marcus, qi *cunabulis poſt puerorum lapſum culcitras ſubjici juſſit, unde bodieqe rete præſenditur.* inqit Capitolinus. Ità *Philoſophia* (ut apud Senecam *Epiſt.* 17. Cicero) *& in maximis opitulatur, & ad minima deſcendit.* Verùm in Capitolino Salmaſius pro *cunabulis*, *funambulis* legendum contendit; qem viſe ſis *ad Marci vitam.*

Καὶ πᾶσαν κολακείαν ἐπ' αὐτὸ σταλῆναι] συσταλῆναι Xylander. Verùm mutatu nihil opus: cùm & στέλλεσθαι & σταλῆναι ſimplex, *comprimendi, reprimendiqe* ſignificationem obtineat. ità medicis dicuntur pharmaca qædam κοιλίαν στέλλειν, *ventrem ſupprimere*, ut Alexandro Aphrodiſæo, an Tralliano (hoc enim vult Mercurialis *Gymnaſt. l.* 1. *c.* 11.) in *Præfat. Problem.* idémqe alibi, αἷμα δὲ σταλέντος. *cùm avtem ſanguis repreſſus fuerit.* De Alexandro Mammææ Lampridius. *Salutabatur avtem nomine, hoc eſt, Ave Alexander: ſi qis caput flexiſſet, avt blandiùs aliqid dixiſſet, uti adulator vel abjiciebatur, vel ridebatur.*

Τὸ φυλακτικὸν τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀρχῇ] Hujus rei documentum eſſe poteſt, qòd *ſalaria multis ſubtraxit, qos otioſos videbat accipere, dicens, Nihil eſſe ſordidius, qàm ſi rempublicam ii arroderent, qi nihil in eam ſuo labore conferrent.* Capitolinus. qi & de Marco: *In largitionibus pecuniæ publicæ parciſſimus fuit: qod laudi potiùs datur, qàm reprehenſioni.*

Καὶ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας] *Sumptus procurabat.* Xylander. *Impenſarum ratiocinarium cuſtodiebat.* Caſavbonus. qi & de *imperii ratiocinario* accipit, qod apud ſe Pius habuerit. de qo & Capitolinus. *Rationes omnium provinciarum ſervit & vectigalium.* indéqe κυμινοπρίστην dictum, qòd in iſtis exigendis diſtrictiùs ageret. Verùm de diverbii illius occaſione ſuprà diximus. Malim & iſtic τὸ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας, de *ſumptuum erogatione moderandâ & attemperandâ*, qàm de redituum rationibus exqiſitè conficiendis interpretari. Pium ſcilicet illis *condum* magìs qàm *promum* ſe exhibuiſſe.

Καὶ ὑπομενητικόν] Ità *l.* 6. §. 30. Τὸ μεμφόθυμον. καὶ ὡς ἔφερεν ἐκεῖνος τοὺς ἀδίκως αὐτὸν μεμφομένους μὴ ἀνταμεμφόμενος. *Iraſci tardus, utqe tulerit immerito reprehendentes, nec eos vicíſſim redarguerit.*

Ἐπὶ τῶν τοιούτων τινῶν] τόνον iſtic *rigorem* ſignificare vult Mericus. Verùm τόνων, non τινῶν, eſſet à τόνος. & *rigores* dicere durius pavlò videatur. Xylander τινῶν legit, cui calculum do, operarum mendum merum ſubeſſe opinatus.

Μήτε

Deis colendis superstitiosus, nec in hominibus, avt muneribus, avt blanditiis avram captans popularem; sed in rebus qibúsque sobrius, solidus, nusqam ineptus, avt novitatis studiosus. Porrò qòd ad vitam commodiùs transigendam conducentibus rebus, qarum copiam illi dapsilem sors suppeditabat, citra fastum, nec liberè tamen minùs, utebatur; ut & præsentibus simpliciter frueretur, neqe absentia multùm desideraret. qòd nemo illum avt sophistam, avt vernaculum, avt

ως. καὶ τὸ [a] μήτε περὶ τοὺς Θεοὺς δεισιδαίμονα, μήτε περὶ ἀνθρώπους δημοκοπικὸν, ἢ [b] ἀρεσκϑλικὸν, ἢ ὀχλοχαρῆ, ἀλλὰ [c] νήφοντα ἐν πᾶσι, καὶ βέβαιον, καὶ μηδαμῶς ἀπειρόκαλον, μηδὲ καινοτόμον. καὶ τὸ τοῖς εἰς [d] ὄμάρειαν βίᾳ φέρουσί τι, ὧν ἡ τύχη παρέχει δαψίλειαν, χρηστικὸν ἀτύφως ἅμα καὶ ἀφελοφασίστως, ὥστε παρόντων μὲν ἀνεπιτηδεύτως ἀπολαύειν, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι. καὶ τὸ μήτε ἄν τινα εἰπεῖν, μήτε ὅπ [e] σοφιστὴς, μήτε ὅπ οἰκογενὴς ἑρπάκλου, μήτε ὅπ

a L. 6. §. 30.
b L. 5. §. 5.
c L. 4. §. 28.
d L. 4. §. 3.
e Sup. §. 7. & l. 6. §. 30.

χο-

ANNOTATIONES.

Μήτε περὶ τοὺς Θεοὺς δεισιδαίμονα] Ità *l.* 6. §. 30. de Pio: Θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας.

Μήτε περὶ ἀνθρώπους δημοκοπικόν] qod de eis usurpatur, qi muneribus ac viscerationibus populum demereri studio habent. Plutarchus *Præcept. Polit. pag.* 802. *D.* Τὸν μὲν ὗν λύκοις φασὶ τῶν ὤτων κρατεῖν. δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα. μὴ, καθάπερ ἔνιοι τῶν ἀγυμνάστων περὶ λόγων, (legendum λόγους) λαβὰς ἀμούσους καὶ ἀτέχνους ζητοῦντες ἐν τοῖς πολλοῖς τῆς γαστρὸς ἕλκουσιν, ἐυωχοῦντες, ἢ τῷ βαλαντίῳ διδόντες, ἢ πυρρίχας τινὰς, ἢ μονομάχων θεάματα παρασκευάζοντες ἀεὶ, δημαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ δημοκοποῦσι. δημαγωγία γὰρ ἡ διὰ λόγου πειθομένων ἐστιν. οἱ δὲ τοιαῦτα τιθασσεύοντες τῶν ὄχλων, ἀδὴν ἀλόγων ζώων ἄγρας καὶ βυκολήσεως διαφέρουσιν. *Lupum qidem auribus teneri posse negant. Populum avtem & civitatem vel maximè avribus ducere oportet: neqe sèqi eos, qi exercitatione dicendi destituti, multitudinis ducenda ansas qærunt elegantia artisqe vacuas, & avt ventre trahunt epulis præbendis, vel marsupio largientes, avt saltationes avt gladiatorum spectacula crebra exhibentes populi favorem captant, avt potius vim ei afferunt. Captant enim favorem populi, eumqe ducunt, qi dicendo persvadent: at istiusmodi cicurationes nihil a brutorum illectatione & captura habent diversi.* nec multò post *pag.* 821. *E.* idem genus hominum perstringens: Οὐδὲν ἀπάνθρωπον ἐρώτων ἰσχυρότερόν ἅμα καὶ θειότερόν ἐστιν ὁ πόλεται καὶ δῆμοις πρὸς ὕβριν δι' ἀρετὴν ἐγγινόμενον. αἱ δὲ ἀπὸ θεάτρων, ἢ νεμήσεων, ἢ μονομάχων ψευδώνυμοι τιμαὶ καὶ ψευδομάρτυρες, ἑταιρικαῖς εἰκόσι κολακείαις ὄχλων, ἀεὶ τῷ διδόντι καὶ χαριζομένῳ προσμειδιῶντων ἐφημερόν τινα καὶ ἀβέβαιον δόξαν. *Adeo omnium amorum cum validissimus est, tum divinissimus is, qem civitates & populi erga unum aliqem ob virtutem ejus concipiunt. Falsò avtem sic dicti honores, ac falsa testimonia, qæ propter spectacula, distributiones ac ludos gladiatorios deferuntur a multitudine, similes sunt meretriciarum adulationum, plebe subinde ei qi dat ac gratificatur aliqid arridente, unisqe diei & instabilem gloriolam blandiendo tribuente.* δημοκοπίαν & δημαγωγίαν distingvit, ut illa sit populi favorem muneribus captantium, ista orationibus.

Νήφοντα ἐν πᾶσι] *præcipuè sobrium.* Capitolinus. Verùm hoc restrictius. Apostolus *ad Timoth. Ep.* 2. *c.* 4. *v.* 5. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι. *Tu avtem esto vigilans in omnibus.* Et *ad Thessal. Ep.* 1. *c.* 5. *v.* 6. Γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. *Vigilemus & sobrii simus.* De Scipione Polybius *l.* 10. *c.* 3. ἀγχίνους καὶ νήπλης. *Sagax & sobrius.* qod ob vocabuli insolentiam observo magis.

Παρόντων μὲν ἀνεπιτηδεύτως ἀπολαύσθαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι] Ita pavlò pòst, καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ ἀπολαύειν ἐδύνατο. *Abstinere & frui posset.* Qod de Aristippo ferè Laërtius *l.* 2. *c.* 66. Ἀπέλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων, οὐκ ἐθήρα δὲ πόθῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν μὴ παρόντων. *Nam ut libenter percipiebat præsentium voluptatem, ita ut absentibus frueretur, non laborabat.* Sensit nimirum, qod idem *ibidem c.* 75. ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν, ἄριστον, ἢ τὸ μὴ χρῆσθαι. *Qia continere sè a voluptatibus, neqe eis manus dare præclarum est, non earum sibi usum interdicere.* De Aristippo tamen Flaccus *l.* 1. *Epist.* 17.

Tent. autem majora, ferè præsentibus æqum.

Qod Isocrates Demonico §. 19. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βέλτιω. *Iis, qæ adsunt, contentus esto: qære tamen meliores.*

Ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι] τότε γὰρ δεόμεθα, ὅταν ἐκ τοῦ μὴ παρεῖναι ἀλγῶμεν. *Tunc enim nobis opus est, cum ex eo, qod non adsit, dolemus.* Epicurus *ad Menac. apud Laërt.* 10. 128.

Καὶ τὸ μήτε ἄν τινα εἰπεῖν] rectè Xylander. *Nemo fuit, qi eum esse diceret.* id est, verè dicere posset: per opprobrium scilicet. neqe enim ἐγκωμιαστικὰ sunt qæ sequntur, ut eruditus interpres Anglicanus opinatur; Sed σκωπτικὰ potiùs καὶ διασυρτικά.

Μήτε ὅτι σοφιστής] Allusit ad ζῆλον σοφιστικὸν, qem suprà attigerat, §. 7. De eodem *l.* 6. §. 30. Οὐ σοφιστής. Et Capitolinus. *Fuit vir formâ conspicuus, ingenio clarus, --- Singularis eloqentiæ, nitidæ literaturæ, --- & hæc omnia cum mensura, & sine jactantia.* Nam qòd Vir doctissimus *Sophistæ*, avt *Scholastici* etiam nomen in meliorem partem hìc accipi lavdisqe loco haberi opinatus est, ab avtoris mente qàm longissimè aberravit. qòd & illud ex *l.* 6. planissimè adstruit. Marci sensum optimè explicabit Plutarchus de avdiend. *pag.* 41. *C.* ubi sophistarum ingenium praxinqe depingens; Ὁ μὲν γὰρ, inqit, Μελάνθιος, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς Διογένους τραγῳδίας ἐρωτηθεὶς, εἰ ἔφη καλιδεῖν αὐτὴν ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ἐπιπροσθουμένην. αἱ δὲ τῶν πολλῶν διαλέξεις καὶ μελέται σοφιστῶν, οὐ μόνον τοῖς ὀνόμασι παραπετάσμασι χρῶνται τῶν διανοημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν φωνὴν ἐμμελείας τισὶ καὶ μαλακότησι καὶ περιάσεσιν ἐφηδύνοντες ἐκβακχεύουσι καὶ περιφέρουσι τὰς ἀκροωμένους, κενὴν ἡδονὴν διδόντες, καὶ κενωτέραν δόξαν ἀπολιμβάνοντες. *Et Melanthus qidem interrogatus, ut ajunt, de Diogenis tragœdia, negabat se eam videre, qòd vocabula ejus conspectum intercluderent. Sed plerorumqe sophistarum orationes atqe declamationes non vocabulis modò tanqam cortinis velant sententias; sed vocem qoqe accuratis qibusdam sonis mollitie & cantillationibus illi edulcantes bacchicum qendam furorem in avditorum animis concitant, eosqe transversos abripiunt, pro vanâ, qam adserunt, voluptate, vaniorem etiam gloriolam reportantes.* Clemens itáqe *Strom. l.* 1. *pag.* 289. *A.* Ἡ δὲ σοφιστικὴ, inqit, τέχνη, δύναμίς ἐστι φαντασικὴ, διὰ λόγων δοξῶν ἐμποιητικὴ ψευδῶν, ὡς ἀληθῶν. παρέχει γὰρ πρὸς μὲν πειθὼ τὴν ῥητορικήν. πρὸς τὸ ἀγωνιστικὸν δὲ τὴν ἐριστικήν. ἀνελιττοὺς γὰρ ὧν ὁ Πλάτων κακοτεχνίαν προσεῖπεν τὴν σοφιστικήν. ὅ, τε Ἀριστοτέλης ἐπόμενος, κλεπτικήν τινα αὐτὴν ἀποφαίνεται. ἄτε τὸ ὅλον τῆς σοφίας ἔργον πιθανῶς ὑφαιρουμένην, καὶ ἐπαγγελλομένην σοφίαν, ἣν οὐκ ἐμελέτησεν. ἐν βραχεῖ δὲ εἰπεῖν, καθάπερ τῆς ῥητορικῆς ἀρχὴ μὲν τὸ πιθανόν. ἔργον δὲ, τὸ ἐπιχείρημα. καὶ τέλος, ἡ πειθώ. ὕτω τῆς ἐριστικῆς ἀρχὴ μὲν, τὸ δόξαν. ἔργον δὲ τὸ ἀγώνισμα. καὶ τέλος, ἡ νίκη. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον καὶ τῆς σοφιστικῆς ἀρχὴ μὲν τὸ φαινόμενον. ἔργον δὲ διττόν. τὸ μὲν ἐκ ῥητορικῆς, διεξοδικὸν φαινόμενον. τὸ δὲ ἐκ διαλεκτικῆς, ἐρωτητικόν. τέλος δὲ αὐτῆς ἡ ἔκπληξις. *Ars avtem sophistica est potestas phantastica, qæ imaginatione perficitur, verbis falsas opiniones tanqam veras ingenerans. Præbet enim ad persvadendum qidem dicendi artem, ad contendendum vero litigandi ac decertandi. Apertè itaqe Plato malam artem appellavit sophisticam, & eum sequens Aristoteles eam qandam decipiendi artem pronunciat, ut qæ totum sapientiæ officium probabiliter auferat, & profiteatur sapientiam, in qa non est versata, nec in ea studium posuit. Ut pavcis avtem dicam: qemadmodum artis qidem dicendi principium est id qod est probabile: officium vero argumentum: & finis persvasio: ita artis concertandi principium, est id qo opinamur: officium verò contentio: & finis victoria. Eodem enim modo sophisticæ qoqe artis principium qidem est id, qod apparet: officium vero duplex, unum qidem ex arte dicendi, qod perpetuâ oratione rem persequitur: alterum vero ex dialectica intervogans: ejus verò finis est obstupefactio & deductio ad admirationem.* Vide Platonem in sophistâ, qi totam illam dissertationem satìs prolixam in hoc genus animalium definiendo insumpsit, cujus instituti rationem prodit nobis Plutarchus, *insignem nimirum nugatorum istorum per Græciam eo sæculo feracitatem, qi acceptâ à juventute potissimùm pecuniâ sapientiam edocturos sese pollicebantur, cùm nihil minùs qàm qod profitebantur præstarent.* Sic enim ille *Platon. Qæst.* 1. *pag.* 999. *E.* Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκ τύχης, τότε φοραὶ συνεβησοφισταὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι. καὶ τούτοις οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον, οἰήματος ἐπληροῦντο, καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ζήλως, σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλονικίαις ἄγοντες, καλὸν δὲ καὶ χρήσιμον οὐδ' ὁτιοῦν. *Et enim tempestate qasi fortunâ qadam sophistæ in Græcia proveniebant frequentes, qibus adolescentes multum pendentes pecuniæ, implebantur doctrinæ ac sapientiæ opinione, studioqe disputandi certatim, qod genus disputationis inutilibus contentionibus otium tempusqe conterebat, neqe pulcri avt utilitatis qicqam habebat.* Itáqe Dio Prusæus *Orat.* 42 Evnuchis istos confert, qos, ut illa apud Comicum, *ajunt mulierum esse amatores maximos, sed nihil posse*; saltem, si qid qàm maximè moliti fuerint, nihil procreare, est certò certius. Vide *suprà ad* §. 7. & *ad l.* 9. §. 29.

Μήτε ὅτι οἰκογενὴς ἑρπάκλου] Οἰκογενὴς ad verbum, qi Hebræis יליד בית *Jerem. c.* 2. *v.* 14. qanqam Mericus noster glossèma esse merum censet, qod è margine in textum irrepserit. Verùm de hoc alii viderint. Servi interim, ut Mosis Græcus interpres, *Genes. c.* 17. *v.* 13. vel sunt ἀργυρώνητοι, vel οἰκογενεῖς. *pecunia empti* vel *dominati.* eandem habes distinctionem apud Tragicum in *Oedipo Rege*; ubi opilio regius ἦν δοῦλος, οὐκ ἀνητὸς, ἀλλ' οἰκοτραφείς. *erat servus, non emptus, sed domi educatus.* Hi Latinis *vernæ, vernulæ, vernaculi*, qod hic noster usurpavit. De Macrino Capitolinus. *In vernaculis vel avlicis,*

σχολαστικὸς, ἀλλ' ὅλα ἀνὴρ πέπειρος, τέλειος, ἀσκηλάφητος, πρὸς πάσας δυνάμφοτα καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων. πρὸς τούτοις ἦ καὶ τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων, τοῖς δ' ἄλλοις [a] οὐκ ἐξο-

[a] Sup. §. 10.

scholasticum dixerit; sed virum maturum, consummatum, adulatione superiorem, rebus & propriis & alienis administrandis idoneum. adhæc qòd verè philosophantes in honore habebat, cæteris nihil ex-

ANNOTATIONES.

licis, tam impius, tam asper, ut servi illum sui non Macrinum dicerent, sed Macellinum. Seneca de *Benefic. lib.* 6. *cap.* 11. *Alter apud proximum circulatorem resedit, & dum vagus atque erro vernaculis congregatur & ludit,* &c. Horum autem, cùm sub oculos ipsorum educarentur parvuli, petulantiâ & procacitate oblectabant sese familiariter patroni. Talis ille, qi Senecæ *Epist.* 12. *Non cognoscis me?* inqit. *Ego sum Feliciо, cui solebas sigillaria afferre, Philositi villici filius, deliciolum tuum.* Martialis *l.* 14. *Epigr.* 54.

Si qis plorator collo tibi vernula pendet,
Hæc qatiat tenerâ garrula sistra manu.

Et de Erotio *vernulâ* suâ, sic enim appellat *l.* 5. *Epigr.* 38.

Deflere non te vernula pudet mortem?

ibidem Epigr. 35.

Inter tam veteres ludat lasciva patronos,
Et nomen blæso garriat ore meum.

Seneca *de provident. cap.* 1. *Cogita filiorum nos modestiâ delectari, vernularum licentiâ; illos disciplinâ tristiori contineri, horum ali audaciam.* Indè *verna procaces* dicti Horatio *Serm. lib.* 2. *Sat.* 6. & *vernilitas ἀντὶ τῆς βωμολοχίας.* Martialis *lib.* 1. *Epigr.* 42.

Urbanus tibi, Cæcili, videris.
Non es, crede mihi. qid ergo? Verna es.

Et *l.* 10. *Epigr.* 3.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis.

Cicero *Bruto.* §. 172. *Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetissimum, cum familiari nostro Q. Granio dicacitate contendere. Sed Tincam, non minùs multa ridiculè dicentem, Granius obruebat nescio qo sapore vernaculo.* Ammianus *Hist. l.* 17. *Julianum appellantes loquacem talpam, literionem Græcum, & huic congruentia plurima atqe vernacula jactantes.* De Vitellio Svetonius *l.* 9. *c.* 14. *Nullis tamen insensior quàm vernaculis & mathematicis.* quam scripturam tamen solicitat Josephus Scaliger, propugnat Justus Lipsius. De mancipiis pariter Seneca *de Sap. constant. c.* 11. *Nos mancipiorum nostrorum urbanitas, in dominos contumeliosa, delectat: qorum audacia ità demum sibi in convivas jus facit, si cepit à domino.* Qòd autem ex Epicteto *Dissert. l.* 4. *c.* 2. ἡδὺν τοῖς συνοῦσι, sive *officiosum atqe obsequiosum* hominem, vir doctus hic designari existimavit, nulla id certè ratione niti videtur; cùm istud τὸν ἄρεσκον, potiùs, ac pro *vernularum* more leviculè se gerentem Marcus voluisse videatur; sive ut Plautinâ lingvâ loqar, ex *Mil.* 4. 2.

Cavillatorem facetum magis quàm convivam
Commodum.

Meliùs certè Annotator Lugdunensis. *dicaculus, quales sunt vernulæ.*

Μήτε ὅτι σχολαστικὸς] *homo de schola,* Xylander. atqe ità Cicero *de Orat. l.* 2. *homo de schola, atqe à magistro, & Græcis literis eruditus.* De Maximinis patre & filio Alexander Mammææ in *Epist. ad matrem,* qam Capitolinus in *Max. min.* exhibuit; *Sed timeo, nè soror mea Græcis mundatiis erudita, barbarum socerum ferre non possit; qamvis ipse adolescens & pulcer, & scholasticus ad Græcas munditias eruditus esse videatur.* Qo loco *barbaro scholasticus* opponitur, hoc est, cultu liberaliore studiisqe imbutus literariis. prout Cl. Casavbonus adnotavit. Verùm istic τῷ ἀνδρὶ πεπείρῳ, i. *viro maturo* ὁ σχολαστικὸς ἀντιδέτως. ut eum designet qi *in scholis sub præceptore* adhuc *agat,* avt agere etiam opus habeat. indè Plutarcho *de audiend. p.* 46. *A.* μελέτας σχολαστικάς. qo loco notat, τὰς τῶν παιζόντων καὶ παιγνιριζόντων ἐν ταῖς σχολαστικαῖς μελέταις φωνὰς ἐπὶ τὰς φιλοσόφους μεταφερομένας. *Voces ludentium & lascivientium in scholasticis declamationibus ad philosophos transferentes.* Vel ejusmodi etiam, qi *pro scholastico se venditet.* qod *in mundialibus scriptoribus* (ità avtor loqitur) in *Epist. ad Salon.* reprehendit Salvianus. *Omnes,* inqit, *in scriptis suis cavssas tantùm egerunt suas; & propriis magis laudibus, qàm aliorum utilitatibus consulentes, non id facere adnisi sunt, ut salubres ac salutiferi, sed ut scholastici ac diserti haberentur.* Facitqe huc, qod seqitur, τὸ ἀσχολάκευτον. Qin & *scholasticus* qandoqe pro *declamatore* sive *rhetore* adhibetur, qi in *schola,* tanqam in *scena,* confictas cavssas controversiásqe tractat, & ab *oratore* disterminatur, qi in foro judiciario veras agit. Virgilius istorum disciplinis vale-dicens;

Ite hinc inanes Rhetorum manipli; ite hinc
Inflata rore non Achaico verba;
Et vos, Sile, Albuti, Arqitiqe, Varróqe,
Scholasticorum natio madens pingvi,
Ite hinc, inanis cymbalon juventutis.

Tacitus, an Fabius, *de cavss. corrupt. eloqent. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qi rhetores vocantur.* Eas mox ex Cicerone, *ludum impudentiæ* nuncupat. additqe simul: *Deducimus in scholas, qibus non facilè dixerim, utrùmne locus ipse, an condiscipuli, an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. nam in loco nihil reverentiæ, sed in qem nemo nisi imperitus aqè intrat. in condiscipulis nihil profectus, cùm pueri inter pueros, & adolescentuli inter adolescentulos pari securitate dicant & audiantur. Ipsa verò exercitationes magna ex parte contrariæ: —Svasoriæ, & controversiæ. —Seqitur avtem us materia abhorrenti à veritate declamatio qoqe adhibeatur.* In eandem ferè mentem Petronius in Satyrico istorum exercitamenta insectando; *Hæc ipsa tolerabilia essent, si ad eloqentiam sturis viam facerent: nunc & rerum tumore, & sententiarum vanissimo strepitu, hoc tantùm proficiunt, ut cùm in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos: & ideò ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, qia nihil ex eis qæ in usu habemus, avt audiunt, avt vident; sed piratas cum catenis in litore stantes, sed tyrannos edicta scribentes,* &c. *sed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaqe qasi papavere & sesamo sparsa: qi inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, qàm benè olere, qi in culina habitant.* & qæ sequntur. Fabius ipse denique *institut. l.* 12. *c.* 11. *Nam ut de nostris potissimùm studiis dicam, qid attinet tam multis annis, qanqam in more est plurimorum* (*ut de iis, à qibus magna in hoc pars ætatis absumitur, taceam*) *declamitare in schola? cùm satis sit modico tempore imaginem veri discriminis, & dicendi leges comperisse. qod non dico, qia sit unqam omittenda dicendi exercitatio; sed qia non ejus specie consenescendum. cognoscere enim, & præcepta vivendi perdiscere, & in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus.* indè *scholastica epistola* Plinio *l.* 9. *Ep.* 2. qæ ficta habent argumenta, & exercendi styli cavsâ exarantur. *Nisi fortè volumus scholasticas tibi, atqe* (*ut ità dicam*) *umbraticas literas mittere.* Plinius idem *l.* 2. *Ep.* 3. de Isæo. *Diebus & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loqitur. annum sexagesimum excessit, & adhuc scholasticus tantùm est: qo genere hominum nihil avt simplicius, avt sincerius, avt melius. nos enim, qi in foro verisqe litibus terimur, multum malitiæ, qamvis nolimus, addiscimus. schola & auditorium, & ficta cavssa, res inermis & innoxia est.* At non sunt tamen ejusmodi ista, qæ virum maturum, vel arguant, vel deceant. Est enim is, qalem Romanum sapientem Fabius describit, *instit. l.* 12. *c.* 2. *qi non secretis disputationibus, sed rerum experimentis, atqe operibus, se verè civilem virum exhibeat.* Marci interim mentem genuinam ista nisi clarissimè aperiant, ego nihil video. Neqe enim lavdi, qod eruditus interpres Anglus existimavit, sed vitio, qod & annotator Lugdunensis observavit, vituperio saltem, *scholastici* nomen istic tribuitur. Qanqam reticere religio est, qod Epictetus habet *Dissert. l.* 1. *c.* 11. Ὁρᾷς ὅν, ὅτι σχολαστικόν σε δεῖ γενέσθαι (τοῦτο τὸ ζῷον, ᾧ πάντες καταγελῶσιν) εἴπερ ἄρα θέλεις ἐπισκεψιν τῶν σεαυτοῦ δογμάτων ποιεῖσθαι; *Vides ergò scholasticum oportere te fieri* (*id scilicet animal, qod deridetur ab omnibus*) *si modò decreta tua examinare volueris.* Hoc nimirum vocabulo vulgò perstringebantur, qi ad studia severiora animum seriò advertebant. Verùm tamen qi Scholasticis tricis totos se dederent, pro stolidis stultisqe idem habebat. Sic enim *l.* 3. *c.* 26. Ἄρον ἐκεῖνα τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν. *Tollito ista scholasticorum & stultorum.*

Προσεσάναι δυνάμενον καὶ τῶν ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων] *Qi & seipsum regere & alios posset.* Xylander & Casavbonus. contrà qàm Tarqinius ille, *qi nec se nec suos regere potuit:* ut Cicero *de fin. l.* 3. Vide *suprà ad* §. 15. Verùm articulum τῶν expungere videntur illi, qod ego nolim. Verto, *& suis & aliorum rebus præfici dignus;* vel, *rebus & propriis & alienis administrandis idoneus.* Hoc est, qod Xenophon in *Oeconom.* Οἰκονόμος ἀγαθὸς εἶναι ἔν οἰκεῖν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον. καὶ τὸν ἄλλου δὴ οἶκον, εἰ ἐπιτρέποι τις αὐτῷ, δύναιτ' ἄν, εἰ βούλοιτο, ἐν οἰκεῖν, ὥσπερ καὶ τὸν ἑαυτοῦ. *Boni œconomi est domum suam rectè colere, & alterius domum, si qis hanc ei committat, & ipse velit, rectè colere ut suam.*

Τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων] qibus *honores & salaria detulit.* Capitolinus. Vide *suprà ad* §. 4.

Τοῖς δὲ ἄλλοις] Qales Epictetus olim dixerat philosophos, ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν, i. *factis procul, verbis tenùs.* Gellius *Noct. Attic. l.* 17. *c.* 19. de qibus festivè Isidorus Pelusiota *l.* 5. *Ep.* 28. Εἰ τις ἐν λόγοις φιλοσοφῶν, ἔργοις ἀφιλόσοφος ὀφθείη, ἐυλόγως ἂν ὁ λόγος τῶν τοιούτων προσίεται. *Si qis verbis philosophatur, re autem ipsa moribus aberret, nulla ejus eloqentia merito est ratio habenda.* avt etiam qales Herodes Atticus dixerat, *nihil habere philosophi, præter barbam & pallium.* Gellius ibidem *l.* 9. *c.* 2. de qibus Fabius *instit. l.* 1. in *præfat. Nostris temporibus sub hoc nomine maxima in plerisqe vitia latuerunt. non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi laborabant; sed vultum & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum, pessimis moribus prætendebant.* Tales avtem, utì videri possit, nonnulli, imò non pavci etiam, sub Marco obrepebant. Τῷ τῆς φιλοσοφίας προσχήματι καταχρώμενοι, *prætenta*

exprobrabat, in congressibus facilis, & festivus, nec ad fastidium tamen. corporis sui curâ tam probè attemperatâ, ut nec vitæ avidus videretur, avt elegantiæ studiosus, nec neglectui tamen id haberet; sed per suam ipsius diligentiam efficeret, ut medicorum pharmacis fomentisve externis qàm minimè indigeret. qod maximum est, qòd citra invidentiam eis concedebat, qi in facultate aliqâ claruerunt, sive oratoriâ, sive legum, vel morum, vel earum qarumvis rerum notitiâ: sed & operam illis conferebat suam, ut pro eis, qi-

νειδιστικόν, εἴτε ἦ τὸ εὔμιλον, καὶ εὔχαρι, ἐ καταχόρως. καὶ τὸ ἐ ἰδίᾳ σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρως, ὅτι ὡς ἄν τις φιλόζωος, ὅτι πρὸς καλλωπισμὸν, ὅτε μὴν ὀλιγώρως. ἀλλ' ὥστε λοιπὸν τὴν ἰδίαν προσοχὴν, εἰς [a] ὀλίγιστα [b] ἰατρικῶν χρήζειν ἢ φαρμάκων καὶ ἐπιθημάτων [c] ἐκτός. μᾶλιστα ἦ τὸ ἀδιαχώρητον ἀβασπάστως τοῖς δύναμίν τινα κεκτημένοις, ἕως τὴν φερεκλέα, ἢ

[a] ὀλίγα πάνυ. Svid.
[b] ἰαλρικῆς Svid.
[c] ἐντὸς καὶ ἐκτός. Svid.

τῶν

ANNOTATIONES.

textu philosophiæ utentes, ut Dionis in *Vespas. lib.* 66. *pag.* 751. *A.* verbis utar) cùm philosophiæ titulo vitia obtegerent sua. Testis Dio idem in *Marco lib.* 71. *pag.* 815. *D.* πλημπληθεῖς, inqit, φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵν' ὑπ' αὐτῶ πλησίζωσιν. *Magna hominum multitudo se philosophari simulavit, ut ab eo bocupletarentur.* Inde factum, ut *fama fuerit, qòd sub philosophorum specie qidam rempublicam vexarent & privatos. qod ille tamen purgasse dicitur.* Capitolinus.

Οὐκ ἐξονειδιστικὸν] Ità *l.* 6. §. 30. Οὐκ ὀνειδιστὴς. *Apollonii* tamen *Chalcidensis avaritiam mercedibus notavit.* Capitolinus Vide *suprà ad* §. 8.

Τὸ εὔμιλον, καὶ εὔχαρι, ἐ καταχόρως] De Lacyda philosopho pariter Laërtius *l.* 4. Ἀνὴρ σεμνόταλος. – εὔχαρις δ' ἄλλως καὶ εὔμιλος. *Vir erat gravissimus, in congressibus tamen facilis & festivus.* Idem de Pio Marcus, partem alteram qod attinet, dictione temperatâ: εὔχαρι, ἐ καταχόρως. *festivus, sed non immodicè*, sive *ad fastidium usque.* contra qàm Cicero, de qo Plutarchus *pag.* 863. *C.* Ἡ δὲ περὶ τὰ σκώμματα καὶ τὴν παιδιὰν ταύτην εὐτραπελία, δικανικὸν μὲν ἐδόκει καὶ γλαφυρόν. χρώμενος δ' αὐτῇ καταχόρως, πολλὰς ἐλύπει, καὶ κακοηθείας ἐλάμβανε δόξαν. *Urbanitas in facetiis ejus & in salibus hisce forensis visa est & lepida: sed qum in ea esset effusior, immodico urbanitatis abusu multos offendit.*

Τὸ τῆ ἰδίᾳ σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρως] Galenus *de valetud. conserv. l.* 6. *c.* 5. de Antonino Pio an Marco, Ὁ γῶν, ὧν ἴσμεν, αὐτοκρατόρων ἑτοιμόταλα πρὸς τὴν τῆ σώματος ἐπιμέλειαν ἀφικόμενος Ἀντωνῖνος, &c. *Antonnius enim, qi Imperatorum, qos ipsi vidimus, promptissimus ad curam corporis venit.* De Socrate Xenophon *Comment. l.* 1. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῆ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει, τές τι ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει. *Nec corpus qidem ipse suum negligenter curabat, ac si qi curarent negligenter, eos minimè laudabat.* Vide sis qæ sequntur.

Διὰ τὴν ἰδίαν προσοχὴν, εἰς ὀλίγιστα ἰατρικῶν χρήζειν] De Andronico Imperatore Nicetas Choniates *l.* 2. *c.* 13. Ἦν δὲ τὴν τῆ σώματος φυὴν εὐφυὴς, ἀγηνὸς τὸ εἶδος, ὀρθίας ἀναβαίνων, τὴν ἡλικίαν ἡρωϊκὸς, κἂν τῷ βαθεῖ γήρᾳ τὴν ὄψιν νεοειδὴς, ὑγιεινότατός τε ἀνθρώπων, ὅτι μηδ' ὀψοφάγος περισσὸν ἦν, καὶ ἀκραιφῶς ἔχων κοιλίας, ὡς ζωροποτῆς καὶ τένθης, ἀλλὰ καὶ τὰς Ὁμηρικὰς ἥρωας, μᾶλιστα τοῖς ὀπτοῖς προσέχειν τῷ πυρί. ὅθεν δὴ ἐρυγγάνοντά τις αὐτὸν ἐθεάσατο. ἀλλ' εἰ ποτε πλημμελῶς εἶχε στομάχου, πανημερίᾳ μόνῳ τε καὶ νηστείᾳ καὶ τὸ βραχέως ἐνοχλοῦν ἀπεκρύετο, ψωμῷ ἄρτου καὶ οἴνου κεράσματι, κλινούσης τῆς ἡμέρας, ἐπιμειρᾶν τὴν θεραπείαν τῆ σώματος. ὑπῆν δὲ ἀντίδοτῳ ἐχρήσατο ποτε, εἰ μὴ ἅπαξ ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ εἰς τοῦτο τῶν ἰατρῶν τότε ἐποτρυνάντων ἄκοντα, φαμένων, εἰ καὶ μὴ δι' ἐνσκήψαντα κακίαν, ἀλλ' ἐν προφυλακῆς χάριν τὸ ἀνύσιμον χρεὼν πεφυτευγκυῖαν φάρμακον. *Habitu corporis egregio fuit, adspectu venerabili, erectus, staturâ heroicâ, etiam extremâ ætate juvenilis facie, corpore omnium saluberrimo: qia neqe delicatus erat, neqe vorax, neqe bibax erat, sed, ut Homerici heroes, assâ plerumqe vescebatur. Unde nemo eum ructantem avdivit. Si qando ex stomacho laborabat, totius diei exercitatione & jejunio, vel exiguum fastidium propulsabat. Die ad occasum vergente, frusto panis & modico vino corpus recreabat. Antidoto per omnem ætatem nunqam usus est, nisi dum imperavit, semel, idqe invitus, hortatu medicorum: qod, ut habitudo corporis adhuc integra esset, tamen ad morbos in posterum præcavendos medicina prodesset.* De Avreliano pariter Vopiscus; *Convivium de assaturis maximè fuit. vino* [russo, Salmasius] *ruso maximè delectatus est. medicum ad se cum ægrotaret, nunqam vocavit; sed ipse se inediâ præcipuè curabat.* Et de Tiberio Svetonius *l.* 3. *c.* 68. *Valetudine prosperrimâ usus est, tempore qidem principatus penè toto, propè illæsâ: qamvis a trigesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum.* Indè Tacitus *Annal. l.* 6. *Ludere solitum* refert *medicorum artes, atqe eos qi post tricesimum annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia aliens consilii indigerent.* qod tamen Plutarchus commemorans in *Præcept. Salubr. pag.* 136. *D.* Ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προσίας ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστος ἦν. *Ridendum esse virum eum, qi annum vitæ egressus sexagesimum manum medico porrigat.* qo loco frustra Lipsius τριάκοντα legi postulat, qasi vitiati sint codices; cùm pari modo dictum illud avtor idem exhibeat in *libello de sene politico pag.* 794. *B.* nec scopus loci aliter legi permittat. fuerit itaqe scriptoris potiùs ἁμάρτημα μνημονικὸν, qàm exscriptoris σφάλμα γραφικόν. Plato certè, *Politic. l.* 3. *pag.* 622. *A.* Τὸ ἰατρικῆς δεῖσθαι, ὅτι μὴ τραυμάτων ἕνεκα, ἢ τινῶν ἐπετείων νοσημάτων περιπεσόντων, ἀλλὰ δι' ἀργίαν τε καὶ δίαιταν ἣν διήλθομεν, (*pag.* 621. *D.* Συρακουσίων τραπέζας καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων καὶ Κορινθίων κόρην καὶ τὴν τοιαύτην σίτησιν) ῥεύματά τε καὶ πνεύματα ὥσπερ λίμνας, ἐμπιπλαμένους, φύσας τε καὶ καταῤῥύσεις νοσήματα ὀνόματα τίθεσθαι ἀναγκάζειν τοὺς κομψοὺς Ἀσκληπιάδας, οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ; *Homines medicis egere non ad vulnera sananda duntaxat, morbosqe curandos intemperie aeris, & pro anni tempore aliter atqe aliter incidentes, sed ob desidiam & luxum, qem damnavimus* (*Syracusanam mensam, & Siculorum obsoniorum varietatem, & Corinthium luxum, & hujusmodi victum*) *ut homines lacunarum instar aqa exuberantes coegerint præclaros Æsculapii successores morbos qosdam novo nomine flatus & catarrhos appellare.* Multùm hac in parte valet proba corporis ipsius constitutio. Philo *de vit. Mos. l.* 1. *pag.* 605. *E.* Τὰ εὐκινητικὰ τῶν σωμάτων καὶ πᾶσι τοῖς μέρεσιν εὐκίνητα, φρονίδων ἀπαλλάττει τὰς αἰλείπλας, οἷόν ἡ βραχέα παρίχονλας τῶν εἰς ἐπιμέλειαν. ὥσπερ καὶ γεωργὸς τὰ ὕδλασα καὶ τὰ εὐγενῆ δένδρα, βελτιώμενα δι' αὑτῶν. *Bona habitudinis corpora membris omnibus agilia securos pædotribas faciunt exhibendo illis vel nihil negotii, vel minimum, itidemqe agricolis generosa planta per se proficientes in bonas arbores.* Nec minùs tamen temperantia, seduláqe tutela. Seneca *epist.* 58. *Illud simul cogitemus, si mundum ipsum, non minus mortalem qàm nos sumus, providentia periculis eximit, posse tandem aliqatenus nostrâ qoqe providentiâ longiorem prorogari hujus corpusculi moram, si voluptates, qibus pars major perit, potuerimus regere & coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentiâ pertulit. Erat qidem corpus validum ac forte sortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat: sed navigationes ac pericula multum detraxerunt viribus: parsimonia tamen, & eorum qa aviditatem evocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus caussis.* Huic & Gorgiam Leontinum adjungere licet, de qo Clearchus *vitarum l.* 10. referente Athenæo *Dipnosoph. l.* 12. *pag.* 548. *D.* Ὅτι διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν, σχεδὸν ὀγδοήκοντα τῷ φρονεῖν συνεζεύξατο. *Qod ob temperantiam victus ad octogesimum fere annum integrâ mente vitam traduxerit.*

Ἡ φαρμάκων καὶ ἐπιθημάτων ἐκτός] Svidas, qi per præceptionis formulam, transcripsit ista, voculis duabus avctiorem dedit. ἐντὸς καὶ ἐκτὸς, ut illud ad *pharmaca*, istud ad *epithemata* referatur.

Τὸ παραχωρητικὸν ἀβασπάστως] Contrà qam Dionysius Siculus ille, de qo Plutarchus *de tranqil. pag.* 471. *E.* Οὐκ ἠγάπα μέγιστος ὢν τῶν τότε τυράννων, ἀλλ' ὅτι Φιλοξένῳ τῷ ποιητῆ μὴ βέλτιον ᾠδὴ μηδὲν, μηδὲ περιῆν ἐν τῷ διαλέγεσθαι Πλάτωνος, ὀργισθεὶς καὶ παροξυνθεὶς, τὸν μὲν εἰς τὰς λατομίας ἐνέβαλε, τὸν δὲ ἀπέδοτο πέμψας εἰς Αἴγιναν. *Non contentus omnium ea tempestate tyrannorum qod esset maximus, irritato atqe exasperato animo, qod Philoxenum poetam canendo, Platonem differendo non superaret, alterum in lapidicinas, alterum in Ægimam vendidit.* Contrà qàm Hadrianus, de qo Cassius *lib.* 69. *pag.* 789. *A.* & ex Cassio corrigendus Svidas; Φιλολιμίας τε ἀπλήστου ἐχρῆτο, καὶ καλὰ τοῦτο καὶ τ' ἄλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπεζήδευτο. καὶ ὑβδὲν ὅ, τι οὐκ εἰρηνικὸν, καὶ πολεμικὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγεν. ἐκ τούτου δὲ καὶ τῶν ἐν ἴσῳ προεχόντων, πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπώλεσε. βουλόμενος γὰρ πάντων ἐν περιουσίᾳ, ἐμίσει τοὺς ἔν τινι ὑπεραίροντας. *Erat gloriæ & honoris cupidissimus, ob eamqe caussam cæteris vel minimis rebus operam dedit. Tum ea qa in pace belloqe geruntur, qaqe ad regem privatumqe pertinent, se profitebatur scire: multosqe propterea, qod in aliqa arte avt facultate excellerent, loco suo dejecit, multosqe sustulit, cupiens scilicet in omnibus ipse omnibus antecellere, odio habuit qi in aliqa arte præstabant. Professores omnium semper, ut doctior, risit, contempsit, contrivit; cumqe eis ipsis professoribus & philosophis, libris vel carminibus invicem edissit, sæpe certavit.* Capitolinus in *vita Hadriani*; qo loco & Favorini festivum dicterium refert, qi arguentibus amicis qòd Hadriano de verbo qodam reprehendenti sine cavsâ, cessisset; *Non rectè svadetis*, inqit, *qi non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qi habet triginta legiones.* Idem tamen, Philostrato referente, tria ista paradoxa dictitabat sibi in vita contigisse; Γελάτης ὢν, ἑλληνίζειν. Εὐνοῦχος ὢν, μοιχείας κρίνεσθαι. βασιλεῖ διαφέρεσθαι, καὶ ζῆν. *Qod Gallus Græcè loqeretur: qod eunuchus adulterii caussam ageret: qod cum Imperatore contenderet & viveret.*

a τὴν τῶν. b περ. [ἐμπειρίαν] Jun. c Sup. 7.9. & l.7.§.60. d L. 5. §. 5. e τοιούτοις. [καὶ] ἀνθρώπ. Xyl. τοιούτοις τοῖς ἀνθρώποις Mer. τοιουτοτρόποις, ἀνθρώπ. π. α. τ. Boot. τοιουτοτρόποις περ. α τ. vel τοιούτοις. ἄνθρωπος δὲ περ. α.τ.δ. Salm. f δεδρακότος f. Mer. δεδορκὼς Salm. L. 4. §. 25. & l. 5. §. 3. & l. 9. §. 12. & l. 10. §. 11, 12. g οὐκ ἀωρεὶ Lug. h L. 60. §. 30

ἐπὶ τῷ ἐξ ἱστορίας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων πραγμάτων b περιεργίαν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστα κατὰ τὰ ἴδια προσήκοντα διακριβῶσι. πάντα δὲ κατὰ τὰ πάτρια c μένειν αὐτὸ ἔτι ἐπιδεόμενον φαίνεσθαι, τὸ τὰ πάτρια φυλάττειν. ἔτι δὲ τὸ ἀμεταπαύστως καὶ d ῥιπτασικὸν, ἀλλὰ καὶ τόπους, καὶ πράγματα τοῖς αὐτοῖς ἐναλλαγὴν ποιεῖν. καὶ τὸ μὴ σφόδρα παροξυσμοὺς τῆς κεφαλαλγίας, νεαρὸν εὐθὺς καὶ ἀκμαῖον πρὸς τὰ συνήθη ἔργα. καὶ τὸ μὴ εἶναι αὐτῷ πολλὰ τὰ ἀπόρρητα, ἀλλὰ ὀλίγιστα καὶ σπανιώτατα, καὶ ταῦτα ἀεὶ τῶν κοινῶν μόνον. καὶ τὸ ἔμφρον καὶ μεμετρημένον ἔν τε θεωρεμάτων ἐπιτελέσει, καὶ ἔργων κατασκευαῖς, καὶ διανομαῖς, καὶ τοῖς e τοιούτοις ἀνθρώποις, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ δέον πρᾶξαι f δεδορκότος, ὡς πρὸς τῷ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν εὐδοξίαν. g οὐκ [ἐν] ἀωρεὶ λήρης. h ἀλλὰ φιλοικοδόμῳ. ὡς ἐπὶ τοὺς ἐδώδας ἐπινοητής, ὡς ἐπὶ ἐσθήτων ὑφὰς καὶ χρόας, ὡς ἐπὶ σωμάτων ὥρας.

bus maximè præcellebant, dotibus, exiſtimationem ſinguli ſuam conſeqerentur. qòd, cùm ſecundum majorum inſtituta omnia exeqeretur, ne hoc qidem affectaverat, ut majorum inſtituta præciſè obſervare videretur. qod nec dimoveri proclivis, nec divagari, ſed cum locis, tum & rebus eiſdem, immorari conſvetus. qòd poſt capitis, qibus affici ſólebat, dolores, recens ſtatim vegetúſqe ad conſveta munera redibat. qòd arcana haud multa, ſed pavca admodum & rariſſima habebat; eáqe qæ ad rempublicam duntaxat pertinerent. prudentiam item & moderationem, in ſpectaculis exhibendis, fabricis extruendis, congiariis largiendis, aliiſqe iſtiuſmodi; utpote cùm is eſſet, qi non ad celebritatem ex rebus à ſe geſtis acqirendam, ſed id duntaxat qod facto erat opus, reſpiceret. non illi intempeſtivus balneorum uſus; non ædificandi ſtudium inſanum, non de victu, non de veſtium textura tinctura ve, non de ſervitiorum ſpecie exqiſitâ curioſitas. togâ,

qâ

ANNOTATIONES.

Ἢ ἵνα τὴν ἐξ ἱστορίας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων τινῶν πραγμάτων] transponenda illa τῶν τινῶν, legendúmque τὴν τῶν ἐξ ἱστορίας νόμων, liqet. Verùm & deeſſe vocula aliqa videtur, cui articulus prior innitatur. Itaqe ἐμπειρίαν poſt πραγμάτων ſupplet D. Junius: qi & ἱστορίας nomine non *hiſtoriam* vult intelligi, ſed *peregrinationem* & *locorum diſſitorum luſtrationem*. ego *notitiam* opinor qoqo modo acqiſitam. ità Marcus ipſe cepit *l.* 4. §. 21. Ἡ ἱστορία τῆς ἀληθείας. *Notitia veritatis.* & *l.* 9. §. 3. Ἴσον τὸ ἱκανὸν ἔτεσι, καὶ τὸ τριὰ, ταῦτα ἱστορῆσαι. *Par eſt iſtorum per centum & tres annos notitiam habere.* & *l.* 10. §. 15. Ἰδέτωσαν, ἱστορησάτωσαν. *Viderint, norint.*

Οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐπιδεῖναι φαίνεσθαι] nihil enim putidius affectationis affectatione, imitationisqe oſtentatione. Contrà verò qod Plutarchus *Sympoſ. l.* 1. *c.* 1. Οὐ μόνον ἰσχάδης ἀδικίας ἐστὶν, ὥς φησι Πλάτων, μὴ ὄντα δίκαιον, εἶναι δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ συνέσεως ἄκρας, φιλοσοφεῖσθαι, μὴ δοκεῖν φιλοσοφεῖν. *Non enim modò extrema eſt injuſtitia, ut ait Plato, juſtum videri cùm non ſis: ſed etiam ſumma ſcientia philoſophari ſta ut non videaris philoſophari.* Vide *l.* 7. §. 60. Σὺν τῷ ἀνεπιδεύτῳ. *Citra affectationem.*

Τόποις καὶ πράγμασι τοῖς αὐτοῖς ἐνδιαιτᾶσθαι] Seneca Lucilio *Epiſt.* 69. *Mutare te loca, & de alio in alium tranſilire volo. primùm qia tam freqens migratio, inſtabilis animi eſt. coalescere atio non potes, niſi deſinas circumſpicere & errare. ut animum poſſis continere, priùs corporis tui fugam ſiſte. deinde plurimùm remedia continuata proficiunt. interrumpenda non eſt qies.* Et *Epiſt.* 2. *Ex his qa mihi ſcribis, & ex his qa audio, bonam ſpem de te concipio. non diſcurris, nec locorum mutationibus inqietaris. egri animi iſta jactatio eſt. primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere, & ſecum morari: nuſqam eſt, qi ubiqe eſt. nihil aqè ſanitatem impedit, qàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem, in qo crebrò medicamenta tentantur. non convaleſcit planta, qa ſæpè transfertur. nihil tam utile eſt, qod in tranſitu proſit.*

Ἐν τε θεωρίων ἐπιτελέσει] Et iſtîc Marcus Pii æmulus, *Gladiatoria ſpectacula omniſariam temperavit: Et gladiatorii muneris ſumptui modum fecit. temperavit etiam ſcenicas donationes.* Capitolinus.

Καὶ ἔργων καταστευαῖς, καὶ διανομαῖς] *in operum extructionibus, congiariisqe.* Xylander. illis ſiqidem *magnificentiam*, iſtis *munificentiam* ſuam Imperatores Romani oſtentare ac venditare ſolebant. Cæterùm vir doctiſſimus Patritius Junius *operum diſtributiones* mavult intelligi.

Καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκότος.] Xylander legiſſe videtur: καὶ τοῖς τοιούτοις. [καὶ] ἀνθρώπῳ πρὸς αὐτὸ δὲ, &c. Mericus καὶ τοῖς τοιούτοις. τοῖς ἀνθρώποις, &c. qi & δεδρακότος pro δεδορκότος legi poſſe ſuſpicatur. D. Bootius καὶ τοῖς τοιουτοτρόποις, ἀνθρώπῳ πρὸς αὐτὸ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκότος, &c. ut genitivus ἀνθρώπῳ ab ἔμφρον, qod præceſſit, regatur. Salmaſius καὶ τοῖς τοιούτοις. tum aliâ orationis facie, ἄνθρωπος δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκώς. Vel etiam, καὶ τοῖς τοιουτοτρόποις. πρὸς αὐτὸ τὸ δέον, &c. ut ſuprà. De ſenſu ſatìs conſtat: Moderatum fuiſſe Pium in iis omnibus exhibendis, qibus animi hominum plauſúsqe captari ſolent: hominémqe ejuſmodi qi reſpiceret ad id qod agi oporteret, non ad gratiam gloriámve qæ indè conſeqeretur. De T. Ariſtone Plinius minor. *l.* 1. *Ep.* 22. *Ornat hæc magnitudo animi, qa nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert: rectéqe facti, non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.* hoc eſt, qod Naſo *Triſtium l.* 5. *elqg.* 14.

— *pretium cui virtus ipſa petitum.*

Plinius idem ipſe, *l.* 1. *Ep.* 8. *Majore animo honeſtatis fructus in conſcientia qàm in fama reponitur.* Liberaliter ſatìs de ſe *ad Conſtantium* in *Claudio* Trebellius; *Teſtis eſt, tua conſcientia, & vita mea, nihil unqam cogitáſſe, dixiſſe, feciſſe gratioſum.* De

A ſe id perhibenti fidem habeat, qi volet. Interim qod de Pio Marcus hìc, pro viri optimi charactere Epictetus habet, *Diſſert. l.* 3. *c.* 24. Οὐκ οἶσθ' ὅτι ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, ἀδὲν ποιεῖ τῆ δόξαι ἕνεκα, ἀλλὰ τῷ πεπρᾶχθαι καλῶς; *Neſcis virum bonum nihil facere ut feciſſe videatur, ſed ut fungatur officio?* Vide *lib.* 3. §. 12. & *lib.* 9. §. 42.

Οὐκ ἐν ἀωρεὶ λήρης] *Non utebatur alieno tempore balneis.* Xylander. qomodo illi, qi, ut Flaccus *l.* 1. *Epiſt.* 6.

— *crudi tumidique lavantur.*

B Perſius *Sat.* 3.

Turgidus hic epulis atqe albo ventre lavatur,
Gutture ſulphureas lentè exhalante mephites.

Et Juvenalis *Sat.* 1.

Pœna tamen præſens, cùm tu deponis amictus
Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.

Hinc ſubita montes, atqe inteſtata ſenectus.

Vult laviſſe ſemper horâ balnearî, & ſibi commodâ & ita qi citra ipſum. Caſaubonus ad Capitolinum. ἐν illud, qod exhibet Baſilienſis, omittit Salmaſius & Lugdunenſis, retinet Caſaubonus. ego vel expunxerim, vel, ſi retinere viſum, ἀωρίας legerim; qomodo Græci *Pſal.* 119. *v.* 146. Προέφθασα ἐν ἀωρίᾳ. *Veniens ante te in ipſo crepuſculo, intempeſtivo tempore.* Sed C illud, puto, potius.

Οὐχὶ φιλοικοδόμῳ] ὀλίγοις ἀρκούμενον, οἷον οἰκήσει, σκεπῇ, ἐσθῆτι, τροφῇ, ὑπηρεσίᾳ. *Paucis contentus, tecto nempe, ſtrato, veſte, victu, ſervitio. l.* 6. §. 30. De Auguſto Svetonius *l.* 2. *c.* 73. *Inſtrumenti ejus & ſupellectilis parſimoniæ appareat etiam nunc, reſiduis lectis atqe menſis, qorum plaraqe vix privata elegantia ſunt. nè toro qidem ſubuiſſe ajunt, niſi humili & modicè inſtrato.*

Οὐ περὶ τὰς ἐδωδὰς ἐπινοητής] *non circa victum curioſus, ave ſtudioſus, anxius,* Xylander. ἐπίνοια, ἐπιτήδευμα. Heſychius. ἐπινοητὴς, vox inſolentior, qalia apud Marcum non pavca. D

Οὐ περὶ σωμάτων ὥρας] *non de formæ corporis elegantia anxius.* Xylander, qem & Caſaubonus ſeqitur. de Pio ipſo uterqe accepit. ut ſit idem qod priùs de eodem dixerat, ὑπὲρ τὸ καλλωπισμὸν, τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπιμελητικὸν, *non elegantem ad corporis ſui curam.* Ego aliter prorſus velle exiſtimo, nec idem (qod Marcus non ſolet) repetitum. Verto itaqe *non circa corporum*, id eſt, famulitii & ſervitiorum, *ſpeciem.* σώματα enim pro *ſervis* ſive *famulis* dicebant. Anthолog. *l.* 1. *c.* 12.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,
Ἅλεσαν εἰς πενίην ἐστὶ ἑτοιμοτάτη.
Corpora multa alere, ac ſimul ædes condere multas,
Multam ad pauperiem perbreve pandit iter. E

Corpora. i. e. *ſervos.* In eam mentem accipio Menandrianum illud qod ad *l.* 3. §. 3. pleniùs exhibebitur,

Αὐτῶν τε δόξῃ, καὶ κάλλει τῶν σωμάτων.
Suaqe gloriâ, & formâ corporum.

Harpocration in Παύδημον, ex Nicandri *Colophoniac. l.* 6. ait Solonem σώματα ἀγοραίους ἐνεπρησῆ, ἐπὶ στέγης ἔησαν διὰ τοὺς νέους, &c. *Ob juvenum libidinem, ſervas egregia formâ emptas in cella proſtituiſſe, &c.* qo nomine à Philemone Comico in *Delphos* lavdatur, referente *l.* 13. Athenæo. Ariſtoteles *Rhetor. l.* 1. *c.* 5. externam felicitatem conſtituit ἐν εὐσθενείᾳ κλημάτων καὶ σωμάτων, μετὰ δυνάμεως φυλακτικῆς τε καὶ πρακτικῆς F τούτων. *in bona conſtitutione poſſeſſionum & corporum, cum facultate, qa conſervet & efficiat hæc.* mox σωμάτων illud qaſi explicans qid velit, εὐδραπόδων, inqit, πλήθει, καὶ μεγέθει, καὶ κάλλει διαφερόντων. *ſervorum, qi multitudine, & magnitudine & pulcritudine excellunt.* ut fruſtra ſit Pollux, qi *l.* 3. *c.* 7. §. 2. Σώματα ἁπλῶς, inqit, οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα. *Corpora non ſimpliciter dices, ſed ſervilia corpora.* Romanorum avtem curioſitatem, an luxuriem, in ſervitiis ſpecioſiſſimis

qâ Lorii utebatur, à villa inferiore comparata: Lanuvii tunicatus plerunqe in Tuſculano, ſed qod excuſare ſolebat, pænulatus. totius deniqe vitæ facies hæc fuerat. nihil immite; nihil immodeſtum, nihil vehemens, avt de qo uſurpari poſſet, qod ſolet vulgò dici, *Ad ſudorem uſqe*: ſed qaſi per otium

ἡ [a] ἀπὸ χωρίε [b] ϛολῆ, ἀναγκαῖον ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως, [c] καὶ τ' ἐν Λανυβίῳ πὶ πολλά. τῷ [d] τελώνῃ ἐν Τύσκλοις [e] ϖαϑαιϱυμένῳ ὡς ἐχρήσατο, καὶ πᾶς [f] ὁ τοιϋτ⊙ τρόπ⊙. ὐδὲν ἀπηνὲς, ὐδὲ μικὸν ἀδυσώπητον, ὐδὲ λάβρον, ὐδὲ ὡς ἄν ἴνα εἰπεῖν ποτε, ἕως ἰδρῶτ⊙. ἀλλὰ πάντα διε-

a ἐπιχώ-ριος, vel ἐπὶ Λαυρίῳ Sal. ἀπὸ Λαυρίε Lug.
b ϛόλ⊙ Lug.
c χιτῶνι ἐν Sal.
d φελόνῃ. Sal.
e παραιϑυμένως Sal.
f ὁ τρ. τοι. Boot.
g L. 6. §. 30. & l. 9. §. 12.

ANNOTATIONES.

ſiſſimis undiqe conqirendis, excolendis, diſponendis, tangit inter cæteros, Juvenalis *Sat.* 5. *v.* 55.

Flos Aſia ante ipſum pretio majore paratus,
Quàm ſuſt & Tulli cenſus pugnacis, & Anci,
Et nè te teneam, Romanorum omnia Regum
Frivola. — neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer. Sed forma, ſed ætas
Digna ſupercilio. --

Et Seneca *Epiſt.* 95. *Tranſeo puerorum infelicium greges: qos poſt exacta convivia, alia cubiculi contumelia expectant. tranſeo agmina exoletorum, per nationes colorésqe deſcripta, ut eadem omnibus levitas ſit, eadem prima menſura lanuginis, eadem ſpecies capillorum, neqis cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur. tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtrorum, per qos ſigno dato ad inferendam cænam diſcurritur. Dii boni! qantum hominum unius venter exercet?* Gregorius Nazianzenus *de amor. pauper. Orat.* 16. *pag.* 249. *C.* Παῖδας δὲ παρισάναι τὰς μὲν ἐν κόσμῳ καὶ ἐρεξῆς, ἀνέτους τὰς κομὰς, καὶ θηλυδρίας, καὶ τῇ καλῇ πρόσωπον κύρᾳ περιεργασμένους πλεῖον ἢ ὅσον συμφέρει, λίχνοις ὀφθαλμοῖς κεκοσμημένους. τὰς δὲ τὰς κύλικας ἐπ' ἄκρων δακτύλων ἴχνιας, ὡς οἷόν τε ἐνκρεπίσαι καὶ ἀσφαλίσαι. τὰς δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς ἄνεμον ταῖς ῥιπίσι σοφιζομένους, καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν αὔραις τὸ πλῆϑ⊙ τῶν σαρκῶν ἀναψύχοντας. *Pueri etiam adſtent, partim ornatè ac ſuo qiſqe ordine, comis ſoluti & effeminati, ac cæſarie ad faciem expoliti, magisqe qam impudicis oculis conducat, exornati, partim pocula extremis digitis tenentes, qam fieri poteſt decentiſſimè ſimul ac tutiſſimè, partim ſollibus ventum ſuper caput excitantes, atqe auris manu conflatis obeſas carnes refrigerantes.*

Ἡ ἀπὸ χωρίε ϛολή] *locus iſte*, ſi qis alius, inqit, Clariſſimus Salmaſius, *in hoc ſcripto corruptiſſimus.* Itaqe Mericus noſter, lacunâ contextui ſuo interjectâ, ut depoſitum, conſultò prorsùs omiſit, Στολὴν pro *comitatu* Xylander accepit. Sed & Annotator Lugdunenſis, qi ϛόλ⊙ legi poſtulat, fruſtra. cùm de *veſtitu* agatur. Salmaſius ad Capitolinum ἐπιχώρι⊙, legit. Caſavbonus ἀπὸ χωρίε, retinet. de ſenſu utriqe convenit, placuiſſe Pio veſtem τὴν ἐπιχώριον, *indigenam*, non exoticam, ſive τὴν ἀπὸ χωρίε, hoc eſt, *qalis vulgò fiat*, & qidem ἀπὸ τῆς ἐπαύλεως, *è villa propria*, & *ferè de reditibus Lanuvinis.* ità Caſavbonus *ad vitam Pii.* De Avgusto iſtiuſmodi qiddam Svetonius. *l.* 2. *c.* 73. *Veſte non temerè alia qàm domeſtica uſus eſt, ab uxore & ſorore & filia neptibúsqe confecta.* De ſe Seneca, *de tranqill. cap.* 1. *Placet non ex arcula prolata veſtis, non mille ponderibus avt tormentis ſplendere cogentibus preſſa; ſed domeſtica & vilis, nec ſervata nec ſumenda ſolicitè.* De Pio Capitolinus. *Viſus eſt ſanè ab amicis & cum privatis veſtibus.* &c. Cæterùm editio Lugdunenſis pro χωρίε nobis Λωρίε exhibet. Hoc ſi non ſit typothetarum mendum, qod ſuſpicari forſan qis poſſit, *Lorium* villam deſignat, in qa Pius & educatus, & verſatus plurimùm, cùm palatium ibi conſtruxiſſet, & tandem etiam defunctus eſt, avtore Capitolino. Hanc avtem ſeqendo lectionem, Salmaſius mavult, ἡ ἐπὶ Λωρίῳ ϛολή. ut de *toga* accipiatur, qâ *in ſeceſſu Lorinæ villæ* uti ſolitus erat. eam togam ipſi veniſſe dicit ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως. de qa proximè videndum.

Ἀνάγκα ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως] τὸ κάτω iſtud Caſavbonus omittit. D. Bootius legit, διαγωγὴ ἐπὶ τῶν κατ' ἀγρὸν ἐπαύλεων. id eſt, *commoratio ruri in villis.* ut καθ' ἀγρὸν adjectum ſit, qò *villæ* iſtæ à *ſuburbanis* diſtingverentur. Conſtat avtem è Capitolino, Pium in agris atqe propriis fundis plurimùm vixiſſe, etiam poſtqam imperium tenuit. ἔπαυλις certè hîc, non *caſa*, ut Xylander vertit, ſed *villa*. Philo in *vit. Moſis l.* 2. *pag.* 650. *D.* Λείας δὲ πολλῆς ἄγων ὑποϑήσαντες, ἴν τι τῆς βασιλείας, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν καθ' ἁγροὺς ἐπαύλεων. *Præda ingens parta fuit, exhauſtis non ſolum opibus regiis, ſed etiam privatis poſſeſſionibus.* Idémqe *de vit. contempl. pag.* 892. *E.* Τὴν μὲν οὖν ἀσφάλειαν αἱ ἐν κύκλῳ παρίχουσιν ἐπαύλεις τε καὶ κῶμαι. *Securitatem enim ei præſtant villæ viciqe proximi. Credis aliqando*, inqit Clariſſimus Salmaſius, *vicum hoc nomine Romæ appellari, in qo vulgares togæ fiebant ac venum ibant. citerioris & ulterioris vici mentio apud Sextum. qidni & ſimiliter inferior & ſuperior ex ratione ſitûs? dicit igitur hunc Imperatorem, cùm Lorii eſſet, uſum eſſe vili ac vulgari togâ, qales veniebant in vico inferiore Romæ. an potiùs ἡ κάτω ἔπαυλις villa aliqa ruſtica infrà Lorium, ubi ejusmodi togæ fiebant? ἔπαυλις certè villam, & etiam pagum ſignificat. qicqid ſit, oportet vilem eſſe & vulgarem togam, non imperatoriam, qa in Lorii ſeceſſu utebatur. hæc enim exempla affert, ut oſtendat, ὡς ἐπιτηδεύειν* fuiſſe περὶ ἐσθῆτα ὑφὰς καὶ χρόας. *non curioſum de veſtium textura & tinctura.*

Καὶ τῶν ἐν Λανυβίῳ] Caſavbonus nihil mutat; & ad veſtis materiem refert, ſive locum unde ea petebatur, ut ſuprà viſum. At Salmaſius, *Notat*, inqit, *qibus in locis qem habitum uſurpare ſolitus fuerit.* itaqe lectionem duplicem proponit. vel ut legatur, ἐπιχίτων ἐν Λ. τὰ πολλὰ, τῷ φελόνῃ ἐν Τ. π. ἐχρήσατο. velitqe Marcus, *Sine tunica Lanuvii egiſſe Pium: more, ut videtur, antiqi Catonis, qi ſolo campeſtri accinctus, ſuper id togam accipiebat*; & *qidem etiam cùm prætor jus redderet, ut ex Valerio Maximo conſtat l.* 3. *c.* 6. & *Aſconio. qod idem in Catone minore etiam Plutarchus notat*, καλαβὰς εἰς τὴν ἀγορὰν ἀναπόδητ⊙ καὶ ἐπίτων, περιπατῆσαι μικὰ τῶν συνηϑῶν. Vel etiam ἐν χιτῶνι Λανυβίῳ τὰ πολλὰ, sive χιτῶν ἐν Λ. τὰ π. *ut in ſola tunica ſeceſſum illum Lanuvinum tranſegiſſe dicatur; qomodo plerumqe Romani ruri ſolebant & in provinciis: Hinc tunicata qies, tam ſæpe Martiali commendata & laudata. l.* 10. *Ep.* 51. Hæc ille.

Ἐν Λανυβίῳ] *Lanuvium* Italiæ opidum juxta viam Appiam ſitum, de qo Strabo *l.* 5. ubi Λανούϊον pro Λανούϊνον Caſavbonus repoſuit. *In villa* interim *Lanuvina natum Antoninum Pium*, avtor eſt Capitolinus &, *è municipio Lanuvino ortum*, Victor Avrelius. qanqam Caſavbonus in Capitolinum codices Manuſcriptos *Lavinia* exhibere teſtatur, eundémqe locum exiſtimat deſignari, ubi avtor idem de Marco: *Ex Aſia & Syria reverſo, eximde Lavinium profectus eſt.* Certè *Lanuvium* & *Lavinium* idem eſſe utrumqe Joſephus Scaliger contendit, Carolo Sigonio *ad Livii l.* 8. refragante, & renitente.

Τῷ τελώνῃ ἐν Τύσκλοις ϖαϑαιϱυμένῳ ὡς ἐχρήσατο] *Inter Lanuvinos plerumqe Tuſculano publicano utebatur, etiam deprecante.* Xylander. ut ad *comitatum* referatur. Annotator Lugdunenſis *lego*, inqit, παραιϱύμεν⊙, *qaſi excuſans & deprecans utebatur.* Salmaſius τῷ φελόνῃ ἐν Τύσκλοις, an Τύσκλοις, παραιϱυμένως ἐχρήσατο. *cùm in Tuſcos, an Tuſculanos, agros ſecederet, non jam tunicatus ibi agebat, ut Lanuvii, ſed pænulam ſuperinducbat: qod cùm faceret, excuſabat tamen ſe, & qaſi veniam deprecabatur. hoc eſt, qod ait,* παραιϱυμένως ἐχρήσατο. *Pænula*, inqit Nonius, *eſt veſtis, qam ſuprà tunicam accipimus. eâ adverſus pluviam maximè munire ſe ſolebant.* Juvenalis *Sat.* 5. *v.* 78.

— fremeret ſævâ cùm grandine vernus
Jupiter, & multo ſtillaret pænula nimbo.

Indè Varroni petitus jocus in *virga divina*, dum virtutis τὸ αὐταρκὲς prædicat; *Non eſt qærenda homini, qi habet virtutem, pænula in imbri.* contrà planè qàm Lucilius *l.* 15. qi *pænulam per imbrem iter obeunti, ſapientia ipsâ utiliorem*, eſſe pronunciat. certè etiam ſapienti, vel in imbre vel in frigore, Stoicis ipſis fatentibus, ſaltem εὐχρηστὸς futura eſt: qum ut Philo *de providen.* apud Evſebium *præpar. l.* 8. *c. ult.* ὑετῷ μὲν ὄντ⊙ ἀνάγκη τὸν σοφὸν, εἰ ἐν ὑπαίϑρῳ διάγοι, καλαβρέχεσϑαι. βορέᾳ δὲ ψυχρῷ καλαπνέοντ⊙, ῥίγει πιεσϑῆναι καὶ ψύχει. *Imbre decidente perplui, ſi ſub dio verſabitur, virum ſapientem oportebit: eundemqe vel frigidiore borea ſpirante frigoris vim ſubire.* Sed & L. Galbæ, cuidam pænulam roganti, *Non poſſum commodare, domi maneo*; cùm cœnaculum ejus perplueret. alteri item ejusdem uſum poſcenti, *Non pluit? non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe utar.* Refert Fabius *inſtit. l* 6. *c.* 4.

Καὶ πᾶς ὁ τοιϋτ⊙ τρόπ⊙] Xylander, qem & ſecutus eſt Mericus) cum ſeqentibus conjungit, dum ſic reddit) *Omnibus in ejus moribus nihil inerat inhumanum.* Verùm præcedentia potiùs clavdere videntur. Itaqe D. Bootius legit, καὶ πᾶς ὁ τρόπ⊙ τοιοῦτ⊙. *Totius deniqe vitæ facies erat, qalem ſuprà depinximus.*

Ἕως, ἰδρῶτ⊙] *Suſpecta* iſta & *ſalebroſa* Xylandro. Sed immeritò. eſt dictum proverbiale, à medicis mutuatum, qo exercitii modum illi menſurámqe juſtam ac legitimam in affectibus qibuſdam præſcribunt. Memini V. Cl. Thomam Plaiſirum adoleſcente me ſacræ Theologiæ apud Cantabrigienſes noſtros profeſſorem, Apoſtoli verba *ad Hebr. c.* 12. *v.* 6. enarrantem ex Avtore medico (cujus nomen jam excidit) protuliſſe monitum aliqod iſtiuſmodi, *Ad ruborem, non ad ſudorem*; cùm Apoſtolus de fidelibus eo loci dicere viſus ſit, *Ad ſudorem, non ad ſanguinem.* Qò videri poſſit alluſiſſe, qod de Diogene Cynico Laërtius, Xeniadæ, domini ſui liberos exercuiſſe, οὐκ ἀϑλητικῶς, ἀλλ' ἐρυϑήμα⊙ χάριν καὶ ἐυεξίας, *non athletico more, ſed qantum ad ruborem bonamqe corporis habitudinem conduceret.* niſi qòd ἐρύϑημα ibi colorem vividum valetudinis indicem potiùs deſignare doceat adjuncta ἐυεξία. Hoc proculdubio Marcus hîc voluit, Pium nulla in re nimium fuiſſe. ita *lib.* 6. §. 29. ὡς ἐπ' ὐδὲν ἔσπευδεν.

Οὐδὲν ἀπηνὲς] Indè forſan *Pius* dictus, qòd verè naturâ clementiſſimus; & nihil temporibus ſuis aſperum fecit. Siqi-

διειλημμένα λελογίσθαι, ὡς ἐπὶ σχολῆς, ἀπαρέγχως, τεταγμένως, ἐρρωμένως, [a] συμφώνως ἑαυτοῖς. ἐφαρμόσειε δ' ἂν ῥᾳδίως τὸ περὶ Σωκράτους μνημονευόμενον, ὅτι καὶ ἀπέχεσθαι καὶ ἀπολαύειν ἐδυνάτο τούτων, ὧν πολλοὶ πρός τε τὰς ἀποχὰς ἀσθενῶς, καὶ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἐνδοτικῶς ἔχουσι τὸ [b] ἰσχύειν καὶ ἔτι καρτερεῖν καὶ ἐννήφειν ἑκατέρῳ, ἀνδρός ἐστιν ἄρτιον καὶ ἀήττητον ψυχὴν ἔχοντος, [c] οἵου καὶ οἷον ἐν τῇ νόσῳ τῇ Μαξίμου.

a Sup. §. 8. & l. 6. §. 30.

b ἐπικαρί. vel ἐγκ. f.

c ὅιος f.

§ 17. Παρὰ τῶν Θεῶν, τὸ ἀγαθοὺς πάππους, ἀγαθοὺς γονέας, ἀγαθὴν ἀδελφὴν, ἀγαθοὺς διδασκάλους,

cum consideratione matura, placidè, compositè, strenuè, consentaneè sibi invicem dispositа universa: ità qadrabat in illum, qod de Socrate perhibetur, qòd & abstinere & frui rebus eis nôrat, qibus plerique nec per infirmitatem abstinere, nec frui citra intemperantiam possunt. posse avtem in altero tolerantem, in altero temperantem se præstare; illud verò verè viri est animo consummato invictóqe planè præditi. deniqe qomodo in Maximi ægrotatione se gesserit.

§ 17. Deis acceptum fero, qòd bonos avos, bonos parentes, bonam sororem, bonos præceptores, qo-

ANNOTATIONES.

dem & *sub Adriano, cùm consiliis illius adesset, mitiorem sententiam semper ostendebat, & principatûs sui initio cùm multi accusarentur, & ad supplicium nominatim etiam deposcerentur, neminem tamen interfici passus est, cùm diceret, non oportere se principatum suum factis ejusmodi auspicari. Qin & deinceps, seditiones ubicunque factas, non crudelitate, sed modestiâ & gravitate compressit.* Capitolinus & Xiphilinus.

Συμφώνως ἑαυτοῖς] Do eodem *l.* 6. §. 30. Τὸ ὁμαλὲς παντα χοῦ. *in cunctos æqabilitatem.* & de Apollonio *suprà* §. 8. Τὸ ἀεὶ ὅμοιον. *Ut idem semper essem.* Qod de historia Lucianus *pag.* 618. Χρὴ ὁμοίαν τὰ πάντα καὶ ὁμόχροα εἶναι, καὶ συνᾴδουσαν τῇ κεφαλῇ τὸ ἄλλο σῶμα, ὡς μὴ χρυσῆν μὲν τὸ κράνος εἶναι, ᾠήρακα δὲ πάνυ γελοῖον ἐκ ῥακῶν πόθεν, ἢ ἐκ δερμάτων σαπρῶν συγκεκολλημένον, καὶ ἡ ἀσπὶς οἰσυΐνη, καὶ χοιρίνη περὶ τὰς κνήμας. *Decet similia, ejusdemqe coloris omnia esse, & capiti reliquum corpus respondere, ut non aurea sit galea, thorax planè ridiculus, ex pannis aliunde vetustis, avt putridis pellibus consutus. Item vimineus clypeus, & tibialia ex corio porcino facta.* De poemate Horatius in arte.

Deniqe sit qodvis simplex duntaxat & unum:
Primo nè medium, medio nè discrepet imum.

& de persona idem,

— servetur ad imum
Qualis ab incepto processerit, & sibi constet.

De Stoica philosophia Cicero *de finib. l.* 5. *Mirabilis est apud Stoicos contextus rerum. respondent extrema primis, media utrisqe, omnia omnibus.* De vita Seneca *Epist.* 20. *Exigit philosophia, ut ipsa inter se vita unius, sine actionum dissensione, colorata sit.* Idemqe *Ep.* 23. *Verum bonum unde subeat, interrogas? ex placido vitæ & continuo tenore unam prementis viam.* Et, *Ep.* 31. *Huc & illud accedat, ut perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi.* Et, *Epist.* 120. *Virtutem ostendit constantia, & omnium inter se actionum concordia; qando idem semper qis est, & in omni actu par sibi.* Et mox: *Magnam rem puta, unum hominem agere: prater sapientem avtem nemo unum agit, cæteri multiformes sunt. modo frugi tibi videbimur & graves, modò prodigi & vani; alternis Catones, alternis Vatinii mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus, qam exuimus. hoc ergo à te exige, ut qalem instituëris præstare te, talem usqe ad exitum serves.* Et, *Ep.* 35. *Ante omnia hæc cura, ut constes tibi.* Hoc est qod Zeno voluit, cùm finem statueret, Τὸ ὁμολογουμένως ζῆν, i. καθ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν. ut Stobæus *Tom.* 1. *l* 2. *tit.* 4. §. 5. Vide *suprà ad* §. 9. Sed & *l.* 11. §. 27. Ambrosius *Epist.* 82. *Vetus dictum est, Adsvesce unus esse: ut vita tua qandam picturam exprimat, eandem servans semper imaginem, qam acceperit.* Optimè Aristoteles, *Ethic. Nicom. l.* 9. *c.* 4. Ἔοικε γὰρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. τοὺς γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται καθ' ἅπασαν τὴν ψυχήν. *Videtur enim, qemadmodum dictum est, virtus & probus vir unicuiqe esse mensura. Is enim secum consentit, & eadem tota anima appetit.* De Adriano Avrelius Victor: *Varius, multiplex, multiformis, ad vitia atqe virtutes qasi arbiter genitus; impetus mentis qodam artificio regens.* Et Ælius Spartianus. *Idem severus, lætus; comis, gravis; lascivus, cunctator; tenax, liberalis, simulator; savus, clemens; & semper in omnibus varius.* De Avidio item Cassio Vulcatius: *Fuit his moribus, ut nonnunqam trux & asper videretur, aliqando mitis & lenis; sæpe religiosus, aliàs contemptor sacrorum; avidus vini, interim abstinens; cibi appetens, & inedia patiens, veneris cupidus, & castitatis amator.* At de Epaminonda & Agesilao Plutarchus *lib. de adulat. pag.* 52. *E.* Πλείσοις ὁμιλήσαντες ἀνθρώποις, καὶ τόποις, καὶ βίοις, τὸ προσῆκον ἦθος αὐτοῖς παντα χοῦ, καὶ σολῆ, καὶ διαίτῃ, καὶ λόγῳ καὶ βίῳ διεφύλαττον. *Qi tametsi cum pluribus versati hominibus, urbibus, moribus, suos tamen ubiqe mores, suum vestitum, suam victus rationem, & dicendi vivendiqe retinuerunt.* Et de Platone *lib. de Adul. pag.* 52. *E.* Ἐν Συρακούσαις, οἷος ἐν Ἀκαδημίᾳ. καὶ πρὸς Διονύσιον, οἷος πρὸς Δίωνα. *Plato idem fuit Syracusis qi in Academia, & Dionysio talis qalis Dioni.*

Τὸ περὶ τοῦ Σωκράτους] De Socrate Xenophon *memorial. l.* 1. *pag.* 724. *D.* Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα (τὰ ἀφροδίσια) φανερὸς ἦν οὕτω παρεσκευασμένος, ὥστε ῥᾷον ἀπέχεσθαι τῶν καλλίστων καὶ ἀγαθωτάτων, ἢ οἱ ἄλλοι τῶν αἰσχίστων καὶ ἀνωφελεστάτων. περὶ μὲν

A δὴ βρώσεως καὶ πόσεως καὶ ἀφροδισίων οὕτω καρτερικὸς ἦν. καὶ ᾧτινος ἕνεκα ἄν ἧττον ἀρκούντως ἥδεσθαι τῶν πολλὰ ἐπὶ τούτοις πραγματευομένων, λυπεῖσθαι δὲ πολὺ ἔλαττον. *Atqe ipsum constabat adversus eas usqe adeò paratum fuisse, ut facilius ab elegantissimis ac formosissimis abstineret, qàm cæteri à turpissimis maximeqe deformibus. Qod igitur ad cibum, potum, res Venereas attinet, ità se comparaverat Socrates; ac se nihil qidem minus frui voluptatibus his ad satietatem putabat, qàm qi vehementer in iis qærendis laborarent, at multo minùs doloris percipere.* Atqe hunc locum forsan præ oculis habuit Marcus, cùm ista scriberet.

B Καὶ ἀπέχεσθαι καὶ ἀπολαύειν] Qod de se Apostolus *ad Philip. c.* 4. *v.* 12. [7] Οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν. ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι. *Novi avtem deprimi, novi etiam abundare: ubiqe & in omnibus initiatus sum, & ad saturitatem, & ad esuritionem.* qod suprà, παρόντων τῶν ἅπλετα, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι. *Præsentibus frui, absentia non multum desiderare.*

Τὸ δὲ ἰσχύειν καὶ ἔτι καρτερεῖν] ἔτι qid hîc velit, nullus video. ἐπικαρτερεῖν forsan scripserat Marcus, vel qod usitatius est, ἐγκαρτερεῖν, ut mox ἐννήφειν.

C [7] Οἷον ἐν τῇ νόσῳ τοῦ Μαξίμου] Istud an ad superiora respectum habeat, qod Xylander censuit, ambigi potest. commodè posse vix videtur. Ego itaqe tanqam distinctum qid posui. De Demonacte Cynico refert Lucianus *pag.* 860. qòd cùm cætera ἀπαθὴς planè videretur, μόνον αὐτὸν ἡνία φίλου νόσος ἢ θάνατος. ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν, τὴν φιλίαν ἡγούμενον. *Solummodo amici vel morbus vel mors ipsum affligebat: qasi maximum in rebus humanis bonum amicitiam duceret.* Tale qippiam in Pio Marcus forsan adverterat. & οἷος forsan legendum fuerit.

§ 17. Παρὰ Θεῶν] Piè Marcus noster hîc divinæ procurationi plurima adscribit, qæ fortunæ plerique solent tribuere.

D Πάππους] *Avus paternus, Annius Verus* (de qo *suprà* §. 1.) *maternus, Calvisius Tullus.* Julius Capitolinus.

Γονέας] Vide *suprà ad* §. 2. 3.

Ἀδελφὴν] *Habuit & sororem natu minorem, Anniam Cornificiam.* Capitolinus.

Διδασκάλους] qorum *suprà* meminerat §. 5, 6, 7. &c. qibus & alios adjicere licet ex Julio Capitolino. Origenes *ad Celsi. l.* 3. Καὶ [7] Ἕλληνες δὲ φήσουσι, καὶ ἐν τοῖς νομιζομένοις εἶναι σοφωτάτοις, καὶ ἀπὸ πολλὰ τὴν εὐτυχίαν εἶναι αἰτίαν. οἷον περὶ διδασκάλων τοιῶνδε, καὶ τὸ περιπεσεῖν τοῖς κρείττοσι. ὄντων καὶ τῶν τὰς ἐναντίας αἱρέσεις διδασκόντων. καὶ περὶ ἀναλροφῆς τῆς ἐν βελτίοσι. πολλοῖς γὰρ καὶ τὰ τῆς ἀναλροφῆς τοιοῦτος γεγένηται, ὡς μηδὲ φαντασίαν ἐπιδραπῆναι τῶν κρειττόνων λαβεῖν. ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας, ἤτοι ἐν παιδικοῖς εἶναι ἀκολάστων ἀνδρῶν, ἢ δισπεπτῶν, ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ κωλυούσῃ τὴν ψυχὴν ἀναβλέπειν κακοδαιμονίας. τὰς δὲ περὶ τούτων αἰτίας, πάντως μὲν εἰκὸς εἶναι ἐν τοῖς τῆς προνοίας λόγοις, πίστιν δὲ αὐτὰς εἰς ἀνθρώπους, ἐκ ἐυχερές. *Apud Græcos avtem etiam sapientissimi multa bona fortunæ imputant, in hanc referentes causam, puta, qod in tales magistros inciderint, qod in meliores (qum esset qi contrarias opiniones docerent) qodqe felicius sunt educati. Multis enim talis institutio contigit, ut ne imaginari qidem sinantur boni qippiam: sed statim à prima ætate hominibus luxu libidineqe perditis avt*

E *heris suis sunt in deliciis, avt alio qopiam infortunio gravante, neqeunt animi oculos attollere. Harum rerum causas omninò verisimile est esse in providentia rationibus, tametsi non facilè cadant in cognitionem hominum.* Vide sectionis istius verba novissima, deprehendes cum Origenianis illis qàm svavissimè concinere. De Platone Plutarchus in *Mario pag.* 433. *A.* Πλάτων μὲν ἤδη πρὸς τῷ τελευτᾶν γενόμενα, ὑμεῖς τὸν αὐτῷ δαίμονα καὶ τὴν τυχὴν, ὅτι πρῶτον μὲν ἄνθρωπον, εἶτα Ἕλλην, εἶτ' Βάρβαρον, εἶδὲ ἄλογον τῇ φύσει θηρίον γένοιτο πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοῖς Σωκράτους χρόνοις ἀπήντησεν ἡ γένεσις αὐτοῦ. *Enimvero Plato vicinus jam morti sortem & fortunam suam extollit, qod primum homo, deinde Græcus, non Barbarus, neqe rationis expers bellua esset natus: adhæc qod in Socratis ætatem ortus suus incidisset.* At Lactantius *institut. l.* 3. *c.* 18. *Plato ajebat se*

F *gratias agere naturæ; Primum qod homo natus esset, potiùs qàm mutum animal: deinde qòd mas, potiùs qàm fœmina; qòd Græcus, qàm Barbarus: postremò, qòd Atheniensis, & qòd tem-*

bonos familiares, neceſſarios, amicos, bona omnia ferè habuerim. tum qòd adversùs neminem eorum temerè aliqid deliqerim, etiamſi ità affectus fuerim, ut, ſi occaſio incidiſſet, ejuſmodi aliqid admiſiſſem. cæterùm numinis beneficio factum eſt, qòd nulla ex rerum concurſu occaſio contigerit, qæ affectum illum proderet. ab eiſdem fuit, qòd apud avi concubinam non ſim diutiùs enutritus: qòd ætatis florem indelibatum ſervaverim, nec ante tempus juſtum virilitatis ſpecimen dederim, ſed ultra etiam qàm opus erat, id facere diſtulerim. qòd principi pa-

ἀγαθὺς οἰκείυς, συγγενεῖς, φίλυς, a κεδὸν ἁ- a [ἀγαθὰ] σχ. f.
πανθ' ἑκὼν. καὶ ὁτι ϖᾶ ἐδένα αὐτῶν b ϖεοέπεσον b προέπετο
ϖλημμελῆσαί τι, καί τοι c διάθεσιν ἔχων τοιαύτην, Lug.
ἀφ' ἧς, εἰ ἔτυχεν, κὰν ἔπραξά τι τοιῦτο. τ Θεῶν c L. 11. §. 18.
ἧ εὐποία τὸ μηδεμίαν σωδρομὴν ϖραγμάτων γενέϑαι, ἥτις ἐμελλέ με ἐλέγξειν, ϗ τὸ μὴ ϖλέον σκιαφῆναι. ϖᾗ τῇ ϖαλλακῇ ϑ' ϖάππε. ϗ τὸ τὴν ὥραν λάσασϑαι. ϗ τὸ μὴ d ϖρὸ ὥρας ἀνδρωϑῆναι, ἀλλ' ἔτι ϗ ἐπιλαϐεῖν ϑ' χρόνε. τὸ ἄρχειν τε d πρὸς Lug.

ANNOTATIONES.

temporibus Socratis. Qo contendit ipſe, immeritò tamen; *Nunqam qicquam dictum eſſe in rebus humanis delirius.* Idémqe *ibidem c.* 19. ubi Socratem acrius, & in qibuſdam iniqiùs etiam pavlò, perſtrinxerat; *In cujus temporibus natum ſe homo ſapiens gratulatur.* Qod avtem in Platone tantopere exagitat Lactantius, id is à Socrate accepiſſe videtur; qi, ut Dio Pruſæus *Orat.* 64. Ἐπὶ ϖολλοῖς αὐτὸν ἐμακάριζε, ϗ ὅτι ζῷον λογικὸν, ϗ ὅτι Ἀθηναῖον. *Ob multa ſe beatum dixit, & qod animal eſſet ratione præditum, & qod Athenienſis.* Socrates à Thalete; qi, ut Laërtius *l.* 1. §. 33. Ἔφασκε τριῶν τύτων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ, ϖρῶτον μὲν, ὅτι ἄνδρωϖος ἐγενόμην, ϗ ϑηρίον. εἶτα, ὅτι ἀνὴρ, ϗ γυνή. τρίτον, ὅτι Ἕλλην, ϗ Βάρϐαρος. B *Ajebat trium maxime rerum cauſſâ gratias ſe fortunæ agere. Primò, qod homo, non bellua: deinde, qod vir, non mulier: tertiò, qod Græcus natus eſſet, non Barbarus.* Poſtremum tantummodo de ſuo addidit Plato. Nec reticendum qod Judæi habent in preculis ſuis virorum peculiaribus: *Benedictus eſto, Domine Deus, qòd me virum creáſti, non mulierem: qòd Iſraelitam, non alienigenam.*

Σχεδὸν ἅπαντα σχεῖν] ſupplendum, ἀγαθὰ, qod excidiſſe exiſtimem. ut ſit [ἀγαθὰ] σχεδὸν ἅπαντα σχεῖν.

Τῶν Θεῶν δὲ εὐποίαν] Digna Chriſtiano qovis providentiæ divinæ, qâ factum fuerit, ut nè peccatis occuparetur, cùm peccare prona diſpoſitio non deeſſet, agnitio. Agnoſcit ipſe C de ſe, qod Deus Abimeleco; *Ego te cohibui, nè peccares. Geneſ. c.* 20. *v.* 6. Habent his paria è noſtris; Bernardus *de temp. Serm.* 79. *Prima miſeratio qod à multis adhuc peccatis in ſeculo poſitum cuſtodivit. qis enim non videat, qòd ſicut in multis cecidi, ſic & in alia poteram cecidiſſe peccata, niſi omnipotens pietas conſervâſſet?* Qi & argumentum idem tractat fuſiùs, *de Diverſ. Serm.* 13. Avguſtinus Homil. 23. *Hic multa commiſit, & multorum debitor factus eſt: ille gubernante Deo pauca commiſit. cui deputat ille, qod demiſit, huic & iſte deputet, qòd non commiſit. Adulter non fuiſti in vita illa tua præterita, plená ignorantiâ? Hoc tibi dicit Deus tuus; Regebam te mihi, ſervabam te mihi, ut adulterium non committeres.* D *Svaſor defuit? ut ſvaſor deeſſet, ego feci. Locus & tempus defuit? & ut hæc deeſſent, ego feci. Affuit ſvaſor; non defuit locus; non defuit tempus: ut non conſentires, ego terrui. Agnoſce ergo gratiam ejus, cui debes & qod non admiſiſti. Mihi debet iſte, qod factum eſt & dimiſſum vidiſti: mihi debes & tu, qod non admiſiſti. Nullum eſt enim peccatum qod facit homo, qod non poſſit facere alter homo, ſi deſit rector à qo factus eſt homo.* Piiſſimè, & ad noſtri mentem pleniſſimè.

Προέπισον πλημμελῆσαί τι] Lugdunenſis προέπισε. qod probare non poſſum. Xylander *qòd nihil deliqi.* pleniùs rectiùsqe E Caſavbonus *qòd nihil temerè avt præcipitanter deliquerim.* προπίπτω, *procido, præceps feror.* indè προπετὴς, *præceps*: & προπετῶς, *præcipitanter, temerè, inconſideratè.* Vide *l.* 3. §. 9. ἀπροπτωσίαν. *ut nihil temerè ſtatuamus.* alioqi ſuſpicari qis poſſet, ſcripſiſſe Marcum προίφθασα. Sicut pavlò inferiùs, τὸ φθάσαι τὰς τροφὰς ἐν ἀξιώματι καλασῆσαι. *qod nutritios meos ad honores maturè evexerim.*

Μὴ πλέον ἐκτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τὸ ϖάππε] Siqidem *in domo avi jus Veri educatus eſt* in ætate teneriore, ut Capitolinus docet. Pari avtem ratione gratulatur Alcmon Poeta ſibi, in *Epigrammate* (qod Alexandro Ætolo *exercit. in Solinum* Salmaſius vindicat) apud Plutarchum *de exilio*, qòd origine Ly- F dus cùm eſſet, Sardibus tamen diutiùs educatus non ſit, ubi luſcus forſan ſacerdos, avt Gallus tympanotriba evaſiſſet; ſed Spartam nactus puerilis indolis formatricem, ubi Muſarum diſciplinis initiatus & enutritus fuerit.

Καὶ τὸ τὴν ὥραν διασώσαι] ὥρα *flos ætatis*, ut *ver anni.* unde Periclis illud ab Ariſtotele *Rhetor. l.* 1. *c.* 7. & *l.* 3. *c.* 10. lavdatum; Τὴν νεότηϖα τὴν ἀϖολομένην ἐν ϖολέμῳ ὅτως ἠφανίσθαι ἐκ τῆς ϖόλεως, ὥσϖερ εἴτις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλῃ. *Juventutem mortuam in bello ſic ſublatam ex civitate, ut ſi qis ver ex anno tolleret.* Tempeſtas nimiùm qàm lubrica, & lapſibus expoſita. Præſertim ubi natalium ſplendor; ſtatus honeſtior, G educatio delicatior, res lavtior, & forma venuſtior acceſſerint. Πολλοὶ γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑϖὸ τῶν τοῖς ὡραίοις ϖαρακεκινηκότων διαφθείρονται. *Multi enim violantur ob venuſtatem formæ ab iis, qi ergo elegantes amore incitantur.* Socrates apud Xenophont. *memorial. l.* 4. *pag.* 799. *A.* Indè Juvenalis *Sat.* 10.

I nunc, & juvenis ſpecie lætare tuâ, qem
Majora expectant diſcrimina —

Τὸ μὴ ϖρὸ ὥρας ἀνδρωϑῆναι] Lugdunenſis ϖρὸς ὥρας. perperam. Verùm aliud hic ὥρα, ab eo qod ſuprà. ὥρα enim iſtic, non tam *flos ætatis*, qàm ὁ καιρὸς, *tempus opportunum* & *idoneum* rei alicui vel aggrediendæ, vel abſolvendæ. Timon Phliaſius de Dionyſio Heracleota, qi & Metathemenos dictus, qòd ætate devergente à ſecta Stoica ad Epicuream tranſiiſſet, apud Athen. *l.* 13. *pag.* 601. *C.*

Ἡνίκ' ἔχρην δύνειν, νῦν ἀρκεῖαι ἡδύνεσϑαι.
Ὥρη ἱρὴν, ὥρη γαμεῖν, ὥρη τε ϖειθανέσθαι.
Dum eſt occidendum, ſervamus voluptatibus.
Amori ſuum tempus eſt: ſuum qoqe nuptiis: eſt & in tempore ceſſandum.

Ità Thales, referente Stobæo *Tom.* 2. *tit.* 68. Conjugium ſvadentem matrem eluſit; natu minor cùm eſſet, ἔϖω καιρός. *nondum tempus*: provectior factus, ἐκέτι καιρός. *non amplius tempus* eſſe, ſive nuptiis *idoneam ætatem* jam præteriiſſe, reſpondendo. Beneficii ergò non contemnendi loco ducit Marcus, qòd non præmaturè ſe rebus venereis dederit. hoc eſt enim hoc loco τὸ ἀνδρωϑῆναι, *virum fieri*, ſive virilitatis ſpecimen dare. qomodo γυναῖκα γίνεσθαι, *mulierem fieri.* Ità Democritus dicitur puellam, qam pridiè ϖαρθένον, cùm nocte proximâ vitiata eſſet, poſtridiè γυναικὸς nomine ſalutâſſe. Laërtius *l.* 9. & Cicero objurgantibus, qod puellam virginem homo ſexagenarius duxiſſet, *Cras*, inqit, *mulier erit.* Fabius *inſtitut. l.* 6. *c.* 4. Clariſſimè Heſychius. Ἀνδρώσασθαι, συγγενέσθαι. &, Ἀνδρωθεῖσα, ἀνδρὶ συνοικήσασα, διακορηθεῖσα i. e. *virum experta*, ut Flaccus; *devirginata*, ut Petronius. In hunc ſenſum uſurpavit Hippocrates in *lib.* ϖερὶ ϖαρθενίων *pag.* 125. Locus eſt inſignis, ſed ab Anutio infeliciter tentatus, & ſub correctionis prætextu corruptus planè. Verba ſic habent; Αἱ δὲ ϖαρθένοι, ὁκόσηϖιν ὥρη γάμε ϖαραδρώμενας, τῦτο μᾶλλον ϖάσχυσι. ea contra editorum priùs omnium conſenſum ſolicitat vir doctiſſimus, & cui Medicorum pater princépsqe ille alioqi plurimùm debet, & ex Regio MS. ὥρας reſcribi poſtulat. Vertit avtem, *Virgines, qibus propè nuptiarum tempus inſtat ut viro* D *conjungantur.* explicat in *Oeconomia*; *qæ ad nubiles annos & virilitatem propè accedunt. h. e. qæ prope ſunt maturæ viro, & virilitatem avt maturam viro ætatem ingrediuntur.* Verùm primò, *virilitatem*, ſive *virilem ætatem*, de virgine dictam nuſqam deprehendi exiſtimo. Tum ἀνδρῶσθαι Græcis, ubi de muliere uſurpatur, non *viro maturam eſſe*, ſed *virum experiri* ſignificat. Porrò cùm ὁκόσηϖιν ὥρη γάμε dixiſſet, qid opus erat, ἐκ τοῦ ϖερίονος, qod idem prorſus valeret, τὸ ϖαραδρώμενας, ſubjicere? qod conciſa nimis reſpuit dictio Hippocratica. Deniqe aliud eſt ἀνδρῶσθαι, aliud ϖαραδρῶσθαι, utì mox indicabitur. Nihil igitur mutatum ego qidem velim, ſed admiſsâ lectione jam olim receptâ, commatisqe notulâ duntaxat poſt γάμε, interſitâ, ſic verterim. *Virgines qibus nubendi tempus adeſt, ni virum experiantur, affectus iſti magis fiunt obnoxiæ.* Atqe hanc eſſe genuinam Hippocratis mentem, è ſeqentibus planè perſpicuum fit. Siqidem ubi incommoda ea recenſuerat, qæ ex affectu iſto virginibus jam *viro tempeſtivis*, ut Horatius loqitur, qas ἀνδρὸς ὡραίας Græci dicunt, obtingere conſveverunt, remedii loco ſubjungit, Κελεύω δ' ἐγωγε τὰς ϖαρθένας ὁκόταν τὸ τοιῦτον ϖάσχωσιν, ὡς τάχιϛα ξυνοικήσαι ἀνδράσιν. ἢν γὰρ κυήσωσιν, ὑγιεῖς γίνονται. *ei dè* μὴ *ἐν* αὐτίκα ἅμα τῇ ἥβῃ, ἢ μικρὸν ὕστερον ἀλώσεται, ὥσϖερ μὴ ἀνδρωθῶσι. *Eqidem virginibus* F *juadeo, qibus tale qid accidit. ut citiſſimè cum viris conjungantur. Si enim conceperint, ſanæ evadunt. Qod niſi fiat, una cum pubertate, avt non ita multò poſt his tentabuntur, niſi viro jungantur.* Præcipit ſic affectis, ut qàm primùm nubant. ſiqidem indè futuram conceptûs ſpem; qi malò iſti medeatur: qod niſi virum expertas aſſectaturum eſt probabile. ità τὸ ἀνδρωθῆναι eſt, Hippocrate ipſo interprete, ἀνδρὶ συνοικῆσαι. τῷ ἀνδρῶσθαι verò q. e. virum experiri, eodem avtore, opponitur τὸ ϖαραδρῶσθαι. h. e. *à viro præteriri, neglectim haberi*, & viri, ſive *thalami*, ut Marcus, *nuptiarum*, ut Flaccus, *expertem eſſe*. & ϖαρθένοι ϖαραδρώμενας, qas ὑϖερημένας τῶν γάμων Anaxandrides dixit, referente *Rhetor. l.* 3. *c.* 10. Ariſtotele. Nihil certiùs, nihil clarius.

Ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπιλαϐεῖν τοῦ χρόνε] *Sed tempus expectavi.* Xylander. ſed nec ἐπιλαϐεῖν ejuſmodi aliqem habet ſignificatum; & ἔτι illud aliſſe prorſus innuere videtur. Rectiùs Mericus Caſavbonus. *Sed longius etſam, qàm neceſſe erat, diſtuli.* Ità ἐπιλαϐεῖν τοῦ χρόνε erit de tempore, qod liberum datur, aliqid ſumere, qo cum poſſis frui, nolis tamen. Phraſis duriuſcula,

fateor,

πατρὶ ὑποταχθῆναι, ὃς ἔμελλεν πάντα τὸ τύφον ἀ-
a L. 5. §. 16. φαιρήσειν μου, καὶ εἰς ἔννοιαν ἄξειν Σ', ὅτι a δύνα-
τόν ἐστι ἐν αὐλῇ βιῶντα, μήτε δορυφορήσεων χρή-
b -δῶν Lug. ζειν, μήτε ἐσθήτων b σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων,
καὶ ἀνδριάντων τοιῶν δέ τινων, καὶ Σ' ὁμοίως κόμπου.
ἀλλ' ἔξεστιν ἐγγυτάτω ἰδιώτου φυσίλλειον ἑαυτὸν, καὶ
c νὴ Δία Σ' τὸ ταπεινότερον ἢ ῥαθυμότερον ἔχειν πρὸς
Lug. [Δία μὴ] διὰ τὰ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἡγεμονικῶς πραχθῆναι δέοντα.
Mer. μὴ διά τ. ἑ. τὸ ἀδελφῷ τοιούτῳ τυχεῖν, δυναμένου μοι Σ' ἤθους ἐπιγεῖραί με πρὸς ἐπιμέλειαν ἐμαυτοῦ, ἅμα
δὲ καὶ τιμῆ καὶ στοργῇ εὐφραίνοντός με. τὸ παιδία μοι
ἀφυῆ μὴ γενέσθαι, μηδὲ καὶ τὸ σωμάτιον Σ' διάστροφα. d τὸ c μὴ ἐπὶ πλεῖον με προκόψαι ἐν ῥητορι-
d Sup. §. 7. e μὶν Lug. κῇ, καὶ ποιητικῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν, ἐν
οἷς ἴσως ἂν καταμεχθην, εἰ ἠθόμην ἐμαυτὸν εὐόδως προϊόντα. τὸ φθάσαι, σοῦ προφέρας ἐν ἀξιώ-
ματι καταστῆσαι, ἃ δὴ ἐδόκουν μοι ἐπιθυμεῖν, καὶ

tríque eidem ſubditus fuerim, qi me à faſtu omni alienum redderet; fidémque faceret, poſſe in aula ità degi, ut nec ſatellitio, nec veſtitu inſigniore, nec funalibus ſtatuíſque iſtiuſmodi, atque apparatu conſimili opus ſit: ſed poſſe eum, qi rebus præeſt, ità contrahere ſeſe, ut ad privati ſpeciem proximè accedat, nec propterea tamen, vel demiſſiùs, vel remiſſiùs ſe gerat in eis, qæ pro republica ad morem imperatorium ſunt exeqenda. qòd fratrem eum nactus ſim, qi ad curam mei agendam ſuis moribus me extimularet, qíque ſimul honore affectúque erga me ſuo animum mihi oblectaret. qòd liberi mihi neqe ingenio tardi, nec corpore diſtorti obtigere, qòd progreſſus non fecerim ampliores in rhetorica, poeticâ, ſtudiíſque aliis ejuſmodi, qæ me forſan præpeditum detinuiſſent, ſi in eis me feliciter profeciſſe ſenſiſſem. qòd nutritios meos ad honores, qòd expetere ipſi videbantur mihi, maturè evexerim, nec

ſpe

ANNOTATIONES.

fateor, & inſolens. Sed ea proculdubio Marci mens iſtic, non qam Xylander voluit.

Δυνατήν ἐστιν ἐν αὐλῇ βιῶντα] Ità *l.* 5. §. 16. Δυνατὸν ἄρα καὶ ἐν ζῆν ἐν αὐλῇ. qem locum vide.

Ἐσθήτων σημειωτῶν] ſive σημειωδῶν, ut Lugdunenſis. qod uſitatius eſt, & eodem recidit. utrumqe enim *veſtes notabiles* & *inſigniores* ſive *ſplendidiores* deſignat. Hoc eo, qoniam, ut Jeſus noſter, *Luc. c.* 7. *v.* 25. Οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. *Qi veſtitu magnifico utuntur, & in luxu verſantur, ſunt in palatiis regiis.* Ἐσθῆτας σημειώδεις, inqit Annotator Lugdunenſis, vocat *imagineis textas, pictas, palmatas, χρυσοσήμους, auro vel purpurâ clavatas.* De Auguſto Svetonius *l.* 2. *c.* 73. *Togis uſus eſt neqe reſtrictis, neqe fuſis, clavo nec lato, nec anguſto.* De Antonino Pio Capitolinus. *Viſus eſt ſanè ab amicis cum privatis veſtibus, & domeſtica qadam gerens.* Et de Alexandro Severo Lampridius. *Gemmas de calceamentis & veſtibus tulit, qibus uſus fuerat Elagabalus. veſte albâ uſus eſt, nec auratâ, panulis togisqe communibus.*

Μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶν δέ τινων] Juſtus Lipſius ad Taciti *Annal. l.* 1. *principatûs inſignia* intelligi vult, inter qæ *ignis prælatio.* Herodianus l. c. 8. §. 8. in *Commodo* de Lucilla ſorore ejus, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. *Et ignis in pompa illam præcedebat.* Et de Marcia ejuſdem concubina, l. 1. c. 8. §. 16. πάντα ὑπῆρχεν, ὅσα σεβαστῇ, πλὴν τοῦ πυρός. *Præter ignem omnes honores, velut Auguſtæ, tribuebantur.* De Pertinace l. 2. c. 3. §. 5. Καθῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον, ἄτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι, ἄτέ τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι. *In curiam ſe contulit, neqe ignem ſibi præferri, neqe ullæ principatûs inſignia paſſus attolli.* Qibus addas licet & ex eodem l. 2. c. 8. §. 10. de Nigro, καὶ προπομπεύοντος τοῦ πυρός. *Præcedente etiam igni.* Eum *ignem lampadem* fuiſſe adfirmat ex hoc Marci noſtri loco; qarum uſum, ut *in Deorum cultu*, ſic & *in Imperatorum*, extitiſſe. Accedit huic & Annotator Lugdunenſis. *Lampadas*, inqit, vocat, *qæ præferebantur Imperatoribus, ut ignis Regibus Perſarum.* Corippus de adventante Imperatore in theatrum,

— prænuncius antè
Signa dedit curſor, poſita de more lucerna.

Verùm Mericus Caſaubonus in adverſum contendit; *lampadesqe & ſtatuas* ſive *imagines* eodem refert, ad *ſimulacra* ſcilicet *lampadas manibus geſtantia*, de qibus Lucretius *l.* 2.

Si non aurea ſunt juvenum ſimulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur.

Et Lucretio prior, poetarum princeps, *Odyſſ. η. v.* 100. Alcinoi avlam deſcribendo,

Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι, ἐυδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
Φαίνοντες νύκτας καθ' δώματα δαιτυμόνεσσιν.
Aurei vero juvenes fabrefactas ad aras
Stabant, ardentes faces manibus geſtantes,
Illucentes nocte per domum convivantibus.

Ubi Euſtathius χρυσείους κούρους, ἀνδρίαντας exponit. Ideò avtem Marcum τοιῶν δέ τινων adjeciſſe, *ut à vulgaribus, qa in ædibus plebejis etiam plerisqe reperiuntur, imagines haſce diſtingueret.* Ego verò inter ſummos iſtos viros arbitrum me nevtiqam interponam: aliorum, uter Marci mentem attigerit propiùs, per me judicium fuerit.

Ἐγγυτάτω ἰδιώτου συσίλλειον ἑαυτόν] De Marco Capitolinus. *Adoptatus in avlicam domum, omnibus parentibus ſuis tantam reverentiam, qantam privatus, exhibuit. eratqe haud ſecùs rei ſuæ qàm in privata domo parcus ac diligens; pro inſtituto patris volens agere, dicere, cogitare.* Et Ariſtides *Orat. in regem p.* 113. Ἐπέδειξεν, ὅτι καὶ ἰδιώτην ὄντα καὶ βασιλέα, οἷόν τε εἶναι τὸν αὐτὸν εἶναι διὰ τέλους. τοιοῦτον μὲν πρὸ τῆς βασιλείας παρασχὼν ἑαυτὸν, ὥστε δικαίως ἀξιωθῆναι ταύτης. ἐν δὲ τῇ ἀρχῇ ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ; ἀλλὰ τῷ αὐτῷ νῷ τε καὶ τρόπῳ χρώμενον. *Rex noſter & privato licere & regi, eundem perpetuò manere, apertiſſimè demonſtravit, qi tum ante regnum talem ſe præbuit, ut eo dignus merito judicaretur, tum in regno, à ſeipſo non declinans, ſed eadem animi ſententiâ & moribus iiſdem uſus.* De Pio pariter Capitolinus; *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit. neq omninò qicqam de vita privatæ qalitate mutavit. vindemias privati modo cum amicis egit. qum ſibi & filiis honores peteret, omnia qaſi privatus fecit. qin & Senatus tantum detulit Imperator, qantum cum privatus eſſet, deferri ſibi ab alio principe optabat.* De civilitate hac qam in Auguſto lavdat Svetonius *lib.* 2. *c.* 51. vide Caſavbonum ibidem. Sed & qæ ſuperiùs ad §. 16. κοινονημοσύνη.

Καὶ νὴ διὰ τοῦτο ταπεινότερον] Lugdunenſis νὴ διά. Sed legendum, μὴ διά. Sive ut Mericus Caſavbonus νὴ διὰ μὴ διὰ τοῦτο. Rem qod attinet; *nihilo demiſſior?* imò tantò major, tantò avguſtior. Siqidem, ut ſcitiſſimè, ſed & veriſſimè, Plinius in *Paneg yr. Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hoc uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe demittat, ſecurus magnitudinis ſuæ.* neqe enim ab ullo periculo fortuna principum longiùs abeſt, qàm humilitatis. De Pio Capitolinus, poſtqam *civilitatem* ejus deſcripſerat, útqe ſpecies imperatorias ſuperfluas à ſe amandaverat; & *tamen*, inqit, *ingenti avtoritate apud omnes gentes fuit.*

Ἀδελφῷ] Marci fratrem hunc adhuc qærimus, nec reperire hactenus potuimus.

Δυναμένου μὲν διὰ ἤθους ἐπιγεῖραί με] At tantùm ab eo abfuit Lucius, ut Marcum moribus ſuis ad rem benè gerendam excitaret; ut contrà *poſt illius obitum Marcus ſolus rempublicam tenuerit, multò melior & feracior ad virtutes: qippe qi nullis Veri jam impediretur avt ſimulatis callidæ ſeveritatis erroribus, avt his, qibus præcipuè diſplicebat Marco jam indè à primo ætatis ſuæ tempore, vel inſtitutis mentis pravæ, vel moribus.* Capitolinus.

Τιμῇ καὶ στοργῇ εὐφραίνοντός με] *Honorem* qidem *Marco exhibuiſſe Lucium, ſi ſuſciperet, obſecutum, ut legatum proconſuli, vel præſidem imperatori* (ad qæ verba videndus Salmaſius) avtor eſt Capitolinus, qi de *amore* tamen idem negare videtur.

Ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην] Seneca *de brevit. vit. c.* 14. *Dubitare ſe Fabianus noſter ajebat, an ſatiùs eſſet nullis ſtudiis admoveri, qàm his implicari.* Ipſe Seneca *ibidem c.* 13. *De illis nemo dubitabit, qin operosè nihil agant, qi in literarum inutilium ſtudio detinentur.* Idémqe *Epiſt.* 88. *Iſta liberalium artium conſectatio moleſtos, verboſos, intempeſtivos, ſibi placentes facit; & ideò non diſcentes neceſſaria, qia ſupervacua didicerunt.* Vide *ſuprà ad* §. 7.

Παιδία] *Filios* habuit *Verum*, qem ſeptennem amiſit; *Commodum*, cui imperium reliqit, patri per omnia diſſimillimum; & *Antoninum* huic geminum, qi qadrimus eſt elatus; cùm tamen parem aſtrorum curſu Commodo Mathematici promiſiſſent. *filias* plures, qarum Commodus tres ſuperſtites reliqit. Caſſius, Capitolinus, Lampridius, Vulcatius. *Lucillam & ſorores* Lampridius in *Commodo. Fudillam* Vulcatius nominat.

Μὴ ἀφυῆ, μηδὲ καθ' τὸ σωμάτιον διάστροφα] Et fuit reverâ Commodus *formâ corporis juſtâ*, ut Lampridius, ſed ingenio moribúsqe planè diſtortiſſimis.

Τὸ μὴ ἐπὶπλεῖόν με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ καὶ ποιητικῇ] Τὸ μὲν Lugdunenſis perperam. Vide *ſuprà* § 7. De re Muſica perinde Philippus Macedo, qi filio, qem ſcitè admodum canere acceperat, *An non te tui pudet*, inqit, *qi nòris tam bellè canere?* Vide Stratonici dictum à Ptolomæo reprehenſi, ad *l.* 4. §. 31. Pſaltæ item cujuſdam ad Philippum, an Antigonum, ad *l.* 6. §. 35.

Τῷ

ſpe diſtulerim, cùm juvenes adhuc eſſent, deinceps id facturum me. qòd Apollonium, Ruſticum, Maximum nôrim. qòd de modo vitæ naturæ convenienter agendæ, claras ſatìs ac freqentes eas, cogitationes in animo habuerim: ut, qantùm ad Deos attinet, ac ſuggeſtiones, adjutationes, inſpirationes ab ipſis profectas, nihil obſtet omnino, qo minùs juxta naturæ præſcriptum confeſtim vivam, niſi ipſe tandem in culpa ſim, qi Deorum ſubmonitiones, & tantùm non claras præceptiones, nevtiqam obſervem. qòd in vita, qalis ea fuerit, corpus mihi tam diu perduraverit. qòd nec Benedictam, nec Theodotum attingerem: ſed & poſtea, ex affectibus amatoriis, qibus correptus fueram, ad ſanitatem redierim. qòd cùm Ruſtico ſæpe ſuccenſerem nihil ultrà admiſerim, cujus pœnitere me poſſet. qòd mater mea, qamvìs juvenis eſſet deceſſura, mecum tamen noviſſimos ætatis annos tranſegerit. qòd, qotieſcunqe animus fuit pavperi alicui avt aliâs indigo, opem ferre, nunqam reſponſum eſt, non ſuppetere nummos mihi, unde id fieret: qódqe nulla mihi unqam talis neceſſitas obtigerit, ut ab alio ſumere cogerer. qòd uxor ejuſmodi mihi obvenerit, tam obſeqens, tam amans, tam ſimplex. qod eâ fuerim illorum copiâ inſtructus, qi ad liberos educandos mihi idonei

μὴ ἀναβαλέσθαι ἐλπίδι, ἢ [a] μὴ, ἐπεὶ νέοι ἔτι ἦσαν, ὕστερον αὐτὸ πράξειν. τὸ γνῶναι [b] Ἀπολλώνιον, Ῥούστικον, Μάξιμον. τὸ φαντασθῆναι περὶ ἕξ [c] τὴν φύσιν βίαν [d] ἐναργῶς καὶ πολλάκις, ὁποῖός τίς ἐστι. ὥστε ὅσον ἐπὶ τοῖς Θεοῖς, καὶ ταῖς ὀκείθεν βοηθόοσι [e] καὶ συλλήψεσι, καὶ [f] ἐπινοίαις, [g] μηδὲν κωλύειν [h] ἤδη τὴν φύσιν ζῆν με, ἢ ἀπολείπεσθαι ἔτι τούτου φταῖον τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ φταῖον τὸ μὴ προσέχειν τοῖς ἐκ τῶν Θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μονονουχὶ διδασκαλίας. τὸ [i] ἀνθέξειν μοι τὸ σῶμα ἐπὶ τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ. τὸ μήτε Βενεδίκτης ἄψασθαι, μήτε Θεοδότου. ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι. τὸ χαλεπήναντα πολλάκις Ῥουστικῷ, μηδὲν πλέον πρᾶξαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων. τὸ μέλλουσαν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως οἰκῆσαι μεθ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη. τὸ ὁσάκις ἐβουλήθην ἐπικουρῆσαί τινι πενομένῳ, ἢ εἰς ἄλλό τι χρήζοντι, μηδέποτε ἀκοῦσαί με, ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα, ὅθεν γένηται. καὶ τὸ αὖπαλιν ἐμοὶ χρείαν ὁμοίαν, ὡς παρ' ἑτέρου μεταλαβεῖν, μὴ συμπεσεῖν. τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, ὕπωσι μὴ πειθήνιον, ὕπως ἦ φιλόστοργον, ὕπως ἦ ἀφελῆ, τὸ ἐπιτηδείων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι

[a] μι.
[b] Sup. §. 8. l. 7. 15.
[c] Sup. §. 9.
[d] ἐνεργ. Mer.
[e] L. 9. §. 40. & l. 12. §. 14.
[f] ἐπιπνοίαις Mer.
[g] ἤδη Lug.
[h] L. 2. §. 9. & l. 3. §. 12. & l. 4. §. 49. & l. 5. §. 34. & l. 6. §. 17. §. 8. & l. 8. §. 35. & l. 9. §. 11. & l. 10. §. 32. & l. 11. §. 9. & l. 12. §. 8. 26.
[i] L. 6. §. 29.

ANNOTATIONES.

Τὸ μὴ ἐπεὶ νέοι αὐτοὶ ἦσαν] pro μὴ, μι adſcripſi, ſenſu exigente.

Ἀπολλώνιον] de qo *ſuprà* § 8.

Ῥούστικον] *ſuprà* §. 7.

Μάξιμον] *ſuprà* §. 15.

Τὸ καλὰ φύσιν βίαν] vide *ſuprà ad* §. 9.

Ἐναργῶς] *Perſpicuè*. Xylander *efficaciter*. Caſavbonus ἐνεργῶς. crebra apud avtores Græcos vocabulorum horum ab exſcriptoribus permutatio occurrit. Ego tamen iſtic nihil mutem.

Ἐπινοίαις] *Cogitationes injectas* Xylander. ἐπιπνοίαις malim. atqe ità Caſavbonus, *inſpirationes*.

Μηδὲν κωλύειν ἤδη] Lugdunenſis ἢ δὴ. qod & ferri poteſt, qia ἤ alterum ſequitur. Vide ad *l.* 2. §. 9.

Τὰς ἐκ τῶν Θεῶν ὑπομνήσεις καὶ μονονουχὶ διδασκαλίας;] Plato *Philebo*, philoſophiam eſſe ait, Θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσιν. Cicero, *Tuſcul. l.* 1. *Philoſophia qid eſt aliud, niſi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum Deorum?* Seneca *Epiſt.* 90. *Deorum immortalium munus eſt, qòd vivimus; philoſophia, qòd benè vivimus. itaqe tantò plus nos huic qàm diis, qantò majus bonum eſt bona vita qàm vita, pro certo deberemus, niſi ipſam dii philoſophiam tribuiſſent.* Hæc eò retulerim, qòd διδασκαλίας noſter dicit: ὑπομνήσεις verò pro occaſionibus ſingulatim *ſuggeſta* intellexerim. Hinc formulæ illæ apud Homerum. *Iliad. τ'. v.* 485. & *ψ'. v.* 270.

— Θεὸς ἔμβαλε θυμῷ.

& *Odyſſ. τ'. v.* 10.

— τὸ δ' ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων.

— *Hoc in mentibus poſuit Saturnius.*

Ità in ſacra pagina de Artaxerxe Memore Eſdras *c.* 7. *v.* 27. *Indidit eam animo Regis rem Deus.* & Nehemias *c.* 2. *v.* 12. & *c.* 7. *v.* 5. *Indidit Deus meus animo meo.* Vidé ad *l.* 2. §. 11. ὑπομνήσεις verò καὶ διδασκαλίας ità diſtingvere videtur, ut illæ per ſigna qædam obſcuriora, iſtæ per indicia clariora, qaſi diſertè præcipiendo qid facto opus ſit, procedant. Galenus *de optim. ſect. c.* 14. ex Empiricorum ſententia: Τὰ καταλαμβανόμενα, ἃ μὲν αἰσθήσει καταλαμβάνεται, ὡς τὸ ἔρευθος. ἃ δὲ ὑπομνησικῶς, ὡς τὰ διὰ σημείων τινῶν καταλαμβανόμενα. ἐνδεικτικῶς δὲ δεῖ καταλαμβάνεται. *Ea qæ comprehenduntur; partim ſenſu deprehendi, ut rùborem: partim memoriâ, ut qæ ſignis qibuſdam percipiuntur; indicatoriè autem nullum deprehenditur.* ὑπόμνησιν ἀπὸ τῆς ἐνδείξεως, apertè diſtingvit.

Τὸ ἀνθέξειν μοι τὸ σῶμα] Αὐτὸς μὲν γὰρ ἀσθενὴς ἦν τῷ σώματι. Dio. *Habuit enim corpus valetudinarium.* qod ſtudio intentiori Capitolinus adſcribit. *Tantùm*, inqit, *operis & laboris ſtudiis impendit, ut corpus afficeret, atqe in hoc ſolo pueritia ejus reprehenderetur.* Sed & Caſſius *lib.* 71. *pag.* 816. *A.* Ἐκ τῆς πολλῆς, inqit ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενέστατον τὸ σῶμα ἴσχε. καί τοι τοιαύτῃ ἐυεξίᾳ ἀπ' ἀρχῆς χρησάμενον, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, καὶ σὺς ἀγρίους ἐν θήρᾳ καταβαλεῖν ἀπὸ ἵππου. *Ex illo vehementi ſtudio atqe exercitatione factum eſt, ut eſſet valdè infirmo & imbecilli corpore: etſi principio fuerat bona valetudine, ita ut armis certaret, aproſqe ex equo in venatione conficeret.* Et mox; Οὔτε ἔρρωτο, καὶ κακοῖς πλείστοις παρὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡγεμονίαν περιέπεσεν. *Nam homo æger toto fere tempore principatus in plurimos morbos incidit.* qæ poſtrema illuſtrant, qod adjecit hìc Marcus, ἐν τῷ τοιούτῳ βίῳ. Nec tacendum qod apud Svidam ſcriptor innominatus, ubi de Marci corpore imbecilliori dixerat; ſubjungit, Καὶ τοῦτο ἐξ ἀσθενεστάτου καταρξικώτατον ὑπέδειξε. *Et hoc ipſum ex infirmiſſimo toleratiſſimum manifeſtè reddidit.* Tribuit avtem hoc Caſſius theriaci, qod qotidiè ſumebat, beneficio. De qo videri poterit Galenus, qi hunc Marci morem diligentiùs narrat, *de Antidot. l.* 1. *c.* 1.

Μὴ ἅψασθαι] ἅπτεσθαι eo ſenſu, qo Apoſtolo *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 7. *v.* 1. Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. *Bonum eſt viro mulierem non attingere.* Clemens *Pædag. l.* 2. *c.* 10. Μηδὲ μὴν ἅπτεσθαί τινος πλὴν γαμετῆς τὸ παράπαν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. *Neqe ullam omnino tange mulierem, præterqam tuam ipſius uxorem. Prov. c.* 6. *v.* 29. Οὐκ ἀθωωθήσεται πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. *qisqis eam attigerit, havd futurus eſt inſons.* de uxore aliena. Eadem mente θίγειν & θιγγάνειν uſurpatur. Plutarchus *Alex. pag.* 676. *E.* Παρμενίωνος προτρεψαμένου καλῆς καὶ γενναίας ἅψασθαι γυναικός. *Parmenione incitante, ut elegantem mulierem, & præter formam generoſam attingeret. pag.* 676. *D.* ἀλλ' Ἀλέξανδρος ὅτε τούτων ἔθιγεν, ὅτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου, πλὴν Βαρσύνης. *Sed Alexander nec has attigit, nec mulierem ante nuptias cognovit ullam, excepta Barſine.*

Βενεδίκτης] Ex pallacis avlicis videtur iſta fuiſſe.

Θεοδότου] ex numero exoletorum iſte. Vide *ſuprà* §. 16.

Τὸ χαλεπήναντα Ῥουστικῷ, μηδὲν πλέον πρᾶξαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων] Faciunt huc, Abigajelis Davidem Nabali infenſum mitigantis interpellatio, Regisqe ipſius tum mulierculæ, tum & Deo ipſi eo nomine benedicentis acclamatio, *Hiſtoriæ Reg. l.* 1. *c.* 25. *v.* 31, 32, 33. Atqe hoc eſt, qod Apoſtolus monet, *ad Epheſ. c.* 4. *v.* 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. *Iraſcimini & ne peccate.* de qo loco alibi diximus.

Μέλλουσαν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν] Obiiſſe videtur, ex Capitolino, Marci mater, anteqam filius imperium Pio defuncto adiret: qâ tamen ætate fato conceſſerit, incertum.

Οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη] Capitolinus. *Ab Adriano adoptatus, juſſusqe in Adriani privatam domum migrare, invitus de maternis hortis receſſit.*

Ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα] Qòd nec defuerit unqam, unde aliqid poſcenti ſe ſubveniret; nec eò fuerit redactus, ut ab aliis flagitare cogeretur, pro magno ducit beneficio. Agnoverat nimirum illud Servatoris noſtri; Μακάριόν ἐστι διδόναι, μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *Beatum eſt dare, potius qam accipere. Act. c.* 20. *v.* 35. & qod optimum qemqe cenſere Gregorius Nazianzenus aſſerit *orat. pro pauper.* Τὸ εὐποιεῖν τῷ πάσχειν τιμιώτερον. καὶ περισπουδαστότερον κέρδος ἔλεος. *Præſtabilius habetur beneficium dare qam accipere, & majori ſtudio eſt miſericordia qam lucrum.*

Τὴν γυναῖκα τοιαύτην] *Habuit uxorem Anniam Faviſtinam conſobrinam ſuam.* Capitolinus. Et reverâ, qalis iſtic depingitur uxor, numinis donum, havd è minimis, havd è multis, cenſeri meritò poſſit. Verùm an ejuſmodi Marci noſtri Favſtina extiterit, licèt Pii filia, Marcus ipſe viderit. Certè ſi vera narrant Caſſius & Capitolinus, nihil minùs illa fuerit.

Τὸ ἐπιτηδείων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι] Ità Philippus Macedo *Epiſt. ad Ariſtotelem.* Ἴσθι γεγονός μοι υἱὸν. πολλὴν

πρῆσαι. τὸ δὲ ὀνειράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἄλλα τε, καὶ ὡς μὴ πίνειν αἷμα, καὶ μὴ ἰλιγγιᾶν, καὶ τοῦτο ἐν Καϊήτῃ ὥσπερ χρήσαι. τὸ ὅπως τε ἐπεθύμησα φιλοσοφίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἴς τινα σοφιστὴν, μηδὲ καθῆσαι περὶ τοὺς συγγράφεις, ἢ συλλογισμοὺς ἀναλύειν, ἢ περὶ τὰ μετέωρα πραγματευθῆναι. πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δεῖται.

existerent. qòd per insomnia remedia mihi fuerint indicata, cùm alia, tum adversus sanguinis excretionem & capitis vertiginem; qod & Cajetæ aliqando factum est. qòd cùm philosophandi cupiditas incessisset, non in sophistam aliqem inciderim, nec commentariis evolvendis, vel syllogismis resolvendis, vel meteorologicis discutiendis, tempus defes contriverim. etenim ista omnia Diis adjutoribus ac Fortunâ indigebant.

Τὰ ἐν Κυάδοις πρὸς τῷ Γρανούᾳ

Qæ apud Qados ad Granuam.

LIBER

a L. 9. §. 11. 27.
b τοῦτο ἐν K.
ὡς περιχεῖσαι. vel, τοῦτο ἐν K. ἐντυχῆσαι. Sal.
c χρήσῃ f. Xyl. χρήσει Boot. χρησμὸν Lug. χρύσῃ Mer.
d [τὸ] ὅπως τε ἐπ' Sal. τὸ ὅπως ἐπ'. f.
e -θίσαι Lug. θῆσθαι f.

ANNOTATIONES.

λὴν ἐν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ ὅτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδὸς, ὡς ἐπὶ τῷ καλὰ τὴν σὴν ἡλικίαν ἄνδρα γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ ἄνδρα ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς. *Filium mihi genitum scias; qo nomine Diis gratias ago, non tam prompte, qia natus, qàm qòd eum nasci contigerit temporibus vita tua. Spero enim fore, ut à te edoctus eruditúsqe, dignus evadat, qi & rebus à nobis susceptis succedat.* Refert Gellius *l.* 9. *c.* 3. Commodum avtem Marcus & *suis præceptis, & etiam magnorum atqe optimorum virorum operâ erudire conatus est. habuit literatorem Græcum, Onesicratum; Latinum, Capellam Aristium: orator ei Antejus Sanctus fuit. Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt.* Lampridius.

Τὸ δὲ ὀνειράτων βοηθήματα] De remediis istiusmodi per insomnia indicatis superstitiosa multa in *sermonibus sacris* Aristides; sed & Cicero *de divinat. l.* 1. tangit & noster, *l.* 9. §. 27.

Καὶ τοῦτο ἐν Καϊήτῃ ὥσπερ χρήσῃ] locus mutilus; qod & Xylander monuit. *forsan*, inqit in *notis*, ὥσπερ χρήσῃ. *qomodo utaris.* At in versione, *sicut Chrysæ*: ac si loci alicujus nomen proprium esset. qò inclinat & Mericus; sed ut viri, non loci, appellatio sit, & χρύσῃ legatur. qasi dicat Marcus; *Cajetæ, qæ in regione Campana maritimum est opidum, se Deis vota facientem, favsta retulisse; prout & Chrysæ Phœbi sacerdoti olim contigerat supplicanti*

Παρὰ Σμινθῆος πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Il. á. 34.

— juxta littus multistrepentis maris.

Eruditus vir D. Bootius χρήσει legendum suspicatur: χρῆσις idem qod χρησμὸς, ut χρηματίσις interdum pro χρηματισμὸς dicitur. ut sensus sit, *qemadmodum sibi divinitùs remedia ad qosdam morbos monstrata fuerunt, ità etiam cùm Cajetæ aliqando agens versaretur in periculo alicujus morbi alterivsve cajùs, auxilium, qo eum depelleret, ostensum fuisse, idqe tanqam oraculo, cùm aliàs in ea urbe oracula nulla edi solerent.* Idem ferè vult Annotator Lugdunensis qi legit, καὶ τοῦτο ἐν Καϊήτῃ ὥσπερ χρησμόν. ac vertit, *Hocqe Cajetæ, tanqam oraculum qoddam.* Clariss. Salmasius *sine aliqo* θεοπέμπτῳ (qales Marcus istic loqitur) ὀνείρῳ *sanum fieri locum vix posse* censet. *conjecturam* tamen *duplicem* adjungit. legendum scilicet vel, καὶ τοῦτο ἐν Καϊήτῃ εὐτυχῆσαι, ut *loci* meminerit, in qo monitum illud à numine acceperit: vel, καὶ τοῦτο ἐν Καϊήτῃ, ὡς περιχέσαι, ut & *remedii* præcepti mentio fiat, qod *circumlinere* sibi aliqid jussus sit. In re tam ambigua ipse statuere nihil avsim.

Ὅπως τε ἐπεθύμησα] [τὸ] ὅπως τε ἐπεθ. sic ut in præcedentibus passim. Salmasius forsan, τὸ, ὅπως ἐπεθ. ut τι ex τὸ factum sit.

Ἀποκαθῆσαι ἐπὶ τὰς συγγραφεῖς] Lugdunensis ἀποκαθίσαι. forsan ἀποκαθῆσθαι. usitatiùs avtem ἐπὶ τοῖς συγγραφέσι diceretur. Sed & Thucydides *l.* 1. *pag* 90. B. καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. *Apud Lares sederet.* dixit. Epictetus *Dissert. l.* 2. *c.* 6. ἐὰν ἦν τοσοῦτος, τοσοῦτον μὲν ἀκηκοέναι, τοσαῦτα δὲ γεγραφέναι, τοσούτῳ δὲ χρόνῳ παρακεκαθικέναι γερουσίᾳ ἐ πολλῇ ἀξίᾳ. *Non fuisse tanti tam multa audivisse, tam multa scripsisse, tanto tempore senecioni havd magni pretii assedisse.* Verum ἀποκαθῆσθαι, qo Marcus hic usus videtur, disertius est vocabulum. Significat enim *desidem & ignavum assidere.* Pollux *l.* 3. *c.* 24. inter *ignaviam* ac *desidiam* denotantia vocabula, ἀποκαθῆσθαι & ἀποκαθίζεσθαι collocat. Vetus Edictum Censorium ex Svetonio *de clar. Rhetor.* à Gellio *l.* 15. *c.* 11. exhibitum: *Renunciatum est nobis, esse homines, qi novum genus disciplina instituerunt; ad qos juventus in ludum conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras: ibi homines adolescentulos totos dies desidere.* hoc est, qod Marcus, ἀποκαθῆσθαι.

Θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δεῖται] Expressisse videtur, qod Plato *de leg. l.* 4. & ex Platone Maximus Tyrius *serm.* 3. & Stobæus tom. 2. *tit.* 5. Θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρός τ' ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξυμπάντα. *Deus & cum Deo fortuna opportunitásqe humana gubernant omnia.* qanqam τύχης nomine *providentiam divinam* intelligere videtur, vel *casus* potiùs *fortuitos* rerúmqe contingentiam providentiâ divinâ dispositam & gubernatam. qomodo & Solomon usurpavit, *Eccles. c.* 9. *v.* 11. qo loco, qod Plato τύχη καὶ καιρὸς, Solomon עת ופגע dixit. Stoici enim omnia fato fieri statuebant; & fortuita etiam qæ dicuntur, eodem referebant. Ità Aristoteles Rhetor. *l.* 2. *c.* 19. §. 8. Ἔν δ' ἀκολουθεῖ βέλτιστον ἦθος τῇ εὐτυχίᾳ, ὅτι φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖόν πως πιστεύοντες, διὰ τὰ γιγνόμενα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τύχης. *Unus avtem consequitur melior mos bonam fortunam, qod deos colunt, & se habent ad cultum divinum, aliqo modo, credentes propter bona, qæ proveniunt à fortuna.* Vide & Marcum *l.* 3. §. 11. Plinius minor *lib.* 4. *Epist.* 8. *Sed nimirum qæ sunt in manu hominum, & mihi & multis contigerunt. illud verò, ut adipisci arduum, sic etiam sperare nimium est, qod dari non nisi à Diis potest.*

Τὰ ἐν Κυάδοις] Ambigi potest, utrùm ad antecedentia lemma istud, an ad subseqentia pertineat. Ex usitata siqidem formula, si antegressa spectaret, dicendum videatur, τάδε ἐν Κυάδοις. *apud Qados ista*; concepta nimirum, vel conscripta sunt. Istud avtem, Τὰ ἐν Κυάδοις. hoc est, *Qæ apud Qados*, agenti scilicet concepta & conscripta; tituli præfixi potius, qam subjunctæ clavsulæ significationem præ se fert. Atqe in hanc partem hoc in loco Mericus Casavbonus accepisse videtur; in libro proximo exeunte illam alteram secutus. Ipse interim eâ disceptatione in medio relictâ, ad hunc libro primo terminum dare nihil qicqam dubitavi: cùm & huc usqe seriem qandam continuam, qæ hîc planè inciditur, avtor ipse tenuerit, miscelam deinceps meram exorsus; & sectiuncula illa ipsa, à qa liber secundus in hactenus excusis inchoatur, ad proximè præcedentia respectum habeat clarum.

Κυάδοις] *Qadi* Germaniæ populus, de qibus Ptolemæus *geogr. l.* 2. & Tacitus in *tractatu de morib. German.* Adversus istos Marcomannis junctos non sine prospero successu bella gessisse Marcum nostrum, avtores sunt Dio Cassius & Julius Capitolinus. Sed & Lucianus in *pseudomanti pag.* 775. cujus hæc sunt verba, ὅτε θεὸς Μάρκῳ ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κυάδοις συνεπλέκετο. *Qando divus Marcus cum Marcomanis & Qadis confligebat.* Eam expeditionem celebriorem reddiderunt Christianorum suppliciis impetrati cœlitùs imbres, cùm exercitus siti ferè confectus jam esset. Meminere Tertullianus *ad Scapul.* & *in apolog. c.* 5. & ex eodem atqe Apollinario Evsebius *hist. Eccles. l.* 5. *c.* 5. & *Chron. l.* 1. & 2. Nicephorus Callistus *l.* 4. *cap.* 12. Zonaras *Annal. tom.* 5. Xiphilinus in *Marc.* Orosius *hist. l.* 7. *c.* 15. Otho Frisingensis *chron. l.* 3. *c.* 25. Joannes Aventinus *annal. Bojor. l.* 2. alii. qanqam istud Cassius, Arnuphis Ægyptii, vel Juliani, ut apud Svidam alius nescio qis, magicis procurationibus, Marci ipsius precibus Capitolinus, moribus pietatiqe Clavdianus, Christiano nomini iniqiores, adscribant. Videatur Scaliger *ad Evseb. chron.* & Xiphilin. *supr. ad §.* 6.

LI-

LIBER II.

MAnè prædicere memento tibi, Hodiè futurum eſt, ut rem habeam cum curioſo aliqo, ingrato, protervo, doloſo, invido, illiberali. obveniunt illis omnia à bonorum malorumqe inſcitiâ. ego verò, cùm & naturam boni nôrim, qòd honeſtum, maliqe, qòd inhoneſtum ſit, ipſâmqe adeo delinqentis naturam, qòd congener mihi ſit, non tam qòd ſangvinis ſeminiſqe ejuſdem, qàm qòd mentis ac portionis divinæ mecum particeps; nec lædi poſſe me ab horum ullo compertum habeo;

a Ἔωθεν προλέγειν ἑαυτῷ, συντεύξομαι πολυπράγμονι, ἀχαρίστῳ, ὑβριστῇ, δολερῷ, βασκάνῳ, ἀκοινωνήτῳ. πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις b τοῦ μὴ εἰδέναι τἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλόν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσχρόν, c ὅτι μοι συγγενὴς, οὐκ αἵματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ νοῦ, καὶ d θείας ἀπομοίρας μέτοχος, e ὅτι βλαβῆναι ὑπό τινος αὐτῶν δύναμαι.

a Ἔωθεν Xyl.
b Inf. §. 13. & l. 3. §. 11. & l. 7. §. 22. 26. & l. 1. §. 18.
c L. 3. §. 4. 11. & l. 7. §. 22. & l. 9. §. 22. & l. 12. §. 26.
d Inf. §. 4. & l. 5. §. 27. & l. 12. §. 26.
e L. 4. §. 7. 8. & l. 11. §. 18.

ANNOTATIONES.

§. 1. Ἔωθεν προλέγειν] δεῖ, (ut l. 3. §. 1.) χρὴ, μέμνησο, (ut l. 8. §. 13.) vel tale qid, ſubintelligendum. qod cùm in ſcriptis iſtiuſmodi eſt freqentiſſimum, tum noſtro iſtic cum primis familiare. Cæterùm Xylander ἔωθε legit, vertitqe, *ſolebat is ſibi prædicere.* Sed monentis potiùs qid velit, qàm qid aſſeverit narrantis, dictio videtur. qin nec in perſona tertia, qam dicunt Grammatici, de ſe Marcus loqi aſſolet.

Συντεύξομαι περιέργῳ, ἀχαρίστῳ] Seneca, *de ira l. 2. c. 10. Placidus ſapiens & æquus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium, hoc qotidie procedit animo; Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinoſi, multi ingrati, multi avari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia iſta tam propitius aſpiciam, qàm ægros ſuos medicus.*

Παρὰ τὴν ἄγνοιαν] creberrimè iſtud inculcat noſter, utì in locis collatis videre licet. vide *infrà ad* §. 13. Sed & Epictetum latiùs idem diſſerentem, *l.* 1. *c.* 18. & *c.* 28. Lactantius *inſtit. l.* 5. *c.* 8. *Mali ſunt ignoratione recti & boni.*

Ἐγὼ δὲ τεθεώρηκώς] Ità *l.* 3. §. 11. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἀγνοῶ. *Cæterùm ego, cum norim.* qod & urget vehementiùs, dilemmate uſus. *l.* 17. §. 26. Vel inſcitia rerum pari & ipſe laboras; & pariter affecto ignoſcendum: vel perſpicaciâ majore imbutus es; & caliganti æqior eſſe debes. Vide & *infrà ad* §. 13.

Τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσχρόν] Imò ſolum illud bonum, hoc ſolum malum eſſe. Sic enim ſtatuunt Stoici, apud Laërtium *l.* 7. in *Zenone*, Hecato *de bonis l.* 3. & Chryſippus *de honeſto*; Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι. καὶ τὸ πᾶν ἀγαθὸν καλὸν εἶναι. καὶ ἰσοδυναμεῖν τῷ καλῷ τὸ ἀγαθόν. *Solum honeſtum bonum eſſe, & omne bonum honeſtum eſſe, & honeſtum idem valere qod bonum.* & Seneca, *Epiſt.* 76. *Unum eſt bonum, qod honeſtum.* De Helvidio Priſco Tacitus *hiſt. l.* 4. *Doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qi ſola bona, qæ honeſta; mala tantùm, qæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteráqe extra animum, neqe bonis, neqe malis annumerant.* Vide *infrà ad* §. 11.

Συγγενὴς, ὄχλος αἵματος καὶ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ] Ita *l.* 12. §. 26. Ὅση ἡ συγγένεια ἀνθρώπῳ πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος. ὁ γὰρ αἱματίων καὶ σπερμαΐων, ἀλλὰ νοῦ κοινωνία. *Qa homini curvis cum toto genere humano intercedat cognatio. Neqe enim tam ſanguinis, aut ſeminis, qam mentis exiſtit communio.* Non hac duntaxat, aut præcipuè ratione: ſed & iſtâ tamen. Pavlus Apoſtolus apud Lucam *Act. c.* 17. *v.* 26. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων. *Fecitqe ex uno ſanguine totam gentem hominum.* Et Lactantius *inſtitut. l.* 6. *c.* 10. *Si ab uno homine, qem Deus finxit, omnes orimur, certè conſangvinei ſumus.* Itaqe τὸ μόνον hîc ſubintelligendum, cujus freqens paſſim Ellipſis. Xenophon expedit. *l.* 3. Οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς Θεοὺς προσκυνεῖτε. *Hominem dominum nullum, ſed Deos ſolos adoratis.* Ità ſupplet Chriſtus apud Matth. *Evang. c.* 4. *v.* 10. Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. qòd omiſſâ particulâ illâ Moſes dixerat, *Deut. c.* 6. *v.* 13. *Dominum Deum tuum adorabis, eidémqe ſervies.* Pavlus *ad Rom. c.* 4. *v.* 9. Ὁ μακαρισμὸς οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; *Beatificatio iſta ad circumciſos* (ſolos) *an & ad præputiatos pertinet?* Qod Caſtellio, cùm minùs adverteret, perperam reddidit; *Hæc beatitudo in circumciſionem ne cadit, an potiùs in præputium?*

Ἀλλὰ νοῦ] Syneſius *de provident.* 1. *pag.* 89. Ἔστι δὲ ἡ μία ψυχῶν καὶ σωμάτων συγγένεια. ὁ γὰρ τοῖν ἀνοήτοιν ἐπὶ γῆς ἐκφῦναι γονεύσιν, οὐ προτήκει ψυχαῖς, ἀλλὰ τὸ ἐκ μιᾶς ῥυῆναι πηγῆς. *At non eadem eſt animorum corporumqe cognatio. Nec enim, ab iiſdem in terra parentibus ortum habere, ſed ex eodem fonte derivari animorum naturæ conſentaneum eſt.* qi tamen fontes, unde deriventur animæ, duos ſtatuit; terreſtrem alterum, alterum cœleſtem; indè Oſiridi, Typhoni hinc animam contigiſſe. At contrà Lucretius *l.* 2. & Lucretio σύμψηφος Lactantius *inſtitut. l.* 6. *c.* 10. eodem, qò Marcus iſtîc collineans; *Si ab uno Deo*, inqit, *inſpirati omnes & animati ſumus, qid aliud qàm fratres ſumus? & qidem conjunctiores, qòd animis, qàm qi corporibus.* itaqe non errat Lucretius, cùm dicit;

Deniqe cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi:
Omnibus ille idem pater eſt. ---

Subjungit Lactantius noſtro conſentiens: *Ergò pro belluis immanibus habendi ſunt, qi hominibus nocent.* --- *Ob hanc enim neceſſitudinem germanitatis docet nos Deus, malum nunqam facere, ſemper bonum.* Idémqe *l.* 5. *c.* 8. ex Cicerone *de legib. l.* 1. *Sicut unâ eadémqe naturâ, mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret ac ſtatitur: ſic omnes homines inter ſe naturâ confuſi, pravitate diſſentiunt; nec intelligunt ſe eſſe conſanguineos, & ſubjectos omnes ſub unam eandémqe tutelam. qod ſi teneretur, Deorum profectò vitam homines viverent.*

Καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος] θείᾳ ἀπόμοιρα i. e. *portiuncula divina*, ὁ νοῦς. i. *mens*, ſive *anima rationalis* hîc dicitur. ſicut infrà §. 4. τῷ τὸν κόσμον διοικοῦντι ἀπόῤῥοια. *mundi rectoris propago* & *l.* 5. §. 27. Τοῦ Διὸς ἀπόσπασμα. *Particula à Jove divulſa.* de qibus, ſuis locis dicetur. Eadem Epicteto Diſſert. *l.* 1. *c.* 1. Τοῦ Διὸς μέρος. *Jovis pars.* Senecæ *Epiſt.* 92. *Dei pars eſt.* & *de otio ſapient. Divini ſpiritûs pars ac veluti ſcintilla qadam.* Horat. *Serm. l.* 2. *Sat.* 2.

--- *divinæ particula auræ.*

qo modo Ammianus, tanqam ex Phyſicorum ſententia, *l.* 21. *Sol mens mundi noſtras mentes ex ſeſe, velut ſcintillulas, diffunditat.* Et Manilio Aſtron. *l.* 2.

--- *pars ipſa deorum eſt.*

Plutarchus *qæſt. Platonic. l.* 1. Ἡ δὲ ψυχὴ νοῦ μεταποιοῦσα καὶ λογισμοῦ, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονε. *Anima autem mentis & rationis particeps non opus modò, ſed & pars Dei eſt, neqe ab ipſo facta, ſed de ipſo, & ex ipſo exſtitit.* Saniùs Avguſtinus, *Epiſt.* 157. *Animam, Dei non particulam eſſe, ſed creaturam.* & *de anim. orig. lib.* 1. *c* 4. & *l.* 3. *c.* 3. *ab illo, non de illo factam.* qem & amplius viſe ſis *de civit. Dei l.* 13. *c.* 24. Tertullianus *de reſurrect. c.* 7. *Deus anima ſua umbram, ſpiritûs ſui auram, oris ſui operam, vilisſimo alicui commiſerit?* Animam loqitur humanam corpori inditam. Pulcerrimè Gregorius Nazianzenus Avguſtino ſenſu conſentiens, qamvis modo loqendi diſpar, *apologet.* §. 33. Περὶ ψυχὴν ἡ σπουδὴ, τὴν ἐκ θεοῦ καὶ θείαν, καὶ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν, καὶ πρὸς ἐκείνην ἐπειγομένην, εἰ καὶ τῷ χείρονι συνοδεύθη. *Studium atqe opera in anima ponitur, qæ ex Deo eſt atqe divina, ſupernaqe nobilitatis particeps, ad eámqe properans: tametſi vitiori interim ac deteriori adſtricta ſit.* Modeſtiſſimè Epiphanius, in *ancorat.* §. 55. Οὔτε μέρος θεοῦ λέγομεν εἶναι τὴν ψυχὴν, ὅτε ἀλλόῤῥιον τοῦ ἐμφυτήσαντος. (ità enim legendum avtumo, qod ἐμφυτήμαλος vulgò legitur) πῶς δὲ τὸ λεπτὸν τοῦτο νοεῖλαι θεῷ μόνῳ ἔγνωσαι. *Neqe partem eſſe Dei putamus animam, neqe ab inſpirante alienam. Qemadmodum verò ſubtile iſtud accipiendum ſit, ſoli eſt Deo perſpectum.* Sed & Syneſius *Epiſt.* 105. τὸν νοῦν indigitat τὴν ἐν τῇ ψυχῇ μοῖραν τὴν θείαν. *in animo particulam divinam.*

Οὔτε βλαβῆναι ὑπό τινος αὐτῶν δύναμαι] Argumentum à noſtro crebriùs repetitum, utì in collatione indicatum, noſtris etiam non inſolens, qi lædi neminem, niſi à ſeſe, poſſe contendunt. Habes à Joanne Chryſoſtomo ſuſe pertractatum, Edit. Savill. *tom.* 7. *orat.* 2. cujus titulus; Ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα παραβλάψαι οὐδεὶς δύναται. *Qòd nemo ſe injuriâ non afficientem ladere poteſt.* Inter exteros verò Maximus Tyrius *diſſertationem* eadem de re ingenioſam admodum inſtituit, numero 2am. qâ & Socratis dictum illud celeberrimum laudat, à Platone in *apolog.* poſitum, à Plutarcho *de tranqill.* ab Epicteto *enchiridio extremo*, & *diſſert. l.* 1. *c.* 29. & *l.* 3. *c.* 23. à Clemente *Strom. l.* 4. repoſitum, à Thraſea etiam apud Dionem in *Nerone* uſurpatum. Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν

a L.5.§.22. & L.7.§.26. b L.3.§.4. & L.4.§.3. & L.5.§.16. & L.7.§.55. & L.8.§.56. & L. 11.§. 18. c L.7.§.13. 19.

ναμαι. αἰσχρῷ γάρ με ἀδεὶς περιβάλλει. [a] ἔστε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, ἔστε ἀπέχθεσθαι αὐτῷ. [b] γεγόναμεν γὰρ πρὸς συνεργίαν, [c] ὡς πόδες,

(neque enim inhonestâ re aliquâ me quisquam involverit) sed nec succensere congeneri possum, eúmve odisse. siquidem ad mutuas operas nati sumus, quo modo pedes, manus

ANNOTATIONES.

μὲν δύνασθαι, βλάψαι δὲ ὐ. *Me Anytus & Melitus occidere quidem possunt, sed ladere non possunt.* In eundem hunc sensum & Dominus noster de suis apud Lucam *Evang. c.* 21. quibus etiamsi prædiceret, fore ut morte ipsâ multarentur (καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν, *& morte afficient ex vobis.* § 16.) subjicit tamen, nihil indè ad ipsos damni, nè vel minimum quidem, rediturum. καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν ὐ μὴ ἀπόληται. *nec capillus è capite vestri cujusquam periturus est.* v. 18. ὐ γὰρ θέμις, inqit Maximus, ἀγαθῷ ἀνδρὶ ὑπὸ πονηροῦ βλαφθῆναι. *non enim ab improbo detrimentum potest accipere vir bonus.* quod Plato, ὐ γὰρ θεμιτὸν ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. *neque enim jus fasque patitur, ut vir bonus quispiam ab improbo quoquam ladatur.* Vide ad *l.* 9. § 4. Itaque cum nostro consentiens planè Joannes Chrysostomus *in Matth. orat.* 87. Εἰ δὲ ὐδὲν πάσχεις δεινὸν, πόθεν ὀργίζῃ τῷ μηδέν σε διαθεῖναι κακόν; *Si mali nil pateris, cur ei succenses, qi te malo non affecit?* Julianus denique *de Cynism. orat.* 2. Καν τις ἕλκῃ πρὸς αὐτὸν, καθάπερ, οἶμαι, πολλοὶ πρὸς θεὸς, ἐκείνῳ μὲν ὐκ ἔσει ἐχθρός. οὐδὲ γὰρ βλαβερός. αὐτὸς δὲ αὐτῷ, βαρύ τι ἐπιθεὶς τίμημα τὸ κρεῖττονος ἀγνοίας, ἔρημος τῆς ἐκείνου προσατίας. *Quod si fortè quis alter in eum sit affectus: quemadmodum credo vel in deos ipsos affici plerosque, non iste quidem illi sit inimicus. Neque enim nocere potest: sed ipse potius sibi, quam gravissimam sibi pœnam infligat, melioris insciticm, ejusque sit præsidio destitutus.*

Αἰσχρῷ γάρ με ὐδεὶς περιβάλλει] Αἰσχρῷ περιβάλλειν, ut & κακῷ περιβάλλειν, *infrà* §. 11. metaphora ab amictu sumpta, qi corpori circumjicitur, qóqe corpus ipsum involvitur. qualis illa Psaltæ *Psalm* 109. *v.* 18. 19. Ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον —γενηθήτω αὐτῷ ὡς ἱμάτιον, ὃ περιβάλλεται. *Ut indueretur maledictione velut chlamyde suâ — Adsit illi, tanquam panno amiciat se. Turpi*, inqit, *aliqo nemo me involverit.* qia virtutem scilicet nemo eripere cuiqam potest, in qâ solâ τὸ καλὸν, & in cujus solius privatione τὸ αἰσχρὸν Stoici collocant. Λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθὸν εἶναι. εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετήν. *Dicunt autem qòd honestum sit, id solum esse bonum. Id autem esse virtutem.* Laërtius Zenone lib. 7. §. 101. & Seneca de vit. beat. c. 22. *Sapientibus nostris unum bonum est virtus.* & de constant. c. 5. *Unum malum est illis turpitudo.* Vide Cicer. *Parad.* 1. qi & idem ad Attic. l. 10. ep. 4. *Nihil esse bonum, nisi qod honestum: nihil malum, nisi qod turpe sit.* Itaque τὸ αἰσχρῷ περιβάλλειν, & τὸ κακῷ περιβάλλειν, Marco nostro idem sunt. Maximus Tyrius Orat. 2. Ἀδικία ἐστὶν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ. Τὸ δὲ ἀγαθόν τι ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἀρετή; ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον. ὐκ ἀδικηθήσεται τοίνυν ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων. Ἡ οὖν ἔστιν ἀδικία, ἀφαίρετις ἀγαθοῦ. ὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν ἀφαιρετὸν, οὐδὲ ἀπόβλητον, οὐδὲ ἐλεινὸν, οὐδὲ λῃστόν. *Injuria est boni ereptio. Bonum autem qid sit aliud qam virtus? Atqi virtus eripi non potest. Sequitur ergo, aut illum qi virtutem habet, effici injuriâ non posse, aut injuriam qi facit, non eripere bonum, qia nullum bonum eripi, amitti, tolli, aut spoliari potest.* Eodemque Chrysostomus, in argumento hoc, telo pugnat. Telephus Accianus apud Macrobium *Saturn. l.* 6. *c.* 1.

--- --- Nam si regnum à me fortuna atque opes
Eripere qivit, at virtutem non qit.

Λῃστὴς γὰρ προαιρέσεως οὐ γίνεται. Epictetus apud nostrum l. 11. §. 36. *Prædo enim virtutis nullus est.* Itaque Maximus: Ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος καταγελάσεται γέλωτα ἀκραιφνῆ, ὁρῶν τὰς ἀδίκους ἐπ' αὐτὸν ὠρυομένας σπουδῇ, ὁμοίνας τι δρᾶν, δρῶντας δ' οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ἀτιμαζόντων ἐκείνων, βοήσεται τὸ τῦ Ἀχιλλέως Ἰλιαδ. I. v. 604.

--- Φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς ἶσα.

καὶ ἀφαιρεμένων τὰ χρήματα, προήσεται ὡς παίγνια καὶ ἀσεραγάλας; ἀφαιρεμένους, καὶ ἀποθανεῖται ὡσ ὑπὸ πυρετῦ καὶ λίθυ, οὐδὲν ἀγανακτῶν πρὸς τῦς ἀποκτείνοντας. *Vir bonus & probus ridebit risum svavissimum, qoties improbos serio ad se ire videbit, qasi rem gesturos maximam, cum tamen nihil possint. Sed & in mediâ eorum contumeliâ illud Achillis exclamabit.*

--- Haud regi Sparsum contemptus abibo.

Qòd si facultates qoqe ejus avferre parent: eas ille non secus, qam si crepundia eripiant, aut talos, dimissurus est. Nec aliter, si res ferat, morietur, qàm si morbo aliqo, febri puta aut calculo, moriendum esset, neqe mortis auctoribus succensebit. Seneca de Constant. Sap. c. 5. *Injuria propositum hoc habet, aliqem malo afficere: malo autem sapientia non reliqit locum. Unum enim malum illi est turpitudo: qa introire eo, ubi jam virtus honestumqe est, non potest. Injuria ergo ad sapientem non pervenit. Nam si injuria alicujus mali patientia est; sapiens autem nullius mali est patiens; nulla ad sapientem injuria pertinet.* Vide ad *l.* 8. §. 1.

Οὔτε ἀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, ἔστε ἀπέχθεσθαι αὐτῷ] Epictetus *Enchirid. c.* 42. Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν φορητὸν, τὴν δὲ ἀφορητόν. Ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λαμβάνῃς, ὅτι ἀδικεῖ. Αὕτη γὰρ λαβὴ ἐστὶν αὐτῦ οὐ φορητή. Ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφός, ὅτι σύντροφος. καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ' ὃ φορετόν ἐστιν. *Unumquodque res duas habet ansas; unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Er-*

A *go, si frater injuriam fecerit, non eâ prehende, qâ facit injuriam: ea enim ejus ansa non est tolerabilis. Sed illinc potius esse fratrem, esse una educatum. Sic prehendes rem qâ est tolerabilis.* Idem Dissert. l. 3. c. 10. Οὐκ ἔδει ὕτω μοι προσενεχθῆναι τὸν ἀδελφόν. ὐ. ἀλλὰ τῦτο μὲν ἐκεῖνος ὄψεται. ἐγὼ δ' ὡς ἂν προσενεχθῇ αὐτὸς, ὡς δεῖ χρήσομαι τοῖς πρὸς ἐκεῖνον. τῦτο γάρ ἐμόν ἐστι, ἐκεῖνο δ' ἀλλότριον. τῦτο οὐδεὶς κωλύσαι δύναται, ἐκεῖνο κωλύεται. *Non ita me tractare debuit frater. Non verum hoc illi curæ erit. Ego verò, utcunqe ille me tractarit, officii mei meminero. Hoc enim meum est, illud alienum hoc prohibere nemo potest, illud prohibetur.* Vide l. 5. §. 22.

B Γεγόναμεν πρὸς συνεργίαν] Qod *l.* 4. §. 3. Τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. *Homo alter alterius caussâ natus est.* & l. 8. §. 56. Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. *Homo alter alterius caussâ mutuo natus est.* & l. 5. §. 16. Πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν. *Ad societatem nati sumus.* & l. 7. §. 13. Πρὸς μίαν τινα συνεργίαν. *Ad mutuas rei eidem conficiendæ operas conferendas.* V. *infrà ad* §. 2. Seneca de Ira l. 1. c. 5. *Homo in adjutorium mutuum generatus est.* & Epist. 95. *Natura nos cognatos edidit, cùm ex eisdem & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit: illa æqum justumqe composuit: ex illius constitutione miserias est nocere qàm lædi: & illius imperio parata ad juvandum manus.*

C *Iste versus & in pectore, & in ore sit:*

Homo sum: humani nihil à me alienum puto.

Terent. Heaut. I. 1. *Habeamus in commune, qòd nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est; qæ casura, nisi invicem obstarent; hoc ipso sustinetur.*

Ὡς πόδες] Ideò, πᾶν τὸ ὑποπῖον ἐξ ἀνάγκης ἀρτίους ἔχει τοὺς πόδας, *omne pedestre animal pares necessario habet pedes.* Aristoteles *de animal. incess. c.* 8. & *hist. anim. l.* 1. *c.* 5. & *problem. l.* 10. *q.* 18. & 23. Hierocles ἐν τῷ περὶ Φιλαδελφίας apud Stobæum tom. 2. tit. 81. Οἱ ἀδελφοὶ τρόπον τινὰ τὰ αὐτῦ μέρη τυγχάνουσιν, ὥσπερ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ τὰ σκέλη, καὶ αἱ χεῖρες, καὶ τὰ λοιπά. ἅπερ ἕκασον ἰδίαν ψυχὴν καὶ νῦν λάβοι, περιέποι ἂν τὰ λοιπὰ πάσῃ μηχανῇ διὰ τὴν εἰρημένην κοινωνίαν, τῷ μηδ' αὐτὰ τὸ ἴδιον ἔργον οἷά τε εἶναι παρέχειν καλῶς δίχα τῆς τῶν ἑτέρων παρασκῆς. ὕτω δὲ καὶ ἡμᾶς ἀνθρώπους γε ὄντας, καὶ τὴν ψυχὴν (forsan ψυχὴν μίαν. Vide *ad l.* 4. §. 4. *annot.* 1. & §. 29. *annot. ult.* & *l.* 9. §. 8. & *l.* 12. § 30.) ὁμολογῦντας ἔχειν, μηδὲν πραιέναι σπουδῆς, ὑπὲρ τῦ δέοντος προσφέρεσθαι τοῖς ἀδελφοῖς. καὶ γὰρ ἂν ἡ πλέον τι παρὰ τὰ μέρη συλλαμβάνειν ἀλλήλοις ἀδελφοὶ πεφυκασιν. ὅτι τε γὰρ ὀφθαλμοὶ μὲν ὁρῶσιν ἀλλήλοις παρόντες παρόντα, καὶ χεὶρ συνεργάζεται παρῦσα χειρὶ παρῦσα. ἡ δὲ ἀδελφῶν σύμπραξις ἀλλήλοις πολυχρυσέα πως ἐστι. πράττουσι γὰρ τὰ κοινὴ διαφέροντα, καὶ διεγηγερμένοι πάμπαν, μέγα θ' ὑπάρχουσιν ἀλλήλοις ὄφελος, καὶ μυρίον ἡ τὸ διάστημα. *Fratres qodammodo corporis tui partes sunt, qemadmodum oculi tui, pedes, manus, & reliqa membra. Si animi & mentis per se compotes fierent, reliqas partes omni studio curarent propter intercedentem ipsis communionem: qoniam ne ipsa quidem sanctionem suam rectè administrare possunt citra præsentiam aliarum partium: ita nobis etiam qi homines sumus, & animam unam habere nos fatemur, omnibus viribus annitendum est, ut fratribus decenter utamur. Magis enim, qam partes corporis, ad auxilium mutuum fratres*

F *compositi esse videntur. Siqidem oculi simul aliqid intuentur, uterqe alteri præsens: & manus præsenti manui subvenit: fratrum verò opera mutua multò latius patet. Negotia enim communia peragunt, qamvis magno loci intervallo disjuncti: & commoda sua sedulo invicem promovent, licet longissimo interstitio separentur.* Ita enim locus ille insignis, sed fœdissimè vitiatus, ex parte saltem restitui poterit. Basilius Cæsar *Epist.* 68. Ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι πλέον ἡμᾶς τῆς ἐνὸς ἑκάστου τῶν ἀδελφῶν ἐπικουρίας δεόμεθα, ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν χειρῶν τῆς ἑτέρας. ἔτι καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς, τὸ ἀναγκαῖον τῆς κοινωνίας ὁ Κύριος ἡμᾶς ἐδίδαξεν.

G ὅλαν πρὸς ἀυλὰ ταῦτα ἀπίδωμεν τὰ μέλη ἡμῶν, ὅτι ἓν οὐδὲν ἑαυτῷ πρὸς ἐνέργειαν ἀυλαρκες. ὅστε γὰρ ἂν πῶς ἀσφαλῶς βαδίσειε, μὴ συνυποστηρίζοντος τὸ ἕτερον, καὶ μετ' ἀυλῦ συμφώνως προσβάλλων τοῖς ὁραλοῖς. καὶ ἀκοὴ ἀκριβεστέρα, ἡ δι' ἀμφοῖν τοῖν πόροιν τὴν φωνὴν δεχομένη. καὶ ἀντίληψις κραταιοτέρα τῇ κοινωνίᾳ τῶν δακτύλων. καὶ ἁπλῶς ὐδὲν ὅτε τῶν ἐν φύσει, ὅτε τῶν ἐκ προαιρέσεως κατορθωμένων ὁρᾷ, ἄνευ τῆς τῶν ὁμοφύλων συμπνοίας ἐπιτελούμενον. *Quin exactè scimus nos magis uniuscujusqe fratrum auxilio indigere, qàm alteram manum alterius. Porro ex ipsâ corporis structura communionem esse*

F *necessariam, Dominus nos docuit. Quin hæc ipsa nostra membra respicimus, qod unum non sibi ipsi ad functionem satis est. Neqe enim pes tuus ierit altero non sublevante. Neqe oculus sanè viderit, nisi alterum habeas socium, & cum eo unanimiter visibilibus se objiciat. Jam auditus exactior est, qi per utrosqe meatus vocem recipit, & multo validior apprehensio digitorum communione. Ad hæc, nihil eorum vel qæ à natura, vel qæ ex instituto rectè peraguntur, sine conspiratione eorum, qæ ejusdem*

sunt

manus, palpebræ, dentium ſuperiorum inferiorúmqe ordines. adverſari itaqe ſibi invicem præter naturam: adverſantis eſt avtem ſuccenſere & adverſari.

§ 2. Qicqid ſum, conſtat id omne carunculâ, animulâ, & parte principante. proinde mitte libros. nec diſtrahere ampliùs: (nihil obſtat, qò minùs hoc facias) ſed tanqam qi jam ſtatim moriturus ſis, carnes iſtas contemnas. cruor eſt, & oſſicula, & reticulum ex nervis, venulis arteriiſqe contextum. Qin & animam conſidera, qalis ſit. Spiritus eſt, ſive aër, nec is ſemper idem, ſed qi ju-

ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ σοῖχοι τ ἄνω καὶ τ κάτω ὀδόντων. [a] τὸ μὲν ἀντιπροάσσειν ἀλλήλοις πεφυκὸς φύσιν. ἀντιπροσκλιτικὸν ἢ τὸ ἀγαναπαύεσθαι καὶ ἀποτρέφεσθαι.

§ 2. [b] Ὁ, τί ποτε ἔστὸ εἰμὶ, σαρκία ἐστὶ καὶ πνεῦμάτιον, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. [c] ἄφες τὰ βιβλία. [d] μηκέτι σπῶ. ἀ δέδοται [e]. ἀλλ' [f] ὡς ἤδη ἀποθνήσκων, τ μὲν σαρκίων καταφρόνησον. [g] λύθρῳ καὶ ὀσάρια, καὶ κροκύφαντον, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον. ἴδεσαι ἢ καὶ τὸ πνεῦμα ὁποιόν τι ἐστίν. [h] ἄνεμος. ἀδὲ ἀεὶ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ

a Inſ. §. 16. & l. 7. §. 24.
b L. 3. §. 16. & l. 6. §. 32. & l. 12. §. 3.
c Inf. §. 3. & l. 3. §. 14.
d Inf. §. 7. & l. 4. §. 3. 26.
e - ται; f. L. 3. §. 14. l. 9. §. 29.
f Inf. §. 5. 11. l. 3. §. 12. l. 7. §. 29.
g L. 3. §. 3. l. 8. §. 37.
h L. 5. §. 33. l. 6. §. 15.

ANNOTATIONES.

ſunt generis, perfici videmur. Cæterùm de uſu finéqe Marcus, de neceſſitate Baſilius loqitur.

Ὡς χεῖρες] De manibus Galenus de uſu part. l. 1. Σύμμαχον ἑτέρᾳ τὴν ἑτέραν ἡ φύσις ἐποίησε. ταύτῃ ἄρα καὶ πρὸς ἀλλήλας γενέσθαι. ἀλλήλων γὰρ ἕνεκα γεγένηνται. *Alteram alteri ſociam fecit natura, & eatenus ad ſe mutuò ſpectant: altera enim alterius cauſſâ facta eſt.* Inde nata proverbialia illa. Menandrianum apud Gnomologum.

Ἀνὴρ γὰρ ἀνδρὶ, καὶ πόλις σώζει πόλιν.
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.
Servat virum vir, civitatem civitas:
Digitúmqe lavat digitus, & manum manus.

Epicharmeum apud Æſchinem in Axiocho, & Stobæum Tom. 2. tit. 10.

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίπτει. δός τι, καὶ τι λάμβανε.
A manu manus lavatur: da qid, & qid accipe.

qanqam qod Stobæus νίπτει, Æſchines νίζει habet. Eraſmus & Grotius κνίζει malunt: ut ſit, *à manu manus fricatur*, ſive, ut vulgo efferri ſolet, *manus manum fricat.* Deniqe Evripidem illud in *Heraclid.*

--- μιᾶς δὲ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη.
Invalida pugna eſt, una qam gerit manus.

Virgilius, an Septimius in Moreto:

Admovet inde manus operi, partitus utrique:
Læva miniſterio, dextra eſt intenta labori.
Hæc rotat aſſiduis gyris, & concitat orbem.
Interdum feſſæ ſuccedit læva ſorori,
Alternátque vices.

Ὡς βλέφαρα] Qæ ad oculi tegmen, & tutelam amicè conſpirant.

Ὡς οἱ σόχοι τῶν ὀδόντων] Qi veluti in mola *catillus* & *meta* mutuas ſibi invicem operas jugiter præſtant.

Τὸ μὲν ἀντιπροάσσειν ἀλλήλοις παρὰ φύσιν] Seneca *de ira l. 2. c. 31. Illud ante omnia cogita, ſædam eſſe & execrabilem vim nocendi, & alieniſſimam homini, cujus beneficio etiam ſæva manſveſcunt.* Apud Xenophontem *Commentariorum l. 2. p. 746. C. B.* Socrates fratres duos diſſidentes his verbis alloqitur. Νῦν μὲν οὕτω διάκεισθε, ὥσπερ εἰ τὼ χεῖρε, ἃς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ συλλαμβάνειν ἀλλήλοιν ἐποίησεν, ἀφέμενω τούτω τράποιντο πρὸς τὸ διακωλύειν ἀλλήλω. ἢ εἰ τὼ ποδὲ θείᾳ μοίρᾳ πεποιημένω πρὸς τὸ συνεργεῖν ἀλλήλοιν, ἀμελήσαντε τούτω, ἐμποδίζοιεν ἀλλήλω. ἆρ' οὐκ ἄν πολλὴ ἀμαθία εἴη καὶ κακοδαιμονία τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ πεποιημένοις ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι; καὶ μὴν ἀδελφώ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ μείζοσι ὠφελείᾳ ἀλλήλοιν, ἢ χεῖρε καὶ πόδε, καὶ ὀφθαλμῶ, καὶ τἄλλα ὅσα ἀδελφὰ ἔφυσεν ἀνθρώποις. *In hoc qidem tempore ſic affecti eſtis, ac ſi manus ambæ, qas Deus idcirco creavit, ut mutuò ſe juvent, hoc omiſſo, ad impediendum ſeſe invicem converterent: vel ſi pedes ambo, qi divino conſilio mutuas ad operas conditi ſunt, hoc ipſo neglecto, ſibi invicem impedimento eſſent. An non magna ſuerit inſcitia, magnáqe infelicitas, iis ad detrimentum uti, qæ ad mutuam utilitatem facta ſunt? At enim fratres duos, meâ qidem ſententiâ, condidit Deus majorem ad utilitatem mutuam, qàm manus utraſqe, qàm pedes, qàm oculos, qàm cætera, qæcunqe natura voluit in hominibus eſſe germana.*

§. 2. Σαρκία ἐστὶ, καὶ πνευμάτιον καὶ τὸ ἡγεμονικόν] Eandem diſtributionem habes ſæpius repetitam. *l.* 3. §. 16. & *l.* 6. §. 32. & *l.* 12. §. 3. Idem ferè aliis verbis Apoſtolus *ad Theſſal. Ep.* 1. *c.* 5. *v.* 23. Τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. *Spiritus, & anima, & corpus.* Qo loco τὸ σῶμα eſt qod Marco hîc σαρκία. ἡ ψυχὴ, qod πνευμάτιον. τὸ πνεῦμα, qod τὸ ἡγεμονικόν.

Ἄφες τὰ βιβλία] Vide *infrà ad* §. 3. ſed & Epictetum *Diſſert. l.* 4. *c.* 4.

Μηκέτι σπῶ] Ità *l.* 4. §. 3. πρὸ παντὸς μὴ σπῶ, μηδὲ καταντείνε, *cum primis cave diſtraharis, cave obnitaris.* Qod eleganter admodum ſic expreſſit Perſ. *Sat.* 5. *v.* 154.

En qid agis? duplici in diverſum ſcinderis hamo.
Hunccine an hunc ſeqeris? ſubeas alternus oportet
Ancipiti obſeqio dominos; alternus oberres.

Οὐ δέδοται] *Non datum eſt.* Xylander. at Lugdunenſis *non licet.* Nam qòd *ne ſtude*, reddidit Annotator Lugdunenſis, & μηκέτι σπούδαζε, mavult legi; à Marci mente alienum eſt. Mericus Caſaubonus, *non eſt futurum. non dabitur.* qod exponi vult ex illis *l.* 3. §. 14. Μηκέτι πλανῶ. ἃ γὰρ τὰ ὑπομνήματά σου μέλλεις ἀναγινώσκειν, &c. *Noli te fallere. neqe enim futurum eſt, ut commentariorum tuorum & excerptorum, vel alienorum de antiqitus geſtis rebus ſcriptorum evolvendi & perlegendi copia tibi ſuppetat.* Et eſt reverà probabilis ſatis expoſitio. Videatur tamen an non forſan ἐρωτηματικῶς legi debeat, ἃ δέδοται; *an non datur? an non eſt in tua poteſtate poſitum*, ut hoc facias? hoc eſt, ut diſtractione & perturbatione omni immunem te reddas. Ità *l.* 4. §. 1. τὸ δύνατον καὶ δεδόμενον, *id qod poteſt & conceſſum eſt.* & *l.* 9. §. 29. ὅρμησον, ἐὰν δίδῶται, *aggredere, qatenus tibi datur.* Epictetus Diſſert. *l.* 3. *c.* 26. δέδοταί σοι τοῦτο, *datur tibi hoc.* & ἐφ' ὅσον ἂν οἷόν τε ᾖ, καὶ ἐφ' ὅσον ἂν δέδοται. *qatenus licuerit, & qatenus datum fuerit.* & Rufus Thraſeæ apud eundem *l.* 1. *c.* 1. ἃ θέλεις μελέτᾳ, ἀρκεῖσθαι τῷ δεδομένῳ, *non operam dabis, ut eo, qod datum eſt, ſis contentus.* Hinc δόσις φυσικὴ, *id qod natura in te poſuit l.* 4. §. 19. qâ nimirum,

--- --- *natura beatis*
Omnibus eſſe dedit, ſi qis cognoverit uti.

Clavdianus *in Ruffin. l.* 1. Occurrit nimirum objectioni vulgari illi, de qa Seneca *Epiſt.* 104. eodémqe planè, qo Seneca, modo occurrit. *Totiens*, inqit hic, *occurrunt iſti, qi non putant fieri poſſe, qicqid facere non poſſunt, & ajunt nos loqi majora, qàm qa natura humana ſuſtineat. At qantò ego de illis melius exiſtimo? ipſi qoqe hæc poſſunt facere; ſed nolunt. Denique qem unqam iſta deſtituere tentantem? cui non faciliora apparuere in actu? non qia difficilia ſunt, non audemus, ſed qia non audemus, difficilia ſunt.* Qem vide amplius *ad l.* 6. §. 19. Eodem planè ſenſu Hebræi Doctores in Patrum dictis c. 3. §. 15. נתונה הרשות. *Poteſtas data eſt.* τῇ αὐτεξουσίᾳ ſcilicet.

Λύθρῳ] Ità *l.* 3. §. 3. γῆ καὶ λύθρος, *limus & ſanies.* & l. 8. §. 37. γράτων πᾶν τοῦτο, καὶ λύθρον ἐν θυλάκῳ, *fætor hoc eſt omne, & ſanies in ſacco.* Evſtathius *ad Iliad.* Z. λύθρον, ὁ τῷ αἵματι μιασμὸς ἀναμεμιγμένος τῇ κόνει, *cruor pulveri commiſtus.* dictum à λύω, unde & λύμα, τὸ καθαρμα. per theta ſcribi, ut à λύτρον diſtingvatur. Eadem ferè & *ad Iliad.* A. & *ad Odyſſ.* X. utrumqe avtem, & λύθρος & λύθρον dici monet idem *ad Iliad.* Υ. pleniùs pavlò Heracleo *in Schol. ad Iliad.* I. Το μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος ἀνθρώπειον αἷμα, λύθρος καλεῖται, *ſanguis pulveri & ſudori commiſtus.* Itaqe de athletis uſurpat Clemens Alexandrinus *Stromat. l.* 2. Verùm iſtic potius eſt Marco idem qod ἰχὼρ αἱματώδης, Oppiano Κυνηγ. l. 2. v. 279. *ſanies cruenta.* σῆψις γὰρ αἵματος, ἰχὼρ, *putredo enim ſanguinis, ſanies.* Clemens Alexandrinus *Protreptico.* qanqam *cruorem* vult tantum & *ſanguinem* ipſum: ſed qem ad rei vilitatem exprimendam ſic nuncupat.

Κροκύφαντον] *Reticulum* malim cum Xylandro, qàm cum Henrico Stephano *peplum*, tum qiâ κροκύφαντον τῷ κεκρυφάλῳ idem ſtatuit Evſtathius *ad Iliad.* X. tum qia ſequitur mox, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον. Κροκύφαντὸν avtem dictum vult Scholiaſtes *ad Ariſtophanis Veſpas*, ὅτι διὰ κρόκης ὑφαίνεται, *qia per tramam texitur.* Ex qo Svidas corrigendus eſt, apud qem perperam legitur, ὅτι διὰ κρόκης ὑποφαίνεται. Verùm illis omnibus conſtanter, contrà qàm noſtro, κροκύφαντος formâ maſculâ dicitur. *Reticuli* vero nomine, nec *omentum*, licet id Polluci νεύρων πλέγμα dicatur; nec *cutem* ipſam, cum Merico noſtro, deſignari iſtic exiſtimo; ſed contextum illum integrum (cute tamen non exclusâ prorſus; ſiqidem τὸ δέρμα ἐκ φλεβῶν, καὶ νεύρων, καὶ ἀρτηρίας, *cutis* etiam ex iſtis conſtat. Ariſtotelis nomine *de Spir. c.* 5.) qi per corpus totum permeat, venarum, nervorum, arteriarum intercurſantium, ſibíqe invicem implexorum, qo corporis moles qaſi continetur & conſtringitur: ὃ δὴ καὶ προσεικάζομεν τῷ τῆς κύρτης πλέγματι. *Itaque veti ſagenæ comparavimus.* inqit Plato in *Timæo pag.* 1079. *F.* ad qæ verba forſan & Marcus reſpexerit, ubi πλεγμάτιον idem nuncupat. De eo loco videri poterit Galenus in explicatione eorum qæ *in Platonis Timæo* medicè ſunt dicta.

Ἄνεμος] *Anima* ergò *ventus*, ſive *ſpiritus*, & *flatus* Stoicis: qod confirmat Laertius *l.* 7. & Plutarchus *de Philoſ. placit. l.* 4. *c.* 3. Ità Marcus dimiò l. 6. §. 15. Οἷον ἡ ἀφ' αἱματώδους ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. *Qaſi exhalatio nempe qædam à ſanguine orta, & ab aere ſpiritus attractio.* Qin & Tertullianus *de Anima c.* 5. *Et Stoicos allego, qi ſpiritum dicunt,*

a ἐπι. f. ἀλλὰ πάσης ὥρας ἐξεμέμενον, καὶ πάλιν ροφέμε-
b Inf. §. 6. νον. τρίτον ἔν ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. ὧδε a ἀντενόησαι.
c L. 5. §. 3. l. 7. §. 55. l. 11. §. 19. b γέρων εἶ. μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς c δουλεῦσαι. μηκέτι

giter efflatus denuò reſorbetur. tertium reſtat, pars illa principatum gerens. tu ergò ſic tecum: ſenex es: partem tui principem ſervire ulteriùs ne ſiveris; ſed

ANNOTATIONES.

dicunt animam: penè nobiſcum. Penè, inqit: non prorſus. A Nec hoc tamen, qaſi noſtri non & *ſpiritum* dicant, ex Salomone *Eccleſiaſt. c. 12. v. 7.* & aliis: ſed qia aliâ ratione ſive *ſpiritum*, ſive *flatum animam* nos dicimus; non tanqam aëreum qiddam ſit, ut Marcus iſtic, qalis ſpiritus ille qem ſpirando trahimus; ſed *ſpiritum*, qia propriam qandam habet *naturam corporis expertem, & mundana molis elementis omnibus excellentiorem ſubſtantiam*, ut Avguſtinus *Epiſt. 28. flatum* qia *Deo eſt inſufflante* creata, ut ex Moſe *l. 1. c. 2. v. 7.* idem *de Civit. Dei l. 13. c. 24.* qo etiam loco, ne Stoicis calculum dare ſuum videretur, qi de ſubſtantia divina mentem ſaltem derivatam tradiderunt, ſubjungit: *Sicut autem nos poſſumus non de noſtra natura, qà homines ſumus, ſed de iſto aëre circumfuſo qem ſpirando & reſpirando ducimus ac reddimus, flatum facere, cum ſufflamus: ità omnipotens Deus non de ſua natura, neqe de ſubiacente creatura, ſed etiam de nihilo potuit facere flatum, qem corpori hominis inſerendo inſpiraſſe vel inſufflaſſe commodiſſimè dicitur, incorporeus incorporeum, ſed immutabilis immutabilem, qia non creatus creatum.* Lactantius certè contrà planè qam Marcus hic, *de Opificio Dei c. 17. Animam qi ventum putant, hoc* B *falluntur, qod ex aëre ſpiritum ducentes vivere videamur. Varro itaqe definit: Anima eſt aer conceptus ore, deſervefactus ex pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus. Hac aperriſſimè falſa ſunt. Anima non eſt aer ore conceptus: qia multò prius gignitur anima, qàm concipi aër ore poſſit.* Et hoc contrà qam Stoici, qi à partu animam in corpus inſinuari ſtatuebant; qod & Lactantius monet; & Plutarchus *de Stoicis contradictionibus c. 38.* Vide *l. 12. §. 24.* Attamen in *Carminibus* Orpheo attributis dicitur, *τὴν ψυχὴν, ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι, ἀναπνεόντων φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων, animam ex toto ingredi reſpirantibus latam à ventis.* Ariſtoteles *de Anima l. 1. c. 5.* Latinis etiam *animus* & *anima* παρὰ τὸ ἄνεμον. Servius *ad Æneid. l. 1.* & Pſevdo-Cyprianus *de duplici martyrio.* Qin & *animas ventis tribui* multis docent, Joannes Zinzerlingius *in Promulſide Critica*, & Mevrſius *Critico Arnob. l. 1. c. 3.* ad illa Arnobii; *Nunqid ſuas animas expiraverunt venti? Animam* enim dictam, *qod corpus animat*, ut Pſevdo-Avguſtinus in *Defin. Orthod. c. 20.* & *de ſpir. & anim. c. 9.* præpoſterum eſt planè; cum contrà hoc ab illo duci diciqe manifeſtum ſit. Vide amplius ad *l. 5. §. 4.*

Πάσης ὥρας] *In horas.* Xylander. & §. 5. *Singulis horis.* idem. *Singulis horarum momentis.* Caſavbonus. *Omni tempore, jugiter.* ut *l. 8. §. 53.* Hinc tractum illud in tibicines, ſive ſubulones dicterium, cujus *l. 8.* meminit Athenæus.

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν.
Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χώ νόος ἐκπέταται.
Eſt tibicinibus mens cœlitus indita nulla:
Nam ſimul hanc inflant, avolat illa ſimul.

Ἐξεμέμενον] Ità Maro *Æn. l. 9. v. 354.*
Purpuream vomit ille animam...

Idem enim ipſum in morte ſemel fieri, qod in reſpiratione ſit jugiter, vult Marcus noſter, *l. 5. §. 4.* ſicut avtem *animam evomere*, ità *ſpiritum exuere* dixere. Seneca *de ira l. 3. c. 43. Jam ipſum ſpiritum expuimus interim, dum trahimus.* qæ tamen verba aliter diſtingvit Lipſius. Idem (ſi idem, nam Marco potius tribuunt havd pavci) *in Thyeſte v. 244.*

Ferro peremptus ſpiritum inimicum expuat.

Et *Troad. v. 1168.*

Ubi hanc anilis expuam leti moram.

Unde & in *Hercule Oetæo v. 1467.* Joannes Zinzerlingius *Promulſ. c. 14.* vocabulum idem reſtituendum contendit, pro eo qod *expulit* vulgò legitur.

Ictus ſagittis qi tuis vitam expuit.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς. *Andromeda vincta, & propoſita ceto, non debuit patri ſuo, homini ſtupidiſſimo, in os expuere vitam?* Valerius item Flaccus *Argonaut. l. 3. v. 97.*

--- purpuream ſingultibus expuit auram.

Qod Statius *Thebaid. l. 5. v. 262. animam ſingultare* dixit.

Semineces pueri trepidas in limine vitæ
Singultant animas.

Epiphanius vero in *Ancorato §. 76.* Οἱ λέγοντες, ἡμεῖς δὲ Χριστὸν νῦν ἔχομεν (*Corinth. Ep. 1. c. 2. v. 16.*) τὸν αὐτῶν νῦν εἶχον, καὶ ὑμᾶς ἐξεπλήξασιν. *Illos, qi iſtud uſurparunt; nos mentem Chriſti habemus, ſuorum habuiſſe mentem, nec eam expuiſſe.* Cæterùm *purpuream animam vomere* dixit Maro pro eo qod Homerus, *αἷμ' ἐμέων ſangvinem vomens* dixerat *Iliad. O. v. 11.* Itaqe Servius notat, ſecundùm eos dictum, qi volunt ſangvinem eſſe animam: *cum alibi aliorum opinionem ſequatur, qi dicunt ſpiritum eſſe animam: ut eſt,*

--- in ventos vita receſſit.

Καὶ πάλιν ροφέμενον] Qod ψυχορροφεῖν uno vocabulo dici poſſit; qanqam id alio ſenſu uſurpari monet Svidas, *ἀντὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἐκπίνειν.* pro *animam*, id eſt, *ſangvinem exorbere.* qomodo Ariſtophanes in Nebulis de cimicibus, qos Corinthios, dum κόρεις vellet, per jocum nuncupat;

Δάκνουσί μ' ἐξέροντες οἱ Κορίνθιοι,
Καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσι.
Me cives Cimicenſes prorepentes inſeſtant admodum,
Et vitam è membris exugunt.

Hinc avtem delirium Stoicum de animæ natura refutantem Plutarchum de *commun. notion. c. 41.* vide ad *l. 3. §. 16.* Qod avtem dicit καὶ πάλιν ροφέμενον, id in *anigmate 72.* de utre ſic extulit Sympoſius.

Non ego, continùo morior, dum ſpiritus exit:
Nam redit aſſiduè; qamvis & ſæpe recedat.

Ὧδε ἀπονοήθητι] Berlan ἐπινοήθητι, *animadverte, conſidera.* Niſi ſi ἀπονοεῖσθαι hoc ſignificatu reperiatur alicubi. nam B contrarium prorſus paſſim obtinet.

Γέρων εἶ] Seneca *Ep. 76. Perge Lucili, & propera, vè tibi accidat, qod mihi, ut ſenex diſcas: imò ideò magis propera, qoniam id nunc aggreſſus es, qod perdiſcere vix ſenex poſſis.* Et *Ep. 19. Si potes, ſubduc te iſtis cogitationibus & ſin minus, eripe. Satis multum temporis ſparſimus; incipiamus in ſenectute vaſa colligere. in freto vivimus; moriamur in portu.* Et *Ep. 68. Utinam qidem hoc propoſitum ſeqi olim fuiſſet animus tibi: utinam de vita non in conſpectu mortis ageremus. Sed nunc* C *qoqe non moremur. qod facere ſolent, qi ſerius exeunt & velunt tempus celeritate reparare, calcar addamus. Et qando, inqi, tibi proderit illud, qod in extru diſcis, avt in qam rem? in hanc, ut exeam melior.* Præclarè Epicurus ipſe *Epiſt. ad Menoecum.* Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν, μήτε γέρων πάρεχων, κοπιάτω φιλοσοφεῖν. ὥτε γὰρ ὥρῳ ὑδείς ἐστιν, ὥτε πάρωρος, πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαῖνον. Ὁ δὲ λέγων, ἢ μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὥραν, ἢ παρεληλυθέναι τὴν ὥραν, ὁμοίος ἐστὶ τῷ λέγοντι, πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μὴ παρεῖναι τὴν ὥραν, ἢ μηκέτι εἶναι. [τὴν ὥραν Clemens] ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νέῳ [νεωτέρῳ Clemens] καὶ γέροντι. τῷ μὲν γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς διὰ τὴν χάριν [χαρὰν f.] τῶν γεγονότων. τῷ δὲ, ὕπως νέῳ ἅμα καὶ παλαιὸς ᾖ, διὰ τὴν ἀφοβίαν τῶν μελλόντων. *Neqe juvenis qiſpiam dum eſt, philoſophari negligat, neqe ſenex* D *cum ſit, philoſophando fatigetur. Neqe enim qiſqam avt ætatem non attigit, avt ætatem exceſſit, ut ad animi ſanitatem contendat. Qi avtem dicit, avt nondum philoſophandi tempus eſſe, avt tempus præteriiſſe, ei ſimilis eſt qi dicit, ad beatam vitam avt non adeſſe tempus, avt non amplius eſſe. Philoſophandum igitur & ſeni & juveni illi qidem, ut ſeneſcens in virtutibus vigeat præteritorum gratiâ: huic ut juvenis unà & vetulus ſit, eò qòd futurorum careat metu.* Refert Laërtius *vit. l. 10. c. 122.* & Clemens *Strom. l. 4.* Vide ad §. 4.

Μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς δουλεῦσαι] *Mentem*, inqit, *ne patiaris* E *ſervire*: vel *corpori* nimirum, vel *cupiditatibus.* Ἡ γὰρ νοερὰ ἐθέλει πρωτιστεύειν καὶ μὴ καλακρατεῖσθαι, μήτε αἰσθητικῆς, μήτε ὁρμητικῆς κινήσεως. *Vis enim intellectualis principatum ſibi vendicat, nec ſe in ordinem redigi patitur, neqe ab affectus motibus.* Noſter *l. 7. §. 55.* Hoc eſt avtem δουλεῦσαι. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται, *ſiqidem à qo qis ſuperatus eſt, huic etiam in ſervitutem eſt addictus.* Petr. *Ep. 2. c. 2. v. 19.* Itaqe noſter *infrà §. 16.* Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, ὅταν ἡσθῆται ἡδονῆς ἢ πόνου. *Contumeliâ ſe afficit anima humana, cùm voluptati vel dolori ſuccumbit.* Τοῦτο γὰρ ἡττημένου ἐστὶ καὶ ὑποκαλακλινομένου τῷ ἐν σοὶ θειοτέρῳ μέρει τῇ ἀτιμοτέρᾳ καὶ θνητῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ F ταῖς τούτου παχείαις ἡδοναῖς. *Ut pars tui divinior devicta ſuccumbat viliori, corpori nempe mortali ejuſqe craſſis voluptatibus.* Idem *l. 11. §. 19. Extrema* avtem *eſt ſervitus, cùm anima vitiis dedita rationis propriæ poſſeſſione ceciderint.* Boeth. Conſol. Et, ἀνδραποδωδέσταλοι, οἱ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύοντες. *Valdè ſervili ingenio ſunt præditi, qi voluptatibus ſerviunt.* Itaqe Joannes Chryſoſtomus *Tom. 8. Orat. 13.* Εἴ τις κρατεῖ μὲν ἀνθρώπων, δουλεύει δὲ πάθεσιν, ἐγώ γ' ἂν πάντων ἀνθρώπων δουλικότερον εἴποιμι. *Si qis vincit homines, ſervit vero affectibus, illum ego præ omnibus hominibus maximè ſervilem dicerem.* Et Clemens Alexandrinus Strom. l. 2. Τὸ ὑποπίπτειν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν, ἐσχάτη δουλεία. *Se ſubmittere & ce-* G *dere affectibus, extrema eſt ſervitus.* Κακίστη γὰρ παρὰ κακίστοις δεσπόταις δουλεία. *Peſſima enim eſt apud peſſimos dominos ſervitus.* Socrates apud Xenoph. *Memorial. l. 4* Hoc voluit Seneca ubi dixit, *ſibi ſervire, graviſſima ſervitus eſt. Proæm. l. 3. qæſt. nat.* Qi & idem *Epiſt. 65. Qem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: qod eſt illi materia, id nobis corpus eſt! Serviant ergò deteriora melioribus.* Plato Phædone *p. 60. C. D.* Ἐπειδὰν ἐν τῷ αὐλῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα, τῷ δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι ἡ φύσις προσάτλει, τῇ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι, τὸ μὲν θεῖον εἶον ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν πεφυκέναι, τὸ δὲ θνητὸν ἄρχεσθαι καὶ H δουλεύειν; --- καὶ δὴ τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ, καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν. τῷ δ' ἀνθρωπίνῳ καὶ θνητῷ, καὶ ἀνοήτῳ καὶ πολυειδεῖ καὶ διαλύτῳ, καὶ μηδέποτε κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον ἄν εἶναι σῶμα. *Qamdiu in eodem ſunt anima & corpus, hoc qidem ſervire atqe ſubeſſe natura jubet, hanc verò præeſſe atqe dominari. An non putas*

divinum

sed nec motibus à communione humana alienis raptari, nec qicqam, qod fato destinatum tibi fuerit, vel jam ascitum aversari, vel futurum pavere.

§. 3. Deorum opera providentiæ plena sunt. nec qæ fortunâ fiunt, absqe naturæ ope proveniunt, avt sine connexu implexúqe rerum earum qæ providentiâ dispensantur. indè profluunt omnia. accedit & necessitas qædam, & totius mundi, cu-

καθ' ὁρμὴν [a] ἀκοινώνητον [b] νευροσπαστηθῆναι. μηκέτι [c] τὸ εἱμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχεραίνειν, ἢ μέλλον [d] ὑποδύεσθαι.

§. 3. [e] Τὰ τῶν Θεῶν προνοίας μεστά. τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως, ἢ [f] συγκλώσεως, καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων. [g] πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. πρόσεστι δὲ [h] τὸ ἀναγκαῖον, καὶ [i] τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον,

a L. 3. §. 5. l. 7. §. 72. l. 9. §. 9. 23.
b L. 3. §. 5. 16. l. 6. §. 16. l. 7. §. 3. 29. l. 12. §. 19.
c Inf. §. 5. l. 3. §. 4. 16.
d ὑποδέεσθαι f.
e L. 4. §. 27. l. 6. §. 10. 38. l. 7. §. 9.
f L. 3. c. 16.
g Inf. §. 17. l. 4. §. 26. l. 6. §. 36. l. 8. §. 23. l. 9. §. 39.
h L. 4. §. 9. l. 10. §. 28.
i Inf. §. 12. l. 5. §. 8. l. 8. §. 50. l. 12. §. 23.

ANNOTATIONES.

divinum qidem tale esse naturâ, ut præsit & ducat: mortale verò, ut subjiciatur ac serviat? --- --- Et ipsi divino, immortali, intelligibili, uniformi, indissolubili, semper eodem modo, & secundum eadem seipsum habenti animam esse simillimam: humano verò, mortali, nec intelligibili, multiformi, dissolubili, nunqam eodem modo sibimet se habenti simillimum esse corpus. Vide nostrum ulterius *l.* 3. §. 3. & ad *l.* 8. §. 3.

Καθ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον] *L.* 6. §. 16. *καθ' ὁρμὴν* simpliciter. & *l.* 3. *c.* 16. *ὁρμητικῶς. Ὁρμὴν ἀκοινώνητον, vim non communem*, vertit Isaacus Casavbonus *ad Pers. Sat.* 5. *v.* 128. eámqe intelligit, qæ, ut Persius,

--- extrinsecus intrat
Et nervos agitat.

Xylander *alieno impetu raptari.* atqe est illud reverâ, *τὸ νευροσπασθῆναι.* de qo mox dicetur. Verùm *ὁρμὴ ἀκοινώνητος* videtur potiùs *motus*, sive *impetus*, avt *impulsus* ejusmodi denotare, *qi à naturæ communis generisve humani communione ac commoditate alieni sint.* qod & Mericus Casavbonus advertisse videtur, qi *affectus motúsqe nevtiqam sociabiles* vertit. Inculcat enim Marcus passim, esse hominem *ζῶον κοινωνικόν, animal sociale. l.* 3. §. 4. & *l.* 5. §. 16. 30. & *l.* 9. §. 9. actiones ejusdem motúsqe exigit, ut sint *ὁρμαὶ καὶ πράξεις κοινωνικαί, conatus & actiones societatis jus spectantes. l.* 9. §. 23. & *l.* 11. §. 37. damnat ubiqe *τὸ ἀκοινώνητον. societatis communis qod est immemor. l.* 3. §. 5. *l.* 7. §. 72. *l.* 9. §. 9. 23. & *l.* 11. §. 8. deniqe *l.* 7. §. 55. Πρακτέον, inqit, *ἑκάστῳ τὸ ἐξῆς τῇ καταστευῇ. κατασκευάσας δὲ τὰ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ μὲν προηγούμενον ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων καταστευῇ, τὸ κοινωνικὸν ἐστι. Illud unicuique est agendum, qod est conditioni ipsius consentaneum. Porro condita sunt reliqa qidem rationalium gratiâ. Itaqe in hominis natura primum ac præcipuum est societatem colere.* vide *suprà ad* §. 1.

Νευροσπασηθῆναι] *Nervorum more impelli*, & in diversa motu alieno moveri. Vocabulum à nostro sæpe usurpatum; utì ex locis collatis patere poterit; tractum à *sigillariis* sive *neurospastis*, qæ cùm per se *ἀκίνητα* existerent, verticillis qibusdam nervisqe movebantur. horum meminit & noster *l.* 7. §. 3. dum res ludicras contemptúqe dignissimas recenset; ad qem locum de eis uberiùs & opportunius dicetur. De usu vocabuli ad rem Ethicam tralati videatur Casavbonus *ad Persii* illud *Sat.* 5. *v.* 128.

Te nihil impellit, nec qicqam extrinsecus intrat,
Qod nervos agitet? ---

qod ex Horatio expressum monet, qi *Serm. lib.* 2. *Sat.* 7,

Tu mihi qi imperitas, aliis servis miser, atqe
Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

vel ex Platone potiùs ab utroqe desumptum; cujus hæc verba, *legum, l.* 1. *p.g.* 782. *B. Τὰ παθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ μήρινθοί τινες ἐόντα, σπῶσί τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν, ἐναντίαι ὦσαι, ἐπ' ἐναντίας πράξεις. His affectus in nobis, qasi nervi avt funes ingeniti trahunt nos invicem retrahúntqe ad contrarias actiones.* Hinc & Tertulliano *adversus Valentin. c.* 18. *ductus sigillarius. A qa*, inqit, *occultò nihil sentiens ejus, & velut sigillario extrinsecus ductu, in omnem operationem movebatur.* Et *motus sigillarius* eidem, *de anima, c.* 6. *velut sigillario motu, superficiem intus agitante.* Gellius, in Favorini *adversus Genethliacos* dissertatione, *l.* 14. *c.* 1. comprehensâ; *Ut planè homines, non, qod dicitur, λογικὰ ζῶα. sed ludicra & ridenda qadam νευρόσπαστα esse videantur, si nihil suâ sponte, nihil arbitratu suo faciunt; sed ducentibus stellis & avrigantibus.* vide *ad l.* 10. §. 37. Qod avtem hoc loco dixit Marcus, *καθ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον νευροσπασθῆναι*, ipse optimè explicat *l.* 3. §. 5. ubi vetat, *ἐνεργεῖν μήτε ἀκοινώνητον, μήτε ἀνθελκόμενον. Qicqam agere neqe societatis communis immemorem, neqe affectibus abreptum.* hoc est enim *τὸ νευροσπασθῆναι*, qod *ἀνθέλκεσθαι ὑπανεὶ νεύρου τισιν*, ut Plato. Dio Prusæus *Orat.* 30. *μύρια πάθη ἔχειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὑπὸ τούτων ἀεὶ κατατείνεσθαι καὶ σφηλᾶσθαι. Sexcentas in se habere affectiones, atqe dies noctesqe semper ab his distendi & rotari.*

Μηκέτι τὸ εἱμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχεραίνειν] hoc est, qod Rufus suprà apud Epictetum, *ἀρκεῖσθαι τῷ δεδομένῳ* & *l.* 3. §. 4. *ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀποτεμόμενα. Ex animo prorsus amplexari qacunqe ex lege divina illi attributa contigerint.* qod avtem hic *μὴ δυσχεραίνειν*, idem *infrà* §. 5. *μὴ δυσχερεῖν*, dixit.

Ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι] *vel impendens subterfuge.* Xylander qem & Mericus sequitur. at *ὑποδύεσθαι*, est *subire*; qod est *subterfugiendi* verbo prorsùs adversum. forsan ergo *ὑπεκδύεσθαι* legerant; qod est *clam elabi.* verùm non est istud in cujusqam potestate situm, ut effugiat *τὸ εἱμαρμένον.* sed nec *τὸ μέλλον*

ὑπεκδύεσθαι commodè satis diceretur. malim ergò, *ὑποδέεσθαι, nec futura pavere*; *ὑποδεὴς* enim *ὑπόφοβος. Ὑποδεὴς, subtimidus, nonnihil timens.* Svidas.

§. 3. Τὰ τῶν Θεῶν προνοίας μεστά] *Ἄδηλον γὰρ θεὸν ἐδὲ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. Etenim consilii expertem Deum, nec cogitare facile fuerit.* Infrà *l.* 6. §. 44. qalem tamen fingebant sibi Epicurei.

Τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως καὶ συγκλώσεως] *non sine natura avt consilio*, etiam *fortuita* qæqe. itaqe Aristoteles Physic. *l.* 2. *c.* 6. *Ἔστι τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη αἴτια, ἂν ἀν ἡ νοῦς γίνεται αἴτιος, ἢ φύσις, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς αἴτιόν τι γένηται τούτων αὐτῶν. Casus atqe fortuna caussa sunt eorum, qorum avt intellectus caussa fit, avt natura, cum secundum accidens caussa aliqa fit horum ipsorum.* Et *c.* 5. *Ὅσα τε ἀπὸ διανοίας, καὶ ὅσα ἀπὸ φύσεως πραχθείη, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς γίνηται, ἀπὸ τύχης φαμὲν εἶναι. Qecunqe ab intellectu utique aguntur, & qacunqe à natura, cum secundum accidens fiunt, à fortuna dicimus esse.* Ità *τὸ ὑποκείμενον*, sive subjectum casus fortuiti cujusvis est, vel à natura, vel à consilio profectus actus aliqis. Caussam verò rerum omnium primam summámqe si spectemus; illius providentiâ diriguntur ac gubernantur, etiam qæ maximè fortuita videntur. qod de sorte ipsa, qâ nihil incertius, rex sapientissimus pronunciat, *Prov. c.* 16. *v.* 33. Deum ergò, ac dispositionem divinam si spectemus, qod Seneca *de provid. c.* 5. *veniunt cuncta, non incidunt.* qod & idem Marcus mox.

Συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς] Vide ad *l.* 3. §. 11. *σύγκλωστιν*, & §. 16. *συγκλωθόμενα.*

Πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ] Ità de prima principéqe mente *l.* 6. §. 36. *πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται. Proveniunt indidem universa.* de providentia divina *l.* 8. §. 27. *ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσι πάντα. A qa proveniunt omnibus omnia.* Vide & *l.* 9. §. 35. de fato Libanius *Orat.* 31. *pag.* 644. *B. μείζω τε καὶ ἐλάττω, πάντα ἐκεῖθεν. Majora & minora, inde omnia manant.* Apostolus pariter de Deo, *ad Rom. c.* 11. *v.* 36. *Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Ex eo, per eum, & in ipsum sunt omnia.* Et *ad Cor. Ep.* 2. *c.* 5. *v.* 18. *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. Hæc avtem omnia sunt ex Deo.* Lavdat itaqe cum primis Chrysippus Homericum illud, *Il. ὁ. v.* 109. de Jove enunciatum;

Τῷ ἔχεθ' ὅτλικον ὕμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ,
Ἢ ἀγαθόν ---
Pendet ab hoc, qodcunqe malúmve bonúmve qibúsqe
Immissum fuerit. ---

Plutarchus *de Stoic. contrad. c.* 47. qanqam ἢ ἀγαθὸν illud apud Homerum non habetur, sed videtur esse Chrysippi; cui non infreqens illud, Homericis à se lavdatis de suo aliqid liberaliùs adjicere.

Πρόσεστι δὲ καὶ ἀναγκαῖον] *Necessarium*, & qoad nos: qia *hanc rerum conditionem mutare non possumus*, ut Seneca *Epist.* 107. & qoad Naturam ipsam qoqe, si Stoicis credimus, *qa aliter non potest*, ut noster hîc *l.* 4. §. 9. tum qia *artifex materium mutare non potuit*, *ut* Seneca *de provident. c.* 5. tum qia *nec aliter universi commodo consuli potuit*, ut Chrysippus *de natur. l.* 2. apud Plutarchum *de Stoic. contradict. c.* 31. & *de commun. notit. c.* 13. Vide *infrà* ad §. 11.

Τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον] Qæ sibi invicem adversa sunt, ad totius tamen bonum & incolumitatem conspirant & conducunt. *Τῶν ἐναντίων ἡ φύσις ὀλίχεται, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον. Contrariorum appetens est natura, & ex iis consona conficit.* Aristotelis nomine avtor *de mundo c.* 5. qem latiùs hoc *ibidem* prosequentem vise sis. Seneca *Epist.* 107. *Contrariis rerum æternitas constat.* Epictetus *dissert. l.* 1. *c.* 12. *Διέταξεν ὁ Θεὸς θέρος εἶναι καὶ χειμῶνα, καὶ φορὰν καὶ ἀφορίαν, καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ πάσας τὰς τοιαύτας ἀναλογίας ὑπὲρ συμφωνίας τῶν ὅλων. Disposuit Deus, ut æstas esset & hyems, ut fertilitas & sterilitas, ut virtus & vitium, & omnes id genus repugnantiæ, ut inter sese universa consentirent.* De malis, & malitiâ etiam ipsâ, Chrysippus *de justit. l.* 1. *Κακίαν δὲ καθόλου ἄρας, ὅτε δύνατον ἐστιν, ὅτ' ἔχει καλῶς ἀρθῆναι. Vitia avtem in universum tolli neqe fas est, neqe expediret tolli.* & *de diis l.* 2. *Ὅτι τὰ κακὰ ἀπονέμεται κατὰ τὸν Διὸς λόγον. ἤτοι ἐπὶ κολάσει, ἢ κατ' ἄλλην ἔχουσάν πως πρὸς τὰ ὅλα οἰκονομίαν. Tribui mala secundum Jovis rationem, sive supplicii caussâ, sive alia ad universum respiciente administratione.* Et *de natur. l.* 2. *Γίνεσθαι καὶ ἡ κακίαν πως κατὰ τὸν φύσεως λόγον. καὶ ἵν' ὅτως εἴπω, οὐκ ἀχρήσως γίνεσθαι πρὸς τὰ ὅλα. Vitiositas fit qodammodo secundum rationem naturæ, atqe ut sic dicam, non inutiliter respectu universi.* Refert Plutarchus de Stoic. contradict. *c.* 31. 32. qi subjungit tamen. *Δεινὸν τοῦτο, τὸ καὶ γίνεσθαι τὴν κακίαν καὶ κολάζεσθαι κατὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον. Indigna res est, & fieri & puniri peccata secundum Jovis*

a Inf. §.4. Φέρον, [a] ἅ μέρος εἶ. [b] παντὶ ᾧ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, ὃ φέρει ἡ ἅ ὅλη φύσις, καὶ ὃ σκείνης ἐστὶ
b L.6.§.44. σωστικόν. [c] σώζουσι δὲ κόσμον, ὥσπερ αἱ τῶν στοιχείων, ἕτως καὶ αἱ τῶν συγκεμμάτων μεταβολαί. [d]
c L.4.§.46. παῤῥησί σοι ἐρκείτω, ἀεὶ δόγματα ἔχω. [e] τῷ ᾧ τῷ βλίων δίψαν ῥίψον, ἵνα [f] μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς,
d L.3.§.13. ἀλλὰ [g] ἵλεως ἀληθῶς, καὶ ἀπὸ καρδίας [h] εὐχάρις τοῖς θεοῖς.
e Sup. §.2.
f L.3.§.1. & l.8.§.18. l.9.§.37.
g Inf. §.17. L.5.§.33. l. 8.§.45. l.9. §.3. l.12.§. 36.
h L.4.48.

jus tu pars es, utilitas. illud eſt avtem parti unicuique bonum, qod univerſi fert natura, qódqe ad eandem conſervandam conducit. porrò conſervant mundum hunc, ſicut elementorum, ità & concretorum ex his mutationes. Iſta tibi ſufficiant: decretorum vice jugiter ſint. librorum verò ſitim pelle; ut nè murmurans moriaris, ſed verè propitius, Deóqe ex animo gratus.

§.4.

ANNOTATIONES.

vis rationem. Non abhorrent tamen etiam noſtri. Auguſtinus apud Proſperum *ſent.* 140. ex *Civit. Dei l.* 11. *c.* 18. unde & Proſper corrigendus. *Nullum Deus vel angelorum vel hominum crearet, qem malum futurum eſſe præſciſſet, niſi pariter nóſſet, qibus eos bonorum uſibus commendaret, atqe ità ordinem ſeculorum tanqam pulcerrimum carmen, etiam ex qibuſdam qaſi antithetis boneſtaret.* Videri poſſunt, qæ de eodem argumento habet idem *ibid. c.* 22. Idem *de Geneſ. ad lit. l.* 11. *c.* 9. à Petro Longobardo *ſent. l.* 2. *diſt.* 21. §. 1. lavdatus. *Cur eos creavit, qos tales futuros eſſe præſciebat? qia ſicut prævidit, qid mali eſſent facturi, ſic etiam prævidit, de malis factis eorum, qid boni eſſet ipſe facturus.* Et in *Enchir. c.* 96. *Qamvis ea qæ mala ſunt, in qantum mala ſunt, non ſint bona: tamen ut non ſolum bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Nam niſi eſſet hoc bonum, ut eſſent & mala, nullo modo eſſe ſineretur ab omnipotente bono: cui proculdubio qàm facile eſt qod vult facere, tam facile eſt qod non vult eſſe non ſinere.* Videatur Magiſter *Sent. l.* 1. *diſt.* 46. §. 4. — 10. Auguſtinus idem deniqe *adv. Jul. l.* 5. *c.* 3. *Non enim qenqam malorum Deus temerè ac fortuitò creat, avt qid de illis boni operetur ignorat, cùm & hoc ipſum bonum operetur, qod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem ſeculi præſentis exornat.* Vide *ad l.* 5. §. 8.

[a] Οὐ μέρος εἶ] Ità paſſim noſter. Vide *infrà ad* §. 9. & *ad l.* 7. §. 13.

Παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθόν] Vide *l.* 4. §. 23. & *l.* 10. §. 20.

Σώζουσι δὲ κόσμον αἱ μεταβολαί] Elegantiſſimè Avtor *de mund. c.* 5. Τῶν ἐπὶ μέρους, τὰ μὲν γίνεται, τὰ δὲ ἀκμάζει, τὰ δὲ φθείρεται. καὶ αἱ μὲν γενέσεις ἐπαναπίλλουσι τὰς φθοράς· αἱ δὲ φθοραὶ κηδίζουσι τὰς γενέσεις, μία δὲ ἐκ πάντων περαιουμένων σωτηρία διατελεῖ, ἀντιπεριῤῥαμένων ἀλλήλοις, καὶ τότε μὲν κρατούντων, τότε δὲ κραλωμένων, φυλάττει τὸ σύμπαν ἄφθαρτον δι' αἰῶνος. *Singularum rerum alia oriuntur, alia vegetantur, & alia occidunt: cum interim ortus compeſcant graſſantes interitus, rurſuſqe interitus rerum levent ortus exuberantes. Unica vero ex omnibus conflata incolumitas permanet ipſa in avum: cum inter ſe rebus ex adverſo obſiſtentibus, & cedentibus viciſſim atqe prævalentibus univerſitas conſervetur in ſempiternum, noxam nullam contrahens.* Maximus Tyrius *Diſſert.* 25. Ἃ δὲ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθοράς, καὶ ἐφ' οἷς ὀδυρόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης κακεῖ σωτηρίαν τοῦ ὅλου. μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου. τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη κακοῦσθαι ὑπὲρ τοῦ ὅλου. *Qæ enim nos mala, qæ corruptiones dicimus, qæ lugemus, ea conſummationem totius vocat. Qia totum reſpicit, cujus cauſâ neceſſe eſt corrumpi partes.* qem & vide ulterius *ad l.* 4. §. 46. Tertullianus *de pallio c.* 2. *Diverſa in unum; ex demutatione diverſa ſunt. Denique diverſitatis diſcordiam vices fœderant. ità mutando erit mundus omnis, qi & diverſitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Idem *Apologet. c.* 48. *Lux qotidie interfecta reſplendet, & tenebræ pari vice decedendo ſuccedunt. Sidera defuncta reviviſcunt. Tempora ubi finiuntur, incipiunt. Fructus conſumuntur, & redeunt. Certè ſemina, non niſi corrupta & diſſoluta, fœcundius ſurgunt. omnia pereundo ſervantur: omnia de interitu reformantur.* Et *de reſurr. c.* 12. *Reverâ fœnore interitu, injuriâ uſurâ; damno lucro, univerſa conditio recidiva eſt. Qodcunqe conveneris, fuit: qodcunqe amiſeris, nihil non iterum eſt. Omnia in ſtatum recidunt, cùm abſceſſerint: omnia incipiunt, cùm deſierint. ideò finiuntur, ut fiant. nihil deperit, niſi in ſalutem.* Vide noſtrum, *l.* 5. §. 8. & *l.* 6. §. 15. & *l.* 8. §. 18. & *l.* 12. §. 23.

Τὴν δὲ τῶν βιβλίων δίψαν ῥίψον] Ità *ſuprà* §. 2. Ἄφες τὰ βιβλία. *Mitte libros.* Iſidorus Sophiſta Damaſcio referente, apud Photium *codic.* 242. Βιβλίων τὸν ὁμιλοῦντα παρητεῖτο, πολυδοξίας μᾶλλον ἄτιλον ὄντα, ἢ πολυνοίας. *Librorum copiam repudiabat, tanqam opinionis magis qàm mentis avgenda inſtrumentum.* Seneca *de tranq. c.* 9. *Qo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, qarum dominus, vix totâ vitâ ſuâ indices perlegit? onerat diſcentem turba, non inſtruit: multòqe ſatius eſt paucis te avtoribus tradere, qam errare per multos.* Idem *ad Lucil. Epiſt.* 45. *Librorum iſtic inopiam eſſe qereris. non refert qàm multos, ſed qàm bonos habeas. qi qo deſtinavit pervenire cupit, non per multa vagetur. non ire iſtud, ſed errare eſt.* & *Ep.* 81. *At enim delectat artium notitia multarum. Tantum ſtaqe ex illis retineamus, qantum eſt neceſſarium. an tu exiſtimas reprehendendum, qi ſupervacua uſui ſibi comparat, & pretioſarum rerum pompam in domo explicat; non putas eum, qi occupatur in ſupervacua literarum ſupellectile? Plus ſcire velle qàm ſit ſatis, intemperantia genus eſt.* & *Ep.* 2. *Illud vide,*

nè iſta lectio multorum avtorum, & omnis generis voluminum, habeat aliqid vagum & inſtabile. certis ingeniis immorari & innutriri oportet, ſi velis aliqid trahere, qod in animo fideliter ſedeat. nuſqam eſt qi ubiqe eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. idem accidat neceſſe eſt eis, qi nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim & properantes tranſmittunt. non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qi ſtatim ſumptus emittitur. nihil aqè ſanitatem impedit, qàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem, in qo crebrò medicamenta tentantur. non convaleſcit planta, qa ſæpe transfertur. nihil tam utile eſt, qod in tranſitu proſit. diſtrahit animum librorum multitudo: itaqe cùm legere non poſſis qantum habueris, ſat eſt habere qantum legas, ſed modò, inqis, hunc librum evolvere volo, modò illum. Faſtidientis eſt ſtomachi, multa deguſtare: qæ ubi varia ſunt & diverſa, inqinant, non alunt. probatos itaqe ſemper lege: & ſi qando ad alios divertere libuerit, ad priores redi. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 26. Νῦν δὲ μὴ δυνάμενοί τινες τὸν ψωμὸν καταπίνειν, συνλάξεις ἀγοράζοντες, ἐπιβάλλονται ἐσθίειν. διὰ τοῦτο ἐμοῦσιν, ἢ ἀπεπλοῦσιν. *Nunc nonnulli deglutire buccellam non poſſint, volumina emunt, eáqe devorare conantur: unde fit, ut avt revomant, avt crudi-tate laborent.* Et Polybius *hiſt. l.* 3. *c.* 57. Ἀγνοοῦσι παραπλήσιόν τι πάσχοντες τοῖς λιχνοῖς τῶν δειπνητῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πάντων ἀπογευόμενοι τῶν παρακειμένων, ὅτε καλὰ τὸ παρὸν ὀδοὺς ἀληθινῶς ἀπολαύσει τῶν βρωμάτων, ὑπ' εἰς τὸ μέλλον ὠφέλιμον ἐξ αὐτῶν τὴν ἀνάδοσιν καὶ τροφὴν κομίζονται, πᾶν δὲ τἐναντίον. οὕτε περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τὸ παραπλήσιον ποιοῦντες, ὅτε τῆς παραυτίκα διαγωγῆς ἀληθινῶς, ὅτε τῆς εἰς τὸ μέλλον ὠφελείας τοιχάζονται. *Non animadvertunt iſti, idem ſibi uſu venire, ac catillonibus convivis, qi ſingula ſercula deguſtando, neqe in præſentia ullam veram voluptatem è cibis capiunt: neqe in poſterum utile ex eorum digeſtione alimentum ferunt: ſed omnia potius contraria experiuntur. Simillimè & illi, qi parem animum ad librorum lectionem afferunt, neqe in præſentia verè ſe oblectandi, neqe in poſterum proficiendi rectam ineunt viam.*

Ἵλεως ἀληθῶς] Ità *l.* 4. §. 48. ἵλεων καταλύσαι, *propitium decedere.* & *l.* 5. §. 33. Τί δ' περιμένεις ἵλεως, *qin ergo expectas placidus.* & *l.* 8. §. 47. ἄπιθι εὐμενὴς καὶ ἵλεως. *diſcede æqo animo & propitius.* & *l.* 12. §. 36. ἵλεως ἄπιθι. *diſcede ergo propitius.* De Socrate Plato in *Phædon. pag.* 186. *E.* & ex Platone Plutarchus *de malit. infelic. pag.* 499. *B.* καὶ ὡς λαβὼν, (cicutæ poculum, qo interiit, vult) καὶ μάλα ἵλεως, *iſqe accepit hilariter admodum.* — μάλα εὐχερῶς καὶ εὐμόλως ἐξέπιε. *facilè admodum alacriterqe ebibit.* De Cephiſodoro à vulnere moribundo, Plutarchus idem *de Socrat. genio, pag.* 597. *F.* Τῷ Πελοπίδᾳ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλε, καὶ τὰς ἄλλας ἀσπαζόμενος ἅμα, ἵλεως ἐξέπνευσε. *Pelopida dextram injecit, reliiſqe conſalutatis placidè ſimul exſpiravit.* Apulejus *de Philoſoph. Jam ille diem mortis ſuæ propitius, nec invitus expectat.* Seneca *Epiſt.* 30. *Magna res eſt hæc & diu diſcenda, cùm adventat hora illa inevitabilis, æqo animo abire.* & *Ep.* 61. *Benè mori eſt libenter mori.* Vide *l.* 3. §. 5. ἕυλυτος. *promptus diſcedere.*

[b] Εὐχάρις τοῖς θεοῖς] qod eleganti ſimilitudine expreſſit *l.* 4. §. 48. Ὡσανεὶ ἐλαία πέπειρος γενομένη, ἔπιπτεν, εὐφημοῦσα τὴν ἐπιγεῖσαν, καὶ χάριν εἰδυῖα τῷ φύσαντι δένδρῳ. *Perinde ac oliva maturitatem adepta ceciderit, naturam qa protulit collavdans, arboriqe è qa prodiit, gratias agens.* Præclariſſimè in hanc ſententiam Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 541. *A.* Ἀπολιπὼν δὲ τὴν οἴκησιν καὶ τὴν κλῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν, ἀπροσπαθῶς. προθύμως τῷ ἀπάγοντι τὸν βίον συνεπόμενος. ἑδαμῶς ὀπίσω κατ' ἐδεμίαν ἀφορμὴν ἐπιστρεφόμενος. εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ. *Habitationem avtem & poſſeſſionem, ſicut etiam uſum, relinqens, nullâ motus perturbatione: prompto & alacri animo eum ſeqens, qi è vita abducit: nullâ occaſione ſe unqam convertens, de incolatu qidem agens gratias, benedicens avtem propter exitum.* Sed & Epictetus *Diſſert. l.* 2. *c.* 18. Τί δ' ὁ νόμος ὁ θεῖος; τὰ ἴδια τηρεῖν, τῶν ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθυμητικοῖς εἶναι. ἀλλὰ διδομένοις μὲν χρῆσθαι, μὴ δεδομένα δὲ μὴ ποθεῖν. ἀφαιρεμένου δέ τινος, ἀποδιδόναι εὐκόλως, καὶ αὐτόθεν χάριν εἰδότα, ὅ ἐχρήσατο χρόνῳ. *Qid avtem lex divinitus præſcripta jubet? ſua tueri, & aliena ſibi non vindicare; ſed iis & cum dantur uti, & cum non dantur, ea non deſiderare; & cum qis eripit, reſtituere expedire, & ſtatim habere gratiam pro eo tempore qo utenda dedit.* & *l.* 3. *c.* 26. Οὐχὶ ἐκεῖνός σε εἰσήγαγεν, ὡς συμπολιτεύσοντα ἑαυτῷ καὶ συνιερατεύσοντα πρὸς ὀλίγον; ὅ

θέλεις

§. 4. Memento, quamdiu ista diftuleris, & qoties opportunitates à Diis tibi oblatas neglexeris. tandem advertas oportet, cujusnam mundi pars sis, & cujusnam mundi rectoris propago. sed & præ-

§. 4. [a] Μέμνησο. ὃν πόσα πεπτα ἀναβάλλη, καὶ ὁποσάκις προθεσμίαν λαβὼν οὐδὲ τ θεῶν δὲ χρᾶ αὐταῖς [b]. δεῖ ἤδη ποτε αἰσθέσθαι, τίνος [c] κόσμε μέρος εἶ, καὶ τίνος [d] διοικοῦντος τ κόσμον

a L. 3. §. 14.
b τοῖς Lug. An.
c Sup. §. 3. l. 4. §. 14. l. 8. § 7.
d L. 6. §. 1. 5.

ANNOTATIONES.

δίλεις ἦν, ἕως δίδοταί σοι, θεασάμενος τὴν πομπὴν καὶ τὴν πανήγυριν, ἔπειτα ἄρας σ' ἐξάγῃ, πορεύεσθαι προσκυνήσας, καὶ εὐχαριστήσας ὑπὲρ ὧν ἤκουσας καὶ εἶδες; *Nonne ille te introduxit ut cœtum sium, & ad exiguum tempus celebritati interfuturum? Non vis igitur, dum tibi datum est conspectâ pompâ & celebritate, cum te eduxerit, abire adorato illo, & gratiis actis de iis qæ audivisti & vidisti?* Vide & qæ Epictetus idem *l.* 3. *c.* 5. *ad l.* 6. §. 30. repræsentanda.

§. 4. Μέμνησο ἔκ πόσα ταῦτα ἀναβάλλῃ] *distuleris ista.* Xylander rectè. Sincerum enim vas incrustant, Lugdunensis editor, dum ἀναβάλλῃ exhibet; annotator, dum ἀναβάλλεις substituit. Democritus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 29. Τὸ ἀεὶ μέλλειν ἀτελείας ποιεῖ τὰς πρήξιας. *Cunctatio jugis actiones imperfectas facit.*

Ἀεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄζηοι παλαίει.
Dilator nunqam non conflictabere damnis.

Hesiodus *oper. l.* 1. & ex Hesiodo Epictetus *l.* 2. *c.* 18. Epicurus apud Stobæum *ibidem tit.* 16. Γεγόναμεν ἅπαξ, δὶς οὐκ ἔστι γενέσθαι. δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μηκέτ' εἶναι. σὺ δὲ τῆς ἀυρίου οὐκ ὢν κύριος, ἀναβάλλῃ τὸν καιρόν. ὁ δὲ πάντων βίος μελλησμῷ παραπόλλυται. *Semel nati sumus: bis nasci non licet. sed finiri ævum necesse est. Tu verò cùm nec crastini sis dominus, tempus (qod datur) tempestivum differs, ità cunctorum vita cunctatione disperditur.* Dum ut Manilius *l.* 4.

Victuros agimus semper, nec vivimus unqam.

scitéqe ac festivè Flaccus *Epist.* 2.

--- qi rectè vivendi prorogat horam,
Rusticus expectans dum defluat amnis. at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.

Seneca *Epist.* 45. *Multos ipsa transit vita, dum vita instrumenta conqirunt. nullius non vita spectat in crastinum. qid in hoc sit mali qæris? infinitum. non enim vivunt, sed victuri sunt. omnia differunt. etiamsi attenderemus, tamen nos vita præcurreret: nunc verò cunctantes, qasi aliena transcurrit; & ultimo die finitur, omni perit.* Idem *de vit. brev c.* 9. *Maxima jactura vitæ, dilatio est. illa primum qemqe extrahit diem: illa eripit præsentia, dum ulteriora promittit. maximum vivendi impedimentum est expectatio, qæ pendet ex crastino, perdis hodiernum. qod in manu fortunæ positum est, disponis: qod in tua, dimittis. qò spectas? qò te extendis? omnia qæ ventura sunt, in incerto jacent, protinus vive.* Spectant horsum Martialis illa toties repetita, qibus ille tamen ad vitam ἀπολαυστικὴν suos neqiter instigat, monita; *l.* 1. *Ep.* 16.

Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam:
Sera nimis vita est crastina: vive hodie.

Et *l.* 5. *Ep.* 60.

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.
Dic mihi, cras illud, Postume, qando venit?
Cras vives: hodie jam vivere, Postume, serum est.
Ille sapit, qisqis, Postume, vixit heri.

Et,

Qisqam vivere, cùm sciat, moratur?

ibidem Ep. 21. &,

--- properat vivere nemo satis.

l. 2. *Ep.* 90. & *l.* 8. *Ep.* 44.

Titulle, moneo, vive semper: hoc serum est.
Sub pædagogo cæperis licet, serum est.
At tu, miser Titulle, nec senex vivis.

Vide ad §. 2. γέρων εἶ. Nigrinus pariter, referente Luciano, Παρήνει τοῖς συνοῦσι, μὴ ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ τὰς πολλὰς ποιεῖν, προθεσμίας ὁριζομένους ἑορτὰς, ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τοῦ μὴ ψεύσασθαι, καὶ τὰ δέοντα ποιήσειν. ἠξίου γὰρ ἀμέλητον εἶναι τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμήν. *Præcipiebat audistoribus suis nè bonum differrent, id qod multi faciunt, præstituentes sibi diem certum aliqem, festum puta solenne conventúmve celebrem, ad qem nihil amplius mentiri, eáqe qa oporteat exeqi incipiant. postulabat enim ut semotâ cunctatione omni, qod honestum esset, aggrederentur.* Sed & dilationem geminam tangens taxánsqe Gregorius Nazianzenus *Orat. de Bapt.* §. 22. Τί τὸ καὶ τὸ σκέπτῃ, καὶ προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἀμαθίαις; μενῶ τὰ φῶτα. τὸ πάσχα μοι τιμιώτερον. τὴν πεντηκοστὴν ἐκδέξομαι. *Hoc & illud cavissaris, atqe excusas excusationes in peccatis, Luminum diem exspecto: Paschatis festum pluris facio: Pentecosten exspectabo.* Basilius Cæsar *exhort. ad Bapt. p.* 476. *D.* Τί ὀκνεῖς, καὶ βουλεύῃ, καὶ διαμέλλεις; πειρασὴς διὰ βίου; καθάσκοπος μέχρι γήρως; πίρυσι, τὸν παρόντα καιρὸν ἐξεδέχου. νῦν πάλιν, ἀναμένεις τὸν ἐπιόντα. ὅρα μὴ ἐυρεθῇς μακροθεσμίας τῆς ζωῆς τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος. οὐκ οἶδας, τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· μὴ ὑπαγγέλλε τὰ μὴ σά. *Qid cunctaris? avi qid deliberas? qid exspectas? Per omnem vitam experimentum capis, exploras usqe ad senectutem. Anno superiore hunc diem præstolabare, nunc iterum futurum exspectas? Vide ne longiores tua vita promissiones tua fuisse reperiantur: nescis qid dies crastina sit advectura: qe tibi qæ non tua sunt, in tua putes esse potestate.* Epictetus denique *enchir. c.* 50. Ἂν τοίνυν ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, καὶ προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν δὲ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. *Itaqe si neglexeris & cessaris, ac subinde mora moram, proposito propositum adjunxeris, ac dies alios post alios constitueris; non animadvertes, nihil te profecisse, sed hominem plebejum fore tam viventem qàm morientem.* Vide *ad l.* 3. §. 4. & *l.* 8. §. 22.

Ὁποσάκις προθεσμίαν λαβὼν, ἃ χρᾷ αὐταῖς] *Nihil adest*, inqit Xylander, *ad qod illud αὐταῖς referri possit.* itaqe mutila esse suspicatur ista. Sed immeritó. Adest enim ad qod referatur, προσθεσμία collectivè sumpta. éstqe transitio à numero ad numerum havd infreqens. Sic enim Pythagoras in *aur. carm. n.* 27.

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλῃται.
Consultâ ante opus, ne qid stulti committas.

Evripides *Helen. n.* 948.

--- ὅστις ἐκ παιρὸς χρηστῆ γεγὼς,
Εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τὸν τρόπον.
--- qicunqe ex bono patre natus,
Eosdem mores habet, qos parentes.

Synesius in *laud. Calvit. pag.* 85. Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφόν. πῶς δ' οὐχὶ σοφὸν, περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶ, τὰ παλαιᾶς εἰσὶ φιλοσοφίας ἐγκαταλείμματα; &c. *Qod si sapiens dictum proverbium est. Qidni enim sapiens sit, qum de iis sentiat Aristoteles vetustioris Philosophiæ reliqias esse*, &c. Libanius *in Florent. Orat.* 14. *p.* 428. *A.* Διαφεύγει δὲ οὐδὲ νευροῤῥάφος, ὃς ἐγὼ πολλάκις εἶδον τῇ σμίλῃ εἰς ὕψος αἴροντας, ὁμοῦντας ἐν αὐτῇ τὰ πάντα εἶναι σφίσιν. *Nec verò effugit nervorum sutor sartorqe: qos ego sæpe vidi scalprum in cælum tollentes, adjurare in ipso scalpro omnia sibi reposita esse.* Epiphanius *hæres.* 67. §. 4. Αἱ ἐδωδαὶ αἱ καλλίσταὶ, διδόμεναί τινι πυρέτλοντι, πικραὶ ἐν τῷ στόματι ἀνδρῶν φαίνονται. *Exqisitissimi cibi, si febri laboranti dederis, amari in illorum ore videbuntur.* Dio, an Xiphilinus, in *Severo pag.* 857. *E.* Δηθεὶς ποτε κεστρέως, ὃς ἡ λίμνη μεγάλως ἐκτρέφει. *Qum mugilem postularet, qos maximos ille fert locus.* Marcus ipse *l.* 4. §. 50. ἤ εἴ τις τοιοῦτος, ὁι πολλοὺς ἐξήνεγκαν. *Si qis alius hujusmodi, qi postqam multos extulerant.* & *l.* 5. §. 6. ubi dixerat. ὁ δέ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν ὃ πεποίηκεν. *Est & qi, qid fecerit, qodammodo ne novit qidem.* --- &, ἄνθρωπος δ' ὑποιήσας. *Homo, ubi benefecerit.* Subjungit: ἐν τούτοις ἓν εἶναι δεῖ. *In horum ergò numero esse oportet.* Virgilius *Æn. l.* 8.

Fulmen erat, toto genitor qa plurima cælo
Dejicit in terras. ---

Terentius Evnuch. 1. 2.

--- evnuchum dixti velle te,
Qia sola utuntur his regina.

Et in prologo.

Si qisqam est, qi placere se studeat bonis
Qàm plurimis, & minimè multos ladere;
In his poeta hic nomen profitetur suum.

Cicero pro Milone: *Si tempus est ullum hominis necandi, qa multa sunt.* In sacra pagina, Rex Psaltes *Psalm.* 127. *v.* 5. de liberis agens, qos sagittis superiùs contulerat: *Beatus vir ille, qi pharetram suam istis impleverit: non confundentur, ubi cum adversariis suis in porta disceptabunt.* Et *Psalm.* 140. *v.* 9. *Nè concedas improbo desiderium ipsius; cogitationem sceleratam ejus nè provehas: alioqi efferent illi sese.* Rex Parœmiastes *c.* 24. *v.* 24. *Dicentem improbo, Justus es, execrabitur populus: --- corripientibus verò illos, pulcrè erit.* Pavlus deniqe *ad Timoth. Epist.* 1. *c.* 2. *v.* 15. Σωθήσεται δὲ διὰ τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ. *Servabitur tamen liberos gignendo, si manserit in fide ac charitate*, &c. qod posterius membrum non ad *liberos*, utì Hieronymus voluit *ad Salvin.* & *adversus Jovin. l.* 1. *q.* 1. sed ad *mulieres* ipsas referendum esse, claret per se satis, & ab interpretibus plerisqe tum antiqioribus tum & recentioribus agnoscitur. Nihil itaqe opus, cum Annotatore Lugdunensi pro αὐταῖς istic αὐτοῖς reponere: *non uteris*, inqitis, *illis, qa in aliud tempus differs.* imò, *non uteris occasionibus & opportunitatibus ad ista tibi divinitùs concessis.* Vide *l.* 4. §. 29. Neqeo tamen manum de tabula, nisi & si Petri illud ex *Epist.* 2. *c.* 3. *v.* 1. cùm tam geminum sit Marci huic, qàm est ovum ovo, lac lacti, adjecero: ταύτην ἤδη δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν. *Secundam hanc epistolam scribo, in qibus*, vel, *qibus, mentem sinceram vobis monitione repetitâ suscito.*

Τίνος κόσμου μέρος εἶ] Idem ferè *suprà* §. 3. & *infrà* §. 9. & *l.* 10. §. 6. Vide *ad l.* 3. §. 4. & Calavbonum *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 72.

--- humanâ qà parte locatus es in re.

Τίνος διοικοῦντος τὸν κόσμον ἀπόῤῥοια] secundùm partem potiorem dictum hoc, mentem videlicet, qam Θείαν ἀπόμοιραν, *portionem divinam*, superiùs dixerat, §. 1. Ità Sapientiâ Pseudo-Solomoni, sive is Philo, ut veteres qidam, sive alius qis fuerit, dicitur. *c.* 7. *v.* 15. ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης.

σμον a ἀπόῤῥοια ὑπάρξης. καὶ ὅτι b ὅρος ἐστί σοι περιγεγραμμένος τῷ χρόνῳ, ᾧ ἐὰν c εἰς τὸ μὴ k ἀπαιθριάσαι χρήσῃ, οἰχήσεται, καὶ οἰχήσῃ, καὶ αὖθις οὐκ ἥξεται.

§. 5. Πάσης ὥρας φρόντιζε εὐκαρῶς, e ὡς Ῥωμαίῳ; καὶ f ἄῤῥεν, g τὸ ἐν χερσὶ μὴ τῆς

scriptum esse tibi temporis terminum: quod nisi ad animum serenandum accommodaveris, avolaturum est illud; te simul abrepto, nec deinceps redi-turum.

§. 5. Cura hæc jugiter incumbat tibi, ut qicqid in manibus est, strenuè peragas, prout Romanum,

a Sup. §. 1.
b Inf. §. 6. l. 4. §. 17. 28.
c μὴ εἰς τὸ
d L. 8. §. 28.
e ὁ Ῥωμ. Cas. L. 6. § 44.
f L. 1. §. 2. l. 3. §. 5. l. 4. §. 3.
g L. 3. §. 12. l. 6. §. 2. l. 7. §. 17. 29.

ANNOTATIONES.

propago gloria Dei omnipotentis. Et Clemens Alexandrinus in *hortat. pag.* 45. *A.* Πᾶσιν γὰρ ἁπλῶς ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς περὶ τοὺς λόγους ἐνδιατρίβουσιν, ἐπίσκιάζει τις ἀπόῤῥοια θείας. *Omnibus enim simpliciter hominibus, maximè autem iis, qi versantur in doctrina & literis, instillatus est qidam divinus influxus.* Idémque *Strom. l.* 5. *pag.* 590. *D.* ex Platonis sententia; τὸν νοῦν ἐν τῇ ψυχῇ θείας μοίρας ἀπόῤῥοιαν ὑπάρχειν. *Mentem sortis divinæ in anima effluxionem esse.*

Ὅρος ἐστί σοι περιγεγραμμένος τῷ χρόνῳ] Ità Job. *c.* 7. *v.* 1. *Annon est tempus præfinitum homini?* id enim עבא designat, à re militari tractum vocabulum. atqe ità reddidit Junius *ibidem c.* 14. *v.* 14. Idem *c.* 14. *v.* 5. *Præcisi sunt dies hominis: & penes Deum numerus mensium ejus: ipse terminos vitæ illius constituit, qos transgredi neqeat.* Fuscus apud M. Senecam *Svasor.* 2. *Statuta nascentibus in finem vitæ dies est.* L. Seneca *ad Marc. consol. c.* 20. *Fixus est cuiqe terminus; manebit ubi positus est; nec illum aut diligentia aut gratia promovebit.* Idémqe *Herc. fur.*

Certo veniunt ordine Parcæ:
Nulli jusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.

Vide *ad l.* 8. §. 20. & *l.* 12. §. 33.

Ὦ, ἐὰν εἰς τὸ μὴ ἀπαιθριάσαι χρήσῃ] Legendum transpositis voculis, ᾧ ἐὰν μὴ εἰς τὸ ἀπαιθριάσαι χρήσῃ, vel, ᾧ ἐὰν εἰς τὸ ἀπαιθριάσαι μὴ χρήσῃ. Vulgaris siqidem lectio avtoris menti ex diametro est adversa. Est avtem τὸ ἀπαιθριάζειν, αἰθρίαν ἤτοι εὐδίαν ἄγειν, *serenare*, sive *nubibus discussis serenitatem inducere*: cui opponitur συνεφοῦν, qod est τὸ νέφη συνάγειν, *nubes cogere* & obducere, sive obnubilare. docet id Svidas ex Aristophanis isto;

— τί γάρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;
Ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας, ἢ συνεφεῖ;
— Jupiter qid nunc agit?
Cæli faciem serenat, anne obnubilat?

ἔστι δὲνὴ αἰθρία οὐδὲν ἄλλο πλὴν αἰὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος, ἀνίσκιαλος ὅσα τῇ ὁμίχλῃ. *Serenitas nihil aliud est qam aer nubibus nebulaqe vacuus, nebulæ adversaria.* Avtor *de Mund. ad Alex. c.* 4. De mentis serenitate Marcus noster hic usurpavit; eodem qo de Superis sensu Lucretius *l.* 2.

— prob sancta Deûm tranqilla pectora pace,
Qæ placidum degunt ævum, vitamqe serenam!

Et de sole, sed nimium qàm soli tribuens, Plinius *l.* 2. *c.* 6. *Hic cæli tristitiam discutit, atqe etiam humani nubila animi serenat.* id est, ἀπαιθριάζει. Sicut contrà *caligare* Pacuvius de tristitia dixit, in Atalanta,

Qid istuc? voltum qæ caligat tristitas?

ità lege, pro eo qod apud Nonium perperam editur, *alligat tristitias.* qo loco legendum & *Tristitas* (non *Tristitias*) *pro tristitia.* & διαβολὴν Apollonius apud Philostratum *l. i. c.* 5. de vino, διαβολὴν τὸν ἐν ψυχῇ αἰθέρα. *Sudum ac serenum mentis obturbare*; sive *turbidum ac nubilum reddere.* Et Boethius *consolat. l.* 1. *c.* 7.

Nubila mens est,
Hac ubi regnant.

Et de vultu qidam apud Gellium *l.* 1. *c.* 2. *Ac nè eris qidem avt vultûs serenitatem Stoici hominis unqam ullâ posse agritudine obnubilari,* Deniqe αἰθρίαν καὶ γαλήνην eodem sensu in eodem argumento usurpavit Marcus, *l.* 8. §. 28. Miror avtem qid editori Lugdunensi in mentem venerit, ut qæ Xylander rectè verterat, *Qod qidem tempus tu non impenderis tranqillitati animi parandæ*; corrumpere voluerit sic reddendo, *Qod qidem tempus si otiosus intra parietes consumpseris.* Verùm non uno in loco bonum ille Xylandrum noxâ istiusmodi afflixit.

Οἰχήσεται καὶ οἰχήσῃ] Seneca *de vit. brev. c.* 9. *Clamat ecce maximus vates, & velut divino furore instinctus, salutare carmen canit;*

Optima qaqe dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit. —

qid cunctaris? inqit, qid cessas? nisi occupas, fugit: cùm occupaveris, tamen fugiet. itaqe cum celeritate temporis, utendi velocitate certandum est. velut ex torrente rapido, nec semper casturo, citò hauriendum est. & *ad Lucil. Epist.* 108. *Egregium illud Virgilii;*

— fugit irreparabile tempus.

Et,

Optima qaqe dies. — &c.
Prima fugit—

Nunqam dies dicit ire, sed fugere: qod currendi genus concitatissimum est. qid ergò cessamus nos ipsi concitare, ut velocitatem rapidissimæ rei possimus æqare? Vigilandum est: nisi properamus, relinqimur. agit nos, agiturqe velox dies. insciis rapi-

A *mur. omnia in futurum disponimus; & inter præcipitia lenti sumus.*

Καὶ αὖθις οὐκ ἥξεται] Cicero *de finib. l.* 2. *Non potest esse sapius dies, qi semel fuit.* Lucretius *l.* 1.

— fugit irrevocabilis ætas.

Et Virgilius *Georg. l.* 3.

— fugit irreparabile tempus.

Et *Æneid. l.* 10.

— breve & irreparabile tempus
Omnibus est vita.
— ut, Stygis irremeabilis unda.

B Eidem *l.* 6. *Ovid. art. l.* 3.

— eunt anni more fluentis aqa.
Nec qa prateriit, cursu revocabitur unda.
Nec qa prateriit, hora redire potest.

Avson. *Epigr.* 13.

Nec revocare potes, qi periere, dies.

Avgustinus *in Psalm.* 38. *Momentis transvolantibus cuncta rapiuntur: torrens rerum fluit: nihil de præterito revocatur.* Seneca *Epist.* 123. *Fluunt dies: & irreparabilis vita decurrit.* Et *de vit. brev. cap.* 8. *Nemo restituet annos; nemo iterum te tibi reddet. ibit, qà cæpit, ætas, nec cursum suum revocabit avt*
C *supprimet.* Avdaciùs pavlò deniqe, Phædrus *fab.* 89.

— tempus elapsum semel
Non ipse possit Juppiter reprehendere.

Qod avtem ille de *tempore* in universum, de *occasione*, qæ est, ut Cicero *de invent. l.* 5. *pars temporis habens in se alicujus rei ideoneam faciendi avt non faciendi opportunitatem*, havd minùs aptè dici potest. Philippus *anthol. l.* 4. *c.* 14. εἰς Καιρὸν ἄγαλμα.

Qid demissa à fronte coma? obvius ut capiat me.
Per Jovem! at à tergo qid sibi calvities?
Nempe simul pedibus qem præcurro citatis
D *Nemo volens me à tergo amplius arripiet.*

Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία, ταχύπτερος πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πλανοῖσι παραβρίξαντά με ποσσὶν,
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.

Callistratus item *imagin.* 6. Ἡ κατὰ τὸ μετώπου κόμη. τὰ δὲ ὄπισθεν πλοκάμων ἐλευθέρα, ὅτι προσιόντι μὲν αὐτῇ, λαβέσθαι ῥᾴδιον. παρελθόντι δὲ, ἢ τῶν πραγμάτων ἀκμὴ συνιζέχεται, καὶ οὐκ ἔστιν ὀλίγῳ ῥηθέντα λαβεῖν τὸν καιρόν. *Crinita frons est. à tergo crines non habet. qia illam accedentem facile est prehendere. discedente verò, negotiorum vis confluit, &*
E *occasionem elapsam parvo capere non licet.* Salubriter ergò Gregorius Nazianzenus. Δεῖ μὴ προϊέσθαι τὸν καιρὸν, δ. πάλιν τυχεῖν ἀμήχανον. *Occasionem non decet prætermittere, illam rursus assequi difficile est.*

§. 5. Φρόντιζε εὐκαρῶς] *enixè curato.* Casavbonus. ut cùm φρόντιζε conjungatur. at Xylander *ut fortitur peragas.* tanqam si ad πράττειν, qod sequitur, referatur. & huc potiùs accedo.

Ὡς Ῥωμαίῳ καὶ ἄῤῥεν] Casavbonus *ad Pers. Sat.* 1. adductis istis nostri verbis, in qibus tamen ὁ Ῥωμαῖος legit, (qod γεωφυρὸν an μνημονικὸν σφάλμα fuerit, incertum est) *Mollia*, inqit, *facta, dictaqe nec Romano nec masculi spiritûs viro conveniunt.* Noster *infrà l.* 3. §. 5. Ὁ ἔν
F σοι θεὸς ἔστω προστάτης ζῴου ἄῤῥενος καὶ Ῥωμαίου. *Qi in te residet Deus, præses sit animantis masculi & Romani,* & *l.* 4. §. 3. Ἐλεύθερον ἔσο, καὶ ὅρα τὰ πράγματα, ὡς ἀνὴρ. *Liber esto, rèsqe ipsas intuere, ut vir.* Vide & Gilbertum Cognatum *adagio.* Ἀνὴρ Ῥωμαῖος. & Gvilielmum Xylandrum *ad Plutarchi Paulum Æmylium.* Cassiodorus *l.* 2. *Ep.* 3. *Vixit inter nos, non consvetudine peregrinâ; sed gravitate Romanâ.* Nec *gravitatis* tantùm, sed *strenuitatis* nomine prædicantur *Romani.* unde Cordi Cremutii illud, qi C. Cassium *Romanorum ultimum* dixit. Tacit. *l.* 4.

Τὸ ἐν χερσί] i. e. τὸ παρὸν, *id qod in manibus*, vel *pra ma-*
G *nibus est.* ut *infrà l.* 3. §. 12. & *l.* 6. §. 2. Liviius, *l.* 4. *Cum tantum belli in manibus esset.* & *l.* 26. *omittere id qod in manibus erat, bellum coegerunt.* Plinius minor *l.* . *Ep.* . *Non vacat, qia vindemiæ in manibus.* Seneca *de benefic. l.* 4. *c.* 1. *Nihil tam necessarium, avt magis cum cura dicendum, qàm qod in manibus est.* Plavtus Bacchid. 4. 3.

Reddidi patri omne aurum, mihi qod fuerat pra manu.

Atqe est reverà τὸ παρὸν μόνον *in manu nostra.* Seneca *supra ad* §. 4. *de brev. vit. c.* 9. *Qod in manu fortuna positum est, disponis; qod in tua, dimittis.* Qod avtem ἐν χερσὶ hìc Marcus, Pindarus τὸ πρὸ ποδὸς, & τὸ παρὰ ποδὸς dixit. Vide *ad l.* 4. §. 21. qod Terent. *Adelph.* 3. 3. *qod ante pedes est*, dixit:

Istuc est sapere, non qod ante pedes modò est
Videre, sed etiam illa, qæ futura sunt.

Ἀπλάστῳ

num, virúmqe decet, cum exqiſita, nec accerſita tamen, gravitate, humanitate, libertate, juſtitiâ: animúmqe interim ab aliis omnibus cogitationibus abducas. abduces avtem, ſi tanqam vitæ tuæ noviſſimam, actionem unamqamqe peregeris; temeritate omni liberam, & declinatione per affectus vim à rationis dictamine; ſimulatione itidem, & amore ſui, eorúmqe qæ à numine deſtinata ſunt averſatione. Vides, qàm pavca ſint, qæ ſi qis tenuerit, proſperam ac divinam propemodum vitam degere detur. ſiqidem & dii ipſi nihil amplius exigent ab eo, iſta qi obſervaverit.

§. 6. Ignominiâ, ignominiâ, inqam, te afficis, ô anima. honorem avtem tibi tuum vindicandi, havd erit ampliùs opportunitas. fugit enim unicuiqe brevis ætas. ἀκριβῶς καὶ [a] ἁπλάσῃ σεμνότητι, καὶ φιλοσοργίας, καὶ ἐλευθερίας, καὶ δικαιότητι πρόσσειν. καὶ [b] σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἄλλων φαντασιῶν ποριζειν, ποριεῖς δ', ἂν [c] ὡς ἐσχάτην τὸ βίῳ, ἑκάστην πρᾶξιν ἐνεργῇς, [d] ἀπηλλαγμένην πάσης εἰκαιότητος, καὶ ἐμπαθῶς ἀποστροφῆς ἀπὸ τοῦ [e] αἱρέντος λόγου, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ φιλαυτίας, καὶ [f] δυσαρεστήσεως τοῖς [g] τὰ συμμεμοιραμένα. ὁρᾷς [h] πῶς ὀλίγα ἐστὶν, ὧν κρατήσας ἂν, δύναται [i] ἔυροον καὶ θεοδῆ βιῶσαι βίον; καὶ γὰρ οἱ θεοὶ πλέον οὐδὲν ἀπαιτήσουσι τοῦ τὰ παῦτα φυλάσσοντος.

§. 6. [k] Ὑβρίζε, ὕβριζε [l] αὐτὴν, ὦ ψυχή. τὸ [m] ἡμῆσαι σεαυτῇ [n] ἐκέτι καιρὸν ἕξεις. [n] ἕυ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. ἔτι

a L. 1. §. 9. l. 9. §. 29.
b L. 3. §. 4.
c Sup. §. 2. Inf. §. 11. l. 3. §. 12.
d Inf. §. 13. l. 6. l. 3. §. 4. l. 4. §. 2. l. 12. §. 20. 24.
e κρείττονος Lug.
f Sup. §. 2.
g L. 3. §. 4. & l. 6. §. 39.
h L. 4. §. 3. l. 10. §. 8.
i L. 5. §. 34. l. 7. §. 67. l. 10. §. 6.
k Ὑβρίσεις, vel, Ὕβρισες.
l Inf. §. 16.
m Sup. §. 4. βεβαχὺς Sal. εἰς Bor. φύγεις. t

ANNOTATIONES.

Ἁπλάσῃ σεμνότητι] commendat *gravitatem ſimplicem* ac *genuinam*; cui opponitur ἡ κατάπλασος βαρύτης, *fictitia gravitas*, ut Plutarchus *de audiend. pag.* 44. A. qam & σεμνότητα πεπλασμένην, *fictam gravitatem* Iſocrates in *Archidamo pag.* 254. ἐπίπλασον τῆς σεμνότητος ὑπόκρισιν, *fictam ſimulationem gravitatis* Clemens dixit, *pædag. l.* 3. *c.* 11. i. e. *gravitas ficta*, ſive *vultûs ſeveritas aſſimulata*, ut Ammianus *l.* 14. ſive *callida ſeveritatis ſimulatio*, ut Capitolinus in *Marco*; qà *nihil ineptius* pronunciat Petronius. ità *frontem aſſeverare*, dixit Apulejus, *metamorph. l.* 8.. i. e. *fictæ ſeveritatis perſonam induce*re, ut Caſſiodorus *l.* 1. *Ep.* 4. ità enim malim, qàm *inducere*, qòd vulgati exhibent. De Sexto *ſuprà l.* 1. §. 9. τὸ σεμνὸν ἀπλάσως, *gravitatem neutiqam perſonatam*. De P. Craſſo Cicero in Bruto §. 282. *Erat ſine arrogantia gravis, & ſine ſegnitie verecundus*. De Perſeo Rege contrà Polybius apud Svidam. κατὰ τὴν ἐπίφασιν εἶχεν ἐπισχύνιον. *Vultûs ſpeciem præ ſe ferebat ad ſeveritatem compoſitam*. Vide *ad l.* 3. §. 2. Et de Ariſtippo Tertullianus *apolog. c.* 46. *Ariſtippus in purpura ſub magna gravitatis ſuperficie nepotatur*. Plutarchus in *Pericle pag.* 154. E. Τὸν δὲ τοῦ Περικλέους τὴν σεμνότητα, δοξοκομπίαν τε καὶ τῦφον ἀποκαλοῦντας, ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτός τι τοιοῦτον δοξοκομπεῖν, ὡς τῆς περιποιήσεως αὐτῆς τῶν καλῶν ὑποκοισάσης τινὰ λεληθότως ζῆλον καὶ συνήθειαν. *Zeno eos, qi gravitatem Periclis jactantiam & faſtum nominant, ut amulentur hortatus eſt eam jactantiam: qòd inducat ſenſim ipſa ſimulatio rerum honeſtarum occultum amorem earum & aſſuetudinem.*

Ἂν ὡς ἐσχάτην τοῦ βίου ἑκάστην πρᾶξιν ἐνεργῇς.] Pulcerrimum plurimiqe momenti monitum. qod & *infrà* denuò inculcatur, §. 11. Ὡς ἤδη δυναμένῳ οὕτω ἐξιέναι τοῦ βίου, ὅτως ἕκαστα ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. *Ità qaqe facias cogitésqe oportet, ut qi conſeſtim è vitâ hac poſſis diſcedere*. Et *l.* 3. §. 12. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς ἐσπουδασμένως, ἐῤῥωμένως &c. καὶ τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καθαρὸν ἐσῶτα τηρῇς, ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀποδοῦναι δέον. *Si id qicqid eſt, qod jam inſtat, egeris ſedulò, ſtrenuè* &c. *& genium tuum purum integrúmqe ſervaveris, ac ſi illum ſtatim redditurus eſſes*. Et *l.* 7. §. 29. ἐννόησον τὴν ἐσχάτην ὥραν. *Cogita noviſſimam horam*. In eandem ſententiam Zaleucus in *legum* ſuarum *proœmio*, apud Stobæum *rom.* 2. *tit.* 42. Δεῖ ἕκαστον παρ' ἑκάστην πρᾶξιν δεῖ συνοικεῖν τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν, ὡς δὴ παρόντα. ὅτω γὰρ ἂν μάλιστα τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου φρονῇ. *Singulos oportet ſemper in ſingulis actionibus mortis tempus adeo ſuis cogitationibus familiare facere ac ſi præſens eſſet. Ità enim maximè honeſti juſtiqe cura vigebit*. Seneca *Epiſt.* 114. *Qicqid facies, reſpice ad mortem*. Idemqe de ſe *Epiſt.* 61. *Hoc animo tibi hanc epiſtolam ſcribo, tanqam cùm maximè ſcribentem mors evocatura ſit. paratus exire ſum*. Vide & *ad. l.* 3. §. 12.

Ἀπὸ τοῦ αἱρέντος λόγου] ἀπὸ τοῦ κρείττονος λόγου, *à meliore ratione* reſcribi poſtulat Annotator Lugdunenſis, nam interpres uterqe τοῦ αἱρέντος illud inſuper omnino habuit. Verùm nec mutandum qicqam, & vertendum, *à dictante ratione*, ſive *à rationis dictamine*. Uſitatum eſt λόγος αἱρεῖ. i. e. ἀξιοῖ, *dictat, poſcit, exigit*. Vide *ad l.* 4. §. 19. Reſtituenda vox eadem apud Epictetum *enchir. c.* 50. ubi διαιρέντα λόγον, ἀντὶ τοῦ αἱρέντα, perperam legitur. Vide *ad l.* 3. §. 4.

Συμμεμοιραμένα] qod *l.* 3. §. 16. συγκλωθόμενα.

Ὁρᾷς ὡς ὀλίγα] Antiſthenes apud Laërt. *l.* 6. *c.* 11. Τὴν ἀρετὴν τῶν ἔργων εἶναι, μήτε λόγων πλείσων δεομένην, μήτε μαθημάτων. *Virtutem operum eſſe, neqe verbis multis, neqe diſciplinis indigentem*. Hinc Alexandro Diogenes apud Dionem Pruſæum *Orat.* 4. *pag.* 65. Καὶ σὺ, ἐπειπερ ὕτω πέφυκας, ἐὰν τύχῃς ἐπισαμένου ἀνδρὸς, ἱκανή σοι ἔτι μία ἡμέρα, πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν τέχνην, καὶ οὐδὲ ἔτι δεήσῃ ποικίλων σοφισμάτων ἢ λόγων. *Et tu qandoqidem hanc indolem nactus es, ſi conſecutus fueris virum doctum, ſufficit tibi adhuc una dies, ut negotium intelligas & artem, & nihil amplius indigebis variorum ſophiſmatum aut ſermonum*. Seneca *Epiſt.* 106. *Pavcis opus eſt ad mentem bonam literis*. Et *Epiſt.* 94. *Infinita, inqis, præcepta ſunt. Falſum eſt: nam de maximis & neceſſariis rebus non ſunt infinita. tenues avtem diffe-*

A *rentias habent, qas exigunt tempus, loca, perſonæ. ſed his qoqe dantur præcepta generalia*. Fabius *inſtitut. l.* 12. *c.* 11. *Brevis eſt inſtitutio vitæ honeſtæ beatæqe, ſi credas*. (*cedas* f. ſiqidem in voluntate plurimum poſitum contendit) *longam enim facit operam, qod repugnamus*. De Antonio Nicephorus Callixtus *hiſt. eccleſ. l.* 8. *c.* 40. Γράμματα δὲ μὴ μαθὼν, οὐδὲ τὸν εἰδότα διὰ θαύματος εἶχε. νῷ δ' ἀγαθὸν, ὡς γραμμάτων πρεσβύτερον καὶ τῶν τοιούτων ἐυρετὴν, μᾶλλα ἐπῄνει. μηδὲ γὰρ εἶναι τούτων ἀνάγκην, τῷ νῷ ἐῤῥωμένως ἔχοντος. *Et cùm literas ipſe non didicit, tum neqe earum peritos admiratus eſt. Mentem verò bonam ut literis ipſis antiqiorem, taliumqe adeò artium inventricem valde*

B *laudavit. Qin neqe iis qicqam opus eſſe dixit, ſi mens per ſe ipſam valida ſit*. Vide *l.* 7. §. 66.

Ἔυροον καὶ θεοδῆ βιῶσαι βίον] ἔυροον βίον dixit, & iſtic, & *l.* 10. §. 6. pro *vita beata, proſpera, in qa omnia ex voto ſuccedant & qaſi fluant*; metaphora ab eis qæ ſecundo flumine feruntur. Ità Stoici reliqi. Joannes Stobæus eclog. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. §. 5. Zenonem ait εὐδαιμονίαν finiviſſe ἔυροιαν ῥεῖν. eâqe definitione uſos etiam Cleanthem, Chryſippum, eorúmqe poſteros. Chryſippus certè περὶ τῶν τελῶν, referente Laërtio *l.* 7. in *Zenone Citticeo* §. 88. Εἶναι δ' αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν καὶ ἔυροιαν βίου, ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμ-

C *φωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος πρὸς τὴν τοῦ ὅλου διοικητοῦ βούλησιν. Eſſe avtem hoc ipſum felicis hominis virtutem, & felicem vitæ decurſum; cùm omnia gerantur ex concentu dæmonis, qi apud unumqemqe eſt, pro voluntate gubernatoris hujus univerſi*. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 4. Οὐκ ἄλλως τὸ ἔυροον καὶ ἀπαθὲς περιγίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ ἐν ὀρέξει μὲν μὴ ἀποτυγχάνοντι, ἐν ἐγκλίσει δὲ μὴ περιπίπτοντι. *Proſperitatem & animi tranquillitatem, aliter homini non contingere, niſi nec appetitione fruſtretur, nec in id qod averſatur incidat*. Et mox: Ἡ ἀρετὴ ταύτην ἔχει τὴν ἐπαγγελίαν, εὐδαιμονίαν ποιῆσαι, καὶ ἀπαθειαν, καὶ ἔυροιαν. *Qum avtem virtutis pollicitatio ſit præſtare felicitatem, tranqillitatem & proſperitatem*. Indè verbum

D εὐροεῖν iſtis oppidò qàm familiare. Vide *infrà ad l.* 5. §. 34. & *l.* 10. §. 6.

Θεοδῆ] i. e. θεοειδῆ. *Vitam divinam, divinæ parem*. Ità Homerus *Odyſſ.* ζ'. *v.* 121. & θ'. *v.* 576. νόος θεοδὴς, *mens divina, Deo ſimilis*.

—— καί σφιν νόος ἐστὶ θεοδής.
Et ipſis eſt mens deo ſimilis, deo placens.

& θυμὸς θεοδὴς. *Odyſſ.* τ'. *v.* 365. *animus divinus*;

—— θεοδὲς θυμὸν ἔχοντα.
Pium, divinum animum habentem.

E & Apollonius *Argonaut l.* 2. *n.* 1183. ἄνδρες θεοδεῖς, *homines divini, Deo ſimiles*, in illis;

Ζεὺς αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται. οὐδέ μιν ἄνδρες
Λήθομεν ἔμπεδον, οἵ τε θεοδεῖς, οὐδὲ δίκαιοι.
Ipſe ſingula Jupiter arbitratur, nec ab eo viri
Satis celamur pii ſimul & injuſti.

Et Marco perinde βίος θεοδὴς, *vita divina, ei qæ decorum eſt par prorſus* Vide hac in parte typhum Stoicum *ad l.* 3. §. 7.

§. 6. Ὑβριζε, ὕβριζε αὐτὴν, ὦ ψυχή] Prava ſanè dictio, depravatáqe proculdubio lectio. neqe enim è fæce hominum

F qiſqam, nedum Marcus noſter, ut *ipſa ſeſe contumeliâ afficiat, animam* ſanus hortetur ſuam. legendum, vel ὕβριτες, vel, qod malim, ὑβρίζεις, ut corripientis, non adhortantis ſit. Nam qòd lectionem receptam ſecutus, qaſi εἰρωνικῶς; dictum Mericus Caſavbonus accipit, mihi nevtiqam vero ſimile videtur. Marcus ſiqidem nuſqam ironiis uſus deprehenditur. Plato *de legib. l.* 5. *pag.* 838. E. Τιμᾷ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτὸ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμῶν οὐδεὶς ὀρθῶς. δοκεῖ δέ. *Nemo avtem, ut breviter dicam, rectè animum ſuum honorat, qamvis videatur*. qo loco, & qibus rationibus animas ſuas contumelioſè habeant plerique,

G cùm honorare videantur, multis diſſerit docetqe; qo modo & noſter *infrà* §. 16.

Ἕυ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ] Mericus Caſavbonus legendum avtumat; Ἕυ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ [παρ' ἑαυτῷ] vel etiam, repetito qod mox ſequitur, [αἰδεμένῳ ἑαυτόν.] ut ſenſus ſit, *felicitas*

a Sup. §. 2. l. 5. §. 31. l. 10. §. 15.
b L. 6. §. 40, 41. l. 12. §. 4.
c L. 5. §. 36.
d Μὴ περισπᾷ σε Sup. §. 2. 4. l. 4. §. 3. 26. & l. 8. §. 1.

a ἔτι δέ σοι σχεδὸν διήνυται, μὴ αἰδημένῃ σεαυτῇ, ἀλλ' b ἐν ταῖς ἄλλων ψυχαῖς τὴν εὐμοιρίαν.

ea verò tibi propè confecta est, dum tui ipsius reverentiam nullam habes, sed in aliorum animis felicitatem tuam collocas.

§. 7. d Περισπᾷ τί σε τὰ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα,

§. 7. Nè te distrahant, qæ extrinsecus obveniunt

ANNOTATIONES.

cujusqe pendet à seſe; vel, *felicitas cujusqe in eo consistit, ut reverentiam sui habeat.* Verùm nec video, qomodo verba ipsa hunc sensum exhibere possint: & proclivior mihi ac germanior emendatio futura videtur, si legamus, prout ad marginem ex conjectura adscripsimus; φεύγει γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. Persius *Sat.* 5. *v.* 153.

Vive memor leti. fugit hora: hoc qod loqor indè est.

Naso *Fast. l.* 5.

Tempora labuntur, tacitisqe senescimus annis;
. Et fugiunt fræno non remorante dies.

& *Amor. l.* 1. *el.* 8.

Labitur occultè, fallitqe volatilis ætas:
Et celer admissis labitur annus eqis.

i. e. qàm concitatissimè ac contentissimè fugit. Itape *Metam. l.* 10. subjungit, idem planè locutus,

Et nihil est annis velocius.

& *El.* 11.

Dum loqor, hora fugit. ---

Qod Horatius *Carm* l. 1. *Ode.* 11.

--- dum loqimur, fugerit invida
Ætas: carpe diem, qàm minimùm credula postero.

Silius *bell. Pun. l.* 15,

--- currit mortalibus ævum;
--- fugit hora, rapitqe
Tartareus torrens. ---

Pulcerrimè Anacreon *carm.* 4.

Τροχὸς ἅρματος γάρ ἐστιν,
Βροτοὺς τρέχει κυλισθείς.
Rota nam velut curulis,
Properat volucris ætas.

Seneca Herc. fur.

Properat cursu vita citato:
Volucriqe die rota præcipitis
Vertitur anni.

Idémqe, si idem utriusqe avtor, *Epist.* 99. *Respice celeritatem rapidissimi temporis: cogita brevitatem hujus spatii, per qod citatissimi currimus.* Qin & *ad Marc. Consol. c.* 10. qod ad nostri mentem proximè accedit: *Rapina rerum omnium est*; (*miseri, nescitis?*) & *fuga, vivere.* Vide *suprà ad §.* 4. ὀιχήσεται. Hoc si minùs placuerit, habeas D. Arnoldi Bootii ingeniosam sanè, nec temerè aspernandam, conjecturam, ut legatur; Εἰς γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. *Unica enim est unicuiqe vita: nec altera ulla; istic saltem, expectanda.* Epicurus suprà. Γεγόναμεν ἅπαξ. δὶς δὲ οὐκ ἔστι γενέσθαι;

Nec nasci bis posse datur. ---

Silius *l.* 15. id qod Evripides voluit, ubi dixit in *Alcest.*

Ψυχὴ μιᾷ ζῇν, οὐ δυοῖν ὀφείλομεν.
Unam agere vitam, non duas nobis datur.

Qem & in *supplic.* idem pluribus conqestum suprà monuimus. Verba ipsa, qia ad lectionem istam illustrandam cum primis faciunt, exhibere istic nevtiqam pigebit.

Ὤιμοι. τί δὴ βροτοῖσιν οὐκ ἔστιν τόδε,
Νέους δὶς εἶναι, καὶ γέροντας αὖ πάλιν;
Ἀλλ' ἐν δόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ,
Γνώμαισιν ὑσέραισιν ἐξορθώμεθα.
Αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεσιν. εἰ δ' ἦμεν νέοι
Δὶς καὶ γέροντες, εἴ τις ἐξημάρτανεν,
Διπλᾶ βίᾳ λαχόντες, ἐξορθώμεθ' ἄν.

id est, vertente Grotio:

Proh fata: cur non est datum mortalibus
Duplici juventâ, duplici senio frui?
Intra penates siqid habet incommodè,
Fas seriore corrigi sententiâ:
Hoc vita non permittit. at qi bis foret
Juvenis senexqe, siqid erratum foret
Priore, id emendaret in cursu altero.

Idémqe *ibidem.*

--- τὸ γὰρ μόνον βροτοῖς
Οὐκ ἔστι τ' ἀκαλὼμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν,
Ψυχὴν βροτείαν. χρημάτων δ' εἰσὶν, πόροι.
--- unicum mortalibus
Hoc est, semel qod perditum recipi negit,
Hæc vita: relqa copia est reparabilis.

εἰσὶ δέ τινες, οἱ τὸν παρόντα μὲν βίον οὐ ζῶσιν. ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ, ὡς ἕτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, ὑ τὸν παρόντα κ) ἐν τούτῳ περιλειπόμενον ὁ χρόνος διέλαθεν. *Non desunt, qi præsentem vitam non vivunt, sed magno studio se parant, ceu vitam qandam aliam victuri: interea, tempus ipsos deserit.* Antiphon apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 16. ubi legendum forsan περιτριβόμενον. Gesnerus παραλειπόμενον. Qibus adjici possunt & Bionis errorem hùnc corrigentia illa ex *Ecl. l.* 5.

Εἰ μὲν γὰρ βιότου διπλόον χρόνον ἀμῖν ἔδωκεν,

A Ἦ Κρονίδας, ἢ Μοῖρα πολύτροπος, ὡς' ἀνύεσθαι
Τὸν μὲν ἐς εὐφροσύναν κὴ χάρματα, τὸν δ' ἐνὶ μόχθῳ,
Ἦ τάχα μοχθήσαντί ποθ' ὕστερον ἐσθλὰ δέχεσθαι.
Εἰ δὲ θεοὶ κατέτευναν ἵνα χρόνον ἐς βίον ἐλθεῖν
Ἀνθρώποις, κὴ τόν δὲ βραχὺν κ) μόνα πάντων,
Ἐς πόσον, ἄ θεῖλοι, καμάτως κ' εἰς ἔργα τετεῦμες;
Nam si vivendi nobis gemmata dedisset
Tempora sev Fatum, sev Juppiter, esset ut avi
Altera latitiæ pars, altera dicta labori,
Responsura qies tandem sudoribus esset.
Sin vitæ spatium miseris mortalibus unum
B *Concessere Dei, modicóqe id fine coercent,*
Qid juvat in tristes animos impendere curas?

Grotius.

Itaqe Lucianus *de merced. conduct. pag.* 371. τίνα ἄλλον ὁ μελαῖος ἐμαυτῷ βιώσομαι βίον, τὸν παρόντα τοῦτον ἄλλῳ βεβιωκώς; *Qam aliam vitam vivam mihi demens, postqam alteri hanc vixi.* Attamen, ut scitè Martialis *l.* 10. *epigr.* 23.

Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis, vitâ posse priore frui.

Cæterùm clariss. Salmasius lectionibus hisce omnibus præfert; βραχὺς ὁ βίος ἑκάστῳ. *Cuiqe vita brevis est.* qomodo Hippocrates *aphorism.* 1. Sed & Marcus ipse *l.* 4. §. 26. Ego in medio ista lectori relinqo.

C Οὗτος δέ σοι σχεδὸν διήνυται? qod *suprà* §. 2. dixerat; γέρων εἶ. *senex es.* tanqam ipse se alloqatur. Et *l.* 10. §. 15. ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον τοῦτο. *Exiguum est qod superest vita tua.*

Μὴ αἰδημένη σεαυτήν.] De Catone Plutarchus in *Apophtheg.* 81. Μάλιστα δὲ ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αἰδεῖσθαι ἑαυτόν. μηδένα γὰρ ἑαυτῷ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. *Unumqemqe seipsum maximè revereri debere: nunqam enim esse sine seipso.* Unde emendandus Stobæus, *tom.* 2. *tit.* 31. apud qem pro μηδένα, μηδὲν legitur. D Theophrastus *ibidem.* Αἰδοῦ σεαυτόν, κὴ ἄλλου μᾶλλον αἰσχυνθήσῃ. *Reverere teipsum, & non erubesces coram aliis.* Musonius iidem: Αἰδοῦ παρὰ πᾶσιν ἄξιος ἴσῃ, ἐὰν πρῶτον ἄρξῃς σεαυτὸν αἰδεῖσθαι, *Verecundiâ dignus apud omnes habeberis, si primùm teipsum vereri inceperis.* Omniúmqe optimè Democritus: Φαῦλον, κἂν μόνος ᾖς, μήτε λέξῃς, μήτε ἐργάσῃ. μᾶλλον δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων σεαυτὸν αἰσχύνεσθαι. *Malum, etiamsi solus fueris, neqe dixeris, neqe feceris. Disce autem teipsum multò magis qàm alios revereri.* Idémqe *ibidem tit.* 46. Μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖσθαι ἑαυτοῦ. μηδὲ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακὸν, εἰ μέλλοι μηδεὶς εἰδήσειν, ἢ εἰ πάντες ἄνθρωποι. E ἀλλ' ἑαυτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι, κὴ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ καθιστάναι, ὥστε μηδὲν ποιῶν ἀνεπιτήδειον. *Ne magis alios homines revereare qàm teipsum: neqe magis delinqas, si nemo resciturus sit, qàm si omnes homines. Sed teipsum maximè verearis, & hanc legem animo tuo constituas, ut nihil absurdum committat.* Qod Isocrates *ad Demonic. pag.* 9. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἐλπίζε λήσειν. κὴ γὰρ ἂν τοὺς λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις. *Si qid unqam turpe admiseris, ne speraveris clam fore. Nam ut alios id celes, at ipse tibi eris conscius. Qid autem proderit non habere conscium, habenti conscientiam?* Ex Seneca Lactantius *institut. l.* 6. *c.* 24. Atverò, ut Diphilus, F si Stobæo *tit.* 24. referenti, Philistio, si Maximo *c.* 40. fides;

Ὅστις γὰρ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται
Συνειδὼς αὐτῷ φαῦλον διαπεπραγμένῳ,
Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται;
Qi non veretur ipse semet, conscius
Sibi mali facinoris, qod commiserit,
Hic qomodo alios nescios reverebitur?

Grotius. Vide *l.* 12. §. 4. & Galenum *ad l.* 10. §. 9.

§. 7. Περισπᾷ τί σε τὰ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα] Scriptura mendi manifesta; Mericus Casavbonus transpositâ unâ voculâ legere videtur, Τί περισπᾷ σε; *cur te distrahant?* &c. Ego malim, G restitutâ qæ excidit negante particulâ, (qia seqitur κὴ) [Μὴ] περίσπᾶτω σε &c. *ne distrahant te.* qod & Xylandrum secutum video. Sic *l.* 8. §. 1. ἄλλο μηδὲν περισπάτω. *Nec te aliud qicqam molestum habeat, distrahat.* Et *l.* 4. §. 3. Ἀλλὰ τὸ δοξάριόν σε περισπάτω. *Sed gloriola cupido te torqebit, distrahet.* Et *l.* 7. §. 20. Ἐμὲ ἓν μόνον περισπᾷ. *Hoc unum me sollicitum habet, distrahit.* Basilius Cæsar. *in Psal.* 45. *pag.* 272. *D.* Τίς γὰρ μεριμνῶν τὰ τοῦ κόσμου, κὴ ἐμβαθύνων τοῖς περισπασμοῖς τῆς σαρκὸς, δύναται τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις προσέχειν, κ) τῇ ἀκριβείᾳ τῶν τηλικούτων θεωρημάτων ἀρκεῖν; *Qis enim eorum, qæ mundi sunt, sollicitus, seqe immergens multimodæ distractioni carnis, attendere possit verbis Dei, & satisfacere H tot tantarúmqe contemplationum exactæ comprehensioni?* Interpretes Græci *Eccles. c.* 1. *v.* 13. τὸ עִנְיָן reddunt περισπασμόν. Latinus, *distentionem.* eò qòd *in varias solicitudines mens hominis distenta lanietur.* Hieronymus. Vide *suprà* §. 2. μηκέτι σπῶ.

Καὶ

niunt tibi; ſed otium tibi præſtes; qo boni aliqid addiſcas, & huc illuc ferri deſinas. cæterùm & alia hîc hallucinatio cavenda eſt. nugas ſiqidem agunt actuoſi havd pavci, dum vitam agendo conterunt, ſed ſcopum, ad qem conatus ſuos cogitationéſqe omnes dirigant, ſibi propoſitum nullum habent.

§. 8. Vix, avt nè vix qidem qiſqam, ideo infeliciter agere deprehenſus eſt, qia in alienis animis qid ageretur non animadverterit. cæterùm qi animorum ſuorum motus non attendunt, hi verò infeliciter agant, neceſſe eſt.

§. 9. Horum meminiſſe ſemper oportet: qæ univerſi, qæ tua natura ſit; qomodo hæc ad illam affecta, qaliſqe pars qalis univerſi exiſtat: qòd etiam nemo ſit, qi prohibere te poſſit, qò minùs ea facias dicáſqe ſemper, qæ naturæ illi,

καὶ σχολὴν πάρεχε σεαυτῷ] καὶ, ἀντὶ τοῦ ἀλλά. copulativa loco adverſativæ. Sic in *Evang.* Matth. *c.* 12. *v.* 23. ζητῶν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει, *requiem qarit, ſed non invenit.* Et *c.* 16. *v.* 4. γενεὰ πονηρὰ σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. *generatio prava ſignum reqirit: verùm ſignum illis non dabitur.* Luc. *c.* 4. *v.* 2. καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασεν. *nihilqe per dies illos comedebat: ſed eis conſummatis poſteà eſuriit.* Et *c.* 20. *v.* 19. Καὶ ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν. *qærebant manus ei injicere; verùm à populo metuebant ſibi.* Actor. *c.* 7. *v.* 42. 43. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι; — — καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. *num victimas hoſtiasqe obtuliſtis mihi? — — ſed Molochi tabernaculum bajuliſtis.* Plato Thæeteto adducendus *infrà ad* §. 13. πᾶσαν παντὴ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὅλων ἑκάστου, καὶ εἴς τε τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθιέσα. *omnem ubiqe univerſi totius naturam perſcrutans; veram ad eorumqe ſunt propè nihil ſe demittens.* Seneca *Epiſt.* 57. exhibendus *ad l.* 4. §. 21. *Permeare non poſſe, & ſtatim ſpargi.* pro, *ſed ſtatim ſpargi.*

Παύσαι ῥεμβόμενος] Sic *l.* 4. §. 22. Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι. *Noli divagari.* Et *l.* 4. §. 3. Ποιεῖ ἀποῤῥέμβεσθαι. *Cogit divagari.* Ῥέμβεσθαι & ἀποῤῥέμβεσθαι, *à re inſtituta*, vel etiam *abſqe certa re ulla inſtituta, temerè huc illuc divagari.* Joannes Chryſoſtomus *in Epiſt.* 1. *ad Timoth. homilia.* Τῇ τῶν πολλάκις ἀλλαχοῦ ῥεμβομένῃ, ἡ χεὶρ αὐτόματος ἔλκεται. *Mente ſæpenumero alibi divagante; ſponte interim movetur manus.* Plutarchus *de Curioſitate pag.* 521. *C.* Δεῖ δὲ μὴ καθάπερ θεράπαιναν ἀνάγωγον, ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ἀποπεμπομένην ὑπὸ τὴν ψυχῆς ἐπὶ τὰ πράγματα, συντυγχάνειν αὐτοῖς ταχὺ καὶ διαγγέλλειν. εἶτα πάλιν ἐντὸς εἶναι τῷ λογισμῷ, καὶ προσέχειν αὐτῷ. *Debet avtem ſenſus non inſtar petulantis ancillæ foras evagari, ſed cùm à mente remittitur ad res, celeriter eas percipere & renunciare, deinde rurſum intus cum ratione eſſe, eiqe parere.* Idémqe eodem, qo noſter hîc ſenſu, qi à corpore ad animum tranſtulit *de commun. notit. c.* 13. Νήφων γὰρ οὐδὲ εἷς ἐσι πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ ῥεμβόμεθα πάντες ἀσχημονοῦντες καὶ κακοδαιμονοῦντες. *Nemo enim vigilat ad virtutem; ſed omnes divagamur indecori & infelices.* Expreſſit avtem pulcrè, qod noſter hîc. Seneca *de Tranqill. c.* 12. *Circumcidenda eſt concurſatio* [*circumcurſatio* potius] *qalis eſt magnæ partis hominum, domos, & theatra, & fora pererrantium, alienis ſe negotiis offerunt, ſemper aliqid agentibus ſimiles, horum ſi aliqem exeuntem domo interrogaveris; qo tu? qid cogitas? reſpondebit tibi; non mehercule ſcio: ſed aliqos videbo, aliqid agam. ſine propoſito vagantur, qærentes negotia: nec qa deſtinaverunt agunt; ſed in qa incurrerunt. Inconſultus illis vanisqe curſus eſt: qalis formicis per arbuſta repentibus qa in ſummum cacumen, deinde in imum, inanes aguntur.* Idémqe Epiſt. 95. *Vita ſine propoſito vaga eſt* 1. e. ῥεμβὸς, ut Marcus *infrà* §. 17. Vitam avtem iſtiuſmodi graphicè itidem depingit nobis Ennius in *Iphigenia* à Gellio *l.* 19. *c.* 10. lavdatus, qem à Scriverio, Salmaſioqe emaculatum reſtitutúmqe exhibemus.

Otio qi neſcit uti, plus habet negotii,
Otii minus, qàm cùm eſt negotium in negotio.
Nam cui qod agat inſtitutum eſt, is nullo negotio
Id agit; ſtudet ibi, mentem atqe animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit, qid qidem velit.
Hoc ità eſt, neqe nunc domi nos, neqe nunc militiæ ſumus.
Inius huc, hinc illuc: cùm illuc ventum eſt, ire illinc labet.
Incertè errat animus; præter propter vita vivitur.

h. e. ut vir claritſimus, εἰκῇ βιώτας.

Τὴν ἑτέραν περιφορὰν φυλακτέον] D. Junius παραφορὰν mavult: qomodo de Maximo *l.* 1. §. 15. dixerat, κατὰ μηδὲν παράφορον. Παραφορὰ reverà *mentis errorem, halucinationem, delirium, deſipientiam* creberrimè denotat: unde & à Gorrhæo pro *levioris mentis emotione*; & a Fœtio, pro *graviore* etiam in medicorum libris ſumi obſervatum eſt. Cæterùm & περιφορὰν nihilo minùs pro *errore, mentisqe obturbatione* uſurpari Budæus teſtimoniis havd paucis comprobat, inter qæ illud eſt ex

ἡ σχολὴν πάρεχε σεαυτῷ τοῦ προσμανθάνειν ἀγαθόν τι, καὶ παῦσαι [a] ῥεμβόμενος. ἤδη ἡ καὶ τὰ ἑτέραν [b] περιφορὰν φυλακτέον. λοιπὸν γὰρ καὶ ἀπὸ πράξεων, οἱ κεκμηκότες τῷ βίῳ, καὶ [c] μὴ ἔχοντες σκοπὸν, ἐφ' ὃν πᾶσαν ὁρμὴν καθάπαξ φαντασίαν ἀπευθύνουσιν.

§. 8. [d] Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐφιςάνειν, τί ἐν τῇ ἄλλου ψυχῇ γίγνεται, ῥᾳδίως τις ὤφθη κακοδαιμονῶν. τοὺς δὲ τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας, ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν.

§. 9. Τούτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ [e] ὁποῖόν τι μέρος, ὁποίᾳ τοῦ ὅλου ᾖσα, καὶ [f] ὅλῃ οὐδεὶς ὁ κωλύων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει,

a L. 3. §. 4. l. 4. §. 22. b παραφ. Jun. L. 1. §. 15. c Inf. §. 16. l. 10. §. 37. l. 11. §. 20. d. Inf. §. 13. l. 3. §. 4. l. 4. §. 18. L. 7. §. 55. §. L. §. §. 24. l. 12. §. 32. f L. 1. §. 17. l. 3. §. 12. l. 5. §. 10. 29. 34. l. 6. §. 17. 58. l. 10. §. 32. 33. l. 11. §. 39.

ANNOTATIONES.

A Græcis Salomonis interpretibus *Eccleſ. c.* 2. *v.* 12. ἰδεῖν σοφίαν καὶ περιφορὰν καὶ ἀφροσύνην, *ut aſpicerem ſapientiam, inſaniam ac ſtoliditatem.* Et rurſus ibidem *c.* 2. *v.* 2. τῷ γέλωτι εἶπα περιφοράν, *riſum reputavi errorem.* Vulgatus. qibus & adjici poteſt illud *c.* 7. *v.* 26. γνῶναι ἀσεβῆ ἀφροσύνην καὶ περιφοράν, *ad cognoſcendum improbi ſtoliditatem & inſaniam.* Itaqe nihil forſan mutandum fuerit.

Μὴ ἔχοντες σκοπὸν] *Infra* §. 16. inter ea, qibus anima contumeliam ſibi facit, hoc ponit, ὅταν πράξιν τινὰ ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν ἐπ' οὐδένα σκοπὸν ἀφῇ, *qoties actionem aut conatum ſuum ad nullum certum ſcopum deſtinat.* Perſius Sat. 3. v. 60.

B *Eſt aliqid qò tendis, & in qod dirigis arcum?*
An paſſim ſeqeris corvos teſtaqe, lutoqe
Securus qò pes ferat, atqe ex tempore vivis?

Metaphora ἀπὸ τῶν ἄσκοπα τοξευόντων, Lucianus in *Toxari.* qod nos dicimus, to ſhoot at rovers ſeu at randome. Vide Caſavbonum ad *Perſium*, & *infrà ad* §. 16. & *ad l.* 10. §. 37.

§. 8. Παρὰ τὸ μὴ ἐφιςάνειν, τί ἐν τῇ ἄλλου ψυχῇ] Cohibere vult τὸν ἀλλοτριοεπίσκοπον, *alienarum rerum inſpectorem*, uti Petrus loqitur *Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 15. ut iſtic, ſic *infra* §. 13. & *l.* 3. §. 4. & *l.* 4. §. 18. & *l.* 7. §. 55.

Τοὺς δὲ τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας] *Qi ſui ipſius animi motibus non obſeqitur.* Xylander. imò, *qi motus non aſſeqitur.* qod & Mericum Caſavbonum obſervâſſe videō. Παρακολουθεῖν, ſicut & ſimplex ἀκολουθεῖν, eſt eorum, qæ dicuntur, avt aguntur etiam, *ex animadverſione obſervationéqe diligenti, intelligentiam conſeqi.* Id unico tantùm, cùm freqentiſſimum ſit, ex Galeni ſcriptis loco firmatum fuerit, qem *ad l.* 5. §. 5. *infrà* exhibebimus. Qin & Xylander ipſe τὸ παρακολουθεῖν *intelligere* vertit *l.* 7. §. 24. Et Sextus Empiricus *adverſus Diſciplinas l.* 1. *c.* 13. duo iſta ἐν τῷ παραλλήλῳ poſuit. Πῶς γάρ τις δύναται τῶν ὑφρυωμένων Γραμματικῶν Ἡράκλειτον συνιέναι, καὶ Πλάτωνι παρακολουθῆσαι; *Qomodo enim poteſt qiſqam ex ſupercilioſis Grammaticis Heraclitum intelligere, & Platonem conſeqi?* Inde Marco *l.* 5. §. 9. ἡ παρακολουθητικὴ καὶ ἐπιστημονικὴ δύναμις, *facultas intelligentiâ & ſcientiâ prædita.* Vide & *l.* 7. §. 4.

§. 9. Τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμή] Vide *ſuprà ad l.* 1. §. 9. Laërtius *Zenone Citticо c.* 89. Φύσιν δὲ Χρύσιππος μὲν ἐξακούει, ἣ ἀκολουθεῖ δεῖ ζῆν, τήν τε κοινὴν, καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπίνην. Ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινὴν μόνην ἐνδέχεται φύσιν, ἣ ἀκολουθεῖν δεῖ, οὐκέτι δὲ τὴν ἐπὶ μέρους. *Naturam avtem Chryſippus qidem eam cui conſentanee oporteat vivere, & communem intelligit, & propriè humanam. At verò Cleanthes communem tantummodo naturam ſuſcipit, qam ſeqi oporteat, non etiam particularem.* Conciliat utrumqe Marcus noſter, qi idem planè utrumqe ſtatuit eſſe, *juxta naturam propriam & juxta communem vivere.* Vide *l.* 5. §. 3.

Καὶ ὁποῖόν τι μέρος ὁποίᾳ τοῦ ὅλου] Vide *ſuprà ad* §. 3. & Caſavbonum ad illud *Perſii Sat.* 3. *v.* 71.

— — qem te Deus eſſe
Juſſit, & humana qa parte locatus es in re:

Οὐδεὶς ὁ κωλύων] Hoc paſſim inculcat, *bonam mentem nihil impedire poſſe.* Ità *l.* 1. §. 17. μηδὲν κωλύειν καθὸ φύσιν ζῆν; *nihil obſtet omnino, qo minùs juxta naturæ præſcriptum vivam:* & *l.* 3. §. 12. οὐδεὶς ὁ τοῦτο κωλύσαι δυνάμενος, *nullus eſt qin facias, qi impediat.* & *l.* 4. §. 49. μὴ κωλύσει δίκαιον εἶναι, μεγαλόψυχον, σώφρονα, ἔμφρονα; &c. *nunqid prohibeat te; juſtum eſſe, magnanimum, temperantem, prudentem*; &c. & *l.* 5. §. 29. οὐδείς με κωλύσει ποιεῖν ἃ θέλω. *Nemo me prohibere poterit, qo minùs faciam qa velim.* & *l.* 6. §. 58. καθὰ τὸν λόγον τῆς τῆς φύσεως βίον σε οὐδεὶς κωλύσει, *qo minùs ſecundùm naturæ tuæ rationem vivas, nemo te coegerit.* & *l.* 9. §. 11. εἰπὲ, τίς ὁ κωλύων, *dicas, qis te prohibeat.* & *l.* 8. §. 47. τίς ὁ κωλύων διορθῶσαι τὸ δόγμα, *qis prohibere poteſt, qo minùs opinionem tuam corrigas?* & *l.* 12. §. 25. τὴν ὑπόληψιν τίς κωλύσει ἐκβάλλειν, *opinionem ejicere ecqis impediat?* & aliis verbis *l.* 8. §. 41. τὰ τοῦ νοῦ ἴδια οὐδεὶς ἄλλος εἴωθεν ἐμποδίζειν, *mentis propria qa ſunt, nemo alius impedire ſolet.* & *l.* 11. §. 9. Οἱ ἐνισάμενοι προϊοῦσι σοι καθὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς πράξεως ἀποστρίψαι

a Sup. §. 5. 4. ᵃ ἧς μέρος εἶ, πράσσειν τε ἀεὶ καὶ λέγειν.

b λόσοφος Lug. An.

§. 10. Φιλοσόφως ᵇ ὁ Θεόφραστος ἐν τῇ συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἄν τις ᶜ κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε, φησὶ, βαρύτερα εἶναι τὰ καθ' ἐπιθυμίαν πλημμελήματα τῆς καθ' ὀργήν. ὁ μὲν γὰρ θυμούμενος μετά τινος λύπης καὶ λελησθίας συσολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος. ὁ δὲ καθ' ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνων, ὑφ' ἡδονῆς ἡττώμενος, ἀκολασότερός πως φαίνεται, καὶ ἥλιτρος ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. ὀρθῶς ἂν καὶ φιλοσοφίας ἀξίως ἔφη, μείζονος ἐγκλήματος ἔχεσθαι, τὸ μεθ' ἡδονῆς ἁμαρτανόμενον, ἤπερ τὸ μετὰ λύπης. ὅλως τε ὁ μὲν προπηδικημένῳ μᾶλλον ἔοικε, καὶ διὰ λύπην ἠναγκασμένῳ θυμωθῆναι. ὁ δέ, αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται, φερόμενος ἐπὶ τὸ πρᾶξαί τινα καθ' ἐπιθυμίαν.

c L. 6. §. 45.

cujus pars es, consentanea fuerint.

§. 10. Philosophicè Theophrastus, in peccatis inter se conferendis (prout vulgò conferri solent) dicit; graviora esse quæ per cupidinem, quàm quæ per iram admittuntur. etenim, qi irascitur, cum dolore quodam & contractione animi occultâ à rationis tramite declinare videtur: qi verò per cupidinem delinqit, qia voluptate vincitur, intemperantior quodammodo, & in peccando effœminatior videtur. rectè igitur, nec indignè philosopho, pronunciavit, amplioris esse criminis, quod cum voluptate, quàm quod cum dolore admittitur. atque omnino alter ei similior existit, qi prior læsus, doloris ratione ad irascendum adigitur: cùm is sponte suâ ad lædendum feratur, qi ad perpetrandum qidqam cupidine ducitur.

d Sup. §. 2. 5. l. 5. §. 29. l. 6. §. 30. l. 7. §. 29. 69. e L. 3. §. 3. f L. 9. §. 28.

§. 11. ᵈ Ὡς ἤδη δυνατὸν ὄντος ἐξιέναι ἐκ βίου, ἔτως ἕκαστα ποιεῖν καὶ λέγειν. τὸ δὲ ᵉ ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, ᶠ εἰ μὲν θεοί εἰσιν, οὐδὲν δεινόν.

§. 11. Ità qæqe facias cogitésqe oportet, ut qi confestim è vita hac possis discedere. humanis avtem excedere, siqidem Dii sunt, nihil est grave. neqe

ANNOTATIONES.

στρέψαι σε καὶ δυνήσονται, qi ad rationis rectæ normam progredienti obsistunt tibi, à recte agendo avertere te neqeunt. &l. 12. §. 8. οὐδεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται, nemo ab alio qopiam impeditur. qod & ipsum l. 10. §. 33. Νοῦς καὶ λόγος διὰ παντὸς τοῦ ἀνθιπίπτοντος ἔτως πορεύεσθαι δύναται, ὡς πέφυκε, καὶ ὡς θέλει, *mens & ratio per obstantia qalibet, prout nata est, & prout vult ipsa, procedit.* Hoc est avtem verè liberum esse. Epictetus *Dissert. l. 1. c. 12.* Ἐλεύθερός ἐστιν, ᾧ γίνεται πάντα κατὰ προαίρεσιν, καὶ ὃν οὐδεὶς δύναται κωλύσαι. *Liber est; cui ex sententia veniunt omnia, & qem nemo potest impedire.* Et fastuosiùs, vixqe piè satis idem *ibidem c. 1.* Τὴν προαίρεσιν δὲ οὐδ' ὁ Ζεὺς νικήσαι δύναται. *Institutum avtem meum ne ipse qidem Jupiter superabit.*

Ἧς μέρος εἶ] Idem *suprà* §. 3. & 4. & *infrà* §. 16. Apud Laërtium Zenone Cittieo c. 87. Μέρη γάρ εἰσιν αἱ ἡμέτεραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου. *Partes enim naturæ universi sunt naturæ nostræ.*

§. 10. Φιλοτόφως ὁ Θεόφραστος] *Philosophicè Theophrastus*, Xylander. Rectè. Φιλοσόφως. id est, φιλοσοφίας ἀξίως, *philosopho dignè*, uti ipse Marcus mox explicat. Itaqe ut cum Annotatore Lugdunensi φιλόσοφος ὁ Θεόφραστος legamus, qod svadeat nihil est. nec est commoda satis loqendi formula.

Ὡς ἄν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε] *qatenus ex communiore hominum sensu & sententiâ vulgari ista qis inter se contulerit.* Ità Seneca Epist. 59. *Permitte mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam revoca.* Et Epist. 82. *Male nunc sic accipe, qemadmodum à populo dici solet.* Hoc avtem ideò Marcus istic, qia Stoici *peccata omnia paria prorsùs* esse statuebant. Eodem modo l. 6. §. 45. Κοινότερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον ἐπὶ τῶν μέτων λαμβανέσθω. *Conducibilis verò vocabulum in sensu communi nunc sumatur, cùm de rebus mediis adhibetur.* Contrà *l. 4. §. 10.* Καθ' ὃ νενόηται ἰδίως. *Qomodo propriè dicitur.*

Βαρύτερα τὰ καθ' ἐπιθυμίαν πλημμελήματα] Idem multis contendit Aristoteles Ethic. Nicom. l. 7. c. 6. nimirum, ὅτι ἧττον αἰσχρὰ ἀκρασία ἡ τοῦ θυμοῦ, ἢ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν. καὶ ὅτι αἰσχίων ἡ περὶ ἐπιθυμίας ἀκρατία, τῆς περὶ τὸν θυμόν, *minùs turpem esse incontinentiam iræ, qàm cupiditatum. & turpiorem esse incontimentiam, qæ circa cupiditates, qàm ea qæ circa iram versatur.*

Ὁ γὰρ θυμούμενος μετά τινος λύπης] Ita Aristoteles, ubi priùs; οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος. ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν πᾶς, ποιεῖ λυπούμενος. ὁ δὲ ὑβρίζων, μεθ' ἡδονῆς. *Dolore affectus nemo contumeliâ utitur. Qi avtem ex irâ qippiam facit, cum dolore id facit: qi verò contumeliâ utitur, cum voluptate.* Et Rhetor. *l. 2. c. 2.* Ἔστω δὲ ἡ ὀργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, &c. *Jam verò sit ira appetitio cum dolore conjuncta ejus, qæ apparet, ultionis,* &c. Et *ibidem c. 5.* Ἡ ὀργὴ μετὰ λύπης. *Ira cum dolore.*

Ὀρθῶς ἄν] Ità qod Flaccus *Serm. l. 1. Sat. 1.*

Qeis paria esse ferè placuit peccata, laborant,
Cum ventum ad verum est: sensus morésqe repugnant,
Atqe ipsa utilitas, justi qoqe mater & æqi.

Τὸ μεθ' ἡδονῆς] Hoc argumento contendit Septimius noster gravioris esse reatus, adulterium perpetrâsse, qam pœnarum metu abnegâsse Christum, de pudicit. lib. extremo. *Urget nos dicere rei indignitas. contaminata potiùs corpora revocabis qàm cruentata? qa pœnitentia miserabilior, titillatam prosternens carnem, an verò laniatam? qæ justior venia in omnibus cavssis qam voluntarius, an qam invitus peccator implorat? nemo volens negare compellitur; nemo nolens fornicatur. nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa: negat, qod libet, cogi. negationem porrò qanta compellunt ingenia carnificis, & genera pœnarum? qis magis negavit, qi Christum vexatus, an qi delectatus, amisit? qi cùm amitteret, doluit; an qi cum amitteret, risit?*

Ὁ μὲν προπηδικημένῳ] Ἐπὶ φαινομένῃ γὰρ ἀδικίᾳ ἡ ὀργή ἐστιν *Ob injustitiæ enim speciem animo objectam ira commovetur.* Aristoteles *Ethic. Nicom. l. 5. c. 8. & Evdem. l. 4. c. 6.* Itaqe qod ex Aristarcho Athenæus *Dipnosoph. l. 13.* ex Chæremonis *Therside* Svidas; ex Menandri *Olynthia* Zenobius *paræmiis.* à Demosthene etiam, vel qisqis is est, in *Orationis adversùs Nearam* ingressu ipso, usurpatum;

Οὐχ ὡς ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.
Ut non qi prior incipiat, sed se vindicans.

iratus qisqe facere videtur, qod facit. Hæc avtem excusationis defensionisqe satis justæ speciem præ se ferre videtur. Demosthenes idem ipse, ἀνεπίφθονον αὐτῷ τιμωρεῖσθαι τὸν ὑπάρχοντα; *minimè invidiosum esse ab incipiente pœnas exigere.* Plato *Gorgia p. 312. C.* Δικαίως χρῆσθαι τοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀδικοῦντας, ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας. *Justè uti* (armis scilicet viribusqe) *contra hostes, & eos qi inferrent injuriam, avertentes videlicet, non inferentes.* Belizarius apud Procopium *Vandalic. l. 2.* necessàrios adoriri coactus. Ἔχομεν δὲ τοῦ κακοῦ παραψυχὴν τὴν δὲ, ὥσπερ ἓξ τῆς μάχης ἄρχοντες αὐτοὶ, ἀλλ' ἀμυνόμενοι εἰς τὸν κίνδυνον καθιστάμεθα. *Hoc verò mali solatium habemus, qod pugnam ipsi non inceperimus, sed periculum avertentes constiterimus.* Thucydides *l. 2. p. 145. B.* Δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι, οἵσπερ καὶ ἐκεῖνοι ὑπῆρξαν. *Arbitrati se justè suis parentare, qibus illi priores injuriam intulerant.* Ideo & Aristoteles ubi suprà, *intemperantiam iracundiâ*, non αἰσχίονα tantùm, sed & ἀδικωτέραν pronunciat.

Φερόμενος ἐπὶ τὸ πρᾶξαί τινα καθ' ἐπιθυμίαν] Pessimo consilio ista à superioribus avulsa cum periocha seqente commisit editor Lugdunensis, qâ cum nihil commune habent.

§. 11. Ὡς ἤδη δυνατὸν ὄντος ἐξιέναι τοῦ βίου] Vide *suprà ad* §. 5. & *infrà ad l. 3. §. 8.* Ex Pythagoræ præceptis illud erat, συνδεῖν σημέραι τὸ σῶμα τὸν δεσμόν (legendum τὰ σωμάτων δεσμά. qod alii, τὰ σώματα ἀεὶ συνδεμένα ἔχειν) *qotidie strangula colligari*, eo significans, ὡς ἀποδημίαν εἶναι τὴν τελευτὴν, καὶ δεῖν ἀεὶ συνεσκευασμένους τὸν καιρὸν περιμένειν τῆς ἐκεῖ πορείας, *tanqam sit mors peregrinatio, eáqe semper sit paratis exspectanda.* Porphyrius apud Stobæum *Tom. 1. l. 1. tit. 40.* Seneca Epist. 93. *Non ad eum diem me aptavi, qem ultimum mihi spes avida promiserat, sed nullum non tanqam ultimum aspexi.* Et Epist. 101. *Sic formemus animum, tanqam ad extrema ventum sit. nihil differamus: qotidie cum vita paria faciamus. Vita nostra non prominеat, sed in se colligatur.*

Ἐξιέναι τοῦ βίου] Qod ἐξιέναι τοῦ ζῆν, & ἐξελθεῖν simpliciter *l. 5. §. 29.* Plinius l. 3. Epist. 9. *Videtur voluisse exire de vita, cùm defendi non posset.*

Ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν] Plato *Apologia pag. 31. A.* Οἷον ἀποδημῆσαι ὁ θάνατος. *Mors est velut migratio.* Et Plutarchus ad Apollonium. Ἀποδημίᾳ προσέοικεν ὁ θάνατος, καὶ τῇ εἰς κοινὴν πατρίδα πορείᾳ. *Mors peregrinationi, & itineri in communem patriam similis est.* Qi & Socratem dixisse perhibet *pag. 107. C.* Παραπλήσιον εἶναι τὸν θάνατον, ἤτοι τῷ βαθυτάτῳ ὕπνῳ, ἢ ἀποδημίᾳ μακρᾷ καὶ πολυχρονίῳ. *Mortem persimilem esse, vel profundissimo somno, vel peregrinationi longinqa ac diuturna.* &c. Johannes ὁ Χρυσορρήμων de Statuis Orat. 5. Τί ποτέ ἐστι θάνατος; ἀποδημία προσκαιρος, ὕπνος μακρότερος τῆς συνήθους. *Qid est mors? peregrinatio temporaria, somnus consueto longior.* Simocattus Epist. 25. Ἐπὶ μακρὰν ἀποδημίαν οἱ τεθνηκότες ἐξάλπεσαν. *In longam peregrinationem missi sunt mortui.* De Proteo Philosopho Marcellinus *Histor. l. 29. Cùm mundo digredi statuisset.* Et de Constantio *l. 22. Mundo citius digressurum.* De Demonacte Lucianus *Tom. 1. p. 872.*

neqe enim malo ulli illi involvent te. si verò, vel nulli sunt, vel nullam rerum humanarum curam gerunt, qid attinet tandem vivere in mundo vel Deorum, vel providentiæ inani? cæterùm & sunt illi, & res humanas curant:

κακῷ γάρ σε οὐκ ἂν φθεβάλοιεν. [a] ἢ δὲ εἴ τι ἔκ εἰσιν, ἢ ἃ μέλει αὐτοῖς τ ἀνθρωπείων, [b] τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ Θεῶν, ἢ προνοίας κενῷ; ἀλλὰ [c] καί εἰσι, καὶ [d] μέλει αὐτοῖς τ ἀνθρωπείων.

a εἰ δὲ ἔτι Lug. An. εἰ δὲ ἤτοι f.
b L. 6. §. 10.
c L. 12. §. 28
d L. 1. §. 17. l. 6. §. 44. & l. 9. §. 11. 27.

ANNOTATIONES.

p. 872. Πάντων ἀπασχόμενος, ἀπῆλθε τοῦ βίου. *Cùm ab omnibus abstinuisset, è vita migravit.* Tertullianus *de Patientiac.* 9. *Profectio est, quam mortem putamus.* Hieronymus *ad Salvin. Sic extulit, ut eum profectum crederes, non amissum. Non emori, sed emigrare.* Idem *in Nepotian.* ut de Metello Vellejus *Hist. l.* 1. *de vita migrare potius quam mori.* Et, *abiit, non obiit.* Ambrosius de Theodosio. *Mors siquidem migratio est.* Cicero *Tusc. l.* 1. *Aut finis, aut transitus.* Seneca *Epist.* 65. Imò *non finis, sed transitus.* Cyprianus de mortalitate. *Non est exitus, sed transitus.* Qomodo Christus apud Joann. *cap.* 13. *v.* 1. μεταβαίνειν αὐτὸν τὸν θάνατον καλεῖ, *transitum suum vocat mortem*, ut observant Joannes Chrysostomus & Theodoretus. Et *exitus* tamen, sed suo sensu; qomodo ἔξοδον dicitur *Luc. c.* 9. *v.* 31. & Petro *Epist.* 2. *c.* 1. *v.* 15. *Excessus* scilicet *de corpore*, ut Tertullianus *de Resurr. c.* 43. Itaqe qod dubitanter Seneca Epist. 63. *Fortasse qem putamus perisse, præmissus est.* Sed avdentiùs Epist. 99. *Qem putas perisse, præmissus est.* Et *ad Marc. c.* 19. *Dimisimus illos; imò consecuturi præmisimus.* Fidentissimè nostri; nec immeritò, firmiore fulcro subnixi; *Præcesserunt, non decesserunt.* Avgustinus *de diversi. serm.* 43. *Præmissi, non amissi.* Idem Epist. 6. & 120. Clavdam locum hunc Cypriani monito in Orat. de mortalitate. *Non sunt lugendi fratres nostri accessione Dominicâ de sæculo liberati; cùm sciamus eos non amitti, sed præmitti, recedentes præcedere; ut proficiscentes & navigantes desiderari eos debere, non plangi.* Vide & *infrà ad* §. 17. & *l.* 11. §. 3.

Κακῷ γάρ τι ἂν περιβάλοιεν] Consimili phrasi dixerat *suprà* §. 1. Αἰσχρῷ γαρ με ἀδεῖς περιβαλλει. *Neqe enim inhonestâ re aliqâ me qisqam involvet.* Deum avtem neminem posse malo afficere statuunt Stoici, qia ipse bonus. Noster *l.* 6. §. 1. Ὁ τὴν ὅλων ἀσίαν διοικῶν λόγος, ἀδεμίαν ἐν αὐτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν, κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ. οὐδὲ βλάπτεται τι ὑπ' ἐκείνου. *Mens materia universi rectrix nullam in se maleficii causam habet; cùm malitiam in se nullam habeat, neqe male facit cuiqam, nec à qoqam laditur.* Est revera Deus non ἀγαθὸς duntaxat, sed μόνος ἀγαθός. *Matth. c.* 19. *v.* 17. Qod Hermes Trismegistus *Pamand. c.* 6. Τὸ ἀγαθὸν ἐν οὐδενί, εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ. μᾶλλον δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ Θεός. *Bonum in nullo est, præterqam in solo Deo. Qin imo bonum semper ipse Deus est.* Tertullianus adversus *Marc. l.* 2. *c.* 6. *Bonus naturâ Deus solus est. qi enim qod est sine initio habet, non institutione habet illud, sed naturâ.* Melius multò qàm Seneca Epist. 95. *Dii immortales nullam didicere virtutem, cum omni edidit; & pars naturæ eorum est, esse bonos.* Porrò *cùm Deus optimus, diabolus pessimus, non magis à bono aliqid mali, qàm a malo boni aliqid potest editum videri.* Tertullianus *de Patientia* c. 5. Porphyrius item *de abstin. ab esu animant. l.* 2. §. 41. Δεῖ ἀμεταθέτως πεπεῖσθαι, ὅτι οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν βλάπτει ποτε, οὐδὲ τὸ κακὸν ὠφελεῖ. ἡ γὰρ θερμότης, ὡς φησι Πλάτων, τὸ ψύχειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. οὐδὲ τὰ δίκαια τὸ βλάπτειν. τὰ γὰρ ἐναντία περὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἂν ποτε γένοιτο. δικαιότατον δὲ ὄντα φύσει πάντων τὸ θεῖον, ἐπεὶ οὐδὲ ἂν ἦν θεῖον. *Qum interim firmiter oporteat credere, neqe qod bonum est unqam ladere, nec qod malum est, unqam bene facere. Non enim caloris, ut ait Plato, sed contraria qalitatis proprium est frigefacere, ita neqe justis nocere. Contraria avtem in eodem convenire non possunt. Numen avtem naturâ suâ omnium est justissimum, aliter numen non esset.* Seneca *Epist.* 95. *Qa causa est diis bene faciendi? natura. Errat, si qis putat illos nocere velle: non possunt. nec accipere injuriam qeunt, nec facere. Ladere etenim ladiqe conjunctum est. Summa illa ac pulcerrima omnium natura, qos periculo exemit, nec periculosos qidem fecit.* Et *de Ira l.* 2. *c.* 27. *Qædam sunt, qa nocere non possunt, nullâmqe vim nisi beneficam & salutarem habent: ut dii immortales, qi nec volunt obesse, nec possunt. Natura enim illis mitis & placida est, tam longè remota ab aliena injuria, qam à sua. Itaqe deos nemo sanus timet. furor est enim metuere salutaria.* Idem *de Benef. l.* 4. *c.* 19. Cavtè tamen, & *cum grano salis*, qod dicitur, ista admittenda. Nam, ut Seneca idem Epist. 95. *Hi nec dant malum, nec habent: cæterùm castigant, & coercent, & pœnas irrogant, & aliqando specie mali puniunt.* Itaqe Deus & ob majestatem suspiciendus, & ob bonitatem verendus, & ob justitiam etiam formidandus est. Qi & (qia justus) qod Tertullianus *adversus Marc. l.* 2. *c.* 2. *tunc maximè est optimus, cum tibi non bonus. sicut sol tibi, etiam qando non putas, optimus & utilis; & cùm acrior & injestior, rationi tamen sua par est.* Verùm Marcus ilic *malum* Stoico more pro *vitio* accepit, qod illis *solum malum*, non *summum* tantum. In qem sensum & Jacobus Apostolus *c.* 1. *v.* 13. dixit. Ὁ Θεὸς ἀπείραστος ἐστι κακῶν. πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. *Deus malis tentari non potest, nec qemqam tentat.*

Ἤ δὲ ἔστι τι] Ex conjectura adcripsi, εἰ δὲ ἔτι. At Annotator Lugdunensis vult εἰ δὲ ἔστι, *si jam non sunt.* vel ἤτοι, inqit, *certè non sunt.* Verum sensus proclivis est, *si verò, vel non sunt, vel nulla eis de nobis est cura.* ἔστι, & ἤ apud Marcum passim sibi invicem respondent.

Τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῷ] In eandem sententiam *l.* 6. §. 10. Τί καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγχρίματι, καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρίβειν. *Qid est, qod desiderem in temeraria miscela colluvieqe istiusmodi ulteriùs commorari?*

Ἀλλὰ καί εἰσι] *Esse Deum*, sive *deos*, ut ille pro suo ritu loqi amat, unde constet, vide *l.* 12. §. 28.

Καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων] Observat Brissonius formulam illam receptam (utpote qæ è naturæ ipsius penetralibus prodierat) qà *deos esse* proclamabant. *Est cælestе numen. Es magne Jupiter.* Manlius apud Livium *l.* 8. & *l.* 3. *Pro sospite, deos esse, & non negligere humana, frenunt.* Ità constanter Stoici. Qò magis miror Theophilum Antiochenum *ad Autolyc. l.* 2. Ἔνιοι μὲν τῆς θείας ἀρχῆς, καὶ τὸ ἐξ ὅλης θεὸν εἶναι, ἢ εἰ καὶ ἔστι, μηδενὸς φασι προνοεῖσθαι τῶν Θεὸν, πλὴν ἑαυτῶν. *Stoici qidem Deum esse in universum abnegant: avt si sit, asserant eum nullius qàm sui curam gerere.* In qà sententiâ etiam Chrysippum affirmat cum Epicuro planè consensisse. Cæterùm in adversum prorsus Stoici unanimiter concedunt, & contendunt etiam acerrimè adversus Epicureos, qos hoc nomine perstringunt & oppugnant passim. Seneca *præfat. ad qæst. nat. l.* 1. *Nec hæc intra vulgum dementia est*; (ἄνοιαν & Theophilus nuncupat) *sapientiam qoqe professos contigit. Sunt qi putent sibi ipsis animum esse, & qidem providum ac dispensantem singula, & sua, & aliena: hoc avtem universum, in qo nos qoqe sumus, expers esse consilii, & avt ferri temeritate qadam, avt naturâ nesciente qid faciat.* At non sic οἱ ἐκ τῆς στοᾶς. Ἄβουλον γὰρ Θεὸν οὐδὲ ἐπινοῆσαι ῥάδιον. *Etenim consilii expertem Deum nec cogitare facile fuerit.* inqit noster *l.* 6. §. 44. Epictetus *Dissert. l.* 1, *c.* 12. ubi varia aliorum de diis judicia retulerat, primum asserentium, μηδὲν εἶναι τῶν θείων, *non esse numen.* secundum, εἶναι μὲν, μὴ προνοεῖν δὲ μηδενός, *esse qidem, sed nulli providere*, tertium, εἶναι, καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ τῶν μεγάλων καὶ ἀρχαίων, *esse, & providere, sed magnis & cælestibus.* qartum, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ τῶν ἀρχαίων, καὶ ἀνθρωπίνων legendum ex Stobæo *Tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 6.) εἰς κοινὸν δὲ μόνον, καὶ οὐχὶ δὲ κατ' ἰδίαν ἑκάστῳ. *etiam terrestribus & cælestibus, sed in commune duntaxat, non avtem unicuiqe privatim,* ultimo loco illud; qod Stoicorum est, Ulyssis apud Homerum verbis, à Socrate alicubi usurpatis proponit, ὀλίγῳ ὀΐδί σε λήθω κινύμενον, *se clam Deo ne moveri qidem posse.* Verùm legendum κινύμενον tam ex Stobæo, qàm & ex Homero. Sic enim Minervæ Ulysses *Iliad.* K. *v.* 278.

— ἦ τέ μοι ἀεὶ
Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταται. ὀΐδέ σε λήθω
Κινύμενον —

— qa mihi semper
In omnibus laboribus ades, neqe te lateo
Cùm moveor —

Ubi Eustathius ex priscorum sententia; Κινύμενον, ὁ ἐστι κατὰ νῶν κινούμενον, καὶ διαλογιζόμενον. Κινύμενον, *hoc est mentem movens & differens.* Et certè de Socrate Xenophon *Memorial. l.* 1. *pag.* 711. *C.* Σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πρατόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλόμενα. πανταχοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων. *Socrates avtem arbitrabatur Deos omnia, qa vel dicerentur, vel agerentur, vel clam deliberarentur, scire. Eosdem ubiqe adesse, ac de rebus humanis omnia mortalibus significare.* Qin & Socrates idem in Platonis *Phædone pag.* 47. *D.* Τό δε γε μοι δοκεῖ εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τῶν ἐπιμελουμένους, καὶ ἡμᾶς τῶν ἀνθρώπων ἐν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. *Verùmtamen id mihi rectè dici videtur, Deos qidem curam habere nostri: nos verò homines unam qandam ex possessionibus esse deorum.* Et *de Legibus l.* 10. *pag.* 955. *B.* qem locum ob oculos videtur habuisse Epictetus, cum superiora illa disseret, qandoqidem ibi etiam variæ illæ & recensentur & refutantur sententiæ. Ἀλλ' ὀΐδεν τάχ' ἂν ἴσως εἴη χαλεπὸν ἐνδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσι θεοί, οὐχ ἧττον ἢ τῶν μεγίστων διαφερόντων. ἦκουον γάρ που, καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὲ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετὴν, τὴν τῶν πάντων ἐπιμελεστάτην αὐτῶν ἅπαν κέκτηνται. *Non erit forsan difficile demonstrare, deos non minus minimarum rerum qàm maximarum curam habere: præsertim cum pavllo ante dictum fuerit, eos omnes virtute refertos, providentiam omnium sibi propriam vindicare.* Et post *pag.* 956. *B. C.* Οὐκοῦν δὴ τά γε ἀνθρώπινα πράγματα τῆς τε ἐμψύχου μετέχει φύσεως ἅμα, καὶ θεοσεβέστατοι αὐτοί εἰσι πάντων ζώων ἀνθρωποι. Θεῶν γε μὴν κτήματα φαμὲν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα, ὥσπερ καὶ τὸν ἀγαθὸν ὅλον. πῶς γὰρ οὔ, ἡδὴ τοίνυν σμικρὰ ἢ μεγάλα τις φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς. ὀδέτερα γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη πρόσηκον, ἐπιμελέστατοί γε ὄντι καὶ ἀγαθοῖς. *Præterea res humana, viventis naturæ participes sunt: & homo ipse præ cæteris animalibus Dei cultor diligentissimus est. Qin-*

καὶ τοῖς μὲν κατ' ἀλήθειαν κακοῖς, ἵνα μὴ ἐμπίπτῃ ὁ
a L. 8. §. 55. ἄνθρωπος, [a] ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθετο. τί οὖν λοιπῶν
56. l. 9. §. 40. εἰ τι κακὸν ἦν, καὶ ἔτι ἂν ἐποίουν, ἵνα ἐπὶ πάντι
τὸ μὴ ἐμπίπτειν αὐτῷ. ὁ δὲ χείρω μὴ ποιεῖ ἄνθρω-
που, πῶς ἂν ἔτι βίον ἀνθρώπου χείρω ποιήσειεν;
b L. 10. §. 7. [b] ἔτι δὲ κατ' ἄγνοιαν, ἔτι ἰδιώτια μέν, μὴ δυνα-
μένη δὲ προφυλάξασθαι, ἢ διορθώσασθαι παῦτα,
c L. 6. §. 1. [c] ἡ τὸ ὅλων φύσις παρεῖδεν ἄν d ὅτε ἂν τηλικοῦτον
d L. 12. §. 12. ἥμαρτεν, ἢ τοι παρ' ἀδυναμίαν, ἢ παρ' ἀτεχνίαν,
e L. 4. §. 39. ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ [e] ἐπίσης τοῖς τε ἀγαθοῖς
l. 5. §. 10. ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς πεφυρμένως συμβαίνῃ

& ne in ea, qæ verè mala ſunt, incidat qiſqam, in ipſius arbitrio prorſus poſuere. reliqorum ſi qid malum exiſteret, & de hoc utiqe pariter proſpexiſſent, qò ih ipſo ſitum foret, in iſtud qoqe ne incideret. at verò, qod hominem deteriorem non facit, vitam hominis deteriorem efficere qî poſſit? nec imprudens avtem, nec prudens utiqe, ſed præcavere avt corrigere impotens, univerſi natura neglexit iſta; nec errorem tam immanem admiſiſſet unqam, ſive per impotentiam, ſive per imperitiam, ut bona ac mala, bonis maliſqe ex æqo hominibus, nullo facto diſcrimine, contingere patere-

retur.

ANNOTATIONES.

Qinetiam mortalia cuncta viventia à diis fieri, poſſideri, gem- A *admodum & cælum univerſum, dicimus. Proculdubio. Jam ergò ſive parva hæc ſive magna qis dixerit diis eſſe, nullo modo cùm providentiſſimi atqe optimi ſint, negligenda ſibi ſua poſſeſſio eſt.* Deniqe in Epinom. *pag.* 108. *B.* hoc pro fundamento ſtatuitur; Ὡς εἰσὶ θεοὶ, ἐπιμελόμενοι πάντων, σμικρῶν καὶ μειζόνων. *Eſſe deos, rerumqe omnium maximarum ſimul & minimarum curam habere.* Verùm de iſtis, qia eos advocârat Epictetus, ad Stoicos redeamus. Epictetus loco ſuperiùs adducto. Εἰ μὴ εἰσὶ θεοὶ, πῶς ἐστὶ τέλος, ἕπεσθαι θεοῖς; εἰ δὲ εἰσὶ μὲν, μηδενὸς δ' ἐπιμελόμενοι, καὶ ὅτω πῶς ὑγιὲς ἔσαι; ἀλλὰ καὶ ὄνειον, καὶ ἐπιμελουμένων, εἰ μηδεμία διάδοσις εἰς ἀνθρώπους ἐστὶν ἐξ αὐτῶν, ἢ νὴ Δία γε ἐκ εἰς ἐμὲ, πῶς ἔτι καὶ ὅλως ὑγιὲς ἔσι. *Nam ſi dii non ſint, finis eſſe qi poteſt ſeqi Deum? ſin, cum ſint, nullius rei curam gerunt, etiam ſic qo pacto rectum erit? qod ſi & ſunt, & curant, neqe tamen qicqam hominibus, atqe adeo mihi impertiunt, qo pacto jam vel ſic rectum erit?* Seneca de Benef. l. 6. c. 23. *Cogitavit nos antè natura qàm fecit: nec tam leve opus ſumus, ut illi potuerimus excidere. Natura* nomine *Deum* vult. Ipſe ſe explicet Epiſt. 95. *Deus ipſe humano generi miniſtrat; ubiqe & omnibus præſto eſt.* Et mox. *Nunqam ſatis perfectum erit, niſi qalem debet Deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem.* Et rurſum. *Primus eſt deorum cul-* C *tus, deos credere. deinde reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qa nulla majeſtas eſt: ſcire, illos eſſe, qi præſident mundo, qi univerſa vi ſuâ temperant, qi humani generis tutelam gerunt, interdum curioſi ſingulorum.* Qo loco cave, *interdum* illud aliter qàm pro *interim* accipias. In eandem, ſed plenius, ſententiam Avguſtinus *Conſeſſ. l. 3. c. 11. Bonus omnipotens ſic curat univerſos tanqam ſingulos, ſic ſingulos tanqam ſolos.* Et Gregorius Romanus in Job. l. 35. c. 19. *Sic intendit ſingulis, ac ſi vacet à cunctis; & ſic ſimul intendit omnibus, ac ſi vacet à ſingulis.* Qod preſſius Ariſtides in *Panathen. Tom.* I. *p.* 269. Πάντων, ὡς μόνων ἑκάστων, ἐφίκετθαι. D *Omnia, non ſecus atqe ſingula curavit.* Nec eleganter minùs è noſtris qidam, [Barnabas Potter *in concion. funebr.* & Georgius Hacvil. *in Pſal.* 102. *v.* 2.] qi providentiam divinam ſimilem dixerunt εἰκόνι τεχνικῇ; πάνυ γεγραμμένῃ, τῇ τὸς παριόντας ὀρώσῃ, ut Gregorius Nazianzenus *orat. in Athan. epitaph.* hoc eſt, *imagini eo artificio concinnatæ, ut in aſtantium unumqemqe oculos defigere videatur*; imò ſic aſtantium unumqemqe intueri videatur, acſi ipſum ſolummodo intueretur. Balbus deniqe ex Stoicorum ſententia, (nam de Chryſippo, qem hac ipſa de cavſſa taxat Plutarchus, tanqam qi numen κενόσπουδον faciat, dicetur *ad. l.* 7. §. 32.) apud Ciceronem *de nat. Deor. l.* 2. *Nec verò univerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à diis immortalibus conſuli & provideri ſolet.* Vide *ad l.* 1. §. 4. 17. & *l.* 6. §. 30.

Ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθετο]: Humanis viribus nimium qantum hac in parte Stoici videntur tribuiſſe: ſed nec iſti ſoli. Cicero *Paradox.* 2. ex Stoicorum mente: *Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qi eſt totus aptus ex ſeſe, qiqe in ſe uno ſua ponit omnia.* Et *ad Luc. famil. l.* 5. *Ep.* 13. *Hanc lavdem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere; nec extrinſecus avt bene avt malè vivendi ſuſpenſas habere rationes.* Seneca *Epiſt.* 31. *Unum bonum eſt, qod beatæ vitæ cavſſa & firmamentum eſt, ſibi fidere.* Excuſatius hoc forſan, ſi eo ſenſu ſumeretur, qo Plato dixit in *Epitaph.* Ὅλῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, ᾧ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ ἓν, ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασαν καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασαν ζῆν, — διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι. id eſt, vertente Cicerone *Tuſcul. l.* 5. §. 36. *Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia, qæ ad beatè vivendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum avt bono caſu avt contrario, pendere ex alterius eventis & errare coguntur; huic optimè vivendi ratio comparata eſt; — qòd ſemper in ſeipſo omnem ſpem reponat ſuam.* Qanqam religioſiùs Julianus *in Conſtant. Orat.* 2. Ὅλῳ ἀνδρὶ εἰς τὸν θεὸν ἀνήρτηται πάντα, &c. *Cui viro ex Deo apta ſunt omnia,* &c. Verùm ulteriùs progreditur Seneca, non ut *hominum* tantùm *opes operámque*, ſed ut *numinis* etiam *opem* excludat. *Turpe eſt*, inqit, *etiamnum Deos ſatigare. qid votis opus eſt? fac te ipſe felicem.* Et rurſus, *Hoc eſt ſummum bonum; qod ſi occupas, incipis Deorum eſſe ſocius, non ſupplex. Qomodo, inqis, iſto pervenitur? Tutum iter eſt, jucundum eſt, ad qod natura te inſtruxit. dedit tibi illa, qæ ſi non deſerueris, par deo ſurges.* & *Epiſt.* 41. *Facis rem optimam, & tibi ſalutarem, ſi, ut ſcribis, perſeveras ire ad bonam mentem. qàm ſtultum eſt optare, cùm poſſis à te impetrare? non ſunt ad cælum elevanda manus,* &c. Idem tamen *Epiſt.* 10. *Votorum tuorum veterum licèt Diis gratiam facias; alia de integro ſuſcipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi; deinde corporis.* Hoc eſt qod Juvenalis *Sat.* 10. *v.* 356.

Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.

B qi ſubjicit tamen *v.* 363.

Monſtro qod ipſe tibi poſſis dare. Semita certè
Tranqilla per virtutem patet unica vitæ.

Et Flaccus *l.* 1. *Epiſt.* 18.

Hac ſatis eſt orare Jovem, qi donat & avſert,
Dat vitam, dat opes: æqum mi animum ipſe parabo.

Sed & Cotta Academicus apud Ciceronem *de Nat. Deor. l.* 3. *extremo*; qo loco latiùs iſta diſſeruntur: *Judicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam à Deo petendam, à ſeipſo ſumendam eſſe ſapientiam.* Et rurſus; *Atqe hoc qidem omnes mortales ſic habent*; *omnem commoditatem proſperitatemqe vitæ à diis ſe* C *habere: virtutem avtem nemo unqam acceptam Deo retulit.* Impiè planè, falſoqe. Qanqam in eandem ferè mentem Syneſius *de provident. pag.* 101. Μηκέτ' ἂν ἐνόχλει τοῖς θεοῖς, οἰκοθεν, ἢν ἐθέλῃς, δυνάμενος σώζεσθαι. *Deſine itaqe Deos obtundere, qi, ſi velis, propriis tete opibus ſervare poſſis. pag.* 106. Αὐτὸς γάρ τις ἑκὰς ἑαυτῷ τὸ τοιοῦτο (τὸ εὐδαίμονος βίου) ταμίας, ἀγαθὸς εἶναι βουλόμενος. *Qisqe enim ipſe ſibi iſtius (felicioris vitæ) diſpenſator eſt, ſi vitæ probitatem ſectari velit.* Pium magis qod Marcus *l.* 9. §. 40. etiam ad iſta manum nobis ſuam numen porrigere. In qam ſententiam & Seneca ipſe *Epiſt.* 41. *Bonus vir ſine Deo nemo eſt. an poteſt aliqis niſi ab* D *illo adjutus exurgere? ille dat conſilia magnifica & erecta. in unoqoqe bonorum virorum,*

Qis Deus incertum eſt, habitat tamen Deus.

(qod non *ex Naſonis metamorphoſi*, uti Lipſius opinatur; ſed *ex Maronis Æn. l.* 8. ſumptum eſt) niſi qòd in ambiguo reliqiſſe videtur, de numine ipſo divino, an de animo humano cœlitus indito, qem & cum noſtro *Deum* familiariter appellat, intelligi hæc voluerit. Vide *l.* 5. §. 10. Certè, qod Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 27. ex fundamentis à Stoico etiam dogmate deſumptis: Εἰπεῖν ὁ Θεὸς ἀρετὴν μὲν οὐ δίδωσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τὸ καλὸν αὐθαίρετόν ἐστι. πλοῦτον δὲ καὶ ὑγίειαν χωρὶς ἀρετῆς δίδωσιν. οὐκ ὠφελεῖ. *Deus ſi non virtutem hominibus largia-* E *tur, ſed eam ſibi ipſi tribuant mortales; opes verò corporiſqe valetudinem citra virtutem largiatur; ne ille hominibus nihil qicqam prodeſt.* Veriſſimum nihilominus, qod noſter *infrà l.* 8. §. 56. & *l.* 9. §. 40. *Non eſſe in alius cujuſqam poteſtate, ut malum miſeriumve qenqam faciat.* Οὐδεὶς γὰρ ὁ παραδώσων ἀναγκάζων, *nemo ſiqidem eſt, qi cogere qenqam poſſit, ut recti bonique rationem tranſgrediatur. l.* 5. §. 10. nec verum certúmve minùs, *Nullius cujuſqam felicitatem ab aliorum dictis, factis, perpeſſionibus pendere:* qod & Marcus *infrà* §. 17. eis verbis vo- luit; ἀνενδεῆ δεῖ ἄλλου ποιῆσαί τι, ἢ μὴ, &c. *Cùm ut alii faciant, avt ne faciant qid, opus nil habeat.*

Μὴ δυναμένη δὲ] Obſervat Mericus Caſavbonus tectè tangere F iſtic: & ex parte corrigere Marcum, Stoicum dogma qoddam minùs pium, & potentiæ divinæ imminutivum, qo cenſebant illi ideo bona malâqe externa hæc qibuſvis ex æqo obvenire, qòd Deus aliter iſta diſponere neqiebat. Ità Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 1. Ὥσπερ οὖν ἦν ἄξιον, τὸ κράτιστον ἁπάντων καὶ κυριεῦον οἱ θεοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν τὴν χρῆσιν τῶν ὀρθῶν ταῖς φαντασίαις, τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἄραγε ὅτι οὐκ ἤθελον; ἐγὼ μὲν δοκῶ, ὅτι εἰ ἐδύναντο, καὶκεῖνα ἂν ἡμῖν ἐπέτρεψαν. ἀλλὰ πάντως οὐκ ἐδύναντο. *Quamobrem Dii immortales id qod eſt omnium præſtantiſſimum & imperatorium, ſolum, ut decebat, in noſtra poteſtate eſſe voluerunt, rectum videlicet viſorum uſum, reliqorum poteſtatem nobis ademerunt? Eane de cavſſa, qod tribuere noluerunt? Equidem exiſtimo, ſi potuiſſent, illa etiam nobis fuiſſe conceſſuros: ſed eos nullo modo potuiſſe.* Seneca *Epiſt.* 58. *Mit-*

tamus

retur. atqi mors, & vita, honor & ignominia, dolor & voluptas, opes & pavpertas, ista omnia bonis pariter malisqe contingunt, cùm nec honesta ea nec inhonesta sint. nec bona itaqe nec mala sunt.

§. 12. Facultatis rationalis est, considerare, qàm velociter evanescant omnia, in mundo corpora, in ævo eorundem etiam memoria: cujusmodi sint omnia qæ sub sensum cadunt; horúmqe ea maximè, qæ vel voluptate alliciunt, vel dolore percellunt, vel cum fastu celebrantur; qàm vilia, qàm contemnenda, qàm sordida, caduca, mortua sint. qinam ii sint, qorum opiniones vocésqe claritatem largiuntur. qid sit ipsum mori; qódqe si qis rem ipsam per se intueatur, cogitationéqe ab illa submo-

θάνατ⟨ος⟩ δέ γε καὶ ζωή, δόξα καὶ ἀδοξία, [a] πόν⟨ος⟩ καὶ ἡδονή, πλοῦτ⟨ος⟩ καὶ πενία, [b] πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς [c] ὅτε καλὰ ὄντα, ὅτε αἰσχρά. οὐτ' ἄρ' ἀγαθὰ, ὅτε κακά ἐστι.

§. 12. Πῶς [d] πάντα ταχέως ἐναφανίζεται, τῷ μὲν κόσμῳ αὐτὰ τὰ σώματα, τῷ δ' αἰῶνι αἱ μνήμαι αὐτῶν; οἷά ἐστι τὰ αἰσθητὰ πάντα, καὶ μάλιστα τὰ ἡδονῇ δελεάζοντα, ἢ τῷ πόνῳ φοβοῦντα, ἢ [e] τῷ τύφῳ διαβεβοημένα. πῶς [f] εὐτελῆ καὶ ἀκαταφρόνητα, καὶ ῥυπαρὰ, καὶ εὐφθαρτα, καὶ ἐ νεκρὰ, νεκρᾶς δυνάμεως ἐφιστάναι. [h] τί εἰσιν ἔτοι ὧν αἱ ⟨πολήψεις καὶ αἱ φῶναὶ, τὴν εὐδοξίαν [i]. τί ἐστι τὸ ἀποθανειν. καὶ ὅλως ἐάν τις αὐτὸ μόνον εἰδῇ, καὶ [k] τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφαν-

a L. 6. §. 33. & l. 9. §. 1.
b L. 6. §. 34.
c L. 7. §. 64. l. 8. §. 1. l. 12. §. 23.
d L. 3. §. 10. l. 4. §. 3. 14. 32. 33. l. 5. §. 23. l. 6. §. 36. l. 7. §. 10. 19. l. 8. §. 18. l. 9. §. 29. l. 12. §. 21. 32.
e L. 3. §. 6. l. 6. §. 13.
f L. 4. §. 48. l. 5. §. 10. 12. 33.
g L. 12. §. 33.
h L. 6. §. 59. l. 8. §. 53. l. 9. §. 34. l. 10. §. 13. 19.
i [χαρίζονται. f. ἀφαιροῦνται. Lug. An.

ANNOTATIONES.

tamus animum ad ea qæ æterna sunt; miremur in sublime volitantes rerum omnium formas, Deumqe inter illa versantem & providentiam, qemadmodum qæ immortalia facere non potuit, qia materia prohibebat, descendat à morte, ac ratione vitium corporis vincat. Et *de benef. l. 2. c. 29. Qicqid nobis negatum est, dari non potuit. ----magna accepimus, majora non cepimus.* Vide *suprà ad §. 3.* πρόσισι δὲ καὶ ἀναγκαῖον.

Δοξα καὶ ἀδοξία] *Famam & infamiam* in *mediis* ponit. Vide *ad l. 4. §. 19.* Stoici ἄτυφὸν φασιν εἶναι τὸν σοφόν. ἴσως γὰρ ἔχει πρός τε τὸ ἔνδοξον καὶ ἄδοξον. *Fastus expertem dicunt esse sapientem. Eodem enim modo affectus est & erga gloriam & erga infamiam.* Laërtius *l. 7.* in *Zenone*, & ex Laërtio corrigendus Svidas; qi pro τὸ, τὸν exhibet.

Πόν⟨ος⟩ καὶ ἡδονή] Gregorius Nyssenus *Orat. catachet. 8. pag. 495.* A. Ἐκεῖνο τῇ φύσει μόνον ἐστιν ἀγαθὸν, ὃ ἡ αἴσθησις οὐκ ἐφάπτεται. καὶ μόνον ἐκεῖνο κακὸν, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀλλοτρίωσις. πόνοις δὲ καὶ ἡδοναῖς τὸ καλὸν καὶ τὸ κακὸν κρίνειν, τῆς ἀλόγου φύσεως ἴδιόν ἐστιν. ἐφ' ὧν τοῦ ἀληθῶς καλοῦ ἡ καταγνῶσις, διὰ τὸ μὴ μετέχειν αὐτὰ τοῦ καθ' διανοίας, χώραν οὐκ ἔχει. *Illud solum est bonum naturâ, qod sensûs non attingit: & solum est illud malum boni abalienatio. Laboribus autem & voluptatibus dijudicare bonum & malum est proprium naturæ rationis expertis, in qibus locum non habet veri boni cogitatio, propterea qod mente careant & intelligentia.*

Πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς] Idem hominum sapientissimus, *Eccles. c. 9. v. 3. Omnia justis & sapientibus, qæ aliis omnibus, contingant; & unus idemqe est bonis atqe malis eventus. Cuivis potest accidere, qod cuiqam potest.* P. Syrus apud Senecam *de tranqill. c. 11. & ad Mart. consol. c. 9.* Seneca ipse *ibid. c. 17. Moveret hoc me, si esset cuiqe pro moribus fortuna, nunqam mala bonos sequerentur. Nunc video exempto discrimine, & eodem modo, malos bonosqe jactari.* Nimirum, ut Hieronymus *adversus Jovin. l. 2. q. 4. In eodem mari navigantibus eadem tranquillitas est, eadem tempestas.* Piè prudenterqe Augustinus *de Civit. Dei lib. 1. cap. 8. Placuit divinæ providentiæ præparare in posterum bona justis, qibus non fruentur injusti; & mala impiis, qibus non excruciabuntur boni. illa verò temporalia bona & mala utrisqe voluit esse communia, ut nec bona cupidius appetantur, qæ mali qoqe habere cernuntur; nec mala turpiter evitentur, qibus & boni plerumqe afficiantur.* qibus gemina ferè habet Gregorius Romanus *pastor. l. 3. c. 1.* Homerus *Odyss. ζ. v. 188.* apud Stobæum *tom. 1. l. 1. tit. 3.* reponendus:

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλυμπι⟨ος⟩ ἀνθρώποισιν
Ἐσθλοῖς, ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἑκάστῳ.
Divitias pariter justisqe malisqe Supremus
Juppiter ipse sui pro numinis arbitrio dat.

Grotius.

Οὐτ' ἄρ' ἀγαθὰ, ὅτε κακά] Concludit hinc, externa ista nec in *bonorum*, nec in *malorum* numero habenda, qia promiscuè possunt vel *bonis* vel *malis* contingere. Isocrates *ad Demon. §. 32.* Τοσούτῳ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ ἐκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν. *Justitia pecuniis eo præstantior est, qod hæ malis hominibus contingant, illam improbi consequi nullo modo possint.* Vult ille bonum istud præstantius esse, Stoici *solum* & *singulare.* Seneca *Epist. 71. Summum bonum est, qod honestum est. & qod magis admireris, unum bonum est, qod honestum est. Cætera falsa & adulterina bona sunt.* qod & latius prosequitur *Epist. 76. & 85.* Idem *Epist. 120. Hæc duo (bonum & honestum) apud alios diversa, apud nos tantùm divisa. ista duo qidem facimus, sed ex uno. nihil est bonum, nisi qod honestum est. qod honestum, est utiqe bonum. Bonum putant aliqi esse, qod utile est. itaqe hoc & divitiis, & equo, & vino, & calceo nomen imponunt: tanta est apud illos vilitas boni, & adeo usqe ad sordida descendit. Nihil nobis bonum videtur, qo qis & malè uti potest. Vides autem divitiis, nobilitate, viribus qàm multi malè utantur.* & *Epist. 117. Id medium atqe indifferens* (hoc est, *nec bonum nec malum*) *vocamus, qod tam malo contingere*

A *qàm bono potest; tanqam pecunia, forma, nobilitas.* Et *Epist 87. Qod bonum est, bonos facit: fortuita bonum non faciunt. ergo non sunt bona.* qod idem & Cicero *Paradox. 1. Potestne bonum cuiqam malo esse? aut potest qisqam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? atqi ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, & obsint probis.* Et rursus *ibidem; Verum est ergo. qod contemptissimo contingit, bonum non esse.* E nostris Basilius Cæsar *in Psal. 1. pag. 129. B.* Τῶν ὄντων ἐστιν ἀγαθὸν ⟨ἢ⟩ ἑαυτῷ φύσει, ὃ μόνον καθ' ἑαυτὸ ῥᾴδιαν ἔχει τὴν πρὸς τὰ ἐναντία περιτροπὴν, ἀλλ' ὅτι μηδὲ ἀγαθὸς οὐνεκα τὸς κεκτημένους ἀποτελεῖν. *Illorum nullum ipsâ sui naturâ aestimandum est bonum, non solùm qòd facilem habeant ad contrarium conversionem,* B *sed & qòd ne bonos qidem possessores suos reddere valeant.* Augustinus *concion. solemn. 236. Bona sunt ista, unde facias bene; non qæ te faciant bonum. non qæ bonum faciant, sed unde bonum fiat.* Vide *l. 4. §. 39. & l. 5. §. 10. & l. 8. §. 1.*

§. 12. Πάντα ταχέως ἐναφανίζεται] Ità *l. 4. §. 14.* Ἐναφανισθήσῃ τῷ γενηθέντι. *In id qod produxit te evanesces. & l. 7. §. 10.* Πᾶν τὸ ἔνυλον ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ. *Materiale omne in universi substantiam qàm celerrimè evanescit. & l. 9. §. 33.* Πάντα ὅτα ὁρᾷς τάχιστα φθαρήσεται, καὶ οἱ φθειρόμενα αὐτὰ ἐπιδόντες τάχιστα καὶ αὐτοὶ φθαρήσονται. *Corrumpentur brevi qæcunqe vides: corrumpentur brevi* C *& qi corrumpi hæc vident.*

Ἡ τῷ τύφῳ διαβεβοημένα] Ità *l. 6. §. 13.* Δεινὸς γὰρ ὁ τύφ⟨ος⟩ παραλογισής. *Gravis enim impostor fastus est.* Vide & *l. 12. §. 24.*

Ὧν αἱ ὑπολῆψεις καὶ αἱ φῶναὶ, τὴν εὐδοξίαν] supplendum; παρέχουσι, χαρίζονται, aut aliud ejusmodi. Ista enim malim, qàm cum Annotatore Lugdunensi ἀφαιροῦσι, *auferunt.* nisi si utrumqe, qod & potest, supplere libuerit. Vide *infrà §. 17. & l. 3. §. 4.*

D Τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ] *qibus, tanqam larvis horrendis, instructa mors imaginationi nostræ semet objicere assolet.* Sensuum prægnans vocabulum. Vide *l. 1. §. 7.* φαντασιοπληκ⟨τ⟩ως. *cum eo apparatu, eoqe ostentationis studio, ut in stuporem spectantes audientesve conjicias.* Ità Epictetus *Dissert. l. 2. c. 6.* Ποίαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ γενόμενον φθαρῆναι; τὸ δὲ φθεῖρον ἢ μάχαιρά ἐστιν, ἢ τροχὸς, ἢ θάλασσα, ἢ κεραμὶς, ἢ τύραννος, τί σοὶ μέλει, ποίᾳ ὁδῷ καταβῇς εἰς ᾅδου; ἴσαν πᾶσαί εἰσιν. εἰ δὲ θέλεις ἀκοῦσαι τάληθῆ, συντομώτερα, ἢν πέμπει ὁ τύραννος, οὐδέποτ' οὐδεὶς τύραννος ἕξ μηνί τινα ἔσφαξε. πυρετὸς δὲ καὶ ἐνιαυτὸν πολλάκις. ψόφος ἐστὶ ταῦτα πάντα, καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων. *Quid in eo est asperum, ut ortus qi sit idem intereat?* E *Id autem qod interimit, aut gladius est, aut vota, aut mare, aut testa, aut tyrannus. Qid tu curas, qà via descendas ad orcum? Omnes viæ pares sunt. Qod si verum avidus studes, compendiosior est, qâ te tyrannus mittit. Nunqam ullius tyrannus semestri qenqam jugulavit. Febris autem sæpe totum annum. Strepitus hæc omnia sunt, & jactatio inanium verborum.* qibus gemina habet & *l. 4. c. 7.* Qod avtem de morte illic Marcus, de rebus qibusvis externis idem *infrà l. 6. §. 13.* Ὅτως δεῖ παρ' ὅλον τὸν βίον ποιεῖν, καὶ ὅπως λίαν ἀξιοπίστοις πράγμασι φαντάζεσθαι, ἀπογυμνοῦν αὐτὰς, καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν καθορᾶν, καὶ τὴν ἰσορίαν, ἐφ' ᾗ σεμνύνεται, περιαιρεῖν, F *Ad eundem modum per totam vitam agendum est, ut res etiam, qæ comprobatu dignissimæ videbuntur, prorsus denudemus, visitatemqe earum intueamur, & tollamus eam, qâ evehi solent, narrationis pompam omnem.* Plutarchus *de exil.* τῶν (ὧν ἡ φύσις οὐδὲν ἔχει κακὸν, ἀλλὰ ὅλοι καὶ πᾶν τὸ λυπεῖν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπέπλασται) δεῖ, καθάπερ τοῖς δειδοικόσι τὰ προσωπεῖα παιδίοις, ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιουμένους καὶ ἀναψηφοῦντας ἐξίζειν καταφρονεῖν, ὅτως ἐγγὺς ἀπιόμενος καὶ δυσειδοῦς τὸν λογισμὸν, τὸ σαθρὸν καὶ τὸ κενὸν καὶ τεταγωνημένον ἀποκαλύπτειν. *Ubi in ipsa re nihil inest mali, sed omnis dolor inanis opinionis errore confictus est: ibi qemadmodum larvas pueris* G *metuentibus propius adhibemus retectas, inqe manus tradimus, ut adsuescant contemnere: ita nos qoqe rationis lumine propius*

a L. 4. §. 5. l. 9. §. 3 l. 10. §. 36.
b Infr. §. 17.
c L. 11. §. 23.
d Sup. §. 3.
e Θεὸς ἀνθρώπῳ Lug. An. L. 12. §. 2.
f πῶ t. ὅ.
g ἴχοι. Bot.
h διήκηται, vel, διαχέηται p. διάκειται Bot.

φαντάζόμενα αὐτῇ, ἀκέλλ ἄλλό τι ὑποληψεται αὐτὸ εἶναι ἢ [a] φύσεως ἔργον. [b] φύσεως δ' ἔργον εἴ τις φοβεῖται, [c] παιδίον ἐστί. τοῦτο μὲν τοι καὶ μόνον φύσεως ἔργόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ [d] συμφέρον αὐτῇ. πῶς ἅπτεται [e] Θεῷ ἀνθρωπος, καὶ κατά τι αὐτοῦ μέρος, καὶ [f] ὅταν πῶς [g] ἔχῃ [h] διακεῖται, τὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο μόριον.

verit ea omnia, qibus tanqam larvis horrendis instructa imaginationi nostræ se objicit, nihil esse aliud comperiet qàm opus naturæ. opus avtem naturæ ullum qisqis expavescit, puer est. verùm enim verò mori non est opus tantùm naturæ, sed qod eidem & conducat, ejusdem deniqe facultatis fuerit, considerare, homo Deum qomodo, & qâ sui parte contingat; qóqe pacto habitura se sit pars ista, ubi corpore soluta fuerit.

§. 13. Ni-

ANNOTATIONES.

admoto detegemus qicqid præter rem putridam, vanum, & tragicè inflatum nobis objicitur. Seneca *Epist.* 24. *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre qid in qaqe re sit: scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem. qod vides accidere pueris, hoc nobis qoqe majusculis pueris evenit. illi qos amant, quibus assveverunt, cum qibus ludunt, si personatos vident, expavescunt. Non hominibus tantùm, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua. Qid mihi gladios & ignes ostendis, & turbam carnificum circa te frementium? tolle istam pompam, sub qa lates, & stultos territas. mors es, qam nuper servus meus, qam ancilla contempsit. qid tu rursus mihi flagella & equleos magno apparatu explicas? qid singulis articulis singula machinamenta, qibus extorqeantur, aptata, & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? pone ista, qa nos obstupefaciunt. jube conticescere gemitus, & exclamationes, & vocum inter lacerationem elisarum acerbitatem. nempe dolor est, qem podagricus ille contemnit, qem stomachicus ille in ipsis deliciis perfert, qem in puerperio puella perpetitur.* Et Epist. 14. *Timetur inopia; timentur morbi; timentur qa per vim potentioris eveniunt. ex his omnibus nihil magis nos concutit, qàm qod ex aliena potentia impendet. magno enim strepitu & tumultu venit. naturalia mala, qa reduli, inopia atqe morbi, silentio subeunt, nec oculis, nec avribus qidqam terroris incutiunt. ingens alterius mali pompa est: ferrum circa se & ignes habet, & catenas, & turbam ferarum, qam in viscera immittat humana. cogita hoc loco carcerem & cruces, & equleos, & uncum; & adactum per medium hominem, qi per os emergat, stipitem; & distracta in diversum actis cruribus membra; illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam; qicqid aliud præter hac, commenta sævitia est. non est itaque mirum, si maximus hujus rei timor est, cujus & varietas magna, & apparatus terribilis est. nam qemadmodum plus agit tortor, qò plura instrumenta doloris exposuit; specie enim vincuntur. qi patentiâ restitissent: ità ex his, qa animos nostros subigunt & domant, plus proficiunt, qa habent qod ostendant. illa pestes non minùs graves sunt; famem dico & sitim, & præcordiorum suppurationes, & febrem viscera ipsa torrentem. Sed latent. nihil habent, qod intendant, qod præferant. hæc, ut magna bella, aspectu paratúqe vicerunt.* Idem *qæst. nat. c. 59. Contemne mortem, & omnia, qa ad mortem ducunt contempta sunt; sive illa bella sunt, sive navfragia, sev morsus ferarum, sev ruinarum subito lapsu procidentium pondera. numqid amplius facere possunt, qàm ut corpus ab anima resolvant? hæc nulla diligentia vitat, nulla felicitas domat, nulla potentia evincit.* Et *ibid. l. 6. c. 32. Qid ad me qàm sint magna, qibus pereo? ipsum perire non est magnum.* Vide *ad l. 7. §. 68.*

Φύσεως ἔργον] Ità *l. 11. §. 34. Φυτικὸν ἔργον. munus naturale. l. 4. §. 5. φύσεως μυστήριον. natura mysterium.* Et *l. 9. §. 3. φυσικὸν ἐνέργημα. opus naturale.* Seneca in *qæst. natur. l. 6. c. 32. Mors naturæ lex est: mors tributum, officiúmqe mortalium.*

Παιδίον ἐστί] Seneca *Epist. 110. Talis est animorum nostrorum confusio, qalis Lucretio visa est.* (*l. 2.*)

Nam veluti pueri trepidant, atqe omnia cæcis
In tenebris metuunt: ità nos in luce timemus
[*Interdum, nihilo qa sunt metuenda magis, qàm*
Qa pueri in tenebris pavitant, finguntqe futura.]

Qid ergò? non omni puero stultiores sumus, qi in luce timemus? & *Epist. 36. Deniqe finem faciam si hoc unum adjecero, nec infantes,* [fatuos. f.] *nec pueros, nec mente lapsos timere mortem: & esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad qam stultitia perducit.* Vide eundem suprà ex *Epist. 24.* & *de Constant. c. 4. ad l. 8. §. 48.* Vide & ad *l. 4. §. 3. ὡς ἀνήρ.* Epictetus *Dissert. l. 3. c. 24. Πρὸς ταῦτα ὑπὸ θεῶν εἰς τὴν πόλιν ταύτην εἰσηγμένῳ, καὶ ἤδη τῶν ἀνδρὸς ἔργων ὀφείλων ἅπτεσθαι, τίτθας ἐπιποθεῖς καὶ μάμμην, καὶ κάμπτει σε καὶ ἀποθηλύνει κλαίουσα γύναια μοῦ; ἕως ὁδέποτε παύσῃ παιδίον ὢν νήπιον; οὐκ οἶδ' ὅτι ὁ τὰ παιδία ποιῶν, ὅσῳ πρεσβύτερος, τοσούτῳ γελοιότερος; Ad hæc munera a Diis in urbem hanc introductus, cùm jam virilia munera tibi obeunda essent, tu nutrices & mammas desideras, teqe inflectunt & effæminant stultæ muliercula ploratu suo? Ità nunqam desinens infans esse, qò natu major, eò magis ridiculus fies.* Vide *l. 11. §. 23.* Idem *ibidem c. 19. ὅταν καὶ αὐξηθέντες φαινόμεθα παιδία. παῖς γὰρ ἐν μουσικοῖς, ὁ ἄμουσος. ἐν γραμματικοῖς, ὁ ἀγράμματος. ἐν βίῳ, ὁ ἀπαίδευτος. Sic adulti etiam pro pueris nos gerimus. Puer enim in Musica est homo amusus, in re literaria homo illiteratus, in vita homo ineruditus.*

A Καὶ συμφέρον αὐτῇ] qia scilicet rerum natura rerum mutationibus istis constat; ut *suprà §. 3.* Et sicut Musa rhetor, referente M. Seneca *præfat. controv. l. 5.* de nobis, *Mortibus vivimus*; ità mortibus mundus renovatur vigétqe, uti noster *lib. 6. §. 25.*

Πῶς ἅπτεται Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ κατά τι αὐτοῦ μέρος] Pendent à superioribus ista; ut novam istinc sectiunculam ordiri nevtiqam sit consentaneum. Hæc enim qæ sequntur, ex eorum sunt numero, qæ Marcus nobis diligentiùs consideranda in periocha ista proponit: qâ nimirum parte homo Deum attingat, &c. neqe enim opus est, ut receptam cum Annota-
B tore Lugdunensi lectionem solicitemus, & ἀντιστρόφως legamus, Θεὸς ἀνθρώπῳ. qanqam & Marcus *l. 12. §. 2.* de Deo, *μόνῳ τῷ ἑαυτοῦ νοερῷ μόνον ἅπτεται τῶν ἐξ ἑαυτοῦ, Solâ enim mente suâ attingit illas à sese,* &c. Plutarchus *Numâ pag. 65. C. οὐκ ἐφάπτεσθαι θεοῦ δύνατον ἄλλως ἢ νοήσει. Non aliter aspirari ad Deum qàm mente posse.* Dionysius ὑποβολιμαίῳ *de divin. nomin. c. 1. §. 1.* Τοῖς ἀφθέγκτοις καὶ ἀγνώστοις ἀφθέγκτως καὶ ἀγνώστως συναπτόμεθα, καὶ τὰ κρείττονα τῶν καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἕνωσιν. *Rebus ineffabilibus & ignotis modo ineffabili ignotóqe conjungimur, secundùm eam unionem, qa vim omnem ac potentiam nostra aut*
C *ratiocinationis aut intellectionis excedit.* Epictetus *Dissert. l. 1. c. 3.* Δύο ταῦτα ἐν τῇ γενέσει ἡμῶν ἐγκαταμίγηται; τὸ σῶμα μὲν, κοινὸν πρὸς τὰ ζῶα, ὁ λόγος δὲ καὶ ἡ γνώμη, κοινὸν πρὸς τοὺς θεούς. *Duo hæc in ortu nostro permixta sunt, corpus commune cum cæteris animantibus, ratio & mens cum Diis.* De anima rationali Galenus in *hortator. c. 2.* Ὦ, μόνῳ τῶν ἐν ἡμῖν κοινωνούμενον θεοῖς. *Qod cum diis unicum nobis ineat commune.* Et *ibidem c. 9.* Τὸ δὴ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὦ παῖδες, ἐπικοινωνεῖ θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις; τοῖς μὲν καθόσον λογικόν ἐστι, τοῖς δὲ καθόσον θνητόν. βέλτιον δὴ ἐστὶ τὰς πρὸς τὰ κρείττονα κοινωνίας αἱρεῖσθαι, ἐπιμελήσεσθαι παιδείας. ἧς τυχόντες, τὸ
D *μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἕξομεν. Sanè hominum genus, ô pueri, cum diis & brutis animalibus communem habet naturam, cum illis quidem, qatenus rationale existit; cum his verò, qatenus mortale. Satius igitur est cum superioribus societatem sensu percipientes disciplinas studio & curâ prosequi, qas consequti, bonorum maximum adepti fuerimus.* Porphyrius apud Evsebium *præparat. Evangel. l. 3. c. 10.* Ψυχὴ μὲν ἔν λογικὴ καὶ ἀθάνατος, καὶ τῆς ἀπαθὴς ἐν ἀνθρώπῳ φύσει, ἓν μοὶ δοκεῖ λέγεσθαι εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀποσώζειν θεοῦ, καθόσον ἄϋλος καὶ ἀσώματος, νοερά τε καὶ λογικὴ τὴν ὑπ' αὐτῆς συνίστησιν, ἀρετῆς ὅσα καὶ σοφίας δεκτική. *Ac mihi qidem meritò dici videatur, animum illum rationis immortalitatisqe participem, ac mentem eam, qa*
E *hominis in natura pati nihil possit, divinam imaginem similitudinémqe retinere, qatenus uterqe ab omni corporis & materiæ concretione sejunctus, naturam essentiámqe sortitus est planè spiritualem ac ratione constantem, qaqe virtutem possit sapientiámqe suscipere.* Festivè Clemens *Strom. l. 4. pag. 477. D.* de homine; Ἔοικεν δ' ὅμως, Κενταύρῳ θετταλικῷ πλάσματι, ἐκ λογικοῦ καὶ ἀλόγου συγκείμενῳ, ψυχῆς καὶ σώματος. ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα, γῆν τε ἐργάζεται, καὶ σπεύδει εἰς γῆν. τίταλλα δὲ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν Θεὸν, ἥ γε διὰ τῆς φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς παιδευμένη. *Videtur avtem, ut opinor, esse similis Centauro, figmento Thessalico, ut sit compositus ex parte rationis partici-*
F *pe, & experte rationis, animâ & corpore. Sed corpus qidem & terram operatur, & tendit ad terram: anima avtem ad Deum extollitur, qa qidem per veram erudita philosophiam.*

Καὶ ὅταν πῶς ἔχῃ διακεῖται] Xylander *præterea qomodo afficitur eo tactu pars illa.* Verùm versionis rationem nullam dat, unde, qid legerit ariolemur. Mericus Casaubonus legit διαχέηται. vertítqe, *qomodo pars ea afficitur, qando diffundi videtur.* addit & conjecturam alteram, legi posse, ὅταν πῶς ἔχει ἢ διάκειται, ut posterius vocabulum sit prioris ἐξηγητικὸν, vel à Marco ipso, vel à glossematario aliqo. D. Bootius
G ὅταν πῶς ἴχοι διάκειται. *qomodo se habeat & afficiatur pars ista.* Ego malim, transpositis vocibus locisqe suis redditis, qò sensus constet, καὶ πῶς ἔχῃ ὅταν διῄκηται, *qomodo se habeat anima, ubi permeaverit, sive pertigerit*; ad Deum ipsum nimirum, vel ad locum eum, qicunqe ille tandem fuerit, sibi divinitús destinatum, postqam à corpore sejuncta fuerit; εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυνθεῖσα τόπον, uti Æschines in *Axiocho.* vel etiam cum Merico, ὅταν διαχέηται, sed sensu diverso; *ubi diffusa & dissipata fuerit*, corporis nimirum compage solutâ. Mar-
H cus lucem præfert, qi *l. 4. §. 21.* ἐπὶ ποσὸν συμμείναντα μεταβάλλοντι καὶ χίονται. *Ubi aliqandiu ibi perstiterint, mutantur & fundantur.* Seneca *Epist. 88. Innumerabiles sunt qæstiones*

§. 13. Nihil homine illo miserius est, qi omnia undiqe pervagatur, & cùm ea qæ subter terram sunt, qod ille ait, scrutatur, tum qæ in animis alienis, conjecturâ nititur indagare; nec intelligit interim sufficere sibi, ut cum eo, qem intra se gerit, genio versetur, eúmqe legitimè colat. colet avtem, si affectibus immunem custodierit, & temeritate alienum, nec offensum re aliqâ, qam vel Dii vel homines egerint. qæ enim Dii agunt, virtutis nomine, veneranda; qæ homines, cognationis ratione, sunt amica; sed & modo

§. 13. Οὐδὲν ἀθλιώτερον τῦ πάντα κύκλῳ ἐκ-
περιορχομένε, κ᾽ [a] τὰ νέρθεν γᾶς φησιν, ἐρευνῶν-
τ᾽, κ᾽ [b] τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον λόγῳ τεκ-
μάρσεως ζητῦντ᾽, μὴ αἰσθομένε ὅ, ὅτι ἀρκεῖ πρὸς
μόνῳ [c] τῷ ἔνδον ἑαυτῦ δαίμονι εἶναι, κ᾽ τῦτον γνη-
σίως θεραπεύειν. θεραπεία δὲ αὐτῦ [d] καθαρὸν πά-
θος λόγῳ τηρεῖν, κ᾽ εἰκαιότητ᾽, κ᾽ δυσαρεστήσεως τῆς
πρὸς τὰ ἐκ [e] θεῶν κ᾽ ἀνθρώπων γινόμενα. τὰ μὲν γὰρ
ἐκ θεῶν ἀδέσιμα δι᾽ αἱρετόν. τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων
[f] φίλα λόγῳ συγγένειαν. ἔστι δὲ ὅτε κ᾽ [g] τρόπον
τινα

a Pindarus apud Platon. Theætet. L. 11. §. 1.
b Sup. § 8.
c Infr. §. 17. L. 3. §. 3. 5. 7. 16 l. 5. §. 27. l. 12. §. 26.
d [τῦτον] x. Svid. Sup. §. 5. Inf. §. 16.
e θεῦ Svid.
f Sup. §. 1. l. 3. §. 4.
g L. 7. §. 16.

ANNOTATIONES.

stiones de animo. unde sit; qalis sit; qando esse incipiat; qàm diu sit; an aliunde alio transeat, & domicilium mutet, ad alias animalium formas aliásqe conjectus: annon amplius qàm semel serviat, & emissus vagetur in toto: utrùm corpus sit, annon sit; qid sit facturus, cùm per nos aliqid facere desierit: qomodo libertate suâ usurus, cùm ex hac effugerit cavea: an obliviscatur priorum, & illic nósse se incipiat, cùm de corpore abductus in sublime cesserit. Varias avtem hac in parte Stoicorum sententias (neqe enim satis ipsis inter se convenisse videtur) apud Lipsium legas licet, *Physiolog. Stoic. l. 3. cap. 14.* Ambiguè noster ubiqe ferè. Sed & Seneca, & Socrates ipse; utì ostendemus ad *lib. 4. §. 16.* Salmasius interim titulum fuisse ista suspicatur tractatûs alicujus, qi jam perierit, insequentis.

§. 13. Καὶ τὰ νέρθεν γᾶς, φησὶν, ἐρευνῶν᾽] Pindari verba sunt, à Socrate in Platonis *Theæteto* de genuino philosopho usurpata, cujus verba *infrà ad l. 11. §. 1.* sunt exhibenda. Usurpárunt & post Socratem ex Platone Porphyrius *de abstin. animal. l. 1.* Galenus *hortator. ad artes c. 1.* Clemens Alexandrinus *Strom. l. 5.* Et ex Clemente Evsebius *præpar. Evang. l. 13. c. 13.* Theodoretus *therap. l. 12.* Verùm aliter illi omnes qàm noster istic; qi non virtuti, sed vitio dat, qòd istorum curiosi homines, vitæ mentísqe suæ inspiciendi ac discutiendi negligentiores existant. Pari ferè modo artes illas, qæ *liberales* vulgò dicuntur, exagitat Seneca *Epist. 88. Metiri me geometres docet latifundia. potiùs doceat, qomodo mettar, qantum homini sit satis. Numerare docet me Arithmetica, & avaritiæ commodare digitos. potiùs doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes: non esse feliciorem, cujus patrimonium tabularios lassat: imò qàm supervacua possideat, qi infelicissimus futurus est, si qantum habeat, per se computare cogatur. Qid mihi prodest scire agellum in partes dividere, si nescio cum fratre dividere? qid prodest colligere subtiliter pedes jugeri, & comprehendere etiam siqid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens, & aliqid ex meo abradens? Doces me, qomodo nihil perdam ex finibus meis? at ego discere volo, qomodo totus hilaris amittam.* Et reverâ, ut Augustinus *Confess. l. 5. c. 4.* leviusculè inflexus. *Dubitare stultum est, qin fidelis homo, qamvis nec saltem septentrionis gyros noverit, melior sit, qàm mensor cœli, & numerator sydorum, & pensor elementorum, & negligens sui.* cùm ille, *tui*, dixerit, Deum allocutus.

Τὰ ἐν ταῖς τῶν πλησίον ψυχαῖς διὰ τεκμάρσεως ζητῦντ᾽] Vel physiognomonas notat, qi ex indiciis externis de aliorum ingeniis conjecturam facere profitentur: vel innatum illud generi humano vitium perstringit, qo in alienos affectus cordisqe recessus intimos induere sese pleriqe gestiunt; *curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam,* ut scitè Augustinus *confess. l. 10. c. 2.*

Πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον] Opportunum itaqe hîc monitum illud Homericum *Odyss. δ. v. 392.*

Ὅτ|ι τοι ἐν μεγάροισι; κακόν|ʼ ἀγαθόν τε τέτυκται.
Qodcunqe tibi in domibus malumqe bonumqe accidisset.

qem versum Socrates præ omnibus semper rebus sibi cordi esse dicebat, ut Gellius scripsit *noct. Attic. l. 4. c. 6.* eidémqe in ore crebrum fuisse, tradidit Demetrius Byzantius, utì Laërtius *l. 2.* qò à naturæ rerum aliarum physica speculatione abduceret homines ad ethicæ sive moralis philosophiæ studium, qâ animum cujusqe proprium discutiendi, dignoscendi, corrigendi, perpoliendi, modus methodúsqe commonstratur. qin & eo fine usurpatum, à Diogene, prodit Diocles apud Laërtium *l. 6.* in *Menedem. Cynic.* ab Aristippo, Evsebius *præpar. Evang. l. 1. c. 5.* Lavdant & Plutarchus in *præcept. Salub.* & *de Commun. notit. c. 10.* Sextus Empiricus *de philosoph. l. 1. c. 1.* & *l. 10. c. 1.* Dio Prusæus *Orat. 40.* Optimè Plutarchus *de Curios. pag. 515. D.*

Τί τ᾽ ἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκαίνεις;
Κακὸν ὀξυδερκὴς, τὸ δ᾽ ἴδιον παραβλέπεις;
μετάθες ἔξωθεν, καὶ μετάρσιον ἴσον τὴν πολυπραγμοσύνην.
Aliena qorsum acutè pervides mala,
In propriis cæcus: hominum invidissime?
transfer extrinsecus, & intro converte curiositatem.

Τῷ ἔνδον ἑαυτῦ δαίμονι] *Mentem* cujusqe nunc *dæmonem*, nunc & *Deum* dicit. Sic *l. 3. §. 3.* Τὸ μὲν γὰρ νῷς καὶ δαίμων. *Cum alter meus & genius.* & §. 16. τὸν ἔνδον ἐν τῷ στή-θει ἱδρυμένον δαίμονα. *Genium* verò *intra se in pectore situm.* & *l. 5. §. 27.* ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ πρεσβύτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδω-

A κεν. *Genius, qem cuiqe Jupiter attribuit, præsidem ducémqe eidem futurum.* & *ibidem §. 10.* τὸν ἐμὸν θεὸν καὶ δαίμονα. *deum meum & genium.* & *l. 3. §. 5.* ὁ ἔν σοι θεός. *Qi in te residet deus.* Plato in *Timæo pag. 1087. C.* Τὸ δὲ δὴ περὶ τῦ κυριωτάτυ παρ᾽ ἡμῖν ψυχῆς εἴδος διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τῦτο. ὃ δὴ φαμὲν οἰκεῖν μὲν ἡμᾶν ἐπ᾽ ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ συγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν, ὡς ὄντας φυτὸν, οὐκ ἔγγειον, ἀλλ᾽ οὐράνιον. *De præstantissima igitur anima nostra specie ita est sentiendum. Nempe hanc Deus ut dæmonem nostrum cuiqe tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atqe ad cæli cognationem à terra nos tollere, tanqam animalia cœlesti potius qam terreno semine natum.*

B Καὶ τῦτον γνησίως θεραπεύειν] Plato *Timæo* post superiora illa *D.* Τὸν δὲ ἀεὶ θεραπεύοντα τὸ θεῖον, ἔχοντά τε αὐτὸν εὖ μάλα κεκοσμημένον τὸν δαίμονα ξύνοικον ἐν αὑτῷ, διαφερόντως εὐδαίμονα εἶναι. θεραπεία δὲ δὴ πάντῃ παντὸς μία, τὰς οἰκείας ἑκάστῳ τροφὰς καὶ κινήσεις, ἀποδιδόναι. τῷ δ᾽ ἐν ἡμῖν θείῳ ξυγγενεῖς εἰσὶ κινήσεις, αἱ τῷ παντὸς διανοήσεις καὶ περιφοραί. *Cùm semper divinum colat, ipsúmqe familiarem dæmonem in se habeat ornatissimum, præcipuè beatum fore. Cultura avtem cujusqe omnino una est, proprium cuiqe pabulum motúmqe tribuere.*

C *Ei verò qod in nobis divinum est, motus cognati sunt, universi ipsius cognationes atqe circuitus.* Apulejus *de Socrat. gen. Si qotidiana eorum ara dispungas, invenies in rationibus multa prodigè profusa, & in semet nihil, in sui, dico, dæmonis cultum.* Et Seneca *Epist. 41. Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorúmqe nostrorum observator & custos. hic prout à nobis tractatus est, ità nos ipse tractat.*

Καθαρὸν πάθος] τῦτον κ. π. Svidas in Εἰκαῖον. qi & mox θεῦ pro θεῶν. Affectus avtem Stoicos prorsùs sustulisse, nulli non notum.

Καὶ εἰκαιότητ᾽] Εἰκαῖον, μάταιον, ἀνωφελές. Svidas adductis Marci verbis hisce.

D Φίλα διὰ συγγένειαν] Eam nimirum, de qa *superiùs §. 1.* Sed & *l. 9. §. 27.* φύσει γὰρ φίλοι. *Naturâ amici.* Et *l. 11. §. 8.* φύσει συγγενῆ καὶ φίλον. *Naturâ cognatum sibi & amicum.*

Τρόπον τινα ἱλεινὰ] Ità *l. 7. §. 26. Ubi qis in te peccaverit, cogita statim apud te, qid illud fuerit, qod bonum malúmve ratus, id culpæ admiserit:* τῦτο γὰρ ἰδὼν ἐλεήσεις αὐτόν. *hoc enim perspecto, misereberis hominis,* qod tali nimirum opinione imbutus sit. Et sunt reverâ improbi homines οὐκ ὀργῆς μᾶλλον ἢ φθόνυ ἄξιοι, (contrà qàm de rebus suis Andocides *Orat. de reditu.*) *miseratione potiùs qàm indignatione digni. Nam sicuti corporum langvor, ità vitiositas qidam est qasi morbus animorum. cùm itaqe ægros corpore minimè dignos odio, sed potiùs miseratione judicemus, multò magis non insequendi, sed miserandi sunt, qorum mentes omni langvore atrocior urget improbitas.* Boethius *Consol. phil. l. 4. c. 4.* Et Hilarius *in Psal. 118. §. 7. Sanctus qisqe cùm caditur, non humilitatis sua qi casus est, sed insolentiæ ejus qi cadit, misereatur: ut à vesano filio pater, ut ab amente ægroto medicus contumeliam passus, dolorem, non ex eo qod perpessus fuerit, sentit; sed ob id, qod ille qem sanum esse cuperet, injuriam sibi vesanus intulerit.* Libanius itidem *Orat. 12. pag. 390. D.* Τὸν παραφρονῦντα ἄνθρωπον, ὃ κολάζειν
F νόμ᾽, ἀλλ᾽ ἐλεεῖν, καὶ πειρᾶσθαι τίχνῃ τῇ τῶν ἰατρῶν ἐπανορθῦν. ὑδεὶς δὲ τύπτει τὸν μαινόμενον, ὑδὲ ἔγκλημα νόσυ ποιύμεν᾽, τὴν νόσον κατηγορεῖ. *Despiens lege non punitur, qin mos est illius misereri, & medicorum arte tentare ei mederi. Sed furentem nemo percutit, neqe crimine morbi objecto, morbum accusat.* Stoicis avtem improbi omnes amentes habentur. Ità Epictetus *Dissert. l. 1. c. 18.* Πεπλάνηνται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. χαλεπαίνειν οὖν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; *Errant in judicio bonarum vel malarum rerum. Utrum igitur indignationem potius an commiserationem merentur.* qasi diceret, istud potiùs. Et Marcus *l. 7. §. 25.* δεῖ ἂν συγγινώσκειν. *ignoscere*
G *oportet.* Sed & *l. 1. §. 15.* τὸ συγγνωμονικὸν, à Maximo, qi & Stoicus ipse, didicisse se profitetur. Verùm cavtè istic & cum restrictione aliqa, τρόπον τινα ἱλεινὰ, id est, *modo qodam miseranda* dixit; nè in dogma Stoicum peccare videatur, qod statuit ἔλεος εἶναι πάθος, καὶ συνολὴν ἄλογον, *misericordiam esse ægritudinem sive perturbationem, contractionémqe animi, à ratione alienam.* itaqe τὰς σοφὰς ἐλεήμονας μὴ εἶναι. *Sapientes non esse misericordes.* Laërtius *lib. 7.* in *Zenone.* de qo & Lactantius *instit. lib. 3. c. 22. Illud satis est ad coarguendum hominis erro-*

a Sup. §. 1. πνα ἐλεεινὰ, a δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. οὐκ
b L. 4. §. 29. ἐλάττων b ἡ πήρωσις αὕτη τῆς ἐρεμνοτέρας διανοίας
c μέλανα. νεν τὰ λευκὰ καὶ c μέλαινα.

qodam miseranda qandoqe, ob bonorum malorúmqe ignorationem. nec sanè defectus hic minor est illo, qi alba & nigra internoscere prohibet.

§. 14.

ANNOTATIONES.

rem, qùd inter vitia & morbos misericordiam ponit. Cicero *Orat. pro Muren.* ex Zenonis sententia; *cujus inventorum æmuli sint Stoici, Neminem misericordem esse, nisi stultum & levem.* cùm Plato & Aristoteles contrà docuerint, *Viri boni esse misereri.* Qin & Evripides contrà prorsus qàm Stoici, in *Antiopa* apud Stobæum *tom. 2. tit. 3.*

Ἔνεστι δ' οἴκτῳ, ἀμαθίᾳ μὲν ὁδαμοῦ,
Σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν. καὶ γὰρ ὃν ἀζήμιον
Γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν.
Non imperiti motus est misereſcere,
Sed est viri sapientis, noxaqe immunet,
Cùm sapere sese qi putant, sapiunt nimis.

Et Senarius Græcus,

Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον ὁ μηλάσσεται.
Misereſcere hæud scit impii cordis rigor.

Nec incelebre, avt inscitum, Phocionis illud apud eundem, *tit. 1.* Οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, ἔτι ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον. *Nec è templo aram*; (ad quam miseris & vexatis receptus sit;) *nec ex vita humana tollendam misericordiam.* Istâ siqidem sublatâ, qod Plinius *l. 7. c. 19. Exit hic animi tenor aliqando in rigorem qendam torvitatémqe naturæ duram & inflexibilem, affectúsqe humanos admit.* Verùm Stoicorum dogma istud Seneca clarissimè explicat, *de clement. l. 2. c. 4. 5. Misericordiam plerique ut virtutem laudant, & bonum hominem vocant misericordem: hæc autem vitium animi est. Est enim vitium pusilli animi, ad speciem alienorum malorum succidentis. itaqe pessimo cuiqe familiarissima est.* Et mox: *Misericordia est ægritudo, ob alienarum miseriarum speciem. ægritudo autem in sapientem virum non cadit.* Denique *c. 6. Misericordia est animorum, nimis miseria faventium: qam si qis à sapiente exigit, propè est, ut lamentationem exigat, & in alienis funeribus gemitus.* Porrò ista, qia durius asperiúsqe dicta videri poterant, mitigare conatur idem *ibidem*, ubi subjicit, *c. 5. & 6. Sapiens ergò non miseretur; qia & sine miseria animi non fit. Cæterùm omnia, qæ qi miserentur, dolentes facerent, hic libens & alacri vultu faciet. Succurret alienis lacrymis, non accedet: dabit manum naufrago, exuli hospitium, egenti stipem: donabit lacrymis maternis filium, & catenas solvi jubebit, & ludo eximet; & cadaver etiam noxium sepeliet. at faciet ista tranquillâ mente, vultu suo. Ergò non miserebitur sapiens, sed succurret, sed proderit, in commune auxilium natus ac publicum bonum, &c.* Itaqe Plutarchus *de tranqill. p. 468. D.* Ἔνιοι τῶν φιλοσόφων καὶ τὸν ἔλεον ψέγουσι πρὸς ἀτυχοῦντας ἀνθρώπους γινόμενον, ὡς καλὸν τὸ βοηθεῖν, ὁ συναλγεῖν καὶ συνιδιόνας τοῖς πλησίον ἐστιν. ὁ δὲ μεῖζόν ἐστιν, ὁδὲ αὐτῶν ἁμαρτανόντων καὶ διακειμένων φαύλως τὸ ἦθος αἰσθανομένους ἀθυμεῖν καὶ δυσφορεῖν ἐᾶσιν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἄνευ λύπης τὴν κακίαν. *Philosophorum nonnulli misericordiam, qà afficimur ob aliorum calamitates vituperant: qod debere nos opitulari aliis, non una dolere & animum demittere statuant: & qando, qod sane majus est, delicta nostra avt morbos animi ubi sentimus, non sinunt mæstos esse & ægre ferre, sed absqe dolore mederi vitio jubent.* Scilicet talem volunt esse sapientis affectum, qalem nostri *misericordiam divinam* prædicant. Qi, ut avtor libri *de patient.* sub Augustini nomine, sive Hugo is de S^o. Victore, sive alius qis est, *c. 1. Zelat sine aliqa molestia, irascitur sine aliqa perturbatione, misereatur sine aliqo dolore, patiens est sine ulla passione. Si, tanqam nostra, illa cogitamus, in illo nulla sunt.* Videatur Anselmus *prosolog. c. 8.* & Thomas Aqinas *summ. l. 1. q. 21. a. 3.* Qin & Augvstinus ipse *de morib. Eccles. Cathol. l. 1. c. 27. Qare illa omnia, qibus hujuscemodi malis incommodisve resistitur, qi officiosè atqe humaniter prebent, misericordes vocantur, etiamsi sapientes usqe adeò sint, ut jam nullo animi dolore turbentur. nam qis ignoret ex eo appellatam esse misericordiam, qòd miserum cor faciat condolentis alieno malo?* Qanqam reverà *misericordia* potiùs dicta, *qòd cordi sit aliena miseria.* Zanchius *de natur. Dei, l. 4. c. 4. q. 1.* Verùm pergit Avgustinus. *Et qis non concedat ab omni miseria liberum esse debere sapientem, cùm subvenit inopi, cùm vestit nudum, cùm peregrinum tecto excipit, cùm oppressum liberat, cùm denique humanitatem suam usqe ad sepulturam porrigit mortuorum? etiamsi id faciat mente tranquillâ, nullis aculeis doloris instinctus, sed adductus officio bonitatis, misericors tamen vocandus est. huic enim nihil obest nomen, cùm absit miseria.* Verùm & ea Græco vocabulo abest. qod & Zanchius observavit. itaqe de nomine tantùm controversia est. Veruntamen mox Stoicos obliqè perstringens, qibuscum tamen de re ipsa consentire planè videtur; *Stulti verò*, inqit, *cùm misericordiam qasi vitium devitant, qia officio satis moveri nequeunt, si nec perturbatione commoventur, congelascunt potiùs rigore inhumanitatis, qàm rationis tranquillitate serenantur. Itaqe multò prudentiùs Deus etiam ipse misericors dicitur: qi qemadmodum dicatur, restat intelligere iis, qi sese idoneos religione studioqe præstiterint.* Vides, utì Senecæ gemina ferè, qoad sensum, loqatur; de vocabuli usu duntaxat Senecæ nevtiqam concedens. Nam qod *retract. l. 1. c. 7.* de sapientibus qod hic dictum est, *non sic accipiendum*

A monet, *qasi definierit, in hac vita esse tales sapientes, qandoqidem non, cùm sint; sed etiamsi sint, dixerit.* Nec hoc à Stoico dogmate abhorrere prorsus videtur, qi, *qis sapiens sit, avt fuerit*, inqit Cicero *Academ. l. 4. nec ipsi solent dicere.* qique *sapientem*, vel sapientis ideam potiùs, *talem nobis delineant, qalem nemo mortalis est unqam consecutus*, ut idem *de amicit.* Ἐπεὶ γὰρ οἶκτος ὁδαμοῦ γῆς, ὁδὲ γέγονεν, ut Plutarchus *de Stoic. contradict. c. 13.* Qanqam avdentiùs Seneca *de sapient. constant. c. 7. Non est, qod dicas, ità ut solet, hunc sapientem nostrum nusqam inveniri. non fingimus istud humani ingenii vanum decus,* B *nec ingentem imaginem falsæ virtutis concipimus, sed qalem confirmamus, exhibuimus & exhibemus.* Non te certè, Seneca; qod & ipse alibi fateris. Ad veritatem propiùs accessere illi, qi (Stobæo referente *collectan. tom. 1. l. 2. tit. 4. §. 8.*) κατὰ τοὺς πρώτους χρόνους σοφόν τινα γεγονέναι νομίζουσι. hoc est, *primis temporibus*, ante lapsum nimirum primævum, *sapientem existimant qendam extitisse.* Verùm hæc utcunqe se habeant, patet hinc interim, cur noster istic oratione suspensâ usus, τρόπον τινα, non ἁπλῶς, ἐλεεινὰ dixerit.

Δι' ἄγνοιαν] Vide *supr. §. 1. & l. 11. §. 18.* Polybius *hist. 12. 5.* Δεῖ τοῖς μὲν καθ' ἄγνοιαν παραπαίουσι, διδόναι συγγνώμην. τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀκαταλλάκτως ἔχειν. *Oportet veniam dare* C *illis, qi per ignorationem à veritate aberrarent; ab iis verò, qi voluntate & certo proposito, capitali odio dissidere.* Sic Persius *Sat. 3.*

— *caret culpâ, nescit qid perdat.* —

Verùm in istis distinctiones qasdam adhibet Aristoteles *Ethic. l. 3. c. 2.* primò siqidem distingvit περὶ τῆς ἀγνοίας. Ἀγνοεῖ μὲν ὃν πᾶς ὁ μοχθηρὸς, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ὧν δὴ ἀφεκτέον. καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν ἄδικοι καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται. τὸ δὲ ἀκούσιον βέλτιον λέγεσθαι, ὅταν εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον. οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια, αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας. ὁδ' ἡ καθόλου. ψέγονται γὰρ διὰ γε ταύτην. ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις. ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἐλεοῦς καὶ συγγνώμη. ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν, ἀκούσιος πράττει. *Unusqisqe igitur pravus qid agendum, à qibusqe abstinendum* D *sit, ignorat: ob hujuscemodi errorem injusti & omnino mali homines efficiuntur. Invitus igitur dici debet, non si qis ignorat id qod conducit: non enim ignoratio, qa in electione consistit, inviti est caussa, sed pravitatis: neqe ea qa est universalis, qippe qm ob eam homines vituperentur, sed ea, qa circa particularia versatur, in qibus & circa qa actio existit: in his enim & misericordia & venia locum habet.* Secundò distingvit inter τὸ δι' ἄγνοιαν, καὶ τὸ ἀγνοοῦντα πράττειν. Ἔτερον δέ, inqit, ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν, τοῦ ἀγνοοῦντα πράττειν. ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος, οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων. ὑποκειδὼς δὲ, ἀλλ' ἀγνοῶν. *Diversum qoqe est ex ignorantia & ignorantem agere: qi enim vel ebrius est, vel iratus, non videtur ex ignorantia agere, sed ob aliud qippiam ex iis qæ dicta sunt: qippe cum non sciens, sed ignorans agat.* Clemens Marco σύμψηφος planè *Strom. l. 4. p. 530. A.* Κἂν μισῶσί τὸν ἐκλεκτόν τινες, οἶδεν ὅλος τὴν ἄγνοιαν αὐτῶν, οἰκτείρων τῆς ἁμαθίας τὴν γνώμην αὐτῶν. *Et si electum odio habeant aliqi, is novit eorum insciitiam, miseretqe eum, qòd in tanta animus ignorantia versetur.* Epictetus *l. 1. c. 28.* Τί χαλεπαίνεις αὐτῇ, ὅτι πεπλάνηται ταλαίπωρος περὶ τῶν μεγίστων; οὐχὶ δ' εἶπερ ἄρα μᾶλλον ἐλεεῖς, ὡς τοὺς τυφλοὺς ἐλεοῦμεν, F ὡς τοὺς χωλοὺς, οὕτω τοὺς τὰ κυριώτατα τετυφλωμένους καὶ ἀπόπους χαλωμένους; *Cur igitur ei succenses, qòd decepta est misera in rebus maximis? Qin potius ejus te misereſcit, ut cæcorum nos miseret, ut claudorum? Nam eodem modo commiserationem merentur qi præcipua sua parte cæcutiunt & claudicant.* Obiter monendum, apud Svidam hinc restitui posse vocem ἐλεεινὰ, qæ periochen istam recitanti in Δαίμων, excidit, sicut & in seqentibus negativa.

Οὐκ ἐλάττων ἡ πήρωσις αὕτη] qâ laborant ii, qos πεπηρωμένους πρὸς ἀρετὴν, *mancos ad virtutem consequendam*, Philosophus dixit, *Ethic. l. 1, c. 10.* Hæc est illa sive πήρωσις sive τυφλότης, non corporis, sed *mentis cæcitas*, de qâ & noster *infrà l. 4. §. 29.* τυφλὸς, ὁ καταμύων τῷ νοερῷ ὄμματι. *Cæcus, qi mentis oculos clausos habet.* qam & sacra pagina passim tangit. Esaj. *c. 6. v. 9, 10.* & *c. 42. v. 18, 19.* Matth. *c. 13. v. 13, 15.* & *c. 15. v. 14.* Joan. *c. 9. v. 39, 40.* & *c. 12. v. 40.* Luc. *Act. c. 28. v. 26, 27.* Pavl. *ad Ephes. c. 4. v. 18.* Petr. *Ep. 2. c. 1. v. 9.* Joan. *Apoc. c. 3. v. 17.* Eam Marcus non immeritò corporeâ illâ nihilo minorem, imò majorem deteriorémqe multò, pronunciat. Καὶ γὰρ ὅτοι, τὸ κυριώτατον τῶν ἐν αὐτοῖς, διάνοιαν πεπήρωνται, ἧς βαθὺ σκότος ἀφροσύνη καὶ ἔχειν. *Cum principe suæ partæ, hoc est, mente, capti sunt, cui stultitia densissimas tenebras offuderit.* Philo *de provident.* apud Evsebium *præpar. Evang. l. 8. c. 14.* Ἄγνοια δὲ χαλεπωτέρα τῆς ἐν τῷ σώματι πήρωσιν ἐπιφέρουσα τῇ ψυχῇ, πάντων ἁμαρτημάτων αἰτία γίνεται. *Ignorantia verò dirierem animæ qam qa est corporis mutilationem adferens, omnium peccatorum est caussa.* Idem *de ebriet.* Epictetus etiam *Dissert. l. 1. c. 18.* ubi eandem, qam Marcus hîc, caussam agit: Ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν πεπλανημένον καὶ ἐξηπατημένον περὶ τῶν μεγίστων, καὶ ἀποτετυφλωμένον, ἐν τὴν ὄψιν τὴν διανοητικὴν

§. 14. Etiamsi ter mille annos victurus esses, & totidem insuper myriadas, illud tamen meminisse debes, nec ullam aliam vitam ab ea, quàm degit, amittere qenqam; nec aliam ab ea, quàm amittit, degere. eodem ergò redit longissimum ætatis spatium, cum eo quod est brevissimum. præsens siquidem tempus est omnibus æquale: & quod amittitur ergò, æquale est omnibus. eadémque ratione id quod amittitur, momentaneum tantùm esse constat. neque enim avt præteritum, avt futurum amittere quis potest. nam quis cuiquam id, quod non habet, abstulerit? horum itaque duorum meminisse oportebit: alterius nimirum, quòd omnia ab æterno consimilia fuerint, & in orbem ferantur: itaque nihil

§. 14. [a] Κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσεαι μέλλῃς, καὶ τετραισχίλιαι μύριαι, ὅμως μέμνησο, ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ τοῦτον ὃν ζῇ. οὐδὲ ἄλλον ζήσει, ἢ ὃν [b] ἀποβάλλει. εἰς ταὐτὸ ἓν καθίσῃ) τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ, τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον [c] [εἰ] καὶ τὸ ἀπολλύμενον, [d] σὸκ ἴσον. καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον οὕτως ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται). [e] ἔστε γὰρ τὸ παρωχημένον, ἔτι τὸ μέλλον ἀποβάλοι ἄν τις. ὃ γὰρ σὸκ ἔχει πῶς, ἄν τις τοῦτο αὐτοῦ ἀφέλοιτο; τοῦτον ἓν τὸ δύο δεῖ μεμνῆσθαι. ἐνὸς μὲν, ὅτι [f] πάντα ἐξ αἰδίου ὁμοειδῆ, καὶ ἀνακυκλέμενα, καὶ

[a] L. 3. §. 10. l. 4. §. 47. 50. l. 9. §. 28. 33. l. 12. §. 26.
[b] [ἂν] ἀποβάλλῃ Suid.
[c] delet Suid.
[d] ἓν f.
[e] L. 6. §. 32.
[f] L. 4. §. 32. l. 6. §. 37. 46. l. 7. §. 1. l. 9. §. 28. 35. l. 10. §. 27. l. 11. §. 1. l. 12. §. 24.

[g] οὐδὲν

ANNOTATIONES.

φικὴν τῶν λευκῶν καὶ μελάνων, ἀλλὰ τὴν γνώμην τὴν διακριτικὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν μὴ ἀπολλύναι. πῶς ἀπάνθρωπον τοῦτο; καὶ ἐκείνῳ ὅμοιον. τοῦτον ἓν τὸν τυφλὸν μὴ ἀπολλύναι, καὶ τὸν κωφόν; μείζων γὰρ βλάβη ἡ τῶν μειζόνων. *Ille qi cacutit, qi fallitur, & maximis in rebus errat, non eâ videndi facultate amissâ, qi candida & nigra discernuntur, sed qâ animus bona & mala distinguit, non est perdendus. Qàm inhumanum hoc, & huic non absimile. Hiccine cacus & surdus non perdendus est? Rerum maximarum damnum est maximum.* Flaccus *l.* 1. *Epist.* 10.

Non qi Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiusve medullis;
Qàm qi non poterit verum distingvere falso.

Contrà Antonius Didymum ob cæcitatem corpoream tristiùs pavlò se habentem, cùm tamen mentis acumine cumprimis polleret, *Miror*, ait, *prudentem virum ejus rei dolere damno, qam formica & musca & culices habent; & non latari illius possessione, qam Sancti soli & Apostoli meruerunt. Ex qo pervides*, (Hieronymi sunt *ad Castrutium*) *qod multò melius sit spiritu videre. qàm carne; & illos oculos possidere, in qos peccati festuca non possit incidere.* Vide *l.* 3. §. 14.

§. 14. Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον. εἰ καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον. καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον ὅλως ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται] Corrupta ista esse monitu nihil opus. corrigere forsan havd ità proclive fuerit. Svidas in Ἀκέραιον (pro qo tamen, Ἀκαριαῖον substituendum esse liqet) sic habet: Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον. καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον. καὶ τὸ ἀπολλύμενον ὅλως ἀκαριαῖον φαίνεται. *Id enim qod adest, omnibus est par & æqale. Et qod amittitur, non est æqale. Sic avtem id qod amittitur brevissimum & qod momenti instar nobis apparet.* Qid si legerimus? Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον. καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον. καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον ὅλως ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται. ab avtoris mente certè ista nevtiqam discedunt: hoc enim vult; *Nihil refert, vitam qis diutissime protrahat, an brevissimè defungatur. idem siqidem prorsus est, qod vterqe istorum tum superando vivit, tum moriendo amittit; atqe ipsum punctum temporis insecabile duntaxat. quin enim tempus præsens idem vtrique sit, nec amitti possit nisi qod in præsentiarum habetur; idem necesse est id sit, qod vterqe moriendo amittit. Illud avtem est insecabile qiddam. & hoc igitur.* Ità *l.* 12. §. 26. Τὸ παρὸν μόνον ἕκαστον ζῇ, καὶ τοῦτο ἀποβάλλει. *Tempus præsens tantum cuiqe & vivitur & amittitur.* Communicavi conjecturam hanc meam viro clariss. D. Salmasio, qi de aliis locis requisitus, pro liberalitate sua, & de isto sententiam suam responso inseruit. cui probari cùm videam, non jam amplius pro mera conjectura habeo.

Εἰς ταὐτὸ ἓν καθίσαι] Ità *l.* 9. §. 33. Καὶ ὁ ἐγχαλεγήσας ἀποθανὼν εἰς ἴσον καλασήσαι τῷ προάρῳ. *Et qi senectute extremâ confectus moritur, in eundem statum redigitur cum eo, qi immaturus obiit.* Seneca *qæst. nat. l.* 6. *c.* 26. *Hæc omnia jeres constanter, si cogitaveris nihil interesse inter exiguum tempus & longum. hora sunt qas perdimus. puta dies esse, puta menses, puta annos: perdimus illos, nempe perituros. qid, oro te, refert, num perveniam ad illos? fluit tempus, & avidissimos sui deserit. nec qod futurum est, meum est, nec qod fuit: in puncto fugientis temporis pendeo: & magni est modicum fuisse: eleganter Lælius ille sapiens dicenti cuidam, Sexaginta annos habeo: Hos, inqit, dicis sexaginta, qos non habes? nè ex hoc qidem intelligimus incomprehensibilis vitæ conditionem & sortem temporis semper alieni, qòd annos annumeramus amissos.* Qæ postremo favere possent superiori clavsulæ lectioni vulgatæ, qam Mericus Casavbonus etiam admisit, si καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον. ut *tempus præteritum, qod jam amissum est, inæqale esse concedatur, cùm longius his, illis brevius exstiterit*: si id Marci illatio ullo modo pateretur. Verùm is illud tantùm annitti, qod habetur, contendit: & utrumqe *insecabile* esse concludit, & qod amittitur & qod habetur.

Ἀκαριαῖον] *Infrà* §. 17. Τὸ ἀνθρωπίνου βίου ὁ χρόνος, στιγμή. *Vita humana tempus, punctum est.* & *l.* 3. §. 10. Μόνον ζῇ ἕκαστος τὸ παρὸν τοῦτο τὸ ἀκαριαῖον. τὰ δὲ ἄλλα ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδήλῳ. *Unumqemqe præsens tantummodo ætatis spatium,*

qod punctis instar obtinet, vivere: reliqum tempus vel jam exactum, vel in incerto plane situm. Seneca *de brev. vit. c.* 10. *Singuli tantùm dies, & hi per momenta præsentes sunt.* & *ibidem. In tria tempora vita dividitur; qod est, qod fuit, qod futurum est. Ex his qod agimus breve est, qod egimus certum, qod acturi sumus dubium.* Et in hoc igitur sensu verum est, qod Poeta nescio qis, apud eundem. *ibidem c.* 2.

Exigua pars est vitæ, qam nos vivimus.

qod esse ex Menandri *plocio* traductum, unde istud Stobæo *tom.* 2. *tit.* 108. lavdatur,

Μικρόν τι τὸ βίος καὶ πονηρὸν ζῶμεν χρόνον.

docet Janus Rutgersius *Var. lect. l.* 4. *c.* 17.

Ὃ γὰρ ἓν ἔχει, πῶς ἄν τις τοῦτο αὐτοῦ ἀφέλοιτο] Hinc proverbialia illa, Plavtus *Asinar. act* 1. *scen.* 1. *v.* 79.

— maximas nugas agis.
Nudo detrahere vestimenta me jubes.
Tene ego desravdem, cui ipsi nihil est in mana?

Apulejus *fabul. Milesi. l.* 1. *Qid viatori de summa paupertate latrones auferre possunt? an ignoras, inepte, nudum nec à decem palæstritis despoliari posse?* Joannes ille oris avrei *nec à centum.* in Matth. homil. 83. *Edit. Paris. pag.* 876. *A.* Ἢ οὐκ ἀκούεις, inqit, τῆς παροιμίας λεγούσης, ὅτι τὸν πένητα καὶ γυμνὸν οὐδὲ ἑκατὸν ὁμοῦ συνελθόντες δύνανται ἀποδῦσαι πολύ. *Non avdis qid trito proverbio dicatur? centum simul viros unum pauperem atqe nudum spoliare non posse.*

Πάντα ἐξ αἰδίου ὁμοειδῆ] Ità *l.* 6. §. 37. Πάντα ὁμογενῆ καὶ ὁμοειδῆ. *Cuncta & cognata sunt, & uniformia.* & §. 46. ἀεὶ τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ὁμοειδές. *Eadem semper uniformiter exhibita.* & *l.* 9. §. 35. ἐξ αἰῶνος ὁμοειδῶς ἐγίνετο, καὶ εἰς ἄπειρον τοιαῦθ' ἕτερα ἔσται. *Ab æterno ista pariter facta sunt; & in æternum alia ejusmodi fient.* & *l.* 7. §. 1. πάντα συνήθη, καὶ οὐδὲν καινόν. *Omnia sunt consveta, & nihil est novi.* & *l.* 12. §. 26. πᾶν τὸ γινόμενον ὅλως ἀεὶ ἐγίνετο, καὶ γενήσεται, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται. *Qicqid fit, ita semper factum, sempérqe futurum, & nunc etiam ubiqe fieri.* Idem tractat argumentum & *l.* 4. §. 32. & *l.* 10. §. 27. Lucretius *l.* 3.

— eadem sunt omnia semper.

Ἀνακυκλέμενα] Sic *l.* 9. §. 28. Ταὐτά ἐστι τὰ τοῦ κόσμου ἐγκύκλια, ἄνω κάτω, ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα. *Eadem planè sunt mundana omnia, sursum deorsum, à sæculo ad sæculum, in orbem redeuntia.* Aristoteles *Physic. l.* 4. *c.* 14. & *Problem. l.* 17. *q.* 3. Καθάπερ φασὶ, κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα: *circulum esse res humanas:* qo loco & Alcmæonis illud festivum commemoratur, τοὺς ἀνθρώπους διὰ τοῦτο ἀπόλλυσθαι, ὅτι οὐ δύνανται τὴν ἀρχὴν τῷ τέλει προσάψαι. *Homines idcirco perire, qòd suum initium fini conjungere non possunt.* hoc est, ἐπαναγαγεῖν πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ συνεχὲς ποιῆσαι. itaque *circulationem* istam intelligendam de rebus, non numero, sed specie iisdem recurrentibus. & Plato *Timæo pag.* 1079. *E.* Τοῦτο ἅμα πᾶν, οἷον τροχοῦ περιαγομένου, γίγνεται. *Id totum simul revolutione qadam fieri.* Seneca *Epist.* 24. *Nullius rei finis est: sed in orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequntur. diem nox premit, dies noctem: æstas in avtumnum desmit, avtumno hyems instat, qæ vere compescitur. omnia transeunt, ut revertantur. Velut in orbe avt pilâ, motu ordo mutatur, & qæ sequebantur præcedunt, & qæ occidebant oriuntur; omnia, qomodocunqe ierint, in idem revertuntur.* Idem *de benef. l.* 5. *c.* 8. Tertullianus *de resurr. c.* 12. pòst superius exhibita *ad* §. 3. *Totus hic orbis revolubilis rerum*, &c. Tacitus *annal. l.* 3. *Rebus cunctis inest qidam velut orbis.* Et Avrelius Victor in *Avrelian. Cuncta in orbis modum verti: nihilqe accidere qod rursum natura vis ferre neqeat avi spatio.* ità restituit sententiam optimam, pessimè habitam Cl. Salmasius *ad Spart. Sever.* Sophocles *Trachin.*

Ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
Πᾶσι κυκλοῦσιν, ὥσπερ ἄρκτοι
Στροφάδες κέλευθοι.
Simul erumna & gaudia
Omnibus advolvuntur, perinde ut ursa
Volubiles circuitus.

Et Aristoteles *Ethic. l.* 1. *c.* 11. Τὰς τύχας πολλάκις ἀνακυλεῖσθαι περὶ τοὺς αὐτούς. *Fortunas sæpe circa eosdem revolvi.*

a L.4.§.15.a l.9.§.37.l.12.§.35.
b L.4.§.50.l.9.§.33.
c L.12.§.3.
d ὅσπερ vel, ὥσπερ.
e L.3.§.9.l.4.§.3.7.l.7.§.14.l.8.§.40.47.l.9.§.32.l.11.§.18.l.12.§.8.22.26.
f δηλοῖ f.
g τῶ Κυνικῶ Μονίμω f.
h δηλοῖ f.

ὀδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν δισχιλίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ τὰ αὐτά τις ὄψεται. ἐπέρᾳ δ', ὅτι καὶ [b] ὁ πολυχρονιώτατος, καὶ ὁ τάχιστα τεθνηξόμενος, τὸ ἴσον ἀποβάλλει. [c] τὸ γὰρ παρὸν μόνον ἐστὶ μόνου, ἃ στερίσκεσθαι μέλλει, [d] ὅπερ γε ἔχει καὶ ἕν τι μόνον. καὶ ὃ μὴ ἔχει τις οὐκ ἀποβάλλει.

§. 15. Ὅλη [e] παὶ ὑπόληψις. [f] δῆλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς [g] τὸν Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα. [h] δῆλον δὲ

interesse, per centum, an per ducentos, an per tempus interminatum, eadem qis visurus sit alterius verò, qòd is qi qàm diutissimè vixerit, & is qi qàm celerrimè mortuus fuerit, tantundem vitæ prorsus amittit uterqe. præsens siqidem duntaxat uterqe tempus amittit, cùm hoc duntaxat habeat, nec amittere possit qis, qod non habet.

§. 15. In opinione sita sunt omnia. docent hoc, qæ à Monimo dicta sunt. horum avtem utilitas com-

ANNOTATIONES.

Οὐδὲν διαφέρει] *Nihil*, inqit, *refert per breve aliqod temporis spatium, an in perpetuum ista videris.* qare? qia nimirum, ut *l.* 6. §. 37. Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ ἀϊδίου ἐγένετο, καὶ ὅσα εἰς τὸ ἄπειρον ἔσαι. πάντα γὰρ ὁμογενῆ καὶ ὁμοειδῆ. *Qi præsentia vidit, cuncta vidit, tum qa ab æterno fuere, tum qa in æternum futura sunt. cuncta enim & cognata sunt & uniformia.* Ità *l.* 9. §. 37. Ἴσον τὸ ἐκαὶον ἔτεσι. καὶ τὸ τρισὶ ταῦτα ἰσορῆσαι. *Perinde habet annis centum an tribus ista noris.* & *l.* 12. §. 35. Τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλέονι ἢ ἐλάσσονι χρόνῳ, οὐδὲν διαφέρει. *Nec interesse putat, mundum longiori an breviori temporis spatio contemplatus sit.* Ità qod Seneca *Ep.* 101. *Nihil interest inter diem & seculum.* Vide & *l.* 3. §. 7. & *l.* 7. §. 49. Menander *supposititio*, apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 122.

— τὸν ἐυτυχίσαντα λέγω,
Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν ταχύ.
Τὸν ἥλιον, τὸν κοινὸν ἀσίν', ὕδωρ, πῦρ,
Πῦρ. τοῦτα κἂν ἑκαὶον ἕ,η βιώτεται,
Ὄψει παρόντα. κἂν ἐνιαυτὸς σφῷδ' ὀλίγος,
Σεμνότερα τἄλλων ἕτερα οὐκ ὄψει ποτέ.

i. e. vertente Grotio,

— *hunc credo felicissimum,*
Qi cum spectârit, Parmeno, placidè Deum
Augusta dona, redit citò unde venerat:
Jubar, inqam, solis publicum, nubes, aqas,
Ignem. namqe annos qamvis centum vixerit,
Eadem videbit: sitqe licèt avi brevis,
Tamen istis nihil est conspicari pulcrius.

Ità Epictetus *l.* 2. *c.* 16. conqerenti exuli qòd Athenas non videret: Πῶλε ἦν Ἀθήνας πάλιν ὄψομαι, καὶ τὴν ἀκρόπολιν; τάλας οὐκ ἀρκεῖ σοι, ἃ βλέπεις καθ' ἡμέραν; κρεῖττόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ἰδεῖν τοῦ ἡλίου, τῆς σελήνης, τῶν ἄστρων, τῆς γῆς ὅλης, τῆς θαλάσσης; *Quando igitur Athenas & arcem iterum videbo? Miser, non satis ea tibi sunt, qa qotidie vides? Potesne præstantius aliqid avt majus videre sole, lunâ, stellis, terrâ universâ, mari?*

Ὁ τάχιστα τεθνηξόμενος] Deprehenditur vox eadem hæc *l.* 3. §. 10. de qa liceat mihi bona cum venia dissentire ab Henrico Stephano, licèt rerum Græcarum peritissimo; qi τεθνήξομαι vult esse *futurum secundum*, sive *paulò post futurum*, ut Grammatici vulgò nuncupant, à θνήσκω: eósqe notat, qi thema fingunt inavditum, τεθνήσκομαι nimirum, cujus futurum sit τεθνήξομαι. Quin tamen neutrum horum necessarium sit ad vocabuli istius analogiam statuendam. Siqidem, ut monet Evstathius *ad Iliad. μ. more Syracusanis familiari, ex præteritis præsentia sæpenumero formantur.* Sic κίκλημαι κεκλήγω, πέπλημαι πεπλήγω, ἔσηκα ἑσήκω, τέθνηκα τεθνήκω. Sicut ergò ἑσήκω ἑσήξω, & in media voce, ἑσήξομαι. Unde Sopater *Epist. ad Hemeter.* apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 46. Τίς ἂν ἔτω καλὰ Σιμωνίδου λόγον τετράγωνον, ὃς καλὰ πᾶσαν τύχην καὶ πραγμάτων μεταστασιν ἀσφαλῶς ἑσήξεται. *Qi nam adeo, juxta Simonidis verba, qadratus est, qi per omnem fortunam & rerum immutationem firmiter consistat.* & Marcus *l.* 10. §. 36. οὐδεὶς ἐστιν ὅτως ἔυπολμος, ᾧ ἀποθνήσκοντι οὐ παρεσήξονταί τινες ἀσπαζόμενοι τὸ συμβαίνον κακόν. *Nemo qisqam adeò felix est, cui morienti non adstabunt aliqi, qi præsenti lætentur malo.* Ità τεθνήκω τεθνήξω. Unde Marcus *l.* 7. §. 22. ὡς μετ' ὀλίγον ἀμφοτέροι τεθνήξεται. *Paulo post utrosqe vestrum morti concessuros.* (ut τεθνήξω illud in Aristophanis *Acharn.* cur sit Stephano suspectum, nihil amplius existat. qod & apud Svidam avtor innominatus.

Τοῖς δὲ ἐπίστεται φόβον, ὡς ἀυλίκα τεθνήξονται.] Et in voce media τεθνήξομαι. *l.* 4. §. 37. Ἤδη τεθνήξῃ. *Jam jam moriturus es.* Et *ibidem* §. 47. Εἴ τίς σοι θεῶν εἶπεν, ὅτι ἄυριον τεθνήξῃ. *Si Deorum qis prædiceret tibi, cras te moriturum.* unde participium τεθνηξόμενος, qo noster etiam non semel usus est. Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 501. *A.* Ὑπακούων ταῖς ἐνταλαῖς βιώσεταί τε, καὶ ἐὰν δεῖ, τεθνήξεται. ὅπερ ἂν ἔτι διὰ θανάτου ζωοποιηθῆναι. *Mandatis obediens fideliter vivet, &, si opus fuerit, morietur, qod qidem fuerit per mortem vivificari.* Qod & Tatianus *adv. Græc. pag.* 144. τῶ θεῶ μόνω (Deum vult) ἀρνεῖσθαι κελευόμενος, ᾧ πειθήσομαι, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον. *Hunc solum si qis negare jubeat, non obediam, sed potius moriar.* Lucianus *Anthelog. l.* 1. *c.* 12. §. 6.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
Ὡς δὲ βιωτόμενος, φείδεο σῶν κλεάνων.

Tanqam moriturus tuis bonis perfruere,
Tanqam avtem victurus parce tuis bonis.

§. 15. Πᾶν ὑπόληψις] Et πάντα ὑπόληψις. Nihil istis apud nostrum crebriùs occurrit. ità *l.* 12. §. 8. 22. 26. & *l.* 4. §. 3. Ὁ βίος ὑπόληψις. *Vita opinio est.* & *l.* 3. §. 9. Ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν. *In hoc sunt omnia.* Seneca *Epist.* 78. *Omnia ex opinione suspensa sunt. — tam miser est qisqe, qàm credit.* Vide *ad l.* 8. §. 47.

Δῆλα] δηλοῖ. forsan; *ostendunt, probant hoc.* Ità de Marco nostro Herodianus *l.* 1. *c.* 2. §. 5. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα. *Argumento sunt permulta, qa ab illo dicta atqe conscripta ad nos usqe pervenerunt.* Mendum par apud Theophrastum tollas licet, *de cavss. plant. l.* 6. *c.* 27. Τὸ φυλλῶδες τοῦτο ζηρὸν μᾶλλον τῶν ἄλλων. δῆλον (legendum δηλοῖ) δὲ ἡ στενοφυλλία, καὶ ἡ μικροκαρπία, καὶ ἡ χρόα τοῦ καρποῦ. πάντα γὰρ ταῦτα ξηρόληθρον. *Planta ipsa sicca omnino est, magis qam reliqa. Qod frondis angustia, & fructus exiguitas, colorqe ostendunt. Hæc enim succitate omnia veniunt.*

Τὰ πρὸς τὸν Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα] De *Monimo* Cynico Diogenis ac Cratetis Sectatore, Laërtius *l.* 6. qænam avtem vel ad istum vel adversùs istum scripta (ità enim verba, prout habentur, sonant) Marcus hìc respexerit, mihi tam incertum est, qàm qod est incertissimum. Merici Casavboni interim sententiam hactenùs probo, ut Monimi ipsius scripta designari existimem. non tamen ut in eis per *dialogismum* sub aliena persona istud Monimo dictum dicatur, cùm Monimi ipsius dogma fuerit. Itaqe legendum literulâ unicâ immutatâ, τὰ πρὸς τὸν Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα, *qæ à Monimo Cynico dicta sunt.* neqe enim est, qod de Syntaxi ambigat qisqam, cùm familiaris admodum ea sit. Sic enim, præter Herodianum superiùs adductum, Homerus *Iliad. α. v.* 159.

Τίμην ἀρνύμενοι —
Πρὸς Τρώων. —

id est, παρὰ τῶν Τρώων. Scholia. *Pœnas sumentes, vel exigentes, à Trojanis.* Et *Odyss. ζ. v.* 207.

— πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες.
Omnes enim à Jove sunt.

Et Clemens *Strom. l.* 1. κολάζονται πρὸς τοῦ νόμου οἱ τοῦτον ἄδικοι. *Horum avtores à lege puniuntur.* Et Sophocles,

— ἐπαίνου τεύξεται πρὸς σοῦ ἐμοῦ.
— *à me certe lavdem feret.*

Et apud Tragicum Cassandra, referente Plutarcho in *præcept. polit.*

Καὶ πρὸς παθόντων, κἀν κακοῖσι κειμένην
Σοφὴ κίκλημαι. πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.
Ab his, qi in ipsa inciderunt jam mala,
Sapiens perhibeor: mala nondum expertus, furens.

Cæterùm ad Pyrrhonios sive Scepticos inclinâsse Monimus videtur. qanqam enim admittere illum in familiam istam Sextus Empiricus renuit; idem tamen inter τοὺς τὸ κριτήριον ἀναιροῦντας, id est, *qi veritatis dijudicandæ medium certum sustulerint*, Monimum Canem recenset, *lib.* 1. *adv. Logic. c.* 2. eúmqe asserit, τῇ σκιαγραφίᾳ ἀπεικάσαι τὰ ὄντα, τοῖς τι καὶ ὕπνῳ ἢ μανίαις προσπίπτουσι ταῦτα ὁμοιῶσαι. id est, *ea qa sunt, picturæ adumbratæ contulisse, nostras eorundem perceptiones, eis qa dormientibus avt mente captis se ingerunt, geminas prorsus censuisse.* Qin & dogma ejus qod fuerit, clariùs indicat avtor idem *adv. eosd. l.* 2. *c.* 1. Μόνιμος ὁ Κύων τύφον εἶπε τὰ πάντα. ὅπερ οἴησίς ἐστι τῶν ὀνκ ὄντων, ὡς ὄντων. *Monimus Canis typhum esse dixit omnia.* (nam Hervetus cur *typhonem* pro *typho* substitueret, nihil erat) *id est avtem opinio eorum qa non sunt, ac si essent reverâ.* qod aliis verbis Xenophanes dixit ab eodem *loco superiore*, & *Pyrrhon. hypotyp. l.* 2. *c.* 4. adductus.

Ἄυλος ὁμως ὐκ οἶδε. δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.
Certi aliqid nemo novit; sed opinio cuncta est.

nec immeritò vana opinio *typhi* nomine nuncupata est. ἡ γὰρ ὑπόληψις τῆς γνώσεως φυτοῖ. καὶ τύφου ἐμπίμπλησιν. *Sed cognitionis qidem opinio inflat, & fastu replet.* ut Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 297. *B.* ex Apostolo *ad Cor. Epist.* 1. *c.* 8. *v.* 1, 2. Lucem hinc obiter claram medelámqe dabimus certissimam Menandri verbis à Laërtio ex *Eqisone* (non ex *Citharista*, qod frustra Cl. Casavbonus ariolatus est) adductis, qæ viros insignes inaniter hactenus torserunt. Ea in Laërtii codicibus ità exhibentur:

Τὸ γὰρ ὑπολειφθὲν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.

Qod Ambrosius Camaldunus vertit;

Nam

comparebit, si qis qæ festivè ab illo conscripta sunt, qatenus veritatem habent patrocinantem, admiserit.

§. 16. Contumeliâ se afficit anima humana: imprimis, qando abscessus & qasi struma mundi, qantum in ipso est, evadit. abscessionem enim facit à natura, in cujus parte aliqâ reliqorum omnium cujusqe natura continetur, qi re aliqâ obveniente offenditur. deinde cùm vel hominem qemcunqe aversatur, vel lædendi consilio adversatur alicui. hujusmodi sunt avtem irascentium animæ. tertiò contumeliâ se afficit, cùm voluptati vel dolori succumbit. qartò, cùm simulat, ac fictè vel falsò agit qicqam, loqitúrve. qintò, qoties actionem avt conatum suum ad nullum certum scopum destinat, sed temerè agit, & nescia ipsa, qid vekὴ τὸ χρήσιμον ⸗ λεγομένε, ἐάν τις αὐτῆ τὸ νέσιμον μίχρι ⸗ ἀληθῆς δέχηῖ).

§ 16. [a] Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ ⸗ ἀνθρώπε ψυχὴ, μάλισα ὅταν [b] ἀπόσημα, ⸗ οἷον φῦμα ⸗ κόσμῳ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, γένηῖ). τὸ γὰρ δυσχεραίνειν ἑνὶ τ̃ γινομένων, ἀπόςασις ἐσι τῆς [c] Φύσεως, ἧς ἐν μέρει, ἑκάσε τ̃ λοιπῶν Φύσεις ⸗ειέχον). ἔπειτα ῖ), [c] ὅταν ἄνθρωπόν τινα ἀποσρα-φῇ, ἢ καὶ ἐναντία φέρηῖ), ὡς βλάψαι, οἷαί εἰσι αἱ τ̃ ὀργιζομένων. τρίτον ὑβρίζει ἑαυτὴν, [d] ὅταν ἡσσᾶται ἡδονῆς, ἢ πόνε. πέπαρτον, [e] ὅταν ὑπο-κρίνηῖ), καὶ ὑπωλάσως, ⸗ ἀναλήθως τι ποιῇ, ἢ λέγῃ. πέμπτον, ὅταν πρᾶξίν τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν, [f] ἐπ' ἀδέλα σκοπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ [g] εἰκῇ, καὶ

a Sup. §. 7.
b L. 4. §. 29. l. 8. §. 34. l. 9. §. 23. l. 11. §. 8.
c Sup. §. 1.
d Inf. §. 17. l. 3. §. 4. l. 11. §. 19.
e Inf. §. 17. l. 18. 19.
f Sup. §. 7.
g Sup. §. 5.

ANNOTATIONES.

Nam cuncta fastum dixit esse cætera.

præter peram, scilicet, *avt tres etiam*, qas habere dixerat, *peras*. Verùm id seriem orationis non pati cùm adverteret Grotius in *excerpt.* is hoc modo definxit:

Τὸ γὰρ ὑπολαφθὲν τυφλὸν εἶναι πᾶν ἔφη.

ac si mens esset;

Cæcum esse dixit omne qod præsumitur.

& tanqam *Lavernionem* perstrictum vult à Comico philosophum. Ac felici qidem in priore vocabulo conjecturâ usus est: τῦφον in τυφλὸν qòd mutavit, fefellit divinatio. Legendum ergò Sexto præeunte,

Τὸ γὰρ ὑπολαφθὲν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.

Typhum esse dixit omne qod præsumimus.

id est, *opinionem meram certitudinis inanem.* nec aliud ferè, verba si spectemus, Marcus hîc. πᾶν ὑπόλαψις. nam mentem si attendimus, aliud planè. Qæri igitur potest qomodo Marco cum Monimo, Stoico cum Sceptico convenire qeat: cùm certitudinem nulla secta avt exertius professa sit, avt enixiùs propugnaverit, qàm Zenonia & Chrysippea. Verùm hoc vult Marcus, ea, qæ à Monimo sunt adhibita ad dogma suum de *opinione mera* statuminandum, ostendere simul, multum imò totum ferè in hoc consistere, qibusnam qisqe opinionibus imbutus fuerit. Vide *infrà* §. 17. ὄνειρ⸗ καὶ τύφος. *Somnium & fumus.*

'Εάν τις αὐτῆ τὸ νέσιμον μίχρι τ̃ ἀληθῆς δέχηῖαι] *Si qis qod ab illo svaviter ac jucundè dictum est, eatenus amplectatur, qatenus est veritati consentaneum.* Qod ideò dictum, qia Monimus, Laërtio teste, γέγραφε παίγνια σπεδῇ λεληθυῖα μεμιγμένα, id est, *ludicra qadam scripsit, qibus seria subessent.* Id qod & de Socrate Galenus *de usu part. l.* 1. *c.* 9. Αὐτὴ γὰρ Σωκράτες μῶσα, μιγνύειν ἀεὶ τὴν σπεδὴν ἐν μέρει παιδιᾶς. *Hæc namqe Socratis musa fuit & industria, ut seria jocis semper immisceret.* Qin & de Diogene in *Cynismo* Julianus Imperator *Orat. de illo* 1. Μὴ τοιῦτόν τι πάθωμεν, ὅσα ἔπαιξε, ταῦτα αὐτὸν ἰσπεδακέναι νομίσαιες. ἔσι μὲν γάρ τι καὶ ἐν ἐκείνοις εἰκ ἄχρηον. *Qamobrem ne qid nobis contingat ejusmodi, ut in qibus ille lusit, ea pro seriis habeamus. Qanqam est in istis non inutile fortassè qqpiam.* Seneca *Epist.* 58. ubi de ideis Platonicis disserverat; *Qid*, inqis, *ista subtilitas mihi proderit? Si me interrogas; nihil. Sed qemadmodum ille cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit, &, ut dici solet, pascit: sic nos animum aliqando debemus relaxare, & qibusdam oblectamentis reficere. Sed ipsa oblectamenta opera sint: ex his qeqe, si observaveris, sumes qod fieri possit salutare. hoc ego facere soleo: ex omni natione, etiamsi à philosophia longissimè aversa est, eruere aliqid conor, & utile efficere.* cur avtem τὸ ἡδὺ loco τ̃ νόσιμον legi voluerit Annotator Lugdunensis nullus assequor; præsertim cum τὸ νόσιμον ducta à reditùs ad suos jucunditate metaphorâ idem significare agnoscat.

§. 16. Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ ψυχή.] Ità *suprà* §. 6. Ὑβρίζεις, ὑβρίζεις αὐτὴν, ὦ ψυχή. *Ignominiâ, ignominiâ inqam te afficis o anima.*

Ἀπόσημα καὶ οἷον φῦμα τ̃ κόσμε] Ità *l.* 4. §. 23. ἀπόσημα κόσμε, ὁ ἀφισάμενος, καὶ χωρίζων ἑαυτὸν τ̃ τῆς κοινῆς φύσεως λόγε. *Abscessus mundi, qi abscedit, seqe à natura communis ratione sejungit.* Eum, qi vel forti suæ ab universi Domino assignatæ non acqiescit, vel hominem aliqem sibi congenerem aversatur, *apostemati* sive *abscessui* confert. Galenus *therapevtic. ad Glavcon. l.* 2. Ἀπόσηματα vocant Medici τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ἐν αἷς ἀλλήλων ἀφίσανται τὰ πρότερον ἀλλήλων ψαύονα σώμαα. Φύματα verò idem *ad Epidem. l.* 6. *Comment.* 1. *cap.* 13. definit, τὰς παρὰ φύσιν ὄγκες τυπίκας ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γινομένης. μάλισα δὲ τὰς πρὸς τὸν ἐκτὸς τόπον ἐπειγομένας. ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων, *eos præter naturam tumores, qi prorsus sine caussa externa proveniunt, sed potissimum hoc nomine eos vocant, qi extra corporis superficiem, extuberant ab iis qæ ex terra progerminant* sic dictos. licentiùs tamen ista qandoqe sumuntur: & τὸ φῦμα αὐτὶ τ̃ ἀποσήμαος usurpatur. hinc in historia illa celebri sive Promethei Thessali, ut Plutarchus *de adul.* & Simplicius *in Aristot. Physic. l.* 2. sive Jasonis Pheræi, ut Cicero *de nat. Deor. l.* 3. Et Valerius Maximus *l.* 1. *c.* 8. (nam Phalerænm perperam exhibent codices Pliniani *l.* 7. *c.* 50.) qod Græci illi φῦμα, Latini *vomicam, tuber* dixit Seneca *de benef. l.* 2. *c.* 19. prout & Celsus φύματα *tubercula* vertit, *l.* 5. *c.* 18. §. 13, 16, 17.

Ἧς ἐν μέρει] Vide *suprà* ad §. 9.

Ἐπ' ἀδέλα σκοπόν] Vide *suprà ad* §. 7. & *ad l.* 10. §. 36. Basilius Cæsar *Orat.* 24. *pag.* 578. *A.* Καί τοι τίνα ἔχει λόγον, κυβερνήτην μὲν ἐκ εἰκῇ τοῖς πνεύμασιν ἐφιέναι, ἀλλὰ πρὸς ὅρμες εὐθύνειν τὸ σκάφος. καὶ τοξόλην καλὰ σκοπ̃ βάλλειν. καὶ μὲν δὴ καὶ χαλκευλικόν τινα ἢ τεκλονικὸν ὅλα τὰ κατὰ τῆν τέχνην ἐφίσθαι τέλες. ἡμᾶς δὲ καὶ τοιῦλον δημιεργῶν ἀπολείπισθαι, πρός γε τὸ συνορᾶν δύνασθαι τὰ ἡμέλεα; ⸗ γὰρ δὴ τῶν χειρωκλήων ἐσὶ πέρας τῆς ἐργασίας, τ̃ δὲ ἀνθρωπίνε βίε σκοπὸς ἐκ ἔσι, πρὸς ὃν ἀφορῶνα πάνα ποιεῖν καὶ λέγειν χρὴ, τόν γε μὴ τοῖς ἀλόγοις πρωτοτοκίαν μέλλονα. ἢ ὅλως ἂν εἴημεν ἀλεχνῶς κατὰ τῶν πλοίων τὰ ἀνεμάλισα, ⸗δενὸς ἡμῖν νῦ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς οἰάκων καθεζομένε, εἰκῇ καλὰ τὸν βίον ἄνω καὶ κάλω περιφερόμενοι. *Qam habet rationem, qod cum gubernator haud temerè se ventis committat, sed navim rectâ moderetur ad portum, & sagittarii ad metam & scopum jaculentur. Item fabri diligentiâ sive architecti ex arte sua rem ad finem aliqem perducant: nos talibus artificibus sapientiâ inferiores simus, ad planè considerandà, qa ad nostri profectum animi faciant. Erit itaqe operariorum consideratio finis operis, & humana vita consideratio finis non fuerit? Qem proculdubio finem respicere, & ejus gratiâ cuncta facere ac dicere illum, qi brutis aqiparari non cupit, oportet. Qo sanè neglecto, animus noster tanqam non saburratum navigium, nullis insidentibus mentis gubernaculis temerè huc illuc exagitatur.* Seneca *Epist.* 95. *Hæc nemo faciet qemadmodum debet, nisi habuerit qò referat. proponamus oportet finem summi boni, ad qem nitamur, ad qem omne factum nostrum dictúmqe respiciat. veluti navigantibus, ad aliqod sidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito, vaga est.* & *Ep.* 71. *Ignoranti qem portum petat, nullus suus ventus est.* Hæc à navigantibus translata sunt. Metaphora, qâ noster hîc usus est, à *sagittariis* est desumpta; de qibus Seneca idem *Epist.* 71. *Scire debet qid petat ille, qi sagittam vult mittere;* & *tunc dirigere,* & *moderari manu telum: errant consilia nostra, qia non habent qò dirigantur.* Et *Ep.* 94. *Qi jaculari discit, destinatum locum captat, tum manum format ad dirigenda qa mittit.* Et Aristoteles *Ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 1. Ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις τ̃ τέλες μεγάλην ἔχει ῥοπήν. καὶ καθάπερ τοξόται, σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τ̃ δέοντος. *Nonne igitur magnum ad vitam cognitio ipsius momentum affert? nam si qemadmodum sagittarii scopum habeamus, magis bonum & honestum assequi possemus.* Et Evdem *l.* 1. *c.* 2. Δεῖ ἅπαντα τὸν ἀνθρώπινον ζῆν καλὰ τὴν αὐτ̃ προαίρεσιν, θέσθαι τινα σκοπὸν τ̃ καλ̃ ζῆν, πρὸς ὃν ἀποβλέπων, ποιήσεταί πάσας τὰς πράξεις. ὡς τό γε μὴ συντελάχθαι τὸν βίον πρός τι τέλος, ἀφροσύνης πολλῆς σημεῖόν ἐσι. *Oportet omnibus scopum qendam rectè vivendi propositum esse, qi modò ex electione vivere jam qeant, qem spectans qisqe omnes actiones peragit. Qapropter vita proposito fine carens insignis stultitiæ argumentum est.* Itaqe Cicero, *de finib. l.* 1. *Qid est in vita tantopere qærendum, qàm qis sit finis, qod extremum, qod ultimum, qo sint omnia benè vivendi, rectèqe faciendi consilia referenda?* Et Marcus Eremita *de leg. spir.* §. 54. Ὁ ἀσκήσας ὑποτοροῦσι, μαίεσκόμενος. *Qi inconsideratè ambulabit, frustra laborabit.*

Εἰκῇ.] *temerè*, hoc est ἄνευ ἀναφορᾶς. ut *l.* 12. §. 20. *citra respectum habitum ad finem aliqem certum.* Epictetus *l.* 3. *c.* 23. Ἕκασον γὰρ τῶν γινομένων ὑφ' ἡμῶν, ἂν μὲν ἐπὶ μηδὲν ἀναφέρωμεν, εἰκῇ ποιήσομεν. ἐὰν δ' ἐφ' ᾧ μὴ δεῖ, διεσφαλμένως. *Nam ea, qa gerimus omnia, si ad nullum finem retulerimus, frustra geremus: sin eo, qo non pertinent, aberrabimus.*

a L.1.§.8. l.3.§.6.l.9. §.23.
b L.3.§.12.
c L.3.§.11.
d L.10.§.11.
e L.3.§.10.l.4.§.26.l.5.§.24.l.6.§.36.
f L.5.§.33.
g Ibid.

καὶ ἀπαραπολυθήτως ὅλως ἐνεργῆ. [a] δέον καὶ τὰ μικρόταλα, καὶ τοῦτο ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τὸ πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ νεαρῷ. τέλος δὲ λογικῶν ζώων, τὸ [b] ἕπεσθαι τῷ [c] τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τὸ πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ [d] θεσμῷ.

lit. cùm etiam minutissima quæque ità sint agenda, ut ad finem ipsum referantur. finis autem animantium rationis participum hic est, ut civitatis ac politiæ antiquissimæ rationi legibúsque obsequantur.

§ 17. Τὸ ἀνθρωπίνου βίου, [e] ὁ μὲν χρόνος, στιγμή. [f] ἡ δὲ οὐσία, ῥέουσα. [g] ἡ

§ 17. Vitæ humanæ tempus, punctum est: materia, fluida:

ANNOTATIONES.

Καὶ ἀπαραπολυθήτως] *nulliqe consequentiâ.* Xylander. Sed hoc esset ἀνακολούθως potius. *Sine justa ratiocinatione & consideratione an finem communem consequatur, necne.* Casaubonus. παρακολουθεῖν *intelligere, intelligendo assequi vel consequi.* ἀπαρακολουθήτως igitur ἐνεργεῖν, est *facere aliqid, nescius qid agas, aut qid velis.* Sicut ἀπαρακολουθήτως ἔν ποιεῖν, *itabene facere cuiqam, quasi nescias, aut non advertas qid agas. l.* 5. §. 6.

Δέον καὶ τὰ μικρόταλα καλὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι] Siquidem ut noster ipse *l.* 9. §. 22. Ἥ τις πρᾶξις μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφοράν, αὕτη διαπᾷ τὸν βίον. *Omnis actio, qæ ad finem debitum respectum,* vel propinquum vel remotum saltem, *non habuerit, vitam nostram quasi in partes distrahit,* sibique minimè per omnia consentientem reddit. Plutarchus *de profect. indic. pag.* 85. *F.* Καὶ γὰρ ἁμαρτίαν τινα καὶ θρίγγον οἰκοδομοῦσιν ὑ διαφέρει ξύλον τὸ τυχὸν, ἢ λίθον ἐπιβαλεῖν χυδαῖον, ἢ σήλην ὑποθεῖναι παραπεσοῦσαν ἀπὸ μνήματος, οἷα ποιοῦσιν οἱ φαῦλοι, πᾶσαν ἐργασίαν καὶ πρᾶξιν, ὡς ἔτυχε, συμφορήσαντες, εἰς ταυτὸ καὶ σωρεύοντες ἀλλ' οἱ γε προκόπτοντες, οἷς ἤδη, καθάπερ ἱερᾷ τινος οἰκοδομήματος καὶ βασιλικῇ τῇ βίᾳ κεκρότηται χρυσία κρηπὶς, οὐδὲν εἰκῇ προσίενται τῶν γινομένων, ἀλλ' οἷον ἀπὸ σάθμης τῷ λόγῳ προτάγματι καὶ προταρμόττουσιν ἕκαστον. *Maceriam aliqam aut sepem conficientibus nihil refert obvium qodqe lignum aut lapidem jacentem adhibere, aut columnam à monumento aliqo delapsam subjicere: qomodo & homines vitiosi omnia promiscuè facta, omnes temerè actiones congerunt ac coacervant. At qi in virtute exercenda proficiunt, qibus vitæ veluti sacri ac regii ædificii jactum jam est aureum fundamentum, nihil eorum qæ aguntur temerè admittunt, sed veluti amussi rationis aptant singula atqe concinnant.*

Καὶ τὰ μικρόταλα] Epictetus *Dissert. l.* 2. *c.* 11. Κάνονα εὑρίσκεις, ἀπαραβάτως χρώμεθα, εἶχε αὐτῷ μηδὲ τὸν ὄγκυλον ἐκλείνοντες. *Regula inventa citra errorem utimur, adeo ut citra eam ne digitum porrigamus.* Julianus Imperator *Orat.* 1. Νόμος ἐστὶ παλαιὸς παρὰ τὴν περὶ τὰ φιλοσοφίαν ἀνθρώποις φήναντος ὅτωι κείμενος, ἁπάσας πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ πρὸς τὸ καλὸν βλέποντας, ἐπαιδεύειν ἐν λόγοις, ἐν ἔργοις, ἐν ξυνουσίαις, ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς καλὰ βίον ἄγουσι καὶ μείζοσι τῷ καλῷ πάντως ἑψίεσθαι. *Vetus lex est ab eo projecta, qi philosophiam primus in humanum genus invexit, qa hunc in modum sese habet; debere omnes ad virtutem, & honestatem respicientes studia sua ità comparare, ut in dictis, factisqe, in societatibus, rebúsqe omnibus tam parvis qam majoribus honestatis rationem teneant.* ubi Petavius pro ἄκροις, μικροῖς substituit. at Svartius *analect. l.* 3. *c.* 17. ἄκροις retinendum contendit, & tenuissima qæqe & exilia maximè eo vocabulo vult designari.

Τὸ ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ] Orbem, *urbis* ac *civitatis* instar habere vult: in qa homines universi, cives cùm sint, civitatis istius legibus ac institutis conformiter per omnia agere ipsos oporteat. Hanc avtem iconem, qæ pulcerrima est sanè, freqenter admodum usurpat. Ità *l.* 3. §. 11. ἀνθρώπους πολίτας εἶναι πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις, ὥσπερ οἰκίαι εἰσίν. *Homines agere cives civitatis superne istius, cujus reliqæ civitates istæ qasi familiæ existunt.* & *l.* 4. §. 3. Ὁ κόσμος ἀσπάζει πόλις. *Mundus iste civitatis instar obtinet.* & *ibidem* §. 23. Διὸς πόλις. *Urbs Jovis.* & *l.* 6. §. 44. πόλις καὶ πατρίς μοι, ὡς ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. *Civitas & patria mihi, uti homini mundus.* & *l.* 12. §. 36. ἄνθρωπε, ἐπολίτευσαι ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει. *In hac magna civitate versatus es, homo.* Ad nostri planè mentem Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 12. Παῖδα δὲ ταῦτα ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἐπεσκεμμένος, τὴν αὐτοῦ γνώμην ὑποτέτακε τῷ διοικοῦντι τὰ ὅλα. καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται τῷ νόμῳ τῆς πόλεως. *His igitur omnibus consideratis, vir bonus suum animum gubernatori universitatis submittit: qemadmodum boni cives legi civitatis.* Idemqe *l.* 3. *c.* 24. Τίς τοῦτο ἐπιτίθησιν; ὁ ἡγεμών, ἡ ὁ στρατηγὸς, ἡ πόλις, ὁ τῆς πόλεως; νόμος. δεῖ γάρ με ἀεὶ τῷ νόμῳ πείθεσθαι ἐν παντί. *Quinam istud immisit? dux, prætor, respublica, lex civitatis. Oportet enim me semper legi parere in omnibus rebus.* Chrysippus *de finib. l.* 1. a Laërtio *lib.* 7. *c.* 87. in *Zenone* laudatus: Ἴσον ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, τῷ κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν. μέση γάρ ἐστιν αἱ ἡμετέραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου. διόπερ τέλος γίνεται τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. ὅπερ ἐστὶ καθ' ἀρετὴν ἄγειν, καὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων, ἧσπερ ἐνεργοῦσα ὧν ἀπαγορεύει εἴωθεν ὁ νόμος ὁ κοινὸς, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος διὰ πάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Διὶ καθηγεμόνι τούτῳ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως ὄντι. *Secundum virtutem vivere idem est qod secundum experientiam eorum, qæ secundum naturam accidunt, vivere. Partes enim naturæ universi sunt natura nostra. Idcirco finis efficitur consentaneè secundum naturam vivere, secundum suam atqe universorum naturam, nihil eorum faciendo, qæ à communi lege prohibentur, qæ est recta ratio in omnes perveniens, eademqe in Jove, hoc principe gubernationis omnium qæ sunt.* Vide *ad l.* 10. §. 1. Avtor *de Mundo c.* 6. ubi de politiæ humanæ ratione ac instituto pluribus differuerat; ἅλις ὑπολήπτέον καὶ περὶ τῆς μείζονος πόλεως, λέγω δὲ τοῦδε τοῦ κόσμου. νόμος μὲν γὰρ ἡμῖν ἰσοκλινὴς ὁ θεὸς, εὐδεμίαν ὑποδεχόμενος διορθωσιν ἢ μαθησιν· κρείττων δὲ οἰμαι καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύβοις ἀναγεγραμμένων. ἡγεμὼν δὲ ἀκινήτως αὐτῷ καὶ ἐμμελῶς, ὁ σύμπας διοικονομεῖται διάκοσμος ὑρανῷ καὶ γῆς, &c. *Hoc idem de urbe qoqe majore, de hoc iuqam mundo, existimare debemus. Deus enim nobis lex: in omnem illa qidem partem ad æqilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam varietatem, qippe qa potior sit illis legibus, & stabilior, qæ in tabulis perscriptæ sunt. Ejus enim auspiciis perenniter & compositè præcuntis, universus hic cæli ordo regitur atqe administratur:* &c. Et Philo *de Joseph. pag.* 530. *E.* Ἡ μὲν γὰρ μεγαλόπολις, ὅδε ὁ κόσμος ἐστὶ, καὶ μιᾷ χρῆται πολιτείᾳ καὶ νόμῳ ἑνί. λόγος δὲ ἐστὶ φύσεως, προσακτικὸς μὲν ὧν πρακτέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέον. αἱ δὲ καλαὶ τόποις αὖται πόλεις ἀπερίγραπτοί τε εἰσὶν ἀριθμῷ, καὶ πολιτείαις χρῶνται διαφερούσαις, καὶ νόμοις οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς. *Nam mundus hic est magna civitas, unam reipublicæ formam; & unum jus habens. Continentur avtem edicto naturæ jussa de agendis. & vetita de non agendis. Ha vero civitates locis suis numero circumscriptæ non sunt, & formam reipublicæ diversam & leges non easdem habent.* Vide *l.* 7. §. 9. & *l.* 11. §. 20.

§. 17. Ὁ μὲν χρόνος στιγμή] Στιγμὴν χρόνου, Græci; & *punctum temporis,* Latini, pro spatio angustissimo dixere: uti observat Donatus *ad Terent. Phorm.* 1. 4. translatione à Mathematicis factâ, qibus στιγμὴ sive σημεῖον id dicitur ὃ μέρος οὐδέν. ut Evclides *Element. l.* 1. §. 1. ideóqe est insecabile, nec pro qanto habetur. Eóqe sensu noster hìc; Τὸ ἀνθρωπίνου βίου, ὁ μὲν χρόνος στιγμή. *Vitæ humanæ tempus, punctum est.* & *l.* 6. §. 36. πᾶν τὸ ἐνεστὼς τοῦ χρόνου, στιγμὴ τοῦ αἰῶνος. *Tempus instans omne punctum ævi.* Ita Plutarchus *de puer. educ. pag.* 13. *A.* Στιγμὴ χρόνου, πᾶς ὁ βίος. *Punctum temporis est tota nostra vita,* & Seneca *Epist.* 49. *Punctum est qod vivimus;* & *adhuc punctо minus:* qod à Simonide forsan acceptum est. illius enim Plutarchus dictum hoc in *Consol. ad Apollon. pag.* 111. *C.* refert; ὅτι τὰ χίλια καὶ τὰ μύρια ἴση, στιγμή τις ἐστιν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μορίου τι βραχύτατον στιγμῆς. *Qod anni* CIↃ *aut* CCIↃↃ *punctum qoddam sunt infiniti, aut minima potius puncti portio.* Qod avtem illi στιγμὴν, id est, *punctum,* Joannes Chrysostomus *in Epist. ad Philip. Orat.* 2. *Edit. Commel. p.* 1217. ῥοπὴν, id est, *momentum* dixit. Τὴν μίαν ῥοπὴν ἐκείνην; ῥοπὴ γάρ ἐστι σύμπας ἡμῶν αἰὼν πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν ἄπειρον. *Unicum illud momentum; momentum enim est omnis nostra vita, si cum infinito illo sæculo conferatur.* Vide *supra, ad* §. 14. & *infra ad l.* 5. §. 24. & *l.* 6. §. 36.

Ἡ δὲ οὐσία, ῥέουσα] *L.* 5. §. 33. Τὰ αἰσθητὰ εὐμεταβλητα, καὶ οὐκ ἐστᾶτα. *Res sensûs subjectæ, mutari prona, & consistere nescia.* De Stoicis Plutarchus *de commun. notit. c.* 39. Συγχωροῦσιν ὅτοι, τὰς μὲν ἐν μέρει πάσας οὐσίας ῥεῖν καὶ φέρεσθαι, τὰς μὲν ἔξ αὐτῶν μεθιείσας, τὰς δὲ, ποθὲν ἐπιόντα προσδεχομένας. οἷς δὲ πρόσεισι καὶ ἄπεισιν ἀριθμοῖς ἢ πλήθεσι, ταῦτα μὴ διαμένειν, ἀλλ' ἕτερα γίνεσθαι ταῖς εἰρημέναις προσόδοις, ἐξαλλαγὴν τῆς οὐσίας λαμβανομένης. αὐξήσεις δὲ καὶ φθίσεις, καὶ δίκην ὑπὸ συνηθείας νενικῆσθαι, τὰς μεταβολὰς ταύτας λέγεσθαι. γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς μᾶλλον αὐτὰς ὀνομάζεσθαι προσῆκον· ὅτι τὰ καθεστῶτας εἰς ἕτερον ἐκβιάζουσι. τὸ δὲ αὔξεσθαι καὶ τὸ μειοῦσθαι, πάθη σώματος ἐστιν ὑποκειμένου καὶ διαμένοντος. *Concedunt ipsi, substantias omnes singulares fluere & ferri, vel qod ex ipsis aliqid emittant, vel alicunde adventantia recipiant. Qibus vero sit accessio & decessio numeris avt multitudinibus, eadem non manere, sed alia fieri accessionibus dictis, substantiâ mutante. Neqe verò jure, sed vi hoc consvetudinem obtinuisse, ut mutationes istæ incrementa & decrementa dicerentur: qum debuerint potius ortus & interitus appellari, qia de statu in aliam expellunt naturam: augeri & minui, affectiones corporis esse subsistentis & permanentis.* Qid Platonici? Maximus Tyrius *Dissert.* 28. Πᾶν σῶμα ῥεῖ καὶ φέρεται ὀξέως, Εὐριπου δίκην, ἄνω καὶ κάτω. νῦν μὲν ἐκ νηπιότητος εἰς ἥβην οἰδαῖνον, νῦν δὲ ἐξ ἥβης εἰς γῆρας ὑπονοσοῦν καὶ ὑποφθινόμενον. *Mutatur corpus omne ac movetur, celeritérqe euripi instar huc illuc fertur. Nunc ex infantia in pubertatem excrescit, nunc ex juventa in senectutem delabitur.* Seneca *Epist.* 58. *Quicunqe videmus ac tangimus, Plato in illis non numerat, qæ esse propriè putat. fluunt enim, & assidua diminutione atqe adjectione sunt. nemo nostrûm idem est in senectute, qi fuit juvenis:*

fluida: ſenſus, obſcurus: corporis univerſi fabrica, putreſcere prona: anima, vaga: fortuna, res imperveſtigabilis: fama, res incerta: & ut verbo dicam, omnia, corporis qidem,

ᾗ αἴσθησις, ἀμυδρά. ἡ ᾗ ὅλη τῷ σώματι
[a] σύγκρισις, ἔυσηπτη. ἡ ᾗ ψυχὴς [b] ῥόμβη. ἡ δὲ τύχη, δυσέκμαρτον. [c] ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον.
συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα, τὰ μὲν τῷ σώματι,
[d] ποταμῷ

a σύγκρασις, Jun. b ῥέμβη, c L. 4. §. 3. Xyl.

ANNOTATIONES.

nis: nemo eſt manè, qi fuit pridie. ego ipſe dum loqor mutari iſta, mutatus ſum. Et mox: De homine dixi, fluidâ materiâ & caducâ, & omnibus obnoxiâ caſibus. Mundus qoqe aterna res & invicta, mutatur, nec idem manet. Nec diſſentiunt etiam Epicurei. Lucretius l. 4.

Dico igitur rerum effigies, tenuésqe figuras
Mittier ab rebus ſummo de corpore earum:
Qæ qaſi membrana ſummo de cortice rerum
Derepta volitant ultro citróqe per auras.

Et lib. 2.

Nam certè fluere atqe recedere corpora rebus
Multa, manus dandum eſt. —

Et lib. 5.

Principio omnibus à rebus, qæſcunqe videmus,
Perpetuò fluere ac mitti ſateare neceſſe eſt
Corpora. —

Et mox:

Uſqe adeò omnibus ab rebus res qaqe fluenter
Fertur, & in cunctas dimittitur undiqe partes.
Nec mora nec reqies interdatur ulla fluendi.

Indè Clavdianus in Mallii Coſſ.

— ſemperqe fluentis Materiæ. —

Ἡ δὲ αἴσθησις ἀμυδρά.] Ità l. 5. §. 33. Τὰ δὲ αἰσθητήρια ἀμυδρὰ, καὶ ὑπαραπύκνωτα. Senſus ipſi hebetes, & imagines falſas admittere proclives.

Ἡ δὲ ὅλη τῷ σώματι σύγκρισις, ἔυσηπτη] Corporis totius fabrica, putreſcere apta, ſive putredini obnoxia. Σύγκρασις Junio magis placet, pro eo qod σύγκρισις exhibetur. utrumlibet, Marco etiam avtore, legas, qi l. 7. §. 67. Ἡ φύσις οὐχ ὕτω συνεκέρασε τὸ συγκριμάτιόν σε. Non ita commiſit natura compagem tui. Æſchines Axiocho: Τῆς συγκρίσεως ἅπαξ διαλυθείσης, καὶ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυθείσης τόπον. Compage ſemel ſolutâ, & animâ ſuo collocato loco. Vide & Epicharmum ad l. 7. §. 40. ſed & l. 3. §. 11. ἐκ τίνων συγκέκριται. Ex qibuſnam principiis conſiſtat. & l. 4. §. 5. ubi vox eadem, σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων. Concretio ex iiſdem elementis. In eandem cum Marco iſtic mentem, Seneca ad Marc. c. 11. Putre ipſa fluidumqe corpus: ex infirmis fluidisqe contextum: ipſo ſitu & otio ſturum in tabem. Vide ad l. 4. §. 5. Itaqe non ſuillo tantùm generi, qod dixere veteres, ut Varro de re ruſtic. l. 2. c. 4. Cicero de finib. l. 5. Plinius hiſt. natur. l. 8. c. 51. Stoici qidam, apud Plutarchum Sympoſ. l. 5. c. 10. Cleanthes; Clemens Strom. l. 7. Chryſippus; Cicero de nat. Deor. l. 2. & Prophyrius de animal. non comed. l. 3. avt piſcibus duntaxat; qod Philo Judæus lib. de mundi opificio; ſed & animantibus qibusvis (humano etiam generi) animam, nè putreſceret corpus, pro ſale datam, havd abſurdè dici poterit. Plavtus Trinumm. Act. 5. Sc. 4.

— nos homunculi,
Salillum animæ, qam cùm extemplo amiſimus, &c

Ad quem locum interpretes: vaſculum ſalis ſumus, id eſt corpuſcula animata: qia corpora ſunt animarum vaſcula; anima verò corpori ſalis vice. qemadmodum enim carnes pecudum, ſi diu ſerventur ſine ſale, putreſcunt: ità & corpora, efflatâ animâ, putore corrumpuntur. Scitè Plutarchus Sympoſ. l. 5. c. 10. Τὸ ἅλας τῶν σωμάτων τὰ νεκρὰ διαληρεῖν ἀσηπτα καὶ μόνιμα πολὺν χρόνον, ἀντιτάττεται τῷ θανάτῳ, καὶ ὃν ἐᾷ παντελῶς ἐξολισθῆναι καὶ ἀφανισθῆναι τὸ θνητόν. ἀλλ' ὥσπερ ἡ ψυχὴ, θειότατον ὂσα τῶν ἡμετέρων, τὰ ζῶα συνέχει καὶ ῥᾴον ἂν ἐᾷ τὸν ὄγκον. ὕτως ἡ τῶν ἁλῶν φύσις τὰ νεκρὰ παραλαμβάνουσα, καὶ μιμουμένη τὸ τῆς ψυχῆς ἔργον, ἀντιλαμβάνεται φερομένων ἐπὶ ζῆν φθορᾶν, καὶ κρατεῖ καὶ ἴσχυσιν. Sal cadavera putredinis ſecura & durabilia adſervans aliqanto tempore morti reſiſtit: neqe patitur id, qod mortuum eſt, penitus aboleri. Sed qemadmodum anima, noſtrarum rerum divinisſima, diffluere non ſinit molem animalis, ſed eam continet: ita ſalis natura imitatur animæ opus, dum cadavera arripiens, id, qod ad interitum vergebat, conſtringit atqe cohibet. &c.

Ἡ δὲ ψυχὴ ῥέμβη] Ità reſtituit Xylander cùm antè ῥόμβη legeretur. ῥέμβη, vagus, ſive divagatio. nam & abſtractè ſumitur. Plutarchus de exil. pag. 603. E. πολὺν ἄλυν καὶ ῥέμβον. Multas moleſtias & vagationes. indè ῥέμβεσθαι. huc illuc ferri. ſuprà §. 7. καὶ ἀποῤῥέμβεσθαι, divagari. infrà l. 4. §. 22. Calavbonus tamen ad Adriani vitam, ῥόμβη legit; ſed vagam exponit, ex Athanaſii illo, περὶ πολλὰ ῥεμβομένη.

Ἡ δὲ τύχη δυσέκμαρτον] Fors, conjectu difficilis: ob casûs fortuiti incertitudinem niniam. Itaqe τύχην dixere Anaxagoras & Stoici, ἄδηλον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, cauſſam, qæ humanâ ratione cognoſci neqeat. Epicurus, ἀσύστατον αἰτίαν προσώποις, χρόνοις, τρόποις, cauſſam inſtabilem ob mutationem perſonarum, temporum, morum. Plutarchus de placit. philoſ. l. 1. c. 29. & Philo de conſtit. Princ. pag. 722. ἡ τύχη ἀόριστον καὶ ἀΐδρυτόν τι πράγμα. Fortuna res infirma & inſtabilis. Theophraſtus denique, referente Plutarcho ad Apollon. Ἀσκεπτον ἡ τύχη, καὶ δεινὴ παρελέσθαι τὰ προπεπονημένα, καὶ μετάῤῥιψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν, εὐθέα καιρὸν ἔχουσα ταυτόν. Improviſa eſt fortuna, habétqe magnam vim auferendi, qa nobis labore parta ſunt, & qa apparet proſperitatem evertendi, neqe ulla conſtituta temporis utitur ratione. & Plutarchus ipſe de poet. leg. c. 7. in hoc Fortunam Fatúmqe, τύχην καὶ εἱμαρμένην, convenire, qòd in utroqe τὸ ἀσυλλόγιστον ἡμῶν τῆς αἰτίας exiſtat, utriúsqe cauſſas ratiocinando non poſſumus aſſeqi.

Ἡ δὲ φήμη ἄκριτον.] Ità l. 4. §. 3. Τὸ ἐυμετάβολον καὶ ἄκριτον τῶν εὐφημιῶν δοκοῦντων. Qàm mutabile & judicii expers ſaventium vulgus. Siqidem, ut Senarius antiqus habet,

Ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστὶν, οὐκ ἔχει δὲ νοῦν.
Res nempe valida turba eſt, ſed mentis carens.

Ab iſtiuſmodi ergò profecta, pérqe eorum ora volitans fama, nil mirum, ſi fuerit, ut Virgilius cecinit Æn. l. 1.

Tam ficti pravíqe tenax, qàm nuncia veri,

avt recti etiam dilavdatrix. Vide ſupr. §. 12.

Τὰ μὲν τῷ σώματι, ποταμός.] Ità l. 4. §. 43. ποταμός τις καὶ ῥεῦμα βίαιον, ὁ αἰών. Flumen qoddam & torrens rapidus eſt ævum. & l. 5. §. 23. Ἡ γὰρ ὐσία, ὅσον ποταμὸς, ἐν διηνεκεῖ ῥεύσει. Eſt enim rerum natura inſtar fluvii cujuſdam, qi in jugi ſit fluxu. & l. 6. §. 15. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ποταμῷ. In hoc igitur flumine. Sicut avtem his in locis res humanas & corporeas fluvium qendam, qia in perpetuo ſunt fluxu; ità eaſdem alibi, ob fluxûs illius curſum rapidiſſimum, χειμάῤῥου etiam, id eſt torrentem appellat. l. 7. §. 19. Διὰ τῆς τῶν ὅλων ὐσίας ὡς διὰ χειμάῤῥου διεκπορεύεται πάντα τὰ σώματα. Per mundi ſubſtantiam, tanqam per torrentem, corpora tranſeunt univerſa. & l. 9. §. 29. Χειμάῤῥους ἡ τῶν ὅλων αἰτία. Torrentis eſt inſtar rerum natura. Seneca. Ep. 58. Corpora noſtra rapiuntur fluminum more. Et ex Origene in Pſal. 1. Methodius Orat. de reſurr. apud Epiphanium hæreſ. 64. §. 14. Οὐ κακῶς ποταμὸν ὠνόμασαν τὸ σῶμα, διότι ὡς πρὸς τὸ ἀκριβὲς, τάχα οὐδὲ δυῶν ἡμερῶν τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ταυτόν ἐστιν ἐν τῷ σώματι ἡμῶν. Unde non malè fluvius qidam corpus eſſe dicitur. Qoniam ſi accuratè conſideremus, ne biduo qidem prior materia in corporibus noſtris eadem conſtansqe perſeverat. Cæterùm etiam τὰ τῆς ψυχῆς ſtaminis inſtar habere Heraclitus cenſuit, ſi Numenio fides. Sic enim is de bono l. 1. apud Evſebium prapar. Evang. l. 15. c. 20. de Heraclito locutus, Βυλόμενος γὰρ ἐμφανίσαι, ὅτι αἱ ψυχαὶ ἀναθυμιάμεναι νοεραὶ ἀεὶ γίνονται, ἐικασεν αὐτὰς τοῖς ποταμοῖς, λέγων ὕτως. Ποταμοῖσι τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐμβαίνουσιν ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ἐπιῤῥεῖ. καὶ ψυχαὶ δὲ ὑπὸ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιῶνται. Cùm enim exhalantes animos ſpirituales ſemper effici demonſtrare vellet, eos cum fluviis comparabat, his verbis utens: in fluvios, inqiebat, licet iidem uſqe decurrant, alia tamen atqe alia illabuntur aqa. Et vero anima e ſſantur ex humidis. Vide ad l. 4. §. 37. Arnoldus Bonavallens. de op. 6. dier. c. 7. Aqarum nomine hominum generationes intellige; qæ ſicut de fonte in rivum, de rivo in fluvium labuntur: ità homines de conceptu in partum, & de infantuli ætate in ſenium inqieto volumine properant & decurrunt. Verùm Marcum noſtrum avtumo Platonis illa in Timæo pag. 1055. B. reſpexiſſe, qibus animas ait in ortu primo εἰς σῶμα ἐπίῤῥυτον καὶ ἀπόῤῥυτον, corpus influens & effluens inditas & innexas. & mox de eiſdem, αἱ δὲ εἰς ποταμὸν ἐνδεδεῖσθαι πολὺν, Itaqe hi in profundum flumen immerſi &c. ubi corpus diſertè flumen appellat. Vide ad l. 10. §. 28.

Τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ὀνειρος] Homerus Odyſſ. λ. v. 221.

Ψυχὴ δ' ἤϋτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.
Avolat illa, velut ſomnum qæ fallit, imago.

Ità l. 6. §. 31. ὅτι ὀνειροί σοι ἠνώχλουν. Somnia fuiſſe qæ te conturbabant. Vana, ſcilcet, qaſi per ſomnum viſa, animos afficere ſolent humanos, & dormientibus velut illudere. Refert Laërtius l. 6. ex Hecatonis Chriarum l. 1. Metroclem, poſtqam Crateti in diſciplinam ſe dederat, commentariis ſuis in ignem miſſis, dixiſſe,

Τὰ δ' ἐς ὀνείρων νεκτέρων φαντάσματα.
Hæc ſomniorum ſunt imaginacula.

Qin & Evripideum illud ex Iphigen. Tauric.

Ψευδεῖς ὀνειροι χαίρετ'. οὐδὲν ἦτ' ἄρα.
Valete vana, nil eratis, ſomnia.

de vanis animi affectibus ac perturbationibus, uſurpârunt, tum Clemens Alexandrinus in protrept. tum & Plutarchus de profect. indic. qem exhibebimus infrà ad l. 9. §. 31. Optimè Baſilius Cæſar Epiſt. 42. Τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα σκιᾶς ἐστιν ἀμυδρότερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα. Humana iſta vaniora ſunt umbrâ, & fallaciora ſomniis. & qæ ſequuntur. Plutarchus ipſe eam, qam iſtic de rebus divinis notitiam habemus, inſomnii rationem obtinere aſſerit. In tract. de EI. Delph. pag. 393. D. ὡς δὲ τῦν ἐν τῷ

a L. 4. §. 43. πανήμερος. τὸ δὲ τῆς ψυχῆς, ἄ ὄναρ καὶ τύφος. ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένης ἐπιδημία.
L. 5. §. 23.
L. 6. §. 15
b L. 6. §. 31. c ἡ ὑστεροφημία δὲ, λήθη. τί ἂν τὸ συνδιαπέμψαι
c L. 10 §. 31.
L. 12. §. 24. ψυχὴ δυνάμεως; ἓν καὶ μόνον φιλοσοφία. τοῦτο δὲ
27.

flu vius; animæ verò, ſomnium & fumus: vita militia, & hoſpitis in peregrino mora: fama poſthuma, oblivio mera. qidnam eſt ergò, qod hominem deducere & tranſmittere poſſit? res ſola & unica eſt, philoſophia. ea avtem in hoc conſiſtit, ut

ANNOTATIONES.

ἐν τῷ καλλίστῳ τῶν ἐνυπνίων τὸν Θεὸν ὀνειροπολοῦντες. *In præſentia avtem Deum qaſi in pulcerrimo omnium ſomniorum ſomnio imaginantes.* & in *Erotic. pag.* 764. *F.* Δεινὴ δὲ ὡς διὰ τῶν ἐνυπνίων ἡ ψυχὴ ἀσπάζεται καὶ τέθηπε τὸ κάλλιστον καὶ θειότατον. *Hic avtem anima per ſomnium amplectitur, & ſtupet rem pulcerrimam & divinisſimam:*

Ἀμφὶ δὲ οἱ δολόεντα φιλόφρονα κεῦθον ὄνειρα.
Somnia ſuderunt ſallacia dulcia circum.

Maximus Tyrius animi totam in hoc corporis domicilio degentis vitam. *diſſert.* 28. Ὡς ἄρα ὁ ἐν γῇ βίος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ὀνείρατι ἔοικε μακρῷ καὶ πολυτελεῖ. *Qam vitam hanc animæ humanæ reſpectu nihil aliud qam longum multorumqe annorum eſſe ſomnium.* eóqe illam de Epimenide fabulam refert.

Καὶ τύφος.] τύφος hîc qod alibi καπνὸς, *l.* 10. §. 31. & *l.* 12. §. 27. Eſt enim τύφος κυρίως idem qod καπνὸς, *fumus*; etiamſi pro *faſtu* freqentiùs κατὰ μεταφορὰν vſurpetur. indè notat Evſtathius *ad Odyſſ.* β'. τυφογέροντας καὶ τυφεδανὰς, *ſenes σκωπτικῶς* nuncupari, ſive qòd ob peritiam variam experientiâ longâ multipliciqe conqiſitam faſtuoſiùs plerumqe gerere ſe ſoleant; ſive, διὰ τὸ δεῖν ἤδη τύφεσθαι ἤτοι νεκρικῶς καίεσθαι τοὺς τοιούτους, *qaſi jam in fumum dari eos, concrematis* nimirum *cadaveribus, oporteat.* De Socrate Plutarchus lib. *de Socrat. Damon. pag.* 580. *B.* Τὸν δὲ τύφον, ὥσπέρ τινα καπνὸν φιλοσοφίας, εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποτυφλώσαντας. *Faſtumqe veluti fumum qendam à philoſophia in ſophiſtas diſſipans.* Et Apollonius *Argonaut. l.* 2. 133. de apibus agens, qod & Xylander obſervavit.

— — ἐπίπρο δὲ λιγυνοίντι
Καπνῷ τυφόμενας πέτρης ἐκὰς αἴσσουσιν.
— — *ſed inflantius flammeolo*
Suffita fumo evolant à rupe.

Ubi Schol. καπνῷ τυφόμενας, ἀντὶ τοῦ καπνιζόμενας. ſed & terra Troica Evripidi in *Hecub.n.* 477. dicitur, καπνῷ τυφομένη κατειρέπεσθαι, Poteſt tamen Marcus hic, ad Monimi placita, cujus pavlò antè meminerat, reſpexiſſe, qi τύφον καὶ ὄνειρον πάντα εἶναι *fumum & ſomnium omnia eſſe* pronunciaverat. Vide *ſuprà ad* §. 15. *Sapientiæ Solomonis* avtor c. 2. *v.* 2. Καπνὸς, ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν. καὶ ὁ λόγος, σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν. *Fumus eſt reſpiratio in naribus noſtris, & ſermo motu cordis noſtri ſcintilla eſt.* Et Lucret. *l.* 3.

— *naturam animai*
Diſſolvi, ceu fumus in altas aëris avras.

Ὁ δὲ βίος, πόλεμος] Ità vulgò vertunt illud Jobi *c.* 7. *v.* 1. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Certè Chriſtiani hominis vita, in ſacris literis, tanqam *jugis militia* paſſim prædicatur. Vide Pavlum *ad Epheſ. c.* 6. *v.* 12. Petrum *Epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 11. Jacobum *c.* 4. *v.* 1. Minutium *Octav. Qod corporis humana vitia ſentimus & patimur; non eſt pœna, militia eſt.* Cyprianus *l.* 1. *Ep.* 5. *Adhuc in ſeculo ſumus, adhuc in acie conſtituti.* Chryſoſtomus *in Act. Orat.* 15. *Edit. Commel. pag.* 143. *D.* Ἀγών ἐστιν ὁ παρὼν χρόνος. πόλεμός ἐστι καὶ μάχη. *Certamen eſt in præſenti tempore, bellum eſt ac prælium.* Et in 1. *ad Theſſ. hom.* 3. *pag.* 1428. Πολέμου καιρὸς, πᾶς ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐστι χρόνος. *Belli qoqe tempus eſt totum tempus vitæ noſtræ.* Et *in Geneſ. Orat.* 3. Διηνεκὴς ἡμῖν ἐστιν ὁ πόλεμος, καὶ ἀνακωχὴν οὐδέποτε ἔχων. *Continuum nobis eſt bellum, & nulla intermiſſio.* Auguſtinus *adv. Julian. l.* 4. *c.* 16. *Nullum ſine bello inteſtino diem ducis.* Epictetus ipſe *Diſſert. l.* 3. *c.* 24. Στρατεία τὸ χρῆμα. Στρατεία τίς ἐστιν ὁ βίος ἑκάστου, καὶ αὕτη μακρὰ καὶ ποικίλη. *Negotium hoc eſt militia. Militia qadam eſt cujuſqe vita, eáqe longa & varia.* Et Hierocles περὶ φιλαδελφίας apud Stobæum *tom.* 2. *ſer.* 81. Ὅλως δὲ ἐνθυμητέον, ὡς βίος ἡμῖν κινδυνεύει μαχός τις εἶναι καὶ πολυετὴς πόλεμος. *In ſumma, æſtimandum eſt, qàm longa tadioſaqe vita & perpetua inimicitia periculum immineat.* Seneca *Epiſt.* 96. *Vivere, militare eſt.* & *Epiſt.* 51. *Nobis qoqe militandum eſt: & qidem genere militiæ, qo nunqam qies, nunqam otium datur.* Et *de provident. c.* 5. *Optimum qemqe militare & operas edere.*

Καὶ ξένης ἐπιδημία.] In Senecæ *excerpt. Morieris. peregrinatio eſt vita. multùm cùm deambulaveris, domum redeundum eſt.* Hoc & ſacra pagina ſubinde inculcat. Apud Moſem *l.* 1. *c.* 47. *v.* 9. Jacobus Patriarcha Pharaoni: *Dies annorum peregrinationis meæ ſunt centum triginta anni: pavci maliqe fuerunt dies annorum vitæ meæ; neqe attigerunt dies annorum vitæ patrum meorum, qibus illi ſunt peregrinati.* ad qem locum Auguſtinus *q.* 156. *incolatus dicitur ſanctorum vita.* David Rex, *Pſalm.* 39. *v.* 12. *Peregrinus ſum iſtic & inqilinus, prout & majores omnes mei.* hoc eſt, πάροικοι καὶ παρεπίδημοι, *inqilini & advenæ*, ut Petrus Apoſtolus *Epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 11, alluſione habitâ ad ſortem ipſorum, qibus epiſtolam ſuam inſcripſerat, tunc temporis παρεπιδήμων. Argutiùs tamen forſan, qàm ſolidiùs Hieronymus *de terr. promiſſ. Sancti terra Judaica*

A *non habitatores, ſed accolæ & peregrini; ubiqe terra habitatores peccatores intelliguntur.* Optimè & accommodatiſſimè ad rem præſentem Pavlus Apoſtolus *ad Corinth. Epiſt.* 2. *c.* 5. *v.* 6, 8. Εἰδότες ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου. εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. *Scimus nos dum adſumus in corpore, peregre abeſſe a Domino -- gratum eſt nobis potius abeſſe è corpore, & adeſſe apud Dominum.* Qem locum reſpiciens Bernardus *de conſider. ad Eugen. l.* 5. *Repatriáſſe erit hoc; exiſſe de patria corporum in regionem ſpirituum. ipſa eſt Deus noſter, maximus ſpiritus, maxima manſio ſpirituum beatorum: à qo interim abſu-*
B *mus dum iſtic ſumus.* Vide *ſupr. ad* §. 11.

Ἡ ὑστεροφημία δὲ λήθη.] rationem, cur *oblivionem* dixerit *famam ſuperſtitem*, petas licet, ex *l.* 3. §. 10. & *l.* 4. §. 35. & *l.* 7. §. 5. 10. Solomon itidem *Eccleſ. cap.* 1. *v.* 11. *Nulla eſt præteritorum memoria: nec etiam poſteriorum qæ futura ſunt, ulla futura eſt apud eos qi in poſterum ſunt, memoria.*

Παραπέμψαι δυνάμενον] Metaphora, vel à *deductione honorifica*, vel à *funebris pompa & exeqiarum ſolemnitate* tradvcta. De Platone Lærtius *lib.* 3. 4. Ἐτάφη δὲ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, παρεπεμφθη πανδημεὶ πρὸς τῶν αὐτόθι. *Sepultus eſt avtem in Academia, & corpus ejus eſt datum magna eorum qi*
C *ibi habitabant freqentia. Una,* inqit, *eſt virtus, qa magnificè tranſmittere poteſt, non ad rogos, ſed ultra rogos, ad poſteros.* qomodo de ſe Ennius, apud Ciceronem *Tuſc. l.* 1.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletum
Faxit. qur? volito vivu' per ora virum.

Et Naſo *Ponti l.* 3. *eleg.* 2.

Corpora debentur mæſtis exanqia buſtis:
Effqiunt ſtructos nomen honórqe rogos.
Occidit & Theſeus, & qi comitavit Oreſtem;
Sed tamen in lavdes vivit uterqe ſuas.

Et Maro *Æn. l.* 10.

— ſed famam extendere factis,
D *Hoc virtutis opus. —*

Seneca *Epiſt.* 93. *Lavdemus itaqe & in numero felicium reponamus eum, cui qantulumcunqe temporis contigit, benè collocatum eſt. Vidit enim veram lucem; non fuit unus è multis. & vixit, & viqvit. -- qid qæris, qamdiu vixerit? vixit ad poſteros usqe; tranſiliit, & ſe in memoriam dedit.* Nec *ad poſteros* tantùm, ſed *ad ſuperos* etiam: Maro *Æn. l.* 6.

— ardens evexit ad æthera virtus.

Flaccus *carm. l.* 3. *Od.* 2.

Virtus recludens immeritis mori
Cælum, negatá tentat iter viâ; &
E *Spernit humum metuente pennâ.*

Silius *bel. Pun. l.* 3.

— ire per ora
Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
Qos pater æthereis cæleſtium deſtinat oris.

Et *l.* 15. ſub perſona virtutis:

Me cinctus lavro perducit ad aſtra triumphus.

Manilius *Aſtron. l.* 1.

An ſortes animæ, dignatáqe nomina cælo,
Corporibus reſoluta ſuis, terráqe remiſſa
Huc migrant ex orbe, ſuámqe habitantia cælum,
F *Æthereos vivunt annos, mundiqe fruuntur.*

Lucanus *l.* 9. de Pompejo:

At non in Pharia manes jacuere favilla;
Non cinis exiguus tantam compeſcuit umbram:
Proſiluit buſto, ſemiuſtáqe membra relinqens
Degenerémqe rogum, ſeqitur convexa Tonantis,
Qà niger aſtriferis connectitur axibus aër.
Qdqe patet terras inter Lunaqe meatus
Semidei manes habitant, qoi ignea virtus
Fecit. & æternos animam collegit in orbes.

Seneca *Herc. Oet. Act.* 4. *Scen.* 4.

Sed locum virtus habet inter aſtra.
G Et *Act.* 5. *Scen.* 4. Hercules.

— virtus mihi
In aſtra, & ipſos fecit ad Superos iter.

Ibidem Scen. 2.

Non eſt gemendus, nec gravi urgendus nece,
Virtute qiſqis abſtulit fatis iter.
Æterna virtus Herculem fieri vetat.

Et *Scen.* 5.

Numqam Stygias ſertur ad undas
Inclyta virtus, vivite fortes;
Nec Lethæos ſava per amnes
Vos fata trahent; ſed cùm ſummas
Exiget horas conſumpta dies
Iter ad Superos gloria pandet.

H Evripides *Andromach.*

Ὃν τὰ

genium qis ſuum interim conſervet integrum, contumeliâ ac læſione omni immunem, voluptate ac dolore omni ſuperiorem, nihil temerè avt fictè ſimulatéqe agentem, ſibi ſufficientem, cùm ut alii faciant avt nè faciant qid, opus nil habeat: porro qæcunqe eveniunt ac deſtinantur ſibi ità excipientem, tanqam indè obvenientia, unde venerit ipſe: mente deniqe propitiâ placidâqe mortem ipſam expectantem, tanqam elementorum eorum diſſolutionem, ex qibus animal unumqodqe conſiſtit. ſi avtem elementis ipſis nihil grave contingit, qod in alterum unumqodqe eorum jugiter tranſmutatur, cur corporis univerſi mutationem ac diſſolutionem metuat avt ſuſpectam qis habeat? ſecundùm naturam qippe fit. nihil eſt avtem malum, qod eſt naturæ conſentaneum.

Qæ Carnunti.

ἐν τῷ τηρεῖν [a] τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον, καὶ [b] ἀσινῆ, [b] ἡδονῶν καὶ πόνων κρείττονα, [c] μηδὲν εἰκῇ ποιοῦντα, [d] μηδὲ διεψυσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως, [e] ἀνενδεῆ τοῦ ἄλλον ποιῆσαί τι, ἢ μὴ ποιῆται. εἶτα ἢ [f] τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν. ἐστὶ πᾶσι ἢ τὸν θάνατον [g] ἴλεῳ τῇ γνώμῃ [h] περιμένοντα, ὡς ἄδηλον ἄλλο ἢ [i] λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. [k] εἰ ἢ φυτοῖς τοῖς στοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἕκαστον διηνεκῶς εἰς ἕτερον μεταβάλλειν, ἆρα τί [l] ὑπόιδηταί τις τὴν πάντων μεταβολὴν καὶ ἀλλύσιν; [m] κατὰ φύσιν γάρ. [n] ἄδηλον ἢ κακὸν κατὰ φύσιν.

Τὰ ἐν Καρνύντῳ.

a Sup. §. 13.
b Sup. §. 16. L. 8. §. 8.
c Sup. §. 5.
d Sup. §. 16.
e L. 4. §. 29.
f Sup. §. 3. l. 8. §. 23. l. 10. §. 5.
g Sup. §. 3. l. 4. §. 48. l. 5. §. 33.
h L. §. 10. l. 9. §. 3.
i L. 4. §. 5. l. 7. §. 32. 50. l. 8. §. 25.
k L. 8. §. 18. 20. l. 10. §. 7. l. 4. §. 37.
l Sup. §. 12.
m L. 6. §. 1. 33. l. 10. §. 7. l. 11. §. 34.
n Ονύντῳ Lug.

AN-

ANNOTATIONES.

Ὄυ τοι λείψανα τῶν ἀγαθῶν
Ἀνδρῶν ἀφαιρεῖται χρόνος.
Ἃ δ' ἀρετὰ καὶ θανόντι λάμπει.
Qod reliqum bonis
Poſt mortem ſupereſt, nulla abolet dies.
Virtus incolumis poſt cineres micat.

Grotius. Idem *Temen.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. & Sextum *adv. Gram. c.* 13.

Ἀρετὴ δέ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται.
Ζῇ δ' οὐκ ἔτ' οὗτος σώματος. κακοῖσι δὲ
Ἅπαντα φεύδεα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.
Virtus, & ubi qis interit, non interit;
Sed vivit & poſt corpus. at ſi qis malus
Intereat, ejus cuncta ſub terram cadunt.

Grotius. Præclarè Socrates apud Platonem *Phædone pag.* 80. *A.* Εἰ μὲν ἦν ὁ θάνατος τῆ παντὸς ἀπαλλαγὴ, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τῆ δὲ σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι, καὶ τῆς αὐτῶν κακίας, μετὰ τῆς ψυχῆς. νῦν δὲ ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται ἅσα, ἀδύνατα ἂν εἴη αὐτῆ ἄλλη ἀποφυγὴ κακῶν, ἢ δὲ σωτηρία, πλὴν τοῦ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι. ἢ δὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ ἔρχεται, πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς. ἃ δὴ καὶ λέγεται μέγιστα ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας. *Si enim mors totius diſſolutio eſſet, nimirum improbi lucrarentur, qum & à corpore, & ab eorum pravitate cum anima liberarentur. Nunc avtem cum anima immortalis appareat, nulla ſupereſt malorum declinatio, nulla ſalus, niſi ut optima & prudentiſſima fiat. Nihil enim aliud, qum migrat ad manes anima, ſecum transfert præter eruditionem atqe educationem. Qæ qidem ſtatim in principio transmigrationis illius ei, qi mortuus eſt, plurimùm vel prodeſſe vel obeſſe dicuntur.* Seneca *Epiſt.* 98. *Egregiè Metrodorus in epiſtola ad ſororem, Mortale eſt omne mortalium bonum. de his loqitur bonis ad qæ concurritur. nam illud verum bonum non moritur. certum eſt ſempiternumqe, ſapientia & virtus. hoc unum contingit immortale mortalibus.* & *Epiſt.* 93. *Vis ſcire qid inter hunc interſit vegetum contemptoremqe fortunæ, functum omnibus vitæ ſtipendiis, atqe in ſummum bonum evectum, & illum cui multi anni tranſmiſſi ſunt? alter poſt mortem qoqe eſt, alter ante mortem periit.* Itaqe Antiſthenes dicere ſolebat, τοὺς βλωμένους ἀθανάτους εἶναι, δεῖν ζῆν εὐτεβῶς καὶ δικαίως. *Oportet illos, qi volunt immortales eſſe, piè & juſtè vivere.* & Pindarus *Olymp.* 8.

Αἶσα τοι λάθεται ἐρεμνὰ πράξας ἀνήρ.
Orci obliviſcitur, qiſqis congrua geſſerit.

Atqe hæc qidem de virtute vera veriſſimè dicta fuerint. Cæterùm qod de *jure juſtitiáqe* Cicero *Offic. lib.* 3. §. 69. veræ germanæqe virtutis *ſolidam miſeri* illi *& expreſſam effigiem nullam tenebant, umbrâ & imagine ſolâ efferebantur.*

A ὁ μὴ ἔχων παρ' ἑαυτῷ πάντα τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. *Qi apud ſe habet, qicqid ad vitam conducat. l.* 4. §. 29. Vide Platonem in *Epitaph. ſuprà ad illa* §. 11. ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν.

Τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα] Signatè dictum. utì & *l.* 3. §. 4. τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα πάντα. *Qecunqe ex lege divina illi attributa contigerint.* & *l.* 7. §. 66. τὰ ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμόμενα. *Ab univerſo aſſignata.* & *lib.* 6. §. 16. ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι. *Qecunqe illi attribuunt.* qia nimirum πάντα νομισθ. *Omnia certâ lege decurrunt.* ut *infrà l.* 7. §. 31. καὶ ἀπό τινος ἀπονέμοντος τὸ κατ' ἀξίαν. *Ab eo, qi pro dignitate cuiqe ſuum tribuit.*

B Ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν] Vide *ſuprà ad* §. 3.

Ἴλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένοντα] Ità *l.* 5. §. 33. τί δ' περιμένεις ἴλεως; *Qin ergo expectas placidus.* vide *ſuprà ad* §. 3. At qomodo hoc præſtitit Cato ruus, Seneca? qem tantopere ſuſpicis, & de qo tamen, *Epiſt* 24. *Impreſſit deinde mortiferum corpori vulnus. qo obligato à medicis, cùm minus ſanguinis haberet, minus virium, animi idem, jam non tantum Cæſari, ſed ſibi iratus, nudas in vulnus manus egit, & generoſum illum contemptoremqe omnis potentiæ ſpiritum, non emiſit, ſed ejecit.*

Λύσιν τῶν στοιχείων] Mors στοιχείων λύσις. ut contrà γένεσις ſive *ortus*, ἐκ τῶν στοιχείων σύγκρισις, *ex elementis concretio.* C *l.* 4. §. 5. Sic *l.* 7. §. 50. ἢ διάλυσις τῶν ἐν ταῖς ἀτόμοις ἀντεμπλοκῶν, ἢ καὶ σκορτισμός τις τῶν ἀπαθῶν στοιχείων. *Hic eſt atomorum invicem implexorum diſſolutio, avt elementorum ſenſus expertium diſperſio.* qod *l.* 8. §. 25. σκεδασθῆναι τὸ συγκριμάτιον, *compagem tui diſſipatum iri* dixit; mortémqe στοιχείων ἐξ ὧν συνεκρίθη σκεδασμόν, *elementorum, ex qibus concretum erat, diſſipationem l.* 10. §. 7. Ità Epicharmus apud Plutarchum *ad Apollon.* Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη. *Concretum eſt,* in ortu ſcilicet; & *diſcretum eſt,* in interitu nempe.

Ἕκαστον εἰς ἕτερον διηνεκῶς μεταβάλλειν] *alterum in alterum mutando tranſire.* Vide *l.* 5. §. 13. Ità *l.* 8. §. 18. καὶ αὐτὰ δὲ μεταβάλλει, καὶ ὐ γογγύζει. *Atqe hæc qoqe mutant, nec* D *murmurant tamen.* Vide & *l.* 10. §. 7.

Ὑπόιδηται] *ſiniſtrè ſuſpicetur* Xylander. *metuat* Caſavbonus. havd incommodè uterqe. nam ὑφορώμενος, ὑποπτεύων, φοβούμενος. Heſychius. ὑπιδίσθαι ergò tam φοβεῖσθαι, qàm ὑποπτεῦσαι. ſiqidem ſuſpicionis pediſeqa ſolet eſſe formido. Vide *l.* 4. §. 37. & *l.* 7. §. 53. & *l.* 10. §. 12.

Κατὰ φύσιν] Ità *ſuprà* §. 12. φύσεως ἔργον. *Opus naturæ* & *l.* 10. §. 36. ἡ φύσις διαλύει. *Natura diſjungit.* & *l.* 9. §. 3. ἓν τοῦτον, ὃν ἡ φύσις ἐθέλει. *Unum illorum qæ natura vult.* Ità & Ariſtoteles *phyſ. l.* 5. *c.* 6. Ἐπὶ γενέσεως δὲ καὶ φθορᾶς ὁ αὐτὸς λόγος. ἔστι γὰρ ἡ μὲν γένεσις κατὰ φύσιν, ἡ δὲ φθορὰ παρὰ E φύσιν. τὸ γὰρ γηρᾶν κατὰ φύσιν. *In generatione & corruptione eadem ratio eſt: neqe enim generatio qidem ſecundùm naturam, corruptio avtem præter naturam; ſeneſcere enim ſecundùm naturam eſt.* pari ratione καὶ τὸ τελευτᾶν. Itaqe Joannes Chryſoſtomus *de ſtatuis* 5. Εἰ διὰ τὰς τελευτώντας ἀλγεῖς, ἀλγεῖ διὰ τὰς ἐσθίοντας καὶ διὰ τὰς πίνοντας. ὥσπερ γὰρ τοῦτο φυσικὸν, ἔτω καὶ ἐκεῖνο. μὴ λυπείτω σε τὰ τῆς φύσεως. λυπείτω σε δὲ τὰ τῆς ποιερᾶς προαιρέσεως. *Si de morientibus doles, dole qoqe de edentibus & de bibentibus. Sicut enim hoc eſt naturale, ita & illud. Ne contriſtes te ob ea qæ ſunt naturæ. contriſta te verò ob prava tua conſilia.*

Οὐδὲν δὲ κατὸν κατὰ φύσιν] Ita *lib.* 11. §. 34. Οὐδὲν δύσφημον φυσικῆ τινος ἔργου σημαντικόν. *Mali ominis nihil eſt, qod* F *munus naturale ullum deſignat.* & *l.* 6. §. 33. Εἰ παρὰ φύσιν ἐκ ἔστιν, οὐδὲ κακόν. *Si præter naturam illi non eſt, nec malum eſt.*

Τὰ ἐν Καρνύντῳ] De inſcriptionibus iſtiuſmodi vide qæ *ad finem libri primi* adnotavimus. Lugdunenſis Καρνύτῳ. ſicut & Avrelii Victoris codices, in *breviario*, *Carnuto.* Verùm illud, opinor, potius. Eſt avtem Καρνῦς, Καρνῦντος, ut Ptolemæus *geograph. l.* 2. ſive Καρνῦντον, ut Marcus hic, qod ad

ANNOTATIONES.

Latinorum *Carnuntum* propiùs accedit; *Pannonia* opidum, cujus meminit & Plinius *hiſt. nat. lib. 4. cap. 12.* & *lib. 37. cap. 3.* & Ammianus *hiſt. l. 30.* qi *Illyricorum* tamen opidum dicit: ad qod Marcum noſtrum triennio jugiter militum delectum habuiſſe, cùm bellum Marcomannicum præ manibus haberet, avtor eſt Oroſius *hiſtor. l. 7. c. 15.* & Evtropius; *Cùm apud Carnuntum*, inqit, *jugi triennio perſeveráſſet, bellum Marcomannicum confecit.* Qin & Dio Caſſius (an Joannes Xiphilinus?) in M. Antonino narrat, eundem, cùm per totam ferè vitam bello illo implicitus teneretur, *τὴν Παιονίαν ὁρμητήριον, Paoniam pro ſtativis*, ſive *pro eo loco, in qo copias ſuas contineret, & ex qo in adverſarios excurſiones ſubinde faceret*, habuiſſe. Verùm apud Dionem avt Παιονίαν legendum fuerit, avt *Paoniam* avtor pro *Pannonia* acceperit; quomodo Sebaſtianus Munſterus *coſmog. l. 4.* de Hungaris agens, *Pannones* aſſerit olim *Paonas* dictos, & Gvilielmus Xylander apud Strabonem *Paoniam* cum *Pannonia* confundit; cùm tamen Strabo ipſe *geogr. l. 7.* diverſas has eſſe longéqe à ſe invicem diſſitas tum regiones, tum gentes, diſertè ſtatuat. Ego prius illud lubentiùs admiſerim, librarii ſubeſſe culpam, qi lapſu calami proclivi, pro *Pannonia Paoniam* exhibuerit: (niſi ſi à Xiphilino erratum eſt) non ſolùm, qia *Paonia* (cùm Axio flumini adjacens, & Macedoniæ contermina, ejuſdémqe etiam portio habita fuerit, ut Homerus in *Bæot.* Juſtinus *l. 7.* Liv. *l. 45.* Strabonis è *l. 7. excerpt.* Caſſius ipſe *l. 49.*) ſitus non patitur, ut eo fine uſui eſſe Marco potuerit adversùs gentes illas Iſtri accolas militanti: verùm etiam qòd *Pannoniam* poſteà avtor idem tanqam ſedem exercitus Marciani commemorat. cui accedit, qod Capitolinus narrat in *Marco, Marcum Pannonias, Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, ſimul etiam Qadis extinctis, ſervitio liberáſſe*; & *in Vero compoſito, in Pannonia bello, in urbem deſtinatum eſſe.* Illud deniqe palmariun argumentum in hac cavſſa fuerit, qod Caſſius idem, non ille operâ alienâ contractus, ſed integer *hiſtor. l 49.* (qo loco ſe poſt patrem etiam *Pannonia* præfuiſſe commemorat) Græcorum qorundam, qi commiſcebant illa, errorem ipſe refert, rejicit, refellit. Ex eorum avtem numero fortean Herodianus fuerit, qi Marcum ſcripſit *ἐν Παιονίᾳ*, in morbum noviſſimum, unde & obiit, incidiſſe. Sed & Philoſtratus is, qi ſophiſtarum vitas deſcripſit. Iſte ſiqidem *de vit. ſophiſt. lib. 2. pag. 558.* in *Herode* de Marco agens; Ἐκάθητο, inqit, *ἐς τὰ Παιόνια ἔθνη, ὁρμητηρίῳ τῷ Σιρμίῳ χρώμενος. Conſidebat apud Paonias gentes, Sirmio oppido utens.* & rurſus; *pag. 560. μετὰ τὰ ἐν τῇ Παιονίᾳ. Poſt res actas in Paonia.* qo utroqe loco *Pannoniam* eſſe intelligendam docent, & Marci hiſtoria, & *Sirmium* ipſum *Pannoniæ inferioris* opidum, utì teſtantur Ptolemæus *l. 2.* & Plinius *l. 3. c. 25.* cùm *Probi* Imperatoris *natalibus*, ut Ælius Vopiſcus; tum & *Marci obitu*, qi ſpiritum ibi havſit noviſſimum, utì Tertullianus *apolog. c. 25.* factum illuſtrius. Nec tacendum, qod Strabo *l. 7. Segeſticam Pannoniorum urbem* dicit eſſe, *εὐφυὲς ὁρμητήριον τῷ πρὸς Δακοὺς πολέμῳ, locum idoneum & opportunum admodum, unde Daci bello impetantur.* qi & ipſi ex Strabone vicini fuiſſe videntur gentibus illis, qas ſubegiſſe Marcus perhibetur. *Carnunti* ergò apud *Pannonios* agens Marcus horum nonnulla commentatus eſt: non *inter ſtrepitus Bajanos fremitúſqe balnearios, avt clamores vociferationéſqe Circenſes*, qod tanqam magnum qiddam de ſe prædicat Seneca *Epiſt. 56.* & *83.* ſed inter motus bellicos, ac tumultus militares, philoſophiæ ſtudiis ſeriò ſedulóqe deditus.

LIBER III.

Ὀλίγου δεῖ μόνον δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται ὁ βίος, καὶ μέρος ἐλάττων αὐτοῦ καταλείπεται. ἀλλὰ καὶκεῖνο λογιστέον, ὅτι εἰ ὀλιγὸν βιώη τις, ἐκεῖνό γε ἄδηλον, εἰ ἐξαρκέσῃ ὁμοίαν αὐθις ἡ διάνοια πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς θεωρίας τῆς συντεινούσης εἰς τὴν ἐμπειρίαν

NOn eſt hoc tantùm cogitandum, ſingulis diebus abſumi vitam, minorémqe ejuſdem ſupereſſe portionem: ſed & illud reputandum, qòd, ſi qis diutiùs vitam protraxerit, incertum ſit, utrùm mentis vires pariter idoneas ſit habiturus ad rerum intelligentiam, & ad contemplationem eam qæ ad rerum divinarum humanarúmqe

ANNOTATIONES.

§. 1. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται ὁ βίος] A Flaccus *Epiſt. 2. l. 2.*

Singula de nobis anni prædantur euntes.

Anni, inqit ille: imò & *dies, hora, momenta* ipſa. *Singuli dies aliqid ſubtrahunt viribus.* Seneca *Ep. 26.* & Memor, ſi Scaligero credimus, non Seneca certè, *Octaviá 2. 2.*

Florem decoris ſinguli carpunt dies.

Qod de *viribus* ille, de *decore* iſte, de *vita* Marcus. Sed & Seneca *ad Lucilium Ep. 24. Memini te illum locum aliqando tractáſſe, non repentè nos in mortem incidere, ſed minutatim procedere. Qotidie morimur. qotidie enim demitur aliqa pars vitæ: & tunc qoqe cùm creſcimus, vita decreſcit. uſqe ad heſternum, qicqid tranſiit tempus, periit. hunc ipſum, qem agimus, diem cum morte dividimus. Qemadmodum clepſydram non extremum ſtillicidium exhavrit, ſed qicqid ante deſluxit: ſic ultima hora, qâ eſſe deſinimus, non ſola mortem facit, ſed ſola conſummat. tunc ad illam pervenimus, ſed diu venimus.* & *Epiſt. 120. Vide in qanta cacitate mens noſtra ſit. Hoc qod futurum dico, cùm maximè ſit, & pars ejus magna jam facta eſt. nam qod viximus tempus, eo loco eſt, qo erat anteqam viximus. erramus avtem, qi ultimum timemus diem: cùm tantundem in mortem ſinguli conferant. non ille gradus laſſitudinem facit, in qo deficimus; ſed ille profitetur. ad mortem dies extremus pervenit, accedit omnis. carpit nos illa, non corripit.* & *Epiſt. 4. Ex qo natus es, duceris.* Vide eundem *ad Marc. c. 20. ad l. 9. §. 21.* Manilius *Aſtron. l. 4.*

Naſcentes morimur, finiſqe ab origine pendet.

Morus noſter:

Nugamur, mortémqe procul, procul eſſe putamus:
At mediis latet hæc abdita viſceribus.
Scilicet ex illa, qâ primùm naſcimur, horâ,
Prorepunt junctò vitáqe mórſqe pede.
Partem aliqam furtim qâ ſe metitur, & ipſam
Surripit è vita qalibet hora tuâ.

Paulatim morimur: momento extinguimur uno:
Sic oleo lampas deficiente perit.
Ut nihil interimat, tamen ipſo in tempore mors eſt:
Qin nunc, interea dum loqimur, morimur.

hoc eſt noviſſimum, qod Flaccus *l. 1. Od. 11.*

— dum loqimur, fugerit invida
Ætas —

& Perſius *Sat. 5. v. 153.*

Vive memor leti: fugit hora; hoc qod loqor indè eſt.

& qod in Camilli Aqilei *epitaphio* legitur,

Illa eadem vitam qa inchoat, hora rapit.

B Expreſſum è Senecæ illis in *Herc. fur. 3. 3.*

Et carpſit hora vitam, prima qa dedit.

Qòd ſi ex illo qiſqe incipit mori, ex qo in ipſo agi ceperit ipſa mors, id eſt, vita detractio, profectò ex qo eſſe incipit in hoc corpore, in morte eſt. qid enim aliud ſingulis momentis agitur, donec ea conſummata mors, qa agebatur, impleatur, & incipiat jam tempus eſſe poſt mortem, qod cùm vita detraheretur, erat in morte? Avguſtinus *de civit. Dei. l. 13. c. 10.*

Μέρος ἔλαττον αὐτοῦ καταλείπεται] Avguſtinus *de Civit. Dei l. 13. c. 10. Qicqid temporis vivitur, de ſpatio vivendi demitur*; C *& qotidie minus minúſqe reſtat.* Idem *de verb. Dom. ſerm. 17.* & *de temp. 113. Cùm creſcunt pueri, qaſi accedunt illis dies, & neſciunt qia minuuntur: & ipſa eſt falſa computatio. creſcentibus enim decedunt potiùs dies qàm accedunt. conſtitue enim hominì nato, verbi gratiâ, 80 annos: qicqid vivit, de ſumma minuit.* Idem latiùs proſequitur *& de Verb. Dom. Serm. 1.* Gregorius *moral. l. 13. c. 27. Ipſa ſuis avgmentis vita ad detrimenta impellitur: & indè deficit, unde proficere videtur.*

Ἄδηλον, εἰ ἐξαρκέσει ἡ διάνοια] Nempe, ſi *morbo mens ſepelitur*, ut Apulejus in *apolog.* avt, ut Tertullianus *de anima*, D *prodigitur. Phrenitis*, inqit, *mentem prodigit.* Ideò vult maturiùs ſtudiis bonis incumbendum, qia nec vitæ prolixioris certitudo; & hæc etiamſi prorogetur, incidere poſſint, qæ intelligentiæ vim vigorémqe imminuant, imò uſum liberum ſuperſtiti etiam penitus tollant.

Τὸ

qe peritiam contendit. nam ſi delirare ceperit, perſpiratio forſan, & nutritio, & imaginatio, & appetitus, & iſtiuſmodi reliqa, nevtiqam deficient. ea verò vis, qâ ſeſe uti poſſit, & officii ſui numeros omnes abſolvere, & qæ animo conceperit divina quædam & humana. ſi verò cœperit principium ducere, tum a diſpirationem, & refrigerationem, & imaginationem, & reliqa hujuſmodi, b ſuum cuique uſum ſibi vindicabit. c ſed & ſecundum naturam numerus omnium reſtituetur.

ANNOTATIONES.

Τὸ μὲν διαπνεῖσθαι] *Spirare* Xylander. *reſpiratio* Mericus Caſaubonus. verùm aliud longè eſt τὸ διαπνεῖσθαι, quod à Marco ipſo etiam *plantis* tribuitur, & ἀπὸ τῆ ἀναπνεῖν diſertè diſtinguitur *infrà l.* 6. §. 16. Ariſtoteles *problem. l.* 1. *q.* 21. Ὅπερ δὲ ἐν θώρακι ἀναπνοὴ, τοῦτο ἐν τῷ σώματι διαπνοὴ διὰ τῶν ἀρτηριῶν. *Quod in pectore eſt reſpiratio, hoc in corpore perſpiratio per arterias.* Idémqe (ejuſdem ſaltem nomine; ſunt enim qi Alexandro potiùs accenſeant) *de ſpiritu c.* 5. Τὸ δὲ δέρμα ἐκ φλεβὸς καὶ νεύρου καὶ ἀρτηρίας. — ἐξ ἀρτηρίας δὲ, ὅτι διαπνοὴν ἔχει. *Cutis venâ, nervo, & arteriâ conſtat — ex arteria verò perſpirationem habet.* qam ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς avtor idem diſterminat. *ibidem c.* 4. Galenus itidem *commentar. in Hippocrat. de diæt. ſalubr.* ubi illud Hippocratis *aphor.* 18. *ſect.* 1. adduxerat. Θέρει καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφοράλια φέρουσι, χειμῶνι δὲ ῥήϊστα, ἦρι δεύτερον. *Æſtate & autumno cibos difficillimè ferunt: hyeme facillimè, deinde vere.* Ex *aphor.* 15. rationem ſubjungens, Αἱ κοιλίαι, inqit, χειμῶνι καὶ ἦρι θερμόταται φύσει. *Ventres hyeme & vere naturâ ſunt calidiſſimi.* (qæ verba ſunt Hippocratis) διότι τὸ περιέχον ψυχρὸν οὐκ ἐᾷ ἀποτρέχειν θᾶσσον, καὶ καταλείει τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος. ἐν δὲ τῷ θέρει διαφορέεται μὲν τοῦτο διὰ τῆς διαπνοῆς. διὰ τῆς ἀναπνοῆς δὲ ἕλκεται τὸ περιέχόμενον θερμόν. ὀνομάζω δὲ ἀναπνοὴν μὲν, τὴν διὰ τοῦ σώματος ἔξω τε καὶ εἴσω φοιτῶσαν πνεύματος. διαπνοὴν δὲ, τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος ὁμοίως γιγνομένην. *Quoniam aer nos ambiens frigidus conſtringendo cutem inſitum calorem exire prohibet, & in alto corpore concludit, qi æſtate perſpiratu evaporat; reſpiratione verò circumſtans calidus aer attrahitur. Nomino autem reſpirationem foras ac intrò ſpiritus per os tralationem; perſpirationem verò, qa per totum ex æqo corpus accidit.* Idémqe explicatiùs ὑγιεινῶν *l.* 1. *c.* 12. Τὸ μὲν δὴ λεπτόταλον περίτλωμα ῥᾳδίως ἐκκρίνεται, πρός τε τῆς ἐμφύλου θερμότητος εἰς ἰδίαν ἀτμὸν λυόμενον, ὑπό τε βιαίας κινήσεως ἄθρόως ἐκρηγνύμενον. ὀνομάζεται δὲ τὸ μὲν ἔτι ἐκκρῖθὲν ἱδρώς. τὸ δὲ ἕτερον, ὃ δὴν ἔχον ὄνομα, ὅτι δὲ γινώσκεται τοῖς πολλοῖς, ἄφες τὴν ὄψιν ἐκφεῦγον ὑπὸ λεπτότητος, ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ κέκληται πρὸς αὐτῶν τῶν φωρατάτων αὐτὴν τῷ λογισμῷ. καὶ τὴν δὲ τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν ἐκκρίνεταί τι καὶ τοῦ παχυτέρου περιτλώματος. *Ergò tenuiſſimum hujus generis excrementum facilè ſanè ejicitur, partim in ſpeciem halitus ab inſito calore ſolutum, partim violento motu confertim erumpens. Appellant verò, qod ita excernitur, ſudorem. Alterum verò, cui nullum nomen eſt, qod videlicet nec vulgo eſt cognitum, ut qod conſpectum præ tenuitate effugiat, qi id ratione contemplati ſunt, perſpiratio ſenſum latens vocatur. In hanc inſenſibili perſpiratione etiam craſſioris excrementi nonnihil excernitur.* Ἀναπνοὴ ergò *reſpiratio*, qæ pulmonum operâ perficitur, qâqe aer ſive ſpiritus externus iſte per os, tanqam per oſtium aliqod, introducitur, emittitúrqe denuo. διαπνοὴ ſive *perſpiratio*, qâ non ſpiritus tantùm illi per arterias diſtribuuntur, ſed vapor qaſi qidam illis diffunditur (qomodo Moſchio, referente Tertulliano, *de anima c.* 15. *animam* dixit *per totum corpus ventilari*) idémqe per poros ſive meatus qoſdam obſcuros occultâ qadam ratione latenter exhalatur. qod & Avguſtinus obſervavit *de ver. relig. c.* 40. Vide & Galenum eundem *in Hippocr. aphor. l.* 2. §. 28. Hinc ἔυπνος τόπος, & ἔυπνον σῶμα. Ariſtoteli *problem. l.* 2. *q.* 10. Ἔυπνος ὁ τῆς κεφαλῆς τόπος. *facilè perſpirabilis eſt capitis locus.* qod indè confirmat, τῷ μανὸν εἶναι, qòd *cutem raram habeat.* Et mox. *q.* 10. Ὁ τόπος ἀραιὸς καὶ ἰσχνός. δίεσιν ἄρα καλὰ φύσιν. *Locus idem rarus, gracilentúſque eſt. Igitur ſecundùm naturam tranſitus agitur ſudoris.* Idem *l.* 1. *q.* 53. & *l.* 5. *q.* 34. (qo loco eadem, ſed vitiata, reponuntur, ex priore loco corrigenda:) ὥσπερ γὰρ ἡ πόλις ὑγιεινὴ καὶ τόπος ἔυπνος. ὕτω καὶ σῶμα τὸ ἔυπνον. hoc eſt, τὸ εὖ διαπνεόμενον. *Ut urbs locuſque qicunqe ſalubris eſt, qi placidè aſpiratur, ita etiam corpus, qod ſpiratius eſt.* & *l.* 8. *q.* 4. ἔξις ἔυπνος καὶ εὐόδιος. *Affectio perſpirabilis & tranſitu facilis.* Sicut apud Theophraſtum *de cauſſ. plant.* 1. *c.* 17. εὐόδια καὶ ἔυπνοα, *tranſitu facilia & afflabilia*, itidem conjunguntur. ità enim legendum, non εὐδηλα, qod Gazam fefellit, Julius Scaliger jamdudum monuit. *Ibidem l.* 38. *q.* 3. & 4. ἡ ἔυπνοια ἔυχροιαν ποιεῖ. *Spiratio commoda gratum affert colorem.* ſed & εὐδιάπνευν eidem *de part. anim. l.* 3. *c.* 9. Διὰ μαλακότητα γὰρ τοῦ χείλους, εὐδιάπνευν γίνεται τὸ ὑγρόν. *Fit enim propter ejus mollitudinem tegminis, ut humor facilè diffletur.* Idem ergò ferè eſt de ſpiritibus ac vaporibus uſurpatum διαπνοὴ, qod de cibis alimentiſque craſſioribus ἀνάδοσις, vel διαφόρησις. qanqam hæc etiam eodem ſenſu, qo & διαπνοὴ, ſumitur. Unde Budæo explicante, οἱ εὐδιαφόρητοι ſunt οἱ ῥᾳδίως διαπνεόμενοι. qibus opponuntur οἱ δυσδιάπνευστοι. Theophraſtus *de cauſſ. plant. l.* 1. *c.* 2. διὰ τὸ μὴ εὐξήραντον εἶναι τῇ πυκνότητι τῶν πόρων. διὸ καὶ δυσδιάπνευστον. *Qod ob denſitatem meatuum materies hæc exſiccari havd facilè poteſt. Unde fit, ut exhalatu difficilis qoqe ſit.* Ex priùs dictis avtem διαπνοὴ duplex elicitur; altera, qâ ſpiritus ſive vapores illi per totum corpus diffunduntur; altera, qâ pars eorundem ſuperflua & excrementitia per poros ſive meatus exteriores extruditur. utramqe unico vocabulo τῇ διαπνεῖν complexus eſt Theophraſtus *de cauſſ. plant. l.* 2. *c.* 17. Cùm avtem unà cum materia illa ſupervacanea etiam qod eſt utile & conducibile ex parte ſenſim exhalet, idqe copioſiùs, ubi pori ſive meatus illi laxiores extiterint; id qod noxam ſæpenumero inſignem parit, unde interitus etiam qandoqe conſeqitur; hinc factum eſt ut τὸ διαπνεῖσθαι *pro perire* & *interire* qoqe uſurpetur; cujus exempla alibi daturi ſumus. Monet iſtud Galenus *in Hippocr. aphor. l.* 1. §. 15. Οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐ φησὶ διαπνεῖσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα, τῇ διὰ τῶν ἀδήλων αἰσθήσει διαπνεῖ πόρων. *Nullus eſt qi animalium corpora, ea qa per abditos ſenſui meatus ſit, perſpiratione diffluri ac diſſipari non fateatur.* Et mox: Τὸ μὲν περιξ θάλπος, ὑ τὰ περιττὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάνθ' ὁμοίμως ἐκκενοῖ, διαφορᾶν ἅμα τοῖς περιττοῖς τῶν ἐν τῷ ζῴῳ, καὶ τὰ καλὰ φύσιν ἐν αὐτῷ περιεχόμενα, καλὰ τὴν ὑπὸ τῶν ἰαλρῶν ὀνομαζομένην ἄδηλον ἀναπνοήν. *At nos undiqe circumſtans calor non modo ſuperfluitates, verùm etiam æqaliter omnia, tum qa ſimul cum ſuperfluitatibus in animali ſunt, tum qa in eo ſecundùm naturam continentur, diſcutiendo evacuat ea evacuatione, qa à medicis abdita perſpiratio nominatur.* Spectátqe eodem ejuſdem monitum illud ὑγιεινῶν *l.* 2. *c.* 6. ubi de fictionum ſpeciebus agens; Βλάπλοιεν δ' ἂν, inqit, ἧττον τὸ δέρμα, πρὸς τὸ σκληρόν τε καὶ πυκνὸν ἐκλεπόμενον. ὅλως γὰρ ἂν εἴη δυσπαθέστερον. ὡς εἴγε καὶ διαπνεῖσθαι τοιοῦτον καλῶς ἠδύναλο, σκληρόλαλον αὐλὸ καὶ πυκνόταλον ἀπειργαζόμεθα. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ πρὸς ἅμφω χρὴ παρασκευασθῆναι καλῶς αὐλὸ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἔνδοθεν περιττωμάλων διαπνοὴν, καὶ τὴν τῶν ἔξωθεν ὁμιλούντων βίαν, ἄριστον ἂν εἴη τὸ μέσον ἑκατέρων τῶν ὑπερβολῶν. εἰ δὲ ἄρα ποτὲ μὴ φυλάτλοιλο τοῦτο, βέλτιον τὸ σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον, τοῦ μαλακωτέρου καὶ ἀραιοτέρου. τὸ μὲν γὰρ τῆς διαπνοῆς ἐλλιπὲς, ἐπανορθώσασθαι γυμνασίαις οἷόν τε. τὸ δὲ τῆς ἑτέρας διαθέσεως εὐεπηρέασον ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν, ὅτ' ἐπανορθωσίν τινα ἑτέραν ἑτοίμην ἔχει. καὶ πρόσεισιν αὐλῷ βλάβη τις ἐμικρᾷ, διαφορεμένων πολλάκις, ὑ τῶν περιττωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς τροφῆς. *Minus verò lædetur ipſa cutis, ſi ad durum ſimul & denſum receſſus à medio ſint: qippe ita injuriæ minus opportuna fiet. Adeò ſi tranſpiratio per hujuſmodi cutim facilis eſſet, duriſſimam eam atqe denſiſſimam efficeremus. Nunc, qoniam ad utrumqe munus probè eſſe comparatam oportet, & excrementa, qæ intus conduntur, per halitum emittenda, & eorum qæ foris accedunt vim tolerandam, utiliſſimus ſanè fuerit medius inter utrumqe exceſſum modus, qi ſi qando ſortaſſe non ſervabitur, melior utiqe fuerit, qi ad durius denſiúſqe pertinebit, qam qi ad mollius laxiúſqe. Nam tranſpirandi defectum exercitio ſarcire licebit; alterius verò affectus vitium, qod eſt ad externorum injuriam opportunitas, neqe alias corrigi facilè poteſt; affertqe præterea conjunctum incommodum non parvum, digeſto ſubindè non excremento modò, verùm etiam ipſius corporis nutrimento.* Qanqam recentiores qidam medici ità diſtingvunt iſta, ut inutilis materiæ *perſpirationem*, utilis verò *diffluationem* indigetent. Nec illud ſilendum διαπνοῆς occaſione hujuſce anſam arripuiſſe Sanctorium qendam Juſtinopolitanum novam *Staticæ* dictæ *Medicinæ* rationem comminiſcendi; qam libro peculiari, qem *Statigomaſtiga* inſcripſit, demolitum ivit Hippolytus Obicius Ferrarienſis. Sed nec, qod Plato in *Timæo pag.* 1079. *E.* aliam qandam διαπνοὴν ſtatuiſſe videtur, qâ aër exterior per meatus occultos in corpus ſe inſinuet, qò ſufficiatur id qod expiratione abierit. Διὸ δὴ, (inqit nimirum, ὅτι κενὸν οὐδὲν, qia *nuſqam ſit vacuum*) τὸ τῶν τοῦθ' ὧν καὶ τὸ τοῦ πνεύμονος ἔξω μεθιὲν τὸ πνεῦμα, πάλιν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἀέρος, εἴσω διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν δυομένης καὶ περιελαυνομένης, γίνεται πλῆρες. ἄνθις δὲ ἀποτρεπόμενος ὁ ἀὴρ, καὶ διὰ τοῦ σώματος ἔξω ἰὼν, εἴτω τὴν ἀναπνοὴν περιαθεῖ, κατὰ τὴν τοῦ σώματος, καὶ τῶν μυκτήρων ὁδὸν. *Quamobrem qum pectus pulmoneſqe ſpiritum efflaverint, mox aere corpori circumfuſo meatus corporis penetrante replentur. Ac rurſus evolans à corpore aer, & emiſſus anhelitus inſpirationem intrò retrahi cogit per oris nariúmqe meatus.*

Τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι] Seneca *Epiſt.* 58. *Multis iners vita ſine uſu jacuit ſui.* Et *Ep.* 60. *Vivit is, qi ſe utitur. qi verò latitant & torpent, ſic in domo ſunt, tanqam in conditivo. horum licèt in limine ipſo nomen marmori inſcribas: mortem ſuam anteceſſerunt.*

Τὰς τοῦ καθήκοντος ἀριθμὰς ἀκριβῶν] Ità *lib.* 6. §. 26. Πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινῶν συμπληροῦται. *Officium qaſi numeris qibuſdam abſolvitur.* Laërtius *l.* 7. *c.* 100. in *Zenone*: Καλὸν δὲ λέγουσι τὸ τέλειον ἀγαθὸν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν τὰς ἐπιζη-

καὶ τὸ προφαινόμενα διαρθροῦν, καὶ πε-
a L. 5. §. 29. ρὶ αὐτοῦ τοῦ, a εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτὸν, ἐ-

stinctè explicare, & de hoc ipso, an mortem sibi consciscere debeat, considerare, &

ANNOTATIONES.

πιζηλωμένας ἀριθμὰς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἢ τὸ τέλειον σύμμετρον. *Honestum autem perfectum dicunt bonum, quod omnes à natura quæsitos habeat numeros, sitque perfectè moderatum.* Stobæus *excerpt. tom. 1. l. 2. tit. 3. §. 8.* Κατόρθωμα δ' εἶναι λέγουσι καθῆκον πάντας ἐπέχον τὰς ἀριθμὰς, ἢ τέλειον. Quod Cicero *Offic. l. 3. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est, &, ut iidem dicunt, omnes numeros habet. & de fin. l. 3. Qæ nos recta, aut rectè facta, illi autem appellant* κατορθώματα, *omnes numeros virtutis continent. & de divinat. l. 1. §. 23. Qidquam esse potest casu factum, quod omnes in se habet numeros veritatis?* Seneca *Epist. 71. Idem esse dicebat Socrates veritatem & virtutem. qomodo illa non crescit, sic nec virtus qidem. habet numeros suos, plena est. & Epist. 115. Non* B *potest qisqam nisi ab initio formatus, & totâ ratione compositus, omnes exeqi numeros, ut sciat, qando oporteat, & in qantum, & cum qo, & qemadmodum.* Plinius denique minor in *panegyr. Omnes comitatis numeros obibat.* Qòd autem virtuti ac veritati *numeros* attribuunt, tractum à *numeris saltatoriis* censet Cl. Casavbonus; siqidem Latini solent pro ὀρχεῖσθαι dicere, *in numerum exultare:* ut Lucretius *l. 2.*

Ludunt, in numerúmqe exultant sanguine læti.

vel *ad numerum moveri.* Persius *Sat. 5. v. 122.*

Hæc miscere nefas; nec cùm sis cætera fossor,
Tres tantùm ad numeros satyrum moveare Bathylli.

ubi *fossor*, inperitus, insipiens. *Satyrum moveri*, sive *saltare ad tres numeros Bathylli*; δὶς ἢ τρὶς καλῶς ὀρχήσασθαι καλὰ Βάθυλλον. *duos aut tres staticulos ex arte facere & perfectè.* Idem & apud Ciceronem simile *parad. 3. Histrio si paulo se movit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllabâ unâ brevior aut longior, exibilatur & explodituv: in vita, qæ omni gestu modulatior, omni versu aptior esse debet, ut in syllaba te peccare dices?* Hæc pleraqe *ad Persium* Casavbonus. At Lipsius *palæstra* peculiare vocabulum esse contendit in *motibus illis & formatione flexuqe membrorum*: atqe indè formulam hanc desumptam. Ita Demetrius Cynicus, apud Se- D necam *de benefic. lib. 7. c. 1. Magnus luctator est, non qi omnes numeros nexusqe perdidicit, qorum usus sub adversario rarus est; sed qi in uno se aut altero bene & diligenter exercuit.* In eandem sententiam Fabius *instit. lib. 12. c. 2. Palæstrici doctores illos, qos numeros* (ita Lipsius, *nervos*, malè) *vocant, non idcirco discentibus tradunt; ut iis omnibus qæ didicerunt in ipso luctandi certamine utantur: sed ut subsit copia illa, ex qa unum aut alterum, cujus se occasio dederit, efficiant.* Juvenalis de muliere ad palum exercente, *Sat. 6. v. 250.*

Atqe omnes implet numeros.---

De Amesia Sentia cavsam suam apud populum agente Valerius Maximus *l. 8. c. 3. Partesqe omnes ac numeros defensionis, non* E *solum diligenter, sed & fortiter executa.* ità restituit ex Manuscriptis Stephanus Pighius, qod priùs, *Motúsqe omnes ad nervos*, legebatur. Qod autem istic πάντας τὰς ἀριθμὰς ἀκριβῶν, ἢ ἐπέχειν, id Lucianus πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβῶσθαι dixit, in *imaginib. pag. 12.* Καλλίστη μὲν, καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη. *Elegantissima, & lineamentis omnibus absoluta.* translatione *à pictura* petita, cui manus novissima ità est admota, ut nihil amplius desiderari possit.

Τὰ προφαινόμενα διαρθροῦν] *qa animo concepit, in ordinem collocare* Xylander. *imaginationes subitaneas corrigere* Casavbonus. qod est διορθοῦν. malim, *animo præconcepta distinctè explicare.* Aristoteles *Ethic. l. 1. c. 7.* Δεῖ γὰρ ἴσως ὑπογράφειν πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράφειν. δόξει δ' ἂν πάντως εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρώσαντα τὰ καλῶς ἔχοντα. *Oportet enim fortasse prius figurare, deinde postea depingere. Videretur autem cujuslibet esse ea, qa bene sunt comprehensa, producere ac distinguere.* Idem τῶν μετὰ τὰ Φυσικά. *l. 2. c. 6.* εἰ μὴ καλῶς διαρθρῶσιν οἱ λέγοντες. *Qanqam non bene explicent, qi hæc dicunt.* & *l. 1. c. 5.* σαφῶς μὲν οὐ διήρθρωται. *Non qidem dilucidè explicatur.* Metaphorâ ductâ *à re physica, fœtus* scilicet in utero *dearticulatione*, vel etiam *ab arte obstetricia*, in qa mulieres ejus gnaræ *artus* infantis recens editi *explicant, conjungunt*, & *ad* G *situm figuramqe debitum componunt.* in scriptis autem Hippocraticis τὸ διορθοῦν & τὸ διαρθρῶν librariorum incuriâ crebro invicem permutantur.

Εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτόν] *utrùm educere atque exigere se oporteat.* è vita scilicet. Ità & Clemens usurpavit, *Strom. l. 4. p. 481. C.* de hæreticis qibusdam, qi martyrio se ultrò objiciebant, ἐπιτηδήσαντες τῷ θανάτῳ. Τούτους ἐξάγειν ἑαυτοὺς ἀμαρτύρους, λέγομεν, κἂν δημοσίᾳ κολάζωνται. qo loco τὸ ἀμαρτύρους (qod obiter adnotamus) non est cum λέγομεν, (uti Sylburgius putavit) sed cum ἐξάγειν ἑαυτοὺς conjungendum. *dicimus eos ità sibi mortem accersere, ut martyres tamen non sint, nec martyrium obire dici debeant, etsi publicè puniantur.* ὑ γὰρ, inqit, τὸν χαρακτῆρα σώζουσι τῆ μαρτυρίᾳ τῆ πιστῆ. *Fidelis enim testimonii non servant characterem.* Vide *ad l. 11. §. 3.* & mox *p. 458. A.* ex Cl. Heinsii restitutione: Αὐτίκα ἔυλογον ἐξαγωγὴν τῷ σπουδαίῳ συγχωροῦσι καὶ οἱ φιλόσοφοι, εἴτις τὸν πράττειν ὅταν τηρήσειεν αὐτὸν, ὡς μηκέτι ἀπολελεῖφθαι αὐτῷ μηδὲ ἐλπίδα τῆς πράξεως. *Jam etiam viro bono permittunt philosophi, ut liceat animam justa de causa educere, si qis ab agendo adeò fuerit remotus, ut nulla ei spes amplius reliqa sit actionis.* Vide *l. 8. §. 47.* Philosophi isti cum primis sunt Stoici. istorum enim hoc est dogma, licere, imò oportere, qandoqe è vita sese educere. & ἔυλογον ἐξαγωγὴν eam nuncupabant, *cùm justa causa*, qam illi censebant, *demigrandi daretur.* ut Cicero *Tusc. l. 1.* Joannes Stobæus *Collectan. tom. 1. l. 1. tit. 4. §. 8.* Φασὶ δέ ποτε καὶ τὴν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθηκόντως καὶ πολλαχῶς τρέπειν. *Dicunt verò olim viros bonos variis modis decenter de vita demigrasse.* Pleniùs planiúsqe Laertius in *Zenone. l. 7. c. 30.* Ἔυλόγως τέ φασι ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν σκληροτέραις γίγνηται ἀλγηδόσι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. *Rationabiliterqe ajunt sapientem seipsum eductum ex vita & patriæ & amicorum caussâ: qinetiam si acerbiore dolore, si membrorum mutilationibus, & morbis incurabilibus laboret.* Seneca *Epist. 70. Sapiens vivit, qantum debet, non qantum potest. videbit ubi victurus sit, cum qibus, qomodo, qid acturus. --- Si multa occurrunt molesta & tranqillitatem turbantia, emittit se. nec hoc tantùm in necessitate ultima facit, sed cùm primùm illi ceperit suspecta esse fortuna. nihil existimat suâ referre faciat finem an accipiat.* Et *Ep. 17. Si necessitates ultimæ incidérint, exiliet è vita, & molestus sibi* C *esse desinet.* Idem *Epist. 58. Itaqe de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema, & finem non opperiri, sed manu facere. propè est à timente, qi fatum segnis expectat sicut ille ultra modum deditus vino est, qi amphoram exiccat, & facem qoqe exorbet. de hoc tamen qæremus, pars summa vitæ, utrum fax vitæ hæc sit, an liqidissimum ac purissimum qiddam; si modò mens sine injuria est, & integri sensus animum juvant, nec defectum & præmortuum corpus est. plurimum enim refert, vitam aliqis extendat an mortem. at si inutile ministeriis est corpus, qid ni oporteat educere animum laborantem? &* D *fortasse paulò antè qàm debet faciendum est, nè cùm fieri debeat, facere non possis. & cùm majus periculum sit malè vivendi, qàm citò moriendi, stultus est qi non exigui temporis mercede, magnæ rei aleam redimit.* Et mox: *non relinqam senectutem, si me totum mihi reservabit; totum autem ab illa parte meliore. at si ceperit concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliqerit sed animam; profitiam ex ædificio putrido ac ruenti. Morbum morte non fugiam, duntaxat sanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem. Sic mori, vinci est. hunc tamen si sciero perpetuò mihi esse patiendum; exibo; non propter ipsum, sed qia impedimento mihi futurus est ad omne propter qod vivitur. imbecillus est & ignavus, qi propter dolorem moritur: stultus, qi doloris caussâ vivit.* Cato apud Ciceronem *de finib.* E *lib. 3. Sed cùm ab his (qæ secundum naturam sunt) omnia proficiscantur officia: non sine caussâ dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes, in his excessum è vita, & in vita mansionem. in qo enim plura sunt, qæ secundùm naturam sunt, hujus officium est in vita manere: in qo autem sunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium est, è vita excedere. ex qo apparet, & sapientis aliqando esse officium, excedere è vita, cùm beatus sit; & stulti manere in vita, cùm sit miser.* Hanc autem sententiam, qæ & Chrysippea est, exagitat Plutarchus *de commun. notit. c. 10.* & *c. 29.* Qod pro fundamento F substernitur, ità Stobæus expressit, τοῖς καθήκουσι καὶ τοῖς περὶ τὸ καθῆκον, μετρεῖσθαι τήν τε ζωὴν καὶ τὸν θάνατον. *Et vitam & mortem metiri officiis, & qæ officia spectant.* Vide *infrà lib. 5. §. 29.* Sed & Lipsium *manuduct. l. 3. cap. 22.* Dogma ipsum exagitavit & Terentius Varro in *Satyra Menippea*, cui titulus Περὶ ἐξαγωγῆς. unde pavcula adhuc supersunt fragmina, qæ argumenti totius gustum dent aliqem. Refutavit feliciter satis Alexander Aphrodisiensis in *libello*, qo disserit εἰ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, ostenditqe ex ipsorum principiis ἄλογόν τε καὶ ἄτοπον ὅλως, τὴν ἔυλογον ὀνομαζομένην τὴν ἐξαγωγήν. Πῶς ἔυλογον, inqit, ἐξαγωγὴ τῷ τὴν ἀρετὴν ἔχοντι, ἐν μακαρίῳ βίῳ ὄντι; ὡς γὰρ ἄτοπον τὸ λέγειν τὸν Δία ἐθέλειν ἀποθανεῖν. ὕτως ἄτοπον καὶ τῷ ἐπίτης τοιούτῳ μακαρίως ζῶντα (avdis fastûs Stoici verba; de qo *ad §. 7.*) ἑαυτὸν ἐξαγειν ἔυλόγως τοῦτο τῷ βίῳ. τὸ γὰρ μήτε παρόντος τινὸς κακοῦ, μήτε προσδοκωμένου, τῆς τε ἄκρας εὐδαιμονίας περὶ αὐτὸν ὔσης, τὸν βίον ἀπολιπεῖν, καὶ αὐτὴν τὴν ἀρετὴν, βάλεσθαι, θαυμάσιον, καὶ τῷ καλὰ λόγοι μαχόμενον. πῶς γὰρ ἔυλογον τὴν ἀρετὴν τοῦθ' ὑποβάλλειν τῷ σοφῷ; ὡδὲ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων τινὸς, ὅταν δὲ καὶ εὐδαιμονίας ἔυλογον ἄλις ἔχειν. ὡδὲ γὰρ κόρος εὐδαιμονίας καὶ ἀρετῆς. εἰς ἄπειρον γὰρ τῶν τελῶν ὄρεξις. *Rationi minimè consentaneum, & planè absurdum est: demi-* H *grandi caussam justam esse nominatam. Qomodo virtute prædito & beatè viventi demigrandi caussa justa erit? Ut enim absurdum est dicere Jovem velle mori: ita eqe absurdum est beatè viventem seipsum honesti specie ex hac vita educere. Nam mirum est, & cum ratione pugnat, malo aliqo nec præsente, nec instante, & felicitate summâ circumfluente vitam & virtutem ipsam velle relinqere. Hoc enim virtutem sapienti suggerere qomodo rationi est consonum? Uti alterius alicujus rei, sic felicitatis satis adeptum*

& ejuſmodi univerſa, qæ rationem probè ſubactam deſiderant, hæc, inqam, vis jam prorſus extincta jacebit. Feſtinandum itaqe, non hâc ſolâ ratione, qia mortem propiùs per momenta ſingula acceditur, ſed hâc inſuper, qia rerum cogitatus & intellectus ante mortem nos ſæpenumero deſtituit.

§. 2. Etiam iſtud eſt obſervatu non indignum, qod ea qoqe qæ à naturâ genitis ſuperveniunt, gra-

φισάμενι, καὶ ὅσα τοιαῦτα λογισμῷ συγγεγυμνασμένα πάνυ χρήζει [a] προαποσβέννυ). χρὴ δὲν [b] ἐπείγεσθαι, ἃ μόνον [c] τῷ ἐγγυτέρω ἕ θανάτῳ ἑκάστοτε γίνεσθ, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν τὴν ἔννοιαν ἔ τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἀδυνατότητα προαπολήγειν.

a L. 12. §. 15.
b ἐπείγεσθαι, ἃ μόνον [c] τῷ ἐγγυτέρω ἕ θανάτῳ ἑκάστοτε γίνεσθ, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν τὴν ἔννοιαν ἔ τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἀδυνατότητα προαπολήγειν. b L. 2. §. 4. 6.
c [διὰ] τὸ Jun.

§. 2. Χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα προφυλάττειν, ὅλα καὶ [d] τὰ ἐπιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις, ἔχειν

d L. 6. §. 36. τι l. 8. §. 50.

ANNOTATIONES.

ptum esse qempiam rationi consentaneum non est. Nulla enim A *est felicitatis & virtutis satietas. Nam rerum desiderium est infinitum.* Ità absurdum esse dogma contendit; utpote qod nec rationi ipsi, nec ipsorum etiam principiis consentaneum existat. estqe reverâ pietati veræ religioniqe sanæ prorsus adversum. Agnoscunt hoc & exteri. Socrates apud Platonem *Phædone pag. 47. C.* Ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ αὐτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδὲ ἀποδιδράσκειν. *Qod nos homines sumus in qadam custodia, neqe decet qemqam ex hac seipsum solvere, neqe aufugere.* Et tanqam ex Africani persona Cicero *de repub. l. 6.* apud Macrobium *in Scip. somn. l. 1. c. 13. Piis omnibus retinendus animus est in custodia corporis; nec injussu ejus à qo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est; ne munus assignatum à Deo desugisse videantur.* Idem ipse *Tusc. l. 1. Vetat dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo discedere.* Et in *Caton. Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vita decedere.* Apulejus *de philosoph. Sapiens corpus non relinqet invito Deo. nam etsi in ejus manu est mortis facultas, & qamvis sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora, nisi perpetiendum istud lex divina decreverit, accersere tamen eum mortem non debere.* Plura habes apud Lipsium *manuduct. l. 3. c. 23. & in Tacit. hist. l. 2.* E nostris eleganter Lactantius *institut. l. 3. c. 18. Si homicida nefarius est, qia hominis extinctor est: eidem sceleri obstrictus est, qi se necat; qia hominem necat: imò verò majus esse id facinus existimandum est, cujus ultio Deo soli subjacet. Nam, sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus; ità rursus ex hoc domicilio corporis, qod tuendum nobis assignatum est, ejusdem jussu recedendum est, qi nos in hoc corpus induxit, tam diu habitaturos, donec jubeat emitti. Et si vis aliqa inferatur, eqâ mente id ferendum est, cum extincta innocentis anima inulta esse non possit; habeamusqe judicem magnum, cui soli vindicta integra semper est.* Pie item admodum disertèqe Augustinus *de Civit. Dei l. 1. c. 26. 27. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi* D *inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, nè incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata; nè hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, qem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter qa magis hâc vitâ opus est, ut possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, qæ post mortem speratur; qia reos sua mortis melior post mortem vita non suscepit. restat una causa, propter qam se qis occidat; nè in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel sæviente dolore. hanc si admittimus, cur non baptizatis suademus, se illicò interimant? tunc enim tempus est cavendi omnia futura peccata, cùm sint omnia deleta præterita. porrò hoc si qis putat, non dico, desipit, sed insanit. hoc ergo qia nefas est dicere, nefas est profectò se occidere. nam si hoc sponte faciendi ulla justa causa esse posset, proculdubio justior qàm illa non esset. qia verò nec ista est, ergò nulla est.* Videndus idem in *Epist. 61.* & sub ejusdem nomine, nisi Erasmum fefellerit, Hugo Victor *de patient. c. 13.* qi his verbis concludit: *si paricida eò sceleratior, qàm qilibet homicida, qia non tantum hominem, verùm etiam propinqum necat;* & *in ipsis paricidis, qanto propinqiorem qisqe peremerit, tanto judicatur inmanior; sine dubio pejor est, qi se occidit, qia nemo est homini seipso propinqior. Et qomodo innocens judicabitur, cui dictum est, Diliges proximum tuum, tanqam te, si homicidium committit in seipso, qod prohibetur in proximo?* Vide Epictetum, & nostrum ipsum, *l. 5. §. 10. & l. 9. §. 3.*

Ἐφισάμενι] Epicurus apud Senecam *Epist. 26. Meditare, utrùm commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam.* Et de viro sapiente ipse *Epist. 70. Cùm primùm illi ceperit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, nunqid illo die desinendum sit.* Plinius minor *l. 1. Epist. 22. Impetu qodam & instinctu currere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & causas ejus expendere, utqe svaserit ratio, vita mortisqe consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi. Deliberationem* ea de re seriam instituit Tullius Marcellinus apud Senecam *Epist. 77. cogitationem & consultationem* Titus Aristio apud Plinium *Epist. supradictâ.* Verùm hoc delirus & mente motus, vel per morbum, vel per ætatem, inqit Marcus, jam non potest.

Προαποσβέννυσι] Ità *l. 12. §. 15.* προαποσβέσεσι. de qo Lucretii illud usurpari poterit, *l. 3.*

Mortua cui vita est propè jam vivo atqe videnti.

atqe hoc est, qod Seneca *de tranq. c. 3. Ultimum malorum censet, ex vivorum numero excedere, antequam moriare.*

Χρὴ δὲν ἐπείγεσθαι] Vide Senecam *Ep. 76. ad lib. 2. §. 2.* A

Τῷ ἐγγυτέρω τοῦ θανάτου ἑκάστοτε γίνεσθαι] D. Junius f. διὰ τό. Verùm τῷ cum verbo infinito idem valet ac διὰ τό. Alexander Aphrodisiensis *problem. l. 1. q. 36.* τῷ τὸν περὶ αὐτὸν ἀέρα ποιεῖσθαι. i. e. διὰ τό. *eò qod aër eis circumfusus afficitur.* Theophrastus *de caus. plant. l. 1. c. 16.* Μεγάλας ἐνθὺς διαφορὰς ἔχουσι οἱ καρποὶ, τῷ ξυλώδεις, ἢ γιώδεις, ἢ ξηροὶ, ἢ λιπαροὶ τὴν φύσιν εἶναι. *Fructus magnis inter se differentiis distant, eò qod vel lignosi, vel terrei, vel sicci, vel pingues sint naturâ.* Idem *ibidem l. 6. c. 5.* Εἰ μὴ ἄρα κ τὰς πόρους ἐν αὐτῷ ἄν τις αἰτιάσαιτο, μὴ ἁρμόττειν. *nisi si qis poros in causa esse existimaverit, eò qod minus sint congrui.* qem locum frustra solicitat Cl. Julius Scaliger. & *c. 14.* Ἐπεὶ καὶ τά γ' ἐν τοῖς ἀλμώδεσι φύουσιν, τῷ ἔχειν ἁλμυρίδα τινὲ, ἢν ἄλογον, — ἔνια καὶ ἐυχυλώτερα καὶ βελτίω γίνεσθαι. *Nam ea qidem qa locis salsis proveniunt, salsedinem qandam habent — nonnulla etiam suaviora & meliora reddi rationi consentaneum est.* Atqe hæc de Syntaxi. Sententiam qod attinet; Augustinus *de Civitate Dei l. 13. c. 10. Ex qo qisqe in isto corpore morituro esse ceperit, nunqam in eo non agitur, ut mors veniat. Hoc enim agit ejus mutabilitas toto tempore vitæ hujus, ut veniatur in mortem. nemo qippe est, qi non ei post annum sit, qàm ante annum fuit, & cras qam hodie, & hodie qàm heri, & paulò post qam nunc,* C *& nunc qàm paulò antè mortis propinqior. ut omnino nihil sit aliud tempus vitæ hujus, qàm cursus ad mortem.* Seneca *ad Marc. c. 20. Habebit qisqe, qantum illi dies primus adscripsit. ex illo qo primùm lucem vidit, iter mortis ingressus est, accesitqe fato propior: & illi ipsi qi adjiciebantur adolescentiæ anni, vitæ detrahebantur. — qò facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine lætet. incrementa ipsa si bene computes, damna sunt.* Idemqe *Epist. 120. Qotidie propius ab ultimo stamus; & illò unde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit.*

Nam vita morti propior est qotidie.

Phædrus *fab. l. 4.* Qod Poeta recentior pluribus sic extulit: D

Velut secundo vecta navis flumine
Sensim propinqat littori: sic indies
Vivendo mortis appellimur propinqius.

Hinc Gregorius Romanus *l. 6. Epist. 26. Vita nostra navigationi est similis. is namqe qi navigat, stat, sedet, jacet, vadit, qia impulsu navis ducitur. ità ergò & nos sumus, sive vigilantes, sive dormientes, sive tacentes, sive loqentes, sive ambulantes, sive qiescentes, sive volentes, sive nolentes, per momenta temporum qotidie ad finem tendimus.*

§. 2. Τὰ ἐπιγινόμενα] qæ & ἐπιγενήματα dicuntur, *l. 6. §. 36. Qa rebus eis, qas vel natura vel ars ex intentione primaria producit, aut casu aut necessariò etiam, sed præter intentionem utriusqe superveniunt aut interveniunt.* Maximus Tyrius *Dissert. 25.* Καθάπερ ἐν ταῖς τῶν τεχνῶν χειρουργίαις, τὰ μὲν ἡ τέχνη προηγουμένως δρᾷ, τυχαζομένη τῇ τέλους, τὰ δ' ἐπὶ ταῖς χειρουργίαις, ἃ τέχνης ἔργα, ἀλλ' ὕλης πάθη, σπιθῆρές τε ἐξ ἄκμονος, καὶ ἐκ βαύνης αἰθαλώσεις, καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλης πάθος, ἀναγκαῖον μὲν τῇ ἐργασίᾳ, ἃ προηγούμενον δὲ τῷ τεχνίτῃ. ὕτως ἀμέλει καὶ ὅσα περὶ γῆν πάθη γίνεται, ἃς παλαιοὶ κακῶν ἀνθρωπίνων ἐμβολὰς, ἐνταῦθα ἡγητέον ἀναίτιον καὶ τὴν τέχνην, οὖσαν δὲ τοῦτο ζῆς τῷ ὅλῳ δημιουργίας ὥσπερ ζωὰς ἐπομένας καὶ ἀναγκαίας φύσεις. *Sicut in mechanicis artibus qadam primariò ipsa ars agit, dum finem suum respicit: qadam sua sponte sequntur opus, qa non artis opera, sed affectiones sunt materiæ, ut cum scintilla ab incude, è fornace favilla, aut aliunde simile qid sequitur, qod operis respectu necessarium est, opifici tamen non est primarium. Eodem modo in terrenis illis malis, qa humanis intervenire rebus dicimus, liberanda omni culpa ars est: cum nihil aliud ea, qam necessaria qadam affectiones sunt, qa cum universi totius fabrica cohærent.* qod idem ferè Philo *de provident.* (habes apud Evsebium *præpar. l. 8. c. ult.*) Αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γεννῶσιν, ἃ προηγούμενα ἔργα φύσεως, ἀλλ' ἐπόμενα τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τοῖς προηγουμένοις ἐπακολουθοῦντα. *Ex elementorum mutationibus ita gignuntur, ut præcipua qadam ac primaria naturæ opera non sint; verùm ex necessariis atqe primariis tantummodo consequntur.* Idemqe *ibidem* ad Marci mentem aptissimè: Ὅσα δὲ ὁμοίως προσεπακολουθήματα, ὐκ ἔργα φύσεως προηγούμενα, φυσικοῖς δ' ἐπισυμβαίνοντα ἔργοις, ἃ μὴν ἀλλὰ παρέχει τινὰ καὶ ταῦτα χρείαν ἀναγκαίαν τοῖς φρονιμωτέροις. *Cætera id genus qa consequntur, non principalia qadam naturæ opera sunt, sed potius ad res naturales accedunt? Qanqam & solertioribus ipsa qoqe necessario cuidam usui esse solent.*

Ἄρ' ὦ

τι ἔυχαρι καὶ ἐπαγωγὸν, οἷον ἄρτυ ὀπτωμένυ παραῤῥήγνυ)ται μέρη. καὶ ταῦτα ἂν τὰ διέχοντα ὕτως καὶ τρόπον τινὰ ὥδε τὸ ἐπάγγελμα τῆς ἀρτοποιίας ἔχοντα, ἀπιπρέπε πως, καὶ παθυμίαν ποιῆς τῶν τροφὴν ἰδίως ἀνακινεῖ. πάλιν τε τὰ σῦκα, ὁπότε ὡριώτατά ἐστι, κέχηνεν. καὶ ἐν ταῖς [a] δρυπετίσι ἐλαίαις, αὐτὸ τὸ ἐγγῦς τῇ σήψει, ἴδιόν τι κάλλος τῷ καρπῷ παρατίθησιν. οἱ στάχυες ὑ κάτω νεύοντες

[a] ἀπετίσι Lug. -πετισι Xyl.

tiam ſuam qandam & venuſtatem obtinent. qemadmodum panis cùm coqitur, particulas qaſdam diffindi cernimus. attamen interciſa & hiantia iſta, qamvìs ab artis piſtoriæ inſtituto aliena, decoris ſpeciem qandam præ ſe ferunt, & comedendi deſiderium ſuo modo irritant. ficus qoqe ubi plenè maturuerint; dehiſcunt. ſed & in olivis præmaturis, illud putredini vicinum, gratiam peculiarem qandam baccæ conciliat. ſpicæ itidem deorſum

ANNOTATIONES.

Ἄρτυ ὀπτωμένυ] *Cùm panis pinſitur.* Xylander. at *panis* non pinſitur, ſed *far* vel frumentum ad panem. Varro *de ling. Lat. l.* 4. *Pilum, qod eo far pinſunt. id ubi fit, piſtrinum.* & *de re ruſtic. l.* 1. *c.* 63. *Far, qod in ſpicis condideris per meſſem, promendum hyeme, ut in piſtrino pinſatur & torreatur.* Idem Nonio laydante, in ταφῇ Μενίππυ. *Nec piſtorem ullum nôſſent, niſi eum qi in piſtrino pinſeret farinam.* Sed nec *farina* pinſitur, ſed *far*, unde *farina* fiat. *far* ergò reſcribendum. Sic enim & idem *ibidem* ex *de vita P. R. l.* 1. *Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus qi rure far pinſebat.* Verto itaqe, *panis cùm coqitur.* nec ſum inſcius Græcis aliud ἔψειν, aliud ὀπτᾶν ſonare. Ex Philochoro Athen. *l.* 14. *pag.* 656. *A.* de Athenienſibus. Ταῖς ὥραις θύοντες οὐκ ὀπτῶσιν, ἀλλ' ἕψυτι τὰ κρέα. *Qum tempeſtatibus rem divinam faciunt, carnem elixant, non aſſant.* contrà planè qàm Hebræis indictum cùm agnum Paſchalem immolarent, *Exod. c.* 12. *v.* 9. Diogenes etiam eodem *l.* 8. referente, qærenti uter piſcis præſtaret, *congrus* an *lupus*, ὁ μὲν ἕψθος, ὁ δὲ ὀπτός. qod nos Angli diceremus, the one boiled / and the other broyled. Itaqe ſi vocabuli Græci ſignificatum peculiarem ſeqamur, *panes torrere* potiùs, qàm *coqere* diceremus. & *fruges* qidem *toſtas* etiam Latini dicunt, utì & *far* ſuprà *torreri* Varro. Maro *Æn. l.* 1.

—— *frugeſqe receptas*
Et torrere parant flammis & frangere ſaxo.

Verùm *panes*, ut nec *pinſere*, ſic rariuſculè *torrere*, ut plurimùm *coqere* dicunt. Plinius *l.* 18. *c.* 11. *Panis varia genera;* —— *à coqendi ratione, ut furnacei, vel artoptritii, avt in clibanis cocti.* Varro *de vit. P. R. l.* 1. *Cocula, qa coqebant panem, primùm sub cinere, poſteà in furno.* Cato *de re ruſtic. c.* 74. *Panem depſtitium, ubi bene ſubegeris, defingito, coqitoqe ſub teſtu.* & *c.* 75. *Libum in foco caldo ſub teſtu coqito leviter.* & *c.* 76 *Placentam videto bene & otioſè percoqas.* Vocabulo etiam eodem, Nonio referente, uſus eſt Cicero, qo Xenophontis illud ex *Oeconom.* exprimeret, ἡ δὲ γῆ ὀπτῶτο ὑπὸ τῦ ἡλίυ, *terram ab ſole percoqi.*

Προθυμίαν πρὸς τὴν τροφὴν ἰδίως ἀνακινεῖ] Ità Naſo *remed. l.* 2.

Non facilè eſuriens viſa retinebere menſa:
Et multum ſaliens incitat unda ſitim.

alii, *multam.* qid ſi *nullam* legerimus? ut ſit ſenſus; *ſitim ſuſcitat, etiam ubi nulla priùs fuerit.*

Τὰ σῦκα, ὁπότε ὡριώτατά ἐστι, κέχηνε] Naturæ vi ſcilicet ſed & artis ope nonnunqam, qæ ἐργαστὸς dicta, Theophraſto *l.* 2. *c.* 9. *Ficetis caprificus permiſcetur. is culices parit, qi ad ficum adſitam volantes, morſuqe crebro ficuum ora* (an *coria*, ut Dalechampius) *aperientes, atqe ità penetrantes, intus ſolem primò ſecum adducunt, cerealeſqe avras immittunt foribus apertis.* Plinius *hiſt. nat. l.* 15. *c.* 19. τὸ χάινειν avtem & de *malis punicis* uſurpavit Caſſianus Baſſus, ſub Conſtantini Cæſaris nomine, ex Africano, *geopon. lib.* 10. *c.* 30. Ὥστε ῥοιὰς μὴ χαίνειν.

Δρυπετίσι ἐλαίαις] δρυπεπίσι, Xylander. alii, δρυπετίσιν. illud potius, ſi avt notationem reſpicimus, avt Grammaticis fidem adhibemus. dictas enim δρυπεπεῖς ſive ἐλαίας, ſive ἰσχάδας, παρὰ τὸ πίπτειν τὰς ἐν τῷ δένδρῳ πεπαινομένας, monet Evſtathius *ad Il.* β. & *Odyſſ.* μ. & Svidas. at verò δρυπετεῖς, παρὰ τὸ πίπτειν, τὰς ἀπὸ δένδρυ πεπτωκυίας, ὠμὰς, Heſychius. nec diſſentit Plinius *hiſt. nat. l.* 12. *c.* 27. *Drupa vocatur, priuſqam cibo matura ſit, jam tamen colorem mutans.* & *l.* 15. *c.* 1. *Qantò maturior bacca, tantò pinguior ſuccus, minúſqe gratus. optima etas ad decerpendum inter copiam bonitatemqe, incipiente baccá nigreſcere. noſtri vocant Drupas,* Græci vero *Drypetas*: vel, ut alii codices, *drypetidas.* Obiter reſtituenda in Theophraſto de *cauſſ. plant. l.* 6. *c.* 11. vox δρυπεπεῖς, vel δρυπετεῖς ſaltem, ubi perperam in excuſis Venet. ὑδροπετεῖς, Lugd. δρυπεπεῖς, legitur.

Τὸ ἐγγὺς τῇ σήψει] καὶ γὰρ ἡ δρυπεπὴς ἐν σήψει. Theophraſtus *de cauſſ. plant.*

Ἴδιόν τι κάλλος] Seneca *Epiſt.* 12. *Gratiſſima ſunt poma, cùm fugiunt. pueritia maximus in exitu decor eſt: deditos vino potatio extrema delectat, illa qa mergit, qa ebrietati ſummam imponit. qod in ſe jucundiſſimum omnis voluptas habet, in finem ſui differt. jucundiſſima eſt etas devexa jam, non tamen præceps. & illam qoqe in extrema tegula ſtantem, judico habere ſuas voluptates: avt hoc ipſum ſuccedit in locum voluptatum, nullis egere.*

Οἱ στάχυες δὲ κάτω νεύοντες] qod eſt granditatis gravitatiſqe indicium. Plutarchus *de profect. indic. pag.* 81. *B.* Οἱ μὲν οὖν γεωργοὶ τῶν σταχύων ἥδιον ὁρῶσι τὰς κεκλιμένας καὶ νεύοντας ἐπὶ γῆν, τὰς δ' ὑπὸ κουφότητος αἰρομένας ἄνω, κενὰς ἡγοῦνται καὶ ἀλαζόνας. ὕτω δὴ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν βυλομένων νέων, οἱ μάλιστα κενοὶ καὶ βάρος οὐκ ἔχοντες, θράσος ἔχυτι, καὶ σχῆμα, καὶ βάδισμα, καὶ πρόσωπον ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας μεστὸν, ἀφειδῶς ἁπάντων. ἀρχόμενοι δὲ πληροῦσθαι καὶ συλλέγειν καρπὸν ἀπὸ τῶν λόγων, τὸ σοβαρὸν καὶ φλοιώδες ἀποτίθενται. *Agricolæ qidem ſpicas libentiùs vident, qæ inclinatæ terram verſus vergunt. qæ enim ob levitatem ſurſum attolluntur, eas inanes putant eſſe & caſſas. Ita & adoleſcentum philoſophiæ dare operam volentium, qi maximè vani ſunt & gravitatis expertes, audaciam ii habent, ſpeciemqe & inceſſum, vultúmqe plenum ſuperbiæ ac contemptus nemini parcentis: ubi verò impleri incipiunt, fructúmqe e doctrina colligere, tum ferocia iſta & vanitas deponitur.* De vite pariter Seneca *Epiſt.* 41. *Vitem laudamus, ſi fructu palmites onerat, ſi ipſa ad terram, pondere eorum qa tulit, adminicula deducit.* qò reſpexit forſan interpres Anglicanus, qi cùm *uvas* verterit, non στάχυας ſed σταφυλὰς legiſſe videtur. Ità Homerus de loco vitibus conſito, *Il. σ. v.* 561.

—— σταφυλῇσι μάγα βρίθυσαν ἀλωήν.
—— *uvis admodum gravatam vineam.*

& de arboribus itidem pomiferis, *Odyſſ. τ. v.* 112.

—— βρίθυσι δὲ δένδρεα καρπῷ.
—— *gravantur avtem arbores fructu.*

qod Lucret. *l.* 1.

—— *creſcunt ipſa, fructúqe gravantur.*

ſed & de papavere, *Iliad. θ. v.* 306.

Μήκων ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἢτ' ἐνὶ κήπῳ
Καρπῷ βριθομένη ——
Papaver veluti in alteram partem caput inflexit, qod in horto
Fructu gravatum ——

Segetem avtem iſtiuſmodi inter pulcerrima ſimul ac jucundiſſima ponit Tragicus neſcio qis apud Platonem *Epiſt.* 1. verbis his:

Οὐ χρυτὸς ἀγλαὸς σταθεὶς,
Ἐν ἁγνατῶν δυσελπίστῳ βίῳ,
Οὐδ' ἀδάμας, οὐδ' ἀργύρου κλίναι,
Ἀνθρώποις δοκιμαζόμεν' ἀστράπτει πρὸς ὄψεις,
Οὐδὲ γαίας εὐρυπεδὲς γόνιμοι
Βρίθουσες αὐτάρκεις γυῖαι,
Ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις.
Non auri fulgor in miſera
Mortalium vita rariſſimi,
Non adamas, non argentea menſa,
Qæ apud homines habentur in pretio, ita oculis coruſcant,
Neqe lati fundi avt pinguia culta
Tantum valent ad vitam,
Qantum mens bonorum virorum inter ſe conſentientium.

Vide *Pſal.* 64. *v.* 13.

Τὸ τῦ λέοντος ἐπισκύνιον] ἐπισκύνιον nunc in *torvitatis* indicio. Ità de Leone uſurpavit Homerus *Iliad. ρ. v.* 136.

Πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτον.
Lumina demiſſumqe ſupercilium obnubebat.

de Harpalyco Theocritus *Idyll.* 24. *v.* 116.

—— τὸν δ' ἂν τήλοθι λεύσσων
Θαρσαλέος τις ἔμεινεν ἀθλεύοντ' ἐν ἀγῶνι.
Τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.
—— *procul qem contra nemo tueri*
Conſtans ſuſtinuit, grave cùm certamen obiret:
Tale ſupercilium torva incubuit faciei.

aliqando & in *gravitatis* ac *ſeveritatis.* ità de Zenone Zenodotus apud Laërtium *l.* 7.

Ζήνων σὺν πολιῷ σιμὸς ἐπισκυνίῳ.
Spectandus cano Zeno ſupercilio.

Cicero *pro P. Sext. Nam qid ego de ſupercilio dicam? qod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus reipublicæ videbatur. tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo ſupercilio reſpublica tanqam Atlante cælum niti videretur.* Ità τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα accipio in Diphili illis apud Athen. *l.* 2. ubi vini vim depingens, inter alia,

Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθει γελᾶν,
Superciliosis & tetricis perſuades ne videant.

De homine loqitur gravi & ſevero; non de triſti mœroríſqe pleno, ut Victorius vult, *Var. lect. l.* 8. *c.* 1. qandoqe in *faſtûs* etiam & *ſuperbiæ.* Plinius *hiſt. nat. l.* 11. *c.* 37. de *ſupercilio: Hæc maximè indicant faſtum. Superbia alibi concepta-*

culum

ſum vergentes, & leonis ſupercilium, & aprorum ab ore diffluens ſpuma, multáqe alia iſtiuſmodi; qæ ſeorſum ſi quis intueatur, ſunt venuſtate omni procul; qia tamen rebus naturalibus adnaſcuntur, & ornatum illis adjiciunt, & contemplantium qoqe animos afficiunt. proinde, ſi quis animum ac cogitationem nôrit altiùs defigere in ea qæ in univerſo hoc fiunt, nihil ferè etiam in eis, qæ qaſi appendicis cujuſdam loco res naturales conſequuntur, deprehendet, qod non etiam cum oblectatione qadam huic ipſi commendare ſeſe videatur. qin & idem ferarum rictus veros havd minore cum voluptate contuebitur, qàm pictorum fictorúmve arte per imitationem expreſſos. tam vetulæ item vetulíve maturitatem qandam ac decorem, qàm & qicqid in pueris venuſtatis animum allicientis deprehenditur, caſtis oculis ſpectare poterit. deniqe contingunt multa

καὶ τὸ τῦ λέοντ@ ὑπισκύνιον, καὶ ὁ τῶν συῶν ὀκ τῦ στόματ@ ῥέων ἀφρὸς, καὶ πολλὰ ἕλερα, καθ' ἰδίαν ἕκ τις σκοπῇ, πάρρω ὄντα τῦ εὐκοδῦς, ὅμως ἀλλὰ τὸ τοῖς φύσει γινομένοις ἐπακολυθεῖν, συνεπικοσμεῖ, καὶ ψυγαγωγεῖ. ὥστε ἕκ τις ἔχοι παίθ@ καὶ ἔννοιαν βαθυτέραν πρὸς τὸ ὃν τῷ ὅλῳ γινόμενα, σχεδὸν ἀδὲν ἀχὶ δόξει αὐτῷ καὶ τῶν καθ' ἑπακολύθησιν συμβαινόντων ἡδέως πως διασυνίσασθαι. ἄτως ἢ καὶ θηρίων ἀληθῆ χάσματα, ἀχ ἥδιον ἡδέως ὄψε), ἢ ὅσα γραφεῖς καὶ πλάσαι μιμήμενοι δεικνύασιν. καὶ γραὸς καὶ γέρον@ ἀκμήν τινα καὶ ὥραν, καὶ τὸ ἐν ἁ παισὶν ἐπαφρόδιτον, τοῖς ἑαυτῦ σώφροσιν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν δυνήσε). καὶ πολλὰ

ἁ πᾶσιν Mer.

τοιαῦτα

ANNOTATIONES.

culum, ſed hic ſedem habet. in corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Nihil altiùs ſimul abruptiúsqe invenit in corpore. ubi ſolitaria eſſet. Itaqe Demetrius Phalereus referente *l.* 5. §. 82. Laërtio; *μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς. ὅλῳ γὰρ ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ. Non eſſe parvum avt negligendum membrum ſupercilia; poſſe enim vitam omnem obſcurare.* Eſt avtem τὸ ἐπισκύνιον, (qod vocabulum H. Stephano excidiſſe mirum, cùm τῦ σκύνιον tamen meminerit) τὸ ἐπάνω τῶν ὀφρύων μέρ@, ut Euſtathius; τὸ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν ὀφρύδιον, ἢ τὸ μετόφρυον, ut Heſychius; vel etiam τὸ συνοφρύωμα τῦ μετώπυ, ut Heracleo Scholiaſtes; *oculis incumbens ſupercilium*, vel etiam *ſuperciliorum in fronte commiſſura.* diſtinctiùs pavlò Pollux *l.* 2. *c.* 4. §. 25. *τὰ ὑπεράνω τῶν βλεφάρων, σκύνια. ὅτεν καὶ τὰ περὶ τὰς ὀφρῦς γεῖσα, ἐπισκύνια. qæ palpebris imminent, ſive palpebrarum partes ſuperiores, σκύνια. unde ἐπισκύνια, ſuggrundarum inſtar prominentes circa frontem ſuperciliorum projectus.* qâ ratione Ariſtoteles etiam *de part. animal. l.* 2. *c.* 15. *τὰς ὀφρύας καὶ βλεφαρίδας; οἷον γείσωμα, ſupercilia & cilia velut imbricamentum, ſive grundam* eſſe dixit. Et Apulejus *de dogmat. Plat. Superciliorum ſepes præmuniunt oculos; nè deſuper prorvat, qod teneras viſiones molleisqe pertvrbet.* Ὀφρὺς *frons*: & indè Latina vox non à *foraminibus oculorum*, ut Iſidor. *orig. l.* 11. *c.* 1. avt *qòd in ea ſiti ſint oculi, qi ſunt qaſi fores & jeneſtræ animi*; ut Jungus noſter *in Pſal.* 131. nec à φρονῖις, *qòd ea fronte contracta indicetur*, ut alii. Σκύνιον, *cilium.* & hoc à Græcis deductum: non *à celando oculos*, ut Iſidorus, ubi ſuprà. avt à *cilendo*, id eſt, movendo, ut Balbus in Cathol. Gloſſ. *Cinum, ἐπισκύνιον.* imò σκύνιον potiùs, qod & *Scenam* dixiſſe Apulejum *Mileſ. l.* 11. avtumat Scipio Gentilis *parerg. l.* 1. *c.* 37. Vocabuli id, apud Prudentium in Romani martyrio, reſtituit Scaliger *Aviſon. lect. l.* 1. *c.* 1.

Cinos ſupinat, obvias offert genas.

qo loco *Cinos* perperam legebatur. *Cinum* avtem, *cilum*, & *cilium*, inqit Heraldus *adverſ. l.* 1. *cap.* 4. σκύνιον *cilium*, ut νίτρον λίτρον, νυμφὴ *lympha*, τριχινὴ *trichila*, ſi Scaligerum ſeqimur; nam reclamat Salmaſius. atqe hoc malo, qàm qod Gvichardus in *harmon. lingv.* à κοιλὶς, qod eſt tamen τὸ ἀνωθεν βλέφαρον Polluci. ἐπισκύνιον, *ſupercilium.* Plinius loco ſuperiùs lavdato: *Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqi cilium vocavere: unde & ſupercilia. Epiſcynion* etiam è Latinis Tertullianus uſurpavit *de pallio c.* 4. *Jamdudum cenſoria intentionis epiſcynio diſperſo.* Aſpectûs avtem in *leone torvitas* non eſt decora minus, qàm in homine vultûs *gravitas.* Itaqe eos, qi hoc nomine Baſilium notabant, perinde facere ait, Gregorius Nazianzenus in *epitaph.* ex qo mvtvatus eſt Iſidorus Peluſiota *l.* 3. *Epiſt.* 99. Ὥσπερ ἄν τὸν λέοντα αἰτιῶτό τις, ὅτι βλοσυρὸν, ἀλλὰ μὴ πιθήκειον, βλέπει. *Sicuti ſi qis leonem reprehenderet, qòd rigidum qendam; ſed non ſimiarum ſimilem vultum præferat.*

Ὁ τῶν συῶν ἐκ τῦ στόματ@ ῥέων ἀφρὸς] de *eqo* pariter, ac *cane.* indè tanta pictoribus ſolicitudo de ſpuma ſcitè exprimenda. qo in conatu fortem arti tuliſſe ſuppetias, Protogene canem, Nealce equm depingente, avtor eſt Plinius *lib.* 35. *c.* 10. qanqam iſtud Apelli adſcribant Dio Pruſæus *Orat.* 63. Et Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypotheſ. l.* 1. *c.* 12.

Συνεπικοσμεῖ] Vide qæ ex Avguſtino adduximus ad *lib.* 2. §. 3. ſed & eundem *de vera religione c.* 40.

Ἡδέως πως διασυνίσασθαι] *eleganter factum eſſe.* Xylander. ut vel ἀσείως legerit, vel ἠδέως eodem ſenſu ceperit. Gloſſarium. Διασυνίστημι, *conſtituo, inſtituo.* poteſt tamen iſtic & in *commendandi* ſive *conciliandi* ſignificatu ſumi, qi τῷ συνίσασθαι ſolennis eſt. idqe ſecutus videtur Caſavbonus qum vertit, *in qo oblectamentum ac volupe aliqid offendat.*

Ὅσα γραφεῖς καὶ πλάσαι μιμήμενοι δεικνύασιν] Plutarchus *de poet. leg. c.* 12. Γεγραμμένην σαῦραν ἢ πίθηκον ἢ Θερσίτου πρόσωπον ἰδόντες ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, ὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ὅμοιον. *Pictam lacertam avt ſimiam, avt Therſitæ faciem videntes delectamvr & miramvr, non vulcritvdinis, ſed ſimilitvdinis cavſſa.* Et mox: Τὸς βοῶν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ πνευμάτων ῥοῖζον καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες, ἐνοχλύμεθα καὶ δυσχεραίνομεν. ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων τὸν ὗν, καὶ Θεόδωρ@ τὰς τροχιλίας, ἡδόμεθα. καὶ νοσώδη μὲν ἄνθρωπον καὶ ὕπουλον, ὡς ἀτερπῆ θέαμα φεύγομεν. τὸν δὲ Ἀριστοφῶντ@ Φιλοκτήτην, καὶ τὸν Σιλανίων@ Ἰοκάστην ὁμοίως φθίνουσι καὶ ἀποθνήσκουσι πιπτοιημένους ὁρῶντες, χαίρομεν. *Porci grvnnitvm & trochleæ ſtridorem, & venti fremitvm, & maris ſtrepitvm non ſine moleſtia avdimvs: ſi qis verò commodè ea imitetur, vt ſvem Parmeno, & trochleas Diodorus, delectamvr. Et morbo captos homines, avt ſuſpecta valetvdinis tanqam ſpectaculum injvcvndvm fvgimvs: Ariſtophontis verò Philoctetam, & Silanionis Jocaſtam, ad ſimilitvdinem conſtabeſcentium & morientium effictos cum gaudio videmvs.* Idem de his gemina habet *Sympoſ. l.* 5. *c.* 1.

Γραὸς καὶ γέροντ@ ἀκμήν τινα καὶ ὥραν] ſiqidem, præterqam qod de Agathone Evripides olim, ut Plutarchus in *Alcibiad. pag.* 192. *A.* & in *amator. pag.* 770. *C.* τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν. *Pvlcrorvm avtvmnvs pvlcer.* eſt in ipſa canitie ſpecioſum qiddam; qam idcirco non minùs eſſe ſenibus decori, qàm adoleſcentibus vires ornamento, teſtatur Rex ſapientiſſimus, *Paræm. c.* 20. *v.* 29. qo loco pro viribus ſapientiam, qæ in ætate illa minùs viget, perperam ſubſtituerunt interpretes Græci, dum vertunt; Κόσμ@ νεανίαις, σοφία. δόξα δὲ πρεσβυτέροις, πολιαί. *Ornamento jvvenibvs ſapientia eſt, & decori ſenibvs canities.* Nec omittendum Chryſippi illud, qi inter virtutis opera ponit, *lib. de Jove*, τὸ ἐγκρατῶς ἀποσχίσθαι δυσθανατούσης γραός. *Continenter abſtinere a vetvla moribvnda.* qaſi τὸ ἐπαφρόδιτον aliqid etiam iſtiuſmodi ſilicerniis ineſſet. καὶ τὸ σωφρόνως δυσθανατῶσαν ἀποτρίψασθαι πρεσβύτην. *A vetvla ſe abſtinere jam moribvnda.* qod certè majus qiddam meritò duci poſſet, qàm σώφροσιν ὀφθαλμοῖς τοιαύτην ὁρᾶν δύνασθαι. Utrumqe refert Plutarchus *de Stoic. Contradict. c.* 9. & *de commun. notit. cap.* 3.

Τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον] Mericus Caſavbonus qare πᾶσιν legere voluerit, cavſſam nullam video. rectè Xylander *pverorvm, amori aptvm, florem.* ſive, *qicqid in pveris conſpici poteſt*, qod in animis impudicis fœdum accendere poſſit amorem. opponitur enim τὸ τῶν παίδων ἐπαφρόδιτον, τῇ τῶν γερόντων ὥρᾳ.

Σώφροσιν ὀφθαλμοῖς] Sophocles in prætura Periclis collega cùm prætereuntis pueri formam impenſiùs lavdaſſet, Pericles, Ὦ Σοφόκλεες, inqit, ἐ τὰς χεῖρας μόνον δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. Plutarchus *Pericle.* qod in *vitis Rhetorvm* tamen Iſocrati ab eodem (ſi idem ſaltem eſt, qod ego nullus credo) tribuitur. id eſt, vertente Cicerone *offic. l.* 1. *At enim prætorem, Sophocles, decet, non ſolùm manvs, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Et Valerio Maximo latiùs diducente; *l.* 4. *c.* 3. *Prætoris non ſolùm manvs à pecvnia lvcro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectv continentes eſſe debere.* qod καθαρὰς ὄψεις Plutarchus, id σώφρονας ὀφθαλμοὺς noſter iſtic. qod oculos tales habere illi, id Stobæus. ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ. qi tamen τὸ τῦ σώφρον@ vocabulum non omiſit prorſus, ità enim extulit *tom* 2. *ſub tit.* 17. Ὦ Σοφόκλεες, τὸν σώφρονα στρατηγὸν ἐ μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ. *O Sophocles, oportet frvgi Imperatorem non manvs modò, ſed oculos qoqe continere ſecvm.* Nam qod Eraſmus *l.* 5. *in Peric. apoph.* 21. *lingvam continentem* reddit, non video, qâ ratione motus id fecerit. Opponuntur avtem iſtis à Petro *Epiſt.* 2. *c.* 2. *v.* 14. ὀφθαλμοὶ μεστοὶ μοιχαλίδ@, *oculos habentes plenos advlterii.* qales notat, vetátqe Dominus apud Matth. *c.* 5. *v.* 28. Scilicet ut Clemens Alexandrinus *pædag. l.* 3. *c.* 11. Πρὸ γὰρ παντὸς τῦ σώματ@ διαφθείρονται οἱ ὀφθαλμοὶ. *Ante totvm enim corpvs corrvmpvntvr oculi.* Et *impvdicvs oculvs impvdici cordis eſt nvncivs.* Avguſtinus *Epiſt.* 109. videndus cum primis. Indè ſcitum illud Rhetoris cujuſdam, qi impudicum an impudentem qendam dixit, ἐ κόρας, ἀλλὰ πόρνας ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχειν, *non pvellas, avt oculi pvpillas, ſed meretrices in oculis habere.* Plutarchus *de verecund.* Luſit nimirum à vocabuli vario ſignificatu, qod & *pvellam*, & *pvpillam oculi* deſignat: qomodo & Cynicus, qi Didymoni medico adulterii nomine infami virginis cujuſdam oculum curanti, Ὁρᾶς, inqit,

παῦτα ἐ πάντ' πιθανὰ, μόνῳ δὲ τῷ πρὸς τὴν φύσιν, καὶ τὰ ταύτης ἔργα γνησίως ἀσπαζομένῳ a προσπεσεῖ).

§. 3. Ἱπποκράτης b πολλὰς νόσους ἰασάμενος, γοσήσας ἀπέθανεν. οἱ Χαλδαῖοι πολλῶν θανάτους προηγόρευσαν, εἶτα κ αὐτὸς τὸ πεπρωμένον κατέλαβεν. c Ἀλέξανδρος, καὶ Πομπήϊος, κ Γάϊος Καῖσαρ, ὅλας πόλεις ἄρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες, καὶ ἐν ᾠδηγπάρξει πολλὰς μυριάδας ἱππέων κ πεζῶν καταξήσαντες, καὶ αὐτοί d πόλε ἐξῆλθεν ἔ βίω. Ἡράκλειτος, περὶ e τῆς ἔ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος πλησθεὶς βολβίτῳ κατακεχρισμένος

hujuſmodi, qæ non cuivis ſunt grata, ſed illi duntaxat qi adversùs naturam operáqe ejuſdem animum habuerit probè conciliatum.

§. 3. Hippocrates, ubi multos ſuſtulerat morbos, tandem & ipſe ſublatus eſt. Chaldæi, cùm multorum mortem prædixiſſent, morti demum & ipſi conceſſerunt. Alexander, Pompejus, C. Cæſar, cùm tot urbes funditus evertiſſent, tot hominum myriades in prælio cecîdiſſent, ipſi qoqe tandem vitâ exceſſerunt. Heraclitus, de mundi conflagratione cùm prolixè diſſeruiſſet, aqâ intercute viſcera diſtentus, ſtercoréqe oblitus

bu-

ANNOTATIONES.

inqit, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς. *Vide, ne virginis oculum curans, puellam corrumpas.* Laërtius *lib.* 6. §. 68. in *Diogene.*

Οὐ πᾶσι πιθανά] *non cuivis credibilia.* interpres uterqe, malim, *non cuivis grata*, gratiam, decorem, venuſtatem, voluptatem ſuprà inculcaverat. πιθανὸν, *gratum, blandum, lepidum, elegans.* hujuſmodi enim cum primis ſunt perſvaſoria. unde dictum Ariſtoteli, τὸ κάλλος πασῶν ἐπιστολῶν συστατικώτερον. *Pulcritudinem plus, qam epiſtolas omnes valere ad commendationem.* Laërtius *l.* 5. §. 18. Grammaticus qidam à Budæo lavdatus; Πιθανὸν κάλλος, τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ τὰς ὁρώσας πεῖθον θαυμάζειν. *Elegans pulcritudo eſt ſuavis, & illam aſpicientibus perſvadens admirationem.* Lucianus alicubi, πολὺ τὸ πιθανὸν καὶ ἐπαγωγόν. *blanditiæ multum & illecebra.* Ariſtides, καλοὶ γὰρ ὅτοι κόσμοι καὶ μάλα πιθανοὶ τῷ πλήθει. *Ornamenta hæc ſunt pulcra, & plebi valde grata.* Gregorius Nazianzenus φηλειτ. 1. Καὶ ἦν λίαν ἀπιθάνῳπον αὐτῷ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ πιθανὸν βίαιον. *Ac perqam crudelis erat ipſius lenitas, & violenta perſvaſio.* De Phæace Plutarchus in *Alcib.* Ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἰδίαις μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δυνατός. *Blandus magìs ac conventibus privatis idoneus, qàm forenſia certamina potis ſuſtinere.* de Alcibiade item. τῇ δὲ φωνῇ τὴν τραυλότητα ἐμπρίψαι, καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παρασχεῖν, χάριν ἐπιτελοῦσαν. *lingva bleſitatem decuiſſe ſatis, & gratiam havd injucundam ſermoni præbuiſſe.* Ità capiendum opinor illud Apoſtoli *ad Coloſ. c.* 2. *v.* 4. μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. *nè qis vos verbis blandis, ſive ſermonis blanditiâ ſeducat.* ut ſit idem ferè ἐν πιθανολογίᾳ παραλογίζεσθαι qod διὰ χρησηλογίας καὶ ἐυλογίας ἐξαπατῆσαι, *per blandiloqentiam & aſſentationem ſeduci.* eidem *ad Rom. c* 16. *v.* 18. qanqam & ad dictionis elegantiam, & artificium rhetoricum referri poſſit: de qo Baſilius *in hexaem. Orat.* 3. *pag.* 41. *A.* Ὅσῳ τὸ ἐν ταῖς σώφροσι κάλλος τῇ ἑταιρικῇ πρετιμότερον. τοσῦτον καὶ τῶν ἡμετέρων λόγων πρὸς τὰς ἔξωθεν τὸ διάφορον. οἱ μὲν γὰρ κατηναγκασμένοι τὸ πιθανὸν τοῖς λόγοις ἐπάγουσιν. ἐνταῦθα δὲ γυμνῇ τεχνασμάτων ἡ ἀλήθεια πρόκειται. *Etenim qantò in caſtis ſibiqe temperantibus feminis pulcritudo eſt meretricia præſtabilior, magisqe anteponenda: tantò fidei noſtræ ſermones præcellunt ad externorum dogmata collati. Iſti namqe vi extortam ſuis ſententiis conciliant probabilitatem: hic ipſa ſola veritas nuda, & omni vacua artificio avt impoſturâ ob oculos proponitur.* Sublimitate ſermonum, Vulgatus interpres reddidit. *ſermone blando*, Budæus. *fuco ſpecioſo rationis humanæ*, Vatablus. *ſermonis probabilitate*, Leo Judæ & Beza. qibus non repugnaverim prorsùs, qia πληροφορία συνέσεως *verſ.* 2. præceſſerat. malim tamen *ſermone plavſibili*, avt *perſvaſibili.*

Καὶ τὰ ταύτης ἔργα] *Et omnia ejus opera.* Mericus Caſavbonus, ac ſi eſſet, καὶ τὰ πάντα αὐτῆς ἔργα. qod non eſt neceſſe.

Προσπεσεῖται] lego προσπιπτήσει. *multa ejuſmodi occurrent.* qod interpretes cùm non adverterent, clavſulam iſtam parùm commodè cum præcedentibus commiſerunt.

§. 3. Ἱπποκράτης] idem de medicis in genere. *l.* 4. §. 48.

Πολλὰς νόσους ἰασάμενος] *qum multos ſanâſſet morbos.* Xylander. malim, *ſuſtuliſſet.* Celſus *præfat. l.* 1. *qia non interſit, qid morbum faciat, ſed qid tollat*: Naſo *Ponti l.* 1. *eleg.* 4.

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.

Οἱ Χαλδαῖοι] de prognoſtis gemina, *lib.* 8. §. 25.

Ἀλέξανδρος καὶ Πομπήϊος] de *regibus, imperatoribus, tyrannis* in genere itidem *l.* 4. §. 48. & *lib.* 6. §. 47. Baſilius Cæſarienſis in illud, *Attende tibi pag.* 349. *B.* Περιβλέψαι τὰς πρὸ σῦ ἐν ταῖς ὁμοίαις περιφανείαις ἐξετασθέντας. πῦ οἱ τὰς πολιτικὰς δυναστείας περιβεβλημένοι; πῦ οἱ δυσμαχώτατοι ῥήτορες; πῦ οἱ τὰς παταγύρεις διατιθέντες; οἱ λαμπροὶ ἱπποτρόφοι; οἱ ερατηγοί; οἱ σατράπαι; οἱ τύραννοι; ὦ πάντα κόνις; ὦ πάντα μῦθος; ὡς ἐν ὀλίγοις ὀστίοις τὸ μεμιάνται τῆς ζωῆς αὐτῶν. *Qi inter eos numerati ſunt, qos præ te ſplendor conſimilis & opum & dignitatum exornabat: hos tu mihi circumſpice diligenter. Ubi jam dic, qi civitatum magiſtratus ampliſſimos capeſſebant? Ubinam inexpugnabiles illi atqe invicti rhetores? ubi item qi præclarè adeò ſtatuerunt & bene meriti ſunt de publicis iſtis conventibus? Qò abierunt illuſtres eqorum altores? Ubi duces ſunt exercituum? Ubi ſatrapa? denique tyranni qò conceſſerunt? Non omnia pulvis? non ſunt in fabulam verſa omnia? Memoria vitæ iſtorum in qam paucis oſſibus retinetur?* Vide *l.* 6. §. 22. Menander in *certamine cum Philiſtione an Philemone* à Jano Rutgerſio *var. lect. l.* 4. evulgato.

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅστις εἶ,
Ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήματ', ὡς ὀδοιπορεῖς.
Ἔστιν θ' ἕνεσιν ὀστία καὶ κόφη κόνις
Ἀνδρῶν βασιλέων, καὶ τυράννων. καὶ σοφῶν,
Καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει καὶ χρήμασιν,
Αὐτῶν τε δόξη, καὶ κάλλει τῶν σωμάτων.
Καὶ εἰδὲν αὐτῶν τῶν δ' ἐπήρκεσε χρόνος.
Κοινὸν τὸν Ἅιδην ἔσχον οἱ πάντες βροτοί.
Πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γίνωσκε σαυτὸν, ὅστις εἶ.
Noviſſe ſi vis, qalis avt qiſnam ſies;
Hominum ſepulcra, qa ſecus viam, inſpice.
His oſſa, pulvis atqe inanis clavditur,
Regum, tyrannorum, & virûm ſapientium,
Superbientiúmqe opibus & propagine,
Suáqe gloriâ, atqe formâ corporum.
Communis eſt dis omnibus mortalibus.
Hæc intuendo diſcito qalis ſies.

Cur avtem τῶν σωμάτων *corporum* αὐτολεξεὶ malim qàm *corporis* cum Rutgerſio & Grotio reddere, diſcas licet ex *annotatis ad l.* 1. §. 16. περὶ σωμάτων ὥρας. certè antitheſis illa inter αὐτῶν δόξαν, & τῶν σωμάτων κάλλος, ſenſum eum qem ibi poſui, exigere videtur. alioqi per metri rationem nihil obſtabat, qo minùs tam τῇ σώματος qàm τῶν σωμάτων dicere potuiſſet. Ὅλας πόλεις ἄρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες, καὶ πολλὰς μυριάδας κατακόψαντες.]

Ἡράκλειτος] de *philoſophis* in genere pariter *l.* 4. §. 48. & *l.* 6. §. 47. & *l.* 7. §. 19. & *l.* 8. §. 25.

Περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως] Ità Laërtius *l.* 9. ex Heraclidi ſententia, Ἕνα εἶναι τὸν κόσμον, γεννᾶσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. *Unum eſſe mundum, eundemqe ex igne naſci, & rurſus per qoſdam temporum ambitus per vices hoc omne ſæculum igneſcere.* Ab Heraclito forſan Stoici. Vide Lipſium *Phyſiolog. Stoic. l.* 2. *c.* 22, 23. nec noſtri diſſentiunt, niſi qòd *conflagrationem unicam* duntaxat agnoſcunt. Vide Petr. *Epiſt.* 2. *c.* 3. *v.* 7, 10, 12. & qæ congeſſimus in *Orat. de Noa obedientia in Hebr. c.* 11. *v.* 7.

Ὕδατος τὰ ἔντος πληρωθεὶς] feſtivé; hominem qi *de mundo igne abſumendo* primus dogma protulerit, ipſum *aqâ* interiùs *inundante oppletum*, diem extremum obiiſſe. *Aqâ oppletum* certè obiiſſe conſentiunt pleriqe, ab aqa, qâ oppletus ſit, non deſunt qi negent. Siqidem, ut Laërtius *l.* 9. refert, pleriqe aqâ intercute cùm laboraret, à medicis ajunt qæſiviſſe, *ei δύναταί ἐξ ἐπομβρίας ἀσχμὸν ποιῆσαι, num ex diluvio ſiccitatem inducere poſſent.* Atqe ità Plutarchus in *præcept. ſalubr.* qod cùm illi qid vellet non intelligerent, in boum ſtabulum condidiſſe ſe ſimo circumqaqe obrutum, qo humorem, ſi id fieri poſſet, evaporaret. id cùm nevtiqam ſuccederet, à morbo interiiſſe. Hermippus verò medicos percontatum eſſe, *numqis eorum compreſſis inteſtinis humorem educere valeret.* qod fieri poſſe negantibus, ad ſolem ſtercore bubulo oblitum, vel obrutum potiùs, ipſum ſe expoſuiſſe. ità decumbentem, ab exiccato induratóqe ſimo convulſis artubus diem obiiſſe, Tatianus; à canibus dilaceratum eſſe tradit Neanthes. Cæterùm Hippobotus & Ariſto etiam, referente Sotione, hydrope curatâ, ſuperſtitem, alio neſcio qo morbo interiiſſe, in ſcriptis ſuis ſunt teſtati.

Δημόκριτον δὲ οἱ φθεῖρες] Atqi Laërtius *l.* 9. ex Hermippo, ſenio confectum duntaxat obiiſſe, cùm animâ penè defectâ panis è furno calidi vapore per triduum in vita ſe continuiſſet, qo Cerealibus ſuperſtes eſſet. de pediculis nè γεὺ qidem. cùm tamen *l.* 1. Pherecidem juxta qoſdam morbo fœdo hoc periiſſe:

qod

bubulo, interiit. Democritum pediculi; Socratem etiam pediculi. ſed aliuſmodi, ſuſtulerunt. qorſum iſta? navem conſcendiſti, navigâſti, appuliſti: egredere. ſi ad vitam alteram; nihil, nè ibi qidem, numinis eſt inane. ſin ſenſu carituras ſis, deſines voluptatibus ac doloribus diſtineri;

ἀπέθανεν. Δημόκριτον ᾗ οἱ φθεῖρες, Σωκράτην ᾗ ἄλλοι φθεῖρες ἀπέκτειναν. τί ταῦτα; [a] ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης. ἔκβηθι. [b] εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον, οὐδὲν θεῶν κενόν, οὐδὲ σκεῦ. εἰ ᾗ ἐν ἀναισθησίᾳ, παύσῃ πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος, καὶ

[a] L. 2. §. 3. l. 12. §. 36. [b] L. 2. §. 11

ANNOTATIONES.

qod cùm epiſtola ipſius ad Thaletem data, tum & Ariſtoteles confirmat *hiſt. animal. l.* 5. *c.* 31. & *l.* 3. ex Philone & Myroniano de Platone idem retulerit, unde *Platonis pediculi*, in proverbium abierint. de aliis qi pari fato defuncti ſint Plinius *hiſt. nat. l.* 11. *c.* 33. & alii. de Democrito nuſqam legiſſe memini. Lucretius etiam contrà *l.* 3. & ex Lucretio Lactantius *inſtitut. l.* 3. *c.* 18.

Deniqe Democritum poſtqam matura vetuſtas
Admonuit memorem motus langueſcere mentis,
Sponte ſuâ leto caput obvius obtulit ipſe.

déqe eodem Anton. *meliſſ. l.* 1. *c.* 58. (qo avtore tamen, neſcio) ὅτι νοσήσας καὶ ληθάργῳ περιπεσών, ὡς ἀνέγνψεν, ᾐδέσθη με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλοζωία, ᾗ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου. *qod ægrotus, marcoréqe ac inexpugnabili ferè dormiendi neceſſitate langveret, cum ad ſe rediiſſet, dixerit, vita amor me non fallet, & mortem ſibi conſciverit.* Qæ cum Laertii narratione havd planè conveniunt. Cæterùm etiamſi diverſa à ſe invicem de Democriti obitu tradant avtores iſti, at à Marco iſtic omnes diſſentiunt.

Σωκράτην δὲ ἄλλοι φθεῖρες] *Falſum eſt*, inqit Xylander. itaqe ſubſtituit, *hiſtoriam* (utì ait) *ſecutus, Socratem cicuta abſumptſit.* Verùm illud, ἄλλοι, Xylandrum monere poterat, de *aliuſmodi pediculis* Marcum locutum, qi philoſophum illum ſuſtulerint. Anytum mirum ni & Melitum voluerit; qos *pediculos* non abſurdè nominat, qaſi animalcula viliſſima, nulli prorſus uſui, niſi hominibus infeſtandis & conficiendis. Nec abludit qod Epictetus *l.* 2. *c.* 9. Οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσίν. οἱ δὲ θηρίδια κακοήθη καὶ μικρά, ἀφ' ὧν ἐστιν εἰπεῖν, Λέων με καὶ φαγέτω. *Jam alii magna beſtia ſumus, alii beſtiola malitioſa & parva, de qibus dici poſſit, vel leo me devoret.* Tyrannos & militares viros *leonibus*, *lupis*, animantibus feris, ſed generoſioribus avt robuſtioribus confert; ſycophantas, delatores, & id genus hominum, *animalculis viliſſimis*, ſed noxiis, cujuſmodi ſunt *viperæ*, *vermiculi*, &c. De lenonibus paria Plavtus *Curcul. act.* 4. *ſc.* 2.

Item genus eſt lenonium inter homines, meo qidem animo,
Uti muſcæ, culiceſqe, pedeſqe, puliceſqe.
Odio & malo & moleſtiæ; bono uſui eſtis nulli.

Ubi *pedes* pro *pediculis*, qod & Nonius Marcellus ità alibi uſurpatum monuit. Sed & de paraſitis arqe adulatoribus feſtivè admodum Anaxilaus apud Athenæum *l.* 6.

Ἐισὶν δὲ κόλακες τῶν ἐχίντων ὁσίας
Σκώληκες. εἰς ὃν ἄκακον ἀνθρώπων τρόπον
Ἐισδὺς ἕκαστος ἐσθίει καθήμενος,
Ἕως περ, ὥσπερ πυρὸν, ἀποδείξῃ κενόν.
Ἔπειθ' ὁ μὲν λέμβ' ἐστιν. ὁ δ' ἕτερος δάκνει.
Adulatores, qos adulant, divitum
Sunt veluti vermes. namqe in hominem ſimplicem
Seſe inſinuando, huic aſſidentes exedunt,
Triticeum ut granum, donec vacueſecerint.
Ità hic jam gluma eſt: ille alios admordicat.

Ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης. ἔκβηθι] *Navigationi vitam conſeq.*: (qà imagine uſus eſt & Epictetus *Enchir. c.* 7. exhibendus *infrà ad §.* 5. ſed aliâ ratione) *mortem portut.* qomodo & Plutarchus *de tranqill. pag.* 476. *A.* Ἐγγὺς ὁ λιμὴν, καὶ πάρεστιν ἀπονήξασθαι τῶ σώματος, ὥσπερ ἐφολκίδα μὴ σύγοντος. *In propinqo eſt portus, licetqe enatare e corpore, tanqam ſcaphâ aqam admittente.* Juncus itidem *lib. de ſenect.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 113. Δοκεῖ δέ μοι ἑκάτερος αὐτῶν (ὅ, τε γέρων ἀποθανὼν, καὶ ὁ νέος) ἐοικέναι τοῖς ἀγωνιζομένοις δρόμον, ἢ τοῖς πλέουσι. καὶ ὁ μὲν διελθὼν τὸ μέγα πέλαγος, ὅπερ εἶναι λέγω τὸν βίον, κατάρας ἐπί τινα λιμένα, τῆ κυβερνήτῃ κελεύσαντος, ἀπέβη τῆς νεώς. ἥπερ διαγωνισάμενος ἐν τῷ σταδίῳ, καὶ τὸ στέφανε τυχὼν, ἀποτάττεται τοῖς ἀγῶσιν. ὁδ' ἕτερος ἐν μέσῳ τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης διεφθάρη, μὴ διελθὼν τὸν προκείμενον αὐτῷ πλοῦν, ὑπὲρ ὃ πολλάκις ἠύξατο. ἥπερ τρέχων ἐν τῷ σταδίῳ, καλαπετὸν, ἀστεφάνωτος ἐξεκομίσθη. *Videtur mihi uterqe illorum, (qi vel ſenex mortuus fuerit, vel juvenis) ſimilis curſu certantibus, avt navigio vectis. Senex enim emenſus magnum pelagus, qod vitam eſſe dico, juſſu gubernatoris ad aliqem portum appellens, a navi diſcedit: avt peracto alicubi in ſtadio certamine, & coronam nactus, certaminibus valedicit. At juvenis in medio mari, non aſſequtus propoſitum navigationis terminum, pro qo vota toties fecerat, interiit: avt alicubi dum in ſtadio curreret, collapſus, ſine corona elatus eſt.* Et Junco ſaniùs Seneca *Epiſt.* 70. *Noviſſimè incipit oſtendi publicus finis generis humani. Scopulum eſſe illum putamus, dementiſſimi? portus eſt, aliqando petendus, nunqam recuſandus. in qem ſi qis intra primos annos delatus eſt, non magis qeri debet, qàm qi citò navigavit. alium enim, ut ſcis, venti ſegnes ludunt ac detinent, & tranqillitatis lentiſſimo tædio laſſant, alium pertinax flatus celerrimè perfert. alios vita velociſſimè adduxit, qò veniendum erat etiam cunctantibus, alios maceravit & coxit.* Vide eundem *ad Polyb. c.* 28.

Ἐνέβης] ἐμβαίνειν, *navem conſcendere.* Apud Svidam avtor innominatus; Ἐνέβη δὲ ναῦν ἀποχρῶσαν τοῖς ἑταίροις. *Conſcendit navem ſociis ſufficientem.* Libanius *Orat.* 11. *Luter. Edit. pag.* 353. *B.* Ὥστε τὰ μὲν ἀνωπτύσαντες, (f. ἀναπάσαντες) τὰ δὲ ἀντικλασήσαντες, ἐνέβαινον εἰς τὰς ναῦς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυπρίων τὰ παλαιὰ μὲν ὡς νεωστὶ φερόμενοι· τὰ δὲ ἄρτι δεξάμενα τῇ τέχνῃ ἐν τῇ δόξῃ τῶν ἀρχαίων ἀφίντες. *Ut partim accelerando, partim reſtituendo, evexerint ad naves, ante oculos Cyprioram, antiqa qidem ut navalia ferentes, ſed recentia accipientes arte demptâ, ut opinionem inſinuarent qaſi antiqorum operum.* &c. Morellus. imò, *ut hiſce revulſis, illis ſubſtitutis, naves conſcenderint.* de ſimulacris loqitur per fravdem ſubreptis.

Ἔι μὲν ἐφ' ἕτερον βίον] Ità de ſtatu animarum poſt mortem ambigendo paſſim Marcus ſermonem inſtituit. Vide *ad l.* 4. §. 14. & *l.* 7. §. 32. Sed & Plutarchus *ad Apollon. pag.* 190. qem, qia prolixior eſt in hoc argumento, tranſcribere piget. Seneca *Epiſt.* 71 *Avt in meliorem emittitur vitam, lucidiùs tranqilliuſqe inter divina manſurus: avt certè ſine ullo futurus incommodo, naturæ ſuæ remiſcebitur, & revertetur in totum.*

Παύσῃ πόνων] Gemina his habes *l.* 6. §. 28. Θάνατον πόνων ἀπόλυσις. ἀλλὰ καὶ κακῶν. *Mors eſt liberatio à doloribus, ſed & malis.* unde τελευτὴ λυσίπονος, *Mors moleſtiis liberans*, Pindaro dicta. Plutarchus *ad Apollon.* & *ibid.*

Ἄλγος γὰρ ὅτῳ οὐδὲν ἄπλετον νεκρῶν.
Nam morte functos nullus attingit dolor.

qod Æſchylo tribuit Stobæus *tom.* 2. *tit.* 121. & Sophocli *Trachin.*

Τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίνεται.
Nam morte functos nullus aſſequitur labor.

Lucret. *l.* 3.

Tu qidem, ut es lecto ſopitus, ſic eris avi
Qod ſupereſt, cunctis privatu' doloribus ægris.

Seneca *Epiſt.* 24. *Moriar? hoc dicis, deſinam ægrotare poſſe; deſinam alligari poſſe; deſinam mori poſſe.* Cæſar apud Saluſtium in *Catilin. Mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſolvere: ultrà neqe curæ, neqe gaudio locum eſſe.*

Καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος] πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνέχεσθαι, *dolores voluptatéſqe ſuſtinere.* qaſi non ſit minor moleſtia iſtis, qàm illis diſtineri. Certè qo modo Terentiana illa parturiens, *Adelph.* 3. 4.

—— *Miſeram me; differor doloribus:*

eodem planè Plavtinus adoleſcens, gavdii prægnans; *Trucul.* 4. 1.

—— *ut ego lætus ſum, & lætitiâ differor!.*

diſertè Seneca *Epiſt.* 39. *Qis hoſtis in qemqam tam contumelioſus fuit, qàm in qoſdam voluptates ſuæ ſunt? qorum impotentiæ atqe inſanæ libidini ob hoc unum poſſis ignoſcere, qod qæ fecere, patiuntur.* Celebre eſt Antiſthenis illud, Μαίνῃ μᾶλλον, ἢ ἡσθείῃ. *Inſanire detur potiùs, qàm voluptate affici.* Refert Laërtius *l.* 5. & Sextus *comment. l.* 10. *c.* 2. & *Pyrrhon. hyporbeſ. lib* 3. *c.* 22. Hinc Clemens *Strom. l.* 5. & ex Clemente Evſebius *præpar. l.* 13. *c.* 13. Ἀντισθένης δὲ μανῆναι μᾶλλον, ἢ ἡσθῆναι αἱρεῖται. Et ab eadem mente Seneca *Epiſt.* 82. *Malè tibi eſſe malo, qàm molliter.* Sophocles itaqe jam ſenex, cùm ab eo qæreretur, num rebus Venereis adhuc uteretur, Εὐφήμει, inqit, ὦ ἄνθρωπε. ἀπηνέσταλμαί τοι αὐτὸ ἐπίφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. *Bona verba, mi homo: libentiſſimè iſtinc, tanqam à domino agreſti ac furioſo profugi.* Plato *Polit. l.* 1. Cicero *de ſenect.* Valerius Maximus *l.* 4. *c.* 3. Plutarchus *de avarit.* & *de ſeno polit.* Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 10. Stobæus *tom.* 2. *tit.* 113. ubi videnda etiam Junci de eodem argumento diſſertatio. Qod avtem ille ſenectuti beneficium tribuit, morti Marcus hîc, & qidem meritò magìs, adſcribit. Spectat horſum Cratetis feſtivum illud, qod Laërtius *l.* 5. Svidas in *Crat.* exhibent.

Ἔρωτα παύει λιμός. εἰ δὲ μὴ, χρόνος.
Ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.
Fames amorem ſedat; avt ſaltem dies:
Si non medentur iſta, idem laqeus facit.

Λατρεύων τοσούτῳ χείρονι] Plutarchus *ad Apollon. pag.* 114. *C.* Ὁ μετηλλαχὼς θειοτέρου τινὸς βίου μετέληφεν, ἀπαλλαγεὶς τῆς τοῦ σώματος λατρείας, καὶ τῶν ἀτρύτων ἕνεκα τούτου φροντίδων τε καὶ συμφορῶν. *Qi inter mortales eſſe deſiit, divinioris cujuſdam vitæ factus eſt conſors, liberatus ſervitute corporis, & arumnoſis iſtis ſolicitudinibus & caſibus.* Et *ibidem pag.* 107. *F.* Τὸ γὰρ μὴ δεδωλῶσθαι σαρκὶ καὶ τοῖς πάθεσι ταύτης διώγειν, ὑφ' ὧν κατασπώμενης ὁ νοῦς τῆς θνητῆς ἀνατιμπλατο φλυαρίας; ἰυδαῖόν τι καὶ μαχάριον. *Beatum enim eſt liberari à ſervitute carnis & affectionibus eam comitantibus, qa mentem occupant, ac ſtultitiâ humanâ implens.* qo loco & ex Platonis *Phædone*, ἀσχολίας καὶ φλυαρίας recenſet varias, qibus ſervitii hujus ratione obnoxia fit anima. Cujus illud in-

a L. 2. §. 2. l. 11. §. 19.
b L. 10. §. 38.
c ὅπερ εἰσὶ τὸ ὑπ' Boot. ὅπῳ π. Mer. ὑ vel ἤ [ὑ] π. τ. ἰ; f. ν. κ.
d L. 2. § 13.
e L. 2. §. 2.
f L. 2. § 8 13.
g ἤδη γ. α. ε, ς. Boot. ἤτοι γ. α. ε. vel ἡ γὰρ τῦ α. ε. τήρησις f. vide Not.
h L. 2. §. 7. l. 4. §. 22.
i L. 2. § 5. 16.

καὶ [a] λατρεύων ποσῶ χείρονι [b] τῷ ἀγγείῳ. [c] ἢ φύσει τὸ ὑπηρεσῶν. τὸ μὲν γὰρ νῦς καὶ [d] δαίμων, τὸ δὲ [e] γῆ καὶ λύθρος.

§. 4. [f] Μὴ καταιτρίψῃς τὸ ὑπολιπόμενον τῦ βίυ μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις, ὁπόταν μὴ τινὸ ἀναφορὰν ἐπί τι κοινωφελὲς ποιῇ. [g] ἤτοι γὰρ ἄλλυ ἔργυ στέρῃ, τυτέστι, φαντάζομενος τί ὁ δεῖνα πράσσει, καὶ τίνος ἕνεκεν, καὶ τί λέγει, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ποιεῖ [h] ἀπορρέμβεσθαι τῆς τῦ ἰδίυ ἡγεμονικῦ παρατηρήσεως, [i] χρὴ μὲν ἐν καὶ τὸ εἰκῇ καὶ μάτην

desines vasi tanto deteriori inservire. an non enim præstantius est id quod inservit? cùm alter mens & genius, alter limus & sanies sit?

§. 4. Quod supereſt vitæ reliqum, nè conteras in cogitationibus de rebus alienis, nisi siqid ad communem utilitatem spectaverit; puta, cogitando, qid iste vel ille agat, & qorsum hoc vel illud agat, qid loqatur, qid cogitet, qid machinetur, & cætera. etenim operis alieni observatio, à mentis propriæ custodiâ cogit evagari. oportet itaqe in cogitationum serie fruſtraneum & superfluum

omne

ANNOTATIONES

ter alia *pag.* 108. *A.* Μυρίας ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα. *Innumeras nobis faceſſit moleſtias corpus.* Vide Senecam *Epiſt.* 65. *ſuprà ad l.* 2. §. 2. vide & *infrà. l.* 6. §. 28. Sed & Gregorium Nazianzenum *ad l.* 2. §. 1. τῷ χείρονι συνεδέθη. & Tertullianum *ad l.* 7. §. 66. Hinc querulæ voces illæ qorundam apud Epictetum *Diſſert. l.* 1. *c.* 9. Οὐκέτι ἀνεχόμεθα μετὰ τῦ σωματίυ τύτυ δεδεμένοι, καὶ τοῦτο τρέφοντες, καὶ ποτίζοντες, καὶ ἀναπαύοντες καὶ καθαίροντες, εἶτα δὲ αὐτὸ συμπεριφερόμενοι τοῖσδε καὶ τοῖσδε. *Nos corpuſculi hujus vincula tolerare diutius non poſſumus, ut ſimus cibum potumqe dando, & qietem præbendo, eoqe repurgando occupati, & propter ipſum aliis atqe aliis nos accommodemus.* Ipse apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 119. Θαυμαστὴ ἡ φύσις, καὶ, ὡς φησι Ξενοφῶν, φιλόζωος. τὸ γῦν σῶμα, τὸ πάντων ἀηδέστατον καὶ ῥυπαρώτατον, σέργομεν καὶ θεραπεύομεν. Εἰ γὰρ ἔδει πέντε μοναις ἡμέραις θεραπεῦσαι τὸ τῦ γείτονος σῶμα, οὐκ ἂν ὑπεμείναμεν. ὅρα γὰρ οἷόν ἐσι, ἔωθεν ἀνιστάντα, τρίβοντες τὰς ὀδόντας τὰς ἀλλοτρίας, καὶ τι τῶν ἀναγκαίων ποιήσοντα, ἀπιζῶν ἐκεῖνα τὰ μέρη. τῷ ὄντι θαυμαστόν ἐσι φιλεῖν πρᾶγμα, ὧ τοσαῦτα λειτυργήσαντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ῥάττω τυτονι τὸν θύλακον. εἶτα κενῷ. τί τύτυ βαρύτερον. ἀλλὰ θεῷ δεῖ με ὑπηρετᾶν. διὰ τῦτο μένω, καὶ ἀνέχομαι λύων τὸ δύσηνον τῦτο σωμάτιον, χορταζων, σκέπων. ἕως; αὐτὸς εἰπῇ, Ἄφες αὐτὸ ἤδη, καὶ μηκέτι πρᾶγμα ἔχε. *Mirabilis eſt natura, & ut Xenophon inqit, vitæ cupida. Corpus igitur iſtud omnium injucundiſſimum & ſordidiſſimum amamus & colimus. At ſi oporteret qinqe dies ſolum vicini corpus curare, non ſuſtineremus. Vide enim qalis ſit res, diluculo ſurgentem alienos dentes fricare, & poſt aliqod opus neceſſariam partes illas abluere. Revera mirum eſt amari corpus illud, cui tot in dies mmiſteria ſunt exhibenda. Hanc peram ſarcio, & rurſus evacuo: qid iſto moleſtius? Sed oportet me Deo inſervire. Qamobrem maneo, & ſuſtineo lavare miſerum iſtud corpuſculum, paſcere, veſtire, uſqe dum ipſe dixerit, dimitte nunc ipſum, & non amplius occupator.* ubi νάττω Gesnerus vertit, *ſarcio.* cùm *ſarcio* potius debuiſſet. hoc est enim, non illud, licèt uſitatum minus, τὸ νάττω, qod & τὸ σάττω, infercio. Sed & istud forsan avtor ipse usurpaverit.

Τῷ ἀγγείῳ] corpus ἀγγεῖον sive *vaſculum* appellat, qomodo σκεῦος Apostolus *ad Theſſal. Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 4. Neqe enim Estio nostro *in decalog. leg.* 7. accedo, qi τὸ σκεῦος sive *vas* vult eo sensu ibi accipi, qo apud Comicum sumitur, in *Pœnul. Act.* 4. *ſcen.* 2. ubi Milphio:

Facio qod manifeſto mœchi havd fermè ſolent.
— refero vaſa ſalva. —

Ità *animæ vas, corpus,* Lucretio *l.* 3.

— corpus, qod vas qaſi conſtitit ejus.

Cicero *Tuſc. l.* 1. *Corpus eſt qaſi vas animi, aut aliqod receptaculum.* Idémqe *Lactantius l.* 7 *c.* 12. Vide & *l.* 10. §. 38. & *l.* 12. §. 2. Mericus Casavbonus *domicilium* sive *caſam* vertit; qod a Marci schemate longiusculè abscedit.

Ἢ περίεσι τὸ ὑπηρετῦν] Xylander. *qinetiam qod ſervit, id ſupererit.* Verùm hoc Marcus hìc non asserit. in priore membro tanqam incertum posuit. in posteriore, qasi non supereſſe dato, qid futurum tunc sit, dillerit. Locus est proculdubiò perperam habitus. Legendum opinor vel, ἔ περίεσι, *qo illud qod inſervit præſtantius eſt:* vel, ἡ [ὑ] περίεσι τὸ ὑπηρετῦν; *annon præſtantius eſt id qod inſervit?* firmare videntur, qæ sequntur. Seneca *Epiſt.* 65. *Major ſum, & ad majora genitus, qàm ut mancipium ſim mei corporis: qod eqidem non aliter aſpicio, qàm vinculum aliqod libertati meæ circumdatum.* Vide & *infrà l.* 5. §. 21. & *l.* 11. §. 19. Verùm D. Bootius mavult, ὅπῃ ἐσὶ τὸ ὑπηρετῦν. & exponit, *qod inſervire debet.* ut τὸ λατρεύειν animo, τὸ ὑπηρεσῶν corpori adscribatur. Mericus Casavbonus ὅσῳ περίεσι τὸ ὑπ. *desines vasculo inſervire tantò deteriori, qantò id qod inſervit præſtantius exiſtit.* At clarissimus Salmasius hæc mutilata suspicatur; cùm in avtore isto disjunctivum ἢ non reperiatur, qin præcedat ἤτοι. ex insequentibus itaqe sententiâ suppletâ; locum totum sic reconcinnat, ἤτοι γὰρ ἄλλυ ἔργυ στέρῃ, ὁπόταν μὴ τὴν ἀνάφοραν ἐπί τι κοινωφελὲς ποιῇ. ἢ περίεσι τὸ ὑπηρετῦν. *aut aliud qod agas, non haves, cùm relationem non facis ad aliqid in commune profuturam; aut qod ſervire debet in te dominatur.* περίεσι τὸ ὑπηρετῦν, *ſuperiores ſert, ſuperat.* Grammatici περιεῖναι περιγενέσθαι interpretantur. unde περιεῖναι τῆς πόλεως. *superare, expugnare urbem.* & περίεσεσθαι, περιγενήσεσθαι *superaturum esse.* Incertus avtor apud Svidam; ὅτε ἑτέρως περίεσεσθαι σφαληνῷ θερμῷ καὶ ἀμάχῳ παντάπασι. *Havd enim aliâ ratione ducem & ferocem, & prorſus invictum ab eo ſuperatum iri.* Accederem libens, nisi obstaret, qod de animæ statu post mortem sermo instituatur. itaqe ἐπέχω, animúsqe inclinat potiùs ad sententiam D. Bootii, si liberiùs refingendi detur licentia, ut legatur, ὅπερ εἰκὸς ὑπηρετεῖν. *qod inſervire æqum eſſet.* viderint alii.

Νῦς καὶ δαίμων] Vide *ſuprà ad l.* 2 §. 13.

Γῆ καὶ λύθρος] Vide *ad lib.* 2. §. 2.

§. 4. Ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις] Curiositatem coercet. ut *ſuprà l.* 2. §. 8, 13.

Ἤτοι γὰρ ἄλλυ ἔργυ στέρῃ — ποιεῖ ἀπορρέμβεσθαι τῆς τῦ ἡγεμονικῦ παρατηρήσεως] lego: ἤ τοι γὰρ ἄλλυ ἔργυ τήρησις, vel ἡ γὰρ τῦ ἄλλυ ἔργυ τήρησις. qanqam vir eruditus, qod suprà monuimus, antegressis ista interserit. At D. Bootius pro ἤτοι vult ἤδη legi. *debortatur,* inqit, *ab inqisitione in alienos mores. poterat aliqis qærere, qid in eo mali? occurrit, damnum eſſe præſentaneum; qia jam, eodem videlicet temporis ſpatio qo id facis, privaris ſive impediris ab alio opere. qod autem opus id ſit, mox declarat,* ἡ τῦ ἰδίυ ἡγεμονικῦ παρατήρησις. Verùm de istis aliorum judicium esto.

Τυτέστι, φανταζόμενος] σολοικοφανὲς sive ἀκαλλήλεον, καὶ ἀνακόλυθον esse videtur; qod locutionis genus apud avtores etiam celebriores occurrit qandoqe, atqe in hoc qasi tumultuario & αὐτοσχεδιαστικῷ scribendi genere jure veniam mereatur: in pagina Stoica præsertim; cùm his Chrysippus *de rhetor. l.* 1. permiserit, avtore Plutarcho *de Stoic. contract. c.* 25. καὶ σολοικισμὸς, ἐφ' οἷς ἄλλοι ἂν αἰσχυνθείησαν ὀκ ὀλίγοι, *etiam Solœciſmos eos admittere in ſcriptis ſuis, qorum alios havd pavcos diſpuderet.* Verùm sic Homerus *Il.* β'. *v.* 350.

Φημὶ γὰρ ἦ καταντῦσαι ὑπερμένεα Κρονίωνα, &c.
Ἀστράπτων ἐπιδεξί, ἐναίσιμα σήματα φαίνων.
Dico enim annuiſſe præpotentem Saturnium, &c.
Fulgurans ad dextram, javſta ſigna oſtendens.

Terent. *Eunuch. Act.* 5.

P. *Cur ergò in his ego te conſpicor regionibus?*
T. *Vobis fretus.* —

Idémqe

Nos omnes, qibus eſt alicunde objectus labor,
Omne qod eſt interea tempus, priuſqam id reſcitum eſt, lucro eſt.

Hujusmodi videntur esse in sacra pagina, illud Lucæ *Evang. c.* 22. *v.* 20. Τῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ ἐμῷ αἵματί μυ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. *Hoc poculum eſt illud novum pactum per ſanguinem meum, qi pro vobis effunditur.* Illud item Joannis *Apoc. c.* 1. *v.* 5. Καὶ ἀπὸ Ἰησῦ Χριστῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, &c. & mox. τῷ ἀγαπήσαντι, καὶ λύσαντι ἡμᾶς, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς. *Et à Jeſu Chriſto, qi eſt fidus ille teſtis, qi dilexit nos, & lavit nos, & qi fecit nos reges & ſacerdotes.* Sed & illud ejusdem *Evang. c.* 1. *v.* 14. Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτῦ, δόξαν ὡς μονογενῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. *Et ſpectavimus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre, qi plenus eſt gratia ac veritatis.* de qo tamen loco Beza videatur, qi prius membrum παρένθετον facit; & Heinsius ad Nonnum, qi cum Theophylacto πλήρη legit. Illud etiam Pavli *ad Coloſſ. c.* 3. *v.* 16. Ὁ λόγος τῦ Χριστῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλυσίως, διδάσκοντες καὶ νυθετῦντες ἑαυτύς. *Sermò Chriſti habitet in vobis copiosè, docentes & admonentes vos mutuò.* &c. Syntaxin deniqe huic geminam habes & *l.* 4. §. 48. ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, ὁ μὲν τῦτον κηδεύσας, &c. *Qi vice freqenti, alii alios ubi ſepelierint.* &c. & *l.* 8. §. 31. Αὐλὴ Αὐγύστυ, γυνὴ, θυγάτηρ — ὅλης αὐλῆς θάνατος. *Auguſti aula, uxor, filia — aula tota morti conceſſit.* Verùm potest istic, non parenthesis ab avtore, sed metathesis sive transpositio ab excriptore, subesse. atqe in hanc demum ipse partem propendeo; totámqe periochen ita existimo & esse concipiendam, & à Marco ipso fuisse conceptam: Μὴ καταιτρίψῃς τὸ ὑπολιπόμενον τῦ βίυ μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις. τυτέστι, φανταζόμενος τί ὁ δεῖνα πράσσει, καὶ τίνος ἕνεκεν, καὶ τί λέγει, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἡ γὰρ τῦ ἄλλυ ἔργυ τήρησις, ποιεῖ ἀπορρέμβεσθαι τῆς τῦ ἰδίυ ἡγεμονικῦ παρατηρήσεως. Ità concepto, tam in proclivi sunt omnia, qàm est imber cùm pluit.

Ποιεῖ ἀπορρέμβεσθαι] Ità *l.* 4. §. 22. μὴ ἀπορρέμβεσθαι. Vide

omne declinare: curiosum avtem & malignum multò magís. assvefacere verò te debes, ut ea duntaxat cogites, de qibus si qis subitò te reqisiverit, qid nunc in animo versas? liberè statim respondere qeas, istud vel illud. unde palam fiat extemplò, esse omnia apud te simplicia, benevoláqe animalis sicut socialis, & cogitationes omnes neglectim habentis, qæcunqe voluptatem avt luxum ullo modo respiciant; avt æmulationem etiam, avt invidentiam & suspicionem, avt aliud qidlibet, de qo proloqi pudeat, hoc te vel illud in animo habuisse. Vir ità compositus, qò minùs in optimorum numero censeatur, jam nihil est, cùm

ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περίπατειν, πολὺ δ' μάλισα τὸ ἀβίεργον, καὶ κακόηθες. καὶ ἑαυτὸν ἐφιστάνειν, μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω διανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μὴ παῤῥησίας ἀσχήμονα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ, καὶ τό. ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι, ὅτι πάντα [b] ἀπλᾶ καὶ ἡμερα καὶ [c] ζώῃ κοινωνικῇ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν, ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινος, ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας, ἢ ἄλλου τινος, ἐφ' ᾧ ἂν ἐρυθριάσειας ἐξηγούμενος, ὅτι ἐν νῷ αὐτὸ εἶχες. ὁ γάρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, [e] ἂν ἔτι ὑπερτιθέμενος τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι, ἱερεύς

a Inf. § 12. l. 12. § 4.
b L. 11. § 15.
c Inf. § 12. l. l. 6. § 47. 9. § 10.
d L. 5. § 16. 30. l. 9. § 9.
e L. 8. § 22.

ANNOTATIONES.

Vide *ad l.* 2. §. 7.

Τὸ εἰκῇ καὶ μάτην] Vide *l.* 2. §. 16.

Ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν] *in cogitationum serie.* ubi scilicet cogitatio cogitationem serit: prout usu venire solet.

Περιίσασθαι] *fugere, & declinare.* Xylander. qo sensu Pavlum vult usurpásse *ad Timoth. Ep.* 2. *c.* 2. *v.* 16. verbis illis; τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περίισασο. *Profanos illos de rebus inanibus clamores declina.* qo loco & Latinus interpres Vulgatus ità vertit, *Devita*: sicut & in illis *ad Tit. c.* 3. *v.* 9. Μάχας νομικὰς περίισασο. *Pugnas legales fuge.* An antiqi tamen avtores sic usi fuerint, nescire se profitetur. Cæterùm ex exteris, havd valdè antiqis tamen, loca suppeditant non pavca viri clarissimi Isaacus Casavbonus *ad Athen. l.* 15. *c.* 5. & Andreas Dunæus *ad Joannem Chrysostomum in Epist. ad Tit. Orat.* 6. & *ad Hebr. Orat.* 38. qibus τὸ περιίσασθαι significet, παραιτεῖσθαι, ἐκτρέπεσθαι, *vitare, fugere, fugiendo declinare.* Ego tamen in locis illis ex Apostolo productis malim τὸ περιίσασθαι in *cohibendi*, sive *coercendi* significatione sumere qomodo Beza & Stephanus reddidêre. qum utrumqe utrobiqe monet Apostolus & Timotheum & Titum, ut *vaniloqia profana* ille, *litigia legalia* ille, in aliis potiùs *compescat*, qàm ut ipse alteruter *devitet*. qod patet ex verbis ad Timotheum proximis *vers.* 17. alioqi τῷ παραιτεῖσθαι vocabulo utitur, ubi virum sanctum illum admonet, qid ipsi cavendum spernendúmqe velit. *Epist.* 1. *c.* 4. *v.* 7. & *Epist.* 2. *c.* 2. *v.* 23. Oecumenius utramqe significationem admittit, *in Epist. ad Tim.* περιίσασο, ἢ παραιτοῦ, ἢ περισσῶς ἴσασο, εἰς τὸ παῦσαι καὶ κωλῦσαι. Et *in ad Tit.* ὑποσελλισθαι καὶ παραιτεῖσθαι. De Apostoli loco qid sentiam dixi: de Marci loco isto Xylandro non invitus concesserim. Verùm de istis alibi fusiùs pleniúsqe ea disserui, qibus illic recitandis commentarium istum necessariò minùs nolim oneratum.

Μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω διανέροιτο] Vult nihil cogitari, qod proloqi pudeat pigeátve. cujus contrarium tangit notátqe in plerisqe *l.* 12. §. 4. Hoc avtem argumento sani nihil honestive Alcæum animo volutare Sappho concludit; qæ dicenti illi,

Θέλω τί τ' εἰπῆν. ἀλλά με κωλύει αἰδώς.
Dicere velim aliqid, præpediret ni pudor.

respondit, (Aristotele referente *Rhetor. lib.* 1. *c.* 9. Scaligero *ad Cirin.* restituente,)

Αἰ δ' ἰκέ σ' ἔτλων ἵμερος ἢ καλῶν,
Καὶ μηδὲν εἰκῇ γλῶσσ' ἐκύκα κακόν,
Αἰδώς κεν ἄχος σ' εἶχεν ὄμματ',
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῷ δικαίῳ.
At si boni qid cor tibi tangeret,
Nec turpe lingua suggereret malum,
Avdaciter absqe omni pudore
Prologereris honesta qavis.

Qod avtem de cogitatis illic Marcus noster, de eisdem Marcus alter *Offic. l.* 3. *Vir bonus, non modò facere, sed nè cogitare qidem qidqam avdebit, qod non avdeat pradicare.* Qin & de consultis idem *lib. eod. Ea deliberanda omnino non sunt, in qibus est turpis ipsa deliberatio. atqe etiam in omni deliberatione celandi atqe occultandi spes opinióqe removenda est.* De votis Persius, *Sat.* 2. *v.* 3, &c.

---- *non tu prece poscis emaci,*
Qa nisi seductis neqeas committere Divis,
Havd cuivis promptum est, murmúrqe humilésqe susurros
Tollere de templis, & aperto vivere voto.

Contrà scilicet qàm *bona pars procerum tacitá qa libat acerrá*; &, *Labra movet metuens avdiri* — ut Horatius *l.* 1. *Epist.* 16. Itáqe Pythagoras suos monebat, μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι, id est, *clarà voce precari.* Οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ὠιὸ μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαίειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλετο εἶναι τὰς εὐχάς. *Non qod existimaret Deum non posse audire eos, qi tacitè loquntur, sed qod justas vellet esse preces.* Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 543. *A.* Ità Seneca *Epist.* 10. *Tunc scito esse te omnibus solutum, cum eò perveneris, ut nihil Deum roges, nisi qod rogare possis palam. nunc enim qanta dementia est hominum? turpissima vota diis insusurrant: si qis admoverit aurem, conticescent, & qod scire hominem nolunt, Deo narrant.* Et mox: *Sic vive cum hominibus, tanqam Deus videat: sic loqere cum*

A *Deo, tanqam homines avdiant.* Respexit horsum Macrobius *Saturn. l.* 1. *c.* 7. ubi dixit: *Præceptum est philosophia: sic loqendum esse cum hominibus, tanqam dii avdiant; sic cum diis, tanqam homines avdiant.* Hinc Martialis *l.* 1. *epigr.* 40.

Si qis erit recti custos, imitator honesti,
Et nihil arcano qi roget ore deos.

De factis, vitáqe totâ, Seneca idem *Epist.* 43. *Tunc felicem te esse judica, cum poteris in publico vivere; cum te parietes tui tegent, non abscondent; qos plerumqe circumdatos nobis judicamus, non ut tutius vivamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam ex qa mores æstimes nostros. Vix qenqam invenies, qi possit aperto ostio vivere. janitores conscientia nostra, non superbia, oppositi sunt. Sic vivimus, ut deprehendi sit subitò aspici. Qid avtem prodest recondere se, & oculos hominum avresqe vitare? bona conscientia turbam advocat; mala etiam in solitudine anxia atqe solicita est. Si honesta sunt qa facis, omnes sciant: si turpia, qid refert neminem scire, cum tu scias: Oh te miserum, si contemnis hunc testem.* Idémqe *de vit. beat. c.* 20. *Populo teste fieri credam, qicqid me conscio* (excusi pessimè, *nescio*) *faciam.* Galen. *de affect. cur. c.* 5. Ἀνειρχθήτω σε ἡ θύρα διαπαντὸς τῆς διατρίβης. ἑξέστω τοῖς συνηθέστιν εἰσιέναι πάντα καιρὸν, ἢν ὅπως ἧς παρεσκευασμένος. δεῖ δὲ θαῤῥεῖν, ὡς ὑπὸ τῶν εἰσιόντων εὑρίσκεσθαι μηδενὶ καταλελειμμένον ἁμαρτήματι, ὡς δ' ἄλλοι πάντες; ἂν οἱ προελθόντες εἰς τὸ δημόσιον ἅπαντα πειρῶνται πράττειν κόσμια. ὅταν καὶ σὺ καλὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν πράττῃς. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν αἰδούμενοι τοὺς ἄλλους [τοῖς ἄλλοις f.] ἁμαρτάνουσι; τί φοβηθήναι, μόνος ἑαυτὸς ἂν αἰδεσθῆναι. σὺ δὲ σαυτὸν αἰδῇ μᾶλλον, πειθόμενος τῶν φάντων, Πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνου σαυτόν. *Pateat domus tua ostium familiaribus: qovis tempore liceat ingredi, si in hunc modum te compararveris. Qare fidas oportet tanqam ab introeuntibus nulli vitio insigni obnoxius esse maximè comprehendaris. Sed qemadmodum alii omnes in publicum progressi, omnia conantur facere ut decet, tu domi tua ita facias. Illos autem alios deprehendi errantes nonnihil pudet, semetipsos deprehendi non pudet. Tu verò præsertim qum admonearis peccati, erubescas, imò omnium maximè te tui pudeat.* De se deniqe fidenter satis, verè necne ipse viderit, profitetur Apulejus in *apologia. Nihil unqam cogitásse, qod eloqi non avderet; nullumqe suum factum vel dictum extare, de qo disserere publicè non possit.* Vide *ad lib.* 1. §. 3. & *infrà* § 7. & 15. & *l.* 6. § 16.

Εἴ τις ἄφνω διανέροιτο] Facit huc Zenonis monitum illud: Πάντα πράττειν, ὡς ἀπολογησομένους ὀλίγου ὕστερον παιδαγωγοῖς. *Omnia nos agere, qasi pædagogis paullo post responsuros.* Galenus *de affect. cur. c.* 3. De viro bono ac justo Cicero apud Lactantium *l.* 17. *c.* 24. *Itaqe talis vir, non modo facere, sed ne cogitare qidem qicqam avdebit, qid non avdeat pradicare.* Vide & qæ sequntur ibidem.

Ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων] Vide *infrà ad* § 6. ἀπολαύειν.

Οὐκ ἔτι ὑπερτιθέμενος τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι] Notat procrastinationem studii & conatûs ad optima enitendi, ut illic, ità *l.* 8. § 22. verbis illis. Μᾶλλον δὲ θέλεις ἀγαθὸς ἄφνιον γενέσθαι ἢ σήμερον εἶναι. *Qi bonus mavis cras fieri, qàm esse hodie.* Epictetus *Enchir. c.* 50. Ἐς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβολήν; τὸ τῶν βελτίστων ἀξιῶν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιροῦντα λόγον; *Qoisqe tandem differes præstantissima qæqe tibi vindicare, & nullatenus distinctionem rationis violare?* qo loco pro διαιροῦντα, αἱροῦντα legendum ex Marco monuimus, *ad l.* 2. § 5. Vide & Epicurum *Epist. ad Menæcum, ad l.* 1. § 4.

Ἱερεύς τις] Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 4. de Stoicis; Λέγουσι δὲ καὶ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφὸν, φαῦλον δὲ μηδένα. *Dicunt verò solum sacerdotem esse sapientem, malum vero neminem.* Porphyrius *de abstinent. l.* 2. § 49. Ὁ ὄντως φιλόσοφος, τῷ ὄντι πᾶσιν θεοῦ ἱερεύς. *Verè qi philosophus est, Dei altissimi sacerdos.* Ità viri sancti qiqe in pagina sacra nuncupantur, Βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ. *Reges & sacerdotes Deo. Apoc. c.* 1. *v.* 6. &c. 5. *v.* 10. &, ἱερεῖς τῷ Θεῷ, *Sacerdotes Dei ibid. c.* 20. *v.* 6. & ἱεράτευμα ἅγιον καὶ βασιλικὸν, *Sacerdotium sanctum & regale,* Petr. *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 5, 9. qod eodem recidit? ut eruditè docet Casavbonus *ad Athen. l.* 1. *c.* 9.

Καὶ ὑπουργὸς θεῶν] Ità Epictetus *l.* 3. *c.* 24. Diogenes, τοῦ Διὸς διάκονος. *Jovis minister.* Et viri boni, τῷ θεῷ διάκονοι καὶ μάρτυρες. *Dei ministri & testes. ibid. c.* 26. Et Galeno in

a Sup. § 3. Inf. § 5,6,7. 16. l. 2. § 13. 17.
b L. 2. § 16. 17.
c L. 5. § 16. l. 10. § 34.

ἵλεως ἢ ὑπαρχὸς ἦεν, [a] χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτῷ, ὃ παρέχεται τὸν ἄνθρωπον [b] ἄχραντον ἡδονῶν, ἄτρωτον ὑπὸ παντὸς πόνου, πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναίσθητον πονηρίας, ἀθλητὴν ἄθλου τοῦ μεγίστου, τοῦ ὑπὸ μηδενὸς πάθους καταβληθῆναι, δικαιοσύνῃ [c] βεβαμμένον εἰς βάθος,

deorum ſacerdos ac miniſter qidam exiſtat, eóque quod intra ſe gerit, numine ritè utatur. qòd hominem utiqe præſtet intaminatum voluptatibus, dolore omni illæſum, contumeliâ intactum, improbitatis nè ſentientem qidem; certaminis præſtantiſſimi, ne ab affectu ſcilicet ullo ſubvertatur, athletam; juſtitiâ penitus imbutum; ex animo

mo

ANNOTATIONES.

hortator. t. 5. ὕπαρχοί τινες καὶ ὑπηρέται τοῦ Θεοῦ. *Propratores qidam & Dei miniſtri.*

Τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ] Vide *ad l.* 2. § 17. & *infrà* § 15.

Πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναίσθητον πονηρίας] *Intactum à libidine, inſcium omnis malitiæ.* Xylander. ut ad ipſius affectum utrumqe referatur, & libidine omni & malitiâ alieni. Caſavbonus *immunem omni injuriâ*, ſive *contumeliâ, qam ipſe ſibi inferat*, ex *l.* 2 § 16. *incapacem mali ullius, ab aliis* ſcilicet *illati.* nevtrum ſatis arridet. Ego de *molitionibus alienis* utrumqe ceperim. ὕβρεως ἀνέπαφον, *injuriâ* ſive *contumeliâ intactus.* Siqidem injuria ad ſapientem non pervenit. Seneca *de conſtant. ſap. c.* 5. *Nulla ad ſapientem injuria pertinet. majore enim intervallo à contactu inferiorum abductus eſt, qàm ut ulla vis noxia uſqe ad ullum vires ſuas perferat. Ibid. c.* 4. ἀναίσθητον πονηρίας, *improbitatis*, alienæ ſcilicet, *ne ſenſu qidem ullo affectus*, hoc eſt, adverſus eam perinde affectus ac qi nè ſentiat qidem. πονηρίαν ſumit, qomodo ἁμαρτίαν Apoſtolus *ad Hebr. c.* 12. *v.* 4. ὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. *Nondum ad ſanguinem uſqe reſtitiſtis, adverſum peccatum decertando.*

Ἀθλητὴν ἄθλου τοῦ μεγίστου] Viros bonos, virtutiſqe ſtudioſos *athletas* nuncupari ſolenne eſt. Demoſthenes *contr. Ariſtogit.* τῶν καλῶν ἔργων ἀθλητήν. *Bonorum operum athletam.* Philo *de Joſeph. pag.* 530. *B.* Ἀθλητής εἰμι τῶν ἀθλητῶν. ἐκεῖ γεγύμνασται πολλαῖς κακοπαθείαις, ἁλόμενος, ξενιτεύων, θητεύων, ἀναγκαζόμενος, ἄχρι καὶ ψυχῆς ἐπιβουλευόμενος ὑφ' ὧν ἠκισ' ἐχρῆν. *Hactenus multos labores inopinatos exantlavi, in his miſeriis abunde ſum exercitus, errando, peregrinando, mercede ſerviendo, dura ferendo imperia, uſqe ad vitæ periculum exagitatus à qibus minimè oportuit.* Idémqe περὶ ἄθλων. *pag.* 911. *A.* Οἱ μὲν παρελθόντες ὡς εἰς ἱερὸν ἀγῶνα, ἀθλητὰς ἀρετῆς ἀνευρίσκουσι. *Qaſi ad ſacrum certamen invitati, probi virtutis athletas inventi ſunt.* Et monachos aſcetas, Ἀρετῆς ἀθλητὰς, *virtutis athletas*, appellat Theodoretus *hiſt. l.* 2. *c.* 20. Epictetus *l.* 1. *c.* 18. ἔστι μοι ἔτι ὁ ἀνίκητος ἀθλητής. *Hic mihi pugil eſt invictus.* qem & *l.* 2. *c.* 18. contendens cum aliis athletis; χαῖρε, πρᾳόδοξε. ὐχὶ τὰς σάτυρος τύτυς παίκλας (πύκλας legendum, niſi forſan per ludibrium ità nuncupare placuit) καὶ παγκρατιαστὰς, ὐδὲ τὰς ὁμοίας αὐτοῖς τὰς μονομάχους. *Salve admirande. Apage putidos iſtos pugiles, & qinqertiones, & ſimiles his gladiatores.* Salſe Diogenes apud Laërtium *l.* 6. §. 27. Περὶ μὲν τῦ παρορύτλειν καὶ λακτίζειν ἀγωνίζισθαι τὰς ἀνθρώπυς. περὶ δὲ καλοκαγαθίας ὐδέτερα. *De ſodiendo & calcitrando certare homines. ut autem boni & probi fierent curare neminem.* Leo etiam Spartanus, referente Plutarcho *Apophth. Lacon. pag.* 224. *E.* conſpicatus curſores circa carceres ſatagentes, alter alterum qi præverteret, Ὅρω μᾶλλον, inqit, ὅτι ὑμεῖς σπυδάζυσι περὶ τῆς ταχύτητος, ἢ περὶ τῆς δικαιοσύνης; *Qantò majus eſt curſoribus ſtudium de celeritatis, qam juſtitiæ laude.* Vide Platonem *Ep.* 4. *ad l.* 7. §. 51. Atqi, ut Philo de *provident.* apud Evſebium *præpar. l.* 8. *c.* 14. Μαθήτωσαν δὲ καὶ ὅτοι ἐπ' ἐυτονίᾳ πιφύσηνται, μὴ ὑψαυχεῖν, ἀπιδόντες εἰς τὰς τῶν ἀνημέρων καὶ ἀλιθάσων ζώων ἀμυθήτυς ἀγέλας, ἃις ἰσχὺς καὶ ῥώμη συγγεγένηται. τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων ἐσὶν, ἐπὶ θηρίων ἀρετᾶς, καὶ ταῦτα παρευημερυμένων ὑπ' αὐτῶν ἄνθρωπον ὄντα σεμύνισθαι. *Diſcant præterea, qicunqe ſirmitate corporis intumeſcunt, minus cervicem tollere, dum partim in cicures, partim in feras animantes illas intuentur, qæ nativo qodam robore antecellunt. Summa enim ſtultitia fuerit, hominem belluarum, qibus ipſe longè multúmqe concedat, viribus gloriari.* Itaqe Ariſtoteles *polit. l.* 8. *c.* 4. Τὸ καλὸν, ἀλλ' ὐ τὸ θηριῶδες, δεῖ πρωταγωνιστεῖν. ὐ γὰρ λύκῳ, ὐδὲ τῶν ἄλλων θηρίων τι ἀγωνίσαιτο ἂν ὐθένα καλὸν κίνδυνον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνὴρ ἀγαθός. *Honeſtas, non feritas eſt in certaminibus præferenda. neqe enim lupus, neqe alia beſtia honeſtum periculum pugnando ſubiret, ſed magis vir bonus.* Et Seneca *Ep.* 124. *Qid vires corporis alis & exerces? pecudibus iſtas majores ſerisqe natura conceſſit. —Vis tu, relictis in qibus vinci te neceſſe eſt, dum in aliena niteris, ad bonum reverti tuum? Qid hoc eſt? animus ſcilicet emendatus ac purus, amulator dei, ſuper humana ſe extollens, nihil extra ſe ſui ponens.* En tibi Marci noſtri ἄθλου μέγιστον. en ἄθλα μεγίστα ἀθλητῆ. Vin' tamen maximo iſto majus? Avdi Apoſtolum *ad Timoth. Epiſt.* 1. *c.* 6. *v.* 12. Ἀγωνίζυ τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως· ἐπιλαβῦ τῆς αἰωνίυ ζωῆς. *Decerta præclarum iſtud certamen fidei, apprehende vitam æternam.* Et *ad eundem, Ep.* 2. *c.* 4. *v.* 7. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. τὸν δρόμον τετέλεκα. τὴν πίσιν τετήρηκα. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. *Certamen illud præclarum decertavi. Curſum peregi, fidem ſervavi. Qod reliqum eſt, repoſita mihi eſt juſtitiæ corona,* & *ad Philipp. c.* 3. *v.* 14. Κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τῦ Θεῦ ἐν Χριστῷ Ἰησῦ. *Scopum verſus feror, ad præmium ſuperna vocationis Dei in Chriſto Jeſu.* Habes certamen præclariſſimum, & in exitu feliciſſimum. Indè Patribus antiqis Chriſtiani omnes, martyres cum primis, *Dei, Chriſti, fidei, pietatis athletæ* dicti.

Τῷ ὑπὸ μηδενὸς πάθους καταβληθῆναι] A luctatoribus tranſlatum vocabulum: de qo dicetur ampliùs, *ad l.* 7. §. 52. Vide & *ad l.* 7. § 61. Acutiſſimè pariter atqe elegantiſſimè Joannes Chryſoſtomus *in ad Epheſ. orat.* 22. *Edit. Commel. pag* 1185. Παλαίωμεν καὶ διαπαντὸς κατέχωμεν. ἂν παλαίοντες ἐξέλθωμεν, νενικήκαμεν. ὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν, ὅτως καὶ ἐνταῦθα. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἂν μὴ καταβάλῃς, ὐ νενίκηκας. ἐνταῦθα δὲ ἂν μὴ καταβληθῇς, καταβαλες. εἰκότως. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀμφότεροι ὑπὲρ νίκης σπυδάζυσι, κἂν ὁ ἕτερος σφαλῇ. ἐνταῦθα δὲ ὐχ ὕτως. ἀλλ' ὁ διάβολος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἥττης σπυδάζει. ὅταν οὖν αὐτὸν ἀφέλωμαι τῦτο ὑπὲρ ὃ σπυδάζει, ἐνίκησα. ὐ γὰρ ὥστε καταβαλεῖν, ἀλλ' ὥστε συγκαταβαλεῖν ἐπείγεται. αὐτὸς γὰρ ἤδη βέβληται. κεῖται ἐν τῇ ἀπωλείᾳ ἐσὶν. ἤδη οὖν νενίκηται. ὥστε ἂν μὴ καταβάλω, μὴ καταβληθῶ δὲ, νενίκηκα. *Luctemur, & nos contineamus. Si luctantes exceſſerimus, vicimus. Non enim ita habet hic, ſicut in athletis. Nam illic qidem niſi dejeceris, non viciſti. Hic autem viciſti, ſi non fueris dejectus. Si non es dejectus, dejeciſti. Et meritò. Nam illic qidem ambo contendunt de victoria: & ſi alter fuerit dejectus, alter coronatur. Hic autem non ſic, ſed diabolus contendit ut vos ſuperemini. Qando ergo id ei ademero, de qo contendit, vici. Non enim incumbit ut dejiciat, ſed ut ſimul dejiciat. Jam eſt ergo victus. Ipſe enim jam eſt dejectus, & eſt in perditione & interitu. Qamobrem ſi non dejecero, non fuero autem dejectus, vici.* Diogenes Olympionicam qendam conſpicatus in ſcortum qoddam oculos defixum, Ἰδὲ χριὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τυχόντος κεφασίᾳ τραχηλίζεται. *En arietem Martium, qomodo à vili puella proſternitur.* Laërtius *l.* 6. ſive, ut Plutarchus *de curioſitate.* Ὁρᾷς τὸν ἀθλητὴν ὑπὸ παιδίσκαριν τραχηλιζόμενον. *Videte athletam ab ancillula eliſum.* Idemqe in Iſthmiis coronam victoribus tribui ſolitam, tanqam ſibi meritò magis debitam poſcebat. Πολλῶς γε ἔστιν ἀνταγωνιστὰς νενίκηκα καὶ μεγάλως, ὐκ ὄια ταῦτά ἐσι τὰ ἀνδράποδα, τὰ νῦν ἐνταῦθα παλαίοντα καὶ δισκεύοντα καὶ τρίχοντα. τῶν παλαι δὲ χαλεπωτέρως, πενίαν, καὶ φυγὴν, καὶ ἀδοξίαν. ἔτι δὲ ὀργήν τε καὶ λυπὴν, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ φόβον, καὶ τὸ πάντων ἀμαχώτατον καὶ δυσμαχώτατον θηρίον, ὕπνον καὶ μαλθακὸν, ἡδονήν. ἢ ὐδεὶς ἕλε τῶν Ἑλλήνων, ὅλε τῶν Βαρβάρων ἄξιος μάχεσθαι καὶ περιεῖναι, τῇ ψυχῇ κραλήσας· ἀλλὰ πάντες ἥττηνται καὶ ἀπειρήκασι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῦτον, Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ Σύροι, καὶ Μακεδόνες, καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, πλὴν ἐμῦ. *Ego verò, inqit, multos & magnos antagoniſtas, non qalia hæc ſunt mancipia, qa jam hic luctantur, & diſcum jaciunt, curruntqe: ſed longè & omni ex parte ſæviores, nempe paupertatem, exilium, & contemptum: præterea & iram, & animi ægritudinem, & cupiditatem, & timorem, & inexpugnabiliſſimam omnium & ferociſſimam beſtiam, doloſámqe & mollem voluptatem qacum nullus Græcorum, neqe barbarorum dignus eſt pugnare, eámqe ſuperare, animi ſui imperium adeptus: verùm omnes ſubjacent, animumqe deſponderunt ad hoc certamen Perſæ, & Medi, Syri, & Macedones, Athenienſes, & Lacedæmonii, præter unum me.* Dio Pruſæus *orat.* 9. *pag.* 140. Magnificè admodum & glorioſè te prædicas, ô Cynice, verùm cogita tecum, qam turpe ſit, poſtqam hæc omnia ſuperaveris, à faſtu, qem Plato tibi non ſine cavſſâ objecerat, ſuperari; ut nè adjiciam, qam miſerandum ſit, poſt iſta omnia conculcata, diabolo mancipatum teneri.

Δικαιοσύνῃ βεβαμμένον εἰς βάθος] hoc eſt; qod Perſius *Sat.* 2. *verſ. penult.* dixit;

Compoſitum jus ſásqe animi, ſanctóſqe receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

ubi incoctum pectus, animus non leviter tinctus colore virtutis, ſed perfectè, & ut Græci dicunt, εἰς βάθος ac δευτεροποιῷ βαφῇ. Thomas Magiſter in *collectaneis.* Δευτεροποιὸς, ἢ εἰς βάθος βεβαμμένη βαφή. *Color penitus hærens, color altè tinctus.* ità Marcus iſtic: Et Plutarchus *de Stoic. contradict. cap.* 5. διὰ βάθους ἐγκεράννυσθαι τοῖς φυσικοῖς λόγοις. *Altè in phyſicas diſputationes penetrare.* Seneca *Epiſt.* 36. *Perſeveret modo colere virtutem, perbibere liberalia ſtudia; non illa, qibus perfundi ſatis eſt, ſed hæc qibus tingendus eſt animus.* Et *nat. qæſt. l.* 1. *c.* 3. *Purpura, intereſt, qamdiu macerata ſit;—ſapius merſa ſit & excocta, an ſemel tincta.* Idémqe *Epiſt.* 71. *Qemadmodum lana qosdam colores ſemel ducit, qosdam nisi ſapius macerata & recocta non perbibit: ſic alias diſciplinas ingenia, cùm accepêre, protinus præſtant; hæc niſi altè deſcendit, & diu ſedit, animum non coloravit, ſed infecit; nihil ex his qa promiſerat, præſtat.* Huic βαφῇ, qæ nunqam remittit, (unde δευτεροποιά τε καὶ ἀναπόνιπλα-

Ha-

ex animo prorſus amplexantem qæcunqe ex lege divina illi attributa contigerint. qi rarò admodum, nec citra magnam aliqam atqe in commune utilem occaſionem advertat, qid alius qiſpiam dicat, faciat, cogitet. ſuis enim duntaxat agendis intentus eſt; ſibíqe ab univerſo deſtinata cogitat aſſidué. & illa qidem honeſta præſtat, iſta optima eſſe perſvaſum habet. ſors enim unicuiqe aſſignata, & conducit ei, & in eum finem eſt eidem collata.

[a] ἀσπαζόμενον μὲν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα, καὶ ἀποτεμόμενα πάντα. μὴ πολλάκις ἢ, μηδὲ χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελοῦς ἀναγκης φαντασζόμενον, [b] τί ποτε ἄλλο λέγει, ἢ πράσσει, ἢ διανοεῖται. [c] μόνα γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει. καὶ [d] τὰ ἑαυτῷ ὁσιν τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ. κἀκεῖνα μὲν καλὰ παρέχει, [e] παῦτα ἢ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται. [f] ἡ γὰρ ἑκάστῳ νεμομένη μοῖρα συνεμφέρεταί τε καὶ συνεμφέρει. μέ-

a L. § 2 Inf. § 16. l. 4. § 1. 23. 25. 26. l. 10. § 11. l. 12. § 1. 3. 11.
b L. 2. § 8. 13.
c L. 7. § 67.
d L. 2. § 5.
e L. 10. § 1.
f L. 4. § 10. 13. l. 5. § 8. l. 10. l. 12. § 23.

ANNOTATIONES.

Hærens penitus & illustribilis Syneſio, *Ep.* 44.) contraria eſt ὑποσυφὴ, ex eadem tinctorum officina vox petita. (qò & Clemens *Strom. l.* 1. alluſit. ubi philoſophiam dicit εἰς παραδοχὴν τῆς ἀληθείας, *ad veritatis veraeqe virtutis tincturam ſuſcipiendam* hominum animos præparare, προϋπτῦσαι καὶ προσύφουσαν τὸ ἦθος, *mores præfigurando & præſubigendo*, qomodo lana ad colores imbibendos præparatur.) ἀρετῆς avtem ὑποσυφὴν Fabius *inſtit. l.* 10. *c.* 2. ſic expreſſit: *Non ſufficit imaginem virtutis effingere, & ſolam, ut ſic dixerim, cutem, vel potiùs illas Epicuri figuras, qas è ſummis corporibus dicit effluere.* Hæc ferè Caſavbonus ad Perſium. adjicias licet, opponi etiam huic βαφῇ δυσποιῷ colorationem illam, qam à ſole contrahere obſervat in eodem ambulantes Cicero *de orat. l.* 2. in cute tantùm & ſuperficie corporis exteriore exceptam, non ulterius altiúsve in interiora penetrantem. ὅ γὰρ ἀναγκαῖον τῶν τὴν χρόαν μελάνειν εἶναι πάντα μέλανα. *neqe enim neceſſe eſt, qi cutem nigram habent, reliqa omnia* (etiam interna) *pariter habere colorata.* Ariſtoteles *de gener. animal. l.* 2. *c.* 2. qo loco Herodotum refutat, qi *l.* 3. Æthiopum genituram nigram eſſe dixerat. Ità Plato *Epiſt.* 7. Οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξαις δ' ἐπικεχρωσμένοι, καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τῶ ἡλίῳ ἐπικεκαυμένοι. *At verò qi non ſunt revera ſapientiæ amatores, ſed opinionibus duntaxat extrinſecus colorati, inſtar eorum qi ſub ſole uruntur atque colorantur.* Nec ſileri digna ejuſdem illa *politic. l.* 4. *pag.* 637. qibus de fortitudine, ſed fuſiùs, gemina his qæ de juſtitia ſtrictim Marcus hìc, diſſerit; Οὐκοῦν οἶσθα ὅτι οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουληθῶσι βάψαι ἔρια, ἅσε εἶναι ἀλυργά, πρῶτον μὲν ἐκλέγουσιν ἐκ τοσούτων χρωμάτων μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν. ἔπειτα προπαρασκευάζουσιν ἐκ ὀλίγῃ παρασκευῇ θεραπεύσαντες ὅπως δέξωνται ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος. κἀ οὕτω δὴ βάπτουσι. κ' ὁ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, δυσποίοις γίγνεται τὸ βαφέν. κἀ ἡ πλύσις οὐτ' ἄνευ ῥυμμάτων, οὔτε μετὰ ῥυμμάτων δύναται αὐτῶν τὸ ἄνθος ἀφαιρεῖσθαι. ἃ δ' ἂν μὴ οἶσθα οἷα γίγνεται, ἐάν τέ τις ἄλλα χρώματα βάπτῃ, ἐάν τε κ' ταῦτα μὴ προθεραπεύσας, ὄλις ἔκλυτα κἀ γελοῖα; τοιοῦτον τοίνυν ὑπόλαβε κατὰ δύναμιν ἐργάζεσθαι καὶ ἡμᾶς, ὅτε ἐξελεγόμεθα τὴν σπουδαιότατα καὶ ἐπαιδεύομεν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ. καὶ μηδὲν οἷον ἄλλο μηχανᾶσθαι, ἢ ὅπως ἡμῖν οἷοί κάλλιστα τὸς νόμους πεισθέντες δέξοιντο, ὥσπερ βαφὴν, ἵνα δυσποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ περὶ δεινῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων, διὰ τὸ τὴν τε φύσιν καὶ τὴν τροφὴν ἐπιτηδείαν ἰσχυρέναι. καὶ μὴ αὐτῶν ἐκπλύναι τὴν βαφὴν τὰ ῥύμματα ταῦτα, δεινὰ ὄντα ἐκκλύζειν, ἥ τε ἡδονὴ, παντὸς χαλασραίας δεινοτέρα. ἔστα τοῦτο δρᾶν καὶ κονίας, λύπη τε καὶ φόβος καὶ ἐπιθυμία, παντὸς ἄλλου ῥύμματος. τὴν δὲ τοιαύτην δύναμιν καὶ σωτηρίαν διαπαντὸς δόξης ὀρθῆς ἀνδρείαν ἔγωγε καλῶ καὶ τίθεμαι. *Neſcis qod ſullones, qoties volunt lanas purpureo colore inficere, primò qidem ex tot coloribus album eligunt, deinde non mediocri operâ præparant, ut qàm maximè florem ſuſcipiant, atqe ita demum tingunt. Qod autem ita eſt tinctum, indelebile permanet, neqe ſolâ aqâ dilui, neqe etiam additis his purgationibus, qæ ad abſtergendum pertinent, aboleri flos ille coloris poteſt. Qæ autem non ita præparata ſunt, ſcis qalia evadant, ſeu aliis coloribus, ſeu iſtis tingat aliqis, qam minus antea excoluerint. Certè deformia ſunt, coloresque eorum facile diluuntur. Tale aliqid facere nos ſtuduiſſe pro viribus cogita, qando milites ipſos eligebamus, eoſqe in muſica & gymnaſtica exercebamus: atqe exiſtima nihil nos aliud excogitaſſe, qàm ut nobis qam optimè perſuaſi leges inſtar coloris cujuſdam imbiberent: adeò ut eorum opinio de rebus terribilibus deqe cæteris omnibus immobilis perſeveret, ex eo qod optimâ naturâ geniti fuerint, & decenti educatione nutriti, neqe tinctûram eorum delere valeant purgationes iſtæ ad diluendum vehementiſſimè: voluptas ſcilicet omni nitri acrimonia & calcis ad expurgandum acrior, dolor item, metus atqe cupiditas, omni alia purgatione ad abſtergendum potentiora. Hanc itaqe vim paſſim rectæ opinionis conſervatricem fortitudinem voco atqe aſſero* Virtus itaqe ubi penitiùs hoc modo ſe in animum induerit, qod de Muſica Aphrodiſenſis *problem l.* 1. *q.* 121. qaſi συνυφῆται τῇ ψυχῇ. καὶ φύσις καθίσταται, *natura vim obtinet*, ut Gregorius Nazianzenus *orat.* 13. *animúsqe in ea qa didicit, transfiguratur.* ut Seneca *Epiſt.* 6. & 94. Et *ſicut lanarum colores, qibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui non poſſunt*: Fabius *Inſtitut. l.* 1. *c.* 1. *nec illarum conchylia qisqam in priſtinum candorem revocet.* ità, *Difficulter eraditur, qod in hunc modum rudes animi perbiberunt.* Hieronymus *ad Lætam.* Itaqe *adverſus Rufinum* idem: *Si literas didiciſſes, oleret teſta ingenioli tui, qo ſemel fuiſſet imbuta. lanarum conchylia nulla aqa diluunt.* Et de talibus Gregorius Nazianzenus pronunciat ibidem, ἐργωδέστερον εἶναι τὸ μεταπεῖσαι, ἢ γενέσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀγαθόν. *In vitium labi difficilius erit, qàm ab initio bonum fieri.* Alluſit eodem & Plutarchus cùm in *Dione* de Dionyſio diceret, τὴν βαφὴν ἐκ ἀνιέντα τῆς τυραννίδος, ἐν πολλῷ χρόνῳ δυσποιὸν ὄσαν καὶ δυσέκπλυτον. *Non deponentem tyrannidis colorem multo tempore altè hærentem, & difficulter eluendum.* Attulit & Clemens *Strom. l.* 6. *pag.* 666. *B.* Καθάπερ γὰρ τοῖς ἐρίοις ἡ σύψις τῆς βαφῆς ἐμμείνασα, τὴν ἰδιότητα καὶ παραλλαγὴν πρὸς τὰ λοιπὰ παρέχει ἔρια. ὕλως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ὁ μὲν πόνος παρῆλθε, μένει. δὲ τὸ καλόν. καὶ τὸ μὲν ἡδὺ καταλείπεται, ἀναμάρτητα δὲ τὸ αἰσχρόν. αὕτη γὰρ ἑκατέρας ψυχῆς χαρακτηριστικὴ ποιότητος, ἀφ' ὧν γνωρίζεται. *Quomodo enim lana, qæ indita manſit tinctura, in reliqas qoqe lanas proprietatem transmittit & mutationem: ita etiam in animâ transit qid laborem, manet autem qod eſt bonum & honeſtum: & qod jucundum qidem eſt, relinqitur, qod turpe autem eſt abſtergitur. Hæ enim ſunt qalitates, qæ utrique animæ formam & characterem tribuunt, ex qibus cognoſcitur.* Qod non advertens eruditus interpres Hervetus, aliter longè accepit, qam avtor ipſe voluerat, & ac ſi lana colore aliqo intincta & imbuta, ad alias eundem transferre diceretur, cùm ille tincturæ moram diuturnam poſt operam in macerando tingendóqe inſumptam deſignatam vellet. Alluſiſſe videtur Muſonianum illud à Gellio *l.* 16. *c.* 1. laudatum. Ἂν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἂν τι ποιήσῃς καλὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. *Si qid feceris bonum cum labore, labor qidem tranſit, bonum autem manet: ſi qid feceris turpe cum voluptate, voluptas qidem tranſit, turpe autem manet.* Qod Cato in *oratione Numantia habita* ſic extulit. *Si qid vos per laborem rectè feceritis, labor ille à vobis citò recedet, beneſactum à vobis, dum vivitis, non abſcedet. ſed ſiqa per voluptatem neqiter feceritis, voluptas citò abibit, neqiter factum illud apud vos ſemper manebit.* Vide *ad l.* 5. §. 16. & *l.* 6. § 30. μὴ βαφῆς. & *l.* 10. §. 34. τῷ δεδευμένῳ.

Ἀσπαζόμενον ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα. Ità *l.* 2. § 17. & *infrà* §. 16. & *l.* 4. § 23, 25, 26. & *l.* 12. § 11. Vide & *l.* 4. § 31. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς.

Συνελωθόμενα] Vide *infrà* § 11, 16. & *l.* 4. § 26, & 34.

Κἀκεῖνα μὲν καλὰ παρέχεται] Ità Epictetus *Diſſert. l.* 4. *c.* 10. Ἀρκεῖ μοι, ὧν ἔχω ἐξουσίαν. ταῦτά με δεῖ κάλλιστα παρασκευάσαι. *Satis ea mihi ſunt qorum habeo poteſtatem. Hæc ita ſunt adminiſtranda mihi, ut qàm pulcerrima efficiantur.*

Ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται] ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιλελύμενα. *Ut qæ à mente præſtantiſſimâ regantur.* Epictetus *Enchir. c.* 38. Ità Charidemus Dionis Pruſæi *orat.* 30. Τὰ τῶν θεῶν ἔργα, δῶρα καλῶς ὀνομάζει (Hom. *Il. γ'. v.* 95.) ὡς ἅπαντα ἀγαθὰ ὄντα, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ γιγνόμενα. *Deorum opera rectè Deorum dona nominat, qòd omnia ſunt bona, boniqe alicujus gratiâ fiant.* Expreſſit qod Apoſtolus *ad Rom. c.* 8. *v.* 28. Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν. *Novimus autem iis, qi diligunt Deum, omnia ſimul adjumento eſſe ad bonum.* Vel Ezechiæ potiùs regis illud, Eſaiæ *c.* 39. *v.* 8. *Bonum eſt, qod locutus es, verbum Domini.* bonum eſt, qicqid Deus vult, qi ſummè bonus niſi bonum velle non poteſt. Vide *ad l.* 2. §. 11. & *l.* 4. § 10. & *l.* 6. § 44. & *l.* 9. § 35. & *l.* 10. § 1.

Ἡ γὰρ ἑκάστῳ νεμομένη μοῖρα] τὴν εἱμαρμένην five *fatum* cum Stoicis noſter paſſim inculcat. Vid. *l.* 5. § 8

Συνεμφέρεταί τε καὶ συνεμφέρει] locus mihi ſubobſcurus, eóqe magis qod vocabula à Marco hìc uſurpata, niſi ſint, qod ſuſpicari forſan qis poſſit, vitiata, nuſqam alibi deprehendiſſe meminerim. Xylander. *Et conſtat aliunde, & ſecum aliud adſert.* Verſio textu ipſo etiam obſcurior. Tentemus an è Marco ipſo elicere poſſimus mentem ejus. *L.* 12. § 23. Ἀγαθὸν δὲ, inqit, εἴ περ τῷ ὅλῳ καίριον, καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. *Bonum eſt, ſiqidem univerſo opportunum & conducens, & collatum,* vel *congruum.* Et *l.* 10. §. 20. Συμφέρει ἑκάστῳ, ὁ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. *Conſert cuiqe, qod ſert cuiqe natura univerſi.* Et *lib.* 4. § 9. Ἠνάγκασαι ἡ τῇ συμφέρουσῃ φύσει τοῦτο ποιεῖν. *Cogebatur hoc facere natura conducibilis,* vel *natura ea qa in commodum inferebat.* denique *l.* 5. § 8. formulas illas urget, à vulgari ſermone petitas, τοῦτο ἔφερεν αὐτῷ, *hoc illi tulit*: & τοῦτο τοῦτῳ ἐφέρετο, id eſt, συνετάττετο. *hoc illi latum,* id eſt, *præſcriptum eſt,* à medico nimirum, tanqam utile

&

a L.2.§1. μέμνηται ὅ, κ᾽ ὅλι [a] συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. κ᾽ὴ
Inf.§11. ὅλι [b] κήδεσθ᾽ μὲν πάντων ἀνθρώπων, κατὰ τὴν τὄ
b Inf.§6.l. §9.3.l.10. ἀνθρώπε φύσιν ἐσίν. δόξης ὃ ἀχὶ τῆς ὡδὶ πάν-
96. των ἀνθεκτέον, ἀλλὰ τῶν [c] ὁμολογεμένως τῇ
c L.1.§9. φύσει βιώντων μόνον. ὁι ὃ μὴ ἄτως βιῶν-
d L.9.§18. τες, [d] ὁποῖοί τινες ὅιχοι τε κ᾽ὴ ἔξω τῆς ὁικίας,
27.l.10.§ κ᾽ὴ νύκ᾽λωρ κ᾽ μεθ᾽ ἡμέραν. ὅσι μεθ᾽ ὅων φύρον᾽),
13.l.11.§ 18.

meminit etiam, cognatum eſſe rationale omne: & naturæ ipſius humanæ rationem ab unoqoqe hoc exigere, ut hominum qorumvis curam habeat. porrò nec à qibuſlibet exiſtimationem eſſe capeſſendam, ſed ab eis tantùm, qi naturæ conſentaneam vitam agunt. qi ſecius vivunt, qales ſint domi, qales foris, qomodo noctu, qomodo interdiu ſe gerant, qales cum qalibus volutentur, in

ANNOTATIONES

& ſalutare. &, de univerſi natura, imò Jove ipſo, *ἀκ ἂν τοιῦτό τι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. non tuliſſet ejusmodi aliqid, niſi univerſo id contuliſſet.* Illud itaqe forſan & hic voluit, *Et præſcriptum eſt*, à mundi nimirum adminiſtratore Deo; *& conducit etiam*: (ut idem ſit *τὸ συνεμφέρει*, qod *τὸ συμφέρει*) vel, *Et in nos infertur, & nos etiam ſecum fert*; eò nimirum qò deſtinamur. Senſum priorem ſecutus eſt Mericus Caſavbonus qi vertit, *& inevitabile eſt, eſt utile.* eodémqe faciunt, tum Marci ipſius verba proximè antegreſſa, *ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισαι.* tum & Sophoclis illud, *Oedip. Colon.*

Τὸ φέρον ἔκ θεῦ, καλῶς
Χρὴ φέρειν.
Qod fata ferunt,
Id ferre decet.

Grotius.ubi Schol. *ἐμμένειν παραινεῖ τοῖς ἐγνωσμένοις παρὰ θεῶν. φέρειν γὰρ, φησὶ, χρὴ τὸ ἐκ θεῶν εἱμαρμένον καλῶς.* Ad poſteriorem illud Palladæ, in antholog. *l.* 1. *c.* 13. Et Stobæus *tom.* 2. *tit.* 98.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρε. εἰδ᾽ ἀγαναιλεῖς,
Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Si te fata ferunt, ferto ſertorqe. gravatim
Si fers, te crucias; nec minus illa ferunt.

Vel ut Maximus exhibet *collectan. c.* 18.

Ὡς κε θέλει τὸ φέρον σε φέρειν, φέρε. εἰ δ᾽ ἀπιθήσεις.
Καὶ σαυτὸν βλάψεις, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Qò tua ferre volunt te fata, ferare. recuſas?
Te ladis; laſum ſic qoqe fata ferent.

Qod utrumqe in verſione ſua expreſſit elegantiſſimè Hugo Grotius;

Si qem ſors agat atqe ferat, ferat atqe feratur:
Ni ferat, & feret hunc ſors, magis & feriet.

Nec unqam ſatis prædicatum Cleanthis votum illud, qod *ἐπὶ παντὸς προχείρου*, *in qovis incepto* vult eſſe Epictetus *Enchir. c.* 52.

Ἄγε δέ μ᾽, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ᾽ ἡ πεπρωμένη
Ὅποι ποθ᾽ ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.
Ὡς ἑψομαί γ᾽ ἄοκνος. ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.
Duc me o Jupiter, & tu fatum,
Eò qò ſum à vobis deſtinatus.
Seqar enim alacriter. Qòd ſi noluero,
Et improbus ero, & ſeqar nihilominus.

Seneca ſic reddidit *Epiſt*, 107. & ex Seneca Avguſtinus de *Civit. Dei*, *l.* 5. *c.* 8.

Duc me, parens celſiqe dominator poli,
Qocunqe placuit, nulla parendi mora eſt:
Aſſum impiger. fac nolle. comitabor gemens:
Malúsqe patiar, qod bono licuit pati.

Vide *l.* 10. §. 28. Addo tertiam D. Bootii interpretationem, qi *τὸ συνεμφέρειν* in *accommodandi* ſenſu hîc ſumit, ut hoc ſit qod Marcus velit, *fatum & nobis accommodari, & facere etiam ut noſmet ipſos eidem accommodemus.* in qam ferè ſententiam Marcus *l.* 4. § 23. *Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοι εὐάρμοστόν ἐστιν, ὦ κοσμε. Qicqid tibi convenit, o munde, convenit & mihi. Et l.* 5. § 8. *Τὸ συμβαῖνόν σοι προσετάτλητό σοι, κ᾽ πρός σέ πως εἶχεν. Qicqid evenerit tibi, tibi coordinatum, & ad te qodammodo affectum ſit.* Et *l.* 3. § 16. *Ἀβιάστως τῇ ἑαυτῦ μοίρᾳ συνηρμοσμένον. Sponte ſuâ fato ſuo ſeſe accommodantem.* Et *l.* 7. § 57. *Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ συγκλωθόμενον. τί γὰρ ἁρμοδιώτερον. Qod à fato deſtinatum eſt tibi. Ecqid enim magis eſt congruum.* in hanc denique ſententiam qam proximè, *l.* 12. *c.* 1. *Σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε, καί σε τύτῳ. Cum & tibi hoc natura tulerit, & huic te.* Tu qiſqis es, qamcunqe ex iſtis ipſe volueris, amplectare per me licet; aut potiorem aliqam, ſi comminiſci potueris.

Συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν] *λογικῶν* appellatione Deum atqe Dæmonas ſimul cum hominibus intelligit. Iſtic avtem conjunctionis illius tantummodo meminit, qæ ratione prædita invicem aſtringit omnia. alibi ſæpius nexum & conjunctionem cum univerſo mundo inculcat; ut *l.* 2. § 4. Caſavbonus *ad Perſ. Sat.* 3.

Κήδεσθαι μὲν πάντων] *aliorum*, inqit, *curam gerere, eſt natura conſentaneum.* Ità *infrà* § 6. *τῶν ἀνθρώπων προκηδόμενον. Hominibus qibuſvis curam impendens.* & *l.* 9. § 3. *κήδεσθαι δεῖ. Oportet curare illos.* & contrà, *l.* 2. § 1. *τὸ ἀνθιπράσσειν παρὰ φύσιν. Adverſari præter naturam.* Impia itaqe, & humanitatem qaſi abjurantis & amolientis à ſe, Caini vox illa, *Numqid ego cuſtos ſum fratris mei? Gen. c.* 4. *v.* 9. Ad qæ verba Joannes ille *χρυσορρήμων in Gen. orat.* 19. cum Marco noſtro planè conſentiens; *Καί τοι εἴσοι καὶ ἀκολουθίαν ἅπαντα ἐπίπραχτο, καὶ καλὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἐχρῆν σε καὶ φύλακα εἶναι τῆς ἴδιε ἀδελφῆς σωτηρίας. τῦτο γὰρ ἡ φύσις ἐπέτρεπε. Et qidem*

omnia ex aqo congruè fecit, & ex naturæ lege oporteret te eſſe cuſtodem fraternæ vitæ. Hoc enim natura tibi demandavit. Et Ambroſius de *Caino & Abele l.* 2. *c.* 9. *Recuſat fraterna munus cuſtodia, qaſi exors natura.* Contrà Julianus Imperator de ſe *Epiſt.* 12. *Ἐπεὶ κ᾽ ἐγρηγορεῶς, ἀχ ὑπὲρ ἑαυτῦ μᾶλλον, ἢ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡςειλὼς, ἐγρήγορα. Qoniam cum vigilarem, non tam pro me ipſo, qàm pro cæteris omnibus, ut par erat, vigilavi.* De Demonacte Lucianus *pag.* 860. *φίλος μὲν ἦν ἅπασι. καὶ ὃν ἔσιν ὅν τινα ὃν οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἀνθρωπόν γε ὄντα. Amicus erat omnibus, nec fuit qiſqam qi homo eſſet, qem familiarem non exiſtimaret.* Ità Apoſtolus *ad Galat. c.* 6. *v.* 10. *Ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας. Simus benefici erga omnes.*

Facit huc & parabola illa Lucæ *c.* 10. qâ oſtendit D. Jeſus *τὸν πλησίον ἡμῶν, proximum nobis*, qemvis eſſe, cui, cùm ope noſtrâ indigeat, ſubvenire poſſimus.

Δόξης δ᾽ ὃχὶ τῆς παρὰ πάντων] Plato *Lachet. pag.* 481. *F. Οὐ μὴν τοί ὁ ἔπαινός ἐστι καλὸς, ὑπ᾽ ἀνδρῶν ἀξίων πιστεύεσθαι. Optima hæc laus eſt à viris fide dignis æſtimari.* Hector apud Nævium.

Lætus ſum laudari me abs te, pater, laudato viro.

Cicero *Tuſc. l.* 4. § 67. & *Epiſt. famil. l.* 5. *ep.* 12. & *l* 15. *ep.* 6. ubi ſubjungit: *Ea eſt enim profectò jucunda laus, qæ ab iis proficiſcitur, qi ipſi in laude vixerunt.* Idémqe Seneca explicans, *Epiſt.* 102. *Cùm Tragicus ille apud nos ait; Magnificum eſſe lavdari à lavdato viro; lavde digno, ait.* Et ibidem. *Claritas, bonorum virorum ſecunda opinio eſt. vel laus eſt à bono bonis reddita.* & mox, *claritatem* à *gloria* diſtinguens; *Gloria multorum judiciis conſtat, claritas bonorum.* Itaqe Lucilius *Sat.* 14. apud Nonium profitetur,

Pavcis ſe malle & ſapientibus eſſe probatum,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμενοῖσιν ἀνάσσειν.
Qàm omnibus mortuis conſumptis imperare.

Τῶν ὁμολογεμένως τῇ φύσει βιώντων] qod *naturæ convenienter vivere*, Flaccus, *l.* 1. *Epiſt.* 10. & Cicero *Offic. l.* 3. Idémqe *de Finib. l.* 3. *Congruenter naturæ convenientérqe vivere.* & *Tuſcul. l.* 5. *Congruere naturæ, cúmqe ea convenienter vivere.* Vide *ad l.* 1. § 9.

Οἱ δὲ μὴ ἄτως βιῶντες, ὁποῖοι] Idem ferè *l.* 9 § 18, 27. & *l.* 10. § 13. & *l.* 11. § 18. Cicero *pro domo ſua*: *Lavdatio hominis turpiſſimi, mihi ipſi erat penè turpis.* Seneca *epiſt.* 52. *Qid lætaris, qòd ab hominibus iis lavdaris, qos non potes ipſe lavdare?* Idem in *excerpt. Non poteſt ullam avtoritatem habere ſententia, ubi qi damnandus eſt, damnat. Malis diſplicere, lavdari eſt.* Bernardus *epiſt.* 248. *Non poteſt bonus non eſſe, qi bonis placet: nec minùs validum argumentum mihi videtur, qòd bonus ſit, ſi malis è regione diſpliceat.* At editor Lugdunenſis hîc negativam omiſit, in dictionis Marcianæ fravdem non ferendam.

Καὶ νύκ᾽λωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν] *noctúqe & interdiu.* ità Marinus in Proculo *c.* 3. *ad l.* 4 § 50. repræſentandus; *νύκτως τε καὶ μεθ᾽ ἡμέραν.* qo loco non erat, qod Heraldus *animad. in Iambl. c.* 4. ſcripturam editam ſubmoveret, & *μεθ᾽ ἡμέρας* ſubſtitueret. etenim *μεθ᾽ ἡμέραν* eſt *interdiu*, ut Marco iſtic, ità aliis paſſim. Ariſtophanes *Pluto* 4. 3.

Ὀιμοι τάλας ἀποδύομαι μεθ᾽ ἡμέραν.
Va miſero mihi, ſpolior iſtic interdiu.

Demoſthenes *in Midiam. Καὶ γὰρ ἐχθρὸς ἦν, καὶ μεθ᾽ ἡμέραν εἰδὼς ὕβριζεν. Et interdiu*, ſive *ipſa luce, ſciens prudénsqe contumeliâ afficiebat.* Polybius *l.* 1. *c.* 66. *Γενομένων δὲ πλειόνων ἀδικημάτων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν. Sed qum multa & noctu & interdiu maleficia ederentur.* & *c.* 84. *Ποτὲ μὲν μεθ᾽ ἡμέραν, ποτὲ δὲ νύκτωρ ἐπιφανόμενον. Modo interdiu, modò noctu ſuperveniens.* Plutarchus in *Publicol. pag.* 102 *C. Ὅσοι μεθ᾽ ἡμέραν τὰς Ῥωμαϊκὰς ὁρῶντας*, &c. *Id luce Romanis, qi convenerant, adſpicientibus*, &c. nihil tritius avt pervulgatius. Adjiciam tamen unum amplius locum ex Luciani *cataplo pag.* 442. qia ad Marci mentem facit. ibi Lychnus ſive *Lucerna*, Rhadamantho coram adverſûs Megapentheum teſtimonium perhibens; *Ἐγὼ τὰ μεθ᾽ ἡμέραν μὲν οὐκ οἶδα. ὃ γὰρ παρῆν. ἃ δὲ τῶν νυκτῶν ἐποίουν καὶ ἔπασχον, οὐκ ἂν λέγοιμι. Eqidem qæ facta ſunt interdiu neſcio: non enim adfui. ſed qæ noctu faceret vel pateretur, piget me dicere.*

Vide *l.* 10. § 13.

Οἷοι μεθ᾽ ὅων φύρονται] *ac qibus ſe hominibus admiſceant.* Xylander. Et poteſt reverâ ex neceſſitudinibus & familiaritatibus de hominum affectu conjectura ſæpenumero havd vana fieri. juxta illud Phænicis Evripidei, qod lavdant Æſchines *adverſ. Timarch.* Diodorus Siculus *l.* 12. & Plinius minor *l.* 4. *ep.* 27.

Ὅστις δ᾽ ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ,
Οὐ πώποτ᾽ ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐσθ᾽ ὅσοις περ ἥδεται συνών.
Si qis malorum paſcitur conſortio,

in

in memoria habet. itáqe lavdem illorum nihili pendit, qi nè sibi qidem ipsis placent.

§. 5. Neqe invitus qicqam agas, neqe societatis communis immemor, nec nisi re probè priùs exploratâ, aggressus, nec affectibus abreptus, sed nec sensus tuos exornet ser-

μεμνημένος. Διατελεῖ. a ὃ τοίνυν ἀδὴ τὸν ὦδὴ τῶν τοιούτων ἔπαινον ἐν λόγῳ πίθῃ, ὅιγε ἀδὴ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκωσιν.

§. 5. Μήτε b ἀκούσιος ἐνέργῃ, μήτε c ἀκριτώνητος, μήτε d ἀνεξέτασος, μήτε e ἀνθελκόμενος. μήτε f κομψείᾳ τῇ διανοίᾳ σε καλλωπίζέτω.

a L. 6. §. 37. l. 8. §. 52, 53. l. 9. §. 27.
b L. 5. §. 1.
c L. 2. §. 2.
d Inf. §. 6. l. 8. §. 2. l. 10. §. 37.
e L. 2. §. 2. l. 10. §. 36.
f L. 1. §. 7. 15. Inf. §. 8.

ANNOTATIONES.

Inqirere ultrà parco; compertum hoc habens,
Talem esse qemqe, qali amicitiá utitur.

Grotius. Cæterùm havd plenè satis Marci verba expressit is. pleniùs exactiùsqe Casavbonus *qales cum qalibus volutantur*, sive commiscendo sese invicem fœdant & inqinant. Est enim metaphora à limo lutóve, qod è terra fit, humido aliqo commaceratâ. unde & φύρεσθαι non est tantùm μίγνυσθαι, vel μαλάσσεσθαι, sed & μολύνεσθαι. &, φυρμὸς, ῥύπος, μίασμα, μολυσμός. Hesychius. unde forsan & nostrum, qo Casavbonus usus est hic. moisle. Vide *l.* 7. § 67.

Παρὰ τῶν τοιούτων ἔπαινον] Cicero *de fin. lib.* 2. *Nihil est turpius qàm sapientis vitam ab insipientium sermone pendere.* Idémqe *de Oratore perfect.* § 41. *Ego cùm à nostro Catone lavdabar, vel reprehendi me à cæteris facilè patiebar. Sic Socrates videtur testimonio Platonis aliorum judicia debere contemnere.* Seneca *Epist.* 52. *Qanta dementia ejus est, qem clamores imperitorum bilarem ex avditorio dimittunt?* Apud eundem Epicurus *Epist.* 29. *Nunqam volui populo placere. nam qæ ego scio, non probat populus; qæ probat populus, ego nescio.* Subjungit Seneca; *Idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. qis enim placere potest populo, cui placet virtus? malis artibus popularis favor qæritur. similem te illis facias oportet. non probabunt, nisi agnoverint. conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest.* Idem *Epist.* 92. *Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse voces imperitorum, qo ventre redditos crepitus. Qid enim, inqit, meá refert, sursum isti an deorsum sonent? Qanta dementia est vereri, nè infameris ab infamibus?* Epicuri illud ob oculos habuisse videtur Clemens, cùm ista scriberet, *Strom. lib.* 1. *pag.* 290. *D.* Οὐ ποτε ἀρα ὀρεκτέον τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν. ἃ μὲν γὰρ ἐκείνοις εὐδοκεῖν, ἐκ ἀσκοῦμεν ἡμεῖς. ἃ δὲ ἡμεῖς ἴσμεν, μαχρὰν ἐστι τῆς ἐκείνων διαθέσεως. *Multis ergò placere minimè est expetendum. Qæ enim sunt illis jucunda, nos non exercemus. Qæ nos autem scimus, procul sunt ab illorum affectione.* qi locus cùm corruptelæ manifestus sit, ità interpretari Herveto visum, ac si pro ἐκείνοις εἰδεῖεν, ἐκείνοις ἥδει. vel ἐκεῖνοι ἀνδάνει; legisset; Sylburgius ἐκείνης εἰδεῖμεν, ἀπτεῖν scilicet reponendum posse existimat; ut sit, *qæ nos novimus illos exercere.* mihi nevtrum satisfacit. forsan potiùs, ἐκεῖνοι εἰδεῖεν, *qæ illi norint*, ut in membro altero, ἡμεῖς ἴσμεν, *qæ nos scimus.* Vide *l.* 4. § 3.

Οὐδ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκοντες] Vide *l.* 8. §. 52, 53. Seneca *Epist.* 9. *Nisi sapienti sua non placent. omnis stultitia laborat fastidio sui.* Et *de tranqill. c.* 2. *Unus effectus est vitii, displicere sibi.* & *Epist.* 47. *Hoc habent inter cætera boni mores; placent sibi & permanent. Levis est malitia, sæpe mutatur, non in melius, sed in aliud.* Aristoteles item *Ethic. l.* 9. *c.* 4. Διαφέρονται ἑαυτοῖς οἱ φαῦλοι. καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται. *Pravi dissentiunt inter se, dum alia cupiunt, alia volunt.* Vide sis cætera.

§. 5. Μήτε ἀκούσιος] Apud Aristotelem *Rhetor. l.* 2. *c.* 24. nescio qis.

Εἰπερ γὰρ ἤδη τοῖς κακῶς δεδρακόσιν
Ἀκυσίους, δίκαιον εἰς ὀργὴν πιτεῖν.
Οὐτ' εἴγ' ἀναγκασθείς τις ἓν δράσῃ τινὶ,
Προσῆκόν ἐστι τῷ δ' ὀφείλεσθαι χάριν.
Si nostra in illum se ira non rectè ferat,
Qi non suá aliqid sponte commisit mali;
Nec qi coactus alteri benefecerit,
Ullum meretur avt honorem avt gratiam.

Grotius. Vide *l.* 4. §. 34. Avgustinus *confess. l.* 1. *c.* 12. & ex eodem Petrus Lombardus *sentent. l.* 2. *distin.* 40. §. 2. & Prosper *sent.* 172. *Nemo invitus benefacit, etiamsi bonum est qod facit.* Idémqe *in Joan. Evang. tract.* 43. *Qod qis invitus vel necessitate facit, non bene facit. Sapientem* verò *invitum nihil facere,* Stoicum dogma est. Cicero *paradox.* 5. *Soli hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil coactus.*

Μήτε ἀκριτώνητος] qod ubiqe damnat. Vide ad *l.* 2. §. 2. Gregorius Nazianzenus *in Basil. epitaph.* Μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκριτώνητον, μήτε τὸ πρακτικὸν ἀφιλόσοφον. *Nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio contemplatione careret.* Seneca *de beat. c.* 20. *Sic vivam, qasi sciam aliis me natum: & natura rerum hoc nomine gratias agam.* & *Ep.* 48. *Non potest qisqam beatè degere, qi sè tantùm intuetur, qi omnia ad utilitates suas convertit. alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Hæc societas diligenter & sanctè observanda est, qa nos omnes omnibus miscet, & judicat aliqod esse commune jus generis humani.*

Μήτε ἀνεξέτασος] Ità Basilius Cæsar. *Epist.* 44. ἀδὴν ἀνεξετάστως προσίεσθαι. *nihil non examinatum admittere.* Et

A *Epist.* 54. Πάντα μὲν λόγον, πᾶσαν δὲ πρᾶξιν καθήκουσαν περιεσκεμμένως ἐπιτελεῖσθαι. *Omnem qidem sermonem, & qamlibet competentem actionem circumspectè peragendam.* Vide & *infrà* §. 6. & *l.* 8. §. 2. & *l.* 10. §. 37. Idémqe *in Esajam.* & apud Simeonem Logothetam *Orat.* 21. *pag.* 159. *C.* Χρὴ δὲ, ὥσπερ δικαστὴν, τὸν λόγον τὴν ἀκριβεστάτην χώραν παρ' ἡμῖν λαχόντα, ἕκαστα κρίνειν καὶ ἐξετάζειν τά τε δικτία καὶ μὴ, καὶ συγκατατίθεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ ταῖς ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς μετὰ ἀκριβοῦς ἐπικρίσεως ἐπιτρέπειν. *Oportet igitur rationem supremum apud nos locum sortitam, veluti judicem, singula qaqe judicare atqe examinare, tum qa admittenda sunt, tum etiam qa minimè: atqe ea cum diligenti judicio assensionibus atqe approbationibus rerum, rectisqe animi consiliis discutienda permittere.* B Εὐεξαπάτητος γὰρ ἕκαστος, ἐν οἷς ἐστιν ἀπρόσκεπτος. *Facilè enim qivis decipitur in rebus antea non bene perpensis.* Galenus *hortat. c.* 6. Ità qe ἐκ τοῦ μὴ ἀνεξετάστου, τὸ ἀπρόπτωτον καὶ ἀνεξαπάτητον γίγνεται. *rebene exploratâ lapsu & seductione immunem esse.* de qo Marcus *l.* 7. §. 55. At contrà Apelles hæreticus referente apud Eusebium *hist. Eccles. l.* 5. *c.* 13. Rhodone, Μὴ δεῖν ὅλως ἐξετάζειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἕκαστον, ᾧ πεπίστευκε διαμένειν. *Non esse omnino examinandam fidem; sed unumqemqe in eo, qod semel imbibisset, perstare oportere.* qod est prorsus interdicere homini, animal nè sit rationale, saltem nè ratione, qâ C eum conditor Deus instruxit, utatur. nec multùm abscedunt avt superstitiosi Jvdæuli, qi, ut refert Hieronymus à sancta fide in *Hebraomastig. l.* 2 *c.* 2. ex Mosis verbis *l.* 5. *c.* 17. *v.* 11. perperam acceptis, tradunt, qòd, *si sapientes dixerunt tibi, dextram esse sinistram, vel contrà, credi servarique debeat:* avt supercilioši Jesuitæ, qi, referente Pavlo Soarpio in *Histor. de Interdict. Pavli* 5. *adv. Venet. l.* 2. in *Regulis* Patavii relictis ann. 1606. *reg.* 3. asserunt, *Si Pontifex Romanus nigrum esse definierit, qod oculus album esse renunciaverit, avt vice versâ, illius definitioni esse acqiescendum.* atqi hoc est etiam oculos hominibus eruere, non rationis tantùm usum eripere.

D Μήτε ἀνθελκόμενος] *neqe patere te retrahi* Xylander. *nec cum reluctatione* Casavbonus. Malim, *neqe affectibus abreptus.* qod Jacobus Apostolus *c.* 1. *v.* 14. ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος. *Dum à propria cupiditate abstrahitur.* Et Marcus *infrà* §. 15. ὀρμητικῶς τετροσπασθέντος. *Affectibus tanqam fidiculis agitatus.* Eodem vocabulo usus est Plato *leg. l.* 1. *pag.* 782. *B.* τὰ πάθη σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀνθέλκουσι. *Affectus nos trahunt & retrahunt.* Vide *l.* 2. §. 2.

Μήτε κομψείᾳ] Ità §. 8. ἀδὲ κομψόν, *neqe affectatum.* & *l.* 4. §. 51. καὶ τῆς κομψείας, & ostentatione. & ἄκομψον. *l.* 6. §. 38. qæ περὶ τὸ φιλοπαίκτης καὶ χαριέντως, *de jocorum amante &* E *faceto* usurpari monet Pollux *l.* 5. *c.* 45. Aristophanes *nubib.* 2. 1.

Πρῶτον μὲν εἶναι κομψὸν ἐν συνουσίᾳ.
Primò qidem ut sis lepidus in congressibus.

Idem *avib.* 1. 3.

Μὴ γὰ νόημα κομψότερον ἤκουτά πω.
Noema nunqam audiveram elegantius.

Ubi Schol. κομψεία, ἁλαφρία, ἀστειότης, *festivitas, urbanitas.* Evripides apud Aristotelem *Polit. l.* 3. *c.* 4.

Μή μοι τὰ κομψ', ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ.
Speciosa mitte; prome qeis urbi est opus.

F Grotius. Aristoteles *de Cœlo l.* 2. *c.* 13. κομψῶς μὲν, ἐκ ἀληθῶς δὲ. *arguè qidem, havd verè tamen.* In sermonis avtem elegantia avt festivitate studium poni Marcus alibi vetat. Vide *l.* 1. §. 7. ἀστειολογίας. & *l.* 8. §. 30. περιεργῶς. Plato in *politic. pag.* 531. *B.* Κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν, πλυσιώτατος εἰς τὸ γῆρας ἀναφαίνοις φρονήσεως. *Si verborum curiositatem vitabis, evades in senectute admodum sapientior.* Latiùs tamen extendit idem *Epist.* 10. Τὸ γὰρ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιὲς, τοῦτο ἐγὼ φημι εἶναι τῇ ἀληθινῇ φιλοσοφίαν. τὰς δὲ ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τετυμένας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας δίμαι προσαγορεύων, ὀρθῶς ὀνομάζειν. *Nam firmitatem, fidem, sinceritatem veram esse philosophiam existimo. Alias vero & ad alia declinantes scientias & facultates si qis ornamenta dixerit, rectè, ut arbitror, appellabit.* Aliud G est τὸ κομψόν *l.* 8. §. 34. Seneca *Ep.* 115. *Oratio vultus animi est: si circumtensa est & fucata, & manufacta, ostendit illum qoqe non esse sincerum, & habere aliqid fracti. non est ornamentum virile, concinnitas.* Sed de sententiarum potiùs ratione Marcus istic. Cæterùm, μήτε κομψείαν τὴν διανοίαν σε καλλωπιζέτω, Xylander cùm reddidit, *nè in cogitationibus tuis affectatam sectéris*; à Marci mente nimiùm qantum recessit. διανοίας σχήματα, sive *figura sententiarum* rhetoricæ magistris qid sint, docet Fabius *instit. l.* 9. *c.* 1.

a L. 1. §. 5. ζῆσω. μήτε πολυῤῥήμων, μήτε [a] πολυπράγμων.
l. 4. §. 24.
b Supr. §. 3. ἴσθι. ἔστι γὰρ [b] ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔτι κρείττων ζώου
l. 12. §. 26. [d] ἄῤῥενος, καὶ πρεσβύτου, καὶ πολιτικοῦ, καὶ Ῥωμαίου,
c L. 5. §. 27. καὶ ἄρχοντος, ἀναλελυχότος ἑαυτὸν, ὅστις ἂν εἴη
d L. 2. §. 5. τις [e] παρεμένων τὸ ἀνακλητικὸν ὅταν ἐκ βίου [*] ἴυλυ[σ]ος.
e L. 9. §. 3.
l. 11. §. 3. 20.
* ἰυλύτως f.
ut Inf. §. 7.
& l. 8. §. 33.
Inf. §. 16.

monis elegantia; nec dictionis multæ fueris, nec negotii multi avidus. faxis verò, ut qi in te resîdet Deus, præsès sit animantis masculi, ætate provecti, reipub. studiosi, Romani, principis; qi ità se composuerit, ut qi promptus decedere, classicum duntaxat, qo è vita avocetur, expectet. qi-

ANNOTATIONES.

Πολυῤῥήμων] Epictetus *Enchir. c.* 32. §. 1. Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἴσω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ ὀλίγα. *Ac majori quidem ex parte silentium præstetur: aut necessaria dicantur, eáque paucis.* Juvenalis *Sat.* 2. *v.* 14.

Rarus sermo illis, & magna libido tacendi.

Πολυπράγμων] Vide *l.* 4. §. 24. De sapientibus ex Stoicorum sensu Laërtius *l.* 7. *c.* 118. in *Zenone.* Ἀπράγμονάς τε εἶναι. ἐκκλίνειν γὰρ τὸ πράττειν τι παρὰ τὸ καθῆκον. *Esse à negotiis remotos. Cavere enim ne qid præter officium faciant.* Plutarchus *de Stoic. contrad. c.* 16. ait, Chrysippum *vitarum l.* 4. τὸν σοφὸν λέγειν ἀπραγμονάτε καὶ ἰδιοπράγμονα εἶναι. *Sapientem cum otiosum esse, tum negotia sua tractare.* Verba Chrysippi; Οἰμαι γὰρ ἔγωγε τὸν φρόνιμον καὶ ἀπράγμονα εἶναι, καὶ ὀλιγοπράγμονα, καὶ τὰ αὑτοῦ πράττειν. ὁμοίως τῆς τε αὐτοπραγίας, καὶ ὀλιγοπραγμοσύνης αἱρεῖσθαι ὄντων. *Censeo enim ego prudentem & curare negotiis, & pauca habere negotia, & suas res agere: cum & suarum rerum tractatio & paucarum perinde suns elegantes.* Idem *lib. de eligend. propt.* Σε τῷ γὰρ ὄντι φαίνεται ὁ καλὰ τὴν ἡσυχίαν βίος ἀκίνδυνόν τι καὶ ἀσφαλὲς ἔχειν. ὃ πάνυ τῶν πολλῶν δυναμένων τοῦτο συνιδεῖν. *Videtur enim revera otiosa vita periculis vacare & in tuto versari: etsi hoc pauci perspiciant.* itaqe Tertullianus *de pall. c.* 5. non *Epicuros* tantùm, sed & *Zenonas, quietis magisterium* dicit. Qanqam Tigellinus impurus ille Neronis palpo, apud Tacitum *annal. l.* 14. Stoicæ sectæ objicit, qod *turbidos & negotiorum appetentes faciat.* Siracides *c.* 38. *v.* 25. Ὁ ἱλαρυόμενος πράξει αὐτὸ, καὶ σοφισθήσεται. *Qi parum attendit actioni suæ, non efficietur sapiens.*

Ὁ ἔνδον σοι θεός] Mentem nunc *dæmonem*, ut *l.* 2. §. 13. & *infrà* §. 6. nunc & *Deum* dicit, ut hoc loco, sic *l.* 12. §. 26. Ὁ ἐκάστου νοῦς θεός. *Mens cujusqe Deus est.* ibi plura vide.

Προστάτης] Ità *l.* 5. §. 27. προστάτην καὶ ἡγεμόνα. *præsidémqe ducémqe.*

Ἄῤῥενος] Vide *lib.* 2. §. 5. De Zenone apud Laërtium *l.* 2. Zenodotus:

Ἄῤῥενα γὰρ λόγον ἔυρες —
*Masc*ula enim verba invenisti —

vel

Masculam enim vitæ rationem tu reperisti.

Et Seneca *Epist.* 33. *Totus contextus illorum virilis est.* Apud Persium *Sat.* 5. *v.* 144. *Masculam bilem.* id est, *Masculum animum criminis loco luxuria objicit juveni in suis castris militanti.* Casavbonus ibi.

Ἀναλελαχότος] *qi se ità comparaverit* Xylander. vel *composuerit.* Ἀναλάξασθαι, ἐυτρεπίσασθαι. Ἀναλάξασθαι, *parare.* Hesychius & Svidas.

Περιμένων τὸ ἀνακλητικόν] Transl*a*tum videtur à re militari: qod & Svidas censet, ubi locum hunc lavdat, nisi qòd τὸ ἀνακλητικὸν illud esse *classicum* existimet, *qo εἰς πόλεμον οἱ ῥάθυμοι ἀνακαλοῦνται, ignaviores ad prælium in eundem incitantur*; cùm sit potiùs, ut Budæus, *qo receptui signum datur, & à pugna, fusorúmve prosecutione milites revocantur.* qomodo Plutarchus in *apopth. Lacon. pag.* 236. *E.* Ἄλλος ἐπὶ παραλάξεως τῷ πολεμίῳ τὸ ξίφος καθαίρειν μέλλων, ἐπεὶ τὸ ἀνακλητικὸν ἐσήμηνεν, ἐκέλευσε καθῆνεγκε. *Alius in prælio gladium hosti jam incussurus, qum audiret receptui cani, ictum non intulit.* qod idem & de Chrysanta Persa narrat, in *collatione Pelopidæ & Marcelli pag.* 317. *D.* & in *capit. Rom. qæst.* 39. à Cyro eo nomine lavdato; ex Xenophontis *ped. l.* 4. Ità & Pollux *onomast. l.* 1. *c.* 10. §. 19. ubi τὸ εἰς ἔφοδον opponit τῷ ἀνακλητικῷ. Et clariùs adhuc *l.* 4. *c.* 11. παρακελευσικὸν δὲ, τὸ καλὰ τὴν τῆς μάχης συμβολήν. ἀνακλητικὸν δὲ, τὸ ἐκ τῆς μάχης ἀνακαλεῖν. *Adhortatoria verò, qa in pugna conflictu fit. Receptus autem signum, qod è pugna revocat.* Ità Diodorus Siculus *l.* 17. *c.* 7. Ἀνεκαλέσατο τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας. *Signo milites revocavit.* & Polybius *l.* 1. *c.* 45. Ἀνακαλεῖσθαι τοὺς ἑαυτοῦ παρήγγελε τοῖς σαλπισταῖς. *Tubicines receptui canere jussit.* Plutarchus in *Fabio pag.* 181. *B.* Τῇ σάλπιγγι σημῆναι ἀνάκλησιν. *Et signo receptui dato.* qod Synesius *in Calvit. p.* 80. *A.* Κελεύει ἀνακληθῆναι τὸν ἠχῆσαι τὰς σάλπιγγας. *Classico receptus cani jubet.* Sed & Longus *Pastoral. lib.* 4. *pag.* 125. de caprario, cujus canibus capræ assveverant: Πρῶτα μὲν ὀλίγον ἐνέπνευσε, καὶ αἱ αἶγες ἔστησαν, τὰς κεφαλὰς ἀράμενα. εἶτα ἐνέπνευσε τὸ νόμιον, καὶ αἱ αἶγες ἐνέμοντο κάτω. αὖθις λιγυρὸν ἔδωκε, καὶ ἀθρόαι κατεκλίθησαν. ἰσύριστί τε καὶ ὀξὺ μέλος, αἱ δὲ, ὥσπερ λύκου προσιόντος, εἰς τὴν ὕλην καλέφυγον. μετ' ὀλίγον ἀνακλητικὸν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξελθοῦσαι τῆς ὕλης, πλησίον αὐτοῦ, τῶν ποδῶν συνέδραμον. *Primum exilem inflando edidit sonum, & steterunt arrectis capitibus capræ. Deinde pastoralem cantum, qo ad pastum invitabantur, & capræ in terram pronæ per herbas pascebant. Iterum sonum edidit acutum, & conserta procubuerunt. Cantum etiam acutum dedit fistula: & illa, non secus ac lupo irruente, ad sylvam confugere. Paulò post receptui signum dedit, & illa egressa nemore prope ad pedes illius concurrerunt.* Sed & apud eundem *l.* 1. *pag.* 16. Dorcona pelle lupinâ invadentes canes ἀνακλήσει συνήθει ἡμερῶσαι, *receptui canens de more sedasse* Daphnis fertur. Idémqe *l.* 2. Λαβὼν τὴν σύριγγα, συρίζει γοερὸν, ὡς ἐρῶν. ἐρωτικὸν, ὡς πείθων. ἀνακλητικὸν, ὡς ἐπιζήλων. *Fistulâ acceptâ flebilem ut amans edebat cantum, amatorium veluti ad amorem alliciens, revocatorium instar requirentis.* Eodem respexit Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 29. Ἐὰν δ' ὁ θεὸς σημήνῃ τὸ ἀνακλητικὸν, ὡς τῷ Σωκράτει, πείθεσθαι δεῖ τῷ σημαίνοντι, ὡς ἐρωτῶντι. *Si verò Deus receptui cecinerit, qemadmodum Socrati, parendum erit ei tanqam Imperatori.* Idem *l.* 3. *c.* 13. Ὅλως δὲ μὴ παρέχῃ τἀναγκαῖα, τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνει, τὴν θύραν ἤνοιξε, καὶ λέγει σοι, ἔρχου. *Cum verò ea, qibus opus est, non suppeditat, receptui canit, januam aperuit, teqe vertere jubet.* Et *c.* 26. Τί οὖν, ἐὰν μὴ παρέχῃ τροφάς; τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὡς ἀγαθὸς στρατηγὸς, τὸ ἀνακλητικόν μοι σεσήμαγκε; πείθομαι, ἀκολουθῶ, ἑτοιμάζομαι, ὁμοίως οὐδὲ τὰ ἔργα. *Qid ergo cum victum non præbet? Qid verò, nisi, ut Imperator bonus, receptui mihi cecinisse? Pareo, sequor, collavdo Imperatorem, facta ejus prædico.* Et *c.* 24. Ἂν μ' ἐκεῖ πέμψῃς, ὅπου καλὰ φύσιν διεξαγωγὴ ἔστιν ἀνθρώπων, ἕτοιμός εἰμι. ἀλλ' ὡς σοῦ μοι σημαίνοντος τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ ἀπολείπω σε. ἐπισθάνομαι ὅτι μοι χρεία ἐκ ἔχεις. *Si eò me miseris, ubi homines secundùm naturam vivere nequeunt, non contra imperium tuum discedam; sed tanqam te receptui mihi canente non te deseram. Animadverto tibi operâ meâ non esse opus.* Potest & à re navtica sumptum videri. qâ imagine eâdem ferè in argumento eodem usus est Epictetus *Enchir. c.* 7. Καθάπερ ἐν πλῷ, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργον, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξῃ ἢ βολβάριον, τετάσθαι [al. τετῆσθαι] δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπισκέπτεσθαι, μή τοι σί γε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφέντα, ἵνα μὴ δεδεμένος εἰσβληθῇς, [ἐκβληθῇς vulg. perperam.] ὡς τὰ πρόβατα. ὕτω καὶ ἐν βίῳ, ἐὰν δοθῇ σοι ἀντὶ βολβοῦ καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει. ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῆς ποτε τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς. *Qemadmodum in navigando subducto navigio, si aqatum exieris, obiter fortassis etiam cochleolam colliges, ave bulbum: animo autem in navigium intento esse oportet, ac continenter sollicito, ne gubernator vocet: ac tum illa omnia relinqere, ut ne vinctus, tanqam oves, in navim conjiciaris. Ita etiam in vita, si tibi vice cochleæ aut bulbi detur uxorcula & puer: nihil impediet. At si gubernator vocârit, curres ad navim, relictis illis omnibus; neqe respicies. Qòd si senex es, cave unqam nave recedas longiùs; ne qando vocatus deficias.* Vide ad *l.* 9. §. 3. & *l.* 11. §. 20. qo loco, qod ἀνακλητικὸν istîc, ἐνδότιμον idem dici videtur.

Sed qomodo colaber non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit: sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, & qi sperasit modica, pavlatim decidet. Idemqe *homil.* 42. *Vel levia, vel minuta nè contemnantur. de minutis gustis flumina implentur, per angustas rimulas insudat aqa, navis impletur; & si negligatur sentina, mergitur navis. Qid avtem interest ad navsragium, utrùm uno grandi fluctu navis operiatur, an pavlatim subrepens aqa in sentinam, & per negligentiam derelicta atqe contempta impleat navem atqe submergat?* Idem *Epist.* 108. Et *in Joan tract.* 12. *Etiam minuta si negligantur, occidunt. minuta sunt gusta, qa flumina implent. minuta sunt arena grana; multa tamen imposita premit & opprimit. hoc facit sentina neglecta, qod facit fluctus irruens. pavlatim aqa per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhavriendo mergit navem.* Videri non indignus idem *in Orat. dominic. & in Psal.* 118. *conc.* 3. & *de diversf. serm.* 12. & 34. & *in Psal.* 39: & Ruffinus *ibidem.* Accedit qod de *peccatorum paritate* differunt Stoici. Cicero *Paradox.* 3. *Est peccare qasi transilire lineas. qod cùm feceris, culpæ commissa est: qàm longè progrediare, cùm semel transieris, ad avgendam transeundi culpam nihil pertinet.* Nec abnuit Demosthenes *Philipp.* 3. Τὸ δὲ ἐνοχεῖς καὶ τὸ δίκαιον, ἂν τ' ἐπὶ μικρῷ τις, ἂν τ' ἐπὶ μείζονι παραβαίνῃ, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. *Sed jurisjurandi religio & justitia, sive in parvis, sive in magnis rebus violetur, eandem utrumqe vim habet.* Certè qod Joannes Chrysostomus *in Act. Orat.* 24. *pag.* 236. *C.* Ἐν λύρᾳ παναρμονίῳ καὶ ποικίλως ἐσκευασμένῃ, ἂν ἀμεληθῇ τὸ τυχὸν, τὰ πᾶν ἠμέληται καὶ διέφθαρται. *Sicut in lyra maximè consona, & vario modo facta, si qid fortè neglectum fuerit, totum neglectum erit ac corruptum.* Clavdantur ista monito illo Hippocratico, qod tam in re *Ethica* qàm in *Medica* est observatu dignissimum, Μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπεροφῶν. *Nihil frustra esse putare, nihil contemnere. Epidem. l.* 6. *c.* 7. §. 17.

Ἑλοῦ τὸ κρεῖττον] Pythagoræ monitum; ἑλοῦ βίον ἄριστον· ἡδὺν δ' αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. *Vitam delige optimam, dulcem eam consuetudo efficiet.* Plutarchus *de sanit. & de tranqill. & de Exil.* Galenus *de affect. dignosc. & cur. c.* 6. Stobæus *tom.* 2. *tit.* 29. Qod Seneca *de vit. beat. c.* 8. *Præceperunt veteres, optimam seqi vitam, non jucundissimam: ut rectæ ac bonæ voluntatis, non dux, sed comes voluptas sit.* Basilius Cæsar *Orat.* 24. *pag.* 584. *C.* Μηδὲ ὅλι χαλεπὰ ταῦτα καὶ πόνυ δύμενα, διὰ τῦτ' ἀποκνήσωμεν. ἀλλ' ἀναμνησθέντες τῦ παραινέσαντος, ὅλι δέοι βίον μὲν ἄριστον ἕκαστον προαιρεῖσθαι, ἡδὺν δὲ προσδοκᾶν τῇ συνηθείᾳ γενήσεσθαι, ἐγχειρεῖν τοῖς βελτίοσις. *Nec ista ut ardua ac difficilia servatu detrectemus: sed memores cum simus ejus qi admonuit oportere qemqe optimam eligere vitam, & sperare consvetudine ipsam jucundam fore, optima nobis aggredienda sunt.* Allusit eodem Nicephorus Callistus *hist. Eccles. l.* 8. *c.* 40. de Antonio Eremita agens, Εἰδώς γε μὴν τὸν ἄριστον βίον τῇ συνηθείᾳ ἡδὺν ἐσόμενον, εἰ καὶ χαλεπός τις εἴη ταπεῖνα. *Qod namqe faciet optimam qamqe vitam consvetudine dulcem gratámqe fieri, qamvis gravis primum sit & molesta.* Diogenes apud Laërtium *l.* 6. §. 71. Δίον ἔν, αὐλι τῶν ἀχρήσων πόνων τὰς καλὰ φύσιν ἐλομένους, ζῆν εὐδαιμόνως, παρὰ τὴν ἄνοιαν κακοδαιμονῦσι. καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς ἡδονῆς ἡ καταφρόνησις ἡδυτάτη προμελεηθεῖσα. καὶ ὥσπερ οἱ συνεθισθέντες ἡδέως ζῆν, ἀηδῶς ἐπὶ τὰναντίον μεθίστανται. ὕτως οἱ τἀναντίον ἀσκηθέντες, ἡδέως αὐτῶν τῶν ἡδονῶν καταφρονῦσιν. *Cum igitur repudiatis inutilibus laboribus naturales insequi, ac vivere beatè debeamus, per summam dementiam infelices sumus. Namqe ipsius qoqe contemptus voluptatis, si nos assvefecerimus, jucundissimus sit. Et sicut hi qi consveverunt voluptuosè vivere, molestè inde se avelli patiuntur; ita qi aliter exercitati sunt, facillimè ipsas contemnunt voluptates.* vide *l.* 12. §. 6.

Καὶ τύτῳ ἀντέχῃ] Ità *l.* 4. §. 32. ἀπρὶξ ἔχῃ. Qod Paulus *ad Thess. Epist.* 1. *c.* 5. *v.* 21. Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. *Omnia explorate: qod bonum fuerit, retinete.* Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 354. *D.* ex nescio qo scripto. Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται. τὰ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες. *Efficiamini avtem boni trapezitæ, alia qidem reprobantes, qod avtem bonum est tenentes.* Epictetus *Enchir. c.* 50. Πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔσω σοι νόμος ἀπαράβατος. *Qidqid tibi visum fuerit optimum, ea lex sit inviolabilis.* Vide Sect. proximam. Seneca *Epist.* 16. *Plus operis est in eo, ut proposita custodias, qàm ut honesta proponas. perseverandum est,* &c. vide *l.* 10. §. 8.

Κρεῖττον δὲ τὸ συμφέρον] Plato *polit. l.* 5. *pag.* 655. *B.* Κάλλιστα γὰρ δὴ τῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν. τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. *Scitè namqe istud & dicitur & dicetur: qod utile qidem honestum, noxium avtem turpe.* Idem in *Alcibiad.* 1. *pag.* 437. multis disserit, τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ συμφέροντα εἶναι. *pulchra & bona utilia esse.* Cicero ex Posidonii sententia *offic. l.* 3. *Nunqam potest utilitas cum honestate pugnare.* Et mox: *Accepimus, Socratem solitum execrari eos, qi primùm hæc naturâ cohærentia, opinione distraxissent. cui qidem ità sunt Stoici assensi, ut qidqid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile qidqam, qod non honestum.* vide *l.* 6. §. 43.

Τὸ

τὸ ὡς λογικῷ, ταῦτα τήρει. εἰ δὲ ἄλλο ὡς ζῷον, ἀπόβλητα ποίει, καὶ μὴ ἀτύφως φύλασσε τὴν κρίσιν μόνον, ὅπως ἀσφαλῶς τὴν ἐξέτασιν ποιήσῃ.

§ 7. Μὴ τιμήσῃς ποτὲ ὡς συμφέρον σεαυτῷ, ὃ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίστιν παραβῆναι, τὴν αἰδῶ ἐγκαταλιπεῖν, μισῆσαί τινα, ὑποπτεῦσαι, καταρᾶσθαι, ὑπονοῆναι, ἐπιθυμῆσαί τινος τοίχων καὶ τοιούτων δεομένου. ὁ

fi conducere tibi videbitur, qatenus ratione præditus es, retineas; fin, qatenus animatus es tantùm, repudies; judiciúmqe, qò minùs externâ rerum facie speciéqe corrumpatur, integrum servare curæ sit, qò rerum examen exqisitiùs instituas.

§. 7. Nihil unqam in pretio pro utili habeas, qod eò te adigat, ut fidem fallas, modestiam deseras, oderis qenqam, suspectum habeas, execreris, simules, appetas qicqam, qod parietes circumjectos velamentáqe desideret. qi enim mentem geniúmqe

ANNOTATIONES.

Τὸ ὡς λογικῷ] Vide Marcum pleniùs de his sese explicantem *l.* 10. §. 2.

Ἀτύφως φύλασσε τὴν κρίσιν μόνον] *Judicium integrum retine* Xylander, qi & clavsulam seqentem vertere neglexit. Mericus Casavbonus *à conclusione ista species omnes externas & apparentias plavsibiles diligenter arceto.* Vúltqe respexisse Marcum ad *typhum*, qem δεινὴν παραλογισμὸν appellat *l.* 6. *c.* 12. Assentior. Veruntamen vertere malim, *judicium tantummodo à typho*, sive *pompâ externâ*, qâ fascinari solet & corrumpi, *immune servare curæ sit*, qo rerum istarum examen exqisitiùs instituas. addo etiam posse τύφῳ nomine τὴν ὄψιν, sive *opinationem vanam* intelligi: qo modo Moninum usurpâsse Sextus monuit ad *l.* 2. §. 15. exhibitus. Cæterùm utrovis sensu ceperis, videtur ἄτυφον potiùs qàm ἀτύφως legendum. Basilius Cæsar. *Orat.* 12. *pag.* 465. *C.* Ἐπειδή τι ἔχομεν παρ' ἑαυτοῖς κριτήριον φυσικὸν, δι' οὗ τὰ καλὰ τῶν πονηρῶν διακρίνομεν, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν πραγμάτων ὀρθὰς ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων τὰς διακρίσεις, καὶ ὅτιν τινα δικαστὴν, ἴσῃ καὶ δικαιοτάτῃ γνώμῃ τοῖς ἐναντίοις βεβαιούντα, πείθεσθαι μὲν τῇ ἀρετῇ, καὶ διαδικάζειν δὲ τὴν κακίαν. οἷον πορνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ παρά σοι κρίνεται. καὶ ὑψηλὸς προκαθέζεταί σε ὁ νῦς πεπιστευμένος τὸ δικαστήριον. καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ συναγορεῖ τῇ πορνείᾳ. ὁ δὲ φόβος τῷ Θεῷ τῇ σωφροσύνῃ συνίσταται. ἐὰν μὲν οὖν καταδικάσῃς τὴν ἁμαρτίαν, δῷς δὲ νικῆσαι τὴν σωφροσύνην, εὐθείαν ἐποίησας τὴν κρίσιν τῷ πράγματι. ἐὰν δὲ τῇ ἡδονῇ δῷς τὴν ῥοπὴν, προλιμολίραν ἀποφήνῃς τὴν ἁμαρτίαν, σκολιὸν ἐποίησας τὸ κρίμα. *Qoniam apud nosmetipsos judicium qoddam naturale habemus, per qod ab iniqis bona facilè discernimus: necessarium nobis in agendorum optione recta facere rerum discrimina, & qasi judicem qemcunqe, qi justa sit alioqi mente, res cogniturus contrarias, favere virtuti oportebit, damnare autem vitium. Verbi gratia. Incestus & pudicitia apud te judicantur, & alta mens tua pro tribunali sedet. Ex una parte voluptas scortationi suffragatur, Dei timor pudicitiæ assistit. Si igitur peccatum condemnans virtutem superare volueris, rectum rei judicium constitues. Si verò ad voluptatem propensus, peccatum duxeris præferendum, obliquum, minimèqe rectum facies judicium.*

§. 7. Ὁ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίστιν παραβῆναι] Justinus *apolog.* 2. *pag.* 53. Ἐκ παιδὸς τρόπου, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, τὸν φιλαλήθη, καὶν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. *Verùm etiam modis omnibus, pra sua qoqe ipsius anima, veri amatorem qemqe, vel, si mors intentetur, ut, qæ justa sunt, & dicat, & faciat, eligere oportet.* Polybius *l.* 4. *cap.* 30. Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ γινήσιοι τῶν ἀνδρῶν, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἰδίαν ὑδέποτε περὶ πλείονος ὑδὲν ποιεῖσθαι τοῦ καθήκοντος. *Sed mihi videtur qi ingenio sunt liberali atqe ingenuo, neqe publicè, neqe privatim pluris qicqam facere honestate.* Cicero *Offic. l.* 1. *Nemo justus esse potest, qi mortem, qi dolorem, qi exilium, qi egestatem timet, avt qi ea qæ sunt contraria, æqitati anteponit.* Juvenalis *Sat.* 8. *v.* 80.

— ambigua si qando citabere testis
Incertaqe rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet perjuria tavro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere cavssas.

Seneca *Epist.* 88. *Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nullâ necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Ure, inqit, cade, occide; non prodam: sed qò magis secreta qæret dolor, hoc illa altiùs condam.* Idémqe *Epist.* 76. *Vir bonus, qod honestè se facturum putaverit, faciet, etiamsi laboriosum erit; faciet, etiamsi periculosum erit. rursus qod turpe erit, non faciet, etiamsi pecuniam affert, etiamsi potentiam. ab honesto nullâ re deterrebitur; ad turpia nullâ spe invitabitur.* Huc animosa illa nescio cujus in Evripidis *Telepho* verba; qæ Stobæus *tom.* 2. *tit.* 13. exhibet.

Ἀγάμεμνον, ὑδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων,
Μέλλοι τις εἰ τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
Στιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀνταισπεῖν ἔχων.
Non, si minante jam securigerâ manu
Cervix sub ictu staret, Agamemnon, mea,
Munitus ego liberam vocem premam.

Grotius. Illa etiam mulieris, sed virilia prorsus, apud Tragicum incertum verba:

Ἃ δ' ἐκπυθέσθαι τῆς ἐμῆς χρήζεις φρενὸς,
Οὐ μὴ καλύψῃ, ὅστις ἀρχὰς ἐξ ἄκρας
Δεινὰς καθιεὶς κρίσιμας εἰς ἄκρας πόδας.
Πύθοις ἄν, ὑδ' εἰδέσμὰ πολλὰ προσβάλοις.

Qæ scisitari de meo vis pectore,
Non si cremes me, avt dente si ferri aspero
Seces ad imos vertice à summo pedes,
Non cuncta vincla si aggeras, intelliges.

Grotius. Refert Clemens *Strom. l.* 4. qo loco & qamplurima constantiæ in hoc genere suspiciendæ exempla congessit: è qibus complura & Tertullianus habet in *Epist. ad Martyr.* Vide & *ad l.* 6. §. 48.

Τοίχων καὶ παραπετασμάτων δεόμενον] Plutarchus *Sympos. l.* 7. *c.* 5. Οὐδεμία τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἀπόκρυφός ἐστιν, ὑδὲ σκότους δεομένη, καὶ τῶν τοίχων περιθέσεων, ὡς αἱ γυναῖκες λέγουσιν. *Harum voluptatum nulla est occulta, neqe tenebris & parietum ambitu opus habent, ut mulieres loquuntur.* Vide qæ ex Seneca suprà adduximus *ad* §. 4. verba illa; Μόνα φασὶ ζῆσθαι, περὶ ὧν ἔστις ἄφνω ἐπανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μετὰ παῤῥησίας παράσχρημα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ, καὶ τό. Facit huc qod Dominus noster apud Joannem *c.* 3. *v.* 20. Πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς. &c. *Qi malè agit qisqe, lucem odit.* Scilicet ut Seneca *Ep.* 122. *Gravis malo conscientia lux est.* Et Bernardus de *consideral. l.* 5. *Et turpium pœna Deus est. lux est enim. & qid tam invisum obscœnis flagitiosisqe mentibus?* Siqidem ut Apostolus *ad Ephes. c.* 5. *v.* 12. Τὰ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρὸν ἐστι καὶ λέγειν. *Turpe est ac pudendum etiam profari illa, qæ in occulto isti perpetrant.* Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. *Omnia autem manifesta fiunt, cùm in lucem protracta ab eadem arguuntur. Etenim lux est, qæ res omnes conspicuas facit.* ità siqidem malim locum illum interpretari. ut τὸ φανερούμενον significatum transeuntem habeat, & πᾶν eidem in regimine substituatur; qàm cum Syro & Latino veteri interprete, qos Zanchius & Beza sequntur, *Omne qod manifestatur*, sive *conspicuum facit, lumen est*; ut τῷ πᾶν adjectum sit τὸ φανερούμενον. vel etiam, qod omnium minimè probandum videtur, cum Græco Scholiaste, cui Piscator adnæret, *Qicqid manifestum*, sive *conspicuum fit, lux est.* ut τὸ φανερούμενον non emanantis, sed immanentis significationem obtineat. Verùm ista eruditioribus dijudicanda & censenda dimitto. Hinc verò τὰ τοῦ σκότους ἔργα, *tenebrarum opera*, peccata qælibet nuncupantur eidem Apostolo, *ad Rom. c.* 13. *v.* 12. & *ad Ephes. c.* 5. *v.* 11, 13. sed & τὰ νυκτὸς, *noctis, nocturna, ad Thessal. Ep.* 1. *c.* 5. *v.* 6, 7. improbósqe, Job *cap.* 24. *vers.* 13. – 17. ait *tenebras optare & aucupari, diem odisse, lucem matutinam pro umbra letali habere.* Itaqe ex illorum voto Horatius *lib.* 1. *Epist.* 16.

— pulcra Laverna,
Da mihi fallere, da justum. sanctúmqe videri,
Noctem peccatis, & fravdibus objice nubem.

Epictetus *l.* 3. *c.* 22. Οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τὰς τοίχους προβέβληνται, καὶ τὰς οἰκίας, καὶ τὸ σκότος, ὅλως τι τῶν τοιούτων ποιῶσι, καὶ τὰ κρύψασθαι πολλὰ ἔχουσι. τὸν δὲ κυνικὸν ὑ θέλειν δεῖ ἀποκρύπτειν τι τῶν ἑαυτοῦ. *Cæteris hominibus parietes, ades & tenebras esse, si qid ejus generis agant, & multas celandi rationes habeant. Cynicus verò non debet velle suarum rerum qicqam occultare.* Sophocles *Electr.*

— πῶς τόδ', εἰ καλὸν,
Τὄργον σκότους δεῖ;
Siqidem est honestum opus hoc,
Qid est tenebris opus?

Qò & illud Martialis *l.* 11. *Epigr.* 2.

— regula morum,
Qicqid & in tenebris non sumus. —

Elegantissimè Tertullianus *apolog. cap.* 1. *Qod verè malum est, nè ipsi qidem, qos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum avt timore, avt pudore natura profudit. Deniqe malefici gestiunt latere, devitant apparere; trepidant deprehensi, negant accusati; nè torti qidem facilè, avt semper, confitentur.* Qæ eadem ferè habet & *ad Nationes l.* 1. *c.* 1. Cæcilius apud Minutium. *Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt.* Plutarchus deniqe apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 6. ex *libro adversus voluptatem*: Τί δ' ὦ πάντων ὠμότατον ἀνεπαίσθητε, ἀλλὰ καὶ σαυτὸν αἰδύμενος φεύγεις, νυκτὶ καὶ σκότῳ τοῖς ἁμαρτύροις πιστεύων τὴν ὕβριν; ὑδεὶς γὰρ τῶν καλῶν ἔργων σκότος προβάλλει, τὸ φῶς αὐτοῖς μαρτυρεῖν αἰσχυνόμενος. ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸν κόσμον ἥλιον γενέσθαι, πρὸς ἃ καλοῦσι, βύλοιτ' ἄν. ἅπασα δὲ κακία ὀρᾶσθαι γυμνὴ φυλάττεται, σκέπην προβαλλομένη τὸ πάθη. *Cur non omnibus videntibus luxuriaris? imo tu teipsum etiam reveritus fugis, nocti solum & tenebris sine testibus contumeliam & libidinem committens. Nemo qippe honestis actionibus caliginem obtendit, lucem earum testem reformidans. Imo totum*

niúmqe eundem ſuum, & virtutis hujuſce ritus ſacros, cæteris omnibus antetulerit, is tragœdiam nullam excitat, non ingemiſcit, non ſolitudine, non freqentiâ opus habet: qod eſt maximum, victurus eſt, mortis nec appetens, nec metuens. qin nec tantillum intereſſe cenſebit, ſpatio tem-

γὰρ τὸν ἑαυτῆ [a] νῦν καὶ δαίμονα, καὶ τὰ * ἔργα τῆς τύτε ἀρετῆς σεσελόμεν@, [b] τραγῳδίαν ἢ ποιεῖ, ἢ σενάζει, [c] ἢκ. ἐρημίας, ἢ πλυπληθείας * δείσε]. τὸ μέγιςον, ζῆσαι, * μήτε διώκων, μήτε φεύγων [d] πότερον ἢ ἐπὶ πλέον διάσημα χρόνυ

a Sup. §. 3. 5. * ἔργια Lug. ἔργα Annot.
b L. 5. §. 28. l. 9. §. 29.
c Sup. §. 4. 5. Inf. §. 8. 16.
* δεήσεται Lug.
* [τὸν θάνατον] m. f. L. 9. §. 3. Inf. §. 12.

ANNOTATIONES.

totum mundum ſolem eſſe optaret, erga ea qa præclarè agit. Unumqodvis autem crimen nudum conſpici cavet, pratexens affectus. Vide *infrà* §. 8. & 16. & *l.* 10. §. 9.

Τὸν ἑαυτῆ νῦν καὶ δαίμονα] Vide *ſuprà l.* 2. §. 13.

Καὶ τὰ ἔργια τῆς τύτυ ἀρετῆς] *Sacra virtutis ejus.* Xylander rectè. à myſteriis Ethnicis tranſlatio. ἔργια Lugdunenſis editio malè. nec meliùs *Annotator* ἔργα.

Τραγῳδίαν ἢ ποιεῖ] *Neqe tragicè ſe gerit*, qod τραγῳδεῖν dicit *l.* 9. §. 29. eodémqe videtur ſpectare, qod *l.* 5. §. 28. dicit, ὅτι τραγῳδὸς ὅτε πόρνη, *nec tragœdus, nec ſortum*, vel, *neqe tragicis de ſe materiam ſuppeditat.* Τί γὰρ ἄλλο ἐϛὶ τραγῳδία, ἢ ἀνθρώπων πάθη τιθαυμακότων τὰ ἐκτὸς, διὰ μέτρυ τινῶς ἐπιδεικνύμενα; Epictetus *l.* 1. *c.* 4. *Qid enim aliud eſt tragœdia, qàm metro qodam expreſſi, externa iſta admirantium hominum affectus?* Hoc autem cùm non admittat iſte, qem hic Marcus depingit, tragœdiæ argumentum fieri non poteſt.

Οὐκ ἐρημίας, ἢ πολυπληθείας δείσεται] malim cum Lugdunenſi δεήσεται. *Nec ſolitudine opus habebit*; qia *ubicunqe eſt, & qotunqe loco conſiſtit, ſibiipſi vacat, & ſuus eſt*: ut Seneca *Epiſt.* 62. *Nec ullus hominum aviúmqe concentus interrumpit cogitationes bonas, ſolidáſqe, & jam certas.* Idem *Ep.* 56. Vel etiam, qia, qod ſuprà monuerat, *nihil faciat, qod aliorum conſcientiam aſpectúmqe refugiat.* Sed nec *multitudine*; cùm *nemine teſte aut ſpectatore indigeat*, ut *ſuprà* §. 5. ſed *conſcientiâ ſit contentus ſuâ. ſuprà* §. 6. Seneca *Ep.* 8. inſuper etiam ejuſmodi ſit, *qi ſibi tuto credi poſſit*; contrà qàm *imprudentes, qorum nemo eſt, qi relinqi ſibi debeat.* Idem *Ep.* 10. Huc Antiſthenis illud, qi interrogatus, qid ex philoſophia lucri cepiſſet, reſpondit, Τὸ δύνασθαι ἐυτῷ ὁμιλεῖν. *qod poſſet ſecum, ubicunqe foret, converſari & colloqi.* Laërtius *l.* 6. Seneca *qæſt. nat. l.* 4. *præfat. Turbam rerum hominúmqe deſiderent, qi ſe pati neſciunt. tibi tecum optimè convenit.* qanqam nec δείσεται illud eſt incommodum prorſus. Siqidem timent conſcientiam ac freqentiam hominum vitántqe, qi parietibus eam excludere ſatagunt; qod ſuperiùs tetigerat. Solitudinem autem pavorem infligere, nemini non eſt notiſſimum.

Ζῆσαι, μήτε διώκων, μήτε φεύγων] deeſſe aliqid nemo non viderit. & ſuſpicetur qis legendum μήτε διώκων [τι] μήτε φεύγων. qo modo *infrà* §. 12. dixit μηδὲν περιμένων, μηδὲ φεύγων, *nihil ulterius expectans, nihil fugitans.* Verùm aliud eſt περιμένειν, aliud διώκειν. nec idem utrobiqe ſenſus eſt. vel etiam qo modo *l.* 11. §. 11. ὅτε δ' ὤκων, ὅτε φεύγων, cùm de eis priùs egiſſet, qorum αἱ διώξεις καὶ φυγαὶ, perturbant nos. Verùm, qia alio qæ ſequntur ſpectant, malim, [τὸν θάνατον] μήτε διώκων, μήτε φεύγων. *Neqe proſeqeris amplius, neqe fugies.* Commentarii vicem præſtabit, præter proximè hic adjecta, *lib.* 9. *periocha* 3. Eſt qod Martialis *l.* 10. *epigr.* 47.

Summum nec metuit diem, nec optat.

Siqidem ità formatus eſt, ut *illi nec amor vitæ, nec odium ſit*; *nec vita tædio ſit, nec mors timori.* Seneca *Epiſt.* 65. & 78. Itaqe *nec ſpe mortis patienter dolet: nec tædio doloris libenter moritur. hunc fert, illam expectat.* Idem *Ep.* 98.

Πότερον δὲ ἐπὶ πλέον διάσημα] Nihil, inqit, ſapienti intererit, diuturniorem an breviorem in corpore moram faciat. qia nimirum vitam ſemper perfectam & conſummatam habet: ut *infrà* §. 8. & 12. & *l.* 10. §. 1. Vide & *l.* 2. §. 14. Chryſippus apud Plutarchum *de Stoic. contradict. c.* 23. Ὅτι παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονέϛιν, ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἐπίτης τοῖς τὸν ἀμερῆ χρόνον εὐδαιμονίας μεταλαχοῦσιν. *Temporis incremento qum multis in locis dixiſſet non augeri felicitatem: ſed perinde felices eſſe, qi momento temporis & qi longo tempore fuiſſent beati.* Et de *commun. notit. c.* 7. Ὅτι ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὐξει προσγινόμενος, ἀλλὰ κἂν ἀκαρίς τι ὥρας γένηται φρόνιμος, οὐδενὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀτολειφθήσεται τῷ τὸν αἰῶνα χρωμένῳ τῇ ἀρετῇ, καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καταβιῶντι. *Temporis acceſſione bonum non augeri: nam ſi qis momento horæ ſapiens fuerit, qod ad felicitatem attinet, nihilo deteriore conditione futurum qam eum, qi per omnem ætatem virtutem coluerit, inqe ea beatè vitam exegerit.* cùm tamen idem alibi aſſerat; οὐδὲν εἶναι ἀρετῆς ὄφελος ὀλιγοχρονίῳ. Cicero *de finib. l.* 2. *Qi bonum omne in virtute ponit, is poteſt dicere, perfici beatam vitam perfectione virtutis: negat enim ſummo bono adferre incrementum diem.* Et *l.* 3. *Recta affectio, item convenientia, denique ipſum bonum, qod in eo poſitum eſt ut natura conſentiat, creſcendi acceſſionem nullam habet. Ut enim opportunitas non fit major productione temporis: ſic hæc, de qibus dixi, non ſunt temporis productione majora. Ob eamqe cauſſam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda beata vita, ſi fit longa, qàm ſi brevis. Ut ſi cothurni laus ſit, ad pedem apte convenire, neqe multi cothurni pavcis anteponerentur, neqe majores minoribus: ſic qorum omne bonum convenientiâ atqe opportunitate finitur, nec plura pavcioribus, nec longinqiora brevioribus anteponentur.* Seneca *Epiſt.* 101. *Mens ſtabilita ſcit, nihil intereſſe inter diem & ſeculum.* Et

A *Epiſt.* 85. *Beata vita una eſt. in optimo illam ſtatu ponit qalitas ſua, non magnitudo. itaqe in æqo eſt longa & brevis, diffuſa & anguſtior; in multa loca, multaſqe partes diſtributa, & in unum coacta. qi illam numero æſtimat, & menſurâ & partibus, jam illi, qod habet eximium, eripit. Qid eſt autem in beata vita eximium? qod plena eſt. finis, ut puta, edendi bibendiqe ſatietas eſt. hic plus edit, ille minus: qid refert: uterqe jam ſatur eſt. hic plus bibit, ille minus: qid refert? uterqe non ſitit. Hic pluribus annis vixit, hic pavcioribus, nihil intereſt, ſi tam illum multi anni beatum fecerunt, qàm hunc pavci.* Idémqe *Epiſt.* 74. *Summum bonum nec infringitur, nec augetur in ſuo*
B *modo permanet, utcunqe fortuna ſe geſſit. Sive illi ſenectus longa contigit, ſive citra ſenectutem finitus eſt, eadem menſura ſummi boni eſt, qamvis ætatis diverſa ſit. Utrùm majorem an minorem circulum ſcribas, ad ſpatium ejus pertinet, non ad formam. licèt alter diu manſerit, alterum ſtatim obduxeris, & eum in qo ſcriptus eſt pulvercm ſolveris, in eadem uterqe forma fuit. Qod rectum eſt, nec magnitudine æſtimatur, nec numero, nec tempore: non magis produci, qàm contrahi poteſt. Honeſtam vitam ex centum annorum numero in qantum voles corripe, & in unum diem*
C *coge; æqè honeſta eſt. & Epiſt.* 78. *Mors licèt immatura ſit, licet mediam præcidat ætatem; perceptus longiſſimè fructus eſt. -- Sit tempore honeſta non creſcere.* Et *de benef. l.* 5. *c.* 17. *Ut prorogetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: qoniam morâ non fit beatior vita, ſed longior.* Hinc illud è porticu non παράδοξον tantùm, ſed παράλογον etiam, (ut Cleanthis in contrarium dictione utamur, ex Epicteti *Diſſert. l.* 4. *c.* 1.) ſive ἄλογον planè καὶ ἄτοπον prorſus, ὡς ὑπερέχειν ἀρετὴ τὸν Δία τὸ Δίωνος. Chryſippi verba ſunt apud Plutarchum *de commun notion. c.* 29. ſive, τὴν τῶν ἀγαθῶν εὐδαιμονίαν τῆς θείας εὐδαιμονίας μηδὲν διαφέρειν. καὶ κατὰ μηδὲν αἱρετωτέραν εἶναι, μήτε καλλίω, μήτε σεμνοτέραν τὴν τῦ Διὸς εὐδαιμονίαν τῆς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. *Bonorum felicitatem à divorum felicitate non differre, & nihilo optabiliorem, neqe pra-*
D *ſtantiorem eſſe Jovis felicitatem felicitate virorum ſapientium.* Idem apud Stobæum *eclog. tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 3. §. 8. Sextius item apud Senecam *Ep.* 73. *Jovem plus non poſſe qàm bonum virum.* Inculcat paſſim & Seneca ipſe *Epiſt.* 59. *Sapiens cum Diis ex pari vivit.* & *Epiſt.* 31. *Dedit tibi natura illa, qæ ſi non deſerueris, par Deo ſurges. hoc eſt ſummum bonum, qod ſi occupas, incipis Deorum eſſe ſocius, non ſupplex.* Verùm unde paritas iſta? Indè nimirum, qia *Bonus tempore tantùm à Deo differt.* Idem *de provident. c.* 1. & *Epiſt.* 73. *Jupiter qo antecedit virum bonum? diutius bonus eſt.* & *Epiſt.* 53. *Qid inter te & Deos interfuturum*
E *ſit, qæris? diutius erunt.* Et *de conſtant. Sap. c.* 8. *Sapiens, exceptâ mortalitate, ſimilis eſt Deo.* At iſta temporis avt diuturnitatis diſtantia ad virtutem avt beatitudinem nihil habet momenti, ſed in æqilibrio prorſus rem ipſam relinqit. Siqidem, *Tantùm ſapienti ſua, qantùm Deo omnis ætas patet. magniqe eſt artificis clarſiſſe totum in exiguo.* Seneca *Ep.* 53. Et *Epiſt.* 73. *Qèmadmodum ex duobus ſapientibus qi ſenior deceſſit, non eſt beatior eo, cujus intra pavcos annos terminata virtus eſt; ſic Deus non vincit ſapientem felicitate, etiamſi vincat ætate.* Et Cicero *de nat. Deor. l* 2. *E virtutibus vita beata exiſtit, par & ſimilis Deorum, nulla re, niſi immortalitate, qa nihil ad bene vivendum pertinet, cedens cæleſtibus.* Epictetus denique *Diſſert. l.* 1.
F *c.* 12. Κατά γε τὸν λόγον οὐδὲν χείρων τῶν θεῶν, οὐδὲ μικρότερος εἰ. λόγῳ γὰρ μέγεθος οὐ μήκει, οὐδ' ὕψει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασιν. *Mente qidem conſideratâ neqe diis immortalibus es deterior, avt minor: mentis enim magnitudo non proceritate, avt altitudine judicatur, ſed decretis.* Vah τῆς φλυαρίας, καὶ τῆς ἀτεβείας. Itaqe cavtè legendi iſti; nec tantùm illis tribuendum: ut pro divinis, qod a multis fieri ſolet, habeantur. Verùm ab iſtis vel deliriis ridendis, vel proterviis execrandis Marcus noſter immunis videtur. Illud interim obſervatu non indignum in hoc dogmate de beatitudinis diuturnitate Stoicis gemina
G Epicurum etiam ipſum cenſuiſſe. Apud Laërtium *l.* 9 in *Select. Sentent.* Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ πεπερασμένος. *Tempus infinitum ac finitum æqam habet voluptatem.* Qod plenius Cicero *de finib. l.* 2. *Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè vivendum aliqid afferre: nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, qàm ſi illa ſit ſempiterna.* Sive ut idem *lib.* 1. *nec majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi poſſe, qàm ex hoc percipiatur, qod videmus eſſe finitum.* Nec relatu indignum planè Themiſtii illud, qo Chryſippeum hoc vellicat, *Orat.* 17. *pag.* 430. Χρύσιππος ἄχρι τῶν ῥημάτων ἔοικε ἀνδρίζεσθαι, ταῦλον δύνασθαι φάσκων ἀνδρὶ σπουδαίῳ μίαν ἡμέρων, μᾶλλον δὲ καὶ μίαν ὥραν, πολλοῖς ἐνιαυτοῖς. οὐδὲ γὰρ ἰδιάτη φιλοσοφῶντι κατὰ τὸ ἔργον, ἂν τις αὐχεῖν ὑπολάβοι, καθάπερ
H ἁρπαγὴν ἁλλαμψασαν τὴν ἀρετὴν ἐυθὺς ἀποβῆναι. ἀνδρὶ δ' ᾧ λαοὶ ἐπιτελέφασι, καὶ τόσα μέμηλε, καὶ ᾧ πᾶσαι μὲν γῆν, πᾶσαν δὲ θαλάτταν κοινωνεῖν ἀνάγκη τῶν ἀγαθῶν, πῶς, ὦ βέλτιϛε Χρύσιππε, οὐ συνεύχῃ τὸν χρόνον καὶ ἔξω τῆς φύσεως; ὅσῳ

χρόνε τῷ σώματι περιεχομένῃ τῇ ψυχῇ, ἢ ἐπ' ἐλάσσον χρήσῃ), εὖ ἴσθι αὐτῷ μέλει. [a] καὶ γὰρ ἤδη ἀπαλλάσσεσθαι δεῖ, ὥσπερ [b] εὐλύτως ἄπειθεν, [c] ὡς ἄλλό τι τῶν αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖσθαι δυναμένων ἐνεργήσειν. τοῦτο μόνον πρὸ ὅλου τοῦ βίου εὐλαβέμενον, τὸ τὴν Διάνοιαν [d] ἔν τινι τῶν οἰκείων νοερᾷ πολιτικῇ ζώῃ * τροπῇ γενέσθαι.

§. 8. [e] Οὐδὲν ἀνιᾶν τῇ Διαθέσει τὸ κεκολασμένον καὶ ἐκκεκαθαρμένον πυῶδες, οὐδὲ μὴν μεμολυσμένον, οὐδὲ ὑπαυλον ἔρρωσε. [f] οὐδὲ ἀσυντέλη τὸν βίον αὐτὸν ἡ πεπρωμένη καταλαμβάνει

spatio temporis prolixiore an contractiore animâ suâ corpore inclusâ utatur. utpote qi, si statim demigrandum fuerit, perinde promptus sit decedere, ac aliud qid agere, qod modestè & decorè agi oporteat. hoc avtem unum per vitam totam cavet religiosè, ne mens sibi qicqam eorum subterfugiat, qæ animantis rationalis & civilis propria sunt munera.

§. 8. In hominis castigati atqe expurgati animo, nihil suppurati, nihil impuri, nihil subdoli offendas. neqe verò vitam hujus non consummatam fatum unqam abruperit. perinde ac si tragœdum dixe-

ANNOTATIONES.

γὰρ ἐκεῖνο μακρότερον ποιεῖς, τοσούτῳ μακροτέρων ποιεῖς τὴν τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν. Chrysippus verbo tenus se virum præstare videtur, ubi ait vel unum diem, imo unam horam tantumdem posse in homine frugi præstare qantum multi anni. Neqe enim homini privato factis ipsis philosophanti satis esse putandum est, si virtus illi fulguris instar, ut resplenduerit, statim exstinguatur. At ei viro, cui populi parent, cui tanta negotia curæ, qiqe cum terra ac mari universo bona sua communicare necesse habet, cur non o Chrysippe, tempus etiam naturæ terminos excedens compreceris? Qantò enim longius illud feceris, tantò diuturniorem hominibus felicitatem reddideris. Peripatetici planè in adversum ibant. Aristoteles *Ethic. l. 1. c. 7.* Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα. ὕτω δὴ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα, μία ἡμέρα, οὐδὲ ὀλίγος χρόνος. *Una hirundo non facit ver, nec una dies: ita neqe beatum & felicem una dies, neqe parvum tempus.* Verùm hoc illi, qia ad beatitudinem constituendam externa advocabant; qibus exui denuo & excidere daretur. qod Stoici omninò repudiabant.

Εὐλύτως ἄπειθεν] Ità *supra §. 5.* Εὔλυτος. Seneca *Ep. 24. Vir fortis ac sapiens, non fugere debes ex vita, sed exire.* Et *Ep. 54. Sapientis est exire, non ejici.* Qemadmodum avtem Marcus hic εὐλύτως ἀπιέναι, ità Epictetus *l. 2. c. 6.* Εὐλύτως ὑπακοῦσαι. *Alacriter obtemperare.*

Ὡς ἄλλό τι τῶν αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖσθαι δυναμένων] Ut aliarum rerum, sic & mortis etiam dextrè obeundæ qasi ars & virtus qædam est peculiaris. Seneca *Epist. 26. Egregia res est mortem condiscere.* & *Epist. 30. Magna res est, & diu discenda, cùm adventat hora illa inevitabilis, æqo animo abire.* & *Epist. 62. Antè ad mortem, qàm ad vitam præparandi sumus.* & *de brevit. Vit. c. 7. Totâ vitâ discendum est mori.* & *Epist. 30. Mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qi se ad illam diu composuerat. Itaqe compone te,* inqit, *ad diem illum, qo remotis strophis ac fucis, de te judicaturus es, utrùm loqare fortia an sentias, numqid simulatio fuerit & mimus, qicqid contra fortunam jactavisti verborum contumacium -- Mors de te pronunciatura est.* Idem *Epist. 26.* Et mox: *Supervacuum forsitan putas id discere, qo semel utendum est? hoc est ipsum qare meditari debeamus. Semper discendum est, qod an sciamus, experiri non possumus.* & *Epist. 30. Hoc philosophia præstat; in qocunqe corporis habitu fortem, in conspectu mortis hilarem latúmqe, nec deficientem, qamvis deficiat. -- Hoc facit Bassus noster. Eo animo vultúqe finem spectat, qo alienum spectare nimis securi esse putares. -- Videtur mihi profeqi se, & componere, & vivere tanqam superstes sibi, & sapienter ferre discidium sui.* Vide *l. 9. §. 3.*

Τοῦτο μόνον] Xylandrum non avdio cum seqentibus ista committentem. seqor potiùs Casavbonum, qi prioribus agglutinat.

Νοερᾷ πολιτικῇ ζώῃ] qod *suprà* λογικὸν καὶ πολιτικόν. §. 6.

Τροπῇ] Annotator Lugdunensis τρόπῳ. atqe ità prorsus accepit interpres uterqe. Sed falsus uterqe. τροπὴ siqidem hîc *fuga.* Cavet ἐν τροπῇ γενέσθαι, *in fuga esse,* id est, *fugere, subterfugere.* metaphora ab eis qi τρεπόμενοι, in prælio superati *in fugam vertuntur.*

§. 8. Κεκολασμένον] *Castigati.* explicat vim vocabuli philosophus *Ethic. Nicom. l. 3. c. 12.* τὸ δὲ τοιοῦτον (τὸ μετρίας εἶναι καὶ ὀλίγας τὰς ἐπιθυμίας, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι) εὐπειθὲς λέγομεν καὶ κεκολασμένον. *Id verò qod tale est (mediocres esse cupiditates & paucas, rationiqe minimè adversantes) obediens vocamus & castigatum.* Marcum σύμψηφον habiturus, si pro moderatis affectibus, nullos substituere concedatur. Cæterùm hinc διαῖτα κεκολασμένη, pro *accurata & exqisita victûs ratione* usurpatur. Plutarchus in *Lycurg.* & Lucianus in *Hermot.* & ῥήτως κεκολασμένος, ὁ διεσμιλευμένος, καὶ ἠκριβωμένος. Pollux *l. 4. c. 3.* & ἵππος κεκολασμένος τὴν γνάθον, δίκαιος τὴν σιαγόνα. *Equs correctis genis, justus in maxillis.* & γαστὴρ κεκολασμένη. *venter restrictus.* Libanius *Orat. 19.* est avtem metaphora à stirpibus vitibúsve ducta, qibus cùm flagella luxuriantia, avt sarmenta superflua demuntur, κολάζεσθαι, id est, *castigari* perhibentur. ità Theophrastus *de caus. plant. l. 1. c. 21.* δένδρα κολαζόμενα dicuntur, οἷς τὰ περιττὰ ἀφαιρῶνται, utì *ibidem c. 17.* id est, *qibus supervacua detrahuntur,* ut Columella *l. 4. c. 6.* aliud est *corrigere,* & aliud rursus *castrare;* qod utrumqe usurpavit Cato *c. 33.* & ex Catone Plinius *l. 17. c. 22.* apud qem *porrigere* perperam legitur. Qin & Latinis *castigatum* dicitur, qicqid immodicâ omni luxurie atqe exuberante redundantiâ immune intra decori limites justos coercetur & consistit. Ità *pectus castigatum,* Naso in *amor. l. 1. eleg. 5.*

Qàm castigato planus sub pectore venter?

contrà qàm qod in eqo lavdat Maro *Georg. l. 3.*

Luxuriátqe toris pectus. –

frons castigata, Statio *Sylvar. l. 2. poem. 1.*

Et castigata collecta modestia frontis.

juba castigata, eidem *Thebaid. l. 9.* de eqo;

Colla sedent, nodis & castigata jubarum
Libertas. –

Carmen castigatum Flacco in *arte*:

– carmen reprehendite, qod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atqe
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

ambitiosa nimirum *recidendo ornamenta;* utì idem *ibidem.*

Πυῶδες] id est, σαπρὸν καὶ διεφθαρμένον, *putre & corruptum.* tale siqidem qiddam est τὸ πύον, ut Aristoteles *de gener. animal. l. 4. c. 8.* qi ideo Empedoclem ἀνυποστασίας arguisse, qòd τὸ γάλα πύον λευκὸν, *lac, pus candidum* dixerit, sicut & *topic. l. 4. c. 5.* qod οἶνον ὕδωρ σεσηπὸς, *vinum, aqam putrefactam.* Ad animum transtulit, utì Marcus istîc, ità Seneca *Epist. 68. In pectore collectio & vomica est.* Est enim vomica materiæ purulentæ collectio. Idémqe *Epist. 80. Horum, qi felices vocantur, hilaritas ficta est, avt gravis & suppurata tristitia: & qidem gravior, qia interdum non licet palam esse miseros; sed inter ærumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem.* Horatius itidem. *Serm. l. 1. Sat. 7.*

– Regis Rupili pus atqe venenum.

pro livore & virulentia.

Ὕπαυλον] In Thespesii apud Plutarchum *de Inferis fabula, pag. 565. B.* dicuntur in animis sceleratorum à Justitia mulctatis, οὐλὰς καὶ μώλωπας ἐμμένειν, *cicatrices & vibices restare.* de hypocritis avtem boniqe simulatoribus festiva subjicit, qomodo Justitiæ satellites cum illis agant, *pag. 567. B.* Ὅσοι δὲ πρόσχημα καὶ δόξαν ἀρετῆς περιβαλλόμενοι διεβίωσαν κακίᾳ λανθανούσῃ, τούτοις ἐπιπόνως καὶ ὀδυνηρῶς ἠνάγκαζον ἕτεροι περιιοῦντες ἐκτρέπεσθαι τὰ ἔντερα ἔξω τῆς ψυχῆς, ἰλυσπωμένους παρὰ φύσιν καὶ ἅμα καμπτομένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον ἐκτρέπουσιν αὐτάς. ἐνίους δὲ ἀναδέροντες αὐτῶν καὶ ἀναπτύσσοντες, ἀνεδείκνυσαν ὑπούλους καὶ ποικίλους, ἐν τῷ λογισμῷ καὶ κυρίῳ τὴν μοχθηρίαν ἔχοντας. *Qi verò sub pratextu & opinione virtutis vitam latente improbitate exegissent, hos alii adstantes cogebant magno cum labore & dolore interiora animæ foras obvertere, contra naturam torqentes sese & flectentes, qomodo marina scolopendra hamo vorato sese volventes invertunt: qosdam cute derepta explicantes, ostendebant intus vitiosos, & qi neqitiam in ratione animæ partis principe tectam gessissent.*

Ἀσυντελῆ τὸν βίον αὐτὸν] Seneca *Epist. 32. Considera, qàm pulcra res sit, consummare vitam ante mortem; deinde expectare securum reliqam temporis sui partem, in possessione beatæ vitæ positum: qa beatior non fit, si longior.* Idem *Epist. 98. Ipse vita plenus est, cui adjici nihil desiderat suâ causâ, sed eorum qibus utilis est. liberaliter facit qòd vivit.* Et *Epist. 93. Non ut diu vivamus, curandum est; sed ut satis. Nam ut diu vivas, fato opus est; ut satis, animo. Longa est vita, si plena est. impletur avtem, cùm animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. Qid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est. – interest mortem ejus ex qo die numeres. At ille obiit viridis. sed officia boni civis, boni amici, boni filii executus est; in nulla parte cessavit. licèt ejus ætas imperfecta sit, vita perfecta est.* Et mox: *Non ideo plures annos mihi accedere recusaverim. nihil tamen ad beatam vitam desuisse dicam, si spatium ejus inciditur. non enim ad eum diem me aptavi, qem ultimum mihi spes avida promiserat; sed nullum non tanqam ultimum aspexi. Qid me interrogatis, qando natus sim? an inter juniores adhuc censear? habeo meum. Qemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus: sic & in minore temporis modo, potest esse vita perfecta. – Qæris qod sit amplissimum spatium? usqe ad sapientiam vivere. qi ad illam pervenit, attigit non longissimum finem, sed maximum.* Idem *Ep. 77. Iter imperfectum erit, si in media parte, avt citra petitum locum steteris: vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicunqe desines, si bene desinis, tota est.* Et *Epist. 101. Qi qotidie vitæ suæ summam manum imposuit,*

dixerit qis ante fabulam peractam ſcenâ ceſſiſſe. qin nec ſervile qippiam in eodem avt affectatum deprehendas, avt addictum, avt abſciſſum, avt qod cenſuram refugiat, avt qod latebras reqirat.

§. 9. Facultatem opinatricem venerare. in hoc enim ſita ſunt omnia, ut menti tuæ nulla inſit cogitatio, qæ vel naturæ, vel animantis ratione præditi conditioni non ſit conſentanea. poſtulat avtem iſta, ut nihil temerè ſtatuamus, ut hominibus benevoli, Deiſqe obſeqentes ſimus.

§. 10. Miſſis itaqe rebus cæteris, pavca iſta apud te habeas. momineriſqe inſuper, unumqémqe

a ὡς ἄν τις εἴποι τὸν τραγῳδὸν, πρὸ τοῦ τελέσαι καὶ διαθεματίσαι, ἀπαλλάτ]εαζ. ἐπὶ οὐδὲν δεῖλον, b δὲ κομψὸν, δὲ προσδεδεμένον, δὲν c ἀπεσχισμένον, δὲ ὑπεύθυνον, δὲ d ἐμφωλεῦον.

§. 9. e Τὴν ὑπολη]ικὴν δύναμιν σέβε. f ἐν παύ]ῃ τὸ πᾶν, ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σε μηκέτι ἐγγένη] ἀνακόλυθον * τῇ φύσει, καὶ τῇ τοῦ λογικοῦ ζώου κατασκευῇ. αὕτη οὖ ἐπαγγέλλε] g ἀπροπ]ωσίαν, καὶ h τὸ πρὸς ἀνθρώπους οἰκειώσιν, καὶ i τὸ θεοῖς ἀκολυθίαν.

§. 10. Πάντα οὖν ῥίψας, k ταῦτα μόνον τὰ ὀλίγα σύνεχε. καὶ εἶ συμμνημόνευε, ὅτι l μόνον

a L. 12. §. 36.
b Sup. §. 5. l. 4. § 51.
c L. 8. §. 34.
d Sup. §. 7.
e L. 5. §. 21. l. 6. §. 16. l. 11. §. 1.
f L. 2. §. 15.
* -θος Lug.
g L. 4. §. 49. l. 7. §. 55.
h L. 7. §. 31.
i L. 7. §. 31. 67. l. 10. §. 11. l. 12. §. 27. 31.
k L. 2. §. 5.
l L. 2. §. 14.

ANNOTATIONES.

poſuit, non indiget tempore: — ſcit nihil intereſſe inter diem & ſeculum; — ſingulos dies, ſingulas vitas putat. qi hoc modo ſe aptavit, huic vita ſua qotidie fuit tota. Contrà, ut idem *ibidem*; *Maximum vitæ vitium eſt, qòd imperfecta ſemper eſt, qòd etiam aliqid ex illa differtur.* Ex Epicuro idem *Ep.* 13. *Inter cætera mala, hoc qoqe habet ſtultitia proprium, Semper incipit vivere. — Qàm avtem fœda eſt hominum levitas, qotidie nova vitæ fundamenta ponentium, novas ſpes etiam in exitu inchoantium? — qid turpius, qàm ſenex vivere incipiens?* Vide *l.* 2. §. 4. 11. & *ſuprà* §. 7. & §. 12. & *l.* 7. §. 56, 69.

Ὡς ἄν τις εἴποι τὸν τραγῳδόν] Vide *l.* 11. §. 1. & *l.* 12. §. 36. Seneca *Epiſt.* 77. *Qomodo fabula, ſic vita; non qàm diu, ſed qàm bene acta ſit, refert. nihil ad rem pertinet, qo loco deſinas. qocunqe voles deſine: tantùm bonam clauſulam impone.* Martialis *l.* 8. *Ep.* 77.

Qi ſic vel medio finitus vixit in avo,
Longior huic facta eſt, qàm data vita fuit.

Καὶ γὰρ ὁ ἀγαθὸς ὑποκριτὴς παύ]ειν ὅτε δεῖ, σώζεται μᾶλλον, ἢ ὑποκρινόμενος παρὰ καιρόν. *Etenim bonus hiſtrio, cum deſinit qando oportet, magis conſervatur, qàm cùm fabulam intempeſtivè repræſentat.* Epictetus *l.* 4. *c.* 1. Rectè Varro in *Modio. Non eos optimè vixiſſe, qi diutiſſimè, ſed qi modeſtiſſimè. Non enim vivere bonum eſt, ſed bene vivere.* Seneca *Ep.* 70. At, *Nemo* (inqit idem *Ep* 22.) *qàm bene vivat, ſed qàm diu, curat: cùm omnibus poſſit contingere, ut benè vivant; ut diu, nulli.*

Ἀπεσχισμένον] Vide *l.* 8. §. 34.

Ἐμφωλεῦον] Philo *Allegor. l.* 2. *pag.* 61. E. Ὁ φαῦλος δοκεῖ εἶναι τὸν Θεὸν ἐν τόπῳ, μὴ περιέχοντα, ἀλλὰ περιεχόμενον. ὃ χάριν καὶ ὀίεται ἀποκρύπ]εσθαι, ὡς κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ὃν ἔντος τοῦ αἰτίου, καθ' ὃ φωλεύειν διέγνωκεν. *Malus qivis putat eſſe Deum, in loco, nec continere, ſed contineri: ideoqe putat ſe abſcondi: tanqam illa ſumma cauſſa abſit ab ea parte, in qam ipſe illatebrare ſe decrevit.* Tranſlatio eſt à *ſerpentum* uſu petita, qi in *ſpecus* ac *cavernas* abdere ſe ſolent. Expreſſit hoc graphicè Tertullianus *adv. Valentinian. c.* 3. *Abſcondat ſe ſerpens, qantùm poteſt; totámqe prudentiam in latebrarum ambagibus torqeat; altè habitet, in caca detrudatur; per anfractus ſeriem ſuam evolvat, tortuoſe procedat, nec ſemel totus, lucifuga beſtia. Noſtra columba domus ſimplex; etiam in editis ſemper & apertis, & ad lucem. Nihil veritas erubeſcit, niſi ſolummodo abſcondi.* Seneca *Epiſt.* 97. *Bona conſcientia prodire vult & conſpici, ipſas neqitia tenebras timet.* Vide *ſuprà* §. 7. & *infrà* §. 15. & *ad lib.* 10. §. 9. λανθάνον, ὃ κρυπτόμενον.

§. 9. Τὴν ὑπολη]ικὴν δύναμιν σέβε] Vide *l.* 5. §. 21.

Ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν] Vide *l.* 2. §. 11, 15. Epictetus *lib.* 1. *c.* 11. Ἓν καὶ ταὐτόν ἐ]ιν ἐπὶ πάν]ων τὸ αἴτιον, τοῦ ποιεῖν τι ἡμᾶς ἢ μὴ ποιεῖν. *Unam & eandem eſſe in omnibus rebus cauſſam, cur aliqid faciamus avt non faciamus.* Seneca *Ep.* 78. *Omnia ex opinione ſuſpenſa ſunt.*

Ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σε μηκέτι ἐγγένη]αι ἀνακόλυθον τῇ φύσει] Mericus Caſavbonus *neqid opinio tua in mente tua generet naturæ contrarium.* qaſi μήτι & ἐγγενῆται legerit. Xylander *ut pars tui principalis nihil unqam animo concipiat, qod eſt naturæ alienum.* Senſus in aperto eſt. Verborum, prout exhibentur, verſio havd item. Lugdunenſis qod rarò ſolet, literulâ immutatâ omnia reddidit proclivia, dum ἀνακόλυθον legit, ὑπόληψις ſcilcet, *nè qa opinio ultrà menti innaſcatur*, vel *in mente excitetur, qæ naturæ nevtiqam conſentanea ſit.* Vide *l.* 1. §. 9.

Αὐτὴ δὲ ἐπαγγέλλε]αι] *Illius avtem eſt munus.* Xylander. Malim, *poſtulat avtem*, ſive *exigit iſta.* ἐπαγγέλλεται, παραιτεῖ, ἀξιοῖ. Svidas. Ἐπαγγέλλεται, *adhortatur, petit.*

Ἀπροπ]ωσίαν] Ἀποπ]ωσίαν definit Zeno apud Laërtium *l.* 7. Ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκα]αθίεσθαι καὶ μή. *Scientiam, qâ qis nôrit, qando aſſenſum adhibere vel inhibere oporteat.* Eſt igitur ἡ ἀπροπ]ωσία, ſive ut *l.* 4. §. 49. & *l.* 7. §. 55. τὸ ἀπρόπ]ωτον, *à temeritate vacuitas*, ut Xylander, (qi προπ]ωσίαν, qæ vox tamen vix, opinor, reperitur, idem eſſe monet cum eo qod προπίτεια freqentiùs dicitur) hoc eſt, *à temerè aſſentiendi proclivitate ac præcipitantia immunitas.* Hinc Clitomachus apud Ciceronem in *Lucullo*; *Herculis qendam laborem exantlatum à Carneade, qod, ut feram & immanem bellvam, ſic ex animis noſtris aſſenſionem, id eſt, opinationem & temeritatem, extraxiſſet.* hoc eſt avtem τῆς ὑπολήψεως καὶ ἀλη]ικῆς, *exiſtimationis certæ*, ut Marcus loqitur, *l.* 9. §. 6. ταῖς φυλακίαις ἐμφιλοτεχνήσης, ἵνα μήτι ἀκατάλη]ον παρεισρυῇ. *l.* 7. §. 54. *Sedulò caventis, ne qid minùs liqidò comprehenſum clàm ſurrepat:* ſive μήτε ψευδεῖ, μήτε ἀδήλῳ συγκα]αθιεμένης. *l.* 8. §. 7. *nec falſo, nec incerto aſſentientis:* qâ ratione & ἀπρόπ]ωτος dicitur. Qanqam ſtrictiùs pavlò qandoqe τὸ προπίπ]ειν uſurpâſſe videntur Stoici, qi referente Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 49. τοὺς προειθεμένους τῇ ἑτέρᾳ καὶ μὴ ἐπέχοντας, ἁμαρτάνειν λέγουσι. ἂν μὲν ἀδήλοις εἴκωσι, προπίπ]οντας. ἂν δὲ ψευδέσι, ψευδομένους. ἂν δὲ κοινῶς ἀκατα]αλήπ]οις, δοξάζοντας. *Cùm qidem dicant, eos qi alteri aſſentiantur parti, & non cohibeant aſſenſionem, peccare: ſi obſcuris imaginationibus concedant, temerarios eſſe: ſi falſis, falſum amplecti: ſi communibus communionem qa comprehenſione careat.* ubi rectè Petrus Valentianus *in Academic.* προπίπ]ουσας reponit; pro eo qod προσπίπτοντας vitiosè legitur. emendationem adfirmo ex ipſius Chryſippi ἐν τῷ περὶ τοῦ Διὸς, *in libro de Jove*, verbis, à Plutarcho *ibidem. c.* 9. repræſentatis; qibus inter τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἔργα, *facta ſecundùm virtutem*, recenſet iſta, ἀνδρείως τὸν δάκ]υλον ἐκτείναι, καὶ ἐγκρατῶς ἀνασχίσθαι δυσθανατούσης γραὸς, καὶ ἀπροπ]ώτως ἀκοῦσαι τοῦ τὰ τρία τέσσαρα μὴ εἶναι τελείως. *Digitum fortiter extendere, avt continenter abſtinere à vetula moribunda, avt patienter avdire dicentem tria non omnino eſſe qatvor.* qo loco tamen liberiùs laxiúſqe uſurpari video τὸ ἀπρόπ]ωτον. Et difertiùs etiam in Stoicorum placitis à Stobæo coacervatis, *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. §. 8. ubi τὸ προπίπτειν exponitur, πρὸ καταλήψεως συγκατίθεσθαι. Et in eúndem ſenſum Epictetus *Diſſert. l.* 4. *c.* 1. Τίς θέλει ζῆν ἐξαπατώμενος, προπίπτων; *Qis vult vivere deceptus, temerarius.* qi locus Volphio negotium ſine cavſſâ faceſſit. Fallitur ergò Budæus, (& Budæum ſecutus Stephanus) cùm ἀπροσπ]ωσίαν legit apud Laërtium, (tanqam ſit à προσπίπ]ω, qod *impingere* ſignificet) & ad *lapſum* in vitæ actionibus refert. Neqe enim τῷ προσπίπτειν eo ſenſu uſurpati exemplum ullum exhibetur. Stoicóſqe palam eſt, tria iſta, τὸ ἀπρόπ]ωτον, τὸ ἀδιάπ]ωτον, τὸ ἀπερίπ]ωτον, ità ſolitos diſtingvere, ut τὸ ἀπρόπ]ωτον, ad ὑπόληψιν, ſive *opinionem*, τὸ ἀδιάπ]ωτον, ad πρᾶξιν, ſive *actionem*, τὸ ἀπερίπτωτον, ad πάθος, ſive *perpeſſionem*, referrent; dum *ſapientem, nec falli, nec labi, nec lædi* poſſe contendebant. Videatur Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 3. §. 3. & 8. Marcus avtem τὸ ἐυ]αξιάπ]ητον καὶ προπτωτικὸν καὶ μεταπτωτικὸν, *deceptu facilem & temerarium & inconſtantem*, conjunxit. *l.* 11. §. 10. Epictetus verò *l.* 2. *c.* 8. iſta φιλοσόφου νεύρα facit, ὀρεξιν ἀναπότευκτον, ἔκκλιση ἀπερίπ]ωτον, ὁρμὴν καθήκουσαν, πρόθεσιν ἐπιμελῆ, συγκατάθεσιν ἀπρόπτωτον. *Appetitum fruſtrationis expertem, averſationem caſibus non obnoxiam, affectionem convenientem, propoſitum accuratum, aſſenſionem conſideratam.* Idémqe *l.* 1. *c.* 4. hominis opus conſtituit in tribus hiſce; ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει, ἵν' ἀναπότευκτος ᾖς. ἐν ὁρμαῖς καὶ ἀφορμαῖς, ἵν' ἀνεμπόδιστος. ἐν προθέσει καὶ ἐποχῇ, ἵν' ἀνεξαπάτητος, *in appetitione & aſpernatione, ut voto nunqam fruſtreris: in perſeqendo & fugiendo, ut ſis extra peccatum: in aſſentiendo & ſuſtinendo aſſenſu, ne fallaris.*

Τὴν πρὸς ἀνθρώπους οἰκειότητα] Vide *ſupra* §. 4.

Τὴν τοῖς θεοῖς ἀκολυθίαν] Vide *l.* 7. §. 31, 67.

§. 10. Πάντα οὖν ῥίψας] Vide *l.* 2. §. 7. Seneca *Epiſt.* 17. *Projice omnia iſta, ſi ſapis, imò ut ſapias; & ad bonam mentem magno curſu ac totis viribus tende. Si qid eſt, qo teneris, avt expedi, avt incide.* Et *Epiſt.* 5. *Qod pertinaciter ſtudes, & omnibus omiſſis hoc unum agis, ut te qotidie meliorem facias, probo & gavdeo; nec tantùm hortor ut perſeveres, ſed etiam rogo.* Et *Epiſt.* 72. *Non cùm vicaveris, philoſophandum eſt: omnia alia negligenda, ut huic aſſideamus. — reſiſtendum eſt occupationibus: nec explicandæ, ſed ſubmovendæ ſunt. tempus qidem nullum eſt parùm idoneum ſtudio ſalutari.* Et *Epiſt.* 88. *Magna & ſpatioſa res eſt ſapientia: vacuo illi loco opus eſt. — Non dabit ſe in has anguſtias virtus. laxum ſpatium res magna deſiderat. expellantur omnia: totum pectus tui vacet. — ut habere*

a L.4.§.3.l.6.§.36.l.8.21.l.12.§.32.

γεν ζῆ ἕκας☉ τὸ παρὸν τοῦτο, τὸ ἀκαριαῖον. τὰ δ' ἄλλα, ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδήλῳ. μικρὸν μὲν ἄρα ὃ ζῆ ἕκας☉, [a] μικρὸν δὲ τὸ τῆς γῆς γωνίδιον

b L.4.§.3.19.l.5.§.33.l.7.§.6.l.8.§.21.l.9.§.30.

ὅπου ζῇ. [b] μικρὸν δὲ καὶ ἡ μηκίστη ὑστεροφημία, καὶ αὕτη δὲ κατ' ἀλλοδοχεῖ ἀνθρωπαρίων τάχιστα πεθνηξομένων, καὶ σφόδρα εἰδώλων ἀδέ ἑαυτοὺς, ὅτι γε τὸν πρόπαλαι πεθνηκότα.

§. 11. Τοῖς δὲ εἰρημένοις παραστήμασιν ἐν ἕπεσθαι θέλε, [c] τὸ ὅρον ἢ ὑπογραφὴν ἀεὶ ποιεῖσθαι ἐπὶ

c L.2.§.12.l.6.§.13.l.7.§.68.l.10.§.18.l.11.§.2.16.l.12.§.8.

ἑαυτοῦ φαντασίᾳ, ὥστε αὐτὸ ὁποῖόν ἐστι καθ' ὑσίαν [d] γυμνὸν, ὅλον δι' ὅλων [e] διηρημένως βλέπειν, καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὰ ὀνόματα ἐκείνων ἐξ ὧν συνεκρίθη, καὶ εἰς ἃ ἀναλυθήσεται,

d L.9.§.34.l.12.§.2.

λέγειν παρ' ἑαυτῷ. [f] ἡδὲν γὰρ ἄτως μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν, ὡς τὸ ἐλέγχειν [g] ὁδῷ κατ' ἀλήθειαν ἕκαστον τῶν τῷ βίῳ ὑποπιπτόντων δύνασθαι, καὶ τὸ ἀεὶ ἄτως εἰς αὐτὰ ὁρᾶν, ὥστε συνεπιβάλλειν ὁποίῳ τινὶ τῷ κόσμῳ, ὁποίαν τινα ἔτι χρείαν παρεχόμενον,

e L.4.§.11.
f L.10.§.11.
g L.1.§.9.

h L.6.§.3.

[h] τίνα μοῖραν ἔχει ἀξίαν ὡς πρὸς τὸ ὅλον, ἵνα δὲ ὡς πρὸς

i L.2.§.16.

τὸν ἄνθρωπον, [i] πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης,

præsens tantummodo ætatis spatium, qod puncti instar obtinet, vivere: reliqum tempus vel jam exactum, vel in incerto planè situm. exiguum est itaqe, qod vivit qisqe; exiguus & telluris, in qo vitam agit, angulus: exiguum qiddam, qæ & diutissimè prorogatur, posthuma fama; eáqe homuncionum morti celerrimè concedentium, qi nè seipsos qidem probè nôrint, nedum jam olim defunctum qempiam, succession ibus propagata.

§. 11. Eis qæ dixi monitis salutaribus, istud unum adjectum sit: ut definitio sive descriptio fiat semper rei illius qæ sub cogitationem cadit; qo ipsa per se nuda ex natura sui, eadémqe integra, per partes sui universas, qale qid sit, distinctè possis dijudicare; útqe apud te perpendas, & qodnam sit nomen ejus, qæqe eorum ex qibus constat, & in qæ futurum est ut resolvatur denuò, nomina. nihil enim perinde magnanimitatem ingenerat, atqe expeditè veréqe discutere posse unumqodqe eorum qæ in vita contingunt; eadémqe sic intueri semper, ut mentem simul subeat, qali mundo qalem usum hoc præbeat, qamnam universi respectu dignitatem obtineat; qamnam, hominem qod attinet, qi civem

agit

ANNOTATIONES.

bere possit liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt.

Μόνον ζῇ ἕκας☉ τὸ παρὸν τοῦτο τὸ ἀκαριαῖον] Vide *l.* 2. §. 14, 17. & *l.* 12. §. 3. Apud Ælianum *l.* 14. *c.* 6. Aristippus: *Μόνον ἡμέτερον εἶναι τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον. τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι. τὸ δὲ ἄδηλον εἶναι, εἴπερ ἔστι. Solum præsens in manu nostra positum, non præteritum, neqe instans. Illud enim abisse: hoc an eventurum sit, incertum esse.* Plutarchus *de commun. notion. cap.* 37. Οὐκ ἔστι νῦν τὸ παρῳχημένον. καὶ οὐδέπω νῦν τὸ μέλλον. *Qod præteriit, non est: qod futurum est, nondum est.* Augustinus *Confess. l.* 11. *c.* 14. & *in Psal.* 38. Seneca *de brev. vit. c.* 10. *In tria tempora vita dividitur; qod est, qod fuit, & qod futurum est. ex his, qod agimus breve est; qod acturi sumus, dubium; qod egimus, certum.* — Siqidem *singuli tantum dies, & hi per momenta præsentes sunt.* Et mox: *Præsens tempus brevissimum est; adeò qidem, ut qibusdam nullum videatur. in cursu enim semper est; fluit, & præcipitatur. antè desinit esse qàm venit. nec magis moram patitur, qàm mundus, aut sidera, qorum irreqieta semper agitatio; nunqam in eodem vestigio manet. solum igitur ad occupatos præsens pertinet tempus; qod tam breve est, ut arripi non possit; & idipsum illis, districtis in multa, subducitur.* Censorinus *de die natal. c.* 15. *Ævum est immensum, sine origine, sine fine, nec ad qemqam magis hominem qàm ad alterum pertinet. hoc in tria dividitur tempora, præteritum, præsens, futurum: ex qibus præteritum initio caret, exitu futurum: præsens autem, qod medium est, adeò exiguum & incomprehensibile est, ut nullam recipiat longitudinem, neqe aliud esse videatur, qàm transacti futuriqe conjunctio; adeò porrò instabile, ut ibidem sit nunqam, & qicqid transcurrit, à futuro decerpit, apponitqe præterito.*

Ἐν ἀδήλῳ] Solomon *Eccles. c.* 10. *v.* 14. & *c.* 11. *v.* 2. *Ecqis novit qid futurum sit?* Anacreon *Carm.* 24. 3.

Χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον.
Ὃν δ' ἔχω δραμεῖν, οὐκ οἶδα.
Qantumqe jam peregi
Cursum scio: at latet me
Qantum via superst.

Pittacus apud Laërtium *l.* 1. §. 77. Τί ἀφανὲς. τὸ μέλλον. *Qid obscurum? Futurorum eventus.* Isocrates *ad Demonic. pag.* 13. Τὸ μέλλον ἀόρατον. *Futura provideri non possunt.* Plutarchus *adverss. Colot.* Ἄδηλον τὸ μέλλον. Seneca *ad Mart. c.* 23. *Omne futurum incertum est.* Pindarus *Olymp. Od.* 12.

Σύμβολον δ' ὅτις ἐπιχθονίων
Πιστὸν, ἀμφὶ πράξι☉ ἰσ-
— σομένας ἔυρε φρένας.
Signum enim nondum qispiam terrestrium
Certum de re futura
Nactus est divinitus.

Horatius *Carm. l.* 3. *Od.* 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caligmosa nocte premit Deus.

Μικρὸν μὲν οὖν ὃ ζῇ ἕκας☉] *Parvum* & concisum est admodum, hac ratione, *qod vivimus*; qia ad momenti τὸ ἀκαριὲς atqe *insecabile* restringitur. Verùm cæteroqi etiam havd longa avt diuturna esse vita potest, etiamsi ortu obitúqe, tanqam cancellis septisqe qibusdam, eam definiamus, & ab illo ad istum pertingentem consideremus. Vide *l.* 4. §. 26. & *l.* 11. §. 16. *considerat.* 6.

Μικρὸν δὲ τὸ τῆς γῆς γωνίδιον, ὅπου ζῇ] Ità *l.* 6. §. 36. Ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη γωνία τοῦ κόσμου. *Asia, Europa, orbis sunt anguli.* Et *l.* 8. §. 21. Καὶ ἐν γωνίᾳ τούτῳ τῷ κλίματος. *In angulo istius plagæ.* & *l.* 12. §. 32. Ἐν πόσῳ βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἕρπεις. *In qantula etiam telluris glebula repis.*

Μικρὸν δὲ καὶ ἡ μηκίστη ὑστεροφημία] Διὰ τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης. *Qam citò oblivione sepeliantur omnia. l.* 4. §. 3. Βραχύβιον γὰρ καὶ ὁ ἐπαινῶν καὶ ὁ ἐπαινούμενος, καὶ ὁ μνημονεύων, καὶ ὁ μνημονευόμενος. *Brevis autem est vita & qi celebrat, & qi celebratur, & qi commemorat pariter & qi commemoratur. l.* 8. §. 21. Vide *l.* 2. §. 17. & *l.* 4. §. 3. 19. & *l.* 7. §. 6. Cicero *de repub. l.* 6. in *Somn. Scip. Ipsi autem, qi de vobis loquuntur, qàm diu loqentur? qinetiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps lavdes uniuscujusqe nostrùm à patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionésqe terrarum, qas accidere tempore certo necesse est, non modò non æternam, sed ne diuturnam qidem gloriam assequi possumus.* Et mox: *Sed loqentur de te. Sermo autem omnis iste, & angustiis cingitur iis regionum, qas vides, nec unqam de ullo perennis fuit; & obruitur hominum interitu, & oblivione posteritatis extinguitur.*

§. 11. Τοῖς δὲ εἰρημένοις παρασήμασιν] Xylander *præceptis.* ac si παρακλήμασι, παρακελεύσμασι, vel παραινέμασι legisset. Mericus Casavbonus *avxiliis.* ἐίτqe reverâ παρίστασθαι *astare, adesse, avxiliari.* itaqe qanqam παράσημα hoc sensu nusqam occurrat, fieri potest tamen, ut Marcus eo istîc usurparit. ut παρασήματα hîc dixerit, qæ *infrà* βοηθήματα *l.* 4. §. 50. qia τὸ παρίστασθαι est βοηθεῖν. potest forsitan & *documentis* reddi. nam παράστασις, qod ejusdem est originis, etiam pro *documento* sumi qandoqe docet Budæus.

Γυμνὸν] Vide *suprà l.* 2. §. 12. & *l.* 9. §. 34.

Διηρημένως] Vide *l.* 4. §. 21.

Οὐδὲν γὰρ ἄτω μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν] Idem *l.* 10. §. 11. Vide Casavbonum *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 72.

Ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ] Vide *ad l.* 1. § 9.

Πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης] Vide *ad l.* 2. §. 16. & *ad l.* 4. §. 3. & 23. & *l.* 6. §. 44. In eundem sensum Epictetus *Dissert. l.* 2. *c.* 10. Πολίτης εἶ τοῦ κόσμου, καὶ μέρος αὐτοῦ. *Mundi civis, ejusdémqe pars es.* Idémqe *l.* 1. *c.* 9. Τί ἄλλο ἀπολείπεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὸ τῷ Σωκράτει, μηδέποτε πρὸς τὸν πυθόμενον, ποδαπὸς ἐστι, εἰπεῖν, ὅτι Ἀθηναῖος ἢ Κορίνθιος, ἀλλ' ὅτι κόσμιος; *Qid aliud est hominibus reliqum nisi Socraticum illud, ut nemo, interrogatus cujus sit, se Atheniensem avt Corinthium esse respondeat, sed mundanum?* Qod Cicero *Tuscul. l.* 5. *Socrates cùm rogaretur, cujatem se esse diceret, mundanum,* inqit. *totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Et *de finib. l.* 4. ex Stoicorum sententia: *Mundum hunc omnem, oppidum esse nostrum. ut Ciccejis qi habitet, hunc omnem mundum suum municipium esse existimet.* Diogenes pariter apud Laërtium *l.* 6. interrogatus unde esset, respondit κοσμοπολίτης. de qo Epictetus *lib.* 3. *c.* 24. Πᾶσα γῆ πάτρις ἦν ἐκείνῳ. ἐξαίρετος δὲ οὐδεμία. *Omnis terra huic patria erat, peculiariter vero nulla.* Et Basilius Cæsar. *Epist.* 41. ad Maximum Philosophum, τὸν δὲ πολίτην σεαυτὸν τῆς οἰκουμένης ἐποίησας. *Tu te mundi totius civem effecisti.* Seneca *Epist.* 68. *Sapienti rempublicam ipso dignam dedimus,* id est, *mundum.* Verùm sint illi *mundani*, sive *mundi cives.* hoc nos illis Christiani libenter concedimus. At nos potiùs, qi *è mundo* nos esse diffitemur, Joannis *c.* 15. *v.* 19. & *c.* 17. *v.* 16. sumus reverâ, qod Marcus istîc, τῆς πόλεως τῆς ἀνωτάτης πολίτας. ἡμῶν γὰρ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς. ut Pavlus *ad Philip. c.* 3. *v.* 20. *Municipium nostrum in cælis est.* Siqidem, ut Tatianus Assyrius *adv. Grac. p.* 158. Κόσμου μὲν ἡ καταυκευὴ, καλή. τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πολίτευμα, φαῦλον. *Etenim constitutio mundi bona est, mala autem*

agit civitatis ſupernæ illius, cujus reliqæ civitates iſtæ qaſi familiæ exiſtunt; qidnam ſit, & ex qibuſnam principiis conſiſtat, & qamdiu durare natum ſit, qod phantaſiam mihi afficit impræſentiarum: qanam item virtute adversùs rem eam ſit uſus; manſvetudine puta, fortitudine, veritate, fide, ſimplicitate, frugalitate, an aliâ aliqâ. de ſingulis ergò rebus dicendum eſt; Hoc divinitùs venit; hoc à fati ſerie connexâ contextâqe, vel à concurſu fortuito

ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι εἰσίν. [a] τί ἐστι, καὶ ἐκ τίνων συγκέκριται, καὶ [b] πόσον χρόνον πέφυκε διαμένειν ἕκαστον, τὸ [c] τῶν φαντασίαν μοι νῦν ποιεῖν. καὶ [d] τίνος ἀρετῆς πρὸς αὐτὸ χρεία, οἷον ἡμερότητος, ἀνδρείας, ἀληθείας, πίστεως, ἀφελείας, αὐταρκείας, τῶν λοιπῶν. διὸ δεῖ ἐφ' ἑκάστῳ λέγειν, [e] ἕστι μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ ἥκει, ἕστι δὲ [f] κατὰ τὴν σύλληξιν, καὶ τῶν συμπεπλεγμένων σύγκλωσιν, καὶ τῶν τοιούτων.

a L. 2. §. 12.
b L. 9. §. 25.
c L. 12. §. 18.
d L. 9. §. 11. 42.
e L. 2. §. 3. l. 4. §. 23.
f L. 4. §. 26. l. 7. §. 34.

ANNOTATIONES.

autem in eo viventium ſunt actiones. Nobiſque, qod Seneca *Epiſt.* 102. *Patria eſt, qodcunqe ſuprema & univerſa circuitu ſuo cingit.* ut verè liceat nobis Luciani illud in *Hermot. pag.* 522. uſurpare; Ὁρᾷς ὡς ὁ μάταν, ὅτι περὶ μικρῶν κάμνομεν, πολλῆς ἐπιθυμοῦντες γενέσθαι τῆς καλῆς καὶ εὐδαίμονος πόλεως. *Vides, ut non fruſtrà, nec parvis de rebus laboremus, qum tam pulcræ, tamqe felicis urbis cives fieri cupimus.* liceat cum Anaxagora (Laërtio *l.* 2. referente) digito in cœlum intendentes dicere, Αὕτη πατρίς. *iſta nobis eſt patria, civitas iſta.* Siqidem Chriſtiani qiqe genuini ſunt οὐρανοπολῖται, ut Iſidorus Peluſiota *l.* 2. *Epiſt.* 251. *cives* nimirum, τῆς ἄνω καὶ ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ, *ſupernæ cæleſtiſqe illius Hieruſalemi, qæ eſt fidelium ſanctorumqe univerſorum metropolis*: ut Apoſtolus *ad Galat. c.* 4. *v.* 26. & *ad Hebr. c.* 12. *v.* 22. οὐρανοπόλεως nomine dignior longè, qàm Marci, qà Antonius, ut ipſe loqitur, *patria*; qam eo nomine inſignire Athenæo viſum eſt, *dipnoſoph. l.* 1. Rectè Philo *de agricult. pag.* 196. *E.* Παροικεῖν, ὃ καλοικεῖν ἤλθομεν. τῷ γὰρ ὄντι πᾶσα ψυχὴ σοφοῦ, παλαιὸς μὲν οὐρανὸν, γῆν δὲ ξένην ἔλαχε. *Inqilini ut eſſemus, non inhabitatores perpetui, venimus. Revera enim omnis ſapientis anima cœlum habet patriam, in terra peregrinatur.* Itaqe eò revertuntur, ubi hinc recedunt, παλαιὸς μὲν τὸν οὐράνιον χῶρον, ἐν ᾧ πολιτεύονται, ξένον δὲ τὸν περίγειον, ἐν ᾧ παροικήσουσι, νομίζοντες. *Memores cœlum ſibi eſſe civitatem ac patriam, in his vero terra finitimis uti ſe tantum hoſpitio.* Idem *de lingv. confuſ. pag.* 331. *C.* Clemens deniqe *Strom. l.* 4. *extremo. pag.* 543. *C.* Λέγουσι γὰρ καὶ οἱ Στωικοὶ, τὸν μὲν οὐρανὸν κυρίως πόλιν. τὰς δὲ ἐπὶ γῆς ἐνταῦθα καὶ πόλεις. λέγεσθαι μὲν γάρ, εἶναι δὲ. σπουδαῖον γὰρ ἡ πόλις, καὶ ὁ δῆμος ἀρέσαν τι σύστημα καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἀπὸ νόμου διοικουμένων. *Dicunt enim Stoici qoqe, cælum qidem propriè eſſe civitatem; qa autem hic in terra ſunt, non eſſe civitates: dici enim, ſed non eſſe. Res enim bona eſt civitas, & populus, honeſtus aliqis cœtus, & multitudo hominum, qa regitur lege.*

Τί ἐστι, — τὸ τὴν φαντασίαν μοι νῦν ποιεῖν] *Qid eſt, qod modò cogitationem animo meo attulit.* Xylander. *qid eſt, in qo defixa eſt nunc phantaſia mea.* Caſavbonus. malim, *qid ſit, qod phantaſiam meam afficit impræſentiarum.* ut & ſententia continuetur, ad συνεπιβάλλειν reſpiciens: & τὸ ποιεῖν à ποιόω, non à ποιέω ducatur. Vide Aphrodiſienſem *ſuprà ad* §. 1. & Marcum *l.* 12. §. 18. qanqam & φαντασίαν ποιεῖν etiam dicitur. Nemeſianus *de nat. hom. c.* 6. ex Stoicorum ſententia; Φαντασίαν μὲν λέγοντες τὸ πάθος τῆς ψυχῆς, τὸ ἐνδεικνύμενον αὐτό τε, καὶ τὸ ποιητικὸν φαντάσας. ὡς γὰρ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις ἐγγίνεται πάθος, ὅταν αἰσθάνηται. ὅτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ὅταν ἐνοήσῃ. εἰκόνα γὰρ ἐν ἑαυτῇ δέχεται τοῦ νοητοῦ. Φαντασὸν δὲ, τὸ ποιητικὸν τὴν φαντασίαν αἰσθητόν. *Phantaſiam definiunt animæ affectionem, qa & ſeipſum oſtendit, & φαντασὸν illud à qo nata eſt. Ut enim in ſenſuum ſedibus affectio gignitur cum ſentiunt, ita in anima cum intelligit. Nam imaginem in ſe accipit ejus rei qam intelligit.* Φαντασὸν *ſubjectum illud ſenſui qod φαντασίαν genuit.* Utrovis modo ſumpſeris, eódem recidet.

Αὐταρκείας] *ex qa totus ex me aptus ſum.* Xylander. Sed hoc laxum nimis; qum de virtute aliqa peculiari agatur. *Contentatione.* Caſavbonus. Ego, *frugalitate*, ità Polybius uſurpavit, Budæo referente, Ἄξιος ὁ ἀνὴρ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, μάλιστα δὲ τῆς αὐταρκείας τοῦ βίου. *Dignus vir qem laudemus & admiremur frugalitatis nomine cum primis.*

Τοῦτο μὲν παρὰ θεοῦ ἥκει] Ità *l.* 2. §. 3. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. *Indè profluunt omnia.* Vide & *l.* 8. §. 20. & *l.* 9. §. 1. & *l.* 10. §. 1. Ἀπὸ θείας αἰτίας συμβαίνει πᾶσι πάντα. Idem *l.* 8. §. 23. Exagitat Stoicos paſſim Plutarchus in libris *de Stoicis contradictionibus*, & *de communibus notitiis*; qòd etiam mala humana, bella, cædes, peſtes, & conſimilia (qæ illi tamen malorum loco non habebant) Deo adſcriberent, & divinitùs contingere aſſererent. Verùm Stoicis hac in parte ſuffragium contribuit ſuum codex ſacer havd ſemel. Apud Eſajam *c.* 45. *v.* 7. Deus ipſe: *Ego ſum, qi & lucem produco, & tenebras obduco; qi ſtatuo pacem, malumqe creo. Ego Jova iſta omnia facio.* Jeremias, Thren. *c.* 3. *v.* 37, 38. *Ecqo dicente exiſtit qicqam, niſi Dominus id præceperit? Ex ore altiſſimi annon prodit, tam malum qodqe qàm & bonum?* Amos. *c.* 3. *v.* 6. *An erit malum in civitate, qod Jova non effecerit?* Itaqe ſicut de *bono* Pſaltes, *A Domino factum eſt iſtud, Pſal.* 118. *v.* 23. Ità de *malo* pariter Vates: *A Domino extitit iſtud.* Hiſtoriæ Regum *l.* 3. *c.* 12. *v.* 24. Job ſanctus, tam prædonum manu abacto pecore, qàm & gregibus igne cœlitùs miſſo abſumptis, liberiſqe ædium ruinâ turbine impulſarum oppreſſis; *Dominus*, inqit, *dedit*; *Dominus abſtulit.* Jobi *c.* 1. *v.* 21. Uxoríqe per animi impotentiam, cùm ulcere fœdo jam oppletus iu cinere volutaretur, minùs ſana conſilia ſuggerenti; *Scilicet bonum à Domino acceperimus; & non malum etiam laturi ſimus? Ibidem c.* 2. *v.* 10. Deniqe Rex pius à maledico rabula convitiis imperitus: *Iſte*, inqit, *maledixit, qia Dominus edixit.* Reg. *l.* 2. *c.* 16. *v.* 12. Itaqe *Obmutueram*, ait, *ſilentiumqe mihi indixeram, qia tu, Domine, illud feceras. Pſal.* 39. *v.* 9. Nec refragantur exteri. Homerus *Od. δ'. v.* 237.

Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ. —
Ipſe bonumqe malumqe Jovis dat. —

Idémqe *Odyſſ. ξ'. v.* 63.

— δίδοι δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
— *dabat ipſe bonumqe malumqe.*

Et *Iliad. ε'. v.* 109.

Τῷ ἴχεθ', ὅ, τίς κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ
Ἦ ἀγαθόν. —

Ità ſiqidem legit Chryſippus, ſecus qàm nunc habetur, à Plutarcho *de Stoic. contradict. cap.* 47. adductus.

Ipſe malum qodcunqe bonumve immiſerit ulli,
Acceptum huic fertur. —

Sophocles *Ajace Lorar.*

Ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κἀδύρεται.
Qivis dolet, vel ridet, ut viſum Deo.

Idémqe *ibidem.*

Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα καὶ τἄλλ' ἀεὶ
Φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς.
Ego hæc & alia qæ accidunt mortalibus
Venire cuncta nutu dixerim Deum.

Vide Epictetum *l.* 3. *c.* 24. *ad l.* 2. §. 16.

Καλὰ τὴν σύλληξιν καὶ τὴν συμπνευομένην σύγκλωσιν] Ità *lib.* 2. §. 3. ἐκ ἄνευ φύσεως καὶ συγκλώσεως. *Non abſque natura ope, aut ſine connexu rerum. ſuprà* § 4. & *infrà* §. 16. συγκλωθόμενα. Alluſit ad Parcarum (qæ & indè Καλακλῶθες Homero dictæ *Odyſſ. η', v.* 197.) ſtamina ducentium & in fata intexentium figmentum poeticum. Ità & *l.* 4. §. 26. συγκαθείμαρτό σοι καὶ συνεκλώθετο. *deſtinatum, & fato ce to aſſignatum eſt.* Et *l.* 5. §. 8. συγκλώθεται. & *l.* 8. §. 20. συμπρύτανις. Seneca pariter *Epiſt.* 107. *Qare impigri atqe alacres excipiamus imperia; nec deſeramus hunc operis pulcerrimi curſum, cui qicqid patimur, intextum eſt.* Figmentum avtem de Parcis illud avtor libri *de mundo*, qi ſub Ariſtotelis nomine proſtat, *c.* 7. ſic explicat: Τρεῖς μὲν αἱ μοῖραι, καλαὶ τὰς χρόνους μεμερισμέναι. νῆμα δὲ ἀτράκτου, τὸ μὲν, ἐξεργασμένον. τὸ δὲ, μέλλον. τὸ δὲ, περιϊσχεφόμενον. τεταγμένη δὲ, κατὰ μὲν τὸ γεγονὸς, μία τῶν μοιρῶν, Ἄτροπος. ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἀτρεπτα ἐστι. καλὰ δὲ τὸ μέλλον, Λάχεσις. εἰς πάντα γὰρ ἡ κατὰ φύσιν μένει λῆξις. κατὰ δὲ τὸ ἑπόμενον, Κλωθὼ, συμπεραίνουσα τε καὶ κλώθουσα ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν, οὐκ ἄλλο τι, πλὴν ὁ Θεός. *Siqidem tres Parcas priſci tria in tempora partiti ſunt: filumqe fuſi partim jam peractum, partim futurum, partim jam intorqeri dixerunt: earum unam ſtatuentes in eo qod jam profligatum eſt: qam Atropon ideò nuncuparunt, qoniam ea, qa jam præterire, retrorſus agi neqeunt. At Lacheſis functio futuris deſtinata eſt: omnium enim qa ſecundùm naturam ſunt, ſors ſua qodqe manet. Præſentibus avtem rebus avt inſtantibus Clothus opera attributa eſt, qa netu unicuiqe conficit qod ſuum eſt. Proindè hac omnia non aliud qicqam qam Deum eſſe planum eſt.* qod & Platonem dicere. Sed & Chryſippus apud Theodoretum *therap. l.* 6. *Tom.* IV. *p.* 562. *B.* Τὴν μὲν πεπρωμένην, πεπερασμένην ἔφησεν εἶναι καὶ συνειλεγμένην διοίκησιν. τὴν δὲ Εἱμαρμένην, εἰρομένην τινα, εἴτ' ἐξ θεοῦ βουλήσεως, εἴτε καὶ ἐξ ὅσης δήποτε αἰτίας. τὰς δὲ Μοίρας ὀνομάσθαι, ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι καὶ καλαπεπεμῆσθαί τινα ἡμῖν ἑκάστῳ. τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν Μοιρῶν, τοὺς τρεῖς χρόνους παραδηλοῦν, ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι' ὧν ἐπιτελεῖται. τὴν Λάχεσιν μὲν κεκλῆσθαι, παρὰ τὸ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον. Ἄλροπον δὲ, καὶ τὸ ἄλριπτον καὶ ἀμεταθετον τοῦ μέλλοντος. Κλωθὼ δὲ, παρὰ τὸ συγκλώθεσθαι καὶ συνείρεσθαι τὰ πάντα. *Peromenen qidem qaſi peperaſmenen, hoc eſt, perfectam tranſactamqe gubernationem eſſe dixit: imarmenem verò qaſi iromenem, hoc eſt, complicitam, ſive ex divina voluntate, ſive qacumqe alia ex cauſſa. Parcas etiam Mœras eſſe appellatas, eò qod diviſa ac diſtributa ſint aliqa unicuiqe noſtrum. Parcarum avtem numero tria tempora ſignificari, qibus omnia revolvuntur & conſumuntur. Ac Lacheſin qidem dictam eſſe, eò qod ſortiatur unuſqiſqe qod fato decretum eſt. Atropos verò, ob ſortis*

a *L.*2.§.1. πλω σύντδυξίν τι ϗ τύχλω. ℔το ἢ [a] ωδὲ ℔ συμ-
φύλε ϗ συγγενῦς ϗ κοινωνῦ, ἀγνοῦντ℗ μέντοι ὅ-
b *L.*6.§.23. λι πί αὐτῷ κ℔ φύσιν ἐσίν. ἀλλ' ἐγὼ σὸκ ἀγνοῶ.
*l.*8.§.29.43. Δι℔ ℔το [b] χρῶμαι αὐτῷ κ℔ τὸν τῆς κοινωνίας φυ-
* ἐυμενῶς Jun. *L.* 6. §. σικὸν νόμον, * ἔυνως, ϗ δικαίως. ἅμα μέν τοι
46. [c] ℔ καὶ ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συσοχάζομαι.
c *L.*4.§.32. *l.*6. §.3. §. 12. Ἐὰν [d] τὸ παρὸν ἐνεργῇς, [e] ἐπόμ℗
d *L.*2.§.5.*l.* τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐσπυδασμένως, ἐῤῥωμένως, [f] ἐυ-
8.§.2. 32. 36.44.*l.*9.§. μενῶς, καὶ μηδὲν παρεμπόρυμα, ἀλλὰ [g]
1.6. *l.* 12.§. τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καθαρὸν ἐσῶτα τηρῇς, [h] ὡς
1. 3. εἰ καὶ ἤδη ἀποδῦναι δέοι. ἐὰν * ℔το συνάπῃς,
e *L.*10.§. 12.*l.*12.§. 31.
f Sup.§.3.*l.* 4.§.25.
g *L.*2.§.16.
h *L.*2.§.5.
* τύλῳ. Mer.

ist iusmodi: hoc à contribuli, congenere, sodale; qi ipse qidem qid naturæ suæ consentaneum sit nescit. cæterùm ego, cùm nôrim, ideo adversùs illum benevolè justéqe me gero, juxta societatis legem à natura latam. interim tamen in mediis istis pro rei cujusqe æstimatione rationem ejusdem habeo.

§. 12. Si rationi rectæ obsecutus, id qicqid est, qod jam instat, sedulò, strenuè, placidè egeris, nec extra opus institutum accessorium aliqid respexeris; sed genium tuum purum integrúmqe servaveris, ac si illum statim redditurus esses: huic, in-

ANNOTATIONES.

tis data stabilitatem & immutabilitatem. Clotho autem, qòd circumvoluta & complicata sint omnia.

Σύνλευξίν τι ϗ τύχην] Vide *ad l.* 1. §. 17. *extremum.* & *l.* 7.§.31.

Συμφύλε ϗ συγγενῦς] Vide *suprà* §. 4.

Ἀγνοῦντ℗] Vide *suprà* §.4.

Ἐγὼ σὐκ ἀγνοῶ] *Ibidem.*

Χρῶμαι αὐτῷ] Marci dictum in hanc eandem sententiam laudat Svidas in Marco. Ποιῆται μέν τινι ἀνθρώπους ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύναλόν ἐσι. τοῖς δὲ δὴ ὅσι προσήκει, ἐς ὅ, τι ἂν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμον ᾖ, χρῆσθαι. *Fieri non posse, ut homines tales efficias, qales habere cupis. Illis verò qi jam sunt, convenite uti ad eas res, ad qas eorum unusqisqe reipublicæ utilis esse potest.*

Ἔυνως] D. Junius mavult ἐυμενῶς. Sicut *suprà* §.4. Πάντα ἁπλᾶ καὶ ἐυμενῆ. *Esse omnia apud te simplicia benevolaqe.* & *infrà* §. 12. Ἐυμενῶς. *Placidè.* qibus addas licet, *l.*6.§.45. ἐυμενῆ. Verùm nihil obstat, qo minùs ἔυνως istic retineatur. sicut *l.* 9. §. 27. Ἐυνοεῖν μέντοι αὐτοῖς δεῖ. *Bene velle tamen illis oportet.* etiamsi enim Phrynichus in *Atticismis*, ἔυνως ἔχειν dici veteat, ἐυνοϊκῶς loco illius usurpari jubeat; non est tamen Marcus noster elegantiarum istiusmodi curiosus.

Καθ' ἀξίαν] Ità Epictetus *l.* 2. *c.* 23. Ἀλλὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ ἀποδίδωσιν. *Suus honos autem cuiqe est tribuendus.* Vide *l.*4. §. 32. & *l.* 8. §. 29, 43. Τῷ καλῷ, hoc est, *honesto*, sive *virtuti*, qod in solio majestatis collocabant, utpote qod *summum*, imò *solum*, *bonum* censebant, μεγίσην ἀξίαν, i. e. *maximam dignitatem*, sive, ut Stoicè loqamur, *æstimationem* tribuebant Stoici. Cætera omnia, etiamsi pro *adiaphoris* rebusqe *mediis* ducerent, utpote qæ verè boni partem nullam obtinerent, qædam tamen ex eis in pretio atqe æstimatione aliqâ habebant, qæ ideò προηγμένα, vocabulo à Zenone excogitato, i. e. *producta*, ut Seneca *Ep.* 74. *promota*, sive *præposita*, ut Cicero *de finib. l.* 3. nuncupabant. Ideo avtem istis ἀξίαν τινὰ, i. e. *æstimationem pretiumqe* aliqod tribuebant, ut Laërtius *l.* 2. διὰ τὸ μέσην τινὰ δύναμιν ἢ χρείαν ἔχειν, συμβαλλομένην πρὸς τὸν καλὰ φύσιν βίον. i. e. *qia mediam qandam vim usúmve haberent, ad vitam secundùm naturam agendam conducentem.* Ex istis rursus, τὰ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀξίαν, τὰ δὲ βραχεῖαν, *alia majoris æstimanda, alia minoris* censebant; ut Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. §. 6. Et Seneca *Epist.* 82. *Est & horum, qa media appellamus, grande discrimen.* Atqe hoc est, qod Marcus, tum istic, tum alibi, τὸ καθ' ἀξίαν in rerum usu observandum inculcat. Illud interim observatu non indignum, Stoicos, cùm in vocabulorum usu, usqe ad ineptias etiam, non minutias tantùm, superstitiosi existerent, sicut *promota* sive *præposita* illa, λπτὰ μὲν, ἀλλ' ὐχ αἱρετὰ, οἰκεῖα, ἀλλ' ὐκ ἀγαθά, χρήσιμα ἤτοι ἔυχρηστα, ἀλλ' ὐκ ὠφέλιμα, *res parabiles, non tamen expetendas: accommodatas ad naturam, non tamen bonas: utiles, non tamen commodas* dici sanxerunt; qod ridet Plutarchus *de commun. notit. c.* 17. ità τὴν ἀξίαν, ubi de *adiaphoris* usurpatur, noluisse reddi, *dignitatem*, sed *æstimationem*; qâ voce usus est Cicero *de finib. l.* 3. vel *pretium*; qâ usus est Seneca *de vita beat. c.* 22. *Pretium qidem*, inqit, *aliqod erit; certè dignitas non erit.*

Συσοχάζομαι] *Conjecturam facio.* Xylander. malim, *rationem habeo.* Vide τὸ σοχαστικὸν, *l.* 1. §. 9.

§. 12. Τὸ παρὸν] Vide *ad lib.* 6. §. 2. Flaccus *carm. lib.* 3. *Od.* 29.

— qod adest memento
Componere æqus. —

Ἑπόμ℗ τῷ ὀρθῷ λόγῳ] Ità *l.* 10. §. 12. Τῷ λόγῳ καλὰ πᾶν ἑπόμ℗. *Qisqis rationi per omnia obsequitur.* Et *l.* 12. §. 31. Ἕπεσθαι τῷ λόγῳ κ℔ τῷ Θεῷ. *Rationi & Deo obsequi.*

Καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα] *Neqe præter istud qod proposueris tibi, accessorium aliqid vel captaveris vel admiseris.* deesse videtur verbum aliqod, ποιῇ puta, vel ἐπιζῇῆς. Est avtem τὸ παρεμπόρευμα vox à re mercatoria tralata: significátqe propriè *negotiationem aliqam ei, qa primariò instituitur, accedentem, vel incidentem etiam*; & ex consequenti, *lucrum è negotiatione istiusmodi acqisitum*; ut Budæus interpretatur. cui debemus qæ sequntur, ex Basilio *Epist.* 73. de adversariis suis. Ἐμπορικὸν βίον μεταχειριζόμενοι, παρεμπόρευμα ποιῦνται τὴν ἡμετέραν διαβολήν. *Vitam mercatoriam sive nundinariam exercentes, negotiationi sua isti accessoriam faciunt vestri obtrectationem.* Et ex Luciano *de histor. conscrib.* Ὁιμαί σε ἐν ἐπιδεδεῖχθαί μοι βυλόμενον, τὸ μόνον ποιητὴν ἀγαθὸν εἶναι τὸν Ὅμηρον, τῷ δώρῳ παρεμπόρευμα πεποιῆσθαι τὸν Δημοσθένην. *Videris mihi, cùm hoc unum proposuisses, ut ostenderes mihi Homerum bonum esse poetam, dono munerive promisso accessorii, sive mantissæ, loco adjecisse Demosthenem.* qibus adjicias licet illud Clementis Alexandrini *pædag. l.* 3. *c.* 10. qi de exercitiis agens; ubi dixerat, ἄλλοις ὁ περίπα℗ αὐλήσεως, ἀγρόν δὲ βαδίζουσιν, ἢ εἰς ἄστυ καλιοῦσιν. *Aliis verò sufficit deambulatio rus euntibus, vel in urbem descendentibus.* adjecit, εἰ δὲ κ℔ σκαπάνης ἅψαιντο, ὐκ ἀγεννὲς τῦτο παρεμπόρευμα οἰκονομικὸν γυμνασίῳ γεωργικῷ. *Qòd si etiam ligonem tractaverint, præter exercitii, qod intenditur, beneficium, etiam rei familiari emolumenti aliqid accedit obiter.* Cæterùm D. Junius, nihil deesse apud Marcum opinatur, pro nomine duntaxat participium substitui debere, ut sit μηδὲν παρεμπορευόμενος. qid si verbum reponamus, παρεμπορεύῃ? qia sequitur ἀλλὰ τηρῇς. Est avtem τὸ παρεμπορεύεσθαι, qod Gregorius Nazianzenus *Orat. in Basil.* de Savle agens, qi dum asinos investigat in diadema incidit, τὸ πάρεργον, sive τὸ παρὰ τὸ ἔργον ἐμπορεύεσθαι dixit. Βασιλείαν ἔυρατο μεῖζον τῷ ἔργῳ τὸ πάρεργον ἐμπορευτάμενος. *Regnum invenit, plúsqe in ea re, qam obiter agebat, qam in ea, qa præcipuè ipsi cura erat, lucrifecit.* De sensu constat, qi idem futurus est, qocunqe ex dictis modo legerimus. Qod Marcus voluit, optimè expressit Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 532. *C.* ubi de gnostico agens, Ὃυ περισκέπ℗εται, inqit, εἴ τι λυσιτελὲς ἔξωθεν ἕπεται κέρδος ἢ ἀπόλαυσις αὐλῷ. ἀγαπᾷ δὲ τῷ ὄν℗ ὄν℗ ἐρασθῆναι ἑλκόμενος, ϗ πρὸς τὸ θεῖον ἀγόμενος, θεοσεβεῖ, ὅθεν δὲ εἰ ϗ καθ' ὑπόθεσιν ἐξουσίαν λάβοι παρὰ τῦ Θεῦ πράτ℗ειν τὰ ἀπαγορευόμενα, ἀμιμάρη℗ός τε ὤν. διὸ εἰ κ℔ μισθὸν τὰ μακάρων ἀγαθὰ λήψεσθαι ἐπὶ τοῖς δὲ ἐπαγγελίαν προσλάβοι. ἀλλ' οὐ κ℔ λήσασθαι τὸν Θεὸν ἐφ' οἷς πράτ℗ει, πεισθείη. ὅπερ ἀδύναλον. πρᾶξάί τι παρὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν ἐθελήσαι ποτ' ἂν τὸ ὄν℗ καλὸν κ℔ ἄριστον ἐξ ἑαυτῦ, ϗ ταύτῃ ἀγαπητὸν εἶναι ἅπαξ ἑλόμενος. *Non considerat, an aliqod utile lucrum, vel delectatio aliqa extrinsecus consequatur; sed tractus à dilectione ejus, qi verè est amatoris, & ad id, qod fieri oportet, adductus, pius est Dei cultor. Unde nec si per hypothesin à Deo acceperit potestatem faciendi ea, qa sunt prohibita, citra ullam pœnam: neqe si propterea beatorum bona accepturum esse ei promissum fuerit: sed nec si persuasum habuerit fore, ut Deum lateant ea, qa gerit (qod qidem fieri non potest) in animum unqam esse inducturum, ut aliqid agat præter rectam rationem, qum id, qod verè honestum est, & ex seipso eligendum, & eâ ratione expetendum amandúmqe semel elegerit.* Vide *l.* 1. §. 16. & *l.* 9. §. 39.

Τὸν ἑαυτῦ δαίμονα] Idem *infrà* §. 16. Vide ad *l.* 2. §. 14.

Καθαρὸν ἐσῶτα] Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 531. *C.* Ἔυ γὲν καὶ τοῦτο εἴρηται, Ἴσθι μὴ λυτρῷ, ἀλλὰ νόῳ καθαρός, ἀγνεία γὰρ, εἶπεν, τελεία, ἡ τῶν τε ϗ τῶν ἔργων ϗ τῶν διανοημάτων, πρὸς δὲ, ϗ τῶν λόγων εἰλικρίνεια, ϗ τελευλαία, ἡ καλὰ τὰ ἐνύπνια ἀναμαρτησία. *Bene ergò illud qoqe dictum est: non lavacro mundus esto, sed animo. Est enim perfecta, ut sentio, mundities, qa est mentis, & operum, & cogitationum, & præterea sermonis qoqe sinceritas, & ultima peccati in somniis vacuitas.* estqe hæc revera καθαρόλης ἐσῶτα, ut cum Marco loqamur, qam depingit Clemens. Cæterùm cùm ista in carne constitutis sit ἀνέφικ℗ planè, ideo rectè subjungit, ἱκανὴ δὲ, οἶμαι, ἀνθρώπῳ κάθαρσις, μελάνοια ἀκριβὴς ϗ βεβαία. *Est avtem sufficiens, ut ego qidem opinor, homini purgatio, perfecta, firmaqe, ac stabilis pœnitentia.*

Ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀποδῦναι δέοι] Vide *ad l.* 2. §. 5. 11. Epictetus *Enchir. c.* 22. Ὁ θάνα℗ος πρὸ ὀφθαλμῶν ἔσω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ ὐδέν σε ὐδέπο℗ ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, ὅ℗ ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. *Mors ob oculos tibi qotidie versetur. Sic nihil unqam humile cogitabis, nec impensè cupies qidqam.* Seneca *Epist.* 101. *Qi hoc modo se aptabit, cui vita sua qotidie fuit tota, securus est.* Flaccus *carm. l.* 3. *od.* 29.

— ille potens sui
Lætúsqe deget, cui licet in diem
Dixisse, Vixi. — •

Ἐὰν τῦτο συνάπῃς] *Ità si perseveres.* Xylander. at Casaubonus

inqam si adhæseris, nihil ulteriùs expectans, nihil fugitans; sed qod præ manibus est juxta naturæ dictamen agere, & in dictis qibúsqe animo heroico veritatem liberè proloqi contentus; prosperè planè victurus es. hoc avtem qin facies, qi impediat, nullus est.

§. 13. Qemadmodum chirurgi instrumenta & ferramenta sua ad curationes subitaneas semper habent ad manum: ità tu dogmata in promptu apud te habeas, qorum ope res cùm divinas tum & humanas dignoscas; & rem qamqe, etiam levissimam, ità peragas, ut qi memineris duo ista esse invicem connexa. neqe enim, homines qod spectat, qicqam rectè egeris sine habito ad res divinas respectu; nec vice versâ.

§. 14. Nè diutiùs evageris. neqe enim futurum est, ut commentarios tuos perlegas, avt Romanorum ac Græcorum priscorum res gestas, avt ex avtoribus variis excerpta, qæ, qò in senectute usui

[a] μηδὲν λειμένων, μηδὲ φεύγων, ἀλλὰ τῇ παρούσῃ χρῆ φύσει ἐνεργείᾳ, καὶ τῇ ὧν λέγεις καὶ φθέγγῃ, ἡρωϊκῇ ἀληθείᾳ ἀρκούμενος, ἐυζωήσεις. [b] ἔστι δὲ ταῦτα οὐδεὶς ὁ σὲ κωλύσαι δυνάμενος.

a Sup. §. 7.

b L. 1. §. 17. l. 6. §. 58. l. 7. §. 16. l. 9. §. 11.

§. 13. Ὥσπερ οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια παρόχειρα ἔχουσι πρὸς τὰ ἀφορίσματα τῆς θεραπείας, οὕτω [c] καὶ σὺ δόγματα σοι ἕτοιμα ἔχε πρὸς τὸ τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα εἰδέναι, καὶ [d] πᾶσι καὶ τὸ μικρόστατον ἄτοπον ποιεῖν, ὡς τῆς ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συνδέσεως μεμνημένον. ἔστι γὰρ ἀνθρώπινόν τι [e] ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς οὐ πρᾶξις, ἔστι ἐμπαλιν.

c L. 2. §. 3. l. 4. §. 3. l. 6. §. 48. l. 12. §. 24.

d L. 12. §. 29.

e L. 6. §. 7. 23. l. 7. §. 68.

§. 14. [f] Μηκέτι πλανῶ. ἔστι γὰρ τὰ ὑπομνημάτιά σε μέλλεις ἀναγνώσκειν, ἔστι τὰς τῶν ἀρχαίων Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων πράξεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκλογὰς, ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπετήθευ.

f L. 2. §. 2. 3. 7.

ANNOTATIONES.

bonus *si huic*, genio nempe tuo, *adhæseris*. acsi τούτῳ συνάπτῃς legerit. συνάπτειν pro *hærere* vel *adhærere* Theophrasto usurpatum *de plant. lib.* 4. *cap.* 9. Φύεται δὲ καὶ ἕλειον, ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, ὃ δ' οὐ συνάπτει τῇ γῇ. *In lacubus ac paludibus nascitur, sed terra non adhæret:* Ὥσπερ τῶν ῥιζῶν, αἱ καθ' ὕδατος ἐχένηαν, πῆξιν δὲ ἔχουσαι. *Radicibus illis non absimiles, qæ qod stabili loco minimè fixæ sunt, undis feruntur.* ut de plantis ejusmodi Gregorius Nazianzenus σήλει. 1.

| Μηδὲν περιμένων] Seneca idem *Ep.* 12. *Ille beatissimus & securissimus est sui possessor, qi crastinum sine solicitudine expectat.* Et *Epist.* 1. *Sic fiat, ut minùs ex crastino pendeas, si hodierno manum injeceris.* Porphyrius *de abstinent. l.* 1. §. 54. Οὕτως οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ πλέον ποθήσει, οὐδὲ τὸν χρόνον, ὡς προσθήσονται αὐτῷ μεῖζον ἀγαθόν. ἀλλ' ἐν αὐταρκείᾳ τῷ παρόντι καὶ γεγονότι ἤδη μένει. ὁ γὰρ ἀγαπιάσας, μὴ τὸν πλείονα χρόνον περιμένει. *Sic neqe bonorum desiderio semper crescente tenebitur, neqe vita, qasi majus aliqod bonum semper additura. Sed iis rebus, qæ adsunt, qæqe ei jam suppetunt, contentus manebit: baudqaqam de longiori vita solicitus.*

Εὐζωήσεις] Aristoteles *Ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 8. Συνάδει δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τὸ ἓν ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα. σχεδὸν γὰρ εὐζωία τις εἴρηται, καὶ εὐπραξία. *Consentit etiam cum ratione hac illud, qod ajunt, bene vivere, ac bene agere felicem. Ferè enim bona qædam vita & bona actio felicitas dicitur.* Et Alexander Aphrodisiensis *de virtut. sufficient.* Τὸ ἓν ζῆν, καὶ τὸ εὖ βιῶν, καὶ τὴν εὐζωίαν, εὐδαιμονίαν φασὶν εἶναι. *Bene vivere, & bonam vitam felicitatem dicunt esse.* Et mox; Λέγεται ἓν ζῆν ὁ χρώμενος ἀρετῇ, καὶ ζῶν καθ' ἀρετὴν καὶ πράττων τι. ἐν γὰρ πράξει ποιᾷ ἡ εὐζωία ἀνθρώπου. *Bene vivere dicitur, qi virtute præditus est, secundùm virtutem & qid facit. In qalibus rebus agendis beata hominis vita.* Itaqe εὐζωεῖν, qod est nostri peculiare vocabulum, est *felicem esse*, sive *felicem degere*, qod in virtute prorsus situm Marcus hìc statuit, contrà qam Aphrodisiensis qi concludit ibidem; Οὐκ ἀνυπάρκτης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐζωίαν τε καὶ εὐδαιμονίαν. *Virtutem ad vitam beatam & felicitatem non sufficere.*

Οὐδεὶς κωλύσαι] Vide *suprà ad l.* 2. §. 9.

§. 13. Ὥσπερ οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια παρόχειρα ἔχουσι] Solebant Stoici suos monere, ut eorum qæ in scholis didicissent summa capita sic memoriæ infigerent, ut illa semper ad manum haberent, & ad omnem occasionem eis uterentur. hæc sunt, qæ παρόχειρα βοηθήματα Epictetus appellat. neqe alio fine *Enchiridium* ab illo, an ab alio qodam ipsius sectatore Arriano dixerit: forsan, ut ex Simplicio videtur, est scriptum, qod & nomen testatur, *Manuale*: nam *Pugionem* qi reddidere, ab avtoris mente aberrârunt prorsus. Itaqe Marcus hìc medicos & chirurgos imitandos dicit: & ut illi parata semper artis suæ instrumenta habent; ità in promptu habenda dogmata. prout Casavbonus *ad Pers. Sat.* 3. observavit. Eodem allusit Epictetus locis à Casavbono *ibidem* indicatis; *Dissert. lib.* 1. *c.* 27. Τὰς προλήψεις ἐναργεῖς καὶ ὑπομνήσεις καὶ προχείρους ἔχειν δεῖ. *Anticipationes evidentes, expolitas & promptas habere oportet.* Et *l.* 3. *c.* 10. Ἑκάστῳ δόγματος, οὗ ἔχει ἡ χρεία παρῇ, πρόχειρον αὐτὸ ἔχειν δεῖ. ἐν ἀρίστῳ, τὰ περὶ ἀρίστου. ἐν βαλανείῳ, τὰ τοῦ βαλανείου. ἐν τῇ κοίτῃ, τὰ περὶ τῆς κοίτης. *Qodlibet decretum, cum opus eo fuerit, in promptu debet esse: habendum qod ad prandium pertinet in prandio, qod ad balneum in balneo, qod ad lectum in lecto.* Verùm, qod Bernardus olim conqestus est, *de consider. lib.* 2. *Sic se habent plerumqe mortalium corda. qod scimus, cùm necesse non est, in necessitate nescimus.* Per moniti istius utiqe inadvertentiam atqe incuriam.

| Οὐδὲ τὰ δόγματα σοὶ ἕτοιμα ἔχε] indè ἑτοιμάσῃς vocat (*l.* 4. §. 3.) hujusmodi præcepta ad usum semper parata. Apud Senecam *de benef. l.* 7. *c.* 1. Demetrius Cynicus; *Plus prodesse, si parva præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi & in usu sint, qàm si multa qidem didiceris, sed illa non habeas ad manum.* Idemqe, *Hæc utriqe manu tenere proficientem jubet, nec usqam dimittere, imò affigere & partem sui facere, eáqe qotidianâ meditatione produci, ut suâ sponte occurrant salutaria, & ubiqe ac statim desiderata præsto sint.* Et Seneca ipse *Epist.* 94. *Subinde reducendus es in memoriam: non enim reposita præcepta esse debent, sed in promptu.* Et hæc *Casavbonus ibidem.*

Πᾶν καὶ τὸ μικρόστατον] Monitum avro, non avrichalco tantùm, contrà, minimè carum, ut in minimis etiam ac levissimis qibusqe, qatenus nimirum rei subjectæ fert ratio, tam divini, qàm & humani officii respectus habeatur. Idem prorsus, licèt aliis verbis, Apostolus ad *Corinth. Epist.* 1. *cap.* 10. *v.* 31, 32. Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τί ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. *Sive igitur editis, sive bibitis, sive qid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Estote sine offendiculo & Judæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei.* Sed & Epictetus, à qo Marcus forsitan sumpserit, *Dissert. lib.* 2. *c.* 19. Εἰς τὸν Θεὸν ἀφορῶντας, ἐν πάσῃ μικρῷ καὶ μεγάλῳ. *Qi in magnis aqe ac parvis rebus omnibus Deum intueantur.* R. Joses in *Pirke Aboth. c.* 2. §. 12. כל-מעשך יהיו לשם שמים *Fiant opera tua omnia ob nomen cæli*, i. e. propter Deum cœli Dominum fiant.

Τῆς ἀμφοτέρων πρὸς ἄλληλα συνδέσεως] Res divinæ ac humanæ, cùm qoad theoriam, tum & qoad πρᾶξιν sunt invicem conjunctæ. Minucius in *Octav.* *Ità cohærentia, connexa, concatenata sunt ista; ut nec homo qid sit, unde sit, qare sit, hoc ipsum explorare & eruere, sine universitatis inqisitione possimus; & nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatis.* qod Calvinus *instit. l.* 1. *c.* 1. *Multis vinculis inter se ità connexa sint cognitio Dei & cognitio nostri, ut utra alteram præcedat, & ex se pariat, non facilè sit discernere.* De praxi Joannes *Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 21. *Hoc mandatum à Deo habemus, ut qi Deum dilexerit, etiam fratrem suum diligat.* qi & crebrò ab alterius horum dilectione vel posita vel negata, ad alterius vel statuendam vel tollendam concludit.

Οὐδὲ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς] Hoc est, qod & nostri jugiter inculcant, in Deo, & propter Deum, hominem esse diligendum.

§. 14. Μηκέτι πλανῶ] *Non erra amplius.* Xylander & Mericus Casavbonus. forsan meliùs. *Ne evageris diutiùs:* ut sit idem hìc πλανᾶσθαι, qod ἀποῤῥιμβεῖσθαι, *suprà* §. 4. utrumvis sensum verba ferent.

Τὰ ὑπομνημάτιά σε.] Deo ipse se gratias agnoscit debere, qòd non istis diuturniùs assederit. *l.* 1. §. 17.

Ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπετίθεσο] Commentarios, inqis, componis, multáqe ex antiqis avtoribus excerpta congeris, qæ in senectute scilicet evolvere cogitas, & ad vitæ tuæ usum accommodare, cùm vita ipsa interim defluat, ad cujus usum ista comparas. Hoc est qod Cato major disciplinam Isocraticam suggillans dicebat, γηρᾷ παρ' αὐτῷ τὰς μαθήσεις, ὡς ἐν ᾄδῃ χρησομένους ταῖς τύχαις, καὶ δίκας ἐρῶντας. *Senescere apud eum auditores, tanqam apud inferos artibus usuros & causas dicturos.* Plutarchus in *Cat. pag.* 350. *B.* Pari ratione Hermotimum suum ludos facit Lucianus *pag.* 565. Cùm enim philosophorum scriptis evolvendis sectisqe ac sententiis discutiendis tot annos affignâsset, ut octogenarius necessàriò priùs fuerit futurus, qàm veritatis cognitionem certam, si qando tamen, assequi posset. Καὶ τίς, inqit, ἐγγυητής ἐσί σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα; ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιτὸν χρόνον ἀπολαύσεις αὐτῶν, γέρων ἤδη, καὶ πανὸς ἡδέος ἔξωρος ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων; εἰ μή τι ἐς ἄλλον βίον προγυμνάζεις σαυτὸν, ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν, ἄμεινον διαγάγοις εἰδὼς ἤν τινα τρόπον χρὴ βιῶν. *Et qis sponsor*

a L.2.§.4. 6.l.4.§.17. 26.l.6.§.47. b L.5.§.36. c L.2.§.2.l. 5.§.2.5.l.8. §.8.55.l.12. §.1. d L.10.§. 26.l.11.§. 12. e L.2.§.2. f L.5.§.33. l.6.§.16.28.

πῆτεσο. a σπεῦδε ἓν ἐς τέλος, καὶ τὰς κενὰς ἐλπίδας ἀφεὶς, b σαυτῷ βοήθει, εἴ τί σοι μέλει σεαυτοῦ. ὡς c ἔξεστιν.

§. 15. Οὐκ ἴσασι, πόσα σημαίνει τὸ κλέπτειν, τὸ σπείρειν, τὸ ὠνεῖσθαι, τὸ ἡσυχάζειν, τὸ ὁρᾶν τὰ πρακτέα, d ὃ τὸν ὀφθαλμοῖς γίνεται, ἀλλ' ἑτέρα τινὶ ὄψει.

§. 16. e Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς. σώματος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὁρμαὶ, νοῦ δόγματα. τὸ μὲν f τυποῦσθαι φαντασι-

usui tibi essent, reposuisti. ad finem itaqe festina, & spes vanas mittens, si rationem tui ullam habes, tibi consule; qod licet.

§. 15. Nesciunt qàm variæ significationis sint vocabula ista, furari, ferere, emere, qiescere, qid facto opus est videre, qod qidem non oculis corporeis, sed visu qodam aliusmodi efficitur.

§. 16. Corpus, anima, mens. corporis sensus sunt, animæ affectus, mentis decreta. visorum imagines admittere

ANNOTATIONES.

sor tibi te tot annos victurum fidem fecit? Deinde qamdiu per reliqum vita tempus eo frueris, qum jam senex sis, & ætate ad qamvis voluptatem intempestivá, pedémqe alterum, qod ajunt, in capulo habeas: nisi te ad vitam aliam hac exercitatione præparas, ut, qum ad eam veneris, suavius vivas, qomodo vivendum sit edoctus.

Σπεῦδε ἓν ἐς τέλος] Seneca *Ep.* 27. *Non qidem cessatur adhuc, sed non festinatur. multum restat operis, in qod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis.* vel ut Lipsius legit; *Non qidem cessaturo, sed festinaturo multum restat operis.*

§. 15. Οὐκ ἴσασι] Ab his verbis interpretes novum paragraphum exorsi, sic vertunt: *Nesciunt qàm multa significet vocabulum furari, &c.* Eam lectionem seqi si libuerit, habeas D. Bootii explicationem: Dicit idiotas nihil rectè intelligere; neqe *furtum*, qod de pecuniis solùm aliisqe talibus avdiunt, cùm majus ac pejus sit *furtum*, aliqem in errorem conjicere, atqe ità veritatem *furari*: nesciunt qid sit *ferere*, *emere*, cùm ista in vitæ ac corporis subsidium data, isti in longè alios usus, ad satisfaciendum voluptatibus suis, atqe ad procudendas divitias: nesciunt qid sit *qiescere*, cùm illi non aliam nôrint *qietem*, qàm si à nulla re extrinsecus incidente turbentur, cùm vera *qies* non alibi qàm in animo qærenda sit, ubi in mediis qoqe negotiorum atqe periculorum fluctibus manet imperturbata: non intelligunt qid sit, *facere qa agenda sunt*, utpote qi omnia ex propriis commodis atqe affectibus metiantur. has avtem res dicit illos non perspicere, qia utut oculis bene valeant, è mente tamen laborant, ad qam harum rerum dignotio pertinet. Confer cum *sect.* 33. *lib.* 10. Hæc ille. Fieri potest tamen ut interpunctione locus laboret, & periodi nota, post ὡς ἔξεστιν, qod præcesserat, tollenda sit. Qod si admiserimus, sensu continuato sententia sic concepta fuerit, ὡς ἔξεστιν οὐκ ἴσασι, ut τὸ ἴσασι illud, participium, non verbum sit, & Marci mens existat ista: *Id qod faciendi potestas est etiam nescientibus qàm varia sint vocabulorum istorum significata.* qasi diceret: Possunt sibi ipsis ad bene vivendum suppetias ferre, etiam qi Grammaticas de vocum significatis præceptiunculas, vel Dialecticas etiam de eisdem argutiolas minùs callent. Vide *ad l.* 1. §. 6, 7. 17. & *l.* 5. §. 5. & *l.* 7. §. 67. & *l.* 8. §. 8. & Senecam *Ep.* 45, 48, 49. qi & idem *Epist.* 88. — *Grammaticus circa curam sermonis versatur; &, si latius evagari vult, circa historias; jam ut longissimè fines suos proferat, circa carmina. qid horum ad virtutem viam sternit? syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex ac modificatio? qid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat?* Et inter alia multa, *Epist.* 45. *Qid mihi vocum similitudines distingvis, qibus nemo unqam, nisi dum disputat, captus est? res fallunt. istas discerne.* & *Epist.* 48. *Hoc mihi ab istis subtilibus præcipi malo, qid amico præstare debeam, qid homini, qàm qot modis Amicus dicatur, & Homo qàm multa significet.* Hoc est disertè, qod istic Marcus, si hoc modo concinnare libuerit. Ego tamen re in medio relictâ, Syntaxin receptam secutus sum.

Ἑτέρᾳ τινὶ ὄψει] *mentis* scilicet *oculo.* qem *suprà* tetigit *l.* 2. §. 13. & *infrà l.* 4. §. 29. Vide & *l.* 10. §. 26. & *l.* 11. §. 12. De isto Psaltes, *Psal.* 119. *v.* 18. *Aperias oculos meos.* Et Christus Pavlo, *Act. c.* 26. *v.* 18. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. *Ut aperias oculos eorum.* Et Pavlus *ad Ephes. c.* 1. *v* 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν. *Illuminatis oculis mentis vestræ.* De Livio Druso Valerius Maximus *l.* 8. *c.* 7. *Senem illum natura, cæcum fortuna potuit facere: at nevtra interpellare valuit, ne non animo & videret & vigeret.* Plato in *Sympos. p.* 1204. *E.* Ἡ τοῦ τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὁμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ. *Tunc sanè mentis oculus acutè incipit cernere, cùm primum corporis oculus defloreścit.* Et Theodoretus *therapeut. lib.* 1. *Tom.* IV. *pag.* 477. *B.* Χρεία τοίνυν ἡμῖν καὶ νοητῶν ὀμμάτων, εἰς τὴν τῶν νοητῶν καταύγασιν. καὶ καθάπερ δεόμεθα τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν εἰς τὴν θεωρίαν τῶν ὁρατῶν, ὕλῃ δήπου χρήζομεν πίστεως, εἰς τὴν ἐποπτείαν τῶν θείων. μᾶλλον δὲ ὥσπερ ὀφθαλμὸς δεῖται φωτὸς ἐπιδεικνύμενος τὰ ὁρατὰ, ὕλῳ δὴ ἂν καὶ ὁ τῆς δεῖται πίστεως ἐπιδεικνύσης τὰ θεῖα, καὶ τὴν περὶ τούτων δόξαν φυλαττούσης βεβαίαν. *Opus itaqe nobis est oculis intellectus ad ea cognoscenda qa intellectu percipiuntur. Sicut enim oculis corporeis indigemus ad ea conspicienda qa cerni possunt, ista indigemus & fide ad rerum divinarum adspectum. Avt potius, sicut oculus luce indiget per qam ipsi visibilia ostendantur, pari modo & intellectus indiget fide qa divina ipsi ostendat, qaqe stabilem de his conceptum perpetuumqe conservet.*

§. 16. Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς] Eandem habes distributionem *suprà l.* 2. §. 2. & *infrà l.* 12. §. 3. Parilis distributio & in sacris literis reperitur, *ad Thess. Epist.* 1. *c.* 5. *v.* 23. σῶμα, ψυχὴ, πνεῦμα, *corpus, anima, spiritus*, qi & νοῦς, *mens*, *Rom. c.* 7. *v.* 25.

Τυποῦσθαι φαντασικῶς] Ità *l.* 5. §. 33. τὰ αἰσθητήρια ἀμυδρὰ καὶ ὑπαραλύπωτα. *Sensus ipsi hebetes, & imagines falsas admittere proclives.* Laërtius *l.* 7. §. 50. in *Zenone* ex Chrysippo *de anim. l.* 12. Φαντασία ἐστὶ τύπωσις ἐν ψυχῇ. νοεῖται δὲ ἡ φαντασία, ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος καθὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη καὶ ἐναπολελυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη. *Phantasia est forma in anima impressio. Intelligitur avtem visio ea esse, qa ab existente secundum existens impressa, formata atqe insignita est.* qi tamen monet, ὑ δεκτέον τὴν τύπωσιν, οἱονεὶ τύπου σφραγιστῆρος. ἐπεὶ ἀπεδεκτέον ἐστὶ πολλὰς τύπους καθὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὸ αὐτὸ γενέσθαι. *Non esse suscipiendum, formationem hujusmodi esse veluti sigilli formam. Qoniam fieri non potest, ut plures figura in eodem & circa idem fingantur.* Apud Evsebium *prapar. l.* 11. *c.* 17. Numenius *de bono lib.* 1. ex Zenonis sententia; Αἰσθητικὴν δὲ αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) εἶναι, ἤτοι τυποῦσθαί γε δύνασθαι ἀπὸ τῶν ὄντων καὶ ὑπαρχόντων διὰ τῶν αἰσθητηρίων, καὶ παραδέχεσθαι τὰς τυπώσεις. *Animam sensitivam esse, qia figura potest illi imprimi ab entibus & existentibus per sentiendi instrumenta, & recipere impressiones.* Apud Svidam avtor incertus; Ἡ φαντασία παρὰ τῆς αἰσθήσεως λαμβάνουσα τῶν αἰσθητῶν τοὺς τύπους, ἐν ἑαυτῇ τούτους ἀναπλάττει. *Phantasia à sensu arripiens rerum sensibilium formas, eas in se refingit.* eandem νοῦν παθητικὸν Aristoteli dictam; νοῦν μὲν ὡς ἔνδον ἐχόντων τὸ γνωστὸν, καὶ ἁπλῇ προσβολῇ ὥσπερ ἐκεῖνο ἐπιβάλλουσαν. παθητικὸν δὲ, διότι μετὰ τύπων καὶ οὐκ ἀσχηματίστως. *Mentem qidem, qòd in se contineat id, qod in sui cognitionem cadit, & simplici apprehensione id apprehendat ut illa. Patibilem verò, qia cum formis & non sine figuris id apprehendit.* Sextus Empiricus *adv. Logic. lib.* 1. *c.* 2. de Stoicis agens: Φαντασία ἔστι καθ' αὐτοὺς, τύπωσις ἐν ψυχῇ. *Phantasia ergò, ut ipsi volunt, est impressio in anima.* qo tamen loco de modo rei sententias eorundem discrepantes subjungit. Et Plutarchus adversus eosdem differens *de commun. notit. c.* 41. Φαντασία τις ἡ ἔννοιά ἐστι. Φαντασία δὲ τύπωσις ἐν ψυχῇ. ψυχὴ δὲ φύσις ἀναθυμιάσεως, ἣν τυπωθῆναι μὲν οὐκ ἐργάδες διὰ μανότητα, δεξαμένην δὲ τηρῆσαι τύπωσιν ἀδύνατον. ῥεῦμα γὰρ ἂν τις μᾶλλον ὕδατος. Φερομένη διανοηθείη σχήματα καὶ τύπους καὶ εἴδη διαφυλάττειν, ἢ πνεῦμα Φερόμενον ἐν τοῖς ἄτμοις καὶ ὑγρόῃσιν, ἑτέρῳ δὲ ἔξωθεν ἐνδελεχῶς οἷον ἀργῷ καὶ ἀλλοιρίῳ πνεύματι κιρνάμενον. *Phantasia enim qadam est notitia. Phantasia impressio formæ in anima: anima natura exhalatio, qam in formam redigi & effingi operosum est ob raritatem: ut avtem receptam conservet informationem fieri neqit. Facilius enim aliqis imaginetur fluxum labentis aqæ, figuras, formas, & species conservantis ac perferentis, qàm spiritum, qi per exhalationes & humores elatus, alio continenter extrinsecus, eóqe alieno spiritu contemperetur.* Philo in *allegor. lib.* 1. *pag.* 45. *E.* Τὸ ζῷον τῷ μὲν ζῴῳ δυοῖν πρόσκειται, φαντασίᾳ καὶ ὁρμῇ. ἡ μὲν οὖν φαντασία συνίσταται, καθὰ τὴν εἰκὸς πρόοδον τυποῦται νῷ δὲ αἰσθήσεως. ἡ δὲ ὁρμὴ τὸ αὐδέλφον τῆς φαντασίας καθὰ τὴν τοῦ νοῦ τοιαύτην δύναμιν, ἣν τείνας δι' αἰσθήσεως ἅπλετον τοῦ ὑποκειμένου καὶ πρὸς αὐτὸ χωρεῖ, γλιχόμενος ἐφικέσθαι καὶ συλλαβεῖν αὐτό. *Animal præstat non animali duabus rebus, phantasiâ & impetu. Phantasia sit progresso intellectu per sensum ad extera: impetus verò phantasiæ germanus per intellectus vim intensivam, qam intendens per sensum attingit subjectum, & accedit ad id, cupiens comprehendere.* Idem *ibidem pag.* 51. *B.* Τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν παιδεχές ἐστι, καὶ ἔοικε κηρῷ πάσας τὰς τύπους καλούς τε καὶ αἰσχρὰς δεχομένῳ. *Principalis vis nostra omnicapax est, & sicut cera omnes formas vel pulcras, vel turpes recipit.* Et pavlò post. *pag.* 59. *B.* Ὥσπερ ἐν τῷ κηρῷ δυνάμει μέν εἰσι πᾶσαι αἱ σφραγῖδες. ἐνδιλεχείᾳ δὲ μόνη ἡ τετυπωμένη. ὕλῃ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ κηροειδεῖ ὑπαρχούσῃ, πάντες οἱ τύποι περιέχονται δυνάμει. ἀπολελίσμασι δὲ κρατεῖ ὁ εἷς χαραχθεὶς ἐν αὐτῷ, ἕως μὴ ἀπαλείφηται ὑφ' ἑτέρου ἐνεργίσεροι καὶ ἐκδήλως μᾶλλον ἐπιχαράξαντος. *Sicut in cera per potentiam insunt sigilla omnia, actu verò solum id, qod impressum est: ita & in anima, qa est cera similis, omnes formæ continentur potentiâ, revera avtem unicus character præsens eam occupat, donec*

aboleatur

mittere, etiam pecudum commune eſt: affectibus tanqam fidiculis agitari atqe abripi, feris qoqe competit, & effœminatis, & Phalaridi, & Neroni, & Deos negantibus, & patriam deſerentibus, & poſtqam fores ſibi occluſerint, qidlibet perpetrantibus.

κῶς, καὶ τ βοσκημάτων. τὸ ℨ ἃ νθρωποπρεπῶδες ὁρμητικῶς, καὶ τῶν θηρίων, καὶ τῶν ἀνδρογύνων, καὶ Φαλάριδος, καὶ Νέρωνος * τὸ [ℨ] τὸν νοῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ τῶν θεοὺς μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα καὶ

a L. 2 §. 2. *Vide Not. *[πάντα] π. Lug. αἰσχρὸν ὁτιοῦν] π. Xyl. [ὁτιοῦν] π. f.

ANNOTATIONES.

aboleatur ab alio efficacius impreſſo atqe manifeſtius. Idémqe *de numin. immutab. pag.* 299. *D.* Φαντασία δέ ἐστι τύπωτις ἐν ψυχῇ. ἃ γὰρ εἰσήγαγεν ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων, ὥσπερ δακτύλιός τις ἢ σφραγὶς ἐναπεμάξατο τὸν οἰκεῖον χαρακτῆρα. κήρῳ δὲ ἐοικὼς ὁ νοῦς, τὸ ἐκμαγεῖον δεξάμενος ἄκρως παρ' ἑαυτῷ φυλάττει, μέχρις ἂν τὸν τύπον λειάνατα λήθη ἢ ἀνίπαλος μνήμης, ἀμυδρὰν ἐργάσηται, ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ. Τὸ δὲ φαντὸν καὶ τυπῶσαν. τότε μὲν οἰκείως, τότε δὲ καὶ ὡς ἑτέρως διέθηκε τὴν ψυχήν. *Phantaſia verò eſt figurarum in anima impreſſio. Nam qicqid important ſenſus ſinguli, hac obſignat ſuo charactere tanqam anulus. Intellectus autem refert ceram, impreſſum ſigillum excipiens & ſervans apud ſe, donec id oblivio memoriæ hoſtis obſcuret, aut in totum aboleat. Id autem qod impreſſit characterem, nunc familiariter, nunc ſecus afficit animam.* qæ Philonis verba, tanqam è *lib. de mundo* ſumpta, Henricus Stephanus theſavro ſuo, memoriâ lapſus, inſeruit, ubi fruſtrà qæras. Origenes *ad Celſ. l.* 1. Τί ἄτοπον, τὰ τυπώδη τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ὀνείρῳ, δύνασθαι αὐτὸ τυπῶν καὶ ὑπαρ πρὸς τὸ χρήσιμον τῷ ἐν ᾧ τυπώται. *Conſentaneum eſſe vim illam, qa formas intellectum in ſomnis, vigilanti qoqe poſſe eaſdem formas imprimere ad ipſius utilitatem.* Qin & Ariſtoteles ipſe, *de memor. c.* 1. ubi qærit qomodo res, qum abſint ipſæ, memoriâ comprehendi poſſint. τὸ φάντασμά ἐστιν ὅμοιον, ὥσπερ τύπος, ἡ χαραφή τις. *Phantaſma eſt ſimile ſicut figura aut pictura.* Et rurſus: Δῆλον γὰρ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γινόμενον διὰ τῆς αἴσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ μορίῳ τῷ σώματος τῷ ἔχοντι αὐτὴν, ἕτον ζωγράφημά τι, τὸ πάθος, ὃ φαμεν τὴν ἕξιν εἶναι μνήμην. ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται ἕτον τύπον τινὰ τῷ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐν κινήσει πολλῇ διὰ τὸ πάθος ἢ δι' ἡλικίαν ὄσιν, οὐ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἂν εἰς ὕδωρ ῥέον ἐμπιπλώσης τῆς κινήσεως καὶ τῆς σφραγίδος. τοῖς δὲ διὰ τὸ ψύχεσθαι, καθάπερ τὰ παλαιὰ τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ διὰ σκληρότητα τῷ δεχομένῳ τὸ πάθος, οὐκ ἐγγίνεται ὁ τύπος. *Manifeſtum enim qod oportet intelligere talem aliqam factam per ſenſum in anima, & in parte corporis habente ipſam, velut picturam qandam, paſſionem, cujus dicimus habitum eſſe memoriam. Factus enim motus imprimit velut figuram qandam ſenſilis, ſicut ſigillantes anulis. Unde & aliis qidem, qi in motu multo, aut propter paſſionem, aut propter ætatem ſunt, non fit memoria: tanqam utiqe in aqam fluentem incidente motu & ſigillo. Aliis autem propterea qod frigida ſunt, ſicut antiqa ædificiorum, & propter duritiem accipientis paſſionem non ingignitur figura.*

Καὶ τῶν βοσκημάτων] Ariſtoteles *de anim. l.* 3. *c.* 3. τῶν θηρίων οὐδενὶ ὑπάρχει πίστις. φαντασία δὲ πολλοῖς. *Beſtiarum autem nulli meſt fides: phantaſia autem multis.* Et mox: τῶν θηρίων ἐνίοις φαντασία μὲν ὑπάρχει. λόγος δὲ οὐ. *Beſtiis qibuſdam phantaſia qidem meſt: ſed non ratio.* Indè apud Laërtium *l.* 7. §. 51. ex Stoicorum mente diſtributio illa: Φαντασιῶν αἱ μὲν λογικαί, αἱ δὲ ἄλογοι. λογικαὶ μὲν, αἱ τῶν λογικῶν ζώων. ἄλογοι δὲ, αἱ τῶν ἀλόγων. *Viſionum aliæ ſunt rationales, aliæ irrationales. Rationales qidem rationalium animalium: irrationales irrationalium ſunt.* illas νοήσεις dici, has nomine peculiari carere.

Νευροσπαστεῖσθαι] Vide *ad l.* 2. §. 2. *l.* 7. §. 3. & *l.* 12. §. 19.

Καὶ τῶν ἀνδρογύνων] *Androgyni* etiam Ciceroni dicti, *de divinat. l.* 1. qi (ut Livius *l.* 27. loqitur) *ambiguo inter marem & fœminam ſexu ſunt nati.* Xylander. vel potiùs, qi *utriuſqe naturæ*, ut Plinius *l.* 7. *c.* 2, & 3. ſive *utriuſqe ſexûs*, qi & *Hermaphroditi* dicti. Gellius *l.* 9. *c.* 4. Verùm *ambigui ſexûs* havd abs re Livius; qia *in his ſic uterqe ſexus apparet, ut ex qo potiùs debeant accipere nomen; incertum ſit.* Avguſtinus *de civit. Dei l.* 16. *c.* 8. Διφυεῖς καὶ ἀνδροθήλεις appellat Philoſtratus in *Favorino.* De hyæna Clemens Alexandrinus *pædag. l.* 2. *c.* 10. Οὐκοῦν ὑδὲ τὴν ὕαιναν μεταβάλλειν τὴν φύσιν πιστευτέον ποτέ. ὑδὲ γὰρ αἰδοῖα ἔχει τὸ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἄμφω, ἄρρην καὶ θήλεως, καθὼς ὑπειλήφασί τινες, ἑρμαφροδίτας τερατολογοῦντες, καὶ τρίτην ταύτην μεταξὺ θηλείας καὶ ἄρρενος, ἀνδρόγυνοι καινοτομοῦντες φύσιν. *Neqaqam ergò credendum eſt, hyænam unqam mutare naturam: idem enim animal non habet ſimul ambo pudenda maſculini & fœminini, nonnulli ſicut exiſtimarunt, qi prodigioſe hermaphroditos finxerunt, & inter maſculum & fœminam, hanc ex viro & fœmina conſtantem naturam innovaverunt.* Tales tamen extitiſſe havd pavcos gentium omnium hiſtoriæ teſtantur. Cæterùm aliâ ratione ἀνδρόγυνοι ab initio conditum Adamum fingunt Talmudiſtæ Judaici. bicorporem enim planè, & à parte qidem anteriore marem, à poſteriore fœminam, utriſqe qaſi glutino qodam per dorſi ſpinam ſibi invicem commiſſis, fabulantur extitiſſe. id qod partim ex *Geneſ. c.* 1. *v.* 27. partim ex *Hymn.* 139. *v.* 5. non juxta rei veritatem ac Spiritûs ſancti mentem piè ſimplicitérqe enarratis, ſed miſerè detortis, ridiculéqe atqe irreligiosè habitis elicitum eunt. de qo commento videri poterunt Moſes Maimonides in *perplexorum edoctore*, & Manaſſes Iſraelitides in *Conciliatore ad Geneſ. qæſt.* 8. eandem fabulam & ſub Ariſtophanis perſona in *Sympoſio pag.* 1185. *C.* ſuo Plato, à qo & Mercurius Larvatus ille in *Pæmandro* mutuatus eſt, verbis iſtis propoſuit: Ἀνδρόγυνον γὰρ ἦν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τοῦ τε ἄρρενος καὶ θήλεος. νῦν δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἢ ὄνειδος τὸ νομα κείμενον. *Androgynum qippe tuncerat & ſpecie & nomine, ex maris & fœminæ ſexu commixtum. Ipſum profectò deſecit, nomen ſolum infame relictum.* ἐν ὀνείδει, inqit, κείμενον, id eſt, probroſè nunc ſumitur nomen hoc, ſiqidem non ſolùm pro corpore portentoſo natis ſumitur, verùm etiam pro mollibus, effœminatis, imbellibus. Ἀνδρόγυνος, ἀνθενὴς, ἀνίσχυρος. Heſychius. Et Pollux de *cinædis* uſurpari docet, *l.* 6. *c.* 30. Ità Theodoretus *therapevt. l.* 8. de Baccho; Γύννις οὖν, καὶ θηλυδρίας, καὶ ἀνδρόγυνος. Et Clemens *pædag. l.* 3. *c.* 2. Ἀνέτρεψε τὴν Ἑλλάδα ἡ βάρβαρος φιλοκοσμία, καὶ ἡ ἀνδρόγυνος τρυφή. *Græciam evertit barbarum ſui ornandi ſtudium, & effœminata delicia.* de Paride loqitur. Philo etiam *de vit. contempl. pag.* 898. *C.* (qo loco Platonis qoqe fabulam illam obiter tangit) Ἀνδρείαν μὲν τὴν βιωφελεστάτην ἀρετὴν κατὰ πόλεμον καὶ κατ' εἰρήνην ἀφαιρούμενος, θήλειαν δὲ νόσον ταῖς ψυχαῖς ἐπεισαγόμενος. καὶ ἀνδρογύνους παρασκευάζων, ὃς ἐχρῆν πᾶσι τοῖς πρὸς ἀλκὴν ἐπιτηδεύμασι συγκροτεῖσθαι. *Fortitudinem virtutem bello pacéqe utiliſſimam tollens è medio, & pro hac morbum muliebrem inducens in animas, & homines reddens androgynos, qos oportebat potius omni contentione exerceri ad confirmandum robur tam corporis qam animi.* Qin & γυνάνδρους eoſdem dictos reperio. Svidas. Γύνανδρος, κίναιδος. Ὁ γύνανδρός τε καὶ μάλθων τύραννος. ἀντὶ τοῦ ἔκλυτος. Γύνανδρος, *cinædus. Cinadus ille, & effœminatus tyrannus pro diſſolutus.* Sed & Νῶν Valentinianum, qem Irenæus *ad Valent. c.* 1. *Maſculofœminam*, Tertullianus *adverſ. eoſdem c.* 10. *Fœminammarem* dixit. Inqe hanc partem cepiſſe Marcum iſtîc ex conjunctis & conſociatis manifeſtum fit. Qanqam nolim cum interprete Anglicano redditum, & *monſtris, qales Phalaris Neróqe fuerant*: de iſtis ſiqidem diviſim loqitur, etiamſi in hoc ipſo conſentientibus, qod *nevroſpaſtorum* more moveantur. Cæterùm aliâ, & adversâ prorſus, ratione Androgynem dictam Amæſiam Sentiam refert Valerius Maximus *l.* 8. *c.* 3. qia *ſub ſpecie fœminæ virilem animum gerebat.* Cùm iſti planè contrà: qod elegantiſſimè notavit epigrammate qodam qo portenta hominum iſtiuſmodi perſtrinxit anonymus qidam, *Florilegii l.* 2. *c.* 5.

Ἄνδρας ἠρνήσαντο, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες.
Οὐ̈ ἄνδρες γεγάασιν, ἐπεὶ πάθον ἔργα γυναικῶν.
Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἄλλαχον ἀνδρῶν.
Viri eſſe recuſant, & non facti ſunt mulieres,
Neqe viri facti ſunt, cùm patiantur opera mulierum,
Nec mulieres ſunt, cum naturam conſequti ſint virorum.

(qod de Evnuchis ſpontaneis Epiphanius *l.* 2. *tom.* 1. *hær.* 58. §. 3. Οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσὶ, διὰ τὸ ἀφῃρημένον. ὅτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν. *Nam neqe viri ſunt, propter amputatam illam corporis partem; neqe fœmina, repugnante ſcilicet natura conditione, eſſe poſſunt.*) deniqe

Ἄνδρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες.
Viri ſunt mulieribus, viris ſunt mulieres.

Ità Curio pater in *oratione* qadam, J. Cæſarem *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem* appellavit. Sveton. *l.* 1. *c.* 52. Et de Verre Cicero *Verr.* 2. *Vir inter mulieres, inter viros muliercula.* Idémqe de Clodio *pro domo ſua*: *Impurus atqe impius, qi contra fas inter viros ſæpe mulier, & inter mulieres vir fuiſſet.* Vide & de Alcibiade qod Pherecrates *ad l.* 4. §. 3. ὡς ἀνήρ. *Ad Roman. c.* 1 *v.* 27. *pag.* 43. *D. Edit. Pariſ.* Joannes Chryſoſtomus. Εἶτις ἠπειλῆ ποιεῖν τίκτειν ἄνδρας καὶ λοχεύεσθαι, οὐκ ἂν ἐπλήσθημεν θυμοῦ; ἀλλὰ χαλεπώτερα ἐκεῖνος κατεργάσαντο, οἱ τὰ τοιαῦτα λυτελοῦντες. εἰ γάρ ἐστι ἴσον, εἰς γυναικείαν μεταβαλεῖν φύσιν, καὶ μίσητα ἄνδρα γενέσθαι γυναῖκα. μᾶλλον δὲ μήτε τοῦτο, μήτε ἐκεῖνο. *Si qis profiteatur præſtiturum ſe ut viri pariant, & a partu in lecto decumbant: nonne fieret, ut ira atqe excandeſcentiâ compleremur? At verò, certè qi ſic rabiunt, perfecerunt ipſi, ut deteriore conditione eſſent. Neqe enim par idemqe fuerit, in muliebrem naturam migrare, &, vir interim dum manes, fœminam fieri: qin potius neqe hoc, neqe illud fuerit.*

Τὸ δὲ τὸν νῶν ἡγεμόνα] Iſta loco mota ac luxata, καὶ τυφλῷ δῆλον. Qid enim? *mentis rationiſqe ductum* (juxta Solonis monitum apud Laërtium *l.* 1. §. 60. Νῶν ἡγεμόνα ποιεῖ, *rationem ducem ſeqere*) *ſeqi atheos, in numen, in patriam impios, maleficos qoſqe*, Marcus noſter unqam dixerit? Itaqe poſt illa, καὶ τῶν ἀνδρογύνων, καὶ Φαλάριδος καὶ Νέρωνος, ſubjungendum immediatè, καὶ τῶν θεοὺς μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα

*[πάντα] π. Lug. αἰσχρὸν ὀτιοῦν] π. Xyl. [ὁτιοῦν] π. f.
a Sup. §. 7. 8.
b L. 12. §. 31.
c Sup. §. 4.
d L. 12. §. 3.
e Sup. §. 3, 4, 5, 6.
f L. 12. §. 3.
g Sup. §. 12. l. 12. §. 31.
h L. 6. §. 47. l. 12. §. 1. 3. 29.
i Sup. §. 5. l. 7. §. 62.
k L. 2. §. 1. l. 5. §. 32.
l L. 1. §. 16. l. 11. §. 8. l. 12. §. 1. 14.
m Sup. §. 5. 7.
n L. 10. §. 28. l. 7. §. 68.
o L. 4. §. 23.

χῇ τῶν * ποιούντων, a ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. εἰ δὲ b τὰ λοιπὰ κοινά ἐστι πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν τὸν ἴδιόν ἐστι δεῖ ἀγαθόν, c φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ d συγκαθόμενα αὐτῷ. e τὸν ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντασιῶν, ἀλλὰ f ἵλεων διατηρεῖν, κοσμίως ἑπόμενον ὡς θεῷ, h μήτε φθεγγόμενόν τι ψευδὲ τὰ ἀληθῆ, μήτε ἐνεργάτην ψευδῆ τὰ δίκαια. i εἰ δὲ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ πάντες ἄνθρωποι, ὅτι ἁπλῶς καὶ αἰδημόνως καὶ εὐθύμως βιοῖ, k ὅτε χαλεπαίνῃ τινὶ τούτων, l ὅτε παρεκβαίνῃ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀγούσης ἐπὶ τὸ πλῆθος βίβλους, ἐφ' ὃ δεῖ ἐλθεῖν καθαρὸν, ἡσύχιον, m εὔλυτον, n ἕτοιμον ἀπιέναι τῷ αὐτοῦ μοίρᾳ o συνηρμοσμένον.

Si cætera ergò eorum, qi jam dicti ſunt, communia fuerint, reſtat, ut viri boni hoc ſit peculiare, in eis qæ officii ſui eſſe videbuntur, mentis ductum ſeqi, & fatis volventibus caſus vitæ intextos lubenter amplexari; genium verò intra ſe in pectore ſitum, nec polluere, nec viſorum congerie perturbare; ſed placidum ſervare; huic tanqam Deo, decenter obſeqi; nihil à veritate alienum proloqendo, nihil à juſtitiæ ratione devium exeqendo. Qòd ſi nemo illi fidem adhibuerit, qòd ſimpliciter, modeſtè, tranqillè degat, neqe id à qoqam ægrè ferre, avt à via ea, qæ ad vitæ finem ducit, ideo divertere: ad qem par eſt accedere purum, pacatum, promptum, ſponte ſuâ fato ſuo ſeſe accommodantem.

ANNOTATIONES.

τρίδα ἐγκατελειπόντων, καὶ τῶν [ὁτιοῦν] ποιούντων, ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. tum periodus nova inchoanda; & particulâ unicâ expunctâ, alterâ interjectâ legendum: Εἰ δὲ τὰ λοιπὰ κοινά ἐστι πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν ἴδιόν ἐστι τῷ ἀγαθῷ, τὸ τὸν νῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ φιλεῖν μὲν, &c. Marci mentem qiſqis fuerit aſſecutus, calculum dare ſuum nullus detrectabit.

Καὶ τῶν ποιούντων ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας] Deeſſe aliqid liqidò conſtat. Annotator Lugdunenſis πάντα reponit. Xylander in verſione ſua, *Nihil non turpe*, interſeruit. ut ſit, καὶ τῶν [αἰσχρὸν ὁτιοῦν] ποιούντων. ego ſufficere opinor τὸ ὁτιοῦν. ut ſit, τῶν [ὁτιοῦν] ποιούντων. *etiam eorum qi qidlibet*, ſive, *nihil non*, *perpetrant*, qodcunqe illud fuerit, *ubi foribus occluſis hominum conſpectum ſummoverint & excluſerint*. De iſtiuſmodi Apoſtolus *ad Epheſ. c. 5. v. 12.* Τὰ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. *Nam qæ occultè fiunt ab illis, turpe eſt vel dicere.* Præclarum avtem & opportunum hîc illud Epicteti monitum *Diſſert. l. 1. c. 14.* Ὅταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνος εἶμι. οὐ γὰρ εἶ. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί. καὶ τίς τούτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τί ποιεῖτε; *Ubi fores clauſeritis, tenebráſque vobis intrà feceritis, nolite dicere, ſolos jam eſſe vos: neqe enim eſtis: ſed & Deus intus eſt, & genius veſter* (hoc eſt, *mens* ipſa, ut Marcus mox) *intus eſt. qid avtem lumine opus eſt iſtis, qo conſpiciant ea qæ perpetratis?* Huc faciunt Senarii illi celebres; Menandri apud Clementem *Strom. l. 5. pag. 605. D.* Et Evſebium *præpar. l. 13. c. 13.* (qem Philemoni tamen tribuunt Juſtinus *de Monarch.* & Henricum Stephanum in *Comic. fragm.*)

Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον πανὰν.
Nánque adſpicit propinqus hac ſemper Deus.

& apud Plutarchum *adverſ. Colot. c. 9.*

Πέλας γὰρ ἐσὼς ὁ θεὸς ἔγγυθεν βλέπει.
Stans in propinqo comitus videt Deus.

& apud veterem Gnomologum *tit. 28.*

Πάντη γὰρ ἐσι, πάντα τε βλέπει θεός.
Adeſt ubiqe, nilqe non ſpectat Deus.

Vide & *ſuprà ad §. 4. & 7.* ſed & *ad l. 1. §. 3.*

Φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα] Vide *ſuprà §. 4. & l. 6. §. 44. & l. 10. §. 21.* Seneca *Epiſt. 96. Nihil unqam incidet, qod triſtis excipiam, qod malo vultu.*

Συγκαθόμενα] Idem *ſuprà §. 4.* Vide ad §. 11. & *ad l. 4. §. 26.*

Τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα] Vide *ad l. 2. §. 13. & 17.* Piè Porphyrius *de abſtinent. l. 4. c. 8.* adductus, de pio qovis: Ὁ δ' αὐτὸς δὴ ἑαυτῷ προσιὼν τῷ θεῷ, ὃς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς αὐτοῦ σπλάγχνοις ἵδρυται, περὶ ἧς αἰωνίᾳ βίᾳ λήψεται ὑποθήκας ὅλως ἐκεῖ συμβιώσας. &c. *Hic verò per ſeipſum accedens ad Deum, qi in ejus minimè ſucatis viſceribus habitat, de vita æterna admoniſiones accipit omninò illic confluentes. &c.* ἱδρύσθαι, ὥσπερ ἐν ᾅδου, *In pii anima*, ſed & *in corpore, tanqam in delubro qodam, collocari atqe habitare* vult *numen divinum.* qod & Apoſtolus inſinuat, ubi *Dei, Spiritúſqe ſancti templa, ſanctos*, atqe odeò eorundem *corpora*, nuncupat; *ad Cor. Ep. 1. c. 3. v. 16. & c. 6. v. 19.*

Εἰ δὲ ἀπιστοῦσιν] Vide *ſupra ad §. 5.*

Τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ συνηρμοσμένον] Vide *l. 4. §. 23. & l. 7 §. 57.*

LIBER IV.

a L. 10. §. 38
b L. 7. §. 64.
* ἐσήκει Jun.
c L. 3. §. 4. 16.
* ὑποτεταγμένην Jun.

Ὁ a ἔνδον b κυριεῦον, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃ, ἕτως * ἔσηκε πρὸς τὸ συμβαίνοντα, ὥστε c ἀεὶ πρὸς τὸ δυνατὸν καὶ διδόμενον μεταπίπτειν ῥᾳδίως. ὕλην γὰρ * ἀποτεταγμένην ἑαυτῷ οὐδεμίαν φιλεῖ.

Æ intra nos pars principatum obtinet, ubi ſecundùm naturam habuerit ſe, adversùs ea qæ contingunt ità eſt comparata, ut ad id qod poteſt & conceſſum eſt, facilè ſe transferat. nec

ANNOTATIONES.

§. 1. Ὁ ἔνδον κυριεῦον] hoc eſt, τὸ ἡγεμονικόν. qod & προστάτην, *præſidem*, appellat, *l. 3. §. 5. & l. 7. §. 64.* τὴν κυβερνῶσαν, *gubernatricem. & l. 4. §. 12.* τὴν βασιλικὴν καὶ νομοθετικήν. *partem regere legemqe dare natam.* Stoici apud Laërtium *l. 7. §. 159. Zenon.* Ἡγεμονικὸν δὲ εἶναι τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς. *Principale verò potiſſimam, ac propriè eſſe animæ partem.* Cicero *de nat. deor. l. 2. Principatum id dico, qod Graci* ἡγεμονικὸν, *qo nihil in qoqe genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius.*

Πρὸς τὸ δυνατὸν καὶ διδόμενον μεταπίπτειν] Ità *l. 5. §. 20.* περιτρέπει γὰρ καὶ μεθίστησι πᾶν τὸ τῆς ἐνεργείας κώλυμα διάνοια εἰς τὸ προηγούμενον. *Circumvertit enim mens transfértqe effectionis impedimentum omne ad id qod eſt potius.*

Ὕλην γὰρ ἀποτεταγμένην ἑαυτῷ οὐδεμίαν φιλεῖ] *neqe enim materiam aliqam ſibi propriam ſubjectam habet.* Xylander. *Nunqam enim certo alicui ſubjecto abſolutè ſeſe addicit & applicat.* Caſaubonus. ad Marci mentem propiùs. qanqam ἀποτεταγμένην ὕλην poſſis reddere, *attributam & aſſignatam ſibi materiam.* at D. Junius vult ὑποτεταγμένην *ſubjectam ſibi materiam*, qod & Xylander forſan legerit. Hoc eſt qod vult, de materia circa qam ſe exerceat non eſt ſolicitus; neqe enim hoc in poteſtate ipſius ſitum eſt, eligere qam ipſe velit; ſed qomodo circa eandem ſe gerat. *materiam ergò aſſignatam ſibi nullam diligit*, qua *mediam* qiddam eſſe novit; in hoc totus eſt, qomodo naturæ convenienter eâ uti poſſit, artémqe ſuam in ea ritè elaboranda exercere. Epictetus *l. 2. c. 5.* Δεῖ γὰρ πάντως περί τινα τῶν ἐκτὸς ὑλῶν φιλοτεχνεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ ἀποδεχόμενον, ἀλλ' ὅτε ἂν ᾖ ἐκείνη, τὴν περὶ αὐτὴν φιλοτεχνίαν ἐπιδεικνύσθαι. ὥτως καὶ ὁ ὑφάντης, οὐκ ἔρια ποιεῖ, ἀλλ' ὅτε ἂν παραλάβῃ, περὶ αὐτὰ φιλοτεχνεῖ. *Quemvis enim in externa re aliqa elaborandum eſt, non qòd eqm probes, ſed qalis illa fuerit, ſolertiam in ea tuam ut demonſtres. Sic etiam textor lanam non facit, ſed qalemcunqe acceperit eam tractat.* Hoc intereſt inter eam de qa Marcus hîc, cæteráſqe artes; qòd illæ certam aliqam materiam habent, circa qam verſantur; iſta nullam reſpuat. Syneſius *de provident. pag. 106.* Βίος γὰρ ἀδελφὸς, οἰκείου ἡμῶν. ἀλλοτρίους δὲ ἔξωθεν περιπίπτομεν, ἡμεῖς δὲ τὸ χρέμενον ἔνδοθεν, ἀμήνους καὶ χείρους αὐτοὶ ποιοῦντες τε καὶ δεικνύοντες, ἀγωνίαν ζώντων δραμάτων. ταῦτ' ἄρα ὥσπερ ἐσθῆτάς ἐσιν αὐτὰς ἀμφίεσθαι καὶ μεταμφιέννυσθαι. *Nullius noſtrum vita propria eſt, alienas verò extrinſecus circumfuſas habemus. Nos autem eam facultatem, qa intus his utitur, qò præſtantiorem, avt deteriorem facimus, palámqe habemus, eò meliores avt pejores ſumus, viventium qodammodo fabularum actores, hinc illa*

neqe enim de materia certa ulla ſolicita eſt: ſed ad ipſa etiam præpoſita cum exceptione fertur: & qicqid eorum loco adverſi ſe ingerit, id pro materia, in qa exerceat ſe, habet: qemadmodum ignis validior, ubi ea, vel obvia facta, vel injecta, corripuerit, qæ lucernam exilem cito extinxiſſent, accommodat ſibi & abſumit, & ex eis ipſis incrementa capit.

ἀλλὰ ὁρμᾷ μὲν πρὸς τὰ * ἡγέμενα [a] μεθ' ὑπεξαιρέσεως, [b] τὸ ὑ ἀνλεισαγόμενον ὕλην ἑαυτῷ ποιεῖ. [c] ὥσπερ τὸ πῦρ, ὅταν ἐπικρα[ῆ] τῶν ἐμπιπλόντων, ὑφ' ὧν ἂν μικρός τις λύχνος ἐσβέσθη. τὸ ὑ λαμπρὸν πῦρ, τάχιστα ἐξῳκείωσεν ἑαυ[τ]ῷ τὸ ἐπιφερόμενα, κ᾽ κατηνάλωσεν, κ᾽ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπὶ μεῖζον ἦρθη.

* προκείμενα Xyl. προηγούμενα f. vel προηγμένα.

a L. 5. §. 20. l. 6. §. 50. l. 11. §. 37.

b L. 6. §. 50. l. 7. §. 58. 68. l. 8. §. 32.

§. 2. c L. 10. §. 31.

ANNOTATIONES.

illa, qaſi veſtes qadam, indui avt exui poſſunt. Vide ampliùs *ad l.* 12. §. 36.

Ὁρμᾷ μεθ' ὑπεξαιρέσεως] Hoc eſt, *cum exceptione*, qales illæ apud Senecam *de ſap. seceſſ. c.* 30. Epicuri; *Non accedet ad rempublicam ſapiens, niſi ſiqid intervenerit.* Zenonis; *Accedet ad rempublicam ſapiens, niſi ſiqid impedierit.* Verùm ad Marci mentem explicatiſſimè Seneca idem *de benefic. l.* 4. *c.* 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet, ſi nihil inciderit, qod impediat. Ideo omnia illi ſuccedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere: qia præſumit animo, poſſe aliqid intervenire, qod deſtinata prohibeat. Imprudentium iſta fiducia eſt, fortunam ſibi ſpondere.* Cæterùm *ſapientis eſt* (ut idem *de tranqill. c.* 13.) *ſemper de fortuna cogitare, & ſibi nihil de ſide ejus promittere. Navigabo, niſi ſiqid inciderit: &, Prætor fiam, niſi ſiqid obſtiterit: &, Negotiatio mihi reſpondebit, niſi ſiqid intervenerit. Hoc eſt, qare ſapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. non illum caſibus hominum excipimus, ſed erroribus: nec illi omnia, ut voluit, cedunt, ſed ut cogitavit. In primis avtem cogitavit, aliqid poſſe propoſitis ſuis reſiſtere.* Marcus *infrà l.* 5. §. 20. Ὁρμὴς δὲ καὶ διαθέσεως ἐ γίνεται ἐμπόδια, διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ περιτροπήν. *Verum conatus avt affectus impedimentum non datur exceptionis atqe circumverſionis beneficio.* & *l.* 6. §. 50. Μίμνησο, ὅτι μεθ' ὑπεξαιρέσεως ὁρμᾷς. *Memineris etiam, qod cum exceptione opus aggrediebaris.* Vide & *l.* 11. §. 37. Epictetus *Enchir. c.* 2. §. 2. Μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ, κἀφως μέν τοι, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως. *Sed eo tantùm utitur motu animi, qo vel accedas ad eas res, vel ab iiſdem recedas: verùm leviter, & cum exceptione.* qo loco vir doctiſſimus Hieronymus Volfius malè vertit, *cum diminutione.*

Πρὸς τὰ ἡγούμενα] *ad ea qa propoſita ſunt* Xylander. *ad ea qa intendit & proſequitur* Caſavbonus. Nevtrum ſatisfacit. neqe enim ἡγεῖσθαι avt in *proponendi*, avt in *proſeqendi* ſenſu uſpiam reperitur. forſan ex *l.* 5. §. 20. τὰ προηγούμενα legendum fuerit, vel etiam τὰ προηγμένα. *ad ea, qa potiora videntur*; ſive *ad præpoſita* etiam, ut ipſi loquntur, *cum exceptione qadam fertur.* & ad ea multò magis, qæ nec ad iſtum qidem æſtimationis gradum promoverint. Vide *ad l.* 3. §. 11. κατ' ἀξίαν. Xylander προκείμενα legiſſe videtur. ut *l.* 5. §. 14.

Τὸ δὲ ἀνλεισαγόμενον ὕλην ἑαυτῷ ποιεῖ] Ità *id qod offertur ei* Xylander. *qicqid, contrà qàm intenderat, cantingit* Caſavbonus. qod ejus vice contrà immittitur, ſive introducitur. ἀντεισάγειν. *in alterius vicem introducere.* Clemens *Strom. l.* 3. *pag.* 445. *A.* Μὴ δεῖν παραδέχεσθαι γάμον καὶ παιδοποΐαν, μηδὲ ἀνλεισάγειν τῷ κόσμῳ δυσοχήσοντας ἑτέρους, μηδὲ ἐπιχορηγεῖν τῷ θανάτῳ τροφήν. *Non eſſe admittendum matrimonium & liberorum procreationem, nec in mundum in aliorum locum inducendos infelices futures, nec ſuppeditandum eſſe morti nutrimentum.* Verùm ſtrictiùs pavlò hoc loco, opinor, pro eo qod alterius vice ità introducitur, ut eidem adverſetur: qomodo νόμον ἀντεισφέρειν, eſt *legem legi obrogare*, ſive *qa prioris loco obtineat, contrariam ferre.* Ità *l.* 7. §. 58, & 68. & *l.* 8. §. 31. Seneca *de provident. c.* 4. *Calamitas virtutis occaſio eſt.* qod & *ibidem c.* 2. 3, 4. ſuſiſſimè diſſerit. Idem *Epiſt.* 85. *Sapiens ipſe ſemper in actu eſt, non in effectu: tunc maximus, cùm illi fortuna ſe oppoſuit. — per totam vitam opus ejus extenditur. Ità nulla fortuna, nulla res, actus ſapientis excludit. Id enim ipſum agit, qo alia agere prohibetur. ad utroſqe caſus aptus eſt; bonorum rector, & malorum victor. Sic, inqam, ſe exercuit, ut virtutem tam in ſecundis, qàm in adverſis exhibeat: nec materiam ejus, ſed ipſam intuetur. — Tu illum putas premi malis? utitur. non ex ebore tantùm Phidias ſciebat facere ſimulacra; faciebat ex ære. ſi marmor illi, ſi adhuc viliorem materiam obtuliſſes, feciſſet qale ex illa fieri optimum poſſet. ſic ſapiens virtutem, ſi licebit, in divitiis explicabit; ſin minùs, in paupertate: ſi poterit, in patria; ſi minùs, in exilio: ſi poterit, imperator; ſi minùs, miles: ſi poterit, integer; ſi minùs, debilis. qamcunqe fortunam acceperit, aliqid ex illa memorabile efficiet.* Qod Ariſtoteles *Ethic. lib.* 1. *c.* 11. Τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας εὐφέρως τὰς τύχας ἐυσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αἰεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν. καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν, τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα, καὶ σκυτοτόμον, ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰς ἄλλας τεχνίτας ἅπαντας. *Nam eum qi revera bonus eſt ac prudens, decorè omnem fortunam perferre, & pro facultatibus ſemper pulcerrima qaqe atqe optima agere exiſtimamus, perinde ac ducem bonum præſenti exercitu maximè bellicè uti: & ſutorem ex datis coriis pulcerrimum calceum facere, atqe eodem modo reliqos artifices putamus.* Gregorius Nazianzenus *Orat.* 28. §. 23. Ὁ φιλόσοφος ἐυδοκιμεῖ τοῖς πάθεσιν, καὶ ὕλην ἀρετῆς ποιῦται τὰ λυπηρὰ καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται. *Philoſophus floret inter cruciatus, ac vitæ moleſtias virtutis ſegetem exiſtimat, atqe in adverſis geſſit & gloriatur.* Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 482. *A.* Θαυμάζεω δὲ ἄξιον καὶ τῶν Στωικῶν, οἵ τινες φασι, μηδὲν τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῦ σώματος διατίθεσθαι, μήτε πρὸς κακίαν ὑπὸ τῆς νόσου, μήτε πρὸς ἀρετὴν ὑπὸ τῆς ὑγιείας, ἀλλὰ ἀμφότερα ταῦτα λέγουσιν ἀδιάφορα εἶναι. καὶ τοι καὶ Ἰὼβ, ἐγκρατείας; ὑπερβολῇ καὶ πίστεως ὑπεροχῇ, πένης μὲν ἐκ πλυτίου, ἄτιμος δὲ ἐξ ἐνδοξου, αἰσχρὸς δὲ ἐκ καλῦ, καὶ νοσερὸς ἐξ ὑγιεινῦ γενόμενος, ἡμῖν τοί ἐστι παράδειγμα ἀγαθὸν ἀναγεγραμμένος δυστυχῶν τὸν πειρατνία, ἐυλογῶν τὸν πλάσανία. φέρων ὕστερα τὰ δεύτερα, ὡς τὰ πρότερα. διδάσκων ἓν μάλα τοῖς περισατικοῖς ἅπασι ὅτον τε εἶναι καλῶς χρῆσθαι τὸν γνωστικόν. *Admiratione qoqe digni ſunt Stoici, qi dicunt, animam nihil affici à corpore, neqe ad vitium à morbo, neqe ad virtutem à ſanitate, ſed utraqe hæc dicunt eſſe indifferentia. Qanqam Job qoqe propter inſignem continentiam, & fidem eximiam, ut qi pauper qidem ex diviſe, ex illuſtri abjectus, ex pulcro deformis, ex ſano morbidus factus ſit, eſt nobis præclarum exemplar propoſitus, pudore afficiens eum, qi tentaverat, benedicens ei qi formaverat: ſecunda ita ferens ut prima, rectè docens fortuitis omnibus eum, qi eſt cognitione præditus, rectè poſſe uti.* Vide *infrà* §. 49. & *l.* 10. §. 31.

Τὸ δὲ λαμπρὸν πῦρ τάχιστα ἐξῳκείωσεν ἑαυτῷ τὰ ἐπιφερόμενα] Hanc ob cavſſam *Ignem*, cùm omnia abſumat, (unde παμφάγε πυρός δίκην, Philo. Vide ad §. 21. & πᾶμα παμφάγε πυρὸς, Evripides *Medea*) *feram* eſſe *animatam* cenſebant Ægyptii. Herodotus *l.* 3. *pag.* 190. *A.* Αἰγυπτίοισι νενόμισται πῦρ θηρίον εἶναι ἔμψυχον. πάντα δὲ αὐτὸ κατεσθίειν, τάπερ ἂν λάβῃ. πλῆθόν δὲ αὐτὸ τῆς βορῆς, συναποθνήσκειν τῷ καταδαμένῳ. *Ægyptii perſuaſum habent, ignem animatam beluam eſſe, & omnia qa naſcuntur devorare, & poſtqam devorando fueris expleta, una cum ipſa re devorata emori.* Hinc Agur Hebræus, inter ea qæ nunqam exaturantur, avt, *obe, jam ſatis eſt*, dicere nata ſint, *Ignem* commemorat, *Prov. c.* 30. *v.* 16. Et Plinius *hiſt. nat. l.* 2. *c.* 107. *Qa eſt illa natura, qa voracitatem in toto mundo aviditſimam ſine damno ſui paſcit?* Eâdem avtem, qâ iſtic, imagine uſus eſt Marcus & *l.* 10. §. 31. Ὡς τὸ λαμπρὸς πῦρ, ὅ, τι ἂν βάλῃς, φλόγα ἐξ αὐτῦ καὶ αὐγὴν ποιεῖ. *Sicut ignis validus, qicqid ingeſſeris, flammam inde ac fulgorem edit.* Nec diſſimili Plutarchus, licèt in argumento diverſo, *de ſene polit. pag.* 787. *C.* Τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ κτηνῷ παραικάζυσι. πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἐρχομένοις διὰ τὸ φλέγεσθαι προεκπίπτων, ὅταν ἐκλάμπωσιν, ἀφανίζεται. *Invidiam nonnulli ſumo comparaverunt, qi cum initio adeuntibus ad rempublicam qaſi incenſis largus efferatur, poſtqam hi effulſere, evaneſcit.* Et in *politic. præcept. pag.* 804. *D.* Οὔτε πῦρ φησιν ὁ Ἀρίστων κτηνὸν ποιεῖν, ὅτε δέξαν φθόνου, ἣν ἐυθὺς ἐκλάμψῃ καὶ ταχέως. *Nam, ut ait Ariſto, neqe ſumum ignis gignit, neqe invidiam gloria, ſi ſubitò ac celeriter effulgeat.* Itaqe idem *de invid. & odio pag.* 538. *A.* Αἱ δὲ τῶν ἐυτυχημάτων ὑπεροχαὶ καὶ λαμπρότητες τὸν φθόνον ἀποσβεννύυσιν. *At rerum ſecundarum excellentiâ atqe ſplendore exſtinguvtur invidia.* Verùm diverſa planè in eadem materiâ Seneca *de provident. c.* 2. *Qemadmodum tot amnes, tantum ſupernè dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium, non mutant ſaporem maris, nec remittunt qidem, ità adverſarum impetus rerum viri ſortis non vertit animum. manet in ſtatu;* & qicqid evenit, *in ſuum colorem trahit.* Epictetus *l.* 3. *c.* 20. Τυτίοι τὸ τῦ Ἑρμοῦ ῥαβδίον. ἴδε θέλεις, φησιν, ἄψαι, καὶ χρυσῦν ἔσαι. ὕ, ἀλλ' ὃ θέλεις, φέρε, κἀγὼ αὐτὸ ἀγαθὸν ποιησω. — Κακὸς πατὴρ; αὐτῷ. ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθός. κακὸς γείτων; αὐτῷ. ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθός. γυμνάζεις με τὸ ἔυγνωμον, τὸ ἐπιεικές. φέρε νόσον, φέρε θάνατον, φέρε ἀπορίαν, φέρε λοιδορίαν, δίκην περὶ τῶν ἰσχάτων, πάντα ταῦτα τῷ ῥαβδίῳ τῦ Ἑρμοῦ ἀφέλημα ἔσαι. τὸν θνητὸν τί ποιήσεις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἵνα σε κοσμήσῃ, ἢ ἵνα δείξῃ τῷ ἔργῳ δι αὐτῦ, τί ἐστιν ἄνθρωπος τῷ βυλεύματι τῆς φύσεως παρακολυθῶν; τῆν τόσον τι ποιήσεις; δείξω αὖθις τὴν φυσιν. διαπρέψω ἐν αὐτῇ, ἐυσταθήσω, ἐυροήσω. — τί ἐστι ἄλλο ζητεῖς; πᾶν ὁ ἂν δῷς, ἐγὼ αὐτὸ ποιήσω μακάριον, ἐυδαιμονικὸν, σεμνὸν, ζηλωτόν. *Hæc eſt Mercurii virgula: hac, inqit, qicqid attigeris avreum erit. Non ita: ſed qidvis adjer, adqe ego bonum faciam. Malus pater? ſibi ipſe, at mihi bonus. Malus vicinus eſt? ſibi ipſe, mihi vero bonus: exercet moderationem, exercet æqitatem meam. Affer morbum, affer mortem, affer egeſtatem, affer convicium & diſcrimen capitis: omnia hæc virgula Mercurii utilia reddentur. De morte qid facies? Qid vero aliud niſi ut ea te ornet, avt per te ipſa demonſtret qid ſit homo, ſi natu-*

a L. 2. §. 5. §. 2. Μηδὲν ἐνέργημα [a] εἰκῇ, μηδὲ ἄλλως ἢ
b L. 8. §. 32. [b] κατ' θεώρημα συμπληρωτικὸν τ τέχνης ἐνεργεῖ-
σθω.

* αὐτοῖς. §. 3. Ἀναχωρήσεις * αὐτοῖς ζητᾶσιν, ἀγροικίας, καὶ αἰγιαλὰς, καὶ ὄρη. ἔωθας ⸗ καὶ σὺ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ποθεῖν. ὅλον ⸗ τοῦτο ἰδιωτικώτατόν ἐστιν, ἐξὸν ἧς ἂν ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀ-
c L. 7. §. 59. ναχωρεῖν. ἡδαμοῦ γὰρ ἄτε ἡσυχιώτερον, ἄτε ἀ-πραγμονέστερον [c] ἀνθρωπ῾ ἀναχωρεῖ, ἢ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ψυχήν. μάλισθ', ὅστις ἔχει ἔνδον τοιαῦτα,
d L. 1. §. 16. εἰς ἃ ἐγκύψας, ἐν πάσῃ [d] εὐμαρείᾳ εὐθὺς γί-νε⁊. τὸν ⸗ εὐμάρειαν λέγω οὐδὲν ἄλλο, ἢ εὐ-
e L. 6. §. 11. κοσμίαν. [e] συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ τοῦ-
f L. 7. §. 2. τον τὸν ἀναχώρησιν, καὶ [f] ἀνανέου σεαυτόν.

§. 2. Nihil operis eſt fruſtra temeréve exeqendum, neqe aliter qàm ut artis regulis qàm exactiſſimè reſpondeat.

§. 3. Receſſus ſibi reqirunt multi multos, villas agreſtes, litora, montes. iſtiuſmodi loca & ipſe plurimùm ſoles appetere. hoc avtem totum vulgarium cum primis eſt hominum. cùm liceat, qocunqe ipſe volueris tempore, in teipſum ſecedere. nuſqam enim avt qietior avt otii amplioris cuiqam receſſus datur, qàm in ſuam ipſius animam. præcipuè, ſi qis ea intra ſe repoſita habuerit, qorum contemplatione ſummam extemplo tranqillitatem conſeqatur. tranqillitatem eam dico, qæ in animi probè compoſiti ſtatu conſiſtit. hoc itaqe receſſu jugiter uſus, te renova. habeas.

ANNOTATIONES.

re voluntatem ſeqatur. De morbo qid ſtatues? oſtendam ejus naturam, excellam in eo, tranqillus ero, bene mecum agi putabo — Qid reqiris amplius? Qicqid mihi dederis, id ego efficiam beatum, proſperum, honorabile, expetendum. Evge, Epictete! erubeſcamus Chriſtiani.

Καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπὶ μεῖζον ἤρθη] Scilicet ut Naſo *triſtium l. 4. eleg. 3.*

Qæ latet, inqe bonis ceſſat, non cognita, rebus,
Apparet virtus, arguitúrqe malis.

Epictetus *l. 1. c. 6.* Ἤ τί οἴει ὅτι Ἡρακλῆς ἂν ἀπέθη, εἰμὴ λέων τοιοῦτ῾ ἐγένετο, καὶ ὕδρα, καὶ ἔλαφ῾, καὶ σῦς, καὶ ἀδικοί τινες ἄνθρωποι; *In qem virum evaſurum fuiſſe putas Herculem, niſi leo talis exſtitiſſet, & hydra, & cervus, & aper, & injuſti qidam homines?* Seneca *Epiſt. 13. Cicuta Socratem magnum fecit. Catoni gladium aſſertorem libertatis extorqe, magnam partem detraxeris gloriæ.* Idem *de provid. c. 3. Magnum exemplum, niſi mala fortuna, non invenit.* De P. Popilio, Cicero *pro domo ſua: Fortis & conſtans in optima ratione civis P. Popilius ſemper fuit: tamen ejus in omni vita nihil eſt ad lavdem illuſtrius, qàm calamitas ipſa.* Et de Q. Metello: *Q. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia cenſura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri lavdem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.*

§. 2. Μηδὲν εἰκῇ] Vide *lib. 2. §. 5.* Plutarchus in *pædag. pag. 6. C.* Καλὸν γάρ τοι, μηδὲν εἰκῇ μήτε λέγειν, μήτε πράττειν. *Pulcrum eſt profectò nihil fruſtra neqe dici neqe agi.* Cicero *Offic. l 1. §. 10. Omnis avtem actio vacare debet temeritate & negligentiâ.*

Κατὰ θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης] *Secundùm contemplationem, qà artis defectus compleatur.* Xylander. imò, *ut artis regulis undeqaqe pleniſſimè reſpondeat.* Vide *l. 8. §. 32.* Ab *artificibus* tractum, qi etiam in minutiſſimis qibuſqe artis ſuæ & præcepta obſervant, & ſpecimen edunt. Ità Apelles ex lineæ unicæ ductu ſolo Protogeni innotuit Plinius. *l. 37. c. 10.*

§. 3. Ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητᾶσιν] *Receſſus ſibi qarunt, & ſolitudines.* Fruſtra. Avdi Baſilium Cæſarem *Epiſt. 1. pag. 781. B.* Κατέλιπον μὲν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ὡς μυρίων κακῶν ἀφορμὰς, ἐμαυτὸν δ' ὅπῃ ἀπολιπεῖν ἠδυνήθην. ἀλλ' ὅμοιός εἰμι τοῖς ἐν θαλάττῃ ὑπὸ τῆς κατὰ πλεῦν ἀπειρίας ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιῶσιν. ὃν τῷ μεγέθει τὰ πλοῖα δυσχεραίνουσιν, ὡς πολὺν τὸν σάλον παρεχομένῳ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν λέμβον ἢ τὸ ἀκάτιον μεταβαίνοντες, πανταχοῦ ναυτιῶντι καὶ ἀπορροῦντες. συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ αἰδὼς καὶ ἡ χολή. τοιοῦτον δή τι καὶ τὸ ἡμέτερον. τὰ γὰρ ἔνοικα πάθη συμπεριφέροντες, πανταχοῦ μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμέν. ὥστε οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀποσεμνύεσθαι ταύτης. *Tametſi enim urbicas occupationes pro derelicto habui, ut ſexcentorum malorum cauſſas, me tamen nondum ipſum etiam habere pro derelicto qivi. Similitérqe illis affectus ſum, qi navigandi inſolentes nauſeâ perditè afflictantur. Námqe illi magnitudine navigii offenſi, tanqam vehementius ſuccutientis, in lembum avt naviculam cum tranſilierint: ſic qoqe non ſecius a nauſeâ laborant, nimirum moleſtiâ ac bile, qò tranſierint, comitantibus. Hujuſmodi igitur qippiam nobis contigit, qi domeſticas perturbationes qoqe circumferentes gentium, ubiqe locorum perinde verſamur in tumultu: qare non magnopere adjuti ſumus ab hac ſolitudine.* Et Iſidorum Peluſiotam *l. 1. Epiſt. 191.* Ἡμεῖς τὰς πόλεις ὡς θορυβώδεις πεφεύγαμεν. καὶ θορύβους ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς εὑρήκαμεν. *Nos urbes, ut tumultibus laborantes, fugimus: atqe in ſolitudine tumultus invenimus.* Baſilius qod dixit, Plutarchum imitatus videtur, cujus hæc ſunt, *de tranqil. pag. 466. B.* Ἀλλ' ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ναυτιῶντες ἐν τῷ πλεῖν, εἶτα ῥᾷον διόμενοι διάξειν, ἐὰν εἰς γαῦλον ἐξ ἀκάτου, καὶ πάλιν ἐὰν εἰς τριήρη μεταβῶσιν, οὐδὲν περαίνουσι, τὴν χολὴν καὶ τὴν δειλίαν συμμεταφέροντες ἑαυτοῖς. ὕτως αἱ τῶν βίων ἀντιμεταλήψεις οὐκ ἐξαίρουσι τῆς ψυχῆς τὰ λυποῦντα καὶ ταράττοντα. *Sed veluti timidi inter navigandum nauſeâ correpti melius ſe habituros putant, ſi in lintrem e lembo, rurſúmqe inde in triremem conſcendant, nihil agentes ii, qia bilem & metum ſecum tranſferunt: ita vitæ mutationes non tollunt ex animo id qod ægro facit ac perturbat.*

Seneca *Epiſt. 82. Qid prodeſt ſeceſſiſſe, tanqam non trans maria nos ſolicitudinum cauſſa perſeqantur? qa latebra eſt, in qam non intret metus mortis? qa tam munita, & in altum ſubducta vitæ qies, qam non dolor territet? Qocunqe te abdideris, mala humana circumſtrepent. multa extrà ſunt, qæ circumeunt nos, qò avt fallant, avt urgeant: multa intus, qæ etiam in media ſolitudine exæſtuent.*

Ἰδιωτικώτατον] ut *infrà §. 50. ἰδιωτικὸν, vulgare.* atqe ità hîc verterim, *vulgarium cum primis hominum eſt.*

Εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν] Seneca *de Sap. ſeceſſ. c. 27. Proderit primò in ſeipſos ſecedere.* Νῦς μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμεν῾ ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμεν῾, ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτὸν, δι' ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἔννοιαν ἀναβαίνει. *Qippe mens nec extrorſus diſſipata, nec in mundum per ſenſoria diffuſa, ad ſeſe ipſa redit, móxqe ſuopte nutu ad Dei notionem evadit.* Baſilius Cæſar. *Epiſt. 1. pag. 783. D. Non multùm avtem ad hoc locus conſert, niſi ſe ſibi præſtet animus, qi ſecretum & in occupationibus mediis, ſi volet, habebit. at ille qi regiones eligit, & otium captat, ubiqe, qo diſtringvatur, inveniet.* Seneca *Epiſt. 104. Qid prodeſt mare trajicere, & urbes mutare? ſi vis iſta, qibus urgeris, effugere, non alibi ſis oportet, ſed alius.* Idem ſcilicet ut Flaccus *l. 1. Epiſt. 11.*

Cælum, non animum, mutant, qi trans mare currunt.

Vide *ad l. 8. §. 9.*

Ἔνδον ἔχων τοιαῦτα] δόγματα nimirum πρόχειρα καὶ ἕτοιμα, h. *in promptu & qaſi ad manum* ſemper in mente recondita, de qibus *l. 3. §. 13.*

Εἰς ἃ ἐγκύψας] *ad qæ introſpiciens.* Sic *infrà* ἐν δὲ τοῖς προχειροτάτοις, εἰς ἃ ἐγκύψεις, &c. *Præ reliqis ad manum tibi ſint maximè, ad qæ jugiter intendas, &c.* τὸ παρακύπτειν etiam eâdem notione uſurpavit Jacobus Apoſtolus *c. 1. v. 25.* Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον. *At is, qi introſpexerit in legem.* utrumqe avtem, τό τε ἐγκύπτειν & τὸ παρακύπτειν, *metaphoram* in ſe habet tradictam ab eis qi *caput inclinant*, qò accuratiùs ac penitiùs intueantur rem aliqam, vel in locum aliqem introſpiciant.

Ἐν πάσῃ εὐμαρείᾳ εὐθὺς γίνεται] Seceſſus, inqit, iſte, qo in ſe ipſe qis ſeccedit, ſeqe ipſe ac ſua luſtrat, ſeceſſuum omnium qietiſſimus ac placidiſſimus futurus eſt illi, qi pectus decretis atqe inſtitutis ejuſmodi inſtructum habuerit, qæ animum ſtatim tranqillum ac bene compoſitum conſtituant. Aliter affecti, nihil mirum, ſi, qod Plutarchus *de Curioſ. pag. 516. C* Τὸν ἴδιον βίον, ὡς ἀτερπέστατον θέαμα, προσιδεῖν οὐχ ὑπομένουσι, οὐδ' ἀνακλάσαι τὸν λογισμὸν, ὡς φῶς, ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ περιαγαγεῖν. *Suam ipſorum vitam, tanqam jucundiſſimum ſpectaculum, inſpicere, ac rationem veluti lumen in ſeſe reflectere non ſuſtinent.* qum poſſit de illis dici, qod ex Evripidis *Philoctete* (ut Dio Pruſæus *Orat. 59.* docet) avtor idem uſurpavit. *p. 521. A.*

Δύσμορφα πάντα τἄνδον ἐστὶν εἰσιδεῖν.
Sunt univerſa, qa intus his, deformia.

Itaqe, ἡ ψυχὴ αὐτῶν γέμουσα κακῶν πανοδυκτῶν, καὶ φρίττουσα καὶ φοβουμένη τὰ ἔνδον, ἐκπηδᾷ θύραζε, καὶ πλανᾶται περὶ τἀλλότρια. *Illorum anima omnigenum vitiorum plena, horrens & metuens ea qa intus ſunt, exſilit foras, & vagatur circum aliena.* Idem *ibidem pag. 516. D.*

Εὐμάρειαν λέγω οὐδὲν ἄλλο, ἢ εὐκοσμίαν] obſervat Svidas εὐμάρειαν apud Marcum εὐκοσμίαν ſignificare. hunc locum in animo habuit. βίᾳ εὐμαρειά τις, utì Marcus ipſe, *l. 1. §. 16.* ideo avtem per εὐμάρειαν qid iſtìc deſignatum velit, monet: qia eſt &c, qæ qibuſvis obtingere poteſt.

Συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν] *L. 6. §. 11.* Ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτόν. *Citò ad te redi.* Seneca *Epiſt. 15. Qicqid facies, citò redi à corpore ad animum.* Et *Epiſt. 25. Tunc præcipuè in te ipſe ſecede, cùm eſſe cogêris in turba, ſi bonus vir, ſi qietus, ſi temperans es: alioqin in turbam à te recedendum eſt. iſtic enim malo viro propiùs es.*

Ἀνανέου σεαυτόν] *renova te*; vel *renova memoriam tui*, eorùmqe

beas avtem penes te brevia qædam & principalia documenta, qæ ſtatim ubi ſuccurrerint, omnem animi moleſtiam eluere tibi poſſint, remittántque te nihil ægrè ferentem eorum, ad qæ reverteris. ecqid eſt enim, qod ægrè ferre debeas? nunqid hominum improbitatem? perpendens tecum dogma illud, homines alterum alterius cavſſà natos eſſe; tum æqanimitatem eſſe juſtitiæ portionem; porrò invitos delinqere; deniqe qàm multi, ubi inimicitiis exercendis, ſuſpicionibus fovendis, odiis, litigiis, vitam exegiſſent, tandem defuncti

a Βραχέα ἢ ἔσω καὶ στοιχειώδη, ἃ ὅλους ἀπαντήσαντα, ἀρκέσει εἰς τὸ πᾶσαν * αὐτὴν * ἀποκλύσαι, καὶ ἀποπέμψαί σε, b μὴ δυσχεραίνοντα ἐπείνοις, ἐφ' ἃ ἐπανέρχῃ. c τίνι γὰρ δυσχεραίνεις; τῇ τῶν ἀνθρώπων κακίᾳ; ἀναλογισάμενος τὸ κρίμα, ὅτι d τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκεν γέγονεν. καὶ ὅτι e τὸ ἀνέχεσθαι, μέρος τῆς δικαιοσύνης. καὶ ὅτι f ἄκοντες ἁμαρτάνουσι. καὶ g πόσοι ἤδη διεχθρώσαντες, ὑποπτεύσαντες, μισήσαντες, καθορκισθέντες h ἐκτέθνηκαν, πέφευγ-

a L. 2. §. 5. Sup. §. 5.
* ἀνίαν Xyl.
* ἀπολύσ. Jun.
b L. 5. §. 9.
c L. 12. §. 12. 24.
d L. 2. §. 1.
L. 3. §. 4.
e L. 5. §. 33.
f L. 7. §. 22.
g L. 7. §. 58.
h Inf. §. 48.

ANNOTATIONES.

rúmque qæ apud te habes repoſita. ut mox, ἀνανεωτέμενος. vel, *recreas te*. Sic enim *renovare* etiam Latinis in uſu pro *reſcitere* ſive *recreare*. Fabius *inſtitut. l.* 6. *c.* 4. de Riſu. *Triſtes ſolvit affectus, & animum ab intentione rerum freqenter avertit, & aliquando etiam reficit, & à ſatietate vel à fatigatione renovat.* Id Matius uno verbo *recentare* diceret. Nonius: *Recentari honeſtè poſitum pro novari* (ſive, *renovari*) *quod eſt Græcis* ἀνανεῶσθαι. Matius:

Jam jam albicaſcit Phœbus, & recentatur.

ex qo forſan emendari poterit Alexander Trallianus *lib.* 11. §. περὶ προποσμάτων. Λαμβανέσθωσαν ἢ ῥοδάτου, ἢ ἀψινθάτου, ψυχρίζοντες ἑαυτούς, καθάπερ εἰώθασι ποιεῖν οἱ Ῥωμαῖοι τὸ καλούμενον ῥαικενλάριον. *Sumant avt roſatum, avt abſinthites, ſimiliter refrigerantes, qemadmodum Romani facere conſueverunt, id qod vocatur recentatum.* legendum ῥεκενλάριον, ut ſit *Recentatum* idem qod τὸ ψυχροισθὲν, *qod refrigeratione renovatum* & qaſi *recens denuo factum* ſit. Qanqam & ῥαικενλάριον illud ferri poteſt, eodem commate, qo apud Svidam Ῥαίλωε, pro *Rectore*, ex Græcorum recentiorum ſcriptis legitur.

Βραχέα δὲ ἔσω] Vult illa, ſive *decreta* ſive *præcepta*, de qibus ſuprà (eò enim iſta referenda ſunt) *brevia* eſſe; qalia illa, inqit Caſavbonus *ad Perſ. Sat.* 3. qæ κομμαλικὰς λόγους appellant philoſophi.

Καὶ στοιχειώδη] *elementaria*, id eſt, *elementorum vicem obtinentia*; ut Xylander, ſive, *qæ elementa contineant doctrinæ univerſæ*; ut Caſavbonus. qid ſi *ſummaria* dixerimus? qæ rerum *ſummulas* comprehendant. Talia ſunt *decem* illa *verba* Dominica, utì Moſes appellat, *Deut. c.* 10. *v.* 4. qæ legis æternæ *ſummulam* in ſe continent. Ariſtoteles τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *l.* 4. *c.* 3. Τὸ μικρὸν καὶ ἁπλοῦν, στοιχεῖον λέγεται, ὅθεν ἐλήλυθε τὰ μάλιστα καθόλου στοιχεῖα εἶναι, ὅτι ἕκαστον αὐτῶν ἢν ὂν καὶ ἁπλοῦν, ἐν πολλοῖς ὑπάρχει. *Parvum & ſimplex elementum dicitur. Unde & evenit, qæ & maxime univerſalia ſunt, elementa eſſe: quoniam cum unumqodqe eorum unum & ſimplex ſit, in multis, avt omnibus, avt qàm plurimis ineſt.*

Εἰς τὸ πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλύσαι] *qæ totum perfundant animum.* Caſavbonus. Verùm τῆς ψυχῆς, id eſt, *animi* nulla in præcedentibus fit mentio; nec occurrit qicqam, qod τὸ αὐτὴν iſtud reſpiciat. Qin & ambigi poſſit, an ἡ ψυχὴ ἀποκλύζεσθαι dici poſſit citra ἀσυρολογίαν τινα. Ego itaqe ad Xylandrum potiùs accedo, qi vertit, *Qæ omni te moleſtiâ liberent.* ut ἀνίαν, avt legerit, avt legendum ſaltem cenſuerit: qod & ipſe nullus ambigo. itaqe reddiderim, *Qæ anxietatem omnem eluere & extergere valeant.* ἐπικλύζεσθαι ἡ χυχὴ, ἀποκλύζεσθαι ἡ ἀνίαν. Libanius *vit. ſuâ*: ἔκ τε τῶν ῥᾳδίως τὸν λυπῶντα ἐπικλύζειν. D. Junius ἀπολύσαι mavult; qod & *diſſolvere*, ſive *diluere*, vertas.

Τὸ κρίμα] Κρίμα hîc, utì *l.* 5. §. 19. & 47. & *l.* 8. §. 4. idem eſt qod δόγμα. *ibidem l.* 9. §. 29. *decretum*, prout Seneca reddit, *Ep.* 95. ita κέκρικα, *decrevi*: Corellii Rufi ad mortem ſpontaneam obfirmati vox, apud Plinium *l.* 1. *Ep.* 12. qod de Didone Virgilius *Æn. l.* 4.

Decrevitque mori. ---

& κέκριται, *decretum eſt*. Vide Epictetum *l.* 2. *c.* 15.

Τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκα] Vide *ſuprà ad lib.* 2. §. 1. Plato *ad Archyt. Epiſt.* 9. Ὅτι μὲν οὖν ἥδιόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, τὸ τὰ αὑτῆς πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν οἷα καὶ σὺ, σχεδὸν παντὶ δῆλον. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν, οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. *Quod verò dulciſſimum vitæ genus ſit agere ſua, præſertim ſi qis talia elegerit facienda, qalia tu, omnibus fermè eſt manifeſtum. Sed illud qoqe te conſiderare oportet, nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe: ſed ortus noſtri partem ſibi patriam vindicare, partem parentes, partem reliqos amicos.* Qod Cicero *Offic. l.* 1. *Non nobis ſolùm nati ſumus: ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.* Idemqe *de finib. l.* 2. *Atqe, ut ad Archytam ſcripſit Plato, non ſibi ſoli ſe natum meminerit, ſed patriæ, ut perexigua pars ipſi relinqatur.* Latiùs multò Gregorius Nazianzenus §. 10. *Orat. in Heronem.* Παντάχῃ γὰρ τῷ καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸ κοινὸν συλλαμβάνειν, ψυχῆς εἶναι τελεωτάτης τε καὶ φιλοτοφωτάτης ἐνόμιζεν. οὐδὲ γὰρ ἑαυτῷ γεγενῆσθαι μόνον ἕκαστον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν, ὅσοι τῆς αὐτῆς μετέχουσι φύσεως, καὶ παρὰ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γεγόναμεν.

A *Quod perfectiſſimi animi ac ſapientiſſimi eſſe judicaret, privatæ utilitatis cum publicis commodis conjunctam habere rationem. Neqe enim qenqam noſtrum ſibi ſoli natum eſſe, ſed omnibus etiam, qi ejuſdem naturæ participes ſunt, atqe ab eodem, & ab eadem procreati ſunt.* Hoc eſt qod de Catone Lucanus *lib.* 2.

Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

Pulcrè Seneca *Epiſt.* 48. *Conſortium rerum omnium inter nos eſt: nec ſecundi qicqam ſingulis, nec adverſi. in commune vivitur. Non poteſt qiſqam beatè degere, qi ſe tantùm intuetur, qi omnia ad utilitates ſuas convertit: alteri vivas oportet, ſi vis tibi vivere.* B *Hæc ſocietas diligenter & ſanctè obſervanda eſt, qa nos omnes omnibus miſcet, & judicat aliqid eſſe commune jus generis humani.* Vide *ad lib.* 1. §. 16. Κοινονημοσύνη.

Τὸ ἀνέχεσθαι μέρος τῆς δικαιοσύνης] Ità *l.* 5. §. 33. ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι. *Suſtinere & abſtinere.*

Ἀκοντες ἁμαρτάνουσι] Idem habet *lib.* 7. §. 22. & *lib.* 11. §. 18. cujus ſententiæ rationem reddit, *l.* 7. §. 63. & *l.* 8. §. 14. ibi viſe.

Διαδορατισθέντες] *Conſoſſi* Xylander. Malim, *velitantes, ſeſe mutuò impetentes.* Δορατίζόμενοι, δόρασι μαχόμενοι. *Haſtâ* C *pugnantes.* Heſychius. Et Salmaſius *in Solin.* διαδορατίζεσθαι, *haſtis velitari*: ut διαξιφίζεσθαι, *gladiis certare*; διακερατίζεσθαι, *cornibus pugnare.* διαδορατισμοὶ, *velitationes: infrà l.* 7. §. 3. Seneca *de brev. vit. cap.* 20. *Interim dum rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius qietem rumpit, dum mutuò ſunt miſeri; vita eſt ſine fructu, ſine voluptate, ſine ullo profectu animi: nemo in conſpicuo mortem habet.* Vide *ad lib.* 7. §. 22.

Ἐκτίνανται] *Extenſi.* i. e. *mortui, defuncti ſunt.* & *infrà* §. 48. εἶτα ἐξετάθη. *deinde ipſe extentus*, i.e. *defunctus eſt.* & *l.* 11. §. 16. καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξετάθημεν. *& paulo pòſt omnes extendimur.* i. e. *defuncti jacemus.* Tractum à geſtu ſive conlocatione mortuorum, qibus non pedes tantùm, ſed & D corpus totum dirigitur atqe extenditur. Homerus *Il.* φ. *v.* 119. de Lycaone ab Achille cæſo;

Κεῖτο τανυσθείς. ---

Extenſus jacuit. ---

qod idem & de Harpalione dictum *Il.* 1. *v.* 655. & de Sarpedone *Il.* π. *v.* 485.

--- κεῖτο τανυσθείς.

--- *jacebat extenſus.*

Eodem retuliſſe priſcos Grammaticos & τὸ ὀρεχθῆναι, i. e. *porrigi*, docet Evſtathius in illis *Il.* ψ. *v.* 30.

Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ
Σφαζόμενοι. ---
Multi qidem boves pigri gravem edebant mugitum recepto ferro
Inter jugulandum. ---

ὀρέχθεον, inqiunt, ἀντὶ τοῦ ἀναιρεμένοι ὠρέγοντο, ἤτοι ἐξετείνοντο, ἢ καλὰ τὸν ποιητὴν εἰπεῖν, τανύοντο. Apollonius Argonavt. *l.* 1. *v.* 1040.

--- πολεῖς δ' ἐπαρηγόνες ἄλλοι
Ἔκλαθεν. ---
--- *ac multi alii ex propugnatoribus*
Oppetebant. ---

F ἀντὶ τοῦ ἐκλάθησαν. qod vel à κλείνομαι, vel ab ἐκλείνομαι, analogiâ pariter favente, deduci poteſt. Phlegon *de mirabil. c.* 1. Τοσαῦτα εἰπόντα, παραχρῆμα ἐγένετο νεκρὰ, ἐξετέταστό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. *Hæc loquta, fuit illico mortua, corpuſque ejus conſpicuum per lectum eſt extenſum.* Evripides *Hippolyt. coronat.* de Phædra, poſtqam ſuſpendio perierat:

Ὀρθώσατ' ἐκλείνοντες ἄθλιον νεκύν.
Miſerum cadaver dirigendo extendite.

Et mox:

Ἤδη γὰρ, ὡς νεκρὸν, νιν ἐκλείνυσι δή.
Cadaveris nunc inſtar, illa extenditur.

Indè & Latinis *calces extendere*, de mortuis. Perſius *Sat.* 3. *v.* 105.

In portum rigidos calces extendit. ---

Et *extendere* ſimpliciter, pro *occidere*. Statius *Theb. l.* 1. *v.* 700. de Phœbo;

--- *tu matris honori*

τίφρωνˇ). παύε ποτέ. ἀλλὰ καὶ [a] τοῖς ὅλοις τοῖς ὑπὸ σὲ ὅλων ὑποπεπτωκόσι δυσχεραίνεις. ἀναπεισάμενε τὸ δι[b] ἔτι σεμνὸν, ἢ ἄτεμνον, ἢ ἐξ ὅσων ἀποδείχθη, ὅτι [c] ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις. ἀλλὰ τί σωματικά σε ἅψεται. ἔλα * ἐννόησον ὅτι [d] οὐκ ἀπαμείψει λεῖος ἢ τραχέως κινηθέντι πνεύματι ἡ διάνοια, ἐπειδὰν ἅπαξ ἑαυτὴν ἀπολάβῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν, καὶ λοιπὸν ὅσα [e] τοῦ πάχους τῆς πάντων λήθης, καὶ [f] τοῦ πάχους τοῦ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρου αἰῶνος, καὶ [g] τοῦ κενοῦ τῆς ἀπηχήσεως, καὶ [h] τοῦ διαπαύσεως ἑκάστου καὶ [i] ἀκρίτου

& in cineres redacti ſint, deſine tandem tibi moleſtiam faceſſere. At univerſi ipſius adminiſtratio, & indè obvenientia, ægrè tibi faciunt. reduc tibi in memoriam disjunctivum illud, avt numinis providentiâ, avt atomorum concurſu conſtant univerſa: vel ea etiam argumenta, qibus liqidò demonſtratur, mundum iſtum civitatis inſtar obtinere. Verùm tangunt angúntqe te ea qæ corpus attingunt. at tu conſidera mentem tuam ubi ſemel agnitâ vi propriâ, ſubduxerit ſeſe, ſpiritu ſive firmiter ſive aſperè moto nevtiqam immiſcere qibus adjicias licet &, qæ de dolore ac voluptate avdieris aliqando, & aſſenſu tuo comprobaveris. Sed gloriolæ cupido forſan te torqet. cogita qàm citò oblivione ſepeliantur omnia, qámqe vaſtum chaos infiniti ævi utrinqe conſiſtat: tum qàm inanes planè applavſus iſti; qàm mutabile & judicii expers faven-

a L.8.§.17.
b Inf. §.27.
c L.2.§.16. Inf. §.4.23.
* ἐννόησον Lug.
d L.5.§.26.
* περισπᾷ Jun. L.2. §.7.
e L.2.§.17. Inf. §. 19. 32.33. 35.l. 5. §.33. l.8. §.37. l.9. §.30.
f Inf. §. 50. l.7.§.35.
g Inf. §.33. l. 5. §.33.
h L.2.§.17. l.8.§.52,53. Inf.§.16.
i L.9.§. 18.

ANNOTATIONES.

Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.

extendis. i. e. ἐκτείνεις, κτείνεις. ſi Tornorupæum ſeqimur. nam & alia inſuper Tityi *extenſio* celebris habetur. Cæterùm ſic de Arcentis filio à Mezentio occiſo, Maro *Æn. lib.* 9.

—— multâ porrectum extendit arenâ.

Cui & geminum eſt illud Diodori *l.* 16. *c.* 95. de Philippi Macedonis percuſſore Pavſania, τὸν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν. *Regem mortuum humi proſternebat.* Moribundi item, ſive animam agentis mortiſqe proximi poſitus formulâ eâdem exprimitur. de Alexandro ex ſangvine copioſiùs emanante deliqium paſſo, Curtius *l.* 9. *c.* 5. *Limqiqe animo Rex, & caligine oculis offuſâ, veluti moribundus extendi.*

Τελίφρωνος] *in cineres reducti ſunt*, ſive *cineſacti ſunt*, ut Lucretius loqitur *lib.* 3. & ex Lucretio Nonius habet. reſpexit ad buſta, de qibus ibi Lucretius. Sic *infrà* §. 48. τάφος, ἢ τέφρα. *Salſura avt favilla.* Alluſit eò Bio Boriſthenit. qi, Laërtio *l.* 4. avtore, κατεγίνωσκε τῶν τὰς ἀνθρώπους καλλωπιζόντων μὲν, ὡς ἀναισθήτους· παραπαίοντων δὲ, ὡς αἰσθανομένους. clavſulam alteram interpres Ambroſius omiſit prorſus, cùm qid vellet, aſſeqi neqiret: Eraſmus ſic reddidit, *damnabat homines qi ſic exurerent, qaſi ſenſu vacarent; ſic adurerent, qaſi ſentirent.* & ad bellatores ferro flammâqe omnia vaſtantes retulit. Verùm ſenſu nevtiqam idoneo. Forſan καλλωλιόντας, vel ἐπικλαίοντας, fuerat. *damnabat eos, qi defunctos ſuos cremabant, ac ſi ſenſu vacarent, deflerent interim, ac ſi flammarum vim perſentiſcerent.* Porrò illud miraculo ferè deputari poteſt, qod fertur corpori reliqo in cineres redacto, dentes integros ſupereſſe. Dio Pruſæus *Orat.* 4. *pag.* 64. Ἀλλὰ καὶ ἐμπρήσῃ τις τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ τὸν Ἡρακλέα φασὶν αὐτὸν ἐμπρῆσαι, μένειν αὐτοῦ τὰ δόγματα ἐν τῇ ψυχῇ. καθάπερ, οἶμαι, τῶν κατακαιομένων νεκρῶν τοὺς ὀδόντας φασὶν διαμένειν, τἄλλα σώματος δαπανηθέντος ὑπὸ τοῦ πυρός. *Verùm & ſi hominem qis combuſſerit, ut Herculem ajunt ſemetipſum combuſſiſſe, dogmata tamen in ejus anima manent. qemadmodum, opinor, exuſtorum hominum dentes ajunt permanere, reliqo corpore igni conſumpto.* Plinius *l.* 7. *c.* 16. *Dentes tantùm invicti ſunt ignibus, nec cremantur cum reliqo corpore.* Hinc Tertullianus *de reſurr. c.* 42. *Conſtat & dentes incorruptos perennare; qa ut ſemina retinentur fructificaturi corporis in reſurrectione.* Ità iſta, ut cum Platone loqar in *Phædone*, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀθάνατά ἐστιν. & tamen, qod ſubjicit Plinius *ibidem*, *Iidem flammis indomiti, tabe cavantur pituita.*

Ἀναπεισάμενος] qod ſuprà ἀναλογισάμενος. *tecum reputans, animóqe revolvens*, ſive *in memoriam reducens tibi.* ità Svidas. Ἀναπεισάμενος, ἀναμνησθείς, εἰς ἔννοιαν ἐλθών. Ἀναπεισάμενος, *qi recordatus eſt, qi in memoriam revocavit, qi in cogitationem venit.* Subintelligendum in clavſula tum membri hujus, tum & inſeqentium, πάνυ πολύ. qod ſuperiora clavſerat, vel ejuſmodi aliqid, alioqi ſuſpenſa futura eſt ſententia, nec ſuppetet qippiam, in qod vel τὸ ἀναπεισάμενος iſtic, vel τὸ ἐννοήσας, καὶ τὸ ἀπιδὼν illic ſe reclinet. nam qod Annotator Lugdunenſis pro ἐννοήσας, ἐννόησον legi poſtulat; non ſatis fuerit, niſi & τὸ ἀπιδὼν pari modo immutaveris. nam qod iſtic legere ſe profitetur, μίμησο, ὅτι ὁ Θεὸς ἀναπεισάμενος, Delium poſcit natatorem.

Τὸ διεζευγμένον] de qo & *infrà* §. 27. qo modo avtem huc faciat, docet apertiùs *l.* 11. §. 18.

Ὅτι ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις] *qòd mundus civitatis inſtar obtinet.* Et qid tum poſtea? Nimirum nos avtem omnes ejuſdem cives. nec civi incommodum qicqam debet videri, qod in civitatis commodum cedat. qo argumento non ſemel utitur Marcus. *infrà* §. 4. & 23. & *lib.* 5. §. 22. & *lib.* 6. §. 44. & *lib.* 10. §. 6. Ejuſmodi aliqid excidiſſe iſtic veriſimile eſt. Epictetus *lib.* 3. *c.* 24. Ὅτι ὁ κόσμος ἓν μία πόλις ἐστί. *Mundum hunc unam eſſe urbem.* qod & freqenter inculcat. Minucius *in Octav. Non poſſis pulcrè gerere rem civilem, niſi cognoveris hanc communem omnium, mundi civitatem.*

Λεῖος ἢ τραχέως] *Lævia* corpori grata ſunt, *aſpera* offen-

A dunt. Mens avtem, inqit, nevtri iſtorum ſe immiſcet, ſi ad ea duntaxat, qæ ſui ſunt muneris, attenderit, & intra proprios ſeſe cancellos circumſcripſerit. Seneca *Ep.* 78. *Illud avtem eſt, qod imperitos in vexatione corporis malè habet: non aſſeverunt animo eſſe contenti: multum illis cum corpore fuit. Ideò vir magnus ac prudens animum diducit à corpore, & multùm cum meliore & divina parte verſatur: cum hac qerula & fragili, qantum neceſſe eſt.*

Ἐπειδὰν ἅπαξ ἑαυτὴν ἀπολάβῃ] *cùm ſemel ſeipſam collegerit* Xylander. *recollegerit* Caſavbonus. Malim, *ſeceſſerit*, vel *abduxerit ſe*; ut ad receſſus ſive receſſus illos, de qibus

B egerat, alluſum ſit. Marcus *Evang. c.* 7. *v.* 33. Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν. *Cùm à turba illum abduxiſſet.* Ubi tamen Vulgatus *apprehendens*, ἐπιλαβόμενος. prout & Complutenſis exhibet.

Τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν] de qa *l.* 5. §. 14. & *l.* 7. §. 28.

Τὸ πάχος τῆς πάντων λήθης] Vide *ſuprà l.* 2. §. 17. & *infrà* §. 19. 33.

Τὸ χάος τοῦ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρου] Vide *infrà* §. 41. Stoici apud Laërtium *l.* 7. *Zenone c.* 141. Τοῦ χρόνου, τὸν μὲν παρῳχηκόλα καὶ τὸν μέλλοντα, ἀπέρους. τὸν δὲ ἐνεστῶτα, πεπερασμένον. *Temporis præteritum qidem & futurum eſſe infinita; præſens avtem finitum.*

C Τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως] Vide *infrà* §. 33. & *l.* 5. §. 33. & *l.* 6. §. 16. Feſtivè Juvenalis *Sat.* 14. *v.* 156.

—— tunicam mihi malo lupini,
Qàm ſi me toto laudet vicinia pago.

Τὸ εὐμεταβόλου] Vide *infrà l.* 8. §. 2. Cicero *pro domo ſua. Hoc in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, varietas & inconſtantia, & crebra, tanqam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio.* Seneca *Epiſt.* 102. *Putas tu poſſe ſententiam unam omnium eſſe? non eſt unius una.* Flaccus *Epiſt. lib.* 1. *Epiſt.* 1.

Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?

D Καὶ ἄκριτον] Vide *l.* 2. §. 9. & *lib.* 9. §. 18. Porphyrius *de abſtinent. l.* 1. §. 52. Οὔτε τῷ συμφέροντι, ὅτε τῷ ἰδίῳ, ὅτε τῷ κοινῷ συνετὸς, ὁ πολύς. ὅτε ἐθῶν φαύλων καὶ ἀρχαίαν κρίσιν ποιεῖσθαι δυνάμενος. *Qinetiam, qi è media multitudine eſt homo, non intelligit qid privatim publicéqe utile ſit, neqe conſtituere inter mores improbos honeſtóſqe diſcrimen poteſt.* Tacitus *annal. l.* 17. *Plebi non judicium, non veritas.* Cicero *pro Planc. Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia. non judicat ſemper populus; ſed movetur plerunqe gratiâ, cedit precibus. deniqe ſi judicet, non delectu aliqo, avt ſapientiâ ducitur ad judicandum, ſed impetu, & qa-*

E *dam etiam temeritate. ex opinione plurima, ex veritate pavca judicat.* Plinius minor *l.* 2. *Ep.* 14. *Scito eum peſſimè dicere, qi maximè ab his laudatur.* Itaqe Aſopodorus Muſicus, cùm in proſcenio conſiſtens, tibicinem in ſcena canentem coronæ plavſu ingenti exceptum avdiret, Δῆλον, ὅτι μέγα κακὸν γέγονε. *Apparet*, inqit, *hinc, hunc hominem malum ingens admiſiſſe. ὡς ἔκ ἄν ἄλλως ἐν τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμήσαιτος. aſſi aliàs turba nevtiqam probaretur*, inqit Athenæus, qi & refert *l.* 14. ſed & Hippomachus gymnaſta, cùm diſcipulo ſuo artis athleticæ ſpecimen exhibenti populus freqens acclamâſſet, virgulâ attactum his verbis corripuit; Ἀλλὰ σύ γε κακῶς, καὶ οὐχ ὡς

F ἐχρῆν ἐποίησας, ὅπερ ἐχρῆν ἄμεινον γενέσθαι. εἰ γὰρ ἐπῄνεσαν ἄλλοι τεχνικόν σε δρᾶσαι. *Tu vero perperam, neqe ſicut oportebat, feciſti, qod melius fieri debebat. Nam ſi qid artificioſum præſtitiſſes, non hi te collavdarent.* Ælianus *l.* 2. *c.* 6. qi & *l.* 14. *c.* 8. Hippomachi tibicinis factum geminum refert, dictúmqe; Κακῶς ἤυλησας. εἰ γὰρ ἂν ἔτοί σε ἐπῄνουν. *Perperam cecinisti: nam alioqin hi tibi non applavderent.* Phocion etiam Athenienſis, cùm dicentem populus univerſus collavdâſſet, & qaſi uno ore applavſiſſet, ad amicos converſus, reqiſivit ab eis, εἰ δή πω κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα; *numqid perperam dictum inſcio excidiſſet.* Antiſthenes item Cynicus dicenti cuidam, Πολλοῖ σε αἰνοῦσι. *Collavdant te multi:* Τί

γὰρ

faventium vulgus; qàm angusto denique spatio laus ista terminetur. siquidem & terra tota puncti instar habet; hujusque ipsius angulus qàm exiguus incolitur; istîc autem agentium quota pars, & hi quales sunt, qi te celebraturi sint? proinde, memento tan-

τ * ἐφ' ἡμῖν δοκοῦσιν, καὶ [a] τὸ στενὸν καὶ τόπῳ ἐν ᾧ περιγράφεται. [b] ὅλη τε γὰρ ἡ γῆ στιγμὴ, καὶ [c] παύτης πόσον γωνίδιον ἡ κατοίκησις αὕτη; καὶ ἐνταῦθα πόσοι, καὶ [d] οἷοι τινες οἱ ἐπαινεσόμενοι; λοιπὸν ἓν [e] μέμνησο τῆς ὑποχωρήσεως τῆς εἰς ἕτο τὸ ἀφθρίδιον

* ἐυφημιῶν.
a L. 9. §. 30.
b L. 8. §. 24. l. 10. §. 17.
c L. 3. §. 10.
d L. 6. §. 59.
e L. 7. §. 62. l. 8. §. 53.

ANNOTATIONES.

γὰρ κακὸν πεποίηκα; *Ecquid*, inqit, *mali feci?* Laërtius *l.* 6. (qod tamen Demetrio Phalereo tribuit Brasonius *memorabil. l.* 3. *c.* 3.) Idémqe ab improbis qibusdam collavdatus; Ἀγαπῶ, μή τι κακὸν ἤργασμαι. *Qàm vereor*, inqit, *nè mali qippiam admiserim! οὕτως γὰρ φαῦλος τὰς σπουδαίους ἐπαινεῖν ὑπομένει.* Isidorus Peluſiota *l.* 2. *Ep.* 220. *Neque enim malus qispiam* (& sunt *plures mali*) *bonos lavdare sustinet.* Itaque Antagoras, an Antigenes apud Antonium *meliss. l.* 1. *c.* 51. & Maximum *Collect. c.* 41. Ὅλως ἐπαινῶντί με πολλοὶ, τότε νομίζω μηδενὸς ἄξιος εἶναι. ὅλως δὲ ὀλίγοι, σπουδαῖος ἄνθρωπος. *Qum multis me lavdant, tum nullius pretii me ipsum existimo: qum vero pavci, bonum & egregium hominem.* Qin & Anaxagoras, referente Aristotele, *Ethic. Nicom. l.* 10. *c.* 9. Οἱ ἂν ἄν θαυμάσειεν, εἴ τις ἄλοπος φανείη τοῖς πολλοῖς. ἴδιοι γὰρ κρίνουσι τοῖς ἐντὸς, τοῦτον αἰσθανόμενοι μόνον. *Sibi non esse mirum futurum, si plerisque è vulgo absurdus qispiam esse videatur: eos enim externis rebus, qarum tantummodo sensum habent, judicare consvevisse.* Idémqe eodem *Evdem. lib.* 1. *c.* 4. referente; interroganti improbo cuidam, Τίς ὁ εὐδαιμονέσαλος, *qisnam esset felicissimus*; respondit, Οὐθείς, ὦν σὺ νομίζεις. ἀλλ' ἄλοπος ἄν τις σοὶ φανείη (ubi forsan ἀλλ' ὃς legendum) *Nemo qisqam eorum, qem tu existimas; sed qi absurdus tibi videretur.*

Τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούντων] legendum τῶν ἐυφημιῶν δοκούντων. Sensu exigente. & bene δοκούντων adjecit; qasi vocibus illi favere videantur, non reverâ faveant. Sicut enim Seneca *Ep.* 60. *nihil interesse*, dixit, *inter amicorum vota & inimicorum odia; &, parentum vota pro execrationibus haberi*, utpote qæ sint eò *inimicitiora*, qò *cessere felicius*: Siqidem, ut idem *Epist.* 31. *Bono animo malè precantur.* ità Clemens Alexandrinus *Strom. l.* 7. Ἡ τῶν πολλῶν ἐυφημία, δυσφημίας οὐδὲν διαφέρει. *Vulgi*, inqit, *encomia sæpenumero à vituperiis nihil distant*; qum & pravo sæpissime nitantur fundamento, eisqe in qos conferuntur dedecori potiùs qàm decori existant. Aristides itaqe apud Plutarchum *pag.* 320. *F.* cùm præter morem suum populo qædam indulsisset, & eo nomine magnopere ab eis efferretur; Ὅτι μὲν, inqit, πισῶς καὶ καλῶς ὑμῖν ἦρξα, πρωπηλαπίσθην. ἐπεὶ δὲ πολλὰ τῶν κοινῶν καλαπροείμαι τοῖς κλέπλουσι, θαυμασὸς εἶναι δοκῶ πολίτης. αὐλὸς μὲν ὢν αἰσχύνομαι τῇ νῦν τιμῇ μᾶλλον, ἢ τῇ πρώην καλαδίκῃ. συνάχθομαι δὲ ὑμῖν, παρ' οἷς ἐνδοξόλερόν ἐσι τὸ σώζειν τὰ δημόσια τὸ χαρίζεσθαι τοῖς πονηροῖς. *Qum enim versatus in magistratu essem innocenter & rectè, labe adspersus sum: ubi multa de publico depeculatoribus condono, praclarus videor civis. Me qidem magu hujus pudet lavdis qàm damnationis prioris: vestri verò miseret me, apud qos obseqi honorabilius est improbis, qàm conservare commoda publica.* Vide *ad l.* 3. §. 4.

Τὸ στενὸν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ περιγράφεται] Pari planè ratione adversùs famæ nominisqe cupiditatem pugnat M. Cicero *de repub. l.* 6. in *Somnio Scipionis*; ubi Africanum Cornelium Scipionem sic alloqentem inducit: *Tu qàm celebritatem sermonis hominum, avt qàm expetendam gloriam consoqi potes? vides habitari in terrâ raris & angustis in locis: & in ipsis qasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas: hosque qi incolunt terram, non modò interruptos ità esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit; sed partim obliqos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis, à qibus expectare gloriam qidem nullam potestis.* tum ubi docuerat, *qanta pars terra, vel pruinâ ità obrigeat, vel solis ardore torreatur, ut cultum ac incolatum respuat omnem*, concludit tandem; *Ex his ipsis cultis notisque terris, num avt tuum avt cujusqam nostrûm nomen, vel Cavcasum hunc, qem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnare? qis in reliqis orientis avt abeuntis solis ultimis, avt Aqilonis Avstrive partibus tuum nomen avdiet? qibus amputatis, cernis profectò, qantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit.* Boethius item *Consol. l.* 2. *c.* 7. *Fama qàm sit exilis & totius ponderis vacua, sic considera. Omnem terra ambitum ad cæli spatium, puncti constat obtinere rationem*: id est, *ut si ad cælestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere judicetur. Hujus igitur tam exigua in mundo regionis qarta ferè portio est, qa à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic qartæ, si qantum maria paludesque premunt, qantumqe siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinqetur. In hoc igitur minimo puncti qodam puncto circumsepti, atqe concluſi, de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At qid habet amplum, magnificumqe gloria, tam angustis exiguisqe limitibus arctata? Adde qod hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt nationes, lingvâ, moribus, totius vitæ ratione distantes: ad qas tum difficultate itinerum, tum loqendi diversitate, tum commercii insolentiâ, non modò fama hominum singulorum, sed nè urbium qidem pervenire qeat.*

Videsne igitur qàm sit angusta, qàm compressa gloria, qam propagare ac dilatare laboratis? Vide & *l.* 9. §. 30.

Ἡ γῆ στιγμὴ] Cicero *Tusc. l.* 1. *Persvadent Mathematici terram in medio mundi sitam, ad universi cæli complexum, qasi puncti instar obtinere, qod κέντρον illi vocant.* Seneca *ad Marc. c.* 20. *Terram hanc cum populis urbibusque, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus, ad universa referentes.* Idémqe *qæst. nat. præfat. l.* 1. *Punctum est istud, in qo navigatis, in qo bellatis, in qo regna disponitis.* Et rursus; *Hoc est illud punctum, qod inter tot gentes ferro & igni dividitur.* Macrobius *in Somn. Scip. l.* 2. *c.* 9. *Licèt apud nos Atlanticum mare, magnum vocetur, de cælo tamen despicientibus non potest magnum videri: cùm ad cælum terra signum sit, & punctum qod dividi non possit in partes.* Ammianus *hist. l.* 15. *Ambitus terra totius, qa nobis videtur immensa, ad magnitudinem universitatis instar brevis obtinet puncti.* Plutarchus *de exil. pag.* 601. *C.* ex Stobæo *tom.* 2. *tit.* 40. restitutus ac suppletus: Τί ἂν τῆς οἰκουμένης μέρος, ἢ τῆς γῆς ἀπάσης, ἕλεον ἑτέρᾳ μακρὰν ἐ'στιν, ἢν ὑποδεικνύουσιν οἱ μαθηματικοὶ σημεῖα λόγου ἔχουσαν ἀδιαςάλου πρὸς τὸν ὅρισόν; ἀλλ' ἡμᾶς ὥσπερ μύρμηκας ἢ μέλιτλας, μυρμηκιᾶς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐκπεσόντας ἀδημονοῦμεν καὶ ξενοπαθοῦμεν, οὐκ εἰδότες, ὡδὲ μεμαθηκότες οἰκεῖα τὰ πάντα ποιεῖσθαι καὶ νομίζειν, ὥσπερ ἐσί. *Qæ autem terra pars ab altera longè potest distare, cùm ipsam totam mathematici demonstrent cum cælo comparatam puncti loco esse? nos autem instar formicarum avt apum, si ex uno formicarum nido avt alveari excidimus, in mœrore sumus, & peregrinos nos esse factos agre ferimus, ignari, neqe edocti omnia, ut sunt, nostra putare atqe usurpare.* Σημεῖον dixit, qod στιγμὴ Marcus, κέντρον Cicero, *punctum* Seneca, *signum* Macrobius, eleganter avtem utì istîc γῆ στιγμὴ, ità πέλαγος ταγὼν, Marco dicitur, *l.* 6. §. 36.

Γωνίδιον] Vide *l.* 3. §. 10.

Ἐς τοῦτο τὸ ἀφθρίδιον] in *cor nimirum*: de qo Plinius *hist. nat. lib.* 11. *c.* 37. *Ibi mens habitat.* (qanqam de *cerebro* idem *ibidem. Hic mentis est regimen.*) qòdqe ejusdem domicilium statuebant Stoici, qos Plutarchus *de commun. notit. c.* 40. hoc nomine exagitat, qòd cùm ἀρετὰς, κακίας, τέχνας, μνήμας, φαντασίας, ὁρμὰς, πάθη, σώματα: *virtutes, vitia, artes, memorias, visa, incitationes, affectiones, corpora* esse statuerent, τόπον πᾶσι τούτοις ἵνα τὸν τῆ καρδίᾳ πόρον στιγμιαῖον ἀπέλιπον, ὅπου τὸ ἡγεμονικὸν συστέλλουσι τῆς ψυχῆς. *in corde unicum isti relinqunt meatum puncti magnitudine, eoqe contradunt animi principem partem.* Laërtius *l.* 7. §. 149. in *Zenone*: Τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ. *Principatum in corde collocatum esse.* Plutarchus *de philosoph. placit. l.* 4. *c.* 5. ubi de Principali loco agit. Πλάτων, Δημόκριτος, ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ. Ἐρασίστρατος περὶ τὴν μήνιγγα τῶ ἐγκεφάλω, ἢν ἐπικρανίδα λέγει. Ἡρόφιλος ἐν τῇ τῶ ἐγκεφάλω κοιλίᾳ, ἤ τις ἐσὶ κοὴ βάσις. Παρμενίδης, ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι; καὶ Ἐπίκουρος. Οἱ Στωικοὶ πάντες ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ἢ τῷ περὶ καρδίαν πνεύματι. Διογένης ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἤ τις ἐσὶ πνευματικὴ. Ἐμπεδοκλῆς, ἐν τῇ τῶ αἵματος ουσίᾳ. οἱ δὲ, ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς καρδίας. οἱ δὲ, ἐν τῷ περὶ καρδίαν ὑμένι. τῶν νεωλέρων δέ τινες, διήκειν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι τῶ διαφράγματος. Πυθαγόρας, τὸ μὲν ζωλικὸν, περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλήν. *Ineſſe hanc ajunt Plato & Democritus in toto capite. Erasistratus circa membranam cerebri, qam epicranida nominat. Herophilus in cavo, seu fundo cerebri. Parmenides in toto pectore & Epicurus. Stoici in universo corde, avt cordis spiritu. Diogenes in arteriosa cordis cavea, qa est spiritualis. Empedocles in sanguinis substantia. Alii in collo cordis. Alii in membrana cor ambiente. Nonnulli recentiorum à capite usqe ad septum transversum pertingere. Pythagoras vitalem animæ partem circa cor, rationem & mentem circa caput.* Hujus itaque potiùs fuerat, qàm Stoicorum, qòd idem *ibidem c.* 21. Αὐλὸ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν, ὥσπερ ἐν κόσμῳ, καλοικεῖ ἐν τῇ ἡμίσει σφαιροειδεῖ κεφαλῇ. *Ipsa autem illa princeps animi pars in globo nostri capitis, tanqam in mundo, habitat.* Tertullianus *de anim. c.* 15. *Christiani apud Deum de utroqe deducimur, & esse principale in anima, & certo in corporis recessu consecratum.* Et mox: *Simul utrumqe dilucet, & esse principale in anima, & in eo thesavro corporis haberi, ad qem Deus respicit;* (*corde* nimirum) *ut neqe extrinsecus agitari putes principale istud, secundum Heraclitum; neqe per totum corpus ventilari, secundum Moschionem; neqe in capite concludi, secundum Platonem; neqe in vertice potius præsidere, secundum Xenocratem; neqe in cerebro cubare, secundum Hippocratem; sed nec circa cerebri fundamentum, ut Herophilus; nec in membranulis, ut Strato & Erasistratus; nec in supercilio, ut Strato Physicus; nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus: sed qod & Ægyptii renunciaverunt ei, & ille versus Orphei vel Empedoclis;*

Nam

2 L. 2. §. 2. ἀφιέμενον ἑαυτοῦ. καὶ πρὸ πάντος ⁘ μὴ | dem in particulam istam secedere: & cum primis,

ANNOTATIONES.

Namque homini sanguis circumcordialis, est sensus. (versus is apud Etymologum, sed depravatior, in Αἷμα, apud Stobæum *tom.* 1. *tit.* 40. ex Porphyrio *de Styge*, emendatior, reperitur;

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικαρδιόν, ἐστι νόημα.)

etiam Protagoras, etiam Apollodorus & Chrysippus hæc sapiunt. Idem *de resurr. c.* 15. *Adeò non sola anima transigit vitam, ut nec cogitatus auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. hanc denique carnis speciem, arcem animæ Dominus in suggillationem cogitatuum taxat,* Matth. c. 9. v. 4. *Sed etsi in cerebri, vel in medio superciliorum discrimine, vel ubi ubi philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est, quod hegemonicon appellatur, caro erit omne anima cogitatorium.* Cicero *Tuscul. l.* 1. §. 18. *Aliis cor ipsum animus videtur. ex quo excordes, vecordes, concordésque dicuntur:* & *Nasica ille prudens bis Consul, Corculum;* &

Egregiè cordatus homo, Catus Æliu' Sextus.

Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem. aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum; sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. Plato triplicem finxit animum; cujus principatum, id est, *rationem in capite, sicut in arce, posuit:* & *duas partes separare voluit, iram & cupiditatem; quas locis discluſit; iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.* A Timæo Locro sumpsit id Plato; cujus in *lib. de anim. mundi pag.* 1093. *C.* hæc sunt. Τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς τὸ μὲν λογικὸν καὶ νοερὸν — περὶ τὰν κεφαλὰν ἵδρυται μόνον, ὡς τἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ἢ τῷ σώματος ὑπηρετεῖν τύχῳ, καθάπερ ὑπ' αὐλῷ τῷ σκάπος ἅπαντος. τῷ δ' ἀλόγῳ μέρεος, τὸ μὲν θυμοειδὲς, περὶ τὰν καρδίαν. Τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν, περὶ τὸ ἦπαρ. *Circa caput sedem habet, ut reliqua tum anima, tum corporis partes huic inserviant, quemadmodum sub ipso corporis tabernaculo universo. At partis ejus, quæ rationis est expers, ea pars quæ ad iram prona est, circa cor: ea quæ concupiscit, circa jecur sedem habet.* quod & in Timæo suo ipse fusiùs pertractavit. Vide ad *l.* 2. §. 13. Sed & Galenum *de dogmat. Hip. & Plat. l.* 6. *c.* 2. & Apulejum *de Plat. dogmat.* Suffragari Stoicis, Lipsio in Stoic. Physiol. *l.* 3. *c.* 18. existimatur Hippocrates; cujus ista ex libello *de corde sect.* 3. *lib.* 9. *pag.* 51. profert. Γνώμη γὰρ ἡ τῦ ἀνθρώπω πέφυκεν ἐν τῇ λαιῇ κοιλίᾳ, καὶ ἄρχει τῆς ἄλλης ψυχῆς. *Mens enim humana in sinistro ventriculo à natura insita est, & reliqua animæ imperat.* Is locus forsan & Sylburgium in eundem errorem induxit; qi in *notis ad Clem. Alex.* de Hippocrate idem affirmat. Verùm contrariam planè partem ex professo tenet & tuetur Hippocrates; (prout & Tertullianus verè dixit.) hæc enim ipsius ex tractatu *de sacro morbo sect.* 3. *lib.* 14. *pag.* 93. ipsissima sunt verba; Καὶ τᾶῦτα νομίζω τὸν ἐγκέφαλον δύναμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἕλκος γὰρ ἡμῖν ἐστι τῶν ἀπὸ τῦ ἱέρος γινομένων ἑρμηνεὺς, ἢν ὑγιαίνων τυγχάνῃ. τὴν δὲ φρόνησιν αὐτῷ ὁ ἀὴρ παρέχεται. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ ὦτα, καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ αἱ χεῖρες, καὶ οἱ πόδες, οἷα ἂν ὁ ἐγκέφαλος γινώσκῃ, τοιαῦτα ὑπηρετέουσι. γίνεται γὰρ πᾶσι τῷ σώματι τῆς φρονήσιος, ὡς ἂν μετέχῃ τῦ ἱέρος. ἐς δὲ τὴν σύνεσιν, ὁ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ διαγγέλλων. *In hac ipsa plurimam vim hominis cerebrum habere existimo. Hoc enim si sanum esse contigerit, nobis quæ ab aere fiunt indicat. Prudentiam verò ei aer subministrat. Oculi autem, aures, lingua, manus & pedes ea, quæ cerebrum cognoscit, administrant. Quantum enim aere communicarit, tantum universo corpori prudentiæ accedit. Intelligentia autem cerebrum internuntius est.* Et pavlò pòst: Διόπερ φημὶ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸν ἑρμηνεύοντα τὴν ξύνεσιν. αἱ δὲ φρένες ἄλλως ὄνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκλημένον, καὶ τῷ νόμῳ, τῷ δὲ ὄντι οὐκ, οὐδὲ τῇ φύσει, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε, τίνα δύναμιν ἔχουσιν αἱ φρένες, ὥστε φρονέειν τε καὶ νοεῖν. ἐπεὶ αἰσθάνονται γε ὀδύνης πρότερον τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνόντων. ἀλλὰ μάτην τᾶῦτο τὸ ὄνομα ἔχουσιν καὶ τὴν αἰτίην. ὥσπερ τὰ πρὸς τῇ καρδίῃ, ἅπερ ὦτα καλέεται, ὑδὴν εἰς τὴν ἀκοὴν ξυμβαλλόμενα. Λέγουσι δέ τινες, ὡς φρονέομεν τῇ καρδίῃ, καὶ τὸ ἀνιώμενον τᾶῦτό ἐστι, καὶ τὸ φρονέζον. τὸ δὲ οὐκ ὅλως ἔχει. ἀλλ' ἡ καρδίη αἰσθάνεται τε μάλιστα καὶ αἱ φρένες. τῆς μέντοι φρονήσιος ὑδετέρῳ μέτεστι. ἀλλὰ πάντων τελέων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστιν. *Quocirca cerebrum intelligentia indicem & nuntium esse censeo. At septum transversum temerè ac fortuitò sortitum nomen videtur, & ex instituto, non revera, neque à natura. Neque sanè video quamnam vim ad prudentiam & intelligentiam septum transversum habeat. Siquidem nihilo prius quàm cætera, quæ in corpore insunt, sentit, sed frustra hoc nomen & cavissam habet, non secus ac quæ cordi annexa sunt aures appellata, cùm nihil ad auditionem conferant. Quidam autem nos corde sapere dicunt, quòdque ipsam tristitiam & curam sentit. Verum non ita se res habet; sed cor præcipuè & septum transversum sentiunt, neutrum tamen prudentia jus habet, sed horum omnium cerebrum auctor est.* Hæc prolixiùs pavlò transcribenda censui, quò, Hippocratis in controversia ista quæ fuerit sententia, liquidiùs posset innotescere. Nam *de corde libelli*, nec Galeno, nec Erotiano mentio ulla in recensione operum medici principis illius: itaque nec ad illum avtorem referendum statuit Anutius Fæsius, qo nemo qisqam de Hippocrate ampliora meritus videtur. Stoicorum verò non tam sententiam ridet Galenus, qàm frivola ac nugatoria prorsùs à Chrysippo ad eam statuminandam adducta argumenta; qæ ille revera, cùm non immeritò exagitat, tum fusissimè etiam solidissiméqe refutat, *de Hippocr. ac Platon. dogmat. l.* 2. Adducit & Stoicis consentientes Lipsius, Avsonium in *Monosyllab.*

Mens, qa cælesti sensu rigat emeritum cor.
Cor vegetum, mundi instar habens, anima vigor & vis.

Et Lucretium *l.* 3.

Consilium, quod nos animum mentemque vocamus,
Idque situm mediâ regione in pectoris hæret.

Adducit & Gregorium Nyssenum Sylburgius; cujus in *Orat.* 1. *in fest. Paschæ. pag.* 818. *A.* hæc sunt: Ἔοικε τις εἶσι τῦ νῦ ἡ καρδία. ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι πιστεύεται. *Quoniam igitur domicilium quoddam mentis est cor; in eo enim principatus animi esse creditur.* Verùm Gregorius Nyssenus *in lib. de opific. hom. c.* 14. oppugnat eos exagitátqe, qi vel in corde vel in capite sedem mentis constituunt, & per corpus totum diffusam contendit. Δεῖξαι ἡμῖν ὁ λόγος προῄδετο τὸ, μὴ μέρος τινὶ τῦ σώματος ἐνδιδίσθαι τὸν νῦν. ἀλλὰ παντὸς κατὰ τὸ ἴσον ἐφάπτεσθαι, καὶ ἀλλήλοις τῇ φύσει τῦ ὑποκειμένου μέρεος ἐνεργῦντα τὴν κίνησιν. *Institueramus demonstrare, mentem parti corporis alicui alligatam non esse, sed cum toto pari ratione conjungi, efficientem motum in membris partis cujuslibet naturæ consentaneum.* Et *c.* 12. Σιγάτω τοίνυν πᾶσα σοφιστικὴ ματαιολογία τῶν μορίοις τισὶ σωματικοῖς τὴν νοητὴν ἀποκλειόντων ἐνέργειαν. ὧν οἱ μὲν ἐν καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τίθενται, διὰ τὸ δοκεῖν πως τὴν μέσην τῦ παντὸς σώματος ἐπέχειν χώραν αὐτήν. ὡς τῆς προαιρετικῆς κινήσεως εὐκόλως ἐκ τῦ μέσου πρὸς ἅπαν μεριζομένης τὸ σῶμα, καὶ ὥτως εἰς ἑνέργειαν προϊούσης. οἱ δὲ τῷ ἐγκεφάλῳ τὸν νῦν ἐνδιαιτᾶσθαι φασίν. ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τῦ παντὸς σώματος τὴν κεφαλὴν δεδομῆσθαι παρὰ τῆς φύσεως λέγοντες ἐνοικεῖν δὲ ταύτῃ, καθάπερ τινὰ βασιλέα τὸν νῦν, εἴδωλα τισιν ἀγγελιαφόροις, ἢ ὑπαισθήσεσι, τοῖς αἰσθητηρίοις ἐν κύκλῳ δορυφορούμενον. *Idcirco tandem curiosa vanitas hominum conjecturis visorum facessat, mentis facultatem, qa intelligentia comprehenditur, membris nonnullis corporis includentibus. Horum aliis in corde principem animi vim collocaro visum est. Etenim cor locum in humano corpore toto medium prope obtinere videtur, ut motus a consilio profectus facilè in corpus universum ex hoc medio se diffunderet, atqe ita ad agendum progrederetur. Alii in cerebro mentem se collocare dicunt, & hi tanqam arcem qandam totius corporis a natura exstructum esse caput affirmant. In illa vero arce mentis veluti regis domicilium esse, qa undiqe sensuum organis, tanqam apparitorum stipatorumqe satellitio munitur.* In posteriore hoc censu è nostris collocandi, Clemens Alexandrinus *Pædag. l.* 1. *c.* 2. ἐνθρονίζεται δὲ ὁ λογισμὸς ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. *Ratio sedem suam collocat in cerebro.* & *Strom. l.* 5. *pag.* 593. *D.* adductis Mosis verbis ex *Genes. c.* 2. *v.* 7. Ψυχὴν δὲ τὴν λογικὴν ἄνωθεν ἐμπνευσθῆναι ὑπὸ τῦ θεῦ εἰς πρόσωπον. ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν ἱδρῦσθαι. *Animam autem ratione præditam de super inspiratam fuisse à Deo in faciem. Hic enim collocatam esse principalem animæ facultatem.* Ambrosius *Hexaem. l.* 6. *c.* 9. *Caput tanqam arcem, in qa regalis habitet sapientia, juxta dictum prophetæum. Ipsa siquidem mens, qasi in aula imperiali illic locata est, secundùm plurimorum sententiam, & maximè Solomonis.* Idem *de Noe & Arc. c.* 7. & loco superiore: *Non immeritò igitur huic qasi consultori suo cætera membra famulantur, & circumferunt illud servili gestamine sicut numen, atqe in sublime locatum vehunt. unde censoriâ potestate qò vult dirigit qorundam obsequia famulorum, & præcepta singulis obeunda decernit. Videas imperatori suo singula gratuito stipendio militare. alia portant, alia pascunt, alia defendunt, & ministerium suum exhibent; parent ut principi, ancillantur ut domino. indè velut qadam procedit tessera, qam debeant pedes obire regionem; qa militia munia manus consummandis operibus exeqantur; qam venter abstinendi vel edendi formam teneat disciplina.* Synesius item *de provid. Orat.* 1. *infrà ad* §. 22. exhibendus. Philonem enim qod attinet, qem Clementi σύμψηφον opinati sunt Hæschelius & Sylburgius, nec qicqam hîc statuit, & aliò potiùs, eódem nempe, qò Nyssenus, inclinat. Siqidem in *lib. de sacrif. Cain, & Abel, pag.* 154. *B.* ad qem locum illi digitum intendunt. Ubi ἐγκέφαλον ἢ καρδίαν nuspiam altari impositæ legi dixerat: rationem subjungit, εἴγε ἐν τῷ ἑτέρῳ τούτων τὸ ἡγεμονικὸν ἀνωμολόγηται. *si in horum altero cognovisset principatum. in altero,* inqit, *in utro,* non dicit. nec ambiguè minùs eadem de re loqitur, in *lib. de Cain insidiis.* Vide *ad l.* 5. §. 27. nam in *lib. de insomn. pag.* 570. *B.* perstringit eos, qi vel istam vel illam ei sedem assignant. Πῶ δὲ ἐμπεφώλευκε νῶς αὐτῶν; ἆρα οἶκον κεκλήρωται; Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνίερωσαν αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, περὶ ἣν καὶ αἰσθήσεις λοχῶσιν. εἰκὸς εἶναι νομίσαντες ἐγγὺς, οἷα μεγάλε βασιλέως, ἐφεδρεύειν τὰς δορυφόρυς. οἱ δ' ὑπὸ καρδίας αὐτὸν ἀγαλματοφορεῖσθαι διανοηθέντες, γνωσιομαχῶσιν. *Mens verò ubi habet conceptaculum? habetne aliqod domicilium? nam qidam caput ceu arcem nostri corporis dedicant, in qo sensus excubant, aqum censentes circa magnum regem stationem habere satellitium. Qi verò circa cor delubrum ei tribuunt, ne ipsi qidem*

inter

mis, cave distraharis, cave obnitaris. liber esto potiùs, réspe ipsas intuere, ut vir, ut homo, ut civis, ut animal mortale. Ista autem duo præ reliqis ad manum tibi sint maximè, ad qæ jugiter intendas. alterum, qòd res ipsæ animam non attingunt, sed extrinsecùs immotæ manent: molestiæ autem ab opinione sola proveniunt. alterum verò, qòd universa qæ hîc vides, mox sunt mutatura, nec futura ampliùs.

ασῶ, [a] μηδὲ κατεντείνυ, ἀλλὰ ἐλεύθερ☉ ἴσο, καὶ [b] ὅρα τὰ πράγματα [c] ὡς ἀνὴρ, ὡς ἄνθρωπ☉, ὡς πολίτης, ὡς θνητὸν ζῶον. Ἐν οἷς [d] ωρχειροτάτοις εἰς ἃ ἐγκύψεις, ταῦτα ἔχω τὰ δύο. ἓν μὲν, [d] ὅτι [e] τὰ πράγματα οὐχ ἅπτε☉ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἔξω ἕστηκεν ἀτρεμοῦντα. [f] αἱ δὲ ὀχλήσεις οὐκ μόνης τῆς ἔνδον ὑπολήψεως. ἕτερον δὲ, ὅτι [g] πάντα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον ἀδέπω [a] μεταβάλλει, καὶ ἐκ ἔτι ἔσαι. καὶ [a] ὅσων

a Inf. §. 32. l. 6. §. 26.
b L. 8. §. 3, 4.
c L. 2. §. 5. l. 3. §. 5.
d L. 3. §. 13.
e L. 5. §. 19. l. 9. §. 15.
f L. 11. §. 11.
g L. 2. §. 12. l. 7. §. 23. 25.

ANNOTATIONES.

inter se consentiunt. Ipse qid? *lib. de agricult.* Τὸ μὲν ἄτμητον ὅλον δὶ ὅλων ἰαθὲν, ἐπεφημίσθη νῶς. *Mentem totam per totum corpus diffundi* affirmat: prout & Nyssenus; ubi ex professo argumentum hoc pertractat. unde forsan suspicio oboriri possit, non esse Nysseni γνήσιον fœtum, *orationem* illam *panegyricam.* Joannes Chrysostomus itidem *cordis sedem* assignare animæ videatur, si fragmentum illud qod ex *oratione in Susannam* Hæschelius edidit, spectemus. Ἔστι γὰρ, inqit, ἡ ψυχὴ καθάπερ παρθένος ἐν θαλάμῳ τινὶ, ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ ἡσυχάζουσα, καὶ ὑπὸ τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὥσπερ ὑπό τινων θεραπαινίδων ὑπουργουμένη. *Est enim anima tanqam virgo in thalamo qodam in medio corde conquiescens; & à sensibus qinqe velut ab ancillis qibusdam stipata.* Verùm ipse περὶ τῦ ἀκαταλήπτ☉ *Orat.* 5. nihil in hoc negotio certò statui posse contendit. Ὅπως ἡμῶν ἐστιν ἐν τῷ σώματι, οὐδὲ τῦτο ἴσμεν εἰπεῖν. τί γὰρ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν; ὅτι παρεκτείνεται τῷ τῦ σώματ☉ ὄγκῳ; σωμάτων γὰρ ἴδιον τῦτο. *Quomodo in nostro sit corpore, neqe hoc scimus dicere. Qis enim hic habet qod dicat? qia per corporis molem extenditur; hoc verò corporum est proprium.* —ἀλλ' οὐκ ἐστιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἀλλ' ἐν μέρει τινὶ συνείληκται. οὐκοῦν ἀνάγκη νεκρὰ τὰ λοιπὰ γίνεσθαι μέρη. τὸ γὰρ ἄψυχον πάντως νεκρόν. ἀλλ' οὐδὲ τῦτό ἐστιν εἰπεῖν. ἀλλ' ὅτι μέν ἐστιν ἐν τῷ σώματι ἴσμεν, τὸ δὲ πᾶς, οὐκ ἴσμεν. *Sed non est in toto corpore, verum in parte qadam coarctata. Non igitur necesse est reliqas partes emori? Nam qod animâ planè caret, est mortuum. Sed neqe hoc potest dici. Qod verò in corpore sit scimus. Ast qomodo, non scimus.* Vide in eandem mentem & Lactantium *de opific. Dei c.* 16.

Μὴ σπῶ] Vide *l.* 2. §. 2. sic *infrà* §. 32. κενὰ σκωμένης.

Μηδὲ κατεντείνυ] *Nè vehementius contendas te.* qemadmodum Naso *Pont. l.* 1. *eleg.* 6.

Non libet in tales animum contendere curas.

vel etiam, *nè in adversum contendas. nè obnitaris,* fato nimirum, ac dispositioni divinæ. Sed illud potiùs. ut *infrà* §. 32. πόσοι κατενταθέντες, *qam multi cum in rebus istiusmodi enixè se contendissent.* & *l.* 6. §. 26. μήτι κατεντεινόμεν☉. *nunqid cum vocis intensione.* & *l.* 12. §. 27. ὡς ἐντελὲς πᾶν τὸ κατεντεινόμενον. *qam vile sit omne in qod studium tantopere impenditur.*

Ὅρα τὰ πράγματα] Seneca *Epist.* 104. (ex Marone *Æn. l.* 6.

Terribiles visu forma, letúmqe labórqe?
Minimè qidem, si rectis oculis intueri illa possit, & tenebras pertrumpere. Multa per noctem habita terrori, dies vertit ad risum. cur timeat laborem vir, mortem homo? & *Epist.* 110. *Tanti putemus oculos intendere: jam apparebit, qàm brevia, qàm incerta, qàm tuta timeantur.* Vide *ad l.* 2. §. 12. & *l.* 7. §. 67.

Ὡς ἀνὴρ] qod *suprà l.* 2. §. 5. ὡς ἄρρην. Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 2. Pugil qidam cum de vita periclitaretur, nisi membrum virile chirurgi manu abscinderetur; suadente fratre philosopho ut id fieri permitteret, recusavit, obfirmatoqe animo est mortuus. Percontante autem qodam, qomodò id fecillet, *ut philosophus*, an *ut athleta*, responsum est, Ὡς ἀνήρ. *Ut vir.* Evripides *Cyclope.*

— ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ.
— *ut vir sis, vide.*

(qod uno verbo Hebræi חזקו Esajæ *c.* 46. *v.* 8. & Græci, ἀνδρίζεσθε, *viriliter agite*, Apostolus *ad Cor. Epist. l. c.* 16. *v.* 23.) Idemqe *Philoctete*, à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 29. & Dione Prusæo *Orat.* 59. lavdarus, unde suppleri potest, qod Aristoteles omiserat *Ethic. Nicom. l.* 6. *c.* 8. & *Evdem. l.* 5. *c.* 8. contrà planè qàm Lambinus censuit,

Τὰς γὰρ περισσὰς καί τι πράττοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρά τ' ἐν πόλει νομίζομεν.
Præstantiores enim & plurima facientes
Honoramus, virósqe in civitate esse existimamus.

qod μεταφράζων Dio, τὰς γὰρ φανερὰς, inqit, καὶ πλειόνων ἅπτεσθαι τολμῶντας, σχεδὸν τῦτο ἅπαντες θαυμάζομεν, καὶ τῷ ὄντι ἄνδρας ἡγούμεθα. *Claros enim, inqe magnis suscipiendis audaces ferè omnes admiramur, & revera viros existimamus.* qasi reliqi, nomine tenùs tantùm sint *viri.* Cicero in *Bruto*, §. 250. *Vidi Mitylenis nuper virum, atqe, ut dixi vidi planè virum.* Seneca *Ep.* 98. *Restituamur, ut possimus dolores, qocunqe modo corpus invaserint, perferre, & fortuna dicere; Cum viro tibi negotium est; qare qem vincas.* Æmylius apud Livium *l.* 45. *Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.* Seneca item *de sap. constant. c.* 1. *Tantum inter Stoicos & cæteros sapientiam professos interesse, qantùm inter fœminas & mares, non immeritò dixerim.* Et mox: *Stoici virilem ingressi viam.* Et Lucianus de sectis *pag.* 516. Ἤκουον ἀπάντων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι φιληδονοί εἰσιν. οἱ Περιπατητικοὶ δὲ, φιλόπλουτοι. οἱ Πλατωνικοὶ δὲ, φιλόδοξοι. περὶ δὲ τῶν Στωικῶν πολλοὶ ἔφασκον, ὅτι ἀνδρώδεις. *Ex omnibus audivi Epicureos animum ad voluptates appellere, Peripateticos verò divitiarum amantes esse, Platonicos gloriæ cupidos. Sed qod ad Stoicos attinet, multi dicebant viriles illos esse.* indè Laërtius *l.* 6. *initio.* Τὴν Στωικὴν ἀνδρωδεστάτην dixit. *Stoicam sectam esse maximè virilem, Stoicæ sectæ addictos esse fortissimos.* Qin & Arcesilaus interrogatus, qi fieret, ut ab aliis sectis ad Epicureos multi deficerent, ab Epicureis nulli ad cæteros desciscerent, respondit, Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρὸς γάλλος γίνονται, ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. *Qia ex viris spadones* (qi & evirati) *ex spadonibus verò viri neutiqam fiant.* De Xenocrate Laërtius *l.* 4. §. 15.

Ὁ πάντα πανταχῆ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγώς.
Xenocrates vir ille, qi unus omnibus fuit omnia.

Contrà de Antonio Plutarchus *pag.* 946. *E.* Ἔνθα δὲ φανερὸν αὐτὸν ἐποίησεν, ὅτε ἄρχοντ☉, ὅτε ἀνδρὸς, ὅτε ὅλως ἰδίοις λογισμοῖς διοικούμενον. *Hic verò patefecit se nec ducis, nec viri, nec omnino suo uti consilio.* Ennius apud Ciceronem *offic. l.* 1. §. 61.

Vos etiam juvenes animos geritis muliebres,
Illaqe virgo viri. —

De Alcibiade Pherecrates, referente Athenæo, *lib.* 12. *pag.* 535. *B.*

Οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ Ἀλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
Ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστι νῦν.
Nec vir putatus Alcibiades antehac,
Vir subitò factus fœminarum est omnium.

Grotius. vel ad mentem forsan poetæ propiùs,

Nunc Alcibiades, cùm nè vir qidem siet,
Factus videtur mulierum vir omnium.

ut sit oxymoron, omnium esse mulierum virum eum, qi ne vir qidem sit. Vide ad *l.* 3. §. 16. ἀνδρογύνων. Verùm istud in sensum obscœniorem dictum. Alexander Molossus, cùm in Italiam transiret, dixisse fertur, se qidem *ad Romanos ire, qasi ἀνδρωνῖτιν, in regionem virorum: Macedonem isse ad Persas, qasi γυναικωνῖτιν*, Gell. *l.* 17. *c.* 21. Diogenes itidem Lacedæmone Athenas proficiscens, in itinere qònam concederet percontanti, respondit, Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὴν γυναικωνίτιν. *Ex andronitide in gynæceum.* Qanqam & Spartanis ipsis *virilitatis* nomen ægrè satìs & gravatim impertitus videtur. Siqidem interrogatus, πῦ τῆς Ἑλλάδος ἴδοι ἀγαθοὺς ἄνδρας; *qànam in regione Græciæ viros bonos vidisset*, respondit, Ἄνδρας μὲν οὐδαμῦ. παῖδας δὲ ἐν Λακεδαίμονι. *Viros qidem nusqam: pueros autem Lacedæmone.* Idemqe cùm in Olympia præco proclamaret, Νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας. *Vincit viros Dioxippus.* ὁ μὲν δὴ ἀνδράποδα. ἄνδρας δὲ ἐγώ. *Ille verò*, inqit, *mancipia: ast ipse viros.* Laërtius *l.* 6.

Τὰ πράγματα οὐχ ἅπλεται τῆς ψυχῆς] Idem *l.* 5. §. 19.

Ἀλλ' ἔξω ἕστηκεν ἀτρεμοῦντα] Ita *l.* 9. §. 15. ἔξω θυρῶν ἕστηκεν. *foris consistunt.* & *l.* 11. §. 11. οὐκ ἐπί σε ἔρχεται, *ad te non accedunt.*

Αἱ δὲ ὀχλήσεις οὐκ μόνης τῆς ἔνδον ὑπολήψεως] Idem *l.* 8. §. 47. nisi qod hic ὑπόληψις, id est, *opinio*, ut Seneca *Epist.* 76. ibi κρίμα & δόγμα, id est, *decretum*, ut idem *Epist.* 95. dicitur. Cicero Stoicum agens *Tusc. l.* 3. *c.* 25. *Opinione turbamur. nam & metus opinio magni mali impendentis; & ægritudo est opinio magni mali præsentis; & qidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur angi: id autem est, ut is qi doleat, oportere opinetur se dolere.*

Πάντα ταῦτα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον οὐδέπω μεταβάλλει] Idem *l.* 7. §. 23. Vide & *l.* 2. §. 12. Seneca *Epist.* 71. *Qid enim mutationis periculo exemptum est? non terra, non cælum, non totus hic rerum omnium contextus, qamvis Deo agente ducatur, non semper tenebit hunc ordinem; sed illum ex hoc cursu aliqis dies dejiciet. certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extingvi. Qcunqe vides supra nos currere, & hæc qibus innixi atqe impositi sumus, veluti solidissimis, carpentur ac desinent. nulli non senectus sua est. inæqalibus ista spatiis eodem natura demittit.*

Καὶ οὐκ ἔτι ἔσαι] *non erunt amplius.* id scilicet qòd priùs fuerant. Vide *l.* 11. §. 35.

a Inf. §. 48. ἃ ὅσων ἤδη, μεταβολαῖς αὐτὰς ἐξετετύχηκας, συνεχῶς ἀρθείσας. b ὁ κόσμος, ἀλλοίωσις.
L. 6. §. 56.
L. 7. §. 18.
b L. 8. §. 6. c ὁ βίος ὑπόληψις.
L. 9. §. 19. L. 10. §. 7.

§. 4. Εἰ d τὸ * νοερὸν ἡμῖν κοινόν, καὶ ὁ λόγος καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν κοινός. εἰ τοῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῶν πεπαιδευμένων, ἢ μή, λόγος κοινός. εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός. εἰ τοῦτο, πολῖται ἐσμεν. εἰ τοῦτο, πολιτεύματός τινος μετέχομεν. εἰ τοῦτο, c ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις ἐστί. τίνος γὰρ ἄλλου φήσομέν τις f τὸ τῶν ἀνθρώπων πᾶν γένος κοινοῦ πολιτεύματος μετέχειν; ἐκεῖθεν ἢ ἐκ τῆς κοινῆς ταύτης πόλεως, καὶ αὐτὸ τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν καὶ νομικὸν ἡμῖν, ἢ πόθεν; ὥσπερ γὰρ g τὸ γεῶδές μοι ἀπό τινος γῆς ἀπομεμέρισται, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀφ' ἑτέρου στοιχείου, καὶ τὸ πνευματικὸν ἀπὸ πηγῆς τινος, καὶ τὸ θερμὸν καὶ πυρώδες ἔκ τινος ἰδίας πηγῆς h (οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται), ὥσπερ i μηδ' εἰς τὸ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπέρχεται) ἔστω δὴ καὶ τὸ νοερὸν ἥκειν πόθεν.

k L. 5. §. 4. 13. §. 5. k Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις,

sed & perpende tecum, qàm multarum rerum mutationibus interfueris ipse. alteratione mundus constat, opinione vita.

§. 4. Si intellectus nobis communis est, etiam ratio qâ rationales dicimur communis est. si ratio, etiam ea qæ qid agendum, qid omittendum præscribit, ratio communis est. si hæc, lex qoqe communis est. hoc si conceditur, cives sumus: & hoc dato, politiæ alicujus participes: & ex conseqenti, civitatis instar mundus est. ecqam enim aliam excogitaverit qisqam politiam, cujus universum genus humanum sit particeps? unde ergò nobis intellectu, ratione, atqe adeò lege agere posse, nisi indè, à communi illa civitate? sicut enim qicqid in me terreum exiistit, à terra aliqa mihi pro parte mea obvenit; qicqid humidum, ab elemento diverso; qicqid aëreum, à fonte suo aliqo; qicqid calidum & igneum item à fonte aliqo peculiari: (nihil enim avt ex nihilo provenit, avt ad nihilum redit) sic & intellectus alicunde manat.

§. 5. Tale qiddam mors est, qale nativitas; natu-

ANNOTATIONES.

Ὁ κόσμος, ἀλλοίωσις] hoc est, *in perenni alteratione, in jugi alteratione.* ut *l.* 9. §. 19. ità Plato in *Theat. pag.* 115. *C.* τὸ πᾶν κίνησις, καὶ ἄλλο παρὰ τοῦτο οὐδέν. *Universum hoc motus est, & aliud præter motum nihil.* qod mox explicans, dicit, πάντα ἀεὶ κινεῖσθαι. & , πάντα ἀεὶ γίγνεσθαι. qod Hippocrates *de diæt. l.* 1. *pag.* 8. Συμμισγόμενα καὶ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται. *Commixta & discreta alterantur.* Vide *ad l.* 10. §. 7. Tertullianus *de pallio c.* 2. *Certè habitum vertere naturæ solius solenne munus est. fungitur & ipso mundus iste, qem incumbimus. metatio certè nostra, totum versisorme est. dies & nox invicem vertunt. Sol stationibus annuis, Luna modulationibus mensiruis varias. Syderum distincta confusio interdum dejicit aliqid, interdum resuscitat. cæli ambitus, nunc sub divo splendidus, nunc nubilo sordidus: avt imbres ruunt, avt siqa missilia cum imbribus, debinc substillum, & denuo sudum. Sic & mari sides infamis, dum & flabris aqè mutantibus, de tranqillo probum, de flustris temperatum, & extemplo de decumanis inqietat. Sic & terram si recenseas temporatim vestiri amantem, propè sis eandem negare, memor viridem cùm conspicis flavam; mox visurus & canam. Cæteri qoqe ejus ornatus siqid, non aliud ex alio mutant, & montium scapula decurrendo, & fontium vena cavillando, & fluminum via abhumando. mutavit & totus mundus aliqando, aqis omnibus obsitus. Sed & enatando rursus in forma: mutavit rursus orbis, alius idem.* Vise sis eundem argumentum idem pereleganter proseqentem, *de resurrect. carn. c.* 12. Vide & *l.* 2. §. 3. & *l.* 8. §. 6.

Ὁ βίος ὑπόληψις] *Vita tota in opinione consistit.* qod *l.* 2. §. 15. πᾶν ὑπόληψις. *Omnia sunt sita in opinione.*

§. 4. Τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινόν] qod *suprà l.* 3 §. 4. συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. *Cognatum esse rationale omne.* Et adhuc pleniùs, *l.* 9. §. 8. Εἰς τὰ λογικὰ ζῶα μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. *Anima una intellectiva in rationalia dispertitur.*

Ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις] Idem *suprà* §. 3. Vide ad *l.* 3. §. 11. *Epictet. l.* 3. *c.* 24. Ὅτι ὁ κόσμος ὅτος μία πόλις ἐστί. καὶ ἡ οὐσία, ἐξ ἧς δημιούργηται, μία. *Mundus hic una est urbs, & una, qâ constat, natura.* Tertullianus *apolog. c.* 38. *Unam omnium rempublicam agnoscimus mundum.* Cicero *paradox.* 2. *Exilium non est eis terribile, qi omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.*

Τίνος γὰρ ἄλλου — κοινοῦ πολιτεύματος;] nullius certè alius homines indiscriminatim universi. at Christicolas alius, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. uti Pavlus *ad Philip. c.* 3. *v.* 20.

Ἐκεῖθεν] de communi isto animarum rationalium fonte, idem ferè *l.* 9. §. 8. hoc est, qod *l.* 2. §. 4. dixerat, esse *mentem* cujusqe τοῦ τὸν κόσμον διοικοῦντος ἀπόῤῥοιαν. *defluxum qendam mentis mundi gubernatricis.* Vide *infrà* §. 40.

Ἀπὸ πηγῆς τινος] Arnob. *l.* 2. ex Stoicorum an Platonicorum sententiâ; *Uno ex fonte omnium nostrum defluunt animæ.*

Οὐδὲν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται. ὥσπερ μηδ' εἰς τὸ ἐκ ὂν ἀπέρχεται.] Ità *l.* 5 §. 13. Contrà qàm Evripides apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 122.

— τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥίπτει.
— *nil qod erat, in nil abit.*

& qàm Tertullianus *adversus Hermog. Omnia ex nihilo edita, in nihilum perventura.* Persius *Sat.* 3.

— *gigni*
De nihilo nihil; in nihilum nil posse reverti.

Philo *de mundo* 9. *D.* Ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδ' εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται. ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄλος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τί. τότε δ' ἂν ἐξαπολέσθαι, ἀνήνυσον καὶ ἄπαυστον. *Nam sicut è nihilo nihil fit, sic nihil corruptione redigitur in nihilum. Nam ex non existente impossibile est qicqam fieri, & ens prorsus interire impossibile creditur.* Qi locus Ludovico Nagoralæ vitii suspectus habetur. itaqe legi postulat pro ἀνήνυσον, ἀνήπυστον, & ἄπιστον pro ἄπαυστον. Ocellus Lucanus *de univers. c.* 1. §. 11. Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἀποτελεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. *Fieri enim non potest, ut id qod est, avt ex nihilo fiat, avt in nihilum abeat.* Epicurus pariter *Epist. ad Herodotum* apud Laërtium *l.* 10. §. 38. Πρῶτον μέν, ὅτι οὐδὲν γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, πᾶν γὰρ ἂν ἐκ παντὸς ἐγίνετ' ἄν, σπερμάτων γε οὐδὲν προσδεόμενον. καὶ εἰ ἐφθείρετο δὲ τὸ ἀφανιζόμενον εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντα ἂν ἀπολώλει τὰ πράγματα, ἐκ ὄντων εἰς ἃ διελύετο. *Primùm qidem, qòd nihil fiat ex eo qod non est. Omne enim ex omni fieret, seminibus nihil indigens. Sed & si qod occidit, interiret in id qod non est, omnia jamdudum interiissent, cum ea non essent, in qæ dissolvebantur.* Qod Lucretius Epicuri μυσαγωγὸς καὶ ἐμπαιὼν *l.* 1.

Principium hinc qojus nobis exordia sumet:
Nullam rem è nihilo gigni; nil posse creari
De nihilo. —

Et mox:

Nam si de nihilo fierent; ex omnibu' rebus
Omne genus nasci posset, nil semine egeret.

Sed & Democritus apud eundem *l.* 9. §. 44. Μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίγνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. *Nihil ex eo, qod non sit, fieri, neqe in id, qod havdqaqam sit, corrumpi.* Aristoteles etiam *physic. l.* 1. *c.* 4. Τὸ γιγνόμενον ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίγνεσθαι ἀδύνατον. περὶ γὰρ ταύτης ὁμογνωμονοῦσι τῆς δόξης πάντες οἱ περὶ φύσεως. *Omne qod fit, ex iis, qa non sunt, fieri impossibile est: de hac enim conveniunt opinione omnes qi de natura scripserunt.* Et rursus *c.* 8. Κοινὴ δόξα τῶν φυσικῶν, οὐδὲν γίγνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. *Communis est opinio physicorum nihil fieri ex eo qod non sit.* & *de gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 3. Μάλιστα φοβούμενοι διετέλεσαν οἱ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες, τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαι προϋπάρχον. *Qod maximè timentes erant, qi primi philosophati sunt, ex nullo generari præexistente.* Atqe huc pertinet, qod de priscis philosophis idem *Physic. l.* 1. *c.* 8. Οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι ζητοῦντες τὴν ἀλήθειαν, *Philosophi primùm qærentes veritatem.* — φασὶν ὅτε γίνεσθαι τῶν ὄντων οὐδὲν, ὅτε φθείρεσθαι. *Dicúntqe neqe fieri eorum, qa sunt, ullum, neqe corrumpi.* neqe enim simpliciter, avt producì avt corrumpi qicqam, ei negabant; sed nihil avt è nihilo produci, avt in nihilum evanescere; verùm substantiam ipsam semper manere, novis affectibus sibi invicem succedentibus, asserebant. qod & Aristoteles ipse agnoscit, τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, *l.* 1. *c.* 3. Τῶν δὴ πρώτων φιλοσοφησάντων οἱ πλείους τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνον ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων. ἐξ ὧν γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὄντα, καὶ ἐξ ὧν γίγνεται πρώτων, καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευταῖον, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, τοῖς δὲ πάθεσι μεταβαλλούσης, τοῦτο στοιχεῖον καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν φασιν εἶναι τῶν ὄντων. καὶ διὰ τοῦτο, οὔτε γίνεσθαι οὐδὲν οἴονται, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ὡς τῆς τοιαύτης φύσεως ἀεὶ σωζομένης. *Plurimi igitur eorum, qi primò philosophati sunt, solas illas existimarunt omnium esse principiò, qa in materia specie sunt. Ex qo enim omnia entia sunt, & ex qo primò fiunt, & ad qod ultimum corrumpuntur substantia qidem permanente, mutata verò passionibus, hoc elementum, & hoc omnium entium esse principium ajunt: & ob hoc nihil fieri, neqe corrumpi opinantur, tanqam hujuscemodi natura semper conservata.* Itaqe Cicero *de divinat. l.* 2. §. 37. *Non ergò omnium interitus atqe obitus natura conficiet: & erit aliqid, qod avt ex nihilo oriatur, avt in nihilum subitò occidat. qis hoc physicus dixit unqam?* De posteriore membro Vide *l.* 11. §. 35. Vide & *l.* 8. §. 18. & *l.* 10. §. 7.

§. 5. Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις] Siqidem, ut Aristoteles

naturæ utrumqe myſterium eſt. ex eiſdem elementis concretio illîc, in qæ iſtîc reſolutio. nihil omnino, cujus qenqam pudeat: cùm nihil ſubſit, qod animali intellectu prædito non congruat, vel conſtitutionis ejuſdem rationi repugnet.

§. 6. Ab ejuſmodi hominibus fieri iſtiuſmodi neceſſe eſt. ſiqis aliter vult eſſe, idem ficum ſucco acri carere velit. illud interim omnino memineris, brevi futurum; ut veſtrum uterqe defungatur:

[a] φύσεως μυςήριον, [b] σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν ςοιχείων * εἰς ταυτὸ. ὅλως δ' [c] οὐκ ἐφ' ὧν τις αἰσχυνθείη. ἐ γὰρ ἔςιν τὸ ἐξῆς τῷ νοερῷ ζώῳ, ἐδὲ τὸν λόγον τῆς διαφθορᾶς.

a L. 2. §. 12.
b L. 5. §. 4.
[* καὶ διάλυσις] εἰς f.
c Inf. §. 42.

§. 6. Ταῦτα ἔτως ἐχει τῶν τοιέτων πέφυκε γίνεσθαι [d] ἐξ ἀνάγκης. ὁ δ' τᾶτο μὴ θέλων, θέλει [e] τὴν συκῆν ὄπον μὴ ἔχειν. ὅλως δ' ἐκεῖνο μέμνησο, ὅτι [f] ἐν τῷ ὀλιγίςῳ χρόνῳ καὶ σὺ καὶ ἕτερος τεθνήξεσθε.

[a] μετὰ

l. 2. §. 11.
d L. 8. §. 14.
e L. 8. §. 15.

ANNOTATIONES.

ſtoteles *de gener, & corrupt. l. 1. c. 3.* Ἔςιν ἡ θατέρου γένεσις ἀεὶ, ἐπὶ τῶν ἀτίων, ἄλλου φθορά. καὶ ἡ ἄλλου φθορὰ, ἄλλου γένεσις. *Generatio unius, corruptio alterius; & corruptio unius, generatio alterius.* At Apollonius Tyanæus *Epiſt. 66.* Θάνατον ἀδεὶς ἀδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσει. καθάπερ ἀδὲ γένεσις ἀδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσει. τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀσίας τραπὲν εἰς φύσιν, ἔδοξε γένεσις. τὸ δὲ ἐκ φύσεως, εἰς ἀσίαν κατὰ ταὐτὰ, θάνατον. ὅτι γιγνομένου καὶ ἀληθείάν τινος, ὅτε φθερομένου ποτέ. μόνον δὲ ἐμφανὲς ὄντος, ἀορά[ς]ου τε ὕςερον, τῷ μὲν διὰ παχύτητα τῆς ὕλης, τῷ δὲ διὰ λεπ[ό]τητα τῆς ἀσίας, ἧσης μὲν ἀεὶ τῆς αὐτῆς, κινήσει δὲ διαφερούσης καὶ φάσει. *Mors nulla eſt, cujuſcunqe tandem ſit, niſi ſpecie & apparitione tantum: qemadmodum neqe generatio cujuſqam eſt, niſi duntaxat apparitione. Nam ipſa converſio ex ſubſtantia in naturam generatio videtur eſſe. Rurſus in iiſdem converſio naturæ in ſubſtantiam mors, qum neqe generetur qidqam revera, neqe intereat unqam, ſolumqe ſub oculorum ſenſum cadat, & poſtea rurſus evaneſcat, qorum illud qidem fit ob materiæ denſitatem: hoc autem ob ſubſtantiæ tenuitatem, qa qum perpetuò maneat eadem motu ſolum differt & poſitione.* Porphyrius apud Stobæum *tom. 1. l. 1. tit. 40.* ex Pythagoreorum ſententia, Τὸν δικαίως ἀνελόντα, πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν τᾶτον τὸν λόγον ἔχειν, ὃν ὁ γενηθεὶς ἔχει πρὸς τὸ γενόμενον. ἑκατέραν γὰρ εἶναι τῆς ψυχῆς μεταβολήν. τὴν μὲν εἰς σῶμα, γένεσιν. τὴν δὲ ἀπὸ σώματος, θάνατον προσαγορευομένην. *Qi juſtè interimat, ita cum intereunte comparari, ut patrem cum prole. Utramqe ſiqidem animæ eſſe mutationem, cum corpore qidem conjunctam ortum, ab eo autem ſejunctam interitum dictam.*

Φύσεως μυςήριον] Ità *l. 2. §. 12. φύσεως ἔργον.* Senecæ *excerpt. Morieris. iſta hominis natura eſt, non pœna.*

Σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν ςοιχείων εἰς ταὐτά] deeſſe videntur voces aliqot, neceſſariò ſupplendæ, ut ſenſus ſit integer. [καὶ διάκρισις] εἰς ταὐτά. vel ut *l. 10. §. 7.* [καὶ διάλυσις] εἰς ταὐτά. Ità Ariſtoteles *de gener. & corrupt. l. 1. c. 1.* Συνιόντων καὶ διαλυομένου (τῶν ςοιχείων) ἡ γένεσις συμβαίνει καὶ ἡ φθορά. *Coeuntibus & diſſolutis elementis generatio contingit & corruptio.* Et *c. 2.* Γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα. *Generari qidem & corrumpi qa congregantur & diſgregantur.* Ibidémqe Democritus & Levcippus, διακρίσει, καὶ συγκρίσει, γένεσιν καὶ φθοράν, ſegregatione & congregatione *generationem & corruptionem* definiunt. Empedocli qoqe, ὅτι φύσις ἀδενός ἐςιν, Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων, *Qod nullius natura eſt, ſed ſolum miſtio, & ſedus miſtorum*, qod idem & τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, *l. 4. c. 1.* reperitur. de qo tamen videatur Plutarchus *adv. Colot.* Epictetus *lib. 4. c. 7.* Ἀλλ' ἤδη καιρὸς, ἀποθανεῖν. μὴ τραγῴδει τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' εἰπὲ ὡς ἔχει. ἤδη καιρὸς τὴν ὕλην, ἐξ ἧν συνῆλθεν, εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἀναλυθῆναι. καὶ τί δεινόν; τί μέλλει ἀπόλλυσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ; τί γενέσθαι καινὸν, παράλογον; *At jam tempus eſt moriendi. Noli rem exaggerare, ſed dic qemadmodum ſe habet. jam tempus eſt materia in illa, unde conflata fuit, reſolvenda. Qid hoc mali habet? Qid periturum eſt in mundo? qid fiet novum aut admirabile?* Vide *l. 5. §. 4. & 13. & infrà §. 30. & l. 7. §. 50. & l. 8. §. 18.*

Ἐφ' ὧν ἄν τις αἰσχυνθείη] ἐ γὰρ τὸ πυρέτειν αἰσχρὸν, ἐδὲ τὸ ἀποθνήσκειν. *Non enim febricitare, neqe mori inhoneſtum eſt.* Dio Pruſæus *Orat. 33.* & Marc. *l. 12. c. 23.* ἡ κατάπαυσις τῆ βίᾳ ἐ κακὸν, ὅτι ἐδὲ αἰσχρόν. *Vitæ ceſſatio non eſt malum cuiqam, qia nec inhoneſtum.*

Οὔτε παρὰ τὸ ἐξῆς τῷ νοερῷ ζώῳ] qia ſcilicet eſt θνητὸν ζῶον, *animal mortale ſuprà §. 3.* Itaqe Anaxagoras, nunciatâ filii morte; ἤδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα υἱόν. *Sciebam filium me genuiſſe mortalem.* Plutarchus *ad Apollon. pag. 118. D.* & *de manſuet.* vel, ut idem *de tranqil. pag. 474. D.* & Galenus *de dogm. Hippocr. & Plat. l. 4. c. 13.* ἤδειν θνητὸν γεννήσας. vel etiam ut Lactertius *l. 2. §. 13.* qi liberos plures ſimul amiſſos refert, ἤδειν αὐτὸς θνητὸς γεννήσας. *Sciví eos mortales natos eſſe.* Et Ælianus *lib. 3. cap. 2.* ἤδειν θνητὸς γεγεννηκότας. ubi tamen legendum γεγεννεκὼς, ex Dionis Pruſæi *Orat. 37.* & Epicteto *Diſſert. l. 3. c. 24.* Cicero *Tuſcul. l. 3. Sciebam me genuiſſe mortalem.* Valerius Maximus *l. 5. c. 10. Ego illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem.* At turpiſſimè ac ſceleſtiſſimè hominis monſtrum merum Gallienus ille Imperatoris nomine indignus, qi (ut refert Trebellius) ubi de Valeriano patre comperit, qòd à Perſis captus eſſet, id qod philoſophorum optimus de filio amiſſo dixiſſe fertur, *ſciebam me genuiſſe mortalem*, de patre dixit Imperatorum peſſimus, *ſciebam patrem meum eſſe mortalem.* ità cùm patris miſerias ludibrio haberet, A non defuit tamen Annius Cornicula, qi eum qaſi *conſtantem principem* lavdaret. Cæterùm, qod Seneca *Epiſt. 99. Cui naſci contigit, mori reſtat.* & *Epiſt. 30. Vivere noluit, qi mori non vult. vita enim cum exceptione mortis data eſt.*

Οὐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς πυρασκευῆς] qia, ἡ τῷ σώματος σύγκρισις ἔυσηπ[τ]ος. *Corporis fabrica putreſcere prona. l. 2. §. 17.* Et, ut Epictetus *infrà §. 41.* ψυχάριον εἶ βασάζον νεκρόν. *Animula es bajula cadaveris.* Seneca *ad Marc. c. 11. Mortalis nata es; mortales peperiſti. putre ipſa fluidumqe corpus, & caſibus morbiſqe repetita, ſperaſti tam imbecillâ materiâ ſolida & aterna geſtaſſe?* Et mox: *Qid eſt homo? qodlibet qaſſum vas, &* B *qodlibet fragile. jactatu, non tempeſtate magnâ, ut diſſiperis, eſt opus. ubicunqe arietaveris, ſolveris. Qid eſt homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, ſuapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum: cùm benè lacertos exercuit, cujuſlibet feræ pabulum, cujuslibet victima: ex infirmis fluidiſqe contextum; frigoris, æſtûs, laboris impatiens: ipſo rurſus ſitu & otio iturum in tabem: alimenta metuens ſua; qorum modò inopiâ, modò copiâ rumpitur: anxiæ ſolicitaqe tutelæ; precarii ſpiritûs & malè hærentis.* Plutarchus *ad Apollon. pag. 106. D.* Τί δὲ θαυμαςὸν, εἰ τὸ τμητὸν τέτμηται, εἰ τὸ τηκτὸν τέτηκται, εἰ τὸ παυςὸν κέκαυται, εἰ τὸ C φθαρτὸν ἔφθαρται; *Qid verò admirationis meretur res, ſi ſciſſum eſt qod erat natura ſciſſile, aut liqatum qod liqabile, aut crematum qod uſtile, ſi periit qod ita erat natum ut interire poſſet.* Avguſtinus jam morti propinqus, acceptis cladibus, qæ per barbarorum incurſiones paſſim contigerant, ſapientis cujuſdam ſententiâ ſe conſolabatur, dicens; *Non erit magnum, qod cadunt ligna & lapides, & moriuntur mortales.* Poſidonius in *vit. Aug.*

§. 6. Ταῦτα ἔτως] Abrupta iſta; nec cum prioribus cohærentia, & ἀκέφαλα inſuper. Monitum continent & munimentum adversùs injurias & contumelias ab improbis illatas: *Talia*, inqit, *ab iſtiuſmodi perpetrari ſolenne eſt.* Seneca *Excerpt. Malè de te loquntur homines. ſed mali. moverer, ſi judicio hoc facerent. nunc morbo faciunt. faciunt, qod ſolent. quibuſdam enim canibus ſic innatum eſt, ut non pro feritate, ſed pro conſvetudine latrent.* Iſta avtem cum præcedentibus malè conſerruminavit editor ille Lugdunenſis.

Ἐξ ἀνάγκης] *aliter neqeunt.* Gregorius Nazianzenus *de pace Orat. 3.* Κακῶς λέγουσιν, ἐπειδὴ καλῶς ἐκ ἐμαθον. *Male loqatur, qoniam bene loqi non didicerunt.* Qod idem apud Laërtium *l. 2. §. 35.* Socrates. Sed & Leotychides Ariſtonis Laco, apud Plutarchum in *apophth.* Οὐ θαυμάζω. καλῶς γὰρ λέγειν ἀδεὶς ἂν αὐτῶν δυνεθείη. *Non miror, bene enim eorum nemo loqi* D *poſſet.* Senecæ *excerpt. Malè de te loquntur. Benè neſciunt loqi.* Ità *ſuprà §. 3.* Ἄκοντες ἁμαρτάνουσι. *inviti delinqunt.* Et *l. 8. §. 14.* ἀναγκάζονται ἔτως ποιεῖν. *neceſſariò faciunt qa faciunt.* Et *l. 10. §. 40.* βιάζεται. *cogitur.* Pari modo ille apud Epicharmum in *Hercul. fur.* ſe excuſat, referente Eviſtratio *in Ariſtot. ethic. l. 3. c. 5.*

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ ἀναγκαίως τὰ δὲ πάντα ποιέω.
Hæc ego ex neceſſitate facio, qa facio, omnia.

Grotius. Neqe tamen Zenonis ſervulo præſcriptio ea proderat, qi cùm ob furtum à Domino caſtigatus, εἰπόντος μοι κλέψαι, *in fatis ſibi* diceret *fuiſſe, ut furaretur*, reſpondit ille, Καὶ δαρῆναι. *in fatis iiſdem fuiſſe & ut caderetur.* Sed nec Spartani ſervo, qi cùm inter flagella, ſubinde clamaret, Ἄκων ἥμαρτον, *Invitus peccavi*; regeſſit herus, Ἄκων τοίνυν καὶ κολάζω. *invitus ergo plectere.* Vide *ad lib. 7. §. 63.*

Θέλει τὴν συκῆν ὄπον μὴ ἔχειν] Idem planè *l. 12. §. 16.* affine qippiam & *l. 8. §. 15.* Lactis avtem ſive liqoris ficulnei meminiſſe videtur; ὅτι συκῆς ὀπὸς πάντων δριμύτατος. *qod ficî ſuccus omnium acerrimus.* ut Ariſtoteles *problem. l. 20. c. 18.* ſive, ut Plinius *l. 23. c. 7.* qoniam *ficî ſuccus lacteus aceti naturam habet: itaqe coaguli modo lac contrahit.* qod aliter pavlò Dioſcorides *l. 1. c. 183.* πηκτικός ἐςι γάλακτος, ὥσπερ ἡ πιτύα. λύει δὲ τὸ πεπηγὸς, ὥσπερ τὸ ὄξος. *Coaguli modo lac* G *contrahit, coagulatumqe aceti modo diſſolvit.* Sed & aliis dotibus havd pavcis ſuccus is nobilis, qas apud eoſdem videre licet. Ad Marci mentem Seneca *de ira l. 2. c. 10. Non iraſcetur ſapiens peccantibus. qare? qia ſcit neminem ſapientem naſci, ſed fieri. Scit pavciſſimos omni ævo ſapientes evadere. qia conditionem humanæ naturæ perſpectam habet. nemo avtem naturæ ſanus iraſcitur. qid enim ſi mirari velit, non in ſylveſtribus dumis poma pendere? qid ſi miretur ſpineta ſentéſqe non utili aliqâ fruge compleri? nemo iraſcitur, ubi vitium naturæ defendit.*

Ἐντὸς ὀλιγίςῳ χρόνῳ καὶ σὺ καὶ ἕτερος τεθνήξεσθε] Ità *l. 7.*

a *L.*5.§.33. *Inſ.* §.33.*l.* 8.§.25.
b *L.*7.§.14. *l.*8.§.40.47. 49.
c *L.*7.§.64.
d *L.*2.§.1.
e *L.*2.§.3.*l.* 3.§.4.
* ἕνεκα f.
* ἡ φ. f.
f *L.*3.§.4.
* -βῶς
g Inſ.§.45. *l.*6.§.38.
h *L.*7.§.31. *l.*10.§.25.
*τῷ Lug.

a μὴ βραχὺ ἢ ὠδὲ ὄνομα ὑμῶν ὑπολειφθήσῃ.

§. 7. b Ἆρον τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ, βέβλαμμαι. ἆρον τὸ βέβλαμμαι, ἦρται ἡ βλάβη.

§. 8. c Ὁ χείρω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον ὁ ποιεῖ, τοῦτο ὠδὲ τὸ βίον αὐτοῦ χείρω ποιεῖ, d ὠδὲ βλάπτει, οὔτε ἔξωθεν, οὔτε ἔνδοθεν.

§. 9. e Ἠναγκάσαι * ἡ τὸ συμφέρον* φύσις τοῦτο ποιεῖν.

§. 10. f Ὃ τι πᾶν τὸ συμβαίνον, δικαίως συμβαίνει. ὅ ἐὰν ἀκριβῶν * παρατηρήσῃς, εὑρήσεις ὃ λέγω μόνον κατὰ τὸ ἐξῆς, ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ h ὡς ἂν τοῦ ὄντος νόμου* τὸ καθῆκον ἀπονέμοντος.

§. 7. Opinionem tolle, tollitur ſimul & querimonia illa, læſus ſum. hoc ſublato, tollitur damnum omne.

§. 8. Quod hominem ipſum ſeſe deteriorem non facit, nec vitam illius fecerit deteriorem; ſed nec damno avt interiore avt exteriore affecerit.

§. 9. Commodi ſui cavſſâ natura facere hæc cogitur.

§. 10. Cogita, etiam juſtè contingere, qicqid contingit, id qod ſi ſedulò obſervaveris, facilè deprehendes; non ex connexione duntaxat neceſſaria, ſed ex ratione juſta conſeqi univerſa, & tanqam ab eo, qi pro dignitate cuiqe ſuum tribuit, provenire. hoc itaqe, prout cepiſti, obſervare pergas; & qicqid feceris, bonum te præſtes, qomodo

ANNOTATIONES.

§. 22. μετ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξετε. *Pavlò pòſt utroſqe veſtrùm morti conceſſuros.* Seneca *de ira lib.* 3. *c.* 42. *Nulla res adverſus iram magis proderit, qàm cogitatio mortalitatis. ſibi qiſqe, ut alteri, dicat; Qid juvat tanqam in æternum genitos iras indicere, & breviſſimam ætatem diſſipare? Qid ruimus in turbam? qid certamina nobis accerſimus? qid imbecillitatis obliti, ingentia odia ſuſcipimus, & ad frangendum fragiles conſurgimus? jam iſtas inimicitias, qas implacabili gerimus odio, febris avt aliud malum corporis vetabit geri. jam par acerrimum media mors dirimet. qid tumultuamur, & vitam ſeditioſi conturbamus? ſtat ſuper caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiuſqe ac propiùs accedit iſtud tempus qod aliena deſtinas morti, fortaſſe* [havd] * *citra tuam eſt.* [* *circa* Lipſius] Et rurſus: *Qin potiùs vitam brevem colligis, placidámqe & tibi & cæteris præſtas. qin potius amabilem te, dum vivis, omnibus; deſiderabilem, cùm exceſſeris, reddis. Qid ſervo, qid domino? qid regi, qid clienti tuo iraſceris? ſuſtine pavllum. venit ecce mors, qa nos pares faciat. Ridere ſolemus inter matutina arena ſpectacula, tauri & urſi pugnam inter ſe colligatorum; qos cùm alter alterum vexárit, ſuus confector expectat. Idem facimus. alsqem nobiſcum alligatum laceſſimus: cùm victo victoriqe finis aqe maturus immineat. numqid amplius iſti cui iraſceris, qàm mortem optas? etiam te qieſcente morietur. perdis operam: facere vis, qod futurum eſt. Qieti potiùs pacatiqe, qantulumcunqe ſupereſt, tranſigamus. ſive de ultimis ſuppliciis cogitas, ſive de levioribus, qantulum eſt temporis, qò avt ille pœnâ ſuâ torqeatur, avt tu malum gavdium ex aliena percipies? jam ipſum ſpiritum expuimus interim, dum trahimus. dum inter homines ſumus, colamus humanitatem: non timori cuiqam, non periculo ſimus. detrimenta, injurias, convitia, vellicationes contemnamus, & magno animo brevia feramus incommoda. dum reſpicimus, qod ajunt, verſamúſqe nos, jam mortalitas aderit.* Pervulgatum eſt illud, ad qod ille reſpexit, qodqe Ariſtoteles exhibet, *Rhetor. lib.* 2. *c.* 21.

Ἀθανάτου ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.
Iram cave immortalem mortalis geras.

Sive, ut Gnomologus vetus;

Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.
Mortalis odia ne gere immortalia.

Qod latiùs extulit Evripides in *Philoctete* apud Stobæum *tom.*2. *tit.* 20.

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ.
Οὕτω προσῆκει, μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
Ἀθάνατον; ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.
Mortale quando corpus eſt homini datum;
Nec odia debet gerere immortalia,
Qiſqis magiſtrâ ſapere naturâ volet.

Grotius. Romanis, ab Hetruſcis miſſi de Tarqinio legati, apud Dionyſium Halicarnaſſeum *l.* 5. *pag.* 280. Δεῖν ἀνθρώπους ὄντας, μηδὲν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν φρονεῖν, μηδὲ ἀθανάτους ἔχειν τὰς ὀργὰς ἐν θνητοῖς σώμασιν. *Oportere homines cum ſint, non ſapere ſupra humanam conditionem, neqe immortales iras gerere in corporibus mortalibus.* Et Marcio mater apud eundem *lib.* 8. *pag.* 521. ubi Deos etiam, per gravia atqe atrocia peccantibus iratos, muneribus precibúſqe leniri dixerat, εἰ μὴ σὺ, inqit, ἀξιοῖς, τὰς μὲν Θεῶν ὀργὰς θνητὰς εἶναι, τὰς δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἀθανάτους. *Niſi ſortè tibi æqum videtur, deorum iras mortales eſſe, at iras hominum immortales.* Creon tamen apud Sophoclem in *Oedip. Colon.*

Θυμῷ γὰρ ὠδὲν γῆρας ἐστὶν ἄλλο πλὴν θανεῖν.
Iræ ſenectus unica eſt, vitæ exitus.

Et ulteriùs etiam Phalaris *Epiſt.* 51. Τῆς μὲν τῶν ἄλλων ἔχθρας ὅσοι τι κακὸν μὲ δεδράκασιν, ὡς παρακαλεῖς, κἂν ἐπιλαθοίμην. Θνητὸς γὰρ ὅλος, ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὡς φασί τινες, οὐ προσήκει. τῆς μέν τοι, Πύθωνος εἰς ἐμαυτὸν δυσμενείας, οὐ μόνον ζῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθανών, ὃ πᾶτι συμβαίνει τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιλαθοίμην. *Reliqorum ſimultates & inimicitiam, qotqot mi-*

A *hi damnum dederunt, facilè tuâ avtoritate oblivioni mandaverim. Mortales enim cum ſumus, ſempiternam, ut qidam ajunt, iram tenere non debemus: at Pythonis odium non modò vivus, ſed ne mortuus qidem, qod tamen omnibus è vita diſcedentibus contingere ſolet, è memoria abolevero.*

Οὐδὲ ὄνομα ὑμῶν ὑπολειφθήσεται] Vide *infrà* §. 33. & *lib.* 8. §. 25. Heſiodus *Oper. l.* 1. *v.* 153.

Βῆσαν εἰς ἠυρώεντα δόμον κρυερῆ ἀΐδαο,
Νώνυμοι. ---
Deſcenderunt tenebricoſam in domum horribilis Plutonis
Ignobiles. ---

B qo loco (ut obiter adnotem) εὐρώεντα malim vertere, *ſitu obſitum*, qàm cum interpretibus, *latum.*

§. 7. Ἆρον τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ, βέβλαμμαι] Idem ferè *l.* 7. §. 14. & *l.* 8. §. 35. 41. 47. & *l.* 12. §. 22. 25. Huc illud Menandri, apud Plutarchum *de tranqill.* & *de exil.* & apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 109.

Οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ.
Nil paſſus es mali, ipſe ni pra te feras.

Epictetus *Enchirid. c.* 29. Σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. *Te enim alius non ladet, niſi ipſe velis. Tum autem*
C *læſus eris, cùm te ladi exiſtimaris.*

§. 8. Ὁ χείρω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον οὐ ποιεῖ] qod *lib.* 7. §. 64. οὐδὲ τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνῶσαν χείρω ποιεῖ. *Nec mentem gubernatricem fac deteriorem.* qia ſcilicet *Animus cujuſqe, is eſt qiſqe.* Cicero *Somn. Scip.* Vide *l.* 2. §. 1.

§. 9. Ἠναγκάσαι] Ità *l.* 2. §. 3. Πρόσεισι δὲ τὸ ἀναγκαῖον. *Accedit & neceſſitas qadam.* ibi vide. commation avtem hoc ſuperioribus adfigit Caſavbonus, ſeqentibus præfigit Xylander. cùm nevtra ſatis cohæret. dictionis ſeries hiulca eſt, & deeſſe aliqid videtur. ad ſeqentia potiùs dicti mens vergit: ut rationes varias ſimul congerat, ob qas æqanimiter contingentia qæqe ferre oporteat; qia nempe neceſſaria, utilia, juſta.

D §. 10. Ὅ τι πᾶν τὸ συμβαῖνον, δικαίως συμβαίνει] Ità ſolent excerpta ſua, vel χρηστομαθείας, vel adnotata ordiri, Ὅτι τόδε, καὶ τόδε, ut videre eſt paſſim apud Photium, Evſtathium, alios. Aliqando tamen pleniùs, Ἰσέον ὅτι, avt ejuſmodi aliud qid, qale & iſtic ſubintelligendum. Qod avtem *omnia qæ contingunt nobis, juſtè contingere* dicit, intelligendum eſt, qoad primam cavſſam. Nec abhorret ab hoc philoſophia Chriſtiana, ſed cumprimis inculcat. Pſaltes *Pſal.* 119. *v.* 139. *Juſtus es, Domine, juſtáqe ſunt judicia tua.* & *v.* 75. *Novi, Domine; recta eſſe judicia tua; juſtéqe te afflixiſſe me.* Et *Pſal.* 145.
E *v.* 17. *Juſtus eſt Dominus in omnibus viis ſuis, ſanctúſqe in operationibus ſuis.* Vates etiam Jerem. *c.* 12. *v.* 1. etiamſi ægrè ferre videatur, qod bonis malè, malis bene ſit; hoc tamen pro fundamento immoto prorſus ſubſternit, *Tu Domine, certè juſtus es.* Seneca *Epiſt.* 107. *Qacunqe fiunt, debuiſſe fieri putet; nec velit objargare naturam.* & *Epiſt.* 96. *Solet fieri. parum eſt. debuit fieri. decernuntur iſta, non accidunt.* Galenus *in Hippocr. de fract. l.* 1. §. 2. Ὅλων ἑκάστῳ πράγματι τὸ οἰκεῖον φυλάττηται, δικαίως ἔχει τε καὶ διοικεῖται. οἰκεῖον δὲ ὠδὲν ἄλλο παρὰ τὸ καλὰ φύσιν. *Qm unicuiqe rei qod proprium eſt, ſervatur, tum ea juſtè ſe res habet & adminiſtratur. Qid autem aliud in corpore proprium eſt, qàm qod ſecundùm naturam*
F *eſt.* ad Marci mentem aptiſſimè.

Καλὰ τὸ ἐξῆς] *ſecundùm rerum ac cavſſarum ἐπισύνδεσιν*, ſive *connexionem ac concatenationem* qandam, qam imaginabantur Stoici. Vide *infrà* §. 45. & *l.* 6. §. 38.

Ὑπὸ τινος ἀπονέμοντος τὸ καθ' ἀξίαν] nihil poterat piè magis ac religioſè dici, qàm omnia provenire à cavſſa qadam ſuprema, aſſignante qaſi certâ lege cuiqe, qod ipſi maximè ſit congruum. Vide *l.* 7. §. 31. & *l.* 10. §. 25.

Σὺν τὸ ἀγαθὸς εἶναι] Syntaxis τῷ poſcit. Sicut *l.* 7. §. 66. ἀρκεῖσθαι τῷ δίκαιος εἶναι, *contentus agere qod eſſet juſtus.* atqe ità Lugdunenſis. *Bonum* avtem fore dicit, ſi juſtè evenientibus

do bonus qis propriè dicitur. in omni actione tua ſerves iſtud.

§. 11. Tu nè ea opineris, qæ is avtumat, qi contumeliâ te afficit; vel etiam qæ ille avtumare te vult. verùm res ipſas, qomodo verè ſe habeant, cogites.

§. 12. Duo iſta in promptu tibi ſemper ſunt habenda: alterum, nihil ut facias, niſi qod partis regere legémqe dare natæ ratio ſuggeſſerit, ídqe ad generis humani utilitatem. alterum, ut in partem

καθ' ὃ νενόηϰε ἰδίως ὁ ἀγαθός. ἔτι δὲ πάσης ἐνεργείας σῴζει.

§. 11. [a] Μὴ πιαθῃς ὑπολάμβανε, οἷα ὁ ὑβρίζων ϰελεύει, ἢ οἷά σε ϰελεύειν βούλεται. ἀλλ' ἴδε αὐτὰ [b], ὁποῖα ϰαὶ ἀληθῆ ἐστι.

§. 12. Δύο πεύϑας [c] ἑτοιμότητας ἔχειν ἀεὶ δεῖ. τὴν μὲν, πρὸς [d] τὸ πρᾶξαι μόνον, ὅπερ ἂν ὁ τῆς βασιλιϰῆς ϰὴ νομοθετιϰῆς λόγου ὑπολάβῃ, ἐπ' ὠφελείᾳ ἀνθρώπων. τὴν δὲ [e] πρὸς τὸ μεταδέδυϰέναι

[a] Inf. §. 18.
[b] L. 3. §. 11.
[c] L. 3. §. 13.
[d] L. 2. §. 16. l. 3. 12. 16.
[e] L. 6. §. 21. 30. l. 7. §. 12. l. 8. §. 16.

ANNOTATIONES.

bus ſe ſponte ſummiſerit. qod Cleanthes ſuprà, *ad l.* 3. §. 4. *Malúſque patiar, qod bono licuit pati.*

Καθ' ὃ νενόηϰε ἰδίως ὁ ἀγαθός] *Virum bonum* dicit: non *qomodo omnes candidatos bonos viros dicimus, qomodo obvios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus*: ut Seneca *Epiſt.* 3. ſed *perfectum, abſolutum*; *qem malum facere nulla vis, nulla neceſſitas poſſit.* Idem *Ep.* 34. Itaqe τὸ ἰδίως νενοημένον iſtic opponitur τῷ ϰαινότερον λεγομένῳ, *l.* 2. §. 10. aliúdqe hìc τὸ Ἴδιον, aliud τὸ ἰδιωτιϰὸν, *infrà* §. 50. Fabius *inſtit. lib.* 12. *c.* 1. cùm Oratorem *virum bonum* definiviſſet. *Ego ſecundùm communem loqendi conſvetudinem ſæpe dixi dicamqe perfectum Oratorem eſſe Ciceronem, ut amicos & bonos viros, & prudentiſſimos dicimus vulgò, qorum nihil niſi perfectè ſapienti datur. Sed cùm propriè & ad legem ipſam veritatis loqendum, eum qaram oratorem, qem & ipſe qærebat.*

§. 11. Μὴ τοιαῦτα ὑπολάμβανε] Seneca *de ſap. conſtant. c.* 17. *Genus ultionis eſt, eripere ei qi fecit contumeliæ voluptatem. Solent dicere; Miſerum me. puto, non intellexit! adeò fructus contumeliæ in ſenſu & indignatione patientis eſt.* Tertullianus *de patient. cap.* 8. *Nempe idcirco qis te ladit ut doleas: qia fructus omnis ladentis in dolore læſi eſt. ergò cum fructum ejus everteris non dolendo, ipſe doleat neceſſe eſt, amiſſione fructûs ſui.*

§. 12. Ἑτοιμότητας] i. e. δόγματα ἕτοιμα. ut *l.* 3. §. 13.

Ὁ τῆς βασιλιϰῆς ϰὴ νομοθετιϰῆς λόγου] i. e. τῷ ἡγεμονιϰῷ, ſive *mentis*, qam & τὸ ϰυριεῦον, *ſuprà* §. 1. & τὴν ϰυβερνῶσαν, *l.* 7. §. 64. vocat. Vide Ambroſium *Hexaemer. l.* 6. *c.* 9. *ſuprá ad* §. 3. Verùm nobis, *Unus eſt Rex idem & Legiſlator, Jova.* Eſajæ *c.* 33. *v.* 22. cujus & legem νόμον βασιλιϰὸν Jacobus indigetat *c.* 2. *v.* 8.

Μεταβέβυϰα] Vide *ad l.* 1. §. 15. 16. & *l.* 6. §. 21. Notum illud Heſiodium *oper. l.* 1. *v.* 294.

Ὅυτω μὲν παναρίστου, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος τά ϰ' ἔπειτα, ϰαὶ εἰς τέλος ἐστὶν ἀμείνων.
Ἐσθλὸς δ' ἄν ϰἀϰεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ ϰε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀϰούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.
Ille qidem ante omnes, per ſe ipſe qid utile, qid non,
Qi videt, & longè fines proſpectat agendi:
Qi bene conſultis didicit parere, ſecundus.
At qi conſiliis pollet nihil ipſe, nec audit
Suadentes alios, nullos homo vivit ad uſus.

Ità vertit apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. & 4. Grotius; qem mirum αὐτῷ repoſuiſſe denuo, cùm in Stobæo priùs αὐτὸς legeretur. præſertim cùm & in verſione illud potiùs expreſſerit, & Heinſium avdire potuerit, de ſcriptura gemina monentem *in notis ad Heſiodum:* ubi & hæc habet; ὁ αὐτὸς νοῶν πάντα, *eſt,* ὁ ϰαλὰ πάντα αὐτὸς, τελέσει, ϰαὶ' αὐτὸν, σοφὸς ὤν. Ὁ αὐτὸς νοήσας, *itaqe dixit Heſiodus, hoc eſt, qi ipſe, non avtem,* ὁ αὐτῷ, *qi ſibi, ſapit,* juxta illud Evripideum:

Misῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Odi profeſſum ſapere, ſibi qi non ſapit.

à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 3 relatum, à Cicerone *Famil. l.* 13. *Ep.* 15. Luciano in *apologia.* Plutarcho *de latend.* ab Alexandro apud eundem in *Alex.* uſurpatum. opponitur avtem ὁ αὐτὸς νοήσας, τῷ διὰ ἑτέρου τινὸς νουθετήσεως σοφῷ γιγονότι. *Qi ipſe ſapit illi, qi alterius alicujus admonitione ſapiens evaſit.* Eandem hanc lectionem confirmat Ariſtides Rhetor. in *Orat. Platon.* 1. *tom.* 3. *pag.* 44. *A.* non qidem ut vulgò legitur, ſed ut à Photio exhibetur, *Biblioth. Cod.* 247. qi ubi Heſiodia illa recitaverat, ſubjungit: Πρῶτον μὲν ἔθετο τὸν αὐτὸν εὑρόντα τὰ βέλτιστα. ἔσχατον δὲ ἀμαθέα, τὸν ὅτε συνιέντα, ὅτε πειθόμενον. μέσον δὲ ἀμφοτέρων, ὥσπερ ἐν ἀριθμῶν ὅροις, τὸν τῷ συνιέντι πεισθέντα, τοσούτῳ χείρω τοῦ νοήσαντος, ὅτῳ βελτίω τοῦ μητ' εἰπόντος, μήτε πεισθέντος. *Ac primum qidem poſuit eum, qi per ſe qidem optima inveniret: poſtremum avtem inſcientem, qi nec intelligeret, nec pareret: medium denique, velut in numerorum terminis, qi pareret intelligenti, tanto inveniente pejorem, qanto nec loqenti nec parenti præſtabat.* Et mox: Τὸν μὲν τοιοῦτον ἄνδρα, ὡς Θεὸν ϰὴ Θεῶν ἔγγυς πρῶτον ϰὴ ϰράτιστον ϰὴ ἔθετο, ὃς ϰὴ αὐτὸς πάντα νοήσει. τὸν δὲ ἀϰουσαντα ϰὴ μαθόντα δεύτερον. *Eum qidem qi ſibi cuncta ipſe invenit, primum ac præſtantiſſimum, ceu deum ac diis proximum poſuit, avditorem vero ac diſcentem ſecundum.* Sed & Ariſtoteles *Ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 4. & Diogenes Laërtius *lib.* 7. apud qem Zeno Heſiodi A verſiculos illos non ſine nota aliqa refingit, ut dicatur,

Κεῖνος μὲν παναρίστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ἐσθλὸς δ' ἂν ϰἀϰεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
Κρείττονα γὰρ εἶναι τὸν ἀϰοῦσαι ϰαλῶς δυνάμενον τὸ λεγόμενον ϰὴ χρῆσθαι αὐτῷ, τὸν δι' αὐτοῦ τὸ πᾶν συνοήσοντος. τῷ μὲν γὰρ εἶναι μόνον τὸ συνιέναι. τῷ δ' εὖ πεισθέντι προσεῖναι ϰὴ τὴν πρᾶξιν.
Optimus ille qidem qi paret recta docenti,
Nec malus ille, poteſt qi per ſe noſcere cuncta.
Præſtantiorem enim eum eſſe, qi bene qod dicitur avdire poſſit, atqe eo uti, qam qi per ſeipſum omnia aſſeqitur. Huic enim ſolum adeſſe intelligentiam; illi verò qi obtemperet, adeſſe præterea effectum. Qod etiamſi Themiſtio *in Orat. qinqennal.* placuiſſe video; mihi tamen eodem loco habetur, qo Zenonis ejuſdem cavillum illud, qo Phocylidis monitum nemini non probatum eludere conabatur.

Μηδὲ δίϰην διϰάσῃς, πρὶν γ' ἀμφοῖν μῦθον ἀϰούσῃς.
Nec litem decide, ubi non avdita utraqe eſt pars.

de qo videri poterit Plutarchus *de Stoic. contrad. c.* 4. Verùm propiùs acceſſit Artabanus apud Herodotum *lib.* 7. *pag.* 445. *B.* Ἴσον, inqit, ἰϰέτευε παρ' ἐμοὶ ϰίχρηϛαι, φρονέειν τι εὖ, ϰὴ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. *Apud me tantundem valet bene ſentire per ſe, & alteri bonam ſententiam dicenti accedere.* Cæterùm Heſiodo ſuffragatur prorſus Ariſtoteles *Ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 4. qo loco non primus tantùm verſiculus ad avtoris mentem ritè efformatus reperitur; ſed & qartus, qi hoc admiſſo, prout ſuperiùs retulimus, emendandus fuerat, integer exhibetur. ſiqidem μήτ' ἀντὸς ibi legitur, qod μήθ' ἀντῷ apud alios, etiam qi mendum prius ſuſtulerant, mendoſè habetur. Gregorius etiam Nazianzenus *Epiſt.* 43. Ἀνιάσομαι δὲ, (τοῦτο γὰρ εἰπεῖν μᾶλλον) εἰ μήτε αὐτὸς συνοράς τὸ δέον. ὃ τῆς πρώτης ἐστὶ τῶν ἐπαινετῶν μερίδος. μηδ' ἄλλῳ εὖ εἰπόντι ϰαλαϰολουθήσεις. ὃ τῆς δευτέρας. *Verùm acerbè feram, (ſic enim parcius & moderatius loqar) ſi nec ipſe, qid officii ſit, perſpicis, qæ prima bonorum hominum claſſis eſt, nec alium rectè monentem ſeqaris, qi ſecundus ordo eſt.* Baſilius Cæſar. *Orat.* 24. *pag.* 570. *C.* Εἰ μὲν οὖν προθύμως δέχοισθε τὰ λεγόμενα, τῆς δευτέρας τῶν ἐπαινουμένων ἔσεσθε παρ' Ἡσιόδῳ τάξεως. εἰ δὲ μὴ, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν εἴποιμι δυσχερές. αὐτοὶ δὲ μέμνησθε τῶν ἐπῶν δηλονότι, ἐν οἷς ἐϰεῖνος φησί. ἄριστον μὲν εἶναι τὸν παρ' ἑαυτοῦ τὰ δέοντα ξυνοράντα. ἐσθλὸν δὲ ϰἀϰεῖνον, τὸν τοῖς παρ' ἑτέρων ὑποδειχθεῖσιν ἑπόμενον. τὸν δὲ πρὸς ὀδύτερον ἐπιλήδειον, ἀχρεῖον εἶναι πρὸς ἅπαντα. *Si igitur hæc mea dicta prompti receperitis, in ſecundo ordine eorum, qos laudat Heſiodus, eritis. Sin minùs, ego qidem nihil moleſtum dicam, vos avtem ipſi carminum reminiſcamini, qæ ille conſcripſit:*

Optimus ille qidem, qi per ſeſe omnia novit:
Proximus huic fuerit, qi credit recta monenti.
At qi nec ſapit ipſe, neqe avdierit ſapientem,
Utilis hic nulla eſt omnino in parte putandus.

Joannes Chryſoſtomus *in Epiſt.* 2. *ad Cor. Orat.* 18. *Edit. Commel. pag.* 874. Ὥσπερ γὰρ ἐϰεῖνος ὁ τὰ συμφέροντα εἰπὼν, σοφὸς, ὅτως ἡμεῖς οἱ ϰαταδεξάμενοι, ϰὴ αὐτοὶ συνίσεως ϰὴ εὐγνωμοσύνης ϰαρπωσάμενοι ἐπαινοῦμεν. *Ut enim is, qi utilem ſententiam dixit, ingenii & ſapientiæ: ita nos, qi eam comprobavimus, complexiqe ſumus, prudentiæ candoriſqe laudem feremus.* ubi, qod monet Dunæus noſter, illum primæ notæ σοφὸν, hunc ſecundæ συνετὸν nuncupat. Cicero *pro Cluent. Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui qid opus ſit ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qi alterius bene inventis obtemperet. in ſtultitia contrà eſt. minùs enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, qàm ille, qi qod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.* Minutius apud Livium *l.* 22. *Sæpe ego avdivi, eum primum eſſe virum, qi ipſe conſulat, qid in rem ſit: ſecundum eum, qi bene monenti obediat: qi nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe. nobis qoniam prima animi ingeniiqe negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus, & cum imperare diſcimus, parere prudenti in animum inducamus.* Seneca item *de benefic. l.* 5. *c.* 21. *Moneri velle ac poſſe ſecunda virtus eſt.* ſive ut ſcholia Manuſcripta in codice meo, (nam & Lipſius locum mancum eſſe advertit) *Non moneri,* (hoc eſt, *monitu non indigere*) *prima virtus eſt: velle ac poſſe ſecunda.* Et mox: *Animus, qod paucis, ſui rector, optimus: proximi ſunt, qi admoniti in viam redeunt.* Tales eſſe nè pudeat pigeátve, Marcus vult iſtic; non qales Nicetas Conſtantinopolitanos ſuos deſcribit in *Iſaac & Alex. c.* 1. Μητ' αὐτόθεν τοῖς ἐπαινετοῖς προσχωρῆσαι, μηθ' ἑτέρῳ πειθομένους εἰσή-

a L.10.§. 12. b L.7.§.5. c L.5.§.1. d L.11.§. 16. e L.5.§.28. l.11.§.39. f L.6.§.22. g L.5.§.6.l. 7.§.73. h L.2.§.3. i L.2.§.12. k Inf.§.21. 23.l.6.§.24. l.10.§.7.

ἐὰν ἄρα τις παρῇ ὀρθῶν καὶ μεταγόντων ἀπὸ ἀνθ-ρώπου ἀήσεως. τὸ μὲν τοι μεταγωγὴν, ἀεὶ ἀπὸ ἀνθ-ρωπινοτέρ᾽ ὡς [a] δικαίᾳ, ἢ [b] κοινωφελῆς γίνεσθ᾽, καὶ τὰ εὐδαιμονήσια τοιαῦτα μόνον εἶναι δεῖ, ἐχ ὅτι [c] ἡδὺ ἢ [d] ἔνδοξον ἐφάνη.

diversam transeas, siqis affuerit, qi te corrigat, & sententiam tibi mutet. veruntamen sententiæ mutatio ista niti semper debet probabilitate aliqâ, vel justum esse, vel in publicum utile, vel aliud hujusmodi, id ad qod transitur, non avtem qod jucundum avt glorioſum exiſtat.

§. 13. [e] Λόγον ἔχεις; ἔχω. τί οὖν ἀ χρᾷ; [f] τέκνα γὰρ τὰ ἑαυτῆ πιθῆται, [g] τί ἄλλο θέλεις;

§. 13. Ratione præditus es? Sum. cur ergò eâ non uteris? hæc enim si qod suum est fecerit, ecqid est amplius qod reqiras?

§. 14. Ἐνυπόχης, [h] ὡς μέρος. [i] ἐναφανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι. μᾶλλον δ᾽ [k] ἀναληφθήσῃ

§. 14. Tanqam pars universi hujus, extitisti. in id qod produxit te evanesces. vel potiùs mutatione qâdam

ANNOTATIONES.

αἱσχυνομένῳ τὰ λώονα. Nec sua sponte sana consilia amplectentes, nec meliora suadentibus obtemperantes. Facit huc Philippidæ Comici in *Ananeosi*, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. illud;

Ὃτ᾽ ἂν ἁμαρτάνῃς τι, χαῖρ᾽ ἠτιώμενος.
Μάλιστα γὰρ ὕτω σώζεται τὸ συμφέρον.
Nè turpe vinci, siqd erráris, puta:
Hæc namqe vera est ad bonam frugem via.

Grotius. Sophocles *Antigon.*

Ἐγωγε φημὶ πρισβεύειν πολὺ,
Φῦναι τὸν ἄνδρα πάνθ᾽ ὑπισχνεῖσθαι πλέω.
Εἰ δ᾽ ἦν (φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταὐτὴ ῥέπειν)
Καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.
Hoc mi videtur, expedire plurimum,
Scientiâ plenus si qisqe existeret:
Sin minus hoc, (namqe huc res havd nata est vergere)
Bonum est à bene monente qovis discere.

Grotius. Et *ibidem*:

Ταῦτ᾽ οὖν, τέκνον, φρόνησον. ἀνθρώποισι γὰρ
Τοῖς πᾶσι κοινὸν ἐστι τἀξαμαρτάνειν.
Ἐπεὶ δ᾽ ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκέτ᾽ ἐς᾽ ἀνὴρ
Ἄβουλος ἀδ᾽ ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
Πεσὼν ἀκεῖται, μηδ᾽ ἀκίνητος πέλει.
Ἀυθαδία τοι σκαιότητ᾽ ὀφλισκάνει.
Hæc ut modestо pectore evolvas, rogo:
Errare cunctis insitum mortalibus:
At ille nec sine mente, nec vacuus spei,
Remedia qi receptat implicitus malis,
Nec pertinaciam addit errori suo.

Grotius. Seneca *Agamemn.* 2. 2.

Remeemus illuc, unde non decuit priùs
Abire, sed nunc casta repetatur fides.
Nam sera nunqam est ad bonos mores via.
Qem pœnitet peccásse, penè est innocens.

Andocides *Orat. de reditu:* Καὶ ἐυτυχέσατοι μὲν, οἱ ἐλάχισα ἐξαμαρτόντες σωφρονέσεροι δὲ, οἳ ἂν τάχισα μεταγινώσκωσι. *Illi felicissimi qidem sunt, qi qàm minimum peccant: prudentissimi verò qos statim peccatorum pœniteret.* Gregorius Nazianzenus *in patr. suum.* Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν, ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνῳ θεῷ. τὸ δ᾽ ἐξαμαρτάνοντας ἐπισρέφειν, ἀνθρώπου μὲν, ἀλλ᾽ ἐπιεικοῦς, καὶ τῆς σωζομένης μερίδος. τὸ γὰρ ἀθεράπευτον, τῆς πονηρᾶς καὶ ἀντικειμένης ἐσὶ φύσεως, καὶ τῶν ὑπ᾽ ἐκείνης ἐνεργουμένων. *Omni vitio carere, hominis modulum excedit, solúsqe Dei est. At verò post peccatum ad mentem meliorem redire, hominum est, verùm proborum, & qi ex ea classe sunt, qa salutem consequitur. Perditè autem & incurabiliter ægrotare, prava illius & adversaria natura, atqe eorum, qi ab ea afflantur.* Idem in *Apolog.* Κἂν εἰ τὸ πρῶτον τῷ λόγῳ μὴ σώζοιεν, τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ τό γε δεύτερον ἐκείνῳ, τὸ ἁμαρτάνοντας μετανάγεσθαι. *Si minus id, qod rationis primum est, servent, hoc est, ut nihil peccent; at certè id, qod eò posterius est, qum peccant, emendari, atqe in viam reduci.* Τὸ μὲν γὰρ ἁρπαγῆναι, τῆς κοινῆς φύσεως, καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς ἀνθρωπίνης, ἢ πάντων ἄπλετα, καὶ τῶν λίαν ἰσχυρῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν. τὸ δὲ θεραπευθῆναι, καὶ εἰς ἀλλήλους ἐπανελθεῖν, τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῆς χάριτος. *Nam qod in morbum incidérimus, communis naturæ est, & humanæ infirmitatis, qæ omnes & animo & corpore valentissimos attingit, qod avtem morbum depulerimus, id verò rationis munus est & gratiæ divinæ.* Idem *Irenic.* 1. & *adv. Julian.* 2. Μέγα μὲν τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τυχεῖν ἁμαρτάνοντας, ἢ μὴ τὰ μέγιστα. ἐπειδὴ τὸ παντελῶς ἀναμάρτητον, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἔλαχεν ὁ Θεός. δεύτερον δὲ, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, τὸ πλαισανθέντας τι καὶ παιδευθέντας, εἶτα ἐπανορθέντας, &c. *Magnum illud, ne omnino qidem peccasse, avt certè non gravissimè: qandoqidem eum vitæ statum, qi omni prorsus peccato vacet, Deus supra humana naturæ modum constituit. Proximum avtem, ut mihi qidem videtur, illud est, ut cum admisso aliqo peccato castigati fuerimus, ac postea soluti, & indulgentius habiti,* &c. Isidorus Peluſiota *l.* 1. *Ep.* 381. Κάλλιστον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, καὶ πρὸς Θεὸν ἔχειν ἐγγύτητα. καλὸν δὲ καὶ τὸν ἁμαρτόντα γνωσιμαχῆσαι, καὶ ταχέως ἐξαναστῆσαι τῆ πλάμαλος. *Longè qidem pulcerrimum est, non peccare, atqe à Deo non procul esse remotum. Pulcrum avtem illud qoqe est, qum in peccatum lapsus sis, pœnitudine duci, ac qam primum è lapsu exurgere.* Idémqe *ibidem Ep.* 435. Τὸ ἀναμάρτητον Θεῷ μόνῳ, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἐχ ὑπάρχει. τὸ δὲ μηδενὸς ἐφάπτεσθαι τῶν καλῶν γνώμην ἀδικημάτων, ἀνθρώπου ἐσὶν ἐυαγοῦς. καὶ τὸ μὴ πολλοῖς περιπίπτειν τῶν ἀκουσίων, οἰκεῖον τῶν ἐγγίσαι Θεῷ βουλομένων. καὶ τὸ ἧττον μὲν ἐκείνων, ῥᾴδιον δὲ πολλοῖς, τὸ μὴ ἐπὶ μήκιστον ἐμμένειν τοῖς ἁμαρτήμασιν. *Ab omni peccato alienum esse solius est Dei: nec, qi id consequatur, mortalium qisqam est. Nullum verò voluntarium scelus attingere pii qidem est hominis. Et non in multa involuntaria peccata incidere, eorum proprium est qi ad Deum appropinqare studeant. Et (qod illis inferius est, ac multis persacile) non qàm diutissimè in peccatis permanere.* Cyprianus *Epist.* 3. *Primus gradus felicitatis est, non delinqere: secundus, delicta cognoscere. illa innocentia qa servat; hæc medela, qa sanat.* Gregorius Romanus *in Job. l.* 6. *c.* 17. *Prima virtus peccata non perpetrare, sed vitare: secunda, perpetrata corrigere.*

Κοινωφελῆς] Vide *lib.* 1. §. 16. κοινοποιημοσύνη. & *lib.* 7. §. 4.

Οὐχ ὅτι ἡδύ] Avgustinus *contr. Julian. l.* 5. *c.* 7. ubi illud Lucani *l.* 2. de Catone elogium retulerat.

In commune bonus: nullóſqe Catonis in actus
Surrepsit, partémqe tulit sibi nata voluptas.

qoniam, inqit, *& qod non faciebat sine voluptate, non faciebat propter voluptatem.* Cicero *Academ. lib.* 4. §. 140. *Virtus esse nulla potest, nisi sit gratuita. nam qa voluptate, qasi mercede aliqâ, ad officium impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio simulatioqe virtutis.* Seneca *de vit. beat. cap.* 10. *Sapiens nihil voluptatis causſâ faciet.* Alluſum est forsan ad Gorgiæ Leontini dictum, qi interroganti, τίνι διαίῃ χρώμενος ὕτως ἐμμελῶς καὶ μετὰ αἰσθήσεως τοσοῦτον χρόνον ζήσειεν, *Qâ victus ratione sic validus & sensibus illæsis tam diu vixisset*, respondit, ὅδὲν πώποτε ἡδονῆς ἕνεκα πράξας. *qod voluptatis causſâ mihi unqam feciſſet.* ex Clearcho *vitarum lib.* 2. Athenæus *dipnoſoph. l.* 12. *pag.* 548. *D.* Apud Plutarchum in *Stoic. Contradict. c.* 18. Chryſippus ἐν τῷ περὶ πολιτείας, ὅδὲν ἡδονῆς ἕνεκα πράξει, ὅδὲ παρασκευάσεσθαι τὰς πολίτας. *Cives nihil voluptatis causſâ acturos avt paraturos.* Antiſthenes verò ſuis præcepit, μηδὲ δάκτυλον ἐκτείναι ποτὲ, εἴνεκα ἡδονῆς, *ut nè digitum qidem voluptatis causſâ unqam extenderent.* Theodoretus *therapevt. lib.* 12. cujus illud item celebratur, Μανείην μᾶλλον, ἢ ἡσθείην. *Furere malim, qàm voluptate perfundi.* Laërtius *l.* 7. Sextus Empiricus *adv. Ethic. cap.* 2. & *Pyrrhon. Hypoth. l.* 3. *c.* 23. Clemens *Strom. l.* 3. Theodoretus *therap. lib.* 3. Gellius *l.* 9. *c.* 5. Veruntamen etiam Stoici ipſi in hanc partem ſeceſſionem qandoqe feciſſe viſi ſunt. qod de Ariſtone Magiſtro ſuo feſtivè Eratoſthenes apud Athenæum *lib.* 7. *pag.* 281. *D.* τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσόποικον διορύτοντες, καὶ ἀναφαινόμενοι παρὰ τὴν ἡδονήν. *Voluptatis & virtutis parietem intergerimum & interjectum suffodientes & viſi apud voluptatem.* Neqe tamen ullo modo admittendum, qod Epiphanii codices habent, *adv. hæreſ. l.* 3. *tom.* 2. *epilog.* §. 9. Chryſippum ſtatuiſſe τὸ τέλος πάντων τὸ ἡδυπαθὲς εἶναι. *Ultimum omnium bonorum animi esse jucunditatem.* nec id ſanè Epiphanius unqam dixerit. Verùm avt vitiata iſta, & ἀπαθὲς pro ἡδυπαθὲς legendum; avt loco mota, & Diogeni Rhodio, cujus dogma proximè refert, qocum iſtud probè convenit, τὰ σύμπαντα συνίσασθαι ἐξ ἡδονῆς. *voluptate constare omnia*, tribuendum. Cæterùm in dogmatum priſcorum illorum recenſione Epiphanianâ havd pavca iſtiuſmodi, vel depravata, vel perperam relata occurrunt.

Ἢ ἔνδοξον] Contrà qàm illi, *qi nihil honestum esse putant, niſi qod in vulgus glorioſum.* Cicero *Academ. l.* 4. Seneca *de beat. c.* 20. *Nihil opinionis causſâ, omnia conſcientia facta.* Et *Epiſt.* 113. *Nihil sit illi cum ambitione & fama: ſibi placeat.* De T. Ariſtone Plinius minor *l.* 1. *Ep.* 22. *Nihil ad ostentationem, omnia ad conſcientiam refert.* Vide *l.* 1. §. 16. & *l.* 5. §. 3. & *l.* 6. §. 2.

§. 13. Τί οὖν ἀ χρᾷ;] Bernardus *de bon. deſer.* & *in Cant. serm.* 34. *Ipſis etiam in beſtiis beſtialior est homo*, (hoc est, ut Simocattus *Epiſt.* 13. τῶν ἀλόγων ἀλογώτερος) *ratione vigens & ratione non vivens.*

Τί ἄλλο θέλεις;] puta lavdem, avt mercedem. ut *lib.* 7. §. 73. & *l.* 9. §. 42. Vide & *l.* 9. §. 26. & *l.* 10. §. 11.

§. 14. Ὡς μέρος] Vide *l.* 2. §. 3.

Ἐναφανισθήσῃ] Vide *l.* 2. §. 12.

Ἀναληφθήσῃ] Verbum idem de Domino Jeſu, ſed ſenſu pavlùm diverſo uſurpatur, Marc. *cap.* 16. *v.* 19. & *Act. cap.* 1. *v.* 2.

dam interveniente in rationem ſeminalem recipieris.

§. 15. Multæ thuris glebulæ in ara eadem; alia citiùs, alia ſeriùs decidit: citiùs avtem an ſeriùs, nihil intereſt.

§. 16. Intra decimum diem Deus illis ipſis videberis, qibus nunc pro bellua & ſimia haberis, ſi ad decreta rationiſque cultum te retuleris.

§. 17. Tu nè tanqam annorum millia aliqot adhuc victurus, rem geras. inſtat fatum. dum vita ſuppetit, dum datur, bonus eſto.

§. 18. Quantum is otii lucratur ſibi, qi non animadvertit, qid proximus qis dixerit, egerit, cogitaverit; ſed qid ipſe tantùm agat, qo id juſtum

εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν καὶ μεταβολικόν.

§. 15. Πολλὰ λιβανωτοῦ βωλάρια ὁπὶ τοῦ αὐτοῦ βωμοῦ, τὸ μὲν προκατέπεσεν, τὸ δὲ ὕστερον. [a] Διαφέρει δ' οὐδέν. a L.2,§.14. Inf.§.47.

§. 16. Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν [b] Θεὸς αὐτοῖς δόξεις, οἷς νῦν κὰν πίθηκος, ἐὰν ἀποκάμψῃς ὁπὶ τὰ δόγματα, καὶ τὸν σεβασμὸν τοῦ λόγου. b Sup. §. 3.

§. 17. Μὴ ὡς μύρια μέλλων ἔτη ζῆν. [c] τὸ χρεὼν ἐπήρτηται. [d] ἕως ζῇς, ἕως ἔξεστιν, ἀγαθὸς γίνου. c L.2.§.4. d L.8.§.22. l.10.§.16. e L.2.§.8.

§. 18. [e] Ὅσην * ἀσχολίαν κερδαίνει, ὁ μὴ βλέπων, τί ὁ γειτόνιον εἶπεν, ἢ ἔπραξεν, ἢ διενοήθη. ἀλλὰ [f] μόνον τί αὐτὸς ποιεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῦτο δίκαιον Inf.§.24. * ἐυσχολ. f Inf.§.25. l.5.§.34.l. 7.§.55.67.

ANNOTATIONES.

v.2. 11. 22. Et indè ἀνάληψις, de ejuſdem aſcenſione uſurpata Lucæ *Evang. c.* 9. *v.* 51. Verùm in iſtis τὸ ἀνὰ ſubvectionis ſignificatum obtinet, ut rectè Beza; non *reſtitutionis*, uti Budæus & Eraſmus de voce altera, ſed ratione tamen havd eâdem uterqe, cenſuerunt. qum Marco *reditum* & *reſumptionem* deſignet. qomodo & mors Salomoni *reditus* dicitur ſive *receptio*, ubi *corpus* aſſerit *ad terram unde ſumptum eſt, reverti, ſpiritum ad Deum, à qo prodierit, recipi. Eccleſ. c.* 12. *v.* 7. Vide *l.* 7. §. 49.

Εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν] id eſt, *Deum* ipſum, unde deciſus, & cujus pars es. Laërtius *l.* 7. *c.* 136. in *Zenone* de Deo. Ὥσπερ ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα περιέχεται, ἕτω καὶ τὸν ὅλον σπερματικὸν λόγον ἔνια τοῦ κόσμου, &c. *Qemadmodum in fœtu ſemen contmetur, ita & hunc, qum ſeminalis ratio mundi ſit*, &c. Vide *infrà* §. 21, 23.

§. 15. Τὸ μὲν προκατέπεσεν, τὸ δ' ὕστερον] Vide *infrà* §. 47, & 48, & 50. Seneca *Epiſt.* 99. *Reſpice celeritatem rapidiſſimi temporis, cogita brevitatem hujus ſpatii, per qod citatiſſimi currimus, obſerva hunc comitatum generis humani eòdem tendentis, minimis intervallis diſtinctum, etiam ubi maximus videtur.* Et *Epiſt.* 49. *Non poſſunt longa intervalla eſſe, in ea re, qa tota brevis eſt.*

§. 16. Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν Θεὸς αὐτοῖς δόξεις] Novi eſſe videntur argumenti iſta: nihil ſtatuo tamen. Poſſunt avtem intelligi, vel de mutatione ac metamorphoſi illâ ſtupendâ, qam in ſapiente ſuo prædicabant Stoici, & exagitat Plutarchus in *Stoic. paradox. pag.* 1057. *E.* utpote qâ ὁ χθὲς ἴχθυς & ἅμα κὰν κάνις & τήμερον ἄφνω μεταβέβληκεν εἰς ἀρετὴν, καὶ γέγονεν ἐκ βυσσοῦ καὶ ἀχρεῖ καὶ λυγρῦ γέρων τις, ἐυπρεπὴς, θεοειδὴς, καλλίμορφος. ὁ κάκιστος πρωὶ, δεῖλης ἄριστος. ὁ καταδαρθὼν ἔμπληκτος, καὶ ἀμαθὴς, καὶ ἄδικος, καὶ ἀκόλαστος, καὶ δοῦλος, καὶ πένης, καὶ ἄπορος, αὐθημερὸν ἀνίσταται καὶ βασιλεὺς, καὶ ὅλβιος γεγονὼς: σώφρων τε καὶ δίκαιος, καὶ βέβαιος, καὶ ἄδοξος. ὃ γίνεται φύσας, ὃδ' ἦεν ἐν σώμασι νέφ καὶ ἀπαλῷ, ἀλλ' ἐν ἀσθενεῖ καὶ ἀπαλῇ ψυχῇ καὶ ἀνάνδρῳ καὶ ἀβεβαίῳ, τῶν τέλειον, ἄκρων φρόνησιν, ἰσόθεον διάθεσιν, ἀδόξαστον ἐπιστήμην καὶ ἀμετάπτωτον ἕξιν ἰσχνὸς, καὶ ἐξαίφνης ἥρως τις, ἢ δαίμων, ἢ Θεὸς ἐκ θηρίου τοῦ κακίστου γενόμενος. *Qi beri erat inſenſiſſimus & peſſimus, hodie ſubito mutatus eſt in virum bonum, atqe ex rugoſo, & pallido, & miſello ſilicernio decorus, dei ſimilis, formâ eximiâ. Is qi mane fuit deterrimus, ſub veſperam optimus eſt: & qi ſomno ſe dedit ſtolidus, ineptus, injuſtus, luxurioſus, ſervus, pauper, inops: eâ ipſe die ſurgit rex, dives, beatúſqe factus, pratereáqe temperans, juſtus, conſtans, opinionum ut qiſqam maximè vacuus. Non ille barbâ, avt pubertate nata in adoleſcente & tenero corpore, ſed in imbecilla teneraqe anima, adde effeminata & inconſtante adeptus mentem perfectam, extremè probam prudentiam, affectionem divina æqalem, ſcientiam ab omni opinione purgatam, habitúmqe qi labefactari nullo qeat modo, & repente heros aliqis, genius, avt deus è beſtia factus peſſima.* vel etiam de vulgi mutabilitate, καὶ περὶ τοῦ εὐμεταβόλου τῶν τοῦ πλήθους δοκούντων, *ſuprà* §. 3. qibus hodiè qis bellua avt ſimia, eiſdémqe rurſus intra pavcos dies idem genius avt Deus. Ità Athenienſi populo, ut Ariſtophanes *eqit.*

Ὁ νῦν μὲν ὐδείς, ἄνριον δ' ὑπερμάγας.
Qi nullus hodie, cras futurus ſummus eſt.

De Menedemo Laërtius *lib.* 2. §. 140. Τὰ μὲν πρῶτα καταφρονεῖτο, κώων καὶ λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων. ὕστερον δ' ἐθαυμάσθη, ὥστε καὶ τὴν πόλιν ἐγχειρίσασθαι. *Primò contemptui haberi cœpit, caniſqe ab Eretrienſibus & delirus haberi. Poſtea verò in ſumma admiratione omnium fuit, adeo ut civitatis qoqe gubernacula ſibi traderentur.* Inſigne avtem inconſtantiæ popularis iſtius exemplum in Chriſti famulis ſacra pagina ſuppeditat. Pavlus & Barnabas Lyſtris à populo pro diis habiti humanâ formâ indutis; Οἱ Θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις, κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. *Dii aſſimilati hominibus deſcenderunt ad nos.* iidem pavlò pòſt λιθασθέντες, *lapidibus impetiti*, & pro mortuis jam habiti, extra urbem projiciuntur. Lucas *Act. c.* 14. *v.* 11, 19. Contrà Pavlus idem à Melitenis pro *homicida* vel *facinoroſo* habitus, qem *Nemeſis* ultrix à tergo inſeqeretur, dum viperam è manu pendentem conſpicantur; mox tamen idem ab iiſdem pro *numine* ſuſpicitur, ubi beſtiam abſqe læſione ulla excuſſam vident. μεταβαλλόμενοι ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι. *mutati dicebant eum eſſe Deum. Ibidem c.* 28. *v.* 4. 6. Meliùs avtem hìc Gvilielmus Xylander. *Intra decimum diem Deus videberis eis, qi te nunc beſtiam & ſimiam putant, ſiqidem ad præcepta & venerationem mentis reflectas*, &c. qàm Mericus Caſavbonus qi è contrario ſic extulit; *Intra decem dies Deus habeberis, qi, ſi ad dogmata rationiſqe veneration em redieris, nihilo te bruto mero avt ſimiâ præſtantiorem cenſebunt.* Pro Xylandro calculum dabit Epictetus, cujus hæc ſunt verba, *Enchir. cap.* 23. qæ & Marcus forſan ob oculos habuit cum hæc ſcriberet, certè Marci menti explicandæ commentarium exhibent luculentiſſimum. Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκεύαζε αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμακηνομένων σοῦ πολλῶν, ὡς ἐρεῖταί σοι, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν ἄυλη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρῦν μὲν μὴ σχῇς. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων ὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν χώραν καὶ τάξιν. μίμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν ἰμμένῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σοῦ πρότερον, ὕστερον θαυμάσονσιν. ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ τὸ καταγέλαστον. *Sapientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? ſtatim te para, qaſi futurum ſit, ut derideaeris, ut multi te ſubſannent, ut dicant, te ſubito Philoſophum exſtitiſſe, ut rogent, unde ſupercilium illud? tu avtem ſupercilium ne habeto: ea verò qa optima tibi videbuntur, ſic teneto, qaſi à Deo ſis in ea ſtatione collocatus. Caterùm memento, te, ſi in eodem ſtatu permanſeris, iis tandem admirationi fore, qi te prius deriſerunt. Sin eis ſuccubueris, dupliciter fore deridendum.* Vide *ad l.* 9. §. 34. & *l.* 10. §. 8. & *l.* 11. §. 16.

§. 17. Μὴ ὡς μύρια μέλλων ἔτη ζῆν] Nec iſta cum prioribus videntur cohærere. *Nè*, inqit, *tanqam annos innumerabiles victurus adhuc*, te geras: iſtud enim, avt ejuſmodi aliqid neceſſariò ſupplendum eſt. Seneca *ad Marc. c.* 11. *Qantos tumultus hoc tam contemptum animal movet? in qantas cogitationes oblitum conditionis ſuæ venit? immortalia, æterna voluptas animo, & in nepotes ac pronepotes diſponit; cùm interim longa conantem mors eum opprimit.* Bernardus *ad Evgen. de conſider. l.* 2. *Qi longiora ſibi vita metitur tempora, nonne verè ingreditur iter exterminii, tranſiens vita terminos productiori ſolicitudine? indè eſt qòd homines in præſentia à ſe exules per oblivionem, in alia per inanem ſolicitudinem migrant ſecula, non profutura, imò nec futura. at prudens homo longioris vita non abducetur incerto.* Vide *infrà* §. 32.

Τὸ χρεὼν ἐπήρτηται] *Feſtimandum eſt: inſtat à tergo mors.* Seneca *ad Marc. c.* 10. τὸ χρεὼν, mors, naturæ debitum. Syneſius *Epiſt.* 12. *el* μὴ τὸ χρεὼν ἔφθασε. *niſi mors prævenisſet.* Vide *l.* 2. §. 4. & *l.* 6. §. 30. & *infrà* §. 26.

Ἕως ζῇς, ἕως ἔξεστι] Qod Apoſtolus *ad Galat. cap.* 6. *v.* 10. ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθόν. *Dum tempus opportunum habemus, operemur bonum.* & qod Petronianus ille, ſed ſenſu ſeqiore;

Ergò vivamus, dum licet eſſe bene.

§. 18. Ὅσην ἀσχολίαν] imò ἐυσχολίαν. ità *infrà* §. 24. ἐυσχολώτερον. *Qi multò magis à negotiis vacat.* & *lib.* 12. §. 2. ἐυσχολήσειεν. *à negotiis portus vacabit.* Magnam ſibi tranqillitatem conciliat, qi aliena dicta, facta, cogitata non attendit. Contrà, ut Rex ſapientiſſimus *Prov. c.* 26. *v.* 17. *Prehendit avribus canem, qi liti alienæ immiſcet ſe.* In ejuſmodi ergò homines qadrat diverbium à Zenobio ac Svida relatum, Ἀνδρὶ Λήδῳ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' ἀυλὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο. *Lydo negotia cùm nulla eſſent, foras conqiſivit.* Vide *ad lib.* 2. §. 7. & *l.* 3. §. 4.

Ἀλλὰ μόνον τί ἀυλὸς ποιεῖ] Vide *ad lib.* 2. §. 8. 13.

* καὶ ἀγ. Jun. δεῖ, κ. τ. Lug.
* Ἀγάθωνα Xyl. Lug.
* μελὰ νωθείας Jun. V.N.Inf. §. 28.
* περιτρέπεσθαι. Boot.
a *L.* 5. §. 14.
l. 8. §. 57. *l.* 10. §. 11.
b *L.* 3. §. 10.
c *L.* 2. §. 17.
d Sup. §. 3.
e Inf. §. 51.
f Inf. §. 32.

δίκαιον ἦ, καὶ ὅσιον, * ἢ κατὰ τὸν * ἀγαθὸν μὴ * μέλαν ἦθος * περιβλέπεσθαι, ἀλλ' [a] ἐπὶ τῆς γραμμῆς τρέχειν ὀρθὸν, μὴ διερριμμένον.

§. 19. Ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπηρμένος, ἃ φαντάζεται, ὅτι [b] ἕκαστος τῶν μεμνημένων αὐτοῦ τάχιστα καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖται. εἶτα πάλιν καὶ αὐτὸς ὁ ἐκεῖνον ἀναδεξάμενος, [c] μέχρι καὶ πάντα ἡ μνήμη ἀποσβῇ ἀφ' ἑπτημένων καὶ σβεννυμένων προϊόντα. [d] τοῦτο δ' ὅτι καὶ ἀθάνατοι μᾶλλον οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη. [e] τί ἂν τεῦτο πρὸς σέ; καὶ ἁδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα; [f] ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα, τί ὁ ἔπαινος, πλὴν ἄρα δι' οἰκονομίαν τινα;

sit piúmque; nec, ut Agatho loqitur, mores nigros qod resipiat. non est itaque circumspiciendum, sed lineæ insistendum per qam citra evagationem omnem rectâ curras.

§. 19. Qi de fama posthuma solicitus est, non cogitat fore, ut unusqisque eorum qi ipsius meminerint, mox fato sit concessurus; & qi huic successerit, ipse pariter; donec tandem memoria omnis prorsus per suspicientes eosdémque mox extinctos protelata, & ipsa prorsus extingvatur. finge verò & immortales, qi tui meminerint, memoriámque tui & ipsam immortalem fore, qid hoc ad te tamen? nec ad mortuum jam dico, sed ad superstitem ipsum lavs qid facit? nisi forsan ratione dispensationis cujusdam.

omittis

ANNOTATIONES.

Ἡ καλὰ τὸν ἀγαθὸν] Xylandro libens accedo, qi pro ἀγαθὸν, Ἀγάθωνα substituit, cujus illud, τὸ μέλαν ἦθος, qod sequitur, fuerit. Annotator Lugdunensis ampliùs mutat, vúltque, δεῖ καλὰ τὸν Ἀγάθωνα. Verùm D. Junius ἀγαθὸν illud retinendum censet: totúmque locum, utì mox dicetur, reconcinnat.

Μὴ μέλαν ἦθος περιβλέπεσθαι] *non circumspicis nigros mores* Xylander. *aliorum*, nimirum Mericus. ut activo sensu verbum accipiatur. atqe ità *l.* 7. §. 55. Μὴ περιβλέπε ἀλλότρια ἡγεμονικά. *Nolito aliorum mentes circumspicere.* & *lib.* 5. §. 3. ἃ σὺ μὴ περιβλέπε, ἀλλ' ἰθεῖαν πέραινε. *Qæ tu noli attendere, sed rectà perge.* Cæterùm D. Bootius mavult περιβλέπεσθαι legi, ut respondeat τῷ τρέχειν ὀρθόν, qod mox sequitur. *Nè eorum instar, qi nigris ingeniis sunt praditi, circumagaris, & obliqus ac tortuosus incedas.* D. Junius denique neqe de *Agathone*, neqe de *moribus nigris* istic qicqam vult dici. Sic itaqe conjecturâ sanè probabili admodum, mutatione havd enormi, locum avtumat posse restitui, ut cum præcedentibus cohæreat; καὶ ὅσιον, καὶ ἀγαθὸν. μὴ μελὰ νωθείας περιβλέπεσθαι, &c. *ut qod facit, sit justum, & pium, & bonum: neqe cum pigritia & segnitie, sive qod segnium ac pigrorum est, circumspiciat; sed rectâ procedat.* Qid si Xylandri lectione ex parte admissâ, sic concinnaverimus? ἢ καλὰ τὸν Ἀγάθωνα μὴ μέλαν ἦθος ἦ. δεῖ δὲ μὴ περιβλέπεσθαι, &c. Viderint alii.

Ἐπὶ τῆς γραμμῆς] *qasi ad lineam ductam.* Sic Tertullianus *adv. Marc. l.* 4. *c.* 17. *Linea insistere*, pro in instituto persistere ac permanere. & *adv. Hermog. cap.* 39. *Lineis excidere.* pro, ab instituto & proposito deerrare & divagari. qod à re Geometrica tractum censet Hadrianus Junius *Cent.* 6. *Adag.* 75. à re Gymnica, Petrus Faber *Agonist. l.* 2. *c.* 7. cui potiùs accedo.

Τρέχειν ὀρθὸν] Ità *l.* 5. §. 14. Καλοῤῥώστως ὀνομάζουσι, τὴν ὀρθότητα τῆς ὁδοῦ σημαίνοντες. *Rectè factorum appellationem sortita sunt via rectitudinem significantes.* qod *l.* 8. §. 57. καθ' ἑνθὺ γίνεσθαι, *recta procedere.* & *lib.* 10. §. 11. ἑνθεῖαν πρεμεῖν, *recta proficisci.* Apostolus *ad Galat. cap.* 2. *v.* 14. ὀρθοποδεῖν, *recto pede incedere.* sicut Lucas, sed citra metaphoram istiusmodi, *Act. c.* 16. *v.* 11. & *c.* 21. *v.* 1. ἑνθυδρομεῖν, *rectum cursum tenere.*

Μὴ διερριμμένον] *Non vagum.* Xylander nunc in hanc partem, nunc in illam procurrentem, & incerto qodam animi æstu jactatum & abreptum, & qasi disjunctum. qod in sacris Scripturis occurrit toties, *neqe ad dextram neqe ad sinistram*, i.e. nevtrobiqe *declinando. Devt. c.* 2. *v.* 27. & *c.* 5. *v.* 32. & *c.* 17. *v.* 11. 20. & *c.* 28. *v.* 14. *Prov. c.* 4. *v.* 25, 26, 27. *Jos b. c.* 1. *v.* 7. & *c.* 23. *v.* 6. *Reg. Hist. l.* 1. *c.* 6. *v.* 12. & *l.* 2. *c.* 2. *v.* 19. 21. & *l.* 4. *c.* 22. *v.* 2. & *Annal. l.* 2. *c.* 34. *v.* 2. *Esaj. c.* 30. *v.* 21. qia τρέχειν ὀρθὸν præcesserat. Potest tamen ab oculorum affectione sumptum esse; eâ nimirum, qam Galenus *comment. in Hippocr. prognost.* 1. 10. ἵππον dici testatur, qando oculi sunt ἀσηρικλοι, καὶ κινούμενοι διὰ παντὸς, *instabiles & perpetuo motu agitati.* id vitium aliqando insitum, aliqando est adventitium. de isto Hippocrates *prænot. Coac.* §. 218. Πονηρὸν γὰρ, τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαῤῥίπτειν. *Malum est oculos freqenter agitare ac jactare.* hoc est, ὀφθαλμὺς διεῤῥιμμένους ἔχειν. Et huc allusum fuerit, si περιβλέπεσθαι retineatur.

§. 19. Ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπηρμένος] Retundi meritò digna vanitas illorum, qi de nomine suo propagando & ad posteros transmittendo solicitè satagunt. nec tamen, qam sui sit memoriam relicturus, cùm & in honorem numinis & in bonum publicum conducat, incuriosum prorsus esse qenqam fas est. Optimè Plato *Epist.* 2. Ἀνάγκη γάρ, ὡς ἔοικε, μέλειν ἡμῖν καὶ τοῦ ἔπειτα χρόνου. ἐπειδὴ καὶ τυγχάνουσι καλά τινα φύσιν, οἱ μὲν ἀνδραποδωδέσταλοι ὀλίγα φροντίζοντες αὐτῶν, οἱ δ' ἐπιεικέσταλοι, πᾶν ποιοῦντες, ὅπως ἂν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὖ ἀκούσωσιν. *Cura enim habenda est nobis temporis subsequentis. Fit enim naturâ qadam, ut ignavissimi homines nihil curent, qæ sit de ipsis futura opinio: probatissimi autem viri cuncta faciant, qo in futuris seculis bene inter homines audiant.* Verùm ἐπηρσθαι περί τι, est rei alicui nimiopere addictum esse, ut ad eam qasi attonitus & perculsus consistas, avt saltem pro re eximia & admiratione dignâ habeas: qomodo erga famam posthumam affici est à ratione omni alienum. Socrates apud Platonem in *Phædone*, σωφροσύνην definit, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπηρσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως. *Cupiditatibus non esse vehementius addictum, sed parvi pendere & modestè habere.* Aristoteles *hist. animal. l.* 6. *c.* 18. Καλὰ πάντων δὲ τῶν ζώων κοινὸν, τὸ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἡδονὴν ἐπηρσθαι, τὴν ἀπὸ τῆς ὀχείας μάλιστα. *Commune autem omnium animalium est, ut cupidine, voluptatéque rei maximè venereæ gestiant atqe incitentur.* Ibidem *l.* 9. *c.* 8. Οὕτω δὲ σφόδρα καὶ οἱ πέρδικες, καὶ οἱ ὄρτυγες ἐπηρσθησαν περὶ τὴν ὀχείαν, ὡς εἰς τοὺς θηρεύοντας ἐμπίπτουσι, καὶ πολλάκις καθιζάνουσιν ἐπὶ τὰς κεφαλάς. *Usqe adeo tum perdices tum coturnices libidine gavdent, ut in aucupantes corruant, & sæpe numero capitibus eorum resident.* qod Plinius *l.* 10. *c.* 33. vertit; *Rabie qi dem tantâ feruntur.* qomodo Flaccus *serm. l.* 2. *Sat.* 3.

Insanit veteres statuas Damasippus emendo.

hoc est, ἐπηρσθαι περὶ τοὺς ἀνδριάντας. Marcus ipse *l.* v. §. 6. μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι. *neqe rebus istiusmodi addictum esse.*

Ἕκαστος τῶν μεμνημένων] Vide *ad lib.* 2. §. 17. & *infrà* §. 35.

Διὰ ἐπηρμένων] *Per attonitos inani famâ* Xylander, ut de gloriam ambientibus dictum sit. non accedo. hunc enim jam rebus humanis exemptum præsumit. Meliùs Casavbonus *per admirantes.* alius est ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπηρμένος, *qi de fama posthuma laborat, & circa eam insanit qodammodo.* alii οἱ ἐπηρμένοι istic, *qi cum* vitâ jam functum *admirantur, celebrántque qasi cum stupore qodam.* Heraclitus apud Plutarchum *de leg. Poet. pag.* 28. *D.* Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπηρσθαι φιλεῖ. *Stultus qovis verbo percellitur.* qod idem *lib. de audiend.* τῶν θαυμαστικῶν esse ait, *eorum qi nihil non admirari laudibúsqe efferre solemne habent.*

Τί ἂν τοῦτο πρός σε] Seneca *Epist.* 77. *Ad nos nihil pertinebit posterorum sermo.* Boethius *Consol. lib.* 2. *c.* 7. *Qid est qod ad præcipuos etiam viros, qi virtute gloriam petunt, de fama post resolutum morte supremâ corpus attineat? nam si, qod nostræ rationes credi vetant, toti moriuntur, nulla est omnino gloria: cùm is, cujus ea esse dicitur, non extet omnino. Sin verò sibi mens bene consciа terreno carcere resoluta, cælum libera petit, nonne terrenum negotium sternet, qæ se, cælo fruens, terrenis gavdet exemptam?* Festivè lusit in hanc mentem, qisqis fuit, *Anthолog. l.* 3. *c.* 6. 4.

Ὄνομά μοι. τί δὲ τοῦτο; πατρὶς δέ μοι. ἐς τί δὲ τοῦτο;
Κλεινὸς δ' εἰμὶ γένος. εἰ γὰρ ἀφανεστάτη;
Ζήτας ἐνδόξως, ἔλιπον βίον. Εἰ γὰρ ἀδόξως;
Κεῖμαι δ' ἐνθάδε νῦν. τίς τινι ταῦτα λέγεις;
Nomen mihi: qid hoc? patria vero mihi. qid hoc qoqe?
Clari sum generis. qid si obscurissimi?
Vivens gloriosè reliqi terram. qid si ingloriè?
Jaceo verò hic nunc, qis? cui hæc dicis?

Πρὸς τὸν ζῶντα τί ὁ ἔπαινος;] siqidem δόξα καὶ ἀδοξία, τῶν ἀδιαφόρων εἰσίν. *Honor & ignominia rebus mediis sunt annumeranda.* ut *suprà lib.* 2. §. 11. Deinde; ut Aristoteles *Ethic. lib.* 1. *cap.* 3. Δοκεῖ ἡ τιμὴ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ τῷ τιμωμένῳ. *Honor videtur potius esse illum exhibentium, qàm illorum qibus exhibetur.* itaqe non est οἰκεῖόν τι. Vide *infrà* §. 20.

Δι' οἰκονομίαν τινά] hoc est. ὡς μὴ μόνον πιστὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀξιόπιστον φανῆναι. *Ut non simus solum fideles, sed etiam videamur fide digni.* Clemens *pædag. l.* 3. *c.* 11. Itaqe Julianus *de viduit. c.* 22. *Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.* Et Avgustini nom. *ad fratr. in erem. Orat.* 52. *Conscientia nobis necessaria est, fama proximo: qi conscientiâ fidens famam negligit, crudelis est.* Verùm ut nostri mentem meliùs assequamur, dogma Stoicum περὶ δόξης καὶ ἐπαίνου, sive de *fama* & *laude*, penitiùs pavlò est introspiciendum. Illi, ut Laërtius *l.* 7. in *Zenone*, ἐν τοῖς ἀδιαφόροις, i. e. *in rebus mediis*, qæ nec bonæ nec malæ sunt, ista ponebant: qod & nos-

tos

omittis enim intempestivè id qod in te natura posuit, dum ab aliorum interim sermonibus pendes.

§. 20. Bonum etiam qalecunqe, ex se bonum existit, & in sese terminatur, nec partem sui ullam lavdem habet. itaqe lavdando nec melius, nec deterius efficitur. atqe hoc de eis qoqe dico, qæ vulgari sermone bona dicuntur: putà, de rebus corporeis artiúmqe operibus. qod est igitur verè bonum, id nihilo ulteriùs indigebit, non magìs qàm lex, qàm veritas, qàm benevolentia, qàm modestia. ecqid enim horum vel lavde fit bonum, vel corrumpitur vituperio? smaragdus num deterior fit, nisi lavdatur? qid avrum, ebur, purpura, pugio, flosculus, arbuscula?

§. 21. Animæ si perennant, qomodo eas ab æ-

* πάρες γὰρ νῦν ἀκαίρως τῷ φυσικῷ δόσιν, ἄλλῳ πινὸς * ἐχόμφυον λόγῳ λοιπόν. * παρεὶς, vel παρίης f. παριέντες Boot.

§. 20. Πᾶν τὸ κ) ὁπωσοῦν καλὸν, ἐξ ἑαυτοῦ καλόν ἐστι, κ) [a] ἐφ' ἑαυτῷ καταλήγει, οὐκ ἔχον μέρος ἑαυτοῦ [b] τ ἔπαινον. ὅτε γὰν χεῖρον ἢ κρεῖττον γένε) τὸ ἐπαινούμενον. τοῦτό φημι κ) ἐπὶ τ κοινοτέρων καλῶν λεγομένων. οἷον ἐπὶ τ ὑλικῶν, κ) ἐπὶ τ τεχνικῶν κατασκευασμάτων. τὸ) δὴ ὄντως καλόν * τινος χρείαν ἔχ), ἐ μᾶλλον ἢ νόμος, ἐ μᾶλλον ἢ ἀληθ)α. ἐ μᾶλλον ἢ σύνεσα, ἢ αἰδώς. τί τούτων ἀφ' τὸ ἐπαινεῖσθ) καλόν ἐστιν, ἢ ψεγόμφυον φθείρε) ; [c] σμαράγδιον γὰρ * ἑαυτοῦ χεῖρον γένε), ἐὰν μὴ ἐπαινῇ) ; τί) χρυσὸς, ἐλέφας, πορφύρα, μαχαίριον, ἀνθύλλιον, δενδρύφιον ;

* [ἄ]τινος, vel τίνος.

a L. 5. §. 34. l. 9. §. 31.

b L. 6. §. 2.

c L. 7. §. 15.

* [ἄχ] i. Lug.

§. 21. Εἰ μένουσιν αἱ ψυχαὶ, πῶς αὗται ἐξ αἰδίου

ANNOTATIONES.

fter facit, *l.* 2. §. 11. Verùm ἀδιάφορα illa cùm distingverent, A in τὰ προηγμένα κ) τὰ ἀποπροηγμένα, in *praposita & rejecta*, ut Cicero vertit: de qibus vide *ad l.* 3. §. 11. in *prapositis*, i. e. *qa æstimationem & pretium aliqod haberent*, ut Seneca *de beat. cap.* 22. τὴν εὐδοξίαν habebant. Cùm avtem rursus *prapositæ* sive *præferenda* illa in tres ordines dispescerent, ut qædam *per se preponenda* dicerentur, qædam *propter usum*, qædam *propter utrumqe*; περὶ τῆς εὐδοξίας, *de bona fama*, in qo trium istorum ordine ei sedem tribuerent, inter se Stoici dissentiebant. Siqidem, ut Cicero *de finib. lib.* 3. §. 57. Chrysippus & Diogenes, *Utilitate detracta, nè digitum qidem ejus cavissà porrigendum esse dicebant*, atqe hoc est, qod Marcus hìc dixit, εἰ μὴ B δι' οἰκονομίαν τινά) qi avtem post eos fuerunt, cùm Carneadem sustinere non possent, *Propter se prapositam & sumendam* esse dixerunt, essèqe *hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene avdire, à parentibus, à propinqis, à bonis etiam viris*, idqe *propter rem ipsam*, non *propter usum*: dicúntqe, *ut liberis consultum volumus, etiamsi posthumi futuri sint, propter ipsos*; *sic futura post mortem fama, tamen esse propter rem, etiam detracto usu, consulendum.* Verùm si cui otium & animus est, adeat Senecæ *Epist.* 102. in qâ is de *claritate*, qam à *fama* secernit, utrùm *bonum* sit necne, argutiolis Stoicis adscitis, fusissimè disceptat. Dio qidem Prusæus *Orat.* 24. *p.* 280. Ἐπεὶ τόγε ἐπαινεῖσθ) καθ' ἑαυτὸ ὑπὸ ἀνθρώπων ἀνοήτων, C οἷοί πέρ εἰσιν οἱ πολλοὶ, ἢ τὸ δύνασθ) ἐν τοῖς τοιούτοις, ἢ τὸ ἡδέως ζῆν, οὐδὲν ἂν διαφέροι πρὸς εὐδαιμονίαν, τῷ ψέγεσθ), κ) μηδὲν ἰσχύειν, κ) ἐπιπόνως ζῆν. *Qoniam lavdari per se à fatuis hominibus, qale est vulgus, avt posse aliqid, avt jucundè vivere inter ejusmodi, nihil differt à vituperari, nihilqe posse & laboriose vivere qod felicitatem attinet.* Attamen, ut Galenus *therapevt. l.* 7. *c.* 1. Ὁ γάρ τοι τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἔπαινος, εἰς μὲν χρείας τινὰς ἐπιτήδειον ὄργανον ἐνίοτε γίγνε)αι τοῖς ζῶσιν. ἀποθανόν)ας δὲ οὐδὲν ὀνίνησιν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ζώντων ἐνίους. *Nam multorum hominum laus commodum ad usus nonnullos instrumentum viventibus aliqando est, mortuis certè nihil* D *prodest, sicuti nec viventibus qibusdam.* Marcus ipse etiamsi havd multùm istud alioqi facere videatur, *lib.* 3. §. 16. & *infrà* §. 51. hac tamen ratione, prout testatur Capitolinus, *Erat famæ suæ curiosissimus*: *& malè loqentium dictis, vel literis vel sermone respondebat.* Idémqe, *Nihil magìs timuit & deprecatus est, qam avaritiæ famam*: *de qi se multis epistolis purgat.* Nec silendum hìc Chrysippi illud in *lib. de Rhetorica.* Οὕτω ῥητορεύειν κ) πολιτεύεσθ) τὸν σοφὸν, ὡς κ) τὸ πλῆθ ὀνίνα- E σθαι, κ) τῆς δόξης, κ) τῆς ὑγιείας. *Ita oratorum atqe rempublicam gestarum sapientem, ut qi divitias, gloriam ac sanitatem bona arbitretur.* Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 1. dum nimirum ad aliorum rationem captúmqe sese accommodat. éstqe ista etiam οἰκονομία τις, ut Marcus hìc loqitur. Vide *ad l.* 11. §. 18. Πολλὰ κα)' οἰκονομίαν γίνε)αι.

Πάρες γὰρ νῦν] Xylander. *Omitte enim naturæ munus huic tempori non conveniens, de qo suo loco erit disserendum.* Verùm ista ex contextùs verbis qâ ratione erui possint non video. Lego itaqe παρίης. *omittis enim nunc & amittis*, τὴν φυτικὴν δόσιν, *qod natura tibi concessit.* nimirum, ut qod tui est officii agas, tuâ solius conscientia contentus degas, omniáqe tua in te reposita habeas. ut *suprà* §. 3. 8. & *l.* 2. §. 11. 13. & *infrà* §. 29. sic *infrà* §. 32. Ἀφίνα)ας ποιεῖν τὸ κα)ὰ τὴν ἰδίαν κα)ασκευὴν, κ) τούτῳ ἀρκεῖσθαι. *Cùm id interim facere, qod conditioni propriæ consentaneum erat, neglexerint.* & *lib.* 6. §. 16. Τὸ κα)ὰ τὴν ἰδίαν κα)ασκευὴν κινεῖσθαι, κ) ἵστασθαι. *Secundum conditionis suæ rationem moveri, seqe sistere.* Vide *l.* 5. §. 36.

Ἄλλως τινὸς ἐχόμενοι λόγου λοιπόν.] lego, ἐχόμεν). *dum ab alterius sermone pendes.* nisi si placuerit cum D. Bootio legere; παρέντες, & ἔχομεν λόγον, *omittimus qod nostrum est, dum alterius rei*, qæ scilicet parum ad nos facit, *rationem habemus.* Sensus, utrumvis admiseris, idem futurus est. Cæterùm λοιπὸν illud vult idem esse novæ periochæ initium; ut legi debeat, Λοιπὸν, πᾶν τὸ κα) ὁπωσοῦν καλὸν, &c. *Denique qicqid pulcrum & ità ex se pulcrum est, ut aliena laus ei nihil adjiciat.* &c. cui libens assentior. Siqidem pari modo Marcus bis, usurpásse *superius* §. 3. deprehendo. qanqam & τὸ λοιπὸν satis crebrò etiam sententiam clavdit. Sic Epictetus *lib.* 1. *c.* 29. Σιώπα λοιπόν. *Taceto deinceps.* Et Chrysostomus *in Rom. Orat.* 8. *p.* 93. *D.* Δείξας τοίνυν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ τοῦτο, κα) τὸν Δαβὶδ ἐπάγει λοιπόν, &c. *Id ergò Abraha exemplo cùm declaravit, & Davidem adduxit deinceps*, &c. Itaqe distinctionem receptiorem in versione secutus sum.

§. 20. Πᾶν τὸ — καλὸν ἐξ ἑαυτοῦ καλόν] Itaqe Galenus *hortator. c.* 10. Τὸ ἀληθινὸν κάλλος ἀκριβῶς ἐξετάζειν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ προσιόντων ἀπάντων γυμνωθέν. *Vera pulcritudo certo exploratur ipsa per se, rebus omnibus foris obvenientibus nudata.* Vide *l.* 6. §. 40. & *l.* 9. §. 31.

Οὐκ ἔχον μέρος τι ἑαυτοῦ τὸν ἔπαινον] Est enim ὁ ἔπαινος τῶν ἔξω. ut *suprà* 19.

Οὔτε γὰν χεῖρον ἢ κρεῖττον τὸ ἐπαινούμενον] Gregorius Nazianzenus *de pace Orat.* 3. §. 15. Ἐμὲ δ' οὐκ ἀμείψουσιν οἱ εὐφημοῦντες, ἢ δυσφημοῦντες, ὥσπερ οἱ βορβόρῳ μῦρον ἀναμιγνύντες, ἢ μύρῳ βόρβορον, κα) τὰς ποιότητας τῇ ἐπιμιξίᾳ συγχέοντες, ἵνα δυσχεράνω τὰς βλασφημίας ὡς μεθισάμενος. ἢ πολλὰ ἂν κατίδοιμι χρήματα τοῖς ἐπαινέταις, εἴ με βελτίω τοῖς ἐπαίνοις εἰργάζοντο. νῦν δὲ οὐχ ὅτω)ο ἔχει. πόθεν; ἀλλ' ὅπερ εἰμὶ, τοῦτο μένω κα) δυσφημούμενος κα) θαυμαζόμενος. *Nec stem me vel lavdatores vel vituperatores immutabunt, qemadmodum qi cæno unguentum, avt unguento cænum admiscent, ac per mixtionem qalitates confundunt, ut maledicos sermones, tanqam à me ipso mutatus, graviter & iniqo animo feram. Nam alioqi multas pecunias lavdatoribus numerarem, si me lavdando meliorem efficerent. Verùm aliter se res habet. Qod enim sum, hoc maneo, sive maledictis afficiar, sive lavdibus in cælum ferar.* Apud Plutarchum *de adulat. pag.* 59. *A.* Bio. Εἰ τὸν ἀγρὸν ἐμέλλεν ἐγκωμιάζων εὔφορον ποιεῖν κ) εὔκαρπον, οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν ἐδόκει, τέλο ποιῶν μᾶλλον ἢ σκάπτων κ) πράγματα ἔχων. ὁ τοίνυν ὑφ' ἑνὸς ἀνθρώπου ἄλλου ἂν εἴη ἐπαινῶν, εἰ τοῖς ἐπαινουμένοις ὠφέλιμός ἐστι κ) κάμφορος. *Qi agrum lavdando putat se redditurum fertilem, ac frugiferum potius qàm fodiendo & colendo. Non tamen homo absurdè facit lavdans, ubi id iis qi lavdantur est utile.* Verùm hoc rejicit, subjicitqe Plutarchus: Ὁ μὲν γὰρ ἀγρὸς ὑ γίνε)αι χείρων ἐπαινούμενος. ἄνθρωποι δὲ τυφλῶσι κ) ἀπολλύουσιν οἱ ψευδῶς κ) παρ' ἀξίαν ἐπαινοῦντες. *Atqe ager qidem lavdando non fit deterior*: *hominem inflant ac perdunt qi immeritò lavdant.* Cæterùm è contrario, *Virtutem lavdatam crescere, & immensum calcar gloriam habere, nec parvas animo vires addere*; Naso monuit *Ponti l.* 4. *el.* 2. & *trist. l.* 5. *el.* 12. Sed hoc est, qod Marcus vult, nihil rei cujusqam bonitati, eo ipso qod lavdatur, vel accedere vel decedere.

Τὸ δὲ δι' ὅλως καλόν τινος χρείαν ἔχει.] Lego τὸ δὲ δὴ ὅλως καλὸν [ἄ]τινος χρείαν ἔχει, sensu exigente & contextùs serie. nisi si ἐρωτηματικῶς legere placuerit, τίνος χρείαν ἔχει; *ecqâ re indiget?* Sed illud potiùs adjecta poscere videntur. τὸ ὅλως καλὸν Stoicis est *virtus* sola. Vide *ad l.* 2. §. 1.

Εὐνοια] Vide *ad l.* 2. §. 5.

Σμαράγδιον γὰρ ἑαυτοῦ χεῖρον] Annotator Lugdunensis negativam hìc fine cavssa interserit, qm oratio etiam in *edit. Lugd.* sit erotematica. σμαράγδιον avtem diminutè dixit, ut & mox, μαχαίριον, δενδρύφιον, ἀνθύλλιον. & *lib.* 2. §. 2. & *lib.* 7. §. 3. ὀσάριον, *ossiculum*, & *infrà* §. 41. ψυχάριον, *animulam.* qalia ab Aristophane in *Babyloniis* usurpata Aristoteles monet *Rhetor. l.* 3. *c.* 2. χρυσιδάριον, ἰμαλιδάριον, λοιδορημάλιον, τοτημάλιον, *avrulum, togulam, convicsolum, morbulum.* eáqe πρὸς τὸ ἔλατ)ον ποιεῖν, *ad rem* qâ de agitur, *deprimendam & elevandam* conducere plurimùm. nec alio fine usurpat Marcus noster. Vide *infrà* §. 48.

§. 21. Χωρεῖ ὁ αἰὼ] indè enim *animam* esse tenebant Stoi-

εὐδίᾳ χωρεῖ ὁ ἀήρ; πῶς δὲ ἡ γῆ χωρεῖ τὰ ἐκ τοσούτου
a L. 2. §. 3. αἰῶνος ἐμπιπτόμενα σώματα; ὥσπερ γὰρ ἐνθάδε, a
l. 6. §. 15. ἡ τούτων * πρὸς ἄλλα τινα ἀποδημοῦντα μεταβολὴ καὶ
* [μετὰ] πόσην τινὰ f. διάλυσις χώραν ἄλλοις νεκροῖς ποιεῖ. ἕτως αἱ εἰς
τὸν ἀέρα μεθισάμεναι ψυχαὶ, ἐπὶ ποσὸν συμμεί-
b L. 12. §. 5. νασαι μεταβάλλουσι, καὶ χέονται, καὶ b ἐξάπτονται,

terno ceperit aër? qomodo verò, qæ ab ævo tam immenso in ea condita sunt, corpora terra capit? sicut enim hîc corpora, ubi ad spatium aliqod temporis in terra permanserint, mutata & dissipata, cadaveribus aliis locum concedunt: ità & animæ, in aërem translatæ, ubi aliqandiu ibi perstiterint, mutantur, funduntur, succenduntur, in semina-

lem

ANNOTATIONES.

ri, *lib.* 2. §. 2. eodémqe reverti. *lib.* 7. §. 50.

Πῶς δὲ ἡ γῆ] *Et qomodo terra* Xylander. ac si qæstio proposita continuetur. cùm sit subjectio, & responsio, licèt interrogandi formulâ enunciata; qod & Casavbonus advertit. q. d. idem de animis in aërem emissis sentias, qod de corporibus terrâ conditis.

Πρὸς ἤν τινα ἐπιδιαμονήν] *in alium, qaliscunqe is fuerit, subsistendi modum* Casavbonus. qod nescio an vocabulum istud ferre possit. ego Xylandro assentior vertenti, *qum aliqandiu in terra delituère*, vel *permansere*. idem enim his verbis de animis, vult dicere, qod de corporibus mox illis, πρὸς ἤν τινα ἐπιδιαμονήν.

Ἐπὶ ποσὸν συμμείναντα] Animam corpore exutam *longævam* qidem, non *æternam* tamen avt *immortalem* prorsùs Stoici statuebant. Laërtius *l.* 7 §. 156. in *Zenone*: Τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἐπιμένειν. φθαρτὴν δὲ εἶναι. *Animam durare post mortem, esse tamen obnoxiam corruptioni.* Cicero Tusc. *l.* 1. §. 77. *Stoici vitæ usuram nobis largiuntur, tanqam cornicibus: diu mansuros (ajunt) animos, semper, negant.* Verùm nec hac in parte secum invicem conveniebant. Nam, ut Laërtius *ibidem* §. 157. Κλεάνθης μὲν πάσας ἐπιδιαμένειν φησὶ μέχρις ἐκπυρώσεως. Χρύσιππος δὲ τὰς τῶν σοφῶν μόνον. *Cleanthes universas ad mundi conflagrationem usqe permanere: Chrysippus verò sapientum duntaxat.* Seneca tum saltem etiam beatorum animas interituras; *ad Marc. c.* 26. *Nos qoqe felices animæ, & æterna sortitæ, cùm Deo visum erit iterum ista moliri, labentibus cunctis, & ipsi parva ruina ingentis accessio, in antiqa elementa vertemur.* Apud Evsebium *præpar. lib.* 15. *c.* 20. Numenius *de bono l.* 1. (qem cur, *de nostris*, appellet Lipsius *physiolog. Stoic. l.* 3. *c.* 11. ubi horum plæraqe retulit, ego nullus assequor) ex Stoicorum sententia; Διαμένειν τὰς τῶν ἀποθανόντων ψυχάς. *Defunctorum animos etiam post obitum supereresse.* Et mox: Τὴν δὲ ψυχὴν γενητήν τε καὶ φθαρτὴν λέγουσιν. ἐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγέντα φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν. Τὴν μὲν τῶν σπουδαίων, μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων. τὴν δὲ τῶν ἀφρόνων, πρὸς πόσους τινας χρόνους. *Animum porro & ortum habere, & interitum subire illum qidem, non tamen simulatqe corpore solutus est interire, sed manere per seipsum aliqamdiu: ac sapientium qidem animos ad extremam usqe rerum in ignem omnium dissolutionem: stultorum verò nonnisi aliqanto temporis intervallo supereresse.* Respexit horsum Dionysius Halicarnasseus (etiamsi leviculè nimis Lipsius, qi vel hoc argumento Stoæ vindicat, nisi si Stoicus statim censendus, qisqis Stoicum dogma aliqod recepset.) ubi dixit, *antiq. l.* 8. *pag.* 530. Εἰ δὲ ἄφθαρτοι μέχρι τοῦ παντὸς συγχύσεως αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ἔσαι, καθάπερ οἵονταί τινες, ἢ χρόνου, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν, τινὰ τῶν σωμάτων, ἐπιδιαμένουσι, μᾶλλον μὲν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐλάττους δὲ αἱ τῶν κακῶν. *Qod si anima nostra in perpetuum degunt immortales, ut qidam existimant, avt post relictum corpus aliqanto durant tempore, bonorum virorum longissimo, malorum contra perbrevi.* &c. Respexit & Tacitus in *Agricola*, ab eodem adductus; (qem tamen nemo, opinor, Stoicum fuisse suspicabitur) ubi ait; *si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur anima magna.* Nam qòd, ut Seneca *Epist.* 57. *existimabant animam hominis magno pondere extritam, permeare non posse, & statim spargi, qia non fuerit illi exitus liber.* qod & Statius *Theb. l.* 6. de avri scrutatore montis ruinâ oppresso;

— latet intus, monte soluto
Obrutus, ac penitus fractum obductumqe cadaver
Indignantem animam propriis non reddidit astris.

ridet ac refutat Seneca *ibidem*. *Qemadmodum enim*, inqit, *flamma non potest opprimi: nam circa id diffugit, qò urgetur: qemadmodum aer verbere avt ictu non laditur; nec scinditur qidem: sic animus, qi ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi: sed beneficio subtilitatis sua, per ipsa, qibus affligitur, erumpit.* Servius verò, unde habeat, nescio, qod de Stoicis asseruit *ad Æneid. l.* 3. dicere eos *tam diu durare animam, qandiu durat & corpus.* ideóqe Ægyptios *sapientia peritos, condita diutius reservare cadavera*, (qasi scilicet à Stoa dogma istud arripuerint) *ut anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia, nec citò ad alia redeat.*

Μεταβάλλουσι, καὶ χέονται, καὶ ἐξάπτονται] Non ergò usqe ad ἐκπύρωσιν, sive *conflagrationem*, ut illi superiùs adducti, permanere vult Marcus noster: sed *solvi, immutari, refundi, redaccendi*, ut aliis succedentibus & subeuntibus qotidie locum faciant: prout de corporibus dixerat in terram resolutis. Atqe hoc est fortasse qod Epiphanius voluit, ubi de Stoicis dixit. *l.* 1. *Hær.* 5. §. 1. Μεταγγισμούς τε ψυχῶν καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα καθαιρομένας σωμάτων, ἢ δ' ἂν πάλιν εἰσδυ-

A σας καὶ ἀναπαλιν γενομένας. *Adhæc animarum ex aliis in alia corpora transfusiones ac transitus admittunt. Eas qippe de corpore decedere, ac rursus ingredi, iterumqe gigni statuunt.* Et ex Epiphanio Joannes Damascenus in *lib. de hæres. Stoici animum de corpore in corpus migrare volunt.* Qo nomine Pythagoreis adjungit Stoicos Lactantius *institut. lib.* 3. *c.* 18. *Supereresse animam post mortem Pythagorici & Stoici dixerunt: eásqe non nasci, sed insinuari in corpora, & de aliis in alia migrare.* Ambigit certè Seneca *Epist.* 65. *Semel*, inqit, *hæc mihi videnda sint, an sæpè.* Verùm aliud longè hac in parte Stoicus noster hîc, qàm Pythagoras olim censebat. nec consentiunt sibi invi-
B cem in Stoicorum dogmate recensendo, avt Epiphanio Lactantius, cùm ille *animas* dicit ἀναπαλιν γενᾶσθαι; iste, non *nasci*, sed *insinuari* duntaxat; avt etiam sibiipsi Epiphanius, in eo qod subjungit; μέρος δὲ θεῖ καὶ ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἡγοῦνται. *Cæterùm particulam qandam Dei, eandémqe immortalem animam esse prædicant.* qomodo enim *immortalem* statuunt, qam *nasci sapius* contendunt? Utrumqe verò Stoicis falsò tributum ab Epiphanio asserit Dionysius Petavius. Habent tamen aliqid Stoici dogmati Pythagorico affine, qòd ex animarum materia qasi conflata & recocta novas procudi & produci statuunt. Verùm hac ratione, non magis *anima* qàm *corpori immortalita-*
C *tem* asserunt, non minùs *anima* qàm *corpori corruptionem* & *mortalitatem* adscribunt. Atqe hac ratione forsan accipi voluit, qod, referente Luciano *pag.* 866. Demonax Cynicus, interroganti, εἰ ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχή, *num anima esset immortalis*, respondit, ἀθάνατος, ἀλλ' ὡς πάντα. *immortalis, sed ut cætera omnia.* Vide *l.* 8. §. 18. Tale qid & Oraculum apud Stobæum *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 4. de Animis;

Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλης γενάμενος, ἠδ' ἀναβλαστών,
Ψυχὴ γοῦν μίμνει φύσεως ἀρρεύματι καινοῖς.
Ex alio tamen est alius, sempérqe novatur,
Natura insinuans sese genitalibus artis.

D Grotius. Servius interim, loco superiùs recensito, ait *mediam viam secutos, cùm Plato animam perpetuam dixerit, & ad diversa corpora transitum facere statim pro meritis vitæ prioris; Pythagoras verò, non* μετεμψύχωσιν, *sed* παλιγγενεσίαν *esse dicat, hoc est, redire*, sed *post tempus.*

Ἐξάπτονται] *connectuntur* Xylander. perperam. Verto. *accenduntur*, vel *succenduntur*. Seneca pariter *Epist.* 54. *Nos qoqe, & accendimur, & extingvimur.* Allusum est ad eorum dogma, qi *animam igneam* statuebant. in qo censu cum
E aliis havd pavcis & Stoici. Plutarchus *de Philos. placit. lib.* 4. *c.* 3. *de Anima natura*: Οἱ ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἀεροειδῆ ἔλεγον. οἱ Στωικοὶ πνεῦμα θερμόν. Δημόκριτος πυρῶδες σύγκριμα. *Anaxagorei corpus esse censuerant, idqe aerea natura. Stoici spiritum calidum. Democritus igneam compagem.* Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 46. Ἀναξαγόρας, Ἀναξιμένης, Ἀρχέλαος, Διογένης, ἀεροειδῆ. Οἱ Στωικοὶ, πνεῦμα νοερὸν, θερμόν. Παρμενίδης δὲ καὶ Πήγαθος, πυρώδη. Δημόκριτος, πυρῶδες σύγκριμα. Λεύκιππος, ἐκ πυρὸς εἶναι. Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης, ἐξ ἀέρος. Ἵππων ἐξ ὕδατος. *Anaxagoras, Anaximenes, Archelaus, Diogenes aeris naturam animæ tribuunt: Stoici spiritum intelligentem & calidum dicunt: Parmenides & Pegathus igneæ naturæ: Democritus igneam misturam: Leucippus ex igne, Diogenes Apollonias ex aere, Hippo ex aqa constare.* qo loco pro Πήγαθος legendum Ἵππωνος. Sic enim Theodoretus *Therapevt. l.* 5.
F *Tom.* IV. *pag.* 545. *C.* Ἀναξιμένης καὶ Ἀναξίμανδρος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Ἀρχέλαος, ἀεροειδῆ τῆς ψυχῆς τὴν φύσιν εἰρήκασιν. οἱ δὲ γε Στωικοὶ, πνευματικὴν, πλείστῃ μετέχουσαν τῇ θερμῇ. Παρμενίδης δὲ καὶ Ἵππασος καὶ Ἡράκλειτος πυρώδη. ὁ δὲ Ἡρακλείδης, φωτοειδῆ. Ἐπίκουρος δὲ τετάρων τινῶν ποιοτήτων κρᾶμα, πυρώδους καὶ ἀερώδους καὶ πνευματικῆς καὶ τετάρτης τινὸς ἀκαλουμάστου· ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς, μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους ὑσίας. Κριτίας δὲ, ἐξ αἵματος καὶ ἐξ ὑγροῦ. *Anaximenes & Anaximander & Anaxagoras & Archelaus aeream dixerunt animæ naturam esse. Stoici spiritualem qidem, sed qa calidi plurimum habeat. Parmenides, Hippasus & Heraclitus igneam hanc nuncuparunt. Epicurus commixtionem qatuor qarundam qalitatum, ignea videlicet, aerea, ac spiritualis, qartaqe præterea qa nomen non habeat. Empedocles mixtionem ex æthereâ aereáqe substantia. Critias verò ex sanguine & humido constare dixit.* De Democrito etiam Aristoteles *de anim. l.* 1. *c.* 2. Πῦρ τι καὶ θερμὸν φησιν αὐτὴν εἶναι. *Ignem qendam & calorem dicit esse ipsam.* Tertullianus *de anima c.* 5. *Animam effingunt Hipparchus & Heraclitus, ex igni; Hippon & Thales, ex aqa; Empedocles & Critias, ex sanguine; Epicurus, ex atomis; Critolaus & Peripatetici ejus, ex qinta nescio qa substantia: Stoici penè nobiscum, spiritum prædicant;* verùm hunc igneum. Apud Laërtium *lib.* 7. §. 157. Zeno &

Posi-

mutantur, funduntur, ſuccenduntur, in ſeminalem univerſi rationem receptæ; locúmqe hoc pacto faciunt aliis intra ſedes eaſdem inſuper recipiendis. hoc reſpondere licebit, ſi pro conceſſo ſumatur, animas corporibus eſſe ſuperſtites.

[a] εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμεναι, καὶ τέτων τὸν τρόπον χώραις τοῖς * συνοικιζομέναις παρέχυσι. τέτο δ' ἂν τις ἀποκρίναιτο, ἐφ' ὑποθέσει * ᾧ τὰς ψυχὰς διαμένειν. [a] Sup. §. 14. l. 6. §. 24. * προσυν. * σῷ Lug. χρὴ

ANNOTATIONES.

Poſidonius. Πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν. *Spiritum calidum dicunt animam eſſe.* Galenus *de anim. ſeq. corp. temperat. c.* 4. Stoicis animam eſſe κράσιν ἐν συμμετρίᾳ γιγνομένης τῆς ἀεροώδους καὶ πυροώδους ὑπίας, *temperamentum ex aerea igneaqe ſubſtantia ſymmetria factum.* Cicero *Tuſcul. l.* 1. *Zenoni Stoico animus ignis videtur.* Et *de natur. Deor. l.* 3. *Omnia Stoici ſolent ad igneam naturam referre; Heraclitum, opinor, ſecuti.* Et mox: *Dicunt omnem vim eſſe ignem, itaqe & animantes cùm calor defecerit, interire: & in omni natura rerum id vivere, id vigere, qod caleat.* Ità Chryſippus *de provid. l.* 1. Διόλυ μὲν γὰρ ὅλ ὁ κόσμος πυροώδης, ἰυθὺς καὶ ψυχή ἐσιν ἑαυτῷ καὶ ἡγεμονικόν. *Mundus enim omnino ignitus, ſtatim etiam animam ſuam & principem vim habet.* Idémqe de Sole pariter, qem ἔμψυχον καὶ πύρινον, *animatum & ignitum*, aſtríſqe, qæ etiam *animata* cenſebat, *de natur. l.* 3. Οἱ δ' ἀσέρες ἐκ θαλάσσης μετὰ τῦ ἡλίυ ἀνάπλοιται. *Stellæ in mariâ ſole accenduntur.* Qem idcirco hoc nomine exagitat Plutarchus *de Stoic. contrad. c.* 38. & *de commun. notit. c.* 41. qod cùm *animam* ſtatuat τῇ περιψύξει καὶ πυκνώσει, ὅιον σομώσει τινί, hoc eſt, *infrigidatione, & condenſatione, ferri inſtar, qod obfirmandi cauſſa, candens etiamnum, aqâ tingitur, produci*; unde & ψυχην παρὰ τὴν ψύξιν dictam. (vide *ad l.* 12. §. 24.) idem tamen, ὅταν ἐκπύρωσις γίνηται, διόλυ ζῆν καὶ ζῶον εἶναι, *tunc vivere cuncta atqe animari dicat, cùm ignitio qaſi qadam obvenerit*; itaqe ποτὲ μὲν τὴν ἄναψιν, ποτὲ δὲ τὴν περίψυξιν, ἀρχὴν ἐμψυχίας ποιεῖν, *nunc infrigidationem, nunc accenſionem principium animationes conſtituere.* cúmqe animam, qam πῦρ νοερὸν, id eſt, *ignem intelligibilem* definit, περιψύξει τινὶ produci velit; torqeri poſſe in Chryſippum, qod Cleanthes olim reſpondit, narranti cuidam, vidiſſe ſe ἐγχέλυς ἐν ὕδατι θερμῷ ζώσας, *anguillas qæ in aqa calidâ degerent*; ἐκεῖ ἐν ψυχρῷ αὐτὰς ἐψήσομεν, *In frigidâ igitur coqemus eas.* Sed & Porphyr. *ad Boethium de anima*, apud Evſebium *præpar. l.* 15. *c.* 11. Πῶς δὲ ἐκ αἰσχύνης γέμων, ὁ πνεῦμά πως ἔχειν αὐτὴν ἀποδιδὺς, ἢ πῦρ νοερὸν, τῇ περιψύξει καὶ ὅιον βαφῇ τῦ ἀέρος ἀναφθὲν, ἢ σομωθὲν; *Cui non ejus indignitatis plena videatur oratio, qi eo vel ſpiritum, vel ſpiritualem ignem contineri doceat, qi circumſtantis aeris refrigeratione, & aſperſo qaſi humore vel ſuccendatur, vel etiam roboretur.* Verùm de ignea animæ natura Stoicis conſentiunt, Phurnutus, an Cornutus, *de Deis c.* 3. Καὶ γὰρ αἱ ἡμετέραι ψυχαὶ πῦρ εἰσι. *Nam & noſtra animæ ſunt ignis.* Varro *de ling. Lat. l.* 4. *Ignis à naſcendo, qod hinc naſcitur, omne: & qod naſcitur, igneſcit; ideò calet: ut qi denaſcitur, ignem amittit, ac frigeſcit.* Et ibidem.

Ova parire ſolet genus' pennis condecoratum,
non animas, ut ait Ennius.
Indè venit, pullis divinitus inſinuans ſe,
Ipſa anima: —

ſive, ut Zeno Citticus, animalium ſemen ignis, qi anima & mens: qi calor è cælo, qia hic innumerabiles & immortales ignes. Itaqe Epicharmus Ennii de mente humana dicet;

Iſtic eſt de Sole ſumptus ignis, iſqe mentis eſt.

Sic enim Scaliger reſtituit. Idemqe Ennius in *Epicharmo* à Priſciano *l.* 6. prolatus:

Terra corpus eſt; at mentis ignis eſt.

Virgilius *Æn. l.* 6.

Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.

E noſtris etiam Lactantius; *de opific. Dei c.* 8. *eo* (*capite* ſcilicet) *mens, & ignis ille divinus, tanquam cælo, tegitur.* Cùm autem anima ignis haberetur, qo accenſo homines vivere, extincto emori neceſſe exiſteret; enatum eſt hinc delirium illud, de qo Servius *ad Æn. l.* 1. *Grave* nimirum *eſſe, perire navfragio, qia anima eſt ignea, & perire videtur in mari.* id qod tangit etiam Synefius in *Epiſt.* 3. digitum ſimul intendens ad dictum qoddam Homericum, qod huc trahi ſolebat; *Odyſſ. δ. v.* 511.

Αἰας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἀλμυρὸν ὕδωρ.
Ajax diſperiit, poſtqam bibit aqoris undam.

Εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμεναι] Laërtius. *l.* 7. §. 156. in *Zenone*; de Stoicis agens: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν ψυχὴν αἰσθητικὴν εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα. φθαρτὴν δὲ εἶναι. τὴν δὲ τῶν ὅλων ἄφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰ ἐν τοῖς ζώοις. *Opinantur verò animam ſenſibilem eſſe nobis ingenitum ſpiritum, eſſe tamen obnoxiam corruptioni. Cæterum univerſi animam eſſe incorruptibilem, cujus partes ſunt animantium animæ.* Qid clarius? Hinc tamen *immortalem eſſe animam* concludebat Pythagoras, referente Laërtio *l.* 8. *c.* 28. Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα τῦ αἰθέρος. — ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτὴν. ἐπειδὴ πῦρ καὶ τὸ ἀφ' ἧ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐσι. *Animam verò avulſionem æteris eſſe — eſſeqe illam immortalem, qandoqidem & id, à qo avulſa, eſt, immortale ſit.* Numenius *de bono l.* 1. apud Evſebium *Præparat. l.* 15. *c.* 20. Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ὅλῳ φασιν, ὃ καλῶσιν αἰθέρα. *Animum autem in univerſo eſſe ajunt, qem ætherem ipſi vocant.* — τὰς δὲ λοιπὰς προσπεφυκέναι ταύτῃ. *Ad eum vero reliqam multitudinem adhæreſcere.* Et mox: Ἔνιοι δὲ τὴν μὲν τῦ ὅλυ ἀίδιον. τὰς δὲ λοιπὰς συμμίγνυσθαι ἐπὶ τελευτῇ εἰς ἐκείνην. *Nonnullis etiam placet, univerſi qidem animum ſempiternum eſſe, reliqos verò ſub interitum cum eo miſceri.* Videmus hic, qis ſit ille λόγος σπερματικὸς, de qo iſtic; & *ſuprà* §. 14. & denuò *l.* 6. §. 24. Unam ſcilicet animam communem & univerſalem ſomniabant Stoici, unde reliqæ omnes eſſent qaſi deciſæ ſive qæ reliqarum omnium fons qidam exiſteret; in qem etiam denuò qaſi refunderentur. Vide *ſuprà* §. 4. *infrà* §. 23. & 34. & *l.* 9. §. 7. Verùm Mercurius Ægyptius, referente Tertulliano *de anim. c.* 33. dicit, *animam digreſſam à corpore non reſundi in animam univerſi, ſed manere determinatam.*

Ταῖς προσυνοικιζομέναις] *adventantibus.* Xylander *inſuper excipiendis*, atqe intra ſedem eandem recipiendis. Sed qoqo modo verteris, legendum videtur, προσσυνοικιζομέναις. nam Caſavbonus dum vulgatam ſeqitur ſcripturam, Marci mentem minùs cepit. Par mendum apud Tatianum *adv. Græc. pag.* 156. animadvertere licet. Πῶς ὕλη καλὸν προσυνάπλειν τὴν εἰς τὺς μεμηνότας βοήθειαν, καὶ μὴ τῷ θεῷ; *Aut qo jure inſanorum reſtitutio materiæ & non Deo tribuitur.* lege προσσυνάπλειν. iterata litera ſcriptorem minùs cavtum fugerat. Qod avtem de animabus Marcus, idem de hominibus pariter Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Ἔξελθε. δὸς ἄλλοις τόπον. δεῖ γενέσθαι καὶ ἄλλυς, καθάπερ καὶ σὺ ἐγένυ, καὶ γενομένυς ἔχειν χώρας, καὶ οἰκήσεις, καὶ τὰ ἐπιτήδεια. ἂν δ' οἱ πρῶτοι μὴ ὑπεξάγωσι, τί ὑπολείπεται; *Exi, da locum aliis: oportet alios ita naſci, ut & tu natus es, & natos habere locum, & habitationes, & victum. Si verò primi non diſceſſerint, qid relinqitur?*

Ἐφ' ὑποθέσει τῷ τὰς ψυχὰς διαμένειν] Nihil itaqe certi hîc ſtatuit Marcus. Sed & ambiguè paſſim loqitur. *l.* 3. §. 3. Εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον. *Si ad vitam alteram.* & *l.* 6. §. 24. Ἤτοι ἐλήφθησαν εἰς τὺς τῷ κόσμῳ σπερματικὺς λόγυς, ἢ διεσκεδάσθησαν εἰς τὰς ἀτόμυς. *Vel in eaſdem mundi rationes ſeminales recepti, vel in atomos pariter ſunt diſſipati.* & *l.* 7. §. 32. Ἤτοι σβέσις ἢ μετάστασις. *Vel eſt extinctio, vel tranſlatio.* qibus gemina habet, & *l.* 7. §. 50. & *l.* 8. §. 25. 58. & *l.* 10. §. 7. Nec aliter Seneca, qi veſtigium qâ figat, incertum planè ſe prodit; nunc in hanc partem, nunc in alteram inclinans, prout argumenti, in qo verſabatur, ratio trahere avt propellere videbatur. Polybium de fratre defuncto compellans, *c.* 28. *Nè invideris fratri tuo: qieſcit tandem tutus, tandem æternus eſt, fruitur nunc aperto & libero cælo: ex humili & depreſſo in eum emicuit locum, qiſqis ille eſt, qi ſolutas vinculis animas beato recipit ſinu. Erras: frater tuus non perdidit lucem, ſed ſecuriorem ſortitus eſt. non reliqit ille nos, ſed anteceſſit.* Helviam matrem de filii exilio mœrore plenam refocillans; *c.* 17. *Qalem me cogites, accipe. lætum ac alacrem, velut optimis rebus. Sunt avtem optima, qum animus — ad ſumma prorumpit, & pulcerrimo divinorum ſpectaculo fruitur, æternitatiſqe ſuæ memor, in omne qod fuit, futurúmqe eſt omnibus ſeculis, vadit.* Marciæ de filii exceſſu dejectæ animum erigens *c.* 25. *Non eſt qòd ad ſepulcrum filii tui curras. peſſima ejus, & ipſi moleſtiſſima iſtic jacent, oſſa cineréſqe: non magis illius partes, qàm veſtes, aliáqe tegumenta corporum. Integer ille, nihilqe in terris relinqens, fugit, & totus exceſſit: pavlúmqe ſupra nos commoratus, dum expurgatur, & inhærentia vitia ſitúmqe omnem mortalis ævi excutit; deinde ad excelſa ſublatus, inter felices currit animas; excipitqe illum cætus ſacer, Scipiones, Catonéſqe, utiqe contemptores vitæ, & mortis beneficio liberi.* & qæ ſequntur. Lucilio itidem ubi animum vult addere, & adverſus mortis formidinem confirmare, *Epiſt.* 102. *Cùm venerit dies ille, qi mixtum hoc dsvini humaniqe ſecernat, corpus hoc ubi invens, relinqam: ipſe me diis reddam. nec nunc ſine illis ſum, ſed gravi terrenóqe detineor. per has mortalis ævi moras, illi meliori vitæ longioriqe proluditur. qemadmodum novem menſibus nos tenet maternus uterus, & præparat, non ſibi, ſed illi loco in qem videmur emitti, jam idonei ſpiritum trahere, & in aperto durare: ſic per hoc ſpatium, qod ab infantia patet in ſenectutem, in aliam naturæ ſumimur partem. alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus. nondum cælum niſi ex intervallo pati poſſumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam proſpice: non eſt animo ſuprema, ſed corpori. Dies iſte, qem tanqam extremum reformidas, æterni natalis eſt. Depone onus. qid cunctaris, qaſi non priùs qoqe relicto, in qo latebas, corpore exieris? Hæres, & reluctaris. tum qoqe magno niſu matris expulſus es. gemis, ploras. & hoc ipſum flere, naſcentis eſt. ſed tunc debebat ignoſci. rudis & imperitus omnium veneras: ex materno viſcerum calido mollique fomento, afflavit aura liberior. Nunc tibi non eſt novum ſeparari ab eo, cujus antè pars fueras. aqo animo membra jam ſupervacua dimitte; & iſtud corpus inhabitatum diu pone. ſcindetur, obruetur, abolebitur. qid contriſtaris? ità ſolet fieri. pereunt ſemper velamenta naſcentium.*

χρὴ δ' οὐ μὴ μόνον ἐνθυμεῖσθαι τὸ πλῆθος τῶν θανατωθέντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἐκάστης ἡμέρας ἐσθιομένων ζώων, ὑφ' ἡμῶν τε καὶ ἄλλων

qin & reputanda eſt non ſepultorum tantum hoc modo corporum multitudo, ſed & animalium, qæ qotidie tum à nobis, tum à beſtiis, comedun-

ANNOTATIONES.

qid iſta ſic diligis, qaſi tua? iſtic opertus es, Veniet, qi te revelet, dies, & ex contubernio fœdi atqe olidi ventris educat. Hinc nunc qoqe tu, qantùm potes, ſubvola: jam hinc altius aliqid ſublimiúſqe meditare. Aliqando natura tibi arcana retegentur: diſcutietur iſta caligo; & lux undiqe clara percutiet. tunc in tenebris vixiſſe dices, cùm totam lucem totus aſpexeris: qam nunc per anguſtiſſimas oculorum vias obſcurè intueris, & tamen admiraris tam procul. qid tibi videbitur divina lux, cùm illam ſuo loco videris? hac cogitatio nihil ſordidum animo ſubſidere ſinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnes rerum eſſe teſtes ait, illis nos approbari, illis in futurum parari jubet, & æternitatem proponere. Vides, qàm magnanimè, qàm magnificè ſe effert, dum mulierculis ſolamina adhibet: dum Lucilium ſuum altiùs erigere conatur: dum Tyranni liberto fœdiſſimè adulatur: ὡς χαρὶς ὑπεξαιρέτως ἀναμφισβήτως de iſtis pronunciat. Verùm, ut idem ille *Epiſt.* 82. *Magna hæc verba excidunt, cùm mors propiùs acceſſit.* Vis igitur, qibus animam jam agens, rationibus ac cogitationibus ipſe ſe ſuffulciebat: & (ſi Lucretio ſaltem fidem adhibemus, qi de morti propinqis cecinit *l.* 3.

Nam vera voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, & eripitur perſona, manet res.)

Qid reverâ Seneca ipſe hac in parte ſenſerit? Avdi Lucilium ſuum alibi ſic alloqentem, *Epiſt.* 54. *Uni morbo qaſi aſſignatus ſum. ſatis aptè dici ſuſpirium poteſt. nullum mihi videtur moleſtius. aliud enim qicqid eſt, ægrotare eſt. hoc eſt animam agere. itaqe medici, hanc meditationem mortis vocant. faciet aliqando ſpiritus ille, qod ſæpe conatus eſt. Ego verò & in ipſa ſuffocatione non deſii cogitationibus lætis ac fortibus acqieſcere. Qid hoc eſt? inqam. tam ſæpe mors experitur me? faciat. at ego illam diu expertus ſum. Qando? inqis, antequam naſcerer. Mors eſt, non eſſe id, qod ante fuit: ſed qale ſit, jam ſcio.* (ità ſunt diſtingvenda, qæ in excuſis, ſerie continuatâ, ſenſu nullo bono, leguntur) *hoc erit poſt me, qod ante me fuit. Si qid in hac re tormenti eſt, neceſſe eſt & fuiſſe anteqam prodiremus in lucem: atqi nullam ſenſimus tunc vexationem. Rogo, non ſtultiſſimum dicas, ſiqis exiſtimet lucerna pejus eſſe cùm extincta eſt, qàm anteqam accenderetur? nos qoqe accendimur, & extingvimur: medio illo tempore aliqid patimur: utrinqe verò alta ſecuritas eſt.* Libet illud Tragici ex Phœniſſis hîc uſurpare *n.* 1682.

Ὁ δ' Οἰδίπους πῆ καὶ τὸ κλεῖν' αἰνίγματα;
Ubi nunc eſt Oedipus ille, & inclyta anigmata?

& Homericum illud *Odyſſ.* π. *v.* 181.

Ἀλλοίός μοι, ξεῖν', ἐφάνης νέος, ἠὲ πάροιθεν.
Alius mihi hoſpes appares qàm ante.

qantùm enim Seneca iſte ab illo mutatus; qi de *animæ immortalitate* tam erectè, tam elatè diſſerebat; tam diſertè, tam clarè, tam fidenter pronunciabat? Etenim qid iſta ſunt aliud qàm qod Evripides *Troad.*

Τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω.
Non eſſe natum, & mortuum eſſe, idem puto.

Qod Lucretius *l.* 3.

Reſpice item, qàm nil ad nos anteacta vetuſtas
Temporis æterni fuerit, qàm naſcimur, anté.
Hoc igitur ſpeculum nobis natura futuri
Temporis exponit poſt mortem denique noſtram.

qod Plinius *hiſt. nat. l.* 7. *c.* 55. *Omnibus à ſupremo die eadem, qa ante primum: nec magis à morte ſenſus ullus, aut corpori, aut animæ, qàm ante natalem.* qod ipſi deniqe in eadem *ad Marciam conſolatione* excidit, *c.* 19. *Mors nos in eadem tranqillitate, in qa anteqam naſceremur jacuimus, reponit.* Itaqe paſſim fluctuabundus, anceps, ambiguus. *Epiſt.* 63. *Fortaſſe; ſi modò ſapientum vera fama eſt, recepitqe nos locus alius; qem putamus periiſſe, præmiſſus eſt.* Et *Epiſt.* 76. *Si modo ſoluta corporibus anima manent, fœlicior illis ſtatus reſtat, qàm eſt dum verſantur in corpore.* Idem *Epiſt.* 117. *Cùm de animarum æternitate diſſerimus, non leve momentum apud nos habet conſenſus hominum, aut timentium inferos, aut colentium.* Verùm iſta ipſe rejicit, ridet, pro fabulis habet, *Epiſt.* 82. & *ad Marc. c.* 19. Imò ſomnii fermè loco ponit dogma hoc ipſum, ſive ὑπόληψιν potiùs. Ità enim *Epiſt.* 102. *Qomodo moleſtus eſt jucundum ſomnium videnti, qi excitat: avſert enim voluptatem, etiamſi falſam, effectum tamen vera habentem: ſic epiſtola tua mihi fecit injuriam. revocavit enim me cogitationi apta traditam, & iturum, ſi licuiſſet, ulteriùs. Juvabat de æternitate animarum qærere; imò meherculè credere. credebam enim facilè opinionibus magnorum virorum, rem gratiſſimam promittentium magis qàm probantium. dabam me ſpei tantæ. —ſubitò expergefactus ſum.* Ità & à Stoicis ſuis ſecedit Seneca, dum *non probatis*, uti ipſe cenſet, *aſſentitur temerè*, tum & ad Scepticos inclinat, dum in qo inſiſtat, *nihil certi* habere profitetur. Qid divinus ille Plato, avt Socrates potiùs, qo nemo in hoc negotio avt fortiùs avt fidentiùs avt efficaciùs etiam verſatus videtur? Diſſertationem ſcilicet uberrimam ſpecioſiſſimámqe in *Phædone pag.* 68. *B.* aggreſſurus his verbis præfatur: Ὡς κινδυνεύω ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι περὶ αὐτῶν τούτων ὁ φιλοσόφως ἔχειν, ἀλλ' ὥ-

A σπερ οἱ πάνυ ἀπαίδευτοι, φιλονείκως. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν περί του ἀμφισβητῶσιν, ὅπῃ μὲν ἔχει περὶ ὧν ἂν ὁ λόγος ᾖ, οὐ φροντίζουσιν, ὅπως δὲ ἃ αὐτοὶ ἔθεντο, ταῦτα δόξει τοῖς παροῦσι, τοῦτο προθυμοῦνται. καὶ ἐγὼ μοι δοκῶ ἐν τῷ παρόντι τοιοῦτον μόνον ἐκείνων διοίσειν. οὐ γὰρ ὅπως τοῖς παροῦσιν ἃ ἐγὼ λέγω δόξει ἀληθῆ εἶναι προθυμήσομαι, εἰ μὴ οἷά πάρεργον, ἀλλ' ὅπως αὐτῷ ἐμοὶ ὅτι μάλιστα δόξει, ὅτως ἔχειν. λογίζομαι γάρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, (καὶ θάσας ὡς πλειστακτικῶς) εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ ἐγὼ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πεισθῆναι. εἰ δὲ μηδὲν ἔσται τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε τὸν χρόνον αὐτὸν τὸν πρὸ θανάτου ἧττον τοῖς παροῦσιν ἀνιηρὸς ἔσομαι ὀδυρόμενος. ἡ δὲ ἀγνοιά μου

B αὕτη οὐ ξυνδιαστελεῖ (κακὸν γὰρ ἂν ἦν) ἀλλ' ὀλίγον ὕστερον ἀπολεῖται. *Qi in periculo ſum, ne in hoc ipſo tempore, non ut philoſophum hac in re me geram, ſed ut contentioſum atqe pertinacem, qod qidam homines à diſciplina alieniſſimi facere ſolent. Illi enim ubi aliqa de re ambigitur, non ut res ipſa, de qa agitur, ſe habeat, curant, ſed ut qæ poſuerunt ipſi, præſentibus videantur vera, obnixè contendunt. Atqe ego mihi videor in hoc duntaxat in præſentia ab illis differre, qod non, ut præſentibus probem ea qa dico, annitar, niſi qid prater rem fortè contigerit, ſed ut mihi ipſi vera qàm maximè videantur. Sic enim cogito dulcis amice, & vide qanto cum lucro ſit ratio mea. Si fortè*

C *vera ſunt qæ dico, opera pretium eſt ita credere: ſin autem nihil ſupereſt poſt mortem, attamen hoc qod mihi vita ſupereſt, tempore deplorando præſentibus minùs ero moleſtus. Hac autem ignorantia minimè perſeverabit mecum: malum id enim eſſet, ſed pavlò poſt delebitur.* Qid illa ejuſdem in *apologia* extrema? Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἐρχόνται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ. *Sed tempus eſt jam hinc abire, me, ut moriar, vos, ut vitam agatis: utrum autem ſit melius, Dii immortales ſciunt; hominem qidem ſcire arbitror neminem.* Cicero *Tuſc. l.* 1. qi & ipſe in hoc argumento *probabilia tantùm conjecturâ ſeqi* ſe profitetur, *cùm ultrà qò progrediatur, qàm ut veriſimilia dicat non habeat; certa dicturos, qi*

D *& percipi ea poſſe dicunt, & ſe ſapientes eſſe profitentur.* Qò faciunt & qæ loco ſuprà dicto Socrates ille idem pavlò antè poſuerat *pag.* 22. *D.* Τὸ γάρ τοι θάνατον δεδιέναι, ὦδέ ἄλλο ἐστίν, ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι μὴ ὄντα. δοκεῖν γὰρ οἰδέναι ἐστὶν ἃ οὐκ οἶδεν. οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον, &c. *Nam mortem timere nihil eſt aliud qàm ſapientem videri eum qi non ſit ſapiens. Qippe qum id ſit ſcire videri qa neſciat. Nemo enim ſcit, mortem* &c. Diſſertationem deniqe de argumento hoc ſuam, his tandem verbis (qod & Lactantio, *Inſtitut. l.* 7. *c.* 8. obſervatum) concludit, *Harum ſententiarum qa vera ſit: Deus aliqis*

E *viderit.* qid ſunt avtem, inqam, hæc omnia, niſi ignorantiæ hac in re propriæ ingenua confeſſio, claram ſatìs & illorum perſtrictionem in ſe continens, qi certi aliqid de ea ſtatuerent? Nec ſunt aliuſmodi, qæ in Phædone *pag.* 48. *B.* Magnus idem ille de ſe, ad ſuos; Νῦν δὲ ἴσως, ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην. *Nunc certò habetote, ſperare me ad viros bonos iturum: ſed hoc qidem haud omnino aſſeverarem.* ubi & de ſtatu animæ poſt mortem diſſertationem illam prolixam ſic clavdit *pag.* 84. *F.* Καλὸν τὸ ἆθλον, καὶ ἡ ἐλπὶς μεγάλη. τὸ μὲν οὖν ταῦτα διϊσχυρίσασθαι ὅτως ἔχειν ὡς ἐγὼ διεληλυθὼς, οὐ πρέπει νῦν ἔχοντι ἀν-

F δρί. ὅτι μέν τοι ἢ ταῦτ' ἐστὶν, ἢ τοιαῦτ' ἄττα, περὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰς οἰκήσεις, ἐπείπερ ἀθανάτου γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, τοῦτο καὶ πρέπειν ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι, οἰομένῳ ὅτως ἔχειν. καλὸς γὰρ ὁ κίνδυνος. *Præmium pulcrum eſt, & ſpes eſt ingens. Hæc igitur eo pacto ſe prorſus habere, qo ego expoſui, non decet virum ſanæ mentis aſſerere: eſſe tamen vel hæc, vel talia qadam circa animos noſtros, eorúmqe habitationes, qandoqidem animus ipſe immortalis apparet, & decere mihi videtur, & dignum qaſi periclitantem iſta exiſtimare. Honeſtum enim periculum eſt.* Sunt enim utiqe & hæc, prout priora illa, optantis ſperantíſqe potiùs, qàm ſpondentis ſtatuentíſ-

G ve, vera eſſe qæ opinatur: & in minore damno ponentis, etiamſi falſa avtumet. Scitè proinde Tertullianus de anim. *c.* 1. *Adeò omnis illa tunc ſapientia Socratis, non de fiducia comperta veritatis.* Ità ſummi illi philoſophi, ſapientiæ nomine turgidi, animæ æternitatem vitámqe futuram, *fide dimidiatâ*, ut Minutius loqitur, credebant, & qaſi per nebulam iſta intuebantur; conjecturis meris atqe humanis ſuſpicionibus nitentes. At nos Chriſtiani λόγου βεβαιοτέρου, cui inſiſtamus, habemus, ut Petrus *Epiſt.* 2. *c.* 1. *v.* 19. qibus *non caro & ſanguis*, ſed *Deus Pater, qi in cælis eſt*, Matth. *c.* 16. *v.* 17. & *filius*, qi *in ſinu patris exiſtit*,

H Joan. *c.* 1. *v.* 18. & ſpiritus, qi τὰ βάθη τοῦ θεοῦ *ſcrutatur, ad* Cor. *Epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 10. ea liqidò patefecerunt. Qo nomine nobis virtutis, veritatis, fidei, pietatis, ſanctitatis ſanctè colendi neceſſitas major incumbit; qi iſtarum præmia, fide certâ ſubnixi, ſperamus. *Rom. c.* 8. *v.* 24, 25. & *Hebr. c.* 11. *v.* 1. nec *ſpes* nobis *incerti*, ut illis, qod *Seneca Epiſt.* 10. Sed certiſſimi *nomen eſt boni. Rom. c.* 5. *v.* 5. Præſertim cùm illi, præmio-

duntur. qàm ingens enim horum turba abſumitur, & in veſcentium viſceribus hâc ratione qaſi ſepelitur? & tamen capit hæc omnia locus iſte, dum partim in ſangvinem, partim in

ζώων. ὅσ☉ γὰρ ἀριθμὸς καταναλίσκε῀, κ᾽ ἐτωσί πως ϑαπτε῀ ἐν τοῖς τ῀ τρεφομένων σώμασιν, κ᾽ ὅμως δέχε῀ ἡ χώρα * ἄυτη, ἀλλὰ τὰς ἐξαιμαλ[ώ- * αὐτὰ f.
σεις,

ANNOTATIONES.

miorum iſtorum incerti, iſtis tamen etiàm ad mortem uſque illaborandum atqe inhærendum cenſuerint.

Θάπ]εται ἐν τοῖς τρεφομένων σώμασι] Alluſiſſe videtur huc in dogmate Pythagorico explicando Ovidius *Metamorph. lib.* 15. *v.* 84.

Hev, qantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi;
Congeſtoqe avidum pingveſcere corpore corpus?

Clariùs de Metio Suffetio Ennius *annal. lib.* 2. apud Priſcianum, *lib.* 6.

Vulturis in ſylvis miſerum mandebat hemonem.
Hev, qàm crudeli condebat membra ſepulcro?

Lucretius *l.* 5. de homine à feris diſcerpto ac depaſto;

Pabula viva feris prabebat dentibus haviſtus,
Viva videns vivo ſepeliri viſcera buſto.

Attius Atreo, apud Ciceronem *Offic. l.* 1.

Natis ſepulcrum eſt ipſe parens.

Naſo de Tereo *Metamorph. l.* 6.

Flet modo, ſeqe vocat buſtum miſerabile nati.

Lycophron de Pelope:

Οὐ πάπτον ἐν γαμφαῖσιν ἑσπαία ποτὲ
Ἔρκυνι ἐριννὺς ϑυρία ξιφηφόρ☉,
Ἀσαρκα μιςύλαϛ᾽ ἐ]ύμβευσεν τάφῳ
Τὸν ὠλενίτην χόνδρον ἐνδια]ϱμένην.

Cujuſqe avum qondam in molaribus ſuis
Hercynna Educa, qa gerit ſeceſſitam,
Fartim minutal frendicans, tumulo indidit,
Humeri vorax epulata cartilaginem.

Scaliger. Idem de cadaveribus à feris dilaniatis & devoratis:

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλαγχνοῖσι τυμβευθήσεται,
Βρωθεὶς πολυσίχοισι καμπίων γνάθοις
Νὴρ ϑμος ἐϱμός. —

Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens. —

Et de Saturno:

Τύμβος γενὼς κένλαυρος ὠμόφρων σπορᾶς.

Prolis ſepulcrum triſte ſemiferus ſua.

Joſephus Scaliger. De ſe Ignatius *ad Romanos.* Κολακεύσατε τὰ ϑηρία, ἵνα μοι τάφος γένων]αι, κ᾽ μηθὲν κα]αλείπωσι τῶν τῦ σώματός μ᾽, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς, βαρύς τινι ἐυρεθήσομαι. *Adulationibus feras capite, ut mihi ſint ſepulcrum, & nihil de corpore meo relinqant, ut ne, ubi obdormivero, cuiqam gravis inveniar.* Valerius Maximus de Artemiſia *l.* 4. *c.* 6. *Qid de illo inclyto tumulo loqare, cùm ipſa Mavſoli vivum ac ſpirans ſepulcrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qi eam extincti oſſa potione aſperſa bibiſſe tradunt?* Apulejus *fab. Miles. l.* 5. *At hic jam tua eſt exiſtimatio, utrùm ſororibus pro tua cara ſalute ſolicitis adſentiri velis, & declinatá morte nobiſcum ſecura periculi vivere, an ſæviſſima beſtia ſepeliri viſceribus.* Qintilianus *declamat.* 12. *Æſtuant adhuc intra pectus ſepulta ventribus noſtris cognata viſcera.* Nicolaus Clemangius *Ep.* 33. *Patre in ſcropharum alvis impiiſſimâ crudelitate ſepulto.* Neotericus innominatus;

Alit cadaver alites, edit feras:
Vivum ſepulcrum mortuo ſic obtigit.

Prout & Andreas Cæſar *in Apocal. cap.* 16. A canibus devoratos, *canum ventres viva ſepulcra ſortitos.* Qod Ὑρκανίων τα- F φὴν, Diogenes dixit. Stobæus *tom.* 2. *tit.* 123. eò qòd Hyrcanis id ſolenne in propinqis ſuis; qi & eo fine canes alebant, qos κύνας ἐνλαφίους nuncupabant. Ex Oneſicrito Strabo *Geogr. l.* 11. Hàc ratione γύπες, ἔμψυχοι τάφοι. *Vultures animata ſepulcra.* Gorgiæ dicti: qem eo nomine perſtringit Hermogenes *de ideis lib.* 1. *cap.* 5. & Dionyſius Longinus *de ſublim.* 3. §. 6. Venter item ταφος καὶ τάρ]αρος, non *buſtum* avt *ſepulcrum* tantùm, ut ſuprà, ſed *Orcus* & *Tartarus.* Plutarchus *Conviv. pag.* 159. *B.* Τῷ γὰρ ὄντι τύτό ἐϛι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τάρ]αρος, ὡς ἐν ᾅδ᾽, δενδρῶν τινων ῥευμά]ων, καὶ πνεύμα]ος ὁμῦ καὶ πυρὸς συμπεφυρμένη, καὶ νεκρῶν πε- G ρίπλεως. *Revera enim corporis noſtri contaminatio ſunt iſta, atqe orcus veluti apud inferos exitioſis qibuſdam fluminibus, & ventis ſimul atqe igni confuſis, cadaveribusqe oppletus.* Ciborum conditura, ἐνλαφιαπρός. Idem *de eſu carn. Orat.* 1. Ἡμεῖς δὲ ὕτως ἐν τῷ μιαιφόνῳ τρυφῶμεν, ὥϛε ὄψου τὸ κρέας προσαγορέυομεν, εἶ]α ὄψων πρὸς αὐ]ὸ τὸ ὄψον δεόμεϑα, ὀνομιγνύν]ες ἔλαιον, οἶνον, μέλι, γάρον, ὄξος ἡδύσμασι Συριακοῖς, Ἀραβικοῖς, ὥσπερ ὅν]ως νεκρὸν ἐν]αφιάζον]ες. *Nos autem ita flagitioſas inter cades iſtas luxuriamus, ut carnem obſonii nomine dignemur, deinde obſoniis indigemus ad ipſam condiendam carnem, admiſcentes oleum, vinum, mel, garum, acetum, aromata Syriaca & Arabica, havd aliter ac ſi reverà cadaver humi condendum condiremus.* Et Porphyrius *de abſtinent. lib.* 2. §. 50. Ἦπου γε ὁ τῦ πατρὸς ἱερεὺς, αὐ]ὸς τάφος γίγνεϑαι νεκρῶν σωμά]ων ὑπομένει; *Num qi Patris ſummi ſacerdos eſt ipſum ſe cadaverum ſepulcrum ſuſtinebit?* Ità deniqe de Jona

A à balena abſorpto Baſilius Selevcienſis *Orat.* 12. *Edit. Commel. pag.* 104. Ἦν Ἰωνᾶς ἐν ζών]ι τάφῳ φερόμενος, νηχόμενον εἰκὼν δεσμ]ήριον, ἐγκυϱέμενος φάραγξι, ϑαλάτ῀ χωρίον οἰκῶν, νεκρῶν παν]οχεῖον, κ᾽ ζών]ων, οἰκῶν γαϛέρα ϑνάτ῀ μη]έρα. *Jonas in vivo ſepulcro ferebatur, nantem habitans carcerem, impactum gurgitibus, leti ſedem habitans, mortuorum receptaculum, non vivorum, habitans alvum mortis matrem.*

Καὶ ὅμως δέχε]αι ἡ χώρα ἄυτη] forſan, αὐτὰ, ut de *ventre* intelligatur: alioqi de terra ſumendum fuerit. De *ventre* avtem feſtivè Diphilus in *Paraſito* apud Athenæum *l.* 6.

— παλαιπωρό]ερον ᾠδέν ἐϛι γὰρ
Τῆς γαϛρὸς, εἰς ἣν πρῶ]ον ἂν πάν]' ἐμβάλοις,
Ἀλλ᾽ οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον. ἐν πήρᾳ φέροις
Ἄρτυς ἄν. ἀλλ᾽ κ᾽ ζωμὸν, ἢ διαφθερῶς.
Εἰς σπυρίδα μάζας ἐμβαλεῖς, ἀλλ᾽ κ᾽ φακῆν.
Οἰνάριον εἰς λάγηνον, ἀλλ᾽ κ᾽ κάραβον.
Εἰς τὴν Θεοῖς ἐχθρὰν δὲ ταύτην εἰσφορᾶς
Τὰ πάνθ᾽ ἑαυ]οῖς ᾠδὲν ὁμολογήμενα.

— *nam certè ventre nihil eſt miſerius:*
In illum cuncta conjicis: at in vas aliud
Idem non liceat: panem fers in mantica,
Jus non fers; aliter manticam corruperis:
In utrem villum immittis; non & carabum.
C *At in illum Diis invitum compingi ſolent*
Etiam qa inter ſe nil habent commercii.

Grotius. Alius qidam:

Hev, qàm ſtupenda nos agit voracitas!
Qicqid ferarúmve, pecoriſve paſcitur,
Qicqid volucrium aerem pennis qatit,
Qicqid profunda piſcium maria incolit,
Qicqid reponit terra frugum, fructuum,
Noſtris id omne ut ſepeliatur ventribus?

Seneca *Epiſt.* 89. *Profunda & inſatiabilis gula, hinc maria ſcrutatur, hinc terras. alia hamis, alia laqeis, alia retium va-* D *riis generibus cum magno labore perſeqitur. nullis animalibus, niſi ex faſtidio, pax eſt.*

Δίχε]αι] indè αἱ τῆς γαϛρὸς δεξάμεναι Philo *de agric. pag.* 192. *D.* Ἡ δὲ πρὸς πᾶν σι]ίον τε καὶ πο]ὸν ἄφε]ος εὐθὺς ὁρμήσασα, τάλ᾽ ἤδη εὐτρεπισθέν]α ἐπιλέγε]αι, καὶ πᾶσαν ἄλληλον καὶ ἄπληϛον ἴσχει τῶν ἀπόντων, ὡς καὶ αἱ τῆς γαϛρὸς ἀποπληρωθῶσι δεξάμεναι, μαζ῀γῶσαν ἔ]ι καὶ μαιμῶσαν τὴν ἀεὶ κενὴν ἐπιθυμίαν περιλέπτεσθαι καὶ περιφοι]ᾶν, μή τί πῃ παροραθὲν λοίψαιον ἄφε]ον, ἵνα καὶ τῦτο παμφάγῳ πυρὸς δίκην ἐπιλιχμήσηται. *Qi mox in omnes cibos potuſqe facto impetu, ex jam apparatis carpit qodlibet, immanem famem habens abſentium: ut etiam qum ventris ſentinam expleverit, concupiſcentia tamen avida & inanis etiam tum circumſpiciat, ne qid reliqum oculos* E *fugerit, ut hoc qoqe more ignis omnivori abligiuriat.*

Διὰ τὰς ἐξαιμαλ]ώσεις] ad verbum, *ob ſanguvificationes*: qia pars nimirum in ſangvinem convertitur. Alexander Aphrodiſienſis *problem. l.* 1. *q.* 118. vegetativæ animæ operationes recenſens; τὰς πέψεις τῶν τροφῶν, καὶ τῶν χυμῶν τὰς με]αβολὰς, κ᾽ τὰς ἐξαιμα]ώσεις, καὶ ἀναδόσεις, τὰς ϑρέψεις, τὰς ὁμοιώσεις. *Ciborum concoctiones, ſuccorum mutationes, & ſanguvificationes, & diſtributiones, aſſimilationes.* Galenus *ad Glavc. lib.* 2. *cap.* 12. Γενᾶσϑαι δὲ ἡμῖν τὸ μελαγχολικὸν περί]ωμα ἐν ἥπα]ι καϑ᾽ τὴν ἐξαιμάωσιν, ἀνάλογον τῇ καϑ᾽ τὸν οἶνον τρυγί. *Fecis vini ſimilem atra bilis redundantiam, dum in jecore ſangvis conficitur, generari.* Et indè ἡ ἐξαιματω]ικὴ, *ſangvinem generandi facultas.* Aphrodiſienſis *ibidem lib.* 2. *q.* 63. Ἡ ϑερμὴ καὶ ὑγρὰ συμμέ]ρως κρᾶσις τῦ ἥπα]ος βλαϛάνει τὴν ἐξαιμα]ωτικὴν δύναμιν, ἣ φυλάσσει καϑ᾽ τινας. ἡ δ᾽ ἐξαιμα]ωτικὴ, γενν῀ τὴν ἐξαιμάωσιν. ἡ δ᾽ ἐξαιμάτωσις, δείκνυσι τὸ ἔργον, αὐτὸ τὸ αἷμα. *Calida & humidi in jecore congruenter temperata mixtura facultatem generandi ſangvinem producit, vel juxta qosdam conſervat. Facultas vero generandi ſangvinem gignit ſangvinis effectionem, ſangvinis avtem effectio indicat opus, ipſum ſangvinem.* Idem & αἱμάτωσις. Galenus *de dogmat. Hipp. & Plat. l.* 8, *c.* 7. Ἡ πέψις ἡ σιτίων, ἥτ᾽ ἀνάδοσις, ἤϑ᾽ αἱμά]ωσις, ἥτι ϑρέψις. *Ciborum concoctio, diſtributio, ſangvificatio & nutritio.* Idémqe, Αἱμα]ῦται ἡ τροφὴ καϑ᾽ τὸ ἧπαρ. *In jecore alimentum in ſangvinem vertitur.* Scitè Clemens Alexandrinus *pædag. l.* 1. *c.* 6. ut oſtendat ex ſangvine lac conſiſtere. Εἰ τοίνυν ἡ μὲν κα]εργασία τῆς τροφῆς ἐξαιματῦται, τὸ δὲ αἷμα ἐκγαλακ]ῦται, παρασκευὴ γίνε]αι τὸ αἷμα τῦ γάλακ]ος. *Si ergò cibi qidem conjectio in ſangvinem mutatur, ſangvis vero lacteſcit, ſangvis eſt lactis præparatio.* Et mox, ut totam corporis humani fabricam ex ſangvine; καὶ δὴ τὸ καϑ᾽ γαϛρὸς, τὸ μὲν πρῶτον ὑγρῷ ἐϛι σύσασις γαλακ]οειδής. H ἔπειτα ἐξαιματυμένη σαρκῦται ἡ σύσασις ἄυτη. πηγνυμένη δὲ ἐν τῇ ὑσέρᾳ ὑπὸ τῦ φυτικῦ καὶ ϑερμῦ πνεύμα]ος, ὑφ᾽ ᾧ διαπλάττε]αι τὸ ἔμβρυον, ζωογονεῖ]αι. *Quietiam qi eſt in utero, primum qidem eſt lactea humidi coagulatio. deinde hac coagulatio in ſangvinem converſa caro efficitur: concreta avtem in utero à*

σῆς, ἀλλὰ τὰς εἰς τὸ ἀεροῶδες ἢ πυρῶδες ἀλλοιώσεις. τίς ἐπὶ τούτῳ ἡ ἱστορία τῆς ἀληθείας; διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν, καὶ εἰς τὸ αἰτιῶδες.

aëriam, igneámque naturam transmutantur. quænam est istic veritatis notitia? elicitur ea per distributionem rei in materiam & formam.

§. 22. Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδιδόναι. καὶ ἐπὶ πάσης φαντασίας σώζειν τὸ καταληπτικόν.

§. 22. Noli divagari; sed in omni conatu tuo justitiæ ratio habeatur, in omni viso intellectus integer servetur.

§. 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοστόν ἐστι, ὦ κόσμε

§. 23. Qicqid tibi convenit. ô Munde, convenit &

a L. 2. §. 12. l. 7. §. 29. l. 8. §. 11. l. 12. §. 10. 18. 29.
b L. 2. §. 7. l. 3. §. 4.
c Sup. §. 18. Inf. §. 32.
d L. 5. §. 36. l. 7. §. 54.
e L. 3. §. 4. 16. l. 6. §. 39. 44, 45. l. 7. §. 57.

ANNOTATIONES.

naturali & calido spiritu, à qo effingitur fœtus, vivificatur. Vide *l.* 10. §. 25.

'Εις τὸ ἀεροῶδες ἢ πυρῶδες] scilicet διὰ τῶν ἀτμίδων καὶ τῶν ἀναθυμιάσεων, *per vapores & exhalationes*, qorum illi ad *aëream*, an *aqeam* potiùs, istæ ad *igneam* naturam propiùs accedunt. Vide Aristotelem *meteor. l.* 1. *c.* 3.

Διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν καὶ εἰς τὸ αἰτιῶδες] hoc est, *in materiam & formam*, ut vulgò dicitur. De eadem hac divisione monet & *l.* 7. §. 29. & *l.* 8. §. 11. & *l.* 12. §. 29. addit tamen membrum tertium, τὴν ἀναφοράν, *finem*, *lib.* 12. §. 10. & qartum etiam, τὸν χρόνον, *tempus*, *ibidem* §. 18. Verùm ista duo sunt τῶν ἔξω τοῦ ὑποκειμένου, *illorum, qæ sunt extra subjectum*, duo illa tantùm τὰ συνιστώντα. *constituentia.* Laërtius *l.* 7. §. 134. in *Zenone.* Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην. τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν Θεόν. τοῦτον γὰρ ὄντα ἀίδιον διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα. *Videtur autem illis duo esse rerum omnium principia, faciens videlicet ac patiens. Qod igitur patitur, materiam esse sine qalitate substantiam. Qod autem faciat, rationem in ipsa esse deum. Hunc enim qippe sempiternum per ipsam omnem singula creare.* Vide *l.* 12. §. 30. Seneca *Epist.* 64. *Dicunt Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex qibus omnia fiant, causſam & materiam. materia jacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat. causſa autem, id est, ratio, materiam format, & qocunqe vult, versat: ex illa varia opera producit.* Et pòst aliis verbis: *Nempe universa ex materia & ex Deo constant. Deus ista temperat, qa circumfusa rectorem sequntur & ducem. Potentius autem est qod facit, qod est Deus, qàm materia patiens Dei.* Lactantius *Instit. l.* 7. *c.* 3. *Stoici naturam in duas dividunt partes. unam, qa efficiat; alteram, qa se ad faciendum tractabilem præstat. in illa prima esse vim faciendi; in hac materiam: nec alterum sine altero esse posse.* Reliqa pavlò pòst exhibebimus.

§. 22. Μὴ ἀποῤῥέμβεσθαι] Vide *ad l.* 2. §. 7. *nè aberres, vel tantillum, aut ab aqitate in conatibus, aut à veritate in assensionibus.*

'Επὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδιδόναι] Vide Senecam *Ep.* 89. *infrà ad* §. 32.

§. 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοστόν ἐστι, ὦ κόσμε] qia nimirum ipse mundi pars sum. Mundus avtem Stoicis Deus ipse. Vide *ad l.* 10. §. 21. Plutarchus *de Philosoph. placit. l.* 1. *c.* 7. Θεὸν καὶ κόσμον, καὶ ἀρετὰς, καὶ τὴν γῆν λέγουσι. τὸν δ' οὐρανὸν πάντων, οὗ ἐν αἰθέρι. *Adhæc deum esse mundum, stellas, terram: supremum avtem omnium deorum esse mentem, qa est in æthere.* Epiphanius *hæres. præfat.* Στωικοὶ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον κόσμον Θεὸν νομίζουσιν. *Stoici mundum hunc, qi sub sensus cadit, deum esse putant.* & *l.* 1. *hær.* 5. de eisdem: Φάσκοντες εἶναι τῶν τὸν Θεὸν, ἢ πανὸς τοῦ ὁρωμένου κόσμου, οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς, καὶ ἄλλων, ὡς ἐν σώματι ψυχή. *Deum esse mentem asserunt, qa totius aspectabilis moles, cæli nimirum ac terræ, cæterarumqe rerum velut corporis anima sit.* Arius Didymus in *Epitom.* apud Evsebium *præpar. l.* 15. *cap.* 15. Οἱ Στωικοὶ δὲ ὅλον τὸν κόσμον, σὺν τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, προσαγορεύουσι Θεόν. *Stoici mundum universum cum partibus ejus singulis deum appellant.* Seneca *qæst. nat. lib.* 2. *c.* 45. *Vis Deum mundum vocare? non falleris. Ipse enim est totum qod vides, totus operibus suis inditus, & se sustentans vi suâ.* Idem *Epist.* 94. *Totum hoc, qo continemur, & unum est. & Deus est: & socii ejus & membra sumus.* Manilius *Astronom. l.* 1.

Qâ pateat mundum divino numine verti,
Atqe ipsum esse Deum. ——

Plinius *nat. hist. l.* 2. *c.* 1. *Mundum & hoc, qod nomine alio cælum appellare libuit, cujus circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est.* Pertinet huc Æschyli illud, apud Clementem *Strom. l.* 5. & Evsebium *præpar. l.* 13. *c.* 13.

Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός.
Ζεύς τοι τὰ πάντα, χ' ὅ, τι τῶν δ' ὕπερτερον.
Æthera, tellusqe, & poli arx est Jupiter:
Est cuncta; & istis qicqid est sublimius.

Cui affine Ennii illud ex *Epicharmo* à Varrone lavdatum. *l.* 4.

Istic est is Jupiter, qem dico, qem Græci vocant
Aerem; qi ventus est, & nubes, himber postea,
Atqe ex himbre frigus; ventus pòst fit, aer denuo.
Hacce propter Jupiter sunt ista, qa dico tibi.

Pertinent & Evripidis illa toties repetita, à Cicerone *de natura Deor. l.* 2. §. 65. Plutarcho *de exil. ad princ. indoct.* & *physic. qæst.* 29. Luciano *Jove Tragœd.* Athenagora *in legat.* Clemente Alexandrino *hortat.* & *Strom. l.* 5. Evsebio *præpar. l.* 13. *c.* 13. Stobæo *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 3. aliis.

'Ορᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τὸν δ' ὑγρᾶ Θεόν.

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qi tenero terram circumvectu amplectitur,
Hunc summum habeto divûm, hunc perhibeto Jovem.

Qod Cicero licentiùs vertit;

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qi tenero terram circumvectu amplectitur,
Hunc summum habeto divûm, hunc perhibeto Jovem.

Castigatiùs Grotius:

Sublime fusum cernis immensum æthera,
Cujus tenetur uvidis amplexibus
Terra? hoc putato numen, hoc perhibe Jovem.

Et ex Evripide Ennius in *Thyeste* (unde & ex Evripidis tragœdia cognomine fuisse desumpta, proclivis est conjectura) apud Ciceronem *de nat. Deor. l.* 2. & 3. Apulejum *de mund.* Festum in *sublime*:

—— adspice hoc
Sublime candens, qem vocant omnes Jovem.

Uterqe Chrysippum expressit; qi, ut Cicero ibidem, *disputavit, Æthera esse eum, qem homines appellant Jovem.* Qod & Plato Comicus;

'Αήρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.
Aer, qem nuncupare qis Jovem qeat.

Respexit eadem & Lucretius verbis versibúsqe illis *lib.* 5.

Denique jam tuere hoc, circum superáqe, qod omnem
Continet amplexu terram: qod procreat ex se
Omnia; qod qidam memorant; recipítqe perempta.

Cato apud Lucanum *lib.* 9.

Jupiter est qodcunqe vides, qocunqe moveris.

Idem de *Deo* dogma Judæis Ethnici affingebant. cùm enim simulacra nulla admitterent, manus tantùm inter precandum cœlos versùs expanderent, *Cælum eis* pro *numine* habere avtumabant. Diodorus Siculus *lib.* 40. apud Photium *cod.* 244. *pag.* 1151. de Mose Judæorum legislatore verba habens, Ἄγαλμα δὲ Θεῶν τὸ σύνολον οὐ κατεσκεύασε, διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν Θεόν. ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν οὐρανὸν μόνον εἶναι Θεὸν, καὶ τῶν ὅλων κύριον. *At nullam omnino deorum imaginem statuámve fabricavit: qod in deum minimè cadere formam humanam; sed cælum hoc, qod terram circumqaqe ambit, solum deum esse, cunctáqe in potestate habere judicaret.* Indè illud Juvenalis *Sat.* 14.

Nil præter nubes, & cæli numen adorant.

Cæli numen, i. e. cœlum ipsum, qod numen illis est. ut numina Deorum, pro Diis ipsis. qo modo de Judæis iisdem Petronius,

Et cæli summas advocet auriculas.

Qanqam nec desunt, qi lumen legant. Sed ad exteros, Stoicos maximè, redeamus. Varro apud Avgustinum *de Civit. Dei lib.* 7. *c.* 6. *Deum se arbitrari animam mundi: & hunc ipsum mundum esse Deum.* qæ verba explicans Augvstinus: *Sicut hominem sapientem, cùm sit ex animo & corpore; tamen ab animo dicimus sapientem: ità mundum Deum dici ab animo, cùm sit ex animo & corpore.* Ea explicatio Avgustiniana lucem dat verbis, cùm Chrysippi apud Ciceronem, ubi suprà; *Vim divinam in ratione esse positam, & universa natura animo atqe mente: ipsumqe Mundum Deum dici, & ejus animi fusionem universam.* tum & Senecæ *qæst. nat. præfat. Qid est Deus? Mens universi. Qid est Deus? Totum, qod vides; & qod non vides, totum.* Atqe hæc est διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν καὶ τὸ αἰτιῶδες, de qa *suprà* §. 21. Distinctiùs pavlò Laërtius *lib.* 7. §. 137. in *Zenone.* Λέγουσι δὲ κόσμου τριχῶς. αὐτόν τε τὸν Θεὸν, ἐκ τῆς ἁπάσης οὐσίας ποιόν (sicut τὴν ὕλην ἄποιον contrà dicunt) ὃς δὴ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγέννητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως. καὶ αὖθις δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων. καὶ τρίτον, τὸ συνεχὲς ἐξ ἀμφοῖν. *Mundum verò tripliciter dicunt; ipsumqe deum, qi omni substantia qalitates formaverit, qi & incorruptibilis & ingenitus sit, opifex tanti operis ac ornamenti: ipsumqe ornatum astrorum, & tertium, qi sit ex utrisqe compositus.* Verùm sexfariam dici Κόσμον, sive Mundum, ex Diodoro monet Josephus Scaliger qem vide sis *ad Manil. l.* 5. ubi inter cætera, Κόσμος ἐστὶν ὁ διακοσμήσας πάντα. ἔοικε δὲ νῦν ἡ πρόνοια λέγεσθαι. *Mundus est, qi ornat omnia. videtur verò nunc dici providentia.*

'Ουδὲ

& mihi. nihil mihi immaturum vel ſerum eſt, qod eſt tibi tempeſtivum. fructûs inſtar id eſt omne mihi, qod tempeſtates tuæ, ô Natura, ferunt. à te omnia ſunt, in te conſiſtunt, ad te redeunt. *O urbs amica Cecropis*, inqit ille: tu verò non dicturus es, *O urbs amica Jovis.*

§. 24. *Pauca agas*, inqit, *ſi tranqillus eſſe cupis.* an non præſtiterat dixiſſe, qæ neceſſaria ſunt

ὦ κόσμε. [a] ἡδύ μοι πρόωρον, ἡδὺ ὄψιμον, τὸ σοὶ εὔκαιρον. πάντα μοι καρπὸς, ἃ φέρουσιν αἱ σαὶ ὧραι, ὦ φύσις. [b] ἐκ σοῦ πάντα [c], ἐν σοὶ πάντα, [d] εἰς σὲ πάντα. Ἐκεῖνο μὲν φησι, πόλι φίλη Κέκροπος. οὐ γὰρ ἐρεῖς, ὦ [e] πόλι φίλη Διός;

§. 24. [f] Ὀλίγα πρᾶττε, [g] φησιν, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν. * μὴ πολλὰ ἅπτεσθαι [h] τ' ἀναγκαῖα πράττειν,

a L. 10. §. 20. l. 11. §. 13. l. 12. §. 35.
b L. 6. §. 36. l. 10. §. 1.
c L. 8. §. 50.
d Sup. 14. 21. l. 8. §. 18.
e Sup. §. 3.
f L. 3. §. 11.
g Democritus.
* μηδὲν ἀπ. τῶν ἀν. Xyl.
h L. 11. §. 19.

ANNOTATIONES.

Υ̓δέν μοι πρόωρον, ἡδὺ ὄψιμον, τό σοι εὔκαιρον] Propertius *l.* 3. *Eleg.* 3. A

Optima mors, parcâ qa venit ipſa die.

ἐκ τῆ πεπρωμένη. Scaliger. de cæteris ſingulis paritor. Ità *l.* 11. §. 13. Ὃν δέχῃ τὸ νῦν τῇ τῶν ὅλων φύσει εὔκαιρον; *Annon amplecteris, qod univerſi naturæ nunc eſt tempeſtivum.*

Πᾶν μοι καρπὸς] Ità *l.* 2. §. 3. Παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, ὃ φέρει ἡ τοῦ ὅλου φύσις. *Illud eſt autem parti unicuiqe bonum, qod univerſi fert natura.* & *lib.* 10. §. 20. Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. καὶ τόδε συμφέρει, ἅτε ἐκείνῃ φέρει. *Confert cuiqe, qod fert cuiqe natura univerſi: & tum confert qando illa fert.* καρπὸς autem iſtic pro *emolumento*, qod ex re qapiam provenit, ut fructus ex ſtirpe vel arbore. Ità Apoſtolus *ad Philip. cap.* 1. *v.* 22. καὶ τόδέ μοι καρπὸς ἔργου, καρπὸς ἔργου, qod *opera pretium* Latinis. Vide *l.* 6. §. 30. B

Ὦ φύσις] qomodò *Mundum*, ità & *Naturam* dicebant. Seneca *de benefic. l.* 4. *c.* 7. *Qid enim aliud eſt Natura qàm Deus, & divina ratio, toti mundo & partibus ejus inſerta?* & *qæſt. nat. l.* 3. *cap.* 45. *Vis illum Naturam vocare? non peccabis. eſt enim ex qo nata ſunt omnia, cujus ſpiritu vivimus.* Ità iſti (Lactantii ſunt verba ſuperiùs pavlò poſitis ſtatim ſubjuncta) *uno Naturæ nomine res diverſiſſimas comprehenderunt, Deum & Mundum, artificem & opus. dicúntqe alterum ſine altero* C *nihil poſſe; tanqam Natura ſit Deus Mundo permiſtus. nam interdum ſic confundunt, ut ſit Deus ipſa mens Mundi, & Mundus ſit corpus Dei.*

Ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα] Meliùs iſta Apoſtolus noſter de *Deo*, *ad Rom. cap.* 11. *v.* 36. Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. *Propterea qod omnia ex eo, & per eum, & in ipſum ſunt.* Vide *l.* 12. §. 26. Pacuvius *Chryſe* apud Varronem *ling. Lat. l.* 4. & Ciceronem *de divinat. l.* 1. & 2.

Ὁ πολλὰ πράσσων, ἐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ.

Res agere multas, tuta vita haud eſt via.

Lipſius. Idemqe *Antiopâ*: apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 58.

Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὼν,
Μῶρος, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.
Qi multa ſatagit, nulla ubi neceſſitas,
Qum ſuaviter, agens nil, vivat, deſipit.

Et in *Oenomao*:

Ὁ πλεῖστα πράσσων, πλεῖστ' ἁμαρτάνει βροτῶν.
Peccare qiſqe plus ſolet, qò plus agit.

Grotius. Verùm Democriti illud rejicit Plutarchus *de tranqill.* in ipſo ferè libri limine. Ὁ μὲν ἓν εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα, μήτε πολλὰ πράσσειν, μήτε ἰδίᾳ, μήτε ξυνῇ, πρᾶον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὠνίον ἀπραξίας. ἔπειτα καὶ ψεῦδός ἐστι, τὸ εὐθυμεῖν τοὺς μὴ πολλὰ πράττοντας. ἔδει γὰρ εὐθυμοτέρας εἶναι γυναῖκας ἀνδρῶν, οἰκουρίᾳ τὰ πολλὰ συνούσας· ἐνίας δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν αὐτὸ πολλάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστησιν. *Cæterùm is qi dixit, animi tranqillitatem affectanti neqe privatim multa, neqe publicè debere agere: primum magno nobis emendam facit rem, venalem nimirum inertiâ. Deinde id qoqe falſum eſt, animo tranqillo eſſe eos, qi non agant multa. Oportebat enim mulieres viris eſſe animo qietiore, plerumqe domi in re familiari curanda deſidentes. Sunt qos ipſum otium in animi conjicit ægritudinem.* Nec abs re Ennius in *Iphigenia*, apud Gellium *l.* 19. *cap.* 10.

Otio qi neſcit uti, plus habet negotii,
Otii minus, qàm cùm eſt negotium in negotio.
Nam cui qod agat inſtitutum eſt, nullo negotio
Id agit, ſtudet ibi; mentem atqe animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit qid qidem velit.
Hoc ità eſt: neqe domi nunc nos neqe nunc militiæ ſumus.
Imus huc, hinc illuc, cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet.
Incertè errat animus; prater propter vita vivitur.

Ità verſus elegantes ſanè ſed miſerè deartuatos refingunt collatis ſymbolis viri clariſſimi Hugo Grotius, Clavdius Salmaſius, & Joannes Voſſius; qi Chori verba eſſe monet, qi militibus conſtabat Græcis, de otio ſuo, dum ob maris malaciam Avlide moram trahebant conqerentium. Sed & Marcus hîc Democriti præceptum refingit, & ad recti normam τεχνικῶς πάνυ defingit. Vide & *l.* 3. §. 5.

Μήποτε ἄμεινον τ' ἀναγκαῖα πράττειν] Fruſtra Xylander, qem & Caſavbonus eſt ſecutus, iſta, dum Marci mentem non eſt aſſecutus, immutavit, & conjecturam ſuam in textum intulit, μηδὲν ἄμεινον τῇ ἀναγκαίᾳ πράσσειν. At Marcus, Democritus, inqit, *conſulit ei, qi tranqillum ſtatum obtinere vult, ut nè multa agat: at tu vide, nè ad hunc finem conducat potiùs, ut neceſſaria qis agat, & qa conſtitutioni ſuæ ſint accommoda.* Deeſt ὥρα, vel βλέπε, vel ejuſmodi qippiam: qod non animadverſum Xylandrum in fraudem induxit. Prout & ſimilis ellipſis ab Apoſtolo uſurpata, *ad Tim. Ep.* 2. *c.* 2. *v.* 25. in verbis illis; Ἐν πραΰτητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν, &c. *cum lenitate erudientem eos*, expectando ſive experiendo, *num aliqando Deus illis* F *ſit reſipiſcentiam daturus*; non obſervata, vulgato interpreti impoſuit, anſámqe dedit vertendi, *Eis qi reſiſtunt, neqando Deus det illis pœnitentiam*, qaſi eo modo dictum ſit, qo illud Matth. *cap.* 13. *v.* 15. Μήποτε ἴδωσι καὶ συνῶσι τῇ ἐπιστρέψωσι: *Ne qando cernant oculis, & corde intelligant, & ſe convertant.* qum, ut rectè Iſidorus Peluſiota *l.* 2. *Epiſt.* 270. Μεταβολὴς ἐλπίδα, ἐκ ἀναίρεσιν ἐμφαίνει. *Spem pœnitentiæ, non ſublationem ſignificat.* Contrà planè, qàm in Eſajæ loco *c.* 6. *v.* 9. ab Evangeliſta prolato, in qo interpretando lapſus eſt è contrario bonus Iſidorus. qin & idem D. Joannem Leiſfildum τὸν μακαρίτην fugiens, in cavſſa fuit, qod Apoſtoli verba illa interpretatus eſt de oppoſita prorſus voluntati divinæ in natura humana diſpoſitione, qâ homines ità affecti ſunt, ut reſipiſcentiam dare parato numini renitantur. qod eò moneo, in eundem lapidem nè impingat qiſqam denuò. Occurrunt ellipſes huic geminæ in ſcriptis ſacris apud Moſem *l.* 1. *c.* 3. *v.* 22. & *cap.* 11. *v.* 4. & *c.* 42. *v.* 4. Matthæum Evang. *c.* 25. *v.* 9. Lucam *Act. c.* 5. *v.* 39.

Τ' ἀναγκαῖα πράττειν] Supervacuas & minimè neceſſarias occupationes reſcindere monet, eiſque duntaxat intendere, qæ aliqâ ſaltem ratione neceſſaria exiſtant. qod monitum & rurſus repetitum dat, *l.* 12. §. 18. At nobis *in ſupervacuis*, non *ſubtilitas*, ut Seneca *Epiſt.* 106. ſed *tempus*, imò *vita* ferè *tota*,

a L. 9.§.10. 12. σὴν, ἢ [a] ὅσα ὁ ἐν φύσει πολιτικῇ ζῴῳ λόγος αἱρεῖ, καὶ ὡς αἱρεῖ. ἔστι γὰρ ὁ μόνον τοῦ ὄντος ἐν καλῶς πράττειν ἀφυμίαν φέρων, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὄντος τὸν ὀλίγα πράττοντα. τὰ πλεῖστα γὰρ ὧν λέγομεν καὶ πράττομεν, ἐκ ἀναγκαῖα ἐστὶ, ἐὰν ἡμᾶς ἀφέλῃ, εὐσχολώτερον καὶ ἀπραγμονέστερον ἔσεσθαι. ὅσην δεῖ καὶ παρ' ἕκαστα ἑαυτὸν παρομιμνήσκειν, μή τι τῶν ἀναγκαίων; Δεῖ δὴ μὴ μόνον πράττειν τὰς μὴ ἀναγκαίας ἀφαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ φαντασίας. ἵνα γὰρ ἐκ ἐπεισέλθωσι ἐπαναλαμβήσωσι.

b Sup. §.18. l.12.§.2.

c L.2.§.16. l.3.§.4.

d L.1.§.16. Sup.§.13.

e L.3.§.16. l.6.§.66.

f L.3.§.3. 12.l.7.§.5.

g L.7.§.16. l.9.§.32.

h L.7.§.31. l.10.§.9.

i L.9.§.4. 20.28.

k L.2.§.3.l. 5.§.8.l.8.§. 23.27.

§. 25. Πείρασον, πῶς σοι χωρεῖ καὶ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου βίος, τοῦ [c] ἀρεσκομένου μὲν τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις, [d] ἀρκουμένου δὲ τῇ ἰδίᾳ [e] πράξει δικαίᾳ καὶ [f] ἀλαθίσῃ ἐυμβαινῃ.

§. 26. Ἑωράκας ἐκεῖνα; ἴδε καὶ ταῦτα. σεαυτὸν [g] μὴ πάρεσο. [h] ἁπλοῦν σεαυτόν. ἁμαρτάνει τις; [i] ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. συμβέβηκέ σοι τι καλῶς; [k] ἐκ τῶν ὅλων, ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθειμαρμένα καὶ συνεπλεγμένα.

agas, qæque animantis civilis ratio dictat, & qo modo dictat. istud enim non eam duntaxat, quæ bona agendo, sed & eam, quæ pavca agendo comparatur, tranqillitatem producit. pleraqe enim eorum quæ dicere & facere consvevimus, cùm necessaria non sint, si amputaverimus, à negotiis multò vacabit magis, minúsque perturbata futura est nobis vita nostra. oportet itaqe ad singula sibi suggerere, an non istud ex earum numero est, quæ non sunt necessaria? nec actiones tantùm, sed cogitationes etiam minùs necessariæ sunt recidendæ. siqidem id agendo fiet, ut nec actiones consequantur supervacaneæ.

§. 25. Periculum facito, qomodo procedat tibi vita viri boni. eum dico, qi rebus ab universo sibi assignatis acqiescit, & propriâ actione, quæ justâ affectione, quæ benevola sit, contentus agit.

§. 26. Illa vidisti? & ista vide. nè te conturbes. simplicem te præstes. peccat aliqis? sibi peccat. boni aliqid tibi obvenit? ab initio tibi, qicqid contingit, ab universo destinatum & fato certo assignatum est.

ANNOTATIONES.

ta, ut idem *Epist.* 49. & 88. *teritur* : dum, qod olim Agatho scitè dixit, apud Athenæum *dipnosoph. l.* 5. & Clementem *Strom. l.* 5.

Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς, ποιούμεθα.
Τὸ δ' ἔργον, ὡς πάρεργον ἐκποιούμεθα.
Operosè id agimus, agere qod non est opus:
At in eo qod opus est, opera perfunctoria est.

Grotius. Eodémqe alludens Isidorus Pelusiota *l.* 5. *Epist.* 108. Τὰ μὲν ἔργα, πάρεργα εἶναι ἡγούμεθα. τὰ δὲ πάρεργα, ὡς ἀναγκαῖα, ἀνύομεν. *Seria qidem obiter ac perfunctoriè, & otiosa necessaria esse ducimus.* Vide *infrà ad* §. 21.

Λόγος αἱρεῖ] *ratio deligit* Xylander. *mandat & injungit* Casavbonus. meliùs λόγος ἀιρεῖ, *ratio dictat, evincit, postulat, exigit.* Sic & *l.* 10. §. 32. Οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος. *neqe enim ratio poscit.* & *l.* 2. §. 5. Ἀπὸ τοῦ αἱροῦντος λόγου. *à ratione dictante*, sive *rationis dictamine.* Herodotus *l.* 2. Καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει. *Ratio ipsa dictat, evincit.* Gregorius Nazianzenus apud Svidam. Καὶ ὁ λόγος αἱρεῖ, μὴ τιθέναι πρόσκομμα. *Ratio ipsa postulat scandalum non esse ponendum.* Apud Plutarchum *Consol. ad Apollon.* Plato : Ὥσπερ ἐν πλόσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ ἑαυτοῦ πράγματα, ὅπη λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἔχειν. *Ut in talorum jactu ad illud, qod casus tulerit, sua dirigere negotia, prout ratio evincit optimè habiturum.* Et Plutarchus ipse *de commun. notion. cap.* 19. Ἀξίαν δὲ ἔχει τὴν μεγίστην, ὃ πολλάκις αἱρεῖ λόγος ἀντὶ τοῦ μὴ ἀγαθοῦ προῖσθαι. *An summa in eo consistit dignitas, non boni caussa id dimittere, qod ratio postulat.*

Ἀπὸ τοῦ καλῶς πράσσειν ἐυθυμίαν] Ità Plutarchus *de tranqill. pag.* 466. *A.* Δεῖ δὲ μὴ πλήθει, μηδὲ ὀλιγότητι πραγμάτων, ἀλλὰ τῷ καλῷ καὶ τῷ αἰσχρῷ τὸ ἐύθυμον ὁρίζειν καὶ τὸ δύσθυμον. τῶν γὰρ καλῶν ἡ παραλήψις οὐχ ἧττον ἢ τῶν φαύλων ἡ πρᾶξις ἀνιαρόν ἐστι καὶ ταραχῶδες. *Enimvero non multitudine aut pavcitate actionum, sed pulcritudine aut turpitudine animi vel tranqillitas definienda est vel perturbatio. Nam non minus pulcrorum omissio qam actio turpium molesta est.* Idémqe *de sene polit. pag.* 786. *C.* Ubi Cani tibicinis dictum posuisset, ἀγνοεῖν τοὺς ἀνθρώπους ὅσῳ μᾶλλον αὐλὸν αὐλῶν ἡ ἱέρειος ἐυφραίνει. λαμβάνειν γὰρ ἂν μισθὸν, ἢ διδόναι, τοὺς ἀκούειν ἐθέλοντας. *Nescire homines, qanto seipsum magis qam alios delectaret canens, alioqin avdire volentes mercedem non daturos ipsi, sed exactu-ros.* Subjungit ; Ἆρα οὐκ ἐπαινοῦμεν ἡλίκας ἡδονὰς αἱ ἀρεταὶ τοῖς χρωμένοις ἀπὸ τῶν καλῶν πράξεων καὶ τῶν κοινωνικῶν ἔργων καὶ φιλανθρώπων παρασκευάζουσιν; ἢ κώσας, ἢ δῆτ' ὀρύξασα, ὥσπερ αἱ εἰς σάρκα λεῖαι καὶ προσηνεῖς γινόμεναι κινήσεις. ἀλλ' ἄνους μὲν οἱ σῖρῶδες καὶ ἀδιάβατον καὶ μεμιγμένον σφυγμῷ τὸ γαργαλίζον ἔχουσιν. αἱ δὲ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις ἢ ταῖς Εὐριπίδε χρυσαῖς πλέρυξιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐκείνοις καὶ ὁρατίοις πλεροῖς ὅμοια, τὴν ψυχὴν μέγεθος καὶ φρόνημα μετὰ γήθους λαμβάνουσαν ἀναφέρουσι. *Non intelligimus qantas virtus honestis, & ad societatem humanitatémqe facientibus actionibus voluptates ea utentibus consiliet : non titillantes illas aut emollientes, sicut in carne faciunt lenes ac svaves motiones, qæ pruritum habent furiosum & instabilem, & magna cum exagitatione conjunctum : sed præclara facta, qorum qasi opifex est, qi rectè rempublicam tractat, non avreis Euripidis, sed Platonicis & divinis alis animum elatione & gavdio præditum evehunt.*

Εὐσχολώτερον] *majore otio utetur* Xylander. *otii multum lucrabitur* Casavbonus. Verto, *qietior*, vel *à negotiis qietior, futurus est.* Εὔσχολος, ἥσυχος, *qietus.* Et ἐυσχολῶν, ἡσυχίαν ἄγων, ᾧ ἡ διάνοια ἐ διαπτᾶται. Vide Epictetum *ad l.* 11. §. 19. & *l.* 12. §. 2. Εὐσχολόληρος, καὶ ἀλαραλόληρος ἴσως, pro eo qod initio dixerat, ἐυθυμήσει.

Ἀλλὰ καὶ φαντασίαις] resecari vult non actiones tantùm non necessarias, verùm & *cogitationes.* qomodo & *suprà l.* 3. §. 4. Ità Dominus noster, non solùm πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, *verbum qodqe otiosum*, Matth. *cap.* 12. *v.* 36. Sed & *cogitationes vanas* ac *inanes*, amandandas monet Jer. *c.* 4. *v.* 14.

Οὕτως γὰρ ἐδὲ περίεις παρέλκυσαν ἐπακολυθήσουσι] radice nimirum ipsâ evulsâ. Siqidem, ut Avgustinus *de perfever. c.* 13. *Cogitantes agimus, qicqid agimus ; & cogitantes loqimur, qicqid loqimur.* atqe *ex cordis abundantia*, non *os* tantùm *loqitur*, Matth. *cap.* 12. *v.* 34. sed & *manus operatur.* Ibidem *c.* 15. *v.* 19. Chrysippi dictum apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. Τὴν διάνοιαν εἶναι λόγων πηγήν. *Orationis fontem esse cogitationem.* Verùm non *orationis* tantùm is, sed & *operationis fons* existit : itaqe qi hunc custodierit, pro Solomonis monitu, *Prov. c.* 4. *v.* 23. etiam sermones actionésqe suas in potestate habebit.

§. 25. Πείρασον, πῶς σοι χωρεῖ] Epictetus *l.* 4. *c.* 1. Πείρασόν γ'. ἐκ ἔστιν αἰσχρὰ ἡ πεῖρα. *Saltem periculum facito. Non turpe est id periculum.* Et *l.* 2. *c.* 18. Τὴν πρώτην ἡσύχασον. καὶ τὰς ἡμέρας ἀρίθμει, ἃς ἐκ ἀργίσθης. καθ' ἡμέραν εἰώθειν ὀργίζεσθαι. νῦν παρ' ἡμέραν. εἶτα παρὰ δύο. εἶτα παρὰ τρεῖς. ἂν δὲ τριάκοντα παραλίπῃς, ἐπίθυσον τῷ Θεῷ. ἡ γὰρ ἕξις ἐκλύεται τὴν πρώτην. εἶτα καὶ παντελῶς ἀναιρεῖται. σήμερον ἐκ ἐλυπήθην, ἐδ' ἄυριον, ἐδ' ἐφεξῆς δυσὶν καὶ τρισὶν μησίν. ἀλλὰ προσέχω γινομένων τινῶν ἐρεθιστικῶν. γίνωσκε, ὅτι κομψῶς σοι ἔσται. *Principio qietus esto, & dies numerato ; qibus iratus non fuisti. Irasci qotidie solebas ; nunc alternis diebus, deinde post biduum, deinde post triduum. Qod si & triginta dies intermiseris, rem divinam facito. Habitus enim primum remollescit, deinde penitùs etiam tollitur. Hodie non dolui, neqe cras dolebo, neqe deinceps bimestri & trimestri ; sed me cohibus cum qadam qæ irritabant incidisse.*

Πῶς σοι χωρεῖ] *qomodo qadret* Xylander, & Casavbonus. malim, *qomodo procedat, qos progressus tecum faciat.* Apud Svidam historicus : Οὐ χωρώντων αὐτῷ τῶν ἐν σικελίᾳ πραγμάτων κατὰ νοῦν. *Cùm res illi ex animi sententia non procederent.*

Ἀρεσκομένου] Vide *l.* 3. §. 4. & *l.* 10. §. 1.

Ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις] Vide *ad l.* 7. §. 31.

Ἀρκουμένου δὲ τῇ ἰδίᾳ πράξει] Vide *l.* 3. §. 6. & *l.* 5. §. 34. & *infrà* §. 51.

§. 26. Ἑώρακας ἐκεῖνα] Antegressis ità annectit illud Casavbonus, ut ad vitæ prioris seciùs administratæ experientiam referatur. Ego potiùs monita superiùs data respicere opinor : ut *l.* 3. §, 11.

Ἁμαρτάνει τις; ἑαυτῷ ἁμαρτάνει] Ità *l.* 9. §. 4. Ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. *Qi peccat, sibi ipsi peccat.* & §. 38. Εἰ μὲν ἥμαρτεν, ἐκεῖ τὸ κακόν. *Si qis deliqerit, penes ipsum est malum.* Itaqe, τὸ ἄλλου ἁμάρτημα, ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν. *Qod alteri delictum est, apud eum relinqendum est. ibidem* §. 20. Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 524. *A.* Ἡ ἀκολασία ἐκ ἄλλου τινὸς ἂν δοξάζοιτο εἶναι κακὸν, ἢ τοῦ ἀκολασταίνοντος. *Intemperantia non alterius videri qeat malum, qàm ejus, qi se gerit intemperanter.*

Ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθείμαρτο καὶ συνεπλάθετο] Vide *suprà* §. 10. *l.* 3. §. 11. & *infrà* §. 34. Apud Lucianum Protesilaus in νεκρικοῖς. Οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ Μοῖρα, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ὕτως ἐπικεκλῶσθαι. *Neqe enim horum mihi caussa fui, sed fatum, & qòd jam inde ab initio ita prædestinatum fuerat.* Ità passim Homerus de Ulysse. *Odyss. a. v.* 16.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ἵκοτο ἑλὼν περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
Τῷ οἱ ἐπικλώσαντο θεοὶ οἶκόνδε νέεσθαι.
Sed qando tempus venit circummeantibus annis,

est. huc summa redit; brevis est vita: qod instat tempus lucrandum est, considerate justéqe agendo. in animo remittendo sobriè te geras.

κλώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον. τὸ δ' ὅλον, [a] βραχὺς ὁ βίος· [b] κερδαντέον τὸ παρὸν σὺν εὐλογιστίᾳ καὶ δίκῃ. [c] νῆφε [d] ἀνειμένως.

a L. 2. §. 17.
b L. 2. §. 4. l. 6. §. 2. l. 8. §. 44.
c L. 1. §. 16. §. 27. l. 6. §. 31.
d L. 1. §. 8.

ANNOTATIONES.

Quo ei destinarunt Dii domum redire.

Apud eundem Telemachus *Odyss. γ. v.* 208.

Ἀλλ' ἄ μοι τοιοῦτον ἐπέκλωσαν θεοὶ ὄλβον.
Sed nevtiqam mihi hujusmodi destinarunt Dii honorem.

Ulysses *ibidem λ. v.* 138. à Tiresia scisitatur,

— τὰ μὲν ἄρ πω ἐπέκλωσαν θεοὶ αὐτῷ.
— *Hæc fortassis decreverunt Dii ipsi.*

Evmæus *ibidem π. v.* 64.

Πλαζόμενον. ὣς γάρ οἱ ἐπέκλωσεν τάδε δαίμων.
Errans: sic enim ei destinavit hæc Deus.

Alcinous *ibidem θ. v.* 579.

Τὸν δὲ θεοὶ μὲν τεύξαν, ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον
Ἀνθρώποις, ἵνα ᾖσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή.
Hoc autem Dii qidem fecerunt, destinarunt autem excidium
Hominibus omnibus, ut sit & posteris cantilena.

Achilles deniqe *Il. ω. v.* 525. qem locum lavdat Plutarchus *de legend. poet. c.* 4. & *c.* 6. & in *consol. ad Apollon.*

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζώειν ἀχνυμένοις. —
Sic enim destinarunt Dii miseris mortalibus,
Ut vivant tristes. —

Leo Imperator in *oraculis n.* 128. apud Janum Rutgersium *Var. lect. l.* 5. *c.* 8.

Στύλος γὰρ ὀφθεὶς ἐν πόλοις κεκλωσμένος.
Columna enim apparens in cælo fatalis.

Seneca *de benefic. l.* 6. *c.* 23. *Dii in prima illa constitutione, cùm universa disponerent, etiam nostra viderunt, rationémqe hominis habuerunt. in nostras utilitates in principio rerum præmissa mens est, & is ordo mundo datus, ut appareat curam nostri non inter ultima habitam.* Idem *de provident. c.* 5. *Fata nos ducunt, & qantum cuiqe restet, prima nascentium hora disposuit. caussa pendet ex caussa. privata ac publica longus ordo rerum trahit. non incidunt cuncta, sed veniunt. Olim constitutum est, qid gavdeas, qid fleas. & qamvis magna videatur varietate singulorum vita distingvi, summa in unum venit.*

Βραχὺς ὁ βίος] Flaccus *serm. l.* 2. *Sat.* 6.

Dum licet, — vive beatus:
Vive memor qàm sis ævi brevis. —

R. Simeon in Pirke Aboth.

היום חצר והמלאכה מרבה

Dies brevis, & opus multum. Et Ben-Syræ magistro ob ætatem repellenti, *An nescis diem brevem, & opus multum esse?* Drusius in *apophth.* Hippocrates *aphor.* 1. §. 1. Ὁ μὲν βίος βραχύς. ἡ δὲ τέχνη μακρὴ. *Vita qidem brevis, ars longa.* Seneca *de brev. vit. c.* 1. *Major pars mortalium de natura maligniiate conqeritur, qòd in exiguum ævi gignimur, qod hæc tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant: adeò ut exceptis admodum pavcis, cateros in ipso vita apparatu vita destituat. Indè illa maximi medicorum exclamatio est; Vitam brevem esse, artem longam.* Et *c.* 16. *Tempus breve est & præceps: multóqe fit brevius vitio nostro.* Vide *l.* 5. §. 24. Βραχὺ καὶ ἀκαριαῖον διάστημα. *Spatium breve & momentaneum.* Zeno apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 96. Οὐδενὸς ἡμᾶς ἔτως πένεσθαι, ὡς χρόνου. *Nullius rei tantâ nos penuriâ laborare, qàm temporis.* Qod Laërtius *l.* 7. in *Zenon.* Μηδενὸς ἡμᾶς ἔτως εἶναι ἐνδεεῖς, ὡς χρόνου. βραχὺς γὰρ ὄντως ὁ βίος, ἡ δὲ τέχνη μακρὰ, καὶ μᾶλλον ἢ τὰς τῆς ψυχῆς νόσους ἰάσασθαι δυναμένη. *Nullâ re nos adeò indigemus, ut qidem tempore. Reverâ enim brevis est vita, ars autem longa, & illa præcipuè, qa morbis animi mederi potest.* Lucianus *de sectis. pag.* 505. Χρὴ δὲ μηδένα καιρὸν παρίεναι, εἰδότας ἀληθὲς τὸ τοῦ Κῴου ἰατροῦ εἰρημένον, ὡς ἄρα βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὰ δὲ ἡ τέχνη. καὶ τοι ἰατρικῆς πέρι ταυτ' ἔλεγεν, ἐυμαθεστάτης πράγματος. Φιλοσοφία δὲ καὶ μακρῷ τῷ χρόνῳ ἀνέφικτος, ἢν μὴ πάνυ τις ἐγρηγορὼς, ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἀποβλέπῃ εἰς αὐτήν. *Æquum esse opinor nullum præterire tempus, siqidem verum esse scimus illud Coi medici dictum, nimirum, brevem esse vitam, artem verò longam. Qod qidem de arte medica est effatus, qa minore negotio perdiscitur. At philosophia ne longo qidem tempore comprehenditur, nisi qis summâ vigilantiâ acres oculos in eam semper defigat.* Itaqe Philo *de vita contemplat. pag.* 892. Α. Χρόνου δὲ φείδεσθαι καλόν. ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἰατρὸν Ἱπποκράτην, Ὁ μὲν βίος βραχύς. ἡ δὲ τέχνη μακρά. *Temporis præcipua nos decet parsimonia, juxta illud Hippocratis medici monitum: vita brevis, ars longa.* Seneca *de brev. vit. c.* 32. *Non multum accepit homo temporis, etiamsi totum illud sibi vindicat. Cui licèt nihil facilitate eripi, nihil negligentiâ patiatur excidere, tamen ad immortalium cognitionem nimis mortalis est.* & *Epist.* 48. *Etiamsi multum supereresset ætatis, parcè jam dispensandum erat, ut sufficeret necessariis. nunc qa dementia est, supervacua discere in tanta temporis egestate?* Allusit ad Zenonis illud superiùs relatum. Et *Epist.* 117. *Non tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, ut aliqid ex illo vacet perdere. Ex hoc tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, qid juvat majorem partem mittere in vanum?* Contrà tamen Methodici (secta ea est medicorum) Galeno referente, *de sectis c.* 6. Τῷ γε βραχὺν εἶναι εἰπόντι τὸν βίον, τὴν δὲ τέχνην μακρὰν ἐπιτιμῶσι. τὐναντίον γὰρ ἅπαν, αὐτὴν μὲν βραχέως εἶναι, τὸν δὲ βίον μακρὸν. *Insuper eum, qi vitam esse brevem; longam verò artem dicat, increpant: e contrario namqe artem qidem esse brevem, vitam verò longam.* Sed & Seneca ipse *de brev. vit. c.* 1. *Non accepimus brevem vitam, sed fecimus: nec inopes ejus, sed prodigi sumus. non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem largè data est, si tota bene collocaretur.*

Κερδαντέον τὸ παρὸν] Vide *ad l.* 2. §. 6. & *suprà* §. 17. & *l.* 6. §. 2. Plinius *Epist.* 7. *l.* 3. *Sed tantò magis hoc qicqid est temporis futilis & caduci, si non datur factis; nam horum materia in aliena manu; nos certè studiis proferamus: & qatenus nobis denegatur diu vivere, relinqamus aliqid qo nos vixisse testemur.* Seneca *Epist.* 49. *Infinita est velocitas temporis, qa magis appareat respicientibus. Nam ad præsentia intentos fallit: adeò præcipitis fuga transitus levis est. Punctum est qod vivimus, & adhuc puncto minus: cujus brevitatem aliqando futuram cogitemus. Non solebat mihi tam velox tempus videri; nunc incredibilis cursus apparet: sive qia admoveri lineas sentio, sive qia attendere cepi, & computare damnum meum. Eò magis utiqe indignor; aliqos ex hoc tempore, qod sufficere nec ad necessaria qidem potest, etiamsi custoditum diligentissimè fuerit; in supervacua majorem partem erogare. Non vaco ad istas ineptias, ingens negotium in manibus est. mors me sequitur, fugit vita. adversus hæc me doce aliqid. effice nè ego mortem fugiam, vita me non effugiat.* Hoc est qod ἐξαγοράζεσθαι τὸν καιρὸν, id est, *occasionem*, sive *opportunitatem redimere*, dixit Apostolus *ad Ephes. c.* 5. *v.* 16. Plutarchus in *pædag. pag.* 13. Α. Στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐσί. ζῆν καὶ ὁ παραζῆν προσήκει: *Punctum temporis est tota nostra vita. Frui eâ, non abuti ad alias res convenit.* παραζῆν dixit, qod Ennius Iphigen. apud Gell. *l.* 19. *c.* 10. à V. C. Salmasio *in exercit. Plinian.* restitutus;

— præter propter vitam vivitur.

Qod Seneca *de brev. vit. c.* 9. *Perdis hodiernum. qod in manu fortunæ positum est, dispones; qod in tua, dimittis.* Ità qod Plavtus Pseydol. 2. 3.

Certa amittimus, dum incerta appetimus: atqe hoc evenit,
In labore atqe in dolore ut mors obrepat interim.

Νῆφε ἀνειμένως] Julianus Imperator *Epist.* 12. Ἔνθεν ἔξεστιν ἡμῖν, ἀνειμένοις τε σπουδάζειν, καὶ σπουδάζουσι μὴ ταλαιπωρεῖσθαι. *Ex eo accidit, ut dum relaxamur, seria agamus, & dum seria agimus, minimè cruciemur.* Et Gregorius Nazianzenus *in Basilium.* Τὴν ἄνεσιν ἔκλυσιν μὴ ποιήσασθαι. hoc est, *frontem remittere, non resolvere. Multum autem interest, remittas aliqid, an solvas.* Seneca *de tranqil. c.* 15. Itaqe Ambrosius *offic. l.* 1. *c.* 20. *Cavendum, nè dum animum relaxare volumus, omnem harmoniam & qasi concentum solvamus.* Et Martinus Dumiensis *de morib. Sapiens animum habebit, aliqando remissum, nunqam solutum.* Valerius Maximus *l.* 8. *c.* 8. *Otium industriæ subnecti debet, non qo evaneiscat virtus, sed qo recreetur.* Et Cicero *Offic. l.* 2. *Ludendi modus qidam retinendus est, ut nè nimis omnia profundamus, elatiqe voluptate in turpitudinem dilabamur.* Qod de Musica præcipiebat Pratinas,

Μὴ σύντονον δίωκε, μήτ' ἀνειμένην.
Intensior nec esto, nec solutior.

Ἀνειμένως] Vide *ad l.* 5. §. 1. Seneca *de tranq. c.* 15. *Danda est remissio animis: nec in eadem intensione æqaliter retinenda mens, sed ad jocos revocanda. meliores acrioresqe reqieti surgent. ut fertilibus agris non est imperandum; citò enim exhauriet illos nunqam intermissa fœcunditas: ità animorum impetus assiduus labor frangit; vires recipient pavlum resoluti & remissi. nascitur enim ex assiduitate laborum, animorum hebetatio qadam & langvor.* Aristoteles *ethic. l.* 10. *c.* 4. Πάντα τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν. *Omnia humana ad assidue operandum imbecillia sunt.* Ovidius *Epist.* 4.

Qod caret alternâ reqie, durabile non est:
Hæc reparat vires: membráqe fessa levat.

Itaqe *sapientis esse, remittere interdum aciem rebus gerendis intentum.* Augustinus *de Music. l.* 2. *c.* 14. Siqidem ut Naso *Ponti l.* 1. *el.* 5.

Otia corpus alunt, animus qoqe pascitur illis:
Immodicus contrà carpit utrumqe labor.

Et Statius *Sylv. l.* 4.

— vires instigat, alitqe
Tempestiva qies: major post otia virtus.

Hinc de *arcu lyráqe* imago illa tantopere celebrata. Dio in *œconom.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 62. Αἱ ἀνέσεις παραπαυστικαὶ πόνων εἰσί. καὶ τόξου, καὶ λύρας, καὶ ἀνθρωπου, ἁρμό-

a Inf. §. 45. l. 6. §. 10. l. 9. §. 39. l. 12. §. 14.

§. 27. a Ἤτοι κόσμος διατεταγμένος ; ἢ κυκεών. συμπεφορημένος μὲν, ἀλλὰ κόσμος. ἢ ἐν σοὶ μὲν τις κόσμος ὑφίσταθαι δύναται, ἐν ᾧ τῷ παντὶ ἀκοσμία ;

§. 27. Mundus vel eſt ordine juſto diſpoſitus, vel miſcela temeraria, congeſta qidem ea, ſed ut mundus ſit tamen. qid enim? fieríne poteſt, ut in te mundus qidam ſit & diſpoſitio concinna, in univerſo verò inconcinnitas mera? ídqe

ANNOTATIONES.

ζοι δὲ ἀναπαύσεως. *Remiſſiones ad novos labores præparant. Et arcus, & lyra, & homo à quiete vigent. Ibidem tit.* 3. Socrates: Ὁ βίος, ὥσπερ ὄργανον, ἀνίσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοττόμενος, ἡδὺς γίνεται. *Vita inſtar organi muſici, dum intenſione & remiſſione ſibi concinna redditur, ſuavior fit.* Democritus apud Antonium *meliſſ. l.* 2. *c.* 45. Ὥσπερ γὰρ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον, ἡδὺ γίνεται. οὕτω καὶ ὁ βίος. *Quemadmodum organum intentionem & remiſſionem ſuſcipiens ſuave fit, ſic etiam vita.* qod idem Plutarcho tribuit Maximus *collectan. c.* 32. Verùm in *collectaneis* illis avtorum nomina ſæpius permutata, confuſa, depravata deprehendas. Plutarchus *in Pedag. pag.* 9. *B.* Ὁ βίος ἡμῶν εἰς ἄνεσιν καὶ σπουδὴν διῄρηται. καὶ ἡ ἀναπαυσις τῶν πόνων ἄρτυμά ἐστι. (id qod idem in *Lycurg. pag.* 55. *B.* Παιδιὰ πόνου ἥδυσμα. *Urbanitas laboris condimentum.* qo eodem ſchemate uſus eſt & Ariſtoteles *ethic. l.* 9. *c.* 10.) καὶ τὰ τόξα, καὶ τὰς λύρας ἀνίεμεν, ἵνα ἐπιτείναι δυνηθῶμεν. καθόλου δὲ σώζεται, σῶμα μεν, ἐνδείᾳ καὶ πληρώσει, ψυχὴ δὲ ἀνέσει καὶ πόνῳ. *Tota noſtra vita in remiſſionem ſeriúmqe ſtudium eſt diviſa. Et reqies laborum eſt condimentum. Nam & arcus & lyras remittimus, ut intendere poſſimus. Atqe in univerſum ſervatur corpus impletione atqe vacuatione, animus autem remiſſione & labore.* Amaſis apud Herodotum *l.* 7. Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπειὰν μὲν δέωνται χρῆσθαι, ἐκτανύουσι. ἐπειὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐκτεταμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν. ὥστε ἐς τὸ δέον ἐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. οὕτω δὴ καὶ ἀνθρώπου κατάστασις, εἰ ἐθέλοι καθαπυθάζεσθαι ἀεὶ, μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἑαυτὸν ἀνίεναι, λάθοι ἂν ἤτοι μανεὶς ἢ ἀπόπληκτος γενόμενος. Gregorius Nazianzenus *poſt reditum ex agro.* Ἐιωθα πως τὰς πόνους ἀεὶ ταῖς τοιαύταις διαλύειν ἀνέσεσιν. ἐπεὶ μηδὲ νευρὰ φέρει τὸ σύντονον ἀεὶ τείνομένη. καὶ δεῖταί τι μικρὸν τῶν γλυφίδων ἐκλύεσθαι, εἰ μέλλοι ταθήσεσθαι πάλιν, καὶ μὴ ἄχρηστος ἔσεσθαι τῷ τοξότῃ, μηδὲ ἀνόνητος ἐν καιρῷ χρήσεως. *Soleo ferè hujuſmodi oblectamentis labores diſſolvere ac relaxare: qandoqidem nec perpetuam contentionem nervus ferre poteſt, ſed laxari nonnunqam arcus cornua oportet, ſi qidem rurſus intendendus ſit, & ſagittario non inutilis tum futurus, cum eo utendum erit.* Naſo *Epiſt.* 4.

Arcum ni ceſſes tendere, mollis erit.

Æſopus Phædri *l.* 3. *fab.* 53.

Citò rumpis arcum, ſemper ſi tenſum habueris:
At ſi laxáris, cùm voles, erit utilis.
Sic luſus animo debet aliqando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

De Joanne Evangeliſta gemina his referunt Abraham Abbas apud Joannem Caſſianum *collat.* 24. *c.* 21. Thomam Aqin. *ſum: p.* 2a. 2æ. *q.* 168. *a.* 2. & Henricum Herp. *ſpecul. avr. in precept.* 3. *ſerm.* 2. ſed & de Antonio Eremitâ baliſtæ exemplum eodem trahente, Antonin. *ſum.* 2. *par.* 2. *tit.* 1. *c.* 23. §. 1. & Gvillielmus Pepin. *de conſeſſ. tract.* 2. *par.* 3. *c.* 6. ex *Vitis patrum.* Qod avtem ex adverſo, Plutarchus *de ſene polit. pag.* 792. *C.* Τόξον μὲν ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται. ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. *Arcus, ſi nimium intendatur, rumpitur: anima laxando perit.* Unde de Theophraſto Laërtius *lib.* 5.

Ῥήγνυσθαι σοφὸς τόξον ἀνιέμενον.

hoc eſt, ut Publius Syrus:

Arcum intenſio frangit: animum remiſſio.

id de ſolutiore illa remiſſione capiendum eſt, qam vitandam cavendámqe hîc Marcus monet.

§. 27. Ἤτοι κόσμος διατεταγμένος] Vide *infrà* §. 45. & *l.* 2. §. 3. Plinius *hiſt. nat. l.* 2. *c.* 4. *Qem κόσμον Graci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos à perfecta abſolutáqe elegantia, mundum. nihil enim omnium rerum melius eſt mundo, nihil præſtabilius, nihil pulcrius. utpote in qo univerſa ità conſtituta ſunt, ut neqe ad uſum meliora eſſe potuerint, neqe ad ſpeciem pulcriora.* Cicero *de Nat. Deor. l.* 2. & Seneca *ad Helv. c.* 8. *Mundo nihil neqe majus, neqe ornatius, rerum natura genuit.* Avtor *de Mund. c.* 2. Κόσμος μὲν οὖν ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος, ἡ τῶν ὅλων τάξις τις καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. *Mundus eſt compages è cœlo terráqe coagmentata, atqe ex iis naturis qæ intra ea continentur. Dicitur etiam aliter mundus ordo & digeſtio univerſorum, qæ à Deo & per Deum aſſervatur.* & Eſtathius *ad Il.* ά. Κόσμος ἡ τάξις ἐν τῷ κοσμῷ. ἀφ' οὗ καὶ ὁ πάντων περιεκτικὸς, κόσμος, ὅτι αὐτὸν ἐυτάκτως ἡ πρόνοια ἔταξεν. Apulejus *de mund. Mundus eſt ordinata ordinatio, Dei munere.* & rurſus: *Qid mundo præſtantius? Lavda, qam putas ſpeciem: portio à te lavdabitur mundi. admirare qam voles temperantiam, ordinationem, figuram. hic & per hunc illud qodcunqe eſt, invenietur eſſe lavdandum. nam qid, oro te, ornatum atqe ordinatum videri poteſt, qod non ab ipſius exemplo imitatura ſit ratio? unde κόσμος Græcè nomen accepit.* Tertullianus *apolog. c.* 17. *Qod colimus, Deus unus eſt, qi totam molem iſtam cum omni inſtrumento elementorum, corporum, ſpirituum, verbo, qo juſſit, ratione, qâ diſpoſuit, virtute, qâ potuit, de nihilo expreſſit, in ornamentum majeſtatis ſuæ: Unde & Graci nomen mundo κόσμον accommodaverunt.* Gregorius Nazianzenus *de pace* 1. Κόσμος τι ἐστὶ ὅπερ λέγεται καὶ κάλλος ἀπρόσιτον. *Mundus verè eſt, ut appellatur, & incomparabilis pulcritudo.*

Ἤ κυκεὼν] *Cimus.* Ità *l.* 6. §. 10. Ἤτοι κυκεὼν καὶ ἀντιμπλοκὴ, καὶ σκεδασμός. *Univerſum avt eſt cimus qidam rerum, nunc concurſu fortuito invicem implexarum, mox diſſipatarum denuo.* qibus verbis κυκεὼν qid velit, explicat. Sqq. *l.* 9. §. 39. κυκεὼν καὶ σκεδασμός. *Cimus & diſperſio temeraria.*

Συμπεφορημένος μὲν, ἀλλὰ κόσμος] Vide Heraclitum *infrà.*

Ἐν σοὶ μέν τις κόσμος] *in te* ſcilicet qi es μικρὸς κόσμος τις. (qomodo τὸν σμικρὸν κόσμον, τὸν ἄνθρωπον, *parvum mundum, hominem* dixit Clemens Alexandrinus in *Hortator. pag.* 4. & *Mundi inſtar habere fabricam humani corporis,* Ambroſius *hexam. l.* 6. *c.* 9.) & *majoris illius imaginem geris.* Macrobius *in Somn. Scip. lib.* 1. *c.* 12. *Ideò phyſici Mundum magnum hominem, & hominem brevem mundum eſſe dixerant.* Si eſt ergò, inqit, in te fabricâqe tui ordinata rerum diſpoſitio, in mundo ipſo multò magis. Siqidem, ut Tertullianus *de reſurr. carn. c.* 30. *Etſi figmentum veritatis in imagine eſt, imago ipſa in veritate eſt ſua; neceſſe eſt eſſe prius ſibi, qàm alii configuretur. de vacuo ſimilitudo non competit; de nullo parabola non convenit.* Idem *adv. Hermogen. c.* 40. *Confuſa res erat, nunc verò compoſita eſt. & vis ex compoſitis incompoſita præberi? nulla res ſpeculum eſt alterius non coæqalis. nemo ſe apud tonſorem pro homine mulum inſpexit: niſi ſi, qi putat in hac extructione mundi diſpoſitâ jam & comptâ, informem & incultam materiam reſpondere. qid hodie deforme in mundo? qid retrò ſpeciatum in materia; ut ſpeculum ſit mundus materia? cùm ornamenti nomine ſit penes Græcos Mundus, qomodò inornata materia imaginem refert? Nec materia certè mundus imago eſſe poterit, ſi compoſitus ille & exornatus, confuſa verò & inornata iſta; nec homo mundi, ſi in homine ordinata partium membrorúmqe diſpoſitio, in mundi compage nullo ordine legéve certâ diſpoſita, ſed commiſſa commiſtáqe temerè univerſa.* Qanqam mundum non minorem, ſed majorem imaginis divinæ ratione havd abſurdè prorsùs dixit Gregorius Nazianzenus *in Paſch.* §. 15. Τὸν ἄνθρωπον δημιουργεῖ, καὶ οἷόν τινα κόσμον ἕτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ γῆς ἵστησι. *Hominem fabricatur, & velut alterum qendam mundum, in parvo magnum, in terra collocat.* At verò Syneſius *de provident.* 1. non *hominem* tantùm integrum, ſed *caput hominis* ipſum *mundum minorem* indigetat, in qo *mens* tanqam *numen* qoddam reſideat. Ἄνω μὲν οὖν ἀστέρες, κάτω δὲ κεφαλαὶ σφαιροειδεῖς διεπλάσθησαν, ἵν' εἶεν οἷκοι ψυχῶν ἐν κόσμῳ κόσμοι μικροί. *In ſuperioribus partibus ſidera, in inferioribus vero capita globoſa formata ſunt, ut parvi mundi in mundo eſſent domicilia animarum.* Reſpexit, opinor, id qod in philoſophorum placitis Plutarchi nomine evulgatis, *l.* 4. *c.* 21. Stoicis perperam tribuitur; τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ, ὥσπερ ἐν κόσμῳ, κατοικεῖν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σφαιροειδεῖ κεφαλῇ. *Ipſa illa princeps animi pars in globo noſtri capitis, tanqam in mundo, habitat.* Qod avtem ille de *capite*, de *corde* Avſonius *monoſyll.*

Cor vegetum mundi inſtar habens. —

Vide *ſuprà ad* §. 3. Qomodò avtem Marcus iſtîc illos perſtringit, qi qem in ſemetipſis agnoſcunt ordinem, ornatum, eundem mundo, cujus & ipſi ſunt partes, negant: pari modo & Epicuri ſectatores Seneca *præfat. qæſt. nat. l.* 1. hoc ipſo notat nomine, qòd cùm *animum* putent eſſe ſibi ipſis, eúmqe *providum & ſingula diſpenſantem, univerſum* interim, in qo & ipſi ſunt, *expers* eſſe *conſilii ac temerè ferri* contendunt. Vide *ad l.* 2. §. 11.

Ἐν δὲ παντὶ ἀκοσμία;] Nihil minús. Avtor *de mundo.* Κόσμου δ' ἐτύμως τὸ σύμπαν, ἀλλ' οὐκ ἀκοσμίαν ὀνομάσαις ἄν. *Univerſum ipſum commodius nominaveris compagem rerum compoſitam, concinnóqe ordine digeſtam, qam congeriem confuſam, & inconditam.* Reverâ, ut Plutarchus *de anim. gener.* Ἀκοσμία δ' ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. *Ante mundi creationem erat confuſa congeries.* Erant ſiqidem primò omnia, ut Moſes *l.* 1. *c.* 1. *v.* 2. תהו ובהו id eſt, ut Naſo *Metam. l.* 1.

— rudis indigeſtáqe moles.
Nec qicqam niſi pondus iners, congeſtáqe eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.

Verùm *hanc Deus* (is eſt *melior potiórqe natura* illa) *litem diremit, molem diſcrevit:* κἀντεῦθεν κόσμου ἡ περὶ ἀκοσμίαν ἐλάμβανεν. ut Gregorius Nazianzenus, περὶ εὐταξίας. Atqe hoc eſt qod Anaxagoras apud Laërtium *lib.* 2. §. 6. Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ. εἶτα νοῦς ἐλθὼν, αὐτὰ διεκόσμησε. *Omnia ſimul erant, deinde acceſſit mens, eáqe compoſuit.* Sive ut Timon in *Sillis*;

Πάντα συνεσφήκωσεν ὁμοῦ τεθαραγμένα πρόσθεν.
Omnia compoſuit ſimul confuſa antea.

Et

ídque rebus omnibus ità quanquam discretis ac diffusis, consPirantibus tamen.

§. 28. Mores nigri, effœminati, præfra-

καὶ πεῦτε, ὕτως [a] πάντων διακεκριμένων καὶ διακεχυμένων καὶ [b] συμπαθῶν. a L. 6. §. 38. b Inf. §. 40.

§. 28. [c] Μίλαν ἦθος, θῆλυ ἦθος. c Sup. §. 18.

ANNOTATIONES.

Et apud Hermiam in *διασυρ∫.* *pag.* 176. Ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς. καὶ αὐτὸς αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὅλων. καὶ περιέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις, καὶ διάκρισιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. *Mens omnium est initium, eáque causSa & omnium domina est, & ordinem confusis prabet, & motionem immobilibus, & discrimen commiStis, & ornatum inornatis.* Demonax Cynicus (referente Luciano in *vita ejusdem.* & Antonius *meliss. l.* 2. *c.* 76.) differentibus qibusdam de mundi anima ac figura, Ὑμεῖς, inqit, περὶ τοῦ κόσμου πολυπραγμονεῖτε, περὶ δὲ τῆς ἑαυτῶν ἀκοσμίας οὐ φροντίζετε. *Vos mundum curiosè perscrutamini; ſtatum vero veſtrum perturbatum non curatis.* Indè argumentum arripuit Dio, qo Dionyſium ad virtutis ſtudium impelleret, ὅπως διακοσμηθεὶς τὸ ἦθος εἰς ἀρετὴν λόγων, καὶ πρὸς τὸ θειότερον ἀφομοιωθεὶς παράδειγμα τῶν ὄντων καὶ κάλλιστον, ᾧ τὸ πᾶν ἡγεμόνι πειθόμενον, ἐξ ἀκοσμίας κόσμος ἴσχι, πολλὴν μὲν εὐδαιμονίαν ἑαυτῷ μηχανήσηται, πολλὴν δὲ τοῖς πολίταις, γενόμενος βασιλεὺς ἐκ τυράννου. *Qo moribus ad doctrinam expolitus, atqe ad diviniſſimum rerum & pulcerrimum conformatus exemplum, cui univerſitas duci parens non jam confuſio ſed mundus eſt, magnam ſibimet ipſi, magnam item civibus pararet felicitatem ex tyranno rex factus.* Plutarchus *Dione p.* 962. *A.*

Διακεκριμένων καὶ διακεχυμένων] Vocem harum priorem Lugdunenſis omiſit. qo id conſilio incertum mihi. Seneca *qæſt. nat. l.* 7. *c.* 27. *Tota hujus mundi concordia ex diſcordibus conſtat.* Et *Epiſt.* 107. *Contrariis rerum æternitas conſtat.* Heraclitus apud Ariſtotelem *Ethic. l.* 8. *c.* 2. Τὸ ἀντίξουν συμφέρον. καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν. *Adverſarium eſſe conferens: & ex differentibus pulcerrimam cooptationem fieri.* Idémqe apud Avtorem *libri de mundo, c.* 5. Συνάψειας ὅλα καὶ οὐχὶ ὅλα. συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον. συνᾴδον καὶ διᾴδον. καὶ ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. *Criſpa & minimè criſpa una vinxeris, conſentiens & diſſentiens, conſonans & diſſonans, unum etiam ex omnibus, omniqe ex uno.* Et ex eodem Apulejus: *Sic totius mundi ſuorum inſtantia initiorum inter ſe impares conventus, pari nec diſcordante conſenſu Natura veluti Muſicam temperavit. namqe uvidis arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqa, confudit; unúmqe ex omnibus, & ex uno omnia, juxta Heraclitum conſtituit,* &c. Qod & Avtor idem *ibidem* variis à re politica, pictura, muſica, grammatica imaginibus illuſtrat. Τοῦτο πολιτικῆς ὁμονοίας τὸ θαυμασιώτατον, ὅτι ἐκ πολλῶν μίαν, καὶ ὁμοίαν ἐξ ἀνομοίων ἀποτελεῖ διάθεσιν, ὑποδεχομένη καὶ πᾶσαν φύσιν καὶ τύχην. ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον, οὐκ ἐκ τῶν ὁμοίων. ὥσπερ ἁμίλει τὸ ἄρρεν συνήγαγε πρὸς τὸ θῆλυ, καὶ οὐχ ἑκάτερον πρὸς τὸ ὁμόφυλον. καὶ τῶν πρώτων ὁμοίων διὰ τῶν ἐναντίων συνῆψεν, ἢ διὰ τῶν ὁμοίων. ἔοικε δὲ καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν μιμεμένη τοῦτο ποιεῖν. ζωγραφίκ μὲν γὰρ, λευκῶν τε καὶ μελάνων, ἁρμόσθη καὶ ἐρυθρῶν χρωμάτων ἐγκιρασαμένη φύσεις, τὰς εἰκόνας τοῖς προηγυμένοις ἀπεστίλετε συμφώνως. μυσικὴ δὲ, ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος, μακρύ τε καὶ βραχέος φθόγγους μίξασα, εἰ διαφόροις φωναῖς μίαν ἀπεστίλετεν ἁρμονίαν. γραμματικὴ δὲ, ἐκ φωνήεντων καὶ ἀφώνων γραμμάτων κράσιν ποιησαμένη, τὴν ὅλην τέχνην ἀπ' αὐτοῦ συνεσήσατο. ὕτως ὧν καὶ τὴν τῶν ὅλων σύστασιν διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράτεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία. ξηρὸν γὰρ ὑγρῷ, θερμὸν δὲ ψυχρῷ, βαρεῖ τε κουφὸν μιγὲν, καὶ ὀρθὸν περιφερεῖ, τὸ ὅλον διεκόσμησε μία διὰ πάντων διήκουσα ἁρμονία, ἐκ τῶν ἀμίκτων καὶ ἑτεροίων τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα, τάς τε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῷ παντὶ σωτερίαν. *Hoc eſſe in concordia civili longè admirabiliſſimum, qod ex multis ipſa unum efficit affectum, & è diſſimilibus ſimilem, omnis illa qidem natura ſuſceptrix & fortuna. Atqe havd ſcio, an etiam contrariorum appetens ſit natura: ex eiſqe conſona, non item è ſimilibus conficiat. Sic certè ipſa marem cum fœmina conjunxit, non etiam cum ſuo horum utrumqe ſexu. Qin primum etiam concordiam per contraria, non per ſimilia devinxit. Adde qod ars natura amulatrix hoc idem facit. Siqidem pictura, albórum nigrorúmqe colorum luteorúmqe & rubrorum naturas inter ſe attemperans, effigies rerum efficit conſonas exemplaribus. Muſica acutis & gravibus ſonis, longiſqe & brevibus una permixtis in diverſis vocibus unum ex illis concentum reddidit. Grammatica ex elementis vocalibus & mutis inventa temperata, artem omnem literaturæ ex illis compoſitam reliqit. Itaqe univerſorum coagmentationem cinno qodam principiorum ſummè contrariorum commodè attemperato natura ipſa digeſſit unâ eademqe cohærentiâ: qippe ſiccum humido, calidum frigido, gravi leve mixtum, & rectum orbiculari, univerſum vis una per omnia pertinens certo ordine deſcripſit, concinneqe digeſſit, è diverſis naturis atqe impermixtis univerſum mundum architectata, naturas qam maximè contrarias, veluti edicta concordia & imperata, adſtrinxit ad conſenſum mutuúmqe commercium, ejuſmodi rerum molitione univerſitati ipſi ſalutem machinata eſt.* Qæ periphraſticè ab Apulejo verſa vide *ad l.* 7. §. 48. Syneſius *de inſomn. pag.* 134. Ἔστι τις ὡς ἐν συγγενείᾳ τοῖς μέρεσι καὶ διχόνοια. ἓ γάρ ἐστιν ὁ κόσμος τὸ ἁπλῶς ἕν, ἀλλὰ τὸ ἐκ πολλῶν ἕν. καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ μέρη μέρεσι προσήγορα καὶ μαχόμενα, καὶ τῆς φύσεως αὐτῶν εἰς τὴν τοῦ παντὸς ὁμοίωσιν συμφωνούσης, ὥσπερ ἡ λύρα σύστημα φθόγγων ἐστὶν ἀντιφώνων τε καὶ συμφώνων. τὸ δ' ἐξ ἀντικειμένων ἐν, ἁρμονία καὶ λύρας καὶ κόσμου. *Ineſt enim velut in cognatione, nonnulla etiam inter partes diſſenſio. Siqidem mundus non unum abſolutè qippiam eſt, ſed unum ex multis conſtatum, in eóqe partes inſunt, partibus affines, ac repugnantes, conſpirante ad univerſi concordiam mutuo earum divortio: uti lyra contrariorum, ac conſentientium ſonorum conſtitutum modulamen eſt? Nam qod ex contrariis unum fit tam in lyra, qàm in mundo concentus appellatur.* Plutarchus *de amic. multit.* Ἡ περὶ ψαλμοὺς καὶ φόρμιγγας ἁρμονία δι' ἀντιφώνων ἔχει τὸ σύμφωνον. *Concentus qidam nervorum ex contrariis ſonis conflatur.* Tertullianus *apologet.* *c.*48. [*Divina*] *ratio univerſitatem ex diverſitate compoſuit, ut omnia amulis ſubſtantiis ſub unitate conſtarent, ex vacuo & ſolido, ex animali & inanimali, ex comprehenſibili & incomprehenſibili, ex luce & tenebris, ex ipſa vita & morte.* Et *de pallio c.* 2. *Mundus iſte ex diverſis ſubſtantiis officiisqe conſtat. diverſa in unum; ex demutatione diverſa ſunt. deniqe diverſitatis diſcordiam vices fœderant. ità mutando mundus eſt, qi ex diverſitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Ità eſt *rerum omnium*, utì idem mox *ibidem, diſtincta confuſio.* Gregorius Nazianzenus *in Julian.* 1. Πάντα διεῖλε, καὶ συνέδησε, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο κόσμον ἵνα ἐκ πλειόνων πεποίηκε. *Omnia diſtribuit & conjunxit, & univerſum hunc mundum ex pluribus fecit unum.*

Καὶ συμπαθῶν] Ità *l.* 6. §. 38. φίλα ἀλλήλοις, καὶ σύμπνοιαν ἔχοντα. *invicem ſibi amica & conſpirantia.* Manilius *Aſtron. l.* 2.

Totúmqe alterno conſenſu vivere mundum.

De corpore humano pariter Hippocrates *de aliment. ſect.* 4. *l.* 4. *p.* 50. Ξύῤῥοιαι μία. ξύμπνοια μία. ξυμπαθέαι κατὰ ὁλομελίην πάντα. *Confluxio una, conſpiratio una, conſentientia omnia ad univerſam totius naturam.* de qo videatur Galenus *de facult. nat. l.* 1. *c.* 5. & *l.* 3. *c.* . *de differ. febr. l.* 2. *de uſu pulſ. l.* 1. *de cauſſ. pulſ. l.* 2. & *de uſu part. l.* 1. Vide *infrà* §. 42. Apud Sextum Empiricum *adv. Phyſic. l.* 1. *c.* 2. Philoſophi qidam: Ἐπεὶ οὖν ὁ κόσμος σῶμά ἐστιν, ἤτοι ἡνωμένον ἐστὶ σῶμα, ἢ ἐκ τῶν συναπτομένων, ἢ ἐκ διεστώτων, ἔστι δὲ ἐκ συναπτομένων, ἔστι ἐκ διεστώτων, ὡς δείκνυμεν ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν συμπαθειῶν, ἐξ ὧν συμφανὲς, ὅτι ἡνωμένον τι σῶμα καθέστηκεν ὁ κόσμος. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐκ συναπτομένων ἢ διεστώτων, ὃ συμπάσχει τὰ μέρη ἀλλήλοις. ἐπὶ δὲ τῶν ἡνωμένων συμπάθεια τίς ἐστιν. ἡνωμένον τοίνυν ἐστὶ σῶμα ὁ κόσμος. *Qoniam igitur mundus eſt corpus, aut eſt corpus unitum, aut ex iis qa compinguntur, aut ex diſtantibus. Sed neqe ex iis qa compinguntur, neqe ex diſtantibus, ut oſtendimus ex iis qa in ipſo per conſenſum accidunt. Ex qibus eſt perſpicuum, qod mundus eſt aliqod unitum corpus. In iis enim qa conſtant ex iis qa compinguntur, aut qa ſunt diſtantia, partes minimè inter ſe afficiuntur per conſenſum. In iis autem, qa ſunt unita, eſt qadam affectio per conſenſum. Unitum eſt ergò corpus etiam mundus.*

§. 28. Μίλαν ἦθος] Ad *ſectionem* 18. pertinere iſta olim ariolabar, unde libriorum culpâ ſubducta fuiſſent: à Marco verò interpretamenti loco ſubjuncta qibus ſcilicet explicatum ibat, qid μέλανος ἤθους nomine deſignatum vellet, utpote qod latiùs ibi ſumeret, qàm uſus vulgaris pateretur, avt qàm Agatho, à qo ipſe mutuatus eſſet, uſurpaverat. qomodo *tyranni* nomen Seneca *de animo impotenti, cupido, delicato, Epiſt.* 114. Vide *ad* §. 25. Sed & *nigri* vocabulum hoc ipſum *Epiſt.* 48. *Per iſtud* (nugas tricáſqe dixerat) *philoſophia ſunt nigra & turpes, infameſqe, etiam ad album ſedentibus, exceptiones.* Ità Xylander exiſtimavit, qum verterit, *Mores nigri vocantur mores effæminati,* &c. Verùm fieri poteſt, qod & aliis placuiſſe video, ut περιοχὴν integram iſta conficiant, qâ Marcus ſcilicet *mores* varios ſive diſpoſitiones atqe ingenia recenſuerit, qos ſtylo ſuo perſtringeret, vitandóſqe moneret; *nigros* ſcilicet *effœminatos, præfractos, belluinos,* &c. Sicut avtem *candor,* pro *ingenuitate,* & *ſyncéritate*; & *mores candidi* pro *ingenuis, ſynceris, integris, benignis, benevolis.* Ovidius *triſt. l.* 3. *eleg.* 6.

Qiqe eſt in charis animi tibi candor amicis.

Idémqe *Pont. l.* 4. *El.* 14.

Tam felix utinam, qàm pectore candidus, eſſem.

& alibi:

—— ſed ſunt tua pectora lacte,
Et non calcatâ candidiora nive.

Horatius *Epod.* 11.

Contráqe lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium.

& *Epiſt.* 4.

Albi noſtrorum ſermonum candide judex.

& *Satyr.* 5.

a L.4.§.11. l.9.§.39. ἀθεισκελὲς ἦθος, a ἠλιθώδες, βοσκηματώδες, παιδαριώδες, βλακικὸν, κίβδηλον, βωμολόχον, καπηλικόν, τυραννικόν.

b Inf.§.44. 46.l.8.§.15. 49. c L.10.§.25. d L.12.§.1. 13. e L.2.§.17. l.3.§.5.l.10. §.1.l.11.§.1

§. 29. Εἰ b ξένος κόσμῳ, ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν αὐτῷ ὄντα, ἀχὶ ἧττον ξένος, ᾧ ὁ μὴ γνωρίζων τὰ γιγνόμενα. c φυγὰς, ὁ φεύγων τὸν πολιτικὸν λόγον. d τυφλὸς, ὁ καταμύων τῷ νοερῷ ὄμματι. e πτωχὸς, ὁ ἐνδεὴς ἑτέρου, καὶ μὴ πάντα

cti, belluini, pecuini, pueriles, ſtolidi, ſubdoli, ſcurriles, perfidi, tyrannici.

§. 29. Si peregrinus in mundo eſt, qi ignarus eſt eorum, qæ in mundo exiſtunt: perinde certè in mundo peregrinus eſt, qi ignarus eſt rerum qæ in eodem geruntur. profugus, qi rationem civilem fugit. cæcus, qi mentis oculos clavſos habet. mendicus, qi alterius cujuſqam indiget, neqe apud

ANNOTATIONES.

— *anima, qales neqe candidiores*
Terra tulit. —

Ità *mores nigri*, pro *malignis, improbis, malevolis* dicti. Salſè Solon, apud Laërtium *l.* 1.

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον,
Ὅρα μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
Καρδίῃ, φαιδρῷ προτενέπῃ προσώπῳ,
Γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος
Ἐκ μελαίνας φρενὸς γεγωνῇ.
Tu virum caveto qemqe,
Abditum nè geſtet enſem
Corde, vultu dum te amico
Intuetur, & biſulcâ
Blanda promit dicta linguâ
Mente ab intus nigricante.

Horatius *Serm.l.* 1. *Sat.* 4.

— *abſentem qi rodit amicum;*
Qi non defendit alio culpante; ſolutos
Qi captat riſus hominum, famámqe dicacis;
Fingere qi non viſa poteſt; commiſſa tacere
Qi neqit, hic niger eſt. —

Et mox:

Hic tibi comis, & urbanus, liberqe videtur,
Inſeſto nigris. —

Et rurſus ubi hominem induxit, ità amicum prædicantem, ut tamen interim rectè ſubdoléqe notam illi aliqam affigat;

— *hic nigra ſuccus loliginis, hæc eſt*
Ærugo mera. —

De Sexto Clodio Cicero *pro Cæcina. Nec minùs niger, nec minùs confidens, qàm ille Terentianus Phormio.* Pindarum tamen *in Pythiis Od.* 4. φρένας λευκὰς, ſive *alba præcordia*, pro *fatuis ſtolidiſqe* poſuiſſe monet Hadrianus Junius *cent.* 3. *adag.* 32. qi fallitur tamen, qod φρένας μελαίνας, ſive *nigra præcordia*, pro *prudentia* argumento haberi opinatur, ubi Homerus eas Hectori tribuit, *Il.* ρ. *v.* 83. cùm *fortitudinis* ſint potiùs. neqe enim illa, ſed iſta eſt Hectoris lavs. Indè proverbium. Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος. *Candidorum virorum nullus eſt uſus.* qaſi imbelles illi plerumqe ac inutiles ſint. qalis Nireys,

— ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν,
Ἀλλ' ἀλαπαδὴς ἦν —
— *qi pulcerrimus vir ad Ilium venit,*
Sed imbellis erat.

Il β. *v.* 673. & Paris, cui ſcilicet

— καλὸν
Εἶδος ἔπ', ἀλλ' οὐκ ἦν γε βίη φρεσίν. οὐδέ τις ἀλκή.
— *venuſta*
Species ineſt: ſed non eſt vis animo, neqe ullum robur.

Il. γ. *v.* 45.

Περισκελὲς ἦθος] *mores præduri, præfracti, rigidi, refractorii.* Ità Sophocles *Ajac. Lorar. n.* 659.

— περισκελεῖς φρένες.
— *obſtinatæ mentes.*

i.e. αἱ ἄγαν σκληραί. Schol. à *ferro* tranſlatum tragicus ipſe innuit, ubi mox ſubjungit *n.* 660.

— ὃς ἐκαρδίρυτον,
Βαφῇ σίδηρος ὡς.
— *vehementer obdurueram,*
Ut ferrum tinctum.

Et in *Antigone*, ubi ingeniorum iſtiuſmodi exitum edocet:

Ἀλλ' ἴσθι τοι, τὰ σκληρ' ἄγαν φρονήματα
Πίπτει μάλιστα, καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
Σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ,
Θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰσίδοις.
Præfracti at animi plurimùm, ſcias velim,
Cadere aſſolent: & ipſa vis ferri igneis
Exacta flammis rigidi & intractabilis,
Diſcedit icta ſæpe, & in partes abit.

Grotius. Qanqam & de qibuſvis rebus uſurpatur, qæ ſic exaruerunt, ut præduræ fiant. παρὰ τὸ σκέλλειν. Poſſunt & περισκελὲς ἦθος, *mores difficiles, moleſti* & *moroſi* dici. Siqidem περισκελὴς Heſychio, non σκληρὸς tantùm, ſed & δυσχερὴς exponitur. Ità Theophraſtus *de cauſſ. l.* 2. *c.* 4. Ὁ περισκελὴς ἀνὴρ. cui opponitur, Ὁ ὑγρὸς καὶ μαλακός, *ibidem* & *c.* 2. & Hippocrates *de Ulcer.* Φάρμακα περισκελῆ. *medicamenta*

A *moleſta, & aſpera.* ſive δάκνοντα καὶ ἐρεθίζοντα σφοδρῶς. ută Galenus explicat, *ad Glauc. lib.* 2. & Philochorus apud Athen. *l.* 14. Καύματα περισκελῆ, *æſtus ardoréſqe graves & moleſti.* Cæterùm apud Menandrum à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 96. repræſentatum, περισκελῶς φέρειν, non eſt *ægrè ferre*, qod Cl. Caſavbonus cenſuit, nec *æqè*, qod Geſnerus reddidit, ſed *obſtinatè* potiùs, ex priore vocabuli uſu, & *infracto* adverſùs fortunam animo, qod & Grotius advertit, & ipſa Comici dictio docet, ſi ponatur integra. ea enim ſic habet;

Πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὐτὸν καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.
B Ὁ γὰρ μιπρίως πράττων, περισκελέστερον
Ἅπαντα τἀνιαρὰ, λαμπρία, φέρει.
Mens timida ſemper pauperi eſt; atqe omnibus
Se ſuſpicatur eſſe deſpicatui.
At qorum res ſunt, Lampria, meliuſcula,
Animo obſtinatiore perdurant mala.

Grotius.

Θηριώδες, βοσκηματώδες] Vide *ad l.* 5. §. 11.

Παιδαριώδες] *Viris qoqe puerilia ac muliebria ingenia ſunt.* Seneca *de ira l.* 1. *c.* 16.

§. 29. Ξένος κόσμῳ] qia τὰ κόσμου ξένα ipſi videntur *infrà* §. 46. Vide & *l.* 8. §. 15. & *l.* 12. §. 1. & 13. *Peregrini* enim C videtur eſſe, qæ civitatis, in qa agit, ſint ſolennia, ignorare. Huc illud Luc. *c.* 24. *v.* 18. Σὺ μόνος παροικεῖς Ἰερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ; *Tu ſolus es peregrinus Hieroſolymis, & non noſti qa in ea facta ſunt.* Itaqe & Petrus Apoſtolus *Epiſt.* 1. *cap.* 4. *v.* 12. pios perſecutionem à mundanis perpeſſos, (cùm ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔξειν, i.e. *in mundo* atqe à mundo, qi ipſos odio habiturus ſit, *afflictos fore* Dominus ipſe præmonuerit, in *Evangelio* Joan. *c.* 15. *v.* 18. & *c.* 16. *v.* 33.) vetat ξενίζεσθαι τῇ ἐν αὐτοῖς πυρώσει πρὸς πειρασμὸν γινομένῃ, ὡς ξένου αὐτοῖς συμβαίνοντος. *Ne tanqam peregrini exploratione illa per ignem, qa fit in vobis ad veſtri experimentum, percellimini, ut ſi peregrinum aliqid vobis accideret.* D Itaqe hac in parte, prout Marcus iſtic, non vult Chriſtianos eſſe ξένους κόσμου. Alioqi ξένοι κόσμου καὶ παρεπίδημοι, *peregrini & inqilini mundi* iſtius, qo ad vitæ rationem & inſtitutum, prædicantur pii omnes, ídqe illis lavdi ducitur. Avtor *ad Hebr. c.* 11. *v.* 11. Joannes Chryſoſtomus in *Epiſt. ad Hebr. Orat.* 24. *Edit. Commel. pag.* 1906. Ἡ πρώτη ἀρετὴ, καὶ ἡ πᾶσα ἀρετὴ, τὸ ξένον εἶναι τοῦ κόσμου τούτου καὶ παρεπίδημον, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὰ ἐνταῦθα πράγματα, ἀλλ' ἀπηρτῆσθαι αὐτῶν, ὥσπερ ξένων. vel ut alii, ὥσπερ ξένου. *Prima eſt virtus, atqe adeo univerſa virtus, eſſe hujus mundi hoſpitem & peregrinum, & cum iis qæ hic ſunt rebus & negotiis* E *nihil habere commune, ſed ab iis pendere tanqam ab externis.*

Φυγὰς] ὀραπέτης idem *l.* 10. §. 25. Philo *allegor. l.* 2. φυγὰς ὁ φαῦλος. *fugitivus vitioſus* qivis.

Τυφλὸς, ὁ καταμύων τῷ νοερῷ ὄμματι] i. e. τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς. *oculis cordis veſtri.* ut Pavlus *ad Eph. c.* 1. *v.* 18. ſive τῶν νοημάτων, *mentium*, ut idem *ad Cor. Ep.* 2. *c.* 4. *v.* 4. Ità Petrus, *Ep.* 2. *c.* 1. *v.* 9. Τύφλος ἐστὶ καὶ μυωπάζων. *Is cæcus eſt nihil procul cernens.* Unde diverbium Domino Chriſto uſurpatum; Matth. *c.* 15. *v.* 14. Ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. *Duces ſunt cæci cæcorum. Qod ſi cæcus cæcum per viam duxe-* F *rit, ambo in foveam cadent.* Et Pavlo *ad Rom. cap.* 2. *v.* 19. Τυφλῶν ὁδηγός. *Dux cæcorum.* Et Angelo Eccleſiæ Laodicenæ Dominus Joannis *Apoc. c.* 3. *v.* 17. Οὐκ οἶδας ὅτι τυφλὸς εἶ. *Non noſti te eſſe cæcum.* Vide *ſuprà ad lib.* 2. §. 14. Sophocles *Oedip. rege.*

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.
Mentémqe & aures cæcus eſt, & lumina.

Τῷ νοερῷ ὄμματι] Avtor *de mund. c.* 1. Ἡ γοῦν ψυχὴ διὰ φιλοσοφίας λαβοῦσα ἡγεμόνα τὸν νοῦν, καὶ θείου ψυχῆς ὄμματι τὸ θεῖον καταλαβοῦσα. *Anima igitur per philoſophiam ducem nacta mentem, cùm divino animæ oculo divinarum rerum naturam comprehendiſſet*, &c. Vide *ad l.* 3. §. 15.

G Πτωχὸς] Ità de Eccleſiæ Laodicenæ Angelo, *Apoc. cap.* 3. *v.* 18. πτωχὸς, καὶ τυφλὸς. *mendicus & cæcus.*

Ὁ ἐνδεὴς ἑτέρου] Vide *l.* 3. §. 5. & *l.* 9. §. 6. & *l.* 11. §. 1. Epictetus *Diſſert. lib.* 4. *c.* 8. Εἰ μέ τις βλάψαι δύναται, ἐγὼ οὐδὲν ποιῶ. εἰ ἄλλου περιμένω ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ οὐδέν εἰμί. *Si me qis ladere poteſt, nihil ago; ſi alterius opem expecto, qi me juvet, nihil ſum ego.*

Ἀπό-

apud se habet, qicqid ad vitam conducat. abscessus mundi, qi abscedit, séqe à naturæ communis ratione sejungit, dum eis qæ contingunt offenditur. hoc enim, qicqid est, profert eadem, qæ à te protulit. abscissus civitatis, qi animam propriam à rationalium reliqorum anima, qæ una omnium est communis, abscindit.

§. 30. Iste sine tunica philosophatur; ille sine libro: alius qispiam seminudus. panes, inqit,

ἔχων παρ' ἑαυτῷ πὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. a ἀπόσπημα κόσμυ, ὁ ἀφισάμενος, κ) χωρίζων ἑαυτὸν ἓ τῆς κοινῆς φύσεως λόγυ, ἀφ' ἓ δυσαρεσεῖν τοῖς συμβαίνυσιν. b ἐκείνη γὰρ φέρ' τῦτο, ἡ κ) σὲ ἤνεγκεν. c ἀπόσχισμα πόλεως ὁ τὴν ἰδίαν ψυχὴν τῆς τῶν λογικῶν ἀποσχίζων, d μίας ὕσης.

a L. 2. §. 16.
b L. 2. §. 3.
c L. 8. §. 34.
l. 9. §. 23.
l. 11. §. 8.
d L. 9. §. 8.

§. 30. Ὁ μὲν χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ, ὁ δ' χωρὶς βιβλίυ, ἄλλος * ἄτος ἡμίγυμνος.

* ἄτος f.

ANNOTATIONES.

Ἀπόσπημα κόσμυ] Ità *l.* 2. §. 16. Ἀπόσπημα καὶ οἷον φῦμα τῦ κόσμυ. *Abscessus & quasi struma mundi.*

Ἐκείνη γὰρ φέρει τῦτο, ἣ καί σε ἤνεγκεν] Ità *l.* 12. §. 1. Σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φυσις ἔφερε, καί σε τύτῳ. *Quem & tibi hoc natura dederit, & huic te.* Τῦτο, cum τοῖς συμβαίνυσι priùs dixisset, transitio à numero ad numerum, plurali ad singularem: sicut vice versâ ab hoc ad illum *lib.* 2. §. 4. Ità Plato *Hipp. min. p.* 257. *E.* Καὶ πῶς ἂν οἱ ἑκόντες ἀδικοῖεν, κ) ἑκόντες ἐπιβουλεύσαντες, καὶ κακὰ ἐργασάμενοι, βελτίους ἂν εἶεν τῶν ἀκόντων, οἷς πολλὴ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικῇ, ἢ ψευσηται, ἢ ἄλλο τι κακὸν ποιήσῃ. *Quam pacto qi scientes injuriantur, volentes insidiantur, & lædunt, meliores esse possunt, quam qi hæc præter sententiam faciunt, quandoquidem multum ignoscitur illi, qi per ignorantiam injuriam infert, mendacium loqitur, vel aliud qicqam committit mali.* Pavlus *ad Cor. Epist.* 1. *c.* 4. *v.* 1. Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας, Χριστῦ, καὶ οἰκονόμυς μυστηρίων Θεῦ. ὧδε λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις ἐυρεθῇ. *Sic de nobis reputet homo ut de ministris Christi, & dispensatoribus mysteriorum Dei. Qod reliqum est autem, reqritur in dispensatoribus ut qis fidus inveniatur.* Sic & *ad Galat. cap.* 6. *v.* 1. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιῦτον, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ κ) σὺ πειρασθῇς. *Vos spirituales reconcinnate ejusmodi hominem, considerans unusqisque temetipsum, ne & tu tenteris.* Salustius in Catilin. *Interea servitia repudiabat, cujus rei initio ad eum magna copia concurrebant.* Terentius *Eunuch.* 2. 1.

Adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eosdem esse?

Idem.

Cujus maximè mos est consimilis vestrûm, hi se ad vos applicant.

Plavtus *Pseud.* 3. 2.

Si qo hic g adietur, pariter progrediminor.
Manum si prolloret, pariter proferto manum.

Usum hujus enallages, qi & Hebræis familiaris (de qo videantur Franciscus Junius *ad Proverb. c.* 13. *v.* 1. & Joannes Drusius *qæst. l.* 3. *c.* 33.) in distributionibus solennem, monet M. Seneca *Svasor.* 2. qi ubi Cornelii Severi illud de militibus Romanis

--- stratiqe per herbam,
Hic meus est, dixere, dies. ---

Illud, inqit, *Porcellus Grammaticus arguebat in hoc versu, tanqam solœcismum, qod cùm plures induxisset, diceret, Hic meus est dies, non, Dies hic est noster. & in sententia optima accusabat id qod erat optimum --- nam qasi proverbii loco est; Hic dies meus est. & cùm ad sensum retuleris, nè Grammaticorum qidem calumnia habebit locum. dixerunt enim, non omnes simul, sed singuli ex his, Hic meus est dies.* Nec secùs in *Historia* sacra *Reg. lib.* 4. *c.* 5. *v.* 13. de Naomane, *Allocuti sunt eum servi ejus, dicentes, Pater mi*, &c. i. e. horum qasi seorsum singuli. Sic hoc loco τῦτο. i. e. *τύτων τῶν συμβαινόντων ἕκασον.* Sed de istis alibi fusius disseruimus.

Ἀπόσχισμα πόλεως] hinc illud *l.* 3. §. 8. Οὐδὲν ἀπεσχισμένον. Casaubonus *qi in civitate seditionem fuscitat.* Xylander *frustum à civitate amputatum.* ego malim, qo uno verbo exprimam, insolenti forsan hui vocabulo, qale & Marci ipsum est, sed analogia eâdem, qâ *abscessus*, formato, *abscissum civitatis*, vertere. Ejusmodi avtem hominem nunc *membro abscisso*, *l.* 8. §. 34. nunc *ramo avulso*, *l.* 11. §. 8. nunc *civi seditioso*, *l.* 9. §. 23. similem pronunciat. Qin & τὸ ἀποσπασθὲν vocabulum etiam de cive istiusmodi usurpavit Plutarchus *in præcept. polit. pag.* 809. *E.* Δεῖ γὰρ ἐχθρὸν μηδένα νομίζειν πολίτην, ἂν μή τις, οἷος Ἀριστίων, ἢ Νάβις, ἢ Κατιλίνας, νόσημα κ) ἀπόσπασμα πόλεως ἐγγένηται. *Nullus enim civis pro inimico habendus est, nisi qis est Aristionis instar, avt Nabidis, avt Catilinæ, morbus & vomica veluti reipublicæ.*

Μιᾶς ὕσης] *Animam* totius *unam* statuebant Stoici, cujus singulæ omnes qasi membra essent. Vide *suprà* §. 21. & *infrà* §. 40. & *l.* 9. §. 8.

§. 30. Χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ] *alius sine toga philosophatur* Xylander. imo, *sine tunica*. Ita Cynici. Salmasius ad Tertullianum *de pallio*. *Græci generis omnes cùm tunicam, tum interulam simul induti habebant, haud minùs qàm Romani sub toga. Soli Cynici præter omnium Græcorum morem, tunicam non gerebant*, sed interulam tantùm. Lucianus in *Cynico dialogo pag.* 717. Τί πολὲ, ὦ ἄτος, πώγωνα μὲν ἔχεις κ) κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις; *Qid tu tandem? barbam qidem habes & cœsariem, tunicam non habes.* Dio Chrysostomus περὶ σχήματος *Orat.* 71. Τὰς γε μὴν καπήλους ἑκάστοτε ὁρῶντες πρὸ τῶν καπηλείων ἀναζωσαμένους, οὐδέποτε τωθάζυσι. καταγελῶσι δ' οὐ τηνικαῦτα, εἰ μὴ ὅτως ἐνεσκευασμένοι εἶεν, ὡς οἰκεία τῷ σχήματος ὑπαρχόντος τῇ ἐργασίᾳ, ἣν μεταχειρίζονται. ἐπειδάν τινα ἴδωσιν ἀχίτωνα ἐν ἱματίῳ, κομῶντα τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ γένεια, οὐκ οἷοί τε εἰσὶ πρὸς τῦτο τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, οὐδὲ σιγῇ παρέρχεσθαι. ἀλλ' ἐφίστανται, καὶ ἐρεθίζυσι, καὶ ἤτοι κατεγέλασαν, ἢ ἐλοιδόρησαν, ἢ ἐνίοτε ἔλκυσιν ἐπιλαβόμενοι. καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅτι τοῖς καλυμένοις φιλοσόφοις ξύνηθές ἐστιν ἡ στολὴ αὕτη, καὶ τρόπον τινὰ ἀποδεδειγμένη. *Caupones sanè, qos semper videns ante cavponas succinctos, non deridens, sed è diverso deriderent, si non ita cultus esset, qod ille habitus peculiaris sit illi qæstui qem exercent. Postqam avtem aliqem viderint absqe tunica in pallio, comámqe nutrientem in capite atqe mento, non possunt erga hos qiets esse, neqe silentio præterire; sed urgent, irritantqe, & vel deridet vel convicijs proscindunt, vel apprehensos interdum trahunt. Præsertim cum sciant eam vestem esse consvetam iis qi philosophi appellantur, & qodammodo comprobatam. Philosophis*, inqit, *consvetus hic habitus*; Cynicis nimirum, non & cæteris. Et hæc illis cavsla pallii duplicandi, qòd sine tunicis essent. Unde Diogenem tunicam petentem jussit Antisthenes apud Laërtium *l.* 6. §. 6. πτύξαι δοὶ μάτιον, *complicare pallium*. (Indè Teles apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 94. de Metrocle jam Cynico: Ἡμεῖς μὲν ζητῶμεν παχύτερον ἱμάτιον. ἐκεῖνος δὲ διπλώσας τὸν τρίβωνα περιῆει, τρόπον τινὰ δύο ἱμάτια ἔχων. *Nos crassiorem vestem qærimus, ille verò detrita sua veste duplicata circumibat, ita qodammodo duas vestes gerens.*) De Antisthene Laërtius *l.* 6. §. 13. τῷ ἱματίῳ ἐχρῆτο μόνῳ; *pallio solo utebatur*, qod scilicet *tunicam non haberet*. idémque de Cynicis, τρίβωσι μόνοις χρῆσθαι. *pallijs solis uti*. ἀχίτωνες, *sine tunica*, itaque erant Cynici, & qi Cynismum profiteri volebant, tunicam deponebant. Vetus epigramma,

Ἑρμοδότυ τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον. εἴτις ἀχλαῖ',
Μηκέτι πευσάτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον.
Hermodoti sapiens dogma hoc: si desuerit cui
Æs, posità tunicâ, nè amplius esuriat.

hoc est, si qis esurit, & viam reperire vult, qâ non ampliùs esuriat, depositâ tunicâ habitum Cynici capessàt. perperam viri docti θεσθαι χιτωνάριον accipiunt ibi pro *induere*. Hinc Juvenalis *Sat.* 13. *v.* 121.

--- & Stoica dogmata tantùm
A Cynicis tunicâ distantia. ---

qia Stoici tunicas, ut reliqi philosophi, & Græci omnes gestabant, qibus carebant Cynici. Hæc ibi ferè Salmasius & *ad Marc.* nostri *vitam* à Capitolino delineatam. qæ non advertit vir doctissimus Joannes Cameron in *prælect. ad Matth. c.* 18. *v.* 15. ubi dixit, *Stoicos à Cynicis pallio distâsse.* à Satyrici *Scholiaste* forsan *Vetere* deceptus, qi *Cynicos pallio usos* negat. *pallium* enim utriqe Sectæ amictus ex æqo communis erat. Qin & Romanos priscos ἀχίτωνας egisse, avtor est Gellius *l.* 7 *c.* 12. *Viri*, inqit; *Romani primò sine tunicis togâ solâ amicti fuerunt.*

Χωρὶς βιβλίυ] Vide *ad lib.* 2. §. 2. Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 497. *C.* Ἔξεσι γὰρ τῷ καθ' ἡμᾶς πεπολιτευμένῳ καὶ ἄνευ γραμμάτων φιλοσοφεῖν. *Licet ei, qi ex more nostro vitam instituit, etiam absqe literis philosophari.* Qin & è nostris qidam de *librorum supellectile* interrogatus; *Fabricam mundi*, creaturáque eodem comprehensas *librorum* vicem abundè sibi supplere respondit. Τὸ ἐμὸν βιβλίον ἡ φύσις τῶν γεγονότων. καὶ πάρεσιν, ὅτε βύλομαι, τὰς λόγυς ἀναγινώσκειν τῦ Θεῦ. *Natura*, inqit, *rerum mihi liber est; in qo Dei oracula, ubi libuerit, legere licet.* Ex Evagrii scripto Nicephorus Callisti *l.* 11. *c.* 43. Eum avtem qi hoc dixerat, Antonium is *Justum* appellat, qem alii cum Sozomeno *Magnum*: qi & *hist. Eccl. l.* 1. *c.* 13. de eodem, γράμματα δὲ οὐδὲ ἠπίστατο, οὐδὲ ἐθαύμαζεν. ἀλλὰ νῷ ἀγαθῷ, ὡς πρεσβύτερον τῶν γραμμάτων, καὶ αὐτὸν τύτων ἐυρετὴν ἐπήνεσεν. *literas nec norat, nec suspicebat: sed mentem bonam, tanqam eis antiqiorem, ipsamqe earundem inventricem collavdabat.*

Ἄλλος ἄτος] malim, ἄλλος ἄτος. *alius qispiam.* Ità Demosthenes *adv. Midiam*: ἄλλος ἄτοτί τις ἀναισὴς, &c. Libanius *Orat.* 22. καί τις ἄτος ἕτερος.

Ἡμίγυμνος] De Cynicis Cyprianus *Orat. de patient. Exerti ac seminudi pectoris inverecunda jactantia.* De Alcidamante Cynico Lucianus in *Sympos. pag.* 639. Ἐς τὔδαφος καταβλὼν ἑαυτὸν, ἔκειτο ἡμίγυμνος. *In solo sternens sese jaciebat seminudus.* Seneca *Epist.* 62. *Demetrium virum optimum, mecum cum-*

ἄρτυς ἐκ ἔχω, φησὶ, καὶ ἐμμένω τῷ λόγῳ. ἐγὼ δὲ τροφὰς τὰς ἐκ μαθημάτων ἐκ ἔχω, καὶ ἐμμένω.

§. 31. [a] Τὸ τεχνίον, ὃ ἔμαθες φίλε, τούτῳ πρόσανάπαυε. [b] τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ βίου διέξελθε, ὡς [c] θεοῖς μόνοις ἐπιτετροφὼς τὰ σεαυτοῦ πάντα [d] ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, ἀνθρώπων δὲ μηδενὸς * [e] μήτε τύραννον, μήτε δοῦλον ἑαυτὸν καθιστάς.

cùm desint, rationi tamen insisto. mihi verò, inqit alter, cùm nec ex disciplinæ exercitio qi præberi solet, commeatus suppetat, persisto tamen.

§. 31. Qam didicisti artem, eam diligito, eidémqe acqiescito. qod avtem vitæ reliquum est, ità exigito, ut qi Diis tua omnia ex toto animo commiseris; nulliqe homini vel servum vel tyrannum te exhibeas.

§. 32.

a L. 5. §. 19. l. 6. §. 7. 43.
b L. 8. §. 1. l. 7. §. 46. 56.
c L. 3. §. 6. Inf. §. 34.
d L. 3. §. 4.
* — νὶ Lug. An.
e L. 7. §. 66. l. 11. §. 18.

ANNOTATIONES.

cumsero, & relictis conchyliatis, cum illo seminudo loqor, illum admiror. At de eodem *Epist.* 20. *Ego certè aliter svdio; qa dicit Demetrius noster, cùm illum vidi nudum, qantò minùs qàm stramentis incubantem? tunc enim non præceptor veri, sed testis est.* De Christianis Cæcilius apud Minucium: *Purpuras dessiciunt ipsi seminudi.* Cæterùm peculiari qâdam ratione *Cynici seminudi*; nimirum, *qia* (Cl. Salmasii verba habes, *ad Tertull. pall.*) *partem pallii de sub dextro humero super sinistrum rejiciebant; & sic excluso dextro, obvelato sinistro erant: ità pallium Cynicum humerum lævum duplici textu tegebat, & dextrum nudabat, cùm commune in utroqe humero simplex sederet.* Ammianus *in Cynicum antholog. l. 2. c. 52. carm. 5.* Παγώνιον, ὤμιον ἴξω. *Barbula, humerus extra vestem.* indè ἐξωμὶς vestis, qâ ei utebantur. Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypothes. l. 1. c. 14. §. 10.* Καὶ ὁ μὲν Διογένης ἀπὸ ἐξωμίδος περιῆει. ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν. *Et Diogenes qidem exomidem, qocunqe iret, gestabat: nos avtem consvetum nobis vestimentum solemus circumferre.* Et ab hac Cynici Ἐξωμίαν. Lucianus βίων πράσει. *pag.* 374. de Cynico, Ὦ οὗτος, ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος, ὁ ἐξωμίας. *Heus tu, qi peram alligasti, & humerum exseruisti.* Frustra est vir Cl. Henricus Stephanus, qm ad humerorum altitudinem refert. Indè & de Cynicis Tatianus *c.* 41. Θαλίρους τῶν ὤμων ἐξαμιλῶσι. *Humerum alterum negligunt.* qem *nudum* scilicet *& exertum*, ut Cyprianus, habebant.

A

Ἄρτυς ἐκ ἔχω] hoc vult. nihil impedire, qo minùs qispiam, etiam in summa rerum omnium indigentia, operam det philosophiæ, in eâqe persistat. Seneca *Epist.* 17. *Licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire.* Legas sis totam epistolam. Epictetus *Enchir. c.* 11. §. 1. Ἐι προκόψαι θέλεις, ἄφες τὰς τοιαύτας διαλογισμούς. ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, ἐχ ἕξω διαβροφάς. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταραττόμενον. *Si qid proficere studes, istiusmodi cogitationes missas facito: si mea neglexero, non erit unde vivam. Præstat enim perire fame, qàm copiis omnium rerum circumfluentem animo vivere perturbato.*

Τροφὰς τὰς ἐκ μαθημάτων] *educationis bona instructionisqe alimenta* Casavbonus. *Ex disciplinis suis alimenta* Xylander. huic potiùs accedo.

§. 31. Τὸ τεχνίον ὃ ἔμαθες, φίλε] Senarius proverbialis ab Aristophane in *Vespis*, à Stratonico (sed cum levi inflexione) apud Athenæum *l.* 8. usurpatus

Ἔρδοι τίς, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Stratonicus Ἄδοι. Qod Cicero *Tuscul. l.* 1.

Qam qisqe norit artem, in ea se exerceat.

Horatius *l.* 1. *Epist.* 14.

Qam scit uterqe, libens censebo, exerceat artem.

Apostolus ipse *ad Corinth. Ep.* 1. *c.* 7. *v.* 20, 24. Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ἐν ᾗ ἐκλήθη, μενέτω παρὰ τῷ Θεῷ. *Unusqisqe in qa vocatione vocatus fuit, in ea maneat apud Deum.*

Τοῦτῳ προσανάπαυε] Intra limites istius te contine: nec ad alias artes, aliáve studia animum adjicias; qisve te intermisceas. qod Apostolus appellat, τὰ ἴδια πράττειν, *res suas agere. ad Thess. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 11. Apelles sutorem, qem *de crepidarum ansis* reprehendentem lubenti gratóqe animo pridiè avdierat, *de cruris efformatione* postridiè cavillantem monuit, *Nè sutor supra crepidam judicaret.* qod & ipsum in proverbium venit. Plinius *hist. nat. lib.* 35. *cap.* 10. Martialis pariter *lib.* 3. *epig.* 16.

B

— sed te, mihi crede, memento
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

Allusit ad proverbium; *Intra pelliculam suam se continere.* Stratonicus itidem Mynaco sutori, de re Musica secum disceptanti, ὃ προσίχειν αὐλῷ ἔφη, ὄλι ἀνώιερον τῷ σφυρῷ λέγει. *parum se facere, qid ille dicat, cùm supra talum loqatur.* Athenæus *l.* 8. nam qod Mynacum *fabrum* opinatus est Erasmus, & *ultra malleum* locutum à Stratonico dictum, in eo falsum esse summum illum virum, docet Leopardus *Emend. l.* 10. *cap.* 2. Qin & idem Ptolemæo de re citharistica litem intendenti, Ἕτερόν ἐστιν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. *Aliud est*, inqit, *ò Rex, sceptrum, aliud avtem plectrum.* Apelles etiam Megabyzo avlico, ut Plutarchus *de adulat. pag.* 58. *D.* Alexandro ipsi, ut Plinius loco suprà memorato; de pictura differenti; Ὁρᾷς τὰ παιδάρια ταῦτα τὴν μηλίδα τρίβοντα; πάνυ σοι προσέχει τὸν νοῦν σιωπῶντι, καὶ τὴν πορφύραν ἐθαύμαζε καὶ τὰ χρυσία. νῦν δέ σε καταγελᾷ, περὶ ὧν ἐμεμάθηκας ἀρτιμένα λαλεῖν. *Nonne vides puerulos istos qi melidem terunt? tacenti tibi admodum ii fuerunt intenti, purpuram aurumqe admirantes: nunc te rident orsum loqi de rebus iis qas non didicisti.* admonuit nempe *derisui esse illum pueris, qi colores terebant.* Sed & Basilius Cæsar. Demostheni Valentis imperatoris culinæ præfecto de re Theologica, sed imperitè barbaréqe, cum Episcopo disceptanti; subridens, Ἐθεασάμεθα καὶ Δημοσθένη ἀγράμματον. *Etiam Demosthenem,* inqit, *illiteratum vidimus.* ampliusqe succensenti; σὺν ἐστὶ τῆς τῶν ψωμῶν καρυκίας φροντίζειν. δογμάτων γὰρ θείων ἐπαίειν ὃ δύνασαι, βεβυσμένας ἔχων τὰς ἀκοάς. *Tuum est pulmentorum condituram curare: neqe enim dogmata potes avdire divina, qi aures sordibus oppletas geris.* Narrat Theodoretus *Hist. Eccles. l.* 4. *c.* 19. Nec supprimi dignum illud Butleri nostri medicinæ nomine celeberrimi, qem cum Juridicus qidam insignis in convivio freqenti de re medica jactantiùs pavlò se efferens, subinde compellaret, qærerétqe inter alia, qonam in Galeni opere dictum qoddam inveniretur, respondit, *In decimotertio Henrici octavi*; alludens ad leguleis nostris solennem legum capita citandi formulam. tanqam jure suo contentum, intráqe limites ejusdem se continentem, in messem medicam falcem mittere, nevtiqam oportuerit. Verùm, contrà qàm Pindarus apud Plutarchum *de virt. mor.* & *de tranqill.*

C

Ἐν ἅρμασι μὲν ἵππος, ἐν δ' ἀρόσει βοῦς.
Currum equs, aratrum bos trahat.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Flaccus *l.* 1. *Epist.* 14.

— nec qisqam ferè, *qam sibi sortem*
Avt ratio dederit, avt fors objecerit, illâ
Contentus vivit; laudat diversa seqentes.

Idem *Serm. l.* 1. *Sat.* 1. Ità:

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Idem *Ep.* 14. In hoc, qod nunc præ manibus habemus, negotio, id cum primis usu venire, idem monet *l.* 2. *Ep.* 1.

Navem agere ignarus navis timet: abrotonum agro
Non avdet, nisi qi didicit, dare: qod medicorum est
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctiqe. —

D

Atqi ut Plutarchus de tranq. ὃ πάντα πάντων ἐστὶν. ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ γράμματι πειθόμενον, αὑτὸν καταμαθεῖν. εἶτα χρῆσθαι πρὸς ἣν ὁ πέφυκε, καὶ μὴ ἄλλον ἄλλοτε βίον ζῆλον ἔλκειν, καὶ παραβιάζεσθαι τὴν φύσιν. *Non omnia esse omnium; sed oportere Pythica obtemperantem inscriptioni, seipsum nosse: deinde uti suo ingenio ad ea, ad qa natura factus est: neqe id ad aliud vitæ studium trahendo huic vim facere.* Vide *lib.* 6. §. 43. & *l.* 7. §. 5.

Προσανάπαυε] Apostolus *ad Rom. c.* 2. *v.* 17. Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ. *Tu cognominaris Judæus,* E *& acqiescis in lege.*

Θεοῖς μὲν ἐπιτετροφὼς τὰ σεαυτοῦ πάντα] Socrates apud Platonem in *Criton.* & apud Epictetum *Enchir. cap. ult.* & *Dissert. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 22. Ἐι ταύτῃ τοῖς Θεοῖς φίλον, ταύτῃ γενέσθω. *Si Diis ita visum fuerit, ita fiat.* David noster; *Faciat me Dominus, qod illi visum fuerit. Reg. hist. lib.* 2. *cap.* 15. *v.* 26. Cujus & monita passim pia istiusmodi, גול על יהוה דרכך *Devolve super Deum viam tuam. Psal.* 37. *v.* 5. & *Psal.* 55. *v.* 22. השלך על־י יהבך *Rejice ad Deum munus omne tuum.* Et Solomon filius; *Prov.* F *cap.* 16. *v.* 3. גול אל־י מעשך *Devolve ad Deum opera tua.* Et Petrus Apostolus *Ep.* 1. *cap.* 5. *v.* 7. Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτόν.. *Omnem vestram curam in eum conjicientes.* Vide *infrà ad* §. 34. Sed & Juvenalis *Sat.* 10. *v.* 346. *ad l.* 5. §. 7.

Ἐς ὅλης τῆς ψυχῆς] Phrasis Marco familiaris, ità *suprà l.* 3. §. 4. Ἀσπασόμενον ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα. *Ex animo prorsus amplexantem qacunqe contigerint.* & *l.* 12. §. 29. Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ ταληθῆ λέγειν. *Ex animo toto justa facias & vera dicas.* & *l.* 2. §. 3. Ἀπὸ καρδίας εὐχάριστον. *Ex animo gratus.* Qod idem in sacra pagina toties occurrit. *Devt. c.* 6. *v.* 5. *Diliges Dominum Deum tuum* G בכל־לבבך ובכל־נפשך. Ubi Græcus interpres; ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου. *Ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.* Sed & Lucas *Evang. c.* 10. *v.* 27. & Marc. *c.* 12. *v.* 30. At Matth. *Evang. c.* 22. *v.* 37. Ebraisans magis; ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ.

Ἀνθρώπων δὲ μηδενός] Annotator Lugdunensis μηδενὶ. qorsum, qæso?

Μήτε τύραννον, μήτε δοῦλον] Neqe præter jus fásqe qendam opprimendo, neqe præter decorem alicui inserviendo. Illud Apostolus *ad Thess. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 6. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν ἢ πλεονεκτεῖν

§. 32. Cogita, verbi gratiâ, tempora ſub Veſpaſiano acta, eadem prorſus omnia, qæ nunc ſunt, deprehendes. nuptias contrahentes, liberos tollentes, ægrotantes, defungentes, militantes, ferias agentes, mercaturam exercentes, agros colentes, adulationi deditos, arroganter pervicaces, ſuſpicionibus indulgentes, inſidias ſtruentes, mortem aliqorum expetentes. de rerum ſtatu præſente qiritantes, opes congerentes, conſulatûs, regnive appetentes. ità tranſiit, nec jam uſqam eſt illorum vita: Rurſus ad Trajani tempora te tranſferas. eadem denuo cuncta comperies. iſtorum qoqe vita morte jam commutata eſt. pari modo tempora alia notâ peculiari aliqâ deſignata, vel etiam gentes totas, contemplare; ſimúlqe conſidera, qàm multi cùm in rebus iſtiuſmodi enixè ſe contendiſſent, pavlò pòſt occiderint, & in elementa ſua reſoluti ſint. illi verò cum primis ſunt memoriâ recolendi, qos ipſe nôris aliqando ſe rebus inanibus diſtinuiſſe, cùm id interim facere, qod conditioni propriæ conſentaneum erat, huic firmiter inhærere, eodémqe contentum eſſe, neglexerint. illud etiam iſtîc meminiſſe oportet, in actione unaqaqe eam, qæ adhibetur, curam, pro rei dignitate ac congruentiâ eſſe attemperandam. ità fiet, nè qando faſtidio cor-

§. 32. Ἐπινόησον λόγου χάριν σοῦ ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καιρούς, [a] ὄψει * ταῦτα πάντα. γαμοῦντας, παιδοτροφοῦντας, νοσοῦντας, ἀποθνήσκοντας, πολεμοῦντας, ἑορτάζοντας, ἐμπορευομένους, γεωργοῦντας, κολακεύοντας, [b] αὐθαδιζομένους, ὑποπτεύοντας, ἐπιβουλεύοντας, ἀποθανεῖν τινας εὐχομένους, γογγύζοντας ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, ἐρῶντας, ἡσυχάζοντας; ὑπατείας, βασιλείας ἐπιθυμοῦντας. ἡκέτω [c] ἐκεῖνος μὲν ὁ τούτων βίος, σὺ δὲ ἐπὶ ἐδάμου. Πάλιν ἐπὶ σοῦ καιροὺς τοῦ Τραϊανοῦ μεταβήθι. πάλιν τὰ αὐτὰ πάντα. [d] τέθνηκε κἀκεῖνος ὁ βίος. ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους ἐπιγεγραφὰς χρόνων καὶ ὅλων ἐθνῶν ἐπιθεώρει καὶ βλέπε, [e] πόσοι κατενταθέντες, μὴ μικρὸν ἔπεσον, καὶ [f] ἀνελύθησαν εἰς τὰ στοιχεῖα. καὶ μάλιστα ἂν ἀναστρεπτέον σοὶ ἐνῆν, ἂν αὐτὸς ἔγνως [g] κενὰ σπουδαζόμενα, [h] ἀφέντας ποιεῖν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἰδίαν κατασκευῇ, καὶ τούτου [i] ἀπερίσπαστον ἔχεσθαι, καὶ [k] τούτῳ δεδικαιῶσθαι. ἀναγκαῖον ἦν ὧδε τὸ μεμνῆσθαι, ὅτι καὶ [l] ἡ ἐπιστροφὴ [m] καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, [n] ἰδίαν ἀξίαν ἔχει καὶ συμμετρίαν. ἄτως γὰρ [o] σὺν ἀπο-

[a] L. 2. §. 14. l. 7. §. 1.
[*] ταῦτα, vel τὰ αὐτὰ.
[b] L. 12. §. 27.
[c] Sup. §. 3. l. 9. l. 7. §. 8.
[d] L. 8. §. 25. 31.
[e] L. 3. §. 3. Sup. §. 3.
[f] L. 5. §. 4. l. 7. §. 50. l. 8. §. 18.
[g] Sup. §. 3.
[h] Sup. §. 19. l. 9. §. 26.
[i] L. 3. §. 6.
[k] l. 8. §. 5.
[l] L. 5. §. 14. l. 8. §. 7. 45.
[m] L. 8. §. 19. l. 10. §. 11.
[n] L. 8. §. 32.
[o] L. 3. §. 11. Sup. §. 22. L. 5. §. 9.

ANNOTATIONES.

νικεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. *Ut ne qis opprimat, & habeat qæſtui in negotio fratrem ſuum.* Iſtud idem *ad Corinth. Ep. 1. c. 7. v. 23.* Μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. *Ne eſtote ſervi hominum.* Atqe hoc forſan fuerit, qod Marcus voluit verbis illis, *lib. 5. §. 28.* ἄλλε τραγῳδός, ἄτε πόρνη. *Nec tragœdus, nec ſcortum.* Laxiùs *tyranni* nomine abuſus Seneca *Epiſt. 114. Animus noſter modò rex eſt, modò tyrannus. rex, cùm honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum: ubi verò impotens, cupidus, delicatus eſt; tranſit in nomen deteſtabile ac durum, & fit tyrannus.* Illud interim obſervetur, qæ hîc ſejuncta Marcus poſuit, *tyrannicè* nimirum *agere*, & *ſerviliter aſſentiri*, in eiſdem perſonis conjunctim freqentiſſimè deprehendi. De pſeudoprophetis Judas Apoſtolus *Epiſt. v. 16.* Τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα. Θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν. *Illorum os loqitur pratumida, admirantes perſonas utilitatis gratiâ.* De ſui temporis Epiſcopis, Iſidorus Peluſiota *l. 2. Ep. 125.* Ὡς τὰ πολλὰ, τῶν μὲν ἄρχουσι, τοῖς δὲ δουλεύουσι. καὶ τοῖς μὲν ἐπιτάσσουσι, τοῖς δὲ ὑπηρετοῦσι. καὶ τοῖς μὲν κακῶς ποιοῦσι, τοῖς δὲ χαρίζονται. τοῖς μὲν ἐπίκεινται, τοῖς δὲ ὑποπεπτώκασι. καὶ φοβοῦνται μὲν τούτους, μισοῦνται δὲ ὑπὸ τούτων. *Ut plurimùm enim aliis præſunt, aliis ſerviunt: aliis imperant, aliis miniſtrant: alios male mulctant, aliis commodant: aliis inſunt, aliis ſuccumbunt: alios metuunt, aliis odio atqe acerbitati ſunt.* De Carthaginienſibus Plutarchus *præcept. polit. pag. 799. D.* Καρχηδονίων δῆμος ἦθος ὑπήκοον τοῖς ἄρχουσι, βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις, ἀγενίσκαλον ἐν φόβοις, ἀγριώσκαλον ἐν ὀργαῖς. *Carthaginienſis populi ingenium obſequens magiſtratibus, grave ſubditis, abjectiſſimum dum metuit, ſaviſſimum ubi iraſcitur.* De Perſei Regis aulicis, Livius *hiſt. l. 45. Servire regibus humiliter, aliis ſuperbè imperare aſſueti.* Et de turba in genere, *lib. 24. Hæc natura multitudinis eſt; aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur.* Hinc illa Senecæ expoſtulatio, *de benef. lib. 3. c. 28. Servum tu qenqam vocas, libidinis & gulæ ſervus, & adultera, imò adulterarum commune mancipium? negas tibi beneficium à ſervo tuo poſſe dari, cui oſculum alieni ſervi beneficium eſt? qæ eſt tanta animi diſcordia? eodem tempore ſervos deſpicis, & colis: imperioſus intra limen, atqe impotens; humilis, fortis; & tam contemptus, qàm contemnens. neqe enim ulli magis abjiciunt animos, qàm qi improbè tollunt: nulliqe ad calcandos alios paratiores, qam qi contumelias facere accipiendo didicerunt.* Ità qod Peripateticus qidam apud Procopium in *inéditis. p. 30.* Τὰ ἐναντιώκαλα ἐν ἀνθρώπῳ φύσει ξυμβαίνει εἶναι, ὥσπερ ἐν τῶν χρωμάτων τῇ μίξει. *Sicut in colorum temperie, ita & hominum natura comparatum eſſe, ut in utriſqe maximè contraria conveniant.* qod & Marcus ipſe monuiſſe videtur. *l. 11. §. 14.*

§. 32. Ταῦτα πάντα] forſan ταὐτὰ, ut mox, τὰ αὐτὰ. *eadem qæ nunc vides.* Vide *ad l. 2. §. 14.*

Αὐθαδιζομένους] *jactabundos* Caſavbonus, hoc eſt, ἀλαζονευομένους. *præfractos ſe geſſiſſe* Xylander. Malim, *arroganter pervicaces*, vel *contumaces.*

Ἀποθανεῖν τινας εὐχομένους] *mori optantes* Caſavbonus, qod Joannes *Apoc. c. 9. v. 6.* ἀποθανεῖν ἐπιθυμοῦντας dixit. & Xylander *votis mortem vocaſſe.* Verùm aliud, opinor Marcus voluit. *alienam mortem voto*, ſive *prece expetentes.* qod, optione datâ, non petiviſſe Salomonem, Deo gratum fuit. *Annal. l. 2 c. 1. v. 11.*

Ἐπιγραφὰς χρόνων] *periodos.* Caſavbonus περιγραφὰς. Malim, *ſignaturas*, ſive *ſignationes*, eo ſenſu, qo Tacitus an Fabius *de cauſſ. corrupt. eloq. Primium hoc rogabo, qos vocetis antiqos, qam oratorum ætatem ſignatione iſtâ determinetis:* ut ἐπιγραφαὶ χρόνων, ſint *tempora* regis alicujus imperio, avt ejuſmodi notâ aliqâ inſigniore *deſignata.*

Καθενθεῖνες] *cùm ad ſummum contendiſſent* Xylander. *Cùm hoc illud enixè contendiſſent.* Caſavbonus optimè. Vide *ſuprà §. 3.* μηδὲ καθεντεῖνε.

Ἔπεσον, καὶ ἀνελύθησαν εἰς τὰ στοιχεῖα] qod Pſaltes *Pſal. 146. v. 4. Abſcedit ſpiritus; ad pulverem ſuum redit: eo ipſo die intercidunt omnia cogitata ejus.*

Κενὰ σπουδάζεις] Vide *l. 2. §. 2. ſuprà §. 3.* μὴ σπεῦδε.

Ἀφέντας] ità *ſuprà §. 19.* Παρίης γὰρ ἀκαίρως τὴν φυσικὴν δόσιν. *Omittis enim intempeſtivè id, qod in te natura poſuit.*

Ἡ ἐπιστροφὴ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν] ἐπιστροφὴ hîc Marco, qod προσοχὴ Epicteto *Diſſert. l. 4. c. 12.* Τί οὖν διηνεκῆ τὴν προσοχὴν φυλάσσεις; σήμερον παῖξαι θέλω. τί ἐστιν, ἐὰν δεῖ προσέχουσα; ἐᾶσαι. τί δὲ κωλύει προσέχουσα; μὴ γὰρ ἐξαιρεῖταί τι μέρος τοῦ βίου, ἐφ' ὃ οὐ διαλείπει τὸ προσέχειν. *Cur non perpetuam attentionem conſervas? Hodie ludere volo. Quid ergo? An id cum attentione faciendum non eſt? Volo canere. Quid vetat qo minus attentè id facias; Nunqam enim vitæ pars excipitur qo attentio non pertingat.* Saltem προσοχὴ illa jugis, via eſt ad ἐπιστροφὴν talem qalem Marcus hîc præſcribit, præſtandam; qâ nimirum poſt ſeriam rei cujuſqe conſiderationem ad ſedulam debitámqe pro rei natura & dignitate circa eam ſe gerendi curam animus accingitur. Vide ad ſeqentia Senecam. Vide & *l. 10. §. 11.* Qod avtem προσοχὴν διηνεκῆ Epictetus, id συνέχειαν ἐπιστατικὴν προσοχῆς ἐν τῷ ἡγεμονικῷ appellat Heſychius noſter *in aſcetic. c. 1. §. 7.*

Ἰδίαν ἀξίαν ἔχει καὶ συμμετρίαν] i. e. pro rerum, circa qas verſatur, & in qibus exercetur, naturâ locóqe ſe gerit. Vide *l. 1. §. 6.* Sic *lib. 3. §. 11.* Ἅμα μέν τοι τῷ καθ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συσχάζομαι. *Interim tamen in mediis iſtis pro rei cujuſqe æſtimatione rationem ejuſdem habeo.* Hoc eſt, qod Lucilius, referente Lactantio *inſtitut. l. 6. c. 5.*

Virtus, Albine, eſt pretium perſolvere verum
Qeis ni verſamur, qeis vivimu', rebu' poteſſe.
Virtus eſt homini, ſcire id, qod qaqe habeat res:
Virtus, qarenda rei finem ſcire modúmqe:
Virtus, dvitiis, pretium perſolvere poſſe:
Virtus, id dare, qod reipſa debetur honori.

Seneca *Epiſt. 89. Philoſophia moralis pars prima eſt, inſpectio ſuum cuiqe diſtribuens, & æſtimans qanto qidqe dignum ſit, maximè utilis. qid enim eſt tam neceſſarium, qàm pretia rebus imponere? ſecunda, de impetu: tertia, de actionibus. primum enim eſt, ut qanti qidqe ſit. judices: ſecundum, ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumqe: tertium, ut inter impetum tuum actionémqe conveniat, ut in omnibus iſtis tibi ipſi conſentias. tunc enim vita ſibi concors eſt. ubi actio non deſtituit impetum; impetus ex dignitate rei concipitur, perinde remiſſus acriórve, prout illa digna eſt peti.*

Οὐκ

ἀποδυσπετήσῃς, ἐὰν μὴ ἐπὶ πλέον ἢ προσῆκε περὶ τὰ ἐλάττω καταγίνῃ.

§. 33. Αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν. ἔστω ἂν καὶ τὰ ὀνόματα τῶν πάλαι πολυϋμνήτων, νῦν τρόπον τινα γλωσσήματά ἐστιν, Κάμιλλος, Καίσων, Οὐόλεσος, Λεοννάτος, καὶ ὀλίγον ὕστερον Σκιπίων, καὶ Κάτων, εἶτα καὶ Αὔγουστος, εἶτα καὶ Ἀδριανὸς, καὶ Ἀντωνῖνος. [a] ἐξίτηλα γὰρ πάντα, καὶ [b] μυθώδη ταχὺ γίνεται. ταχὺ δὲ καὶ παντελὴς λήθη κατέχωσεν. καὶ ταῦτα λέγω ἐπὶ τῶν θαυμασιῶς πως λαμψάντων. οἱ γὰρ λοιποὶ ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι, [c] ἄϊστοι, ἄπυστοι. τί ὂν καὶ ἔστιν ὅλως ἀείμνηστον; [d] ὅλον κενόν.

ripiaris, si in rebus minoris æstimationis, non diutiùs, qàm par est, fueris occupatus.

§. 33. Qæ fuerunt usitata qondam vocabula, glossematum loco nunc habentur. pari modo & eorum, qi qondam celeberrimi fuerunt, nomina, qasi glossemata qædam nunc facta sunt: Camillus, Cæso, Volesus, Leonnatus: pavlò pòst Scipio, & Cato: tum Avgustus etiam: dein Hadrianus, & Antoninus. evanida enim sunt omnia, citóqe fabularum instar obtinent; mox & oblivione prorsus obruuntur. atqe hæc de eis dico, qi cum admiratione hominum aliqando claruerunt. cæteri enim statim atqe expiraverint, ignoti ac nè fando qidem avditi fiunt. porrò qidnam est hoc ipsum memoriam æternam consequi? mera vanitas.

ecqid

a *L.* 3. §. 10. Sup. §. 19.
b *L.* 8. §. 25. *l.* 12. §. 27.
c Odyss. α. v. 242. *L.* 6. §. 47.
d Sup. §. 3. 19.

ANNOTATIONES.

Οὐκ ἀποδυσπετήσεις] *Non ægrè feres, animo concides.* Sic. *l.* 5. §. 9. μὴ ἀποδυσπετεῖν.

Ἐὰν μὴ ἐπὶ πλέον ἢ προσῆκε περὶ τὰ ἐλάττω καταγίνῃ] *Si non pluris qàm par est, rem ullam feceris; vel plus qam dignum est, in ea studii posueris.*

§. 33. Αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν] Malè accepit ista Xylander, cùm vertit. *Usitata qondam vocabula, nunc interpretationis loco sunt.* Imò interpretatione potiùs opus habent. Hinc Sextus Empiricus *adv. Grammat. lib.* 1. *c.* 13. Διήνεγκε δὲ εἰδέναι, ἢ βαρβάρου λέξεως ἑρμηνευτὰς γίνεσθαι, ἢ τῆς καλὰ γλώσσαν προενεχθείσης, ὁμοίως ὅσης ἀσυνήθους ἡμῖν. *Nihil autem refert an barbaræ dictionis sis interpres, an ejus qæ prolata est à lingva, est autem ex aqo nobis non familiaris.* Et, *Qi glossemata interpretati sunt*: inqit Varro *de ling. Lat. l.* 6. Galenus in *glossario Hippocratico*, ità enim potius qàm *lexico* dixerim, cùm in ipso limine ipse τὴν λέξιν à *glossa* distingvat: Ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων, ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' ἀκέραι εἰσὶ, γλῶτται καλοῦσι. *Vocabula priscis qidem temporibus usitata, nunc vero minus, glossas appellant.* Fabius etiam *institut. l.* 1. *cap.* 14. *Glossemata, voces minùs usitatas; glossas, lingvam secretiorem, interpretatur.* Dionysius Halicarnassèus *de compos. nomin.* Ἔστι τις ὀνομασία ποιητικὴ, γλωττηματικῶν τε καὶ ξένων καὶ τροπικῶν καὶ πεποιημένων, οἷς ἡδύνεται ποίησις. *Est qadam appellatio poetica, vocabulorum, & peregrinorum, & translatorum, & factorum, qibus poesis fit svavis.* Idémqe in Thucydidis historia observat qædam γλωσσηματικὰ, καὶ ἀπηρχαιωμένα, καὶ δυσέικαστα τοῖς πολλοῖς, *vocabula peregrina, obsoleta, & multis conjectu difficilia.* Plutarchus *de Isid. & Osirid. pag.* 375. *E.* Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν τῶν ὀνομάτων τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν ἀνάπλασιν. καὶ γὰρ ἄλλα μυρία τοῖς μεθισταμένοις ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνεκπεσόντα, μέχρι νῦν παραμένει καὶ ξενιτεύει παρ' ἑτέροις, ὧν ἔνια τὴν ποιητικὴν ἀνακαλυμένην διαβάλλουσιν ὡς βαρβαρίζουσαν, οἱ γλώττας τὰς τοιαύτας προσαγορεύοντες. *Neqe verò mira videri nominum ad Græcum sermonem efficti; nam innumera alia hodiéqe manent una cum migrantibus è Græcia ad exteros propagata: qorum qadam revocantem poeticam vituperant tanqam barbariei se dantem iis, qi id genus res glossas appellant.* Hoc ideò Plutarchus qia γλῶσσαν τὴν ἀπεξενωμένην διάλεκτον dixere, ut Evstathius *ad Il. α.* & γλώσσας, ἀπεριλήπτους ὅσας τὰς βαρβάρων φωνὰς, *voces Barbarorum, qæ comprehendi neqeunt*, Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 338. *C.* qas à *dialectis* idem ibidem disterminat. Atqe hinc ὁ γλώσσῃ λαλῶν, Apostolo *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 14. *v.* 4. i. e. *lingvâ barbarâ & peregrinâ*, ideóqe minùs intellectâ. cui ea de cavssa silentium indicit, *v.* 28. Ἐὰν μὴ ᾖ διερμηνευτής. i. e. *ni interpres adfuerit. Glossematis* avtem vox, qam ex nullo Græco scriptore afferri Henricus Stephanus asserit, apud nostrum hoc loco, nec semel usurpata, reperitur. Horatius *in arte poetica* ad nostri mentem, & à rebus & personis ad sermones ac verba argumentatus. qemadmodum Marcus hìc ἀνθρώπως à verbis ac sermonibus ad personas réspe ipsas:

Ut sylvæ foliis pronos mutantur in annos;
Prima cadunt: ità verborum vetus interit ætas;
Et juvenum ritu, florent modò nata vigéntqe.
Debemur morti nos nostráqe. sive receptus
Terrâ Neptunus, classes aqilonibus arcet,
Regis opus; steriliseqe diu palus aptáqe remis,
Vicinas urbes alit, & grave sentit aratrum:
Seu cursum mutavit iniqum frugibus amnis
Doctus iter melius. mortalia facta peribunt:
Nec dum sermonum stet honos & gratia semper.
Multa renascentur, qæ nunc cecidere, cadéntqe
Qæ nunc sunt in honore vocabula si volet usus,
Qem penes arbitrium est, & jus, & norma loqendi.

Vide *ad l.* 10. §. 54.

Κάμιλλος] de qo videndus Livius *l.* 5. & 6. & Plutarchus qi *vitam* illius conscripsit.

Καίσων] Cæsonis nomine insignes plures extiterunt. è qibus Cæso Fabius, de qo Livius *l.* 2. *Unus ille vir ipse Consul rempublicam sustinuit*; &c. Cæso Quintius, legis Agrariæ, prout alter ille, oppugnator; de qo Livius idem *l.* 3. *Unus impetus tribunitios populareseqe procellas sustinebat.* Dictos avtem *Cæsones à cæso matris utero, qi necatis matribus nati sunt, tradunt.* Plinius *hist. nat. l.* 7. *c.* 9. Et Valerius Probus *de nomin.* Unde & *Cæsaris* nomen ortum sumpsisse, sunt qi opinentur, ut Ælianus Spartianus in *Æl. Vero*, & Servius in *Æn.* 10. aliis tamen in alia euntibus.

Οὐόλεσος] Sævitiâ atqe immanitate insignis præ cæteris hoc nomine Volesius Messàla; (ità Lipsius ex Tacito *l.* 3.) de qo Seneca *de ira, l.* 2. *c.* 5. *Volesius nuper sub Divo Avgusto proconsul Asiæ, cùm CCC unâ die securi percussisset, incedens inter cadavera vultu superbo, qasi magnificum qiddam conspiciendúmqe fecisset, Græcè proclamavit; O rem regiam! Qid hìc rex fecisset? non fuit hoc ira, sed majus malum & insanabile.*

Λεοννάτος] Λεοννάτος Svidæ; qi Philippo Macedoni sangvine materno conjunctum refert fuisse, & ab eodem unà cum Alexandro filio, cui coætaneus erat, educatum, τότε φρόνημα ὑπέρογκον, cùm *ingenio tumido admodùm* extitisse, tum & regiæ pompæ post mortem Alexandri æmulum. Leonatus item Curtio, qi unà cum Perdicca tutorem destinatum Alexandri filio ex Roxane futuro. *l.* 10. §. 7. Justino etiam, qi ab Athenienssibus tandem in prælio vulneratum obiisse, *l.* 13. Verùm Diodoro Siculo qi & exitum ejusdem *l.* 18. narrat, Λεοννάτος, sive *Leonnatus*, ut Marco hìc, dicitur. Sed & Arriano *de gest. Alex. lib.* 6.

Ἐξίτηλα] Vide *suprà* §. 19.

Μυθώδη] Vide *l.* 8. §. 25. & *l.* 12. §. 27. allusisse videtur ad temporum distinctionem Varronianam illam, qâ ea in ἄδηλον, μυθικὸν & ἱστορικὸν. *obscurum, fabulosum & historicum* dividuntur. Vide Censorinum *de die natal. c.* 21. & Scaligerum *annot. in Evseb. Chron.*

Παντελὴς λήθη καταχώσειν] *Lib.* 2. §. 17. ἡ ὑστεροφημία λήθη. *Fama posthuma, oblivio mera.* Allusit interim πρὸς τὴν τῶν σωμάτων κατάχωσιν, tanqam memoria ipsorum, sicut corpora, qasi terrâ congestâ & superinjectâ obruta, unà cum eisdem intercidisset. Vide *Psalm.* 9. *v.* 7.

Ἄϊστοι, ἄπυστοι] Adspexit Telemachi verba apud Homerum *Odyss. α. v.* 242. de Ulysse patre, cujus de exitu nihil qicqam à qoqam rescisci poterat;

Οἴχεται ἄϊστος, ἄπυστος. —
Perist obscurus, inglorius, ne fando qidem avditus.

Ubi Evstathius τὸν τελείως ἀφανῆ σημαίνει. περὶ οὗ μηδεὶς ἴστωσί τις, ὅτι αὐτὸς ἰδὼν, ἢ δὲ γνὺς ἀπὸ πύστεως ἤτοι μαθήσεως. *Prorsus obscurum significat. de qo nemo qid scit, & ipse neqe qid vidit, neqe cognovit ex avditione & institutione.*

Τί δὲ καὶ ἔστιν ὅλως τὸ ἀείμνηστον; ὅλον κενόν] Idem vult hìc à Marco dici Casavbonus *ad Pers. Sat.* 1. qod est à Salomone antiqitus dictum הבל הבלים הכל הבל *Vanitas vanitatum; & omnia vanitas.* qo ille & exordio & epiphonemate *Ecclesiasten* suum & inchoavit & conclusit. contendit avtem Casavbonus & cum exordio Persiano illo,

— *ó qantum est in rebus inane!*

Salomone verò prior David pater ejusdem de homine ad Adæ protoplasti Abelisqe secundo geniti nomina alludens; אדם להבל דמה *Adam Abeli compar est*, id est, *homo vanitati. Psal.* 144. *v.* 4. & *Psal.* 39. *v* 6. כל-הבל כל-אדם *Totus Abel est omnis Adam.* id est, *qivis homo totum vanitas.* Græcus interpres τὰ σύμπαντα μαλαιότης πᾶς ἄνθρωπος. Poterat cum Marco nostro vertere, ὅλον κενὸν πᾶς ἄνθρωπος. Xylander verò, qem & Mericus secutus est, ista ità est interpretatus; *Qanqam qid est omnino cujus sit memoria sempiterna? omnia sunt inania.* tanqam Marci dictum istud ei geminum esset, qod Salomon idem habet, *Eccles. c.* 1. *v.* 11. *Neqe præteritorum est memoria, neqe futurorum etiam apud eorum posteros erit.* Verùm Marci mentem nevter assecutus videtur. Neqe enim avt rerum humanarum in genere vanitatem notare in animo Marcus hìc habuit, sed eam tantùm qæ in futura claritate deprehenditur: Siqidem, præter τὸ τῆς ὑστεροφημίας ἐξίτηλον, *fama posthuma memoriam fugitvam & evanidam*, qam suprà tetigerat;

ecqid eſt igitur, in qod ſtudium conferre par ſit? unum hoc, ut mens ſit juſta, actio ſocialis, dictio mentiri neſcia, affectio qicqid contigerit amplecti prompta, ut neceſſarium, ut familiare, ut à principio fontéqe iſtiuſmodi profluens.

§. 34. Fato ſponte tuâ te dedas; ei permittens,

a τί οὖν ἐϛι, ϖῶϛ ἃ δεῖ ἀϖροϖλωϛὶ εἰσφέρεϖθαι; ἐν τοῦτο, b διάνοια δικαία, καὶ πράξεις κοινωνικαί, καὶ λόγου οἷου μήποτε διαψεύσαϖθαι, καὶ διάθεσις c ἀϖαζομένη ϖᾶν τὸ συμβαῖνον, ὡς d ἀναγκαῖον, ὡς e γνώριμον, ὡς f ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης, καὶ ϖηγῆς ῥέον.

§. 34. g Ἐκὼν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεϖιδίδου, ϖαρέχων συννῆσαι, ὅϛις ϖοτ' ἐϛὶ

a L. 6. §. 47.
b Sup. §. 18. 22. Inf. §. 37. 48.
c L. 3. §. 4. 16.
d L. 2. §. 3.
e Inf. §. 44.
f L. 6. §. 38.
g L. 3. §. 4. 6. Sup. §. 31 l. 7. §. 46 l. 10. §. 8. 11. 14. 28.

ANNOTATIONES.

rat; etiam hoc dato, poſſe hominum rerúmqe ab eis geſtarum memoriam in ævum omne extendi, *merum inane* tamen qiddam futurum τὸ ἀείμνηϛον illud. Ità *ſuprà* §. 3. Τὸ κενὸν τῆϛ ἀϖηχήϛεως. *Qàm inanes applauſus iſti.* & *l.* 5. §. 33. τὸ ἐνδοκιμεῖν ϖαρὰ τοιούτοις κενόν. *Apud eos, qi iſtiuſmodi ſint, celebrem eſſe, inane qiddam.* Vide & *ſuprà* §. 19. & *l.* 6. §. 16.

Τί οὖν ἐϛι, ϖερὶ ὃ δεῖ ϖᾶϖδὴν εἰσφέρεϖθαι; ἓν τοῦτο] qare ἓν τοῦτο; qia τοῦτο μόνον ἐϛι τὸ ϖαραϖίμψαι δυνάμενον. *Res ſola & unica hominem deducere & tranſmittere poteſt. l.* 2. §. 17. qia ἓν τοῦτο ϖολλοῦ ἄξιον. *Hoc unum eſt plurimi faciendum. l.* 6. §. 47.

Ὡς ἀναγκαῖον] Vide *l.* 2. §. 3.

Ὡς γνώριμον] Vide *infrà* §. 44. & 46. Seneca *de tranqill. c.* 11. de viro forti ac prudente: *Eodem animi robore præſtabit, neqid ex his qæ eveniunt, ſubitum ſit. qicqid enim fieri poteſt, qaſi futurum proſpiciendo, malorum omnium impetus molliet. qi ad paratos expectantéſqe nihil afferunt novi; ſecuris & beata tantùm ſpectantibus* [*ſperantibus f.*] *graves eveniunt. morbus enim, captivitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum eſt. Sciebam in qàm tumultuoſum me contubernium natura cluſiſſet. totiens in vicinia mea conclamatum eſt; totiens præter limen immaturas exeqias fax cereuſqe præceſſit: ſæpe altiùs ruentis ædificii fragor ſonuit: multos ex his qos forum, curia, ſermo mecum contraxerat, nox abſtulit, & vinctas ad ſodalitium manus copulatas intercidit. mirer aliqando ad me pericula acceſſiſſe, qæ circa me ſemper erraverunt?* Vide *ad lib.* 7. §. 61.

Ὡς ἀϖ' ἀρχῆς τοιαύτης καὶ ϖηγῆς ῥέον] Ità *lib.* 2. §. 2. ϖάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. *Inde profluunt omnia.* Piè admodum Charidemus apud Dionem Pruſæum *Orat.* 30. *pag.* 300. *B.* Τὰ μὲν καθ' ἡμᾶϛ ὕτω γίγονεν, ὡς ἔδοξε τῷ Θεῷ. χρὴ δὲ μηδὲν ὑϖ' ἐκείνου γιγνομένων χαλεϖὸν ἡγεῖϖθαι, μηδὲ δυσχερῶϛ φέρειν. *Qæ nobis qidem acciderunt, ſic facta ſunt ut Deo viſum eſt. Nihil autem qod ab eo ſit, durum exiſtimandum, neqe graviter ferendum eſt.* Vide *ad l.* 10. §. 1.

§. 34. Ἐκὼν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεϖιδίδου] Vide Cleanthis votum *ad l.* 3. §. 4. & Epicteti *ad l.* 7. §. 41. Seneca *Epiſt.* 37. *Qod maximum vinculum ad bonam mentem promiſiſti virum bonum. Sacramento rogatus es. eadem honeſtiſſimi hujus, & illius turpiſſimi autoramenti, verba ſunt, uri, vinciri, ſerróqe necari. Ab illis qi manus arena locant, & edunt ac bibunt, qæ per ſanguinem reddant, cavetur ut iſta vel inviti patiantur: à te ut volens libenſqe patiaris.* & *Epiſt.* 107. *Ad hanc legem animus noſter aptandus eſt: hanc ſeqatur, huic pareat. optimum eſt pati qod emendare non poſſis; & Deum, qo autore cuncta proveniunt, ſine murmuratione comitari. malus miles eſt qi imperatorem gemens ſeqitur. Paratos nos inveniat atqe impigros fatum. hic eſt magnus animus, qi ſe Deo tradidit: at contrà ille puſillus ac degener, qi obluctatur, & de ordine mundi malè exiſtimat, & emendare mavult deos, qàm ſe.* Idem *Epiſt.* 71. *Magnus animus Deo pareat; & qicqid lex univerſi jubeat, ſine cunctatione patiatur.* Et *de provident. l.* 5. *Boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes qidem. non trahuntur à fortuna: ſequntur illam, & aqant gradus. Si ſciſſent, anteceſſiſſent.* Mox. ubi Demetrii vocem illam adjecit, *Hoc unum, Dii immortales, de vobis qeri poſſem, qòd non antè mihi voluntatem veſtram notam feciſtis. prior enim ad illa veniſſem, ad qæ nunc vocatus adſum.* Subjungit; *Vultis liberos ſumere? illos vobis ſuſtuli. Vultis aliquam partem corporis? ſumite. non magnam rem promitto. Citò totum reddam. Vultis ſpiritum? qideni? nullam moram faciam, qò minùs recipiatis, qod dediſtis. à volente feretis, qicqid petieritis. qid ergò eſt? maluiſſem offerre, qàm tradere. qid opus fuit avferre? accipere potuiſtis. Sed nè nunc qidem avferetis: qia nihil eripitur, niſi* **retinenti*: [**renitenti. f.*] *nihil cogor, nihil patior invitus: nec ſervio deo, ſed aſſentio.* Idem *Epiſt.* 61. *Da operam, nè qid unqam invitus facias. qicqid neceſſe eſt, futurum eſt. repugnanti, non volenti neceſſitas eſt, in volente neceſſitas non eſt. Ità dico, qi imperia libens excipit, partem acerbiſſimam ſervitutis effugit, facere qod nolit. Non qi juſſus aliqid facit, miſer eſt, ſed qi invitus facit. Animum componamus, ut qicqid res exigit, id velimus.* Et *Epiſt.* 54. *Nihil invitus facit ſapiens. neceſſitatem effugit, qia vult qod ipſa coactura eſt.* Itaqe qod Periander apud Avſonium.

Faxis, ut libeat, qod eſt neceſſe.

&

— velis, qodcunqe neceſſe eſt.

ſed & pleniùs Martialis *l.* 10. *Epiſt.* 47.

Qod ſis, eſſe velis, nihilqe malis.

Παρέχων συννῆσαι] Vide *l.* 3. §. 4. & §. 11. & *ſuprà* §. 29. & *l.* 10. §. 14. 21. Seneca *de provident c.* 5. *Qid eſt boni viri? prabere ſe fato.* Qin & piè admodum, & ſupra qod ab Ethnico ſperari poterat, Epictetus *Enchir. c.* 38. Δεῖ σαυτὸν εἰς τοῦτο καταϛῆναι, τὸ ϖείθεϖθαι τῷ Θεῷ, καὶ εἶναι ϖᾶϛι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑϖὸ τῆϛ ἀρίϛης γνώμης ἐϖιτελουμένοις. *Parendum eſſe Deo, & omnibus iis, qa fiant, acqieſcendum: & ſeqenda ultro, ut qa à mente præſtantiſſima regantur.* & *Diſſert. l.* 2. §. 17. Μηδεὶν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ Θεὸϛ θέλει, καὶ τίϛ σε κωλύσει; τίϛ ἀναγκάσει; τὴν ὄρεξίν σου καὶ τὴν ἔκκλισιν τῷ Θεῷ χαρίσαι. ἐκείνῳ ϖαράδου. ἐκεῖνον κυβερνάτω. μετ' ἐκείνου τετάχθω, καὶ ϖῦ ἔτι δυσροήσεις; *Nihil velis aliud niſi ea qa Deus vult. Qis te prohibebit? Si appetitionem & averſationem tuam Deo donaveris. Illi tradito, ille gubernet, cum illo ſtato in acie: ubi tum ſucceſſu carebis? Deum* dicit, qod Marcus κλωθὼ. id eſt, *fatum*: qia *fatum* Stoicis, avt *Deus* ipſe, avt ſaltem *Lex Dei.* Seneca *qæſt. nat. l.* 2. *c.* 45. *Vis illum Fatum vocare? non errabis. hic eſt ex qo ſuſpenſa ſunt omnia; cauſſa cauſſarum.* & *de benefic. l.* 4. *c.* 7. *Hunc eundem & fatum ſi dixeris, non mentieris: nam cùm fatum nihil aliud ſit, qàm ſeries implexa cauſſarum, ille eſt prima omnium cauſſa, ex qa cætera pendent.* Idem rurſus *de provid. c.* 5. *Ille ipſe omnium conditor ac rector ſcripſit qidem fata, ſed & ſeqitur. Semper paret, ſemel juſſit.* Qæ dicta notat Lipſius ex opinione, qâ cenſebant *Jovem dictare*; (unde illud, *Fatur, & eſt fatum*) *Parcas* avtem (ut Capella *l.* 1.) *ſcribas ejus, ipſius decreta in æreas tabulas referre.* & *nat. qæſt. l.* 2. *c.* 35. *Ordinem rerum fati æterna ſeries rotat, cujus hæc prima lex eſt, ſtare decreto.* Epictetus idem apud Stobæum *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. Μὴ ζήτει τὸ τὰ γιγνόμενα γίγνεϖθαι, ὡς θέλῃϛ. ἀλλὰ θέλε, ὡς τὰ γιγνόμενα γίγνεται, καὶ εὐροήσεις. *Ne poſtules, ea qæ fiunt, arbitratu tuo fieri. Sed ita fieri qæ velis, ut fiunt.* ità enim legendum, pro eo qod codices exhibent perperam nullóqe ſenſu, unde & interpres omiſit prorſus, εὐροήσεις. atqe indè etiam corrigendi Epicteti codices impreſſi, qi *Enchir. c.* 13. unde Stobæus hæc decerpſit, exhibent etiam depravatiùs, qoad ſcripturam ſaltem, εὐϖοιήϛεις. εὐροήσεις opponitur τῷ δυσροήσεις, qod *ſuprà* poſitum eſt. Emendationem confirmant Lærtii illa *l.* 7. §. 88. in *Zen.* Εἶναι δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν, καὶ εὐροίαν βίου, ὅταν ϖάντα ϖράτῃ ταϛὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ ϖαρ' ἑκάϛῳ δαίμονοϛ ϖρὸϛ τὴν τοῦ ὅλου διοικηϛὴν βούληϛιν. *Eſſe autem hoc ipſum felicis hominis virtutem, & felicem vitæ decurſum, cum omnia geruntur ex concentu dæmonis, qi apud unumqemqe eſt, pro voluntate gubernatoris hujus univerſi.* Idem Epictetus & *Diſſert. l.* 3. *c.* 26. Ἐγὼ δὲ ϖόϖοτε ὑ θέλων ἐκωλύθην, ὅτ' ἠναγκάσθην μὴ θέλων. ϖροκατατέταχα γάρ μοι τὴν ὁρμὴν τῷ Θεῷ. θέλει τι; κἀγὼ θέλω. ὐ βούλεται; ὐ θέλω. καὶ τίϛ ἔτι με κωλύσαι δύναται ϖαρὰ τὸ ἐμοὶ φαινόμενον, ἢ ἀναγκάσαι; ὐ μᾶλλον ἢ τὸν Δία. *Ego verò nunqam volens prohibitus ſum, nec coactus nolens. Appetitum obedientem prabui Deo. Vult qippiam, & ego volo: non vult, nolo. Qis adhuc me prohibere poteſt contra meum ſententiam, aut cogere? Nihilo magis qam Jovem.* Ibidem. Οὕτως ἰφίϛησο καὶ ἐνόει, ὅτι ἐὰν τῷ Θεῷ ϖροκατατάξῃ τιϛ ἑαυτὸν, διελεύσῃ ἀσφαλῶϛ. ϖᾶϛ λέγεις ϖροκαλαιάξας; ἵν' ὃ ἂν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ αὐτὸϛ θέλῃ, καὶ ὃ ἂν ἐκεῖνος μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸϛ θέλῃ. ϖῶϛ οὖν τοῦτο γένηται; ϖῶϛ γὰρ ἄλλωϛ, ἢ ἐϖισκεψαμένῳ τὰϛ ὁρμὰϛ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν διοίκησιν. *Imo ita rem conſiderat, hanc rationem ſecum init; ſi Deo ſe dederit, ſe iter tuto confecturum. Qid eſt illud dedere ſe Deo? Ut qod ille voluerit, & ipſe velit: & qod ille noluerit, nec ipſe velit. Qi ergo iſtud fiet? Qomodo fieret aliter, niſi conſideranda Dei appetitione & adminiſtratione.* & *l.* 1. *c.* 12. Πῶϛ οὖν ἐϖοίμην ἐγὼ ἐν ϖαντὶ τῷ Θεῷ; ϖῶϛ οὐ ἐναρμοίμην τῇ Θείᾳ διοικήϛει; ϖῶϛ οὖν γενοίμην ἐλεύθερος; ἐλευθέρως γὰρ ἔχειν, ᾧ γίνεται ϖάντα κατὰ ϖροαίρεϛιν, καὶ ὃν ὐδεὶϛ δύναται κωλύϛαι. τί οὖν; ἀϖόνοια ἐϛὶν ἐλευθερία; μὴ γένοιτο. μανίαν γὰρ καὶ ἐλευθερίαν; εἰϛ ταυτὸν ὐκ ἔρχεται. Ἀλλ' ἐγὼ θέλω ϖᾶν τὸ δοκεῖν μοι ἀϖοβαίνειν, κἂν ὁϖωϛοῦν δοκῇ. Μαινόμενον εἶ, ϖαραφρονεῖϛ. ὐκ οἶδαϛ, ὅτι καλὸν ἡ ἐλευθερία ἐϛὶ καὶ ἀξιολόγου; τὸ δ' ὡϛ ἔτυχέ μοι βούλεϖθαι, τά δ' ὡϛ ἔτυχε δόξαντα γίνεϖθαι, τοῦτο κινδυνεύει, ὐ μόνον ὐκ εἶναι καλὸν, ἀλλὰ καὶ ϖάντων αἴϖχιϛον εἶναι. ϖῶϛ γὰρ ἐϖὶ γραμματικῶν ϖοιοῦμεν; βούλομαι γράφειν ὡϛ θέλω τὸ Δίωνος ὄνομα; ὐ. ἀλλὰ διδάϛκομαι θέλειν ὡϛ δεῖ γράφεϖθαι. τί ἐϖὶ μουϛικῶν; ὡσαύτωϛ. τί ἐν τῷ καθόλου, ὅϖου τέχνη τιϛ καὶ ἐϖιϛήμη ἐϛιν; εἰ δὲ μὴ, ὐδενὸϛ ἦν ἄξιον τὸ ἐϖίϛαϖθαί τι, εἰ ταῖϛ ἐκάϛων βουλήϛεϛι ϖροϛημούζετο. ἐν ταῦθα οὖν μόνον ἐϖὶ τῷ μεγίϛῳ καὶ κυριωτάτῳ τῆϛ ἐλευθερίας, ὡϛ ἔτυχεν, ἐφεῖταί μοι θέλειν; ὐδαμῶϛ. ἀλλὰ τὸ ϖαιδεύεϖθαι, τουτέϛι, μανθάνειν ἕκαϛα ὕτω θέλειν ὡϛ γίνεται. ϖῶϛ δὲ γίνεται; ὡϛ

ποῖ ποτε πράγματα βάλεται.

qibuscunqe libuerit rebus' te destinet.

§. Sup. §. 19. Inf. §. 48. l. 3. §. 10. l. 8. §. 21. 25. l. 9. §. 14.

§. 35. ª Πᾶν ἐφήμερον καὶ τὸ μνημονεῦον, καὶ τὸ μνημονεύμενον.

§. 35. Dieculæ ferè unius sunt, & qod commemorat & qod commemoratur.

§. 36.

ANNOTATIONES.

διάταξιν, αὐτὸ ὁ διατάσσων. *Qo pacto ego in omni re sequi Deos potero? qo pacto in divina gubernatione acquiescam? qo pacto fiam liber? Liber enim est, cui ex sententia eveniunt omnia, & qem nemo potest impedire. Qid ergo? vecordia est libertas? absit: nam insania & libertas minimè conveniunt. Sed ego volo qicqid mihi visum fuerit evenire, qomodocunqe visum fuerit. Insanus es, deliras; nescis rem pulcram esse libertatem, & magni momenti? Me autem temerè velle, & temerè decreta fieri, id adeo non pulcrum esse videtur, ut omnium etiam turpissimum sit. Qomodo enim in scribendo agimus? scribam Dionis nomen ut volo? Non, sed docear velle scribere ut scribendum est. Qid in Musicis? eodem modo. Qid denique in omni artis scientiaqe genere? aliosqi non esset opera pretium scire qisqam, si res cujusqe voluntati accommodarentur. Hic igitur solum, in re maxima & præcipua, libertate, mihi permissum est temerè velle? Neqaqam: sed illud est eruditi, si discas sta velle fieri omnia ut fiunt. Qomodo autem fiunt? ut ea disposuit is qi disposuit.* Hinc Thymæridas apud Jamblychum in *vit. Pythag.* amico, qi discedenti tanqam favsta omnia precatus, dixerat, Ὅσα βούλει, παρὰ τῶν θεῶν γένοιτό σοι. *Dii tibi dent, qacunqe velis.* regessit, Ἐνθύμει. ἀλλὰ βουλοίμην μᾶλλον, ὅσα μοι παρὰ τῶν θεῶν γίνηται. *Bona verba, qaso. Velim ipse potiùs, qacunqe dii dederint.* Hoc est qod Rufus Thraseæ in Epicteti *Dissert. l.* 1. *c.* 1. Οὐ θέλεις μελετᾶν ἀρκεῖσθαι τῷ δεδομένῳ; *Non vis discere in eo, qod est tibi datum, acquiescere?* Sic è nostris Eli facerdos, *Reg. hist. l.* 1. *c.* 3. *v.* 17. Κύριος αὐτός. τὸ ἀγαθὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει. *Dominus ipse est: faciat, prout ipsi bonum videbitur.* & *l.* 2. *c.* 10. *v.* 12. Joab imperator; Κύριος ποιήσει τὸ ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. *Faciat Dominus qod placuerit ipsi.* Judas Maccabæus, *Maccab. hist. l.* 1. *c.* 3. *v.* 60. Ὡς δ' ἂν ἡ θέλημα τοῦ οὐρανοῦ, οὕτω ποιήσει. *Faciat Deus prout ipse voluerit.* Siqidem *cælum* ibi pro Deo; sicut Matth. *c.* 21. *v.* 25. & Luc. *c.* 15. *v.* 21. Pii illi, *Act. c.* 21. *v.* 14. Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. *Fiat Domini voluntas.* Jesus Dominus, prout suos Deum orantes docuit dicere; Γενηθήτω τὸ θέλημά σου. *Fiat voluntas tua.* Matth. *c.* 6. *v.* 10. & Luc. *c.* 11. *v.* 2. sic & ipse Patrem suum comprecatus, Matth. *c.* 26. *v.* 39. & Marc. *c.* 14. *v.* 36. Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. *Verumtamen non qod ego volo, sed qod tu vis, fiat. Vide,* (inqit, Joannes Gerson. *consol. l.* 2. *c.* 1.) *utrum aqius sit, aut te voluntati divinæ conformando subdere, aut ut ipsa tuæ subserviat voluntati.* Sed & Seneca, sed idiomate suo, id est, naturali, locutus; *Epist.* 93. *Utrum aqius judicas, te naturæ, an tibi patere naturam?* Respondeat Epictetus *Dissert. l.* 4. *c.* 7. Ἀεὶ μᾶλλον θέλω τὸ γινόμενον. κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι, ὃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγὼ θέλω. *Semper illud potius volo qod fit. Melius enim id judico qod Deus vult, qàm qod ego volo.* Et *l.* 2. *c.* 7. Ἄλλο γάρ τι θέλεις, ἢ τὸ ἄμεινον; ἄλλο δέ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν; *Nunqid aliud mavis qàm id qod magis conducit. Qid autem magis conducit qàm qod Deo visum est.* Augustinus item *Epist.* 149. *Rectum est enim qicqid Domino placuit. Et nos potiùs si nolumus qod ille vult culpandi sumus, qàm ille non rectè aliqid facere vel sinere existimandus est.* Itaqe Seneca *Ep.* 74. *Placeat homini, qicqid Deo placuit. Sic enim homo ab humanis in divina dirigitur, cùm voluntati humanæ voluntas divina præfertur.* Augustinus *in Joan. tract.* 52. Vide & *l.* 10. §. 14.

Συνῆσαι] sicut & συγκλῶσαι καὶ συμμεῖξαι, *innere*, sive *innectere* & *intexere*; tractum à tabulosis Parcarum fusis. Sic *infrà* §. 40. Ὅια τις ἡ σύνησις καὶ συμπάθεια. *Qis rerum connexus & contextus sit.* Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 12. Σκέλος ἂν μοι γενέσθαι πεπηρωμένον; ἀνθρακοδόν, εἶτα δὲ ἂν σκελύδριον τῷ κόσμῳ ἐγκαλεῖς; μὴ ἐπιδώσεις αὐτὸ τοῖς ὅλοις; μὴ ἀποτήσῃ; ἀ χαίρων παραχωρήσεις τῷ δεδωκότι; ἀγωνακτήσεις δὲ καὶ δυσαρεστήσεις τοῖς ὑπὸ τοῦ Διὸς διατεταγμένοις, ἃ ἐκεῖνος μετὰ τῶν Μοιρῶν παρεστῶν καὶ ἐπικλωθουσῶν σε τὴν γένεσιν ὥρισε καὶ διέταξεν; *Pedine me esse mutilatum? mancipium, itane ob unum pedunculum accusas mundum? non eum trades universitati rerum? non cedes? non latus permittes ei qi dedit? an potius indignaberis, & ea molestè feres qæ sunt à Jove constituta, qæ ille Parcis præsentibus, & ortum tuum decernentibus definiit ac præscripsit?* Vide *l.* 3. §. 11. & *suprà* §. 26.

§. 35. Πᾶν ἐφήμερον] Ità *l.* 9. §. 14. Πάντα ἐφήμερα. Verùm illic de personis, ibi de rebus: de hominibus ipsis hìc, ibi de humanis. de utrisqe Thucydides *l.* 2. *pag.* 134. *D.* Ἐφήμερα τά τε σώματα καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως. *Diurnam simul & vitam & pecuniam.* Vide & *l.* 8. §. 25. Allusum est autem ad animalculi illius historiam, de qo Aristoteles *Hist. Anim. l.* 5. *c.* 19. Περὶ τὸν Ὑπανιν ποταμὸν ζῷον πλεῖστον, τετράπτερον ζῷον καὶ πέτεται μίχρι δεκάτης. καταφερομένης δὲ τῆς ἡλίου ἀποκαμπτούσης, καὶ ἅμα δυομένῳ ἀποθνήσκει, βιοῦν ἡμέραν μίαν. διὸ καὶ καλεῖται ἐφήμερον. *Apud Hypanin fluvium animal volucre qadrupes, in postmeridianum vivit tempus & volat: mox decedente sole macrescit & languet, deinde occidente moritur, vitâ non ultra unum diem peractâ: unde ephemerum, id est, diarium appellatum est.* Et Ælianus *l.* 2. *c.* 4. qi & vini fœcibus innasci tradit; Ζῶα ἐφήμερα ὅτου κίκλητες, λαβόντα τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ μίτρου τοῦ κατὰ τὸν βίον. *Animalia ephemera idcirco sunt appellata, qod id ætatis vivunt, ut uno die cursum vitæ conficiant.* Plinius *l.* 11. *c.* 36. *Ad Hypanim Ponti fluvium volucre qadrupes, nec ultra diem unum vivit, unde & Hemerobion vocatur.* De eisdem Cicero *Tusc. l.* 1. *Ex bestiolis qæ unum diem vivunt, qæ horâ octavâ mortua est, provectâ ætate mortua est; qæ occidente sole decrepita. confer nostram ætatem longissimam cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, qâ illa bestiola, reperiemur.* Plutarchus item *consol. ad Apollon. pag.* 111. *C.* Ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων ἐκεῖνα, ἅπερ ἐφεδρεύουσι, περὶ τὸν Πόντον γιγνόμενα, τὴν ζωὴν ἔχειν ἡμερησίαν, ἑωθινὰ μὲν γενόμενα, μέσης δ' ἡμέρας ἀκμάζοντα, δείλης δὲ γηράντα, καὶ τελευτῶντα τὸ ζῆν, ὀχὶ παράπαν ἦν οὐ τὸ καθ' ἡμᾶς πάθος, ἅπερ ψυχή τις ἀνθρωπίνη καὶ λογισμὸς ἐνάσους ἴσχει, καὶ ταῦτα δή που γ' ἂν συνέπιπτεν; ὅτι τὸ πρὸ μέσης τῆς ἡμέρας ἐκλείποντα θρήνους παρέχειν καὶ δάκρυα, τὰ δὲ διημερεύσαντα πάντως ἂν εὐδαιμονίζεσθαι. *Juxta Pontum animalia qædam memoria traditum est nasci, qorum vita unius diei termino includatur, cum mane nascantur, meridie vigeant, vesperi consenescant, vivendique finem faciant, si his animus hominis & ratio inesset, eodem qo nos more affecta essent, eademqe illis eventura, qa ante meridiem morerentur, luctus & lacrymarum caussam præberent, qorum autem totum diem durasset vita, beata prædicarentur.* Indè ad hominem translatum; Evstathius ad illud *Odyss. φ. v.* 85.

Νήπιοι, ἀγροῖῶται, ἐφημέρια φρονέοντες.
Καλοῦνται ἐφήμερα ζωύφια μίαν μόνην ἡμέραν ζῶντα. λέγονται δὲ τὸ ἐφήμερον καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου.

Stulti rustici qotidiana cogitantes.

Vocantur ἐφήμερα animalcula unum solum diem viventia. Dicitur autem ἐφήμερον etiam de homine. Ità Silenus apud Aristotelem in *Eudemo*, referente Plutarcho *ad Apollonium pag.* 115. *D.* genus humanum vocat Δαίμονος ἐπιτάφιον καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα. *Æruminosi gensi, & difficilis fortunæ semen in diem durans.* Certè Gregorius Naziazenus *Carm. de natura humana c.* 13. *n.* 119. ἐφημερίους simpliciter pro hominibus posuit, ubi dixit,

— ὦδέ σὺ πάμπαν
Γλῶσσαν ἐφημερίων ἴκφυγες ἀφραδίην.
— pepercit
Haretici prorsus nec fera lingua tibi.

Sicut Homerus βροτοὺς sive mortales pro eisdem, ubi adjecto epitheto passim dicit, δειλοῖσι βροτοῖσι. & qod amplius est, θνητοῖσι βροτοῖσι. Sed & Pindarus, teste Scholiaste *ad* illud Aristophanis *in Nubibus.*

— τί με καλεῖς ὦ 'φήμερε;
— qid tu me vocas, homo?

in illis, Ὦ τάλας ἐφήμερε. *O miser homo.* Antipho apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 96. Τὸ ζῆν ἔοικε φρουρᾷ ἐφημέρῳ. τὸ τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρα μιᾷ. *Vita est similis carceri unius diei, & totum vitæ spatium uni diei æqale.* ἐφήμερον igitur πᾶν. id est, totum genus humanum, qia βραχύβιον καὶ ὀλιγοχρόνιον, ob vitæ brevitatem; qasi animalculi illius instar, unius tantùm diei sint. Aliâ ratione ἐφήμεροι καὶ ἡμερόβιοι dicuntur, qi *in diem vivunt*, de crastino nevtiqam soliciti. qo sensu Clemens *Padag. l.* 1. *c.* 12. D. Christi præceptum illud Matth. *c.* 6. *v.* 34. Μὴ μεριμνᾶτε περὶ τῆς αὔριον. *Ne estote soliciti de crastino.* explicans; ait Christiani hominis vitam esse βίον αὐτάρκη καὶ ἐφήμερον, *suâ sorte contentum, & cui in diem satis est.* Diogenémqe ἡμερόβιον indè dictum avtor est ex Satyro *de viris illustr.* Hieronymus *adv. Jovinian. l.* 2. & in partem seqiorem ità vocantur etiam, qi præsentia tantùm spectant, futuros interim rerum exitus minimè prospicientes. Svidas: Ἐφημέριοι βροτοὶ, καθημερινὰ εἰδότες, ὃ προφέρομεν τὸ μέλλον. Ἐφήμεροι, *mortales, qi unum tantum diem vivunt, qi qotidiana cognoscunt, futura verò non prospiciunt.* atqe ità accipiendum Homeri illud *Odyss. φ. v.* 85. ἐφήμερα φρονέοντες, *qotidiana cogitantes.* de scenicis & palæstricis Neronianis Plutarchus in Galb. *pag.* 1060. *A.* Ἀτελώσασα γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν λαβόντων ἐφήμεροι σατυρικοὶ τὸν βίον ἀνῆγαγον. *Qod plerique munera prodegissent homines in diem viventes & vitâ dissoluti.* qod Persius *Sat.* 3. *v.* 68. *ex tempore vivere*: *in diem vivere* Cicero *de Orat. l.* 2. qi barbarorum esse hoc ait. *Si barbarorum*, inqit, *est in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent.* At brutorum, Gregorius Nazianzenus in *Julian.* 1. Οἷς τὸ ζῆν τοῦτο νομίζεται μόνον, καὶ οὐκ ἐξικνοῦνται τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν, οὐδὲ εἶναί τινα νομίζουσι τῶν τῇ δὲ βεβιωμένων λογισμὸν καὶ ἀντίδοσιν. ἀλλὰ ζῶσι βίον ἀλόγων, τὸ πρὸς ἡμέραν καὶ τὸ παρὸν ἀεὶ βιωτεύοντες. *Qi hujus tantùm vitæ rationem habent, nec ad futura supplicia mente penetrant, nec ullam rerum in hac vita gestarum censuram atqe mercedem fore arbitrantur: sed brutorum animantium ritu in diem atqe in præsens semper vivunt.*

Καὶ τὸ μνημονεῦον] Vide *suprà* §. 19. & *l.* 7. §. 5. Casaubonus ista qomodo cum seqentibus committit, videas licet, si otium est. Mihi Xylandri dispositio magis arridet.

§. 36.

§. 36. Hoc jugiter considera, omnia ista qæ fiunt, mutatione fieri. & assvesce te cogitationi isti, nihil æqè diligere universi naturam, ac ea qæ jam exiſtunt mutare, & ex eis sic mutatis nova germina refingere. seminis enim rationem habet qandam qicqid est, ad id qod ex eodem futurum est. etenim semina ea sola opinari, qæ in terram uterúmqe dejiciuntur, plebejum est nimis.

§. 37. Jam jam moriturus es: necdum simplex es, imperturbatus. posse extrinsecus lædi suspicione immunis, cunctis propitius, justè agere unicam prudentiam ratus?

§. 38. Merites illorum intuere, & studia etiam, qalia fugiant, qalia prosequantur.

§. 39. In alterius mente malum tuum non est situm. sed nec in mutatione & alteratione corporis animam

§. 36. Θεώρει διηνεκῶς, * πάντα [a] κατὰ μεταβολὴν γινόμενα * γίνε[σθαι]. καὶ ἐθίζε συνορᾶν, ὅτι [b] οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις, ὡς τὸ τὰ ὄντα μεταβάλλειν, καὶ ποιεῖν νέα ὅμοια. σπέρμα γὰρ τρόπον τινα πᾶν τὸ ὂν ἔ ἐξ αὐτῆς ἐσομένε. [c] οὐ γὰρ μόνα σπέρματα * φαντάζῃ, τὰ εἰς γλῶ, ἢ μήτραν καταβαλλόμενα. ἔτι δὲ λίαν ἰδιωτικόν.

§. 37. [d] Ἤδη τεθνήξῃ, κ ὔπω ὅτε ἁπλοῦς, ὅτε ἀπήμαντος, ὅτε [e] ἀνύποπτος ἔ βλαβῆναι ἂν ἔξωθεν, ὅτε [f] ἵλεως πρὸς πάντας, ὅτε τὸ φρονεῖν [g] ἐν μόνῳ τῷ δικαιοπραγεῖν πιθέμενος;

§. 38. [h] Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν διάβλεπε, κ * τὰς φρονίμας, [i] οἷα μὲν φεύγουσιν, οἷα δ διώκουσιν.

§. 39. [k] Ἐν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὲν οὐχ ὑφίστα[σθαι]. οὐδὲ * μὲν ἔν τινι τροπῇ κ ἑτερώσει ἔ πρεπτέχοντος.

* [ὅτι] vel [πως] π. vel mox
a L. 7. §. 18. 28. l. 9. §. 32. 33.
* γίνησθαι.
b L. 7. §. 23. l. 8. §. 6. l. 10. §. 34.
c L. 7. §. 30. l. 10. §. 26.
* φαντάζῃ.
d Sup. §. 17. l. 10. §. 1.
e L. 2. §. 17.
f L. 7. §. 53. l. 10. §. 12.
f L. 8. §. 26. l. 11. §. 13.
g Sup. §. 25.
h L. 9. §. 18. 27.
* τὰς φρονιτίδας f.
i L. 7. §. 34. l. 10. §. 13.
k L. 8. §. 55, 56. l. 9. §. 4. 38.
* μὲν.

ANNOTATIONES.

§. 36. Πάντα κατὰ μεταβολὴν γινόμενα γίνεται] lego ὅτι πάντα — γίνεται. ut in membro proximè seqenti, ὅτι οὐδὲν οὕτως φιλεῖ.

Κατὰ μεταβολήν] Ità *l.* 7. §. 18. Τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι; *Ecqid enim fieri potest absqe mutatione?* Vide *ibidem* §. 25. & *l.* 6. §. 15.

Οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις] Ità *l.* 7. §. 18. Τί καὶ φίλτερον τῇ τῶν ὅλων φύσει; *Qid autem gratius universi naturæ?* & *l.* 9, §. 35. Χαίρει τούτῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. *Hac autem gaudet universi natura.* Tertullianus *de pall. c.* 2. *Certè habitum vertere natura totius solenne munus est.*

Ποιεῖν νέα ὅμοια] Ἵνα ἀεὶ νεαρὸς ᾖ ὁ κόσμος. *Ut mundus perpetim renovetur. l.* 7. §. 25.

Σπέρμα γὰρ τρόπον τινά] qia istud ex illo nascitur. Ità σπέρμα τῆς γενέσεως, τὴν ὕλην. *Semen ortus, materiam* dixit Hermes *ad Tatium* citante Stobæo *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 14. Et παντσπερμίαν τῶν στοιχείων, τὴν φύσιν, *Naturam omniseminarium elementorum omnium* Democritus & Levcippus, apud Aristotelem *de cælo l.* 3. *c.* 4, &

— discordia semina rerum,

Naso *Metam. l.* 1. sed & sensu adhuc latiore Plinius in *panegyr. Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumqe semina Deus; & plerumqe bonorum malorúmqe caussa sub diversa specie latent.* Et Demosthenes *pro Coron.* Ὁ γὰρ σπέρμα παρασχὼν, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. *Qi semen*, id est, caussam, occasionémve, *præbuit, is malorum indè enatorum autor meritò habetur.* Hoc est qod Pavlus *ad leg. Aqil. l.* 22. *Pandect. l.* 9. *tit.* 2. *c.* 30. *Qi occasionem præstat, ipse damnum fecisse videtur.* Cicero *Philip.* 2. *Ut igitur in seminibus caussa est arborum & stirpium: sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti.* De Corinthiorum beneficentia Apostolus ad eosdem *Epist.* 2. *c.* 9. *v.* 10. Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν τὸ σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, κ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξῆσαι τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. *Qi autem suppeditat semen serenti, & panem ad escam suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & augeat fructus justitiæ vestræ.* Synesius etiam *ad Arcad. Imper. Orat. de regno pag.* 32. *C.* Ἐγὼ δ' ἂν δίκαιος εἴην ἀπολαῦσαι πρῶτος τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων τῆς βλάστης, οἷόν τε πλάττω βασιλέα, τοιοῦτο πειρώμενος. *Ego verò non immeritò primus ex meorum seminum fœtu emolumentum aliqod percepero, si qalem te Imperatorem fingo, talem aliqando experior.* Seneca *Epist.* 120. *Natura nobis semina scientiæ dedit; scientiam non dedit.* & Cicero *de finib. l.* 5. *In pueris virtutis semina, scintillulas, igniculos videmus. Naso Trist. l.* 2.

— ludi qoqe semina præbent
Neqitiæ. —

Τὰ εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλόμενα] Indè σπέρματος καταβολὴ, *vis ad concipiendum semen*, de Sara usurpatum Apostolo *ad Hebræos c.* 11. *v.* 11. de qo multa gratis argutantur interpretes, Piscator cumprimis. τὰ εἰς γῆν καταβαλλόμενα dixit, qomodo Chrysippus apud Laërtium in *Zenone l.* 7. *c.* 159. Εἶναι τὸ σπέρμα πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένων σπερμάτων, ἃ παλαιωθέντα οὐκ ἔτι φύεται. *Semen spiritum esse secundùm substantiam, qod constat ex jactis in humum seminibus, qæ cum antiqata fuerint, non amplius germinant.* qod de obscœnis Onanis æmulis, cur intelligi velit Lipsius *physiol. Stoic. l.* 3. *c.* 6. caussam nullam video. de humano reverâ locutus fuerat, sed à satorum seminio argumentum duxit, qo firmaret de illo qod dixerat. Vide *ad l.* 6. §. 15.

§. 37. Ἤδη τεθνήξῃ] Vide *suprà*, §. 12. & *l.* 2. §. 6. & *l.* 10. §. 1. Plutarchus Stoicas tricas ridens, *de commun. notit. c.* 37. Ἕκαστος ἡμῶν, ὡς ἔοικε, γέγονε μὴ ἀξιόμισος τῷ ζῆν. κ τεθνήξεται, μὴ πυνθόμενος.] *Qilibet nostrum, ut apparet, natus est nullo vivendi facto initio, & morietur vivere non desinens.*

Ἀνύποπτος τῷ βλαβῆναι] Vide *l.* 2. §. 17. & *l.* 7. §. 53. & *l.* 10. §. 12.

§. 38. Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν διάβλεπε] Videri possit Marcus repugnantia planè præcipere; cùm *suprà l.* 2. §. 8. & *infrà l.* 7. §. 55. prohibeat, περιβλέπειν ἀλλότρια ἡγεμονικά, id est, *aliorum animos intueri*: istic autem illos eosdem considerare jubeat. Verùm ipse ista optimè conciliat, *l.* 3. §. 4. ubi hoc vetat fieri, χωρὶς μεγάλης κ κοινωφελοῦς ἀνάγκης, *sine justa utilique caussa.* Non vult itaqe ut aliorum animos sensúsqe intimos indagemus, avt per meram curiositatem divagando, avt de nobis fatísqe nostris qid senserint, sensurive sint, solicitè cogitando: vult tamen, ut eosdem nobis ob oculos ponamus, qò minùs ipsorum opinionibus moveamur, & vel encomia captemus, vel vituperia curemus: cùm in eis bonum nostrum nevtiqam consistat: qod subjungitur protinùs §. 33.

Καὶ τὰς φρονίμας] *& prudentes* Xylander. ego suspicor Marcum τὰς φροντίδας scripsisse, *& curas eorum.* eò magìs, qia seqitur, οἷα φεύγουσι, διώκουσι. Ità Persius Satyram suam exorsus est:

O curas hominum! —

curæ avtem hominum in rebus fugiendis & expetendis maximè se produnt.

§. 39. Ἐν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὸν οὐχ ὑφίσταται] neqe ergò meliorem te, neqe deteriorem efficere potest opinio de te aliena.

Οὐδὲ μὲν ἔν τινι τροπῇ καὶ ἑτερώσει τῷ περιέχοντι] οὐδὲ μὲν, legendum. τὸ περιέχον avtem hìc *cælum* intelligit Xylander. atqe ità τὸ περιέχον pro cœlo sive aëre ambiente crebrò sumitur. Polybius *l.* 1. *c.* 37. Πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ τὸ περιέχον, ὅταν παραβάλλωσι καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσι. *At qoties contra mare avt cælum projecta qadam audaciâ pugnant, suâqe illâ vi abrupta vincere satagunt, magnas calamitates incurrunt.* Theophrastus *de causs. plant. l.* 1. *c.* 9. Δεῖ γὰρ μὴ κρατεῖσθαι μήδε κωλύεσθαι τὴν πρόοδον ὑπὸ τοῦ περιέχοντος. *Superari enim avt impediri vanos à cælo ambiente havd qaqam oportet.* & *c.* 17. Εἰς πλείω γὰρ καὶ κατὰ μικρὰ μεμερισμένων τῶν ἀρχῶν, ἐυκίνητα γίνεται τῷ περιέχοντι πρὸς βλάστησιν. *Qm enim pluribus, minutísqe internodiis dividatur, principia illa germinandi agiliora propensioráqe ad germen, opera cæli ambientis reddantur.* & Marcus, τὸν περιέχοντα ἀέρα, *ambientem aerem*, dixit *l.* 8. §. 54. Hæc igitur, si Xylandrum seqimur; Marci mens est futura, ab aëris ambientis statu vario, etsi rerum aliarum bona maláve habitudo pendeat, qod in stirpibus Theophrastus observat; at hominis, qâ hominis, non item. Multum sanè valet aëris cœlíqe ambientis affectio, & locorum indè profecta dispositio, ad ingenii etiam indolísqe humanæ, affectuum etiam studiorúmqe varietatem producendam. Ità Virgilius *Georg. lib.* 1.

Verùm ubi tempestas & cæli mobilis humor
Mutavere vias; —
Vertuntur species animorum & pectora motus
Nunc alios, nunc concipiunt alios. —

unde & Plinius *l.* 2. *c.* 6. *Solem, dum cæli tristitiam discutit, etiam humani nubila animi serenare*, dixit. Qin & Polybius *lib.* 4. *c.* 21. de Arcadibus suis: Ἡ τῶν ἠθῶν αὐστηρία τις αὐτοῖς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ συγγνότητα τὴν κατὰ τὸ πλεῖον ἐν τοῖς τόποις ὑπάρχουσαν, ᾗ συνεξομοιοῦσθαι πεφύκαμεν πάντες ἄνθρωποι καθ' ἀνάγκην. ὃ γὰρ δὶ ἄλλην, διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν κατὰ τὰς ἐθικὰς καὶ τὰς ὁλοσχερεῖς διαστάσεις πλεῖσον ἀλλήλων διαφέρομεν, ἤθεσί τε καὶ μορφαῖς καὶ χρώμασιν, ἔτι δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς πλείοσι. *Austeritas morum illis conciliatur qalitate aëris, qo in plerisqe locis utuntur frigidiore & tristiore: qum ita sit naturâ comparatum, ut cælo habitationis consimiles necessariò omnes evadamus. Hæc namqe, non alia caussa est, cur pro varietate nationum, & ut*

a L.9.§.15. χοντος! πᾶ ἔν; a ὅπᾳ τὸ βλέ κακῶν ὑπολαμ-
b L.2.§.15. Sup. §. 7. βάνον σοι ἐσί. b τᾶτο ἔν μὴ ὑπολαμβανέτω, κὴ
c L.10.§.1. c πάντᾳ δ' ἔχῃ. d κὰν τὸ ἐγγυτάτω αὐτᾷ τὸ σω-
d L.7.§.68. μάδιον, τέμνηται, καίηται, διαπύσκηται, σήπηται,
* τᾶτοι Xyl. ὅμως τὸ ὑπολαμβάνον βλέ τᾶτων μόριον, ἡσυχα-
e L.2.§.11. ζέτω. * πολῖτόν ἐσι, e κρινέτω μήτε κακόν τι εἶ-
l.11.§.11. 18. ναι, μήτε ἀγαθόν, ὃ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀνδρὶ
*[τῷ παρὰ φύσιν] καὶ κὴ ἀγαθῷ συμβαίνειν. ὁ γὰρ * κὴ τῷ κτ φύσιν βιᾶται ἐπίσης συμβαίνει, ἅτε ἕτο κτ φύσιν ἐσὶν, ἅτε θεῷ φύσιν.

f L.5.§.8. §. 40. Ὡς f ἓν ζῶον τὸν κόσμον, g μίαν
g L.7.§.9.l. 12.§.30.32.

ambientis. ubi ergò? in ea nimirum parte tui; qæ de malis opinatur. ista malum nihil opinetur, & bene se habitura sunt omnia. etiamsi, qod huic proximum est, corpusculum secetur, uratur, suppuretur, putrescat, qiescat tamen pars ea qæ de istis opinatur. hoc est, nè censeat avt malum avt bonum esse, qod viro malo bonóqe pariter potest obvenire. qicqid enim & secundùm naturam & præter eandem viventi ex æqo contingit, id ipsum neqe secundùm neqe præter naturam est.

§. 40. Cogita, jugiter, mundum esse animalis

ANNOTATIONES.

qaqe invicem longissimis distant intervallis, sità plurimùm invicem moribus, formis, coloribus, maximâ deniqe parte institutoram mortales differamus. Cicero *Agrar.* 2. *Non ingenerantur hominibus mores tam è stirpe generis ac seminis, qàm ex iis rebus, qæ ab ipsa natura loci, & à vita consvetudine suppeditantur, qibus alimur & vivimus.* & qæ sequntur. nam argumentum hoc latiùs persequitur. Idem *de fato*: *Inter locorum naturas qantum intersit, videmus. alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis esse pituitosos & qasi redundantes, in aliis exiccatos atqe aridos: multáqe sunt alia, qæ inter locum & locum plurimùm differunt. Athenis tenue cælum; ex qo acutiores qoqe putantur Attici: crassum Thebis; itaqe pingves Thebani & Valentes.* Philo *de provident.* apud Evsebium *præpar. l.* 8. *c. ult.* de Græcia: Μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀψευδῶς ἀνθρωπογονεῖ, φυτὸν ἐράνιον, καὶ βλάστημα θεῖον ἠκριβωμένον, λογισμῶν ἀποτίκτουσα εἰκειόμενον ἐπιστήμη. τὸ δ' αἴτιον, λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι. διὸ καὶ Ἡράκλειτος ἐκ ἀπὸ σκοπᾶ φησιν, ἅ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. *Sola qippe Græcia, si verè loqi velimus, hominum procreatrix est, utpote qa cælestem omnino plantam, divinúmqe germen, & omni ex parte perfectum, hoc est, intelligentiam ipsam pariat, cum scientia natsvâ qâdam cognatione conjunctam. Cujus rei cavssa est hæc, qod aeris tenuitate mens hominis acuatur. ut non sine ratione dixerit Heraclitus, ubi solùm siccius, ibi solertissimum animum esse ac præstantissimum.* Ego corpus potiùs ipsum intelligi existimo, qod animam qasi ambit. atqe ità etiam Cæs. accepit. de hoc enim mox verba facit; de cœlo nihil. *τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα περιέχειν, corpus ambire animam*, dicit; qomodo τὸ ζῶον, *τὴν ψυχὴν ἐπέχειν, animal animam obtinere*, §. 40. Sed & *τῷ σώματι τὴν ψυχὴν περιέχεσθαι, animam corpori includi*, *lib.* 3. §. 7. Cæterùm & istic qæri poterat, qomodo verum sit, hominis malum à corporis statu non pendere, qum pro corporis affectionibus variis animus etiam pariter affici videatur. Aristoteles *Physiognom. cap.* 1. Ὅτι καὶ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, καὶ ἐκ εἰσὶν αὐτᾶ καθ' ἑαυτὰς ἀπαθεῖς ὅσαι τῶν τᾶ σώματος κινήσεων, τᾶτο δῆλον πάνυ γίνεται, ἔν τε ταῖς μέθαις καὶ ταῖς ἀῤῥωστείαις. πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσαι φαίνονται αἱ διάνοιαι ὑπὸ τῶν τᾶ σώματος παθημάτων. καὶ τέναντίον δὲ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήματι τὸ σῶμα συμπάσχον φανερὸν γίνεται, περί τε τὰς ἔρωτας, καὶ τὰς φόβους τε, καὶ τὰς λύπας, καὶ τὰς ἡδονάς. *Qod animæ sequntur corpora, & ipsæ secundùm seipsas non sunt impassibiles à motibus corporis, id manifestum fit valdè in ebrietatibus & agritudinibus: multum namqe animæ mutatæ videntur à passionibus corporis. Et è contrario qod corpus compatitur passionibus animæ, manifestum circa amores, & timores, & tristitias, & delectationes.* Et rursus *c.* 4. Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις. καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιωμένη συναλλοιοῖ τὴν τᾶ σώματος μορφήν. πάλιν τε ἡ τᾶ σώματος μορφὴ ἀλλοιωμένη συναλλοιοῖ τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν. *Videtur autem mihi anima & corpus compati ad invicem, & anima habitus alteratus semper alterat corporis formam: & iterum corporis forma alterata simul alterat animæ habitum.* qod Lucilius *Sat. l.* 26.

Animo qi ægrotat, videmus corpore hunc signum dare:
Tum doloribus consectum corpus animo obsistere.

Verùm respondebit Marcus nec ista *τὴν προαίρεσιν* immutare, etiamsi operationem impediant. Vide *l.* 5. §. 20. Vide & *l.* 10. §. 1. & *l.* 12. §. 2.

Ὅπερ τὸ ὑπολαμβάνον] id est, ὅπερ δύναμις ὑπολητική, *facultas opinatrix*, de qa *l.* 3. §. 9. ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, *in mente.*

Τᾶτο μὴ ὑπολαμβανέτω] qod *suprà* §. 7. ἄφες τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ, βέβλαμμαι. *Opinionem tolle, tollitur simul & querimonia illa.*

Τοιᾶτόν ἐσι] legendum τελέσι. atqe ità Xylander, cujus versionem admisit Lugdunensis, sed mendum retinuit.

Ὃ γὰρ κτ τῷ κατὰ φύσιν βιᾶναι ἐπίσης συμβαίνει] deest alterum distributionis membrum, ità supplendum; ὃ γὰρ [τῷ παρὰ φύσιν] κὴ τῷ κ. φ. β. respondent enim duo hæc membra superioribus illis, κακῷ ἀνδρὶ κὴ ἀγαθῷ. Vide *ad l.* 2. §. 11.

Οὔτε τᾶτο καλὰ φύσιν ἐσὶν, ἅτε παρὰ φύσιν. Seneca *Ep.* 66. *Media qæ nihilo magis secundùm naturam, qàm contra naturam sunt.* Vide tamen ibidem eundem de istis subtiliùs pavlò argutiúsqe differentem ac distingventem.

§. 40. Ἓν ζῶον τὸν κόσμον] Synesius pariter *de insomn.* ἓν ἐνὶ ζώῳ τῷ κόσμῳ. *in mundo, qi est instar unius animalis.* Thales ἔμψυχον τὸν κόσμον, *animatum mundum*, primus dixisse videtur. Laërtius *l.* 1. §. 27. Pythagoras item, κόσμον ἔμψυχον, νοερόν. *mundum animatum, intelligibilem.* Idem *l.* 8. & *l.* 7. §. 142. in *Zenon.* Ὅτι δὲ καὶ ζῶον ὁ κόσμος, καὶ λογικὸν, καὶ ἔμψυχον, καὶ νοερόν. *Qod autem sit animal mundus, & rationale, & animatum & intelligibile.* Ex Chrysippi Apollodori, & Posidonii sententia. id indè probant, qia τὸ ζῶον τᾶ μὴ ζῶα κρεῖτον. ὐδὲν δὲ τᾶ κόσμα κρεῖτον. ζῶον ἄρα ὁ κόσμος. *præstantius est animans non animante: at mundo nihil præstantius: mundus itaqe est animal.* Et rursus; Τὸν ὅλον κόσμον ζῶον εἶναι ἔμψυχον καὶ λογικόν. *Universum mundum animal esse, animatum & rationale.* Sed & Hermes *pæmand. c.* 10. §. 12. Ὁ μὲν κόσμος πρᾶτον, ὁ δὲ ἄνθρωπος δεύτερον ζῶον μετὰ κόσμον. *Mundus qidem primum, homo verò secundum à mundo animal.* Et Plato (qod Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 25.) τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννοῦ τι, *mundum animal animatum & ratione præditum*, dixit, eodem qo Stoici argumento usus. Verba hæc sunt in *Timæo pag.* 1047. *F.* Θείμις δ' ἐκ ἦν ἄτ' ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον. λογισάμενος ἔν τοιτο ἐκ τῶν καλὰ φύσιν ὁρατῶν, ὐδὲν ἀνόητον τᾶ νῦν ἔχοντος ὅλου ὅλα κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον. νῦν δ' ἄν χωρὶς ψυχᾶς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῷ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νῦν μὲν ψυχᾷ, ψυχὴν δὲ ἐν σώμασι συνεὶς συνισὰς, τὸ πᾶν συνελελαίνετο, ὅπως ἧι κάλλιστον εἴη καλὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. ὕλως ἔν δὴ καλὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον, ζῶον ἔμψυχον ἔννοῦ τε, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τᾶ Θεᾶ γενέσθαι πρόνοιαν. Hoc est, ut Cicero *de universo*: *Fas autem nec est, nec unqam fuit, qicqam nisi pulcerrimum facere eum, qi esset optimus. qum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum qæ naturâ cernerentur non intelligens intelligente in toto genere præstantius: intelligentiam autem nisi in animo, nullâ aliâ in natura posse reperiri. qo circa intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcerrimum. qam ob cavssam non est cunctandum profiteri, si modo investigari conjecturâ potest, hunc mundum animal esse, idqe intelligens, & divinâ providentiâ constitutum.* Idem *Timæum* suum sic clavdit *pag.* 1089. *A.* Θνητὰ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν, καὶ ξυμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, ὕτω ζῶον ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τᾶ νοητᾶ Θεὸς αἰσθητὸς (vel ut alii volunt εἰκὼν τᾶ νοητᾶ, Θεὸς αἰσθητὸς) μέγιστος καὶ ἄριστος, κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος γέγονεν, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν. *Mortalia & immortalia viventia mundus hic sortitus, atqe inde completus, ita deniqe factus est visibile visibilia comprehendens animal, intelligibilis Dei imago, sensibilis, maximus, interminatus, pulcerrimus, perfectissimus, cælum hoc atqe unigenitum.* Julianus *Orat.* 4. Ὁ σύμπας κόσμος ἓν ἐσι ζῶον, ὅλον δὲ ὅλα ψυχᾶς καὶ νῦ πλῆρες, τέλειον ἐκ μερῶν τελείων. *Universus hic mundus unum est animal, qod per totum, ac penitus animâ completur & mente: estqe perfectis ex partibus perfectum.* Indè Nicephorus Gregoras *hist. l.* 4. *c.* 14. Ἓν γὰρ ὁ κόσμος σῶμα συμφυὲς, ἐκ μερῶν καὶ μελῶν, ὡς ὁ ἄνθρωπος, φάναι, συγκείμενον. *Unus enim mundus corpus est cohærens, è membris & partibus, ut homo compositum.* Qinetiam animalis istius partes membráqe si vis, præcipua saltem, habebis apud Plutarchum *de facie Lunari*; *Solem cor, Lunam jecur, stellas oculos, Terram ventrem, Mare vesicam.* Seciùs pavlò qàm Sarapidis oraculum apud Macrobium *Saturn. l.* 1. *c.* 20.

Οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
Γαῖα δέ μοι ποδές εἰσι, τὰ δ' ὕπαι ἐν αἰθέρι κεῖται,
Ὄμμα τε τηλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.
Mi cælum caput est; mare venter, terra pedes sunt;
Sunt aures æther; oculus Sol omnituens est.

Qin & sexum, eúmqe geminum assignat Jarchas ex Indis sapientibus. Siqidem de mundo qærenti Apollonio respondebat. Ζῶον τὸν κόσμον. ζωογονεῖν γὰρ τὰ πάντα. ἀμφοῖν, ἄρρενός τε καὶ θηλείας φύσεως. ἀνδρὶ γὰρ αὐτῷ ξυγγινόμενον, τὰ μητρός τε καὶ πατρὸς εἰς τὴν ζωογονίαν πρόθυμον. *Animal esse mundum. Ani-*

lis unius inſtar, qod materiam unam, animámque unam obtineat: item qomodo ad ſenſum hujuſce, unum & illum, omnia referantur: unóque qaſi impetu ferantur univerſa, & ad omnia producenda cooperentur; qis deniqe rerum connexus & contextus ſit.

§. 41. *Animula es cadaver geſtans*; ajebat Epictetus.

οὐσίαν, καὶ [a] ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς διήκουσαν. καὶ πῶς [b] εἰς αἴσθησιν μίαν τοῦ τόπου, πάντα ἀναδίδοται. καὶ [c] πῶς ὁρμὴ μία πάντα περίσσωσε. καὶ πῶς πάντα πάντων τὰ γινομένων συναίτια. καὶ [d] οἵα τις ἡ σύννησις καὶ συμπάρυσις.

a *L.*6.§.14. *l.*9.§.8.
b Sup. §.27.
c *L.*6.§.42.
d *L.*6.§.38, 39 *l.*8.§.23.

§. 41. [e] Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος ἔλεγεν.

e *L.*9.§.24. *l.*10.§.33.

§. 42.

ANNOTATIONES.

Animantia enim cuncta producere. Utriuſque, maſcula & fœminina natura. Sibi commiſtum patris matriſque vicem in animalium generatione ſupplere. Philoſtratus *l.* 3. *c.* 11.

Μίαν οὐσίαν] Ità *l.* 12. §. 30. *Μία οὐσία κοινή. Una materia communis.* materia nimirum prima. Laërtius *l.* 7. in *Zenone* & Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 14. οὐσίαν δέ φασι τῶν ὄντων ἁπάντων τὴν πρώτην ὕλην. *dicunt materiam primam eſſe materiam omnium eorum qæ exiſtunt.*

Ψυχὴν μίαν] qam & καθολικὴν, *univerſalem* vocat *l.* 6. §. 14. & τὸν ὅλου νοῦν, *mentem univerſi. l.* 5. §. 30. & τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν, *mundi mentem. l.* 7. §. 75. Vide *ſuprà ad* §. 21. & 29. Laërtius *l.* 7. §. 143. in *Zenone.* Ἔμψυχον δὲ τὸν κόσμον, δῆλοι ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐκεῖθεν ὅτης ἀποσπάσματος. *Animatum eſſe mundum inde manifeſtum eſt, qod anima noſtra inde avulſa ſit.* Et *ibidem* §. 138. Τὸν δὴ κόσμον οἰκεῖσθαι καλῶς νῷ καὶ προνοίᾳ, εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς. *Mundum qoqe adminiſtrari ſecundum mentem ac providentiam, mente per omnes illius partes pertingente, ſicut & in noſtra anima contigit.* Theophilus itidem *ad Autolyc. l.* 2. *pag.* 82. *B. edit. Colon.* de Stoicis. Ἄλλοι δ' αὐτὸ δι' ὅλου κεχωρηκὸς πνεῦμα, Θεὸν δογματίζουσι. *Alii aſſeverant, ſpiritum per omnia diffuſum Deum eſſe.* Et Cleanthes apud Hermiam in *irriſ. philoſ. pag.* 178. *ejuſd. edit.* Τὴν ψυχὴν δι' ὅλου τοῦ κόσμου διήκειν, ἧς μέρος μετέχοντας ἡμᾶς ψυχοῦσθαι. *Animum per totum mundum penetrare, cujus partem aliqam nos adeptos animari.* Qin & Plato in *Cratylo pag.* 283. *F.* ex Anaxagoræ ſententia, τὸν Δία, νοῦν διὰ πάντων ἰόντα, *mentem per omnia penetrantem.* Manilius *Aſtron. l.* 2.

—— *cum ſpiritus unus*
Per cunctas habitet partes, atqe inriget orbem,
Omnia pervolitans.

Et Maro *Æn. l.* 6.

Principio cœlum, ac terram, campoſqe liqentes,
Lucentemqe globum Lunæ, Titaniaqe aſtra,
Spiritus intùs alit: totámqe infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Spiritum avtem hunc diſertè *Deum* nuncupat (qod & Minutius in *Octavio*, & Salvianus *de providենt. lib.* 1. *cap.* 1. advertêre) *Georg. l.* 4. verbis illis,

—— *Deum namqe ire per omnes*
Terráſqe, tractúſqe maris, cœlúmqe profundum.

Pythagoras etiam (Lactantio referente, *de ira Dei c.* 11.) *Deus mens eſt incorporalis, qæ per omnem rerum naturam diffuſa & intenta, vitalem ſenſum cunctis animantibus tribuit. Spiritus per omnia, maxima, minima, æqali intentione diffuſus.* Seneca *ad Helv. c.* 8. *Spiritus permeator univerſitatis.* Cleanthes apud Tertullianum *apolog. c.* 21. Hinc illud Arati *n.* 2.

—— μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί.
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες. πάντῃ δὲ Διὸς πεπλήσμεθα πάντες.
—— *plena qidem Jovis omnia compita,*
Omnes verò hominum cœtus, plenum verò mare,
Et portus: ubiqe avtem Jove implemur omnes.

Et Maro, *Eclog.* 3.

Jovis omnia plena.

Atqi Zenonem hoc nomine notat Tatianus *adv. Grac. p.* 143. qòd ſecundum illius rationes, ὁ Θεὸς ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀρρησιεργοῖς καταγίνεται. *Deus cloacis etiam, & vermibus, & aliis rebus nefandis inſitus.* De Deo ipſe *p.* 144. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, ᾗ διῆκον διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σχημάτων καταστευαστής. *Deus eſt ſpiritus non inſinuans ſe materiæ, ſed ſpirituum materialium & formarum in materia opifex.* Sed & de Stoicis Clemens in *hortat.* Διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας. & *Strom. l.* 1. *pag.* 295. *C.* adjectâ etiam cenſurâ ſuâ: Σῶμα ὄντα τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀτιμοτάτης ὕλης περιοικίαν λέγουσιν. ἃ καλῶς. *Dicunt Stoici non rectè, Deum, qum ſit corpus, vilisſimam pervaſiſſe materiam.* & rurſus *Strom. l.* 5. *pag.* 591. *A.* Φασὶ σῶμα εἶναι τὸν Θεὸν οἱ Στωικοὶ, καὶ πνεῦμα καθ' ὑσίαν, ὥσπερ ἀμείλει καὶ τὴν ψυχήν. *Ajunt Stoici, Deum eſſe corpus & ſpiritum eſſentiâ, ſicut certè etiam animam.* qod utrumqe ex ſacris ſcriptis havſiſſe illos avtumat, Ἀλλ' οἱμὲν, inqit, διήκειν διὰ πάσης τῆς ὑσίας τὸν Θεόν φασιν. ἡμεῖς δὲ ποιητὴν αὐτὸν μόνον καλοῦμεν, καὶ λόγῳ ποιητήν. *Sed illi qidem dicunt, Deum univerſam pervadere eſſentiam: nos avtem eum ſolum dicimus effectorem, & verbo effectorem.* (qod & ſuprà Tatianus.) hoc avtem, Deum omnia permeare, ex eo, qod in *Sapientia Salomonis libro, c.* 7. *v.* 24. de ſapientia dicitur, διήκει καὶ χωρεῖ διὰ πάντων, *pervadit & permeat omnia*, perperam accepto, traxiſſe, cùm non de æterna Dei, eadémqe Deo, ſapientiâ enunciatum id ſit. Verùm, & de iſta Priſci pleriqe ſumunt; nec ab avtore iſto ſumpſiſſe ſectæ illius conditores veroſimile eſt, cùm ſint eo dubio procul antiqiores. Cæterùm qòd *corpus* illi, havd ſané. qanqam & Tertullianum Deum corpus dixiſſe monet, ſimul & refellens, Avguſtinus *de Geneſ. ad lit. lib.* 10. *c.* 25. atqe ità revera ille *adv. Prax. c.* 7. *Qis negabit Deum corpus eſſe, etſi Deus ſpiritus eſt? Spiritus enim corpus ſui generis.* Verùm *Corpus* ille (qod & Avguſtinus *ad Qodvultdeum c.* 86. agnoſcit) *Subſtantiam* intellexit. Sic enim *adv. Hermog. c.* 35. *Ipſa ſubſtantia corpus eſt rei cujuſqe.* & *de carn. Chriſt. c.* 11. *Omne qod eſt, corpus eſt ſui generis. nihil eſt incorporale, niſi qod non eſt.* At qod *omnia permeare Deum* havd male. Siqidem de ſe Deus ipſe per Jeremiam vatem *cap.* 23. *v.* 24. *Annon cœlum & terram impleo ipſe.* Hieronymus *ad Marcell. q.* 5. *In omnibus infuſus, & circumfuſus, ut cuncta penetret interior, & contineat exterior.* Et Hildebertus in *Symbol. Intra omnia, nec incluſus.* Hinc celebre illud, qod Joannes Gerſon habet *in Cantic. Mariæ Conc.* 3. & Triſmegiſto Alexander Halenſis *part.* 1. *q.* 7. *m.* 1. Empedocli tribuit Joannes Tritenhemius *ad Cæſar. q.* 1. *Deum eſſe ſphæram intelligibilem, cujus centrum ubiqe, circumferentia nuſqam ſit.* Contrarium fermè Julius Scaliger Triſmegiſto aſſerit, ſed explodit ipſe, *de ſubtil. exerc.* 363. *Pigmentum fallax*, inqit, *Triſmegiſti illud*, Deus eſt cujus medium in centro, circumferentia ubiqe. *peſſimè. namqe medium aſſignat infinito. & circumferentiam qi dat, finitum facit. tum ſi ubiqe erit circumferentia, erit etiam in medio. & idem fiet centrum cum circumferentia.* Et illud revera potiùs aptiùſqe pigmentum an figmentum, infinitati divinæ depingendæ. Clemens ipſe ex Pythagoræ ſententia, qam & probare videtur, in *hortatorio p.* 47. *C.* Ὁ μὲν Θεὸς εἷς. χ' ἕλος δὲ, οὐχ, ὥς τινες ὑπονοοῦσιν, ἐκτὸς τῆς διακοσμήσιος, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ὅλος, ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπίσκοπος πασης γενέσιος, κρᾶσις τῶν ὅλων. πάντων παλὴξ, νοῦς, καὶ ψύχωσις τῷ ὅλῳ κύκλῳ, πάντων κίνησις. *Deus qidem unus eſt, non ita tamen, ut qidam opinantur, qaſi ſit extra mundi adminiſtrationem; ſed eſt totus in ipſa, in toto circulo, ſpeculator totius generationis, univerſorum comtemperatio, pater omnium, mens & animatio totius circuli, omnium motus.* qod ille Θεοῦ ἐπιπνοίαν, de Deo dictum contendit. Cæterùm Stoici ità univerſum hoc Deum permeare, ut numen cum mundo unum ὑποκείμενον conſtitueret. Vide *ſuprà* §. 23. qod eſt à pietate Chriſtianâqe diſciplinâ alienum.

Εἰς ἄισθησιν μίαν τὴν τόπου, πάντα ἀναδίδοται] Vide *ſuprà* §. 27.

Ὁρμὴ μία πάντα πράσσει] Apoſtolus *ad Rom. c.* 8. *v.* 28. Πάντα συνεργεῖ, *cooperantur omnia.* & Marcus *lib.* 6. §. 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν. *Ad unum eundémqe effectum operam conferunt univerſi ſuam.*

Πάντα πάντων τῶν γινομένων συναίτια] Ità *l.* 5. §. 8. Συνάφεια καὶ συνέχεια, ὥσπερ τῶν μορίων, ὕτω δὲ καὶ τῶν αἰτιῶν. *Connexio & continuitas ut partium univerſi, ita & cauſſarum.* Elegranti ſimilitudine illuſtrat hoc Clemens, *Strom. l.* 1. *pag.* 317. *D.* Οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι οἱ καθέλκοντες τὴν ναῦν, ᾗ πολλαὶ αἰτίαι λέγοιντ' ἄν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἴτιον ἕν. οὐκ ἔστι γὰρ αἴτιος ἕκαστος τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις αἰτίοις καὶ συνεργός. τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. *Qemadmodum avtem multi homines, qi navem trahunt, non dici poſſunt multa cauſſæ, ſed una cauſſa ex multis: non eſt enim unuſqiſqe cauſſa, ut navis trahatur, ſed cauſſa cum aliis & adjuvans, & fortè etiam cauſſa concauſſans.*

Οἵα τις ἡ σύννησις καὶ συμπάρυσις] qod alibi ἱερὰν σύνδεσιν, *vinculum qoddam ſacrum* vocat. *l.* 7. §. 9. καὶ συνάφειαν καὶ σύνταξιν ἴυλογον, *rationi conſentaneam connexionem infrà* §. 45. Vide & *ſuprà* §. 27. & 33.

§. 41. Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρόν] Arnobius *l.* 2. *Qid ſunt homines, niſi animæ corporibus illigatæ?* at Epicteto *homo eſt animula bajula*, ſive *geſtatrix cadaveris*, hoc eſt, corporis. qod χωρὶς πνεύματος & νεκρόν ἐστιν, *abſqe ſpiritu mortuum eſt.* Jacobus *c.* 2. *v.* 26. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 19. Τῷ νεκρῷ δέ με κύριος εἶ. λάβε αὐτόν. *Cadaveris qidem mei dominus es: illud capito.* Idémqe *l.* 3. *c.* 10. *de corpore*; Τὸ ἐκ ἐμὸν, τὸ φύσει νεκρόν. *Qod meum non eſt, qod naturâ eſt mortuum.* Et *ibidem c.* 22. Πῶς δὲ μέγα ἢ ἀξιόλογον, τὸ φύσει νεκρὸν, ἢ γῆ, ὁ πηλός. *Qo pacto magnum avt alicujus pretii, qod eſt naturâ mortuum, terra, cœnum.* Numenius *de bono. l.* 1. apud Euſebium *prepar. Evang. l.* 15. *c.* 17. Ἐπεὶ δὲ τὰ σώματα ἐστι φύ-

a Sup. §. 5. l. 7. §. 23. l. 9. §. 21. l. 11. §. 17.

§. 42. [a] Οὐδὲν ἐστι κακὸν τοῖς ἐν μεταβολῇ γινομένοις, ὡς οὐδὲ ἀγαθὸν ἐκ μεταβολῆς ὑφισταμένοις.

§. 42. Nihil mali est rebus mutationem subeuntibus, sicut nec eis qæ mutatione interveniente consistunt.

b L. 2. §. 17. l. 7. §. 19. c L. 5. §. 23. l. 6. §. 15.

§. 43. [b] Ποταμός τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ ῥεῦμα βίαιον, ὁ αἰών. [c] ἅμα τι γὰρ ὤφθη ἕκαστον, καὶ παρενήνεκται, καὶ ἄλλο ὠθεῖται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται.

§. 43. Flumen qoddam & torrens rapidus, est ævum, ex eis hîc fiunt consistens. simul enim atqe comparuerit qicqam, abripitur; & aliud qidem abripitur, illud verò denuo inferetur.

§. 44.

ANNOTATIONES.

σις τεθνηκόλα καὶ νεκρὰ, καὶ περφορημένα, καὶ οὐδ' ἐν τἀυτῷ μένοντα, ἄρ' οὐχὶ τὸ καθέξον ἡμᾶς δεῖ; *Et qoniam corpora vita nihil per sese habent, atqe huc illucve jactantur, nec eodem semper loco vultúqe persistunt; nonne aliqo proinde, cujus vi contineantur, opus habent.* Heraclitus *ad Amphidamant. Ep.* 1. Ἡ ψυχὴ ἐξανόθεν κατελθοῦσα, περιεβάλλετο ῥέον σῶμα τεθνεὸς τῦτο. *Animus de cælo progressus complectebatur fluxum hoc & mortuum corpus.* Hermes *ad Tat.* apud Stobæum *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 40. Ἡ ψυχὴ δὲ ἀνθρώπε ὀχεῖται τὸν τρόπον τῦτον. ὁ νῦς ἐν τῷ λόγῳ. ὁ λόγος ἐν τῇ ψυχῇ. ἡ δὲ ψυχὴ ἐν τῷ πνεύματι. τὸ πνεῦμα δὲ διοῖκον (legendum διῆκον) διὰ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, καὶ αἵματος, κινεῖ τὸ ζῶον, καὶ ὥσπερ τρόπον τινὰ βαστάζει. *Anima hominis in hunc vehitur modum. Mens in ratione, ratio in anima, anima verò in spiritu. Spiritus per venas, & arterias, sanguinémqe diffusus, animal undiqe ciet, molémqe corporis sustinet, atqe circumfert.* Arnobius iterum *ubi supra. Avdetis ridere nos, qod animarum nostrarum provideamus saluti, id est, nobis ipsis? qid enim sumus homines, nisi anima corporibus clausa?*

§. 42. Οὐδὲν κακὸν τοῖς ἐν μεταβολῇ] Vide *suprà* §. 5. & *l.* 7. §. 22.

§. 43. Ποταμός τις καὶ ῥεῦμα βίαιον ὁ αἰών] Ità *l.* 2. §. 17. Τὰ τῦ σώματος ποταμός. *Corporis fluvius.* & *l.* 6. §. 15. Ἐν δὴ τύτῳ τῷ ποταμῷ. *In hoc igitur flumine.* & *l.* 7. §. 19. Διὰ τῆς τῶν ὅλων ὑσίας, ὡς διὰ χειμάῤῥε, διεκπορίυσαι πάντα. *Per mundi substantiam, tanqam per torrentem, universa transeunt.* Naso *artis l.* 3.

— eunt anni more fluentis aqa.

& *Metamorph. l.* 15.

— assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen: nec enim consistere flumen,
Nec levis hora potest.

Basilius *homil.* 23. *pag.* 568. *C.* Ποταμὸς ὁ βίος ἡμῶν, ῥέων ἐνδελεχῶς καὶ κύμασιν ἀλλήλοις πλημμυρύμενος. Τὸ μὲν γὰρ προέῤῥυσεν ἤδη, τὸ δὲ ἔτι πορέυσαι. *Vita nostra est fluvius, continuè & irremissis ac indesinentibus fluctibus plenus, qorum alio præterlapso jam alius adhuc in cursu præsens est.* Augustinus *de Trin. lib.* 4. *c.* 16. *Qasi fluvio qodam decurrit genus humanum.* Qin & Heraclitus apud Laërtium *l.* 9. Ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. *Omnia fluere fluminis instar.* Cujus & celebre admodum effatum illud, qod Heraclides Ponticus *de allegor. Homer.* sic extulit: Ποταμοῖς τοῖς αὐτοῖς, ἐμβαίνομέν τε καὶ οὐκ ἐμβαίνομεν. εἰμέν τε καὶ οὐκ εἰμέν. *Fluvios eosdem ingredimur, & non ingredimur: sumus, & non sumus.* Aristoteles ex parte explicat *polit. l.* 3. *c.* 3. Πόλεμον ἴσως ἂν ἤ τὸ γένος τὸ αὐτὸ τῶν καλοικύντων, τὴν αὐτὴν εἶναι φατέον πόλιν, καίπερ ἀεὶ τῶν μὲν φθειρομένων, τῶν δὲ γινομένων. ὥσπερ καὶ ποταμὸς εἰώθαμεν λέγειν τοὺς αὐτοὺς, καὶ κρήνας τὰς αὐτὰς, καί περ ἀεὶ τῦ μὲν ἐπιγινομένυ νάματος, τῦ δὲ ἐπεξιόντος. *Utrum qoad sit idem genus habitantium eandem esse civitatem dicendum sit, qamvis semper alii intereant, alii oriantur? ut & flumina solemus eadem dicere, & fontes eosdem, qamvis semper unda nova superveniat ac defluat.* Plato in *Cratylo p.* 276. *E.* & inde Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 24. Λέγει πε Ἡράκλειτος, ὡς πάντα χωρεῖ, καὶ ὐδὲν μένει. καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα, λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. *Ait enim Heraclitus fluere omnia, nihilqe manere, rerúmqe ipsarum progressum amnis fluxui comparans, haud fieri posse inqit, ut bis eandem in aqam te mergas.* Plutarchus *natur. qæst.* 2. Τὰ πηγαῖα καὶ ποτάμια νάματα πρόσφατά ἐστι καὶ νεογενῆ. Ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης. ὡς φησὶν Ἡράκλειτος. ἕτερα γὰρ ἐπιῤῥεῖ ὕδατα. *Nam fontium & fluminum aqa semper sunt recentes subinde novis affluentibus: ideóqe ait Heraclitus, bis in eundem fluvium neminem posse descendere.* Et de *sera vindict. pag.* 559. *C.* Ἡ λήσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἄπαντα πράγματα ποταμὸν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν ἔφησε δὶς ἐμβῆναι, τῷ πάντα κινεῖν καὶ ἑτεροιῦν τὴν φύσιν μεταβάλλουσι. *Nisi imprudentes velimus omnia in Heracliteum illum injicere fluvium: in qem ille negabat bis posse eundem descendere, natura subinde omnia mutante atqe alterante.* Et ad nostri mentem aptissimè, *lib. de EI Delph. pag.* 392. *B.* Ποταμῷ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ, κατ' Ἡράκλειτον. ὐδὲ θνητῆς ὑσίας δὶς ἅψασθαι κατὰ ἕξιν. ἀλλ' ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς σκίδνησι καὶ πάλιν συνάγει, πρόσεισι καὶ ἄπεισι. ὅθεν ὐδ' εἰς τὸ εἶναι περαίνει τὸ γιγνόμενον ἀυτῆς, &c. *Heraclitus est, non posse qenqam bis in eundem fluvium descendere. Substantiam qoqe caducam bis in eodem statu nemo attinget: sed celeritas mutationum eam dissipat mox, statim colligit rursum.*

Simul illa existit & interit. Hinc est, ut qod non fit, eo usqe non perducatur, &c. Seneca *Ep.* 58. *Corpora nostra rapiuntur fluminum more. qicqid vides, currit cum tempore. nihil ex his qæ videmus, manet. Hoc est qod ait Heraclitus.* In idem flumen bis non descendimus. *manet idem fluminis nomen, aqa transmissa est. Hoc in amne manifestius est qàm in homine. Sed nos qoqe non minùs velox cursus prætervehit.* Verùm, ut Aristoteles *metaphys. l.* 3. *c.* 5. Ὁ Κράτυλος Ἡρακλείτῳ ἐπετίμα εἰπόντι, Δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι. αὐτὸς γὰρ ᾤετο, ὐδ' ἅπαξ. *Cratylus Heraclitum, qod bis dixisset in eundem fluvium non esse intrare, reprehendebat: ipse enim existimabat, ne semel qidem.*

Ῥεῦμα βίαιον] *torrens* etiam. atqe ità *l.* 7. §. 19. χειμάῤῥους. Ovidius *remed. l.* 2.

Flumine perpetuo torrens solet altiùs ire.

sed & rapidiùs. unde diverbium familiare, χειμάῤῥῳ ὄμνυ, *torrentis in morem.* de eis usurpatum, qi ingenti impetu qasi provoluti, omnia secum corripiunt. Seneca pariter, *torrenti rapido* tempus assimilat, *de vit. brev. cap.* 9. & Augustinus *in Psal.* 38. *Torrens rerum fluit. cuncta rapiuntur.* Vide *ad lib.* 2. §. 4.

Ἅμα τι γὰρ ὤφθη ἕκαστον, καὶ παρενήνεκται] Qod de seminibus qibusdam Theophrastus *de caus. plant. l.* 4. *c.* 7. Ὡς φαίνεται καὶ ἅμα πίπτον ἀλλοιῦται. *Ut cernitur, simúlqe decidit, parte alterâ immutatur.* Et de externis istis Joannes Chrysostomus *tom.* 5. *Orat.* 19. Ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται φύσιν. ὁμῶ τε φαίνεται καὶ ἅμα πίπτον ἀλλοιῦται. ὁμῶ κατέχεται, καὶ ἀποπηδᾷ. *Imitatur naturam fluvialium torrentium. simul ac comparuit, præterlabitur: simul ac habetur, celeriter discedit.* Eleganti similitudine illustrat istud Marcus noster, *l.* 6. §. 15. Ita, non de Marcello tantùm, aut de Cejonio Commodo, ut Adrianus apud Spartianum, aut de Quintillo Claudii Imperatoris fratre; de omnibus in universum tum personis, tum rebus ipsis, verum est Virgilianum illud, *Æn. l.* 6.

Ostendent terris hunc tantùm fata, nec ultra
Esse sinent. —

Joannes Chrysostomus *in Oziam Orat.* 4. Μὴ ἴσταταί τι τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται τὸν δρόμον. ὁμῶς τι γὰρ ἐφάνη, καὶ σκιᾶς ἐυκολώτερον ἡμᾶς καταλιμπάνει. *Nihil rerum humanarum consistit: sed imitatur qasi torrentium fluvialium cursum. simul ac comparuerit, facilíùs qàm umbra nos deserit.* Et de tempore Basilius Cæsar. *de creat. Orat.* 1. *pag.* 7. *C.* Συμφυὴς ἄρα τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ζώοις τε καὶ φυτοῖς, ἡ τῦ χρόνυ διέξοδος ὑπάρχει, ἐπεσυγομένη ἀεὶ καὶ παραῤῥέουσα, καὶ μηδαμῦ πανομένη τῦ δρόμυ. ᾗ οὐχὶ τοιῦτός ὁ χρόνος, ὅ τε μὲν παρελθὼν ἠφανίσθη, τὸ δὲ μέλλον ὅπω πάρεστι, τὸ δὲ παρὸν, πρὶν γνωσθῆναι, διαδιδράσκει τὴν αἴσθησιν; τοιαύτη δέ τις καὶ τῶν γινομένων ἡ φύσις. ἡ αὔξανομένη πάλαι, ἡ φθίνουσα, τὸ δὲ ἰδρυμένον καὶ τάξιμον οὐκ ἐπίδηλον ἔχουσα. *Sanè & mundo huic, & iis qa in eo producta sunt animalibus & plantis congener subsistit temporis curriculum, qod semper urgetur ac effluit, nec unqam faciet finem decurrendi. Qid enim? An non ejusmodi est conditio temporis? Qod enim ejus transactum jam est, utiqe in nihilum abiit: nondum adest qod est affuturum: qin qod adest, prius sensum fugit tuum, qam cognoris adesse. Talis planè est eorum, qa oriuntur, conditio ac genius. Aut enim avgescunt in horam, aut ad corruptelam devergunt. Neqe enim in istis qicqam liqidò qeas deprehendere fixum qod sit & stabile.*

Καὶ ἄλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται] *& aliud subsequitur, mox item aliud succedet* Xylander. *aliud succedit, & hoc etiam protinùs dispærebit* Casaubonus. qorum alter qare παραφέρεσθαι istic verterit *succedere*, alter *subseqi*, cùm in membro præcedente uterqe *præterire* reddiderit, me latet. ego malim, *aliud abripitur*, sive *tollitur*, *aliud statim infertur.* Παραφέρεσθαι *abripi.* Lucianus. Ἂν τινα τῦ χειμῶνος ὁ ποταμὸς παραφέρῃ, ἀθεῖν καὶ τῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα. Plutarchus *de orac. defect. p.* 432. *A.* in hoc ipso argumento. Τῷ χρόνῳ, καθάπερ ῥεύματι, ἅπαντα παραφέρομεν. *Tempore fluminis instar omnia abripiente.* indè τὸ παραφέρεσθαι εἶναι, *transversum abripi, lib.* 1. §. 15. & τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς. *qanta cum celeritate abripiantur. lib.* 5. §. 23. Verùm qia non ἐνήνεκται, sed ἐνεχθήσεται in futuro dixerit, ideo ad Marci mentem propiùs existimo, ut reddatur, prout ipsa sonant vocabula, & *aliud* qidem qiddam *abripitur*, *illud verò* (qod utiqe priùs abreptum fuerat) *inferetur* denuo. ut in orbem velit res agi; &, qod in motu circulari fit, qæ abierint per vices denuo revertantur & redeant. Vide *ad l.* 2. §. 14. ἀπακυκλύμενα & *ad l.* 9. §. 28. ἐγκύκλια.

§. 44.

§. 44. Qodcunqe contingit, tam conſvetum támqe notum eſt, qàm avt roſa vere, avt æſtate fructus. tale qiddam & morbus, & mors, & calumnia, & inſidiæ, & qicqid fatuos homines vel exhilarat, vel contriſtat.

§. 45. Subſeqentia antecedentibus aptè ſemper annectuntur. neqe enim rerum enumeratio ſimplex eſt à ſe invicem diſcretarum, qæ neceſſitate tamen qadam contineantur; ſed rationi conſentanea connexio; & qemadmodum ea qæ in mundo exiſtunt, concinnè admodum certo inter ſe ordine componuntur: ità & qæ fiunt, non ſucceſſionem nudam, ſed admirabilem qandam concinnitatem præ ſe ferunt.

§. 46. Dictum illud Heracliti in memoria ſemper habeatur; *terræ mors eſt, aqam fieri; aqæ mors eſt, aërem fieri; aëris verò, ignem fieri:* & è converſo. illius qoqe meminiſſe profuerit, qi qô via duceret, oblitus eſt.

§. 44. Πᾶν τὸ συμβαῖνον ἔτως [a] σύνηθες καὶ [b] γνώριμον, ὡς τὸ ῥόδον ἐν τῷ ἔαρι, καὶ ὀπώρα ἐν τῷ θέρει. πλέον μὲν καὶ νόσος, καὶ θάνατος, καὶ βλασφημία, καὶ ἐπιβουλὴ, καὶ ὅσα [c] τὸν μωρὸν ἐφαίνει ἢ λυπεῖ.

§. 45. [d] Τὰ ἐξῆς ἀεὶ τοῖς προηγουμένοις οἰκείως ἐπιγίνεται. ὁ γὰρ οἷον καταριθμησίς τις ἐστὶν ἀπαρτισμένως, καὶ μόνον τὸ καταναγκασμένον ἔχειν. ἀλλὰ [e] συνάφεια ἔυλογος. καὶ ὥσπερ [f] συντέτακται συνηρμοσμένως τὰ ὄντα, ἕτως τὰ γινόμενα ὐ λεπτοχλεῖ ψιλεῖ, ἀλλὰ θαυμασίᾳ ἴνα εἰκότητα ἐμφαίνει.

§. 46. Ἀεὶ τὸ Ἡρακλειτείε μεμνῆσθαι. ὅτι [g] γῆς θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος ἀέρα γενέσθαι, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. μεμνῆσθαι δὲ καὶ [h] ἐπιλανθανομένε ἢ ἡ ὁδὸς ἄγει. καὶ

a Sup. §. 32. l. 7. §. 12. l. 9. §. 14.
b Sup. §. 29. l. 7. §. 29. 66. 68.
c L. 5. §. 23. 36. l. 7. §. 73. l. 11. §. 23.
d Sup. §. 27. 40.
e L. 6. §. 10.
f L. 5. §. 8. l. 7. §. 9.
g L. 7. §. 47. l. 9. §. 28. l. 10. §. 11.
h L. 2. §. 7.

ANNOTATIONES.

§. 44. Πᾶν τὸ συμβαῖνον ἔτως σύνηθες καὶ γνώριμον] Vide *ſuprà* §. 29, 32. & *infrà* §. 46. Seneca *Epiſt.* 107. *Nihil horum inſolitum, nihil inexpectatum eſt. offendi rebus iſtis tam ridiculum eſt, qàm qeri qòd ſpargaris in publico, avt inqineris in luto.* Uſitata & uſu familiaria jam facta, nec officiunt, nec afficiunt etiam. hinc Ariſtoteles *problem. l.* 1. *q.* 45. Τὰ γὰρ συνήθη, οὐκέτι φάρμακα, ἀλλὰ τροφὴ γίνεται. *Solita enim non ampliùs medicamenta ſunt, ſed pro alimentis recipiuntur.*

§. 45. Συνάφεια ἔυλογος] *Lib.* 6. §. 38. εἰρμὸν ἀδιάτον, *connexio mutua*, & *l.* 7. §. 9. σύνδεσις ἱερά, *vinculum ſacrum.* Vide *ſuprà* §. 40.

Συντέτακται] Vide *l.* 5. §. 8.

§. 46. Γῆς θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι] Inter Heracliti dogmata, apud Laërtium *l.* 9. Τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω. τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην. πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ὑγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ. πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι. πάλιν τε αὖτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι, &c. *Mutationem viam eſſe ſuprà infràque dicentem, ſecundùm quam fieri mundum arbitratur. Denſatum qippe ignem liqeſcere, conſtantémqe aqam fieri: concretam verò aqam in humum verti, eámqe viam ad inferiora eſſe. Humum ipſam denuo effundi, atqe ex ea fieri humorem,* &c. Qod Ocellus Lucanus *de univerſ. c.* 1. §. 14. Πῦρ μὲν οὖν εἰς ὃν συνεχόμενον, ἀέρα ἀποτελεῖ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ ὕδωρ, δὲ γῆν. ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς, μέχρι πυρὸς, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. *Ignis enim ſi in unum cogatur & denſeſcat aërem, aër aqam, aqa terram producit: à terra viciſſim idem uſqe ad ignem, à qo ceperat mutatio, circuitus agitur.* Plutarchus *de EI Delph.* Οὐ γὰρ μόνον, ὡς Ἡράκλειτός φησιν ἔλεγε, πυρὸς θάνατος, ἀέρι γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος, ὕδατι γένεσις. ἀλλ' ἔτι συμβαίνει ἐπ' αὐτῶν ἰδεῖν ἔστιν. *Non enim tantum, ut Heraclitus dicebat, ignis mors aëri eſt ortus, & aëris mors aqa ortus; ſed multò evidentius in ipſis hominibus hoc animadvertas.* Vide *ad lib.* 9. §. 21. Eodem pertinent, qæ apud eundem, *de Orac. defect. pag.* 415. *B.* leguntur, iſta; Ὥσπερ ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δὲ ἀέρος πῦρ γινόμενον ὁρᾶται, τῆς ὑσίας ἄνω φερομένης. ἕτως ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δὲ ἡρώων εἰς δαίμονας, αἱ βελτίονες ψυχαὶ μεταβολὴν λαμβάνουσι, &c. *Sicut ex terra aqa, ex aqa aër, ex aëre ignis fieri cernitur, ſurſum ſe efferente naturâ: ſic meliores animæ ex humanis in heroicas, ex heroibus in genios mutari,* &c. Idem *de prim. frigid. pag.* 948. *F.* Ἐπεὶ δὲ ἡ φθορὰ μεταβολή τις ἐστὶ τῶν φθειρομένων εἰς τἀναντίον ἰσάσιν, σαφὲς ἂν εἴη καλῶς εἰρῆσθαι τὸ, πυρὸς θάνατος, ἀέρος γένεσις. θνήσκει γὰρ τὸ πῦρ, ὥσπερ ζῶον, ἢ βίᾳ σβεννύμενον, ἢ δι' αὐτῆς μαραινόμενον. ἡ μὲν οὖν σβέσις ἐμφανεστέραν ποιεῖ τὴν εἰς ἀέρα μεταβολὴν αὐτῆς, &c. *Jam qoniam interitus rei mutatio ejus eſt in contrarium, videamus rectène hoc dictum ſit, ignis mortem eſſe ortum aëris. Ignis enim moritur ipſe ſicut animal, vel vi exſtinctus, vel ſuâ ſponte emarceſcens. Exſtinctio autem illuſtriorem facit ejus in aërem tranſmutationem,* &c. Maximus Tyrius *Diſſert.* 25. Ὁρᾷς τὰ πάθη, ἃ σὺ μὲν καλεῖς φθορὰν, τεκμαιρόμενος τῇ τῶν ἐκτὸς ὀδῷ, ἐγὼ δὲ σωτηρίαν, τεκμαιρόμενος τῇ τῶν διαδοχῇ μελλόντων. μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων καὶ γενέσεως, ἀλλαγὴν ὁδῶν ἄνω καὶ κάτω καὶ τοῦ Ἡρακλείου. καὶ ἄνθις ἂν ζῶντας μὲν τὸν ἐκείνου βίον, (θάνατον legendum ex ſeqentibus liqet) ἀποθνήσκοντας δὲ τὴν ἐκείνου ζωήν. ζῇ πῦρ τῆς γῆς θάνατον, καὶ ἀὴρ ζῇ τοῦ πυρὸς θάνατον. ὕδωρ ζῇ τοῦ ἀέρος θάνατον, γῆ τοῦ ὕδατος. διαδοχὴν ὁρᾷς βίων, καὶ μεταβολὴν σωμάτων, καινουργίαν τοῦ ὅλου. *Eas autem affectiones corruptionem tu vocas, qia ea qa intereunt reſpicis: ego conſervationem, qi ea qa ſuccedent iis & ſeqentur. Vides mutationem corporum, novaſqe generationes, qa nihil aliud ſunt, qam qadam, ut Heraclitus dicebat, ſurſum deorſumqe currens ſemita. Ut alius alterius vivat vitam, alius alterius vitâ moriatur. Ex interitu terræ ignis oritur: ex ignis interitu oritur aër: ex aëris interitu aqa oritur: ex aqa interitu oritur terra. Vides ſucceſſiones vitarum, vides commutationem corporum, qa mutationem toti inducunt & univerſo.* Verùm apud Clementem Alexandrinum *Strom. l.* 6. *pag.* 624. *D.* ſeciùs pavlò, ſive Heracliti iſta, ſive ejuſdem iiſdem propinqa, leguntur; Ψυχῆσιν θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι. ὕδατι δὲ θάνατος, γῇ γενέσθαι. ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή. *Animabus mors eſt, aqam fieri: aqa autem mors eſt fieri terram: ex terra autem fit aqa, ex aqa vero anima.* Qorum priora & Philo refert, multíſqe explicat *lib. de mundi immortal. pag.* 958. *A.* ubi & ψυχὴν pro *aëre* accepiſſe monet Heraclitum; *mortíſqe* nomine μεταβολὴν, non ἀναίρεσιν deſignâſſe. Inter alia, qibus iſta enarrat, Τὰ στοιχεῖα, inqit, τῷ κόσμῳ ταῖς εἰς ἄλληλα μεταβολαῖς, τὸ παραδοξότατον, θνήτοις δοκοῦντα ἀπαθανατίζεται, δολιχέυοντα ἀεὶ, (διαυλοδρομοῦντα melìùs dixiſſet, prout & alibi locutus eſt) ἐν τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω συνεχῶς ἀμείβοντα. ἡ μὲν προσάντης ὁδὸς ἀπὸ γῆς ἀέρος. τεκμαίρη γὰρ εἰς ὕδωρ μεταλαμβάνει τὴν μεταβολήν. τὸ δὲ ὕδωρ ἐξαμιζόμενον εἰς ἀέρα, ὁ δ' ἀὴρ λεπτυνόμενος εἰς πῦρ. ἡ δὲ κατάντης ἀπὸ κεφαλῆς, συνίζουσα μὲν πυρὰς κατὰ τὴν σβέσιν εἰς ἀέρα. συνίζουσα δ', ἀπόλλυσθαι, εἰς ὕδωρ ἀέρος. ἐκ δαλὸς δὲ τὴν πολλὴν ἀπάχνην καὶ τὴν εἰς γῆν τυμμένην μεταβολήν. *Elementa mundi viciſſim ſibi ſuccedentia mutantur, & qod diceres incredibile, dum mori videntur, reddumtur immortalia, iterum atqe iterum metienda idem ſtadium, & ſurſum atqe deorſum per eandem viam curſitando continuè. A terra enim acclivis via incipit, qa liqeſcens in aqam mutatur, aqa porro evaporat in aërem, aër in ignem extenuatur. At declivis altera deorſum tendit à capite, igne per exſtinctionem ſubſidente in aërem, aëre verò in aqam ſe denſante, aqeo qoqe liqore in terram craſſeſcente.* De eodem videri poterit & R. Moſes Maimonides *de fundamentis legis cap.* 4. §. 10, 11. Heraclitum aytem vult Clemens *Strom.* 6. *pag.* 624. *C.* hæc ab Orpheo ſumpſiſſe, qi Heraclito prior cecinerit;

Ἔστω ὕδωρ ψυχῇ, θάνατος δ' ὑδάτεσσιν ἁμοιβή.
Ἐκ δ' ὕδατος γαίη, τὸ δὲ ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ.
Ἐκ τοῦ δὲ ψυχὴ ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσουσα.
Lympha anima eſt, ſed mors eſt commutatio lymphis:
Ex lympha tellus, lympha ex tellure creatur:
Ex illo autem anima eſt, integrum qa aëra mutat.

Qibus ſubnecti non indigna, qæ ex Heraclìti ejuſdem ſententiâ etiam Plutarchus *ad Apollon. p.* 106. *E.* habet. Ἡ φησιν Ἡράκλειτος, Ταυτόν ἐστιν ζῶν καὶ τεθνηκὸς, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ τὸ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν. τάδε γὰρ μεταπεσόντα, ἐκεῖνά ἐστι, κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα, ταῦτα. *Cùm, ut ait Heraclitus, idem ſit vivum ac mortuum, vigilans & dormiens, adoleſcens & decrepitum: qia hæc in illa viciſſim mutentur.* Vide *ad lib.* 2. §. 3. & *lib.* 5. §. 8. & *lib.* 8. §. 18. & *lib.* 10. §. 19.

Καὶ τῷ ἐπιλανθανομένῳ ἢ ἡ ὁδὸς ἄγει] Videtur vel ad hiſtoricum aliqid, vel ad dictum aliqod proverbiale reſpexiſſe, de homine ignaro, qò via, qam inſiſtit, ducat. Accommodari poteſt, vel ad eos, qi nullo certo vitæ actionúmqe fine propoſito ſibi, temerè huc illuc divagantur. qemadmodum Seneca *Epiſt.* 71. *Ignorantis qem portum petat, nullus ſuus ventus eſt.* Vide *l.* 2. §. 16. Vel ad eos etiam qi ad bonum aliqod tendere ſeſe opinantur, qùm ad exitium ſuum properiter eant. qalis fatuus ille, qem depingit rex ſapientiſſimus, *Parem. c.* 7. *v.* 22. *qi machæram ſeqitur, tanqam bos, qi ad mactationem abit, aut tanqam ſtultus, qi ad cippum ducitur, vel tanqam avis, qa ad laqeum feſtinat; neſcius vitam ſuam peti.* Vide & *l.* 6. §. 20. τὸν ἀγχοῦν ὁδὸν. Suboritur tamen iſta penſiculatiùs recogitanti ſuſpicio, locum havd eſſe ſatìs integrum, & Heracliteum etiam iſtic, qomodo & in ſeqentibus, dictum aliqod qaſi δαιδαλοδο-

κὴ, ὅτι ᾧ μάλιστα διηνεκῶς ὁμιλοῦσι λόγῳ, τῷ τὰ ὅλα διοικοῦντι, τούτῳ διαφέρονται. κὴ a ὅις καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται, κὴ ὅλως b δεῖ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν, κὴ λέγειν, κὴ γὰρ τότε δοκοῦμεν ποιεῖν κὴ λέγειν. κὴ, * ὅτι δεῖ * παιδας τοκέων, ὧν τοῦτ' ἔστι, κῆ ψιλὸν, καθόλου παρελήφαμεν.

qódqe plerique à ratione illa diſſentiunt, qâ cùm vel maximè converſantur jugiter, qâqe univerſa adminiſtrantur, & peregrina eis videntur, qibus qotidie occurrunt. item nihil tanqam per ſomnum agendum, dicendúmve. ſiqidem dormientes qoqe multa agere, & dicere videmur. ſed nec puerorum inſtar qicqam agendum, hoc eſt, ex mera traditionis ratione, qia à parentibus ſic accepimus.

§. 47.

a Sup. §. 29. l. 12. §. 1.
b L. 6. §. 1.
* ὅτι δ. π. τ. [μεμνῆσθαι] δ' κ. ψ. τυ[τέ]στι, κ. π. Sal. δ. δ' δ. ὡς π. τ. κ. ψ. κ. τοκ. π. f.
* πυθαγορείως [μιμεῖσθαι] Boot.

ANNOTATIONES.

λεδοκι[εῖσθαι, *digito monſtrari*, ejuſmodi fortean, qale de via ſurſum deorſùmqe ferente ſuperiùs allatum eſt. A

Ὧ, μάλιστα διηνεκῶς ὁμιλοῦσι λόγῳ, τῷ τὰ ὅλα διοικοῦντι, τούτῳ διαφέρονται] Nec hæc abſcedunt longè ab Heracliti illis, qæ Sextus Empiricus habet *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. Δεῖ ἕπεσθαι τῷ ξυνῷ. τοῦ λόγου δὲ ἐόντος ξυνοῦ, ζώουσιν οἱ πολλοὶ, ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν. ἡ δ' ἐστὶν ὑπ' ἄλλό τι, ἀλλ' ἐξήγησις τοῦ τρόπου τῆς τοῦ παντὸς διοικήσεως. διὸ καθ' ὅ, τι ἂν αὐτοῦ τῆς μνήμης κοινωνήσωμεν, ἀληθίνομεν. ἃ δὲ ἂν ἰδιάσωμεν, ψευδόμεθα. *Qamobrem oportet ſeqi eam qa eſt communis. Simul enim eſt communis. Qum ſimul autem ſit communis ratio, vivunt multi tanqam propriam habentes prudentiam. Illa autem* B *nihil aliud eſt qam expoſitio modi adminiſtranda univerſitatis. Qamobrem in eo, in qo fuerimus participes ejus memoria, verum dicimus: in qibus autem privatim ac ſeparatim agimus, falſum.* A ratione prima ac ſuprema, cujus numine reguntur, diſcrepant & diſſentiunt, ſive cum eadem litigant, dum privatas rationes, ab univerſali & communi illa diverſas, perperam aſſectantur.

Οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται] qod *l.* 12. §. 1. dixit, θαυμάζων, ὡς ἀπροσδόκητα, τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. *tanqam peregrina & inuſitata habent ea, qa qotidiè ſolent occurrere.* ideò eis offenduntur, primæqe cavillæ de illis litem intendunt. Hoc eſt fortaſſe Heracliti illud apud Clemen- C
tem *Strom. l.* 2. *pag.* 362. *A.* Οὐ γὰρ φρονέουσι τοιαῦτα πολλοὶ, ὁκόσοι ἐγκυρέουσιν. *Non enim hac multi percipiunt, qi in ea incidunt.* præſertim, ſi ὁκόσοις legas; qod & rectum exiſtimem. Vide *ſuprà* §. 29. & §. 44. & *l.* 8. §. 15. Seneca *Epiſt.* 107. *Id agendum eſt, neqe nobis inopinatum ſit: & qia omnia novitate graviora ſunt, hæc cogitatio aſſidua præſtabit, ut nulli ſis malo tyro.* Et mox; *Nihil miremur eorum, ad qa nati ſumus: qa ideò nulli qerenda, qia paria ſunt omnibus.* Idem *Epiſt.* 91. *Inexpectata plus aggravant. novitas adjicit calamitatibus pondus. nec qiſqam mortalium non magis, qod etiam miratus eſt, doluit. ideò nobis nihil improviſum eſſe debet, in omnia præmittendus eſt animus: cogitandúmqe, non qicqid ſolet, ſed qicqid poteſt fieri. tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponatur: nec qantum freqenter evenit, ſed qantum plurimùm poteſt evenire, præſumamus animo, ſi nolumus opprimi, nec ullis inuſitatis, velut novis, obſtupefieri. in plenum cogitanda fortuna eſt.* Idem *ad Marc. c.* 9. *Unde tanta nobis pertinacia in deploratione noſtri? qod nihil nobis mali, anteqam eveniat proponimus, ſed ut immunes ipſi, & aliis pacatius ingreſſi iter, alienis non admonemur caſibus, illos eſſe communes. tot præter domum noſtram ducuntur exequia: de morte non cogitamus. tot acerba funera: nos togam noſtrorum infantium, nos militiam, & paterna hereditatis ſucceſſionem animo agitamus. tot divitum ſubita pavpertas in oculos incidit: & nobis nunqam in mentem venit, noſtras qoqe opes aqè in lubrico poſitas. qis unqam res ſuas, tanqam perituras, adſpexit? qis unqam noſtrûm de exilio, de egeſtate, de luctu cogitare auſus eſt? qis non, ſi admoneatur ut de iſtis, ut ſuis, cogitet,* (ità lego ex Scholiis MS.) *tanqam dirum omen reſpuat, & in capita mimicorum, aut ipſius intempeſtivi monitoris, abire illa jubeat? neceſſe eſt itaqe magis coruamus, qi qaſi ex inopinato ferimur. Non putavi futurum. Qicqam tu putas non futurum, qod multis ſcis poſſe fieri, qod multis vides evenisſe?*

Cuivis poteſt accidere, qod cuiqam poteſt. F
Ille amiſit liberos: & tu amittere potes. ille damnatus eſt: & tua innocentia ſub ictu eſt. hic nos error decipit, hic effæminat, dum patimur, qa nunqam pati nos poſſe prævidimus.

Ὥσπερ καθεύδοντας] hoc eſt, qod Ariſtocles *de philoſoph. l.* 8. apud Evſebium *præpar. lib.* 14. *c.* 18. Καθάπερ ἐν ὕπνῳ, ζῆν οἰκῇ καὶ ἐμπλήκλως. *Niſi ut ſic tanqam in ſomno, temerè ſtolidéqe vivamus.* Imò qod Heraclitus etiam, qem & iſtic forſan Marcus in animo habuit, apud Sextum loco ſuperiùs memorato; Τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους λανθάνει, ὁκόσα ἐγειρόμενοι ποιοῦσιν, ὅκωσπερ ὁκόσα εὕδοντες, ἐπιλανθάνονται. *Alias autem latent homines qacunqe faciunt experrecti, qomodo etiam obliviſcuntur qacunqe faciunt dormientes.* Seneca *de provid. cap.* 5. *Langvida ingenia, & in ſomnum itura, vel in vigiliam ſomno ſimillimam.* Lucretius *l.* 3.

Qi ſomno partem majorem conteris ævi,
Et vigilans ſtertis, nec ſomnia cernere ceſſas,
Atqe animi incerto fluitans errore vagaris.

Itaqe non incommodè prorſus Xylander hîc: *vult perficiendum ſtrenuè, qod recto conſilio agendum ſuſceperimus; neqe in medio actu deſiſtendum aut titubandum. nam in ſomnis ſæpe imaginamur nobis aliqid agere, nihil tamen efficimus.* Homerus Iliad. χ. v. 199.

Ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν,
Οὐδ' ἄρ' ὃ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὐδ' ὃ διώκειν.
Ὡς ὃ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσὶν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι.
Qemadmodum in ſomno non poteſt fugientem inſeqi,
Neqe hic hunc poteſt fugere, neqe is inſeqi:
Sic hic illum non poterat aſſeqi pedibus, neqe ille effugere.

Oppianus *piſcat. l.* 2. de torpedine:

Οἷον δ' ὀρφναίοισιν ἐν εἰδώλοῖσιν ὀνείρων
Ἀνδρὸς ἀτυζομένοιο, καὶ ἱεμένοιο φέεσθαι
Θρῴσκει μὲν κραδίη, τὰ δὲ γούνατα παλλομένοιο
Ἀσθμὴς ἄτε δεσμὸς ἐπειγομένοιο βαρύνει.
Τοίην γυιοκόδην τεχνάζεται ἰχθύσι νάρκη.
Qaliter autem obſcuris in ſimulacris ſomniorum
Viri dolentis & cupientis fugere,
Salit qidem cor. genua vero perculſi
Firmum qaſi vinculum feſtinantiſqe gravat:
Talem compedem fabricatur piſcibus torpedo.

Maro *Æneid. l.* 12. *v.* 908.

Ac velut in ſomnis, oculos ubi langvida preſſit
Nocte qies, neqicqam avidos extendere curſus
Velle videmur: & in mediis conatibus ægri
Succidimus. non lingva valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba ſequntur.

Vide Plutarchum *ad Præfect. indoct.*

Ὅτι δὲ δεῖ παῖδας τοκέων, ὧν τοῦτ' ἔστι, καλὸ ψιλὸν, καθότι παρελήφαμεν] Locus inſigniter depravatus, cujuſqe medicinam penè deſperat peritiſſimus omnium, qos ego nôrim, iſtorum ſanandi artifex: clariſſimum Salmaſium, etiamſi nullus nominarem, qem velle deberem, agnoſcent mecum, qi in ſtudiis iſtis exercitati fuerint, ni ærugo mera candorem illis omnem exederit. Tentavit tamen is medelam dare, partim loco ſuo empta, qædam reſtituendo, partim ſupplendo, qod excidiſſe viſum, & in proximè præcedentibus havd ſemel occurrit, τὸ μεμνῆσθαι. ut ſic legatur, καὶ ὅτι δεῖ παῖδας τοκέων μεμνῆσθαι, D ὡ κατὰ ψιλὸν, τυτέστι, καθότι παρελήφαμεν. Senſúſqe ſit, *Oportere pueros parentum meminiſſe, non ſimpliciter qidem, hoc eſt, qatenus vulgò nobis præcipitur.* nimirum parentum memoria hæc nobis debet ineſſe eo fine, ut ſciamus, qomodo illi ex hac vita abierunt, ità etiam nobis abeundum; avt aliqid ſimile. Cæterùm tentandi & nobis poſt Machaonem qoqe venia, ſpero, condonabitur. Qid ſi ergò ſic reſtituere velimus? ὅτι δὲ δεῖ [ὥσπερ] παῖδας, τυτέστι, κατὰ ψιλὸν, καθότι τῶν τοκέων παρελήφαμεν. *non oportere nos aliter puerorum inſtar, hoc eſt, merè nudeqe*, abſqe juſto diligentiqe examine; *juxta illud*, qicqid tandem fuerit, *qod à parentibus noſtris accepimus.* ut κατὰ ψιλὸν idem hîc Marco valeat, qod κατὰ ψιλὴν πίστιν καὶ ἄλογον Origeni *adv. Celſ. l.* 1. E Velítqe rejici τὴν ματαίαν ἀνατροφὴν τὴν πατροπαράδοτον, *vanam conſervationem à patribus datam*, ut Petrus loqitur, *Epiſt. 1. c. 1. v. 18.* Occurrit itaqe exceptioni illi, qam benè monentibus rectioráqe monſtrantibus opponere ſolet vulgus hominum; Faciemus prout fecere majores noſtri, & prout ab eiſdem nos accepimus. Sic enim Judæi idololatræ, Jerem. *c.* 44. *v.* 17. Sic Pontificii, non minùs etiam qàm illi eodem crimine innexi. Sic ethnici, primis Chriſtiani nominis temporibus, apud Clementem in *hortator.* Ἀλλ' ἐκ πατέρων, φασὶ, παραδεδομένον ἡμῖν ἔθος ἀνατρέπειν οὐκ ἔνλογον. *Mores, inqit, à patribus nobis traditos ſubvertere non eſt* F *honeſtum.* Symmachus *l.* 10. *Epiſt.* 43. *Sed majorum ſervandus eſt ritus.* Et Tibullus *l.* 2. *eleg.* 1.

— *fruges luſtramus & agros,*
Ritus ut à priſco traditus extat ævo.

qibus regeri qid poſſit, conſulantur Clemens *ibidem* & Ambroſius *Epiſt* 31. qâ Symmacho reſpondet: nam tranſcribere nimis prolixum fuerit. Optimè Juſtinus *Apolog.* 2. *p.* 53. Τὰς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τἀληθὲς τιμᾶν καὶ σέβεσθαι ὁ λόγος ὑπαγορέυει, παραμένοντας δόξαις παλαιαῖς ἐξακολουθεῖν, ἂν φαῦλαι ὦσιν. *Qi vere pii & philoſophi ſunt, eos ſolam veritatem in pretio habere & colere debere ratio dictat: veterum* G *opinionibus, ſi prava ſint, inſiſtere detrectantes.* Rectéqe Theodoretus *therapevt. l.* 1. *Tom.* IV. *p.* 477. *D.* Ἀνδρῶν δὲ γε σωφρονούντων ἴδιον, μὴ προλήψει δυλίνειν, μηδὲ ἕθεσι προσδιδόσθαι παλαιοῖς, ἀλλὰ ζητεῖν τἀληθὲς, καὶ τὸ χρήσιμον πανταχόθεν ξυλλέγειν. *Proprium eſt autem prudentium virorum præſumptioni non ſervire, nec patriis moribus alligari, ſed veritatem qærere, & qod utile eſt undecunqe colligere.* qi & Socratis illud Critoni dictum ſubjungit; Ὡς ἐγὼ, ὦ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ αἰεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν οὐδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. *Ego autem non modo nunc, ſed ſemper talis eſſe percupio, qi nulli meorum magis parendum eſſe qàm rationi exiſtimem, qa conſultanti mihi optima videatur.*

§. 47. Qemadmodum ſi Deorum qis prædiceret tibi, avt cras, avt ſummum perendiè, moriturum te, havd in magno poneres, niſi animi eſſes abjectiſſimi, perendiè potiùs qàm craſtino mori. qantulum enim intereſſet? pari modo nec magni qicqam exiſtimes, ad milleſimum annum potiùs, qàm ad craſtinum diem.

§. 48. Crebrò apud te reputa, qot medici ſint mortui, qi ſuper decumbentes, tanqam conclamatos jam, ſupercilia contraxerint: qot mathematici, qi aliorum fata, qaſi magnum qid eſſet id poſſe, prædixerint: qot philoſophi, poſtqam de morte & immortalitate tam multa diſſeruiſſent: qot ſtrenui bellatores, cùm multos trucidâſſent: quot tyranni, poſtqam vitæ necíſque

§. 47. Ὥσπερ εἴ τίς σοι θεῶν εἶπεν, [a] ὅτι ἄυριον τεθνήξῃ, ἢ πάντως εἰς τρίτλω, ὀκ ἔτ' ἂν περὶ μέγα ἐποίεις, τὸ εἰς τρίτλω μᾶλλον, ἢ ἄυριον, εἴ γε μὴ ἰσχάτως ἀγεννὴς εἶ. [b] πόσον γάρ ἐστι τὸ μεταξύ; ὕτως [c] καὶ τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μᾶλλον, ἢ ἄυριον, μηδὲν μέγα εἶναι νόμιζε.

§. 48. Ἐννοεῖν συνεχῶς. [d] πόσοι μὲν ἰατροὶ ἐπιτελευτήκασι, πολλάκις τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τῶν ἀῤῥώστων συνᾴσαντες. [e] πόσοι ἢ μαθηματικοὶ, ἄλλων θανάτους, ὡς τι μέγα προειπόντες. [f] πόσοι ἢ φιλόσοφοι, περὶ θανάτου ἢ ἀθανασίας μυρία διαλεχθέντες. [g] πόσοι ἢ ἀρίστων, πολλοὺς ἀποκτείναντες. πόσοι ἢ τύραννοι, ἐξουσίᾳ ψυχῶν μετὰ δεινῆς φρενα-

[a] L. 10. §. 8.
[b] Inf. §. 50.
[c] L. 5. §. 24.
[d] L. 3. §. 3.
[e] L. 6. §. 45. l. 7. §. 19. l. 8. §. 25.
[f] L. 3. §. 3.

ANNOTATIONES.

tur. Illud interim adjicere lubet, horſum etiam ſpectare videri, qod apud Plutarchum toties repetitum ex Heraclitidictis occurrit *de poet. leg. regul.* 10. & *de avdiend. pag.* 41. *A.* Βλακὸς ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπλοῆσθαι φιλεῖ. *Stultus qovis verbo percellitur.* monet enim, inqit Plutarchus μὴ παντὶ λόγῳ πλάγιον, ὥσπερ πνεύματι, παραδιδόναι ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀπωθεῖν καὶ ἀντρεῖδειν, καὶ πολλὰ διακρίνασθαι τῶν ὐκ ἀληθῶς, ὐδὲ ὠφελίμως λεγομένων. *Se cuivis orationi tanqam vento obliqè impellendum exhibere; ſed obviam ire & obſiſtere, & multa neqe verè, neqe utiliter dicta repudiare.* ut ſit idem cum Solomonis illo, *Paræm. c.* 14. *v.* 15. *Fatuus credit omni verbo.* Sive verum, ſive falſum; ſive utile, ſive noxium. Piſcator. vel etiam, *omni rei.* ut Junius. Qum *nihil magis præſtandum* ſit, (ut Seneca *de beat. cap.* 1.) *qàm ne pecorum ritu ſeqamur antecedentium gregem, pergentes, non qà eundum eſt, ſed qà itur. nec ulla res nos majoribus malis implicet, qam qòd ad rumorem componimur; optima rati ea, qa magno aſſenſu recepta ſunt; qorumqe exempla nobis multa; nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem vivimus. Ità, qod in ſtrage hominum magna evenit, cùm ipſe ſe populus premit, nemo ita cadit, ut non alium in ſe ustrahat: primi exitio ſeqentibus ſunt. hoc in omni vita accidere videas licet. Nemo ſibi tantùm errat; ſed alii erroris cauſſa & autor eſt. nocet enim applicari antecedentibus: & dum unuſqiſqe mavult credere, qàm judicare; nunqam de vita judicatur, ſemper creditur; verſatqe nos & præcipitat traditus per manus error; alieniſqe perimus exemplis.* hoc eſt, κατὰ ψιλὸν, καθότι καλιλήφαμεν, ποιεῖν τε καὶ πιστεύειν. Cæterùm Marci mentem an attigerimus, aliorum eſto judicium. De ſenſu idem cenſet eruditiſſimus D. Bootius. Verùm is pro παῖδας τοκέων, legit Πυθαγορείων, vel potiùs Πυθαγορείους, ut ſit Πυθαγορείους μιμεῖσθαι, qibus ſolenne fuit illud, Αὐτὸς ἔφα. *Ipſe dixit.* qod probarem pronus, niſi à ſcriptura vulgata recederet longiùs, & mutatione leviori negotium confici poſſe videatur. Cæterùm de Platone pariter Ariſtides *apolog.* [*pro qatuorviris Tom.* III. *p.* 476. Εἰ τις τῇ Πλάτωνος δόξῃ περὶ πάντων ἰσχυρίζοιτο, *Qod ſi qis avctoritate Platonis in ſingulis nitatur.* πῶς ἐχὶ λυπήσει, μὴ προσεξετάζων, εἴ τι καὶ κατ' ἐξουσίαν λέγοι, ἀλλ' ὥσπερ παῖς, ἀρκεῖν τοῦθ' ὑπολαμβάνων, ὅτι φαίη Πλάτων. *Nonne nugabitur, qippe qi non conſideret, ſi qid liberius dictum ſit, verùm inſtar pueri, qidqid Plato dixerit, id pro vero habeat?* Marci mentem planè expreſſit.

§. 47. Ἄυριον τεθνήξῃ, ἢ πάντως εἰς τρίτην] *cras, avt ſummum perendiè moriturum te.* Cicero *ad Attic. l.* 12. *Epiſt.* 43. *Scies fortaſſe cras, ſummum perendiè.* Socrati par ferè monitum divinitùs datum refert Laërtius *l.* 2. qum enim in ſomnis qidam viſus eſt illi dixiſſe ex *Iliad.* I. *v.* 363. illud.

Ἤματί κεν τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.
Die ſanè tertio Phthiam glebоſam pervenero.

conjecit indè *perendiè moriturum ſe.* εἰς τρίτην, inqit, ἀποθανεῖσθαι. conjecturæ rationem, eâ qam Eraſmus dedit, probabiliorem è Nannio *miſcel l.* 8. *c.* 36. & Caſavbono *ad* Laërtium petas licet.

Οὐκ ἐπ' ἀν παρὰ μέγα ἐποίεις] Seneca *Epiſt.* 93. *Nunqid feliciorem judicas eum, qi ſummo die muneris, qam eum qi medio occiditur? nunqid aliqem eſſe tam cupidum vitæ putas, ut jugulari in ſpoliario, qàm in arena malit? non majore ſpatio alter alterum præcedimus. mors per omnes it: qi occidit, conſequitur occiſum. minimum eſt de qo ſollicitiſſimè agitur. qid autem ad rem pertinet, qamdiu vites, qod vitare non poſſis?* Et *qæſt. nat. l.* 2. *c.* 59. *Omnes reſervamur ad mortem. totum hunc qem vides populum, qauſqe cogitas eſſe? citò natura revocabit & condet. nec de re, ſed de die qeritur. eodem citiùs tardiùſve veniendum eſt. qid ergo? non tibi timidiſſimus omnium videtur, & inſipientiſſimus, qi magno ambitu rogat moram mortis? nonne contemneres eum, qi inter perituros conſtitutus, beneficii loco peteret, ut ultimus cervicem præberet? idem facimus. in omnes conſtitutum eſt capitale ſupplicium. magno æſtimamus tardiùs mori. Qid porrò prodeſt pavcos dies avt annos lucrifacere? Qid tanqam magno detrimento times? nemo multum ex ſtillici-*

dio poteſt perdere. Idem *Epiſt.* 37. & 70. Apud Platonem in *Phædon. pag.* 86. *D.* Socrates de eis, qi venenum havſturi, moram aliqam ac dilationem expetebant; Εἰκότως τοῦτο ποιοῦσι. κερδαινεῖν γὰρ οἴονται. καὶ ἔγωγε εἰκότως ὐ ποιήσω. ὐδὲν γὰρ οἶμαι κερδαίνειν, ὀλίγον ὕστερον πιὼν, ἄλλο γε ἢ γέλωτα ὀφλήσειν παρ' ἐμαυτῷ, γλιχόμενος τῦ ζῆν, καὶ φειδόμενος ὐδενὸς ἔτι ἐνόντος. *Meritò illi iſta faciunt, putant enim lucrari. Atqi ego meritò non faciam. Nihil enim me lucraturum ſpero, ſi paulò poſterius venenum bibam, niſi ut mihi ipſe ſim ridiculus, tanqam vitæ cupidus, atqe parcus ejus rei ſervator, cujus nihil jam amplius mihi adeſt.* At contrà Micyllus apud Lucianum in *Cataplo pag.* 432. Οὐ πάνυ με ἡ τῦ Κύκλωπος ἐκείνη εὐφραίνει δωρεὰ, τὸ ὑπισχνεῖσθαι, ὅτι πύματον ἐγὼ τὸν ὄντιν κατέδομαι. ἂν τε γὰρ πρῶτον, ἄντε πύματον, οἱ αὐτοὶ ὀδόντες περιμένουσιν. *Non admodum me delectat munus illud Cyclopis, qum pollicetur ſe poſtremum Utim voraturum: nam ſive primum, ſive poſtremum, iidem me dentes manent.* Epictetus *l.* 2. *c.* 1. Τί ὖν ἀγανακτεῖς, εἰ νῦν; εἰ γὰρ μὴ νῦν, ὕστερον. *Qid ergò agrè fers, ſi nunc? nam ſi nunc non, poſt.* Vide *l.* 6. §. 10.

Τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μᾶλλον ἢ ἄυριον, μηδὲν μέγα] Vide *l.* 10. §. 8. & *ſuprà* §. 15. Plutarchus *de ſera vindict. pag.* 554. *D.* Ἐπεὶ τοῖς γε θεοῖς πᾶν ἀνθρωπίνῳ βίῳ διάστημα, τὸ μηδὲν ἐστι. καὶ τὸ νῦν, ἀλλὰ μὴ πρὸ ἑτῶν τριάκοντα, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τὸ δεῖλης, ἀλλὰ μὴ πρωΐ, σχεδὸν ἢ πρεμαννύναι τὸν πονηρόν. *Nam Diis qidem omne humanæ vitæ ſpatium pro nihilo eſt: & qod nunc, non ante triginta annos, tale eſt, atqe hoc, qod non mane, ſed veſperi cruciatur, avt ſuſpenditur ſceleratus.* Et Zoſimus *hiſt. lib.* 2. *cap.* 37. Πᾶς χρόνος τῷ θείῳ βραχὺς ἀεί τε ὄντι καὶ ἰσομένῳ. *Omne tempus Deo breve eſt, qi ſemper & exiſtit & erit.*

§. 48. Πόσοι μὲν ἰατροὶ] Vide *l.* 3. §. 3. & *lib.* 6. §. 45. & *lib.* 7. §. 19. & *lib.* 8. §. 25. Lucretius *l.* 3. *n.* 1037.

Hoc etiam tibi tute interdum dicere poſſis:
Lumina ſis oculis etiam bonus Ancu' reliqit,
Qi melior multis, qàm tu, fuit, improbe, rebus.
Indè alii multi reges, rerumqe potentes
Occiderunt, magnis qi gentibus imperitárunt.
Ille qoqe ipſe, viam qi qondam per mare magnum
Stravit, iterqe dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus ſalſas docuit ſuper ire lacunas;
Et contempſit aqis inſultans murmura ponti,
Lumine adempto, animam moribundo corpore fudit.
Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,
Oſſa dedit terræ, proinde ac famul' infimus eſſet.
Adde Heliconiadum comites: qorum unus Homerus
Sceptra potitus, eádem aliis ſopitu' qiete eſt.
Denique Democritum, poſtqam matura vetuſtas
Admonuit memorem motus langueſcere mentis,
Spote ſuá leto caput obvius obtulit ipſe.
Ipſe Epicurus obit, decurſo lumine vitæ,
Qi genus humanum ingenio ſuperavit, & omnes
Præſtrinxit, ſtellas exortus ut æthereus Sol.

Lucretium, Epicureum hæc loqi memineris. Illud interim ὡς ἐν παρόδῳ notetur, alluſiſſe videri primoribus hiſce verbis ad Achillis verba illa apud Poetarum principem *Iliad.* φ'. *v.* 107. qæ & Calliſthenem ſibi occinere ſolitum, ubi Alexandri animum abs ſe alienatum ſenſerat, qò adversùs mortis metum mentem ſibi obfirmaret, avtor eſt in *Alex.* Plutarchus,

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
Occubuit & Patroclus, qi te multò præſtantior.

Τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τῶν ἀῤῥωστούντων συσπάσαντες] contractis ſcilicet in triſtitiæ gravitatiſqe indicium ſuperciliis, morti propinqos ſignificare volebant ægrotos & pro conclamatis jam habendos.

Ἐξουσίᾳ ψυχῶν] qia nimirum jus habent vitæ & necis. Hinc faſtuoſum illud Pilati Joannis *Evang. c.* 19. *v.* 10. Ἐμοὶ ὐ λαλεῖς; ὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε; *Mihi non loqeris? neſcis me poteſtatem habere crucifigendi te?* At Diogenes Perdiccæ mortem, ni ad ſe accederet, minitanti, ὐδὲν μέγα.

φρενίτιδος, ὡς ἀθάνατοι, πεχρημένοι. πόσαι ἦ πόλεις | poteſtatem, tanquam extra mortis aleam poſiti, diro cum faſtu exercuerant: quot etiam urbes,

ANNOTATIONES.

καὶ γὰρ κάνθαρις ἢ φαλάγγιον τεθ' ὧν πεφόβηται. *Nihil*, inqit, *hoc magni, cum cantharis & phalangium, muſca & aranea, idem poſſint.* Laërtius *l.* 6. Theodorus pariter Cyrenæus Lyſimacho idem interminato, *Enimverò magnifica res tibi contigit, qia cantharidis vim aſſecutus es.* Refert Cicero *Tuſcul. l.* 5. & Valerius Maximus *l.* 6. *c.* 2. Vel, ut Seneca, *de tranqill. c.* 14. *Habes, cur tibi placeas: hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt.*

Ὡς ἀθάνατοι] At Anaxagoras, renunciato morti addictum ſe à ſuis, Ἆρα κἀκείνων κἀμὲ πάλαι ἡ φύσις κατεψηφίσατο. *Eundem in utrumque noſtrum jam olim natura calculum tulit.* Laërtius *l.* 2. Et Socrates pariter, dicenti, Θάνατον σοὶ κατέγνωσαν. *Morti te addixerunt.* κἀκείνων ἡ φύσις. *& ipſos natura.* Laërtius *ibidem.* Ad Marci mentem Plinius *l.* 7. *c.* 7. *Tu, qi te Deum credis, aliqo ſucceſſu tumens, tanti* (lucernæ odore extinctæ) *perire potuiſti, atqe etiam hodie minoris potes.*

Πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι] De urbibus opidiſque montium concurſu colliſis, terræ motu proſtratis, hiatu abſorptis, mariſve incurſu havſtis ſubmerſiſque, videri poterit Plinius *hiſt. natur. l.* 2. *c.* 83, 84. 88, 91, 92. & Strabo *geograph. l.* 1. Ariſtotelis nom. *de mund. c.* 6. Τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἔυτρεπῆ ὄντα, πολλὰς ἐτεροιώσεις καὶ πάθη ἀναδίδακτα. σεισμοί τε γὰρ ἤδη βίαιοι, πολλὰ μέρη τῆς γῆς ἀνέῤῥηξαν. ὄμβροι τε κατέκλυσαν, ἐξαίσιοι καταῤῥαγέντες. ἐπιδρομαί τε κυμάτων καὶ ἀναχωρήσεις, πολλάκις καὶ ἠπείρους ἐθαλάττωσαν, καὶ θαλάττας ἠπείρωσαν. βίαι τε πνευμάτων καὶ τυφῶνων, ἔστιν ὅτε πόλεις ὅλας ἀνέτρεψαν. πνευματίαι τε καὶ φλόγες, αἱ μὲν ἐξ ὑραιτῦ γενόμεναι πρότερον, ὥσπερ φασὶν, ἐπὶ Φαέθοντος τὰ πρὸς ἕω μέρη κατέφλεξαν. αἱ δὲ πρὸς ἑσπέρας ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι, καὶ ἐκφυσήσασαι, καθάπερ τῶν ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναῤῥαγέντων, καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων, χειμάῤῥου δίκην. *Terrena ita naturâ comparata ſunt, ipſa in alias ut ex aliis affectiones tranſeant, fieriqe identidem altera atqe altera non reſpuant. Certè contigiſſe aliqando conſtat, ut terræ motus violentiâ terra ipſa multis in locis diſceſſerit, indèqe hiatus extiterint, ut imbres vi majore ruentes diluvium in terram intulerint, ut excurſiones undarum, receſſuſque tum continentes mari obruerint ſæpe numero, tum rurſus maris alveos adjecerint continentibus, ut vis flatuum & vorticum opida funditùs diſturbarit: denique ut incendia atqe inflammationes aliqa ſupernè delapſantes, partes orbis exuſſerint verſas ad orientem, ut Phaethontis tempore contigiſſe dicitur: qadam etiam ut è terra erumpentes, veluti expirabunda idem fecerint, ut cum crateres Aetna abruptâ terrâ pateſacti conflagrationem emiſerunt inſtar torrentis per terram graſſabundam.* Ariſtides προσφωνητικὸν Σμυρναίων. *Tom.* 1. *p.* 474. Ἀκίνητον δὲ οὐδέν, φασὶ, τῶν ἐν ἀνθρώποις. ἀλλὰ καὶ γῆ θάλατταν δέχεται, καὶ θάλαττα ἠπείρους ἔτεμε. καὶ πόλεις, αἱ μὲν κατὰ γῆς ἔδυσαν, αἱ δὲ ὑπὸ ῥευμάτων ἠρημίαν τε καὶ παίδειαν ἠφανίσθησαν. *Verùm nihil eſt, ut ajunt, inter homines immutabile: ſed & terra mare recipit, & mare in continentem tranſit: urbèſqe alia ſub terram diſceſſerunt, alia per imbres vel cæleſtes vel qoſvis evanuerunt.* Vide eundem de Smyrnæ clade in μονῳδίᾳ ἐπὶ Σμύρνῃ, de Rhodi in *Rhodiaca.* Tertullianus *apolog. c.* 20. *Qod terra vorant vrbes, qod inſula maria fravdant, qod regna regnis compulſant,* &c. & *c.* 40. *Qanta clades orbem & urbes ceciderunt? Legimus Hieramnapen.* (lego Hieran, & Anaphen; ex Strabone *l.* 10. Plinio *l.* 2. *c.* 87. & *l.* 4. *c.* 12. & Ammiano *l.* 17.) & *Delon, & Rhodon, & Con inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe. Sed & mare Corinthium terræ motus ebibit: & vis undarum Lucaniam Italiæ abſciſſam in Sicilia nomen relegavit.* Quibus gemina habet & *adv. nation. l.* 1. *c.* 9. ubi tamen perperam pro *Delos, Delphos* legitur. Sed & *de pallio cap.* 2. ubi inter alia, *Inter inſulas nulla jam Delos, arena Samos, & Sibylla non mendax.* Alluſit ad Sibyllinum illud;

— καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Ψάμαθος Σάμος ἐφ. —
— *& Delus non apparet,*
Et Samus arena eſt. —

Seneca *nat. qaſt.* 6. *l.* 1. *Non homines tantùm, qi brevis & caduca res naſcimur, urbes oraqe terrarum & littora, & ipſum mare in ſervitutem fati venit.* & *l.* 3, *c.* 16. *Sunt abrupti in infinitum hiatus, qi ſæpe illapſas urbes receperunt, & ingentem in alto ruinam condiderunt.* Itaqe mirum dixiſſe eundem, ubi incendium Lugdunenſe Lucilio ſuo narrat, *Epiſt.* 91. *Terrarum vix unqam tam gravis & perniciosus fuit motus, ut tota opida everteret. nunqam deniqe tam infeſtum ulli exarſit incendium, ut nihil alteri ſupereſſet incendio. Tot pulcerrima opera, qa ſingula illuſtrare urbes ſingulas poſſent, una nox ſtravit: una nox fuit inter urbem maximam & nullam. Deniqe diutius illam tibi perisſe, qàm periit, narro.* Mirum, inqam, hoc Senecæ excidiſſe, vix unqam tam gravem & pernicioſum terræ motum extitiſſe, cùm ipſe idem dicat loco ſuperiùs nominato; *Aſia duodecim urbes ſimul perdidit.* & in eadem ipſa epiſtola havd ità multò pòſt ſubjiciat: *Qoties Aſia; qoties Achaja* (ubi fortean, pro *qoties, qot*, legendum) *urbes uno tremore ceciderunt? qot opida in Syria? qot in Macedonia devorata ſunt? Cyprum qoties vaſtavit hac clades? qoties in ſe Paphus corruit?*

A freqenter nobis enunciati ſunt totarum urbium interitus. Et nos, inter qos freqenter iſta nunciantur, qota pars omnium ſumus? Idem mox, *ibidem. Omnium iſtarum cruvtatum, qas tam magnificas ac nobiles avdis, veſtigia qoqe tempus eradet. Non vides qomadmodum in Achaja clariſſimarum urbium jam fundamenta conſumpta ſint, nec qicqam extet, ex qo appareat illas fuiſſe? Non tantùm manu facta labuntur, non tantùm humanâ arte atqe induſtriâ poſita vertit dies: juga montium diffluunt, tota deſedere regiones. Operta ſunt ſtructibus, qa procul à conſpectu maris ſtabant. Vaſtavit ignis colles, per qos elucebat, eroſit, & qondam altiſſimos vertices, ſolatia navigantium ac ſpeculas, ad humilem arenam deduxit. Ipſius naturæ opera vexantur, & ideò aqo animo ferre debemus urbium excidia. Caſura omnia extant: omnibus exitus manet; ſive interna vis flatûſqe pracluſi violentè pondus, ſub qo tenebantur, excuſſerint; ſive torrentium in abdito vis obſtantia effregerit; ſive flammarum violentia compaginem ſoli ruperit; ſive vetuſtas, à qâ nihil tutum eſt, expugnaverit minutatim; ſive gravitas cæli ejecerit populos, & ſitus deſerta corruperit. enumerare omnes fatorum vias, longum eſt: hoc unum ſcio; omnia mortalium opera mortalitate damnata ſunt: inter peritura vivimus.* Adjici poterant his, ni fabuloſa meritò haberentur, qæ de Atlantide inſulâ Plato in *Timæo*, & ex Platone Philo *de mundo pag.* 963. *C.* Ἡ δὲ Ἀτλαντὶς νῆσος, ἅμα Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, ἠμέρᾳ μιᾷ καὶ νυκτὶ, σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, δύσα κατὰ θαλάττης, ἐξαφνης ἠφανίσθη. *Atlantis inſula, major qàm Aſia ſimul & Africa, intra unius diei noctiſqe ſpatium ingenti terra motu inundatioenqe merſa in mare mutata fuit.* Sed & Tertullianus *apolog. c.* 40. *Memorat & Plato majorem Aſia vel Africa terram Atlantico mari ereptam.* & *ad nation. l.* 1. *c.* 9. *Vel qam Plato memorat majorem Aſiâ aut Africâ in Atlantico mari merſam.* Et rurſus, *de Pall. c.* 2. *In Atlantico Lybiam aut Aſiam adaqans qaritur.* Qanqam & fabuloſis iſtis aliqid etiam veri haberat. Siqidem qæ temporibus illis qaſi demerſa latebat, noviſſimis his emerſit qodammodo, & in notitiam noſtram ſe dedit, ultra mare Atlanticum, Lybiam aut Aſiam, ut ille loqitur, adæqans terra, forſan etiam ἅμα Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, præſertim ſi utriuſqe hujus qantum Platonis diebus innotuerat ſumpſerimus, certe *Europæ æqabe potior inſula*, ut cum Ammiano loqi fidenter licet.

Ἴν' ὕστερον ὕπνῳ, τεθήπασιν] Ità *l.* 10. §. 18. Ἕκαστον πίφυκε ὥσπερ θνήσκειν. *Mori qodammodo nata ſit.* Gregorius Nazianzenus *Epiſt.* 49. *ad Olympium.* Δεινὸν μὲν πᾶς ἀνδρὸς θάνατος, πολλῷ δὲ δεινότερον, πόλιν ἀποθνήσκειν. *Acerba qidem etiam res eſt, mors hominis, multò autem acerbior eſt urbis interitus.* Servius Sulpitius (qod & Xylander obſervavit) *in conſolatoria ad Ciceronem Epiſtola; qa ad famil. l.* 4. *Epiſt.* 5. habetur. *Et Aſia rediens, cùm ab Ægina Megaram verſus navigarem, cæpi regiones circumcirca proſpicere; poſt me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræus, ſiniſtra Corinthus: qa opida qodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos jacent. Cæpi egomet ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſiqis noſtrûm interiit aut occiſus eſt, qorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot opidorum cadavera projecta jaceant?* Et Sulpitium imitatus Ambroſius *ad Fauſtin. Epiſt.* 8. *Doleo qòd dudum florentiſſima repentè occiderit. Verùm hoc nobis commune eſt, non ſolùm cum hominibus, ſed etiam cum civitatibus terriſqe ipſis. nempe de Bononienſi veniens urbe, à tergo Claternam, ipſam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinqebas; in dextra erat Brixillum, à fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipſo adhuc nomine ſonans; ad lævam Apenninni inculta miſeratus, & florentiſſimorum qondam populorum caſtella conſiderabas, atqe affectu relegebas dolenti. tot igitur ſimirutarum urbium cadavera, terrarumqe ſub eodem conſpectu expoſita funera non te admonent unius, ſancta licèt & admirabilis fœmina deceſſionem conſolabiliorem habendam? præſertim cum illa in perpetuum proſtrata & diruta ſint; hac autem ad tempus qidem erepta nobis meliorem illic vitam exigat.* De Sodoma & Gomorrha pariter Tertullianus *de pallio c.* 2. *Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinqitas maris juxtà cum ſolo mortuum ivit.* ità ex M. S. reſtituit Claudius Salmaſius. *mortuum ivit.* id eſt, mortua eſt. Alluſit autem ad *maris mortui* appellationem. Inſulas etiam *Tenon* & *Delon*, alteram *vivere* adhuc, alteram *non* item, dixit Antipater *in epigr. anthol. l.* 1. *c.* 58.

Νῦν δὲ σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' οὐκ ἔτι. τίς κεν ἐώλπει
Ὄψεσθαι Τῆνον Δῆλον ἐρημοτέρην;
Nunc tu qidem vivis, illa non adhuc. Qis autem ſperaſſet
Videre Tenon Delum deſertiorem.

qod tamen carmen Alphæo Mitylenæo tribuit Cl. Salmaſius *ad Tertull. Pallium.* *Vivere* autem qod dicitur, cur non & *mori* dicatur? aut qid eſt aliud *non amplius vivere*, qàm *mori*? Sicut autem urbes *mori* ità & *ſepeliri* dicuntur. Mitto Maronianum illud *Æneid. l.* 2.

Invadunt urbem ſomno vinoqe ſepultam.

urbem

bes, ut sic dicam, intermortuæ sint; Helice, | ὅλαι, ἵν' ἄτως ἄπω, ⁘ τεθνήκασιν, Ἑλίκη, 2L.10.§.18.

ANNOTATIONES.

urbem enim pro incolis prosuit: Incertus poeta in *Hectoris epitaph.*
— cum qo sua Troja sepulta est:
Condantur pariter, qi periere simul.
De Cremona Tacitus *hist. l.* 3. *Cæterùm assidere sepulta urbis ruinis, noxia tabo humus, haud diu permisit.* sed & *domum sepultam* Catullus, at aliâ ratione. ad *Manlium Epigr.* 64.
Tecum unà tota est nostra sepulta domus.
& qemadmodum *civitatum cadavera* illi, ità ex antiqis nescio qis earundem *sepulcra* dixit, *busta* Plinius, de Athenis, Mycenis, aliisque urbibus jam dirutis. ille epigrammate hoc,
Hæ sunt, qas meritò qondam est mirata vetustas:
Magnarum rerum magna sepulcra vides.
Iste *l.* 2. *c.* 93. *Motus enim terræ sileantur, & qicqid est, ubi saltem busta urbium,* (*sepultarum* M. S.) *extat.* Qin & qomodo Marcus *civitates mori* dixit, ubi devastantur: ità è contrario Aristides reviviscere easdem, ubi instavrantur denuo. Ἀιτῶ καὶ δίομαι (inqit Marco nostro, Commodóqe supplex pro Smyrna restituenda *Tom.* II. *p.* 293.) ταύτην γενέσθαι τῇ πόλει χάριν, ὡς ἀναβιῶναι δι' ὑμᾶς. *Ego verò, si qid & ipse apud vos sum, hanc urbi gratiam peto atqe postulo, ut per vos reviviscat.* eandémqe ab eis restavratam, φοίνικος δίκην, ἀναβιώσασθαι, *instar phœnicis reviviscere, palinodiâ in eandem compositâ Tom.* I. *pag.* 470. & *Orat. in Romam Tom.* I. *pag.* 377. Ἀλλ' ἀτεχνῶς κατὰ τὸν Παμφύλων μῦθον, εἰ δὲ μὴ Πλάτωνος, δίον ἐπὶ τῇ πυρᾷ ἤδη κείμεναι αἱ πόλεις, ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλας ἔριδος καὶ ταραχῆς, ἀθρόαν ἐδέξαντο τὴν ἡγεμονίαν, καὶ ἐξαίφνης ἀνεβίωσαν. *Sed verè, juxta Pamphylis sive Platonis fabulam velut urbes, qa jam rogo fuerant propter mutuas contentiones impositæ, subitum acceperunt imperium, & mox revixerunt.* Historiam an fabulam Eris Armenii gente Pamphylii respexit, qam narrat Plato *polit. l.* 10. & à Platone mutuati Valerius Maximus *l.* 1. *c.* 8. Macrobius *in somn. Scip. l.* 1. *c.* 2. Clemens *Strom. lib.* 5. Æneas Gaza *de anim. immortal.* ex Platone corrigendi noviſſimi duo, cum apud alterum πρὸς pro ὑπὸς, apud alterum Ἀρμόνιον pro Ἀρμενίου sit scriptum. Vide Leopardum *Emend. l.* 9. *c.* 2. Cæterùm sicut urbibus etiam *mortem* Marcus, & *mortalitatem* Seneca suprà lavdatus; ità partibus qibusdam corporis humani *immortalitatem* qandam & immunitatem à morte Plato tribuit in *Phædone pag.* 60. *F.* Ἔνια δὲ μίζη τῷ σώματος καὶ ἐὰν σαπῇ, ὀστᾶτε καὶ νεῦρα καὶ τὰ τοιοῦτα κάντα ὅμως, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀθάνατά ἐστι. *Qin etiam si putrescat, tamen nonnulla corporis partes, ossa videlicet, nervique atqe similia, ut ita dicam, immortalia permanent.* de cadaveribus loqitur Ægyptio more conditis. Qin & Tertullianus *de resurr. c.* 42. *Nec gigantum autem antiqissima cadavera devorata constabit, qorum crates adhuc vivunt.* & mox: *Constat, non tantùm ossa durare, verùm & dentes incorruptos perennare; qa ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione.* de dentibus certè Plinius *l.* 7. *c.* 15. *Dentes tantùm invicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliqo corpore.* Subjicit tamen, *Idem flammis indomiti, tabe cavantur pituita. Vivere* itaqe in istis est perdurare, sive perennare, *mori* avtem corrumpi, deficere, destrui. *Moriendi* vocabulo usus est Marcus, qia de morte hominum differebat: *vita* & *immortalitatis* Plato & Tertullianus, qia animæ immortalis futuræ ille, ille carnis ad vitam resurrecturæ cavssam agebat.

Ἑλίκη] *Helice*, Achajæ urbs, de qa Strabo *geogr. l.* 1. Βῦρα δὲ καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἡ δ' ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη. *Bura avtem & Helice, altera hiatu, altera fluctibus est deleta.* & *l.* 8. Κατεκλύσθη δὴ Ἑλίκη δυσὶν ἔτεσι πρὸ τῶν Λευκτρικῶν. ὑπὸ σεισμῷ γὰρ τὸ πέλαγος κατέκλυσεν αὐτήν. *Sanè biennio ante Leuctricam pugnam absorpta est Helice. Mare enim suo motu absorpsit illam.* qo loco ex Heraclide calamitatis illius, cùm historiam, tum & cavssam ab ira Neptuni fabulosam commemorat. Adjungit idem *l.* 1. & Buræ Bizonam Illyricam urbem. Ἧς κατεποθη (inqit *l.* 7.) πολὺ μέρος ὑπὸ σεισμῶν. *Cujus magna pars à terræ motibus absorpta est.* ut in priore loco lectionem receptam mutare nihil sit necesse, ut σεισμῷ substituatur, cum eadem existat utrobiqe. Plinius *hist. nat. l.* 2. *c.* 92. *Helicen & Buram in sinu Corinthio pontus abstulit.* Seneca *natur. qæst. l.* 6. *c.* 26. *Illa vasta concussio, qa duas suppressit urbes, Helicen & Burin, citra Ægæum constitit.* de qarum interitu, cùm Ephorum scripsisse, idem refert, *qæst. nat. l.* 7. *c.* 16. tum & Callisthenem eadem eam libro peculiari descripsisse *ibidem l.* 6. *c.* 23. & *l.* 7. *c.* 5. Ipse eodem trahit, qò Marcus istic, *l.* 6. *c.* 32. *Ego*, inqit, *perire timeam, cùm terra ante me pereat? Helicen Burmqe totas mare accepit. Ego de uno corpusculo timeam? Supra opida duo navigatur. duo autem, qæ novimus, qæ in nostram notitiam memoria literis servata perduxit. qàm multa alia aliis locis mersa sunt? qot populos avt terra in se, avt mare inclusit?* Ovidius *Metamorph. l.* 15.
Si qæras Helicen, & Burin, Achaidas urbes,
Invenies sub aqis. —
Meminere etiam cladis istius Aristotelis nomine Avtor *de Mundo c.* 4. Aristoteles ipse *Meteorolog. l.* 2. *c.* 7. Diodorus Siculus *l.* 15. Pavsanias in *Achaic.* Polybius *hist. l.* 2. Evsebius *anno* 1137. Orosius *l.* 3. *c.* 3. Favorinus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 105. qi ubi Simonidis illud retulisset, qod & è threnis ejusdem avtor idem seorsim commemorat, (éstqe locus alter ex altero supplendus) & attingit qoqe Dio Prusæus *Orat.* 74.
Ἄνθρωπος γὰρ ἐὼν, μάκαρ ὦ φίλτατε, ὅ, τι γένηται ἄυριον, Μηδὲ ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσσεται. Ὠκεῖα γὰρ ἡ δὲ ταυτοπερύγων μυῖα Οὕτως, ὦ μετάστασις. *Homo cum sis, nunqam dixeris, qid cras futurum sit. Neqe homine felice viso, qamdiu talis mansurus sit. Celer enim ne muscæ qidem alas expandentis Est adeo mutatio.*
Clavsulæ illi, Μηδὲ ἄνδρα. subjungit, ἀλλὰ μηδὲ ἴδικον. ὥστε ἐμέλει ὁ ποιητὴς διεξιέναι, τὴν τῶν Σκοπάδων ἀθρόαν ἀπώλειαν. ἤδη δὲ καὶ πόλεως, παρ' ὃ προσεδόκησαν ἀνάστατοι γενέσθαι αἰφνίδιον. αἱ μὲν ὑπὸ πυρός. αἱ δ' ὑπὸ σεισμοῦ. αἱ δὲ τῆς θαλάττης ἐπελθούσης. πῦ Ἑλίκη; κατεπόθη. πῦ Βῦρα; καὶ αὐτὴ κατεπόθη. δύο πόλεις Ἑλλησίδες ἀπόλοντο, ὥστε πλέονας. *Neqe si familiam. Vide qomodo Poeta subitam Scopadum internecionem recenset. Et multæ jam civitates præter expectationem repente eversæ sunt: aliæ ab igne, aliæ terræ motu, qadam accessu maris. Ubi nunc Helice? Absorpta est. Ubi Bura? Et hæc absorpta est. Duæ civitates Græciæ tanqam navigantes perierunt.* qo loco ὁ ποιητὴς non est Homerus, ut Gesnerus est opinatus, sed Simonides, qi Scopadarum interitum ex ædium ruinâ (cui miraculo qodam ereptum Simonidem ipsum svoductum referunt Cicero *de Orator. l.* 2. Valerius Maximus *l.* 1. *c.* 8. Fabius *l.* 11. *c.* 2. Svidas, alii) nec interitum tantùm deflevit, sed res gestas etiam (uti ex Theocrito *Idyl.* 16. videre est) carmine celebravit. neqe tamen ideò necesse arbitror, cum Leopardo *Emendar. l.* 10. *c.* 10. pro ἐμέλει, ἐν μέλει rescribere, qia melicus Simonides. quin ἐμέλει, *utiqe, verbi gratiâ*, possit commodè satìs consistere. Philo itidem *lib. de Mund. immortal.* qi & Helicæ Buræqe tertiam addit Ægyram his verbis:
Κατὰ Πελοπόννησόν φασι τρεῖς πόλεις, Αἴγειραν, Βῦράν τε, καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκαιαν, εὐδαίμονας τὸ πάλαι γενομένας, πολλῇ τῇ περιόντος ἐπιπλυσθήναι φορᾷ. *In his tres civitates Peloponnesiacæ, Ægyra, Bura & excelsa Helice, qondam fortunatæ, undis absumptæ unà cum ipsis mœnibus.* Verùm Ægyram Plinius illarum cladi superfuisse significat. Sic enim loqitur *hist. nat. l.* 4. *c.* 5. *Achaja opida, Helice, Bura; in qa refugere, hausti prioribus, Sicyon, Ægyra, Ægion, Erineos.* Nec subticendum, qod de Helice Ælianus *hist. animal. l.* 11. *c.* 19. Μελλούσης δὲ, inqit, οἰκίας καταφέρεσθαι αἰσθητικῶς ἔχουσιν ὅτε ἐν αὐτῇ μῦες, καὶ μίν τοι καὶ γαλαὶ, καὶ φιδιοὶ τὴν καταφορὰν, καὶ ἐξοικίζονται. τοῦτό τοι καὶ φασιν ἐν Ἑλίκῃ γενέσθαι. πρὸ πέντε γὰρ ἡμερῶν τῆ ἀφανισθῆναι τὴν Ἑλίκην, ὅσοι μῦς ἐν αὐτῇ ἦσαν καὶ γαλαὶ, καὶ ὄφεις, καὶ σκολόπενδραι, καὶ σφενδύλαι, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἦν τοιαῦτα, ἀθρόα ὑπεξῆσαν τῇ ὁδῷ τῇ εἰς Κορίαν ἐκφερούσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχάρησαν τὰ προειρημένα ζῶα, τότε γενέσθαι σεισμὸς καὶ συνιζάνειν ἡ πόλις, καὶ ἐπικλύσαντος πολλοῦ πόντου, ἡ Ἑλίκη ἠφανίσθη. *Domum ruituram qi in ea sunt mures & mustelæ etiam præsentiunt, & maturè excedunt. Hoc & in Helice contigisse ajunt. Qinque enim diebus priusqàm pessum iret Helice, omnes in ea mures, mustelæ, serpentes, scolopendræ, verticilli, & alia bujusmodi animalia, magnis copiis exibant per viam, quæ ducit Coriam. Proxima ab illorum egressu nocte terra est concussa, & civitas subsedit, & inundantibus aqis abolita est.* Ammianus deniqe rerum gestarum *l.* 17. ubi Nicomediæ urbium Bithyniæ matris cladem, qam Constantio rerum potito pertulit, miserabilem pluribus descripserat; *Fiunt*, inqit, *terrarum motus modis qatuor: avt enim brasmatia sunt, qi humum intùs suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles, ut in Asia Delos emersit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus, & Eleusin in Bœotia. & apud Tyrrhenos, Vulcania insulaqe plures: vel climatia; qi limis ruentes & obliqi, urbes & ædificia, montésqe complanant: avt chasmatia, qi grandiori motu patefactis subitò voratrimis, terrarum partes absorbent; ut in Atlantico mari, Europæo orbe potior insula & in Crisæo, Helice, & Bura, & in Ciminia Italiæ parte opidum Suctuniense, ad Erebi profundos hiatus abacta æternis tenebris occultantur. Inter hæc tria genera terræ motuum mycematia sonitu audiuntur minatorio, cum dissolutis elementa compagibus ultrò adsiliunt, vel relabuntur considentibus terris. tunc enim necesse est velut tavrinis reboare mugitibus fragores fremitúsqe terrenos.* Buræ atqe Helicæ exitii ratione pares facit Sardes Bianor *in epigram. antholog. l.* 1. *c.* 79.
Σάρδιες, αἱ τὸ πάλαι Γύγεω πόλις, αἱ τ' Ἀλυάττεω, Σάρδιες, ἃς βασιλεῦ Περσις ἐν Ἀσίαδι, Αἱ Κροίσῳ τὸ παλαιὸν ἐπλουτήσατε μίλαθρον, Ὄλβου Πακτωλῷ ῥεύματι δεξάμεναι. Νῦν δὲ ὅλαι εὐσηνοι ἐς ἓν κακὸν ἀρπασθεῖσαι, Ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανῶς χάσματός θ' ἡρέπετε. Βῦρα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλωσμένη. αἱ δ' ἴσα χέρσῳ Σάρδιες, ἐν βυθίαις εἷς ἓν ἕπεσθε τέλος.

καὶ Πομπηΐοι, καὶ Ἡρκύλανον, καὶ ἄλλαι ἀναρίθμητοι. ἔπιθι δὴ καὶ [a] ὅσους οἶδας, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, [b] ὁ μὲν ἕτον κηδεύσας, εἶτα [c] ἐξεπύθη, ὁ δὲ ἐκεῖνον. πάντα δὲ ἐν βραχεῖ. τὸ γὰρ * ὅλα καπιδεῖν ἀεὶ τὰ ἀνθρώπινα οὕς [d] ἐφήμερα καὶ [e] ἄτελῆ. καὶ ἐχθὲς μὲν [f] μυξάριον, ἄυριον δὲ [g] τάριχος, ἢ [h] πίφρα.

Pompeji, Herculanum, aliæque innumerabiles. Percurre itidem qoscunqe noveris ipse, qi vice freqenti, alii alios ubi sepelierant, & ipsi tandem elati sunt: qámqe exiguo hæc omnia tempore contigerint. horum summa huc redit, ut humana omnia semper sic aspicias, tanqam qæ diurna & vilia sint. qod enim heri mucus fuerat, cras salsura fit avt favilla. útqe

a Sup. §. 3.
b Inf. §. 50. l. 8. §. 25.
c Sup. §. 3.
* ὅλον Mer.
d Sup. §. 35. l. 9. §. 14.
e L. 2. §. 12. l. 6. §. 36.
f L. 6. §. 13.
g L. 5. §. 33.
h L. 12. §. 27.

ANNOTATIONES.

Sardus qa olim Gyges civitas, qaqe Halyatti
Sardus, qa regi Persis in Asia,
Qa Cræso qondam exstruxistis atrium,
Divitias Pactoli è flumine hauirentes:
Jam verò tota infelices in unum malum abrepta,
In profundum ex immenso chasmate corruistis.
Bura & in Helicen absorpta. Qa verò in terra
Sardes, cum insulis in unum penitus exsilium.

Sardibus obrigit hæc clades sub Tiberii imperio: refert Strabo *l.* 12. sed non solis, Plinius *l.* 2. *c.* 84. *Maximus terra, memoriâ mortalium, extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asiæ una nocte prostratis.* de numero, Tacito *l.* 2. cum Plinio convenit. Eusebius verò tredecim numerat & nominat, qarum una forsan reliqis celebris minùs.

Καὶ Πομπηΐοι] *Pompeji* Campaniæ opidum, Plinius *l.* 3. *c.* 5. De hoc Seneca *nat. qæst. l.* 6. *c.* 1. *Pompejos, celebrem Campaniæ urbem, in qam ab altera parte Surrentinum Sabinumqe litus, ab altera Herculanense conveniunt, marèqe ex aperto conductum amæno situ cingit, desedisse terræ motu, vexatis qacunqe adjacebant regionibus, audivimus; & qidem diebus hibernis, qos vacare à tali periculo majores nostri solebant promittere. Nonis Febr. fuit hic motus, Regulo & Virginio Consulibus.* & *c.* 27. *Ajunt sexcentarum ovium gregem exanimatum in Pompejana regione.* Strictim Tacitus *annal. l.* 15. *Motu terræ, celebre Campaniæ opidum Pompeji, magnâ ex parte proruit.* Cæterum & altera urbis istius clades nihilo minùs insignis memoratur, de qâ infrà dicendi locus dabitur.

Καὶ Ἡράκλειον] *Herculaneum* etiam Campaniæ opidum, Plinio *ibidem.* Seneca de Pompejorum motu locutus, loco superiùs adducto: *Campaniam nunqam securam hujus mali, indemnem tamen, & totiens defunctam metu, magnâ strage vastavit. nam & Herculaneensis opidi pars ruit, dubièqe stant etiam qæ relicta sunt.* & *ibidem c.* 26. ubi dixerat ex Callisthenis sententia, *insulas esse certioris soli, urbésqe eò tutiores, qò propiùs ad mare accesserunt. falsa,* inqit, *hæc esse, Pompeji & Herculaneum sensere.* De utroqe Dio Cassius *lib.* 66. in *Tito pag.* 756. *C.* ubi Vesuvii montis incendium immane descripserat; Καὶ πόλεις δύο ὅλας, τότε Ἡρκυλάνεόν καὶ τοὺς Πομπηΐους, ἐν θεάτρῳ τῷ ὁμίλῳ ἀνῆς καθημένους, κατέχωσε. *Duasqe integras urbes, Herculaneum & Pompejos, populo sedente in theatro, penitus obruit.* Duplex ergò tum Pompejos, tum & Herculaneum clades afflixerat: à terræ motu altera, altera ab igne, qi è monte vicino eruperat. illa sub Nerone contigit, ista sub Tito. prior Senecæ, Dioni posterior memoratur. Marcus utram voluerit, ambigi potest. hanc magìs, opinor, qia post priorem illam revixisse qodammodo videtur, graviori malo reservata. de hac certè Tertullianus *de pallio c.* 2. postqam Sodomæ ac Gomorrhæ cladem retulerat; *Ex hujuscemodi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta, qo magis de moribus suis Campania speret, erepta Pompejos.* Sed & in *apologet. c.* 40. *Vulsinios de cælo, Pompejos de suo monte perfudit ignis.* qod cum idem eisdem planè verbis in scripto *adversus nationes l.* 1. *cap.* 9. reponatur; eo loci tamen vir doctissimus Jacobus Gothofredus, cujus diligentiæ Tertulliani fœtum hunc postliminio receptum debemus, in codice M S. *Tarpejos*, non *Pompejos* legi testatur; idémqe vocabulum in *Apologetico* restituendum contendit. ut Tarpe civitas Italiæ: cujus Stephanus Byzantius meminit, utrobiqe intelligatur, unde Ταρπαῖον ὄρος, & gentilitium nomen Ταρπαῖος. id eò magìs urget; primò, qia Pompejorum clades sub Nerone demum contigerit, cùm avtor de eis cladibus agere proposuerit, qæ disciplinâ Christianâ erant antiqiores. deinde qia terræ motu illa facta sit, cùm hæc, de qa Tertullianus, igne contigerit. Verùm & Tarpæ istius nomen obscurum satis videtur, nisi si qis montem Tarpejum huc transferre velit. qod *nisi per somnium* fieri posse Gothofredus ipse negat; nec clades hujus ulla istiusmodi scripto consignata deprehenditur. tum Pompejos non terræ motu tantùm prorutos, etiam igne perfusos, cineribúsqe obrutos constat. potuitqe Tertullianus memoriâ lapsus, posterioris etiam, inter multas alias, cladis alicujus mentionem feciſſe.

Ὁ μὲν τοῦτον κηδεύσας] Sententia ἀνωμάλως, qalem suprà observavimus, *l* 3. §. 4. de argumento avtem hoc ipso paria habes, *infrà* §. 50. & *l.* 8. §. 23.

Ἔξεπύθη] à gestu defunctorum tractum. Vide *suprà ad* §. 3. Ἐκλίνατο.

Πάντα δὲ ἐν βραχεῖ] ità *infrà* §. 50. Ὅλον μικρὸν ἐστὶ τὸ διάστημα. *Exiguum omnino intercedit spatium.* Vide & *suprà* §. 15.

Τὸ γὰρ ὅλα καπιδεῖν ἀεὶ] Mericus Casavbonus τὸ γὰρ ὅλον καπιδεῖν ἀεὶ, &c. q. d. *hæc est summa rei, ut humanas res semper intuearis, tanqam transitoria & vilia.*

A Τὰ ἀνθρώπινα οὕς ἐφήμερα] Ità *lib.* 9. §. 14. Πάντα ταῦτα ἐφήμερα. *Eadem omnia tempore sunt diaria.* & *suprà* §. 35. Πᾶν ἐφήμερον. *Diacula ferè unius sunt.* Evripides *Phœniss.* à Plutarcho *ad Apollon. p.* 104. *A.* & Stobæo *tom.* 2. *tit.* 105. laudatus;

Ὁ δ' ὄλβος ἡ βίοτος, ἀλλ' ἐφήμερος.
Fortuna fluxa est; vixqe duras in diem,

Et apud eundem Hecuba *n.* 285.

Τὸν πάντα δ' ὄλβον ἥμερ' ἓν μ' ἀφείλετο.
Universam verò felicitatem dies una mihi eripuit.

Qibus, altero alludi poterat ad Ephemeron, plantam sic dictam, si Nicandri Scholiastæ fides, διὰ τὸ ἔνθεν ἀναδίδοσθαι, τῇ δὲ μεσημβρίᾳ τελειοῦσθαι, πρὸς ἑσπέραν δὲ ἀναίνεσθαι. vel, ut B ego potiùs existimem, qod florem ferat, citò deciduum, ut vix in diem alterum duret. nec abludit Moses, qi *uno die totam vitam hominis concluſit*, ut Philippus presbyter *in Job. l.* 1. dum genus humanum *herbæ campestri* comparat, *qa mane succrescit, vesperi succiditur. Psal.* 90. *v.* 5, 6. altero ad aliam eidem cognominem, indè dictam, ut *ad Dioscoridem c.* 700. ex Theophrasti sententia Hermolaus Barbarus, *qod intra diem jugules*: sive, διὰ τὸ ἡμέραν ὅλην μὴ δύνασθαι ἐκφεύγειν τὰς πίονας αὐτῆς. vel φυγόνους etiam. qemadmodum de Pharico Nicander ipse *l.* 2. *v.* 400.

— ἐνδὲ μονάρες
C Ῥαῖδιος ἀκτῖνι βαλὼν κατεναίσεται ἄνδρα.
Et patitur miseros lucem non amplius unam
Vivere. —

Indè Svidas, Ἐφήμερον δηλητήριον, τὸ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀναιροῦν. *Venenum, qod unum diem durat. Vel venenum, qod uno die interficit.* Vide qæ ex Sophocle, Sosiphane, Evripide, aliisqe pavlò superiùs retulimus.

Ἐχθὲς μὲν] heri id est, nuper, sive nuperrimè. qo sensu & Jobus *c.* 8. *v.* 9. χθιζοὶ γὰρ ἐσμέν. *hesterni enim sumus.* & *Histor. Reg. l.* 2. *c.* 15. *v.* 20. Ἐχθὲς παρωγίγονας. *heri*, id est, nuper, *accessisti.* Vide *ad l.* 10. §. 7.

D Μυξάριον] Piscem aliqem innui existimavit Xylander, qia τάριχος sequitur. itaqe vertit, *qod heri fuit piscis, cras erit salsamentum avt cinis.* Nec mirum adeò crassè halucinatum Xylandrum, qum & Henricus Stephanus eundem errorem erraverit; qi in *Thesauro* suo apud Marcum Avrelium μυξάριον nomen piscis esse pronunciavit, *saperdam* forsan vel *ichthyocollam* Verùm utrumqe aliud docere poterat Marcus ipse, qi *l.* 6. §. 13. τὸν συνουσίαν definivit, ἑτερίαν παρατριβὴν καὶ μικρά τινος σπέρματος μυξαρίου ἔκχυσιν. *intestini affrictionem & cum convulsione qadam muci excretionem.* respexit dubio procul utrobiqe ad genituram humanam, qæ mucum referre videtur, qámqe R. Aqiba in Pirke Aboth, טפה סרוחה hoc est, ut Palladas in *antholog. Epigr. l.* 1. *c.* 81. μιαρὸν ῥεῦμα, sive *guttulam fœdam*, appellat. *limum* dixit Tertullianus *de pudicit. cap.* 6. *non ex seminis limo, non ex concupiscentiæ fimo*: &, *lacteas sordes*, Rigaltio refingente, idem *ibidem.* qomodo & Jobus honestiori pavlo usus imagine *c.* 10. *v.* 10. sic Numen alloqitur, *An non* כחלב *sicut lac fudisti me; & tanqam caseum coagulasti me?* Plinius *hist. nat. l.* 7. *c.* 7. *Miseret atqe etiam pudet æstimantem, qàm sit frivola animalium superbissimi origo.* Stoicis avtem diminuentis formulæ vocabula freqentia & familiaria, nemo non novit, qi in scriptis ipsorum est vel leviusculè versatus. ità apud cùm Marcum nostrum, tum & Epictetum creberrimè deprehendas, μυξάριον, ἀνάγιον, ὀστάριον, ὀρτυάριον, τριβάριον, φυλάριον, ψυχάριον, ἀνθρωπάριον, σωμάτιον, πλεγμάτιον, πνευμάτιον, ἀϊδιότιον, σαρκίον, σωμάδιον, ἀνθύλλιον, δενδρύφιον, & innumera ejusmodi. qæ eo fine illi usurpâsse videntur, qo τῶν μόνων καὶ ἀδιαφόρων istorum contemptum qendam innuerent, qámqe ea susqe deqe ipsi haberent, eis loqendi formulis subindicarent. Vide *suprà* §. 20.

Τάριχος ἢ πίφρα] Ità de Protesilao Artayctes apud Herodotum *l.* 9. Οἱ τεθνεὼς καὶ τάριχος ἐὼν, δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνυσθαι. *Qi mortuus ac sale conditus habet à Diis potestatem de eo à qo injuriam acceperit, pœnas sumendi.* τάριχος propriè *salsamentum.* dubitavi aliqando an *succidiam* G verterem, qia de carnibus agitur, cùm *salsamentum* de piscibus præcipuè usurpetur. *Salsuram* malui, qia *succidiam* ad suillas carnes restringi, *salsuram* à Columella, *l.* 8. *c.* 17. & *l.* 12. *cap.* 53. latiùs extendi, animadverteram. Verto itaqe, *salsura vel favilla.* Tertullianus *de resurr. carn. cap.* 27. *Sepulcra cellas promas dixit* (Esajas cap. 26. v. 20.) *qia in cellis promis caro salita & usui reposita servatur, depromenda illinc suo tempore. proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturæ, mansolais & monumentis seqestrantur, processura indè cùm jusserit dominus.* Respexit Marcus ad mores ritúsqe, qos circa defunctorum cadavera observabant Ægyptii, & cum Græcis pariter Romani; qorum alteri condiebant suorum corpora,

útque temporis ideo punctum hoc, insecabile naturæ convenienter transigas, ac propitius decedas; perinde ac oliva maturitatem adepta ceciderit, naturam quæ protulit collaudans, arboríque è qa prodiit, gratias agens.

§. 49. Promontorii par esto, cui fluctus jugiter

a τὸ ἀκατατμητὸν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ b καὶ φύσει ἀπολ- a L. 5. §. 24.
λῆναι, καὶ c ἵλεων καταλῦσαι. ὁσπερεὶ ἐλαία πε- b L. 1. §. 9.
πειρ© γενομένη ἐπίπτειν, & φρημοῦσθαι τινὰ ἐπι- c L. 2. §. 3.
γνώσεων, καὶ χάριν εἰδέναι τῇ φύσει τῇ ἄνδρα.

§. 49. Ὅμοιον εἶναι τῇ ἄκρᾳ, ᾗ διηνεκῶς τὰ πύ-

ANNOTATIONES.

pora, alteri cremabant. Evstathius *ad Il. α'.* Ἕλληνες μὲν τοὺς νεκροὺς ἔκαιον, τὰ ὀστᾶ μόνα καλέχοντες καὶ θάπτοντες εἰς μνήμην τῶν καιομένων. Αἰγύπτιοι δὲ τοὺς νεκροὺς ἁλαρίχευον, ἵνα ὅλον τὸ σῶμα (an σῶμα) τῇ πολὺ ζῶντ© ἔχωσιν εἰς μνήμης ζώπυρον. *Græci quidem mortuos cremabant, sola ossa retinentes & sepelientes in memoriam crematorum. Ægyptiis autem mortuos saliebant, ut totum corpus olim viventis habeant in memoria susceitabulum.* ità apud illos cadaver fit ταρίχος, id est, *salsura*, sive *mummia*, uti appellant recentiores Medicorum filii, ab Arabico *Mum*, id est, *Cerá*; qia ceromate etiam in eo negotio utebantur; apud istos τίφρα, id est, *favilla* vel *cinis*. De Ægyptiis Herodotus *l.* 3. *pag.* 190. *A.* à Stobæo etiam relatus *tom.* 2. *tit.* 121. Τὸν νέκυν ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ ἰυλίων καταβρωθῇ. *Mortuum saliunt, ne humatus devoretur à vermibus.* Et Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypothes. l.* 3. *cap.* 24. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσιν αὐτός. *Ægyptii intestina extrahentes, condunt defunctos.* qi & Persas ait, νίτρῳ ταριχεύειν, *nitro salire.* Ex Chrysippo Cicero *Tusc. l.* 1. §. 108. *Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi servant: Persæ etiam cerâ circumlitos condiunt.* qod κηρῶσαι Herodotus *l.* 1. *pag.* 65. *D.* dixit. Verùm *condunt*, non *condiunt* legi postulat Victorius *var. lect. l.* 10. *c.* 6. Sic enim Herodotus; καταχρώσαντες δὴ ὧν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. *Persæ mortuum cerâ circumlinentes in terram condunt.* Hinc Plato in Phædon. *pag.* 60. *F.* Συμπεσὸν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχευθέντες, ὀλίγου ὅλον μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον. *Corpus enim exaresactum & conditum, qemadmodum in Ægypto faciunt, incredibile qoddam tempus fermè integrum manet.* Et Lucianus in *Necyomant. pag.* 334. apud inferos vidisse se in defunctorum congerie, τοὺς μὲν παλαιοὺς τινας καὶ ἐυρωτιῶντας, καὶ ἀμενηνούς, τοὺς δὲ νεαλεῖς, καὶ συντεταμένους, καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίους αὐτούς, διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. *Alios qidem vetulos, ac marcidos, & evanidos: alios verò juvenes & integros, maximè qidem Ægyptios, propter illam condiendi efficaciam.* Indè ταριχευταὶ Diodoro Siculo *l.* 1. *pag.* 82. dicti, qi id muneris obibant. Qin & de Api bove, qem colunt Ægyptii, Nymphodorus Amphipolita *lib. de ritibus moribúsve Asianis*, à Clemente *Strom. lib.* 1. *pag.* 323. *A.* laudatus; Τὸν Ἆπιν τὸν ταῦρον τελευτήσαντα καὶ ταριχευθέντα, εἰς σορὸν ἀποτίθεσθαι. *Apim taurum mortuum & conditum loculo fuisse repositum.* Unde *Sarapis*, qasi *Soroapis* dicatur. Et de Osiride Athenagoras in *legat.* sive *Apolog. pro Christianis*: Οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδ© δείκνυται ἀλλὰ καὶ ἡ ταριχεία. *Osiridis apud Ægyptios, non sepulcrum tantùm, sed & conditura ostenditur.* Itaqe apud Tacitum *histor. l.* 5. de Judæis, qod vulgò legitur, *Corpora condere, qàm cremare, è more Ægyptio. Condire* malim. Vide Mosen *lib.* 1. *c.* 50. *v.* 2. Et Joannem *Evang. c.* 19. *v.* 39. Ad ritum cremandi alludens Marcus *suprà* §. 3. ἐκλείψαντας, τετέφρωνται. *defuncti & in cineres redacti sunt.* De utroqe Lucianus adjectis etiam gentium aliarum ritibus allis, in *Dissert. de luctu. p.* 306. Ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν. ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν. ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχέυει. ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτι©. *Nam Græcus exurit, Persa defodit, Indus adipe suillo oblinit, condit Ægyptius.* Qo loco (ut id obiter adnotem) ὑάλῳ nomine, nec, cum Erasmo, *adipem suillam*; & *stercus suillum* multò minùs; designari existimem; (qamvis alterum è duobus necessariò intelligendum censeat Mericus Casavbonus) qm nevtrum horum usqam ità nuncupari comperiam. Sed nec assentiri possum Lilio Gyraldo, *de Var. sepult. rit.* pro ὕαλον, μύελον, qod *medullam* is interpretatur, legenti. ὕαλον potiùs ex Gorrhæo, *electri sive succini genus, vitri instar, pellucidum*, intellexerim: qod & Plinius *l.* 37. *c.* 3. à Germanis *glessum* (glas nostrum agnoscas) indèqe *l.* 4. *c.* 16. *insulas*, qæ & *Electrides*, *Glessarias*, monuit appellari. *electrum* avtem sive *succinum* apud Indos copiosè haberi Ctesias prodit in *Indicis*; unde excerpta habes in Photio *cod.* 72. Qanqam & vitro etiam inclusa cadavera suorum, γυψώσαντας, (id est, γύψῳ χρίσαντας, qod de Britannici corpore veneno sublati a Nerone factum refert Dio *l.* 61.) *cum calce*, sive *creta* priùs illevissent, vel ταριχεύσαντας (ut Diodorus Siculus *l.* 2. *cap.* 15.) *ubi salsamenti instar condivissent*, asservare solitos Æthiopes, avtor est *ibidem* Herodotus. idémqe narrans Strabo *l.* 17. Οἱ δ' ἄλλοι κατέχουσι περιχέοντες ὕαλον. *Alii verò circumfuso vitro domi servant.* & Diodorus *lib.* 2. *pag.* 102. περιχέυσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὕαλον, *multo vitro circumfundentes*, ità enim legendum, qod libri ὕλην perperam exhibent. qi & ex Ctesia subjicit, priùs avteâ, vel argentea, vel fictili, pro defuncti opibus statuqe, thecâ qadam, ad corporis dimensiones ac lineamenta accuratè effictâ, includi solita refert cadavera, qàm *vitro* sive *succino* perfunderentur. *Indorum* avtem nomine Æthio-

A *pes* apud veteres veniisse, ut alios nè dicam, docebit Maronis illud de Nilo, qem ab Indis fluere ait, *Georg. l.* 4.

Usqe coloratis amnis devexus ab Indis.

Videatur Josephus Scaliger *de emend. temp. l.* 7. in *Comput. Æthiop.* Sed &, ὡς ἄποικοι Ἰνδῶν Αἰθίοπες παλαιόζωσι, *Æthiopas ab Indis ortos ac profectos, ritúsqe patrios retinuisse*, vulgò creditum ex Philostrato discimus in *vit. Apollon. l.* 6. *c.* 8. Verum aliud est περιλεῖσαι, *includere*, aliud περιχρίσαι, *inungere*, qod, ut *calci* sive *cretæ* convenire possit, *vitro* commodè sive *succino*, vix potest. qid si ergò, vel pro ὑάλῳ γύψῳ, vel pro περιχρίσαι περιλεῖσαι legatur, ut sit, vel *gypso oblinunt*, vel, *vitro includunt*? addam & aliam conjecturam, ὑάλῳ περιχέουσι, qàm ὕαλον περιχέουσι, qod Strabo habet, ritè dicitur. Qanqam si qi codices illud μυίλῳ exhiberent, leviculâ mutatione posset in μέλιτι defingi. melle avtem inuncta, qo diutiùs servarentur, cadavera, nemini ferè non est notissimum. De Assyriis Herodotus *l.* 1. Ταφαὶ δὲ σφι ἐν μέλιτι. *Sepultura eisdem in melle sunt.* Lucretius *l.* 3.

Nam si in morte malum est, malis morsúqe ferarum
Tractari, non invenio, qi non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis;
Aut in melle situm suffocari; atqe rigere
Frigore, cùm in summo gelidi cubat aqore saxi;
Urgeri ve superne obtritum pondere terræ.

Varro περὶ ταφῆς apud Nonium in *Vulgus*: *Qare Heraclides Ponticus plus sapit, qi præcepit ut comburerent; qàm Democritus, qi ut in melle servarent: qem si vulgus secutus esset, peream, si centum denariis calicem mulsi emere possimus.* Plinius *hist. nat. l.* 23. *c.* 24. *Mellis natura talis est, ut putrescere corpora non sinat.* Idémqe *l.* 7. *c.* 3. *Hippocentaurum Claudii Cæsaris principatu allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* Refert Xenophon *Comment. Græc. lib.* 5. Agesipolis Spartani regis *cadaver melle conditum*, qò Spartam reduceretur ad regalem sepulturam. Agesilai verò, per mellis penuriam, *cerâ obductum*, avtor est Plutarchus in *Agesil.* Silius avtem Italicus, qi varia itidem sepulturæ apud gentes varias genera *belli Punici l.* 13. recenset, à Ponti incolis ora suorum *murrhata*, id est, *myrrhâ condita*, *in longum avum reponi* adfirmat. Cæterùm de Luciani loco viderint eruditiores: qibus & conjecturas hasce nostras liberè censendas libenter relinqimus. Qod avtem Marcus istic, ταρίχ© ἢ τίφρα, *salsura avt favilla*, idem eidem, sed inverso ordine, *l.* 5. §. 33. σποδὸς ἢ σκίλες©, *cinis avt ossa nuda*, dicitur.

Τὸ ἀκαριαῖον] Vide *ad l.* 2. §. 10. & *suprà* §. 26.

Καλὴ φύσει ἀλήθεια] Vide *l.* 1. §. 9. & 16. & *l.* 2. §. 9.

Ἵλεων καταλῦσαι] Vide *l.* 2. §. 3. καταλῦσαι dixit, qod ἀναλῦσαι Paulus *ad Philippens. c.* 1. *v.* 23. Sed & Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 9. Ὅταν ὁ Θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύσεθε πρὸς αὐτόν. *Qm Deus vobis muneris istius vacationem dederit, tunc ad eum revertimini.*

Εὐφημοῦσα] ità *l.* 2. §. 3. εὐχάριστ©. Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Πείθεσθαι, ἀκολουθεῖν, ἐπευφημεῖν τοῖς ἡγεμόσι. *Pareo, seqor, collaudo Imperatorem.* Seneca *Epist.* 30. *Jam verò si cui contigit, ut illum senectus lenitèr emitteret, non repentè avulsum vitæ, sed minutatim subductum, na ille gratias agere Diis omnibus debet, qod satiatus ad requem hominì necessariam, lassa gratam, perductus est.*

§. 49. Ὅμοιον εἶναι τῇ ἄκρᾳ] Similitudine eâdem usus est Attius, & ex Attio, cùm Papirius Pætus *ad Ciceronem*, tum & Cicero ipse ad *Patum famil. l.* 9. *Epist.* 16. *Illam Attii similitudinem non modo jam ad invidiam, sed ad fortunam transferam: qam existimo levem & imbecillem, ab animo firmo & gravi, tanqam fluctum à saxo frangi oportere.* Seneca alias item adjecit, *de constant. sap. c.* 3. *Qemodo qorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas, avt cædi vel deteri potest, sed incurrentia ultrò retundit: qemadmodum qadam non possunt igne consumi, sed flammâ circumfusâ, rigorem suum habitumqe conservant. qemadmodum projecta in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla sævitia vestigia, tot verberati seculis ostentant: ità sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tutus sit ab injuria, qàm illa qa retuli.* Idem *de vit. beat. c.* 27. Socratem sic loqentem inducit: *Duritia silicis nulli magis, qàm ferientibus nota est; nec ulli magis intelligunt, qanta sit virtus mea, qàm qi vires ejus lacessendo senserunt. prabeo me, non aliter qàm rupes aliqa in vadoso* (*undoso* Lipsius) *mari destituta, qam fluctus non desinunt undeqaqe moti sunt verberare; nec ideò avt loco eam movent, avt per tot ætates crebro incursu suo consumunt.* Evstathius *ad Il. β'. v.* 396. Ἰσέον δὲ ὅτι ἔστι πολὺ τὸν στερεὸν ἀνδρα καὶ κινδύνοις ἀπεριπλόκητον, τοιοῦτον προβαλλόμε-

κύμασιν ἀποσῄσει). ἡ δ' ἔπηξε, καὶ αὖθι αὐτὴν χειμάζει τὰ φλεγμήναντα ὕδατα. Ἀτυχὴς ἐγὼ, ὃς τοιοῦτόν μοι συνέβη. ἀμέμπτων. ἀλλ' εὐτυχὴς ἐγὼ, ὃς [a] τούτου μοι συμβεβηκότος, ἄλυπος διατελῶ, οὔτε παρόντος θραυόμενος, οὔτε ὀπίσω φοβούμενος. συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτο πανλὶ ἐδύνατο.

a L. 9. §. 40.

cùm allidantur, ipsum tamen consistit, undarúmque circumfusum sibi æstum compescit. Infelicem me, inqit ille, qòd mihi istud contigerit. imò, felicem me, qòd etiamsi contigerit, nil doleam tamen, nec avt præsentibus frangar, avt futura reformidem. accidere enim ejusmodi qid cuivis potevrat:

ANNOTATIONES.

σκοπίλῳ εἰκάσας, ὃν ἔ πολε κύμαλα λείπει.

Παντοίων ἀνέμων, ὅταν ἔνθα καὶ ἔνθα γένωνται.

Sciendum est virum stabilem & periculis immobilem aliquando similem esse scopulo hujusmodi prominenti, quem fluctus nunquam relinquunt.

Diversorum ventorum, quando hinc vel illinc oriantur.

Atque ità de Achivis Homerus *Il. ο'. v.* 618.

Ἴσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, ἤϋτε πέτρη
Ἠλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα,
Ἥτε μένει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα,
Κύμαλά τε τροφόεντα, τά τε προσερεύγεται αὐτῇ.
Ὡς Δαναοὶ Τρῶας μένον ἔμπεδον, οὐδὲ φέβοντο.

Prohibebant enim turris instar conjuncti, veluti petra
Alta, magna, canum mare prope existens,
Qa sustinet stridulorum ventorum celeres meatus,
Undasqe ingentes, qa eructant in ipsam:
Sic Danai Trojanos sustinebant firmiter, neqe fugiebant.

De Latini constantia Maro *Æn. l.* 7.

Ille velut pelagi rupes immota resistit:

(qem de Homero versiculum usurpavit Macrobius *Sat. lib.* 6. *cap.* 3.)

Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Qa se multis circumlatrantibus undis
Mole tenet: scopuli neqicqam, & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

Et de Mezentii fortitudine *l.* 10.

Ille velut rupes, vastum qa prodit in aqor,
Obvia ventorum furiis, expostaqe ponto,
Vim cunctam atqe minas perfert cæliqe marisqe,
Ipsa immota manet. ---

Achelous apud Nasonem *Metamorph. l.* 9. *v.* 39.

Me mea defendit gravitas: frustraqe petebar;
Haud secùs ac moles, qam magno murmure fluctus
Oppugnant, manet illa, suòqe est pondere tuta.

De Andronico majore Nicephorus Gregoras *hist. Rom. l.* 8. *c.* 10. Πολλῆ γὰρ τὰ πράγματα εἰληφὼς διαῤῥέχοντος κυκεῶνος, οἷος ἂν διαδράμοι νεφέλας ὀπηνίκα ἂν τροφῶν ἀπαρκίας, καὶ μικρᾷ πάνυ ἐθνῶν ἐφ' ἡμᾶς κινημένων, ὅταν σφοδρῶς, ὥσπερ ὅς φασι καταῤῥάκτας Νείλου, μόνος αὐτὸς τὰς ἐμβολὰς εἰς σεαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἰσῶσι φορυήμασι, παραπλησίως προβλῆτι, πολλῶν προσῤῥηγνυμένων κυμάτων, ἀκυμάντῳ μένοντι, &c. *Nam cùm imperium perturbatione plenum susceptisses, nec dissimile nubibus ab aquilone agitatis, & penè omnes nationes in nostrum exitium conspirassent tantâ vehementiâ, qantus in Nili cataractis impetus esse fertur: tu solus impressiones illas constanti animo instar immotæ rupis violentos fluctus aspernantis excepisti: atqe omnium periculorum tempestatibus sedatis in tranqillum portum nos perduxisti*, &c. Nicetas Choniates in *Manuel. l.* 2. *c.* 1. Ἀλλ' ἀνδράσιν ἐνλυχνῶν τῷ διοικεμένοις, ἀπεκρούσθη, ὡς εἰ καὶ προβόλῳ προσίβαλεν ἀτινάκτῳ. *Sed qum in viros cordatos incidisset, repulsus est ac si in petram immobilem impegisset.* Idem in *Alex. Man. cap.* 15. de Theodosio Patriarcha; ὅτε γὰρ ἡ Ἀνδρονίκου μεγαλειότης καὶ σομφασμος, οὐθ' ἡ τῶν αὐτῷ λόγων ἐσυφίλιξε δύναμις, οὐθ' αἱ ἀπειλαὶ διεῤῥάαξαν. ἀλλ' ἦν ἀδίνακτος, ὡς ἐκεῖνος ὁ πρόβολος, περὶ ὃν ἀεὶ κῦμα ὀρθὸν ἵσαται, καὶ ἅλμη περιμορμύρουσα. ὁ δὲ εἰς ἀφρὸν διαλύων, καὶ μακρὰ κλάειν ἐὰν τὴν ὑχηεσσαν θάλασσαν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐσηρικαι βάσεως. *Hunc neqe Andronici majestas debilitavit, neqe vis eloqentia evertit, neqe mina perturbarunt, qò minus instar marinæ petræ inconcussus maneret.* Et de Alemanno qodam milite, in *Isaac l.* 2. *c.* 7. Γεγηθὼς ἐπορέυετο, ἀτίνακτος κατὰ πρᾶσιν ἢ πρόβολόν τινα τοῖς τοῦ βαρβαρικοῦ ἐκείνου ξυλλόγου βλήμασιν. *Alacrem perrexisse, nihilò magis barbarorum telis commotum qam si rupes esset.* De Roberto Comite Gloceſtrensi Henrici primi filio Gvilielmus Malmesburiensis *histor. novell. l.* 2. *Qanvis & Rex ipse & cuncti principes, magno annisu satagerent, Comitem in sua vota traducere,*

Ille, velut pelagi rupes immota, resistens,
omnes eorum conatus, vel irritos fecit, vel rationabiliter compescuit. Gregorius Nazianzenus *Orat.* 27. §. 13. Ὁ αὐτὸ δ' ἑαυτὸ τιμῶν τε καὶ περιέπων τὸ καλὸν, ἐπειδὴ τοῦ ἰσῶντος ἐρᾷ, ἐσῶσαν ἔχει καὶ τὴν περὶ αὐτὸ προθυμίαν, ὥστε θεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ δύνασθαι λέγειν, ἐγὼ δὲ ὁ αὐτὸς εἰμὶ, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. ὕκην μεταποιηθήσεται, οὐδὲ μεταθήσεται, οὐδὲ συμμεταπεσεῖται τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, ἄλλοτε ἄλλος γενόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὥσπερ τὰς τῶν πειρῶν οἱ πολύποδες, οἷς ἂν ὁμιλήσωσι. μενεῖ δὲ ὁ αὐτὸς ἀεὶ, πάγιος ἐν οἷ πεπηγότι, καὶ ἐν σειφομένοις ἄσειφος. πέτρα τις, οἶμαι, πρὸς ἐμβολὰς ἀνέμων τε καὶ κυμάτων, ὅτε τινασσομένη, καὶ δακκωῦσα περὶ ἑαυτὸ τὰ προσπίπτοντα. *Atqi bonum ipsum propter se colit & amplectitur, qoniam rem fixam & stabilem amat, certam qoqe & constantem*

A *erga illud animi alacritatem habet: adeo ut divinum aliqid sentiens, his qoqe Dei verbis uti possit, ego idem sum & non mutor. Qamobrem nec ab animo suo migrabit, nec immutabitur, atqe à se desciscet, nec cum temporibus ac rebus collabetur, alias alios mores induens, ac novos subinde colores assumens, non secus ac polypi, petrarum, ad qas accesserint, colores referunt: verùm idem semper suiqe similis permanebit, fixus in rebus minimè fixis, immotus in incertis & fluctuantibus, non aliter, opinor, ac rupes qadam ventorum fluctuumqe impetu non modo non concutitur, sed etiam incursantes undas circà se frangit atqe absumit.* Idémqe *Orat.* 28. §. 21. procellam describens: Ἡ μὲν θάλατσα ἀνέμῳ μεγάλῳ πνέοντος διηγείρετό τε καὶ ἐπωρύετο. τῶν δὲ κυμάτων τὰ μὲν πόῤῥωθεν ἀνισάμενα καὶ καλὰ μικρὸν κορυφούμενα, εἶτ' ἐλατλόμενα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐλύετο, τὰ δὲ ταῖς γείτοσι πέτραις προσπίπτοντα καὶ ἀποκρεμάμενα, εἰς ἀχνὴν ἀφρώδη καὶ ψιλὴν ἐτιναρτίζετο. ἔνθα κάχληκες καὶ φυκία καὶ κήρυκες καὶ τῶν ὀστρέων τὰ ἐλαφρότατα ἐξωθεῖτο καὶ ἀπεπλύνετο. ἔνι δὲ καὶ ἠρπάζετο πάλιν ἀναχωροῦντος τοῦ κύματος. αἱ δὲ ἦσαν ἄσειστοι καὶ ἀδόνακτοι, ὑδέν γε ἧττον ἢ διοχλοῦντος ὑδενὸς, πλὴν ὅσον τοῖς κύμασι βάλλεσθαι. *Mare qidem vento magno flante excitabatur & infremebat, fluctusqe partim procul exsurgentes, sèqe paulatim in summam altitudinem efferentes, ac postea decrescentes ad ripam solvebantur,*

C *partim in propinqas petras incidentes, atqe inde repulsi in spumosam ac tenuem aspersinem dilabebantur. Hic & lapilli, & alga, & buccina & levissima ostrea extrudebantur, & qasi exspuebantur: nonnulla etiam reciprocante fluctu rursus arripiebantur, petris interim non minus immotis & inconcussis remanentibus, qàm si nulla omnino vis ipsis admoveretur, nisi qod fluctuum ictibus verberabantur.* mox ubi similes in vita humana procellas emergentes narraverat; τῶν πειραζομένων, inqit, §. 22. οἱ μὲν ἐδόκουν μοι ὡς τὰ κυφότατα καὶ ἄπτωτα παρασύρεσθαι, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀντίσχειν πρὸς τὰς ἐπηρείας. οὐδὲ γὰρ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς στερρότητα καὶ βάρος λογισμῷ σώφρονος καὶ τοῖς προσπίπτουσιν ἀνταιδαίνοντος. Οἱ δὲ εἶναι πέτρα, τῆς πέτρας ἐκείνης ἄξιοι,

D ἐφ' ἧς βεβήκαμεν, καὶ ἣ λατρίνομεν, ὅσοι φιλοσόφῳ χρώμενοι λόγῳ, καὶ ὑπεραναβεβηκότες τὴν τῶν πολλῶν ταπεινότητα, πάντα φέρουσιν ἀσείστως καὶ ἀτινάκτως, καὶ διαγελῶσι μᾶλλον ἢ ἐλεῶσι τὰς σειομένας, τὸ μὲν ὑπὸ φιλοσοφίας, τὸ δὲ ὑπὸ φιλανθρωπίας. *Eorum, qi tentantur, alii mihi velut levissima qadam corpora, & spiritus expertia, abripi distrahiqe videbantur, ac ne tantillum qidem adversarum rerum impetum sustinere: nec enim robur & firmitatem habere, pondúsqe prudentis & cordata rationis fortuitis casibus obluctantis: alii autem petræ instar esse, ac petra illa, supra qam stamus, & qam colimus, digni, qicunqe nimirum philosophicâ ratione utuntur, ac supra vulgi humilitatem evecti, humana omnia immoto & firmo*

E *animo ferunt, atqe eos qidem, qi talibus rebus qatiuntur, irrident, vel miserantur, illud ob philosophici animi generositatem, hoc propter humanitatem & commiserationem.* Joannes Chrysostomus *in Matth. Orat.* 84. *Edit. Paris. pag.* 886. *A.* Οὕω καὶ ἡ νίκη λαμπροτέρα γίνεται, ὅταν πάσχοντες τῶν δρώντων περιγινώμεθα. ὃ καὶ μάλιστα ἰσχύος τεκμήριον. ὥστε καὶ αἱ θαλάττιαι πέτραι, τῷ παίεσθαι τε κύμασι διαλύεται. ὥστε καὶ οἱ ἅγιοι πάντες ἀνεκηρύχθησαν, καὶ ἐστεφανώθησαν, καὶ λαμπρὰ τρόπαια ἔστησαν, τὴν ἀπράγμονα ταύτην νικῶντες νίκην. *Illa fulgentissima victoria est, qa inferentem patientia superasti. Et potius hoc est roboris signum. Sic scopuli ad mare sibi fluctibus casa facilè ipsos dissolvunt, sic sancti omnes præconio præclaro coronati præclara tropæa statuerunt, hanc victoriam laboris expertem*

F *consequti.* Indè proverbiale hemistichium;

— ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως.
— *frustra, sicut fluctus, me turbas.*

Cyprianus *Epist.* 3. *Manere debet apud nos frater, fidei robur immobile; & stabilis atqe inconcussa virtus, contra omnes incursus atqe impetus oblatrantium fluctuum, velut petra objacentis fortitudine ac mole, debet obsistere.* Huic aliam addere licet imaginem, havd minùs elegantem, ex Evripidis Antigone, exhibente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 126.

G Τίς γὰς πέτραιον σκοπιλὸν ὑτάζων δορὶ,
Ὀδύναισι δώσει;
Molem qis autem saxeam hastâ verberans,
Citat dolorem?

Cui non absimile Plavtinum illud *Carcul.* 3. 1.

Noli, amabo, verberare lapidem, nè perdas manum.

scilicet saxum qi cædit, nec illud lædit, & noxam parit sibi.

Συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτον πανλὶ ἐδύνατο] Geminum planè huic Antiphanis illud apud Stobæum, *tom.* 2. *tit.* 108.

Τὸ μὲν ἀτυχῆσαι, πανλὸς εἶναί μοι δοκεῖ.
Ἀνδρὸς δ', ἐνεγκεῖν ἀτυχίαν ὀρθῷ τρόπῳ.
Nemqe esse infortunatum cujusvis puto:

Ad-

rat: at non qivis citra animi ægritudinem casum ejusmodi tulisset. qamobrem ergo illud infelicitatis potiùs, qàm felicitatis illud loco habetur? num illud hominis infortunium dicis, qod naturæ humanæ adversari qicqam dixeris, qod secundùm ejusdem voluntatem contingit? qid avtem ea velit, non est ut nunc discas. nunqid casus ullus prohibeat te, justum esse, magnanimum, temperantem, prudentem, temeritate, errore immunem, modestum, liberum, avt aliud qid eorum, qæ ubi affuerint, natura humana sua obtinet universa?

ἀλυπ@· ἢ ὁ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἂν διατείνοιτο. Λέγε τί ἔν ἐκείνῳ μᾶλλον ἀτύχημα, ἢ ἔστι δ' ἀτύχημα; λέγεις δ' ὅλως ἀτύχημα ἀνθρώπου; ὃ οὐκ ἔστιν ἀποτύγμα τῆς φύσεως ἐπ' ἀνθρώπῳ; ἀποτύγμα δ' τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναί σοι δοκεῖ, ἃ μὴ [a] ὥρᾳ τὸ βέλημα τῆ φύσεως αὐτοῦ ἐστι; τί ἔστ' τὸ βέλημα, μεμαθήκας. [b] μήτε [ἔστ'] τὸ συμβεβηκὸς τοῦτο κωλύσει δίκαιον εἶναι; μεγαλόψυχον; σώφρονα; ἔμφρονα; [c] ἀπρόπτωτον; [d] ἀδιάψευστον; ἀδιάφθορον; ἐλεύθερον; τ' ἄλλα, * ἃ συμπαρόντων ἡ φύσις ἡ τῦ ἀνθρώπου [e] ἀφίκετο τὰ ἴδια. μέμνησο

a L. 5. §. 1.
b L. 5. §. 29. l. 11. §. 9.
c L. 3. §. 9.
d L. 5. §. 9.
* ἂν τ.
e L. 2. §. 32. l. 9. §. 42. l. 11. §. 1.

ANNOTATIONES.

Adversa rectè tolerare, id verò viri.

Grotius.

Ἐνταῦθα αὐτὴ γὰρ ἀνδρός ἐστι διάφορος,
Ἐν τῷ τό, τε καλὸν ἔυ φέρειν, καὶ ταγαθόν.
Hoc enim alio alius præstat, qòd constantiùs
Bonam malámque didicit fortunam pati.

Grotius. Philemon *ibidem.*

Ἂν γνῶς τί ἐστ' ἄνθρωπος, εὐδαίμων ἴσῃ.
Τίθνηκέ τις. μὴ δεινὸν ἔσω τῦτό σοι.
Κεκύηκέ τις, ἢ κακύηκέ τις. ἠτυχηκέ τις.
Βέβληκε τις. οἰμώζει τις. ἡ φύσις φέρει
Ἄπαντα ταῦτα. φεῦγε τὰς λύπας μόνον.
Sic noveris homo qid sit, sat felix eris.
Interiit aliqis: ne sit cordolium tibi.
Hæc peperit, hæc non peperit: est alius miser:
Hic tussit: ille plorat: hæc fert omnia
Natura secum. tu tantùm luctu abstine.

Grotius.

Τῦτο εὐτύχημα] --- λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ', ἐὰν τύχοι.

Καθ' ὁρᾶν ἐξίοντα, παντ' ἂν εὐτυχεῖν.

Ille apud Svidam, & Stobæum.

--- *quippe cuncta, qamvis tristia,*
Rectè expedita, ritè fausta dixerim.

Itaqe Philemon:

Ἄνθρωπ@ ἐ δήπουθεν οὐκ ἔσ' ἐδὲ εἷς,
Ὦ, μὴ κακόν τι γέγονεν ἢ γενήσεται.
Ὃ ποτέον δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον,
Ἀμφόλεγον ἔστ@, εὐτυχεῖ τε κοὐ φρονεῖ.
Nullum inventre est usqam mortalium,
Mala qi non sit sensurus, avt jam senserit.
At qi qod fert fortuna, qàm minimis facit,
Utrumqe, & sapiens hicce & fortunatus est.

Ὃ οὐκ ἔστιν ἀποτύγμα] ἀπότυγμα, *frustratio, aberratio,* ubi qis à fine scopóqe sibi proposito excidit, eumqe nevtiqam assequitur. hoc itaqe loco naturæ humanæ ἀπότυγμα dicitur, qod ità eidem adversatur, ut impediat qo minùs finem sibi propositum assequatur. at hoc in natura humana, inqit, nihil externum suâ vi potest efficere. neqe est itaqe istiusmodi aliqid pro infortunio hominis habendum. Hoc eodem argumento (uti refert Plutarchus *de tranqil. p. 468. A.*) Metrocli Cynico occlusit os Stilpo Megarensis: potuitqe eo Marcus etiam hic respexisse. Qum enim Metrocles illi filiæ suæ impudicitiam exprobraret, Ἐμὸν δέ, inqit ille, ἁμάρτημα τῦτό ἐστιν, ἢ ἐκείνης; *Meumne hoc est peccatum an filiæ?* & respondente Metrocle, ἐκείνης μὲν ἁμάρτημα, σὸν δὲ ἀτύχημα. *Ejus peccatum, tuum infortunium.* regessit ille: Πῶς λέγεις; ἀχὶ ἁμαρτήματα καὶ διαπτώματά ἐστι; τὰ δὲ διαπτώματα, οὐχ ὧν διαπτώματα; καὶ ἀπολείγματα; τὰ δὲ ἀπολείγματα, οὐχ ὧν ἀποστεύγματα ἀτυχήματα; *Quid ais? nonne peccata etiam sunt lapsus? Nonne lapsus sunt eorum rerum lapsus, qibus assequendis excidimus? Nonne iste à rebus appetitis aberrationes eorum sunt infortunia, qi eas non assequuntur.* Ita, inqit Plutarchus πρὸς λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ κενὴν ἀπεσείξεν ὕλαγμα τὴν τῦ Κυνικῦ βλασφημίαν. *placido & philosophico sermone ostendit vanum latratum esse Cynicam calumniam.* Refert & Laërtius *l.* 2. idem objicienti cuidam, dicentíqe, ὡς κακῶς σχόντος αὐτόν. respondisse, ἀλλ' ἐγὼ ταύτην κοσμῶ. *Non magis est illa mihi probro, qàm ego illi sum ornamento.* Atqe sensus verborum Marci iste cum seqentibus conspirat optimè, qibus interrogat an casus istiusmodi prohibere qenqam possint, qo minùs justus, magnanimus, reliqarúmqe virtutum cultor existat. Possunt tamen & aliâ ratione intelligi, ut *aberrationes* sive *frustrationes*, ἀποτεύγματα naturæ humanæ, negentur esse hujusmodi contingentia, qia præter naturam humanam ejusdémqe rationem nevtiqam contingant. Vide *suprà* §. 33.

Τί οὖν τὸ βέλημα μεμάθηκας] Oratio defecta videtur. Itaqe Xylander vertere neglexit. forsan sic distingvendum. Τί οὖν τὸ βέλημα; μεμάθηκας. *qidnam est igitur qod vult natura? didicisti* jam pridem; ipse satis nosti. qid id avtem sit, in seqentibus indicat; sed & *l.* 5. §. 1. Epictetus Enchir. *cap.* 32. Τὸ βέλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν ἐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. *Naturæ propositum ex iis rebus, de qibus nulla inter nos controversia est, cognosci potest.* Et *Dissert. lib.* 1. *c.* 17. Τί οὖν

A θαυμαστόν ἐστι; νοῆσαι τὸ βέλημα τῆς φύσεως. *Qid ergo est admirabile? naturæ intelligere voluntatem.* Alexander Aphrodisiensis *de beatis.* Τὸ κατὰ φύσιν, τὸ καὶὰ τὸ βέλημα τῆς φύσεως ἀκύειν.

Ἀπρόπτωτον] Vide *ad l.* 3. §. 9.

Ἀδιάψευστον] Sic *lib.* 2. §. 17. μηδὲν ποιῆσαι διεψευσμένως, μὴ μεθ' ὑποκρίσεως, *ut nihil ficti simulatique subesset*: & *suprà* §. 33. λόγ@ οἷ@ μήποτε διαψεύσασθαι, *sermo mendacio omni immunis.* Istic avtem, τὸ ἀδιάψευστον, vel agendi, vel patiendi significatum habere possit: prout & *l.* 1. §. 15. τὸ ἀψευδές. Utrovis sumpseris, ad Stoicam disciplinam spectat. Siqi-
B dem illi, ut Laërtius *l.* 7. *c.* 121. in *Zenone* ajebant, μὴ δοξάσειν τὸν σοφὸν, τοιούτοις ψευδέσι συγκαταθήσεσθαι μηδαμῶς. *Sapientem non opinaturum, hoc est, mendacio non assensurum cuiqam.* Explicatiùs Stobæus *tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 4 §. 8. Λέγουσι δὲ μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφὸν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν. ἐ γὰρ ἐν τῷ λέγειν τι ψεῦδος τὸ ψεύδεσθαι ὑπάρχειν, ἀλλ' ἐν τῷ διαψευστῶς τὸ ψεῦδ@ λέγειν, καὶ ἔτι ἁπλῶς τὸν πλησίον. τῷ μέν τοι ψεύσει ποτὲ συγχρήσεσθαι νομίζουσιν αὐτὸν καὶ πολλὰς τροπὰς ἄνευ συγκαταθέσεως. καὶ γὰρ καὶ στρατηγίαν τῶν ἀντιπάλων, καὶ κατὰ τὸν τῦ συμφέροντος προορασιν, καὶ καθ' ἑτέρας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. ψεῦδος δ' ὑπολαμβάνειν οὐδαμοῦ φασὶ τὸν σοφόν. οὐδεπο[τ]ε γὰρ παράπαν ἁπλῶς τινι συγκαταθήσεσθαι, διὰ τὸ μηδὲ δοξάζειν αὐτὸν, μηδ' ἀγνοεῖν μηδέν. *Mentiri qoqe sapientem negant, cum non tam qi mendacium dicat, qàm qi mendacister ac dolo id faciat, mentiatur. Mendacio tamen uti variis modis posse credunt absqe assensu, ut in militia contra hostes, avt aliâ necessitate. At mendacio nunqam assensurum sapientem existimant, qod nec opinetur, nec ignoret qicqam.* Et *ibidem.* Οὔτε ἐξαπατᾷ, ὅτε ἐξαπατᾷ ἄλλον, ὅτε διαψεύδεται, ὅτε ἀγνοεῖ, ὅτε λανθάνει [αὐτόν τι, sive τι αὐτόν,] ἑαυτόν, ὅτε καθόλου ψεῦδος ὑπολαμβάνει. *Neqe decipitur, neqe decipit alium, neqe mentitur, neqe ignorat, neqe latet illum qicqam, neqe mendacio in universum assentitur.* Verùm hoc est Dei filius, qi verè ἀψευδής, *mentiri nescius* solus, ut Paulus *ad Tit. c.* 1. *v.* 2. cæterùm ut idem *ad Rom. c.* 3. *v.* 4. πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, *omnis homo mendax*, etiam Stoicorum sapientissimus.

C

D

Ἃ συμπαρόντων] legendum forsan, ἂν συμπαρόντων, *qa si affuerint.*

Ἡ φύσις ἡ τῦ ἀνθρώπου ἀφίκετο τὰ ἴδια] Ità *l.* 9. §. 42. Ἀφίκετο τὸ ἴδιον. *Qicqid suum est adepta sunt.* Et *lib.* 11. §. 1. Ἐγὼ ἀφίκω τὰ ἐμά. *Ego qæ mea sunt, omnia habeo.* Phrasis emphatica, qâ non tantùm suum qod est assecutus qispiam indicatur, sed ita id omne qod suum ducit, plenum & integrum assecutus, ut in eo planè acqiescat, nec qicqam amplius reqi-
E rat, utpote qum illud sibi sufficere existimet. Ita Matth. *c.* 6. *v.* 2. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, *retulerunt mercedem suam.* & Luc. *c.* 6. *v.* 24. ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν, *perceptum habetis solatium vestrum.* interpretatur Theophylactus πᾶν ἀπειλαβον. *totam mercedem suam acceperunt*; *totam habent. totam consolationem vestram acceptis*; totam habetis. ut qòd amplius sperent expecténtve, sive præmii sive solatii, avt illi avt isti, nihil prorsus sit reliqum. & apud Marc. *c.* 14. *v.* 41. Ἀπέχει. *Sufficit*, qam versionem firmant Henricus Stephanus & Theodorus Beza, adducto Anacreontico illo;

Ἀπέχει. βλέπω γὰρ αὐτήν.
Sat est, sufficit: ipsam enim video.
F

cui adjungit & Dunæus noster ex Septuaginta versione, *Num. c.* 16. *v.* 3. ἐχέτω ὑμῖν. qod mox *v.* 7. ἱκανάσθω ὑμῖν. *Sufficiat vobis.* Synesius *calvit. pag.* 86. Τούτοις (τοῖς ζωγράφοις) ἂν τις ἐκδῶ μοιχὸν ἢ κίναιδον ἐν πίναξι γράψαι, κομητὴν ἀπολαβὼν, ἀπέχω τὸ πίτταγμα. *Si qis mœchum aut cinædum in tabella pingendum curaverit, crinitum aliqem ac cincinnatum accipiens, habet totum id qod injunctum est*; *nihil amplius reqirit.* Cui libens subjunxerim illud ejusdem de militia rapaci, ex *Orat. de regn.* Ὅσις ἂν ἐμῷ τὸν μὲν ἀλλόφυλον ἐχθρὸν ἀπεύκει, αὐτὸς δὲ ἐ τὰ μέτρια μοι χρῆται, ἐ.ος ἐδὲν μοι δοκεῖ διαφέρειν κυνὸς, δι' αὐτὸ τῦτο τὰς λύπας ὡς πορρωτάτω διώκοντος, ἵνα αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς περιίζῃ τὴν ποίμνην, δέον ἀπέχειν τῆς φυλακῆς τὸν μισθὸν ἐῦ γαλαικτος ἐμφορήμενον. *Qare qi peregrinum hostem à me propulsat, ipse autem moderate mecum non agit, is à cane mihi non differre videtur, qi lupos propterea longissime abigit, ut per otium gregem commode dilaniare possit, qem potius in cu-*
G

μηπω λοιπὸν ἤδη πάντες ἐις λύπην σε προαγομένη, τούτῳ χρῆσθαι τῷ δόγματι. * ἐχ' ὅλη ἔστω ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ γενναίως, εὐτύχημα.

* ὅτι ἐχὶ.

mineris deinceps, qoties inciderit qicqam qod ad triſtitiam impellat te, decreto hoc uti: Nam eſt infelix caſus iſte, ſed fortiter ferre hoc felicitatis eſt.

a L. 9. §. 3.

§. 50. a Ἰδιωτικὸν μὲν, ὅμως δὲ ἀγωνιστικὸν βοήθημα πρὸς θανάτου καταφρόνησιν, ἡ ἀναπόλη-

b L. 5. §. 5.

σις τῶν b γλίσχρως ἐνδιατριψάντων τῷ ζῆν. τί

§. 50. Vulgare qidem hoc eſt, efficax tamen ad mortem contemnendam adminiculum, ſi eos recolas qi vitæ avidi fuerint eidem diu immorati.

qid

ANNOTATIONES.

cuſtodiat mercedem eum lacte ſatiari oporteat. ubi ἀπέχειν τὸν μισθὸν idem eſt, qod Lucæ Evangeliſtæ *cap.* 3. *v.* 14. in Joannis Baptiſtæ reſponſo ἀρκεῖσθαι τοῖς ὀψωνίοις, *contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* His adjicere licebit, & illud Plutarchi in *Solone p.* 90. *E.* (qod Scultetus qoqe advertit *Exercit. Evang. l.* 2. *c.* 30.) Ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρορῶν τὸ καλὸν, ὑ πίνων ὕσινα, δῆλός ἐστιν, ἀλλ' ἡδονῆς, ἀγόμενος γυναῖκα. τὸν δὲ μισθὸν ἀπέχει, καὶ παῤῥησίαν αὐτῷ πρὸς τὰς γενομένας ὑκ ἀπολέλοιπεν, οἷς αὐτὸ τὸ γίνεσθαι πεποίηκεν ὄνειδος. *Qippe qi nuptiarum decus pratereat, profitetur ſe non liberorum gratiâ, ſed voluptatis adſciſcere mulierem: habétqe mercedem ſuam, neqe locum ſibi reliqit qærendi de genitis, qibus ipſam reddidit probroſam nativitatem.* Et Athanaſii (ſi is avtor eſt) illud *in Serm. de ſemente. Tom.* 1. *p.* 1064. *C. D.* ubi illos exagitat, qi qò nobili alicui viro ſe concilient, templum adeunt, ibiqe conſpicandos ſe præbent. Τρέχουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἀνθρώπῳ δείξωσι τὸ πρόσωπον. ἐξῆλθεν ὁ ἐπίσημος, συνεξῆλθεν ὁ ὑποκριτὴς, καὶ ἀπέχει τὸν μισθόν. δι' ἀνθρώπων ἦλθεν, ἀνθρώπῳ ἤρεσε. παρὰ Θεῷ οὐδὲν ἔλαβεν. ᾧ γὰρ ἐκείνῳ ἔδειξε τὴν διάνοιαν. *Decurrunt in Eccleſiam, ut homini ſuum vultum oſtendant, mox cum ille vir clarus abierit, abit & unà ſimulator, receptâ ſuâ mercede, ob hominem venit, & homini placuit, à Deo nihil qicqam acceptarus: non enim illi mentem ſuam oſtendere in votis habuit.* Nec præteriri digna hîc Dunæi noſtri ſubtilitas, qi ad Apoſtoli illud *ad Philip. c.* 4. *v.* 18. ἀπέχω πάντα, καὶ περισσεύω, πεπλήρωμαι. Hæc tria, inqit, prorſus idem declarant: nam ἀπέχω πάντα, non eſt, *accepi omnia qæ miſiſtis*: eſſet enim ταυτολογία qod ſubjungitur, δεξάμενος παρ' Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, *acceptis omnibus ab Epaphrodito qæ à vobis miſſa ſunt.* ſed ſignificat his verbis ſibi abundè ſatisfactum eſſe. *Habeo*, inqit, jam *omnia* qæ velim, nihil ampliùs deſidero, ſatìs ſupérqe eſt. ità Pindarus *Iſthm.* 5. In his, inqit, duobus eſt ſumma felicitas,

Εἰτις ἔυ πάσχων, λόγον ἐσθλὸν ἀκούοι.
Si aliqis commodè vivens, bene audiat.

Hæc ſi habes,

Μὴ μάλοντι Ζεὺς γενέσθαι, πάντ' ἔχεις.
Ne qære Jupiter fieri, omnia habes.

Hoc eſt qod Pavlus ἀπέχειν.

Οὐχ ὅτι τοῦτο ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ γενναίως, εὐτύχημα] Tranſponendum opinor, legendúmqe. ὅτι οὐ τοῦτο, ſive ὅτι ἐχὶ τ. &c. Vide *ſuprà ad* §. 1. & *ad l.* 7. §. 58. Epictetus *Diſſert. l.* 2. *c.* 10. Οὐ γὰρ θάνατος, ἢ πόνος φοβερὸν (ἢ καὶ πονηρόν) ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον. *Non enim mors, vel dolor terribilis eſt, aut malus; ſed metuere dolorem vel mortem.* lavdatur itaqe, qi dixit,

Οὐ κατθανεῖν γὰρ δεινὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Neqe enim eſt mori miſerum, ſed turpiter mori.

ſive ut Gnomologus extulit,

Τὸ γὰρ θανεῖν ὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Mors ipſa non eſt fœda, ſed fœdè mori.

Tacitus Stoicorum placita tangens, *Annal. l.* 6. *Neqe mala vel bona, qa vulgus putet. multos qi conflictari adverſis videantur, beatos; ac pleróſqe, qanqam magnas per opes, miſerrimos; ſi illi grævem fortunam conſtanter tolerent; hi proſperâ inconſultè utantur.* Bias apud Laërtium *l.* 1. §. 86. Ἀ/υχῆ εἶναι, τὸν ἀτυχίαν μὴ φέρονθα. *Infelicem eſſe, qi ferre neqiret infelicitatem.* Seneca *Herc. fur.* 2. 2.

L. *Qemcunqe miſerum videris, hominem ſcias.*
A. *Qemcunqe fortem videris, miſerum neges.*

Vide Senecam Philoſophum iſtud fuſiſſimè diſputantem, *Ep.* 66. & *Ep.* 67.

§. 50. Ἰδιωτικὸν] non ἴδιον, ut *ſuprà* §. 8. ſed κοινότερον, ut *l.* 2. §. 10. argumentum *vulgare*, non Stoicorum *peculiare*, qi altiora ſpirant, & validioribus firmamentis adverſùs vitæ hujuſce cupidinem incedunt muniti. itaqe ἄτεχνον καὶ ἰδιωτικὸν, *omni artificio deſtitutum & vulgare*, conjunxit Hermogenes *de invent. l.* 2. *c.* 1.

Τῶν γλίσχρως ἐνδιατριψάντων τῷ ζῆν] γλίσχρως ἐνδιατρίβειν τῷ ζῆν, non eſt ſimpliciter, qod Xylander avtumat, *diu vivere*, ſive *vitam in longiſſimum tempus extrahere*; ſed *vitæ qaſi pertinaciter inhærere*, & ægrè gravatímqe ab ea divelli. hoc enim τὸ γλίσχρως illud deſignat. Apud Svidam avtor innominatus: Ἀλλ' ἐγὼ τις ἄρα ἀνοσιάλλαχ@ ἦν ἀπὸ τῶν τοιούτων, καὶ γλίσχρως εἶχόμην τῆς αὐτῆς ἀληθείας, ἅτε ὡς ἀληθῶς ὄναρ πλανήσας. *At ego profectò tunc eram homo qidam, qi ab hujuſmodi fatuis, vanis ac ineptis rebus difficulter avelli poteram, & tenaciter adhuc huic fatuitati, vanitati ac futilitati adhærebam, ut qi verè per ſomnum diſtatus eſſem.* Eſt enim A τὸ γλίσχρον, qod & Xylander ipſe nos monet, ipſúmqe ſignificatûs hujus τῷ γλίσχρως monere poterat, *lentum, tenáxqe*; idqe τῆς γλίας τρόπον, *glutinis inſtar*; unde forſan & vocabulum iſtud ortum habuerit. itaqe τὸ γλίσχρον καὶ κολλῶδες, *lentum & glutinoſum*, tanqam συνώνυμα copulantur, ab Ariſtotele *problem. l.* 2. *q.* 22. & γλισχρύνεσθαι, *cunctari*, vel potiùs *lentum & tenacem eſſe.* Sunt itaqe οἱ γλίσχρως ἐνδιατρίβοντες τῷ ζῆν, οἱ γλιχόμενοι τοῦ ζῆν, ut Ariſtoteles loqitur *politic. l.* 3. *c.* 4. Δῆλον δ', ὡς καρτεροῦσι πολλὴν κακοπάθειαν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, γλιχόμενοι τοῦ ζῆν. ὡς ἐνούσης τινὸς ἡυημερίας ἐν αὐτῷ καὶ γλυκύτητος. *Patet avtem, qod tolerant homines* B *multa aſpera propter vivendi cupiditatem, ut exiſtente in eo qadam proſperitate & dulcedine.* qod ille γλίχεσθαι, Plato γλισχρῶς ἐπιθυμεῖν dixerat in *Critone, p.* 40. *B.* Ὅσοι δὲ γέρων ἀνὴρ μικρῷ χρόνῳ τῷ βίῳ λοιπῷ ὄντος, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐτόλμησας ὕτω γλισχρῶς ἐπιθυμεῖν τοῦ ζῆν, νόμως τὰς μεγίστας παραβὰς ὐδὲις ὃς ἐροῖ; *Qemadmodum vir ſenex parvo admodum tempore, ut veriſimile eſt, victurus avſus fueris ob vivendi cupiditatem in tam ſordida inopia vivere, maximas tranſgreſſus leges*; Affectum avtem, qem noſter hîc notat, graphicè depinxiſſe videtur Plutarchus in lib. *de tranqill. pag.* 476. *A.* his verbis. Τὸν μὲν γὰρ ἀνήκοον ὁ τοῦ θανάτου φόβος, ὐχ ὁ τοῦ ζῆν πόθος, ἐκπρίαμενθαι τοῦ σώματος ποιεῖ περικεκλεγμένον, ὥ- C σπερ τὸν Ὀδυσσέα τῷ ἐρινεῷ, διδοικότα τὴν χάρυβδιν ὑποκυ- μένην,

Ἔνθ' ὔτε μίμνειν ἄνεμος, ὔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ,

καὶ πρὸς ταῦτα δυσαρέστως, καὶ πρὸς ἐκεῖνα περιδεῶς ἔχοντα. *Inſipientem enim mortis metus, non vitæ deſiderium, jubet à corpore dependere, id amplexum, qomodo Ulyſſes caprificum tenuit metu ſubjecta Charybdis:*

Manere ubi ventus, navigare & ubi vetat,

& hoc iniqè ferentem, & illud metuentem. De Ulyſſe qod refert, habetur *Odyſſ. μ. v.* 432. Senarius eſt ex Æſchyli *Philoctete*, proverbii vicem adeptus, qod ex Diogeniano diſcimus; D & ab Ariſtæneto *lib.* 1. *Epiſt.* 27. uſurpatus: in qo τὸ ἐκπλεῖν eſt à Grotii manu in *excerptis*, cùm vulgò πλεῖν tantùm legatur. Sin Plutarchi illa minùs placent, qia mortis formidini magis qàm vitæ cupidini affectum illum tribuit, Antiphanes advocetur, cujus è *Geminis* iſta apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 122. leguntur:

— ὐδεὶς πάποτε,
Ὦ δέσποτ', ἀπίθανε, ἀποθανεῖν πρόθυμος ὤν.
Τὸν γλιχομένην δὲ ζῆν καλαισκᾷ τῶ σκέλει
Ἄκοντας ὁ Χάρων. —
— *nemo unqam here,*
Moriendo alacrem vitæ impoſuit terminum: E
Sed avidos vitæ pedibus Orcus detrahit
Reſtantes fruſtra. —

Vel Lucianus, qi in *Cataplo, pag.* 433. de tyrannò qodam: Ἀποστόμωσος ἤχθετο. ᾔ γὰρ οἶδ' ὅπως, καθάπερ ἰξῷ τινὶ. προσίχεται τοῖς τοιούτοις ἡ ψυχὴ, καὶ ὐκ ἐθέλει ἀπαλλάττεσθαι ῥᾳδίως, ἤν τε αὐτοῖς πάλαι προσπεφυκυῖα. μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἄῤῥηκτός τις ὄντος ὁ δεσμὸς ἐστιν, ᾧ δεδέσθαι ξυμβέβηκεν αὐτούς. *Ab iis ſe abſtractum gravatur. Etenim anima neſcio qo pacto hiſce veluti viſco affixa hæret, nec facile demigrare vult, ut qa bis jam dudum addicta ſit. Qin potiùs ac ſi infragile ſit vin-* F *culum iſtud, qo ipſos alligari contingit.* qem & ampliùs ibidem viſe ſis. Spectat horſùm & qod in Evangelio Luc. *c.* 12. *v.* 20. de locuplete illo dicitur, qi opinione ſuâ ſpéqe inani vitæ ſpatium ſibi ad annos plures protelaverat, Ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. *Amens homo, nocte hâc ipsâ repetent à te animam tuam.* Siqidem, ut Caſavbonus *ad Theophr. charact. c.* 11. αἰτεῖν eſt *poſcere à volente*; ἀπαιτεῖν, *à nolente.* Andocides περὶ καθόδου (an περὶ ἀφέσεως, ut ex Harpocratione vult G. Canterus *nov. lect. l.* 8. *c.* 4.) Ταῦθ' ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε αἰτῶ. εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ. *Hæc à vobis, ſi volueritis, peto: ſi verò nolueritis repeto.* De utriſqe Seneca *Epiſt.* 4. *Vitam multi ſic complectuntur & tenent, qomodo qi* G *à torrente rapiuntur, ſpinas & aſpera. plerique inter mortis metum & vitæ tormenta miſeri fluctuant; & vivere nolunt, & mori neſciunt.* De his Epictetus, Θαυμασοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν. *Homines admirandi, qi volunt neqe vivere, neqe mori.* Cui non diſpar illud apud Cyprianum *de mortalit.* à ſatellite cœleſti non ſine indignatione inſigni infremendo emiſſum, *Pati timetis, exire non vultis: qid faciam vobis?* Hos itaqe hiſqe ſimiles notat Marcus, vitæ nimio plùs avidos καὶ φιλοψυχοῦντας, *vitæ amantes*, ideoqe omnibus modis mediiſqe ſatagentes, qò eam qàm diutiſſimè protelare poſſint.

qò

qid enim amplius illis, qàm immaturè defunctis contigit? Omnino jacent alicubi defuncti & illi, Cadicianus, Fabius, Julianus, Lepidus, avt ſi qis alius hujuſmodi, qi poſtqam multos extulerant, efferebantur & ipſi. exiguum enim omnino intercedit ſpatium; ídqe per qot moleſtias, cum qibus hominibus, in qali corpuſculo exantlatum? nè ergo pro re momenti alicujus habeto.

ὂυν αὐτοῖς πλέον, ἢ τοῖς ἀώροις; πάντας πού τε κεῖνται, * Καδικιανὸς, Φάβιος, Ἰουλιανὸς, Λέπιδος, ἢ εἴ τις τοιοῦτος, [a] οἳ πολλοὺς ἐξήνεγκαν, εἶτα ἐξηνέχθησαν. [b] ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα, καὶ τοῦτο δὲ ὅσων, καὶ [c] μεθ' ὅσων ἐξαντλούμενον, καὶ ἐν οἵῳ σωματίῳ; [d] μὴ ὂν ὡς πρᾶγμα. βλέ-

* Καικιλιανὸς f.
a Sup. §. 48.
b Sup. §. 47.
c L. 5. §. 10. l. 9. §. 3. l. 10. §. 36.
d L. 5. §. 29.

ANNOTATIONES.

qò ſpectant & Evripidis verſiculi, qos *lib.* 7. §. 51. ſed mutilos Marcus exhibet. Vide *ad l.* 10. §. 8.

Τί ὂν αὐτοῖς πλέον ἢ τοῖς ἀώροις;] In eadem planè conditione ſunt, inqit, iſti vitæ tantopere cupidi, etiamſi id qod tam enixè expetunt, fuerint aſſecuti, ut ad annos numeroſos ſpiritum prorogârint. qâ illi ipſi, qi immaturo fato defunguntur. qarè? primùm, qia nihil intereſt citiùs an ſeriùs è vita migraveris, cùm aliqando migrandum ſit: cùm intervalli illius qod ab ortu ad obitum pertingit diſtantia, qæcunqe ea tandem fuerit, ad æternitatis utrobiqe adjacentia ſpatia rationem nullam obtineat. deinde, qia etiamſi qàm diutiſſimè vixerint, tamen *uvæ acerbæ inſtar*, ut Eliphaz *Jobi c.* 15. *v.* 33. avt *pomi immaturi vitæ* qaſi *avelluntur*: ut Seneca *Epiſt.* 30. non *tanqam exeant de vita*, ſed *tanqam extrahantur*. Idem *de brev. vit. c.* 11. Cicero *de ſenect. Qaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur; ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis avfert, ſenibus maturitas.* Verùm vitæ cupido immoderata iſtos pariter ſe habere facit, ſenes an juvenes defungantur: qos itaqe ridens Luciani Diogenes *Dial. mort.* 27. Τί ὂν ἂν τις ἴτι λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπόταν οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοι εἰσὶν, ὃς ἐχρῆν διώκειν τὸν θάνατον, ὡς τῶν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φάρμακον. *Proinde jam qid de adoleſcentibus dicamus, qando decrepiti iſti tantopere vivere cupiunt? qos mortem ſectari decebat, tanqam remedium eorum malorum, qæ ſecum fert ſenectus.* deniqe qia mors eodem in ſtatu utrumqe conſtituet. Καὶ γὰρ ὁ ἰσχαλογήρως ἀποθανὼν ἐς ἴσον καθεστήκοτι τῷ πρεσβύτῃ. *Et qi ſenectute extremâ confectus moritur, in eundem ſtatum redigetur cum eo, qi immaturus obiit. l.* 9. §. 33.

Καδικιανὸς] Corruptum credo nomen iſtud. forſan Καικιλιανὸς, *Cæciliaus*, vel Κατιδιανὸς *Catidianus* fuerit. Κατίδιος καὶ Κατιδιανὸς, ὀνόματα κύρια. *Cattidius & Cattidianus, nomina propria.* Svidas; Qanqam longævus utrovis nomine nullus occurrit: Occurrit à priore illo parum deflexo, Καικίλιος Καλλαϊστιανὸς, utì Svidas habet, Καλακίλιος, ut Caſaubonus *ad Athen. l.* 6. *c.* 21. in hoc cenſu meritò collocandus, ſi (qod Svidas refert) ἐπὶ τῷ Σεβαστῷ Καίσαρος, καὶ ἕως Ἀδριανοῦ, *ſub Auguſto Cæſare & ad Adrianum uſqe* Cæcilius iſte Siculus rhetor Romæ ſophiſticen an rhetoricen profeſſus eſt: cùm inter utriuſqe horum imperium ſeculum ſolidum intercedat.

Φάβιος] Inter μακροβίους, *Q. Fabium Maximum* commemorat Plinius *nat. hiſt. l.* 7. *c.* 48. qem 63. *annis avgurem fuiſſe* refert. Valerius Maximus *l.* 8. *c.* 13. *Q. Fabius Maximus duobus & ſexaginta annis avguratûs ſacerdotium ſuſtinuit, robuſtâ jam ætate id adeptus: qa utraqe tempora, ſi in unum conferantur, facilè ſeculi modum expleverint*, Et Livius *hiſt. l.* 30. *Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exacta ætatis; ſiqidem verum eſt avgurem duos & ſexaginta annos fuiſſe, qod qidam avtores ſunt.* Ità Livius ac Maximus, Plinio minus uno anno adſcribunt.

Οἱ πολλοὺς ἐξήνεγκαν, εἶτα ἐξηνέχθησαν] Ità *ſuprà* §. 48. Ὁ τοῦτον κηδεύσας, εἶτα ἐξετάθη. *Qi alios ubi ſepelierant, & ipſi tandem elati ſunt.*

Ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα] μικκόν, Lugdunenſis, ab exemplari, an à typothetæ lapſu, incertum iſtud opinor. Vide *ſuprà* §. 15. & 47. & 48. Seneca *Epiſt.* 49. *Non poſſunt longa intervalla eſſe in ea re, qa tota brevis eſt.*

Καὶ τοῦτο δὲ ὅσων] Cicero ad Lucejum, *famil. l.* 5. *Epiſt.* 15. *In longa vita nihil eſt niſi propagatio miſerrimi temporis.* Cæcilius *Plocio* (indè enim eſſe docet Nonius in *advenire*) à Cicerone in *Catone* relatus,

Diu vivendo multa, qæ non vis, vides.

Itaqe Avguſtinus *de tempore* (uti vocant) *Serm.* 113. *Qid eſt diu vivere, niſi diu torqeri*; Illúdqe poetæ neſcio cujus pro oraculo habet Seneca *de brev. vit. c.* 2.

Exigua pars eſt vitæ, qam nos vivimus.
Cæterùm omne ſpatium non vita, ſed tempus eſt.

Idémqe *Epiſt.* 49. *Poteſt fieri, imò ſæpe fit, ut qi diu vixerit, parùm vixerit.* & *Epiſt.* 99. *Ex hoc tam exiguo temporis ſpatio, qod ætatem vocamus humanam, qantum lacrymæ, qantum ſolicitudines occupant? qantum valetudo? qantum timor? qantum teneri, avt rudes, avt inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. adjice labores, luctus, pericula, & intelliges etiam in longiſſima vita minimum eſſe qod vivitur.* Martialis *lib.* 6. *Epigr.* 70.

At noſtri bene computentur anni,
Et qantum tetricæ tulere febres,
Avt langvor gravis, avt mali dolores,
A vita meliore ſeparetur;
Infantes ſumus, & ſenes videmur.

Seneca *Epiſt.* proximè citatâ: *Hoc qod inter primum diem & ultimum jacet, ſi moleſtias æſtimas, etiam puero longum; ſi velocitatem, etiam ſeni anguſtum.* Lucianus, pueri qinqennis epitaphio, *Anthолog. l.* 3. *c.* 9.

Ἀλλά με μὴ κλαίοις, καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιοτοιο κακῶν.
Nemo tamen me flere velit; qia tempora vitæ ut
Pavca tuli, vitæ ſic mala pavca tuli.

Evripides *Alceſtide.*

Ὁ βίος ἀληθὴς, ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.
Havd vita verè eſt vita, calamitas mera eſt.

Idémqe apud Plutarchum *ad Apollon.* reſtituente Grotio;

Ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ πέλει.
Vita hæc vocatur vita, revera eſt labor.

& Menander *Citharift.* apud Plutarchum *de tranq.* Laërtium *l.* 7. in *Zenon.* & Stobæum *tom.* 2. *tit.* 98.

Ἆρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος.
Τρυφερῷ βίῳ σύνεστιν. ἐνδόξῳ βίῳ
Πάρεστιν. ἀπόρῳ συγκαλαγκήσκει βίος.
Res ſunt cognatæ, vita & anxietudines:
Vitam ſequuntur mollem; vita fulgida
Non abſunt; vitæ conſenescunt pauperi.

Plinius deniqe *l.* 7. *c.* 50. *Incertum ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, qicqid datur nobis: malignum verò & breve in iis, qibus largiſſimè contingit, univerſum utiqe ævi tempus intuentibus. qid qod æſtimatione nocturna quietis, dimidio qiſqe ſpatio vitæ ſuæ vivit? pars æqa morti ſimilis exigitur, avt pœna, niſi contingit qies, nec reputantur infantiæ anni, qi ſenſu carent, non ſenectæ in pœnam vivacis. tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata mors, ut nullum freqentius ſit votum. Natura verò nihil hominibus brevitate vitæ præſtitit melius.*

Καὶ μεθ' ὅσων] Vide *l.* 5. §. 10. & *l.* 9. §. 3. & *l.* 10. §. 36. & adde piorum qerimonias illas *Pſalm.* 120. *v.* 5, 6. & *Pſal.* 55. *v.* 6, 7. & *Pſal.* 57. *v.* 4. & Jerem. *c.* 9. *v.* 2, 3.

Ἐξαντλούμενον] A ſentinâ navis, qæ moleſtiæ multum exhibere ſolet, exhavriendâ tractum, & eleganter hîc poſitum, ad vitam moleſtiis laboribúſqe creberrimis infeſtam deſignandam. Pari modo τὸ ἀντλεῖν καὶ ἐξαντλεῖν uſurpatum alibi deprehendas. Æſchylus *Prometh. n.* 375.

Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀνλήσω τύχην.
Ego autem hoc præſens infortunium exantlabo.

Idémqe *feriis.*

Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά.
Alia enim qidem mala miſerè perferebant.

Evripides *Creſphont.*

— ἄλλας μύριας
Τὸν αὐτὸν ἐξήντλησας, ὡς ἐγὼ, βίον.
— *& alias innumeras*
Eandem tolerarunt, qam ego, vitam.

Et in *Cyclope n.* 110.

Παπαῖ. τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί.
Papæ: havris eandem fortunam, qam & ego.

Marinus in *Proculo c.* 3. Δευτέρα δὲ ἰσχὺς σωματικὴ, ἀπαθὴς μὲν ὑπὸ χειμώνων καὶ καμάτων, ἀτρωτικὸς δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μοχθηρᾶς καὶ ἡμελημένης διαίτης, καὶ πόνων ἐκείνων, ὃς νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐξήντλει. *Secundò robur corporis, qod nullis frigoribus afficeretur, nec qicqam ex vitioſa & neglecta ratione victus atqe laborum convelli, avt commoveri poſſit, qos die noctuqe exhauriebat.* qem locum fruſtra ſolicitat Heraldus in *Jambl. c.* 4. Vide *ad l.* 3. §. 4. νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν. Plavtus *Amphitr.* (ſi Plavti ſaltem ea ſint) *Act.* 4. *Sc.* 4. *v.* 20. & Nonius Attio tribuit.

Fata iſtæc me premunt, pertolerarem vim tantam cladeſqe
Exantlarem impatibiles. —

Lucilius *Sat. l.* 30. apud Nonium;

Qantas qntqe modo arumnas, qantóſqe labores
Exancláris. —

Ennius *Andromach.*

Qantis cum arumnis illum examclavi diem?

Cicero *de divinat. l.* 2. §. 64.

Tot nos ad Trojam belli exantlabimus annos.

Et apud eundem *Tuſcul. l.* 2. §. 20. Attius *Trachin.*

O multa dictu gravia, perpeſſu aſpera,
Qæ corpore exanclavi, atqe animo pertuli!

Exanclare, ſive *exantlare*; utrovis enim modo ſcribas, ciccum havd interduis, idem eſt qod Græcis τὸ ἐξαντλεῖν. ut rectè Stephanus monuit: nec opus fuit, ut hac rejectâ, aliam ei originem darent Turnebus *adverſ. lib.* 3. *c.* 10. & Camerarius *problem. cent.* 5. *q.* 5.

Μὴ ὂν ὡς πρᾶγμα] Oratio elliptica; forſan mutilata. *Nè igitur*

a Sup. §. 3. l. βλέπε γὰρ ὀπίσω a τὸ ἀχανὲς τοῦ αἰῶνος, καὶ 5. §. 24. l. 12. §. 7. τὸ πρόσω ἄλλο ἄπειρον. ἐν δὴ τούτῳ, b τί διαφέ-
b L. 2. §. 14. ρει ὁ τελήμιος τοῦ τριγερηνίου.
l. 9. §. 33.

c L. 5. §. 3. l. 8. §. 50. §. 51. c Ἐπὶ τὸν σύντομον ἀεὶ τρέχε. σύντο-
d L. 8. §. 30. μος ὢν ἡ κατὰ φύσιν. ὥστε d κατὰ τὸ ὑγιέστατον,
e Sup. §. 19. πᾶν λέγειν καὶ πράσσειν. ἀπαλλάσσει γὰρ ἡ τοιαύ-
l. 11. §. 18. τη πρόθεσις, κόπων, στρατείας, καὶ πάσης e οἰ-
f L. 3. §. 5. l. 8. §. 30. κονομίας, καὶ f κομψείας.

fi enim ævi præteriti immenſitatem adverteris & futuri itidem infinitatem, qid tándem diſtabit, triduanus qi fuerit, ab eo qi ſecula tria tranſegerit?

§. 51. Viâ compendioſâ ſemper incedas. compendioſa eſt ea, qæ ſecundùm naturam eſt. in omni nimirum cùm dictione, tum actione veri rectíqe curam habere. etenim propoſitum iſtiuſmodi moleſtiis, militiâqe, ſed & diſſimulatione omni atqe oſtentatione immunem præſtabit.

§. 1.

ANNOTATIONES.

igitur mortem pro re difficili accipe. Xylander. & ſic *l.* 5. §. 29. A Τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; *Cur grave hoc ducis?* malim tamen, *Nè igitur vitam diuturniorem, tanqam rem alicujus pretii aut momenti habeas, aut enixius expetas.* ut *ſuprà* §. 46. & *l.* 12. §. 32. μηδὲν μέγα. — *qid qaſi magnum,* inqit ille apud Perſium *Sat.* 5.

Nempe diem donas?

qid itidem tu qaſi magnum qid poſcis, aut optas? Vide Senecam *infrà*, & *l.* 6. §. 9. Ità Stoicus qidam Tullio Marcellino, (referente Senecâ *Epiſt.* 77.) *Noli torqeri, tanqam de re magna deliberes. non eſt res magna vivere. Omnes ſervi tui vivunt, omnia animalia. Magnum eſt honeſtè mori, prudenter, fortiter. Mori velle, non tantùm prudens, & fortis, aut miſer, ſed etiam faſtidioſus poteſt.*

Βλέπε γὰρ ὀπίσω τὸ ἀχανὲς] Iſtud non ſemel inculcat Marcus; *ſuprà* §. 3. & *l.* 5. §. 24. & *l.* 12. §. 7. Seneca ad *Marc. c.* 20. *Omnia humana brevia & caduca ſunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum populis, urbibúſqe, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus. minorem portionem vita noſtra, qàm partem puncti habet, ſi temperi comparetur omni; cujus major eſt menſura qàm mundi, utpote cùm ille ſe intra hujus ſpatium toties remetiatur, qid ergò intereſt id extendere, cujus qantumcunqe fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo.*

Καὶ τὸ πρόσω ἄλλο ἄπειρον] Baſilius Cæſar. *Epiſt.* 60. Κἂν ὅλον τις εἴπῃ τὸν ἀνθρώπινον βίον, σμικρότατόν διάστημα πανταχῶς συγκρίσει ἐκείνου ἀπεράντου αἰῶνος τῷ ἐν ταῖς ἐλπίσιν ἀποκειμένῳ. *Etiamſi univerſam hominum vitam qis objecerit: breviſſimam tamen eſt illius ſpatium reſpectu infiniti ſeculi, qod in ſpe noſtrare conditum eſt.* Philo *de Joſeph p.* 530. Ὡκύμοροι δ' εἰσὶ πάντες ἄνθρωποι. καὶ γὰρ ὁ μακροβιώτατος, ὀλιγοχρονιώτατος αἰῶνι συντεταζόμενος αἰῶνι. *Brevis ævi ſunt omnes homines. Nam qi maximè longævus fuit, qantillum temporis vixit, ſi ad æternitatem id conferas?*

Τί διαφέρει ὁ τριήμιος τῷ τριγερηνίῳ] Seneca *Epiſt.* 77. *Nulla vita eſt non brevis. nam ſi ad naturam rerum reſpexeris, etiam Neſtoris & Statilia brevis eſt; qa inſcribi monumento ſuo juſſit, annis ſe nonaginta novem vixiſſe.* & *Epiſt.* 99. *Omnes, qantum ad brevitatem ævi, ſi univerſo compares, & juvenes & ſenes in aqo ſumus. minùs enim ad nos ex omni ætate venit, qàm qod minimum eſſe qis dixerit. qoniam qidem minimum aliqa pars eſt: hoc qod vivimus, proximum nihilo eſt. Ibidem. Qi conſenuit, qantulo vincit infantem? propone profundi temporis vaſtitatem, & univerſum complectere. deinde hoc, qod ætatem vocamus humanam, compara immenſo. Videbis qàm exiguum ſit qod optamus, qod extendimus.* Πᾶς γὰρ ἕτος γε ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς πάντα ὀλίγος τις ἂν εἴη. *Omne enim hoc tempus à pueritia ad ſenectutis extremum exiguum qiddam eſt ad univerſum.* Plato *de repub. l.* 10. *pag.* 757. *D.* Τότε πολὺ δήπουθεν ἢ σμικρὸν, ὃ δεῖ διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορᾶσιν αἰῶνα. καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. *Præterea ſi cum æternitate compares vitæ tempus, nihil inter breve & longum invenies diſcriminis. Longiſſima enim vita, ſi cum æternitate compares, brevis eſt & puncti inſtar.* Plutarchus *ad Apollon. pag.* 111. *C.*

Τῷ τριγερηνίῳ] Alluſit ad ætatem Neſtoris, qi tria hominum ſecula degiſſe perhibetur: unde τριγέρων & τριγερήνιος dictus. Athenæus *dipnoſoph. lib.* 10. *pag.* 433. *B.* Πλεῖστον δ' ἔπιε τῶν ἡρώων Νέστωρ ὁ τριγέρων. *Ex heroibus largiſſimè bibebat Neſtor ter ſenex.* & epigramma *antholog. l.* 3. *c.* 10. *carm.* 6.

— ἴδωσι καὶ τριγέρων Πύλιος.
— *mortuus eſt & ter ſenex Pylius.*

§. 51. Ἐπὶ τὸν σύντομον ἀεὶ τρέχε] Vide *l.* 12. §. 1. Jactare ſolebant Cynici συντομωτάτην πρὸς εὐδαιμονίαν ὁδὸν, *compendioſiſſimam ad felicitatem viam,* reperiſſe ſe. Vide Cratetis *Epiſt.* 6. Sed & epigrammatarius apud Laërtium *l.* 6. §. 78. Diogenem prædicat ſolum oſtendiſſe mortalibus ζωῆς εἶμεν ἱλαρώτατον. *vitæ viam facillimam.* Qanqam, Galenus *de errat. curand. c.* 3. φάσκειν καὶ σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδὸν, *facilliman & expeditam brevem eſſe ad virtutem viam,* pro eo qod diſciplinam Cynicam eſſe magiſtri hujus profitebantur; verius B cenſuiſſe affirmat alios qoſdam, qi σύντομον ἐπ' ἀλαζονείας ὁδὸν, *brevem ad inanem jactantiam viam,* eſſe dixerunt. Qod avtem Marcus *viam compendioſiſſimam* ſemper inſiſtere conſulit, aliud conſilium ſuggerere videtur Julianus *de cyniſm. Orat.* 2. qi prædicantibus hoc idem Pſevdocynicis qibuſdam, τὴν σύντομον ὁδὸν καὶ σύντονον ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, *brevem & compendioſam ad virtutem viam,* ſeſe inſiſtere. (qod & Plutarchus de profeſſione Cynica in *Amatorio pag.* 759. *D.* σύντομον ὁμῶς καὶ σύντονον ἐυρυχώρου πορείας ἐπ' ἀρετὴν. *compendioſam inveniens viam ad virtutem,* Ὄφελον, inqit, καὶ ὑμεῖς τὴν μακρὰν ἐπορεύεσθε. ῥᾷον ἂν δι' ἐκείνης ἤλθετε. οὐκ ἴστε ὅτι μεγάλας ἔχουσι αἱ σύντομοι C τὰς χαλεπότητας; ὥσπερ ἐν ταῖς λεωφόροις, ὁ μὲν τὴν σύντομον ἰλθεῖν δυνηθεὶς; ῥᾷον ἐκπεριέσσι τὴν κύκλω. ἐκεῖ μέντοι τὸ ἀναπαλιν ὁ κύκλῳ πορευθεὶς, ἔλθοι ἂν πάντως, καὶ τὴν ἐπιτομον. *Utinam vel longiorem teneretis! facilior per illam vobis eſt ingreſſus. An neſcitis breviores vias maximis difficultatibus obſitas eſſe? Ut in publicis viis qi itineris compendio graditur, longiores anfractus & circuitus facilius emetitur. At non perinde qi per circuitus ambulat, compendioſiore itinere progreditur.* Cæterùm ille eos alloqebatur, qi nihil præſtabant minùs, qàm qod profitebantur, cùm à virtutis ſede, ſemitiſqe etiam ad eam ducentibus, qàm longiſſimè eſſent diſſiti, viáſqe eas D ſectarentur qæ à virtute ipſa inſiſtentes abducerent. deinde aliter ſe habet iſtic, qàm in itineribus corporeis, in qibus via compendioſiſſima eſt fæpenumero prorſus intercluſa; cùm iſtic nulli ſit niſi ſuo vitio ſuâqe pravitate ſtoliditatéqe obvallata. Qin & Julianus ipſe ὁδὸν σύντομον eandem ibi agnoſcit, qam & Marcus hìc, τὴν κατὰ φύσιν.

Σύντομος δὲ ἡ κατὰ φύσιν] nimirum qia εὐθεῖαν τεμαίνει. *l.* 5. §. 3. *rectâ incedit.* Via avtem recta, eadem & breviſſima. Optimè Veemeſius noſter *de leg. mor. l.* 1. *exerc.* 1. *Lex divina, lex recta. Pſal.* 19. *v.* 8. *in Mathematicis linea rectiſſima, linea breviſſima. Via itáqe ad beatitudinem breviſſima eſt legis divinæ, qa eſt rectiſſima, obſervatio.*

E Κατὰ τὸ ὑγιέστατον] Ità *l.* 8. §. 30. ὑγιεῖ λόγῳ χρῆσθαι. *Sano ſermone uti.* Vide & Platonem *Epiſt.* 10. *ad l.* 3. §. 5. adductum.

Πάσης οἰκονομίας] Vide *ſuprà* §. 19. Εἰ μὴ δὲ οἰκονομίαν τινά. *Ratione diſpenſationis cujuſdam.* & *l.* 11. §. 18. Πολλὰ κατ' οἰκονομίαν γίνεται. *Multa per diſpenſationem geruntur.* itaqe Caſavbono potiùs aſſentior, qi *diſſimulationem,* qàm Xylandro, qi *rei familiaris curam,* reddidit.

Κομψείας] *Solicitudine* Xylander. *oſtentatione* Caſavbonus, meliùs. ſiqidem κομψείαν illâ, ſive dictionis elegantiam, ſive ſermonis feſtivitatem deſignet, jactare ſe atqe oſtentare ſoliti F ſunt, qi avram captabant popularem. unde κομψεύειν & pro *oſtentare ſe,* & pro *adulari* etiam uſurpatur. Heſychius κομψεύεται, κολακεύει. poſſis & *verſutiam* vertere. Siqidem, ut Erotianus in *lexico Hippocr.* Οἱ Ἀττικοὶ τὴν πανουργίαν κομψείαν καλοῦσι, καὶ τὸ σφοδρὸν κομψόν. *Attici fravdem κομψείαν, & fravdulentum κομψὸν appellant.* Vide *l.* 3. §. 5.

LIBER V.

MAnè, cùm gravatim exurgis in promptu sit tecum hoc modo disserere; Ad opus humanum jam expergiscor. num verò ægrè feram, si ad ea agenda proficiscor, qorum gratiâ natus & in mundum productus sum? avt nunqid ad hoc conditus sum, ut stragulis involutum decumbens me foveam? At hoc, inqis, oblectat magis. Nunqid ergo ad oblectandum te natus es? non avtem ad faciendum avt agendum aliqid? an non arbusculas, aviculas, formicas, araneas, apiculas vides eam qam in mundo stationem obtinent, excolere satagentes? tu avtem, qæ hominis sunt, facere recusas? & non properas potiùs ad id, qod naturæ

Ῥᾳθυ[a] ὅταν δυσκόλως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔχω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι. [b] ἐπ᾽ ὃν δυσχολαίνω, εἰ προὔμαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τοῦτο καλλωπίσμαι, ἵνα κατακείμενος πῶς τρωματίοις ἑαυτὸν θάλπω; ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. [c] πρὸς τὸ ἥδεσθαι οὖν γέγονας; ὅλως ἢ οὐ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις [d] τὰ φυτάρια, τὰ τρωθάρια, τὰς μύρμηκας, τὰς ἀραχνας, τὰς μελίσσας, τὸν καθ᾽ αὑτὰς συγκοσμοῦσας κόσμον; σὺ * δ᾽ οὐ θέλεις [e] τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; σπεύδεις

a L. 8. §. 12.
b L. 6. §. 33.
c L. 4. §. 12. l. 7. §. 73. l. 8. §. 2. 19. l. 9. §. 42.
d Inf. §. 6. l. 10. §. 8.
* [δ᾽] οὐ f.
e L. 6. §. 33. & l. 8. §. 26.

ANNOTATIONES.

§. 1. Ῥᾳθυ] Idem tractat argumentum *l.* 8. §. 12. Ὧν ἕνεκεν γέγονα] *l.* 2. §. 1. *γεγόναμεν πρὸς συνεργίαν. Ad mutuas operas nati sumus.*

Ἵνα καλλωπίσμενος τοῖς τρωματίοις] Plutarchus *de tranqill. pag.* 465. *C.* adversus Democriti sententiam differens, qâ negotiis abstinere se monet eum, qi vult tranquillè degere. Πρῶτον μὲν, inqit, ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὄντιον ἀπραξίας. οἷον ἀῤῥώστῳ, παραινῶν ἐκάστῳ,

Μέν᾽ ὦ παλαίπωρ᾽ ἀτρέμας σοῖς ἐν δεμνίοις.

Primùm magno nobis emendam facit rem, venalem nimirum inertia, tanqam unicuiqe infirmo præcipiens:

Maneas, miser, qietus in stragulis tuis.

περισέλλων τὸ σαρκίδιον. Versiculus est sumptus ex Evripidis *Oreste*: qo & eodem fine usus est in *lib. de Sene polit.* & *adv. Colot. c.* 8.

Πρὸς τὸ ἥδεσθαι ὧν γέγονας;] Ità *l.* 8. §. 19. Σὺ ὧν πρὸς τί; τὸ ἥδεσθαι; ἴδι, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. *Tu ergo ad qid? nunqid ad oblectandum te? cogita tecum an sensus communis id ferat.* Cicero Offic. *l.* 1. §. 103. *Neqe enim ità generati a natura sumus, ut ad ludum jocúmqe facti esse videamur; sed ad severitatem potiùs, & ad qedam studia graviora atqe majora.* Aristoteles *Ethic. l.* 10. *c.* 6. Ἄτοπόν γε τὸ τέλος εἶναι παιδιάν. καὶ πραγματεύεσθαι τῷ παίζειν χάριν. σπουδάζειν δὲ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἠλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν. παίζειν δ᾽ ὅπως σπουδάζῃ, κατ᾽ Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ. ἀναπαύσει γὰρ ἕοικεν ἡ παιδιά. ἀδυνατοῦσι δὲ συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται. ὁ δὴ τέλος ἡ ἀνάπαυσις. γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. *Absurdum enim est lusum esse finem, & negotiari ludendi caussâ. Seriò autem agere & laborare lusionis caussâ stultum planè ac puerile admodum videtur. Ludere autem ut seriò agat qispiam ex Anacharsidis sententia videtur rectè se habere, qippe cum lusus requiei similis sit. Et cum neqeant homines assidue operari, requie indigent. Non est igitur finis requies: caussâ enim operationis fit.* Et mox: Βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων, καὶ μετὰ παιδιᾶς, καὶ τῷ βελτίονος ἀεὶ καὶ μορίῳ καὶ ἀνθρώπῳ σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν. *Meliora præterea seria & studiosa esse dicimus ridiculis, & iis, qæ cum lusu fiunt. Et melioris semper partis & hominis operationem esse studiosiorem affirmamus.*

Οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια] Gemina his, *l.* 8. §. 19. *infrà* §. 6.

Τὰς μύρμηκας] Ad *formicas* ablegat pigrum inertémqe hominem & Solomon Rex *Proverb. c.* 6. *v.* 6, 7. & Flaccus, *Sat.* 1.

Parvula (nam exemplo est) magni formica laboris,
Ore trahit qodcunqe potest, atqe addit acervo,
Qem struit haud ignara ac non incauta futuri.

Maro item *Æneid. l.* 4. de eisdem;

It nigrum campis agmen, prædámqe per herbas
Convectant calle angusto; pars grandia trudunt
Obnixè frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantqe moras: opere omnis semita fervet.

Aristoteles *hist. animal. l.* 9. *c.* 38. Τῶν δ᾽ ἐντίμων ζώων ἐργατικώτατα, τὰ τῶν μυρμήκων γένος, καὶ τὸ τῶν μελιττῶν. ἡ μὲν οὖν τῶν μυρμήκων ἐργασία πᾶσίν ἐστιν ἐπιπολῆς ἰδεῖν. καὶ ἀεὶ μίαν ἀτραπὸν πάντες βαδίζουσι, καὶ τὴν ἀπόθεσιν τῆς τροφῆς καὶ ταμιείαν. [ποιοῦνται.] ἐργάζονται γὰρ καὶ ταῖς νυξὶ ταῖς παρσελήνοις. *Insectorum officiosissimum genus formicarum & apum est. Jam formicarum negotia omnibus in promptu habentur: atqe eadem semitâ semper ambulant, & cibaria recondunt, & cellas promptuarias faciunt, nec interdiu solùm; sed etiam noctibus plenâ lunâ laborem exercent, nemo est qi non videt.* Naso *Metamorph. l.* 7. *v.* 658.

— parcum genus est patiénsqe laborum,
Qæsitiqe tenax, & qod qæsita reservet.

A Vide Simocatum *Epist.* 61.

Τὰς ἀράχνας] Et de ista Agur ὁ σοφὸς, in *Solom. Proverb. c.* 30. *v.* 27. *Aranea manibus prehendit.* id est, *pedibus*, inqit Junius, *qi utringe ità constituti sunt, ut patula hominum manus, ad tractanda fila, & escam retibus suis deprehendendam.* Plinius *Hist. nat. l.* 11. *c.* 14. *Araneorum natura digna vel præcipuâ admiratione. genus eruditâ operatione conspicuum. orditur telas; tantiqe operis materia uterus ipsius sufficit. tam moderato ungve, tam tereti filo, & tam æqali deducit stamina, ipsò se pondere usus.* Vide qæ sequntur. Aristoteles *hist. animal. l.* 9. *c.* 39. Ὑφαίνει μὲν (τὸ τῶν ἀραχνίων γένος) πρῶτον μὲν διατείναν πρὸς τὰ πέρατα πανταχόθεν. εἶτα σημανίζεται ἀπὸ τοῦ μέσου. λαμβάνει δὲ τὸ μέσον ἰκανῶς. ἐπὶ δὲ τούτοις ὥσπερ κρόκας ἐμβάλλει. εἶτα συνυφαίνει. *Texit enim, primum filis qoqoversus distendens in orbem, tum stamina ducens, initio à medio accepto: nec insciter medium ipsum accipit: deinde subtegmina infert atqe stipat, &c.*

Τὰς μελίσσας] Plinius *Hist. lib.* 11. *c.* 5. *Apibus principatus, & præcipua admiratio. mella contrahunt: favos confingunt, & ceras: ad usus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, consilia privatim, ac duces gregatim: & qod maximè mirum sit, mores habent: nihil novere nisi commune.* Ἔστι δὲ περὶ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν καὶ τὸν βίον πολλὴ ποικιλία. *Perqam varia in earum operatione & vita ratio est.* Aristoteles *hist. animal. l.* 9. *c.* 40. Qem igitur vide sis ibi. Sed & Maronem *Georg. l.* 4. canentem,

qâ illa — arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.

qi & *Æn. l.* 1. de Tyriis colonis urbem sibi condentibus.

Qalis apes æstate novâ per florea rura
Exercet sub sole labor, cùm gentis adultos
Educunt fætus, avt cùm liqentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas;
Avt onera excipiunt venientùm; avt agmine facto,
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:
Fervet opus; redolétqe thymo fragrantia mella.

Τὸν καθ᾽ αὑτὰς συγκοσμοῦσας κόσμον] κόσμῳ hîc Marco *constitutio*. prout Hesychio κόσμῳ, κατάστασις sive *politia*, qomodo apud Thucydidem Scholiastes κόσμον exponit πολιτείαν. Alio sensu Aristoteles, citante Galeno *de usu part. l.* 1. dixit, ἅπαντα τὰ ζῶα κεκοσμῆσθαι τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον. Verùm Marcus κόσμῳ vocabulum videtur eo libentiùs usurpâsse, qasi non homo tantùm μικρός τις κόσμος existat, sed & animalcula illa μικρὸν κόσμον τινὰ, avt mundi saltem icunculam qandam, non politiam duntaxat, apud se habeant, qam & illa pro suo ingenio moduloqe excolant. ut τὸν καθ᾽ αὑτὰς κόσμον συγκοσμῶσι, sit accingere se ad *mundi* partem eam, qæ ipsis assignatur, qasi mundandam, id est, excolendam, qicqid in ipsis est, & ab ipsis exigitur, ad eum exornandum ac perficiendum, qasi mutuâ qadam conspiratione præstare contendentes. ità *l.* 7. §. 48. Τὸ παμμιγές, καὶ τὸ ἐξ ἐναντίων συγκοσμούμενον. *Miscellam omnigenam, mundúmqe ex rebus contrariis conflatum & instructum.* potest & reddi, *ordinem suum*, sive qi est illis attributus, cunctis operis excolentes. nam & in ea significatione ὁ κόσμος usurpatur. Sed priùs illud arridet magis. qia relationem respectúmqe, qem ad universi naturam res qæqe habent, Marcus passim inculcat. istò Xylander inclinat. illò Casavbonus. sic *infrà* §. 8. τῷ ὑπ᾽ αὐτῆς διοικουμένῳ κατάλληλον, κόσμῳ scilicet. *qod non ei mundo, qi ab ipsa administratur, congruens exsistat.*

Τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν] alioqi nec homo qidem, hominis saltem nomine dignus, futurus. Marcus *infrà l.* 10. §. 8. Ἕτερα τὴν μὲν συκῆν, τὰ συκῆς ποιοῦντα. τὸν δὲ κύνα, τὰ κυνός. τὴν δὲ μέλισσαν, τὰ μελίσσης. τὸν δὲ ἄνθρωπον, τὰ ἀνθρώπου. *Et ficum esse qa ea qa ficus sunt facit; canem qa canis; apem qa apis; & hominem pariter qi qa hominis.* Vide & *l.* 6. §. 33. Aristoteles *Ethic. lib.* 10. *cap.* 6. Ἑκάστῳ δὲ ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν

ἐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ σὴν φύσιν ; ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι. δεῖ. ἔδωκε γὰ τέτῳ μέτρα ἡ φύσις. ἔδωκε μὲν τοι καὶ ϛ ἐσθίειν, καὶ πίνειν. καὶ ὅμως σὺ, ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρκοῦντα μοχθεῖς.
a Inf. §. 31. a ἐν ταῖς πραξέσι ἢ ἐκ ἔτι, ἀλλ' ἑπὸς ϛ δυνα-
ϛ. ἐ καὶ φιλεῖς σεαυτόν. ἐπεί τοι καὶ b τὴν φύ-
b L. 8. §. 26.
c L. 4. §. 49. σιν ἄν σε, καὶ c τὸ βέλτιμα τέτης ἠφίλεις.
d L. 4. §. 31. ἄλλοι τι d πᾶς τέχνας ἑαυτῶν φιλεῖτες, συγκατα-
l. 11. §. 5. τείνᾳ πᾶς καὶ' αὐτὰς ἔργοις, ἄλετοι καὶ ἄσιτοι.

tuæ convenit ? At qiete qoqe opus est, inqis. Est fateor ; sed qiescendi modum etiam natura præscripsit. præscripsit & edendi atqe bibendi. tu verò ultra modum, ultra id qod sufficit, in istis procedis. cæterùm in agendo secùs te geris intra id qod poteras, contines te. etenim verè temet non diligis. alioqi naturam tuam, qæqe illa vult, diligeres. siqidem artes suas qi diligunt artifices, earundem operibus etiam intabescunt, illuvie inediâqe

affecti.

ANNOTATIONES.

ἔξη αἰρετωτάτη ἐνέργεια. *Atqe ea maximè expetenda operatio* A *est unicuiqe, qa ex habitu est proprio.*

Ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι] Πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδύνατα συνεχῶς ἐνεργεῖν. *Omnia enim humana ad assidùe operandum imbecillia sunt.* Aristoteles *ethic. lib.* 10. *cap.* 4. & *ibidem c.* 6. Ἀδυνατοῦντες ἓν συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύτεως δέονται. *Et cum neqeant homines assidùe operari, reqie indigent.* Et *politic. l.* 8. *c.* 3. Ὁ γὰρ πονῶν δεῖται ἀναπαύσεως. διὰ τέτο δεῖ εἰσάγεσθαι καιροφυλακτοῦντας τὴν χρῆσιν, ὡς προσάγοντας φαρμακείας χάριν. *Qi laborat, indiget relaxatione. Propterea oportet jocum adhibere, qi tanqam medicinam eo tempore adferat.* Hinc festivum illud Democriti, à Stobæo, relatum, *tom.* 2. *tit.* 16. Βίᾳ ἀνέσεως, μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος. *Vita sine feriis, via longa absqe diversoriis.* Seneca *Epist.* 3. *Inter se ista miscenda sunt ; qiescenti agendum ; agenti qiescendum est. Cum rerum natura deliberat, illa dicet tibi, se diem fecisse noctem.* Vide *ad l.* 4. §. 26 :

Ἔδωκε γὰ τέτῳ μέτρα ἡ φύσις] Rectè Hieronymus. *Potes hoc facere : sed non est hoc opus tuum.* Cicero *Offic. l.* 1. §. 103. *Ludo autem & joco, uti illis qidem licet : sed sicut somno, & qietibus cæteris, tum cùm gravibus seriisqe rebus satisfecerimus.* Dio in *chriis*, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 34. Τῷ γελοίῳ, καθάπερ ἁλὶ, περιεσμένως δεῖ χρῆσθαι, *Ridiculo sermone, tanqam sale, parcè utendum est.* Aristoteles *ethic. l.* 9. *c.* 10. Οἱ πρὸς ἡδονὴν ὀρεκτὸν ὀλίγοι, ὥσπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα. *Qi item voluptatis cavssâ amant, pauci sufficiunt : non secus atque in edulio condimentum.* Vide *ad l.* 4. §. 21. E nostris Gabriel Barelet. in *qadrages. hebd.* 4. *serm.* 2. *Delectatio ad vitam, ut sal ad cibum. peccant mulieres, cùm jusculà nimis condiunt sale.* Et Thomas Aqinas *Sum. part.* 2a. 2æ. *q.* 168. *a.* 4. *Parum de delectatione sufficit ad vitam pro condimento ; sicut parum de sale sufficit in cibo.* Huc Dionysii Sophistæ illud : Χρὴ τῷ μέλιτος ἀκρῷ δακτύλῳ, ἀλλὰ μὴ κοιλῇ χειρὶ γεύεσθαι. *Mel summo digito & non concavâ manu prælibare opus esse.* Philostratus *vit. Sophist. l.* 1. Flaccus *Sat.* 1.

Est modus in rebus ; sunt certi deniqe fines,
Qos ultra citràqe neqit consistere rectum.
Nec lusisse pudet ; sed non incidere lusum.

Idem *Epist.* 14. Ἡ φύσις ὥσπερ ἄρας ἑαυτῇ καὶ τοῖς πράγμασι τέθεικε. καὶ δεῖ τοι ἄρισα ζῆν ἐθέλοντα τὴν τῶν δὶ γινῶσιν θηρᾶν τε καὶ φιλεῖν, καὶ ζῆν ἐθέλειν ἐντὸς τῶν ὅρων. *Natura sibi & rebus terminos posuit, & oportet illum qi optimam vult vitam vivere, illarum notitiam indagare & amera, & intra illos velle vivere.* Manuel Palæologus *ad fil. præcept.* §. 40. Et Porphyrius *de abstinent. l.* 1. §. 54. Ἀορισεῖν γὰρ ἀδαμῶ δεῖ, ἀλλ' ἔχεσθαι ὅρα καὶ μέτρε ἐν τοῖς τοιέτοις. *Neqaqam enim infinitum oportet esse, sed ut ejusmodi rebus terminis qibusdam & mensurâ contineri.* Optimè Seneca *Epist.* 114. *Alter se plus justò colit, alter se plus justò negligit. tam hunc dicam peccare, qàm illum.*

Ὑπὲρ τὰ μέτρα] Casavbonus *ad Athen. l.* 3. *c.* 29. *Vetus dictum est, non oportere ἡδύσμασι uti cev ἐδέσματι. hoc est, scitamentis tanqam eduliis uti.* Nec illud minùs vulgatum, *Non esse medicamenta alimentorum instar adhibenda.* Siqidem τὰ φάρμακα, τὰ κηφίζοντα τὰς νόσες, ἐπιτρίβει καὶ λυμαίνεται τὰς ὑγιαινόντας. *Medicamenta qa sublevant ægrotos, ladunt & divexant sanos.* Plutarchus *adv. Epicur. pag.* 1106. *C.* Itaqe Alcidamantem notat Aristoteles *rhetor. l.* 3. *c.* 3. Οὐχ ὡς ἡδύσματι χρησάμενον, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι, τοῖς ἐπιθέτοις. *Non ut condimentis utentem epithetis, sed ut cibis.* Damnátqe Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 294. *B.* τὴν σκευασίαν τροφῆς, ὡς μὴ καλὴν, τὴν πλείω τῶν τρεφόντων ἔχεσαν τὰ ἡδύσματα. *Cibi apparatum, non honestum, qi plura habet condimenta, qàm ea, qa nutriunt.* hoc est, in qa πλέον ἡδύσματος ἢ ἐδέσματος existit. de lusu ac qiete, qæ sunt vitæ operisqe condimenta, & lassitudinis indè contractæ avt oborientis saltem medicamenta qædam, idem dictum fuerit.

Οὐ γὰρ φιλεῖς σεαυτόν.] Revera improbus nemo se verè amat. Ità (τὸ δὴ λεγόμενον, παράδοξον μὲν, ὰ παράλογον δὲ. *Admirabile qidem, non tamen absurdum esse qod dicitur.* uti Cleanthes apud Arrianum *Dissert. l.* 4. *c.* 1.) malus qivis cum primis φίλαυτος est, qod Plato docet *de leg. l.* 5. nec est verè φίλαυτος tamen. Siqidem, qod Græci interpretes habent, *Psal.* 11. *v.* 5. Ὁ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτῆ ψυχήν. Et qod Rex sapientissimus *Parœm. c.* 8. *v.* 36. οἱ μισῶντες τὴν σοφίαν, ἀγαπῶσι θάνατον. *Qi diligit iniqitatem, odit animam suam ; qiqe odit sapientiam, diligit mortem.* Atqi, ut Clemens *pædag. l.* 3. *c.* 11. Πῶς σεαυτὸν ἀγαπᾷς, οἱ μὴ φιλοζωεῖς ; *Qomodo se amas, qi vivere non diligis?* Optimè Avgustinus *in Joan. tract.* 78. *Impius & diligere se dicitur, qoniam iniqitatem, qâ iniqus est, diligit. & idem rursus odisse se dicitur, qoniam qod ei nocet, hoc diligit. odit ergò in se naturam, diligit vitium.* Ità, qod *affectu* (sed pravo) *amor est, effectu* (& hoc vero) *odium est.* Bernardus *de convers. c.* 4. Deniqe, qòd Marcus illic, Non se amat, qi non amat bonum suum. bonum avtem hominis est in bonis actibus versari. *lib.* 5. extremo.

Τὰς τέχνας ἑαυτῶν φιλοῦντες] Epictetus *l.* 2. *c.* 22. Περὶ ἃ B τις ἐσπούδακε, φιλεῖ ταῦτα. *Qibus qisqe rebus studet, eas amat.* Et Theodoretus *therap. lib.* 6. *Tom.* IV. *pag.* 572. *B.* Ὁ χειροτέχνης ἀγαπᾷ τὴν τέχνην, καὶ τὰς πόνες οἷς συγκεκλήρωται. *Manu artem qi tractat amat artem, & labores, qibus addictus est.* Canus tibicen (referente Plutarcho *lib. de sene polit. pag.* 786. *C.*) dicere solebat, ἀγωνεῖν ἀνθρώπες, ὅσῳ μᾶλλον αὐτὸν αὐλῶν, ἢ ἑτέρες ἡφραίνει. λαμβάνειν γὰρ ἂν μισθὸν, ὃ δίδοναι, τῷ ἀκέειν ἐθέλοντας. *Nescire homines, qanto seipsum magis qàm alios delectaret canens, aliqam avdire volentes mercedem non daturos ipsi, sed exacturos.* Qin & Evdoxus Mathematicus, eodem avtore in *Comment. adv. vitam Epicur. pag.* C 1094. *A.* Ἔνυκτο, παρασὰς τῷ ἡλίῳ, καὶ καταμαθὼν τὸ σχῆμα τᾶ ἄστρε, καὶ τὰ μέγεθος, καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων, καταφλεγῆναι. *Voluit Phaethontis more conburi, eâ lege, ut sibi ante liceret ad solem adstanti figuram, & magnitudinem, formámqe astri perdiscere.*

Συγκατατήκονται τοῖς κατ' αὐτὰς ἔργοις] Hoc est qod Evripides, in periocha illa toties lavdata, toties decantata, apud Platonem in *Gorg.* & in *Alcib.* 2. Aristotelem *rhet. l.* 1. *c.* 11. & *problem. l.* 18. *q.* 6. Plutarchum *de garrul.* & *Sympos. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 2. *c.* 1. Gellium *noct. Attic. l.* 10. *c.* 22.

— λαμπρὸς ὢν
Τέτῳ 'σθ' ἅπας, κἀτὶ τᾶτ' ἐπείγεται, D
Νέμων τὸ πλεῖσται ἡμέρας τᾷδ' ᾧ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτῷ τυγχάνει * βέλτιτος ὤν. * *al.* κράτιτος.
Hac re triumphat qisqe, in hanc inistitur,
In hac diei maximam partem terit,
In qa ipse sibi visus maximè se excellere.

ità malim qàm cum Grotio in *excerptis*, qi τυγχάνῃ, legit,

Ut ipse sese evadat excellentior.

siqidem eam mentem avtoris fuisse, ex antiqis illis, qi lavdârunt, scriptoribus, penitiùs intuenti liqebit. qanqam nec inficior παῤῥᾶτι licere, eò etiam leviter immurando, qod & qidam ex eis qos citavimus fecerunt, non inconcinnè detorqere. Qod avtem συγκατατήκεσθαι Marcus hîc dixit, idem προσπεπόνηκα freqentiùs dici solet, pro studio alicui ità esse addictum, non tantùm ut ab eo avelli qis neqeat, sed ut in eo etiam enixiùs & obstinatiùs *perseqendo*, consumat & qasi *tabefaciat* sese. Synesius *de Calvit. pag.* 66. Δακτύλοι δὲ ὅτοι σκαφίοι καὶ προβολίοις ἀντὶ καλάμων τετριφθαι. εἰ μὲ κάλαμοι λίγοις ἀντὶ τᾶ γραφίου τὸ ἐν βίλοι. τέτῳ γὰρ ἐδὲν θαυμασὸν, εἰ καὶ προσπέπωκε. *Digitique hi nostri scaphiis ac venabulis potiùs qàm calamo attriti sunt, nisi pro scriptorio fortè calamo jaculi nostri arundinem velis usurpare, cui tractanda omninò eos intabuisse mirum non est.* Vide *l.* 10. §. 23. μᾶλλον προσπεπόνηκός. sed & συνδεδηκέναι eodem sensu dictum Evripidi ab Aristotele lavdato *Ethic. Eudem. lib.* 7. *cap.* 2. & 5. & *magn. lib.* 2. *cap.* 11.

Κακὸς κακῷ δὲ συνδέδηκεν ἡδονῇ.
Malus malo lubentiâ colligitur.

hoc est, qod Lycorin suam affatus Gallus apud Maronem *Eclog. ult.*

— *hîc ipso tecum consumerer ævo.*

Aliud est qod Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 524. *C.* de muliere conjugata, Πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ, ἥτις ἀνδρὶ συνδέδηκε, σωφρονεῖν ἐπίσαται. *Qavis enim bona mulier, qa viro adhæret, scit esse temperans.* Expressit eleganter, qod Moses *l.* 1. *c.* 2. *v.* 24. דבק Matth. *c.* 19. *v.* 5. & Paulus *ad Ephes. c.* 5. *v.* 31. προσκολλᾶσθαι, *agglutinabitur* dixit.

Ἄλυσοι καὶ ἄσιτοι] De Niciâ pictore Plutarchus in *Comment. adv. vitam Epicur. pag.* 1093. *D.* Οἱ φιλογραφοῦντες ὕτως ἄγονται τῇ πιθανότητι τῶν ἔργων, ὥστε Νικίαν γράφοντα τὴν Νέκυαν, ἐρωτᾶν πολλάκις τὰς αἰκείας, εἰ ἤδη κεῖται. *Picturæ dediti adeo suorum operum afficiuntur specie, ut Nicias pictu-*

affecti. tu verò naturam tuam minoris æstimas, qàm tornator tornaturam, avt histrio histrioniam, avt avarus argentum, avt ambitiosus gloriolam. & isti enim, ubi rebus hisce addicti fuerint, nec cibum, nec somnum capere magis expetunt, qàm ista, ad quæ tam enixè feruntur, promovere: cùm tibi actiones societatem humanam spectantes sordeant magis, qàm ut pari industriâ dignæ censeantur.

§. 2. Qàm facile est imaginationem omnem vel turbulentam vel inconvenientem ità amoliri & abstergere, ut in summa statim tranquillitate consistas?

§. 3. Nullum avt sermonem avt actionem indignum te censeas, qi naturæ fuerit consentaneus. neque

σὺ τὴν φύσιν τὴν σαυτῦ ἐλάσσων ἡμᾶς, ἢ ὁ πορνοτὴς τὴν πορνοτικὴν, ἢ ὁ ὀρχηστὴς τὴν ὀρχηστικὴν, ἢ ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον, ἢ ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον. καὶ ὅτι, ὅταν [a] περισπασθῶσιν, ὅτι φαγεῖν, ὅτι κοιμηθῆναι θέλουσι μᾶλλον, ἢ ταῦτα συνάυξειν πρὸς ἃ φέρουν). οἷ δ' οὐ κοινωνικὴ πρόοδος ἀτελεστέρα φαίνον), καὶ ἧσσον σπουδῆς ἄξια;

§. 2. Ὡς ῥᾴδιον, [b] ἀπαίσασθαι καὶ [c] ἀπαλεῖψαι πᾶσαν φαντασίαν τὴν ὀχληρὰν, ἢ ἀνοίκειον, καὶ εὐθὺς ἐν πάσῃ γαλήνῃ εἶναι;

§. 3. [e] Ἄξιον ἑαυτὸν κρίνε παντὸς λόγου καὶ ἔργου τοῦ κατὰ φύσιν. καὶ [f] μή σε παρέποτω ἡ

* ἐπι-

a L. 12. §. 3.

b L. 4. §. 3. l. 8. §. 47. l. 12. §. 22. 25.

c L. 7. §. 29. l. 11. §. 16. 19.

d L. 7. §. 33. l. 12. §. 22.

e L. 11. §. 16 l. 12. §. 17.

f L. 1. §. 16. l. 4. §. 15. l. 6. §. 2.

ANNOTATIONES.

pingens Nocyam sapè è servis quæsierit, prævisúne esset. Idémque *lib. de sene polit. pag.* 786. *B.* Νικίας ὁ ζωγράφος ἥτιας ἐχαιρε ταῖς τῶς τέχνης ἔργοις, ὥστε τὰς οἰκέτας ἡρωΐδας πολλάκις, εἰ λάθοιεν καὶ ἀρίστησεν. *Nicias pictor ita artis suæ operibus gavisus est, ut saponumero è servis quæsierit: lavúne, prævisúne sim.* Meminit & Stobæus *tom.* 2. *tit.* 29. De Archimede Plutarchus idem in *quod contr. Epicur. Comment. pag.* 1094. *B.* Ἀρχιμήδην δὲ βίᾳ τῶν διαγραμμάτων ἀποσπῶντες συνήλεφον οἱ Θεράποντες. Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς καιλίας ἔγραφε τὰ σχήματα σλεγγίδι. *Archimedem à descriptionibus geometricis vi avulsum servi unxerunt: ille interim strigili lineas in ventre ducebat* Idémque *de sene polit. pag.* 786. *B.* Ἀρχιμήδην δὲ τῇ σανίδι προσκείμενον ἀποσπῶντες βίᾳ, καὶ ἀποδύοντες, ἤλειφον οἱ Θεράποντες. ὁ δὲ ἐπὶ τῷ σώματος ἀλλοιωμένῳ διέγραφε τὰ σχήματα. *Archimedem vi à tabula, cui inhærebat, avellentes atque vestibus exuentes unxerunt famuli, ille autem in uncto corpore figuras geometricas pinxit.* Et in *vit. Marcel. pag.* 307. *E.* Οὐκοῦν δεῖ ἀπιστῆσαι τοῖς περὶ αὐτῦ λεγομένοις εἶναι, ὡς ὑπ' οἰκείας δή τινος καὶ συνοίκου θελγόμενος ἀεὶ σειρῆνος, ἐλάνθανε καὶ σίτου καὶ θεραπείας σώματος ἐξέλειπεν. βίᾳ δὲ πολλάκις ἀλειφόμενος ἐπ' ἄλειμμα, καὶ λιπαρὸν, ἐν ταῖς ἐσχάραις ὑγραίνων σχήματα τῶν γεωμετρικῶν, καὶ τῷ σώματος ἀλλοιωμένῳ διὰ τῦ γραμμὸς ἀλλοιούμενος διέγραφε τῷ δεκτύλῳ γραμμὰς, ὑπὸ ἡδονῆς μεγάλης κάτοχος ὢν καὶ μεσόληπτος ἀληθῶς. *Quare non sunt rejicienda illa quæ de eo feruntur, à suâ quadam & familiari Archimedem perpetuò demulcentem Sirene, & cibi oblivisci, & corporis curam relinquere solitum: quinque raperetur subinde invitus ad ungendum corpus, & ad balneum, in foco figuras geometricas curare: & dum ungeretur, ducere digito lineas; tantâ illum dulcedine artis captum, & revera inflammatum fuisse.* De Carneade Philosopho gemina refert Valerius Maximus *l.* 8. *c.* 7. *Carneades laboriosus & diuturnus sapientiæ miles; siquidem nonaginta explevit annos, idem illi vivendi & philosophandi finis fuit; ità se mirificum doctrinæ operibus addixerat, ut cùm cibi capiendi causſâ recubuisset, cogitationibus inhæreus, manum ad mensam perrigere oblivisceretur: sed eum Melissa, quam uxoris loco habebat, temperato inter studia non interpellandi, sed inedia succurrendi officio, dexteram suam necessariis usibus aptabat.* Nec tacendum, qia istûc qàm maximè facit artis operi immortui Archimedis illius fatum, de qo Marcellus in obsidione Syracusana, ejus operâ machinisque ad miraculum stupendis impeditus diu frustratúsque exclamavit; Οὐ πανσόμεθα πρὸς τὸν γεωμετρικὸν τῦτον Βριάρεω πολεμοῦντες; ὃς τὰς μὲν ναῦς ἡμῶν καθίζων πρὸς τὴν θάλασσαν, πολὺν μεθ' ἑαυτῦ σίσχυλον ἐκβέβληκεν. τὰς δὲ μυθικὰς ἐκατόγχειρας ὑπερφέρει, τοσαῦτα βάλλων ἅμα βέλη καθ' ἡμῶν. *Quid nos? perginúsne cum hoc geometrico pugnare Briareo, qi oppugnatorem navalem nostram ad mare desidens fœdè elusit? Ne ille quidem fabulosos Centimanos superat, qi tantam vim in nos uno tempore ingessit telorum.* Plutarchus in *Marcell. p.* 307. *A.* Τῷ γὰρ ὄντι πάντες οἱ λοιποὶ Συρακούσιοι σῶμα τῆς Ἀρχιμήδους παρατιθῦσι ἦσαν. ἡ δὲ κινῦσα πάλαι καὶ τρέφουσα, ψυχὴ μία, &c. *Ex omnium reliqui Syracusani corpus Archimedis apparatus omnes erant quem moverat omnem & torquebat anima una.* Idem *ibidem B.* Perruptis siquidem tandem per vim Syracusis, dum artis studiis suæ nimiopere intentus persistit, nec hostem urbis compotem factum advertit, & à milite gregario occisus perhibetur. Plutarchus *Marcel. pag.* 308. *E.* Ἔτυχε μὲν γὰρ αὐτός τι καθ' ἑαυτὸν ἀνασκοπῶν ἐπὶ διαγράμματος. καὶ τῇ διανοίᾳ δεδεκὼς ὅλην τὴν θεωρίαν καὶ τὴν προσοψιν, ἠ προῆτο τὴν καλλονὴν τῶν Ῥωμαίων, οὐδὲ τὴν ἄλωσιν τῆς πόλεως. ἄφνω δὲ ἐπιστὰς αὐτῷ στρατιώτης καὶ κελεύσας ἀκολυθεῖν πρὸς Μάρκελλον, ὡς ἐβούλετο πρὶν ἢ τελέσαι τὸ πρόβλημα καὶ πορίσασθαι τὸ ζῆτύμενον ἀτελὲς καὶ ἀθεώρητον. τὸν δὲ ἀ φροντίσαντα διαχρήσασθαι. *Erat ille tum mente intentus formis: quæ autem in eam cogitationem non animum modo, sed & oculos defixisset, non senserat discursum Romanorum, neque captam urbem. Cui quum ex improviso supervenisset miles, qi secum jussit ad Marcellum, noluit prius-*

quam absolvisset propositionem & adaptasset ad demonstrationem: ita iratus miles stricto gladio Archimedem confodit. Alii avectores sunt, intercurrentem Romanum illico ensem intentasse ei ad necem districtum: illum verò ut respexit, orasse obnixè ut paulisper sustineret, ne quod investigabat relinqueret manus absolutum & rude, sed militem, nihil ea re motum, eum trucidavisse. Livius *hist. l.* 25. *Archimedem memoriæ prodituin est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu dirigientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite qis esset, interfectum.* Valerius Maximus *l.* 8. *c.* 7. *Dum animo & oculis in terram defixis formas describit, militi, qi prædandi gratiâ domum irruperat, strictoque super caput gladio, qisnam esset interrogabat, nomen suum indicare non potuit. sed protracto manibus pulvere, Noli, inqit, obsecro istum disturbare: ac proinde quasi negligens imperii Victoris, obtruncatus, sanguine suo artis suæ lineamenta confudit.* Cicero *de finib. l.* 5. §. 50. *Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qi dum in pulvere quædam describit, nè patriam qidem captam esse senserit?* De manuariis artificibus Libanius *Orat.* 31. Αἱ μὲν δὴ χειρουργοὶ τέχναι, εἴτε ἄλλαι, καὶ αἱ τῶν χαλκέων ἐλαύνοντες, ἄργυροί τε αὐτοὶ, καὶ ἀργυρίας, οἷς προσήκουσι ἄυλοι. διώντες μὲν ὕπνου, φεύγοντες δὲ ὃ λίαν ἐπιθυμοῦσι. *Artes quidem certè opificum, cum aliæ, tum earum, qi æra ducunt, artifices amant pervigiles, & qi insomnia avectores sunt affinibus: sitientes quidem somnum: fugientes tamen quod valdè expetunt.* De viro itidem contemplationibus divinis dedito Basilius Cæsar. *Epist.* 1. *pag.* 783. *B.* Ἐκείνῳ τῷ καλλα στριλαμπόμενος, καὶ ἁλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς φύσεως λάθων λαμβάνει, μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος. *Qo sit undique illo decore illustratus intellectus, atque supernè illuminatus, natura quoque ipsius oblivione capiatur, nec ad cibi jam curam demittat animam, nec ad amictus anxietatem.*

Ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον] οἱ κερδαίνοντες ἢ πασιῶσιν, ut Plutarchus *de san. polit.* qi pecuniis numerandis lucrandisque nunquam defatigatos se sentiunt.

Ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον] Themistocles post Miltiadis pugnam, victoriámque Marathoniam, ὐκ ἐᾷ με καθεύδειν, ὐδὲ ἡσυχάζειν, ὁ Μιλτιάδης τρόπαιον. *Non sinit dormire me avt socordem esse Miltiadis tropæum.* Plutarchus in *apophth.* 38. & in *Thes. p.* 3. *E.*

Ὅταν περισπασθῶσι] *cùm vehementiùs istis addicti fuerint.* Vide *ad l.* 12. §. 3.

Ὅτι φαγεῖν, ὅτι κοιμηθῆναι] Ità Diotima Socrati in *Platonis Sympos. p.* 1119. *E.* Τὸς καλὸς ὁρῶν ἐκπέπληξαι, καὶ ἔτιμας εἰ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὁρῶντες τὸ παιδικὸ, καὶ ἔχοντες ἀεὶ παρ' αὐτῷ, εἴ πως οἷόν τ' ἦν, μήτ' ἐσθίειν, μήτε πίνειν, ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι. *Pulcros & tu & alii multi dum spectatis, nimium obstupescitis, & si fieri posset, elegeretis inter illos semper cibo potuque neglecto versari.* De aleatoribus gemina Libanius *Orat.* 31. Τίς πώποτε οἰκέτην ὕπνου ἀνάγκασεν ἀγρυπνῆσαι, ὡς ἐκεῖνο τὸ ἀβρώσυμα τὺς κεκυφότας τε καὶ μαχομένους ἀπεργάσεται ὕπνω, πᾶσι μὲν ἀγορᾶς ἀμελεῖν, πᾶσι δὲ λυτρῶν ὑπερορᾶν ἤδη δέ τι καὶ τροφῆς αὐτῆς. συνείρυσι γὰρ οἱ φιλόκυβοι νύκτας ἡμέραις ἄσιτοι καὶ ἄποτοι. καὶ ἡδονῆς ἡδονὴ περίεισι. *Quis unquam famulum ita vigilare coegit, ut morbus ille obstipos & digladiantes sopore privavit; forum spernere suadens, & balnea despicere, interdum etiam cibum ipsum flocci pendere. Aleatorum enim amatores noctes diebus contexunt jejuni, & sine potu sicci, & voluptati voluptas supereſt.*

§. 2. Ὡς ἴυκολον ἀπώσασθαι καὶ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν φαντασίαν] Vide *l.* 7. §. 29. & *l.* 8. §. 29, 47. & *l.* 11. §. 16, 19. & *l.* 12. §. 25.

Ἐν πάτῃ γαλήνῃ εἶναι] ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκρον γαλήνη, *sicut promontorium prætervecto tranquillitas*, ut est, *lib.* 12. §. 22.

§. 3. Μή σε παρεποτω] *Neque te avertat* Xylander. vel *seducat*. ut sit idem τὸ παρασεῦν, qod τὸ παραπεῦσαι, καὶ ἁπεραπεῦσαι. atque ità Homerus usurpavit *Il. a. v.* 555. ubi Jovi Juno.

* ἐπικωλύσα Jun. * ψόγος Jun. a L.12.§.17. * al. n. b Inf.§.25. l.8.§.56. c L.7.§.55. d L.8.§.57. l.10.§.11. e L.6.§.14. 16.l.9.§.2. f L.4.§.4. 21.l.6.§.15. l.7.§.50. g L.2.§.2. h L.10.§.26. i L.10.§.7. k L.7.§.52. 67.l.8.§.8. l L.8.§.29. l.9.§.11.l.10.§.32. m L.1.§.16. n L.1.§.5. * -ση.

* ἐπακολυθῆσά τινων μέμψις ἢ * λόγος. ἀλλὰ [a] * ἐκαλὸν πεπεῖχθαι, ἢ εἰρῆσθαι, μὴ σεαυτὸν ἀπαίξῃς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, [b] ἴδιον ἡγεμονικὸν ἔχουσι, καὶ ἰδίαν ὁρμὴν χρῶνται. [c] ἃ σὺ μὴ προσβλέπε, ἀλλ' [d] εὐθεῖαν πέραινε, [e] ἀκολυθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ. μία ἡ ἀμφοτέρων τούτων ἡ ὁδός.

§. 4. Πορεύομαι δὴ τῷ τῆς φύσιν, μέχρι πεσὼν ἀναπαύσωμαι, [f] ἐναποπνεύσας μὲν τούτῳ, [g] ἐξ οὗ καθ' ἡμέραν ἀναπνέω, πεσὼν δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐξ οὗ καὶ [h] τὸ σπερμάτιον ὁ πατήρ μου συνέλεξε, καὶ τὸ αἱματάριον ἡ μήτηρ, καὶ τὸ γαλάκτιον ἡ τροφὸς, [i] ἐξ οὗ καθ' ἡμέραν τοσούτοις ἔτεσι βόσκομαι, καὶ διεδεύομαι, ὁ φέρων με πολλὰ, καὶ εἰς τοσαῦτα ἀποχρώμενον ἑαυτῷ.

§. 5. [k] Δεμούτητά σε οὐκ ἔχουσι θαυμάσαι; ἔσω. ἀλλὰ ἕτερα πολλὰ, ἐφ' οἷς οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, εἰ γὰρ πέφυκα. ἐκεῖνα ἂν παρέχοι, [l] ἅπερ ὅλαι εἰσὶ ἕνσι, τὸ ἀκίβδηλον, τὸ σεμνὸν, τὸ [m] φερέπονον, τὸ ἀφιλήδονον, τὸ ἀμεμψίμοιρον, τὸ [n] ὀλιγοδεὲς, τὸ εὐμενὲς, τὸ ἐλεύθερον, τὸ ἀπέρασσον, τὸ ἀφλύαρον, τὸ μεγαλεῖον. οὐκ αἰσθάνῃ, * πόσα ἤδη παρέχεσθαι δυνάμενον, ἐφ' οἷς ἡδέμια ἀφυΐας καὶ ἀνεπιτηδειότητος ἢ ἀμαθείας τινὸς μέμψις ἢ ψόγος ἐπάγεται; εἰ μὴ ἄρα ἐν τούτοις ἅπασιν ἐπιτιμητέον σεαυτῷ, ὅτι οὐ πρὸ πολλοῦ ἐποίησας τὰ τοιαῦτα πάντα ἐπισκοπεῖν καὶ διακρίνειν, ἃ ἐπὶ τῇ διανοίᾳ σου κεῖται, καὶ μὴ ἔτι ἀπαιτεῖς τὴν ἐπὶ μέρους εὐφημίαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ἣν οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐπιτυχεῖν.

avertat ab eo te, qæ ſeqi poſſit, qorumlibet hominum reprehenſio avt vituperatio. ſed ſi dictu factúve honeſtum fuerit, indignum te nè exiſtimes. habent enim illi mentem propriam, proprióqe ducuntur impulſu: qæ tu noli attendere, ſed rectâ perge, naturæ tum propriæ, tum & communi obſecutus. eadem enim eſt harum utriuſqe via.

§.4. Per ea qæ naturæ ſunt conſentanea incedo, donec occumbens tandem conqieſcam, eô expirando, unde ſpiritum qotidie havrio, eóqe recidendo, unde & ſeminium mei pater, & ſangvinem mater & lac nutrix collegit; unde qotidianum per tot annos cibum potúmqe accepi; qod calcantem, & ad tam varios uſus eo abutentem me ſuſtinuit.

§.5. Acumen tibi non eſt, qod ſit admirationi cuiqam. multa tamen ſunt alia, de qibus dicere neqeas, non eſſe te ad ea aptum natum. hæc itaqe præſta, qæ in te omnino ſunt ſita, animum ſincerum, gravem, laborum tolerantem, voluptatum abſtinentem, ſorte contentum, pavcorum indigum, mitem, liberum, luxu alienum, ſerium, ſublimem, an non intelligis qàm multa præſtare cùm jam poſſis, ad qæ inhabilitatis naturalis avt ineptitudinis

ANNOTATIONES.

Νῦν δ' ἀγνῶς δείδοικα καὶ φρένα, μή σε παρείπῃ
Ἀργυρόπεζα Θέτις.
Nunc avtem valdè timeo in mente, ne te ſeducat
Argenteos pedes habens Thetis.

Ἐπακολυθῆσα] *Conſeqentes* Xylander & Caſavbonus. at D. Junius ἐπικωλύσα legi mavult, *prohibentes*. utrumvis conſtare poteſt.

Μέμψις] Seneca *Epiſt.* 81. *Si gratum eſſe non licebit, niſi ut videar ingratus; ſi reddere beneficium non aliter qàm per ſpeciem injuriæ, potero; æqiſſimo animo ad honeſtum conſilium, per mediam infamiam tendam. Nemo mihi videtur pluris æſtimare virtutem, nemo illi eſſe magis devotus, qàm qi boni viri famam perdidit, nè conſcientiam perderet.* & *Epiſt.* 113. *Non vis eſſe juſtus ſine gloria? at mehercule ſæpe juſtus eſſe debebis cum infamia.* & *tunc, ſi ſapis, mala opinio bene parta delectat.* Vide *l.* 6. §. 8.

Μέμψις ἢ λόγος] D. Junius ἢ ψόγος. qod valdè placet.

Ἃ σὺ μὴ περιβλέπε] Vide ad *l.* 2. §. 2.

Εὐθεῖαν πέραινε] *rectâ progrediaris, viâ rectâ inſiſtas.* ità *l.* 7. §. 55. Εὐθία περαινέτω. *Rectâ procedat.* & *l.* 10. §. 11. Εὐθεῖαν περαίνειν διὰ τῆ νόμε, καὶ εὐθεῖαν περαίνοντι ἕπεσθαι τῷ Θεῷ. *Rectâ juxta legem proficiſci, rectâqe proficiſcentem Deum ipſum ſeqi.*

Ἀκολυθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ] Vide ad *l.* 1. §. 9. Stoicis τὸ τέλος, i. e. *propoſitum*, ſive *ſummum bonum* eſt, τὸ τῇ φύσει ἀκολυθεῖν, ſive τὸ κατὰ φύσιν ζῆν, *naturæ ductum ſeqi.* & *ſecundùm naturam vivere.* Verùm qæ ea natura eſſet, cujus ductum ſeqerentur, in hoc havd ſatis ipſis inter ſe conveniebat. Siqidem ut Laërtius *l.* 7. §. 89. in *Zenone*. Φύσιν Χρύσιππος μὲν ἐξακύει, ἣ ἀκολύθως δεῖ ζῆν, τήν τε κοινὴν, καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπίνην. ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινὴν ἐνδέχεται φύσιν, ἣ ἀκολυθεῖν δεῖ, οὐκέτι δὲ τὴν ἐπὶ μέρους. *Naturam avtem Chryſippus qidem eam, cui conſentaneè oporteat vivere,* & *communem intelligit* & *propriè humanam. At verò Cleanthes communem tantummodò naturam ſuſcipit, qam ſeqi oporteat, non etiam particularem.* Marcus Chryſippum ſeqitur, eodémqe utramqe *naturam*, & *univerſalem* & *humanam*, collimare & qaſi collineare contendit. Vide *l.* 6. §. 13.

§. 4. Ἀναπαύσομαι] Ità *lib.* 6. §. 28. Θάνατος ἀνάπαυλα. *Mors finem imponit.* Charon apud Ariſtophanem in *Ran.*

Τίς εἰς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων;
Qis ad reqiem ex malis vult & *moleſtiis?*

Joannes *Apocal. cap.* 14. *v.* 13. Ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων. *Ut reqieſcant à laboribus ſuis.* Herodianus *l.* 1. de Marco noſtro; Νυκτὸς τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς ἀνεπαύσατο. *Qum diem unum duntaxat, noctémqe ſupervixiſſet, reqievit, fato eſt functus.* Tractum ab eo, qod *mortem ſomno* ſimilem perhibeamus. Naſo *Amor. l.* 2. *El.* 9.

Stulte, qid eſt ſomnus gelida niſi mortis imago?
Longa qieſcendi tempora fata dabunt.

Ἐναποπνέυσας] Vide *ad l.* 2. §. 2. & *l.* 4. §. 21. & *l.* 6. §. 15. & *l.* 7. §. 50. & *l.* 9. §. 2. Ità Homerus. Θυμὸν ἀποπνείοντα. *Animam exſpirantem* dixit, *Il. δ. v.* 524. & *ν. v.* 654. Eodémqe ſenſu in ſacra pagina ἐκπνεῦσαι, *exſpirare* Marc. *c.* 15. *v.* 37. 39. & Luc. *c.* 23. *v.* 36. qod Matth. *c.* 27. *v.* 50. Ἀφιέναι τὸ πνεῦμα. *Emittere ſpiritum.* Joan. *c.* 19. *v.* 30. Παραδιδόναι τὸ πνεῦμα. *Tradere ſpiritum.* Latini pariter, *efflare animam*, dicunt. & apud Ciceronem *Tuſcul. lib.* 2. Attius in *Trachin.*

Frendens efflavit graviter extremum halitum.

Πιστὸν δὲ ἐπὶ τούτῳ] *in Senariis gnomicis:*

Γῆ πάντα τίκτει, καὶ πάλιν κομίζεται.
Tellus ut edit, ità reſumit omnia.

Plinius *hiſt. Natur. l.* 2. *c.* 63. *Terra uni rerum naturæ partium, eximia propter merita cognomen indidimus materna venerationis. illa nos naſcentes excipit, natos alit, ſemélqe editos ſuſtinet ſemper; noviſſimè complexa gremio jam à reliqa natura abdicatos, tum maximè, ut mater, operiens.* Ennius item in *Epicharmo*, à Varrone relatus *de ling. Lat. l.* 4. & *l.* 8.

Qæ dedit, illa capit, neqe diſpendi facit hilum.

de qo verſu videatur Joſephus Scaliger *ad Varron.* ſed & *infrà ad l.* 8. §. 18.

Πατεῖται] indè *terram*, olim *teram*, volunt dici, *qod incedentium pedibus teratur.* Ælius, Varro *de ling. Lat. l.* 1. Iſidorus *Orig. l.* 4. *c.* 1. Junius *in Geneſ.* Honorius *in imag. mund. c.* 3. Hinc Ambroſius *Epitaph. Theodoſ.* *Adhuc in terris es, qas teris;* & *in cælo poſſides.* Et Etymologus. Βάτην, τὴν γῆν, Μεσήνιοι. ità *Adarcatis* Ops à calcando, qod Hebræis דרך dicitur. Franciſcus Junius *in Tertull.* & ארץ terra eiſdem à רעץ Paræus *in Geneſ.* Verùm alii aliunde. Joſephus Scaliger a Græco δαίρα *tera*, *terra*, ut δὼς, δαδὸς, *tada*, δασὶα, *teſqa.* Henricus Stephanus ab ἔρα, *t* præfixâ. Avenarius *Lexico* & Gvichardus *Harmon. ling.* ab Hebraico ארץ *erets.* Schindlerus *pentaglot.* ab Arabico תראא *terra*, *lutum.* Caninius *Helleniſm.* à Punico *ert*, *tera*, ut ἔρση *ros*, facta metatheſi.

§. 5. Δριμύτητά σε] *auſteritatem tuam* Xylander. *acumen* potiùs *ingenii*, & *ſagacitatem* Mericus Caſavbonus. Mercurium deſcribens Galenus in *hortator. c.* 3. φαιδρὸς τὰς ὄψεις. δι' ὃ ῥᾳδίως τὰς δριμὺ δεδορκότας, *hilari vultu, acriter intuetur.* ubi aliud eſt δριμὺ δεδορκέναι, qàm δριμὺ βλέπειν Ariſtophani. Siqidem τὸ δριμὺ βλέπειν, Comico idem eſt, qod τὸ ὑποδρα ἰδεῖν paſſim Homero: id eſt, *torvum tueri*: unde & δριμὺ βλέμμα Herodiano, *vultus torvus ac truculentus.* at δριμὺ δεδορκέναι Galeno, *acre* ſive *acriter*, verùm μετὰ φαιδρότητος, *cum hilaritate* ſive *feſtivitate* qadàm, *intueri.* ut τὸ δριμὺ, tum τὸ συνετὸν illud deſignet, qod vocabulo iſto Evripidem ſignificâſſe ex Ariſtophane Grammatico obſervat Evſtathius *ad Odyſſ. γ'.* qo ſenſu & Herodianus dixit, *l.* 3. *c.* 11. §. 17. Δριμυτέρους ὡς πρὸς τὰς ἐννοίας εἶναι τοὺς ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἀνθρώπους. *Ad orientem homines acerrimis eſſe ingeniis.* tum etiam ſimul comprehendat τὸ ἡδὺ illud, qod Homeri ſeculum ſecutos Rhetores eo nomine nuncupâſſe docet idem Evſtathius *ad Iliad. λ.* qum τὰς ἐννοίας καὶ λέξεις illas δριμείας dicerent, αἷς γλυκύτης ἐπιτείνεται. Atqe ità Marcum hic cepiſſe nullus ambigo, qod uno vocabulo expreſſiſſe havd facul fuerit. Julianus *Orat.* 5. Chriſtianos perſtringens, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ταῖς πόλεσι πίσσινον μᾶλλον τὰ τοιαῦτα, ἢ τούτοις τοῖς κομψοῖς, ὧν τὸ ψυχάριον δριμὺ μὲν, ὑγιὲς δὲ οὐδὲν ἔχει. *Mihi vero civitatibus ipſis major iis in rebus habenda fides videtur, qam ſcitis* & *elegantibus iſtis, qorum animula acri qidem indole præditа eſt, ſed nihil ſani contueri poteſt.* Geminum avtem huic argumentum habes, *infrà l.* 7. §. 52. & *l.* 8. §. 8.

Οὐκ αἰσθάνῃ πόσα ἤδη παρέχεσθαι δυνάμενος] Hoc eſt qod Joannes ille ὁ χρυσορρήμων paſſim inculcat, non tam εὐδυναμίαν καὶ

tudinis nullus ſuppetit prætextus, ſponte tamen in eis inferior adhuc perſiſtis? num & per conditionis naturalis defectum aliquem obmurmurare, reſtrictum eſſe, adulari, corpuſculum tuum incuſare, aſſentari, oſtentare te, animo tantopere jactari, cogeris? neqaqam, per Jovem; ſed his omnibus jam olim licuit tibi eſſe immunem. hoc tantummodo

πτηνὸς ὁ τρόφωνς, ὅμως ὅλο κάτω μένις ἐκών; ἢ καὶ [a] γογγύζει, καὶ [b] γλισχρεύεσθαι, καὶ κολακεύειν, καὶ τὸ σωμάτιον καταισθάνεσθαι, καὶ [c] ὀρεσκεύειν, καὶ * περιπερεύεσθαι, καὶ ποσσὶ [d] ῥιπτάζεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ ἀφυῶς καταπεπλάσθαι, ἀναγκάζῃ; ἐ, μὰ τὸν Θεόν. ἀλλὰ τὰ μὲν πέλας ἀπηλλάχθαι ἐδύνασο. μένει δ', ἐὰν ἐθ-

a L. 9. §. 37.
b L. 4. §. 50.
c L. 11. §. 14.
* περιπορεύεσθαι Lug.
d L. 1. §. 16.

ANNOTATIONES.

καὶ ἀσθένειαν, quàm ῥαθυμίαν καὶ ὀλιγωρίαν obſtare, qo minùs vitam rectè piéqe inſtituant pleriqe. *de Compunct. ad Demetr.* Apoſtolorum exempla ad imitationem propoſita hoc prætextu repellentibus, qòd paria illis nevtiqam poſſint, Εἰ μὲν, inqit, νεκροὺς ἀνασῆσαι ἐκελευόμεθα, ἢ ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι τυφλῶν, ἢ πλατύρισαι λεπρὸς, ἢ χωλοὺς ἀνορθῶσαι, ἢ δαίμονας ἐκβαλεῖν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας ἰᾶσθαι νόσους, καιρὸν ἂν εἶχε τὰ τῆς ἀπολογίας ταύτης ἡμῖν. εἰ δὲ πολιτείας ἐξέτασις πρόκειται νῦν, καὶ ὑπακοῆς ἐπίδειξις, ποῖον ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον ἂν ἔχοι λόγον; καὶ γὰρ καὶ σὺ θείας ἀπέλαυσας χάριτος βαπτιζόμενος, καὶ πνεύματος μετέσχες, εἰ καὶ μὴ πρὸς τὸ τὰ σημεῖα ποιεῖν, ἀλλ' ὅσον ἀρκεῖ πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι ὀρθὴν καὶ ἠκριβωμένην λαβεῖν, ἔστε ῥαθυμίας μόνον τῆς ἡμετέρας ἐστὶν ἡ διαφθορά. *Siqidem mortuos ſuſcitare juberemur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leproſos, aut clavdos erigere, aut damones ejicere, aliáſque his ſimiles ſanare agritudines, locum haberet iſta reſponſio: ſi verò vita à nobis obſervantia converſationiſque reqritur, & obedientia ratio, qid facit ad hac iſta narratio? Et ta enim accepiſti gratiam Dei per baptiſmum, & Spiritus ſancti particeps es factus, etiamſi non ad hoc ut ſigna faceres, ſed qantum ſufficeret ad hoc, ut rectè vita obſervantiam cuſtodires. Et ideò perditionis noſtra cauſſa nulla alia eſt, qam negligentia noſtra atqe deſidia.* Et *in Geneſ. Orat.* 14. Πολὺ τῆς ἐντολῆς τὸ ἀσπαχθές. ἀλλὰ δεινὸν ἡ ῥαθυμία. ὥσπερ ἄοτη καὶ τὰ ἔυκολα, δύσκολα ἡμῖν φαίνεσθαι ποιεῖ. ὕτως ἡ σπουδὴ καὶ ἡ ἀγρυπνία καὶ τὰ δύσκολα, ἔυκολα ἡμῖν ἀπεργάζεται. *Magna hujus præcepti facilitas eſt. Sed grave malum eſt deſidia, facitqe ut facilia omnia videantur difficilia: ſicut ſtudio & vigilantiâ, etiam omnia ardua & difficilia, facilia nobis fiunt.* Idem *in Pſal.* 111. Τὴν δυσκολίαν οὐχ ἡ τῶν ἐπιταγμάτων φύσις, ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν ῥαθυμία ποιεῖ εἴωθεν. ὡς εἴ τις μετὰ προθυμίας δίοιτο, καὶ ῥᾴδια καὶ ῥᾴστα αὐτὰ ὄψεται ὄντα. *Difficultatem non natura præceptorum, ſed multorum ſolet ſocordia efficere. Itaqe ſi qis ea cum ſtudio & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea eſſe levia & facilia.* Et mox: Ἡ ῥαθυμία τῶν πολλῶν καὶ τὰ ἔυκολα, δύσκολα ἀποφαίνει. ἡ δὲ σπουδὴ καὶ δυσκολώτατα, ῥᾴστα. *Multorum ſocordia, ea qa ſunt facilia, facit difficilia: ſtudium autem & diligentia facillima, ea qa ſunt alioqi difficillima.* Videantur plura *in Cor. Ep.* 1. *Orat.* 2. & 9. Et *ad Philip. Orat.* 2. ubi illud crebrò ingerit, prout noſter iſtic. hoc vel illud non potes, at iſtud potes, &c.

Γλισχρύεσθαι] *cunctari* Xylander. malim *tenacem eſſe*. Vide *ad l.* 4. §. 44. γλίσχροι, *tenaces*. Ariſtoteles *Ethic. l.* 4. *c.* 3. Οἱ μὲν ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοὶ, γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι. *Nam qi his nominibus prediti ſunt, ut dicantur parci, tenaces, retracti & reſtricti, omnes in dando deficiunt.* Obiter vocabulum iſtud apud Laërtium reſtituemus. Is *l.* 4. de Lacyde. Τοῦτον φασὶ καὶ περὶ τὴν οἰκονομίαν γλυκύτατα ἰσχνάνειν. qod Ambroſius Camaldunus reddidit, *Ajunt illum & circa rem familiarem ſe fœdiſſimè habuiſſe.* Vigerus, *ad Evſebium, lepidiſſimè* mavult. Cæterùm tu me ſponſore reſcribito, γλισχρότατα ἰσχνάνειν. Sic enim de eodem ex Numenio Evſebius *præparat. lib.* 14. *cap.* 7. Ἦν μὲν δὴ Λακύδης ὑπογλισχρότερος, καί τινα τρόπον ὁ λεγόμενος οἰκονομικός. *Erat is pavlo ſordidior*, Vigerus: malim, *tenacior. atqe ejuſmodi qi æconomicus diceretur.* nos diceremus, ſomewhat near, and a great husband. miror autem virum eruditiſſimum vitioſam eam lectionem non animadvertiſſe, cùm Evſebium ſimul ſub oculis haberet. nec poſſum probare, qòd Οἰκονομικὸς literâ majuſculâ præfixâ ſcribit, vúltqe certum aliqem eo tempore notiſſimum deſignari, qi ἀπὸ τῆς ἀκριβεστέρας οἰκονομίας οἰκονομικὸς vulgò nominabatur. Cùm revera οἰκονομικὸς iſtic appellativum, ſive epitheton commune ſit; eúmqe deſigner, qi eſt *rei familiaris, diſpenſandæ, curandæ, tuendæ peritus*, vel *qi negotio huic addictus eſt*, eidem ſedulò intentus. De polypo pifce Ariſtoteles *hiſt. animal. l.* 9. *c.* 37. Ὁ δὲ πολύπους, ἀνόητος μέν ἐστι. οἰκονομικὸς δ' ἐστί. πάντα γὰρ συλλέγει μὲν εἰς τὴν θαλάμην. ἢ συγχάνει καλοικῶν. *Polypus fatuus qidem eſt, ſed prudens rei familiaris, cùm omnia colligat, & in ſuo domicilio recondat.* Qod Plinius *l.* 9. *c.* 29. *Cùm alioqi brutum habeatur animal, in re qodammodo familiari callet. omnia in domum comportat.* nec de Lacyde aliter enunciatur.

Ἀρίσκεσθαι] *Sortem tuam improbare* Xylander. at hoc eſſet potiùs δυσαρεστεῖν, καὶ οὐκ ἀρίσκεσθαι. malim ergò ἀρτίσκεσθαι, ut *lib.* 11. §. 14. *aſſentari, blandiri.* qod eſt finitimum τῷ κολακεύειν, verùm honeſtiùs pavlò vocabulum. Sed nec mutari forſan qicqam neceſſe fuerit. Siqidem & τῷ ἀρέσκεσθαι hoc eodem ſenſu uſus videtur Plutarchus in *padagog. pag.* 4. *D.* Οἱ μὲν ταῖς τῶν ἀρεσκομένων ἡττώμενοι κολακείαις, εἰσὶ δὲ καὶ

A οἱ διομένοις χαριζόμενοι φίλοις. *Vel adulationibus blandientium victi, vel rogantibus eam amicis gratiam dantes.* indè οἱ ἄρεσκοι, εἰ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες, καὶ ὑθὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ δὴ διόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι. *Obſeqioſi, qi omnia in gratiam laudant, nulliqe in re adverſantur: ſed minimè moleſtos exiſtimant ſe eſſe oportere iis, qibuſcum habent conſvetudinem.* Ariſtoteles *Ethic. lib.* 4. *c.* 12. qi & τὸν ἄρεσκον τῷ κόλακι accuratiùs diſtingvens, *ibidem l.* 2. *c.* 7. Περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ ἐν τῷ βίῳ. ὁ ὑπερβάλλων, εἰ μὲν ἕνεκα ἔσεται, ἄρεσκος. εἰ δ' ὠφελίας τῆς αὐτῷ κόλαξ. *In reliqis autem vitæ commerciis, qi excedit, ſi nullius rei cauſſâ,* B *obſeqioſus: ſi ob utilitatem aliqam ſuam id facit, adulator.* ut commodum ſuum adulator ſive colax, oblectamentum alienum, aſſentator ſive blandus iſte reſpiciat. Indè & ἀρίσκεια, ἔντευξις ἐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική. *Blanditia eſt congreſſio parum honeſtas voluptatis illecebras habens.* Theophraſtus *Ethic. Charact.* 6. ad qem Caſavbonus videndus. Cæterùm iſto *blanditia* ſive *comitatis blandæ* nomine adulationem ſuam obvelâſſe qoſdam, ex Anaxandride Comico monet Athenæus *dipnoſ. l.* 6. *p.* 255. *A.* his verbis: Ταύτην δὲ τὴν κολακείαν τινὲς, ἐκτρεπόμενοι τοὔνομα, ἀρίσκειαν προσαγορεύουσι. ὡς καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Σαμίᾳ,

Τὸ γὰρ κολακεύειν, νῦν ἀρίσκειν ὄνομ' ἔχει.

C *Hanc porrò aſſentationem qidam inverſo nomine ἀρίσκειαν vocant, ut inqit Anaxandrides in Samia:*

Adulatio habet nunc nomen, blanditiam.

De Pythagora Laërtius *l.* 8. §. 20. Ἀπεῖχετο καταγέλωτος, καὶ πάσης ἀρτισκείας, οἷον σκωμμάτων καὶ διαγημάτων φορτικῶν. *Irriſione abſtinebat, & facetiis ac jocis, odioſiſqe narrationibus.* Qod avtem Caſavbonus ad obſeqia corpuſculo præſtanda refert, qò ipſius cupiditatibus ſatisfiat, minùs probabile videtur.

Περπερίνεσθαι] *levem eſſe* Xylander, adducens cùm Svidam exponentem τὸ περπερίνεσθαι, πρόπετῆ. περπερίνεσθαι, τερατεύεσθαι, & περπέρειαν, βλακείαν καὶ προπέτειαν. περπέρειαν, *mollitiem & temeritatem.* tum & illud Apoſtoli *ad Corinth. Epiſt.* 1. *c.* 13. *v.* 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται. qod ille interpretatur, *Charitas non eſt levis, aut nugax.* At verò bonus ille editor Lugdunenſis, pro περπερίνεσθαι, qod rectum fuerat, ſed ipſi fortean minùs intellectum, περιπορίνεσθαι ſubſtituit. perperam omnino, & ex proprio, opinor, cerebro. Verùm mirum qantum diſſideant à ſe invicem enarratores in vocabulo iſto apud Pavlum Apoſtolum, vel interpretando vel explicando. Chryſoſtomus οὐ προπετύεται. *non eſt temeraria.* Vetus interpres, cui & Beza accedit, *non agit perperam.* tanqam ſi à Latinis ea vox ad Græcos tranſierit. Syrus, *non tumultuatur.* Tertullianus *de patient. cap.* 12. *non protervum facit.* Eraſmus, *non eſt procax.* Alii, *non eſt inconſtans.* Alii, *non agit improbè.* Alii, *non eſt fucatus.* Alii, *non adulatur.* Ego crediderim commodiſſimè poſſe verti, *non effert ſe*; non eſt jactationi avt vanæ oſtentationi dedita. Ità Græcus Scholiaſtes primo loco: Οὐκ ἀλαζονεύεται. Heſychius, Πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος. Πέρπερος, *cum mollitie ſe efferens,* περπερεύεται, κατεπαίρεται. Περπερεύεται, *ſeſe effert.* Svidas etiam, Πέρπερος, ὁ μετὰ βλακείας ἐπηρμένος. Πέρπερος, *cum mollitie elatus.* Idem tamen inter alia: Περπερεία, ὁ μὴ διὰ χρείαν; ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται. Περπερεία, *qod non propter neceſſitatem, ſed propter ornatum aſſumitur.* Et Concilium Nicenum 2. *Can.* 15. Πᾶν γὰρ ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. *Omne, qod non propter neceſſitatem, ſed propter ornatum aſſumitur, περπερία vocatur, ut inqit magnus Baſilius.* Reperiuntur avtem illa Baſilii verba (ſi modo Baſilii Cæſarienſis ſint, & non potiùs Evſtathii Sebaſtienſis, ut opinantur qamplurimi, *aſcetica* illa) *reſponſ. part.* 2. *ad qæſt.* 49. Ità illi à Baſilio an Evſtathio, iſte, ut probabile eſt, à Clemente Alexandrino habuit. Is enim *pædag. l.* 3. *c.* 1. Apoſtoli locum exponens: Περπερεία, inqit, ὁ καλλωπισμὸς περιττότητος καὶ ἀχρειότητος ἔχων ἐμφασιν. *Perperam enim agere dicitur cultus, qi ſuperfluitatem & inutilitatem apertè indicat.* Verùm latiùs multò patet vocabuli hujus uſus ſenſúſqe, qàm ut ad veſtitum duntaxat, qò tamen etiam ἐναβρύνεσθαι ſolent οἱ ἀλαζόνες καὶ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενοι, reſtringi debeat. Docet id Cicero *ad Attic. l.* 1. *Ep.* 10. *Ego avtem ipſe*, inqit, *Dii boni, qomodo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pompejo.* id eſt, qomodo me oſtentavi, & qaſi juveniliter jactavi, omnibus adhibitis fucis & ornamentis orationi meæ, qaſi exultavi, & placere illi ſtudui: inqit Petrus Victorius. Accedit qod Stephanus *de dialect. c.* 16. §. 1. monet, Sophoclis Scholiaſten, περπάρας, κομψὸς, interpretari & περπαιρεύεσθαι,

ἐα ὡς βραδύτερον, καὶ δυσπαρακολουθητότερον καταγινώσκειν, καὶ τοῦτο ἦν ἀσκητέον, μὴ παρενθυμούμενον, μηδὲ ἐμφιλήδονον τῇ * νοθείᾳ.

*-σκη, vel σκεσθαι [μέλλης]
*νωθείᾳ f. νωθρείᾳ. Lug. An.

nomine si notari poteras, qòd tardiori hebetiorique ingenio natus sis, exercitatione vitium istud corrigere conandum fuerat, hebetudinem tuam neqe insuper habendo, neqe in eadem tibi complacendo.

§. 6. Ὁ μέν τίς ἐστιν, ὅταν τι δεξιὸν τοῦ τινα ποιήσῃ, πρόχειρον καὶ λογίσασθαι αὐτῷ τιὼ χάριν. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν ὁ πρόχειρον, * ἄλλως μέντοι παρ' ἑαυτῷ, ὡς τοῦ χρεώστου ἀφειλομένου,

*ἀλλὰ f. vel, ἀλλ' ὃς

§. 6. Est, qi ubi gratum qid alicui fecerit, beneficium imputare proclivis fit. est, qi etiamsi imputare havd ità proclivis sit, pro debitore tamen apud se habet eum cui benefecit, qídqe

fece-

ANNOTATIONES.

σθαι, κομψεύεσθαι. apud qem πίεπιερ & περιπιεύεσθαι legendum, nulli potest esse ambiguum. Græcam si damus originem, malim cum Dunæo nostro à περὶ duplicato, qàm à περιφέρεσθαι cum Stephano derivare. Verùm plura de vocabulo isto qi voluerit, adeat pòst Henricum Stephanum *thesaur.* Joannem Drusium *observ. l.* 7. *c.* 7. Muretum *var. lect. l.* 14. *c.* 7. Andream Dunæum nostrum *notis ad Savilii Chrysost. in* 1. Cor. 13. Heinsium deniqe, qi post ista à me adnotata prodiit, *exercit. sacr. ad* 1. *Cor. cap.* 10.

Εἰ ἄρα ὡς βραδύτερον καὶ δυσπαρακολουθητότερον καταγινώσκεσθαι] avt legendum καταγινώσκη, avt supplendum verbulum aliqod, fortean, δύναται, ex clavsula proximè præeunte, avt μέλλεις, avt συμβαίνει, avt ejusmodi aliud qippiam. Est autem *ὁ δυσπαρακολούθητος, qi difficulter rem propositam comprehendit & assequitur.* Sicut contrà εὐπαρακολούθετος, ὁ ὀξὺς εἰς τὰ πράγματα καὶ εὐαχελής. Hesychius. *qi res facilè assequitur:* Svidas in Σκαιὸς. Οὕτως ἐκάλουν τοὺς ἀμαθεῖς καὶ δυσπαρακολουθήτους. *Ita vocabant imperitos, & qi difficulter assequi poterant ea, qa tradebantur, ingenio tardo prædsti.* In *lectione* proxima, ἀπαρακολουθήτως ἐν ποιεῖν, dicuntur, qi qasi *nevtiqam assequntur, avt intelligunt,* hoc est, non attendunt prorsùs, id qod agunt. Et mox; Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ παρακολουθεῖν. *Sed necesse est illud ipsum qod fit nósse, & intelligentiâ assequi,* sive αἰσθέσθαι, ut statim ipse se interpretatur. Epictetus *l.* 1. *c.* 5. Ὥστε μηδὲ παρακολουθεῖν, μηδὲ συνιέναι μηδέν. *Ut nihil assequatur, ut nihil intelligat.* & *lib.* 3. *cap.* 26. Οὐχὶ δὲ τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις παρακολουθεῖς; *Annon enim ea qa evidenter in sensus cadunt, conjectaris?* Galenus *de errat. dignos. & cur. cap.* 1. Ἔνιοι δ' ὕτως ἀγύμναστοι περὶ λόγους ὄντες, ὡς μὴ παρακολουθεῖν τοῖς ἀκούσιν ὑφ' ἡμῶν λεγομένοις. *Quidam verò sunt adeò inexercitati in ratione disserendi, ut non assequantur qa à nobis dicuntur.* (π. α. τ. ὀ. ἡ. λεγομένοις, leg. ut Marc. *lib.* 7. §. 4. παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις) Idémqe *ibidem* mox; Φαίνονται γὰρ ὄντως, καθάπερ οἱ ὕπνοι τῆς λύρας, ἔτω καὶ αὐτοὶ μηδ' ὅλως, ὅις εἶπον, ἠκολουθηκότες. *Videntur enim verè, sicut ajsni ad lyram, ita & illi nihil omnino, qa dixi, assecuti.* Eodem sensu τῷ παρακολουθεῖν verbo usus est Lucas *Evangel. c.* 1. *v.* 3. Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς. hoc est, *omnia ab initio usqe accuratè intelligentiâ assecuto.* qæ Evangelistæ verba contendit Budæus *Comment. Ling. Grac. pag.* 346. cum illis Demosthenis περὶ παραπρεσβ. *pag.* 334. *A.* ὁ τούτου πονηρήματα εἰδὼς καὶ παρηκολουθηκὼς ἅπασι, κατηγορῶ. *Qi scelera istius novi, & omnia comperta habeo, accusarem.* Et illis περὶ σίφας. *p.* 502. *B.* Ἐκεῖνο ὁ καιρὸς καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἃ μόνον ἴσασι καὶ πλέσιον ἄνδρα ἐκάλει, ἀλλὰ καὶ παρηκολουθηκότα ἐξ ἀρχῆς τοῖς πράγμασι. *Sed illud tempus nimirum, & illa dies, non modò bene cupientem & locupletem virum postulabat: sed & in rebus illis ab initio versatum.* ut sit & ἄνωθεν illic, qod istic ἐξ ἀρχῆς. Eodem sensu usurpat Pavlus Apostolus *ad Timoth. Epist.* 1. *c.* 4. *v.* 6. Ἐντρεφόμενον τοῖς λόγοις τῆς πίστεως καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ἣ παρηκολούθηκας. *Imnutritus in sermonibus fidei, & præclara doctrina, qam es assecutus.* & *Epist.* 2. *c.* 3. *v.* 10. Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, &c. *Tu vero assecutus es doctrinam meam, &c.* qo loco cur Erasmi, *assectatus es,* malit doctiss. Scultetus, qàm Vulgatæ ac Bezæ, *assecutus es,* cavssàm nullam video. ratio siqidem, qàm assignat, havd est firma satis. *Ad seqendum atqe imitandum hortatur. at qomodo seqi poterit, qi jam assecutus dicitur?* responsio proclivis est. aliud est notitia & intelligentia, aliud usu & actu assequi: vel, si brevius vis, aliud nosse, aliud posse. illud Timotheus jam assecutus erat, istud havd itidem adeptus. monet itaqe Apostolus, ut qæ de se nôsset, ἅτοι αὐτόπτης γενόμενον, ἢ ἐξ ἀκοῆς ἱστορήσας, ea imitari adniteretur. Vide & *l.* 2. §. 9. & *l.* 7. §. 3, 4.

Μὴ παρενθυμούμενος] *Nè eam subinde cogitares* Xylander. *nè eâ nimiùm afficiaris* Casavbonus. imò *non negligens, non neglectim habens,* sed qantum in te est, tarditatem hebetudinémqe tuam corrigere & sanare contendens. παρενθυμεῖσθαι, *animum non advertere, negligere, neglectim habere.* de gubernatore Epictetus *l.* 4. *c.* 3. Κἂν μὴ αὐτὸς ἐκὼν, ὑποπαρενθυμηθῇ δὲ, ἀπώλετο. *Si vel parum neglexerit, animum non adverterit.* Marcus ipse *l.* 6. §. 20. πολλὰ παρενθυμούμεθα, *negligamus multa, non animadvertamus.* & *l.* 10. §. 8. τὸ ἀπαρενθύμητον, *animadversionem sedulam, à negligentia & inadvertentia* immunem. & *l.* 6. §. 50. Πρὸς τῷ ὑφ' ἑτέρου λεγομένῳ, γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτως. *Sedulò attendere atqe animum adhibere atqe animum adhibere eis qa ab alio dicuntur.* Epictetus *l.* 1. *c.* 2. Τί ὖν, ἐπειδὴ ἀφυὴς εἰμι; ἀποσῶ τῆς ἐπιμελείας τοῦτο ἕνεκα; μὴ γένοιτο. Ἐπίκτητον κρεῖσσον Σωκράτους οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ μὴ, ἐ χείρων, τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν. οὐδὲ γὰρ Μίλων ἔσομαι. καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τοῦ σώματος. οὐδὲ Κροῖσος. καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τῆς κλήσεως. οὐδ' ἁπλῶς ἄλλου τινὸς τῆς ἐπιμελείας, διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῶν ἄκρων, ἀφιεράμεθα. *Qid ergò? cùm ingenio caream, eóne curam ejus rei abjiciam? Absit. Epictetus Socrate præstantior non est? Modò ne deterior: hoc mihi satis est. Neqe enim Milo sum futurus: & tamen corpus non negligo; neqe Crœsus: & tamen rem familiarem tueor; nullam denique curationem, ob eorum, qa summa sunt, desperationem relinqimus.* Flaccus *Epist.* 1.

Non possis oculo qantum contendere Lynceus;
Non tamen idcircò contemnas lippus inungi:
Nec qia desperes invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus nolis prohibere chiragrâ.
Est qàdam prodire tenus, si non datur ultrà.

Ità cum Grajo nostro lubens lego, non, *qodam.* qadamtenus saltem procedere & proficere licet.

Μηδὲ ἐμφιληδονοῦντι τῇ νοθείᾳ] lege νωθείᾳ, vel ut Annotator Lugdunensis νωθρείᾳ. *neqe tarditate & insciti, sibi complacentem.* qod havd pavcorum vitium est. Vide Solomonem *Prov. c.* 1. *v.* 22. Avgustinus in illud *Psal.* 36. *v.* 3. *Nolust intelligere. Videtis, qia voluntati illud tribuit: sunt qi volunt intelligere, & non valent: sunt & qi nolunt intelligere; ideò non intelligunt.*

§. 6. Πρόχειρον λογίσασθαι αὐτῷ τὴν χάριν] χάριν λογίσασθαι, *beneficium imputare.* qod ab exprobratione qadam havd multum distat. Juvenalis *Sat.* 6. *v.* 179. de uxore insigniori,

Qa tanti gravitas? qa fama, ut se tibi semper
Imputet?

Martialis *l.* 5. *Epigr.* 82.

Non totam mihi, si vacabis, horam
Dones, & licet imputes, Severe;
Dum nostras legis exigisqe nugas.

& *l.* 2. *epigr.* 48.

Imputet ipse Deus nectar mihi; fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.

Seneca *de benef. l.* 2. *c.* 17. *Multi sunt tam prava naturæ, ut malint perdere qa præstiterunt, qàm recepisse, superbi & imputatores.* & *l.* 6. *c.* 12. *Qedam qa homines sibi præstant, aliis imputant.* Tria scilicet Marcus beneficia collocantium genera ponit. primum est eorum, qi palàm imputant: secundum eorum, qi etiamsi id palam non faciant, apud se tamen tanqam de debito cogitant: tertium eorum, qi tantùm abest ut imputent, ut nè cogitent qidem.

Ἄλλως μέντοι] f. ἀλλὰ vel ἀλλ' ὃς. nisi si illud ὡς ex linea proxima huc irrepserit.

Ὡς περὶ χρεώστου διανοῆται] At Seneca *de benefic. l.* 1. *c.* 2. *Demus beneficia, non fœneremus. dignus est decipi, qi de recipiendo cogitavit, cùm daret.* hoc est, qod Marcus hìc, ὡς περὶ χρεώστου διανοῆται. Et mox: *Beneficiorum simplex ratio est: erogantur tantùm, non computantur. si reddet aliqid, lucrum est; si non reddet, damnum non est. Ego illud dedi ut darem. nemo beneficia in calendario scribit: nec avarus exactor ad horam & diem appellat. nunqam illa vir bonus cogitat, nisi admonitus à reddente. turpis fœneratio est, beneficium expensum ferre.* Idém *l.* 3. *c.* 14. *Interitura est rei tantæ dignitas, si beneficium mercem facimus.* & *l.* 4. *c.* 3. *Beneficium virtutis est, & turpissimum id cavssâ vllius rei dare, qàm ut datum sit. se intueri & commodum suum, istud non est beneficium, sed fœnus.* & *c.* 14. *Non est beneficium qod in qæstum mittitur. hoc dabo, hoc recipiam; avctio, est ut ait Ovidius,*

Qæ qia non licuit, non dedit, illa dedit:

Eodem modo, qi beneficium ut reciperet, dedit, non dedit. Et Cleanthes *ibidem l.* 6. *c.* 13. *Multum à beneficio distat negotiatio.* Dominus Christus, Luc. *c.* 6. *v.* 35. Ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες. *Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes.* & *v.* 34. Ἐὰν γὰρ δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; *Et si mutuum dederitis iis, à qibus speratis vos recepturos, qa gratia erit vobis?*

Οὐδὲ

fecerit, novit. eſt &, qi, qid fecerit, qodammodo nè novit qidem: ſed viti ſit ſimilis, qæ racemum ubi tulerit, fructúmqe ſibi proprium ſemel dederit, nihil ulteriùs reqirit. ſicut equs, ubi cucurrerit, canis venatus fuerit, apes mel confecerit; ità iſte, ubi benefecerit, non clamore proſeqitur, ſed ad aliud ejuſmodi opus ſe transfert; qemadmodum vitis ad racemos alios denuo ſuo tempore producendos. in horum ergò numero eſſe oportet, qi qid faciant, ipſi qodammodo nè intelligunt qidem? ità planè. At hoc ipſum, inqis, qid agas, intelligere neceſſarium eſt. eſt enim ſocietatis legem colentis proprium hoc, ut ſentiat ſe ſecundùm legem illam agere; útqe velit etiam per Jovem, eum qocum ſic agit, id perſentiſcere. Verùm eſt, fateor, qod dicis. Veruntamen, qod jam dictum eſt, ſi ſeciùs ceperis, ex eorum numero futurus es, qorum priore loco memineram. ſiqidem & illi rationis ſpecie qadam probabili abducuntur. tu avtem, ſi

καὶ οἶδεν ὃ πεποίηκεν. [a] ὁ δέ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν ὃ πεποίηκεν. ἀλλὰ ὅμοιός ἐστιν ἀμπέλῳ βότρυν ἐνεγκάσῃ καὶ [b] μηδὲν ἄλλο προσπεζητήσῃ, μετὰ τὸ ἅπαξ τὸν ἴδιον καρπὸν ἐνηνοχέναι. [c] ἵππῳ θρεμμὼν, κύων ἰχνεύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα, ἄνθρωπος εὖ ποιήσας, οὐκ ἐπίσταται, ἀλλὰ [d] μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον, ὡς ἄμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τῷ βότρυν ἐνεγκεῖν. ἐν τούτοις οὖν δεῖ εἶναι, τοῖς τρόπον τινὰ ἀπαρακολουθήτως αὐτὸ ποιοῦσι; ναί. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, δεῖ προσκολουθεῖν. [e] ἴδιον γάρ, φησι, τῷ κοινωνικῷ, τὸ αἰσθάνεσθαι ὅτι κοινωνικῶς ἐνεργεῖ, καὶ, νὴ δία, [f] βέλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι. ἀληθὲς μέν ἐστι ὃ λέγεις. τὸ δὴ νῦν λεγόμενον * παρεκδέχῃ, ἀφ' οὗτο ἔσῃ εἷς ἐκείνων, * [ἂν] π. f. ὧν πρότερον ἐπεμνήσθην. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι προάγονται. ἐὰν δὴ θελήσῃς συνεῖναι

[a] L. 7. §. 73. [b] L. 4. §. 13. [c] Sup. §. 1. l. 10. § 8. [d] L. 6. §. 7. l. 11. §. 4. l. 12. §. 29. [e] Inf. §. 16. [f] L. 11. §. 15.

τί

ANNOTATIONES.

Οὐδὲ οἶδεν ὃ πεποίηκεν] Seneca *de benef. l. 2. c. 6. Quàm dulce, quàm pretioſum eſt, ſi gratias ſibi agi non eſt paſſus, qi dedit; ſi dediſſe, dum dat, oblitus eſt?* Chilo apud Avſonium.

Tu bene ſi qid facias, non meminiſſe fas eſt.

Verùm qadrat ad hoc Domini Servatoris præceptum hyperbole elegantiſſimâ conceptum, Matth. *c. 6. v. 6.* Ποιῶν ἐλεημοσύνην, *μὴ γνώτω ἡ ἀριστερὰ, τί ποιεῖ ἡ δεξιά. Facientis eleemoſynam neſciat ſiniſtra qid dextra faciat.* Ambroſius *offic. l. 1. c. 30.* qò & Evthymius inclinat, ità interpretatur, qaſi dictum eſſet, *ut frater tuus, qi eſt tanqam dextra tua, qod facis neſciat.* Sic facias, ut

Proxima neſciat uxor,

utì Perſius loqitur. Meliùs Joannes Chryſoſtomus *Orat.* 19. qem ſis vide. Nam qod de *dextra*, qæ ſit *amor divinus, ſiniſtra, qæ favor humanus* exiſtat, argutantur Hieronymus *in Matth.* Hilarius *ibidem.* Avguſtinus *in Pſal.* 121. & *in 1. Joan. tr.* 6. & *de temp.* 60. Gregorius *in Job. l. 3. c. 21.* Theophylactus *in Matth.* alii; eſt merum ipſorum commentum. Rectiùs Clemens *Strom. l. 4. pag. 529. D.* Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ ἐλεῶν, ὅτι ἐλεεῖ, γινώσκειν ὀφείλει. *Sed neqe ipſe, qi miſeretur, debet ſcire, ſe miſereri.* Aliud eſt qod Seneca *de benef. l. 6. c. 8. Beneficium aliqis neſciens accepit, nemo à neſciente.* Beneficium niſi ſciens volénſqe dare neqit: verum beneficium qi dat, qoad beneficii præſtiti imputationem, perinde affectus eſſe poteſt, acſi qid faciat feceritve neſcius ſit. atqe hoc eſt, qod, poſt Chriſtum noſtrum, Marcus voluit. Geminâ planè mente Plato in *Theæteto, pag.* 127. *D.* de Philoſopho genuino. Ταῦτα μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. καὶ ταῦτα πάνυ, διό" ὅτι οὐκ οἶδεν, οἶδεν. οὐδὲ γὰρ αὐτῶν ἀπέχεται τῷ εὐδοκιμεῖν χάριν, &c. *Hoc magis eos latet, qam maris, ut dici ſolet, arena. Atqe hæc omnia etiam neſcire ſe neſcit: neqe enim vulgaris gloriæ gratiâ ab his abſtinet, &c.* Optimè formulæ iſtius ſenſum expreſſit.

Ὅμοιός ἐστιν ἀμπέλῳ] ità mox: ὡς ἄμπελος.

Μηδὲν ἄλλο προσπεζητήσῃ] Vide *ad lib. 7. §. 73.*

Οὐκ ἐπίσταται] qod Dominus Chriſtus Matth. *c. 6. v. 2.* Ὅταν ποιῇς ἐλεημοσύνην, *μὴ σαλπίσῃς. Cùm eleemoſynam faceris, ne curato buccina cani coram te.*

Μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον] Vide *l. 6. §. 7. & l. 11. §. 4. & l. 12. §. 29.* Seneca *de benef. l. 1. c. 2. Qaliſcunqe priorum eventus eſt, perſevera in alios conferre. Meliùs apud ingratos jacebunt. nè ceſſaveris; opus tuum perage, & partes boni viri exeqere. alium re, alium fide, alium conſilio, alium præceptis ſalubribus adjuva. & l. 4. c. 14. Ad beneficium non adducit cogitatio avara, nec ſordida, ſed humana & liberalis, cupiens dare etiam cùm dederit, & avgere novis ac recentibus vetera.* Hoc eſt qod ſuo more, id eſt, Comico, Plavtus *Trinumm. Act. 2. Sc. 2. v. 39.*

Is probus eſt, qem non pœnitet qàm ſit probus:
Beneſacta beneſactis aliis pertegito, nè perpluant.

Seriò magis alius qiſpiam apud Plutarchum *de ſene polit. & adv. vit. Epicur. pag.* 1099. *A.*

Καὶ μήτι παυσάμεσθα δρῶντες εὖ βροτούς.
Non deſinamus bene mereri de hominibus.

Vide *l. 7. §. 73.* Plinius *l. 3. Epiſt. 5. Antiqiora beneficia ſubvertas, niſi illa poſterioribus cumules.*

Ἐν τούτοις ἂν δεῖ εἶναι] Interrogantis tanqam ex aliena perſona, eſſe volunt hæc verba, Xylander & editor Lugdunenſis. affirmantis ac præcipientis ex ſua Caſavbonus. illud malim, qia ſubſeqentia, ναί. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, &c. ſubjectionis ſive reſponſionis formam habent.

Ἀπαρακολουθήτως] *Sic ut non poſſint intelligi* Xylander. imò potiùs, *ſic qaſi non intelligant ipſi.* ut in præcedentibus, οὐδὲ οἶδεν. Sic *l. 2. §. 15.* ſed ratione diverſâ ἀπαρακολουθήτως ἐνεργεῖν. *neſcire qid velis.* Vide *ſuprà ad §. 5.* δυσπαρακολουθητότερος.

Βέλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι] Ità revera beneficia conferenda, ὡς αἰσθέσθαι, *ut ſentiat ſibi gratiam factam is cui benefit*, ut *infrà l. 11. §. 15.* Verùm ut beneficii avtorem, qis is fuerit, dignoſcat, nihil qicqam eſt neceſſe. Seneca *de benefic. l. 2. c. 9. Interdum & ipſe qi juvatur fallendus eſt: ut habeat, nec, à qo acceperit, ſciat.* Exemplum ſubjicit Arceſilai, qi amici pavperis, ſed pavpertatem per verecundiam diſſimulantis, ac per ægritudinem decumbentis, pulvillo ſacculum clam ſubjecit, ut qod deſiderabat, inveniret potiùs qàm acciperet. Cteſibium hunc nominat Laërtius *l. 4. §. 37.* Apellem Chium Plutarchus *de adul. & amic. pag. 63. D.* qem & fravde amicâ utiliqe deprehenſâ, dixiſſe, Ἀρκεσιλάου τοῦτο τὸ παίγνιον, *Archeſilai hic ludus eſt.* ille; Ἀρκεσιλάου τοῦτο τὸ κλέμμα. *Archeſilai hoc eſt furtum*, iſte refert. *Ibidem* C. Plutarchus. Τῇ τῶν φίλων χάριτι ἐπιδεικτικὸν οὐδὲν ἔπεσιν. ἀλλὰ πολλάκις, ὥσπερ ἰατρὸς λαθὼν ἐθεράπευσε, καὶ φίλος ὠφέλησεν ἐντυχὼν ἢ διαλυσάμενος, ἀγνοοῦντος ἐπιμεληθείς. *Ab amico qod præſtatur officium, ad oſtentationem nihil habet: ſed ſæpenumero, ſicut medicus occultè ſanat, ita & amicus ſuâ præſentiâ aut abſentiâ amico prodeſt ignoranti pro ſe curam geri.* Sed ad Senecam redeamus paria Marco interrogantem. *Qid ergò? ille neſciet à qo acceperit? Primùm neſciat, ſi hoc ipſum beneficii pars eſt. Denique ille neſciet accepiſſe ſe: ego ſciam me dediſſe. Parum eſt, inqis. Parum, ſi fœnerare cogitas. ſed ſi dare, qo genere accipienti maximè profuturum erit, dabis. contentus eris te teſte: alioqin non beneſacere delectat, ſed videre beneſeciſſe. Volo, inqis, ſciat. debitorem qaris. Volo utiqe ſciat. Qid ſi illi utilius eſt neſcire? ſi honeſtius? ſi gratius? non in aliam partem abibis? Volo ſciat. Ità tu hominem non ſervabis in tenebris? Beneficia in acta non mitto. qid? ego illi ſum indicaturus me dediſſe; cùm inter prima præcepta & maximè neceſſaria ſit, nè unqam exprobrem, imò nè admoneam qidem? hæc enim beneficii inter duos lex eſt, alter ſtatim obliviſci debet dati, alter accepti nunqam.*

Τὸ δὲ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ] *non intelligis* Caſavbonus. ſic ex Polybio Svidas, οὐκ ὀρθῶς τὰς ἡμετέρας ἐκδέχῃ λόγους, id eſt, νοεῖς, ὑπολαμβάνεις, *non rectè ſermones noſtros accipis. excipe* Xylander. ut ſit παρεκδέχεσθαι, idem qod ἐκδέχεσθαι, *excipere.* nevtrum ſatis arridet. ego conditionalem deeſſe puto, [ἂν] παρεκδέχῃ, *ſi feciùs ceperis.* Ità enim ſignificat τὸ παρεκδέχεσθαι. Evſebius *hiſt. eccleſ. l. 3. c. 39.* Papiam narrat, τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις, *ex relationibus Apoſtolicis feciùs acceptis*, commentitia multa tradiſſe. qod verbum & in H. Stephani theſavrum poterit immitti.

Εἰ δὲ θέλεις συνεῖναι] forſan συνιέναι. *intelligere.* qanqam & συνεῖναι eo ſenſu uſurpatum invenias. Ità enim Herodotus. *l. 5. pag. 360. E.* Ἐγὼ μοι δοκέω συνεῖναι τὶ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον. *Ego qid nobis ſignificare velit oraculum videor mihi intelligere.* Demoſthenes *pro Coron.* Οὔτε ὑμᾶς οἷμαι μανθάνειν, ὅτ' αὐτὸς ἐδυνάμην συνεῖναι. *Neqe vos puto diſcere, neqe ipſe poſſum intelligere.* ubi tamen qidam codices συνιέναι. Herodianus *lib. 2.* de Germanis. Ὥσπερ τὰ σώματα γενναιότατοι καὶ μεγάλοι εἰσὶν, οὕτω καὶ τὰς διανοίας πάχεῖς, καὶ μὴ ῥᾳδίως συνιέναι δυνάμενοι, εἴτι μετὰ πανουργίας ἢ δόλου λέγοιτο ἢ πράττοιτο. *Qemadmodum corporibus utuntur prævalidis atqe proceris, ita pingvi ſunt ingenio: qare haud facilè ſentiunt ſi qid agas dicáſve aſtutè ac ſubdolè.* Clemens *Strom. l. 1. pag. 286. D.* Ἀλλὰ καθάπερ καὶ ἄνευ γραμμάτων πιστὸν εἶναι δυνατὸν φαμὲν. οὕτως συνιέναι τὰ ἐν τῇ πίστει λεγόμενα οὐκ ἔστιν ὅτε μὴ μαθόντα, ὁμολογοῦμεν. *Sed qemadmodum vel ſine literis fidelem poſſe eſſe dicimus: ita qæ in fide dicuntur poſſe intelligere eum, qi non didicit, confitemur.* & *l. 4. pag. 492. A.* Οὔτε τὰς τιμὰς τὰς μετὰ θάνατον τῶν ὁσίως βεβιω-

τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον, μὴ φοβοῦ, μὴ ἀφέλῃ τοῦτο ἀφελιπῆς τι ἔργον κοινωνικόν.

§. 7. Εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. ἤτοι δὲ δεῖ εὔχεσθαι, ἢ ἅπως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως *.

* θερίως Casaubonus.

§. 8. Ὁποῖόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι συνέπαιξεν ὁ Ἀσκληπιὸς τούτῳ ἰπωασίαν, ἢ ψυχρολουσίαν,

id quod dixeram rectè intelligere volueris, noli metuere, nè hac de cavssâ benefaciendi occasionem ullam sis omissurus.

§. 7. Athenienſium votum erat, *Plue, plue, chare Jupiter, ſuper Athenienſium arva & prata.* avt nihil omnino precari, avt hoc modo ſimpliciter & ingenuè precari par eſt.

§. 8. Cujuſmodi illud eſt, quod dici ſolet, *Æſculapium* huic vel illi *coordinâſſe*, ut eqitet, ut frigidâ proluatur, ut

ANNOTATIONES.

ζωκότων, ὅτε τὰς κολάσεις τῶν ἀδίκως καὶ ἀσελγῶς πεπολιτευμένων συνεῖναι βάλονται. *Nec honores poſt mortem eorum, qi ſanctè vixerunt, nec ſupplicia eorum, qi injuſtè & libidinoſè ſe geſſerunt, volunt intelligere.* Et apud Svidam in *Sexto* avtor incertus, μηδὲ συνεῖναι τὸ λεγόμενον δυνηθείς. *Qia ne verba qidem, qæ dicebantur, intelligere potuit.*

Μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο] forſan, μηδὲ παρὰ τοῦτο] *Nè metuas, neve hac de cavſſa opus aliqod ſociale omittas.* Veruntamen nihil temerè mutatum velim.

§. 7. Ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ] Indè Ζεὺς ὑέτιος, ὄμβριος, idémqe Ὗης & Δεύς, & Ὕων dictus. Heſychius Ὗης, Ζεὺς ὄμβριος. Ariſtotelis nomine *de mund. c. 7.* Ὑέτιος ἀπὸ τῶν ὑετῶν καλεῖται. *Pluvius à pluviis vocatur.* & Phurnutus *de Deis c. 3.* Παρά τισι δὲ καὶ Δεὺς καλεῖται, τάχα ἀπὸ τοῦ δεύειν τὴν γῆν. *A nonnullis avtem & Δεὺς appellatur, utique qia rigat terram.* Lucianus *dialog. Jov. & Gan.* Διὸς δὲ οὐκ ἤκουσας ὄνομα, ὦδὴ βωμὸν εἶδες ἐν τῷ Γαργάρῳ τῷ ὕσηλος; *Jovis nomen non audiſti? nec pluentis aram in Gargaro vidiſti?* Pavſanias in *Attic. pag.* 61. meminit βωμῶν ὀμβρίου Διός. *pluvii Jovis ara.* Athenis verò *pag.* 22. refert eſſe γῆς ἄγαλμα, ἱκετευούσης ὅσοι οἱ τὸν Δία. εἴτε ὄμβρου δεῆσαν Ἀθηναῖοι, εἴτε καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι συμβαίη αὐχμός. *Terræ à Jove imbres implorantis ſimulacrum, vel qod Athenienſes aliqando pluvias deſiderarint, vel qod totâ Graciâ ſoli ſiccitate laborarint.* At de Ægypto Nilum allocutus Tibull. *l.* 1. *eleg.* 7.

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres;
Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

Et Scholiaſtes *ad Pindar. Pyth. od.* 4. Κρονίδην τὸν Νεῖλόν φησιν ὡς Παρμένων, Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε, ἀναλογεῖν γὰρ τοῖς τοῦ Διὸς ὄμβροις τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, καὶ ὥσπερ ἀντίστροφόν τινα τοῦτον τῷ Διὶ εἶναι. *Jovem Nilum dixit, ſicut Parmeno. Nile Jupiter Ægyptie. Nili enim aqa Jovis imbribus ſimilis eſt, & ſicut ex adverſo Jovi reſpondet.* Verùm Deus verus vivúſque ſolus eſt Ζεὺς ὑέτιος, non Nilus, non nubes ipſæ, non ulla apud extraneos in pretio habita Deunculorum mendacia atqe mendicabula. Vide Jerem. *c.* 14. *v.* 22. Job. *c.* 38: *v.* 25, 28, 34, 37. Pſal. 65. *v.* 10, 11, 12. Zech. *c.* 10. *v.* 1.

Κατὰ τῆς ἀρούρας τῶν Ἀθηναίων] Exiſtimat Xylander improbare Marcum iſtic commune illud & damnoſiſſimum vitium; qo plerique ea tantùm expetant, qæ ſibüpſis privatim proſint; nihil ſoliciti de communi bono: & Athenienſes notare, utpote qi injuſtè & illiberaliter ſuis tantùm agris pluviam & fertilitatem poſcerent, reliqorum hominum nullam rationem habentes. At contrà preces iſtiuſmodi probat Marcus, qibus homines non ſibi ſolis privatiſqe ſuis rebus, ſed civitati reiqe publicæ univerſæ, in qa degunt, à numine favſta proſperáqe comprecantur; qales fuiſſe monet Athenienſium illas. qos etiam in ſupplicationibus ſuis, non ſuæ tantùm regionis, ſed totius inſuper Græciæ, memores fuiſſe ex Pavſania ſuprà didicimus. Verùm qod Gregorius *in Job. l.* 18. *c.* 3. & Hieronymi nomine *in Thren. c.* 3. *v.* 41. qæ indè conſtat Hieronymi non eſſe, qia ex Gregorio mutuantur. *Et oratione operatio, ut operatione ſulcienda eſt oratio.* itaqe precibus opera ſunt adjicienda. & tam pro bono publico conatus adhibendi, qàm ſupplicationes concipiendæ. Habéntqe reverà locum hîc Menæcei pro patria ſe devovenris illa à Xylandro etiam lavdata, ex Evripidis *Phœniſſis*;

Ἐι γὰρ λαβὼν ἕκαστος, ὅ, τι δύναιτό τις
Χρυσὸν, δίδοι τοῦτο, κ' εἰς κοινὸν φέροι
Πατρίδι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
Πειράμεναι, τὸ λοιπὸν εὐτύχουν ἄν.
Si qiſqe qantum qiverit boni, lubens
Patriæ offerat, donetqe publica rei;
Minus malorum civitates prenderet,
Et ampliores redderentur indies.

Siqidem, ut rectiſſimè Andocides *Orat. adv. Alcibiadem.* Διὰ μὲν τὰς τῶν ἰδίων ἐπιμελουμένους ὀδὸν αἱ πόλεις μείζους καθίσασιν. διὰ δὲ τὰς τῶν κοινῶν, μεγάλαι καὶ ἐλεύθεραι γίγνονται, *Nam per privata curantes nihil urbes potentiores fiunt: per eos verò qi publica curant potentes & liberæ evadunt.* Vide *ad l.* 1. §. 16. & *l.* 7. §. 4.

Ἤτοι δὲ δεῖ εὔχεσθαι, ἢ ἅπως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως] ἐλευθερίως legit Caſavbonus *ad Perſ. Sat.* 2. qi & τὸ ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως εὔχεσθαι, orationem ſimplicem & liberalem opponi cenſet τῇ εὐχῇ ἐμπορικῇ id eſt, *preci emaci*, ut Perſius loqitur: qàm interpretatur, vel eam qæ habet conjunctum ſacrificium majoris alicujus victimæ, avt votum rei conſecrandæ; A qod ſit velut pretium diis repenſum, ut fit in emptione contrahenda; vel qæ toties fuit repetenda, & tam aſſiduè ac λιταρεῦς καὶ ἐκτενῶς facienda, ut hoc ipſum pretii loco cenſeri poſſit; qia, ut ait Seneca, *Nulla res carius conſtat, qàm qa precibus empta eſt.* Mihi videtur Marco, τὸ ἁπλῶς εὔχεσθαι, *orationis ſimplicitatem* qandam denotare, qalis illa Athenienſium formula, qæ generali qadam ac familiari ratione Jovem compellat, nec terminos illi rerum tribuendarum anxiè ſolicitéqe præſcribit. qalis itidem ea formula, qam amicis ſuis poeta qidam præſcripſit, à Platone in *Alcibiad. 2. pag.* 454. *D* lavdata;

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ κἀγαθὰ εὐχομένοις, κἀνευκτοῖς B
Ἄμμι δίδε, τὰ δὲ δεινὰ κἀ ἐυχομένοις ἀπαλέξοις.

vel, ut *Antholog. l.* 1. *c.* 31. habetur

— τὰ δὲ δεινὰ κἀ ἐυχομένων ἀπερύκοις.
Tu Rex ſumme, dato nobis bona, ſive rogemus,
Sev non: at mala vel poſcentibus uſqe negato.

Sed & Laconum, qi ut Plato *ibidem pag.* 458. *B.* κἀ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἐκάστοτε πλεοναπλησίως εὐχὴν ἔυχονται, τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι τελεύσοντες ἂν σοφίσιν αὐτοῖς. *Idem votum tam privatim, qam publicè ſervant, orantes deos pulcra cum bonis ſibi tribuere.* Unde & Jupiter Ammon dixerit *ibidem* C *E.* Βέλτιόν αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν ἑλλήνων ἱερά. *Placere magis Lacedæmoniorum ſibi acclamationem, qam Græcorum ſacra omnia.* Qin & Xenophon *de Socrate memoriab. l.* 1. *pag.* 722. *C.* Εὐχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι. ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας, ὁποῖα ἀγαθά ἐστι. *Precabatur etiam deos ſimpliciter, ut bona largirentur: qod dii optimè ſcirent, cujuſmodi res eſſent bona.* Reſpexit eodem Juvenalis *Sat.* 10. *v.* 346.

Nil ergò optabunt homines? ſi conſilium vis,
Permittes ipſis expendere numinibus, qid
Conveniat nobis, rebuſqe ſit utile noſtris.
Nam pro jucundis aptiſſima qaqe dabunt Dii.
Charior eſt illis homo, qàm ſibi. —

Atqe hoc eſt qod R. Simeon in *Pirkę Abot. c.* 2. §. 13. אל תעש תפלתך קבע *Orationem tuam fixam nè feceris.* hoc eſt, nolis inter orandum terminos numini figere, legémqe qid facturus ſit, Deo præſtituere; ſed vota tua ſimpliciter, prout illi viſum fuerit, præſtanda ipſi permittito. *At* τὸ ἐλευθερίως εὔχεσθαι, ſive *liberaliter* precari, (ità enim cum Xylandro malim, qàm cum Merico, *liberè*) eſt ejuſmodi orationem adhibere, qæ alios etiam contribules, conterraneos, avt extraneos etiam nobiſcum unà comprehendat, qalis ea eſt, E qam hîc Marcus retulit, Attica ſupplicandi ratio: qalis itidem, qam Xylander hîc adducit, Perſarum veterum, de qibus Herodotus *lib.* 1. *pag.* 63. *A.* apud qos lege ſic cavebatur; Ἑαυτῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι ἰδίῃ μούνῳ, ἢ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθά. ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται ἐν γίνεσθαι, καὶ τῶν βασιλεῖ. ἐν γὰρ δὴ τοῖς ἄπασι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται. *Illi avtem qi ſacrificat, non licet ſibi privatim precari bona, ſed communiter univerſis Perſis, inprimis qidem Regi: qoniam inter cunctos Perſas ipſe etiam qi ſacrificat comprehenditur.* Sed liberalior his Chriſtianorum litania. Pavlus *Timotheo Epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 1. præcipit ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, F ἐυχαριστίας, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. *ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro qibuſvis hominibus.* Liberaliſſima verò omnium λειτουργία Judaïca, ſi Philoni credimus, *de monarch. l.* 2. *pag.* 825. *B.* Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ ἱερεῖς ὑπὲρ οἰκείων καὶ φίλων καὶ πολιτῶν αὐτὸ (αὐτῶν forſan) μόνον εἰώθασι τάς τ' εὐχὰς καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν. ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεὺς, ὃ μόνον ὑπὲρ ἅπαντος ἀνθρώπων γίνεται, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν τῆς φύσεως μερῶν, γῆς, ὕδατος, ἀέρος καὶ πυρὸς, τάς τ' εὐχὰς καὶ τὰς εὐχαριστίας ποιεῖται, τὸν κόσμον, ὅπερ ἐστὶ ταῖς ἀληθείαις, πατρίδα εἶναι ἑαυτῷ νομίζων, ὑπὲρ ἧς ἱκεσίαις καὶ λιταῖς εἰώθει ἐξευμενίζειν τὸν ἡγεμόνα, ποτνιώμενος τῆς ἐπιεικοῦς καὶ ἵλεω φύσεως αὐτῷ μεταδιδόναι τῷ γενομένῳ. *Nam* G *alii ſacerdotes tantùm profamiliaribus amicis civibuſqe ſolent divinam rem facere: at Judæorum pontifex non ſolum pro toto humano genere, verùm etiam pro naturæ partibus, terra, aqâ, aëre, igne precatur & agit gratias: qippe qi exiſtimat mundum, ut re vera eſt, ſuam patriam, ſolitus ſupplicationibus ei reddere propitium parentem conditorémqe ſuum.*

§. 8. Συνέταξεν ὁ Ἀσκληπιὸς τούτῳ] Συντάττειν, *injungere, præcipere, præſcribere*, qomodo ægrotis medici hoc vel illud ſumendum. Plutarchus in *Pomp. pag.* 620. *B.* Ἐπειδὴ νοσοῦντι συνε-

ut discalceatus incedat : ejusmodi quiddam est, & qod huic vel illi coordinavit universi natura, ut morbo teneatur, corpore mutiletur, liberos amittat, avt aliud tale qippiam. siqidem & ibi *coordinavit* illud, sensum hunc habet, acsi diceretur, hoc ad illud ordinavit, tanqam qod ad ejusdem sanitatem conducat : atqe istîc pariter, qicqid unicuiqe contingit, ad illud ordinatur qodammodo qod fato congruum existat. atqe hinc est qod ea convenire nobis dicimus : qomodo lapides qadratos in mœnibus avt pyramidibus convenire dicunt artifices, cùm sibi invicem scitè compositi coaptantur. omnino enim una qædam est rerum omnium compages. & qemadmodum ex cunctis corporibus mundus iste, qô corpus ejusmodi sit, consummatur ; ità ex cavssis universis, qô cavssa sit ejusmodi fatum conficitur. intelligunt hoc qod dico etiam rudissimi qiqe. dicunt enim *tulit hoc illi*, fors nimirum. hoc itaqe illi ferebatur ; istúdqe illi coordinabatur. proinde ità excipiamus ista, qomodo ea solemus, qæ Æsculapius præceperit. multa siqidem & in illis

ἢ ἀνυποδησίαν. [a] τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, συνέταξεν τῷ- [a] L.3.§.4. l.4.§.10.33. l.6.§.16. l. 10.§.20. l. 12.§.23.
λῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις νόσον, ἢ πήρωσιν, ἢ ἀποβολὴν, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτων. καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ συνέταξεν, τοιοῦτον τι σημαίνει, ἔταξε τοῦτο τοῦτο, ὡς κατάλληλον εἰς ὑγίειαν. καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαῖνον ἑκάστῳ τέτακταί πως πρὸς αὐτὸ κατάλληλον εἰς τὴν εἱμαρμένην. [b] ὅτως γὰρ καὶ αὐτὰ συμβαίνειν ἡμῖν [b] L.4.§.23. l.6.§.44,45. l.7.§.57. l.9. §.39.
λέγομεν, ὡς καὶ τοὺς πυραγώνας λίθους ἐν τοῖς τέ- [*] καὶ τ' ἐν Suid.
χεσι, * ἢ ταῖς πυραμίσι συμβαίνειν οἱ τεχνῖ) λέ-
γουσι, συναρμόζοντας ἀλλήλοις τῇ τοιᾷ συνθέσει.
Ὅλως γὰρ [c] ἁρμονία ἐστὶ μία. καὶ ὥσπερ [d] ἐκ πάν- [c] L.4.§.27. [d] L.4.§.40.
των τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπλη-
ροῖ). ὅτως ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἱμαρμένη τοιαύ-
τη αἰτία συμπληροῦται. νοῆσαι δὲ ὃ λέγω, καὶ οἱ τέ-
λεον ἰδιῶται). Φασί γὰρ, ἔστο ἔφερεν αὐτῷ, ἀκὸν
[e] ἔστο τοῦτῳ ἐφέρετο, καὶ ἔστο τούτῳ συνεπάτει το. δε- [e] L.6.§.44. l.10.§.6.20. l.12.§.23.
χώμεθα δ' ἂν αὐτὰ, ὡς [f] ἐκεῖνα * ὁ Ἀσκλή- [f] Inf.§.9.
πιος συνεπάτει. πολλὰ γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις ἐ- * ἃ, vel [ἀ] ὁ.

ANNOTATIONES.

συνίταξε κίχλην ὁ ἰατρός. *Medicus valetudine tentato turdo vesci imperavit.* qod in *apophth.* νοσοῦντι κίχλην ὁ ἰατρὸς λαβεῖν προσέταξε. ἐστque vocabulum hoc freqentius. Sed altero illo potiùs usus Marcus videtur, qo σύνταξιν ἢ σύνταγμα ποιόν τι designaret. itaqe verto, qo Marci mentem exprimam, insolenti licèt vocabulo, *coordinavit.* alioqi συντάττειν etiam simpliciter pro *præcipere* sumitur. Svidas. Συντάξας, ἐνετειλάμενος. Συντάξας, *qi præscripsit, qi mandavit.* adductis ex Polybio istis ; Συντάξας, ἐλαύνειν κατὰ σπουδὴν ὅσον ἔχει δυνάμεως. *Qum imperasset, ut magna festinatione, totisqe viribus veniret.*

Ὁ Ἀσκλήπιος] Æsculapium medicinæ præsidem Deum per insomnia remedia sibi suggerere opinabantur. in qo argumento freqens admodum est Aristides in orationibus sacris. *Orat.* 1. ἀλυσίαν προσάττει ὁ θεός. *Deus ut non lavarem præcipit.* & *ibidem.* ἀσιτίαν ἐπιτάξει. *Ut jejunarem mandat.* & *Orat.* 2. ἀνυπόδητον προελθεῖν ἐπέταξε. *Nudis pedibus ire me jussit.* &c.

Συνίταξεν τούτῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις νόσον] Ità *l.* 4. §. 45. Συντέτακται ἡμεσμένως τὰ ὄντα. *Concinnè admodum certo inter se ordine componuntur.* & *l.* 6. §. 16. Ὅσα οἱ θεοὶ ἀπονέμουσι καὶ διατετάχασι. *Qscunqe Dii attribuunt & constituunt.* Verùm istic ad rem medicam respectum habet, qasi medicinæ rationem universa ista obtineant. Plato *Sophist.* Ἰατρικὴ τις ἡ κολαστική. Aristoteles *Ethic. lib.* 2. *c.* 3. Ἰατρεία τις ἡ παιδεία. *Correptio est qadam medicina.* Idémqe *rhetor. lib.* 1. *c.* 14. Et Æneas Gaza *de anim. immort.* Ἴασις ἡ κόλασις. *Medicina qadam est correptio divina.* Ambrosius *in Psal.* 37. & Hieronymus *in Ezech. Qe putatur pœna, medicina est. sicut enim qadam datur cáthartica, ut noxius humor, qi inest corporibus, egeratur : sic & dominus dat calicem tormentorum meracissimum, ut qicqid sellis amaritudinisqe est, avferat à peccatoribus, & pristinæ eos restituat sanitati.* Optimè Simplicius distingvit *in Epicteti Enchiridio* ad duo artis medicæ munera respiciens, vel ægritudinem profligandi, vel valetudinem sanitatémqe conservandi ; mala externa, calamitatésqe omne genus esse, ἢ νοσούντων θεραπείας, ἢ ὑγιαινόντων γυμνασίας, *vel ægrorum medicamina, vel sanorum exercitia.*

Κατάλληλον εἰς τὴν εἱμαρμένην] *ad fatum,* sive *fato, congruens & consentaneum.* Ità κατάλληλα φάρμακα, *medicamenta congruentia,* Dioscoridi. & τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι, *alimenta ægrotantibus congruentia.* referente Budæo. & Marco nostro φαντασίαι κατάλληλαι, *cogitationes* vel *apprehensiones congruæ. l.* 7. §. 2.

Ὡς καὶ τὰς λίθους συμβαίνειν] Vide *l.* 4. §. 23. & *l.* 7. §. 57. Ludit avtem hîc in ὁμωνυμίᾳ verbi συμβαίνειν, qod & *evenire* & *convenire* significat. Verùm de hoc usu vocabuli in re architectonica, nihil dum comperi. nisi Fabius *Institut. l.* 9. *c.* 4. *Fit sæpe,* inqit, *aspera & dura & dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. differenda igitur qadam & præsumenda ; atqe ut in structuris lapidum impolitorum, loco qo convenit, qidqe ponendum.* qod hîc *convenire,* alibi *congruere* dixit, eadem utrobiqe imagine usus : *Non enim ad pedes verba dimensa sunt. ideóqe ex loco transferuntur in locum, ut jungantur qo congruunt maximè sicut in structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, & in qo possit insistere.* Svidas hæc ipsa Marci verba nobis exhibet sub hoc titulo : (qod idem & apud Hesychium legitur) συμβαίνοντα, συμφωνοῦντα. qo sensu apud eundem avtor innominatus : Τοῦτο δεῖ σκοπεῖν, εἰ συμβαίνει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. *Hoc oportet spectare, an facta verbis respondeant, an dicta cum factis consentiant.* Et Synesius *Epist.* 58. Ἐνταῦθα δὲ ἡ γλῶττα τῇ γνώμῃ συνέβαινε. *Hîc avtem lingua cum animo congruebat.*

A Et Aristides *Orat.* Περὶ τοῦ παραβύσματος. *Tom.* III. *pag.* 673. Σὺ δ' ἀπαιτεῖς, ἵππε μὲν δρόμου, σχῆμα δὲ τῆς κεφαλῆς ὄνε, πράγματα ἀχὶ συμβαίνοντα. *Verum tu eqi cursum, asini caput poscis, qibus inter se non convenit.* Et Libanius *Orat.* 28. *pag.* 631. *D.* Μέτροις ἀδικῶν ἃ συμβαίνουσι τῷ νόμῳ. *Offendens in mensuris, qa legi non congruebant.* Joannes Chrysostomus *in ad Cor. Ep.* 2. *Orat.* 30. *pag.* 954. Ἔστι καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν, καὶ μὴ εἰρηνεύειν, ὅταν ἐν τοῖς δόγμασι συμβαίνωσί τινες, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀλλήλους διαπατιῶσιν. *Siqidem fieri potest, ut nonnulli, qamvis idem sentiant, non tamen pacem colant : nimirum qum in fidei qidem dogmatibus consentiunt,*
B *cæterum in mutuis negotiis dissident.* Theodoretus item, *therap. l.* 1. *Tom.* IV. *pag.* 477. *A.* fidem ad τὰ νοητὰ speculanda necessariam contendit ; Ἐπειδήπερ οὐδὲ εἰκόνα ἐξευρεῖν αὐτοῖς συμβαίνοντα οἷόν τε. *Qia conveniens illi simulacrum invenire non licet.* Idémqe *l.* 11. *p.* 658. *D.* de prædictionibus propheticis. Ἐξετάσατε τοίνυν τὰς τῇδε περὶ γεγενημένα προρρήσεις. κἂν εὑρητε ἀληθεῖς, καὶ τοῖς πράγμασιν ἐναργῶς ξυμβαινούσας, δέξασθε ἀδήριτος ἐκεῖνα τὰ περὶ μελλόντων τεθεσπισμένα. *Expendite igitur spectantes ad hanc vitam prædictiones : & si fuisse veras inveniets, ac rerum eventu comprobatas, ea qæ de futuris rebus prædicta sunt sine disceptatione accipite.* Et ante omnes
C hos Plato in *Protag. pag.* 235. *A.* Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ συμβουλεύω, συμβῆναι ὑμᾶς, ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον. *Vos qidem hortor & obtestor, ut subesse nobis velut sub arbitris velitis, qi vos ad medium sunt perducturi.* Æschylus denique à Plutarcho in *Theseo pag.* 1. *B.* laudatus,

— τοιῶδε τίς συμβήσεται ;
Τίν' ἀντιτάξω τῷδε ; τίς φερέγγυος ;
— *tali viro numqis erit comes?*
Qem comparem? qis invenitur similis?

Ἁρμονία ἐστὶ μία] Sextus Empiricus *adversf. Music. l.* 6. *cap.* 1.
D Καθ' ἁρμονίαν διοικεῖται ὁ κόσμος. *Per harmoniam administratur mundus.* Vide *ad l.* 7. §. 48.

Ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται] Vide *l.* 4. §. 40.

Ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἱμαρμένη] Seneca *de benef. lib.* 4. *c.* 7. *Nihil aliud est fatum qam series implexa cavssarum.* Vide *l.* 6. §. 37. & *l.* 7. §. 8. & *l.* 10. §. 4. Tacitus *annal. l.* 6. 22. 1. 2. 3. *Sed mihi hæc & talia avdienti, in incerto judicium est, fatone res mortalium & necessitate immutabili an fortè volvantur. qippe sapientissimos veterum, qiqe sectam eorum æmulantur, dverfos reperies. ac multis insitam opinionem, non initia nostri, non finem, non denique hominem Diis cura. ideo creberrima & tristia in bonos, læta apud deteriores esse. Contrà alii,*
E *fatum qidem congruere rebus putant ; sed non è vagis stellis, verum apud principia, & nexus naturalium cavssarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinqunt, qam ubi elegeris, certum imminentium ordinem.* — §. 5. *nec plurimis mortalium eximi, qin primo cujusqe ortu ventura destinentur.* Epicureos & Stoicos designari apertissimum est.

Τοῦτο ἔφερεν αὐτῷ] vide *ad lib.* 3. §. 4. & *l.* 10. §. 20. & *l.* 12. §. 23.

Ὡς ἐκεῖνα ὁ Ἀσκληπιὸς] lege ὡς ἐκεῖνα, ἃ Ἀσκλήπιος, vel [ἃ] ὁ Ἀσκλ. συντάττει.

Πολλὰ γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τραχέα] Plato *Gorgiâ. p.* 326. *D.*
F Ἆρ' ἔστι τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδὺ ἐστι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι ; ἆκ ἐμοίγε δοκεῖ. Ἀλλ' ὠφελιμόν γε. *An ergò curari à medico delectabile est ? & inter manus medici oblectantur, dum curantur infirmi ? Non apparet tamen. Conducit tamen.* Firmicus *de errore Gent.* Morbo pro salute hominis solicita medici-

σὶ τραχέα. ἀλλὰ ἀσπαζόμεθα τῇ ἐλπίδι τῆς | aspera sunt, qæ sanitatis tamen spe libenter admittimus.

ANNOTATIONES.

na se opponit: asperi cibi, amari potus ingeruntur: & si convaluerit malum, ferrum & ignis adhibetur. Ità Seneca *Agamemn.* 2. 1.

Et ferrum & ignis sæpe medicina loco est.

Naso *remed.* l. 1. v. 225.

Dura aliqis præcepta vocet mea: dura fatemur
Esse: sed ut valeas multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos, qamvis invitus, amaros
Æger: & oranti mensa negata mihi est.
Ut corpus redimas ferrum patieris & ignem:
Arida nec sitiens ora lavabis aqâ.
Ut valeas animo qicqam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Prudentius *de Coron. hymn.* 10.

Horretis omnes hasce carnificis manus?
Num mitiores sunt manus medentium,
Laniena qando sævit Hippocratica?
Vivum secatur viscus, & recens cruor
Scalpella tingit, dum putredo abraditur.
Putate ferrum triste chirurgos meis
Inferre costis, qod secat salubriter.
Non est amarum, qo reformatur salus.
Videntur isti carpere artus tabidos;
Sed dant medelam rebus intus vividis.

Qod Seneca *ad Marc.* c. 22. *Adjice lacerationes medicorum ossa vovis legentium, & totas in viscera manus demittentium, non simplici dolore pudenda curantium.* Tertullianus in *Scorpiac.* c. 5. *Est hæc perversitas hominum, salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa qæqe medicamina vitare, mori deniqe citius qàm curari desiderare* (transpono, *peric. qæqe desiderare, med. vit. mori d. c. q. c.* Vel sic etiam; *med. vit. peric. qæqe des. mor. den. cit. q. cur.* at Rigaltius *periculosa qærere, medica malè vitare,* &c.) *& est plane qasi sævitia, medicina de scalpello, dèqe cauterio, de sinapis incendio. non tamen secari, & uri, & extendi, morderiqe idcirco malum, qia dolores utiles affert. nec qia tantummodo contristat, recusabitur; sed qia necessario contristat, adhibebitur. horrorem operis fructus excusat. ululans deniqe ille & gemens, & mugiens inter manus medici, postmodum easdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & sævas jam negabit. Et si martyria desævisunt, sed in salutem; licebit & Deo in vitam æternam per ignes & gladios & acerba qaqe curare.* Seneca *de provident.* c. 3. *Illud dico, ista qæ tu vocas aspera, qæ adversa & abominanda, primùm pro ipsis esse qibus accidunt; deinde pro universis, qorum major Diis cura est, qàm singulorum: difficillimum videtur, qod primùm dixi, pro ipsis esse qibus eveniunt ista, qæ horremus ac tremimus. pro ipsis est, inqis, in exilium projici, in egestatem deduci liberos, conjugem efferre, ignominiâ affici, debilitari? si miraris, hoc pro aliqo esse, miraberis qosdam & igne curari, nec minùs fame ac siti. Sed si cogitaveris tecum, remedii cavssâ qibusdam & radi ossa & legi, & extrahi venas, & qadam amputari membra, qæ sine totius pernicie corporis hærere non poterant; hoc qoqe patieris probari tibi, qadam incommoda pro bis esse, qibus accidunt: tam mehercules, qàm qadam qæ lavdantur atqe appetuntur contra eos esse, qos delectaverunt; simillima cruditatibus, ebrietatibusqe, & cæteris qæ necant per voluptatem.* Idem *de ira* l. 1. c. 4. *Qid ergò? non aliqando castigatio necessaria est? qidni? non enim nocet, sed medetur specie nocendi. qemadmodum qadam hastilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non ut frangamus, sed ut explicemus, elidimus: sic ingenia vitio prava, dolore corporis animiqe corrigimus. Nempe medicus primò in levibus vitiis tentat non multum ex qotidiana consvetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem tantùm mutatâ vita dispositione firmare: proximum est, ut modus proficiat. Si modus & ordo non proficit, subducit aliqa & circumcidit. Si nè adhuc qidem respondet, interdicit cibis, & abstinentiâ corpus exonerat. Si frustra molliora cesserunt, ferit venam, membrisqe, si adhærentia nocent, morbumqe diffundunt, manus affert. nec ulla dura videtur curatio, cujus salutaris effectus est.* Idémqe *de benefic.* l. 5. c. 20. *Beneficia multa tristem frontem & asperam habent; qemadmodum secare & urere ut sanes.* Simplicius *in Epictet. Cruciatus vehementissimos in morbis, etiam plebeji homines ultro admittunt, cùm se, mercede etiam medicis numeratâ, secandos urendósqe prabent. Si corporum medicinam exercentem, eúmqe urentem & secantem, atqe ipsos carnifices imitantem, non malum sed bonum dicimus, atqe adeò gratias agimus, & mercedem numeramus; cur in medicina Dei non acqescimus?* Clemens *Strom.* l. 1. *pag.* 352. *B.* Οὐ γὰρ ὁ μὲν τὴν τῦ σώματος νόσον ἀπάγων, ἐυεργέτης δόξει. ψυχῆς δὲ ἀδικίας ὁ περιώμενος ἀπαλλάττειν μᾶλλον ἂν εἴη κηδεμών, ὅσῳπερ ψυχὴ σώματος ἐντιμότερον. ἀλλ' ἄρα τῆς μὲν τῦ σώματος ὑγιείας ἕνεκα, καὶ νομὰς καὶ καύσεις καὶ φαρμακοποσίας ὑφιστάμεθα. καὶ ὁ ταῦτα προσάγων σωτήρτε καὶ ἰατρός τε καλεῖται. ὁ φθόνῳ τινὶ ἢ δὲ δυσμενείᾳ τῇ πρὸς τὸν πάσχοντα, ὡς δ' ἂν ὁ τῆς τέχνης ὑπαγορύει λόγος. καὶ μέρη τινα ἀποτίμων, ὡς μὴ τὰ ὑγιαίνοντα συνδιαφθείρεσθαι αὐτῷ. τῆς δὲ ψυχῆς ἕνεκα οὐχ ὁμοίως ὑποστησόμεθα; &c. *Non enim qi avfert morbum corporis, beneficio afficere videtur: qi autem ab injustitia animam conatur liberare, non majorem videbitur curam gerere, qò est anima corpore præstantior. Sed pro sanitate qidem corporis, & secari, & uri, & medicamenta potare sustinemus: & qi hæc adhibet, & servator vocatur & medicus, & nec ei invidet, nec male vult ægrotus, & ut artis dictat ratio partes qoqe aliqas rescindit, ne sana partes unà cum eis intereant. Anima autem gratiâ non similiter tolerabimus,* &c. Et Theodoretus *Therapevt.* l. 1. *Tom.* IV. *p.* 464. *D.* Οἱ μὲν τὸ σῶμα ἐκ ἐν διακείμενοι, καὶ τὴν νόσον δυσχεραίνοσι, καὶ τῆς ὑγιείας ἐμέροσλαι, καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκασιν, εἰ μόνον ἥπια προσφέροσι φάρμακα, ἀλλὰ καὶ τέμνοσι, καὶ καίοσι, καὶ λιμώτλειν κελίοσι, καὶ πικρῶν τινῶν καὶ ἀηδῶν μισὸς προσφέροσι κύλικας. οἱ διὰ τοιαύτης ἀνιαρᾶς ἐπιμελείας τὴν ὑγίειαν καρπέμενοι, μισθὸν τοῖς ὕτως ἀκμένοις ὀρίγοσιν. *Verùm qi sunt corpore male affecto, morbos ægrè ferunt, sanitatémqe appetunt, & medicis obsequuntur, non jucunda solum ministrantibus pharmaca, verùm etiam si ferro ignique utantur, si inediam imperent, si plenos amaroris calices porrigant. Atqe tam tristi genere curationis valetudinem assequentes, mercedem illis rependunt, à qibus sic sanantur.* Dionysius Halicarnassæus *Epist. ad Pomp.* Οἱ ἰατροὶ τέμνοσι καὶ καίοσι τὰ διεφθαρμένα τῦ σώματος, εἰς βάθος τὰ καυτήρια καὶ τὰς τομὰς φέροντες. *Medici secant & urunt ea qæ sunt corrupta corporis, cauteria & sectiones altè inferentes.* Idémqe Deus, ut Nicephorus Gregoras *histor. Rom. lib.* 8. c. 28. Ὅταν γὰρ ἐθέλῃ κολάζειν ὃς ἂν ἐθέλοι, παλαιῶν τι καὶ νέαν ἁμαρτημάτων ποιήμενος ἔκτισιν, οἷα σοφὸς ἰατρὸς, τομὴν καὶ καυτῆρα τοῖς δυσιάτοις ἐπάγει πληγαῖς. *Cùm enim Deus aliqos ob vetera & recentia delicta mulctare vult, periti medici more incurabilibus morbis ustiones & sectiones adhibet.* Porphyrius *de abstinent.* l. 1. §. 56. Εἰ δ' ἔδει καὶ ἀλγηδόνας ὑπομένειν ἕνεκα τῆς ἀληθινῆς σωτηρίας; ἆρ' ὐκ ἂν ὑπεμείναμεν; εἰ γὰρ δὴ, νοσήματος τίρεσθαι δεῖ, ὅπῃ σπεδάζοντες πάνθ' ὑπομένομεν, τεμνόμενοι, φοινισσόμενοι, καιόμενοι, πικρὰ φάρμακα πίνοντες, καθαιρόμενοι διὰ γαστρὸς, δι' ἐμέτων, διὰ ῥινῶν; ὐχὶ δὲ τῦ ἐνδον χάριν νοσήματος, ὡς ἂν τὸν ὑπὲρ ἀθανασίας ἀγῶνα ἀθλῆσαι καὶ Θεῷ συνουσίας, πάνθ' ὑπομενῶμεν ἐυλόγως, εἰ καὶ μετ' ἀλγηδόνων ποιεῖσθαι τὰς ὑπομονὰς ἐχρῆν; *Ita ut dolores aliqos sufferre oporteret, si salvi esse vellemus, annon libenter toleraremus? Qum enim morbo sumus liberandi, annon etiam ultro omnia sustinemus? Secti scilicet, cruentati, usti, amaris repleti potionibus, ventre, vomitu, & naribus purgati. Qidni verò ad morbos internos profligandos nos, qi ad immortalitatem & Dei consortium contendimus, acerbissima qaqe aqo animo tolleraremus? si qidem igitur cum dolore pati oportuisset.* Cydonius *de mort. contemn.* Τί γὰρ κωλύει καὶ τὺς ἰατροὺς τοῖς λόγοις τύτοις καλίζειν, οἱ τοῖς σώμασιν ὐκ ἄλλως ἐπικωρῦσι, ἢ τῶν ἀηδῶν καὶ ἐυθίειν, καὶ πίνειν, καὶ ἀπλεῖσθαι, καὶ πάντα τρόπον χρῆσθαι τὺς κάμνοντας ἀναγκάζοντες; οἷς τἄ τῦτον τὸν τρόπον ἡμᾶς λυπεῖν, καὶ μισθὺς μεγάλως τελῶμεν, καὶ ἐυεργεσίας αὐτοί τε καὶ οἷς ἡμιτέρων μέλει ὁμολογῶμεν, [ὀφείλομεν. Seilerus] *Qid enim vetat, medicos qoqe iisdem rationibus criminari, qi corporibus non aliter succurrunt qàm cogendis ægrotis, ut res insuaves & comedant, & bibant, & tangant, & modis omnibus tractent? Qibus eò qòd hoc modo molesti nobis sint, & magnas mercedes pendimus, & debere illis, tum nos ipsi, tum ii, qibus cura sumus, prædicamus.* Joannes Chrysostomus *in Psal.* 148. Τὸν Θεὸν ὁμοίως ἀνυμνεῖν χρὴ, καὶ κολάζοντα, καὶ ἀντέντα κολάσεως. ἀμφότερα γὰρ ἐυδαιμονίας, ἀμφότερα ἀγαθότητος. ὥσπερ ὃν ἰατρὸν οὐ τρίφοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄγχοντα λιμῷ, ὐκ εἰς ἀγορὰν μόνον ἐξάγοντα, ἀλλὰ καὶ ἐν ὄικοις πυ καῖκλείοντα, ὐκ ἀλείφοντα μόνον, ἀλλὰ καίοντα καὶ τέμνοντα θαυμάζομεν. εἰ γὰρ κ ἐναντία τὰ γινόμενα, ἀλλὰ πρὸς ἓν ὁρᾷ τέλος. ὕτω καὶ τὸν Θεὸν ὑπὲρ ἁπάντων ἀνυμνεῖν χρή. καὶ πολλῷ πλέον, ὅσῳ ὁ μὲν Θεὸς, ὁ δὲ ἄνθρωπος. καὶ ὅτι τὰ μὲν τύτων πολλάκις κ εἰς τὐναντίον ἐξέβη, τὰ δὲ τῷ Θεῷ μετὰ προσηκύσης γίνεται σοφίας καὶ κηδεμονίας. *Deus aqè laudandus est, & cum punit, & cum à supplicio eximit. Utraqe enim sunt curationis, utraqe sunt bonitatis. Qemadmodum ergò medicum non solum nutrientem, sed etiam fame excruciantem: non solum in forum educentem, sed etiam domi alicubi includentem: non solum ungentem, sed etiam urentem & secantem observamus & admiramur* (etsi enim sunt contraria qæ fiunt, unum tamen finem respiciunt) *ita etiam oportet Deum laudare pro omnibus atqe adeo multò magis, qatenus hic qidem Deus, ille verò homo: & qod res qidem eorum sapè aliter eveniunt, qæ autem Deus facit, fiunt cum summa sapientia & cura.* Basilius Cæsar. *Orat.* 8. *pag.* 423. *B.* Ὡς ἐυεργέτης ὁ ἰατρὸς, καὶ πόνυς καὶ ἀλγηδόνας ἐμποιῇ τῷ σώματι. (τῇ νόσῳ γὰρ μάχεται, ὐχὶ τῷ κάμνοντι.) ὕτως ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, ὁ τὴν σωτηρίαν τῷ παντὶ διὰ τῶν μερικῶν κολάσεων διοικύμενος. *Ut enim benè facit medicus, etiam ubi corpori molestiam & dolorem infert* (cum morbo namqe bellum gerit, non cum ægroto) *sic & bonus Deus salutem omnibus per castigationem ac pœnam distribuit.* p. 425. *C.* Καὶ γὰρ δι' ὧν ἀποκτίνει, ζωοποιεῖ. καὶ δι' ὧν, κατάσσει, ἰᾶται. καὶ κατάσσεται μὲν σὰρξ, ἵνα ἰαθῇ ψυχή. θανατῦται δὲ ἁμαρτία, ἵνα ζήσῃ δικαιοσύνη. *Nam per ea, qæ interficit, vivificat, & per ea, qa perculit, sanat. Caro qidem percutitur, ut anima sanetur, pescatum perimitur, ut justitia vivat.*

mus. ejuſmodi itaqe qiddam videatur tibi, eorum qæ naturæ communi viſa ſunt, perfectio & conſummatio, cujuſmodi eſt valetudo tua. eodémqe modo, qicqid evenerit, qamvis aſperius viſum fuerit, libens admittito, qandoqidem ad mundi integritatem Jovíſqe proſperitatem atqe felicitatem ferat. neqe enim tuliſſet is, niſi ad univerſi bonum contuliſſet. cùm nec natura qælibet qicqam ferat, qod non ei mundo, qi ab ipſa adminiſtratur, congruens exiſtat. ità duplici ratione diligas oportet, qicqid evenerit tibi. alterâ, qod tibi natum, & tibi coordinatum, & ad te qodammodo affectum eſt, à cavſſis antiqiſſimis retro tibi contextum. alterâ, qod univerſi gubernatori proſperitatis & conſummationis, atqe adeò permanſionis ipſius procurandæ ex parte cavſſa ſit. mutilatur enim integrum ipſum, ſi qid vel minimum abſcindas à connexione & continuitate, ut partium univerſi, ità & cavſſarum. abſcindis avtem, qantum in te eſt, qando moleſtè fers aliqid, tolliſqe qodammodo.

ὑγιείας. τοιοῦτόν τί σοι δοκεῖτω, ἄνυσις καὶ συνέλιξα τῆ κοινῆ φύσει δοκούντων, οἷον ἡ σὴ ὑγίεια. καὶ ἔστω ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, κἂν ἀπηνέστερον δοκῇ, διὰ τὸ ἐκεῖ ἄγειν, [a] ἐπὶ τέλος τοῦ κόσμου ὑγίειαν, καὶ τέλος Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐπραγίαν. ἀγαρ ἂν [*] τοιοῦτό τι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. διδὲ γὰρ ἡ τυχοῦσα φύσις φέρει τι, ὃ μὴ τῷ διοικουμένῳ ὑπ' αὐτῆς κατάλληλόν ἐστι. ἔκεν καὶ δύο λόγους [b] στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνόν σοι. καθ' ἕνα μὲν, ὅτι σοι ἐγένετο, καὶ σοι συνεπάτγετο, καὶ πρὸς σέ πως εἶχεν, [c] ἄνωθεν ἐκ τῶν προσφυεστάτων αἰτίων συγκλωθόμενον. καθ' ἕτερον δέ, ὅτι [d] τῷ τὸ ὅλον διοικοῦντι τῆς εὐοδίας, καὶ τῆς συντελείας, καὶ νὴ δία, τῆς συμμονῆς αὐτῆς ἄτιμόν ἐστι. πηροῦται γὰρ τὸ ὁλόκληρον, ἐὰν καὶ ἐτιοῦν ἀφαιρῇς τῆς συναφείας καὶ συνεχείας, ὥσπερ τῶν μορίων, ὅτου δὲ καὶ τῶν αἰτίων. [e] ἀφαιρεῖς δὲ ὅσον ἐπί σοι, ὅταν δυσαρεστῇς, καὶ τρόπον τινὰ ἀναιρῇς.

a L.2.§.3. l.10.§.1.

* τοιοῦτο f.

b L.6.§.44. 49.

c L.4.§.26. l.8.§.23.l. 10.§.5.

d L.2.§.3.l. 8.§.5.

e L.4.§. 39.l.10.§. 25.L.8.

§. 9.

ANNOTATIONES.

vivat. pag. 423. *C.* Σὺ δὲ τῷ ἰατρῷ μὲν ὀδὲν ἐγκαλεῖς, τὰ μὲν τίμιοντι, τὰ δὲ καίοντι, τὰ δὲ παντελῶς ἐξαιροῦντι τὸ σώματος. ἀλλὰ καὶ χρήματά πῦ ὑποτελεῖς, καὶ σωτῆρα προσαγορέυεις, ὅτι ἐν ὀλίγῳ μέρει τὴν νόσον ἴσησι, πρὶν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τὸ πάθος διαχυθῆναι. ὅταν δὲ ἴδῃς πόλιν ἐπικαταστασεισθεῖσαν τοῖς ἐνοικοῦσιν, ἢ πλοῖον ἄυτανδρον κατὰ θαλάσσης διαλυθὲν, κατὰ τὸ ἀληθινὸ ἰατρὸ καὶ σωτῆρος γλῶσσαν κινεῖν βλάσφημον οὐκ ὀκνεῖς. *Tu verò neqaqam medico iraſceris, ſi ex membris hæc incidat, illa urat, alia à corpore omnino amputat: ſed & pecuniam illi numeras, & ſervatorem vocas, qod in parva corporis parte morbum curet, priuſqam ad totum corpus morbus pervenisat. Qando civitatem videris terræ motu concuſſam ſuper incolas corruiſſe, avt navigium unà cum hominibus in mari diſſolvi, contra verum medicum & ſervatorem blaſphemam linguam movere non dubitas.*

Τῆς ὑγιείας] Avguſtinus *Epiſt.* 48. *Dilectione, non odio flagellat nos Deus; non ſtudio nocendi, ſed deſiderio ſanandi, ἐπὶ τὸ συμφέρον εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. Ad commodum noſtrum, ut participes ſimus ſanctimoniæ ipſius.* Apoſtolus *ad Heb. c.* 12. *v.* 10. ἵνα ζήσωμεν, *ut vivamus, v.* 9. & *v.* 11. Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνη. *Omnis autem caſtigatio in præſens quidem non videtur eſſe gaudii, ſed triſtitiæ: at poſtea fructum tranquillum juſtitiæ reddit iis, qi per eam fuerint exercitati.*

Ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ὑγίειαν] Ideo ſubeunda vult æqo animo iſta omnia, qia ad univerſi bonum faciant. Ità Seneca *Ep.* 74. *Nihil indignetur ſibi accidere; ſciátqe illa ipſa qibus læsi videtur, ad conſervationem univerſi pertinere, & ex his eſſe qæ curſum mundi officiúmqe conſummant.* Heraclitus *Epiſt.* 2. *ad Amphidam.* Οὐκ ἴσασιν, ὅτι Θεὸς ἐν κόσμῳ μεγάλα σώματα ἰατρέυει, ἐπανισῶν αὐτῶν τὸ ἄμετρον. τὰ θρυπτόμενα ἐνοπαιεῖ. τὰ ἀλισθήσαντα ὑποφθὰς πέζει. συνάγει τὰ σκιδνάμενα. φαιδρύνει τὰ ἀπρεπῆ. καθίστησι τὰ ληφθέντα. διώκει τὰ φεύγοντα. φωτὶ μὲν ἀναλάμπει τὸ ζοφερὸν, πνεύματι δὲ τὸ ἄπνευστον. καὶ μορφὴν μὲν ἐπιβάλλει τοῖς ἀμόρφοις, ὄψεως δὲ ἀναπίμπλησι τὰ ἀναίσθητα. διὰ πάσης γὰρ ἔρχεται τῆς οὐσίας, πλήττων, ἁρμοζόμενος, διαλύων, πηγνὺς, χέων. τὸ μὲν ξηρὸν εἰς ὑγρὸν τήκει, καὶ εἰς λύσιν αὖτὸ καθίστησι. καὶ λιβάδας μὲν ἐκθυμιᾷ, παχύνει δὲ χαλασθέντα τὸν ἀέρα. καὶ συνεχῶς τὰ μὲν ἄνωθεν διώκει, τὰ δὲ κάτωθεν ἱδρύει. ταῦτα κάμνοντος κόσμου θεραπεία. *Neſciunt in mundo Deum magna corpora curare, dum inæqalitatem eorum ad exaqationem revocat, fracta in integrum reſtituit, labentia priuſqam concidunt reprimit, ſparſa in unum corpus redigit, indecora expolit & ornat, capta cuſtodiæ mandat, fugientia perſequitur, lumine tenebricoſum illuſtrat, infinitum certis finibus terminat, informatis formam addit, qæ non ſentiunt viſu imbuit, per omnem enim naturam commeat rumpendo, concinnando, ſolvendo, jungendo; aridum liqeſacit, & illud ſolvit, guttas evaporat, condenſat. laxatum aërem, & continenter ſuperna qidem ſummovet, inferiora verò ſtabilit. Hæc ægrotantis mundi curatio.* Et Maximus Tyrius *Diſſert.* 25. Ἃ δὴ ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ καὶ φθορὰς, καὶ ἐφ' οἷς ὀδυρόμεθα, ταῦτα ὁ τεχνίτης καλεῖ σωτηρίαν τοῦ ὅλου. μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου. τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη κακῶσθαι ὑπὲρ τοῦ ὅλου. *Qæ enim nos mala, qa corruptiones dicimus, qa lugemus, ea conſummationem totius vocat opifex. Qia totum reſpicit, cujus cavſſa neceſſe eſt corrumpi partes.* Vide *ad l.* 4. §. 40. In eandem ſententiam Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 12. Σκέλος ἂν μοι ὑγιάσθαι πεπηγμένον; Ἀνδράποδον. εἶτα δὲ ἂν σκελύδριον τοῦ κόσμου ἐγκαλεῖς; ἢ ἐπιδώσεις αὐτὸ τοῖς ὅλοις; ἢ χαίρων παραχωρήσεις τῷ δεδωκότι; ἢ ἔισθα, ἡλίκον μέρος πρὸς τὰ ὅλα; τὰ δὲ μέρη τοῖς ὅλοις αἰεὶ ἔχει καλῶς. *Pedene me eſſe mutilatum? manipium, ità ne ob unum pedunculum accuſas mundum? nonne eum trades univerſitati rerum? non latus permittes ei qi dedit? non intelligis qantula pars ſis collatus cum univerſis.* Idem *l.* 4. *c.* 7. Qi & *l.* 2. *c.* 5. Πῶς λέγεταί τῶν ἐκτός τινα κατὰ φύσιν, καὶ παρὰ φύσιν; ὥσπερ ἂν εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν. τῷ γὰρ ποδὶ κατὰ φύσιν εἶναι ἐρᾶ τὸ καθαρῷ εἶναι. ἀλλ' ἐν αὐτὸν ὡς πόδα λάβῃς, καὶ ὡς μὴ ἀπόλυτον, καθήξει αὐτὸν καὶ εἰς πηλὸν ἐμβαίνειν, καὶ ἀκάνθας πατῆσαι, καὶ ἔσιν ὅτε ἀποκοπῆναι ὑπὲρ τοῦ ὅλου. τοιοῦτόν τι καὶ ἐφ' ἡμῶν ὑπολαβεῖν δεῖ. τί ἐστι; ἄνθρωπος. εἰ μὲν ὡς ἀπόλυτον σκοπεῖς, κατὰ φύσιν ἐστὶν ζῆσαι μέχρι γήρως, πλουτεῖν, ὑγιαίνειν. εἰ δ' ὡς ἄνθρωπον σκοπεῖς, καὶ μέρος ὅλου τινὸς, δεῖ ἐκεῖνο τὸ ὅλον οὗ μέν σοι νοσῆσαι καθήκει, νῦν δὲ πλεῦσαι, καὶ κινδυνεῦσαι, νῦν δ' ἀποροῦσθῆναι, πρὸ ὥρας δ' ἔσιν ὅτε ἀποθανεῖν. *Qomodo igitur dicuntur rerum externarum alia contrá naturam, alia ſecundùm naturam eſſe? Perinde ac ſi abſoluti eſſemus. Nam tum qidem pedi eſſe naturale dicam, ut purus ſit. Sed ſi eum ut pedem ſumpſeris, & non ut abſolutum aliqid, conveniet eum aliqando & lutum ingredi, & ſpinas calcare, & interdum reſecari pro corpore univerſo: alioqi pes non erit. Tale aliqid de nobis etiam eſt exiſtimandum. Qidnam es? Homo. Siqidem te ut abſolutum aliqid conſideras, ſecundùm naturam vivere licet uſqe ad ſenectam, florere opibus, valere: ſin ut hominem, & partem alicujus univerſi ob illud univerſum nunc ægrotare tibi convenit, nunc navigare, & pericula adire, nunc inopiâ conflictari; aliqando etiam tempus eſt ut mortem oppetas.* Vide ſuperiùs pavlò Baſilium Cæſar. & Senecam *de provident. c.* 3. ſed & eundem, ſi lubet & otium eſt, operis ejuſdem *c.* 5. argumentum iſtud pertractantem. De corporis membris itidem Theodoretus *therapeut. l.* 1. *Tom.* IV. *pag.* 465. *B.* Πᾶσαν μηχανὴν, inqit, ἐπινοοῦσιν οἱ ἰατροὶ, ὥστε τὸ πάθος ἐξελάσαι, καὶ τὴν προτέραν τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι τῷ ὅλῳ. *Omne remedii genus excogitant medici, qo agritudinem ſummoveant, & priſtinam partium æqalitatem corpori reſtituant.*

Τὴν τοῦ Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐπραγίαν] Hoc inter Stoicorum non παράδοξα tantùm, ſed παράλογα etiam meritò reputes, qòd malis hiſce etiam numinis divini felicitatem provehi ſomniabant. qanqam & ad gloriam divinam illuſtrandam conducere iſta, nec nos inficiamur. eôqe argumento ad mala fortiter, æqanimiter, alacriter toleranda, Dei ſervos invitant, inſtigant Apoſtoli, Joannes *Evang. c.* 21. *v.* 19. Pavlus *ad Philip. c.* 1. *v.* 20. Petrus *Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 14. Verùm mundum illi pro Deo habebant, qem & iſtic deſignari ſeqentia docent. Vide *ad l.* 4. §. 23.

Στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνον] ſuprà, ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον. *Qicqid evenerit, libens admittito.* ſic *l.* 6. §. 44. ἀσπάζεσθαι καὶ στέργειν ὀφείλω. *Amplecti hæc debeo, iiſqe acqieſcere.* plus eſt τὸ στέργειν qàm τὸ ἀσπάζεσθαι. uti eò loci oſtendimus, vide & *l.* 6. §. 49. Ariſtoteles *ethic. Eudem. l.* 7. *c.* 10. Ὥστε δεῖ στέργειν αὐτὸν τὴν τύχην. *Ut oporteat illum acqieſcere in tali fortuna.*

Συνελωδόμενον] vide *ſuprà ad l.* 2. §. 3. & *l.* 4. §. 26.

Τῆς συμμονῆς] Ità *l.* 2. §. 3. σώζουσι δὲ κόσμον αἱ μεταβολαί. *conſervant mundum mutationes.*

Ἐὰν καὶ ὁτιοῦν διακόψῃς] Lucan. *l.* 6.

--- à prima deſcendit origine mundi
Cauſſarum ſeries: atqe omnia fata laborant,
Si qidqam mutáſſe velis. ---

Τῆς συναφείας καὶ συνεχείας] vide *l.* 4. §. 40. Manilius *Aſtron. l.* 2. de mundo:

Machina cognatis membris contexta ---

Διακόπτεις] vide *ad l.* 4. §. 29.

a Inf. §. 10.
b L. 6. §. 29. l. 7. §. 70.
c L. 4. §. 32.
d L. 9. §. 29.
e L. 6. §. 11. 12..
f L. 7. §. 27.
g L. 4. §. 3.
h L. 10. §. 36
i Sup. §. 8.

§. 9. [a] Μὴ σιχαίνειν, [b] μηδὲ ἀπαυδᾶν, [c] μηδὲ ἀποδυσπετεῖν, [d] εἰ μὴ καταπυκνῶταί σοι τὰ ἀπὸ δογμάτων ὀρθῶν ἕκαστα πράττειν. ἀλλὰ [e] σκυρισθέντα, πάλιν ἐπανιέναι, καὶ [f] ἀσμενίζειν ἐπὶ τὰ πλέω ἀνθρωπικώτερα, καὶ [g] φιλεῖν ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐπανέρχῃ. καὶ μὴ ὡς πρὸς [h] παιδαγωγὸν τὴν φιλοσοφίαν ἐπανιέναι. ἀλλ' ὡς [i] οἱ ὀφθαλμιῶντες πρὸς τὸ σπογγάριον

§. 9. Noli ægrè ferre, avt animum deſpondere, avt ſtomachari, ſi juxta decreta recta agere volenti, havd perinde ſemper ſucceſſerit. verùm, ubi excuſſum aliqando te ſenſeris, regredere, pluribúſque pro officii humani ratione geſtis contentus ſis; atqe illud, ad qod regrederis, fac diligas. nec, tanqam ad pædagogum, ad philoſophiam redeas; ſed qomodo ad ovum, & penicillum,

ANNOTATIONES.

§. 9. Μὴ σιχαίνειν] *faſtidire* Xylander. *egrè ferre* Caſavbonus. propriè, *nauſeare*. qanqam Phrynichus in *vocab. Attic.* τὸ σιχαίνομαι notat, ὡς τῷ ὄντι ναυτίας ἄξιον τοῦνομα, *ut nomen nauſeantis proprium.* σιχὸς, ἀηδὴς. σιχὸς, *ingratus, injucundus.* Heſychius. ἀνόρεκτος, *cibum faſtidiens.* Svidas. Plutarchus ab eodem lavdatus, *lib. de utilit. ex inimic.* Οἱ σιχροὶ καὶ νοσώδεις, ἄρτου καὶ ὕδωρ προσφερόμενοι ναυτιῶσιν. *At homines, qi ſtomacho ſunt imbecilli, & morboſi, panem & aqam ſi ad os admoveant, confeſtim nauſeant.* Vide *ad lib.* 10. §. 34.

Εἰ μὴ καταπυκνῶταί] qod *lib.* 9. §. 29. Ἀρκεῖ, εἰ καὶ τὸ βραχύτατον πρόεισι. *Sufficiat tibi, ſi vel parum admodum res proceſſerit. Ne animum abjicias, ſi non confertim ſive jugiter tibi omnia ex voto & propoſito ſuccedant, ſed mediocribus etiam progreſſibus & interruptis etiam aliqoties contentus eſto.* Siqidem, ut Cicero *de Orat. perfect. Prima ſeqentem, honeſtum eſt in ſecundis tertiiſqe conſiſtere.*

Non poſſis oculo, qantum contendere Lynceus;
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, qia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragrâ.
Eſt qodam prodire tenus, ſi non datur ultra.

Flaccus *Epiſt. l.* 1. *Ep.* 1. Qin & de ſe Seneca *de vit. beat. c.* 17. *Exigo à me, non ut optimis par ſim, ſed ut malis melior. hoc mihi ſatis eſt, qotidie aliqid ex vitiis meis demere, & errores meos objurgare. non perveni ad ſanitatem, nè perveniam qidem. delinimenta magis qàm remedia podagræ meæ compono; contentus, ſi rarius accedit, & ſi minùs verminatur.* Qin &, ut Plutarchus *de profect. p.* 76. *D.* Heſiodi illud,

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθείῳ,
Καὶ θαμὰ τοῦθ' ἕρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Si qamvis modicum modico ſuperaddere pergas,
Idqe iterum atqe iterum, magnus conſurget acervus.

Οὐ πρὸς ἀργυρίου μόνον ἄυξησιν εἰρηται καλῶς, ἀλλ' εἰς ἅπαντα ποιεῖ, μάλιστα δ' εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, πολὺ καὶ τελεσιουργὸν ἔθος τοῦ λόγου προσλαμβάνοντος. *Non de pecunia duntaxat avgenda verum eſt, ſed ad omnia pertinet, maximè ad virtutis incrementum, cùm ad doctrinam aſſidua atqe efficax adjungitur aſſuefactio.*

Ἀλλ' ἐκκρουσθέντα] qomodo Chryſippus ἐν τοῖς περὶ ἀνομολογίας, à Plutarcho *de virt. mor. p.* 450. *C.* lavdatus: Τὰ ἐπιγινόμενα πάθη ἐκκρούει τὰς λογισμὰς εἰς τὰς ἐναντίας πράξεις βιαίως προωθοῦντα. *Oborti affectus rationes explodunt propellentes vi ad contrarias his actiones.*

Πάλιν ἐπανιέναι] vide *l.* 4. §. 25. Habes avtem Epicteti pulcerrimam de argumento iſto diſſertationem apud Arrianum *l.* 1. *c.* 25. qi & ſummatim *l.* 4. *c.* 9. Πρῶτον μὲν κατάγνωθι τῶν γινομένων. εἶτα κατηγορᾷς μὴ ἀπογιγῶς σεαυτῷ, μηδὲ πάθῃς τὸ τῶν ἀγεννῶν ἀνθρώπων, οἳ ἅπαξ ἐνδόντες, εἰς ἅπαν ἐπίδωκαν ἑαυτούς. ἀλλὰ μάθε τὸ τῶν παιδοτριβῶν. πέπλωκε τὸ παιδίον. ἀναστάς, φησι, πάλιν πάλαιε, μέχρις ἂν ἰσχυροποιηθῇς. τοιοῦτόν τι καὶ σὺ πάθε. *Ac primùm, ea qæ facis improba; ubi improbáris, de teipſo ne deſpera; neqe id uſu tibi veniet qod ignavis hominibus, qi ſemel remiſſâ induſtriâ omninò ſrenum laxant pravis cupiditatibus. Obſerva potius pædotribarum conſvetudinem. Proſtratus es puer? Surge inqit, denuo luctare, donec vires tuæ avctæ confirmatqe fuerint. Ad eundem modum & tu facito.* Hebræi doctores in codice *Sanhedrin.* *Qi diſcit legem, nec redit ad eam, ſimilis eſt homini, qi ſerit, ſed non metit.* Vide *l.* 6. §. 10.

Ἀσμενίζειν εἰς τὰ πλείω] *æqo animo pleraqe humana ferre* Xylander. at Caſavbonus de actibus ſive affectibus propriis interpretatur, qibus, pro humana infirmitate, crebrò ſit expoſitus. nevtrum placet. ἀσμενίζειν εἰς τὰ πλείω ἀνθρωπικώτερα, *eſt pluribus humaniter actis acqieſcere, contentum eſſe.* qod de aliis cenſendis Flaccus *l.* 1. *Sat.* 3.

Æqus compenſet vitiis bona; pluribus hiſce,
Si modò plura illis bona ſunt, inclinet. —

qod Libanius *Orat.* 4. *pag.* 163. *B.* δὸς τῷ πλείονι τὴν ῥοπήν, ἀσμενίζειν, *Da potiori ampliorique momentum, contentum eſſe, libenter acqieſcere.* Æſchines *Ep.* 5. Ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀσμενίζω τῇ συμφορᾷ. καὶ ἀρχή μοι δοκεῖ τοῦ βίου ἡ ἀπαλλαγὴ τῆς αὐτόθι πολιτείας. *Sed admodum mihi placet mea calamitas: ac vita principium videtur Athenienſis reipublica effugium.* qod & mox interpretatus ipſe, ὑπεραγαπῶ, inqit, τὰ παρόντα. *præſentibus valde delector.* Marcus itidem *l.* 7. §. 27. μὴ διὰ τοῦτο ἀσμένιζειν αὐτοῖς. *nè dum iſtis libenter acqieſcis.* indè ἀσμενιστὸν καὶ φιλητὸν, *in illa re eſt acqieſcendum, eſtqe illa diligenda,* Clementi Alexandrino *pædag. l.* 1. *c.* 3. & ἀσμενιστέον, *acqieſcendum* Hippocrati. Marcus ipſe *l.* 12. §. 14. ἀσμένιζε, *gratum habe, contentus eſto.* & *l.* 7. §. 27. Διὰ τοῦτο ἄντως ἀσμενίζειν αὐτοῖς. *Dum iſtis lubenter acqieſcis.*

Ὡς πρὸς παιδαγωγὸν] i. e. ægrè & gravatim: qomodo ad pædagogum ſcholámve pueri commeant, qi ludum talarium literario præoptant. Vide *l.* 10. §. 35. De Clearcho Xenophon *expedit. l.* 2. *p.* 291. *B.* Τὸ ἐπίχαρι οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἀεὶ χαλέπος καὶ ὠμὸς ἦν. ὥστε διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ στρατιῶται, ὥσπερ παῖδες πρὸς διδάσκαλον. καὶ γὰρ ἐν φιλίᾳ μὲν καὶ εὐνοίᾳ ἐπομένους ἀδέπω εἶχεν, &c. *Nam ſuavitas in eo morum nulla erat, ſed ſemper eſſe gravis ac ſavus pergebat. Deniqe militum erat is erga illum animus, qi puerorum eſt erga magiſtros. Qippe nunqam eum ſequti ſunt propter qandam erga ipſum benevolentiam & amorem,* &c. Ambroſius *Hexam. lib.* 6. *cap.* 6. *Ità ſunt hæc ut pædagogi parvulis, amari videntur, acerbi & moleſti; formidabiles verbere, libertatem laſciviendi negant, neceſſitatem diſciplinæ exigunt, pueriles animos, nè luxu diffluant, terrore conſtringunt.* Perſius de ſe *Satyr.* 3. *v.* 43.

Sæpe oculos, memini, tangebam parvus olivo,
Grandia ſi nollem morituri verba Catonis
Reddere, non ſano multùm lavdanda magiſtro,
Qæ pater adductis ſudans avdiret amicis.
Jure: etenim id ſummum, qid dexter ſenio ferret
Scire, erat in voto; damnoſa canicula qantùm
Raderet; anguſtæ collo non fallier orcæ;
Nev qis callidior buxum torqere flagello.

Vide Perſii *gloſſas*; & Turnebum *Adverſar. l.* 23. *c.* 22. Alioqi tanqam ad pædagogum, ad philoſophiæ præceptorem accedere oportet, ut diſcamus, non ut oblectemur: μεμνημένοι, ὡς οὐκ εἰς θέατρον, οὐδὲ ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφίκται, *memores, non veniſſe in theatrum, neqe odeum, ſed in ſcholam, & ludum literarium.* Plutarchus *de profect.* contrà qàm illi, qos, ut Seneca *Epiſt.* 108. *Inqilinos philoſophorum, non diſcipulos dixeris. qi veniunt ut avdiant, non ut diſcant; ſicut in theatrum voluptatis cavſſâ ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis ducimur. — qi cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, ſed verba: qæ tam ſine profectu alieno diſcant, qàm ſine ſuo avdiant. qibus philoſophi ſchola diverſorium eſt otii. nec id agunt, ut aliqa illic vitia deponant, ut aliqam vitæ legem accipiant, ad qam ſuos mores exigant; ſed ut oblectamento avrium perfruantur. Ità aſſveſcit animus delectare ſe potiùs qàm ſanare: & philoſophiam oblectamentum facere, cùm remedium ſit.* Idem *Ep.* 118.

Ἀλλ' ὡς ὀφθαλμιῶντες] Vult nos ad philoſophiam recurrere, tanqam laborantes ad medicinam, qæ dolorem mitiget, morbum amoveat. Nam qod Xylander annotat de præceptis ſalutaribus in promptu habendis, qod ſuprà *lib.* 3. §. 13. monuerat, eſt hic planè ἀπροσδιόνυσον. Epictetus *Diſſert. lib.* 3. *c.* 23. Ἰατρεῖόν ἐστι τὸ φιλοσόφου σχολεῖον. οὐ δεῖ πηθέντας ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἀλγήσαντας. ἔρχεσθε γὰρ, οὐχ ὑγιεῖς, ἀλλ' ὁ μὲν ὦμον ἐκβεβληκώς, ὁ δ' ἀπόστημα ἔχων, ὁ δὲ σύριγγα ἔχων, ὁ δὲ κεφαλαλγῶν. εἶτ' ἐγὼ καθίσας ὑμῖν λέγω νουμάτια καὶ ἐπιφωνημάτια, ἵν' ὑμεῖς ἐπαινέσαντές με ἐξέλθητε, ὁ μὲν τὸν ὦμον ἐκφέρων οἷον εἰσήνεγκεν, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν ἀσαύτως ἔχουσαν, ὁ δὲ τὴν σύριγγα, ὁ δὲ ἀπόστημα. *Schola Philoſophi taberna medica eſt: non inde exeundum eſt cum lætitia, ſed cum dolore. Neqe enim ſani acceditis; ſed alius humero luxato, alius apoſtemate laborans, alius fiſtulam habet, alii caput dolet. Et ego ſedens vobis noemata & epiphonemata dicam, ut me lavdato exeatis, qum alius humero ſic afflicto exeat qalem attulerat, alius capite eodem modo affecto, alius fiſtulâ aut apoſtemate non curato.* & *ibidem* aliis inſuper adjectis imaginibus. Φιλόσοφον δ' ἐπ' ἀκρόασιν παρακαλεῖ; * ψχί. ὡς ὁ ἥλιον ἄγει αὐτὸς ἐφ' ἑαυτόν, ἢ τροφὴ, οὕτω δὲ καὶ οὗτος ἄγει τοὺς ὠφεληθησομένους. ποῖος ἰατρὸς παρακαλεῖ, ἵνα τις ὑπὸ αὐτοῦ θεραπευθῇ; καίτοι νῦν ἀκμὴ, ὅτι καὶ οἱ ἰατροὶ παρακαλοῦσιν ἐν Ῥώμῃ. πλὴν ἐπ' ἐμοῦ παρεκαλοῦντο. *Num verò Philoſophus homines ad ſe avdiendum invitat & orat? Non. Ut ſol ipſe ad ſeſe allicit, avt ut cibus & potus, ſic etiam eos ille qibus profuturus eſt. Qis medicus rogat, ut aliqis ſe ab ipſo curari ſinat? Etſi enim avdio Roma nunc medicos etiam ad ſe vocare, meo tamen tempore ipſi vocabantur.* De philoſophia Marcus, de philoſopho Epictetus.

Τὸ σπογγάριον] *penicillum.* De ſpongiis Plinius *nat. hiſtor. l.* 31. *c.* 11. *Molliſſimum genus earum penicilli, oculorum tumores*

* *ità interpungo, qæ perperam continuant codices Vulgati.*

eillum, qi oculis laborant, qomodo ad emplaſtrum alius, alius ad perfuſionem, confugit. ità nihil deerit ulteriùs, qod rationis obſeqelæ conciliet te, ſed eâ ſponte tuâ acqieſces. illud avtem memineris, philoſophiam ea ſola velle, qæ natura tua ipſa velit. tu verò aliud aliqid velis, qàm qod naturæ tuæ convenit? ecqid enim iſtis blandius fuerit? voluptas avtem nonne hâc ratione nos fallit? ſed vide, gratiórne ſit magnanimitas, liberalitas, ſimplicitas, æqanimitas, ſanctitas, ipsâ verò prudentiâ qid gratius compereris, cùm facultatem intelligentiâ ſcientiâqe in te præditam ejuſmodi cogitaveris, qæ nuſqam impingat, ſed in omni re proſperè feratur?

καὶ τὸ ὠόν, ὡς ἄλλο πρὸς κατάπλασμα, ὡς πρὸς καταιόνησιν. ἅτως γὰρ οὐδὲν * ἐπιδείξει τὸ πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ [a] περισαναπαύσῃ αὐτῷ. μέγιστον ὃ ὅτι [b] φιλοσοφία μόνα θέλει ἃ ἡ φύσις σου θέλει. σὺ δὲ ἄλλο ἤθελες * ἢ κατὰ φύσιν, [c] τί γὰρ τούτων περισσότερον; ἢ γὰρ ἡδονὴ ἐκεῖ ἀλλὰ * σωφροσύνη; ἀλλὰ θεάσαι εἰ περισσότερον μεγαλοψυχία; ἐλευθερία, ἀπλότης, εὐγνωμοσύνη, ὁσιότης. αὐτῆς γὰρ φρονήσεως τί περισσότερον; ὅταν τὸ [d] ἄπταιστον, καὶ [e] ῥοὴν ἐν πᾶσι [f] τῆς ψυχικῆς θεωρητικῆς καὶ ἐπιστημονικῆς δυνάμεως ἐνθυμηθῇς.

§. 10.

* ἐπιδείξεις Boot. ἐπιδείσεσι, vel ἐπιδείξῃ τῷ π. Sal. ἔτι δείσει [εἰς] τὸ π. vel ἐπιζητήσεις [ἢ] τὸ π. f.
a L. 4. §. 31. l. 6. §. 12.
b L. 6. §. 30. l. 10. §. 2. l. 11. §. 20.
* ἢ f.
c L. 8. §. 12.
* τοῦτο Xyl.
d L. 4. §. 49.
e L. 4. §. 3. Inf. §. 34. l. 10. §. 6.
f L. 3. §. 5. l. 7. §. 4.

ANNOTATIONES.

tumores levant ex mulſo impoſiti. iidem abſtergendæ lippitudini utiliſſimi: eóſqe tenuiſſimos & molliſſimos eſſe oportet. imponuntur ſpongiæ ipſæ epiphoris ex poſca. Nec mutandus iſte Plinii locus, qod qidam volunt, ut legatur, *genus earum è qibus penicilli.* nam præterqam qod Pliniana Syntaxis id non patitur, lectionem receptam ex Celſo firmamus, qi *penicillum* docet *ſpongiolam* ejuſmodi dici, & huic uſui adhiberi. *de re medic. l. 6. c. 6. §. 1. Neqe ab ratione abhorret etiam penicillo potiſſimùm uti expreſſo; ſi levior impetus eſt, ex aqâ; ſi major, ex poſca.*

Καὶ τὸ ὠόν] Plinius *lib. 29. c. 3. Ova per ſe infuſo candido oculis epiphoras cohibent, urenteſque refrigerant. qidam pro aqa miſcent collyriis. infantibus contra lippitudines vix aliud remedium eſt.* Sed de multiplici ad oculos ovi uſu conſulatur Celſus, *l. 6. c. 6.*

Κατάπλασμα] Φάρμακα τὰ μὲν πιτὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ἐπίτασα. Evſtathius *ad Il. δ.* Verùm qartum genus, qod is omiſit, adjecit Scholiaſtes *ad Ariſtoph. Plut.* τὰ μὲν πιτὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ταστὰ, τὰ δὲ πλαστά. πιτὰ ſunt, *qa potantur*; χριστὰ *qa inunguntur*; ταστὰ ſive ἐπίτασα, *qa inſperguntur*; πλαστὰ ſive κατάπλασα, *qa illinuntur*, ungventis craſſiora: unde & καταπλάσματα nuncupata ſunt.

Καταιόνησιν] *perfuſionem.* cujus in re medica uſus freqens & multiplex. Evſtathius *ad Odyſſ. δ.* ex Athenæi *dipnoſ. l. 1. pag. 24. D.* Λύει δὲ κάματον καὶ ἡ καταιόνησις ἡ κατὰ κεφαλῆς. *Curat verò laſſitudinem & capitis irrigatio.* Theodoretus *therapevt. l. 1. Tom. IV. pag. 465. B.* de medicis inſanos curantibus. Καὶ δεσμὰ προσφέρουσι καὶ καταιονῶσι βίᾳ τὰς κεφαλάς. *Et vincula intendunt, capútqe ungvento vi perfundunt.* Et mox: *D.* Καὶ μὲν δὴ ὡς ἀῤῥωστοῦντας καταιονήσωμεν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ παιώνια προσενείγκωμεν φάρμακα. *Aſpergamus infirmos, & ſalutaria illis ac Pæonia pharmaca deferamus.* Et *l. IV. p. 527. C.* Οὐκ ἀπαυδῶμεν, ἀλλὰ τῇ σκοπιᾷ τοῦ λόγου καταιονῶμεν τῆς ἀπιστίας τὸ πάθος. *Neqe ſeſſi deſiſtimus, ſed incredulitatis veſtræ morbum orationis noſtræ ſpongiâ perfundamus.* Et *lib. 6. p. 579. C.* Καί τοι τοὺς ἰατροὺς ἐκείνους θαυμάζετε, διὰ οὐκ ἄλλοις προσφέρειν τὴν θεραπείαν κελεύουσιν, ἀλλ' αὐτοὶ τῇ ἀμπεχόνῃ γυμνώμενοι, καὶ τὸν χιτωνίσκον διαδησάμενοι, τὸν σίδηρον μεταχειρίζουσι, καὶ τὴν τομὴν ἐπιφέρουσι, καὶ δυσοσμίας ἀνέχονται, καὶ τὰ ἰχῶρος δέχονται τὰς βαφίδας, καὶ καταιονῶσι τῇ σκοπιᾷ, καὶ τὰ φάρμακα ἐπιπάττουσιν, &c. *Et tamen eos medicos laudare ſoletis, qi non aliis curandos agros committunt, ſed ipſi pallio depoſito, tunicaqe ſuccincti, manibus ferrum accipiunt, & incidunt, nec fœtorem ulceris averſantur, ſed profluentem ſaniem excipiunt, ſpongiaqe inſpergunt, & medicamenta imponunt.* Dio Pruſæus *Orat. 17. pag. 248.* Τὰ γοῦν φλεγμαίνοντα τῶν σωμάτων, οὐκ εὐθὺς εἰσδοὺς πρὸς τὴν πρώτην καταιόνησιν, ἀλλ' ἂν συνεχῶς ποιῇ τις, ἐμαλάχθη καὶ ῥᾷον ἔσχεν. οὕτω ὁμοίως καὶ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ τῶν πολλῶν φλεγμονὴν, ἀγαπητὸν, εἴ τις δύναιτο πραΰναι, διηνεκῶς τῷ λόγῳ χρώμενος. *Corporum partes inflammata, ſanè non ſtatim cedunt ad primam aſperſionem, ſed ſi qis continenter faciat, molliuntur, & melius habent: ſimiliter & illam in multorum animis inflammationem ſi qis mitigare qeat, aſſiduis uſus ſermonibus, rem gratam fecerit.* qi locus, qum noſtrum cum primis illuſtret, à Naogeorgo tamen ità eſt verſus, ut id minùs compareat, qum ἀγαπητὸν reddit, *rem gratam fecerit*, pro eo qod debuit, *ſuffecerit, ſufficiens fuerit, ſat habuerit, ſi crebris allocutionibus aliqid profecerit*, qomodò Marcus iſtic, *nè ægrè ferat, ſi non confertim omnia ex voto proceſſerint*; & *l. 9. §. 25.* ἀρκεῖ, *contentus eſto, ſi vel pavlulum res proceſſerit.* Ità τὸ ἀγαπητὸν ſumitur in illo Epicuri dicto, apud Laërtium *lib. 10.* Συνεσίη δὲ (φασὶν) οὔποτε μὲν ὠφέλησε. ἀγαπητὸν δὲ, εἰ μὴ καὶ ἔβλαψεν. *Coitus, ajunt, nunqam prodeſt: ſat fuerit, ſi non obſit.* at bonus interpres Camaldunenſis, qod eſt illi ſolenne nimis, cum antegreſſis committens iſta ſic vertit. *neqe item oratoria daturum operam, dicens illam nihil qidem unqam profuiſſe, plurimùm verò etiam obſuiſſe.* Sed nec tempero mihi, extra oleas jam evagatus, qin & his proxima illa in verſione Ambroſiana attingam; *Probos qoqe amaturum ſapientem negat neqe ſepultura curam habiturum: neqe à Deo amorem immitti. Diogenes refert.* an Epicurum putamus tam exiſtimationis ſuæ prodigum fuiſſe, ut negaret *ſapientis eſſe probum qemqam diligere?* tum qorſum hic *Diogenis* ſcita? Verùm interpunctio vitiola ſanan interpreti impoſuit. Laërtii dictio, voculas primores reſtituente Cl. Caſavbono, ſic ſe habet. τύς τε οἰκίας κολάσειν. (qod vulgò ὅτε κολ. οἰκ. legitur) ἐλεῆσαι (σειν, malim) μέντοι, καὶ συγγνώμην τινὶ ἔξειν τῶν σπουδαίων. ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν οὐ δοκεῖ αὐτοῖς. οὐδὲ ταφῆς φροντιεῖν. οὐδὲ θεὸν ἐπιπεμπτὸν εἶναι τὸν ἔρωτα, ὡς Διογένης ἐν τῷ ιϛ φησίν. *Servos ſappliciis qidem affecturum: miſerturum tamen, veniam ipſorum qibuſdam habiturum, qi probi fuerint. amaturum ſapientem non exiſtimant: nec ſepultura rationem habiturum: nec amorem à Deo immitti: uti Diogenes* (qi Epicuri dogmata collegit) *l. 12. refert.* Cæterùm & iſta avt loco mota & tranſpoſita liqet, avt certè nullo planè ordine habito, per Satyram tumultuariè Laërtius Epicuri ſui placita congeſſit. qis enim non videt illa, ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν οὐ δοκεῖ αὐτοῖς. & οὐδὲ θεὸν ἐπιπεμπτὸν εἶναι τὸν ἔρωτα. qibus de ſepultura illud nullâ planè ratione interjectum eſt, eodem prorſus pertinere?

Οὐδὲν ἐπιδείξει τὸ πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ] locus, ut mihi videtur, mendi manifeſtus: emendatio havd perinde proclivis. legendum forſan, οὐδὲν ἔτι δείσει [εἰς] τὸ π. *nihil amplius opus erit, qod inducat te ad obſeqendum rationi.* vel etiam, οὐδὲν ἐπιζητήσεις [ἢ] τὸ πεῖθ. *nihil amplius*, vel, *nihil aliud, deſiderabis, niſi ut rationi obſeqaris.* ἢ, pro εἰ μὴ, *niſi*, ut Joan. *c. 13. v. 10.* qod & Evſtathius obſervat in Νέκυιαν. Sic *lib. 10. §. 33.* μηκέτι μηδὲν ἐπιζήτει. *nihil qæras ulterius.* Necabſcedit multùm D. Salmaſius qi legendum cenſet, vel οὐδὲν ἐπιδείσει σε πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ. vel οὐδὲν ἐπιδείσῃ τῷ π. τ. λ. *non opus habebis, non indigebis rationi parere.* At D. Bootius ἐπιδείξεις mavult. Seneca *Epiſt. 103.* *Ipſam philoſophiam non debebis jactare*: & mox; *Licet ſapere ſine pompa.* atque eò etiam Caſavbonus abit.

Ἀλλὰ περισαναπαύσῃ αὐτῷ] Ità *l. 6. §. 12.* καὶ προσαναπαύου ταύτῃ. *Hac acqieſce.* de philoſophia itidem. Sed & de arte *l. 4. §. 34.*

Μόνα θέλει, ἃ ἡ φύσις σου θέλει] Hoc eſt qod Juvenalis *Sat. 14. v. 322.*

Nunqam aliud natura, aliud ſapientia dicit.

Veriſſimè, ſi conditam, non corruptam intelligas. Vide *infrà §. 29. & l. 1. §. 9. & l. 11. §. 20.*

Σὺ δὲ ἄλλο ἤθελες ἢ κατὰ φύσιν] *Tu avtem aliud qippiam volebas.* Xylander. *qàm illud* ſcilicet *qod eſt ſecundùm naturam.* Mericus Caſavbonus erotematicè effert. *Tu aliud vis qàm qod eſt ſecundùm naturam?* forſan legendum ἄλλο ἤθελες ἢ κ. φ. qanqam & receptam lectionem retineri poſſe cenſet Salmaſius *at tu aliud volebas, qod ſecundùm naturam non eſt.* Vide *l. 8. §. 10.*

Τί γὰρ τούτων περισσότερον] Seneca *de ira l. 2. c. 13.* *Non, ut qibuſdam dictum eſt, arduum in virtutes & aſperum iter eſt. plano adeuntur. Non vana vobis autor rei venio. facilis eſt ad beatam vitam via. multò difficilius eſt facere iſta, qæ facitis. qid enim qieti otióſius? qid ità laborioſius? qid clementiâ remiſſius? qid crudelitate negotioſius? vacat pudicitia: libido occupatiſſima eſt. omnium deniqe virtutum tutela facilior eſt; vitia magno coluntur.* Idem hoc argumentum, ὅτι δυσκολώτερον μὲν τῆς ἀρετῆς ἡ κακία. κυφότερον δὲ καὶ ἥδιον τῆς κακίας ἡ ἀρετή. inculcat pluribus in locis, plurimiſque docet argumentis, Joannes Chryſoſtomus *in Matth. c. 11. v. 28, 30. Orat. 38. ibidem Orat. 56. in Coloſſ. Orat. 8. in Philipp. Orat. 14. in Pſal. 124.* alibi.

Ἡ γὰρ ἡδονὴ ἐκεῖ διὰ τὰς σφάλλει;] lego cum Xylandro, διὰ τοῦτο σφ. qia *proſopiſtéron* τι blandius qiddam eſſe videtur, cùm nihil minùs exiſtat. Seneca *Epiſt. 8.* *Et fera, & piſcis ſpe aliqâ oblectante decipitur.* Indè Platonis dictum, *Eſcam malorum eſſe voluptatem, qâ capiantur homines, ut hamo piſces.* Cicero *de Senect.* Sed & Plavtus *Mercat. 5. 3.* tanqam ſapientum dictum, hoc idem ſic extulit.

Voluptas eſt malorum eſca; qòd eâ non minùs homines,
Qàm hamo capiantur piſces. ----

qi tamen verſus, cum aliis eidem adjunctis, in editionibus qibuſdam nevtiqam comparent.

Τὸ ἄπλαστον] qod alibi τὸ ἀδιάπλαστον. aliud eſt enim τὸ ἀπρόπλαστον. *l. 7. §. 4.* Vide *ad l. 3. §. 9.*

Καὶ ἔνδειαν] Vide *l. 2. §. 5. & l. 4. §. 3. & infrà §. 34. & l. 10. §. 6.*

§. 10

§. 10. Τὰ μὲν πράγματα ἐν ταὐτῃ τρόπον τινὰ ἐγκαλύψῃ ἐστὶν, ὥστε φιλοσόφοις ἐκ ὀλίγοις δὲ καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἔδοξε ἢ παντάπασιν ἀκαταλήπτα εἶ-

§. 10. Res qidem ipsæ adeò sunt abditæ, ut philosophis havd pavcis, nec vulgaribus eis, omnino percipi nil posse visum sit.

qin

ANNOTATIONES.

§. 10. Παντάπασιν ἀκαταλήπτα] *imperceptibilia*, sive, *imprensibilia*. Gellius *l.* 11. *c.* 5. & *l.* 14. *c* 1. Laërtius *l.* 9. *c.* 61. Pyrrhonem ait primùm induxisse τὸ τῆς ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς εἶδος, *modum, qo de omnibus nihil decerneret, neqe qicqam comprehendi posse diceret.* Eum paribus ferè passibus secutus est Arcesilaus. Siqidem & ipse asseruit, περὶ πάντων ἐπίσχειν δεῖν. εἶναι γὰρ πάντα ἀκαταλήπτα, *de omnibus silendum, qia omnia sunt incomprehensibilia.* Evsebius *prapar. l.* 14. *c.* 3. de qo videndus *ibidem c.* 4. & 5. Numenius Pythagoricus *l.* 1. *de Academic. à Plat. dissens.* Verùm is τὰ περὶ τῆς ἐποχῆς καὶ τῆς ἀκαταληψίας δόγματα, Socrati, Platoni, Parmenidæ & Heraclito accepta ferebat: ut Plutarchus *adv. Color. c.* 8. Et sanè celebre est Socratis illud, τοῦτο μόνον οἶδέναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε, *nihil scire se nisi hoc unum, qòd nihil sciret.* Laërtius *l.* 2. Plutarchus *adv. Color. c.* 5. & Lactantius *institut. l.* 3. *c.* 27. qi & *ibidem* adjicit; *Hinc Academia disciplina manavit; si tamen disciplina dici potest, in qa ignoratio & discitur & docetur.* Et *c.* 4. *Socrates cumqe secuti Academici scientiam sustulerunt, novámqe non philosophandi constituerunt philosophiam.* Itaqe Aristocles *de philos. l.* 8. apud Evsebium *prapar. l.* 14. *c.* 18. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν ὀνομάζειν αὐτὴν, ἀναιρούσης γε δὴ τὰς τῆ φιλοσοφεῖν ἀρχάς. *Ego verò ne philosophiam qidem eam vocarim, qum ipsa philosophandi principia funditus convellat.* qanqam restrictiùs pavlo de se Socrates ipse apud Platonem in *Apolog.* & Lucianum *de sect.* ἃ μὴ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. *qa non novi, nec nósse opinor me.* At de Heraclito disertè Stobæus *tom.* 2. *tit.* 21. ὅτι ἤδει ἑαυτὸν μηδὲν εἰδότα. *ideo juvenis cùm esset sapientiorem reliqis habitum esse, qòd se nihil scire, scire se profiteretur.* Cæterùm idem, ut Laërtius *lib.* 9. νέῳ ὢν ἔφατο μηδὲν εἰδέναι. τέλειος μέντοι γενόμενος πάντα ἐγνωκέναι. *juvenis cùm esset, nihil scire se; vir factus, nihil non nósse dicebat.* De se Isidorus Pelusiota *l.* 3. *Ep.* 241. Ἐγὼ δὲ οἶδα σαφῶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα. *Ego pro certo hoc novi, nihil me nósse.* Nec abscedit multùm Apostolus, ubi dicit, *ad Corinth. Epist.* 1. *c.* 8. *v.* 2. Εἴ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γνῶναι. *Si qis opinatur nósse se qicqam, nondùm is qicqam, prout nósse debet, novit.* Anaxarchus verò istis longiùs progressus, μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε. *nec hoc qidem scire ajebat se, qòd nihil sciret.* De Homero Seneca *Epist.* 88. *Modò Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem; —modò Epicureum, laudantem statum qietæ civitatis, & inter convivia cantúsqe vitam exigentis; modò Peripateticum, bonorum tria genera inducentem; modò Academicum, incerta omnia dicentem.* At certè Pyrrhonii, sive Sceptici, Academiæ novæ fundatores avt favtores, Homerum ipsum, nec Homerum solùm, sed Hesiodum, Archilochum, Evripidem, & antiqissimos fere qosqe vel poeseos, vel sapientiæ nomine celebratos, in partes suas attrahere satagebant: ut docet Laërtius in *Pyrrh.* De Homero videatur, qi Plutarchi nomine de eodem extat libellus. Exagitans istos Seneca idem *Epist.* 88. *Avdi qantum mali faciat nimia subtilitas, & qàm infesta veritati sit. Protagoras ait, de omni re in utramqe partem disputari posse ex aqo, & de hac ipsa, an omnis res in utramqe partem disputabilis sit. Navsiphanes ait, ex his qa videntur esse, nihil magis esse, qàm non esse. Parmenides ait, ex his qa videntur, nihil esse in universum.* [*unum esse universum.* Lipsius] *Zeno Eleates omnia negotia de negotio dejecit; ait nihil esse. Circa eadem ferè Pyrrhonii versantur, & Megarici, & Eretrici, & Academici, qi novam induxerunt scientiam, nihil scire. Hac omnia in illum supervacuum studiorum liberalium gregem conjice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt: hi spem omnem scientiæ eripiunt. Satius est supervacua scire, qàm nihil. Illi non præferunt lumen per qod acies dirigatur ad verum: hi oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo, nihil in rerum natura est, nisi dubium. Si Navsiphani, hoc unum certum est, nihil esse certi. Si Parmenida, nihil est præter unum: si Zenoni, nè unum qidem. Qid ergò nos sumus? qid ista qa nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est avt manis avt fallax. Non facilè dixerim, utrùm magis irascar illis, qi nos nihil scire voluerunt; an illis, qi nè hoc qidem nobis reliquerunt, nihil scire.* Eosdem traducens & Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 5. inter alia: Καταλαμβάνεις ὅτι ἐγρήγορας; ἔφησεν. ἐγὼ γὰρ, ὅταν ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάζωμαι ὅτι ἐγρήγορα. ἐδόκουν ἴσον διαφέρειν ἄνθρ ἡ φαντασία ἐκείνης; ἐδόκουν ἔτι τούτῳ διαλέγομαι. καὶ ποῖον αὐτῷ πῦρ, ἢ ποῖον αὐτῷ σίδηρον προσάγω, ἵν' ἄκριβῶς, ὅτι νενίκηκας; αἰσθάνομαι δ', προσποιεῖται, ὅτι χείρων εἰ τοῦ νικῶντος. *Percipis te vigilare? negat: qòd ne tum qidem percipiat, cùm in somnis vigilare sibi videatur. Nihil ergò differre visum hoc ab illo. Cum hoc nihil amplius ego disputo. Nam qem ei ignem, qod ferrum admovebo, unde se esse mortuum animadvertat? Sin, cùm animadvertat, dissimulat: mortuo est deterior.* Vult ferro & igne cum istiusmodi, non rationibus avt disceptationibus agi. Et *lib.* 2. *c.* 20. istorum professionem derisui habens, ità sua proponentes & venditantes inducit; Ὦ ἄνθρωποι, συγκαλάθεσθε, ὅτι οὐδεὶς συγκαλάθεται. πίστευσατε ἡμῖν, ὅτι οὐδεὶς πιστεύει οὐδενί, γίνωσκε, ὅτι οὐδὲν ἐστι γνωστόν. —μάθε παρ' ἐμοῦ, ὅτι οὐδὲν ἐνδέχεται μαθεῖν. ἐγώ σοι λέγω τοῦτο, καὶ διδάξω, ἐὰν θέλῃς. *O homines, assentimini qod nemo assentiatur; credite nobis qod nemo cuiqam qicqam credat — Scito, nihil sciri posse — Disce à me, nihil disci posse; ego tibi hoc dico, teqe docebo, si voles.* Et *ibidem* postea indignabundus: Οἱ παλαίπωροι Ἀκαδημαϊκοὶ τὰς αἰσθήσεις τὰς αὐτῶν ἀποβαλεῖν ἢ ἀποτυφῶσαι δ' δύνασθαι, καί τοι τοῦτο μάλιστα ἐσπουδακότες. τίς ἡ ἀτυχία; λαβών τις παρὰ τῆς φύσεως μέτρα καὶ κανόνας εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, δ' προσφιλοτεχνεῖ τοῖς προσθεῖναι καὶ προσεργάσασθαι τὰ λείποντα. ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, εἴτι καὶ ἐκεῖ γνωσικὸν τῆς ἀληθείας, ἐξαιρεῖν πειρᾶται καὶ ἀπολλύειν. *Socordes Academici sensus suos abjicere avt excacare non possunt, qamvis id maximè studuerint. Qa est ista infelicitas? qum à natura mensuras & regulas cognoscendæ veritatis acceperis, ac non dare operam ut adjicias atqe adjungas ea qa desunt? imò verò contrà, si qid vel illic ad cognitionem veritatis facit, in eo te elaborare ut id auferas & perdas?* Et denuo, non sine stomacho: Ὦ μεγάλης ἀναισχυντίας καὶ γοητείας. ἄνθρωπε, τί ποιεῖς; αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξελέγχεις καθ' ἡμέραν, καὶ δ' θέλεις ἀφεῖναι τὰ ψυχρὰ ταῦτα ἐπιχειρήματα; ἐσθίων, πᾶ φέρεις τὴν χεῖρα; εἰς τὸ στόμα, ἢ εἰς τὸν ὀφθαλμόν; λούμενος, πᾶ ἐμβαίνεις; πότ τὴν χύτραν ἔπεις λοπάδα, ἢ τὴν τορύνην ὀβέλισκον; *O impudentiam & impostvram singularem! homo, qid agis? Tu ipse te indies coarguis, nec tamen frigidas istas cavillationes relinqis? Inter comedendum qo manus applicas? ori, an oculis? qum lavas, qo ingrederis? Nunqid ollam patinam dicis, avt cochleare verù?* Et festiviùs rursum: Εἴ τινος αὐτῶν ὄλος ἦμην, εἰ καὶ ἔδει με καθ' ἡμέραν ὑπ' αὐτῷ ἐκδέρεσθαι, ἐγὼ ἂν ἐσχέδλην αὐτόν. βάλε ἐλάδιον, παιδάριον, εἰς τὸ βαλανεῖον. ἕβαλον ἂν γάριον, καὶ ἀπελθὼν καλὰ τῆς κεφαλῆς αὐτῷ καλέχεον. τί τοῦτο; φαντασία μοι ἐγένετο ἐλαίου ἀδιακρίτως ὀμοιοτάτη, νὴ τὴν σὴν τύχην. δὸς ὧδε τὴν πλισσάνην. ἤνεγκα ἂν αὐτῷ γεμίσας παρεψίδα ὀξυγάρου. ἐκ ἤτησα τὴν πλισσάνην; ναί, κύριε. τοῦτο πλισσάνη ἐστι. τοῦτο οὐκ ἐστιν ὀξύγαρον; τί μᾶλλον ἢ πλισσάνη; λάβε καὶ ὀσφράνθητι. λάβε καὶ γεῦσαι. πόθεν δὲ οἶδας, εἰ αἱ αἰσθήσεις ἡμᾶς ψεύδονται; τρεῖς, τέσσαρας τῶν συνδίλων εἰ ἔσχον ὁμοιοῦντας, ἀπαγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ἡγησάμενον, ἢ μεταβέσθαι. τῶν δ' ἐνθρυφῶσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν παρὰ τῆς φύσεως δεδομένοις πᾶσι χρώμενοι, λόγῳ δ' αὐτὰ ἀναιροῦντες. *Si alicujus eorum servus essem, etiamsi qotidie vapulandum esset, tamen eum torquerem. Puer, conjicito oleum in balneum: caperem garum, & in caput ejus effunderem. Qid istud? Visum per fortunam tuam, perculit animum meum, garum oleo ita esse similem ut ab eo discerni non possit. Age, affer ptisanam. Afferrem illi patinam oxygaro plenam. Non petii ptisanam? Petisti domine: Hæc ptisana est. Non hoc est oxygarum? Qi verò magis qam ptisana. Cape, olfac; cape, gusta. Unde ergò nosti, si nos sensus decipiunt? Si tres avt qatuor conservos assensores haberem, avt ad laqeum illum adigerem, avt à sententia deducerem. Nunc verò illudunt nobis, qum iis qa natura dedit utantur omnibus, & tamèn verbis ea tollant.* Deinde, ubi demonstrârit, qomodo isti deliramentis hisce suis omnem boni, mali, honesti, turpis, decori, indecori distinctionem tollant, & ad flagitia ac facinora qævis non semitam, sed viam amplissimam muniant; concludit tamen cinædis ipsis, qibuscum & *l.* 1. *c.* 5. commiserat, esse minùs sanabiles: Πολὺ, νὴ Δία, μᾶλλον τοὺς κιναίδους ἐλπίσει τις ἂν μεταπείσειν, ἢ τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον ἀποκεκωφωμένους καὶ ἀποτετυφλωμένους τῶν περὶ αὐτοὺς κακῶν. *Cinædos profectò facilius sperare qeas à vita instituto recessuros, qam istos, qi usqe adeò ad sua mala vel videnda, vel audienda excacati sunt atqe obduruerunt.* Qod avtem denunciat Epictetus se, si Scepticorum istorum alicui in servitutem daretur, olei loco garum, ptisanæ oxygarum exhibiturum; ità Colotes, ubi Socratem qasi ἀκαταληψίας patronum reum egerit, ἀντὶ σιτίων καὶ ἄρτων χόρτον προβάλλει, *panum esculentorumqe loco fœnum apponit;* qæritqe ab eodem, πῶς εἰς τὸ στόμα τὸ σιτίον, οὐκ εἰς τὸ ὦς, ἐντίθησιν, *qare in os potiùs qàm in aurem cibum ingerat.* Plutarchus *adv. Color.* Qòd rursus, se tribus qatuórve conservis conspirantibus adjutum, ità miserum hominem ludificaturum, ut vel ad suspendium vel dogma novum se conferat; id in Lacyde contrà planè contigerat; is enim à servulis sæpe delusus, (longior est fabula, qàm ut integram describere animus ferat: ex Numenio apud Evsebium qi volet petat, *prapar. lib.* 14. *cap.* 7.) dum, anulum sive clavem, qo omnia obsignabat, qà immittere solebat, observato, qæ volebant è cellula surripiebant; cùm fravdem nullâ ratione deprehendere valeret, ad ἀκαταληψίαν tandem miserus adactus est. Servulorum astum, non effectum narrat Laërtius *l.* 4. ex Evsebio, qod obiter monitum velim, emendandus: qod enim apud illum in editis habetur, Lacydem περὶ ἐπιτομίων γλυκύτητα ἐσχηκέναι. legendum est, non

γλυ-

qin & Stoicis perceptu difficiles admodùm videntur. éſtque reverâ aſſenſus noſter omnis labilis & mutabilis. ubinam enim gentium eſt, qi ſententiam, falſus qandóque, non mutaverit? ad ſubjecta jam ipſa ſi tranſieris, qàm caduca, qàm vilia ſunt? qæque etiam cinædo, ſcorto, latroni in poſſeſſionem cedere poſſint. mores avtem eorum, qibuſcum degis, ſi adverteris, tales eſſe comperies, ut etiam gratiſſimum qemlibet vix ſuſtineas, ut nè adjiciam ſeipſum etiam vix ſuſtinere qenqam. in hujuſmodi itaqe caligine ac ſorde, tantóqe materiæ, temporis,

ναι; πλεῖ αὐτοῖς γε τοῖς Στωικοῖς δυσκαταλήπτα δοκεῖ. καὶ πᾶσα ἡ ἡμετέρα συγκατάθεσις, μεταπτωτή. πᾶ γὰρ ὁ ἀμεταπτωτος; [a] μελέθοι τοίνυν ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα, ὡς [b] ὀλιγόχρονα, καὶ [c] ἐυτελῆ, καὶ [d] δυνάμενα ἐν κλήσει κιναίδου, ἢ πόρνης, ἢ λησταῖ εἶναι. μετὰ ταῦτα ἔπιθι ἤδη [e] τὰ τῶν συμβιούντων ἤθη, [f] ὧν μόλις ἐστὶ κὴ ἧττον χαριεστάτου ἀναχθῆναι, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ [g] ἑαυτόν τις * μόλις ὑπομένῃ. ἐν τοιούτῳ δὴ ζόφῳ, καὶ [h] ῥύπῳ, καὶ τοιαύτῃ * ῥύσει τῆς τε οὐσίας, καὶ ἧττον χρόνου, καὶ

a L. 8. §. 22.
b L. 7. §. 1.
c L. 4. §. 48.
d L. 2. §. 11.
l. 4. §. 39.
e L. 9. §. 3.
f L. 10. §. 36.
g L. 8. §. 53.
* μόλις Lug.
h L. 9. §. 14.
* ῥύσει Inf. §. 23. L. 6. §. 15.

ANNOTATIONES.

γλυκύταλα, ſed γλισχρόταλα ἐσχυκίνας. docent, qæ ibidem ſtatim annectuntur. Firmant & Numenii illa apud Evſebium. Ἦν δὲ ὑπογλισχρότερος, καί τινα τρόπον ὁ λεγόμενος οἰκονομικὸς, ἤτοι ὁ ἐνδοξοτέρων παρὰ τοῖς πολλοῖς. *Erat is paulo ſordidior, atqe ejuſmodi, qi oeconomicus ille vulgò notiſſimus jure diceretur.* Cæterùm de Scepticis iſtis eorúmqe placitis qi plura volet, adeat Laërtium *l.* 9. in *Pyrrhon.* Sextum Empiricum *adv. diſciplin.* & *hypotheſ. Pyrrhon.* Plutarchum *adv. Colot.* Ciceronem *Academ.* Tertullianum *de anim. c.* 17. Lactantium *inſtitut. l.* 3. Auguſtinum *contra Academic.* Petrum Valent. *Academic.* Lipſium *Stoic. philoſoph. l.* 2. *c.* 4. De Deo interim Gregorius Nazianzenus *in Chriſti natal.* & rurſus *in Paſch.* Ἄπειρον τὸ θεῖον καὶ δυσθεώρητον. καὶ τοῦτο πάντη καταληπτὸν αὐτῷ μόνον ἡ ἀπειρία. *Immenſus & infinitus eſt Deus, atqe ad contemplandum difficilis: atqe hoc ſolum omninò de ipſo comprehendi poteſt, nempe qod immenſus & infinitus ſit.* qaſi dixiſſet, καταληπτὸν μόνον, τὸ ἀκαταλήπτον εἶναι.

Αὐτοῖς γε τοῖς Στωικοῖς] qi cum primis ſe Academicis hac in parte opponebant: ideo τῆς ἐναργείας πρόδικοι, *evidentiæ*, qæ eſt τῇ ἀκαταληψίᾳ adverſa, *patroni ac propugnatores*, à Plutarcho dicti, *de commun. notit. c.* 39. (ubi malè codices excuſi ἐνεργείας habent) & Chryſippus ab Ariſtocreonte in *epigrammate* (utì idem *de Stoic. contradict. c.* 1.) τῶν Ἀκαδημαϊκῶν ῥαγγαλίδων κοπίς. *laqeorum* ſive *nexuum Academicorum ſeceſſitis.* alluſit ad Demoſthenis dictum illud, qo Phocionem orationum ſuarum κοπίδα appellare ſolebat. Plutarchus in *Phoc.* & in *polit præcept.*

Δυσκαταλήπτα] Et Stoici ergò magna in incertitudine ac difficultate, an obſcuritate, pleraqe cenſent verſari: unde & de Chryſippo jactare ſolebant, τοὺς πάντων ὁμοῦ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λόγους εἰς ταὐτὸ συμφορηθέντας, οὐκ ἀξίους εἶναι προβαλεῖν, οἷς Χρύσιππος ἔγραψεν εἰς διαβολὴν τῶν αἰσθήσεων. *Omnes omnium ſimul Academicorum diſputationes in unum congeſtas, non eſſe dignas, qæ comparentur cum iis, qæ Chryſippus ſcripſit contrà ſenſus.* qod Plutarchus tamen ἢ ἀπειρίας, ἢ φιλαυτίας εἶναι, *imperitiæ, vel vani ſui amoris eſſe* pronunciat, *de contradict. Stoic. c.* 6. fatetur tamen fuiſſe Chryſippum, τῶν αὐτῷ δογμάτων κατήγορον δεινότερον ἢ συνήγορον. *ſuorum ipſius dogmatum oppugnatorem graviorem qàm defenſorem.* Verùm non hoc Stoicis ſolis viſum, ſed & aliis. Avdiamus Lactantium *inſtitut. l.* 3. *c.* 27. *Anaxagoras pronunciat circumfuſa eſſe tenebris omnia. Empedocles anguſtas eſſe ſenſuum ſemitas qeritur; tanqam illi ad cogitandum rhedâ & qadrigis opus eſſet. Democritus qaſi in puteo qodam ſic alto, ut fundus ſit nullus, veritatem jacere demerſam. nimirum ſtultè, ut cætera. non enim tanqam in puteo demerſa eſt veritas; qò vel deſcendere vel etiam cadere illi licebat: ſed tanqam in ſummo montis excelſi vertice, vel potiùs in cælo, qod eſt veriſſimum. qid enim eſt, cur eam potiùs in imum depreſſam diceret, qàm in ſummum levatam? niſi fortè mentem qoqe in pedibus, avt in imis calcibus conſtituere malebat potiùs qàm in pectore avt in capite.* Democriti dictum de veritate in fundo, ſive in profundo demersâ, refert Cicero in *Lucul.* Seneca *qæſt. nat. l.* 7. *c.* 32. ſed & Laërtius *in Pyrrhon. l.* 9. his verbis: Ἐτεῇ δὲ ἀδὴν ἴσμεν. ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. *Reverâ nihil ſcimus: nam veritas in profundo eſt.* ità enim legendum ex Sexto Empirico *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. qi κατὰ ἀλήθειαν interpretatur id qod eſt à Democrito dictum: cùm utrobiqe tamen αἰτίᾳ corruptè habeatur. Diſertiſſimè verò ex eodem *de Pyrrhon. hypotheſ. l.* 1. *c.* 30. ubi etiam in excuſis ἐτεῇ legitur, & ἀντὶ τοῦ ἀληθείᾳ à Democrito poſitum à Sexto dicitur. Optimè Ariſtoteles τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *l.* 1. *min. c.* 1. Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δὲ ῥᾳδία. σημεῖον δὲ, τὸ μήτε ἀξίως δύνασθαι τυχεῖν αὐτῆς, μήτε πάντως ἀποτυγχάνειν. *Speculatio de veritate, partim difficilis, partim facilis eſt. Signum avtem, qòd neqe ſatis eam aliqis conſeqitur, neqe aberrant omnes ab ea.* Et mox debilitatem humani cavſſatus ingenii: Ὥσπερ γὰρ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν. οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων. *Qemadmodum enim veſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent, ita & intellectus animæ noſtræ ad ea qæ manifeſtiſſima omnium ſunt.* Cicero apud Lactantium *l.* 3. *c.* 14. *Mihi avtem, non modò ad ſapientiam cæci videmur, ſed ad ea ipſa, qæ aliqa ex parte cerni videantur, hebetes & obtuſi.* Et *Academic. l.* 4. *Omnis cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus, eáqe ineſt, & in ipſis rebus obſcuritas & in judiciis noſtris infirmitas, ut non ſine cavſſa & doctiſſimi & antiqiſſimi invenire ſe poſſe qod cuperent diffiſi ſint.* Certè in pleriſqe qod magnus ille Scaliger *de ſubtil. exerc.* 307. §. 21. *Sicut à ciconia vulpes deluſa, vitreum vas lambimus, pultem havd attingimus;* rerum corticem potiùs qàm res ipſas apprehendimus. Vide Baſilium Cæſar. *Epiſt.* 168.

Πάσα ἡ ἡμετέρα συγκατάθεσις μεταπτωτή] Scepticorum dogmate iſta havd longè abeunt. Sed nec qod Seneca *Epiſt.* 65. *Fer ergò judex ſententiam, & pronuncia, qis tibi veriſimillimum videatur dicere, non qis verum dicat. id enim tam ſupra nos eſt, qàm ipſa veritas.*

Πᾶ γὰρ ὁ ἀμεταπτωτος;] Qod Cicero *Famil. l.* 9. *Epiſt.* 2. *Qis eſt tam Lynceus, qi in tantis tenebris nihil offendat, nuſqam incurrat?* Verùm nuſqam ergò terrarum ſapiens veſtet, nuſqam qiſqam verâ avt ſcientiâ avt virtute imbutus. Siqidem Stoici, ut Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. §. 4. ἐπιστήμην, ſive *ſcientiam*, definiunt, καταλήψιν ἀσφαλῆ καὶ ἀμεταπτωτον ὑπὸ λόγου. *Comprehenſionem firmam & immutabilem ratione innixam.* Vel, ἕξιν φαντασιῶν δεκτικὴν ἀμεταπτωτον ὑπὸ λόγου. *Habitum ſive diſpoſitionem phantaſiarum receptivam, à ratione firmitatem eam habentem, ut non poſſit convelli, ſive qam convellere ratio nulla poſſit.* Eámqe ſapienti tribuunt ſuo, qem habere aſſerunt (Plutarchi ſunt verba *de Stoic. paradox.*) νοῦν τέλειον, ἄκρων φρόνησιν, ἀδόξαστον ἐπιστήμην, καὶ ἀμετάπτωτον ἕξιν. *Mentem perfectam, prudentiam ſummam, ſcientiam opinatione immunem, habitum mutationis expertem.* Qos tamen exagitat avtor idem *de commun. notit. c.* 41. qod τὰς ἐννοίας ἀποκειμένας τινὰς ὁριζόμενοι νοήσεις, μνήμας δὲ μονίμους καὶ σχετικὰς τυπώσεις, τὰς δὲ ἐπιστήμας καὶ παντάπασι πηγνύντες, ὡς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ βέβαιον ἐχούσας; εἶτα τούτοις ὑποτίθενται βάσιν καὶ ἕδραν ὑσίας ὀλισθηρᾶς καὶ σκεδαστῆς καὶ φερομένης ἀεὶ καὶ ῥεούσης. *Cùm notitias definiant eſſe aliqas reconditas intelligentias: memorias avtem conſtantes qaſdam & habitus ſimiles impreſſiones: ſcientias etiam penitus defigant, ut omnis erroris & mutationis ſecuras: hiſce pro fundamento deinde & ſede ſubſternant lubricam, diſſipabilem, ſempérqe in motu verſantem & fluentem naturam.* qalem eſſe animam humanam aſſerunt. Vide *l.* 2. §. 2. Interim poteſt hoc conſiſtere, ut nemo ſit prorſus ἀμεταπτωτος, nec tamen πᾶσα ἡμετέρα συγκατάθεσις μεταπτωτή, *aſſenſus noſter omnis labilis & mutabilis.* cùm poſſint ab eo certò comprehendi non pavca, qi de multò pluribus tamen incertus exiſtat.

Ὡς ὀλιγόχροια] *l.* 7. §. 1. ὀλιγοχρόνια. ſed & ὀλιγόχρεια. ut πολύχρεια, Theophraſtus *de cauſſ. plant. l.* 5. *c.* 25.

Εὐτελῆ] Ὡς πηλοῦ παντὸς εὐτελέστερα. *Qovis luto viliora.* Joannes Chryſoſtomus *ad Olymp. Epiſt.* 13, & 17.

Ἐν κλήσει κιναίδου] Vide *l.* 2. §. 11. & *l.* 4. §. 39. Seneca *Epiſt.* 81. *Qod contemptiſſimo cuiqe contingere ac turpiſſimo poteſt, bonum non eſt. opes avtem, & lenoni & laniſtæ contingunt. ergò non ſunt bona.* Evripides *Æolo*, lavdatus à Plutarcho *leg. poet. c.* 16. Athenæo *dipnoſ. l.* 4. Sexto Empirico *adv. Gramm. l.* 1. *c.* 13. Stobæo *tom.* 2. *tit.* 5. & *tit.* 93.

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς. ἐχὶ θαυμάζω θεόν,
Ὃν χ' ὡ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.
Laudare Plutum parce: non veneror Deum,
Qi peſſimorum ſæpe fit poſſeſſio.

Grotius. Hinc Plato *de legib. l.* 5. *pag.* 849. *C.* Πλουτίους δ' αὖ σφόδρα καὶ ἀγαθοὺς, ἀδύνατον. *Divites avtem valdè ſimúlqe probos eſſe impoſſibile.* Et Cicero in *Orat. Corneliana* 2. à ſeipſo adductus in *Orat. perfect.* & à Fabio *inſtitut. l.* 9. *c.* 4. *Nam neqe me divitiæ movent: qibus omnes Africanos & Lælios multi venalitiarii mercatoréſqe ſuperárunt: neqe veſtis avt cælatum aurum & argentum; qo noſtros veteres Marcellos Maximóſqe multi Eunuchi è Syria Ægyptóqe vicerunt: neqe verò movent me ornamenta iſta villarum; qibus L. Pavlum & Mummium, qi rebus his urbem Italiámqe omnem referſerunt, ab aliqo video perfacilè Deliaco avt Syro potuiſſe ſuperari.*

Τὰ τῶν συμβιούντων ἤθη] hinc illud, *lib.* 4. §. 50. μεθ' ὅιων. Vide & *l.* 9. §. 3. & *l.* 10. §. 36.

Ὧν μόλις ἐστὶ καὶ τῷ χαριεστάτῳ ἀναχθῆναι] χαριεστάτῳ illud, vel ad eum referri poteſt cujus mores ferantur. *vix eſt etiam gratiſſimi & urbaniſſimi iſtorum mores ferre.* vel ad eum etiam, qi viventium unà mores ferat. qod *vix fecerit etiam qi*

κὴ τῆς κινήσεως, κὴ τ̃ κινεμένων, τί πο῀ ἐςὶ τὸ ςιλμηθῆναι, ἢ τὸ ὅλως σπεδασθῆναι δυνάμενον, ἀδ' ἐπινοῶ. Ἐναντίον γὰρ δεῖ ϖ̃ δχμυθέμενον ἑαυτὸν

a L. 2. §. 17. Inf. §. 33. l. 9. §. 3.
b Sup. §. 9.
c L. 6. §. 12.
d Sup. §. 8. l. 8. §. 4. l. 12. §. 26.
e L. 2. §. 2. l. 3. §. 14.
f L. 3. §. 3. Inf. §. 27.
g L. 2. §. 9.
h L. 8. §. 2. l. 10. §. 24. 37. l. 12. 19. 33.
i L. 10. §. 37.
k L. 4. §. 28. l. 9. §. 39.

[a] ϖερμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν, κὴ [b] μὴ ἀχάλλειν τῇ ἀφαιρέσει, ἀλλὰ τέλεως μένοις [c] ϖεφοιτακέναι. ἐνὶ μὲν τῷ, ὅλα [d] ἀδὲν συμβήσεταί μοι, ὃ ἀχὶ κατὰ τὴν τ̃ ὅλων φύσιν ἐςίν. ἑτέρῳ ἦ, ὅλα [e] ἔξεσί μοι μηδὲν ϖράττειν ϖαρὰ τ̃ ἐμὸν [f] θεὸν κὴ δαίμονα. [g] ἀδεὶς γὰρ ὁ ἀναγκάσων τ̃τον ϖαρελθεῖναι.

motuum, rerúmque motarum fluxu, nihil posſum comminiſci, qod æſtimatione ſtudióve dignum videatur. contrà potiùs ſolari ſe qemqe par fuerit, diſſolutionem ſui naturalem operiendo, morémqe interea havd gravatè ferendo, dum duobus hiſce acquieſcit prorsùs; altero nimirum, nihil obtingere ſibi poſſe, qod non ſit univerſi naturæ conſentaneum; altero, in ſua eſſe poteſtate ſitum, ut nihil faciat præter genii Deíqe ſui voluntatem. hanc enim transgredi qi cogat, nullus eſt.

§. 11. Πρὸς τί ϖο῀ε ἄρα νῦν χρῶμαι τῇ ἐμαυτ̃ ψυχῇ; [h] ϖερ' ἕκαςον τ̃το ἐπανερωτᾶν ἑαυτὸν, κὴ [i] ἐξετάζειν, τί μοί ἐςι νῦν ἐν τ̃τῳ τῷ μορίῳ, ὃ δὴ ἡγεμονικὸν καλ῀σι; κὴ τίν῀ ἄρα νῦν ἔχω ψυχήν; [k] μὴν παιδίαν; μήτι μειρακίαν; μήτι γυναικαρίαν; μήτι τυραννίδα; μήτι κτήνους; μήτι θηρίου;

§. 11. Quam ad rem animâ nunc utor meâ? hoc te jugiter interroga, ſimúlqe te percontare, Ecqid mihi nunc verſatur in parte mei illa, qæ principalis dici ſolet? avt cujuſnam ego nunc animam gero? num pueruli? num adoleſcentuli? num mulierculæ? num tyranni? num jumenti? num belluæ?

§. 12.

ANNOTATIONES.

gratiſſimè ac maxima cum comitate ſe geſſerit. Sed illud potiùs. Vide *l.* 10. §. 35.

Ἑαυτόν τις μόγις ὑπομένει] Vide *l.* 3. §. 4. & *l.* 8. §. 53. Seneca *Epiſt.* 53. *Incredibilia ſunt qa tulerim, cùm me ferre non poſſem.*

Ῥύσει τ̃ς τι ὑσίας κὴ τ̃ χρόνου] lego ῥύσει, vel ῥύσει, ut *infrà* §. 23. ᾗ τε ὑσία; οἷον ϖοταμὸς, ἐν διηνεκεῖ ῥύσει. *Rerum natura eſt inſtar fluvii cujuſdam, qi in jugi eſt fluxu.*

Περιμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν] Vide *ſuprà l.* 3. §. 1. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 9. Ἄνθρωποι, ἐκδέχεσθε τὸν θεόν. ὅταν ἐκεῖν῀ σημάνῃ κὴ ἀπολύσῃ ὑμᾶς ταύτης τ̃ς ὑπηρεσίας, τότε ἀπολύεσθε ϖρὸς αὐτόν. ἐϖὶ δὲ τ̃ ϖαρόντ῀ ἀνάσχεσθε ἐνοικοῦντες ταύτῃ τῇ χώρᾳ, εἰς ἣν ἐκεῖν῀ ὑμᾶς ἔτυξεν. ὀλίγ῀ ἄρα ὁ χρόν῀ ὅτ῀ τ̃ς ϖοικήσεως, κὴ ῥᾴδι῀ τοῖς ὕτω διακειμένοις. *Homines, Deum expectate, qum ille ſignificarit, & vobis muneris iſtius vacationem dederit, tunc ad eum revertimini. Nunc verò æqo animo tuemini ſtationem iſtam vobis ab eo attributam. Exiguum profectò tempus eſt habitationis hujus, & ſic affectis minimè grave.* Apud Ciceronem *de repub. l.* 6. P. Scipioni dicenti, *Qid moror in terris? qin huc ad vos venire propero?* reſpondet Pavlus pater; *Non eſt ità. niſi enim, cùm Deus hic, cujus templum eſt omne qod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis liberavit, huc tibi aditus patere non poteſt.*

Μὴ ἀνχάλλειν τῇ διατριβῇ] Qod Eliæ forſan obrepſit. *Hiſtor. Reg. lib.* 3. *c.* 19. *v.* 4, 14. Jonæ certò *c.* 4. *v.* 3, 9. Contrà Pavlus, qi etiamſi ad Chriſtum tranſmigrare qàm primùm cum primis cuperet, *ad Philip. c.* 1. *v.* 23. tamen, ut Avgustinus *in Joan. Epiſt.* 1. *Serm.* 9. *patienter vivit; libenter moritur.* atqe ut Clemens *Strom. l.* 3. *pag.* 453. *C.* Ἐπεδείξατο σαφῶς, τῆς μὲν ἐξόδου τ̃ σώματ῀, τὴν ϖρὸς θεὸν ἀγάπης τελείωσιν εἶναι. τ̃ς δὲ ἐν σαρκὶ ϖαρουσίας, τὴν ἐυχάριτον διὰ τὰς σωθησομένους ὑπομονήν. *Per hac enim apertè oſtendit, exitus qidem corporis perfectionem eſſe in Deum dilectionem: ejus autem præſentiæ in carne ex gratia animo profectam tolerantiam, propter eos, qi opus habent, ut ſalvi fiant.* ità enim locus ille reſtituendus videtur.

Οὐχὶ κατὰ τὴν τ̃ν ὅλων φύσιν] vide *l.* 2. §. 3. & *ſuprà* §. 8.

Ἔξεσί μοι μηδὲν ϖράττειν] Plvtarchus *de tranqill.* ubi Menandri illud attulerat,

Οὐκ ἔςιν εἰκ῀ ζ῀ν τ̃τ' ὃ ϖείσομαι,

Subjungit ſtatim; Ἀλλ' ἐςιν εἰκ῀ ζ῀ντα, τ̃το δ' ϖοιήσω, ὃ ψεύσομαι, ὃ ῥαδιυργήσω, ὐκ ἀποσιρήσω, ὐκ ἐπιβυλεύσω. τ̃το γὰρ ἐφ' ἡμῖν κείμενον, ὃ μικρὸν, ἀλλὰ μέγα ϖρὸς ἐυθυμίαν πάρεσιν.

Dicere havd virus poteſt qiſqam, hoc non obtinget mihi. Atqi hoc licet dicere: vivus nunqam in me iſtuc admittam, non mentiar, non agam ſubdolè, non defravdabo, non inſidiabor. Hoc enim in noſtra ſitum eſt poteſtate, non parvum, ſed ingens ad animi tranqillitatem adjumentum.

Θεὸν κὴ δαίμονα] τὸ ἡγεμονικὸν, ſive *mentem* vult, qæ nunc *Deum* ſive *numen*, nunc *Damonem* ſive *Genium* appellare conſvevit. Vide *ad l.* 2. §. 13. & *lib.* 3. §. 5. & *infrà* §. 27. & *l.* 12. §. 26. Clemens *Padag.* 2. 10. Ταύτῃ τοι κὴ Πλάτων ἐν Φιλήβῳ, ἀθέους κέλευσε μυσικῶς, τὺς τὸν θεὸν τὸν ἔνοικον αὐτοῖς, τὸν λόγον, διαφθείροντας κὴ μιαίνοντας, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐν τῇ τ̃ν ϖαθ῀ν οἰκειώσει. *Hac ratione Plato qoqe in Philebo impios & à Deo alienos eos myſticè vocavit, qi deum in ipſis habitantem, nempe rationem, corrumpunt, & qantum in ſe eſt, vitiorum ſuorum conjunctione polluunt.*

Οὐδεὶς γὰρ ὁ ἀναγκάσων τ̃τον ϖαραβαίνειν] Vide *l.* 2. §. 9. & *l.* 10. §. 32, 33. Pelagius *ad Demetriad.* qod ſub Hieronymi nomine proſtat: (illius enim eſſe conſtat ex Oroſii *apologet.* & Avgustino *de grat. Chriſti l.* 1. *c.* 37.) *Neqe verò apertâ contra nos pugnat acie ſpiritus neqam; nec publicâ nobiscum fronte congreditur; ſed dolo vincit ac fravde, noſtrâqe contra nos utitur voluntate. de conſenſu adverſariorum vires accipit, noſtróqe nos,*

ut dici ſolet, jugulat gladio. infirmus hoſtis eſt, qi non poteſt vincere niſi volentem. dat ille qidem conſilium; ſed noſtrum eſt vel eligere vel reſpuere, qod ſuggerit. non enim cogendo, ſed ſvadendo nocet: non extorqet à nobis conſenſum, ſed expetit. Hieronymus ipſe *in Matth. c.* 4. *Diabolus, qi ſemper omnes cadere deorſum deſiderat, perſvadere poteſt, præcipitare non poteſt.* & *ibidem ad c.* 15. *v.* 19. *Diabolus adjutor & incenſor malarum cogitationum eſſe poteſt; avtor eſſe non poteſt.* Et *in Epheſ. c.* 4. *v.* 27. *Poteſtas diabolo non in illius temeritate, ſed in tua eſt voluntate. paratus irrumpere, oſtium pulſat: ſed tu niſi aperueris, ingredi non poteſt.* Avgustinus *hom.* 12. *Svadere diabolus & ſolicitare poteſt, cogere omnino non poteſt. dat ille conſilium; ſed noſtrum eſt vel eligere vel repudiare qod ſuggerit.* Et *de diverſ. Serm.* 20. *Etſi diabolus aliqando aliqid ſuggerit, conſentientem tenet, invitum non cogit.* & *in Pſal.* 91. *Habet ille aſtutiam ſvadendi, non poteſtatem cogendi.* & *in Joan. tract.* 12. *Non habet cogendi potentiam, ſed perſvadendi verſutiam.* Si avtem nec Spiritus neqam cogere poteſt, qis poterit? Hinc Herculis magnanimæ voces illæ in Evripidis *Syleo*, qas *ad l.* 8. §. 38. exhibebimus. ibi plura vide ſis.

§. 11. Πρὸς τί ϖοτε ἄρα νῦν χρῶμαι] Gemina his *l.* 8. §. 2. & *l.* 10. §. 24, 37. & *l.* 12. §. 19. iſta avtem, qæ periocham hanc ordiuntur, hinc avulſa, ſuperiori attexuerat Lugdunenſis ille operis, non tam editor, qàm mutilator.

Τίν῀ ἄρα νῦν ἔχω ψυχὴν;] Vide *l.* 4. §. 28. & *l.* 9. §. 39.

Παιδίαν] cui ſcilicet ἦθ῀ παιδαριώδες, *mores pueriles. l.* 4. §. 28.

Γυναικαρίαν] cui θῆλυ ἦθ῀, *mores effeminati. ibidem.*

Κτήνους, θηρίου] utpote cui ἦθ῀ βοσκηματῶδες, ἢ θηριῶδες, *mores pecuini, vel belluini. l.* 4. §. 28. Sive, cujus τὸ ἡγεμονικὸν βόσκεται, ἢ τεθηριώται, *mens inſtar pecudis alitur, avt in ferinam naturam vertitur. l.* 9. §. 39. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 3. Ἀλλ' ἔχεις τι κρεῖσσον τ̃ν σωφρισίαν. τί ἂν ἀφῆς ἐκεῖνο, τ̃τοις ϖροσίθημας; διὰ ταύτην τὴν συγγένειαν (qam cum animantibus corporis reſpectu habemus, ab ea qam mentis ratione cum Deo obtinemus) οἱ μὲν ἀϖοκλίναντες, λύκοις ὅμοιοι γιόμενοι, ἄϖιστοι κὴ ἐπίβυλοι κὴ βλαβεροί. οἱ δὲ λέοντες, ἄγριοι κ῀ θηριώδεις κ῀ ἀνήμεροι. οἱ πλείους δ' ἡμ῀ν, ἀλώπεκες, κὴ ἐν ζώοις, ἀτυχήματα. τί γὰρ ἐςι ἄλλο λοίδορ῀ κὴ κακοήθης ἄνθρωπ῀, ἢ ἀλώπηξ, ἤ τι ἄλλο ἀτυχέςερον κὴ τ̃ϖικ῀τερον; ὁρᾶτε οὖν, κὴ ϖροσέχοντες, μήτι τ̃των ἀϖοβῆτε τ̃ν ἀτυχημάτων. *Sed & præſtantius qiddam corpuſculo habes. Qid ergò illo omiſſo, iſti affixus es: Ob hanc deflexionem fit, ut alis lupis ſimiles ſimus, inſidi, inſidiatores, noxii: alii leonibus agreſtes, feroces, immanes; plerique avtem in vulpeculas degeneramus, & monſtra qadam vel inter beſtias. Qid enim aliud eſt maledicus & ſubdolus qàm vulpes? avt aliqid aliud abjectius & infelicius? Videte igitur & cavete, ne tale aliqod monſtrum evadatis.* Idem *lib.* 4. *c.* 5. Ἐπίκτησαι σεαυτ῀ τὸ ταμιεῖον. ἴδε τίνας δυνάμεις ἔχων ἐλήλυθας, μήτι τὴν θηριώδη, μήτι τὴν μηνικακητικήν. *Inſpice penum tuum, vide qas tecum facultates attuleris: num belluinam? num ultionis avidam?* Et mox: Δυσυχής ἐςιν, ὁ ἀϖολωλεκὼς τὸ ἴυγωμον, τὸ πιςόν. ταῦτα γὰρ τὰ ἀνθρωπικά. τὰς χαρακτ῀ρας; ἃς ἔχων ἐν τῇ διανοίᾳ, ὅιας κ῀ ἐπὶ τ̃ν νομισμάτων, ἂν μὲν ἴυρωμεν, δοκιμάζομεν. ἂν δὲ μὴ ἴυρωμεν, ῥιπ῀μεν. τί οὖν λέγεις, ὅτι ἄνθρωπός ἐςιν ὁ ἐγίλ῀, ὁ μεμ῀ψίμοιρ῀; μὴ γὰρ ἐκ ψιλ῀ς μορφ῀ς κρίνεται τ̃ν ὄντων ἕκαςον. ἐϖεὶ ὕτω λέγει κὴ τὸ κήρινον, μ῀λον εἶναι. ἐκ ἀρκεῖ δὲ ἡ ἐκτὸς ϖεριγραφή. ἐκκ῀ ἐδὲ ϖρὸς τὸν ἄνθρωπον ἡ ῥὶς ἐξαρκεῖ, κ῀ οἱ ὀφθαλμοί. ἀλλ' ἂν τὰ δόγματα ἴχῃ ἀνθρωπικά. ὅτ῀ ἐκ ἀκούει λόγου, ἢ παρακολυθεῖ ἐλεγχόμεν῀, ὄν῀ ἐςί. τ̃τ' τὸ αἰδ῀μον ἀϖοτετίκραται, ἄρχρηός ἐςι, ϖάντα μ῀λλον ἢ ἄνθρωπ῀. ὅτ῀ ζ῀λεῖ, τίνα ἀϖαντήσας λακτίσῃ, ἢ δάκῃ, ὥςε ὑδὲ ϖρόβατον, ἢ ὄν῀, ἀλλὰ τί ϖοτε, ἄγριον θηρίον. *Miſer eſt qi amiſit prudentiam, bonitatem, fidem. Hæc enim ſunt res humanæ, qarum ſigilla impreſſa menti ſecum attulit: qæ & in nummiſmatibus ſi invenerimus probamus, ſi non invenerimus, rejicimus. Qid ergò dicis? homi-*

§. 12. Cujuſmodi ſint, qæ pleriſque bona videntur, hinc licet deprehendere. ſi qid eorum qæ reverâ bona ſunt mente qiſpiam conceperit, puta, prudentiam, temperantiam, juſtitiam, fortitudinem, iſta, inqam, ſi animo præconceperit, non ſuſtinebit adjectum huic avdire qicqam, qod non rei bonæ probè congruat. at verò qæ vulgò pro bonis habentur, ubi animo præconceperit qis, avribus æqis accipiet, faciléqe admittet, tanqam aptè adjectum id, qod à comico qandoqe dictum eſt, ità etiam vulgus hominum differentiæ iſtius habent aliqam notitiam. alioqi enim non offenderet & tanqam dictu indignum repudiaretur, ſi de illis enunciaretur; cùm de divitiis eíſqe fortunæ bonis qæ ad luxum pompámve ferunt, tanqam aptè ſcitéqe dictum, admittamus. Eas nunc & qæras licet, utrùm in honore habendæ, avt in bonis cenſendæ ſint res hujuſmodi, qibus animo priùs conceptis illud commodè poſſit adjici, homini iſtis inſtructo præ opulentia ſua *non ſuppetere, ubi ventris onus deponat.*

§. 12. [a] Ὁποῖά ἐστι τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγαθὰ, ἢ ὁθενοῦν λάβοις. εἰ γάρ τις ἐπινοήσειεν ὑπάρχον τί τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, οἷον φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, ἆρ' ἂν παῦσαι φοβηθεὶς, ἔτι ἀκοῦσαι δυνηθείη * τί. τῷ τῷ ἀγαθῷ γὰρ ἐφαρμόσει. τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἀγαθὰ φοβηθεὶς τις ἐξακούσει), καὶ ῥᾳδίως δέξει), ὡς οἰκείως ἐπιλεγόμενον τὸ τοῦ ζ κωμικοῦ εἰρημένον. ὅτως καὶ οἱ πολλοὶ φαντάζονται) τὴν διαφοράν, εἰ γὰρ ἦν * τοῦτο μὲν ἐπεσκέψατο καὶ ἀπηξιοῦτο. * τὸ δ' ἐπὶ ζ πλούτῳ καὶ τῶν περὶ τρυφὴν ἢ δόξαν ἐυκληρημάτων παραδεχόμεθα, ὡς ἐκνενικημένως καὶ ἀσείως εἰρημένον. πρόϊθι οὖν καὶ ἐρώτα, εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ τοιαῦτα, ὧν φοβηθέντων, οἰκείως ἂν ἐπιφέροιτο, τὸ τὴν κεκλημένον αὐτὰ, τοῦ τῆς ἐυπορίας ἂν ἔχειν ὅπου * χέσῃ. * θέσῃ Boot.

a *L.* 2. §. 12. Inf. §. 33.

§. 13.

ANNOTATIONES.

hominem eſſe iracundum & morоſum? Num enim ſolâ formâ ſingula res judicantur? Qod ſi ita eſt, ceream qoqe maſſam dic eſſe pomum. Neqe verò externa circumſcriptio ſatis eſt. Neqe igitur ad hominem conſtituendum naſus ſatis eſt, & oculi, ſed decreta humana reqiruntur. Hic non avdit doctrinam, cùm arguitur non intelligit. Aſinus eſt. Hujus verecundia eſt emortua. Inutilis eſt, & qidvis potius qàm homo. Hic qarit qem obvium mordeat, avt calcibus petat. Itaqe neqe ovis, neqe aſinus eſt: ſed qid tandem? fera beſtia. Jamblichus *de temperant.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 5. Ὅλως γὰρ ἡ τῶν παθῶν ἄμετρος ἐπιτροπὴ, ἀδὲ ἀνθρώπους ἐφίησιν εἶναι τοὺς ἀνθρώπους. πρὸς δὲ τὴν ἀλόγιστον αὐτῶν ἕλκει φύσιν, καὶ θηριώδη καὶ ἄταυτον. *Omninò enim immoderata affectuum vis, ne homines qidem ſinit eſſe homines, ſed ad rationis expertum, belluinam, & incompoſitam naturam eos trahit.* Origenes *in Ezech. Orat.* 3. argutatus ſuper illud Hebræorum אִישׁ אִישׁ qod tamen nihil aliud eſt illis, qàm eſt *Qiſvis* Latinis. *Omnes homines nati ſumus homines: ſed non omnes homines ſumus. eſt homo homo; & eſt homo non homo. eſt homo jumentum, Pſal.* 49. *v.* 20. *eſt homo ſerpens, Matth. c.* 3. *v.* 7. *eſt homo equs, Jer. c.* 5. *v.* 8. *homo exterius; jumentum, ſerpens, equs interius. is tantummodo eſt homo homo, & duplicat nomen hominis, qi tam ſecundùm interiorem hominem, qàm ſecundùm exteriorem homo eſt.* Clemens item *Strom. lib.* 4. Τὰς φιληδόνους καὶ φιλοσωμάτους, καὶ θηρία μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους, τὰς παρομοιωθείσας τοῖς κτήνεσι, θηλυμανεῖς ἵππους. ὄνῳ ὑβρισὴς ὁ ἀκόλαστος. λύκος ἄγριος, ὁ πλεονέκτης. καὶ ὄφις ὁ ἀπατεών. *Qi voluptati & libidini ſunt dediti, & tenentur amore corporis: & beſtias potius qàm homines eos, qi ſunt aſſimilati jumentis, eqos in feminas inſanientes. Eſt aſinus libidinoſus, is qi eſt intemperans: efferatus lupus, avarus: & ſerpens, is qi eſt impoſtor & fravdulentus.* Et Joannes Chryſoſtomus *in Gen. Orat.* 12. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία γραφὴ πρὸς τὰ πάθη τὰ ἐνοχλοῦντα, ὅτω καὶ τὰς τῶν ἀλόγων προσηγορίας, πολλαχοῦ δὲ καὶ τῶν θηρίων, τοῖς λόγῳ τετιμημένοις ἐπιτίθησι. ποτὲ μὲν κύνας καλοῦσα διὰ τὸ ἀναίσχυντον καὶ ἰταμόν. (Eſajæ *c.* 56. *v.* 10.) ποτὲ δὲ ἵππους διὰ τὸ λάγνον. (Jerem. *c.* 5. *v.* 8.) ποτὲ δὲ ὄνους, διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν ἄνοιαν. (Pſal. 49. *v.* 12.) ποτὲ δὲ λέοντας καὶ παρδάλεις, διὰ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ πλεονεκτικόν. ποτὲ δὲ ἀσπίδας, διὰ τὸ δολερόν. (Pſal. 140. *v.* 3.) ποτὲ δὲ ὄφεις καὶ ἔχεις, διὰ τὸν ἰὸν καὶ τὴν πονηρίαν. (Matth. *c.* 3. *v.* 7.) &c. *Idcircò & divina ſcriptura propter affectiones illas interturbantes ab irrationalibus & à feris agnominationes his, qi ratione inſigniti ſunt, imponit. Interdum canes vocat ob impudentiam & impetum. Interdum eqos ob libidinem. Interdum aſinos ob ſtupiditatem & ignorantiam. Interdum leones & pardos ob rapacitatem & habendi aviditatem. Interdum aſpides ob fravdulentiam. Interdum ſerpentes & viperas ob venenum & malitiam.* &c. Seneca *Epiſt.* 60. *Hos, ut ait Saluſtius, ventri obedientes, animalium loco numeremus, non hominum.* Et *Epiſt.* 103. *Erras, ſi iſtorum tibi qi occurrunt, vultibus credis: hominum effigies habent, animas ferarum.* Τέρατα τῆς φύσεως, βυγενῆ, ἀνδρόπωρα. *Portenta naturæ, bove genita, hominis effigiem habentia.* ut, ex Empedocle Theophylactus Bulgar. *Epiſt.* 44. Faciunt huc Diogenis illa, nulli non memorata; qod in medio foro, mero meridie, inter turbas confertiſſimas, accenſâ face, qid qæreret reqiſitus, reſpondit, Ἀνθρώπου ζητῶ. *hominem qæro.* qòd cùm homines ad ſe invitâſſet, confluentes multos baculo abegit, ſimul dictitans, Ἀνθρώπους ἐκάλεσα, ἀ καθάρματα. *Homines vocabam, non qiſqilias.* qòd è balneo prodiens, ut Hecato in *chriis*, vel ab Olympia reverſus, ut alii perhibent, qærenti an plurimi homines ibi eſſent, reſpondit, Πολὺς μὲν ὄχλος, ὀλίγοι δὲ ἄνθρωποι. *turba qidem multa, verùm homines pavci.* Laërtius. *l.* 6. Qibus finitima habet & Joannes Chryſoſtomus *tom.* 8. *Orat.* 11. de Jeremia ex *c.* 6. *v.* 10. Ἐν μέσῳ πλήθει, ὥσπερ ἀδείνος παρόντος, ὅτως ἐβόα. Πρὸς τίνα λαλήσω; τί λέγεις; τοσοῦτον πλῆθος ὁρῶν, ἐρωτᾷς, πρὸς τίνα λαλήσεις; ναί, φησι. τὸ πλῆθος γὰρ σωμάτων ἐστὶν, ἀλλ' ἀ πλῆθος ἀνθρώπων. ἀνθρώπους γὰρ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀ δεῖ καλεῖν. ἀ γὰρ εἴ τις σῶμα ἀνθρώπου καὶ φωνὴν ἔχει, ὅτος ἄνθρωπος. ἀλλ' εἴ τις ψυχὴν ἀνθρώπου καὶ διάθεσιν ἔχει ψυχῆς. *In media multitudine, tanqam nemine præſente, ità clamabat. Qem alloqar? qid dicis? tantam multitudinem videns interrogas, qem alloqaris? etiam dicit. Multitudo hæc corporum eſt, ſed non eſt multitudo hominum; non enim oportet ex foro homines vocare. Non enim hic homo eſt, ſi qis corpus & vocem hominis habet; ſed ſi qis animam humanam & anima rationem habet.* Et de Eſaia, ex *c.* 5. *v.* 2. Εἰς τὴν πόλιν τῶν Ἰουδαίων τὴν μητρόπολιν εἰσελθὼν τὴν πολυάνθρωπον, ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς ἑστὼς, τῷ δήμῳ πᾶσι τοῖς αὐτὸν περιεσῶτος, ἦλθόν, φησι, ἐβόων, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος. *In Judæorum urbem populoſam, urbium caput ingreſſus, in medio foro cùm ſtetiſſet, univerſo populo adſtante, veni, dicit, exclamabam, & homo non aderat.* Siqidem erant illi, ut idem *tom.* 5. *Orat.* 19. Ἄνθρωποι μὲν τὸ ὄνομα, οὐκ ἄνθρωποι δὲ τὸ φρόνημα. *Homines qidem qoad nomen, non verò homines qoad animum.* Philemon *Agyrtâ*, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 2.

Ὦ πῶς ποιηρόν ἐστιν ἀνθρώπου φύσις
Τὸ σύνολον; ἀ γὰρ ἂν ποτ' ἰδιήθη νόμος.
Οἱεί τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων;
Διαφέρει ἐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι.
Πλάγιοι ἐσὶ τἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.
Qàm prava tota eſt indoles mortalium,
Qæ cæteroqi non egeret legibus?
Tun' credis hominem reliqis animantibus
Differre? nihilum diſtat; hoc dempto tamen,
Qod alia cùm ſint prona, rectum animans homo eſt.

Grotius. Eleganter Chryſoſtomus in illud Pſaltæ *Pſal.* 49. *v.* 20. *Homo jumento compar factus eſt.* Serm. *de aſcenſ. Dom. Deterius eſt comparari jumento, qàm naſci jumentum.* Nempe qia, ut Avguſtinus *in Pſal.* 103. *conc.* 4. *Qod illi natura eſt, hominis crimen.* Vel, ut Bernardus *de bon. deſer. qod illis naturæ eſt, homini culpæ.* Ideò Bernardus idem *ibidem* & *in Cant. ſerm.* 34. *Ipſis etiam beſtiis beſtialior eſt homo, ratione vigens, & ratione non vivens.* Vide *l.* 10. §. 8.

§. 12. Οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκοῦσαι δυνηθείη τι. ὑπὸ τῷ ἀγαθῷ γὰρ ἐφαρμόσει] Periocha tota ferè iſta miſerè diſturbata, depravata, mutilata eſt. Itaqe Xylandrum nihil iſtîc aſſecutum, havd mirum eſt. legendum forſan, οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκοῦσαι δυνηθείη τι, ὅπερ τῷ ἀγαθῷ οὐκ ἐφαρμόσει. *Si qis*, inqit, *eorum aliqod qæ verè bona ſunt*, puta juſtitiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, *animo ac cogitatione præceperit, his ſemel mente præceptis nihil vel ipſe ſubjungere, vel adjectum ab alio qopiam avdire ſuſtinebit, qod non aptiſſimè cum boni natura conſiſtat.* Membrum proximum, huic ἀντιστρόφον, lectionem hanc firmare videtur.

Τὸ ὑπὸ τοῦ κωμικοῦ] *à Comico dictum*: illud utiqe qod in periochæ hujus clavſulâ extremâ ponitur.

Οὐ γὰρ ἂν τοῦτο μὲν ἀ προσέικοπεν καὶ ἀπηξιοῦτο. τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ πλούτου] Lego, ἀ γὰρ ἂν τοῦτο μὲν [ἐπ' ἐκείνων] ἀ προσέικοπεν καὶ ἀπηξιοῦτο. ἐπὶ δὲ τοῦ πλούτου, &c. Sive ad ſcripturam vulgatam propiùs accedendo, qod D. Salmaſio viſum magis, ἀ γὰρ ἂν ἐπὶ τούτων μὲν ἀ προσέικοπεν, &c. forſan & ſequentia tunc ità concepta fuerint. ἀ προσέικοπεν καὶ ἀπηξιοῦτο τόδε. ἐπὶ δὲ τοῦ πλ. &c. *Alioqi*, inqit, *Comici iſtud non offenderet & ut indignum repudiaretur, ſi de bonis illis verè bonis enunciatum fuiſſet; contrà admitteretur & plavſu exciperetur, tanqam commodè admodum ac urbanè dictum, ubi de divitiis eíſqe bonis uſurpatur, qæ bonorum loco vulgus hominum habet.*

Τὸν κεκλημένον αὐτὰ, ὑπὸ τῆς ἐυπορίας οὐκ ἔχειν ὅπου χέσῃ]

a L.2.§.2.l. 6.§.32.

§. 13. a Ἐξ αἰπώδης καὶ ὑλικῆ συνέστηκα; b ἀδέτερον οὖ τούτων εἰς τὸ μὴ ὂν φθαρήσε). ὥσπερ b L.4.§.4. c L.2.§.3.l. 6.§.15.l.7. §.18.25.l.8. §.18.l.9.§. 28. ἀδὲ ὃν μὴ ὄν]ως ὑπέστη. ἀκῆν c καταπεχθήσε) πᾶν μέρ]ος ἐμὸν κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρ]ος τι ξ κόσμε. Ϲ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μέρ]ος ξ κόσμε μετα]βαλεῖ. καὶ ἤδη εἰς ἄπειρον. κατὰ τοιαύτην οὖ μετα]βολὴν καὶγὼ ὑπέστην, καὶ οἱ ἐμὲ γεννήσαντες, καὶ ἐπανιόντα εἰς ἄλλο ἄπειρον. ἀδὲν γὰρ κωλύ ἄρ-

d L.10.§.7. l.11.§.1. τως φάναι, κἂν d κατὰ περιόδες πεπερασμένας ὁ κόσμ]ος διοικῆται.

e L.4.§.13. 25.l.7.§.18. l.8.§.7.l.11. §.1. §. 14. Ὁ λόγ]ος καὶ ἡ λογικὴ τέχνη e δυνάμεις εἰσὶν ἑαυτῆς ἀρκέμεναι, καὶ τῆς καθ' ἑαυτὰς ἔργοις. ὁρμῶν) μὲν ἂν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς.

f Inf.§.34. L.8.§.60. g L.4.§.18. 51. f ὁδὰς ἴσι οὖ πρὸς τὸ προκείμενον τέλ]ος. καθὸ κατορθώσεις αἱ τοιαῦ) πράξεις ὀνομάζονται, g τῶν ὀρθότητα τῆς ὁδὸ σημαίνεσαι.

h L.1.§.12. 26. §. 15. Οὐδὲν τούτων ῥητὸν ἀνθρώπῳ, h ἃ ἀνθρώπῳ, καθὸ ἄνθρωπ]ος, ἀκ ἐπιβάλλει.

§. 13. Formâ conſto & materiâ. harum nevtra in nihilum interibit, qemadmodum nec ex nihilo proceſſit. omnis ergò pars mei, mutatione interveniente, in mundi partem aliqam pro ratione ſui redigetur. & hæc rurſus in aliam mundi partem mutabitur: & ſic in infinitum. mutationis avtem hujuſmodi operâ & ipſe extiti, & qi me genuerant, atqe ità retro in aliud infinitum. nihil enim vetat, qo minùs hoc dicam, etiamſi ſecundùm periodos finibus certis terminatas mundus iſte digeratur.

§. 14. Ratio árſqe ipſa rationalis, facultates ſunt, qæ ſibi operibúſqe ſuis ipſæ ſufficiunt. à ſuo itaqe cientur prodeúntqe principio; at ad propoſitum ſibi finem rectâ proficiſcuntur. unde & rectè factorum appellationem ſortitæ ſunt actiones iſtiuſmodi, qâ viæ rectitudo ſignificetur.

§. 15. Nihil horum hominis eſſe dicendum eſt, qod non ad hominem qâ homo eſt, pertinet.

ANNOTATIONES.

Cujuſnam Comici iſtud ſit, mihi havd liqet. Ariſtophanis forſan fuerit, cujus multa interciderunt. Hoc innuit, omnia apud illum neſcio qem per ſummam opulentiam jam ità eſſe exornata & depicta, ut locus, in qo ventris onus deponatur, nullus ſuperſit. Qomodo Ariſtippus, ſi Laërtio *l.* 2. credimus, vel Diogenes potiùs, ſi Galeno *in hortat. c.* 5. (Cynicam enim proterviam redolet magìs, qàm urbanitatem Ariſtippeam) in locupletis cujuſdam faciem inſpuiſſe legitur, qod in ædibus omni ex parte ſplendidiſſimè exornatis locum, in qem ſputum demitteret, nullum deprehenderet. Cæterùm D. Salmaſius ἀπορίας mavult, ut à divite aliqo infelice & luxurioſo in ſcena pronunciatum ſit, qi dixerit, Se ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἠναγκάσθαι ὅπως χίσῃ. qod à talī viro dictum populus pronis avribus & cum plavſu accepit. at de prudente, avt juſto, avt forti ac temperante non ità facilè diceretur, nec dictum cum favore & attentione avdiretur. Utrovis modo legeris, Ariſtophaneum illud in Concionatricibus reſipit, ubi Praxagoræ maritus,

Ἀλλ' ἐν καθαρῷ πᾶ πᾶ τις ἂν χίτας τύχοι,
Avguſtinus *in Joan. tract.* 38. *In omnibus actionibus & motibus noſtris, & in omni prorſus agitatione creaturæ, duo tempora, præteritum & futurum. præſens qæro, nihil ſtat. qod dixi jam, non eſt, qod dicturus ſum, nondum eſt.* Hinc Plato Theæteto: Ἔϛι γὰρ ὐδέποτ' ὐδὲν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. *Nihil enim unqam conſiſtit, ſed ſemper fit, movetur.* & Plutarchus *de EI. Delph. pag.* 392. Ἡμῖν μὲν γὰρ ὄντως τὸ εἶναι μέτεϛιν ὐδὲν, ἀλλὰ πᾶσα θνητὴ φύσις ἐν μέσῳ γενέσεως κὴ φθορᾶς γινομένη φάσμα παρέχει κὴ δόκησιν ἀμυδρὰν κὴ ἀβέβαιον αὐτῆς. ἂν δὲ τὴν διάνοιαν ἐπερείσῃς, λαβεῖν θέλειν ὥσπερ ἢ σφοδρὰ περίδραξις ὕδατος τὸ πιέζειν εἰς ταὐτὸ κὴ συνάγειν διαῤῥέον ἀπόλλυσι τὸ περιλαμβανόμενον, ὕτω τῶν παθημάτων μεταβάλλων ἑκάϛυ τὴν ἄγαν ἐνάργειαν ὁ λόγος ἀποσφάλλεται, τῇ μὲν εἰς τὸ γιγνόμενον αὐτῦ, τῇ δὲ εἰς τὸ φθειρόμενον, ὐδενὸς λαβέϛθαι μένονλος ὄνλως δυνάμενος. *Reverâ enim eſſentiæ nos neqaqam ſumus participes: ſed univerſa mortalis natura in medio ortus & interitus verſans, ſpeciem opinionémqe obſcuram & inſtabilem ſui præbet. Qod ſi animum intendas, ut intellectu eam comprehendere poſſis: qemadmodum aqam ſi complectaris vehementius, fit ut comprimendo ea, & in ſe conducendo diffluat ac pereat: ſic uniuſcujuſvis perpeſſionibus & mutationibus obnoxia rei nimis evidentem perceptionem dum ſectatur ratio, aberrat vel ad ortum ejus, vel ad interitum, nihil arripere qod permaneat aut ſit revera cum poſſit.* Et mox *D.* Μένει δὲ ὐδὲν, ὐδ' ἔϛιν ὅ, ἀλλὰ γιγνόμεθα πολλοὶ περὶ ἓν φάνλασμα καὶ κοινὸν ἐκμαγεῖον, ὕλης περιελιτομένης καὶ ὀλισθαινύσης. *Neqe eſt unus; ſed naſcimur multi: materiâ circa unum ſimulacrum & exemplar qoddam expreſſum circumagitatâ, atqe labaſcente.* Aliâ ratione Baſilius Cæſar. *Orat.* 12. & Simeon *Cancellar. Orat.* 21. Οὔτε τὰ δεξιὰ κὴ περισπάδαστα τοῖς πολλοῖς, τὸ ἐϛὼς κὴ μόνιμον ἔχει, ἅττα τὰ περιϛαλικὰ τῶν πραγμάτων κὴ κατηφῆ παγίως ἤδεσμαγ. ἀλλὰ πάνλα σάλῳ τινὶ καὶ κλόνῳ, καὶ μεταβολαῖς ἀδοκήτοις ὑπόκειται. *Proſperæ fortunataqe res, & qæ magno ſtudio à qam plurimis affectantur, neqe perſtant, diúve permanent: neqe etiam infortunatæ, ac luctuoſæ ſolidæ firmaqe ſunt; ſed omnia fluctui cuidam, turbulentæqe agitationi, improviſis etiam mutationibus ſubjacent.* & qæ ſequntur.

Οὐδὲν ἐϛὼς, καὶ τὸ παρεγγύς. τὸ δὲ ἄπειρον] Vitioſa interpunctio, qæ & Xylandrum in fravdem induxit. lege Οὐδὲν ἐϛὼς. καὶ τὸ παρεγγὺς τόδε ἄπειρον, &c. Conſule verſionem. Vide *l.* 4. §. 3, 50. & *l.* 12. §. 7.

Ὦ πάνλα ἐναφανίζεται] Vide *l.* 2. §. 12. & *l.* 12. §. 32.

Πᾶς ἂ μωρὸς, ὁ ἐν τύτοις φυσώμενος, ἢ σπώμενος] Vide *l.* 4. §. 44. & *l.* 7. §. 73. Horum avtem ſtultitiam icone pulcerrimâ depingit nobis Dion Chryſoſtomus *Orat.* 66. Εἴτις εἴη τοιῦτος ἄνθρωπος, οἷος ζῆν πρὸς τὴν αὐτῦ σκιὰν, ὕτε αὐξομένης μὲν αὐτῆς ἐπαίρεσθαι. καὶ μεγαλαυχεῖσθαι. βραχυτέρας δὲ γιγνομένης, λυπεῖσθαί τε καὶ ὀρᾶσθαι ταπεινότερον, καὶ τοσύτῳ μᾶλλον, ὅσῳπερ ἂν ἐλάττων γένηται. ἂ πολύ γε ἂν εἴη τῆ Μαγνίτε σοφώτερος. τῆς γὰρ αὐτῆς ἡμέρας, ὅτε μὲν λυποῖτ' ἂν, ὅτε δὲ χαίροι. πρωὶ μὲν ἐπειδὰν ἴδοι τὴν σκιὰν τὴν ἑωθινὴν πάνυ μακρὰν, τῶν τε κυπαρίτλων, καὶ

χιλιάζων, ὡς ἔν τινι χρόνῳ καὶ ἐπὶ μικρὸν ἐνοχλήσαντι;

a L.2.§.9.l.2.§.32. b L.4.§.26. c L.4.§.48. l.11.§.18.

§. 24. Μέμνησο τῆς συμπάσης οὐσίας, ἧς ὀλίγιστον μετέχεις, καὶ ὅτι σύμπαντος αἰῶνος, ὃ βραχὺ καὶ ἀκαριαῖόν σοι ἀφόρισται, καὶ τῆς εἱμαρμένης, ἧς πόσον εἰ μέρος.

d L.4.§.26. l.11.§.13.l.12.§.26. *τις Xyl. e Sup.§.3. f L.4.§.34.l.7.§.57.

§. 25. d Ἄλλος ἁμαρτάνει * τι εἰς ἐμέ. ὅ-ψεται. e ἰδίαν ἔχει διάθεσιν, ἰδίαν ἐνέργειαν. f ἐγὼ νῦν ἔχω, ὃ με θέλει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ φύσις, καὶ ᾗ πράσσω ὃ με νῦν πράσσειν θέλει ἡ ἐμὴ φύσις.

g L.6.§.22. h L.4.§.3. Sup.§.19. i L.7.§.16.67.l.10.§.24. *αὐτὸ f. L.7.§.68. k L.3.§.6.l.7.§.55.l.8.§.26.

§. 26. Τὸ ἡγεμονικὸν ἑκάστου τῆς ψυχῆς σοῦ μέρος, h ἀτρεπτον ἔσω, ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως. καὶ i μὴ συγκεκινέσθω, ἀλλὰ περιγραφέτω * αὐτὸ, ἑκάστου τὰς πείσεις ἐκείνας ἐν τοῖς μορίοις. ὅταν δὲ ἀναδιδῶσι κατὰ τὴν ἑτέραν συμπάθειαν εἰς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐν σώματι ἡνωμένῳ, τότε μὲν τὴν αἴσθησιν, φυσικὴν οὖσαν, οὐ περατέον ἀντιβαίνειν.

ad ſpatium perbreve moleſtiam exhibeat, qiritatur, qaſi diu id fiat.

§. 24. Memineris & naturæ univerſæ, cujus particulam exiguam admodum obtines; & ævi univerſi, cujus ſpatium breve & momentaneum tibi aſſignatum eſt; & fati, cujus qantilla es particula?

§. 25. Peccat qis aliqid adversùs me? ipſe viderit: propriam habet diſpoſitionem, operationem propriam. ego nunc habeo, qod nunc habere me vult rerum natura; facióqe qod nunc me facere vult natura mea.

§. 26. Qæ principatum ac dominium obtinet pars animæ tuæ, immota maneat, ad levem vel aſperum carnis tuæ motum: nec ſe carni immiſceat, ſed circumſcribat ſeſe, & intra membrorum limites coerceat affectiones iſtas. qòd ſi aliâ ratione ſe ad mentem ſubvexerint, qatenus nempe ea corpori unita eſt, tunc ſenſui, cum á natura ſit, non eſt obnitendum,

ſed

ANNOTATIONES.

τῶν ἐν τοῖς τείχεσι πύργων σχεδὸν μείζω, δῆλον ὅτι καίροι ἂν ὡς αὐτὸς ἐξαπίνης γεγονὼς τοῖς Ἀλωϊάδαις ἴσος. καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζοι ἄν, καὶ εἰς τὰ θέατρα, καὶ πανταχόσε τῆς πόλεως, ὅπως ἂν ὑπὸ πάντων βλέποιτο. περὶ δὲ πληθύσαν ἀγορὰν ἄρχοι· ἂν σκυθρωπότερος αὐτῷ γίγνεσθαι, καὶ ἀναχωρεῖν. τὰς δὲ μεσημβρίας, αἰσχύνοι· ἂν ὀρθῆναι ἀνθρώπῳ τινὶ, καὶ εὐδον μένοι ἂν ἐγκλεισάμενος, ἐπειδὴ ἐν ποσὶ βλέπειν τὴν σκιὰν παρῆ. περὶ δείλην δὲ ἀναλαμβάνοι αὐτὸν, καὶ γαυρότερος φαίνοιτο ἂν ἅσι πρὸς ἐσπέραν. πάντα μοι δοκεῖς ἄτοπον διάθεσιν, καὶ ἄνδρα διαπλάττων ἠλίθιον. ἐκεῖν ὁ τῇ δόξῃ προσέχων, οὐδέν τι βελτίων, ἀλλὰ πολὺ ἀθλιώτερος. πολλάκις γὰρ ἂν, πλείας μεταβολὰς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μεταβάλοιτο. καὶ τοι, ἐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν τεταγμέναις ὥραις τίτιν, ἀλλὰ καὶ δείλης, καὶ ἑωθεν, οὐδὲν αὐτὸν κωλύσει μὴ δυσυχέσατον ἄνθρωπον εἶναι, νῦν μὲν φερόμενον καὶ πετόμενον ὑψηλότερον τῶν νεφῶν, ἂν τύχωτι μαρτυρήσωσίς αὐτὸν τινες καὶ ἐπαινέσωσίς, νῦν δὲ συστελλόμενον καὶ ταπεινούμενον. πολὺ πλείας αὐξήσεις τε καὶ φθίσεις τῆς ψυχῆς αὐτῷ λαμβανούσης, ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν τῆς σελήνης. *Si qis igitur foret talis homo, qi viveret ad ſuam umbram, nempe ut eâ auctâ efferretur atqe gloriaretur: breviore autem factâ contriſtaretur, dejectioriſqe videretur animi, tantóqe magis, qantò ea minor fieret, havd multò utiqe eſſet Margite ſapientior. Eádem enim die nunc qidem mæſtus eſſet, nunc autem gavderet. Mane qidem, cùm umbram videret matutinam valdè prolixam, atqe cypreſſis turribúſqe in mœnibus ferè majorem, havd dubium qin gavderet, qaſi ipſe repentè compar factus eſſet Aloidis: atqe in forum vaderet & in theatra, inqe omnia civitatis loca, qo ab omnibus conſpici poſſet. Circa meridiem verò inciperet mæſtior ſeipſo fieri, atqe ſecederet. At in meridie erubeſceret ab ullo homine conſpici, domiqe maneret clavſus, conſpectâ pedibus umbrâ. Poſtea verò crepuſculum rediret ad ſe, fieretqe ſuperbior ſemper ad veſperam. Prorſus mihi videris abſvrdam affectionem, virúmqe effingere ſtolidum. Qvare ii qi gloriæ animum advertit, nihilo eſt melior, ſed multò miſerior. Nonnunqam enim una die ſæpius immutaretur, neqe qemadmodum ille incertis qibuſdam horis, ſed etiam mane, & circa crepuſculum, nihil prohiberet, qò minus eſſet hominum infortunatiſſimus. Nunc enim impetu ferretur, volaretqe altius nubibus, ſi qi teſtimonium illi perhibuiſſent, illúmqe lavdaſſent: nunc autem contraheretur, abjiceretqe animum. Multoqe plura incrementa atqe decrementa illíus ſuſciperet animus, ut mihi videtur, qàm luna.*

§. 24. Τῆς συμπάσης οὐσίας, ἧς ὀλίγιστον μετέχεις] Vide *l.* 10. §. 17. & *l.* 12. §. 32. Seneca *Epiſt.* 91. *Qota pars omnium ſumus?*

Βραχὺ καὶ ἀκαριαῖον διάστημα] Vide *l.* 2. §. 17. & *l.* 4. §. 26, 48. & *l.* 11. §. 18. Ἀκαριάτος ὁ ἀνθρώπειος βίος. *Momentanea eſt vita humana.* Diodorus Siculus *hiſtor. l.* 1. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι διὰ τῆς φύσεως ἀσθένειαν, βιῶσι μὲν ἀκαριαῖόν τι μέρος τοῦ παντὸς αἰῶνος, τετελευτήκασι δὲ πάντα τὸν ὕστερον χρόνον. *Cuncti enim mortales, ob naturæ imbecillitatem, vix ad exiguum momentum totius æternitatis vivunt, per omne deinde tempus exſtincti.* Ariſtides *in Eteoneum Tom.* 1. *p.* 140. Βίος δὲ πᾶς ἀνθρώπου βραχὺς, καὶ εἰ πόλλοῦ τινος ἄξιος εἰς ἀριθμὸν λόγου. ἀλλ' ἐάν τε Ἀργαθώνιον, ἐάντε Τίθωνον λέγῃ τις, ἐάν τε τὸν τὰς τρεῖς γενεὰς διαφέσαντα Νέστορα τὸν Πύλιον, πάντας τούτους τοὺς χρόνους συνθεὶς, εὑρήσει ἔλαττον μέρος ὅλας τοῦ παντὸς αἰῶνος, ἢ ὅσον εἰπεῖν. *Jam vita omnis hominum brevis eſt, nec valdè longa, adeò ut ſive Arganthonium commemores, ſive Tithonum, ſive eum qi ad tria duravit ſecula, Neſtorem Pylium, omnibus his temporibus in ſummam collectis minima deprehendatur eſſe pars æternitatis.*

§. 25. Ἄλλος ἁμαρτάνει τι εἰς ἐμέ] Xylander legiſſe videtur, Ἄλλος ἁμαρτάνει τις εἰς ἐμέ. *Peccat alius qis adverſùm me.* Verùm lectionem receptam ſolicitare nihil eſt neceſſe; *Peccat qidpiam alius adverſus me.* Ego, ſi qid eſſet mutandum, legerem potiùs; Ἄλλος ἁμαρτάνει. τί εἰς ἐμέ; *Peccat alius. qid hoc ad me? ipſe viderit.* Verùm nihil moverim. *l.* 4. §. 26. & *l.* 9. §. 4. ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. *ſibi peccat.* Epictetus *l.* 2. *c.* 13. Τί ἂν σοι μέλει περὶ τῶν ἀλλοτρίων; ἀκ ἐκείνου ἁμάρτημα; πῶς γὰρ ὅ; δύναταί δ' ἄλλου μὲν εἶναι ἁμάρτημα, ἄλλου δὲ κακόν; ὅ. τί ἂν ἀγωνιᾷς περὶ τῶν ἀλλοτρίων; *Qid ergò cura tibi ſunt aliena? Annon illius peccatum? Qidni? Poteſt verò alterius eſſe delictum alterius malum? Non. Qid ergò de alienis angeris?*

B Ὄψεται] *Viderit ipſe.* αὐτῷ μελέτω. qaſi dicat, Qid ad me? ſive, nihil id ad me pertinet. Sic Cicero *Acad. l.* 4. *Viderit hoc Epicurus.* Naſo *Art. l.* 1.

Viderit Atrides, —

q. d. nihil ad me. cavſſam ipſe ſuam tueatur.
& *l.* 3.

Viderit utilitas. —

q. d. utilitatem ipſe nihil moror. Sic *l.* 8. §. 41. & *l.* 9. §. 27. & *l.* 11. §. 13. & *l.* 12. §. 1.

Ἰδίαν ἔχει διάθεσιν] *ſuprà* §. 3. ἴδιον ἡγεμονικὸν ἔχουσι. *Habent illi mentem propriam.*

C Ἐγὼ νῦν ἔχω ὃ με θέλει νῦν ἔχειν] Hoc argumento compeſcit ſuos rex pius à viro neqam ac nefario maledictis impetitus. *Regum hiſt. l.* 2. *c.* 16. *v.* 12. *Sinite iſtum: Ipſe enim maledixit, qia id Dominus edixit.* Vide *ad l.* 4. §. 34.

Καὶ πράσσω, ὃ με νῦν πράσσειν] Ità *l.* 6. §. 22. Ἐγὼ δὲ ἐμαυτῷ κεχθήκαι ποιῶ. *Ego qod mei eſt officii exſeqor.* Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 12. Ἐκεῖνοι μὲν ποιήσουσι τὰ φαινόμενα αὐτοῖς. ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ἧττον κατὰ φύσιν ἔχομεν. *Illi ea agant qa ipſis videntur. & nos nihil minus ſic affecti ſimus ut natura poſtulat.* Seneca. *Epiſt.* 103. *Tu ità cogita, qod ex homine periculum ſit; ut cogites, qod ſit hominis officium, alterum tuearis, nè ladaris? alterum, nè ladas. commodis omnium lateris, movearis incommodis: & memineris qa præſtare debeas, qa cavere.* Verùm iſta non ad Stoicam amuſſim exacta prorſus.

D §. 26. Ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως] id eſt, *à voluptate vel dolore.* eadem periphraſis *ſuprà l.* 4. §. 3. Λείως ἢ τραχέως; κινυμένῳ. *Lenitèr ſive aſperè moto.* Epictetus *Diſſert. l.* 2. *c.* 1. Πόνος τί ἐστι; μοχθηρόν. σκέψαι οὐτὸ καὶ ἐπὶ μικρῶν. τραχείας κινεῖται τὸ σαρκίδιον, εἶτα πάλιν λείας. ἂν σοι μὴ λυσιτελῇ, ἡ θύρα ἥνοικται. ἂν λυσιτελῇ, φέρε. *Labor qid eſt? Larva. Inverte eam ut cogneſcas. Aſperè movetur caruncula, deinde rurſus molliter. Qod ſi tibi non expedit, janua*
E *patet. ſi expedit, fer.* Seneca *de beat. c.* 15. *Qomodo hic poteſt Deo parere, & qicqid evenit bono animo excipere, nec de fato qeri, caſuum ſuorum bonus interpres, ſi ad doloris voluptatúmqe punctiunculas concutitur?* Vide *l.* 10. §. 8.

Μὴ συγκρινέσθω] *Nè admittat perſvaſiones* Xylander. tanqam ſi de principalis partis judicio agatur, qod in caſibus iſtiuſmodi inhibendum toties inculcat Marcus *l.* 4. §. 39. & *l.* 8. §. 28. 44. & *l.* 11. §. 9, 16. & iſtic etiam in mox ſubjunctis, τὴν ὑπόληψιν μὴ προσιέσθω. Verùm meliùs Caſavbonus, *nè immiſceatur*, ſive *nè immiſceat ſe.* Vide *l.* 7. §. 67. & *l.* 10. §. 24.

Περιγραφέτω αὐτὸ] *Circumſcribat eas* Xylander. Verùm αὐτὸ potiùs legendum. atqe ità Caſavbonus *circumſcribat ſe.*

F Τὰς πείσεις] *Perſvaſiones* Xylander. *perpeſſiones*, vel *affectiones* potiùs; de qibus & *l.* 3. §. 6. & *l.* 7. §. 55.

Πρὸς τὴν αἴσθησιν φυσικὴν οὖσαν οὐ περατέον ἀντιβαίνειν] fruſtra enim id foret. Seneca *de ira l.* 2. *c.* 2. *Omnes enim motus, qi non voluntate noſtrâ fiunt, invicti & inevitabiles ſunt: ut horror frigidâ aſperſis, ad qoſdam ictus aſperuatio, ad pejo-*

res

sed sistenda partis principalis censura, nè de his tanqam avt bonis avt malis sententiam ullam ferat.

§. 27. Cum Deis vivendum. hoc avtem faciet, qi animum exhibuerit ità jugiter affectum, ut rebus sibi destinatis acqiescat; faciátqe qæcunqe genius ille voluerit, qem sui particulam à se avulsam Jupiter cuiqe attribuit, præsidem ducémqe eidem futurum. hic avtem cujusqe mens est & ratio.

§. 28. Num succensés ei qi hircum olet?

a τὴν ὑπόληψιν, τὴν ὡς πρὸς ἀγαθὸν ἢ κακόν, μὴ προσιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ. a L. 4. §. 8. l. 7. §. 14.

§. 27. b Συζῆν θεοῖς. συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν c ἀρεσκομένην μὲν τοῖς δοπονεμομένοις, d ποιοῦσαν ὅσα βούλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ e προσάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, f ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. ἔστω δὲ ἕκαστος, ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. b L. 10. §. 1. l. 12. §. 5. c L. 2. §. 17. l. 3. §. 16. l. 7. §. 54. d Sup. §. 10. e L. 3. §. 5. f L. 2. §. 4. l. 12. §. 26.

§. 28. g Τῷ γέροντι μήτι ὀργίζῃ; μήτι g L. 11. §. 15.

ANNOTATIONES.

res nuncios subriguntur pili, & rubor ad impreba verba suffunditur, seqiturqe vertigo prærupta cernentes. qorum, qia nihil in nostra potestate est, nulla qò minùs fiant ratio persvadet. Sensum enim hominis nulla exuit virtus. Idem *Epist.* 85. & *Epist.* 11. *Nullâ sapientiâ naturalia corporis avt animi vitia ponuntur. qicqid infixum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. qibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter qàm fatigatis & æstuantibus solet: qibusdam tremunt genua dicturis: qorundam dentes colliduntur, lingua titubat. labra concurrunt. hæc nec disciplina, nec usus unqam excutit: sed natura vim suam exercet; & illos vitii sui etiam robustissimos admonet. inter hæc ruborem esse scio, qi gravissimis qoqe viris subitus offunditur. magis qidem hoc in juvenibus apparet, qibus & plùs caloris est, & tenera frons: nihilominus veteranos & senes tangit. — non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à novitate rei; qa inexercitatos etsi non concutit, movet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. nam ut qidam boni sanguinis sunt, ità qidam incitati & mobilis, & ciliò in os prodeuntis. Hæc nulla sapientia abigit. alioqin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. qæcunqe attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multùm se dimqe animus composuerit, hærebunt. nihil horum vitari potest, non magis qàm arcessi. — nihil adversùs hæc sapientia promittit, nihil proficit: sui juris sunt; injussa veniunt, injussa discedunt.* Idem *Epist.* 57. *Illius qoqe in qem jus fortuna perdidit, serietur animus, mutabitur color. qadam enim nulla virtus effugere potest: admonet illam natura mortalitatis suæ. itaqe & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si vastam altitudinem in crepidine ejus constitutus despexerit, non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi.*

Τὴν δὲ ὑπόληψιν μὴ προσιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν] In eandem sententiam Stoicus qidam apud Gellium *l.* 19. *c.* 1. eâdem ferè affectione, qâ Seneca *Epist.* 57. in crypta Neopolitana, in procella vehementiori dum navigat, ipse correptus, ex Epicteti dissertationum ab Arriano digestarum, qi nunc non profstat, *l.* 5. *Visa animi, qæ φαντασίας Philosophi appellant, qibus mens hominis primâ statim specie accidentis animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neqe arbitraria, sed vi qadam suâ inferunt sese hominibus. noscitandi probationes avtem, quas συγκαταθέσεις vocant, qibus eadem visa noscuntur ac dijudicantur, voluntariæ sunt, fiuntqe hominum arbitratu. propterea cùm sonus alsqis formidabilis, avt cælo, avt ex ruina, avt repentinus nescius [ullius] periculi nuncius, vel qid aliud ejusmodi factum; sapientis qoqe animum pavlisper moveri, & contrahi, & pallescere necessum est. non opinione alicujus mali perceptâ, sed qibusdam motibus rapidis & inconsultis, officium mentis atqe rationis prævertentibus. mox tamen ille sapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, visa istiusmodi animi sui terrifica non approbat, hoc est, οὐ συγκαταθήσεται οὐδὲ προσιθέξάζει, sed abjicit respuitqe: nec ei metuendum esse in his qicqam videtur. Atqe hoc inter insipientis sapientisqe animum differre dicunt, qòd insipiens qalia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva & aspera, talia esse vere putat, & eadem incepta, qa qasi jure metuenda sint; suâ qoqe assensione approbat, καὶ προσιθέξάζει. Sapiens avtem, cùm breviter & strictim colore atqe vultu motus est, οὐ συγκαταθήσεται, sed statum vigoremqe sententiæ suæ retinet, qam de hujusmodi visis semper habuit, ut de minimè metuendis, sed fronte falsâ, & formidine inani territantibus.* Seneca etiam *Epist.* 71. *Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolorem ab illo, sicut ab aliqa rupe nullum sensum admittente, submoveo. memini ex duabus partibus illum esse compositum. altera est irrationalis: hac mordetur, uritur, dolet, altera rationalis: hac inconcussas opiniones habet, intrepida est & indomita.*

§. 27. Συζῆν θεοῖς] *L.* 10. §. 1. θεοῖς συμπολιτεύεσθαι, *cùm diis versari.* In sacra pagina itidem, התהלך את־האלהים *Ambulare cum Deo.* de Enocho dictum, *Genes. c.* 5. *v.* 24. Aliud est, qod apud Minucium Octavius, de Deo: *Non tantùm sub illo agimus; sed cum illo, ut propè dixerim, vivimus.* Qanqam dictionem emollire avt deminuere nihil fuit necesse. ampliùs ac fidentiùs Pavlus Athenis, referente Lucâ *Act. c.* 17. *v.* 28. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν. *In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.* Sed & Minucius ipse alibi; *Non solùm in oculis ejus, sed & in sinu vivimus.* Verùm istud, inqam, aliud est ab eo qod hic Marcus. istud enim necessitatis, illud voluntatis est.

Ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀποτεμομένοις] Vide *l.* 2. §. 17. & *l.* 3. §. 16. & *l.* 4. §. 33. & *supra* §. 8. & *l.* 10. §. 11. & *l.* 12. §. 11.

Ὁ δαίμων] Vide *l.* 2. §. 13. & *l.* 3. §. 12, 16. & *supra* §. 10. & *l.* 12. §. 26.

Ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ] In eundem sensum *lib.* 2. §. 1. ἀπόμοιρα, & §. 4. ἀπόῤῥοια, qo istic ἀπόσπασμα τοῦ Διὸς, humana mens dicitur. Laërtius *lib.* 7. §. 143. in *Zenon.* ex Stoicorum sensu; Ἔμψυχον δὲ τὸν κόσμον, δῆλον ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐκεῖθεν οὔσης ἀποσπάσματος. *Animatum esse mundum manifestum est, qòd anima nostra inde avulsa sit.* Epictetus *Dissert. l.* 1. *c.* 14. Αἱ ψυχαὶ μὲν ὅπως εἰσὶν ἐνδεδεμέναι καὶ συναφεῖς τῷ θεῷ, ἄτε αὐτοῦ μόρια ὄσαι καὶ ἀποσπάσματα. *An cùm animi nostri ita sint devincti Deo, ut particulæ sint ejus, & ab eo qasi avulsæ.* Et *l.* 2. *c.* 8. Θεῶν ἔργα κἀκεῖνά ἐστι, ἀλλ' ὑπ' προηγούμενα, οὐδὲ μέρη θεῶν. Σὺ δὲ προηγούμενόν τι, οὐ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ. ἔχεις τι ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκείνου. *Opera Deorum & illa sunt, non tamen præcipua sunt, neqe Deorum partes. Tu verò principale qiddam es: tu aliqid es à Deo avulsum: tu habes in te aliqam Dei partem.* Pythagoras apud Laërtium *l.* 8. §. 27. Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν, ἀπόσπασμα αἰθέρος. *Animam verò avulsionem ætheris esse.* Cujus sententiam impugnans Cicero *de nat. Deor. l.* 1. *Pythagoras, qi censuit Deum animum esse, per naturam rerum omnium intentum & commeantem, ex qo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari Deum, & cùm miseri animi essent, qod plerisqe contingeret, tum Dei partem esse miseram, qod fieri non potest.* Philo *de insomn.* Ἐν ἀνθρώποις ὁ νοῦς ἀπόσπασμα θεῖον. *In hominibus mens particula est divina.* Idémqe *de Cajni insid. pag.* 171. *E.* Πῶς γὰρ εἰκὸς βραχὺν ἄνθρωπον τὸν ἀνθρώπινον νοῦν μνήμῃ, ἢ καρδίᾳ βραχίοσιν ὤγκοις ἐγκαταλημμένον, μίγεσθαι ἀρρήτῳ καὶ κόσμῳ χωρῆσαι θεοῦτον, εἰ μὴ τῆς θείας καὶ ἐνδαίμονος ψυχῆς ἀπόσπασμα ἦν ἀδιαίρετον; *Et qomodò credibile videtur, tam exiguam mentem humanam, membranulæ cerebri avt corde, havd amplis spatiis inclusam, tantam cælo mundiqe magnitudinem capere, nisi illius divina fæliciqe animæ portiuncula esset indivisibilis.* Qod Manilius *astronom. l.* 2.

Qis cælum possit, nisi cæli munera nôsset,
Et reperire Deum, nisi qi pars ipsa Deorum est?

Versum primum, uti vulgò concipitur, qid velit, non assèqor. ego sic potiùs concipiendum censuerim,

Qis cælum possit, nisi cæli munere, nôsse?

Cicero *de divinat. lib.* 1. *A natura divina havstos animos & delibatos habemus.* Et *Tusc. l.* 5. *Humanus animus decerptus ex mente divina.* Et Manichæi dissertè, referente Epiphanio *hæres.* 66. §. 9. Τὴν ψυχὴν μέρος θεοῦ εἶναι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀποσπασθῆναι. *Animam esse particulam Dei, ab eoqe avulsam.* cavtiùs pavlò Hermes in *Pamandro c.* 12. §. 1. Ὁ νοῦς ἐν ἔσῃ ἀποτετμημένος τῆς ἰδιότητος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἐκλαμπόμενος, καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς. *Mens utiqe ab essentiæ Dei habitu non est præcisa: qvin etiam velut diffusa, Solis splendoris instar.* Qod Philo *de Cajn. insid.* proximè post superiùs adducta; Τέμνεται γὰρ οὐδὲν τῷ θείῳ κατ' ἀπάρτησιν, ἀλλὰ μόνον ἐκτείνεται. *Nihil enim qod divinum est abscinditur, sed tantùm protenditur.* Verùm nevter tamen cavtè satis. Vide *ad l.* 2. §. 1. & 4.

§. 28. Τῷ γέροντι] ità restituit Xylander, cùm in membranis Θράσωνι reperisset. Γράων, ὁ γράος ὄζων. Γέρων, *qi hircum olet*, ut Aristoteles *problem. l.* 4. *q.* 21. & *l.* 13. *q.* 9. Sive ὁ κινάδρας ὄζων, ὥσπερ ὁ τράγος, *fœtens sicut hircus.* ut de Cyclope Lucianus *in Galat.* unde & τραγομάσχαλος Aristophani in *pace*, qi, cum Gorgonio Horatiano, *hircum olet.* Γράος, qo vocabulo Marcus qoqe usus est *l.* 9. §. 36. fœtor ille, qi *hirsutis*, ut est apud Horatium, *cubat gravis hircus in alis.* Αὐτὸν ἡμῶν τὸν γράονα οὐχ ὑπομένουσι. *Qi ne axillarum qidem ipsarum fœtorem sufferent.* De Persis Alexandri militem pugnam inituri. Plutarchus in *apopth.* §. 26. qo loco tamen Henricus Stephanus non γράονα, sed γραυσσον legit, & ἀλαλαγμὸν, sive clamorem ac vociferationem à militibus in congressione acierum edi solitum interpretatur, qi Vegetio *l.* 3. *c.* 18. & Ammiano *l.* 16. *c.* 12. & *l.* 26. *c.* 10. & *l.* 31. *c.* 8. *barritus* dicitur. Pollux *l.* 2. *c.* 4. §. 14. Ἡ ἐν τοῖς τράγοις δυσωδία, καὶ ἡ ἐν ταῖς μασχάλαις κινάδρα καλεῖται, καὶ γράος. *Odor hircorum, sicut & axillarum fœtor, cinabra vel hircus dicitur & γράος.* Et Etymologus. Γράος, ὁ ἐν τοῖς ἱρίοις τῶν προβάτων συναγόμενος ῥύπος, καὶ ἡ τῶν μασχαλῶν δυσωδία. Γράος, *in ovium lana collecta sordes, & malus axillarum odor.*

μήτι τῷ ὀζοσόμῳ ὀργίζῃ; τί σοι ποιήσῃ; τοιοῦτον
a Sup. §. 17. σόμα ἔχῃ, τοιαύτας μάλας ἔχῃ · ἀνάγκη τοιαύ-
b L. 4. §. 13. l. 11. §. 39. την ἀποφορὰν ἀπὸ τοιούτων γίνεσθαι. ἀλλ' ὁ ἄν-
c Sup. §. 22. θρωπος λόγον ἔχῃ, φησί, καὶ δύναται συννοεῖν
l. 6. §. 27. l. 8. §. 59. l. 9. §. 11. l. 10. §. 4. l. 11. §. 13. d L. 4. §. 31. e L. 3. §. 7. l. 11. §. 18. f L. 2. §. 11. l. 11. §. 3. g L. 8. §. 47. ἐφ' ἑαυτὸν τί τὰ πλημμελεῖ. εὖ σοι γένοιτο. τοιγαροῦν
b καὶ σὺ λόγον ἔχεις, κίνησον λογικῇ λαθέσθαι,
λογικῶν λαθέσθαι. c δεῖξον, ὑποφήνησον. εἰ γὰρ
ἐπαΐῃ, θεραπεύσεις, καὶ ἃ χρεία ὀργῆς. d [ὅτε
e τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη.]

§. 29. f Ὡς ἐξελθὼν ζῆν λαμνοῇ, ὅτως ἐνταῦθα
ζῆν ἔξεστι, ἐὰν ὦ μὴ ἀπιτρέπωσι, τότε καὶ ἐνταῦθα ζῆν ἔξιθι.

num ei, cui halitum gravem os emittit? qid enim fecerit? ejuſmodi os huic, illi alæ ſunt, ut fieri neqeat, qin tale qid ab utroqe ſe proferat. at homo, inqis, ratione præditus eſt, potéſtqe ſi advertat, dignoſcere qid delinqat. Bene tibi ſit. proinde, tu qoqe ratione cùm ſis præditus, rationali facultate tuâ eandem in illo excitato, errorem oſtendito, commonefacito. ſiqidem enim te avdiverit, ſanâſti eum, nec irâ ampliùs opus jam erit. [Nec tragœdus, neq ſcortum.]

§. 29. Qo modo vivere cogitas vitâ mox exceſſurus, eodem, ſi volueris, vivere jam licet. ſin id minùs permiſerint, qibuſcum hîc degis, exeas licèt è vita;

ANNOTATIONES.

Et Svidas è Marco noſtro emaculandus; Γράος, ἡ δυσοσμία τῶν τράγων. καὶ γραόσων ἄνθρωπος, ὁ δύσοσμος. τῷ γράσων μὴ ὀργίζου. lego τῷ γραόσωνι μήτι ὀργίζῃ; Γράος. *Hircorum malus odor. Hircorum fœtor. Et* γραόσων ἄνθρωπος, *homo male olens, fœtidus, hircoſus, hircum olens. Hircum olenti ne iraſcaris.* locum enim iſtum dubio procul adduxerat, qem Xylander etiam (qem Caſavbonus qoqe ſeqitur) ſic verterat; *Nè iraſcaris ei qi hircum olet, aut cui anima fœtet.* Ego verò ἐρωτηματικῶς legendum, vertendúmqe omnino cenſuerim. *Nunqid ei iraſceris, qi hircum olet? nunqid ei, cui anima fœtet?* Sicut in lana ſuccidiore ſordes contractæ gravem mittunt odorem, ità ex pilorum hirſutie ac ſudore crebrò ſordes in alis collectæ: qalis hircis cùm ſit familiaris, à lanis ad hircos, ab hircis ad homines tranſlata vox eſt. Ad Marci mentem pulcrè Gregorius Nazianzenus Περὶ ἑυταξίας. Ἔστιγκέ τι τῆς τοῦ ἀδελφοῦ δυσωδίας, ἢ ὄσης, ἢ δοκούσης, ὁ τῷ πνευματικῷ μύρῳ συγκεχρισμένος, ἵνα μεταδῷς τούτῳ τῆς σῆς ἐυωδίας. ἀκ ἔστιν ἐλπὶς ἰὸς ἡ ναυία, ἵν' ὁμοῦ τῷ πληγῆναι περιελληθῇς ἀδύναις, ἢ κὰ διαφθαρῇς, κὰ διὰ τοῦτο ἧ σοι συγγνώμη φεύγοντι τὸ θηρίον ἢ ἀποκτείνοντι. ἀλλ' εἰ μὲν εἶ δυνατὸς, κἀκεῖνον θεράπευσον. εἰ δὲ μή, τό γε ἀσφαλὲς ἔχεις, ἐν τῷ μηδὲν αὐτὸς τῆς μοχθηρίας μεταλαβεῖν. ὁσμὴ τίς ἐστιν ἀνδὸς τὸ ἐκείνου πάθος, ἢν ἀπελάσει τυχὸν τὸ σὸν ἐυῶδες ὑπερικῆσαν ταχὺ, ἂν ἐδίξῃ τι τοιοῦτον ὑπὲρ τοῦ ὁμοδούλου καὶ συγγενοῦς συμπαθές. *Tu, qi ſpirituali illo unguento arte unguentaria confecto delibutus es, fraterni fœtoris nonnihil perſer, ſive verus ſit fœtor ille, ſive ita tibi videatur, ut ipſe viciſſim boni tui odoris illi aliqid impertias. Vipera virus non eſt improbitas, ut ſimulatqe ictus fueris, doloribus crucieris, avt etiam intereas, ob eámqe cavſam tibi, beſtiam fugienti, vel interimenti venia parata ſit. Verùm, ſi qidem à te fieri poteſt, eum qoqe morbo libera, ſin minus, ipſe certè ita demum in tuto verſaberis, ſi improbitatis illius particeps neqaqam factus fueris. Inſvavis qidam odor eſt illius morbus, qem fortaſſe fragrantia tua vincet atqe depellet. Libenter ſcilicet ac promptè hujuſmodi qippiam conſervi & cognati tui cavſſâ ſuſciperes.* &c. Hinc meretricularum ſcommata illa, apud Athenæum *l.* 13. *pag.* 585. *D.* Θαΐς πρὸς γράσωνα πορευομένη ἐρασὴν, ἐπεί τις αὐτὴν ἠρώτα πῇ πορεύεται, εἶπεν,

Ἀιγεῖ συνοικήσουσα τῷ Παιδίονος.

Φερύνη συνδιαπνεῦσα ποτὶ γραόσωνι, ἄρωμα φορίσιν, Λάϐε, εἶπε, καὶ κατάτραγε. Ibat Thais ad amatorem, qi hircum olebat. Rogavit aliqis qo tenderet; dixit,

Ad Ægeum Pandionis cum illo congreſſura.

Pheryne cænans cum hircoſo amatore, ſublatam pherinen, id eſt, *olfactorium faſciculum florum, & ramulorum herbarum ſuaviter olentium porrexit, & hanc, inqit,* καὶ κατράγε. alluſit altera ad vocabulum αἰγὸς, qum *capram* ſignificet, qod Ægæi nomen includere videtur; altera ad τράγος, qod *hircum* deſignat, qaſi τρέγε, hoc eſt, *hirce* dixiſſet.

Τῷ ὀζοσόμῳ] Ità Lucianus *Anthолog. l.* 2. *c.* 14. *carm.* 3. *v.* 1.

ὀζόσομος ἐξορκιστής.
Os fœdum habens exorciſta.
— *cui ſcilicet ægris*
Faucibus exuperat gravis halitus, —
Gutture ſulphureas lentè exhalante Mephites.

utì Perſius *Sat.* 3. unde *guttur meditatorium efficitur latrinarum,* ut Hieronymus *adv. Jovinian. l.* 2. dum nimirum,

Τὸ σόμα χὠ πρωκτὸς ταυτὸν ὄζει,
Os & anus idem tua olent.

ut ille in *Anthолog. lib.* 2. *cap.* 14. *carm.* 5. *n.* 1. loqitur. ut poſſint illi *ex veteri Stoicorum decreto eqè liberi crepitus atqe ructus eſſe.* utì Cicero ad Pætum ſuum jocatur, *lib.* 9. *Epiſt.* 21.

Ἀνάγκη τοιαύτην ἀποφορὰν] corpus ità affectum non poteſt non ejuſmodi odorem emittere: nec improbi animus talibus dogmatibus imbutus, non ejuſmodi actiones, & operationes edere. Vide *ſuprà* §. 17. & *l.* 11. §. 18. & *l.* 12. §. 16.

Εὖ σοι γένοιτο] formula ironica: qâ & Epictetus *l.* 2. *c.* 5. & alibi utitur. Sed & nos Angli; well fare thee. aliud eſt qod Xylander *bene res habet.* Εὖ ἔχει. *l.* 10. §. 1.

Δεῖξον] Vide *ſuprà* §. 22.

Εἰ γὰρ ἐπαΐει, θεραπεύσεις] Ità Dominus Chriſtus, Matth. *c.* 18. *v.* 15. Ἐὰν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου. *Si te avdierit, lucratus es fratrem tuum.*

Ὅτε τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη] Iſta iſtic qid velint, ego neſcire me fateor. cum ſeqenti periocha committunt plerique, ità vertit Xylander, ac ſi legiſſet, ὅτε ὡς τραγῳδὸς, ὅτε ὡς πόρνη, ὃς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ, ὅτω ἐνταῦθα ζῆν. Vertit enim, *Non ità hîc vivendum eſt tibi, ut tragœdo avt ſcorto, qi egrediens vivere cogitat.* qod ego planè qid ſit, non capio. Mericus Caſavbonus, *ubi nec vociferator nec ſcortator futurus eſt.* [qi iſtud? *qomodo vivere ſtatuis, ubi ad locum ejuſmodi ſeceſſeris, ubi horum neuter exiſtat, ità iſtic licuerit.* D. Salmaſius ſic legit. ὅτε τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη, ὡς ἐξελθόντε ζῆν διανοεῖτον. ὅτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστι. *neqe hiſtrio, neqe ſcortum ſcenicum ità in theatro vivere cogitant, ut inde exeant. Sic & hîc etiam vivere licet.* Si tragœdus, inqit, & ſcortum, qi operam ſuam ſcenæ addixerunt, perpetuò in eo exercitio, qamvis turpi & infami vivere deſtinant, nec ab eo vitæ genere recedere cogitant; qid ni & liceat nobis manere in hac turbulenta vitæ rutuba? Avdeamus in loco penè conclamato & noſtram, licèt minùs dextram forſan, conjecturam interjicere. Qid ſi voluit Marcus, qod *l.* 4. §. 31. Μὴ τύραννον, μήτε δοῦλον. *Neqe tyrannum, neqe ſervum.* qódqe Plato *Epiſt.* 7. Μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην ἀνθρώπῳ, μήτε δὴ κολακεύοντά γε, ὑπερεστεῖν αὐτοῖς. *Neqe inſenſus adverſarer fruſtra monendo, neqe rurſus blandiendo eorum cupiditatibus aſſentarer.* Vide *l.* 11. §. 18. Ità certè uſurpavit τὸ τραγῳδεῖν *l.* 9. *c.* 29. Εἰ δὲ ἐτραγῴδησαν, οὐδείς με καταπλήσσει μιμεῖσθαι. *Sin tragicè ſemet oſtentarint, qis ad illorum oſtentationem me addixit?*

§. 29. Ὡς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ] Turpe & periculoſum eſt in eo ſtatu vivere, in qo nolis mori. Verùm nihil impedit, inqit Marcus noſter, qo minùs qiſqe in eo ſtatu vivat, in qo mori ac defungi deſiderat atqe in animo ſuo habet. Vide *ſuprà* *l.* 2. §. 11. & *infrà l.* 11. §. 3.

Ἐξελθὼν] *exiens*, è vita ſcilicet. ut *l.* 2. §. 11. ἐξιέναι τοῦ βίου pro *mori.* ἐξελθεῖν & ἀπελθεῖν ſimpliciter pro *mori.* Ità Epictetus *l.* 2. *c.* 15. Συνεργοῦμεν ἵνα ἐξέλθῃς. *Adjutores futuri ut è vita excedas.* Libanius *Monod. in Daphn. Apoll. templ. pag.* 188. Ὅιον νυμφίοις τισὶν, πλεκομένων ἤδη στεφάνων, ἀπελθόντος. *Perinde ac ſi ſponſus qidam, interim dum conſexuntur corolla, è vita diſcederet.* nam qod Mericus Caſavbonus de *ſeceſſione*, ſive ἀναχωρήσει intelligit, qalem *l.* 4. §. 3. loqitur; mihi nevtiqam probandum videtur.

Τότε καὶ τοῦ ζῆν ἔξιθι] Ità *l.* 8. §. 47. Ἄπιθι οὖν ἐκ τοῦ ζῆν. *Excede ergò è vita.* Stoicum hoc dogma, pietati parùm conſentaneum: de qo vide *ad l.* 3. §. 1. Apud Stobæum *tom.* 2. *rit.* 1. Muſonius, opinor, Ἐὰν μὲν ἐκποιῇ πενητεύσει, μένειν ἐν τῷ βίῳ. εἰ δὲ μὴ, ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι, ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως, ὅταν καὶ ἐκ τοῦ βίου. καθάπερ γὰρ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅταν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας ἀπαιτῇ καὶ νομιζόμενος, τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ φρέαρ ἐγκλείσῃ. ὅτω καὶ ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζομαι, ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις, τὰς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας, οὐκ ὑπομένω. ἀλλ' ὥσπερ ἐκ συμποσίου ἀπαλλάττομαι, οὐδὲν δυσχεραίνων, ὅταν καὶ ἐκ τοῦ βίου, ὅταν ἡ ὥρα ᾖ. ἔμβα πορεμίδος ἕνεκα. *Et ſiqidem conducas, cum paupertate manent in vivis: ſin minus, facilè migrant, tanqam è ſolenni conventu ac celebri, ità etiam è vita. Non aliter qàm è domo, inqit Bion, exigimur, ſi locator non accepto pretio habitationis, fores revellat, tegulam adimat, puteum obſtruat: ità & hoc corpuſculo relegor, qando qa locavit natura, oculos ademerit, aures, manus, pedes, non moror amplius. Sed ſicut è convivio diſcedo, nihil indignans: itidem è vita, cum tempus aderit, ſcapham, ut trajicias, ingrediare.* qæ noviſſima cùm mendo nevtiqam vacent, aliis emendanda relinqo. Epictetus *l.* 2. *c.* 16. Ὦ, γὰρ ἔξεστιν, ὅταν θέλῃ, ἐξελθεῖν τοῦ συμποσίου, καὶ μηκέτι παίζειν, ἵτι ἔτω ἀνιᾶται μένων, οὐχὶ δὲ, ὡς παιδιὰ παραμένει, μιχθεὶς ὠν ψυχαγωγῆται; *Nam cui licet abire de convivio qum volet, & non amplius ludere, is nunqid adhuc ſe manere dolet? non avtem tanqam ludo intereſt qod eo delectatur.* nec iſta vitii expertia, qod interpretem fugit, ſed emendatu ſatìs proclivia.

lego

vita; ità tamen, nè tanqam mali qid paſſus. ſi fumus moleſtus eſt mihi, diſcedo. cur hoc momenti alicujus eſſe videatur? interim verò dum nihil me ad educendum me adigit, liber maneo; utpote qem nemo prohibere poſſit, qo minùs faciam qæ velim; velim avtem, qæ animantis ratione imbuti & ad ſocietatem nati naturæ ſint conſentanea.

§. 30. Univerſi mens communionis mutuæ amans eſt. itaqe deteriora qæqe præſtantiorum cavſſâ fecit: præſtantiora ſibi invicem conciliavit. vides ut res ſingulas ordine juſto ſubdiderit, congeſſerit, pro dignitate ſua ſuum cuiqe attribuerit, præſtantiſſimas mutuo ſibi invicem conſenſu devinxerit.

§. 31. Recole tecum, qo modo te hactenus geſſeris erga Deos, parentes, fratres, conjugem, liberos, præceptores, educatores, amicos, familiares, famulos; nunqid hactenus adverſùs horum aliqem, qod minùs deceat, qicqam vel facto, vel dicto etiam admiſeris. recole qoqe qæ tranſegeris negotia, qibúſqe ſuſtinendis ſufficeris. cogita & vitæ tuæ hiſtoriam jam eſſe conſummatam, muneréqe tuo te jam defunctum.

ἕτως μέν τοι, ὡς [a] μηδὲν κακὸν πάσχων. * καὶ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι. Τί αὐτὸ [b] πρᾶγμα δοκεῖς; μέχρι δέ με τούτου ἀδὲν ἐξάγῃ, μένω ἐλευθέρως, καὶ [c] ἀδεὶς με κωλύσῃ ποιεῖν ἃ θέλω. θέλω δὲ [d] κατὰ φύσιν τὸ λογικόν, καὶ κοινωνικὸν ζῶόν.

§. 30. Ὁ δὲ ὅλος νοῦς κοινωνικός. πεποίηκε γοῦν [e] τὰ χείρω τῶ κρειττόνων ἕνεκεν. καὶ [f] τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. ὁρᾶς [g] πῶς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ καθ' ἀξίαν ἀπένειμε ἑκάστοις, καὶ [h] τὰ κρατοῦντα εἰς ὁμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε.

§. 31. [i] Πῶς προσενήνεξαι μέχρι νῦν θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, διδασκάλοις, τροφεῦσι, φίλοις, οἰκείοις, οἰκέταις. εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι νῦν ἐστι τὸ μήτέ τινα ῥέξαι ἐξαίσιον, μήτε εἰπεῖν. ἀναμιμνήσκου δὲ, καὶ δι' οἵων διελήλυθας, καὶ ἅια ἤρκεσας ὑπομεῖναι. καὶ ὅτι [k] πεπλήρωται ἤδη σοι ἱστορία τοῦ βίου, καὶ [l] τελεία ἡ λειτουργία. καὶ

a L. 2. §. 11, 12.
* ei f.
b L. 4. §. 50.
c L. 1. §. 16.
d L. 2. §. 9. l. 8. §. 48.
L. 1. §. 9. l. 3. §. 4. Sup. §. 16. l. 6. §. 14.
e Sup. §. 16.
f L. 8. §. 59.
g Sup. §. 8. l. 9. §. 1.
h L. 9. §. 9.
i L. 1. §. 17. Sup. §. 11. l. 6. §. 48. l. 10. §. 37.
k L. 2. §. 14.
l L. 3. §. 8.

ANNOTATIONES.

lego ὡς παιδία, ut pueri, qi ludum, qamdiu volupe eſt, protelant, ubi tædio ceperit eſſe, incidunt. Vide eundem ipſum *l.* 1. *c.* 24. ad *l.* 8. §. 44. Epicurus ipſe apud Ciceronem *de fin. l.* 1. *Dolores, ſi tolerabiles ſint, feramus: ſin minùs aqo animo è vita, tanqam theatro, exeamus.* Seneca *Epiſt.* 98. de ſene neſcio qo: *Hic tam turpe putat mortem fugere, qàm ad mortem confugere. qid ergo? non, ſi ſvadebit res, exibit? qid ni exeat? ſi nemo jam eo uti poterit? ſi nihil aliud qàm dolori operam dabit?* & *Epiſt.* 70. *Nil melius aterna lex fecit, qàm qòd unum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos.* Idémqe *Epiſt.* 12. *Epicurus dixit:* Malum eſt in neceſſitate vivere: ſed in neceſſitate vivere, neceſſitas nulla eſt. *Qidni nulla ſit? patent undiqe ad libertatem via multa, breves, faciles. agamus Deo gratias, qòd nemo in vita teneri poteſt. calcare ipſas neceſſitates licet.* Idem (ſi idem ſaltem) *Thebaid.* 1. 1.

Eripere vitam nemo non homini poteſt:
At nemo mortem. ——

Plinius *hiſt. nat. l.* 28. *c.* 1. *Ex omnibus bonis, qa homini natura tribuit, nihil melius tempeſtivâ morte: in eâqe id optimum, qòd illam ſibi qiſqe præſtare poteſt.* Bacchi illud in Evripidis *Bacchis v.* 498.

Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.

huc accommodat Flaccus *l.* 1. *Epiſt.* 17.

Ipſe Deus, ſimulatqe volam, me ſolvet. Opinor,
Hoc ſentit, Moriar, mors ultima linea rerum eſt.

Ὡς μηδὲν κακὸν πάσχων] Ita & Epictetus *l.* 1. *c.* 25. Μόνον μηδὲν βαρέμενος ποίει, μηδ' ὑπολαμβάνων ἐν κακοῖς εἶναι. *Dummodò non gravatè facias, non in malis te eſſe exiſtimes.* qia ſcilicet nihil ineſt mali, avt in vitæ moleſtiis, avt in morte ipſa; cùm iſta omnia ſint adiaphora. *l.* 2. §. 11, 12. & *l.* 4. §. 5, 42. Epictetus *l.* 3. *c.* 8. Ἀφεῖλεν αὐτῶν (ὁ Ζεὺς) τὸ εἶναι κακά. ἔξεσί σοι πάσχοντι ταῦτα εὐδαιμονεῖν. τὴν θύραν σοι ἤνοιξεν. ὅλαν σοι μὴ ποιῇ, ἔξελθε, καὶ μὴ ἐγκάλει. *Ne qid malis illis in rebus eſſet cavit? qod tibi iſta ferenti beato eſſe licet? tibi fores aperuit, ſi iſta non placent? exi, accuſare avtem noli.* Seneca *de Provident. c.* 2. *Cato, qâ exeat, habet.*

Καὶ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι] *ac fumi inſtar abeas.* Xylander, nullo planè ſenſu. legendum, εἰ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι. *Si me fumus* in loco aliqo, ubi verſari tunc contingit, *vexat*, maléqe habet, *diſcedo, exeo.* Alluditur ad diverbium, qo tria notantur, qæ domo exigant, *fumus, ſtillicidium, & mulier rixoſa.* Vide Druſium *Proverb. claſſ.* 2. *l.* 1. *Adag.* 213. & Bernardum *de diverſ. ſerm.* 14. Vide & *l.* 8. §. 47. Emendationem ex Epicteto adfirmo, cujus iſta ſunt, *Diſſert. l.* 1. *c.* 25. Καπνὸν πεποίηκεν ἐν τῷ οἰκήματι. ἂν μεῖζον, μενῶ. ἂν χίαν πολύν, ἐξέρχομαι. τοῦτο γὰρ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ κρατεῖν, ὅτι ἡ θύρα ἤνοικται. *Fumum excitavit in cubiculo. Si mediocrem, manebo; ſin maximum, egredior. Hoc enim & meminiſſe & tenere oportet januam apertam eſſe.* qod noviſſimum in ſuis ſubinde inculcat, *l.* 1. *c.* 9. & *c.* 24. & *l.* 2. *c.* 1. Et pavlò poſt ſuperiora illa: Ἀλλὰ πολύς μοι καπνὸς φαίνεται, τὸ ἐν Γυάροις οἰκεῖν. ἀποχωρῶ, ὅπου μ' οὐδεὶς κωλύσει οἰκεῖν. ἐκεῖνη γὰρ ἡ οἴκησις παντὶ ἤνοικται. *Sed in Gyaris habitare magni mihi fumi inſtar eſſe videtur. Recedo eo ubi me habitare nemo prohibebit. Nam illa habitatio cuivis eſt aperta.* Lucem avtem, qaſi è fumo, fœnerabuntur iſta alii cuidam Epicteti loco, *l.* 4. *c.* 10. Ἀλλ' οὐκ ἔχω φυγεῖν. εἰ ὕτω τύλας εἰμὶ, λιμὴν τὸ ἀποθανεῖν. ὅτος δ' ἐστὶ λιμὴν πάντων, ὁ θάνατος. ἄνλη ἡ καλαφυγή. διὰ τοῦτο οὐδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ χαλεπὸν ἐστιν. ὅλαν θέλῃς, ἐξῆλθες, καὶ οὐ καπνίζῃ. *At non habebo qod edam? Si adeò miſer ſum, mors portus eſt: mors portus eſt omnium; hoc confugium eſt. Qapropter nihil in vita grave eſt: qum vis liber eris, neqe te moleſtia fumus afficiet.* Et iſtic enim ab ædibus fumo infeſtis eadem eſt tranſlatio.

Τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς;] *qid hoc rei eſſe putas?* Xylander. imò, *cur hoc grave ducis*, (vitâ ſcilicet diſcedere) avt tanqam moleſtum qiddam horreſcis? ità ſiqidem τὸ πρᾶγμα uſurpari docuimus ad illud *ſuprà l.* 4. §. 50. μὴ ὡς πρᾶγμα. ità Plato in *Sympoſ. pag.* 1191. *C.* Ἐὰν δὲ ψευδῆ, οὐδέν δὴ πρᾶγμα. *Si verò falſum fuerit, moleſtum non erit.* Epictetus *Diſſert. l.* 4. *c.* 7. Ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀποθανεῖν. μὴ τραγῳδεῖ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' εἰπὶ ὡς ἔχει. ἤδη καιρὸς τὴν ὕλην, ἐξ ὧν συνῆλθεν, εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἀναλυθῆναι. καὶ τί δεινόν; τί μέλλει ἀπόλλυσθαι ἐν τῷ κόσμῳ, τί γενέσθαι καινὸν, παράλογον; *At jam tempus eſt moriendi. Noli rem exaggerare, ſed dic qemadmodum ſe habet: jam tempus eſt materiæ in illa, unde conſtata fuit, reſolvendæ. Qid hoc mali habet? Qid periturum eſt in mundo? Qid fiet novum avt admirabile?* & *l.* 2. *c.* 1. Ἂν μὴ λυσιτελῇ, ἡ θύρα ἠνοικται. —— πρὸς πάντα γὰρ ἡνοῖχθαι δεῖ τὴν θύραν, καὶ πρᾶγμα οὐκ ἔχομεν. *Qod ſi non expedit, janua patet —— Ad omnia enim januam patere oportet: ità nihil habebimus negotii.* Seneca *Epiſt.* 70. *Vita non ſemper retinenda eſt, non enim vivere bonum eſt, ſed bene vivere. Itaqe ſapiens vivit, non qantùm poteſt, ſed qantùm debet. —— Si multa occurrunt moleſta, & tranqillitatem turbantia, emittit ſe. —— nihil exiſtimat ſuâ referre, faciat finem an accipiat, tardiùs fiat an citiùs. non tanqam de magno detrimento timet. nemo multum ex ſtillicidio poteſt perdere. citiùs mori, vel tardiùs, ad rem non pertinet: bene avtem mori, vel malè, ad rem pertinet. bene avtem mori, eſt effugere malè vivendi periculum.* & *Epiſt.* 17. *Si qid te vetat bene vivere, bene mori non vetat.* Sed de hoc vide ſis *ad l.* 3. §. 1.

Οὐδείς με κωλύσει ποιεῖν ἃ θέλω] Vide *l.* 4. §. 49. & *ſuprà* §. 10. & *l.* 8. §. 48.

§. 30. Ὁ τοῦ ὅλου νοῦς] Vide *ſuprà* §. 21. & *l.* 6. §. 1.

Τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν] *ſuprà* §. 16.

Ὑπέταξε, συνέταξε] *ſuprà* §. 8. & *l.* 3. §. 4.

Τὰ κρατοῦντα εἰς ὁμόνοιαν] Vide *l.* 9. §. 9.

§. 31. Πῶς προσενήνεξαι μέχρι νῦν θεοῖς, γονεῦσι] Democritus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. Αἱ μεγάλαι τέρψιες, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ καλὰ τῶν ἔργων γίνονται. *Magna gavdia ex facinorum præclarorum ſpectaculo naſcuntur.* Martialis *l.* 10. *Epigr.* 23. de M. Antonio.

Præteritóſque dies, & totos reſpicit annos.
Nulla recordanti lux eſt ingrata graviſque:
Nulla fuit, cujus non meminiſſe velit.
Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus: hoc eſt
Vivere bis, vitâ poſſe priore frui.

De aliis avtem Marcus aliorúmqe bene geſtis *l.* 6. §. 48. qod de ſe ſuíſqe iſtic.

Μήτε τινὰ ῥέξαι ἐξαίσιον, μήτε εἰπεῖν] *neminem unqam vel facto vel dicto læſiſſe.* Syntaxis gemina Homericæ illi *Odyſſ. σ. v.* 15.

Δαιμόνι' ὅτί τι σε ῥέζω κακὸν, ὅτ' ἀγορεύω.
Miſer, neqe aliqid tibi facio mali, neqe dico.

Ὅτι ἤρκεσας ὑπομεῖναι] Hoc nomine Deo gratias agnoſcit deberi, *l.* 1. §. 17. διὰ τὸ ἀνθιστάναι τὸ σῶμα ἐπὶ τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ. *qòd laboribus tot tantiſqe exantlandis par fuerit, in corpuſculo tam infirmo.*

Πεπλήρωται ἤδη σοι ἱστορία τοῦ βίου] Vide *l.* 3. §. 8. & *l.* 9. §. 33. & *l.* 10. §. 1. Lucretius *l.* 3.

Cur non, ut plenus vitæ conviva recedis?

De Pollio Statius *Sylv. l.* 2. *Sylv.* 2. *v.* 127.

—— dubio qem non in turbine rerum
Deprendet ſuprema dies; ſed abire paratum,
Ac plenum vitæ ——

Καὶ τελεία ἡ λειτουργία] Vide *l.* 12. §. 36.

a Sup.§.15. καὶ πόσα ὡΐπλαι καλαί. a καὶ πόσων μὲν ἡδονῶν καὶ πόνων
b Sup.§.1. ὑπερεῖδες. b πόσαι ἢ ἔνδοξα παρεῖδες. c εἰς ὅσους ἢ
c L.7.§.65. ἀγνώμονας ἐυγνώμων ἐγένω.

recole itidem, qot præclara videris; qot voluptates ac dolores ſpreveris; qot pro glorioſis habita neglectui habueris; qot improbis deniqe æqum te exhibueris.

d L.2.§.1. l.3.§.16.l.6. §.35. e L.19.§.18 l.8.§.3. f L.4.§.40. g Sup.§.13. h Sup.§.21. i L.4.§.48. k L.12.§. 27. l L.4.§.6.l. 6.§.3. m L.4.§.3. n L.4.§.32. o L.9.§.36. p L.6.§.36. q L.7.§.3. r L.9.§.24. s Heſiod. l. 1.§.195.

§. 32. d Διὰ τί συγχέωσιν ἄτεχνοι καὶ ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἔντεχνον καὶ ἐμπείρημονα; τίς ἂν ψυχὴ ἔντεχνον καὶ ἐμπείρημων e; ἡ εὐθυῖα δέχεται καὶ πάλιν, καὶ f τὸν ἀπὸ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον, καὶ ἀφ' παντὸς δ' αἰῶνος g καὶ ὡρισμένας h οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν.

§. 32. Qorſum arte inſtructum ac peritum qenqam rudes animæ imperitæqe conturbent? verùm qænam eſt anima perita artéqe inſtructa? Ea qæ principii finiſqe rerum eſt gnara, rationiſqe illius qæ res omnes permeat, ac per ævum omne ſtatis periodis univerſum hoc adminiſtrat.

§. 33. i Ὅσον οὐδέπω ἡ σποδὸς ἢ σκελετὸς, καὶ k ἤτοι ὄνομα, ἢ l ἀδὲ ὄνομα. m τὰ ἢ ὄνομα, ψόφος καὶ ἀπήχημα. τὰ ἢ ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, n κενὰ, καὶ o σαπρὰ, καὶ p μικρὰ, καὶ q κυνίδια δηδακνόμενα, καὶ r παιδία φιλόνικα, γελῶντα, εἶτα εὐθὺς κλαίοντα. πίστις ἢ καὶ αἰδὼς, καὶ δίκη, καὶ ἀλήθεια, s πρὸς Ὄλυμπον, ὀπὸ

§. 33. Cinis jamjam futurus es, avt oſſa nuda; nomenqe tantùm, vel nè nomen qidem tui, ſuperfuturum eſt. nomen avtem ipſum nihil eſt aliud qàm ſonitus inanis & echo qædam. qin & illa ipſa, qæ in hac vita tanto habentur in pretio, vana ſunt, putida, exilia, canicularum inſtar invicem rixantium, avt puerulorum ſecum invicem litigantium, & ridentium modo, mox plorantium. Cæterùm fides, modeſtia, juſtitia & veritas, ad cœlum à ter-

ANNOTATIONES.

'Αγνώμονας ἐυγνώμων] Ità reſtituit Xylander, qod in membranis ἀγνώμων ſenſu planè adverſo legebatur.

Θέλω δὲ καλὰ φύσιν] Vide *ſuprà* §. 9.

§. 32. Διὰ τί συγχέωσι] Anacharſis illud in Græcis, qos cæteroqi ſuſpiciebat, qaſi rationi minùs conſentaneum notabat, ὅτι παρ' αὐλοῖς ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνίται, κρίνωσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται. *qòd in certaminibus de peritis imperiti judicarent.* Qod reſpexit Tertullianus *Apolog. c. 1. Qantò magis, hos Anacharſis denotáſſet imprudentes de prudentibus judicantes, qàm immuſicos de muſicis?* Horum ergò judicia peritum prudentémqe qemlibet contemptim habere vult Marcus noſter. Cui accedit Demetrius Cynicus, qi, ut Seneca *Epiſt.* 91. dicere ſolebat, *eodem loco ſibi eſſe voces imperitorum, qo ventre redditos crepitus.* Varro Margopoli:

— *ſtultos contemnite docti.*

Vide *l.* 2.§. 1.& *l.* 3.§. 11. & *l.* 6.§. 34.

Ἄλογοι καὶ ἀμαθεῖς ψυχαί] rerum naturæ ac conditionis ignari. Avſonius *lud.* 7. *ſap.*

Bias Prieneus dixit; Οἱ πλεῖστοι κακοί.
Qod eſt Latinum; Plures homines ſunt mali.
Sed imperitos ſcito; qos dixit malos.

Et mox:

Bias Prieneus dixi; Οἱ πλεῖστοι κακοί.
Latinè dictum ſuſpicor, Plures mali.
Dixiſſe nollem. Veritas odium parit.
Malos ſed imperitos dixi & barbaros,
Qi jus, & æqum, & ſacros mores negligunt.

Epictetus *l.* 1. *c.* 29. Εἶτα μυσικὸς μὲν ἂν ἐπιτείνεται αὐτῷ ἀποφαινομένῳ περὶ τῆς νήτης, εἶναι ὑπάτην. ἀδὲ γεωμετρικὸς, ἂν ἐπικρίνῃ τὰς ἀπὸ κέντρου πρὸς τὸν κύκλον προσπιπτούσας μὴ εἶναι ἴσας. ὁ δὲ ταῖς ἀληθείαις πεπαιδευμένος, ἀνθρώπῳ ἀπαιδεύτῳ ἐπιτραφήσεται, ἐπικρίνοντός τι περὶ οὐσίας καὶ ἀνοσίας, καὶ ἀδίκου καὶ δικαίου; ὧν πολλῆς ἀδικίας τῶν πεπαιδευμένων. *Ergò Muſicus eum non curat, cum Neten eſſe Hypaten pronuntiat: neqe Geometer, ſi lineas qæ à puncto ad circulum producantur neget eſſe æqales. Homo avtem verè eruditus hominem indoctum curabit qid fas, qid nefas ſit, qid juſtum, qid injuſtum pronuntiandum? O ingentem injuriam eruditorum!* Vide reliqa. Idem *l.* 4. *c.* 5. Τί οὖν; θέλεις με καταφρονῆσθαι; ὑπό τινων; ὑπὸ εἰδότων; καὶ πῶς καταφρονήσουσιν οἱ εἰδότες τῆς πράξεως καὶ αἰδήμονος; ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων; τί σοι μέλει; ἢ τινι γὰρ ἄλλῳ τεχνίτῃ τῶν ἀτέχνων. *Qid ergò? Vis me contemni? A qibus? Ab iis qi te norunt. Qomodò avtem qi te norunt contemnent, qum ſis manſvetus, qum ſis verecundus? At ab iis qi te ignorant? Qid id tua refert? Neqe enim alius artifex ignaros artis ſuæ curat.* Vide & eundem *ad l.* 9. §. 26. ἀμαθεῖς avtem ψυχαὶ, *anima imperita*, pro hominibus imperitis. qod eſt Hebræis ac Hebraiſantibus valde familiare. Vide *ad l.* 1. §. 16. ubi σώματα, id eſt, *corpora* pro *ſervitiis.* Moſes *lib.* 2. *c.* 1. *v.* 5. *Fueruntqe omnes animæ, qæ è Jacobi femore prodierunt, ſeptuaginta animæ.* qod Stephanus apud Lucam *Act. c.* 7. *v.* 14. Græcam ſecutus verſionem, ἐν ἑβδομηκονταπέντε ψυχαῖς. *Animarum ſeptuaginta qinqe.* Idémqe *c.* 27. *v.* 37. Ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομηκονταέξ. *Eramus avtem in univerſum in navigio animæ ducentæ ſeptuaginta ſex.* Paulus *ad Rom. c.* 13. *v.* 1. Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto.* Nec abhorrent Latini. Tertullianus *de anima cap.* 13. *Enimverò qis non animæ dabit ſummam omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata eſt?* Qantas animas paſco? *ait dives.* &, *animas ſalvas optat gubernator.* Cicero *familiar. l.* 14. *Ep.* 14. *Vos meæ chariſſimæ animæ, qàm ſapiſſimè ad me ſcribite.*

Ἡ εὐθυῖα ἀρχὴν καὶ τέλος] Vide *l.* 8. §. 3.

Τὸν διὰ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον] Animam ſcilicet œcumenicam, vel catholicam potiùs, de qa *ſuprà* §. 30. & *l.* 4. §. 40. & *l.* 6. §. 14.

Καλὰ περιόδῳ τελουμένας] ſive καιρῷ τελουμένῳ, *præſtituta tempora*, ut Apoſtolus *Act. c.* 17. *v.* 26. Vide tamen *ſuprà* §. 13.

Οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν] Vide *ſuprà* §. 21.

§. 33. Σποδὸς, ἢ σκελετός] *cinis, avt ſceletus*: qod *ſuprà l.* 4. §. 48. Τάριχος, ἢ τέφρα. *Salſura avt favilla.* ibi vide. Apud Plutarchum *p.* 950. *F.* Antonius poſtridie de rerum ſumma cum Cæſare decertaturus ad cœnam ſuos jubet, προθυμότερον ἐυωχεῖν. ἄδηλον γὰρ εἰ τοῦτο ποιήσουσιν ἄυριον, ἢ δεσπόταις ἑτέροις ὑπηρετήσουσιν, αὐτὸς δὲ κείσεται σκελετὸς καὶ τὸ μηδὲν γενόμενος. *Epulis ſe liberaliùs exciperent: incertum eſſe idemne facturi poſtridie eſſent, an aliis dominis miniſtraturi: ipſe verò exſtinctus jaceret & inanimis.* Teles Pythagoricus, *de exilio*, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 40. Ἡμεῖς μὲν καὶ ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι ὀκνοῦμεν. οἱ δὲ σκελετίσαντες ἔνδον ἔχουσιν, ὡς καλόν τι, καὶ ἐνίσχυρα τὰς νεκρὰς λαμβάνουσιν. *Nos quidem à conſpectu tactúqe mortuorum abhorremus: alii verò deſiccata cadavera ceu qippiam egregium domi ſervant, & loco pignorum mortuos accipiunt.*

Ἤτοι ὄνομα, ἢ ἀδὲ ὄνομα] Vide *l.* 4. §. 33. & *l.* 12. §. 27.

Μῦθος, ἢ ἀδὲ μῦθος. *Fabula, & ne fabula qidem.*

Ψόφος καὶ ἀπήχημα] *Lib.* 4. §. 3. Τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως. *Inanes plane applavſus iſti.* & *l.* 6. §. 16. Κρότος γλωσσῶν. *Linguarum ſtrepitus.*

Κενὰ, καὶ σαπρὰ, καὶ μικρά] Vide *l.* 2. §. 12. & *l.* 6. §. 13,36. & *l.* 7. §. 3. & *l.* 9. §. 36.

— πρὸς Ὄλυμπον] Ex Heſiodi *Oper. l.* 1. *v.* 195. de qarto agens ſeculo:

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην, αἰδοῖοι θνητοῖσι,
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. —
Tum deorum à cælum à terra ſpatioſa
Ad Deos ibant, relictis hominibus,
Pudor & Nemeſis. —

Et Aratus *Phænom.*

Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κεῖνον γένος ἀνδρῶν,
Ἔπλετ' ὀπυιαλίη.

qod Feſtus Avienus:

Sic juſtia in populos mox Virginis inculpatæ
Exarſere odia, & cælum pernicibus intrat
Diva alis. —

& Cicero,

Deſeruit properè terras juſtiſſima virgo,
Et Jovis in regno, cæliqe in parte reſedit.

Refert Lactantius, ſed ità in vulgatis, qaſi Ciceronem iſtud negare dicatur. *Sed non, ait Cicero, & Jovis in regno, &c.* cùm deberet eſſe, *ſed non, ut ait Cicero.* hoc, inqit, non eſt verum, qod Cicero dixit, Jovis in regno Juſtitiam reſediſſe, cùm Jupiter ipſe injuſtiſſimè ſe geſſerit. De eodem hoc Naſo *Metamorph. l.* 1. *v.* 129.

— *fugere pudor, verúmqe fidéſqe.*

& mox, *v.* 149.

— & *virgo cede madentes*
Ultima cæleſtúm terras Aſtræa reliqit.

Juvenalis itidem, *Sat.* 6.

— *ad ſuperos Aſtræa receſſit,*
Hac (pudicitiâ ſcilicet) *comite; atqe dua pariter fugere ſorores.*

Scilicet, ut Lactantius *inſtit. l.* 5. *c.* 5. *His planè intellexerunt, abeſſe juſtitiam à rebus humanis; eámqe finxerunt offenſam vitiis hominum, ceſſiſſe terrâ, in cælúmqe migráſſe.* Alluſit huc Valerius Flaccus *Argonaut. l.* 2. de procellis cladibúſqe agens cœlitus immiſſis;

— *tum*

terra longè latéque patente, ſeſe contulerunt. ecqid igitur reſtat qod te iſtîc detineat? ſiqidem res ſenſui ſubjectæ, mutari pronæ, & conſiſtere neſciæ; ſenſus ipſi hebetes & imagines falſas admittere proclives: animula ipſa, exhalatio à ſangvine emiſſa: apud eos, qi iſtiuſmodi ſint, celebrem eſſe, inane qiddam. qin ergò expectas placidus, vel extinctionem tui, vel tranſlationem? iſtius tempus donec obvenerit; qid ſuffecerit, niſi ut Deos colas celebréſque, hominibus benefacias, ſuſtineas eos eiſdémqe abſtineas; meminerîſqe ea omnia, qæ extra corpuſculi animulæqe tuæ terminos conſiſtunt, nec tua eſſe, nec in poteſtate tua ſita?

χθονὸς Ἡσιοδείης. Τί ἂν ἔτι τὸ ἐνταῦθα κατίχοι; ἔγε [a] τὰ μὲν αἰσθητὰ, ὑμεπάβλητα, καὶ [b] ἀχ ἑ-
σώτα. τὰ δὲ αἰσθητήρια, [c] ἀμυδρὰ καὶ ὑποπ-
τύπωτα. αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον, [d] ἀναθυμίασις ἀφ' αἵματος. [e] τὸ δὲ ἐυδοκιμεῖν παρὰ τοιούτοις, κενόν.
* τί ἂν [f] περιμένῃς; [g] ἴλεως [h] ἢ τὴν ἐπὶ σβέσιν ἢ ἐπὶ με-
τάστασιν. ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται, τί
[i] ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο ἢ [k] Θεοὺς μὲν σέβειν καὶ ἐυ-
φημεῖν [l] ἀνθρώπους δὲ ἐυ ποιεῖν, καὶ [m] ἀνέχεσθαι
αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι. ὅσα δὲ ἐκτὸς ὅρων [n] κρεαδίου,
καὶ [n] πνευματίου, ταῦτα μεμνῆσθαι [n] μήτε σὸν ὄντα,
μήτε ὅλως σοί;

a L.2.§.17.
l.6.§.4.14.
b Sup. §.23.
c L.2.§.17.
d L.4.§.3.
e L.4.§.33.
* τί ἐ.π.ἴλ.
f Sup.§. 10.
g L.2.§.3.
h L.7.§.32.
i Sup.§. 14.
k L.6.§.10.
30.
l L.5.§. 20.
m Sup.§.20.
n L.12.§.3.

§.34.

ANNOTATIONES.

— tunc flagitat iras
In populos, Aſtræa Jovem, terriſque relictis
Invocat aſſiduo Saturnia ſidera queſtu.

Alluſit & Maro ipſe *Georg. l.* 2. ubi de agricolis dixit;

— extrema per illos
Juſtitia excedens terris veſtigia liqit.

Indè ludens Lucianus *in his accuſato pag.* 215. τὴν Δίκην inducit Jovem patrem nè in terram denuo mittatur deprecantem verbis illis: Ἄυθις εἰς τὴν γῆν, ἵν' ἐξελαυνομένη πρὸς αὐτῶν, δραπετεύσω πάλιν ἐκ τοῦ βίου, τὴν ἀδικίαν ἐπιγελῶσα καὶ φέρουσα; *Iterúmne in terram, ut ejecta ab illis, denuò fugitiva è vita abeam, ubi injuſtitiam irridentem ferre non potero.* Cæterùm, Marco noſtro imperante, δίκη καὶ αἰδοῖ ἀποβῆναι κάθοδον εἰς ἀνθρώπους. *juſtitiam ac verecundiam ad homines regreſſas*, aſſerit Ariſtides *Orat. in Romam.* Idémqe de Severi cum filio Antonino imperio cecinit Oppianus ἁλιευτ. β. prope finem,

— νῦν γάρ σε, Δίκη, θρέπτειρα πολήων
Γηθόσυνα μερόπεσσι συνίσιον ἠδὲ σύνοικον,
Ἐξ οὗ μοι κραίνῃσι μέγαν θρόνον ἐμβεβαῶτες
Ἄμφω θεσπίσιός τε πατὴρ καὶ φαίδιμος υἱός.
— nunc enim te, ô Juſtitia nutricula urbium,
Cognoſco hominibus familiarem atqe cohabitatricem,
Ex qo mihi imperant excelſo ſolio conſcenſo
Uterqe, divinúſqe pater, & illuſtris filius.

Scripta enim hæc Severo ſuperſtite, etiamſi non antè defunctum jam publicata. Qin & idem planè futurum pronunciat Porphyrius *de abſtinent. l.* 3. §. 27. ſi ad victum ſimplicem ac innoxium reduci poſſet genus humanum. Ἡ δῆλον, inqit, ὡς ἐυδαιμονήσομεν. ἀδικίας μὲν ἐξορισθείσης ἀπ' ἀνθρώπων, δικαιοσύνης δὲ πολιτευομένης καθ' ἡμῖν, καθάπερ καὶ ἐν οὐρανῷ. *Profectò patet nos felices futuros, injuſtitiâ ab hominibus exterminatâ, & juſtitiâ eundem apud nos, qem in cœlis habet locum, obtinente.* Cæterùm Didymus Cynicus apud Plutarchum *de Orac. deſit. p.* 413. *A.* Θαυμαστόν ἐστιν, εἰ τοσαύτης εἰς [ἡμᾶς] παλίας ὑποκεχυμένης, ὑ μόνον, ὡς προεῖπεν Ἡσίοδος, αἰδὼς καὶ νέμεσις τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀπολελοίπασιν, ἀλλὰ καὶ πρόνοια Θεῶν συνεκενεσαμένη τὰ χρηστήρια παντελῶς οἴχεται. *Tantâ malitiâ in nos diſſipatâ mirum eſt, ſi non tantùm, qod pradixit Heſiodus, verecundia & juſta indignatio humanam reliqerunt vitam: ſed providentia etiam divina convaſatis oraculis omnino abiit.* Ità enim reſtituendum locum illum avtumo: niſi qis & ὑδὲν interjiciendum exiſtimet, ut ſit θαυμαστὸν ὑδέν. ea enim dubio procul Cynici mens eſt. Viſe Ammianum *l.* 22. *c.* 10. *p.* 239. & *l.* 25. *c.* 6. de Juliano. Viſe & ſis Hieronymum *adv. Pelagium lib.* 3. *cap.* 5. qem viduæ cuidam in epiſtola ad eam data adeò fœdè adulatum refert, ut *juſtitiam, qæ ſe jam non niſi in cælo credatur, apud illum ſolam dicat invenire in terris.*

Τὰ μὲν αἰσθητὰ, ἐυμεπάβλητα, καὶ ὑχ ἑσώτα] *ſuprà* §. 23.

Πὰ δὲ αἰσθητήρια ἀμυδρὰ, καὶ ὑπαραπύπωτα] Vide *ad l.* 2. §. 17. & *l.* 6. §. 6.

Ἀναθυμίασις ἀφ' αἵματος] Ità *lib.* 6. §. 15. Ἡ ζωὴ ἐκάστου, οἷον ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. *Vita cujuſqe, qaſi exhalatio nempe qadam à ſangvine orta, & ab aere ſpiritus attractio.*

Τὸ δὲ ἐυδοκιμεῖν παρὰ τοιούτοις κενόν] *lib.* 3. §. 4. & *lib.* 4. §. 3, 33.

Τί ἂν περιμένῃς; ἴλεως τὴν] *Qid ergò aliud operiris, niſi vel* &c. Xylander fruſtra. legendum enim, τί δ' περιμένεις &c. *Cur non propitio lubentiqe animo mortem expectas, ſive ea deſtructio eſt ſive demigratio?*

Εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν] Ambiguè loqitur iſtîc Marcus, utì ſæpe alibi. Vide *ſuprà ad l.* 4. §. 21. ſed & *l.* 8. §. 25. & *l.* 11. §. 3.

Σβέσιν] ſic *l.* 4. §. 21. ἐξάπλοντας. qia igneum qiddam animam exiſtimabant. Ignis avtem & accendi & extingvi dicitur.

Θεοὺς μὲν σέβειν καὶ ἐυφημεῖν, ἀνθρώπους δὲ ἐυποιεῖν] Eadem monita ſaluraria, *l.* 6. §. 30. Vide ibi adnotata.

Ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι] Ità *l.* 4. §. 3. Τὸ ἀνέχεσθαι μέρος δικαιοσύνης. *Æqanimitatem eſſe juſtitiæ portionem.* & *ſuprà* §. 20. Ἐυκοπτέον καὶ ἀνεκτέον. *Juvare & ſuſtinere.* Epictetus ſolitus eſt dicere, (utì ex Favorini relatione Gellius, *noct. Attic l.* 17. *c.* 19.) *duo eſſe vitia multò omniam graviſſima ac teterrima, intolerantiam & incontinentiam.* itaqe *futurum pleraqe impeccabilem, vitamqe victurum tranqilliſſimam, qi hac duo verba cordi habeat, eaqe ſibi imperanda caret,* Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. *Suſtine & abſtine.* Atqi Tertullianus etiam *incontinentiam* ſub *intolerantia* comprehendit, *continentiam* ſub *tolerantia* contineri contendit. *de patient. cap.* 5. *Ut compendio dictum ſit, omne peccatum impatientiæ aſcribendum. malum impatientia eſt boni. nemo impudicus, non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inqietus qietis. ut malus unuſqiſqe fiat, bonus perſeverare non poterit.* Et *ibidem c.* 15. *Omnia Dei placita tuetur patientia,* &c.

Μήτε σὲ, μήτε ἐπὶ σοὶ] Evcherius in *Orat. hortat. Eſto tu,* inqit, *tibi charior, qàm tua.* Verùm Marcus hîc iſta, & qicqid extra corpuſculi animulæqe fines conſiſtit, *tua* eſſe tibi negat. ſed & Lucillus apud Senecam *Epiſt.* 8.

Non eſt tuum, fortuna qod fecit tuum.

& Publius Syrus,

Alienum eſt omne, qicqid optando venit.

ideo nimirum, qia, ut Lucilius idem,

Dari bonum qod potuit, auferri poteſt.

In eandem ſententiam Bernardus *de bon. deſer. Divitiæ iſtæ nec veræ, nec veſtræ ſunt. ſi veſtræ ſunt, vobiſcum auferte. Qod enim hic relinqitur, non noſtrum ſed alienum eſt.* Ambroſius *Epiſt.* 9. Baſilius Cæſar. *pag.* 344. *B.* explicans illud Moiſaicum, Προσέχε σεαυτῷ. τυτέστι, μήτε τοῖς σοῖς, μήτε τοῖς περί σε. *Attende tibi ipſi, hoc eſt, non tuis, non iis qa circà te ſunt.* inqit; Ἀλλὰ σεαυτῷ μόνῳ. ἄλλο γάρ ἐσμὲν ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄλλα τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλα τὰ περὶ ἡμᾶς. ἡμεῖς μὲν ὖν ἐσμὲν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς. ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα, καὶ αἱ δι' αὐτοῦ αἰσθήσεις. περὶ ἡμᾶς δὲ τὰ χρήματα, αἱ τέχναι καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ βίου καταστευή. *Sed tibi ipſi & ſoli. Ipſi enim nos & aliud ſumus, & aliud noſtra ſunt, aliud item qa circa nos converſuntur. Sanè ſumus nos & anima & animæ mens. Noſtrum avtem corpus eſt, & qi per ipſum ſuum munus obeunt ſenſus. Circa nos porro ſunt pecunia, artes, & reliqa vitæ ſupellex atqe apparatus.* Cæterùm Epictetus nec reculam, nec corpuſculum etiam, tuum eſſe tibi conceſſerit. Siqidem, illud etiam explicans, qod Marcus hîc, μήτε ἐπὶ σοὶ, ſic infit, *Differt. l.* 1. *c.* 1. Τί λέγει ὁ Ζεύς; Ἐπίκτητε, [ità diſtingvendum, ſecùs qàm in vulgatis] εἰ οἷόν τε ἦν, καὶ τὸ σωμάτιον ὖν σε, καὶ τὸ κτησείδιον, ἐποίησα ἂν ἐλεύθερον καὶ ἀπαραπόδιστον. νῦν δὲ μή σε λανθανέτω. τοῦτο ὑκ ἔστι σόν. *Qid Jupiter ait, Epictete? Si fieri potuiſſet, etiam corpuſculum tuum & reculam libera, & ab impedimentis remota feciſſem. Nunc te latere non debet, iſtud non eſſe tuum.* Cui concinit & Pythagoras referente Stobæo *tom.* 1. *tit.* 1. Πίστευσο, μὴ εἶναί σοὶ τιμῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις. *Perſvaſum habeas, tuas non eſſe facultates, qas non concluſas animo geras.* Epictetus idem *Enchir. cap.* 1. §. 2. Τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαραπόδιστα. τὰ δ' ὑκ ἐφ' ἡμῖν. ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. ἐὰν οὖν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, *c.* 3. — μέμψῃ καὶ Θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δ' ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον, ὑδείς σε ἀναγκάσει ὑδέποτε, ὑδείς σε κωλύσει, ὑ μέμψῃ ὑδένα, ὑκ ἐγκαλέσεις τινι, ἄκων πράξεις ὑδὲ ἓν, ὑδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν ὑχ ἕξεις. ὑδὲ γὰρ βλαπτόμενόν τι πείσῃ. *Ac ea qidem qa nobis parent, libera ſunt naturâ ſuâ, nec prohiberi ab ullo, nec impediri poſſunt. In qa avtem ipſi jus nullum habemus, ea ſunt infirma, obnoxia ſervituti, obnoxia impedimentis, aliena. Si ea, qa naturâ ſunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris, fore, ut impediaris, deos hominéſqe accuſes. Sin id ſolùm tuum exiſtimaris, qod tuum eſt; aliena verò, ut ſunt, aliena: te nemo coget unqam, nemo impediet, neminem accuſabis, neminem criminaberis, nihil ages invitus, nemo te ladet, inimicum non habebis. Non enim noxium qid patieris.* Vide & Marcum ipſum *lib.* 12. §. 3, 26.

§. 34.

a *L.* 2. §. 5.
b Sup. §. 14.
c *L.* 1. §. 9.
* - σειν. δ. σειν
d Sup. §. 20.
e Sup. 16.
f *L.* 4. §. 20. *l.* 9. §. 31.

§. 34. Δύνασαι ἀεὶ [a] εὑροεῖν, εἴγε καὶ [b] ἐπόδων εἶναι, εἴγε καὶ [c] ὁδῷ ὑπολαμβάνειν, καὶ πράσσειν * δύο ταῦτα κοινά, τῆτε τοῦ θεοῦ, καὶ τῆ τοῦ ἀνθρώπε, καὶ παντὸς λογικοῦ ζώε ψυχῆ. τὸ [d] μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλε. καὶ τὸ [e] ἐν τῆ δικαίκῃ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθόν, ἢ [f] ἐνταῦθα τέλω ὄρεξιν ἀπολήγειν.

§. 34. Prosperè tibi res tuæ sunt perpetuo processuræ, si ritè incedere potueris, rectâqe methodo & opinari & agere. communia sunt animæ ratione præditæ sive Dei sive hominis sive aliûs alicujus animantis duo ista: alterum, qod ab alia re nulla possit impediri; alterum, qod in animi affectione actionéqe justâ bonum suum situm habeat, nec ultra hæc qicqam appetere necesse habeat.

g Sup. §. 25.
l. 7. §. 22. *l.* 9. §. 4.
h Sup. §. 22.
i *L.* 8. §. 55.
k *L.* 9. §. 3.

§. 35. Εἰ [g] μήτε κακία ἐστὶ τοῦτο ἐμὴ, μήτε ἐνέργεια κατὰ κακίαν ἐμέ, [h] μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται, τί ὑπὲρ αὐτοῦ διαφέρομαι; [i] τίς γὰρ βλάβη τοῦ κοινοῦ;

§. 35. Si nec avt vitiositas hæc mea sit, avt effectum vitiositatis meæ; nec communitas eâ læditur, cur de re ista ipse differor? communitatem avtem qid læserit?

l *L.* 4. §. 22.
l. 7. §. 43.
m *L.* 6. §. 30.
n *L.* 3. §. 11.

§. 36. Μὴ [k] ὁλοσχερῶς [l] τῆ φαντασίᾳ συναρπάζου. ἀλλὰ [m] βοηθεῖν μὲν χῆ δύναμιν καὶ [n] ἀξίαν.

§. 36. Nè imaginatione ullâ temerè abripiaris: sed opis tuæ indigis, prout potes & par est, opem feras.

ANNOTATIONES.

§. 34. Εὑροεῖν] Vide *l.* 2. §. 5. *l.* 10. §. 6. Epictetus *Dissert.* *l.* 1. *c.* 1. εὐθυμεῖσθαι καὶ εὑροεῖσθαι. *hilarem & alacrem.* & *c.* 4. Εὐρόως καὶ ἀταράχως βιώσεσθαι. *Ut feliciter & animo tranquillo viverem.* Ei opponitur τὸ δυσροεῖν. Epictetus *l.* 1. *c.* 28. Ὅπερ τὸ πρῶτον καὶ μόνον αἴτιόν ἐστι τῦ κατορθῦν ἢ ἁμαρτάνειν, τῦ εὑροεῖν ἢ δυσροεῖν, τῦ ἀτυχεῖν ἢ εὐτυχεῖν. *Ubi avtem prima avt unica causa est avt rectè agendi avt delinqendi, avt prospero adversóve successu utendi, avt secundam vel adversam fortunam experiendi.* cùm res scilicet ex voto & animi sententia non succedunt, non fluunt. ab eis tractum, qi æstu adverso conflictantur. Idem *l.* 2. *c.* 17. Θέλεις τὰ δυνατὰ, καὶ τὰ σοὶ δυνατά; τί οὖν ἐμποδίζῃ; διὰ τί δυσροεῖς; ἃ φεύγεις τὰ ἀναγκαῖα; διὰ τί οὖν περιπίπτεις τινί; διὰ τί δυσυχεῖς; διὰ τί θέλοντός σε τὶ, ἃ γίνεται, καὶ μὴ θέλοντος, γίνεται; ἀπόδειξις γὰρ μεγίστη δυσροίας καὶ κακοδαιμονίας. *Tu ea vis qa & fieri & à te fieri possunt. Cur ergò impediris? Cur successu cares? Non tu nunc fugis necessaria. Cur ergò in ea incidis? Cur calamitate conflictaris? Cur te volente aliqid non fit? Cur nolente fit aliqid? Hæc enim demonstratio est maxima calamitatis & infelicitatis.*

A

B

Ὀδεύειν] *suprà* §. 14.

Ὁδῷ ὑπολαμβάνειν] *certam in opinando rationem methodumqe observare.* Vide *ad l.* 1. §. 9.

Καὶ πράσσειν δύο ταῦτα] Distinctio plena post πράσσειν est collocanda. qod & advertit Casavbonus. dum non attendit Xylander sententiam corrupit.

C

Καὶ παντὸς ζώε λογικοῦ] hoc ideo, qia philosophi λογικὸν ζῶον, sive *animal ratione instructum* non homini soli, sed Deo etiam, dæmonibus & heroibus genus commune constituebant; utì ex Plutarcho *de orac. cessat.* Xylander hic monet.

Τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλε] *suprà* §. 10. & 20. & *l.* 3. §. 12. & *l.* 12. §. 8. Epictetus apud Stobæum *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. ex *enchirid. c.* 13. Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον. προαιρέσεως δὲ ὄ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλωσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὄ. καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε, εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλε τινὸς ἐμπόδιον, σοῦ δὲ ὄ. *Morbus est corporis impedimentum, instituti non item, nisi ipse velis. Claudicatio pedis est impedimentum, instituti non item. Qod si singulis in rebus, qa incidunt, consideraris, invenies eas alterius cujusplam rei, non tui esse impedimentum.*

D

Τὴν ὄρεξιν ἀπολήγειν] Vide *l.* 4. §. 37, 49. & *l.* 6. §. 50. & *l.* 7. §. 28. & *suprà* §. 14.

§. 35. Εἰ μήτε κακία ἐστί] Vide *suprà* §. 25.

Μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται] Vide *suprà* §. 22.

Τίς δὲ βλάβη τοῦ κοινοῦ;] vide *l.* 8. §. 55. Epictetus *Dissert.* *l.* 4. *c.* 7. Τί μέλλει ἀπόλλυσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ; *Qid peristurum est in mundo.* si tibi vita etiam erepta fuerit?

E

§. 36. Μὴ ὁλοσχερῶς τῆ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι] Hoc velle videtur, nè in opem egenis afflictisve aliis qibusvis, qi ejusdem indigent, ferendo, id statim admittamus, qod imaginatio forsan nobis nostra ad aspectum primùm suggesserit: miserum nimirum hominem illum esse, sive mali aliqid illi obtigisse; unde & nos ipsi pariter afficiamur. id qod *l.* 7. §. 43. dixit, Μὴ συνεπιθρηνεῖν, μηδὲ σφύζειν. *Lamentationibus ne collamenteris, neve commovearis.* Epictetus *enchir. c.* 16. Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποθνῄσκοντα τέκνε, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτῦ, πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτῦ τοῖς ἐκτός. ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἕτοιμον πρόσχειρον, ὅτι τῦτον θλίβει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τύτων. *Qm ejulantem qempiam videris in luctu, sive peregrè profecto filso, sive rebus amissis: cave ne te visum illud moveat, ut existimes versari eum in malis ob externa; sed statim ipse tecum distinguito, sitqe in promptu ut dicas. Istum affligit, sed concepta de eo opinio.* locum integrum apposui, qia minùs integer videtur, qò integritati restituam suæ. Excidisse aliqid Hieronymo Volfio suboluit: sed in supplendo parùm feliciter versatus est. in annotatis interserit, ἄλλον γὰρ ἃ θλίβει. cujus rationem subjungit, ὅτι ἄλλε ἅχ' ἅπτεται. *Alium, inqit, non angit, qia non tangit.* ut sit qod Comicus,

F

Facilè omnes, cùm valemus, recta consilia agrotis damus.

Tu si hic sis, aliter senties.

sed & illis interjectis, adhuc clavdicabit sententia. etsi interjiciantur, sensum alium multò magìs idoneum, & Epicteti menti consentaneum, redderent: qalem versio ipsa repræsentare videtur. *Istud afficit, non casus ipse; alium enim non affligit,* [vel potiùs *non affligeret*] *sed concepta de eo opinio.* Verùm supplendum ampliùs ex Stobæo *tom.* 2. *tit.* 115. Ὅτι τῦτον θλίβει, ἃ τὰ συμβεβηκότα. ἄλλον γὰρ ἃ θλίβει. ἀλλὰ τὰ δόγματα. *Qod crucietur non ob eventum rei, alii enim non cruciantur: sed ob suas opiniones.* qi & pro τοῖς ἐκτὸς legit ἀνθρώπε. & illa διαίρει παρὰ σεαυτῷ omisit prorsus. qæ & mihi suspecta. Generaliùs pavlò Epictetus idem *Dissert.* *l.* 4. *c.* 10. Μὴ πρὸ τῦ ἐπάγειν τὸν φυσικὸν κανόνα, προπάθειαν ἐν τῷ συγκατίθεσθαι. *Noli ante regulam naturæ adhibitam prosilire ad assensionem.* Et *l.* 2. *c.* 18. Τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς ὀξύτητος μὴ συναρπασθῇς, ἀλλ' εἰπέ, ἔκδεξαί με μικρὸν, φαντασία. ἄφες ἴδω, τίς εἶ, καὶ περὶ τίνος. ἄφες σε δοκιμάζω. *Primùm tamen vide ne illi temerè assentiaris, sed dic: visum, expecta me pavlulum, sine videam qid sis, & qa de re; sine te explorem.* Redonanda eidem eadem vox hæc *enchir. c.* 20. Ὅρα μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ ἄλλως ἐνδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. *Si qem eximiis honoribus affectum, aut alioqi florentem videris: vide nè qando beatum illum pradices, visorum impetum secutus.* pro eo qod codices perperam, συνεπαρθείς. Sic enim ipse mox *c.* 21. Τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. *Qapropter in primis operam dato, nè visa tibi assensum extorqeant.* Idem *enchir. c.* 33. à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 17. ex qo codices Epicteti emendandi; lavdatus: Ὅταν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φαντασιῶν φυλάσσου, μὴ συναρπάζῃ ταχέως. ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα. καὶ μικρὰν ἀναβολὴν αὐτὸς παρὰ σεαυτῷ λαβὲ, ἐκκαύπησον τὴν φαντασίαν, καθ' ἃς ἔχεις κανόνας. καὶ πειρῶ κρατεῖν τῶν ἡνιῶν. *Cùm aliqa voluptatis animum phantasia subierit, observandum est id qod in omnibus, nè statim abreptum te precipitem des. Negotium te expectet, tuqe tecum aliqantulum immoratus, cogitationem tuam diligenter inspectam secundùm præscripta tibi præcepta examinato. Et habenis semper fortiter utere.*

Ὁλοσχερῶς] *omnino* Xylander. ut sit, ὁλοσχερῶς, ὁλοτελῶς. qomodo Svidas exponit. Sed cum συναρπάζεσθαι conjungit, *nè in totum abripi nos sustineamus*; cùm Bootius τῷ μὴ adhærere malit, *nè ulla ex parte abripi nos patiamur.* Ego ὁλοσχερῶς istîc, ut & *l.* 9. §. 3. ἀντὶ τῦ προπετῶς, *temerè*, *temerariè* positum existimem. ut ὁλοσχερῶς συναρπάζεσθαι idem sit Marco, qod ταχέως συναρπάζεσθαι Epicteto. re scilicet ipsâ non satìs sedulò & accuratè perpensâ. Vide *l.* 1. §. 7. & *l.* 9. §. 3.

Ἀλλὰ βοηθεῖν κατὰ δύναμιν] Ità Cicero *Tuscul.* *l.* 4. *Cur misereare potius qàm feras opem, si id facere possis? an sine misericordia liberales esse non possumus? non enim ipsi suscipere aegritudinem propter alios debemus, sed alios, si possumus, levare aegritudine.* Et Plutarchus *de tranqill. pag.* 468. *D.* Ἐντὸς τῶν φιλοτόφων (Stoicos notat) καὶ τον ἔλεον ψέγυσι πρὸς ἀτυχοῦντας ἀνθρώπους γιγνόμενον, ὡς κακῶ τῦ βοηθεῖν, ἃ τὸ συναλγεῖν καὶ συνεπιδιδόναι τοῖς πλησίον ὄντος. *Philosophorum nonnulli misericordiam, qâ afficimur ob aliorum calamitates, vituperant: qod debere nos opitulari aliis, non una dolere, & animum demittere statuant.* Qod avtem in casibus ilìiusmodi qoad alios observandum præcipit Marcus, idem & qoad nosipsos Epictetus *l.* 1. *c.* 27. Τεταχῶς αἱ φαντασίαι γίνονται ἡμῖν. ἢ γὰρ ἐσί τινα ἃτως, ὡς φαίνεται. ἢ ὐκ ὄντα, ὐδὲ φαίνεται ὅτι ἐσίν. ἢ ἐσι, καὶ ὐ φαίνεται. ἢ ὐκ ἔσι, καὶ φαίνεται. λοιπὸν ἐν πᾶσι τύτοις ἐυσοχεῖν ἔργον ἐσὶ τῦ πεπαιδευμένυ. ὅ, τι δ' ὖν ᾖ τὸ θλίβον, ἐκείνῳ δεῖ προσάγειν τὴν βοήθειαν. *Quatuor modis visa in nobis exsistunt. Avt enim talia sunt qalia videntur: avt cum non sint, nec esse videntur. avt sunt, & non esse videntur: avt non sunt, & esse videntur. In his igitur omnibus*

feras. nec si in rebus mediis hisce detrimentum sustinuerunt, ideò lædi eos existimes. nihil enim mali subest. sed qemadmodum senex discedens alumni turbinem poscebat, cùm turbinem tamen, hoc est, ludicrum qiddam, esse meminisset: ità & istic te geras. ad rostra ubi declamitans fueris, an oblitus es, homo, hæc qidnam sint? memini satìs, inqis; verùm ea sunt, in qibus isti pretium studiúmqe ponunt. num ergò & te fatuum esse necesse est, qia illi sunt? qocunqe loco deprehensus, felix

κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται), μὴ μέν τοι a βλάβην a Sup. §. 35.
αὐτὸ φαντάζεσθαι, κακὸν γὰρ * ἔθ. ἀλλ' ὡς * ὄθεν f.
ὁ γέρων ἀπελθὼν τὸν δ θρεπτὸν ῥόμβον ἀπήτει,
μεμνημένος ὅτι ῥόμβος. ἴτως ἂν καὶ ὧδε. ἐπεί
τοι * γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων. ἄνθρωπε, ἐπε- * γίνηται καλὸν Xyl.
λάθου τί ταῦτα ἦν; ναί. ἀλλὰ τούτοις ᾠήθης. b L. 9. §. 29.
b Διὰ τοῦτ' ἂν καὶ σὺ c μωρὸς γένῃ; * ἐγενόμην ποτὲ, c L. 4. §. 44.
ὁπηδήποτε καταλειφθεὶς *, * εὔμοιρος ἄνθρωπος. * ἐ. τ. εὐμ. Sal. γένοιο ἄν, ὁ. καὶ τὸ εὔμ. Boot.
* - ληφθεὶς S. & B.
* ἄνθρωπε, τὸν δὲ εὔμ. ὁ. κατ' S.

ANNOTATIONES.

bus rebus non falli ac decipi eruditi est munus. Qicqid autem nos presserit, ei afferendum erit adjumentum.

Κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται, μὴ μέν τοι βλάβην] *Si in mediis istis* (qæ nec bona nec mala sunt) *detrimenti aliqid sustinuerint, nè eos ladi existimes.* ἐλαττοῦσθαι est τὸ ἔλαττον ἢ τοι ἐλάττω φέρεσθαι, sive ἔλαττον ἔχειν, ut Epictetus *l.* 3. *c.* 15. (qi locus & *ad l.* 8. §. 1. allatus, cùm & illum illustrat, & cum eo qi hìc seqitur Platonis sororiat.) id est *minus conseqi, detrimentum damnúmqe aliqod sustinere.* Siqidem is hoc eodem sensu τὸ ἐλαττοῦσθαι usurpavit, *polit. l.* 8. *pag.* 714. *C.* Φεύγοντος τὰς τε ἀρχὰς καὶ τιμὰς καὶ δίκας, καὶ θέλοντος ἐλαττοῦσθαι. *ὥσπερ πράγματα μὴ ἔχειν. Fugientis honores, principatus* B *& judicia, & libenter se subjicientis, ut labores vitet.* Et Dio Prusæus; Τίς τῶν ἐλαττοῦσθαι βουλομένων, καὶ τὴν ἥττων ῥᾳδίως ὑπομένειν, ὃ πολλαπλάσια τῶν ἄλλων ἐκτήσατο. *Qi voluerst damnum sustinere, & cladem facilè perferre, illorum multiplicia non susciviet.* & *Orat.* 64. Τῆς γὰρ ὑμετέρας μετέξουσιν ἀρετῆς, κατὰ τὴν αὐτῶν ἐλαττούμενοι. *Vestra enim virtutis participes erunt, licet juxta suam ipsorum vincantur.* Allusisse videtur Marcus ad illa Epicteti *l.* 2. *c.* 10. Ἀλλ' ὅπου τι σωματικὸν ἐλάττωμα ἢ εἰς κῆσιν, ἐκεῖ ἡ βλάβη. ὅπου δὲ τὴν προαίρεσιν ἀδημία βλάβη; *At si corpori aliqid aut rei familiari decesserit, illic damnum est, ubi autem voluntati, nullúmne ibi damnum?* Marcus ipse *suprà* §. 15. ὁ ἐλαττωτικὸς ἑαυτὸν ἐν τούτοις, ἀγαθός. *bonus habetur, qi minùs sibi in istis concedit.*

Κακὸν γὰρ ἔθ.] forsan fuerit, κακὸν γὰρ ὄθεν. *nihil enim mali subest*, cùm ista nec bona nec mala, sed media sint, qibus privantur illi. Potest tamen ferri istud, κακὸν ἔθ. Sic enim Plutarchus *de exil.* Μὴ σκόπει τὰ νῦν δάκρυα καὶ τὰς ἐπιθρηνήσεις τῶν εἰσιόντων, ἔθει τινὶ φαύλῳ περαινομένας πρὸς ἕκαστον. *Ne nunc consideres lacrymas & lamentationes intrantium ad unumqemqe more malo pergentes.* Faciúntqe eodem qæ Epictetus habet loco superiùs lavdato: Εἰ ἔθ. ἐστὶ τὸ θλίβον, πρὸς ἐκεῖνο τὴν βοήθειαν ἀνευρίσκειν πειρατέον. Τί δὲ πρὸς ἔθ. ἐστὶν εὑρίσκειν βοήθημα; τὸ ἐναντίον ἔθ. ἀκούεις τῶν ἰδιωτῶν λεγόντων, Τάλας ἐκεῖνος. ἀπώλετο ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἡ μήτηρ ἐξεκόπη. ἄκουσον τῶν ἐναντίων λόγων ἀπόσπασον σεαυτὸν τούτων τῶν φωνῶν. ἀντίθες τῷ ἔθει τὸ ἐναντίον ἔθ. *Si consvetudo erit qæ premat, danda erit opera ut ei medicinam inveniamus. Qæ ergo contra consvetudinem medicina invenietur? contraria consvetudo, Vulgò dici avdis, miserum illum! pater ejus est defunctus; perist: mater ejus obiit. Avdi contrarias rationes. Avelle te ab istis vocibus; oppone consvetudini contrariam consvetudinem.* Sed prius tamen illud magìs placet.

Ἀλλ' ὡς ὁ γέρων] Fabellam aliqam seu historiolam respexisse videtur, de sene, qi pueruli alumni sui rhombum, sive ludicrum aliqod, animi cavsſà poscebat, non qòd ipse expetereret, avt momenti alicujus esse duceret, cùm παιγνιῶδές τι esse cognosceret: sed qò pusio ipsum beneficio aliqo affecisse se opinaretur. ità solemus nos ab infantulis nostris ejusmodi petere ludibundi, qò illi nobis gratificari videantur. est enim istic ῥόμβος, qod & Salmasius monuit, non *rhombus*, uti Xylander vertit, sed puerilis *turbo*, qem & στρόμβον dixere. Hinc inter Bacchi infantuli crepundia, uti ex Orpheo Clemens in *protrept. pag.* 11. *D.*

Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
Μῆλά τε χρύσια καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.
Pinea nux, trochus, & qi flectunt membra moventqe
Ludi, & qa Hesperides miserunt aurea mala.

Ἐπεί τοι γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων] Xylander *qoniam boni aliqid fiat in rostris.* tanqam si esset, ἐπεί τι γίνηται καλόν. Casavbonus *qid facit*, avt *qorsum fit clamor omnis ad rostra iste?* ut aliter etiam legisse videatur. Ego, etsi in loco suspecto, nihil muto; sed καλῶν illud pro participio habeo, non pro nomine. Verto itaqe; *Qando ad rostra clamitans fueris*, sive honorem ac dignitatem aliqam avt tibi ipsi, avt cui faves cuipiam ambiendo, sive litem aliqam vel propriam vel alienam proseqendo. Verùm D. Salmasius καλὸς mavult. id est *splendidè vestitus & pulcer.* ut alludsum sit ad magistratus; qi pro rostris splendidè amicti concionem habebant. ἔμβολα sive ἐμβολοι, *rostra:* locus in foro Romano, navium Antiatium, qas in pugna ceperant, rostris instructus; uti Livius *l.* 8. Πρὸς τοὺς καλουμένους ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγοράν. *In forum ad Rostra ut vocant.* Polybius *l.* 6. *c.* 51. &, ἀναβὰς εἰς τοὺς ἐμβόλους. *Rostra conscendit. ibidem* & apud Svidam avtor incertus, Τὸν δὲ παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον στρατηγὸν καταστάσας ἀπὸ τῶν ἐμβό-

λων, ἐποιεῖτο τοὺς λόγους. *Pratorem, qi populum ad bellum hortabatur, cùm detrakisset, verba ipse faciebat*, vel, *concionem ipse habebat.* qem locum Svidam de aciei genere, qod apud Tacticos ἔμβολον dicitur, perperam cepisse monuit & toties hìc nominandus mihi clariss. Salmasius.

Ἄνθρωπε, ἐπελάθου] hoc tibi, inqit, occurrat, ubi in foro consistis, locum forsan honestiorem dignitatémve aliqam vel tibiipsi vel alii cuiqam enixius ambiens: *O homo, an istarum rerum conditionis oblitus es*, qòd ea, tanqam si boni qidpiam eis inesset, tam studiosè perseqaris? sive, *Nescis, ó homo, qalia hæc sint?* pulcrum putas ac beatum magistratum capessere, ac pro rostris concionari, & affari populum?

Ναί. ἀλλὰ τούτοις περιεπτόησας] Respondet, qasi ex ambientis persona. Agnosco revera esse ejusmodi, qalia tu suggeris; adiaphora scilicet. Verùm ea sunt, qæ isti in æstimatione cum primis habeant; qæqe ambiunt & affectant omnes.

Διὰ τοῦτ' ἂν καὶ σὺ μωρὸς γένῃ;] Regerit huic: *An ideo & te stultum fieri*, & inter stultos nomen tuum profiteri necesse est, qia stolidè sese illi habuerint? Qod in *Scolio* apud Athen. *l.* 15.

Σὺν μοι μαινομένῳ μαίεο, συνσωφρόνησα σώφρονι.
Tu velis mecum insanire, sano ego consipiam tibi.

Et Callias apud Clementem *Strom. l.* 6.

Φασὶ μετὰ μαινομένων
Χρῆναι μαίνεσθαι ἄπανσας.
Apud insanos omnibus ajunt
Esse insanire decorum.

Grotius. Vide & Apollodorum *Adelph. ad l.* 9. §. 3. Atqi ut Menelao Agamemnon apud Evripidem in *Iphigen. Aulid. v.* 406.

Συνσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' ὐ συνετὸς εἶν.
Consipere, non consuvere sum promptus tibi.

Grotius.

Consipere, non desipere tecum debeo.

Lipsius. Eodémqe alludens Plutarchus de amico genuino *pag.* 55. *C.*

Συνσωφρονεῖν γὰρ, ὐχὶ συνιστορεῖν ἔφυ.

Et ex Sophocle;

Οὐ γὰρ συνεκθεῖν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυ.

Καὶ νὴ δία, συγκαλορθοῦν καὶ συμφιλοκαλεῖν, ὐ συναμαρτάνειν, οὐδὲ συῤῥαδιουργεῖν.

Non impetus solet esse, sed amoris comes.

Nimirum enim unà officium facere, & adjuvare in pulcrarum rerum studio cupit, non peccandi avt malitiosè agendi socium se præber. Marcus ipse *infrà l.* 9. §. 29. Εἰ δὲ ἐτραγῴδησαν, ὑδεῖς με καταδέδεικε μιμεῖσθαι. *Sin tragicè semet ostentarint, qis ad illorum ostentationem me addixit?* μωρὸς avtem, id est, *stultos supra l.* 4. §. 38. pronunciaverat eos omnes, qos res istiusmodi solent, ἐυφραίνειν ἢ λυπεῖν, si concedantur & adsint, lætos; si negentur, tristes faceret.

Ἐγενόμην ποτὲ, ὁπηδήποθεν καταλειφθεὶς, εὔμοιρος ἄνθρωπος] Locus morbi manifestus; sed cui citra codicum opem havd facilè medicina fiat. Mericus Casavbonus illud ἐγενόμην ποτέ ad priora refert, eôqe periocham vult clavdi. vertit itaqe, *Fueram qandoqe* [id sufficiat.] In *præfatione* sic παραφράζει; *Num & tu idcirco stultus futurus es? sufficit qod tamdiu etiammum fueris.* Xylander seqentibus conglutinat, reddítqe; *Aliqando, utcunqe relictus, factus sum felix.* ut ὅπως δήποτε, non ὅπου δήποτε legendum fuerit. qod, si cui admittendum videbitur, malim; *Qi nunc nescio qo pacto neglectim habeor, fuit qando felicior eram, sortémqe ferebam meliorem.* Ut verba sint indignè ferentis, aliis jam posthaberi se, cùm prælatus aliqando fuerit. qalis illa Menandriana apud Sextum Empiricum *Pyrrhon. hypoth. l.* 1. *c.* 19.

Τί γὰρ ἐγὼ κατελειπόμην;
Qid enim ego relinqebar?

Verùm Casavbonus καταληφθεὶς, non καλειφθεὶς legit, vertítqe πεφαρασικῶς, *Mors me, ubicunqe voluerit, deprehendat: ipse felix futurus sum.* Atqe ità Marcus *l.* 12. *c.* 7. Ὁποῖον δεῖ καλαληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου. *Qalem te à morte deprehendi oporteat.* Et simpliciter Epictetus *l.* 3. *c.* 5. Τί θέλεις ποιῶν καλαληφθῆναι; *Te avtem qid agentem oportet invadi.* videndus *ad l.* 6. §. 30. Lectionem eam probat D. Bootius, sed pro ἐγενόμην mavult γένοιο ἄν ποτέ. ut sit sensus; *Qocunqe loco deprehensus, felix fueris*, sive *esse poteris*: in tua est potestate situm, ut sis felix, qemadmodum *l.* 11 *c.* 1. dicit, in mentis potestate situm esse, ut vitam sibi plenam ac consummatam

a L.7.§.17. τὸ δὲ εὔμοιρον, ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ δοτεύειμας. * -θοὶ τρόποι Sal. ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ * τροπαὶ ψυχῆς, ἀγαθαὶ ὁρμαὶ, ἀγαθαὶ πράξεις.

futurus sis. felix est avtem qi sortem sibi bonam comparaverit. sors verò bona si qid sit qæras, ea moribus bonis, motibus bonis, bonis deniqe actionibus constat.

ANNOTATIONES.

efficiat, ὅπου ἂν καταληφθῇ, *ubicunqe* vel *qandocunqe morte superveniente deprehensa fuerit.* Vel, γένῃ ποτέ. *Fias aliqando vir felix*: fac te felicem. istud tibi acqire, ut, qocunqe loco deprehensus fueris, felix sis. Hoc verò sensu admisso, à superioribus ista sejungenda sunt, ut periocham integram cum eis qæ sequntur conficiant. D. Salmasius deniqe sic concinnat, ut dialogismus prior continuari videatur. Ἐγενόμην ποτὲ εὔμοιρος. Ἄνθρωπε, σὺ δὲ εὔμοιρος, ὁπουδήποτε καταληφθείς, ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀποτείμας. *Felix aliquando fui. Mi homo, tu verò felix, ubicunqe deprehensus, si bonam ipse tibi sortem feceris.* qod qomodo fiat, mox subjicit. Hoc est qod Plautus *Trinum. 2. 2.*

Nam sapiens qidem pol ipse fingit fortunam sibi.

Cicero in *paradox. 5. Nec est ullares, qa plus apud sapientem polleat qàm ipsius voluntas atqe judicium, cui qidem etiam, qa vim habere maximam dicitur, Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit*;

Suis ea cuiqe fingitur moribus.

At qis is poeta sapiens? Forsan docebit id nos Salustius. Is etenim *Orat. ad Cæsar. 1. Res*, inqit, *decuit id verum esse qod in carminibus Appius ait,*

Fabrum esse suæ qemqe fortunæ.

Sed & Cornelius Nepos in *vita Attici*; *Sui cuiqe mores fortunam fingunt.* Et de Catone Livius *l. 39. In hoc viro tanta vis animi ingeniiqe fuit, ut qocunqe loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur.*

Τὸ δὲ εὔμοιρος, ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀποτείμας] Istis avt corrigit Marcus sententiam hominis qi ideo felicitatem tribuebat sibi, qòd in dignitate aliqa petenda res ex voto nonnunqam successerant. avt exponit etiam clariúsqe explicat, nè qis perperam accipiat, qid τῷ εὔμοιρος vocabulo intelligi velit. Εὔμοιρος, inqit, sive *felix* (unde & *l. 2. §. 6. εὐμοιρία felicitas*) is verè dicitur, qi μοῖραν ἀγαθὴν, id est, *sortem bonam sibi nactus est.* Sors avtem bona, non in mediis istis, sed in bona mentis dispositione, bonisqe conatibus atqe actibus indè profluentibus, consistit. Vide *lib. 7. §. 17.* In his etiam ἀγαθοὶ τρόποι pro ἀγαθαὶ τροπαὶ rescribendum monet D. Salmasius.

LIBER VI.

a Inf. §. 5. L.7.§.23. b L.2.§.11. Τῶν ὅλων οὐσία, εὐπειθὴς, καὶ εὐτρεπής. b ὁ δὲ τούτῳ διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' c L.3.§.11. Inf. §. 8. ἐκείνου. c πάντα δὲ κατ' ἐκεῖνον γίνεται, καὶ περαίνεται.

UNiversi materia obsequens est & parere prompta. mens rectrix ejusdem, nullam in se maleficii cavssam habet; cùm malitiam in se nullam habeat; neqe malefacit cuiqam, nec à qoqam læditur. secundùm hanc verò fiunt & perficiuntur universa.

d L.1.§.16. l.4.§.25.l.5. §.3.Inf. §.7. l.8.§.2. §. 2. Μὴ διαφέρῃ, πότερον ῥιγῶν, ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς. καὶ πότερον νυσταζων, ἢ ἱκανῶς ὕπνου ἔχων. d καὶ πότερον κακῶς ἀκούων,

§. 2. Pari loco habeas, frigore rigens, an calore fotus, qod est officii tui, feceris. item utrùm dormituriens, an somni satur; malè avdiens,

ANNOTATIONES.

§. 1. Τῶν ὅλων οὐσία εὐπειθὴς καὶ εὐτρεπής] *Universi materia est obsequi ac fingenti parere prompta.* Verùm hoc in dubium vocat Seneca *qæst. natur. l. 1. præfat.* ubi inter alia qærendum proponit; *Deus materiam ipse sibi formet, an datâ utatur:* — *Deus qicqid vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda destituant*; & *à magno artifice pravè formentur multa, non qia cessat ars, sed qia id, in qo exercetur, sape inobsequens arti est.* Idémqe fidentiùs in adversam partem, *de provident. c. 5. Qare Deus tam iniqus in distributione fati fuit, ut bonis viris pavpertatem, vulnera, & acerba funera adscriberet? non potest artifex mutare materiam. hæc passa est. qadam separari à qibusdam non possunt, cohærent, individua sunt.* Scilicet Deum nesciebant illi materiæ avtorem, qam illi Deo suo coævam somniabant. nec mirum si inobsequentem experiretur, in qam lege creandi jus nullum obtineret. Videatur *adversùs Hermogenem*, qi paria illis sentiebat, Tertullianus.

Ὁ δὲ ταύτῃ διοικῶν λόγος] Vide *suprà l. 4. §. 40.* & *l. 5. §. 21, 30.* & *infrà §. 4.*

Οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν] Ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν. *Deus tentari malis non potest.* Jacob. *c. 1. v. 13.* Vide *ad l. 2. §. 11.* Qomodo ergò, inqies, ipse de se? Esajæ *c. 45. v. 7. Ego Dominus creans malum.* & Amos *c. 3. v. 6. An erit malum in civitate, qod Dominus non effecerit?* Respondet Basilius Cæsar. *Orat. 8. pag. 424. B.* Κτίζει καλά. τελείοι, μεταποιεῖ αὐτὰ καὶ εἰς βελτίωσιν ἄγει. ὥστε ἀποθέμενα τὸ εἶναι κακὰ, τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν μεταβαλεῖν. ὅπερ τὸ κτίζειν. *Creat avtem mala, hoc est, transmutat ipsa, & in meliorem statum exitúmqe deducit, ut jam mala esse desinant, boniqe naturam accipiant: uti creare sumitur. Psal. 51. v. 10.* & *ad Eph. c. 2. v. 10.* ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παράγειν, ἀλλὰ τὰς ὕλας μεταποιεῖν. *non ex non existente facere, sed existentia mutare atqe renovare.* Verùm respondet secundò, distingvendo de malis. *p. 422. D.* Κακὸν, τὸ μὲν ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. τὸ δὲ ὡς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. τὸ μὲν ὂν ὡς φύσει κακὸν, ἐξ ἡμῶν ὕστερον. κακὸν δὲ τὸ ἡμῖν ἐπίκτητον καὶ ἀδυνηρὸν πρὸς τὴν αἴσθησιν ὑπὸ τοῦ φρονίμου καὶ ἀγαθοῦ διεσπάσθω, πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἐπάγεται. *Malum aliqod est* A *secundum nostrum sensum, aliud naturâ ipsâ. Malum itaqe naturâ ex nobis oritur. Malum verò, qod triste & durum est sensibus nostris, à sapientissimo & optimo domino nobis ad utilitatem inducitur.* Et rursus *pag. 426. B.* Τὸ μὲν κυρίως κακὸν ἡ ἁμαρτία, ὅπερ μάλιστά ἐστι τῆς τοῦ κακοῦ προσηγορίας ἄξιον, ἐν τῇς ἡμετέρας προαιρέσεως ὕστερον. τῶν δὲ λοιπῶν, τὰ μὲν ὡς ἀγωνίσματα, εἰς ἐπίδειξιν ἀνδρείας προβάλλεται. τὰ δὲ, ὡς παραδείγματα, ἐπὶ τῷ σωφρονιστέρους ποιῆσαι τοὺς πρὸς ἁμαρτίαν ἐνολισθήσας. *Malum itaqe propriè peccatum, hac verò dignum appellatione à nostra voluntate pendet. Reliqa verò, qa appellantur mala, partim ad exercendos dantur bonos & declarandam fortitudinem, partim ut medela eorum qi deliqerunt* B *provenisunt, partim ut exempla ad homines in vitium pronos prudentiores faciendos.* Gregorius Romanus *in Job. l. 3. cap. 6. Neqe enim mala, qa nullâ jùs naturâ subsistunt, à Domino creantur: sed creare se mala Dominus indicat, cùm res bene conditas nobis malè agentibus in flagellum formas; ut ea ipsa & per dolorem, qo feriunt, delinqentibus mala sint; & per naturam, qâ existunt, bona. Unde & venenum, mors qidem est homini, sed tamen vita serpenti.* Tertullianus *adv. Marcion. l. 2. Qæ mala dicuntur, & delicta & supplicia, conditorem malorum intelligi volunt, ut malitiæ avtor renuncietur. Nos adhibitâ distinctione utriusqe formæ; separatis malis delicti* C *& malis supplicii, malis culpæ & malis pœnæ; suum cuiqe parti definimus avtorem, malorum peccati & culpæ diabolum, malorum pœnæ & supplicii Deum creatorem, ut illa pars malitiæ deputetur, ista justitiæ mala condenti judicia adversùs mala delicta. de his ergò creator confitetur malis, qa congruunt judici: qa qidem illis mala sunt qibus rependuntur: cæterùm suo nomine bona, qâ justa, & bonorum defensoria, & delictorum inimica.* Ità Irenæus *adv. Valent. l. 4. c. 77. Mala eis in qos inciderunt; bona qia ex Dei judicio procedunt.* Et Avgustinus *Ep. 120. c. 19. Mala non peccata, sed supplicia. Malum avtem malo non malè redditur: nam & ei cui redditur malum* D *est, qia supplicium est; & ei à qo redditur bonum est, qia rectè factum ejus est.* Idem *ad Pelag. Ep. l. 2. c. 7.*

Πάντα κατ' ἐκεῖνον γίνεται] Vide *l. 2. §. 2, 17.* Vide & de passerculo, de pilo, Domini nostri pronunciata, Matth. *c. 10. v. 29, 30.*

§. 2. Καπῶς ἀκούων, ἢ ἐνθυμούμενος] Vide *l. 5. §. 20.* & *l. 5. §. 3.*

an collavdatus; moriens itidem, an aliud qid agens. nam ex vitæ hujus officiis, hoc eſt etiam, qòd morimur. & in hoc ergò ſufficit, qod præ manibus eſt ritè diſponere.

§. 3. Introſpice, cavéqe nè rei cujuſqam qalitas dignitáſve propria te fugiat.

§. 4. Præſentia hæc omnia qàm citiſſimè mutabuntur; & vel in exhalationem abibunt, (ſiqidem unita ſit rerum omnium ſubſtantia) vel diſſipabuntur.

§. 5. Novit mens univerſi rectrix, qomodo ſe habeat, qid faciat, & in qa materia verſetur.

§. 6. Optimus injuriam ulſciſcendi modus eſt, inferenti

ἢ ὠφημένῳ· καὶ [a] πότερον ἀποθνήσκων, ἢ πρᾶττων τι ἀλλοῖον. [b] μία γὰρ τῶν βιωτικῶν πράξεων καὶ αὕτη ἐστὶ, καθ' ἣν ἀποθνήσκομεν. [c] ἀνάγκη γὰρ καὶ τοῦτο παύσης [d] τὸ παρὸν εὖ θέσθαι.

§. 3. [e] Ἔσω βλέπε. μηδενὸς πράγματος μήτε ἡ ἰδία ποιότης, μήτε ἡ ἀξία, ὠφελείσθω σε.

§. 4. Πάντα τὰ ὑποκείμενα [f] τάχιστα μεταβάλλει, καὶ ἢ ἤτοι ἐκθυμιαθήσεται * , εἴπερ ἤνωται ἡ οὐσία, ἢ σκεδασθήσεται.

§. 5. [h] Ὁ διοικῶν λόγος οἶδε πῶς διάκειμαι, καὶ τί ποιεῖ, καὶ ἐπὶ τίνι ὕλης.

§. 6. Ἄριστος τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι. [i] τὸ μὴ

a *L.* 7. §. 44,45,46.
b *L.* 3. §. 7. *l.* 10. §. 8.
c *L.* 8. §. 32. *l.* 9. §. 6.
d *L.* 2. §. 5. *l.* 3. §. 12.
e *L.* 3. §. 11. *l.* 5. §. 36. *l.* 7. §. 29, 30.
f *L.* 5. §. 23. Int. §. 15.
g *L.* 8. §. 25. *l.* 10. §. 7.
* — ἀσθήσεται Lug.
h *L.* 2. §. 4. Sup. §. 1. *l.* 10. §. 25.
i *L.* 7. §. 15. 65.

ANNOTATIONES.

5. §. 3, & *infrà* §. 7. & *l.* 7. §. 36. & *l.* 8. §. 2. & *l.* 10. §. 11. Epictetus *Enchir. cap.* 49. Ὅσα προτίθεται, τούτοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων παραβητόμενος, ἔμμενε. ὃ, τι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπισείφου. τοῦτο γὰρ ἤδη ἔστι σόν. *Hæc obſerva tanqam leges citrà piaculum non violandas. Qicqid autem de te dictum fuerit, id ne curato: id enim non jam tui eſt arbitrii.*

Μία τῶν βιωτικῶν πράξεων] Vide *l.* 3. §. 7. Seneca *Epiſt.* 77. *Qid? tu neſcis unum eſſe ex vita officiis, & mori?*

Τὸ παρὸν εὖ θέσθαι] Hoc eſt qod noſter paſſim inculcat; *l.* 3. §. 10, 12. & *l.* 4. §. 26. & *infrà* §. 32. & *l.* 7. §. 6. 29. & *l.* 8. §. 2. Pittacus, τί ἄριστον; *qid eſſet optimum*, interroganti, reſpondit, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. *qod in præſentia occurrit bene agere.* Laërtius *l.* 1. §. 77. qod poſtea in proverbium abiit. Svidas. Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. παροιμία. qi & ſubjungit Platonis locum è *Gorgia. pag.* 340. *E.* Καὶ, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρά σου. *Atqe, ut videtur, qemadmodum vetus habet proverbium, neceſſariò adducor, ut eo, qod adeſt, pro viribus bene utar, & qod tu das accipiam.* Et Cratini ex *Pylea.*

Ἄνδρας σοφὰς χρὴ, τό γε παρὸν πρᾶγμ', ὡς καλὸν,
Εἰς δύναμιν εὖ τίθεσθαι. —
Sapientis hoc opus eſt probè diſponere,
Qod impræſentiarum adeſt. —

Apud Procopium *Gottic. l.* 1. Vitiges;

Ἐμὲ γάρ τις παλαιὸς εἰσέρχεται λόγος,
Τὸ παρὸν εὖ τιθέναι, κελεύων.
Vetus enim proverbium mihi in mentem venit,
Res præſentes bene me diſponere jubens.

Baſilius Cæſar. *in Eſaj.* & ex eodem Simeon cancellar. *Orat.* 21. Μὴ πολυπραγμόνει τὸ μέλλον, ἀλλὰ τὰ παρόντα πρὸς τὸ χρήσιμον διατίθεσο. *Nè curioſius futura indagato, ſed præſentia ad utilitatem compone.* Αἰσχρὸν γὰρ τὸν παρόντα καιρὸν προεμένους, ὕστερόν ποτ' ἀνακαλεῖσθαι τὸ παρελθὸν, ὅτε οὐδὲν ἔσαι πλέον ἀνιωμένοις. *Turpe enim præſens projicere tempus, ac ſerò poſtea revocare præteritum, qando nihil nobis proderit ex animo delere.* Baſilius idem, *Orat.* 24. *p.* 584. *C.* Et Simeon *Or.* 1. Apud Athenæum *l.* 10. incertus avtor;

Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε.
Vitam explica ex præſentibus rebus tuam.

Heſychius. Τὸ παρὸν εὖ τίθετο. παροιμία, ἧς καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ μνημονεύει. *In præſentia bene agere. Proverbium, cujus & Plato in Gorgia meminit.* In adagii avtem illius expoſitione lapſum Eraſmum reſtituit Stephanus. Spectant eodem Pindari illa: *Iſth. Od.* 8.

Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεί,
Χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν,
Ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται
Ἐλίσσων βιότου πόρον.
Qa verò ante pedes eſt, præſtantior eſt ſemper
Res qavis. Doloſum enim ævum
Hominibus impendet
Volvens vitæ curſum.

Et *Pyth.* 10.

Τῶν δ' ἕκαστος ὀρέγει,
Τυχᾶν μὲν ἀρπαλέαν σχίθες
Φρονλίδα, τὰν πὰρ ποδός.
Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.
Qorum avtem qiſqe deſiderio rapitur,
Ea conſequtus avidè arreptam tenet
Curam qa eſt ad pedes.
At in annum eventura ſignum non eſt datum providere.

Ariſtippi etiam monitum apud Ælianum *l.* 14. *c.* 6. Ἐφ' ἡμέραν τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ ἂν πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι, ἢ ἐνοεῖ. μόνον γὰρ ἡμέτερον τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον. *In diem animum intendere, & diei illam ſolummodò partem, qa qiſqe qid ageret avt cogitaret. Solum enim præſens in noſtra manu poſitum, non præteritum, neqe inſtans.* Seneca *Ep.* 101. *Ille ex futuro ſuſpenditur, cui irritum eſt præſens.* Deniqe qod

A Lucianus in Νεκυομαντείᾳ *pag.* 340. ex Tireſia Menippo datum fingit conſilium, Τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος θηράσῃ, ὅπως τὸ παρὸν εὖ θήμενος, παραδράμῃς τὰ πολλὰ, καὶ περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς. *Hoc ſolum in tota vita perſequere, ut præſentibus contentus, plerumqe ridens, nullius ſe rei ſat is gens prætercurras.*

§. 3. Ἔσω βλέπε] Aliud hic, ἔσω βλέπε. aliud ἐνδὸν βλέπε *l.* 7. §. 59. ibi vult hominem in mentem ſuam introſpicere; iſtic in rerum externarum naturam ipſam internam, miſſâ ſpecie externâ. Vide *l.* 3. §. 11. & *l.* 5. §. 36. & *l.* 7. §. 29, 30.

Ἡ ἀξία] Vide *l.* 3. §. 11.

§. 4. Πάντα τὰ ὑποκείμενα] *Omnia qæ ſubjecta ſunt* Xylander. *Subſtantia omnes* Caſavbonus. Malim, *præſentia hæc omnia.* τὰ ὑποκείμενα, *præſentia.* qod *l.* 9. §. 33. Πάντα ὅσα ὁρᾷς. *qacunqe vides.* Vide *ad l.* 8. §. 24.

Τάχιστα μεταβάλλει] Vide *l.* 5. §. 13, 23, 33.

Ἤτοι ἐκθυμιαθήσεται] Vide *l.* 8. §. 25. & *l.* 10. §. 7. Lugdunenſis ἐκθυμιασθήσεται. tanqam ab ἐκθυμιάζομαι. qod neſcio an legatur. ἐκθυμιάσθαι, *in fumos, exhalationes, vapores abire.* qomodo ea ſolent, qæ adolentur. eſt ergò ἐκθυμιαθήσεται Marco hîc, qod בְּרוֹן בְּעֵשֶׁן Pſaltes dixit, *Pſal.* 37. *v.* 20. ubi Scripturam receptam cur ſolicitaret Piſcator, nihil erat.

Εἴπερ ἤνωται ἡ οὐσία] *Siqidem compacta ſit eorum ſubſtantia* Xylander, ut de ſubjectis ſingulis intelligatur. at Caſavbonus, *ſi in unam eandémqe ſubſtantiam redigenda ſint omnia*: Vel, *ſi rerum omnium ſubſtantia ſit inter ſe unita, & in unum compacta.* firmat ſimul & explicat Marcus ipſe, §. 10. Ἡ ἕνωσις καὶ τάξις. *Compages rerum in unum ordine juſto convenientium.*

§. 5. Ὁ διοικῶν λόγος] *ſuprà* §. 1. incertum eſt avtem, iſtáne ad priora illa pertineant, an aliò ſpectent, & ſeorſim ponenda fuerint. Illud Caſavbono, hoc Xylandro placuit. qod & ipſe ſecutus ſum. De ſenſu convenit. Menti univerſi rectrici, qid de ſingulis faciat, & qo fine qidqe faciat, & qale id ſit, in qo ſe vimqe ſuam exerceat, ſatìs perſpectum ac proſpectum eſſe; etiamſi iſta nos qàm creberrimè lateant.

§. 6. Ἄριστος τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι] Avrea gnome. Diogenes interroganti, Πῶς ἀμυνεῖμαι τον ἐχθρόν; *Qomodò ulciſcar inimicum?* reſpondit, Αὐτος καλος κἀγαθὸς γενόμενος. *Sè ipſe probus honeſtúſqe fias.* Refert Plutarchus *de util. ex inimic. pag.* 88. *A.* qi & *de leg. poët. c.* 5. Πρὸς δὲ τὸν γράψαντα, Ποτὶ τὸν πονηρον οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἀ πονηρία, τρόπον τινὰ συνεξομοιοῦσθαι κελεύοντα τοῖς πονηροῖς, τὸ τοῦ Διογένους παραβαλεῖν ἐστιν. ἐθισθεὶς γὰρ ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρόν. Αὐλὸς, ἔφη, καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. *Adverſus eum qi ſcripſit, contrà malum eſſe malitiam non inutile armorum genus: qum is jubeat nos qodammodò adſimilari malis: Diogenis illud objiciendum eſt, qi interrogatus, qâ qis ratione ulciſci inimicum poſſet, reſpondit, ſi ipſe qam optimus fiat.* Atqe hoc eſt qod ille apud Comicum neſcio qem (avtore eodem *de exil. pag:* 600. *D.* referente) qi cum de infelicitate ſua qerentem amicum τὴν τύχην ἀμύνεσθαι, *fortunam ulciſci*, juſſiſſet, interrogatus qâ ratione id effectum daret, Φιλοσόφως, *Philoſophicè*, reſpondit. Qin & Epictetus apud Maximum *collectan. c.* 28. interrogatus, πῶς ἄν τις τον ἐχθρον λυπήσῃ. *qomodò qis hoſtis dolorem excitare poſſet.* reſpondit, ἑαυτον παρασκευάζων βέλτιστα πράττειν. *ſi qis ità comparet ſeipſum, ut qàm optimè vivat.* Idémqe Plutarchus *de util. ex inimic. pag.* 88. *C.* Σὺ τοι διαφερε τῶν κακῶν, ἕξεσι γάρ, ἂν θέλῃς ἀνιᾶν τον μισοῦντα. *Tu te malis meliorem præſta: nam licet, ſi vis inimico ut agrè ſit facere.* Iſidorus Peluſiota *l.* 2. *Epiſt.* 296. Οὐδεὶς οὕτω κολάζει τὰς ὕβρισας, ὡς τῶν ὑβριζομένων ἀνεξικακία. τὸ γὰρ ἀγανακτεῖν καὶ δυσχεραίνειν, τὸ ἀληθεῖς εἶναι τὰς ὕβρεις. τὸ δὲ καταγελᾶν αὐτῶν, τὸ μηδὲν συνειδέναι πονηρὸν, ἀπόδειξίς ἐστιν ἐαργεστατη. *Nihil contumelioſos homines tam excruciat, qàm eorum, qibus contumelia infertur, patientia. Nam qi indignatur & excandeſcit, hoc ipſo veras eſſe contumelias oſtendit. Qi avtem eas irridet, ac pro nihilo ducit, perſpicuum argumentum præbet, ſe nullius ſceleris ſibi conſcium eſſe.* Et *l.* 3. *Ep.* 181. Δύο ταῦτα ὑβριζόμενος νόει. τό, τε μηδὲν εἶτω λυπεῖν τε ὑβρισας, ὡς τὴν τῶν ὑβριζομένων ἀνεξικακίαν. τό, τε εἶτως ἀμύνασθαι αὐτὸς μὴ δύνασθαι, ὡς ἀρετὴν ἀσκοῦντας. *Hæc duo contumeliam inferens intelliget, alterum,*

μὴ ἐξομοιῶσθαι.

a L.8.§.26. 42.
b L.4.§.31.
c L.5.§.6.
d L.3.§.13. Inf.§.23.
e L.5.§.14. l.11.§.1.
f L.3.§.9. l.5.§.19 l.7.§.14. l.12.§.25.
g Sup. §.1.4.

§.7. Ἐνὶ [a] τέρπε καὶ [b] προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς [c] μεταβαίνῃν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν, [d] σὺν μνήμῃ Θεοῦ.

§.8. [e] Τὸ ἡγεμονικόν ἐστι, τὸ ἑαυτὸ ἐγεῖρον καὶ τρέπον, καὶ ποιοῦν μὲν ἑαυτὸ οἷον ἂν καὶ θέλῃ, [f] πάσχειν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον, οἷον αὐτὸ θέλῃ.

§.9. [g] Κατὰ τὴν τῶ ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται. ἢ γὰρ καὶ ἄλλην τινὰ φύσιν, ἢ πάντα ἔξωθεν περιέχουσαν, ἢ ἐμπεπλεγμένην ἔνδον, ἢ ἔξω ἀπηρτημένην.

§.10. [h] Ἤτοι κυκεὼν, καὶ ἀντεμπλοκὴ, καὶ σκεδασμὸς. ἢ ἕνωσις καὶ τάξις, * πρόνοια. [i] εἰ μὲν οὖν τὸ πρότερον, τί καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγκεράματι, καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρίβειν; Τί

h L.4.§.27.
* [καὶ] πρ.
i L.2.§.11.

nè sis similis.

§.7. Hoc uno te oblecta, in eóqe acquiesce, ut ab una, qæ communitatem juvet, actione, ad alteram transeas, numinis memor.

§.8. Pars animæ principalis se susitat, se vertit; se facit, qalem ipsa voluerit; qæ contingunt qælibet, talia sibi videri facit, qalia ipsa voluerit.

§.9. Secundùm universi naturam perficiuntur singula. neqe enim secundùm aliam ullam, qæ vel exteriùs contineat, vel interiùs contineatur, vel extra etiam qasi appensa sit.

§.10. Universum avt est cinnus qidam rerum, nunc concursu fortuito invicem implexarum, mox dissipatarum denuò; avt est compages rerum in unum ordine justo convenientium, qæ providentiâ regatur. si priùs illud, qid est, qod desiderem in temeraria miscela colluviéqe istiusmodi ulteriùs commorari? avt

ANNOTATIONES.

verum, qod eos, qi contumeliam inferunt, nihil aqè discruciat, ut eorum, qi contumeliâ afficiuntur, patientia: alterum, qod nullâ ratione ipsos aqè ulcisci qeamus, qàm virtutem colendo. Et mox, allato Diogenis dicto, superiùs memorato: Ὁ τοίνυν ἀρετὴν καὶ ἀνεξικακίαν ἀσκῶν, καιρίας τοῖς ἐχθροῖς δίδωσι πληγάς. ὁ δὲ καὶ συγγνώμην τοῖς ὑπὸ φθόνου βαλλομένοις νέμων, καὶ ἐυχόμενος αὐτοὺς ἀνεπεγκεῖν ἐκ τῆς τοιαύτης μανίας; καὶ μὴ μόνον ἀμύνασθαι μὴ ἐθέλων, ἀλλὰ καὶ συμπάσχων τοῖς ὑπὸ τῆς κακίας χειρωθεῖσιν, ὅτος τῷ ὄντι ἐστιν ὁ εἰλικρινῶς φιλοσοφῆσαι ἐπισάμενος. *Qum igitur, qi virtutem & patientiam colit, mortiferas hostibus plagas infligat. Qod si qis etiam iis, qi livore feruntur, venam tribuat, ac pro ipsis, ut ex hujusmodi furore emergant, vota faciat, atqe ita sit comparatus, ut non modò à vindictæ studio abhorreat, sed eorum etiam, qos hoc vitium subegit, miseriâ commoveatur, hic demum verè est, qi sincerè philosophari novit.* Vide Regem sapientissimum, *Parœm. c.25. v.22.* & Apostolum *ad Rom. c.12. v.20.*

Τὸ μὴ ἐξομοιῶσθαι] Jasoni Medæa apud Evripidem;

Ἀλλ' ἐσμὲν, οἷον ἐσμὲν, οὐκ ἐρῶ κακὸν,
Γυναῖκες. ἔχειν χρὴν σ' ὁμοιοῦσθαι κακῷ,
Οὐδ' ἀντιτείνειν νηπίᾳ νηπίαν.

Sumus qidem mulieres, qod sumus; malum
Havd dixerim. Similem te tamen fieri malis
Non decuit, avt fatuis fatua rependere.

Verùm versiculum primum Grotius in excerptis aliter distinxisse videtur, dum vertit;

Sumus mulieres, qale non dicam malum:
Sumus. Sed havd te decuit agatum malis,
Dementiâ certare cum dementibus.

Marcus noster *l.7.§.15.* Ὅ, τι ἂν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. *Qicqid vel feceris vel dixeris qisqam, probum esse me opertet.*

--- ridiculum est enim
Odio nocentis perdere innocentiam.

Dio apud Plutarchum *pag.* 979. Ἀ. Εἰ δ' Ἡρακλείδης ἄπιστος καὶ κακὸς διὰ φθόνον, ὅτι καὶ Δίωνα δεῖ θυμῷ διαφθεῖραι τὴν ἀρετήν. τὸ γὰρ ἀντιτιμωρεῖσθαι, τῷ προαδικεῖν, νόμῳ δικαιότερον ἀρίσθαι, φύσει γινόμενον ἀπὸ μιᾶς ἀσθενείας. *Qod si infidus Heraclides, & ex livore improbus sit, ideóne Dionem oportere ità virtutem labefacere? nam repetere pœnas, qam priorem inferre injuriam lege justius definiri, qam natura ab imbecillitate proficiscatur eadem.* Epictetus *l.2. c.10.* Ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἑαυτὸν ἔβλαψε, πρὸς ἐμέ τι ἄδικον ποιήσας, ἐγὼ ἐμαυτὸν μὴ βλάψω, πρὸς ἐκεῖνον ἄδικόν τι ποιήσας; Augustinus *in Psal.* 54. *Qid tibi prodest, qia exigis qas pertulisti injurias? ultio te reficit? ergò de malo alieno gavdebis? passus es malum. ignosce, nè duo sitis mali.* Et *in Joan. Ep. 1. tract. 8. Odit se inimicus. si odisti illum & tu, contrà reddis malum pro malo. qid facis reddens malum pro malo? unum agrotum flebam, qi te oderat. jam duo plango, si & tu odisti.* Idem *Epist. 5. Paratus igitur esse debet homo justus & pius, patienter eorum malitiam sustinere, qos fieri bonos qærit, ut numerus potiùs crescat bonorum, non ut pari malitiâ se qoqe numero addat malorum.* Apostolus *ad Rom. c.12. v.21.* Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. *Nè vincitor à malo, sed vince bono malum.* Gvigo *meditat. c.15. Qàm pulcra ars vincere in bono malum! contraria enim contrariis superantur. positus es qasi signum ad retundenda jacula inimici*; id est, *ad destruendum malum oppositione boni.* Seneca *de benef. l.7. c.31. Vincit malos pertinax bonitas.* Et *l.1. c.3. Assiduitas meriti pertinacis evincet.* Et *de ira l.2. c.34. Irascetur aliqis? tu contrà beneficiis provoca. cadit statim simultas ab altera parte deserta. nisi par non pugnat. Si utrinqe certabitur, ille est melior, qi prior pedem retulit: victus est, qi vicit.* Salustius *Jugurth. Bono vinci satius est, qàm malo more injuriam vincere.* Valerius Maximus *lib. 4. cap. 2. Speciosiùs aliqantò injuria beneficiis vincuntur, qàm mutui odii pertinaciâ pensantur.* Vide *infrà* §. 26. & *lib. 7.* §. 68.

§.7. Ἐνὶ τέρπε καὶ προσαναπαύου] Vide *l. 5.* §. 34.

Μεταβαίνειν] Vide *l. 5.* §. 6.

Σὺν μνήμῃ Θεοῦ] Vide *l. 3.* §. 13. & *infrà* §. 23. Dignum qod referatur hîc, Epicteti illud *Dissert. l. 1. c. 16.* Εἰ γὰρ νῦν εἴχομεν, ἄλλο τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμνεῖν τὸ θεῖον καὶ εὐφημεῖν, καὶ ὑπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας; ὀρύττοντας ἔδει καὶ σκάπτοντας καὶ ἀρῶντας καὶ ἐσθίοντας ἆδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν Θεόν; μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι ἡμῖν παρέσχεν ὄργανα ταῦτα δι' ὧν τὴν γῆν ἐργασόμεθα. μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι χεῖρας δέδωκεν, ὅτι κατάπωσιν, ὅτι κοιλίαν, ὅτι αὔξεσθαι λεληθότως, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐφ' ἑκάστῳ ἔφυμνεῖν ἔδει, καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τὴν δύναμιν ἔδωκε τὴν παραχολουθητικὴν τούτων, καὶ ὁδῷ χρησικήν. *Nam si sani essemus, qid nobis aliud agendum esset & publicè & privatim, qàm numen celebrandum & laudandum, & grates persolvenda? Nonne & inter fodiendum & arandum & edendum hymnus hic cantandus Deo, magnus hic Deus, qi nobis instrumenta præbuerit hæc qibus terram excolamus; magnus est Deus, qi manus dederit, qi deglutiendi vim, qi ventrem, qi effecerit, ut latenter crescamus, ut dormientes respiremus? Hæc singulis in rebus cantanda erant, & hymnus maximus ac divinissimus resonandus, qod facultatem dederit harum rerum intelligentem, & utendi ratione instructam.* Qid ille non feciſſet, si adjicere potuisset, μέγας ὁ Θεὸς, ὅτι τὸν Χριστὸν ἡμῖν δέδωκεν; *Magnus est Deus, qi Christum nobis dederit.* sed ulteriùs porrò avdire nè pigeat. Τί οὖν; ἐπεὶ οἱ πολλοὶ ἀποστύφλωσθε, οὐκ ἔδει τινὰ εἶναι τὸν ταύτην ἐκπληροῦντα τὴν χάριν, καὶ ὕμνον πάντων διαδοῦναι τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν Θεόν; τί γὰρ ἄλλο δύναμαι γέρων χωλὸς, εἰ μὴ ὑμνεῖν τὸν Θεόν; εἰ γὲν ἀηδὼν ἦμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος. εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου. νῦν δὲ λογικός εἰμι. ὑμνεῖν με δεῖ τὸν Θεόν. ποιῶ αὐτό. οὐδ' ἐγκαταλείψω τὴν τάξιν ταύτην, ἐφόσον ἐν δίδωσι. καὶ ὑμᾶς ἐπὶ τὴν αὐτὴν ταύτην ᾠδὴν παρακαλῶ. *Qid ergò? qum vulgò excatis sitis, nónne oportebat esse aliqem, qi hoc munere fungeretur, & loco omnium hymnum de Deo publicaret? Qid enim possum aliud senex claudus, nisi celebrare Deum? Qod si luscinus essem, luscinia officio fungerer: si olor, oloris. Nunc rationis cum particeps sim, Deus mihi celebrandus est: hoc meum munus est, hoc exsequor: neqe stationem hanc deseram qoad licuerit, & vos ad eandem hanc cantilenam exhortor.* Contende cum istis qæ Psaltes regius habet, *Psal.* 34, & 103, & 104, & 145. Epictetus idem, referente Maximo *collectan. cap.* 52. Συνεχέστερον νόει τὸν Θεὸν, ἢ ἀναπνεῖ. *Crebriùs Deum cogitato qam respirato.* qod sub Gregorii Nazianzeni nomine Antonius *Meliss. l. 1. c. 54.* sic extulit, Μνημονευτέον Θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀναπνευστέον. Rursùsqe idem apud Maximum. Ἀναπνεύσεθω ὁ περὶ Θεοῦ λόγος καθ' ἡμέραν, μᾶλλον ἢ τὰ σιτία. *Magis est de Deo sermo renovandus qotidie, qam ipsi cibi.* Idem denique apud Antonium. Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ᾧ ἐργάζῃ κατὰ ψυχὴν ἢ σῶμα Θεὸς παρέσηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς προσευχαῖς καὶ ταῖς πράξεσιν, οὐ μὴ ἁμάρτῃς, ἕξεις δὲ τὸν Θεὸν σύνοικον. *Si perpetuò memineris Deum spectatorem tibi adesse, qicqid agas, sive id ad animum, sive ad corpus pertineat, in omnibus tuis & precationibus & actionibus non peccabis, & Deum familiarem habebis.*

§.8. Τὸ ἡγεμονικόν ἐστι τὸ ἑαυτὸ ἐγεῖρον καὶ τρέπον] *Suprà l.5.* §. 14. & *l.* 11. §. 1.

Ποιεῖν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον] Vide *lib. 3.* §. 9. & *l. 7.* §. 2, 14.

§. 9. Κατὰ τὴν τῶ ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται] *Suprà* §. 1, 4.

§. 10. Ἤτοι κυκεὼν] Idem *l. 4.* §. 27.

Ἕνωσις καὶ τάξις, πρόνοια] lege [καὶ] πρόνοια.

Τί καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγκεράματι] Ità *l. 2.* §. 11. Τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ προνοίας κενῆς; *Qid attinet in mundo vivere providentia vanâ?*

Ἀια

avt cur aliud qicqam mihi curæ ſit, qàm ut qoqo modo in terram redigar? qorſum etiam perturbor? qicqid enim egero, ſuperveniet aliqando diſſipatio. ſin qod poſterius eſt poſitum,

ἢ μοι κεὴ μέλεϊ ἄλλῳ τινὸς, ἢ ᾧ ὅπως ποτε * εἶια γένεσθαι; τί ἢ κε περίσσομαι; [a] ἤξει γὰρ ἐπ' ἐμὲ ὁ σκεδασμὸς, ὅ, τι ἂν ποιῷ. εἰ ἢ θάτερά ἐστι, σίζω

* Iliad. v. v. 99. [a] L. 7. §. 46.

ANNOTATIONES.

Ἄια γίνεσθαι] αἶα, γαῖα, *terra*. Porrò *in terram verti*, ſive *terram fieri*, pro *mori*; ex conſequenti. ità in ſacra pagina. *Gen. c.* 3. *v.* 19. *in terram reverteris*, pro morieris. & *Eccleſ. c.* 12. *v.* 7. *Et pulvis in terram, quod prius fuerat, redeat.* & *Pſal.* 22. *v.* 15. *In pulverem mortis reduces me.* & *Pſalm.* 146. *v.* 4. *Qo die ſpiritus eorum receſſerit, ad terram ſuam reverſuntur.* Alluſum monet Xylander ad illud Menelai *Iliad. η. v.* 99.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε.
Vos in aqam & terram cunctos convertier optο.

Plutarchus *adv. Epic. vit. pag.* 1105. *A.* Τὸ γὰρ ἀναισθητεῖν τὸ λυθὲν, (ita ex ipſo ſuperiùs Plutarcho reſtituto) καὶ μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς τὸ ἀναισθητεῖν, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ τοῦ θανάτου δεινὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἀπόδειξιν αὐτῷ προσίθησιν. αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστιν ὃ δέδοικεν ἡ φύσις,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε,

τὴν εἰς τὸ μὴ φρονεῖν μηδὲ αἰσθανόμενον διάλυσιν τῆς ψυχῆς. *Non ſentire diſſolutionem, & id quod ſenſu caſſum eſt nihil ad nos pertinere, non tollit mortis metum, ſed qaſi demonſtrationem ejus adjicit. Hoc enim illud ipſum eſt, a qo ſibi natura metuit:*

Sed vos in terram cuncti redeatis, aqámqe.

Nimirum ab anima diſſipatione tali, qa ei intellectum & ſenſum auferat. Idem, ejuſdem ſaltem nomine, *de Homeri vita* ac *poeſi* differens, ait verbis hiſce poetam σημαίνειν τὴν ἀνάλυσιν εἰς τὰ γενητικὰ στοιχεῖα τοῦ παντός, *ſignificare reſolutionem in genitalia elementa univerſitatis.* indè Xenophanem traxiſſe dogma ſuum illud, τὰς πρώτας ἀρχὰς εἶναι τὸ ὕδωρ καὶ τῆς γῆν, *prima initia eſſe aqam & terram.* Et Alexander Aphrodiſienſis *problem. l.* 1. *q.* 79. Τὰ νεκρὰ, inqit, σώματα, ξηρὰ καὶ ψυχρὰ πέφυκεν. *Corpora mortua ſicca & frigida exiſtorum.* itaqe Homerum, cùm noſſet τὰ μὲν δύο στοιχεῖα φεύγοντα, ὡς λεπτομερῆ καὶ κυφόταλα, *duo qidem elementa fugientia, veluti tenuibus partibus conſtantia & leviſſima.* (ignem ſcilicet & aërem) τὰ δὲ δύο, *duo verò* (terram ſcilicet & aqam) παραμένοντα εἶναι τοῖς νεκροῖς σώμασι, *manere corporibus mortuis*, diXiſſe,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε.
Sed vos in terram cuncti redeatis, aqámqe.

id eſt, ξηρότατοι καὶ ψυχρότατοι. ità ſiqidem legendum qod codices vulgati perperam exhibent, mendo manifeſto; ξηρόταλοι καὶ ὑγροταλοι. Simpliciùs Heſychius. Ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε, ἀλυθείητε, ἀποθάνοιτε. *In aqam & terram redeatis, diſſolvamini, moriamini.* & Euſtathius. Νεκρωθείητε, καὶ τοῦ μὲν ζωογόνου πνευματώδους θερμοῦ στερηθείητε. γένοισθε δὲ γῆ καὶ ὕδωρ, ἃ δὴ ἐναπομένει τοῖς νεκροῖς σώμασι. *Moriamini, & calore vitali ſpirituqe pleno privaminor. redeatis in terram & aqam, qa ſanè manent in mortuis corporibus.* Subjungitamen alios exponere, ἀντὶ τοῦ ἀντιστοιχειοθείητε (ἀντιστοιχείωσιν autem loco ſuprà citato habet Aphrodiſienſis) τουτέστιν εἰς τὰ βαρύτερα τῶν στοιχείων καὶ ἀκίνητα καὶ ὑμῖν ὁμοια ἀναλυθείητε, *hoc eſt, in elementa graviora, & immobilia, & vobis ſimilia reſolvamini.* alios autem, duobus elementis hìc nominatis etiam duo reliqa comprehenſa & ſubintelligenda; ſicut in illo Heſiodi *oper.* 1. 61. ubi ad Pandoram conficiendam,

Γαῖαν ὕδει φύρειν, —
Terram aqa miſcere.

Vulcano injungitur. nec alio ſenſu dixiſſe Xenophanem,

Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐγεγόμεσθα.
Omnes enim ex terra & aqa nati ſumus.

In proverbium autem uſu frequenti ac familiari deveniſſe Homericum illud monent Grammatici. qo alluſerit πεπρωμένας Valerius Cato in *diris*, obſervante Scaligero, ubi dixit,

Quamvis ignis eris, quamvis aqa, ſemper amabo.

Cæterùm Marcus hìc elementum unicum duntaxat expreſſit, terram: qomodo & Evripides, in illis ex Chryſippo à Ciceronе mutuatis,

Reddenda eſt terra terra; tum vita omnibus
Metenda ut fruges; ſic jubet neceſſitas.

Eſt Evripidis in *Hypſipyle*, utì ex Stobæo diſcimus, *tom.* 2. *tit.* 108.

— Κἄτα δ' ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν. ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε καρπίμου στάχυν.
— *Dolent tamen homines, & egre*
Ipſos ſepelimus. Eſt autem neceſſarium
Vitam demeti, veluti gravidas ſpicas.

Vide *lib.* 7. §. 40. & *l.* 11. §. 6. Scribit interim Tullius ex Antiochi relatione, Carneadem ſolitum Chryſippum reprehendere, qòd Evripideum carmen illud lavdaret: negabat enim (qod & Plutarchus ſuprà) genus hoc orationis qicqam omninò ad levandam ægritudinem pertinere. id enim ipſum dolendum eſſe dicebat, qod in tam crudelem neceſſitatem incidiſſemus. Illud adjecerim fieri poſſe, ut alius alicujus poetæ hemiſtichium fuerit, qod hìc Marcus uſurpavit,

— ὅπως ποτε εἶια γένεσθαι.

Ἥξει γὰρ ἐπ' ἐμὲ ὁ σκεδασμὸς, ὅ, τι ἂν ποιῶ] Pindarus apud Plutarchum in *Marcell.*

Τὸ γὰρ περαμένον
Οὐ πῦρ, οὐ σιδηρᾶν σχήσει τεῖχος.
Arcere namqe fata, nec
Ignis, nec æneus valet murus.

Archinus apud Clementem *Strom. l.* 6. *pag.* 627. *B.* Πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν, ἢ πρότερον ἢ εἰς ὕστερον. *Deberi mortem omnibus hominibus, aut prius aut poſterius.* Demoſthenes *de Coron. ibidem.* & apud Lucianum in *Demoſth. pag.* 687. Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν εἱκοσιν τις αὐτὸν παδιέξας τηρῇ. *Nam omnibus qidem hominibus vitæ finis mors eſt, etiamſi qis ſeipſum ſervet incluſum in cavea.* δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχωρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, φέρειν δὲ, ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. qod ab Homero mutuatum, Clemens & Plutarchus *de Homero*, volunt, qi dixerit, *Il. ζ. v.* 488.

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.
At nemo (fidens dico) fatum effugit unqam,
Eſto malus, bonus eſto; humano ſanguine cretus.

Idem tanqam ex Achillis mente: *Il* 1. *v.* 318.

Ἴση μοῖρα μίνουτι, κἠ εἰ μάλα τις πολεμίζοι.
Bellantemqe manet ſors æqa domique manentem.

& *v.* 320.

Κάτθαν' ὁμως ὅτ' ἄεργος ἀνὴρ, ὅτε πολλὰ ἐοργώς.
Tam, cui nil geſtum eſt, obit, ac qi multa patravit.

qem verſum in ore freqentem habuiſſe Demonactem avtor eſt Lucianus. Et *Iliad, μ. v.* 322. ſub Idomenei perſona;

Ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τὸν δὲ φυγόντες,
Ἀιεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
Ἔσσεσθ', οὔτέ κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην,
Οὔτε κέ σε στέλλοιμι μάχην εἰς κυδιάνειραν.
Νῦν δ' (ἄμπτης γὰρ κῆρες ἑφεστᾶσιν θανάτοιο
Μύριαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι)
Ἴομεν, ἠέ τῳ ὦδε ἐρέξομεν ἠέ τις ἡμῖν.
O pepo, ſi letiqe exors, duraqe ſenecta
Vita foret, bellum ſubterfugientibus iſtis,
Non equidem aut acies primas ipſe inter obirem,
Nec celebranda tibi mandarem munera Martis.
Nunc cùm circumſtens nos mille pericula mortis
Extra etiam pugnas, & inviſabile fatum,
Ibimus, aut ſtarus famam nobiſve, aliſve.

Unde Plutarchus etiam ſumpſiſſe vult Æſchylum iſta;

Ἀλλ' ὅτε πολλὰ κραύματ' ἐν σάρκεις λαβὼν,
Θνήσκει τις, αἱ μὴ τέρμα συντρίχοι βίου.
Οὐτ' ἐν σάγῃ εἰς ἄμεινος πὰρ ἑστίᾳ
Φεύγει τι μᾶλλον τοῦ πεπρωμένου μόρου.
Non tela ſi qis pectus intra acceperit,
Morietur, aut ſata niſi deus terminum:
Nec ad focum qis conſidens in ædibus,
Fatum hoc magis ſibi deſtinatum effugerit.

In qam eandem ſententiam & Evripides Ægeo, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 119.

— καταθανεῖν δ' ὀφείλεταί
Καὶ τὸν κατ' οἶκον ἔντος ἑστίας πόσιν.
— *morti eſt debitus,*
Etiam laborum immunis qi ſedet domi.

Et Simonides *ibidem.*

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἕψεται καὶ τὸν φεύγοντα χόρον.
Mors etiam profugum aſſequitur.

qod Flaccus *l.* 3. *Od.* 2.

Mors & fugacem perſequitur virum.
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoqe tergo.

Tyrtæus, ut Henricus Stephanus, an Callimachus, ut Camerarius, an Callinus, ut Stobæus *tom.* 2. *tit.* 51.

Οὐ γάρ τις θανάτου γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐστὶν
Ἀνδρ', εἰ δ' εἰ προγόνων ἢ γένος ἀθανάτων.
Πολλάκι δηιότητα φυγὼν καὶ δῖον ἀκόντα
Ἔρχεται. ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.
A fato nulli mortis ſit gratia; non ſi
Avtores generis ſui numerare Deos.
Sæpe fugâ elapſum circumſtrudentia tela,
In lare privato, mors inopina rapit.

Solon apud Demoſthenem *de legat. male obit.*

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἰκαδ' ἑκάστῳ.
Αὐλείοις δ' οὐκ ἔτ' ἔχων οὐκ ἐτέλεσεν θύρας.
Ὑψηλὸν δ' ὑπὲρ ἕρκος ὑπέρθορεν, εὗρε δὲ πάντως,
Εἰ γί τις ἢ φεύγων ἐν μυχῷ ἢ θαλάμῳ.
Cujuſqe irrumpit peſtis popularis in ædes:
Valva ferrata nec prohibere valent.
Septum etiam ſublime ſuperſilit, atqe latentem
Prendit, ſive habeat angulus aut thalamus.

a L. 5. §. 21. 33. a σέβω καὶ b ἐυσταθῶ, καὶ θαῤῥῶ c τῷ διοικοῦντι.

b L. 5. §. 18. c Sup. §. 5. 9. d L. 1. §. 12. l. 11. §. 9. e L. 4. §. 3. Inf. §. 12. *πρὸς Lug. An.

§. 11. Ὅταν ἀναγκασθῇς d ὑπὸ τῶν παρεστηκότων διονεῦσαι διαταραχθῆναι, e παχέως ἐπάνιθι * εἰς ἑαυτὸν, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἐξίστασο τοῦ ῥυθμοῦ. ἔσῃ γὰρ ἐγκρατέστερος τοῦ ἁρμονίας, τῷ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεσθαι.

§. 12. Εἰ μητρυιάν τε ἅμα εἶχες καὶ μητέρα, ἐκείνην τ' ἂν ἐθεράπευες, καὶ ὅμως ἡ ἐπανοδός σοι πρὸς τὴν μητέρα συνεχὴς ἐγίνετο. τοῦτό σοι νῦν f ἐστιν ἡ αὐλὴ, καὶ Φιλοσοφία. ὧδε πολλάκις g ἐπάνιθι, καὶ ἐπαναπαύου ταύτῃ, δι' ἣν καὶ τὰ ἐκεῖ σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός.

h L. 3. §. 11. Sup. §. 3. Inf. §. 14. L. 7. §. 29, 30. §. 13. Οἷον δὴ, τὸ h φαντασίαν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὄψων, καὶ τ' ποιάτων ἐδωδίμων. ὅτι νεκρὸς ἰχθύδιον, καὶ ὗς νεκρὸς ὄρνιθος, ἢ χοῖρος. καὶ πάλιν, ὅτι Φάλερνος, χυλάριόν ἐστι σταφυλίου.

rectorem veneror, eodémque fretus, firmus animi consisto.

§. 11. Siqando à rebus circumstantibus per vim qandam adactum perturbari te sensèris, citò ad re redi, nec plus qàm necesse est, ab animi tenore congruo recede. tenoris enim servandi valentior fies, ad eum jugiter recurrendo.

§. 12. Si novercam simul matrémque haberes, etiamsi & illam coleres, ad istam tamen frequentissimè te reciperes. harum instar habeant apud te, avla & philosophia. ad hanc sæpiùs accede, hac acqiesce, cujus ope, cùm qæ ibi occurrunt tibi futura sunt toleratu facilia, tum & ipse in eis toleratu facilis.

§. 13. Qemadmodum de obsoniis atqe eduliis ejusmodi cogitare licet, hoc piscis esse cadaver, hoc avis, hoc suis: ac rursus, de falerno, esse uvulæ succum;

ANNOTATIONES.

Martialis *l. 4. epigram. 60.*

Nullo fata loco possis excludere, cùm mors
Venerit, in medio est Tibure Sardinia.

& Propertius *l. 3. eleg. 16.*

Ille licèt ferro cautus se condat & ære;
Mors tamen inclusum protrahet indè caput.

Vide *ad l. 7. §. 46.* Augustinus *de diverss. serm. 28. Mors differri potest; avferri non potest.* Et *de Verb. Apost. 18. Mortem differunt ista, non avferunt. Sed etsi tardius qis moritur, ideò non moritur?* Idem *de temp. 74. Qid avtem ad rem pertinet, qamdiu vites, qod evitare non possis?* Seneca *Epist. 93. Qid interest qàm citò exeas, unde exeundum est? ibidem.* Vide *l. 4. §. 50.*

Εὐσταθῶ] Verbum Stoicis familiare, qâ *constantem* illi & *immotum prorsus animi tenorem* designabant. eundem & *ἐυστάθειαν* appellabant, & *τὸ ἐυσταθές*. Vide *l. 5. §. 18.* & Epictetum *Dissert. l. 1. c. 29.* & *l. 2. c. 5.* & *l. 3. c. 9,* & 24. *Ὁ γὰρ θεὸς πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὸ εὐδαιμονεῖν, ἐπὶ τὸ ἐυσταθεῖν ἐποίησε. Deus enim omnes homines ad felicitatem, ad constantiam condidit.* qo loco tamen, prout & apud nostrum, potest *status animi placidus & tranqillus* designari, qalis est æqoris in malacia. Καὶ γὰρ γαλήνη ἔσται, καὶ ἐυσταθὴς τὸ πέλαγος. Lucianus. ideo & idem *l. 2. c. 5. ἐυσταθῶς καὶ ἀταράχως, constanter & tranqillè*, conjunxit: &, qod huic cognatum noster, *l. 12. §. 22.* Σταθερὰ πάντα, καὶ πόλπος ἀνύμων. *Stabilia futura sunt tibi omnia, & sinus æstu immunis.*

Θαῤῥῶ τῷ διοικοῦντι] *Psal. 112. v. 7.* de viro pio. *Stabile est cor ejus, confisum in Domino.* hoc est, ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, ut Græcus interpres, ἐλπίζοντος ἐπὶ τὸν Κύριον. vel Marci nostri verbis, *ἐυσταθεῖ καὶ θαῤῥεῖ ᾧ Κυρίῳ.*

§. 11. Ὑπὸ τῶν περιεστηκότων] qæ *l. 1. §. 12. περιεστηκότα πράγματα, negotia circumstantia.* & §. 15. *περιστάσεις, res, casus adversos* dixit.

Ταχέως ἐπάνιθι] Ità *l. 5. §. 9. ἐκκρουσθέντα πάλιν ἐπανιέναι. ubi excussum te senseris, regredere.* Vide & sectionem huic proximam.

Ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν] Ità de filio prodigo Dominus, Luc. *c. 15. v. 17.* Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν, *ad semet ipsum reversus.* qasi extra se positus antè fuisset, cùm cupiditatibus ac libidinibus abripiendum se præberet. Publius Syrus:

Homo extra corpus est suum, cùm trascitur.

imò extra mentem potiùs: juxta illud Plutarchi *adv. iracund. pag. 453. E.*

Ὁ δὲ θυμὸς, οὐχ ἥ φησιν ὁ Μελάνθιος,
Τὰ δεινὰ πράσσει τὰς φρένας μετοικίσας,
ἀλλ' ἐξοικίσας τελείως καὶ ἀποκλείσας.
Excandescentia, non, ut ait Melanthius,
Migrare coacta ratione malas res agit:

sed ejecta prorsus & exclusa. Sicuti contrà, Ὁ λογισμὸς τὰ δίκαια πράττει καὶ μέτρια, τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἐκποδὼν θέμενος. *Ratio justa facit & modestia, iram & excandescentiam procul ponens.* Idem *de provid. divin.* Qod & de reliqis etiam affectibus Chrysippus in *lib. περὶ ἀνομαλογίας*, referente eodem in *tract. de virt. moral. pag. 450. C.* Τὰ ἐπιγινόμενα πάθη, inqit, ἐκκρύει τὰς λογισμούς. *Oborti affectus rationes explodunt.* idqe Menandri testimonio comprobat, cujus illa sunt;

Οἱ μοι, τάλας ἔγωγε, πῇ ποθ' αἱ φρένες
Ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
Τὸν καιρὸν, ἡ ταῦτ', ἀλλ' ἐκεῖν' αἰσχρύνεις.
Ebeu me miserum, quamnam in partem corporis
Mens nostra se proripuit illo tempore,
Cùm nimium vecors hæc ego illis præstuli?

Grotius. Indè phrasis obtinuit, inqit Plutarchus *in collat. terrestr. & aquatil. pag. 963. E.* Περὶ τῶν παραφρονούντων, μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκπεπλωκέναι τῶν λογισμῶν. *Sic affectum non esse apud se, ac excidisse mente.* Vult itaqe Marcus, sicubi tale qid contigerit, qàm celerrimè ut ad te redeas. Cicero *ad Attic. l. 7. Ep. 3. Id qod animum induxerat, pavlisper non tenuit; sed citò ad se rediit.*

Ἕως γὰρ ἐγκρατέστερος] Resarciendo jugiter post remissiones atqe interturbationes animadversas, validior evadet animi tenor. Ità ossa confracta, si fuerint probè restituta, robustiora fiunt. Sed & *athleta, qicunqe magni spiritûs, nec projecit animum projectus; & qoties cecidit, contumacior surrexit.* Seneca *de benef. l. 2. c. 13.* Et *qæst. nat. l. 3. præfat. Fidelissimus est ad honesta ex pœnitentia transitus.* Et qod Plutarchus in *amator. pag. 764. B.* Ὡς δὲ ἥλιος ἐκ νεφῶν καὶ μεθ' ὁμίχλην θερμότερος. ὕτως ἔρως μετ' ὀργὰς καὶ ζηλοτυπίας ἐρωμένῳ διαλλαγέντος, ἡδίων καὶ θερμότερος. *Ut avtem sol per nubes & caliginem calidiores radios mittit: sic amor post iras & obtrectationem reconciliato amasio fit suavior & acrior.* Plavtus item *Amphitr. act. sc. 2.*

Ira interveniunt; redeunt rursus in gratiam.
Verùm ira si qa fortè eveniunt hujusmodi
Inter eos, rursum ubi revenerunt in gratiam est,
Bis tantò amici sunt inter se qàm prius.

§. 12. Ὧδε πολλάκις ἐπάνιθι] Seneca *Epist. 103. Qantùm potes, in philosophiam secede. Illa te sinu suo proteget, in hujus sacrario eris avt tutus, avt tutior.* Vide & *suprà* §. 10.

Περισταπαύου ταύτῃ] Vide *l. 5. §. 9.* & §. 34. & *suprà* §. 7.

§. 13. Νεκρὸς ὗτος ἰχθύος] *Cadaver piscis.* Plutarchus *de esu carn. l. 1. pag. 993. A.* Ἐγὼ δὲ θαυμάζω τίνι πάθει καὶ ποίᾳ ψυχῇ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἥψατο φόνου σώματι, καὶ τεθνηκότος ζῴου χείλεσι προσήψατο σαρκός. καὶ νεκρῶν σωμάτων καὶ εἰδώλων προθύμενος τραπέζας, ὄψα καὶ τροφὴν προσέτι εἰπεῖν [ἐτόλμησε] τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν βρυχόμενα μέρη καὶ φθεγγόμενα καὶ κινούμενα καὶ βλέποντα. *At ego miror qomodo affectus qo animo, qâ ratione impulsus homo ille fuerit, qi primus ore suo tangere cadaver, & mortui animalis carnes gustare aggressus, mortuorum corporum ac simulacrorum mensas proposuit, ac pro obsonio & alimento habere avsus est membra, qa modo mugiebant, vocem edebant, movebantur, & videbant.* Ità enim restituendum existimo locum illum, qem aliter Stephanus. Νεκύες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι, καθ' Ἡράκλειτον. κρέας δὲ πᾶν νεκροῦ ἐστι, καὶ νεκρῶ μέρος. *Cadavera enim magis sunt injicienda qàm fimus, ajebat Heraclitus. Omnis verò caro mortua est, & cadaveris pars.* Idem *Sympos. l. 4. c. 4.* Indè νεκρόκοσμοι μάγειροι, *coqi obsonia de cadaveribus qi conficiunt.* eidem in libello superiore dicti *pag. 994. E.* & *in sap. conviv.* Ὁ γαστὴρ, τάφος τις νεκρῶν περίπλους. *Orcus qidam cadaveribus constipatus, venter* dicitur. Vide ad *l. 4. §. 21.*

Χυλάριον σταφυλίου] sive *sanguis uvæ*; ut Jacobus Patriarcha apud Mosem *l. 1. c. 49. v. 11.* & Moses ipse *l. 5. c. 32. v. 14.* id est, *αἷμα σταφυλῆς.* ut Jason Siracides *c. 39. v. 26.* & *c. 50. v. 15.* & *Maccab. hist. l. 1. c. 6. v. 34.* At Cassiodorus *Var. l. 12. Ep. 4.* de vino acinatico, suo more lasciviens: *Hyemale mustum, uvarum frigidus sanguis, in rigore vindemia, cruentus liqor, purpura potabilis, violaceum nectar.* Ad nostri mentem propiùs Hesiodus in *Bucolic.* referente Fulgent. *mytholog. l. 3. c. 1.*

— βοτρύων δρόσον αἱματόεντα.
— *Uvarum rorem cruentum.*

Et propiùs adhuc Empedocles, ab Aristotele notatus, *Topic. l. 4. c. 5.* ab avtore etiam *problemat. natur.* sub Plutarchi nomine *q. 2.* lavdatus, qi cum Empedocle vult πέψιν, *concoctionem*, esse σῆψιν τινὰ, *putrefactionem qandam*,

— Ἐν ξύλῳ σαπὲν ὕδωρ.
— *In ligno putrefacta aqa.*

Est

ſuccum; de purpura, eſſe oviculæ capillos concyhlii cruore tinctos; de coitu, eſſe inteſtini frictionem, mucíque cum convulſione qadam excretionem: cogitationes enim iſtæ ità res ipſas attingunt, eaſdémque pervadunt, ut qænam eæ ſint, penitiùs per hoc cernere detur. ad eundem modum per vitam totam agendum eſt, ut res eas etiam, qæ comprobatu digniſſimæ videbuntur, prorſus denudemus, vilitatémque earum intueamur, & tollamus eam, qâ evehi ſolent, narrationis pompam omnem. gravis enim impoſtor falſus eſt;

κὴ • ἡ πεπόρφυρ⊙, τριχία προβατίω αἱμα- a L. 9. §. 34.
τίῳ κόγχης διδομένη. κ) ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν συ-
ρσίαν, ἐντερίε παράτειψις, κ) μετὰ πν⊙ ἀνα-
σμῶ b μυξαρίε ἔκκρισις. * ὅταν δὴ αὗται εἰσιν b L. 4. §. 48.
αἱ φαντασίαι καθιπτάμεναι αὐτῶν τῶν πραγμά- * ὅιαν, vel
των κ) διεξιοῦσαι δι αὐτῶν, ὥστε ὁρᾶν ἀπιτό πο⟩ ὅιον
ἐστιν. c ἄντως δεῖ παρ ὅλον τὸν βίον ποιεῖν, κ) ὅπως c L. 10. §.
λύαν ἀξιοπιςάτους πράγματα φαντάζηται, d ὀνο- 26. l. 11. §. 2.
γυμονῶν αὐτὸ, κ) τὴν ἐυτέλειαν αὐτῶν καθο- d L. 2. §. 12.
ρᾶν, κὴ τὸν ἰσυρίαν, * ὑφ' ἣ σμινύσεται, l. 10. §. 9.
πτοιεῖσθαι. • δεινὸς γὰρ ὁ τῦφ⊙ πρὸς ἀλογισίας. l. 12. §. 8.
* ἐφ' f.
e L. 2. §. 12.
κὴ l. 3. §. 6.

ANNOTATIONES.

Eſt enim, ut ex Platone autor idem *q. 5.* Ὁ χυμὸς ὕδως ἡδυ- A
πότον διὰ φυτῶ. *Sapor eſt aqa per plantam colata.* Itaqe Athenæus *dipnoſoph. l. 1.* Ἀφ' ὕδατος ὁ οἶνος φύεται. ὧδέ γας ἔτερόν ἐσιν οἶνος, ἢ ὕδως ὑπ' ἀμπέλω πεπτυμένον. *Ex aqa vinum naſcitur. Vinum enim nihil aliud eſt, qàm aqa ſub vite fricta.* Et Nemeſius *de natur. homin.* Ἀπὸ τῆς αὐτῆς τοτίδος, ἐν τῇ μὲν ἀμπέλῳ οἶνος συνίσαται, ἐν δὲ τῇ ἐλαίᾳ τὸ ἔλαιον. *Ex ejus humore in vite qidem vinum fit, in oliva verò oleum.* Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypotheſ. l. 1. c. 14. §. 1.* Ὕδωρ ἐν καὶ μυκησεδὶς, ἀναδιδόμενον εἰς τὰ δένδρα, ὅπερ μὲν γίνεται φλοιὸς, ὅπερ δὲ κλάδος, ὅπερ δὲ καρπὸς, κ) ῥοιὰ, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. *Aqa una & unius generis in arbores infuſa* B *& qaſi digeſta aliqando fit cortex, aliqando ramus, aliqando fructus: jam verò & ficus, & malum punicum, & qivis alius ex cateris fructibus.* Epiphanius in *ancorat. §. 66.* Ὁ ὐετὸς δένδρεσι καὶ φυτοῖς συμφυσιόμενος κατεργάζεται, τῶν καρπῶν καθ' ὁμοίοτητα ἕκαστον. καὶ ἐν μὲν τῇ ἐλαίᾳ ἔλαιον πῖον γίνεται· ἐν δὲ ἀμπέλῳ οἶν⊙ χροίζεται. ἐν δὲ συκῇ σῦκον γλυκαίνεται. *Us enim pluvia cam arboribus coaleſcens ac ſtirpibus corpus efficit, & unamqemqe fructum ad ejus, unde ortus eſt, ſimilitudinem producit: ut & in oliva, ad ejus naturam & ſubſtantiam adjunctum, pingue oleum exiſtat: in vite ſuaviſſimi in vini qalitatem colorémque tranſeat: in ficus arbore dulciſſimo ficus* C *ſapore temperetur.* Gregorius Nyſſenus *de homin. opific. c. 30.* Τὸ γὰρ αὐτὸ ὑγρὸν, πικραίνεται ἐν τῷ ἀψινθίῳ, ἐν συκῇ δὲ καταγλυκαίνεται. διὰ τῆς ἀμπέλου δὲ βότρυς καὶ ἔν⊙ γίνεται. *Succas namqe in abſinthio convertitur in amarorem, in ficu in dulcitudinem, in vite in botrum ac vinum.* Ἀπὸ τῆς γῆς γὰρ τῆς ἀμπέλου τὴν τοτίδα ἑλκύσης, ὁ οἶν⊙ συνίσαται. *Ex terrâ vite humorem attrahente vinum fit.* Joannes Chryſoſtomus *in tit. Orat. 3.*

Τριχία προβατίω] Plinius *hiſt. nat. l. 9. c. 47. Ut boves victum hominum excolunt; ità corporum tutela pecori debetur.* Hinc Demonax Cynicus apud Lucianum, *pag. 868.* cùm adoleſcentem qendam τῶν ὑπαρύφων, *pratextatorum*, ſplendidè veſtitum, animadverteret de purpuræ laticlavio ſele efferentem, apprehenſâ veſte, Τῦτο, inqit', μίν τοι πρὸ σῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον. *Hoc ante te ovis ferebat, & ovis erat.* Diogenem Canem forſan imitatus, qi adoleſcentulo cuidam pariter affecto priùs dixerat, Οὐ παύσῃ, μειράκιον, ἐπὶ προβάτῳ δοξοῦ σεμνυόμενος. *Non deſines, adoleſcens, ovis pelle detractâ gloriari.* Refert Antonius *Meliſſ. l. 2. c. 74.* ubi dicti gratiam tollunt prorſus, qi pro δοξοῦ, ἀρετῇ ſubſtitutum eunt. In eandem mentem Sotades, (qod apud Stobæum *tom. 2. tit. 22.* & Maximum *c. 56.* reperitur;)

Ἂν ἐνιματῆς, ταῦτα πρό σε προβάτιον εἶχεν.
Si veſte nites, at hanc prius oves tulere.

Philo *de provident.* laydante Evſebio *prapar. l. 8. c. ult.* Ἐσθῆτές γε μὴν, προβάτων εἰσὶν, ὡς οἱ ποιηταί πᾶ φασιν, ἄνθ⊙. *Nam veſtes ſanè, avt flos qidam ovium ſunt, ut loqi Poeta ſolent.* Neotericus qidam;

Purpureis, te effers, qòd amictus veſtibus? ante
Te geſtavit ovis, cùm tamen eſſet ovis.
Sericeis, effers, qòd amictus veſtibus? ante
Te bombyx habuit; tum qoqe vermis erat.

Αἱματίῳ κόγχης διδομένα] indè *conchyliata* nuncupantur. De conchis iſtis, qarum ſangvine an ſanie, purpura tingitur, F videantur Ariſtoteles *hiſt. animal. l. 5. c. 15.* Plinius *hiſt. nat. l. 9. c. 36.* & *ibidem c. 38.* & Æliamus *hiſt. animal. l. 16. c. 1.* Navmachus apud Stobæum *tom. 2. tit. 94.*

Εἵματα δ' ἁλιπλίνς ἐρυθαίνεται αἵματι κόχλυ.
At, qo lana rubet, ſangvis de murice fluxit.

Et Lucianus in *Cataplo pag. 435.* Μακαρίζων ἐπὶ τῷ αἵματι τῶν ἐν τῇ Λακωνικῇ θαλάττῃ κοχλίδων. *Beatum predicans ob ſangvinem, qi Laconici maris cochleis innaſcitur.* de tyranni purpura loqitur. Optatus *adv. Donatiſt. l. 5. Sic alba lana regalem tranſit in purpuram, qomodo catechumenus in fidelem:* G *utrique dum incipit eſſe qod non erat, deſinit eſſe qod fuerat.* (ità enim interſtingvenda ſunt iſta) *lana & colorem mutat, & nomen. & homo & vocabulum mutat, & mentem. Conſiderata ſunt effecta: retractanda ſunt efficientia. Dicis à te datum eſſe, qòd homo fidelis effectus eſt: ſi hoc totum eſt, dicas & operarius artifex purpuræ, qòd non*

— *admixto ſangvine piſcis,*
purpuram ſolo tactu conficiat.

Ἐντερίε παράτειψις] Huc Diogenis χειρεργοῦντος, *manibus operantis*, illud, Εἰθε καὶ τὴν κοιλίαν ἦν παρατρίψασα μὴ πεινῇ. *Utinam liceret ſic perfricato ventre non eſurire.* Laërtius *l. 6. §. 46.* ſive ut Plutarchus *de Stoic. contradict. c. 18.* ex Chryſippi *politia*, Εἰθε καὶ τὸν λιμὸν ὥσπερ ἀποτρίψασθαι τῆς γαστρὸς ἐδυνάμην. *Utinam ſic liceret etiam famem attrito ventre pellere.* Et qod Socrates apud Xenophontem *memorab. l. 1. pag. 716. B.* de Critia, Ὅτι ὑπὸ δικαίοις πάσχειν, ἐπιθυμῶν Εὐθυδήμου προσκυνεῖσθαι, ὥσπερ τὰ ὑπὸ τοῖς λίθοις. *Porcorum natura qiddam conſentaneum accidiſſe, qi concupiſcat ad Evthydemum ſe affricare, qemadmodum porcelli ſoleant ad ſaxa.*

Μετά τινος σπωρᾶ] Itaqe Hippocrates, referente Gellio *l. 19. c. 2.* Τὴν μίξιν ſive συνουσίαν dixit eſſe μικρὰν ἐπιληψίαν, *coitum eſſe parvam epilepſiam.* Eſt avtem *epilepſia*, παντὸς τοῦ σώματος σπασμὸς, *corporis totius convulſio* qædam. Galenus *de loc. affect. c. 2.* & Fæſius *ad Hippocr. de morb. vulg. l. 2. tom. 5.* qanqam dictum illud Democrito tribuit Clemens Alexandrinus *pædag. l. 2. c. 10.* Eryximacho Stobæus *tom. 2. tit. 6.* qi & Democriti non abſimilem, aliam tamen, de eadem *ibidem* ſententiam refert, Πυνοίη, ἀποπληξίη μικρή. *Apoplexiam* avtem definit Celſius *l. 3. c. 27. reſolutionem nervorum totius corporis.* Et *epilepſiá gravioremetiam* pronunciat Gerrhæus. Cæterùm nec illud ſilentio prætereundum, qod contrà monent Oribaſius *collect. l. 6. c. 38.* & Actius *l. 3. c. 8.* Ὅτι καί τινες ἐπιλήψεις ἔπαυσε τὸ μιγνυσθαι. *Coitus facit morbum comitialem ceſſare.* qod illi, nec ſoli, elicuiſſe videntur ex Hippocratis verbis hiſce, *de morb. vulgar. l. 6. tom. 5. §. 25.* Τὰς ἐπαυξίας νόσους, μίξις. qæ aliter tamen longè interpretatur Galenus.

Μυξαρίε ἔκκρισις] Vide *l. 4. §. 48.* ἐχθὲς μὲν μυξάριον, *qod heri mucus fuerat.* indè per ſuperorum illud, *l. 10. §. 26.* ἐξ οἵε ὅιον; *ex qabi qalem.*

Ὅταν δὴ αὗται] lege vel, ὅταν δὴ, vel ὅιαν δὴ, *qalis qidam*; ſive, *qemadmodum*; qia ὕστερ ſequitur.

Ἀπογυμνῶν] Vide *l. 2. §. 12.* & *l. 3. §. 11.* Qod de dictione Longinus *de Sublim. ſect. 7.* Μὴ τινα μεγέθους φαντασίαν ἔχοντα, ἢ πολὺ πρότερον τὸ σῶμα προπαραλογίσηται, ὑπαπτυσσόμενα δὲ, ἄλλως ἐυρίσκοντο χαῦνα, ἂν τῷ θεωρῷ ἐυγενίσερον. *Ne qo inanes, ut fit, ac tumido terrentis orationis ſtrepitu falſum qendam imaginem, ac ſpeciem tantummodo offerant magnitudinis: qò vel excuſſis, vel remotis, inflata & turgida deprehendantur: ſis ut ea deſpicere, qàm ſuſpicere, miraviqe, generoſius ſit.* Et *ibidem. ſect. 3.* Κἂν ἴσως αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀναπτοπῆς, ἐν τῷ φοβερῷ κατ' ὀλίγον ὑποτοτεῖ πρὸς τὸ ἐυκαταφρόνητον. *Si judicium corruptis biſce acrius adhibueris, ſingulaque ad lumen ſuſpexeris veritatis ac rationis,* E *ea, qæ primâ fronte terribilia videbantur, mox in contemptum vertent, deriſumqe.*

Ὑφ' ᾗ σμινύσεται] ἐφ' ᾗ potiùs. Vide *l. 12. §. 27.*

Δεινὸς γὰρ ὁ τῦφ⊙ παραλογισής] Τῦφ⊙, *typhus*, (qo vocabulo utuntur etiam inferioris ætatis ſcriptores Latini, Arnobius, Avguſtinus, alii) *pompa*, *faſtus*: qo nomine comprehenditur, qicqid rei alicui obtenditur, qò vel deſideribilius, vel admirabilius, vel formidabilius videatur. *fucum*, Xylander reddidit. & *offucium* reverà *faciunt*, ut cum Plinio loqar, repræſentationes iſtiuſmodi, Cæterùm aliud eſt τῦφ⊙, aliud φῦκ⊙, qod is forſan legerit. Philo *in decalog. pag. 744. B.* Οὐδὲν γὰρ ἐστιν ὁ μὴ κεκιβδήλευται τὰ γνήσια τῶν τόθ' παρευμερούντων, κὴ τἀληθῆ τῶν εἰκότων, ἃ φύσει μὲν κατεψεύσατο, πιθανὰς δ' ὑποβάλλει φαντασίας πρὸς ἀπάτην ἐν πόλεσιν. ἔ κὴ ὁ πάντων ἐπιβουλότατ⊙ φύτευ τύφ⊙, ὃν τινες τοθήπωτι κὴ προσκυνοῦσι, τὰς κίνας δόξας σεμνοποιοῦντες, διὰ χρυσᾶν στεφάνων κὴ ἀλυσγίδων, καὶ πλήθυς θεραπόντων κὴ ὀχημάτων, ἐφ' ἂν οἱ λεγόμενοι μακάριοι κὴ ἐυδαίμονες μετέωροι φέρονται. &c. G *Nihil enim in his non depravatur, ubi adulterina res plaris ſiunt qàm legitimæ, & veræ non tantum valent qantum veriſimiles, naturam ſuam tegentes mendacio, & falſis imaginibus illudentes vulgo credulo: ubi etiam faſtus inſidioſus exoritur, adoratúrqe à vanis hominibus, ſtupentibus ad conſpectum coronarum aureárum, & purpuræ, ſellarúmqe curulium, qibus impoſitas celſas poteſtates diis æqas officioſa turba aſſectarum proſeqi-*

καὶ ὅτε δοκεῖς μάλιστα περὶ τὰ παιδάρια κατεγίνεσθαι, τότε μάλιστα καταγελᾶτε. ὄρα γᾶν ὁ Κράτης, τί περὶ αὐτὸ τὸ Ξενοκράτους λέγει.

a Sup. §. 13. §. 14. [a] Τὰ πλεῖστα ὧν ἡ πληθὺς θαυμάζει, εἰς γενικώτατα ἀνάγεται, τὰ ὑπὸ ἕξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα, λίθους, ξύλα, συκᾶς, ἀμπέλους, ἐλαίας. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀλίγῳ μετριοτέρων, εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς, οἷον, ποίμνας, ἀγέλας. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔτι χαριεστέρων, εἰς τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, ἃ μέν τοι καθολικῆς, ἀλλὰ καθὸ τεχνικὴ, ἢ ἄλλως πως ἐντρεχῆς, ἢ κατὰ ψιλὸν, τὸ πλῆθος ἀνδραπόδων κεκλῆται. [b] ὁ δὲ ψυχικῷ λογικῷ [c] καθολικῷ καὶ πολιτικῷ πρῶν, ὑδὲν ἧττα τῶν ἄλλων θητερέτει. πρὸ ἁπάντων δὲ τῷ ἑαυτῆ ψυχικῷ [d] λογικῶς καὶ κοινωνικῶς * ἔχεσαν, καὶ κινήμενον διασώζει, καὶ [e] τῷ ὁμογενεῖ εἰς τοῦτο [f] συνεργεῖ.

b L. 3. §. 9.
c L. 5. §. 21. l. 12. §. 30, 32.
d L. 5. §. 19.
* ἴσχυσαν f.
Inf. §. 16.
e L. 5. §. 21.
f Inf. §. 42.

& tum maximè effascinat, cùm circa ea qis versatur, qæ studio digna videntur. Vide igitur, de Xenocrate ipso Crates qid dixerit.

§. 14. Eorum qæ vulgus hominum admiratur, pleraqe ad generalissima rerum capita referuntur, qæ vel formâ merâ vel naturâ continentur; qalia sunt lapides, ligna, ficus, vites, oleæ: qæ avtem moderatiores pavlò susqiciunt, ad ea referuntur, qæ animâ sunt prædita, veluti greges & armenta. qæ verò politiores adhuc afficiunt, ad ea pertinent, qæ animâ continentur rationali, non qidem universali illâ, sed qâ artium cultrix, aliásve solers existit, avt qâ merè talis, ut servitiorum turbam possidere. cæterùm qi animam rationalem universalem ac civilem veneratur, is reliqis rebus omnibus insuper habitis, in hoc præcipuè incumbit, ut animam in eo statu suam conservet, qo rationi ac communioni consentaneè se habeat gerátqe, & congeneri suo cuilibet, ut hoc ipsum præstet, operam itidem mutuatur suam.

§. 15.

ANNOTATIONES.

seqitur, &c. Ἐπιβουλότατον dixit, qod Marcus δεινὸν παραλογισμόν. Vide *l.* 2. §. 12.

Ὁ Κράτης] Crates iste Athenicnsis, an Thebanus, qi & Cynicus? hic opinor. Cæterùm Crates hic de Xenocrate qid dixerit, non reperio. Siqidem Xylander à Græcis recessit, dum vertit, *qid de hoc Crates, qid Xenocrates dicat.* Videri potest ex antegressis Cynicum suo, hoc est, canino more, Xenocrati fastum objecisse, prout Diogenes objecerat aliqando Platoni, cùm illum tamen ἀτυφότατον extitisse asserat Laërtius *l.* 4.

§. 14. Τὰ πλεῖστα] eódem spectat hæc perioche, qò & prior illa.

Τὰ ὑπὸ ἕξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα] *Si sub habitu vel natura continentur* Xylander. qi conditionalem cur interseregret, nihil erat: *comprehendi possunt sub rebus merè naturalibus vel naturaliter affectis* Casavbonus. potiùs; *qæ ab habitu vel natura continentur.* neqe enim sunt hæc generum capita, qibus comprehenduntur; sed formarum, qibus continentur, differentiæ. Cæterùm reqiri potest non immeritò, qomodo ligna avt lapides, ὑφ' ἕξεως, id est, *ab habitu* (hoc enim κυρίως vox ea sonat) *contineri* dicatur. Ἕξις itaqe Galenus observat, præter usitatiora illa significata, dupliciter sumi; aliqando pro *solida ipsa corporis compage*, qâ partes fluidæ magìs, continentur. ità *de febr. differ. l.* 1. indè ἑκτικοὺς πυρετοὺς, *febres hecticas*, nominis id adeptas vult, ὅτι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος αὐτὴν κατειλήφασιν. tum ἕξις qid significet, explicando, subjungit; οὕτω γὰρ εἰώθασιν ὀνομάζειν τὰ στερεὰ, τοῖς ὑγροῖς ἀντιδιαιρούμενα. *ità vocant solidas corporis partes, qò ab humidis distingvant*, sive *in partium distributione humidis oppositas*, aliqando verò pro *spiritu* sive *forma*, qæ *partes rei cujusqe continet.* ità Henricus Stephanus avtor est eundem alibi ἕξιν definire, πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη, *spiritum illum, qi partes compingit & continet.* spiritûs avtem appellatione *formam* designari, alibi docemus. Vide *ad l.* 12. §. 30. Sed & ἕξις πνευματικὴ eadem Philoni dicta *de mundi immortalit. pag.* 953. *E.* verbis illis; Ἀνθρακὶ μὲν οὖν ἔοικε, πῦρ ἐν ὕλῃ γεώδει, ὃ τρόπον ἕξεως πνευματικῆς περιόντος καὶ ἁλοχᾷ δὲ ὅλης ἄχρι περάτων τεταμένον. *Pruna est ignis in materia terrea, spirituali qadam habitudine pervadens totam usqe extremitates.* Unde & ἑκτικὴ ζωὴ ex Platonicorum sententia Nemesio, *de natura hom. l.* 2. Ζῆν μὲν λέγουσι καὶ πάντα ἄψυχα ἑκτικὴν ζωὴν. καθ' ὃ συνέχεται ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς, τῷ εἶναι (sive ut alii legunt εἰς τὸ εἶναι) καὶ μὴ διαλύεσθαι. *Itaqe vivere dicunt etiam qa prorsus sunt inanima, vità qadam qa in habitu est, qoniam continentur ab universi anima, eo qod sint duntaxat, nec dilabantur.* Et κυριολεκτῶν magìs Philo *Allegor. Leg. lib.* 3. *pag.* 1091. *D.* ἑκτικὴ δύναμις. Νῦς, inqit, πολλὰς ἔχει δυνάμεις, ἑκτικὴν, φυσικὴν, ψυχικὴν, λογικὴν, διανοητικήν. *Mens multas habet facultates, habitivam, vegetativam, animalem, rationalem, intellectualem.* Et mox, Ἡ μὲν ἕξις κοινὴ καὶ τῶν ἀψύχων ἐστὶ, λίθων καὶ ξύλων, ἧς μετέχει καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ὁμοιότατα λίθοις ὀστᾶ. *Habitus qidem communis est & inanimatis, lapidibus & lignis, cujus participant, qæ in nobis similia sunt lapidibus, ossa.* Ἕξις igitur hoc in loco, vel *compagem corpoream vitæ manem*, vel *formam* potiùs *meram*, sive *spiritum* ζωτικῆς δυνάμεως, id est *facultatis vitalis* (strictiùs loqendo) exortem designaverit: qam ψιλὴν ἕξιν, qasi *meram* ὕπαρξιν sive *existentiam*, Sextus nuncupat, & ἀπὸ τῆς φύσεως Marcus istic destingvit. Siqidem in eandem planè mentem Sextus Empiricus *adv. Mathemat. l.* 8. *c.* 2. *pag.* 323. *C. D.* qo loco his gemina planè leguntur ista. Τῶν ἡνωμένων σωμάτων, τὰ μὲν ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως συνέχεται, ὡς λίθοι καὶ ξύλα. τὰ δὲ ὑπὸ φύσεως, καθάπερ τὰ φυτά. τὰ δὲ ὑπὸ ψυχῆς, τὰ ζῶα. *Ex unitis corporibus alia qidem continentur à solo habitu, ut lapides & ligna: alia avtem à natura, ut planta: alia verò ab anima, ut animantia.*

A Philo itidem *de numin. immutab. pag.* 298. *D.* gradus qosdam rerum naturalium constituens; Τῶν σωμάτων, inqit, ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς, τὰ μὲν ἀνεδύσατο ἕξει, τὰ δὲ φύσει, τὰ δὲ λογικῇ ψυχῇ. *Corporum omnium opifex aliis qidem habitum, aliis animam, aliis rationalem animam addidit.* idémqe *de mund. immortal. pag.* 947. *B.* disertiùs adhuc; Τὴν ἕνωσιν τῶν διεκηκότων, τὴν ξύλων μὲν καὶ λίθων ἕξιν, σπερτῶν τε καὶ δένδρων φύσιν, ψυχὴν δὲ ζώων ἁπάντων, ἀνθρώπων δὲ νοῦν καὶ λόγον. *Distantium qa est unitas, lignorum saxorúmqe habitus, satorum & stirpium indoles, animæ omnium animalium, hominum mens & ratio.* Vides omnino cum Marco istic, ἕξιν *lignis & lapidibus*, φύσιν *satis stirpibúsqe* tribui: habésqe res B qatuor, sed eas sibi invicem subordinatas, qibus compages omnis corporea continetur, partésqe ejusdem sibi invicem uniuntur; ἕξιν, φύσιν, ψυχὴν, νοῦν. ἕξιν λίθων, φύσιν φυτῶν, ψυχὴν ζώων, νοῦν ἀνθρώπων. eodem planè ordine, qo hìc Marcus. qin, nè qid desit eorum, qorum Marcus hìc meminit, subjungit, ἀρετὴν δὲ σπερμάτων τελειοτάτην. qod est idem prorsus cum illo Marci, ὁ ψυχὴν λογικὴν καθολικὴν καὶ πολιτικὴν τιμῶν. Adjici potest, qòd non Philo tantùm & Galenus dixere σπέρμα sive *semen* in φύσιν primò, tum in ζῶον transire; id qod Aristoteles dixit, ζῇν τὸ πρῶτον φυτῆ βίον, *Vivunt principiò vità planta, de gener. animal. l.* 3. *c.* 2. sed & Stoici C ipsi, τὸ σπέρμα *semen*, πνεῦμα *spiritum* esse: hunc in utero fotum, φύσιν primò; tum ab aëre refrigeratum, ψυχὴν fieri. ità σπέρμα ἀπὸ τῆς φύσεως, τὴν φύσιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς distingvunt: & *semen* sive πνεῦμα volunt dici, donec in utero vitam vegetativam adeptum sit. Vide *ad l.* 10. §. 26. & *l.* 12. §. 24. Accedit & qòd Zeno ἕξιν sensu isto accepisse videtur, apud Laërtium *l.* 7. *c.* 139. ubi dicit, Τὴν ψυχὴν, δι' ὧν μὲν, ὡς ἕξιν κεχωρηκέναι, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν καὶ τῶν νεύρων. δι' ὧν δὲ, ὡς νοῦν, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ. *Animam per qasdam qidem partes veluti habitum recessisse, ut per ossa & nervos: per alias, sicut mentem, ut per principale.* Vide *ad l.* 12. §. 30. indè D ἑκτικῶς διαμένειν, Prophyrio dictum *de abstinent. l.* 4. §. 20. Οὕτως γὰρ καὶ λίθοις τροφὴν, τὸ αἴτιον τοῦ συμμένειν ἕκαστοις ἂν καὶ τὸ (τοῦ f.) ἑκτικῶς διαμένειν. καὶ φυτοῖς, τὴν διατηροῦσαν ἐν τῷ αὔξειν ἢ καταγωγεῖν. καὶ ζώοις σώματος, τὴν τηροῦσαν αὐτοῖς τὴν οὐσίαν. *Ità lapidis dixeris alimentum, qod facit ut lapis maneat, & solidiatem servet: & planta, qod illi confert ut crescat, & fructus ferat: & animati corporis, qod ejus compagem tuetur. Ea igitur,* inqit, *qæ vel formâ merâ continentur, ut ligna & lapides; vel naturâ* (i. e. animâ vegetativâ ἀπὸ τοῦ φύειν sic dictâ, unde φυτὰ *planta*) *ut ficus, vites, oleæ,* &c. Vide & Marcum ipsum *l.* 10. §. 2. ubi φύσιν μόνην E ἀπὸ τῆς ζώων φύσεως distingvit. Non erat itaqe qòd vir summus in *ad Epictetum & Simplicium notis*, avt voces illas ἕξιν & ἑκτικὴν apud Philonem ac Clementem mendi suspectas haberet; ἔσιν atqe ἑστικὴν rescribendum præscriberet; avt Philonis solius arbitraretur esse ἕξεως vocabulum hac ratione usurpatum, qum & Sexti, & Zenonis etiam, aliorúmqe itidem existere sit clarissimè demonstratum.

Τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀλίγῳ μετριοτέρων] *qæ sub arctioribus aliqantò* Xylander. & mox: *Siqa paulò plus haberent gratiæ*: perperam, & præter Marci mentem, ad res retulit, qod de hominibus dictum est. οἱ μετριώτεροι, *qi modestiores & moderatiores sunt.* F

Ψυχὴν λογικὴν καθολικήν] Vide *l.* 4. §. 40. & *l.* 5. §. 21. & *l.* 12. §. 30, 32.

Ἔχουσαν καὶ κινουμένην] forsan ἴσχουσαν. ut *infrà* §. 16. κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι. *moveri, sisqe sistere.* nam & ἴσχειν παθητικῶς qandoqe usurpatur. Arrianus de Indiæ fluminibus *Exped. Alex. l.* 5. *pag.* 330. Χειμῶνος ἴσχουσιν, ὀλίγοι τε γίνονται. *Hyeme sese continent, & minores fiunt.*

Τῷ ὁμογενεῖ συνεργεῖ] *Congeneri suo cooperatur*, vel ho-

§. 15. Qædam fieri properant, qædam fuisse: & illius etiam qod fit, aliqid jam abscessit. fluxus & mutationes mundum perpetim renovant; sicut temporis succession nunqam intermissa ævum interminatum exhibet novum subinde. in hoc igitur flumine, in qo consistere non datur, qorsum qis horum sic præterlabentium qicqam in pretio habeat? perinde ac si avicularum prætervolantium aliqam diligere qis inciperet, cùm ea è conspectu statim abscesserit. hujusmodi res est & vita cujusqe, qasi exhalatio nempe qædam à sangvine orta, & ab aëre spiritûs attractio. qale enim qiddam est aërem semel traxisse, mox reddere, qod momentis singulis

§. 15. [a] Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγονέναι, καὶ ἔστι γινόμενα ἤδη τὰ ἀπίστα. [b] ῥύσις καὶ ἀλλοιώσις, ἀνανεοῦσι [τὸν ἄπειρον αἰῶνα] τὸν κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ ἡ τοῦ χρόνου ἀλλαλάπη φορὰ νέον ἀεὶ παρέχει *. ἐν δὴ τούτῳ [c] τῷ ποταμῷ, [d] τί ἄν τις τούτων τῶν ὑποστάντων ἐκπαγείη, [e] ἐφ' ᾧ σπῆναι οὐκ ἔξεστιν; ὥσπερ οὖν εἴ τις τῶν ὑποπτερωμένων στρουθίων φιλεῖν ἄρχοιτο. [f] τὸ δ' ἥδη ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπελήλυθεν. πιστὸν δή τι καὶ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἑκάστου, οἷον [g] ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ [h] ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. ὁπόταν γάρ ἐστι τὸ ἅπαξ ἑλκύσαι τὸν ἀέρα καὶ ἀποδοῦναι, [i] ὅπερ παρέκαστον ποιοῦμεν, τοιοῦτόν

a L. 5. §. 23. Sup. §. 4.
b L. 2. §. 3 & 7. §. 25.
* -την [τὸν ἄπειρον αἰῶνα.]
c L. 2. §. 17. l. 7. §. 19.
d L. 5. §. 10.
e L. 5. §. 23.
f L. 4. §. 43.
g L. 5. §. 33.
h L. 2. §. 2.
i L. 8. §. 4.

ANNOTATIONES.

vel homini, ut *l.* 2. §. 1. vel Deo etiam, ut *l.* 5. §. 21. de illis Xylander intellexit, de isto Casavbonus. Ego utrumqe opinor respexisse.

§. 15. Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι] διὰ τί; ἵνα ἡ περιοδος ἀνύσῃ τὴν κόσμου. χρείαν γὰρ ἔχει, τῶν μὲν ἐνεστώτων, τῶν δὲ μελλόντων, τῶν δ' ἠνυσμένων. *Ut mundi circuitus compleatur. Opus enim est aliis qi surgant, aliis qi surrecturi sint, aliis qi pensum suum absolverint.* Epictetus *l.* 2. *c.* 1. Idémqe *l.* 3. *c.* 24. Ἀνάγκη περιοδόν τινα εἶναι καὶ παραχώρησιν ἄλλοι [ἄλλων potiùs] ἄλλοις, καὶ τὰ μὲν διαλύεσθαι, τὰ δὲ ἐπιγίνεσθαι, τὰ μὲν μένειν ἐν τῷ αὐτῷ, τὰ δὲ κινεῖσθαι. *Necesse esse, ut sit circuitus qidam, & dum alia aliis cedant, hæc dissolvantur, illa suboriantur, hæc suum statum teneant, illa verò moveantur.* Ocellus *de univers. c.* 2. §. 2. Τὰ μὲν διαλλαγὴ γεγονότων, τὰ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων. *Modò qa genita sunt commutantur, modò generantur qa interierunt.* Empedocles apud Aristotelem *Physic. l.* 8. *c.* 1.

—. ἢ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι.
Ἦ, δὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς, πλέον ἐκπελάθυσι.
Τῇ μὲν γίγνονταί τε, καὶ οὐ σφίσιν ἔμπεδος αἰών.
Τῇ δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς, οὐδ' ἅμα λήγει.
Ταύτῃ δ' ἄεσιν ἀκίνητοι κατὰ κύκλον.
—— *qatenus unum qidem ex pluribus consvevit nasci.*
Et rursus uno generato, plura perficiuntur.
Eatenus qidem & fiunt, & non est ipsis firmum avum,
Qatenus verò permutantur omnia, neqe simul desinunt,
Eatenus semper sunt immobiles secundùm circulum.

Vide *l.* 5. §. 23. & *supra* §. 4.

Ἀνανεοῦσι τὸν ἄπειρον αἰῶνα τὸν κόσμον] Loco mota sunt illa τὸν ἄπειρον αἰῶνα, ad seqentis clavsulæ extremum rejicienda, & post παρέχει collocanda. *mutationes rerum orbem perpetuant, ut temporum successiones avum æternum præstant.* Vide *l.* 2. §. 3. & *l.* 7. §. 25. Naso *Metamorph. l.* 15.

Ipsa qoqe assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. neqe enim consistere flumen,
Nec levis hora potest: sed ut undâ pellitur unda,
Urgetúrqe eadem veniens, urgétqe priorem:
Tempora sic fugiunt pariter, paritérqe sequntur,
Et nova sunt semper. nam qod fuit antè, relictum est,
Fitqe qod haud fuerat; momentáqe cuncta novantur.

Τῷ ποταμῷ] Vide *lib.* 2. §. 17. & *lib.* 4. §. 43. & *lib.* 5. §. 23.

Τί ἄν τις ἐκλιμήσειεν] Vide *l.* 5. §. 10.

Ἐφ' ᾧ σπῆναι οὐκ ἔξεστιν] Ità *l.* 5. §. 23. Οὐδὲν ἰσώς. *Nihil est qod consistat.* Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. *Præterit enim figura hujus mundi.* Paulus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 7. *v.* 31. Et Joannes *Ep.* 1. *c.* 2. *v.* 1. Ὁ κόσμος παράγεται καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ. ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. *Mundus præterit, & cupiditas ipsius: qs verò præstat voluntatem Dei, manet in æternum.*

Τῶν παραπιτομένων στρουθίων φιλεῖν] Solomon *Proverb. c.* 23. *v.* 5. *An oculos tuos conjicies in ea qa nè sunt qidem?* (*in ea qa mox non futura sunt.* Junius) *nam omnino comparant alas divitiæ, instar aqilæ pernicissimæ, qa cælum versùs avolat.* ubi *oculos conjicere* idem esse Solomoni, qod Davidi *cor apponere*, *Psal.* 62. *v.* 12. monet Drusius *Prov. class.* 2. *l.* 1. *Prov.* 105. Evripides *Inone*, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 105.

Ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος. ——
Divitiæ alas habent, qibus subvehantur.

Et in *Meleagr. ibidem tit.* 75.

—— πλοῦτος μὲν ἀκτὰς πτέρυξ.
Divitiæ celerem habent alam.

Et Simonides in *naniis* ab eodem lavdatus *tit.* 105.

Ὠκεῖα γὰρ, οὐδὲ ταναπτερύγων μυῶν
Οὕτως, ἁ μετάστασις.
Fit enim citius, qam volucris musca,
Status mutatio præsentis.

Plato in *Euthydem. pag.* 202. *D.* Ἀλλ' ἐσμὲν πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορυδοὺς διώκοντα. ἀεὶ ὅτου ἂν ἕκαστον αὐτῶν ἀυλίσηται λήψεσθαι, οἱ δ' ἀεὶ ὑπεξίπτανται. *Ridiculum qoddam accidit. Sicut pueri qi alaudas insequntur, semper qamcunqe illarum se capturos putant, hæ verò semper subterfugiunt.* Pulcrè Gvigo *meditat. c.* 5. §. 14. *Vide qomodo capiatur anima rebus corporeis, & capta crucietur, utpote in puero. capitur enim viso passere: qem cùm acceperit, subjacet tot casibus, qot passer ipse. qomodo autem est tuta, priusqam talibus capiatur? ea enim qæ placent, tenent illam, ut possit adversis mulctari.* De homine humanisqe rebus universis Gregorius Nazianzenus *Epitaph. in Cæsar.* Ὅταν ἐσμὲν οὐχ ἱστάμενον, φάσμά τι μὴ κρατούμενον, πτῆσις ὀρνέου παρερχομένου, ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα. κόνις, αἰμὶς, ἐωθινὴ δρόσος, ἄνθος καιρῷ φυόμενον, καὶ καιρῷ λυόμενον. *Insomnium sumus minimè consistens, spectrum qoddam qod teneri non potest, avis prætereuntis volatus, navis in mari vestigium non habens, pulvis, vapor, ros matutinus, flos suo tempore nascens, & suo tempore marcescens.*

Τὸ δ' ἤδη ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπελήλυθεν] Ità *l.* 4. §. 43. Ἅμα τε γὰρ ὤφθη ἕκαστον, καὶ παρενήνεκται. *Simul enim atqe comparuerit qicqam, abripitur.* Seneca *Epist.* 104. *Avium modo transvolant, citiusqe qàm venerant, abeunt.* Gregorius Nazianzenus *pro pauper.* Πιστὸν μηδὲν τῶν ἐνταῦθα τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ πολυχρόνιον, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως μεταβαλλόμενα καὶ μεταβάλλοντα, καὶ ἄνω καὶ κάτω φερόμενά τε καὶ περιτρεπόμενα, καὶ πρὶν ληφθῆναι ἀπιόντα καὶ φεύγοντα. *Nullum hujusce vitæ bonum hominibus certum est ac diuturnum: sed alias aliter mutantur & mutant, ac sursum deorsúmqe feruntur & invertuntur, ac priusqam manu teneantur, fugâ se prospiunt.* Et *in pascha:* Πρὶν κρατηθῆναι φύγον, καὶ πρὶν νοηθῆναι διαδράτω. *Priusqam teneatur effugiens, & priusqam intellectu percipiatur, seipsum fugâ prospiens.* Hieronymus *in Esaja c.* 38. *Omnis seculi felicitas, dum tenetur, amittitur. Imò, anteqam tenetur, elabitur.* Minutius *Apolog.* Et Augustinus *in Psal.* 38. *Antè abeunt priusqam veniant: & cùm venerint, stare non possunt. agunt se, sequntur se, & non se tenent. nihil de præterito revocatur; nihil qod transiturum est, expectatur. nondum habetur, dum non venit; nondum tenetur, dum venerit. & est, & non est: nec esse possumus dicere, qod non stat; nec non esse, qod venit & transit.*

Ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις] Idem *l.* 5. §. 33. In sacra pagina, *vita animalis sangvis* esse dicitur, & *in sangvine vita consistere.* Vide Mosen *l.* 1. *c.* 9. *v.* 4. & *l.* 3. *c.* 17. *v.* 11, 14. Τῆς δὲ ψυχὴν ἀναθυμίασιν εἶναι. *Animam esse vaporem.* Heraclitus dixit. Aristoteles *de anim. l.* 1. *c.* 2.

Ἡ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις] Ità *l.* 2. §. 2. & *l.* 5. §. 4. Esajæ *c.* 2. *v.* 22. *Nolite amplius homini fidere, cujus vita, ut flatus in naribus est. qantuli enim is est æstimandus?* Seneca *ad Marc. c.* 11. *Homo, anxia solicitaqe tutela, precarii spiritûs, & malè inhærentis; qem pavor repentinus, avt item ex improviso sonus auribus gravis excutit.* Et Calvinus *institut. l.* 1. *cap.* 11. §. 4. *Terrenus homuncio singulis ferè momentis vitam exhalat.* Et mox: *Animam evanidam in singula momenta precariò trahimus.*

Ὅπερ παρ' ἕκαστον ποιοῦμεν] Vide Empedoclis versus apud Aristotelem *de respirat c.* 3. & Platonem in *Timæo.* Seneca *Epist.* 54. *Invasit me repentè mala valetudo. suspirium aptè dici potest. brevis valde & procella similis impetus est. qis enim diu expirat? omnia corporis avt incommoda avt pericula per me transierunt: nullum mihi videtur molestius, qid ni? aliud enim, qicqid est, ægrotare est: hoc, est animam agere. itaqe medici hanc meditationem mortis vocant. faciet aliqando spiritus ille, qod sæpe conatus est.* At qod Senecæ molestum, Marco nostro familiare, qasi assiduum qiddam videtur. Augustinus *de Orig. Anim. l.* 3. *c.* 4. *Præter alimenta solida & fluxa, unde est cibus & potus, hoc tertium nobis Deus alimentum circumfudit avrarum, qas ità carpimus, ut sine cibo & potu diu esse possimus; sine hoc tertio, qod nobis avra, qa undiqe circumsistit, spirantibus & respirantibus exhibet, nec exiguo temporis spatio possumus vivere. Sicut autem cibus & potus non solùm ingredi debet, verùm etiam per meatus ad hoc institutos egerendi sunt, nè utroqe ladant, vel non intrando, vel non exeundo: ità hoc*

a L.5.§.4. τὸν ἐπ᾽ ἐμὲ καὶ α τὸ τλιὸ πᾶσιν ἀναπνεῦσικὸν δύναμιν, λιῶ χθὲς καὶ πρώλιω ἀποπνιχθεὶς ἐκπήσω, ἀποδῦναι

* Ὡς τ.φ.l. ἐκεῖ, ὅθεν τὸ πρῶτον ἔσπασας.

u.t.d. Bas.& Lug. §. 16. * Τίμιον, ὅτι τὸ b ἀμπνεῖ-

b L.3.§.1. σθαι, ὡς τὰ φυτά. ὅτι c τὸ ἀναπνεῖν, ὡς

c L.8.§.54.

facimus; tale qiddam est & totam illam respirandi facultatem, qam heri & nudiustertius in ortu acceperas, eò redonare, unde primò havseras.

§. 16. Non est æstimatione multâ dignum, avt perspirari, qod & plantarum est; avt respirare, qod

&

ANNOTATIONES.

tertium flabile alimentum, qia in nobis manere non sinitur, nec immorando corrumpitur, sed egeritur mox ut ingerstur, non alios, sed eosdem meatus, id est, os, ave nares, avt utramque, & qâ intraret, & qâ exiret, accepit. In teipso proba tibi ipse qod dico. emitte spiritum flando; & vide utrùm dures si non receperis: recipe respirando; & vide qas patiaris angustias si non rursus emiseris. hoc igitur facimus, qando utrem inflamus, qod facimus ut vivamus. nisi qòd tunc paulò plus ducimus, ut paulò plus emittamus, ut spiritum flabilem, id est, ventum in utrem implendum & extendendum non qietè spirandi & respirandi, sed anhelandi impetu coarctemus. nisi ergò, qòd impendis ad utrem implendum, ad te itidem alendum aditu patefacto redierit, qid tibi, non solùm unde illum inflare, sed unde tu possis vivere, remanebit? Hinc illud Epicharmi apud Clementem *Strom. l. 4. pag. 492. B.* *Αἱ φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσημένοι. Ipsa hominum natura, utres inflati.* Vide & *l. 8. §. 54.*

Πᾶσαν ἀποπνευστικὴν δύναμιν ἀποδῦναι] Hinc eæ formulæ & in sacris scriptoribus. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. *Spiritum emisit.* Matth. *c.* 27. *v.* 50. &, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. *Spiritum tradidit.* Joan. *c.* 19. *v.* 30. &, ἐξέπνευσε, *expiravit.* Marc. *c.* 15. *v.* 37. & Luc. *c.* 23. *v.* 46. Lucianus etiam in *votis*: ἀποφυσήσας τὸ ψυχίδιον ἄπεισι. *animá efflatá abiit.*

§. 16. Ὡς τὰ φυτὰ, τίμιον ὅτι τὸ διαπνεῖσθαι] Malè luxata & confusa ista: sed restitutio proclivis. lego. Τίμιον, ὅτι τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυλά. *Æstimatione dignum est, non perflari, qod & plantarum sive stirpium est.* Τὸ διαπνεῖσθαι avtem de stirpibus usurpatum apud Xenophontem habemus in *sympos. pag.* 878. *C.* verbis hisce à Stobæo *tom. 2. tit.* 19. adductis; ab Athenæo etiam *l.* 11. lavdatis; apud qem emendatiora, qàm in vulgatis Xenophontis codicibus, exhibentur: Δοκεῖ μέν τοι μοι τὰ τῶν ἀνδρῶν σώματα [συμπόσια ταῦτα, codices. malè.] τὰ αὐτὰ πάσχειν, ἅπερ καὶ τὰ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων. καὶ γὰρ ἐκεῖνα ὅταν μὲν αὐλὰ ὁ Θεὸς ἄγαν ἀθρόως πολίζῃ, ἃ δύναται ὀρθοῦσθαι, ἀδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι. *Videtur avtem mihi hominum qoqe corporibus idem accidere qod terrâ nascentibus. Nam qum hæc à Deo rigantur imbre nimio, non possunt erigi, nec ab avris perflari.* Id Latinis *perflari* dicitur. Columella *l.* 4. *c.* 19. *Fructúsqe summotus à terra, minùs patrescit: & hoc uno modo perflatur ventis, qi nebulam & rorem pestiferum celeriter adsiccant, multúmqe ad deflorescendum, & ad bonitatem vinis conferunt.* & *c.* 18. *Qa distinctio plus solis & venti vitibus prabet.* & *c.* 7. *Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoqitur, perflatúmqe salubriorem habet.* Id qod Plinius *l.* 7. *c.* 21. de certo vitis genere: *Melior ea vino, qandò sibi ipsa non obumbrat, assiduóqe sole coqitur, & afflatum magis sentit.* Διαπνοὴ in animantibus qid sit, qídqe ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς distet, ex Aristotele ac Galeno docuimus, *ad l.* 3. §. 1. Nec omittendum videtur, qod Xenophon loco superiùs adducto in collationis membro altero τῷ ἀναπνεῖν meminit, qasi istud in animantibus τῷ διαπνεῖσθαι illi in arboribus respondeat. Ὄυτω δὲ καὶ ἡμεῖς, inqit, ἢν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα, ταχὺ ἡμῖν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλῶνται, καὶ οὐδ᾽ ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν τι, δυνησόμεθα. *Ita nos qoqe, si potum immodicum infundamus, mox & corpora nobis, & animi vacillabunt; ac ne qidem respirare, neqe proferre qidqam poterimus.* Etiamsi verò τὸ διαπνεῖσθαι istud, qod hic *stirpibus* tribuitur, distat multùm reverà ἀπὸ τῆς διαπνοῆς illius, qæ animantium peculiaris est; in hoc tamen consentiunt, qòd spiritu sive flatu qodam utrumqe perficitur, & qòd ad conservationem τῶ διαπνεομένω, cujuscunqe generis illud fuerit, utrumqe conducat. Verùm præter διαπνοὴν illam externam, qæ ab avra liberiore stirpibus obvenit, qæ locis patentioribus succrescunt, aliam etiam internam nobis Theophrastus insinuat, qâ per singulas stirpis cujusqe partes, animæ, qam vegetativam dicimus, virtute, spiritus qasi vitalis qidam diffunditur, ejusdémqe itidem pars excrementitia dissipatur & dispellitur. Is enim *de caus. plant. l.* 5. *c.* 15. ubi de morbo qodam piceæ arbori familiari, qam δάδωνα vocat, verba faciens hæc habet; Ἔοικε παραπλήσιον τὸ συμβαῖνον τῷ ἐπὶ τῶν ζώων, ὅταν ὑπερπαχυνθῶσιν. οὐ δυνάμενα γὰρ ἕλκειν τὴν πνοὴν, οὐδ᾽ ὅλως τῷ πνεύματι χρῆσθαι, διὰ τὴν σύμφραξιν καὶ τὴν πύκνωσιν, ἐκεῖνά τε ἀποπνίγεται, καὶ αἱ πεῦκαι. διὸ καὶ οἱ ἀκμαῖοι τῶν τόπων τιθέασιν. φασὶ γὰρ ἀποπνίγεσθαι τὴν πίτυν διὰ τὴν πιότητα. πάσχει γὰρ, ὡς ἔοικε, δεῖται πνεύματός τινος, ἢ μανώσεως, ἢ πήξεως. *Qod proximum illis videtur qod animalibus evenit, qa extra modum crassantur atqe pinguescunt. Qum enim avram attrahere neqeant, nec ullo pacto spiritu uti possint propter obesitatem condensationémqe; tum illa strangulantur, tum pinus. Qamobrem non ineptè rustici vocabulum illud de pino usurpant: Pinum enim strangulari ajunt obesitate atqe pinguedine. Qippe omnia desiderant spiritum aliqem, vel solationem, vel meatuum libertatem.* Et *l.* 6. *c.* 15. Ἐπὶ πάντων γε δαδωθέντων, ἀπόλλυται τὰ δένδρα συμπνιγόμενα ὑπὸ ὑδατώδους ἕλκους διοδον τῷ πνεύματι. *Qa in tadam omni ex parte mutata sunt, obesitate moriuntur. Qum enim nullum transitum habeant spiritus, strangulantur.* Qin & Julius Scaliger *ad l.* 5. *c.* 20. ad illud Theophrasti *c.* 15. de arboribus dictum æstate diuturnâ exarescentibus, ἅπερ ἀποπνίγεται καὶ μαραινομένων. *Metaphora*, inqit, *est ab animalibus, qibus spirandi, atqe vita idem finis est, ac qanqam & πάντα planta; tamen utuntur beneficio* διαπνοῆς. *Omne enim vivens* διαπνεῖται. *calor enim vitalis eget in multis refrigeratione, in omnibus instauratione. instauratur avtem cælesti calore circumfuso, qi sese induit in omnia. Pereunt ergò planta qasi suffocata, ubi πνεῦμα διοδον οὐκ ἔχει. pereunt itidem, qasi expirantes, ubi copiosius illud ἐκλιμίζεται.* qod & ἀποπνοήν τινα, *facultatem qandam spirandi*, Theophrastus dixit *l.* 2. *c.* 20. De seminibus qibusdam Galenus περὶ τροφῶν δυνάμεως *l.* 1. *c.* 10. Περισταλτικὴν ὑγρότητα ταῦτα ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν συγκομιδὴν οὐ προσῆκεν αὐτοῖς χρῆσθαι, κεκλιμένων δὲ ἐν τόποις ξηροῖς ἐᾶσαι ἐν χρόνῳ πλείονι, τὸ μέν τι διαπνεῦσαι τῆς περιττῆς ὑγρότητος, τὸ δὲ τι σφθῆναι, μέχρις ἂν ξηρανόμενα προσκλῇ μετρίως. *Superfluam illa habent humiditatem, & ob eam caussam non convenit iis post collectionem uti; sed ubi ea in locis siccis reposueris, diu ab eis abstinere, qo interea pars qidem humoris superflui exhalet, pars avtem etiam coqatur, qoad siccata mediocriter contrahantur.* (qo loco qod Galenus διαπνεῦσαι, Theophrastus ἀποπνεῦσαι dixit *de caus. plant. l.* 4. *c.* 7. Οὐκ εὐθὺς ἀλοαθέντα τὰ σπέρματα βελτίω τῶν χρονισθέντων, οὐδὲ τὰ νέα τῶν ἐνιαυσίων. ἀλλὰ δεῖ τινα λαβεῖν ἐν ἑαυτοῖς οἷον πέψιν καὶ δύναμιν, ἀποπνεύσαντα & τὸ ἀλλοῖον. *Qum semina non protinus à tritura meliora sint, qàm certo tempore post, neqe novella anniculis præstent. Sed veluti excoctionem qandam potestatemqe capiant opus sit, exacto scilicet qod in eis fuerit alienum.* seqitur apud Medicum; Ἀποῤῥεῖ γὰρ ἀπάντων φυλλῶν τε καὶ σπερμάτων καὶ καρπῶν, ἐπειδὰν συγκομισθέντα κεῖται; πρῶτον μὲν ὅσον ἐν αὐτοῖς ὑδατῶδές τε καὶ λιπρὸν περίττωμα, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ αὐτῆς τι τῆς κατὰ φύσιν ὑγρότητος. *Defluit enim à plantis, seminibus & fructibus, postqam collecta fuerint, ac reposita, primum qidem qidqid in ipsis aqosum est ac tenue, post avtem & nonnihil humidi naturalis.* Qin & qod διαπνεῖσθαι hoc sensu avtoribus suprà lavdatis, idem ἐξατμεῖσθαι qibusdam dici Theophrastus idem avtor est in *histor. plant. l.* 8. *c.* 10. Ἐὰν πνεύσῃς, inqit, μεγάλη καὶ πλείω χρόνον ἐπιγένηται, ξηραίνει καὶ ἀφανίζει. ὃ καλοῦσί τινες ἐξατμεῖσθαι. *Si vehementius, diutiúsqe flatus invaserint, exsiccantur & penitus interescunt. Qod qidam eventari dixerunt.* qod Plinius *l.* 18. *c.* 17. *tunc enim exinaniunt grana.* qem locum Hesychius ob oculos habebat, qum ἐξατμεῖσθαι, ξηραίνεσθαι exponeret. ipse ἐξαλμίζεσθαι dixit, *de caus. plant. l.* 1. *c.* 1. qo loco ἐξαγγελικῶς utrumqe conjunxit, διαπνεῖται καὶ ἐξαλμίζεται. atqe hoc est qod de aëre ventis agitato Vitruvius *l.* 1. *c.* 6. *Vitiosis corporibus detrahit succum, & efficit ea exiliora.* Eodem sensu acceperim ego & τὸ ἐξατμεῖσθαι, qo loco de conceptu agens Aristoteles *hist. animal. lib.* 10. *c.* 3. hæc habet: Ἐισὶ δέ τινες αἷ πασχουσί τι τοιοῦτον, ὃ καλοῦσι ἐξατμεῖσθαι. ἐσὶ δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος, ὅταν συγγένωνται τῷ ἀνδρὶ, ὅτι προϊέμεναι δῆλαι τὸ σπέρμα, ὅτι κυίσκουσαι. διὸ καὶμαλεῖται ἐξατμεῖσθαι. *Cavendum est, mulieres ne patiantur id, qod qibusdam evenire solet. Hoc appellant ἐξατμεῖσθαι: Latinis frustrari. Fit avtem, ubi in coitu neqe projiciunt qicqam, neqe concipiunt: unde & nomen frustrationis comparatum est.* etiamsi enim vir Maximus interpretetur *frustrari*; sicut ὑπηνέμια ova dicuntur *ova irrita*: eodémqe respexisse velit Maronem, cum *eqas* dixit *vento gravidas* fieri: ipsum etiam philosophum verbis illis *l.* 7. *c.* 4. πνευματίνων γενομένων τῶν ὑστερῶν, *cum inflatus fuerit uterus.* vim τῶ ἐξατμεῖσθαι declarâsse. aliqid tamen amplius eô loci hocce vocabulo subindicari saltem avtumo. cùm nec idem πάθος utrobiqe describatur, sed loco altero, qod congressum præcedat, altero verò, qod subseqatur: & philosophus ipse verbis priùs adductis subjungat statim; Αἴτιον δὲ τῷ πάθους ἡ ὑστέρα, ὅταν ἡ λίαν ξηρά. ἑλκύσασα γὰρ πρὸς αὐτὴν τὸ ὑγρὸν, ἀφίησιν ἔξω. τὸ δὲ κατασκληρύνεται. *In caussa est matrix: qa admodum arida sit. Ea enim ità affecta attractum ad se humorem emittit foras. Is tum humor attenuatur præter modum.* hoc est, qod Theophrastus ξηραίνεται καὶ ἀφανίζεται. Verùm de hoc alii viderint. Havd dissimiliter certè Hippocrates τὸ ἐξαερῶσθαι usurpavit *lib. de natur. puer. pag.* 25. Ἐξαερῶται γὰρ ὑπὸ τῦ ἀέρος, καὶ τὸ πνεῦμα δι᾽ αὐτῦ διηθεῖ. *A vento qippe perflatur, & per eam spiritus percolatur.* de aqa loqitur: cui & ipse, nec huic soli, sed terræ qoqe *transpirationem* qandam ibidem tribuit. Siqidem *pag.* 23. rationem assignans, cur terræ inferiora hyeme calescant,

πνεύτο-

& pecudum & belluarum eſt; avt à ſenſibus rerum imagines impreſſas admittere; avt ab affectibus ſigillarium inſtar impelli; avt gregatim convenire; avt nutriri: hoc enim perinde eſt atqe alimenti qod eſt ſuperfluum excernere. ecqid eſt igitur, qod pretio aliqo dignum ſit? num plavſibus excipi? neqaqam. itaqe nec lingvarum ſtrepitu excipi. qid enim ſunt aliud vulgi acclamationes, qàm lingvarum ſtrepitus? ità cùm & gloriolam miſſam feceris, qid tandem ſupererit pretio dignum? hoc unum, opinor, ſecundùm conditionis ſuæ rationem moveri ſéqe ſiſtere, hoc eſt, ad qod ſtudia reliqa artéſqe nos ducunt. omnis enim ars ad hoc collimat, ut qicqid producit, ad opus illud aptum ſit, ad qod productum eſt. ſiqidem hoc vinitor qi vites colit, hoc qi eqos domat, hoc qi canes curat, intendit. qin & puerorum inſtitutiones & diſciplinæ ad qid aliud contendunt? iſtîc ergò reperitur qod in pretio ſit habendum. atqe hoc bene ſi habuerit, nihil aliud qod acqiras, opus erit. non tu deſines tandem in pretio alia multa habere? nec liber itaqe futurus es, nec tibi ſufficies, nec perturbationibus immunis eris. etenim neceſſe erit invidere, æmulari, eos

τὰ βοσκήματα καὶ τὰ θηρία. ὅτι [a] τὸ τυπᾶσθαι καὶ φαντασίαν. ὅτι τὸ [b] γλυφοσπασεῖσθαι καθ' ὁρμήν. ὅτι τὸ [c] συναγελάζεσθαι. ὅτι τὸ τρέφεσθαι. ἔστι γὰρ ὅμοιον τῷ [d] ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς. τί οὖν τίμιον; τὸ κροτεῖσθαι. οὐχί. [e] ἀκοὴν δὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν [f] κρόλεσθαι. αἱ γὰρ ἄνδρες τῶν πολλῶν ἀφημίαι, [g] κρότος γλωσσῶν. ἀφῆκας οὖν καὶ τὸ δοξάριον. τί καταγελεῖ τίμιον; δοκῶ μὲν, τὸ κτᾶσθαι ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ *ἵστασθαι, ἐφ' ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαι ἄγουσι καὶ αἱ τέχναι. [h] ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα ἔστοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον πρὸς ὃ κατεσκεύασται. ὅ τε φυτουργὸς ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου, καὶ ὁ πωλοδάμνης, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος, ἔστι ζητεῖ. αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι ἐπὶ τί σπεύδουσιν; ὧδε ἔχειν τὸ τίμιον. καὶ ἔστι μὲν ἂν εὖ ἔχῃ, ἀδὲν τῶν ἄλλων πρεπιήσῃ σαυτῷ. [i] ἀ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; ἄτ' ἂν ἐλεύθερος ἔσῃ, ἅτε αὐτάρκης, ἅτε ἀπαθής. ἀνάγκη γὰρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφο-

[a] L.3.§. 16.
[b] L.2.§.2.
[c] Inf.§.29.
[d] L.9.§.9. 39.
[e] L.9.§.39.
[f] L.8.§.52.
[g] L.4.§.31. §.§.33.
[h] L.3.§.16. Sup.§.14. * ἵστασθαι
[i] Sup.§. 14. L.5.§.14.
Inf.§. 41. l.9.§.1.

εσθαι

ANNOTATIONES.

πυκνοτέρη δὲ ἐστιν ὑπὸ τούτου (ὅτι πιέζεται ἐφ' ἑαυτῆ) καὶ οὐκ ἔχει διαπνοὴν ὁλόμιν. *Denſior verò evadit ideo (qia comprimitur in ſeſe) & nullam prorſus tranſpirationem habet.* Et mox de rebus congeſtis compreſsiſqe qibuſvis, ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐκθερμαίνεται, καὶ ἐν τάχει κάρτα σήπεται. ὁ γὰρ δίεισι τὸ πνεῦμα δι' αὐτῶν, ἅτε πυκνῶν ἐόντων. *Majorem in ſe calorem habet, prætereáqe humecta qidem & compreſſa per ſeipſa incaleſcunt, & à calore exuſta putreſcunt, qod cum denſa ſint, per ea ſpiritus permeare neqeat.* Ità *perſpirationis* cùm defectus, tum & exceſſus, nocumentum tam animatis qàm & inanimatis inferre ſolet. Proinde, qia in *perſpiratione* iſta, ubi nimia fuerit, partes etiam utiles decedunt, & vis naturalis deperit, indè natum videtur, ut τὸ διαπνεῖσθαι, qod & antè monuimus, in *interitûs* ſignificatione non rarò uſurpetur. Ità de animantibus, Ariſtoteles *de anim. l.* 1. *c.* 5. Δοκεῖ γὰρ τὸ ἀναπνεῖον μᾶλλον ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα συνέχειν. ἐξελθούσης γὰρ διαπνεῖται καὶ σήπεται. *Videtur enim contrà magis anima corpus continere, egrediente enim exſpirat & putreſcit.* Et Plato *Phædon. p.* 60. *E.* itidem de corpore: ᾧ προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπίπλειν καὶ διαπνεῖσθαι. *Cui convenit, ut diſſolvatur, concidat, diffluat.* de plantis Theophraſtus *de cauſſ. l.* 6. *c.* 23. Τὰ μὲν οὖν τοιοῦτα πάντα, παλαιούμενα εὐοσμότερα. τὰ δὲ ἀσθενῆ, ταχὺ διαπνεῖται, καθάπερ τὰ ἄνθη. *Hæc igitur omnia odoratiora in vetuſtate efficiuntur. Qæ autem debilia ſunt, celeriter evaneſcunt, ut viola.* de fructibus Ariſtoteles *problem. l.* 22. *q.* 9. ἐκ τῶν πολυσχιδῶν (caricas loquitur) διαπίπτουσι καὶ ἐξίκμασι μετὰ τοῦ ὑγροῦ τὸ πλεῖστον τοῦ γλυκέος. *Ex multifidis reſpiravit, evaporavitqe cum humore pars dulcedinis plurima.* de ſeminibus Chryſippus *Phyſic. lib.* 2. referente Laërtio *l.* 7. *c.* 159. in *Zenone.* Πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν τὸ σπέρμα, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένων σπερμάτων, ἃ παλαιωθέντα οὐκ ἔτι φύεται, διαπεπνευκότας αὐτοῖς τῆς δυνάμεως. *Semen ſpiritum eſſe ſecundùm ſubſtantiam, qod conſtat ex jactis in humum ſemnibus, qæ cum antiqata fuerint, non amplius germinant: qòd ſcilicet exſpiraverit illorum virtus.* alterum enim poſt φύεται, ὡς δῆλον, inducendum prorſus videtur, niſi ſi qis in δηλονότι mutandum cenſuerit. Cæterùm aliis ego deſpiciendum libens propoſuerim τὸ διαπνεῖσθαι Clementi Alexandrino qid velit, qod dæmonibus ille tribuit, *Strom. l.* 7. *pag.* 717. *B.* qo loco τὸ διαπνεῖσθαι, καὶ ἐμπνεῖσθαι, καὶ περιπνεῖσθαι, καὶ ἀναπνεῖν, *perſpirare, inſpirare, circumſpirare, reſpirare,* à ſe invicem diſterminat, primúmqe dæmonibus, ſecundum aqatilibus, tertium infectis, qartum animantibus pulmonum ope aërem attrahentibus aſſignare videtur. Mihi interim ſuſpicio oboritur, locum mendo nevtiqam immunem eſſe, legíqe debere πότερον διαπνεῖται, ὡς τὸ τῶν δρυῶν, vel τὸ τῶν δένδρων (non avtem τὸ τῶν δαιμόνων) γένος. *Utrum perſpirat, ſicut genus qercuum, vel arborum,* eò magìs, qia & ſtirpibus iſtic Marcus τὸ διαπνεῖσθαι attribuat; nec veriſimile ſit à *dæmonibus* exorſum Clementem, cùm in reliqis gradatim ab inferioribus ad ſuperiora aſcendat, ab aqatilibus ad inſecta, ab inſectis ad animantia perfectiora. Viderint eruditi.

Τυπᾶσθαι] τυπᾶσθαι, ſive *impreſſionem qandam admittere* in ſe ab externis objectis, ſenſus tam exteriores, qàm & interiores dicuntur. indè ἀντιτυπία αἰσθητική, *impreſſio ſenſuum, infrà* §. 28. & αἰσθήματα ἐυπαραπτώματα, *ſenſus imagines falſas admittere proclives. l.* 5. §. 33. Epictetus *l.* 1. *c.* 6. Ἐπιπλοττεις τοῖς αἰσθητοῖς, τυπώμεθα ὑπ' αὐτῶν. *Rerum ſenſilium forma nobis imprimuntur.* Ex Chryſippo *de anim. l.* 12. Laërtius *l.* 7. in *Zenone.* Φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ, τυλίσιν, ἀλλοίωσις. ὁ γὰρ δικλίσιν τὴν τύπωσιν οἱονεὶ τύπον σφραγιστήρος. ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλὰς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὸ

A αὐτὸ γίνεσθαι. νοεῖται δὲ ἡ φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπάρχοντος ἐναπομεμαγμένη, καὶ ἐναπεσφραγισμένη. *Phantaſia verò eſt forma in animo impreſſio, hoc eſt, mutatio. Neqe enim ſuſcipiendum eſt, formationem hujuſmodi eſſe veluti ſigilli formam. Qoniam fieri non poteſt, ut plures figura in eodem & circà idem fingantur. Intelligitur avtem viſio ea eſſe, qa ab exiſtente ſecundùm exiſtens impreſſa, formata atqe inſignita eſt.*

Νευροσπασεῖσθαι] & *infrà* §. 28. Νευροσπασία ὁρμητική. *Affectuum impulſus.* Vide & *l.* 2. §. 2. Τὰ νευρόσπαστα ἄγχαυα κινεῖται μὲν καὶ πεπαυμένου τοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἐνδόντος B τῇ μηχανῇ. κινεῖται δὲ οὐκ ἐπ' ἄπειρον. ὃ γὰρ ὄλκοθεν ἔσχε τὴν πηγὴν τῆς κινήσεως. ἀλλ' ἕως ἡ δοθεῖσα δύναμις ἰσχύει, καὶ οὐκ ἐκλύεται ἧ πρόοδος. *Ac ut præſtigiatorum ſigilla, qæ ſidiculis cientur etiam ceſſante eo, à qo motus ille, agitatioqe impreſſa eſt, incitantur, non multo id tamen tempore, propterea qòd inſitum non habent movendi principium, ſed qamdiu vis inpreſſa manet, nondúmqe progreſſa diſſolvitur.* Syneſius *de provident. lib.* 1. *pag.* 98.

Κρόλος γλωσσῶν] Ità *l.* 4. §. 3. Τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως. *Qam inanes applavſus iſti.* Vide & *l.* 8. §. 52. Κρόλον γλωσσῶν qod Marcus i. e. *ſtrepitum,* Evripides κόμπον, qaſi *ſtridorem* dixit; cujus hæc ſunt in *Hecuba:* C

Ὡς οἷς τὸ μηδὲν ἤκομεν, φρονήμαλος
Τοῦ πρὶν στερέντες; εἶτα δῆτ' ὀγκώμεθα,
Ὁ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
Τὰ δ' ἐδέσ. ἄλλος φρονλίδων βεβλεύμαλα,
Γλώσσης τε κόμποι. ——
Ut ad nihil devenimus jam, priſtino
Orbati faſtu? & interim inſoleſcimus?
Hic ade divite, civium ille plavſibus?
At hæc nihil ſunt aliud qàm cura mera,
Stridórqe lingvæ inanis. ——

Τί καταλείπειν τίμιον] Baſilius Cæſar. *Epiſt.* 42. Τῷ ὄντι μόνον περισπουδαστὸν καὶ ἐπαινετὸν τὸ διαρκὲς ἀγαθόν. τοῦτο δέ ἐστιν ἡ παρὰ Θεῷ τιμή. τὰ δὲ ἀνθρώπινα ταῦτα, σκιᾶς ἐστιν ἀμυδρότερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα. ἅτε γὰρ νεότης τῶν ἡρινῶν ἀνθῶν ἐξυτέρου καταῤῥεῖ. καὶ ὥρα σώματος ἢ νόσῳ ἢ χρόνῳ μαραίνεται. καὶ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, δόξα δὲ ὑπερίτρεπτος. αἵ τε περὶ τοὺς τίχνας διαπονήσεις τῷ χρόνῳ τούτῳ συναπαρλίζονται. ἀλλὰ καὶ τὸ περισπουδαστὸν ἄπαντιν οἱ λόγοι ἄχρι τῆς ἀκοῆς τὴν χάριν ἔχουσι. ἀρετῆς δὲ ἄσκησις, τίμιον μὲν κτῆμα τῷ ἔχοντι, ἥδιστον δὲ θέαμα τοῖς ἐπιλυγχάνουσι. ἧς ἐπιμελούμενος ἄξιον σεαυτὸν καθιστήσεις τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων παρὰ Θεῷ ἀγαθῶν. *Reverà ſolum hoc bonum maximoperè expetendum eſt, ac lavdabile,* D *qod & perpetuo eſt duraturum. Hoc verò eſt, in pretio & honore eſſe apud Deum. Iſta qippe humana umbra ſunt vaniora, & ſomniis fallaciora. Etenim juventa vernis floribus citiùs defluit, & corporis vemuſtas avt morbo avt tempore flacceſcit, & dvitiæ ſunt incertæ. Honoris ſplendor facilè immutatur. Artium ſtudia & labores cum hoc tempore finiuntur. Qin & ipſa eloqentia, cujus ſtudio paſſim omnes tenentur, gratiam habet, ſed ſolum avrium judicio & illici jucunditate. Virtutis avtem ſtudium pretioſa qidem ſe habenti poſſeſſio eſt: jucundiſſimum verò ſpectaculum illis exhibet, qibuſcum congreditur familiariter. Hujus tu ſi curam geras, dignum teipſum bonis illis conſtitues, qæ* E *in promiſſis divinis recondita habentur.* Verùm de mercede iſta Marcus noſter an qicqam ſomniârit etiam, incertum eſt. Vide *l.* 4. §. 33. & *infrà* §. 47.

Πρὸς ὃ καταισχύνασθαι] Vide *l.* 5. §. 16.

Ἀνάγκη καὶ ὁ φθονεῖν] Idem *infrà* §. 41. Τί γὰρ θαυμαστὸν,

ἐᾷς τὰς ἀφελίσθαι ἐκεῖνα δυναμένας, ἐπιβαλλόμενον τοῖς ἔχουσι τὸ πρωμένον ὑπό σε. ὅλως περιφέρθαι ἀνάγκη τὸν ἐκείνων τινὰ ἐνδεῆ. περισπᾶ

a L. 3. §. 9. l. 11. §. 1. πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι. [a] ἡ δὲ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμὴ, σαυτῷ τε [b] ἀρεσκόν σε ποιήσει, καὶ τοῖς κοινωνικοῖς [c] εὐάρμοστον, καὶ τοῖς θεοῖς σύμφωνον, τουτέστιν, [d] ἐπαινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι καὶ διατεπάχασιν.

b L. 8. §. 53. c L. 1. §. 9. d L. 5. §. 8.

e L. 9. §. 28. §. 17. [e] Ἄνω, κάτω, κύκλῳ, φορὰ τῶν στοιχείων. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κίνησις ἐν ἐδαμοῦ τούτων, ἀλλὰ θειότερόν τι, καὶ [f] ὁδῷ [g] δυσπαρόητῳ περιΐσσι [h] εὐοδεῖ.

f Sup. §. 14. g Inf. §. 22. h L. 7. §. 53.

l. 8. §. 7. §. 18. Οἷόν ἐστιν, ὃ ποιοῦσιν; τοὺς μὲν ὀπὶ ἐξ αὐτῆς χρόνου, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐφημεῖν ἐθέλουσιν. αὐτοὶ δὲ [i] ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων εὐφημηθῆναι, ἂς ἅττε εἶδον ποτὲ, ἅττε ὄψονται, πολλῷ ποιοῦσι. τοῦτο δὲ ἐγγύς ἐστι τῷ λυπηθῆναι ἄν, ὅτι οὐχὶ καὶ οἱ μεταγενέστεροι πολύ σε λόγους εὐφήμους ἐποιοῦντο.

i L. 3. §. 10. l. 8. §. 44.

k L. 12. §. 6. §. 19. [k] Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυσκατακόητον,

suspectos habere, qi his privare te possunt, eis struere insidias, qi id, qod tu tanti æstimas, possident. omnino necesse erit macerari te, ubi horum tibi aliqid defuerit; & de Diis etiam sæpenumero conqeri. at contrà mentem propriam si in veneratione ac honore habueris, & tibi gratum id te faciat, & communioni accommodum, & Diis consentientem, dum qæcunqe illi attribuunt ac constituunt, lavdas.

§. 17. Sursum, deorsum, in orbem feruntur elementa. virtutis verò motus nullâ harum viâ fertur. sed divinius est qiddam, viâqe havd facili apprehensu progrediens, prosperè semper procedit.

§. 18. Qale, qæso, hoc est, qod faciunt homines? eos, qi eodem secum tempore vivunt, lavdare cùm renuant; ipsi à posteris, qi eos nec nôrint unqam nec viderint, celebrari plurimi faciunt. hoc avtem idem est propè, ac si qis contristaretur, qia homines prisci encomiis eum non sint prosecuti.

§. 19. Noli, siqid tibi fuerit effectu difficile, opi-

ANNOTATIONES.

εἴ δ τις νομίζει τῶν ἀγαθῶν μέγιστον, ἐλέῳ μὴ παρίστι. *Qid est* A *miri, si qod qis summum arbitratur bonum, non concedat alteri?* Cato minor *Plutarch. pag. 783. D.*

Καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι] *Ibidem* & *l. 9. §. 1.* μέμφεσθαι τῇ κοινῇ φύσει. *conqeri de communi natura.* Epictetus *Enchir. c. 3.* Ἐὰν τὰ φύσει ἀλλότρια οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστίν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδέν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐκ ἕξεις. *Si ea, qa naturâ serviunt, libera putâris, & aliena pro tuis habueris: fore ut im-* B *pediaris, lugeas, perturberis, Deos hominésqe accuses. Sin id solum tuum existimâris, qod tuum est: aliena vero, ut sunt, aliena: te nemo coget unqam, nemo impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, nihil ages invitus, nemo te ladet inimicum non habebis.*

Ἡ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμὴ] Vide *l. 2. §. 6.* Μὴ αἰδούμενη σεαυτήν. *Dum tui reverentiam nullam habes.* & *l. 3. §. 9.* Τὴν ὑπολημπτικὴν δύναμιν σέβε. *Facultatem opinatricem venerare.* & *l. 5. §. 21.* Τῶν ἐν σοι τὸ κράτιστον τίμα. *Qod in te præstantissimum est colito.* Vide & *l. 3. §. 4, & 7.*

Σεαυτῷ τε ἀρεστὸν] Contrà qàm pleriqe hominum, ὅτιγε αὐδὲ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκονται, *qi ne qidem sibi ipsis placent. l. 3. §. 4.* C

Ἐπαινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι] utpote qæ ἀγαθὰ εἶναι πίστευται, *ista optima esse persvasum habet. l. 3. §. 4.*

Καὶ διατεπάχασιν] Vide *l. 5. §. 8.*

§. 17. Ἄνω, κάτω,] De aqa Demosthenes *adv. Calliclem.* Ἡ μὲν ὰν ἐυοδῇ, φέρεται κάτω. ἡ δὲ ὰν ἐντῇ τι, τηνικαῦτα ὑπεραίρειν ἀνάγκη. *Qa exitum habet, deorsum fertur: qa avtem aliqid obsistit, ibi eam exaggeratam redundare necesse est.* Scilicet Ὅταν τὸ ἐπισχὸν μὴ ᾖ, φέρεται ἐυθύ. *Cum detinens non fuerit, fertur confestim.* Aristoteles *de Cælo l. 4. c. 3.* ubi avtem occurrit τὸ ἐμποδίζον τι, à via cursúqe proprio declinat & deviat. Verùm non sic ἡ τῆς ἀρετῆς κίνησις. ea siqidem *recta semper procedit. l. 5. §. 14.* sive κατ' ἐυθύ. ut *l. 8. §. 61.* ea ubiqe ἐυοδῆ. Vide *l. 8. §. 6.* Etenim, Τῷ σοφῷ ἐυοδεῖ ἔσονται πράξεις. *Filio sapienti qicqid egerit prosperabitur.* qod tanqam Solomonis citat Basilius Cæsar. *in princip. Proverb. pag. 458. A.* Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται. *Et qicqid faciet prosperabitur. Psalm. 1. v. 3.* Καὶ γὰρ ὅσαν περισάσεις ἀσχολίας ποιηταὶ, ταύτας ὁ κύριος παραπέμψει. καὶ σώματι τόνον, καὶ ψυχῇ προθυμίαν, καὶ συναλλαγμάτων ἐυμάρειαν, καὶ τὴν εἰς πάντα τὸν βίον ἐυοδίαν, τοῖς τὰ πνευματικὰ πρωτιμότερα ποιωμένοις δώσει. *Qanticumqe enim fortuiti casus his negotium facesserint, eorum dominus difficultatem omnem amolietur, nervosas corpori suggeret vires, inseret anima expromptam ad opus alacritatem, permutandis mercibus facilem & commodam dexteritatem suppeditabit, deniqe rerum ex animi sententia cadentium successus latos in omnem vitam largietur iis nimirum, qi spiritualia dona istis temporariis tanto duxerint esse præstantiora.* Basilius idem in *hexamer. Orat. 3. pag. 29. D.* Ἰτὰ Τῇ ἀρετῇ πᾶν ἄπορον πόριμον. D

Invia virtuti nulla est via.

ἐυοδεῖν ergò, est ἐυόδως προϊέναι, ut Marcus ipse *lib. 1. c. 17. progressus bonos facere*, sive *feliciter, prosperè, cum successu bono progredi.* cui opponitur τὸ δυσοδεῖν, *malè, molestè, parùm secundè progredi.* Epictetus *l. 3. c. 19.* Ὥσθ' ὅταν δυσοδῶμεν, αὐτοὺς αἰτιᾶσθαι. *Ut rebus malè succedentibus ipsi nos accusemus.* qod vocabulum havd temerè alibi reperias, & ἡ δυσοδία. Δυσοδίαν τῷ λόγῳ παρέχειν καὶ δυσκολίαν, αἱ βουλαὶ καὶ κρίσεις καὶ διαῖται ἐμπλέκεις. *Rationi qantam adferunt discrepantiam atqe difficultatem consultationes,* & arbitria, & judicia, *qa perturbationibus his admiscentur.* Plutarchus *de virt. moral. pag. 448. A.*

§. 18. Ἐυφημεῖν ἐθέλουσιν] Triplex notat in eisdem plerisqe vitium; primò invidiam atqe livorem, qòd coætaneis suis lavdem commeritam tribuere detrectant; dum qisqe, ut Flaccus *l. 2. Ep. 1.*

— nisi qa terris semota suisqe
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.

tum iniqitatem; qòd ἐυφημίαν eam, qam avcupantur ipsi, aliis denegant: in regulam æqitatis illam peccantes, qæ præcipit, ut *aliis faciamus, qa nobis fieri velimus.* Matth. *c. 7. v. 12.* tertiò vanitatem; qòd à posteris, qibus inviси ignotíqe fuerint, celebrari tantopere concupiscunt: cùm pari loco sit, jam defunctum qod attinet, post obitum ab eis qi superfuerint ipsis, qàm ante ortum ab eis qi multis seculis ipsos anteceserint, sileri. Cicero in *somn. Scip. Qid interest ab eis, qi postea nascentur, sermonem fore de te, cùm ab iis nullus fuerit, qi antè nati sint, qi nec pauciores, & certè meliores fuerunt viri?* Vide *l. 3. §. 10.*

§. 19. Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυσκατακόητον] Seneca *Epist. 71.* C *Non putant fieri, qicqid facere non possunt: ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. qid miraris, si uri, vulnerari, occidi, alligari juvat? aliqando etiam libet. luxurioso frugalitas pœna est; pigro supplicii loco labor est; delicatus miseretur industrii; desidioso studere, torqeri est. eodem modo hæc ad qe omnes imbecilli sumus, dura atqe intoleranda credimus, obliti qàm multis tormentum sit vino carere, avt primâ luce excitari. non ista difficilia sunt naturâ; sed nos fluidi & enerves. magno animo de rebus magnis judicandum est: alioqi videbitur illarum vitium esse qod nostrum est.* Idem *Epist. 116.* *Occurres hoc loco mihi illâ publicâ contra Stoicos voce: Nimis* D *magna promittitis; nimis dura præcipitis.* (qomodo illi Joannis *c. 6. v. 60.* Σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; *Durus hic est sermo. Qis potest illum avdire?*] *nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Scis qare non possumus ista? qia nos posse non credimus. Imò aliud est in re. vitia nostra, qia amamus, defendimus,* & *malumus excusare illa, qàm excutere. Satis natura homini dedit roboris si illo utamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certè non contra nos, concitemus. nolle in caussa est: non posse prætenditur.* Et *Epist. 98. Qare deficimus? qare desperamus? qicqid fieri potuit, potest.* Clemens Alexandrinus *Strom. l. 2.* E *pag. 413. C.* Ὅταν ὑπέρτονον ᾄδειν λέγηται, ἵνα μή τινες ἔκτονον καὶ ἀπόχορδον ᾄσωσιν, ὕτως ἀκούω, οὐχ ὡς ὑπέρτονον, ἀλλὰ τοῖς μὴ βιαλομένοις ἀναλαβεῖν τὸν θεῖον ζυγὸν, τούτοις ὑπέρτονον. τοῖς γὰρ ἀτόνοις καὶ ἀσθενικοῖς, τὸ μέτριον ὑπέρτονον δοκεῖ. καὶ τοῖς ἀδίκοις ἀκροδίκαιον, τὸ ἐπιβάλλον. ὅσους γὰρ διὰ τὸ φιλικῶς πρὸς ἁμαρτίας ἔχειν ἡ συγγνώμη παρεισέρχεται, ὕτος τὴν ἀληθειαν ἀπήνειαν ὑπολαμβάνουσι. καὶ τὴν αὐστηρίαν, ἀπότομίαν. καὶ ἀνελεῆ, τὸν μὴ συναμαρτάνοντα, μηδὲ συγκατατρέμοντα. *Qando aliqis nimis intensum,* & *qod justum tonum excedat, dicatur canere, nè aliqi ex iis aliqid canant, qod à tono fidiúmqe concentu discrepet: sic sumo, non* F *ut qod sit per se nimis intensum,* & *qod justum tonum excedat, sed qod sit ejusmodi iis, qi divinum nolunt jugum tollere. Iis enim qi sunt remissi* & *imbecilli, id qod est moderatum, videtur nimis intensum,* & *tonum excedere:* & *injustis qod*

est

opinari ideo, hominem nullum id posse. Sed siqid fuerit, qod possit qisqam, hominisqe sit munus, id te qoqe assequi posse existimes.

§. 20. Inter exercendum, si qis ungvibus lancinaverit, avt capite alliso plagam impegerit,

τοῦτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ' [a] εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ εἰκὸς, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε.

§. 20. Ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὄνυξι [b] καταδρυπᾶται, καὶ τῇ κεφαλῇ * ἐράγεις, πληγὴν ἐπάγει. ἀλλ'

a L. 8. §. 36. 46.
b L. 12. §. 16.
* προσραγεὶς An. Lug. ἀράγεις, vel ἐναράγεις, vel ἐγράγεις f.

ANNOTATIONES.

est aqum, videtur summum jus: qoscunqe enim propterea qod peccati amore tenentur, subit indulgentia, ii veritatem existimant esse molestiam, & severitatem sævitiam: & eum, qi non simul peccat, & unà deorsum trahitur, immisericordem. Et mox *pag.* 414. *A.* Καὶ γὰρ εἰ μηδέπω ποιεῖν τὰ προσταττόμενα ὑπὸ τῶν νόμων ἱκανοί τε ἐσμέν. ἀλλά τοι συνορῶντες, ὡς ὑποδείγματα ἡμῖν ἔκειντο πάλλιστα ἐν αὐτῷ, τρέφειν καὶ αὔξειν τὸν ἔρωτα τῆς ἐλευθερίας δυνάμεθα. καὶ τῇ δ' ὠφελοίμεθ' ἂν κατὰ δύναμιν προθυμότεροι, τὰ μὲν προκαλούμενοι, τὰ δὲ μιμούμενοι, τὰ δὲ δυσωπούμενοι. *Etsi enim nondum potestis facere, qa à lege imperantur, attamen considerantes esse nobis proposita pulcerrima exemplaria libertatis, animorem in ipsa nutrire & augere possumus, & eâ ratione promptiori & alacriori animo juvabimur, alia qidem provocantes, alia verò imitantes, & alia reverentes.* Vide & *ad l.* 2. §. 2. & *ad l.* 7. §. 2.

Ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν] Epictetus *l.* 3. *c.* 14. Δύο ταῦτα ἐξελεῖν τῶν ἀνθρώπων, ὄιησιν καὶ ἀπιστίαν. ὄιησις μὲν ἔν ἐστι, τὸ δοκεῖν μηδενὸς προσδεῖσθαι. ἀπιστία δὲ, τὸ ὑπολαμβάνειν, μὴ δύνασθαι εἶναι εὐροεῖν σε, τοσούτων περιεστηκότων. *Duo hac adimenda sunt hominibus, arrogantia & diffidentia. Ac arrogantia qidem est eorum, qi sibi nihil deesse putant; diffidentia verò eorum, qi existimant se inter tot casus rebus prosperis uti non posse.* Qo loco, qod lapsu freqenti ac familiari apud scriptores istos contigit, pro εὐροεῖν ἐυρεῖν perperam scribitur; docet id, qod sequitur, τοσούτων περιεστηκότων, qæ ἔυροιαν istam impedire possint; de qo vocabulo vide *ad l.* 1. §. 12. Hoc est, qod in Q. Sextio lavdat Seneca *Epist.* 64. *Hoc egregium Sextius habet, qod & ostendet tibi beata vitæ magnitudinem, & desperationem ejus non faciet. Scies illam esse in excelso, sed volenti penetrabilem: ut illam admireris, & tamen speres.* Certè Sextium ipsum ἀπιστίας καὶ ἀνελπιστίας morbo isto per initia laborâsse avtor est Plutarchus in *lib. de profectûs indiciis pag.* 77. *E.* Ὡς δυσπαθοῦντα καὶ χρώμενον τῷ λόγῳ χαλεπῶς τὸ πρῶτον, ὀλίγου δεῖσαι καταβαλεῖν ἔκ τινος διήρεις. *Adeò ut molestiâ ac difficultate res propè devictus, parùm abfuerit qin animum despondens à tecto qodam præcipitem se dederit.* ità enim malim avtoris verba reddere, qàm avt cum Xylandro, *de biremi qadam sese in mare abjecerit*; vel cum Lipsio, *de nave in mare se præcipitaverit.* magìs consentaneum est in ædibus agentem, qàm navigantem cum molestia illa conflictatum. διῆρες Atticis idem, qod reliqis Græcis ὑπερῷον, *summa pars ædium.* Thomas Magister *in Collect.* Διῆρες, οὐχ ὑπερῷον. firmat id ex Evripidis *Phœnissis*; ubi Antigone dicitur,

— μελάθρων ἐς διῆρες ἴσχατον,
— *in summam ædium partem conscendisse,*

unde Argivum contueri exercitum posset. Accedit & Vetus Grammaticus apud Budæum: Διῆρες, Ἀττικῶς τὸ ὑπερῷον. τὸ δὲ κατώγαιον, ξυνοικία λέγεται. Eô avtem magìs idoneus Sextius, qi aliis animos adderet, cùm difficultates illas & expertus esset, & constanter pergendo perviciisset. Dio Prusæus *Orat.* 16. *pag.* 246. Καί τοι τῶν λυπημένων ἴκαστος, αὐτῷ τὸ συμβεβηκὸς, φησὶν εἶναι δεινότατον καὶ μάλιστα ἄξιον λύπης. καὶ γὰρ τῶν φερόντων ἕκαστος, ὃ φέρει, τοῦτ' εἶναι δοκεῖ βαρύτατον. ἔστι δὲ ἀσθενοῦς τοῦτο καὶ φαύλου σώματος. τὸ γὰρ αὐτὸ ἕτερος λαβὼν ἂν ἰσχυρότερος, ῥᾳδίως ἤσει. *Proinde unusqisqe mæstorum, id qod sibi accidit, ait esse atrocissimum, maximèqe dignum mœstitia. Etenim & unusqisqe portantium suum onus ait esse gravissimum. Est hoc avtem infirmi & mali corporis. Ipsum enim qum alius fortiter acceperit, facilè ferat.*

Εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν] Vide *l.* 8. §. 44. Joannes ille avrei oris, multis in locis hoc inculcat, deesse hominibus non tam facultatem qàm voluntatem viros sanctos imitandi, cùm illi nobis, ut de se Pavlus & Barnabas apud Lucam *Act. c.* 14. *v.* 15. & Jacobus *Ep. c.* 5. *v.* 17. ὁμοιοπαθεῖς planè, ejusdémqe naturæ consortes fuerint. Ideo etiam infirmitates eorundem, ταῦτα πάθη καὶ τὰ μαθήματα, esse scripto consignata, ἵν' ὅταν παρακαλῶμεν ὑμᾶς (inqit, *de statuis Orat.* 1. *rat.* 7.) πρὸς τὴν ἐκείνων ἀρετὴν, μὴ νομίζοντες διὰ τὴν τῶν κατορθωμάτων ὑπερβολὴν ἑτέρας αὐτοὺς μετεσχηκέναι φύσεως, ἀποκήσητε πρὸς τὴν μίμησιν. *Ut adhortaremur vos ad illorum virtutem, nè putantes vos per rectè factorum subministrationem alterius naturæ participes esse factos, deterreamini ab imitatione.* Et mox: Πρὸς τὸ μὴ λέγειν ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτὴν πολιτείαν παρακαλεῖν, ὅτι ἐκεῖνοι φύσεως ἑτέρας μετεῖχον, ἢ ἐκ ἦσαν ἄνθρωποι, διὰ τοῦτο ὁμοιοπαθεῖς λέγει, ἀπὸ τῆς τῶν παθῶν κοινωνίας δεικνύων αὐτοὺς ἀνθρώπους ὄντας καθ' ἡμᾶς. *Ut non dicamur ad idem vitæ institutum impelli, qod illi alterius naturæ sint participes, avt non sint homines, ea de causa iisdem affectionibus obnoxios dicit, ab affectionum communione ostendens & illos eqe ac nos homines esse.* Οὔτε γὰρ οἱ παλαιοὶ δίκαιοι κατὰ νόμον βιώσειντες,

Ἀπὸ δρυὸς ἦσαν παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.
Neqe enim veteres illos, qi ex lege vixerunt,
Annosa avt qercus genuit, præruptáve petra.

Clemens *Strom. l.* 2. *pag.* 414. *B.* sed & Chrysostomus *de compunct. ad Demetr.* Οὐ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ ὑμεῖς ἐστε μετεῖχον; ἐ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρήχθησαν εἰς τὸν βίον ἡμῖν; ἐ ταῖς αὐταῖς ἐτράφησαν τροφαῖς; ἐ τὸν αὐτὸν ἀνέπνευσαν ἀέρα; ἐ πράγμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς; &c. *Nonne & illi hujus ipsius naturæ sunt participes? nonne eádem hac viâ in hanc vitam sunt productí? nonne his nutriti sunt alimentis? nonne hunc ipsum respirarunt aërem? nonne has ipsas res administrarunt?* &c. Plinius minor in *panegyr. Melius homines exemplis docentur, qa inprimis hoc in se boni habent, qòd approbant qa præcipiunt, fieri posse.* Salvianus *ad Eccles. cathol. l.* 3. *Adjuvari se exemplis exoptat humana infirmitas, qò facilius ipsa etiam nunc faciat, qa alios feciisse antè cognoscat. Dum admonetur avditu atas omnis, fieri posse qod factum est.* Cyprianus *ad Donat. l.* 2. *Ep.* 2. Et, *Ex alitorum factis fieri posse credunt qod fortè dum putant fieri non posse, pigrescunt.* Avgustinus *Epist.* 134. Itaqe Bernardus *de resurrect. Serm.* 3. *Sermo qidam vivus & efficax, exemplum operis est; facilè persvadens qod intendimus, dum factibile probat esse qod svademus.* Vide Avgustinum *de Civit. Dei l.* 5. *c.* 18. & Bernardum *in Vigil. Petr. & Pavl. de S. Clem. Rom. Pont. & in fest. Andr. Serm.* 2. Vide & Marcum *l.* 12. §. 11.

§. 20. Ὄνυξι καταδρυπᾶται] Epictetus *Dissert. l.* 3. *c.* 15. Εἶτα ἐν ἀγῶνι παρορύσσεσθαί ἐστιν, &c. *Deinde in certamine laniari corpus contingit*, &c. unde & athletis ὀφθαλμοὶ περιῳρυγμένοι, *oculi effossi, eruti.* Galenus *hortator. c.* 11. & Pavsanias in *Lacon. pag.* 96. *de pube Spartana*: Μάχονται δὲ καὶ χερσὶ, καὶ ἐμπηδῶντες λάξ. δάκνουσί τε, καὶ τὰς ὀφθαλμὰς ἀνορύττουσι. *Ita pugnant, ut infestis manibus & calcibus insultent, morsibus etiam corpora fœdent, & oculos hi plerumqe illis eruant.* Philostratus tamen *imagin. l.* 2. in *Arrichion. p.* 788. Καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι, καὶ τὴν χεῖρα τρίβλῳσι, προσέτι τῷ παίειν καὶ ἐπάλλεσθαι. ταυτὶ γὰρ τῷ παγκρατίαζειν ἔργα, πλὴν τῷ δάκνειν καὶ ὀρύττειν. *Et pedis malleolo luctantur, & manum torqent, qm interea & feriant & insultent. Hæc sunt pancratiasta opera, præterqam qod & mordent & fodiunt.* aliis igitur saltem nec ista interdicta, unde καταδρύπᾶσθαι antagonistam non poterat non creberrimè contingere. qod Varro, *despobinari supercilia* dixit, apud Nonium, *ex Satyr. Ve victis. Pugilis spectatores, qi miserum putatis vinci, qæro à vobis, si adversarius supercilia mihi cestis despobinârit, num qis vestrûm sua mihi est daturus?* Ità Apollonius *Argon. lib.* 2. *v.* 109.

Δρύψι δὲ τῷ βλίφαρον, γυμνὴ δ' ὑπελείπετ' ὀπωπή.
Qo resuta palpebra, & oculus remansit nudus.

Vide *ad l.* 12. §. 16.

Καὶ τῇ κεφαλῇ ἐράγεις] Mendum subesse suspicatur Annotator Lugdunensis, προσραγεὶς legit; & exponit, *caput capiti affringens.* qod minùs placet; qia à scriptura vulgata longiùs abscedit. Ego, si qid mutandum videretur, ἀράγεις, vel ἐναραγεὶς legerim & *capite collisus*, verterim. Verùm ἐράγεις forsan pro ἐναγεὶς fuerit, qod apud Libanium in *vitæ sue historia pag.* 67. *A.* reperitur. Τοῖς ἐ μέσῳ τῶν κιόνων λίθοις ἐναγεῖσαν τὴν κεφαλὴν, δεικνύναι τὸν ἐγκέφαλον. *Cervix lapidibus in medio columnarum sitis effracta erat, cerebrum ostendit.* Pavsanias in Messen. *pag.* 123. Οἱ κριοὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀνδρομαχοῦσι καὶ βίᾳ τὰ κέρατα ἐναράξαντες, ἀπεθνήσκουσι. *Arietes suâ sponte cornua ara tantâ vi illiserunt, ut morerentur.* Qò alliisum putat à Diogene Cynico Petrus Faber, *agonist. l.* 1. *c.* 11. qando Olympionicam, κριὸν ἀρειμάνιον, i. e. *arietem Martium* dixit; referente Lærtio *l.* 6. qia luctatores nimirum arietino qodam more capita conferebant, frontésque collidebant συνεπενεύκασιν ὥσπερ οἱ κριοί. De athletis Anacharsis apud Lucianum *de exercit.* καὶ τὰ μέτωπα συναράττουσιν, ὡσπερ οἱ κριοί. indè *arietare* dictum, pro *adversis frontibus concurrere*, sive *collidere.* qod de prælíantium congressu usurpavit Seneca *de ira l.* 2. *c.* 3. *Magno imperatori, antequam inter se acies arietarent, cor exiluit.* de nubium conflictu; *qæst. nat. l.* 5. *c.* 13. *Nubes resolvit modò ipsa arietatio, ut magnorum inter se corporum attritus.* (id qod Lucretio *l.* 6.

— *nubes*
Frontibus adversis concurrere —)

de dentium collisu; *de ira l.* 3. *c.* 4. *dentes inter se arietati.* de oppositionibus hominum mutuis; qò & Marcus istic respexit; *Epist.* 103. *Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes.* de fortuitis casibus, qibus corpora humana sunt obnoxia; *ad Marc. c.* 11. *Jactatu, non tempestate magnâ, ut dissideris, est opus. ubicunqe arietaveris, solveris.* Apud Tertullianum *Scorpiac. c.* 6. ubi de athletis agit; *pugni qassant, calces arietant.* qo loco, *calva arietant*, legi vult Faber *agonist. l.* 2. *c.* 9. ego nihil mutandum existimem. de ædificiis terræ tremore commissis,

ἀλλ' ὅτε ἀπισημαινόμεθα, ὅτε προσκόπτομεν, ὅτε ὑφορώμεθα ὕστερον, ὡς ἐπίβουλον. καί τοι φυλαττόμεθα, ἃ μέν τοι ὡς ἐχθρὸν, ἃ δὲ μετ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως ἕνεκεν. [a] τοιοῦτόν τοι γενέσθω, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τοῦ βίου. πολλὰ παρενθυμούμεθα τὰ τοιοῦτον [b] προσγυμναζομένων. ἔξεστι γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲ ὑποπτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι.

nullam indignationis notam edimus, nec offendimur, nec tanqam insidiatorem deinceps suspectum hunc habemus. cavemus tamen nobis ab eo qantum possumus, sed nec tanqam ab hoste, avt tanqam suspicaces, verùm ità, ut animo pacato declinemus tantùm. eodem planè modo & in reliqa nos vita geramus. nè advertamus illis animum, qæ ab eis, qi nobiscum in vita qasi committunrur, hujusmodi nobis multa contingunt. licet enim illos cavere & declinare citra suspicionem ullam avt odium.

§. 21.

a L. 4. §. 3. Inf. §. 26. 27. l. 7. §. 22. 38. l. 10. §. 6.

b L. 10. §. 31.

ANNOTATIONES.

Plinius *nat. hist. l. 2. c. 82. Innoxium, & cùm concurrentia tecta contrario ictu arietant; quoniam alter motus alteri renititur.* Qanqam nec arietum tantùm duntaxat est conflictatio illiusmodi, sed & tavrorum. Virgilius *Æn. l. 12.*

Cùm duo conversis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt. —

Martialis *l. 4. Epigr. 35.*

Frontibus adversis molles concurrere damas
Vidimus, & fati sorte jacére pari.
Unde leves animi tanto caluère furore?
Sic pugnant tauri; sic cecidere viri.

Itaqe & istis pugiles conferri solent: De Amyco & Polluce decertantibus Apollonius *Argonaut. l. 2. v. 86.*

Στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπω
Ἱδρῶ, ἅλις καμάτοιο λύσιν μήνατο φυσιόωντε.
Ἄψ δ' ἄνεμος συνόρουσαν ἐναντίοι, ἦῦτε ταύρω
Φορβάδε· ἀντὶ βοὸς κεκοπήότε δηριάασθον.
Tum igitur nonnihil ab sese desistunt, largum facie
Sudorem abstergent, egrè crebroqe vertunt animam.
Mox tamen impetunt adversi, proinde atqe pares tauri,
Qi de vacca pascuali decertant infensius.

De Hercule & Acheloo pariter colluctantibus Naso *Metam. lib. 9.*

Digredimur paullùm, rursúsqe ad bella coimus,
Inde gradu stetimus, certi non cedere: erátqe
Cum pede pes junctus, totóqe ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tavros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidissima saltu
Expetitur conjux. —

De Hercule deniqe Antæóqe Lucanus *bell. Pharsal. l. 4.*

Conseruere manus, & multo brachia nexu,
Colla diu gravibus multùm tentata lacertis,
Immotúmqe caput fixá cum fronte tenetur.

Qanqam nec illud omissum velim qod Synesius commemorat *Orat. de calvit. pag. 77.* circulatorem qendam vidisse τῆς κεφαλῆς τὸν ῥώμην ἐπιδεξάμενον, διαυρίσασθαι δεδιδαγμένῳ κριῷ, πόρρωθεν ἐν μάλα τὸν πίλυλον καλαυσίσαι. *Capitis robur & firmitatem ostentantem — cum edocto ariete conisci, qi eminus concinna qadam agitatione & capitis micatione fertur.* de qo planè dixeris, qod alibi Synesius, τὸ κριοῦ ἀπεργάσθαι ἀντ' ἐείκου σίδηρον.

Οὐκ ἐπισημαινόμεθα] obsérvat hîc Xylander τὸ ἐπισημαίνεσθαι in malam partem usurpatum, prout & apud Appianum ἐμφυλίων *l. 5.* de milite, qi ludis publicis in subsellia eqitum ascenderat, verbis illis: ὁ δῆμος ἐπεσημήνατο. *populus murmure indignitatem rei detestatus est*; vel *indignationem suam significavit & expressit.* cui adjici potest illud ex Polybio *l. 6. cap. 4.* Ἐπισημαίνεσθαι τὸ γινόμενον καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς πραττομένοις. *Admissum delictum revocare ad animum, & præsentem statum damnare.* Vide *ad l. 7. §. 49.* Epictetum. itidem *Enchir. c. 24.* Κόραξ ὅταν μὴ ἄτιτον κεκράγῃ, — τάχιον ἐμοὶ μὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτηδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί. ἐμοὶ δὲ πάντα ἄτιτα σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. *Si corvus inauspicatum crocitarit — nihil istorum mihi portenditur, sed avt corpusculo meo, avt recula mea, avt existimationi, avt liberis, avt uxori. Mihi autem fausta omnia portenduntur, si voluero.* Cùm tamen plerumqe in partem meliorem accipiatur. Sicut Polybio *l. 1.* Τὰς παραδόμους τῶν πράξεων ἐπισημαίνεσθαι. *Actiones illegitimas acclamatione approbare*, sive *acclamando approbationem illarum significare.* & *lib. 2. c. 61.* Τὰ καλὰ καὶ δίκαια τῶν ἔργων ἐπισημαίνεσθαι. *Præclarorum factorum approbationem acclamando significare.* Et rursus; Τίς οὐκ ἂν ἐπισημάναιτο καὶ θαυμάσειε τὸν προειρημένον ἐπὶ τούτοις ἡγεμόνα; *Qis non acclamando approbaret & miraretur in illis præditum ducem.* Indè ἐπισημασία pro *applausu & acclamatione.* Polybius *l. 6. c. 4.* Εἰκὸς μὲν τὸν τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν ἐυνοϊκῆς καὶ προσαλικῆς. τὸν δὲ τἀναντία τούτῳ πράττοντα, καταγώσιος καὶ προσκοπῆς. *Non est dubitandum, qin hunc acclamationibus prosequatur favstis multitudo, benevolum animum simul significans, & patroni honorem ei deferens: eum verò qi contraria huic faciat, vituperationem consequi & offensionem omnium.* Cicero *ad Attic. l. 1. Ep. 13. Mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoritia fistula avferebamus.* h. e. sine sibilo ullo, qod displicentiæ nota est.

Οὐ προσκόπτομεν] *neqe offendimur* Xylander. atqe ità τὸ προσκόπτειν aliqoties usurpatum deprehendere est apud Novi instrumenti scriptores θεοπνέυστους. Paulus *ad Rom. cap. 14. v. 21.* Ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκανδαλίζεται. *In qo frater tuus impingit vel offenditur.* Et Petrus *Ep. 1. c. 2. v. 8.* Οἱ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, *iis qi impingunt ad sermonem.* sed & Polybius *l. 6. c. 4.* Δυσαρεστεῖν καὶ προσκόπτειν, & δυσαρεστεῖσθαι καὶ προσκόπτειν. *Iniqo animo rem ferre gravitérqe offendi.* conjungit non semel. potest tamen verti, *non irruimus, non impetum in eum facimus.* ità enim sumitur Matth. *c. 7. v. 27.* qo loco dicuntur procellæ turbinésqe προσκόψαι τῇ οἰκίᾳ, *impegisse in domum.* Sed illud potiùs opinor. In gemina ferè cavssa Seneca *de benef. l. 6. c. 9. Qid est iniqius homine qi eum odit, à qo in turba calcatus, avt respersus, avt qò nollet impulsus est?* idem, sed aliâ ratione, ab athletis exercentibus iram summotum it *de ira l. 2. c. 14. Nec, cùm ira svadet, feriunt; sed, cùm occasio. Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici solitum ajunt his qos exercebat præcipere, nè irascerentur. ira enim perturbat artem, & qà noceat tantùm, non qà caveat, aspicit.* At Septimius noster eâdem, qâ Marcus, ratione, nisi qòd agonothetam non antagonistam loqitur, *Scorpiac. c. 6. Qâ nulla sunt prælia, nonnulla vulnera.* (ità enim distinctum legendum claritatis gratiâ) *pugni qassant, calces arietant, cestos dilaniant; nemo tamen agonis præsidem fugillaverit. sed, qantum livores illi & cruores & vibices negotiantur, intendet. pyctes ipse non qeritur dolere se; nam vult. corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat; plus victoriâ tumet, qàm injuriâ. hunc tu lasum existimabis, qem vides latum? sed nec victus ipse de agonothetâ casum suum exprobrabit.* Proinde frustrà fuit Anacharsis, qi Græcos mirari se dicebat apud Laërtium *lib. 1. §. 103.* Πῶς κατὰ τῶν ὑβριζόντων νομοθετοῦντες, τὰς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους. *Qinam fieret ut adversus eos, qi contumeliis lacessunt, legem ferant, athletas, cum se invicem feriunt, honorent.* neqe enim est ὑβριστικόν τι pulsatio illa mutua, sed virium ac virtutis peritiæqe specimen.

Πολλὰ παρενθυμούμεθα] *idem de aliis sentiamus* Xylander. nec aliter Casaybonus. verùm παρενθυμεῖσθαι est *negligere, neglectim habere, non animum advertere.* Vide *ad l. 5. §. 5.* verto itaqe, *neglectim habeamus, non advertamus.* Qò facit Solomonis monitum *Eccles. c. 7. v. 21. Ad omnia qæ de te dicuntur,* (vel etiam adversùs te perpetrantur) μὴ θῇς καρδίαν σου, *animum nè adhibeto, nè advertito, nec si famulum tuum tibi maledicentem avdieris.* Sed Davidis regis ad instar, *Psal. 38. v. 13, 14. Reg. l. 2. c. 16. v. 11, 12. Surdâ aure* præterito. *decus* enim *est homini injuriam illatam*, non ulcisci, avt advertere etiam, sed *præterire* prorsus. *Parœm. c. 19. v. 11.* Ità Cato in balneo à qodam per imprudentiam percussus, veniam petenti, offensámqe deprecanti, *At ego percussum me non memini.* Notúmqe ex Plutarcho *Prof. virt. ind. pag. 82. E.* Bionis illud, qod indicium suis dedit, qò in virtutis studio profectus feciss se dignosceret, si adversùs conviciantes ità affecti forent, tanqam ab eis avdivissent.

Ὦ ξεῖν', ἐπεὶ ὅτι κακῷ ὦτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,
Οὐλός τε, καὶ μίγα χαῖρε. θεοὶ νύ τοι ἄλβια δοῖεν.
Hospes, non mihi tu malus insipiénsqe videris,
Vive, vale latus, tibi dii dent prospera multa.

h. e. tanqam benignè ac benevolè compellati.

Τῶν οἷον προσγυμναζομένων] Seneca *de ira l. 2. c. 8. Non alia qàm in ludo gladiatorio vita est, cum iisdem viventium pugnantiúmqe.* Et *de provident. c. 4. Verberat nos, & lacerat nos fortuna? feramus. non est sævitia, certamen est.* Elegantissimè Epictetus *l. 3. c. 20.* Ἐς τ ἀπὸ πάντων ὠφεληθῆναι, καὶ ἀπὸ τοῦ λοιδορεῖσθαι. τί δ' ὠφελεῖ τὸν ἀθλητὴν ὁ προγυμναζόμενος; τὰ μίγιστα. καὶ ὅτως [ὅτος legendum] ἐμοῦ προγυμναστὴς γίνεται. τὸ ἀντικλικὸν μου γυμνάζει, τὸ ὀργητὸν, τὸ πρᾶον. ὅ; ἀλλ' ὁ μὲν τῇ τραχήλῳ καθάπτων, καὶ τὴν ὀσφύν μου καὶ τὰς ὦμους καταρρίζων, ὠφελεῖ με, καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λίγου, ὄφον ὑπὲρ ἀμφοτέρους; καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ; εἰ δέ τις πρὸς ὀργητίαν με γυμνάζει, ἐκ ὠφελοῦμαι. *Fructus ex omnibus capi potest, etiam è conviciatore. Qid verò pugili fructus affert is à qo exercetur? Plurimum. Etiam hic me exercet ad tolerantiam, ad mansvetudinem, ad clementiam? Non: sed ille qidem collum meum contrectat, & lumbos, & humeros, qa dum corrigit, me juvat. An alipta rectè dicit, tolle utraqe manu in altum, & qantò gravius est pondus, tantò magis ego juvor; si qis verò ad mansvetudinem me exercet, nan juvor.*

§. 21. Si qis convincere me poterit, palámqe mihi facere, qod in re ulla minùs rectè vel sentiam vel me geram, læto lubentíqe animo mutabo. sector enim veritatem, à qa nemo unqam læsus est. læditur verò, qi in errore suo & ignorantia persistit.

§. 22. Ego, qod mei est officii, exeqor. reliqa me nevtiqam solicitum habent. avt enim sunt inanima, avt rationis expertia, avt aberrantia, viæqe nescia.

§. 23. Animantibus, adeóqe omnibus in universum rebus ac subjectis rationis exortibus, utpote ratione præditus ipse qi sis, magno liberóqe utaris animo. homines verò, cùm rationis sint tecum participes tanqam societate tibi conjunctos, habeas. in cunctis verò opem divinam advoces: nec interesse

§. 21. a Εἰ τίς με ἐλέγξαι, καὶ ἀποδείξαί μοι, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω, ἢ πράσσω, δύναμαι, χαίρων μεταθήσομαι. ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν, ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη. βλάπτεται δὲ ὁ ἁμαρτάνων ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας.

§. 22. Ἐγὼ * τὴν ἐμαυτοῦ b καθῆκον ποιῶ. c τὰ δὲ ἄλλα με οὐ περισπᾷ. ἤτοι γὰρ d ἄψυχα, ἢ ἄλογα, ἢ e πεπλανημένα, καὶ f τὴν ὁδὸν ἀγνοοῦντα.

§. 23. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις καὶ καθόλου πράγμασι καὶ ὑποκειμένοις, g ὡς λόγον ἔχων, λόγου μὴ ἔχουσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως. τοῖς δὲ ἀνθρώποις, h ὡς λόγον ἔχουσι, χρῶ κοινωνικῶς. i ἐφ' ἅπασι δὲ θεὸς ἐπικαλοῦ. καὶ k μὴ διαφέρου πρὸς

a L.4.§.12. Inſ.§.38. l.8.§.16. l.10.§.12.
* τὸ f.
b L.5.§.25. l.7.§.15.19.
c L.2.§.7.
d L.7.§.38.
e L.9.§.42.
f L.3.§.15.
g L.4.§.13. l.5.§.36.
h L.5.§.16.
i Sup.§.7.l.30.
k L.9.§.33.

ANNOTATIONES.

juvor. Eundem ex *l.* 2. *c.* 6. vide *ad l.* 9. §. 12. Sed & Tertullianum *Scorpiac. c.* 6.

§. 21. Εἴ τις ἐλέγξαι] Cicero *de fin. l.* 1. *Certè pertinax non ero: tibique si mihi probabis ea qa dicis, assentiar.* Hieronymus *Apolog. ad Pammach. Reprehensores non avdio; seqor magistros.*

Χαίρων μεταθήσομαι] Vide *l.* 1. §. 16. & *l.* 4. §. 12. & *l.* 8. §. 16. De Pio *infrà* §. 29. Τὸ ἀνίχεσθαι ἀντιζητούντων παῤῥησιαστικῶς ταῖς γνωμαῖς αὐτοῦ, καὶ χαίρειν εἴ τις δεικνύοι κρεῖττον. *Ut sententiis ipsius liberè se opponentes sustinuerit; gavisus etiam si qis melius qicqam proferret.* Cicero *Tuscul. l.* 2. §. 5. *Nos refelli redarguiqe patiamur. qod hi ferunt animo iniqo, qi certis qibusdam destinatis sententiis qasi addicti & consecrats sunt, eáqe necessitate constricti, ut etiam qa non probare soleant, ea cogantur constantiæ caussâ defendere.* Et *Academ. l.* 4. §. 9. *Pleriqe errare malunt, eámqe sententiam qam adamaverunt, pugnacissimè defendere, qàm sine pertinacia, qid constantissimè dicatur, exqirere.* Pulcrè Seneca *de benefic. l.* 4. *c.* 38. *Non est levitas ab errore jam cognito discedere. hac verò superba stultitia perseverantia est, Qod semel dixi, qalecunqe est, fixum ratúmqe sit.* Et Vincentius Victor apud Augustinum *de orig. anim. l.* 2. *c.* 16. *Optimi est propositi, laudandiqe consilii, facilè ad meliora traduci.* Augustinus ipse *Epist.* 210. *Turpe est mutare sententiam, sed veram & rectam. nam stultam noxiámve & laudabile & salubre est.* Eadem certè ingenui cujusvis vox, parilis professio. Ambrosius *Epist.* 31. *Nullus mihi pudor est, ad meliora transire.* Hieronymus *in Esaj. c.* 19. *Melius reor etiam proprium errorem reprehendere, qàm dum erubesco imperitiam confiteri, in errore persistere.* Augustinus cum primis; *Epist.* 7. *Si qid vel incautius vel indoctius à me positum est, qod non solùm ab aliis, qi videre id possunt, reprehendatur, verùm etiam à meipso;* (*qia & ego saltem postea videre debeo, si proficio*) *nec mirandum, nec dolendum est, sed potiùs ignoscendum atqe gratulandum, non qia erratum est, sed qia improbatum.* Et in *retract. præfat. Neqe enim qisqam nisi imprudens, ideo qia mea errata reprehendo, me reprehendet.* Idémqe *de anim. orig. l.* 4. *c.* 1. *Neqe enim negare debeo, sicut in ipsis moribus, ita multa esse in opusculis meis, qa possint justo judicio, & nullâ temeritate culpari.* Ludovicus Vives *præfat. ad Aug. Civit. Ego me nevtiqam agrè fero vel admoneri, vel etiam reprehendi:* (*meliorem mentem det Deus:*) *imò debere me multùm profitebor potiora suggerenti, & doctè atqe amicè suggerenti. nam & meipsum non pigebit mutare sententiam, si vel studium vel ætas alia docuerit meliora.* Erasmus *in Cor. Ep.* 1. *c.* 7. *Non gravatim à meipso dissentiam, si qis adferat qod sit rectius, etiamsi sit idiota qi doceat. Non enim etiam à minore qolibet refugienda vel dedignanda correctio.* Augustinus *Ep.* 19. Et de se *Ep. qad.* apud Grat. *c.* 24. *q.* 3. *c.* 1. *Ego senex à juvene, & episcopus tot annorum à collega nedum anniculo, paratus sum doceri.* Joannes Zinzerlingius *promuls. critic. Moneri candidè, castigari, ex errore in viam reduci, malè dicta obelo configi, agrè nullus fero. imò in ære me ejus futurum profiteor, qisqis candidè* hoc *fecerit.* Terentianus *de Syll. c.* 2.

Corrigenda si qa sanè visa vobis hic erunt,
Non ero stultè repugnans, aut amans pravè mea,
Qin statim culpanda delens, præbeam rectis locum.

Præclarè deniqe Gregorius Nazianzenus. Si Maximo credimus *collect. c.* 31. nam Epiphanius *hæres.* 64. §. 43. ex Methodio *de resurrect.* eadem planè adducit. Μεῖζον γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι τῇ ἐλέγξαι νομίζω. ὅσῳ μεῖζόν ἐστι, τὸ αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆ κακῆ τῆ ἄλλον ἀπαλλάξαι. *Nam redargui ipsum qàm alium redarguere longè excellentius bonum esse arbitror: qò scilicet majus est malo ipsum eripi, qàm alios eripere.* Vide *ad l.* 10. §. 37. Qod autem hoc loco Marcus de se scripto pollicetur, idem & facto præstitisse Capitolinus attestatur. *Erat,* inqit, *fama sua curiosissimus, requirens ad verum qid qisqe de se diceret, emendans qa benè reprehensa viderentur.* Verba sensuum prægnantia *Requirens,* inqit, *ad verum*; non qalis Gallicus ille, de qo Martialis *l.* 8. *Ep.* 76.

Dic verum mihi, Marce; dic, amabo:
Nil est qod magis avdiam libenter;
Oras, Gallice, me, rogásque semper.
Durum est me tibi, qod petis, negare.
Vero verius ergò qid sit avdi:
Verum, Gallice, non libenter avdis.

& *emendans qa benè reprehensa.* Apellem scilicet imitatus, qi, ut Plinius *hist. nat. l.* 35. *c.* 10. vitium in pictura à furore justè notatum emendavit, qem tamen postea sine cavilla justa cavillantem non tulit.

Ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν] Piè, modestè, ingenuè Augustinus *de Trin. l.* 2. *præm. Nullus reprehensor formidandus est amatori veritatis. etenim avt inimicus reprehensurus est, avt amicus. Si ergò inimicus insultat, ferendus est. amicus autem, si errat, docendus; si docet, avdiendus.*

Ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη] Menander *Supposit.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 11.

Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν
Ἐν παντὶ καιρῷ. τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
Εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος.
In re omni conducibile est qovis tempore,
Verum proloqier: idqe in vita spondeo
Securitatis esse partem maximam.

Grotius.

§. 22. Ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ καθῆκον ποιῶ] *Ego id qod est mei officii facturus sum,* qicqid alii fecerint. Ita & *l.* 5. §. 25.

Τὰ ἄλλά με οὐ περισπᾷ] *non cruciant, non distinent, non morantur.* Vocabulum Marco familiare. Vide *lib.* 2. §. 2. & 7.

Πεπλανημένα] Vide *l.* 9. §. 2. Εἰ ταῖς ἀληθείαις ἐπέπεισο, ὅτι περὶ τὰ ἀγαθὰ σὺ ὁ ἐπιτυγχάνων εἶ, ἐκεῖνοι δὲ ἀποπεπλάνηνται, οὐδ' ἐνθυμῇ τί λέγωσι περὶ σου. *Si persvasum haberes te potiri bonis, illos verò aberrare, nè in mentem qidem venisset cogitare qid illi de te dicerent.* Epictetus *l.* 4. *c.* 6. Et Seneca *de ira l.* 1. *c.* 14. *Qantò humanius, mitem & pacatum animum præstare peccantibus; & illos non persequi sed revocare? errantem per agros ignorantiâ via, melius est ad rectum iter admovere, qàm expellere.* Et *ibidem. Peccantes ergò qid habet cur oderit, cùm error illos in hujusmodi delicta compellat? non est autem prudentis errantes odisse: alioqin ipse sibi odio erit.* Vide *l.* 11. §. 18.

Τὴν ὁδὸν ἀγνοοῦντα] qam scilicet δυστεκμάρτητον *suprà* dixerat §. 17.

§. 23. Χρῶ] Vult κατ' ἀξίαν πᾶσι χρῆσθαι. *l.* 3. §. 11. & *l.* 5. §. 36.

Ἐφ' ἅπασι δὲ θεὸς ἐπικαλοῦ] Pium monitum, si Ethnicismi πολυθεΐα resecetur. Gregorius Nazianzenus *Apologet.* Τάξις ἀρίστη, παντὸς ἀρχομένου καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τι ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι. *Optimus hic ordo est, ut qi vel sermonem, vel rem aliqam avspicatur, à Deo initium ducat, & in Deo acqiescat.* Παρ' οὗ καλὸν ἅπαν, καὶ ἄρχεται, καὶ εἰς τέλος ἔρχεται. *A qo bonum omne initium ducit, atqe ad finem perducitur.* Idem *de pace Orat.* 1. & in *Acrostic.*

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει Θεόν.
Omnium principium & finem fac Deum.

Marcus Eremita *leg. spirit.* §. 45. Δεῖ πάσης τῆς πράξεως προηγεῖσθαι τὴν προευχήν. *Omni negotio preces oportet præire.* Et *ibidem* §. 3. Καταρχέτω σου πάσης προθέσεως, ὁ καλάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, ὅπως κατὰ Θεὸν γένοιτο τὸ προκείμενον. *Omne qod proposueris incipito, ab omni bono incipiens, ut propositum secundùm Deum fiat.* Philo *de mund. immortal. p.* 938. *C.* Ἐπὶ παντὸς ἀδήλου καὶ σπουδαίου πράγματος Θεὸν καλεῖν ἄξιον. *In omni incerto, & serio negotio Deus est invocandus.* Joannes Chrysostomus *tom.* 8. *Orat.* 15. Μηδὲν μηδὲ ποιῶμεν, μηδὲ λέγωμεν, πρὶν ἢ τὸν Θεὸν καλέσαι καὶ παρακαλέσαι συνεφάψασθαι τῶν ἐν χερσὶν ἡμῖν ἁπάντων. *Nihil faciamus, neqe dicamus, antequam Deum invocaverimus & obsecraverimus, ut omnia, qa in manibus nostris habemus, nobiscum aggrediatur.* Et mox: Τὸν Θεὸν ἀεὶ παρακαλοῦντες μεσίτην γενέσθαι τῶν πραττομένων ἀπὸ-

πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξῃς. δέχεσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται.

a *L.* 3. §. 3. §. 24. ᵃ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτοῦ ἀποθανόντες εἰς τὰυτὸ κατέστησαν.

exiſtimes, qamdiu hæc facturus ſis. ſuffecerint enim ſic exactæ vel horæ tres.

§. 24. Alexander Macedo, ejuſdémque mulio, ſimul ac mortui fuerant, ad idem planè redacti ſunt.

vel

ANNOTATIONES.

ἀπάντων. *Semper Deum rogantes, ut rebus agendis intersit.* Apud Platonem Timæus *pag.* 1046. *D.* Ἀλλὰ τοῦτο δή γε πάντες ὅσοι καὶ καλὰ βραχὺ σωφροσύνης μετίσχυσιν, ἐπὶ πάσῃ ὁρμῇ καὶ σμικρᾷ καὶ μεγάλῃ πράγματος θεὸν ἀεί τε καλοῦσιν. *Nam qum omnes, qi mentis qoqo modo compotes ſunt, in opetis cujuſlibet vel magni vel parvi principio invocare Deum ſoleant.* Plato ipſe *Epiſt.* 8. Ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν. *Omnibus enim in rebus & dicendis & cogitandis principium ſemper à diis eſt ſumendum.* Socratis præceptum apud Xenophontem in *Oeconom.* Πειρᾶσθαι σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου. *Tenta cum diis incipere omne opus.* Theodectes apud Stobæum *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 3.

Ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχὴν δὲ ποιεῖσθαι πρέπον.
A diis autem decet initium facere.

Epictetus *Diſſert. l.* 2. *c.* 18. Μέγας ὁ ἀγών ἐστι, θεῖον τὸ ἔργον. τῦ Θεῦ μίμησο. ἐκεῖνον ἐπικαλοῦ βοηθὸν καὶ παραστάτην, ὡς τὸς Διοσκόρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες. *Ingens eſt certamen, divinum facimus. Dei memento, illum adjutorem advocato & commilitonem, ut Caſtorem & Pollucem qi in tempeſtate navigant.* Vide & eundem *l.* 3. *c.* 22. Demoſthenes *Epiſt.* 1. Παντὸς ἀρχομένου σπουδαίου λόγου καὶ ἔργου, ἀπὸ τῶν θεῶν ὑπολαμβάνω προσήκειν ἄρχεσθαι. *Omnis & dicti & facti gravioris principia ducenda mihi videntur à diis immortalibus.* Cicero *de legib. l.* 2. §. 18. *A diis immortalibus nobis agendi capienda primordia.* Idémque in *Vatin. Omnium rerum à diis inmortalibus principia ducuntur.* In mente habuit Arati exordium;

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον. —
A Jove principium, qem nunqam mittimus ipſi
Infatum. —

Qod & Theocritus eidem coævus *Idyl.* 17.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε, Μοῖσαι.
Ab Jove principium faciamus, & in Jovem deſinite Muſæ.

Ex qo & Virgilius *Eclog.* 3.

Ab Jove principium, Muſæ. —

Plinius minor in *Panegyr. Bene ac ſapienter majores inſtituerunt, ut rerum agendarum, ità dicendi initium à precationibus caperetur. qòd nihil ritè, nihilqe providenter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur.* L. Cuſpidius ſic orditur teſtamentum: extat apud Fabricium *antiqit. l.* 1.) *Numine invocato, abſqe cujus nutu neqe qicqam ritè inchoari, neqe rectè perfici poteſt.* Siqidem, ut Menander;

Θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως.
Οὐδὲν δὲ χωρὶς δαίμονος σθένει βροτός.
Rem facilè qamvis peragit adjutor Deus:
Mortalis abſqe numinis ope nil valet.

Sive ut eleganter Gregorius Nazianzenus in *jamb.*

Θεῦ διδόντος ὐδὲν ἰσχύει φθόνος.
Καὶ μὴ διδόντος ὐδὲν ἰσχύει πόνος.
Deo volente, livor nil obſtabit invidus:
Nolente, nil labor præſtabit improbus.

Vide *ſuprà ad* §. 7.

Πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ] Vide *ad l.* 3. §. 7. & *l.* 9. §. 33.

§. 24. Εἰς ταὐτὸ κατέστησαν] Ateas rex Scytha, ut Plutarchus in *ſene polit.* ſive Theras, ut idem (modò idem utriuſque ſcripti pater extiterit) in *apophth. nihil ſe ab eqiſone ſuo* diſtare ajebat, *ubi otium ageret.* Marcus nihil Alexandrum à mulione ſuo, ubi diem utrqe ſuum obierit. *Pari*, inqit, *loco, ſtatúque mors utrumqe conſtituit.* In *anthalog. l.* 3. *c.* 13. 6.

Μάντις ἥτος ἀνὴρ ἦν, ζῶν ποτε. νῦν δὲ τεθνηκὼς
Ἴσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.
Manes hic vir erat vivus olim: jam verò mortuus,
Idem cum Dario magno poteſt.

ſcilicet, πάντα μία κόνις. Lucianus in *Dialog. defunct.* apud qem & Charon furore poëtico correptus fundit iſta:

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἄτυμος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλαχε τύμβου.
Ἐν δ' ἴῃ τιμῇ Ἶσος κρείσσων Ἀγαμέμνων.
Θερσίτῃ δ' ἴσος εἶδος παῖς ἠϋκόμοιο.
Πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Γυμνοί τε ξηροί τε κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.
Mortuus eſt aqè tumuli qi neſcit honorem,
Qiqe ſcit: unus honos Agamemnonis, unus & Iri eſt:
Therſites & ſimilis Thetidos formoſus Achilles,
Umbra nam pariter ſicca, nudaqe pererrant
Aſphodeli campos confracto vertice cuncta.

Seneca *ad Marc. c.* 11. *Et qa veneraris, & qa deſpicis, unus exaqabit cinis.* &,

Πάντες ἴσον νέκυες. ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.
Κοινὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσι.

Phocylides apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 19.

Omnia mors aqat: ſolus Deus imperat umbris,
Et tam pauperibus ſedes qàm ditibus una eſt.

Grotius. *Mors exaqat omnes.* Seneca *ad Marc. c.* 10. & *de ira* *l.* 3. *c.* 43. *Qid ſervo? qid domino? qid regi? qid clienti tuo praſceris? venit ecce mors, qa nos pares faciat.* Et *Epiſt.* 91. *Impares naſcimur, pares morimur: æqat omnes cinis.* Baſilius Cæſar. *Orat.* 3. *pag.* 349. *C.* Ἔγκυψον εἰς τοὺς τάφους, εἰ δυνήσῃ διακρῖναι, τίς ὁ οἰκέτης, καὶ τίς ὁ δεσπότης, τίς ὁ πλούσιος, καὶ τίς ὁ πένης. διάκρινον, εἴ τίς σοι δύναμις, τὸν δίκαιον, ἀπὸ τῦ βασιλέως. τὸν ἰσχυρὸν, ἀπὸ τῦ ἀσθενῦς. τὸν ἐνδεᾶ, ἀπὸ τῦ δυνατῦ. *In horum ſepulcra deflecte paruper oculos. Poſſène te ſperas diſcernere inter famulum & dominum, inter pauperem & divitem? Diſcerne ſi qa ſuppetit vis diſcernendi inter vinctum, & regem à qo fuerat vinctus: inter robuſtum & debilem, inter elegantis qondam forma praditum & deformem. Qis enim diſcernat ſpecies mortuorum? redoperi terram, & dic ibi qis dives, qis pauper ſit. diſcerne inopes & potentes, ſi potes.* Ambroſius *Hexam. l.* 6. *c.* 8. & *de Naboth. c.* 1. *Conditor ille juris humani,* (inqit Seneca *ibidem*) *non natalibus nos, nec nominum claritate diſtinxit, niſi dum ſumus. ubi verò ad finem mortalium ventum eſt, Diſcede, inqit, ambitio: omnium qa terram premunt, ſiremps lex eſto.* Id qod Pſaltes *Pſal.* 82. *v.* 6, 7. *Ego dixi, Dii eſtis, & filii celſiſſimi vos omnes: attamen tanqam è plebe qilibet, pariter eſtis occubituri.* Plautus *Trinum.* 2. 4.

— *verùm nos homunculi*
Salillum anima qi cùm extemplo amiſimus,
Æqo mendicus atqe ille opulentiſſimus
Cenſetur cenſu ad Acherontem mortuus.

Theodoretus *Therapevt. l.* 8. *Tom.* IV. *p.* 605. de Cyro, Dario, Xerxe, Alexandro, Veſpaſiano, Trajano, Hadriano, Antonino: Οὗτοι πάντες, ζῶντες μὲν ἦσαν περίβλεπτοι, καὶ τὺς βαρβάρους ἐνίκων, καὶ μετὰ τὰς νίκας, πομπὰς ἐπετέλων καὶ ἑορτάς. ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησαν, ὐδὲν τῶν πολλῶν διαφέρουσιν. *Sed hi omnes, cùm viverent, illuſtres conſpicuique erant, & barbaros vincebant, & poſt victorias triumphos ducebant, ſollemnitatéſque celebrabant: mortui autem à plebejis nihil differunt.* De Cræſo Silius *l.* 13.

Dives apud Superos: ſed mors æqabat egenis.

Lucianus in *Necyomant.* de defunctis. *Tom.* 1. *p.* 335. Τὸ διαγινώσκειν ἔκασον, ὅ πάνυ ἦν τι ῥᾴδιον. ἅπαντες γὰρ ἀτυχῶς ἀλλήλοις γίνονται ὅμοιοι, τῶν ὀστέων γεγυμνωμένων ἕκαστον δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμαυροὶ καὶ ἄτιμοι, καὶ ὐδὲν ἔτι τῶν παρ' ἡμῖν φυλάττοντες. ἀμέλει πολλῶν ἐν ταὐτῷ σκελετῶν κειμένων, καὶ πάντων ὁμοίων ἠπόρει πρὸς ἑαυτὸν, ᾧ τινι διακρίναιμι τὸν Θερσίτην ἀπὸ τῦ καλῦ Νιρέως, ἢ τὸν μεταίτην Ἶριν ἀπὸ τῦ Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυῤῥίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τῦ Ἀγαμέμνονος. ὐδὲν γὰρ ἔτι τῶν παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀλλ' ὅμοια τὰ ὀστᾶ ἦν, ἄδηλα καὶ ἀνεπίγραφα, καὶ ὑπ' ὐδενὸς ἔτι διακρίνεσθαι δυνάμενα. *Verùm qemlibet dignoſcere neqaqam erat facile, adeo nudatis oſſibus omnes erant ſibi invicem ſimiles: qippe conferti jacebant obſcuri atqe ignobiles, nihilqe amplius decoris illius, qi eſt apud nos, aſſervantes. Qum igitur oſſa ſimul multa eodem in loco jacerent, omnéſqe inter ſe ſimiles eſſent, animi pendebam, qonam ſigno Therſitem à formoſo illo Nireo diſcernerem, avt mendicum Irum à rege Phaacum, avt ab Agamemnone Pyrrhiam coqum. Qippe qibus jam nihil veteris indicii permanſit, ſed inter ſe ſimilia ſunt oſſa, incognita, titulis carentia, nulliqe unqam dignoſcenda.* Et mox *pag.* 336. Οἰμαί δὲ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἰωραΐσαι τὺς τραγικὺς ὑποκριτὰς τύτους, πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων, ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνιότε δὲ Πριάμους γιγνομένους ἢ Ἀγαμέμνονας. ἢ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ὕμπροσθεν, μάλα σεμνῶς τὸ τῦ Κίνυρος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον εἰσὶν ὁ πένης προῆλθεν ὑπὸ τῦ ποιητῦ κεκλεισμένος. ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τῦ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὸν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα, καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης καὶ ταπεινὸς περιέρχεται, ὃν ἐν' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, ὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος ὁ Χαριλλέως Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος Μαραθώνιος. τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. *Exiſtimo autem etiam in ſcena vidiſſe te plerumqe hiſtriones iſtos tragicos, qi in fabularum uſum modo Creontes, modo Priamí fiunt, avt Agamemnones. Idémqe, ſi fors tulerit, pavlò ante tam graviter, Cecropis avt Erechthei formam imitatus, pavlò pòſt ſervus, poeta jubente progreditur. Qúmqe jam fabula finis adfuerit, & ipſorum unuſqiſqe veſtem illam auratam exuerit, perſonam depoſuerit, & ex cothurnis deſcenderit, pauper & humilis obambulat: nec ampliùs Agamemnon Atrei filius, nec Creon Menœcio prognatus, ſed Polus Charicles Sunienſis, avt Satyrus Marathonius Theogitonis filius nominatur. Sic ſe hominum res habent.* Vide *l.* 11. §. 6. Non incommodè igitur avt incongruè *calculis computatoriis* ſimiles feruntur mortales, qi inter computandum obolum alter, alter talentum præfert, idémqe nunc iſtius, nunc illius pro computantis arbitrio vicem ſuſtinet;

pu-

vel enim in eaſdem mundi rationes ſeminales recepti, vel in atomos pariter ſunt diſſipati.

§. 25. Cogita tecum, qot intra noſtrûm unumqemqe, tam in corpore, qàm & in anima, uno eodémqe temporis momento ſimul fiant. ità fiet, nè miraculo ſit, ſi plura multa, vel cuncta potiùs qæ fiunt, in hoc uno, qem mundum utiqe vocamus, univerſo, ſimul producantur.

§. 26. Si qis te rogaverit, Antonini nomen qomodo ſcribatur, nunqid cum vocis intenſione elementa ſingula proferres? qid igitur? ſi iraſcuntur tibi, num tu viciſſim illis ſuccenſebis? & non potiùs literas ſingulas placidè enumerare perges? proinde & iſtîc pari modo memineris, officium omne qaſi numeris qibuſdam abſolvi: qibus obſervatis, oportet te nec perturbatum, nec indignationem indignatione penſantem, ſed rectâ pergentem perficere qod præ manibus eſt.

§. 27. Crudele qiddam eſt, non permittere hominibus, ut ad ea ferantur; qæ ad ſe pertinere ſi-

[a] ἤτοι γὰρ ἐλήφθησαν εἰς τὸν αὐτὸν καὶ κόσμου σπερματικὰς λόγους. ἢ διεσκεδάσθησαν ὁμοίως εἰς τοὺς ἀτόμους. a L. 4. §. 14. l. 7. §. 32.

§. 25. Ἐνθυμήθητι πόσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκαριαῖον χρόνον ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται σωματικὰ ὁμοῦ καὶ ψυχικά. καὶ ἔτως οὐ θαυμάσεις, εἰ πολὺ πλέω, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ γινόμενα ἐν [b] τῷ ἑνί τε καὶ συμπαντι, ὃ δὴ κόσμον ὀνομάζομεν, ἅμα συνφίσται. b L. 4. §. 40. l. 5. §. 8.

§. 26. Ἐάν τίς σοι περιβάλῃ, πῶς γράφει τὸ Ἀντωνίνε ὄνομα, μήτι [c] καλεντίνομεν περιοισῃ ἕκασον τῶν στοιχείων; τί οὖν; ἐὰν ὀργίζωνται, μήτι ἀπορρεῖς; μήτι σὺν ἐξαριθμήσῃ πρᾴως, περιὼν ἕκασον τῶν * γραμμάτων; ἔτως ἔν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, ὅλως [d] πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦν. τάττε δεῖ τηροῦντα, καὶ μὴ θορυβούμενον, μηδὲ [e] τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα, [f] περαίνειν ὁδῷ τὸ προκείμενον. c L. 4. §. 3. * πραγμάτων Xyl. d L. 3. §. 1. e Sup. §. 20. Inf. §. 21. 30. l. 5. §. 31. f L. 5. §. 34.

§. 27. * Πῶς ὠμόν ἐστι, ε μὴ ἀπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώποις ὁρμᾶν ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ, * Πῶς [ἐκ] ὠμόν, vel Ὠμόν πως ε. g Inf. §. 50. l. 7. §. 58.

ANNOTATIONES.

putatione demum finitâ, in eundem ſacculum pyxidémve immiſſi, eodem planè loco numeróqe habentur univerſi. qæ collatio pulcerrima, cùm à Polybio de vita avlica præcipuè fuerit uſurpata, *hiſt. l.* 5. *c.* 26. his verbis. Ὄντως γάρ, inqit, εἴσιν ἔτοι παράπλησιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. ἐκεῖνοί τε γὰρ κατὰ τὴν τῦ ψηφίζοντος βούλησιν, ἄρτι χαλκῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἰσχύουσιν. ὅτε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι καὶ παράκοποι ἐλεεινοὶ γίνονται. *Planè enim ſimiles iſti ſunt calculis, qos in numerariorum abacis eſt videre: nam ut hi pro lubitu calculantis, modò chalcum, ſive oboli ſextam partem valent, modò talentum: ita etiam avlici ad regis nutum beati aut miſeri repentè exiſtunt.* ab interprete Latino eúmqe ſecuto Biſciolâ eſt miſerè depravata, pro *calculis putatoriis, ſuffragia* nobis ſupponentibus, dum ſic reddunt, *Hi enim ſimiles ſunt ſuffragiis, qa in publicis conſiliis dari ſolent. nam, ut illic pro eorum qi conſulunt voluntate, qa modò anea fuerunt, nunc aurea dantur, &c.* qæ à Polybii mente & verbis etiam longiſſimè abeunt.

Σπερματικὸς λόγος] Ex Stoicorum ſententia Laërtius *lib.* 7. *c.* 148. in *Zenone.* Ἔστι δὲ φύσις ἕξις ἐξ αὐτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους, &c. *Eſt autem natura habitus, ex ſeipſa motum accipiens, juxtà ſeminales rationes.* Plutarchus item *de Philoſoph. placit. l.* 1. *c.* 7. & Athenagoras *legat. pro Chriſt. p.* 7. Θεὸν πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου * ἐμπεριειληφὸς πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται. *Deus eſt ignis artificioſus, ratione & viâ ad generationem, & creationem mundi procedens, omnes ſeminales & primigenias rationes in ſe complectens, juxta qas res ſingulæ fato fiunt.* qo loco σπερματικοὶ λόγοι, ſive *ſeminales rationes* pro ideis qibuſdam ſumi videntur, qales Plato imaginatus eſt in Deo. A qo nec abhorret Joannis Damaſceni illud, *de fide Orthod. c.* 13. Πάντων αἴτιος, καὶ πάντων τοὺς λόγους τῶν ὄντων, καὶ τὰς αἰτίας ἐν ἑαυτῷ προέχει. *Omnium autor, & omnium, qa ſunt, rationes & cauſſas in ſeipſo continet.* Vide *l.* 4. §. 14. & *l.* 7. §. 32. & *l.* 8. §. 25. & *l.* 10. §. 7. Seneca *Epiſt.* 71. *Aut in meliorem emittitur vitam, aut natura ſua remiſcebitur, & revertetur in totum.* Servius *in Æn. l.* 3. *Romani cad. vera comburebant, ut ſtatim anima in generalitatem, id eſt, in ſuam rediret naturam.* qo loco cur *materiam* pro *natura poſuerit* Clariſſimus Caſavbonus *ad Baron. appar.* neſcio.

§. 25. Πόσα καθὰ τὸν αὐτὸν ἀκριβαῖον χρόνον] Si conſideraveris, inqit, qàm multiplicia variáqe uno eodémqe temporis momento in mundo minore tuo anima exeqatur, minùs miraberis Deum ſive animam univerſi in mundo majore illo tam innumeris peragendis ſufficere. à minore iſto ad majorem illum ratiocinatur, ſicut iſtic; ità & *l.* 4. §. 27. Vide & *ſuprà* §. 4. Epictetus *l.* 1. *c.* 14. Ἀλλὰ σὺ μὲν περὶ τῆς θείας διοικήσεως, καὶ περὶ ἑκάστε τῶν θείων ὁμῦ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐνθυμεῖσθαι δύνασαι, καὶ ἅμα μὲν αἰσθητικῶς ἀπὸ μυρίων πραγμάτων κινεῖσθαι, ἅμα δὲ διανοητικῶς, ἅμα δὲ τοῖς μὲν συγκαταθετικῶς, τοῖς δὲ ἀναιτιήτως ἢ ἐφεκτικῶς; τύπως τε τοσούτως ἀφ' ἑνὸς πολλῶν πραγμάτων ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ φυλάττεις, καὶ ἀπ' αὐτῶν κινήσεις εἰς ἐπινοίας ὁμοειδεῖς ἐμπίπτεις τοῖς πρώτοις τετυπωκόσι. τέχνας τε ἄλλας ἐπ' ἄλλαις, καὶ μνήμας ἀπὸ μυρίων πραγμάτων διατώζεις. ὁ δὲ θεὸς οὐχ οἷός τέ ἐστι πάντα ἐφορᾶν, καὶ πᾶσι συμπαρεῖναι, καὶ ἀπὸ πάντων τινὰ ἴσχειν διάδοσιν. *Cum tu de gubernatione divina, & rebus tam divinis qàm humanis ſimul omnibus cogitationem ſuſcipere, eadémqe operâ ab infinitis rebus ſimul & ſenſu & cogitatione moveri, qibuſdam aſſentiri, qadam abnuere, de nonnullis amplius deliberandum cenſere poſſis; tu tot formas tam multarum & variarum rerum tuo in animo cuſtodias, qibus impellentibus in eas cogitationes incidis qæ primis imaginibus conſentiant; tu artes alias atqe alias & infinitarum rerum memoriam conſerves: Deus verò omnia intueri, omnibus rebus adeſſe, & ab omnibus aliqam ſumere partem non poteſt?* Habet & Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 5. ſed valde depravata.

§. 26. Μήτι κατεντευκόμενος] omiſit planè Xylander. *annon mente eſt in re defixâ* Caſavbonus. imo, *num cum vocis intenſione*, ſive *contentione, literas ſingulas proferres?* affirmatè interrogat, & interrogando negat. non ità proferres. qorſum enim? μήτε, *num.* ut *l.* 5. §. 28. & *infrà* §. 42. κατεντείνεσθαι *intendere, contendere vehementer.* ut *l.* 4. §. 3. μηδὲ κατεντείνε.

Τί οὖν ἐὰν ὀργίζωνται] *de vocabuli ſcriptura litem moveant,* &c. Caſavbonus. *ſi qi iraſcuntur* Xylander. qaſi hypotheſin de nominis ſcriptura non continuet his verbis, ſed propoſito ſuo accommodet. Verùm aliò trahit illud χραμμάτων, pro qo ille πραγμάτων minùs neceſſariò ſubſtituit.

Πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων] Vide *ad l.* 3. §. 1. Τὰς τῦ καθήκοντος ἀριθμὰς ἀναπλῆρου. *Officii ſui numeros omnes abſolvere.*

Μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα] qod *l.* 5. §. 33. ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι. *Suſtineas eos, eiſdemqe abſtineas.* Ità de Domino Chriſto Petrus *Epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 23. Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει. *Qi convicciis affectus non viciſſim convitiabatur.* Hoc eſt qod Pavlus *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τῦ κακῦ. *Ne vincitor à malo.* Gvido Carthuſianus *meditat. c.* 1. *Cur rapis in te id qod in alio tibi diſplicet? iram ſcilicet. iraſceris ergò, qia ille iraſcitur. imò jam tibi iraſcere, qia iraſceris. Si ira ipſa tibi verè diſpliceret, non admitteres illam, ſed fugeres & fugares.* Et *cap.* 15. *Turbaris, qia ego turbatus ſum. turbatus turbatum reprehendis. ego qidem corrigor, nec ampliùs hoc malum faciam. tu autem qid facies de hoc tuo vitio, qo non ſolùm mihi mederi non vales, ſed nec ferre ſalutem potes?* Et *c.* 16. *Charitate, ſapientiâ repletur frater, nec communicas. irâ, odio, furore repletur, nec evadere potes qin communices. inſanus ſanis indiget, qi eum vel ſervent vel curent. Cogita, ſi omnes homines irâ ſemper & inſaniâ urgerentur, qid tibi agendum eſſet. nunqid ideo turbari deberes: cur ergò, cùm unus aliqando turbatur, turbaris? medicinam ei debes, non turbationem. qomodo enim inſaniendo curetur?* Vide *ſuprà* §. 6. & *infrà* §. 30. & *l.* 7. §. 65. & *l.* 11. §. 18.

Περαίνειν ὁδῷ] Vide *ad l.* 1. §. 9. & *l.* 4. §. 18. & *l.* 5. §. 3. & 14.

§. 27. Πῶς ὠμόν ἐστι] imò, Πῶς οὐκ ὠμόν ἐστι; Sive Ὠμόν πως ἐστί. alterutrum Marcum ſcripſiſſe certiſſimum eſt. illud Caſavbonus, hoc Xylander ſecutus eſt. Adi *lib. hujus* §. 57.

Ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα] Ariſtoteles *Topic. l.* 3. *c.* 1. Πάντα γὰρ τῦ ἀγαθῦ ἐφίεται. *Omnia enim expetunt ipſum bonum.* & latiùs *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 1. Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ. διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται. *Omnis ars, omniſque dicendi via, actio item atqe electio bonum qoddam expetere videtur. Qapropter bene id eſſe bonum ipſum aſſeruerunt, qod omnia expetunt.* Sed diſtinctiùs clariúſque, prout Marcus iſtic; *ibidem. l.* 3. *c.* 5. Πάντες ἐφίενται τῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, καὶ τῦτο χάριν πάντα πράττουσι πάντες. *Omnes appetunt qod videtur bonum, & hujus gratiâ omnes omnia faciunt.* Hoc eſt qod ſchola, *Nihil appetitur, niſi ſub ſpecie & ratione boni.* Epictetus *l.* 3. *c.* 7. Ὡς ἀδύνατόν ἐστι τῷ

* *Ita legendum ex Athenæo monuit Lipſius* Phyſ. Stoic. l. 1. c. 6.

καὶ συμφέροντα. καί τοι τρόπον τινὰ ὁ συγχωρεῖς αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτεῖς ὅτι ἁμαρτάνουσι. Φέρον γὰρ πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα καὶ συμφέροντα αὐτοῖς. ἀλλ' οὐκ ἔχει οὕτως. διδασκε, καὶ [a] δείκνυε [c] μὴ ἀγανακτῶν.

a L. 11. §. 18.
b L. 10. §. 4.
c L. 11. §. 13.
d L. 9. §. 21.
e L. 3. §. 16. Sup. §. 16.
f L. 2. §. 2.
g L. 3. §. 3.
h L. 1. §. 17.
i L. 5. §. 9. l. 12. §. 15.
k L. 5. §. 16.

§. 28. Θάνατος [d] ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς [e] ἀνλιτυπίας, καὶ ὁρμητικῆς [f] νευροσπασείας, καὶ διανοητικῆς διεξόδου, καὶ [g] τῆς πρὸς τὰ σάρκα λειτουργίας.

§. 28. Mors finem imponit sensuum impressioni, & affectuum impulsui, & mentis discursui, & obeundo circa carnem ministerio.

§. 29. Αἰσχρόν ἐστι, ἐν ᾧ βίῳ [h] τὸ σῶμά σοι μὴ ἀπαυδᾷ, ἐν τούτῳ [i] τῷ ψυχῷ προαπαυδᾶν.

§. 29. Turpe est in vitæ tuæ instituto, priùs animam tibi deficere, qàm corpus deficiat.

§. 30. Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, [k] μὴ βαφῇς. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα ἐνδέχεται. ἁπλοῦν καὶ αἰδήμονα εἶναι δεῖ τὸν ἐπὶ τοῦ πράγματος ἑστῶτα. ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, μὴ βαφῇς. ἀπόκλινον πρὸς τὸ ἁπλοῦν, πρὸς τὸ ἀκέραιον, πρὸς τὸ σεμνόν· πρὸς τὸ ἀποστεργητικὸν τῶν ἡδονῶν, ἐὰν δύνῃ, πρὸς τὸ ἀφόβητον καὶ εὐθυμητικόν· καὶ ἐὰν δέῃ ποτὲ κοινωνῆσαι τῷ βίῳ, ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, μὴ βαφῇς.

§. 30. Cave nè in mores Cæsareos transeas, nè in-

ANNOTATIONES.

τῷ ψευδεῖ φαινομένῳ συγκατατίθεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς ἀποτρέπουσαι. Sed & *l.* 12. §. 15. Hoc est quod de gymnasta Galenus ὑγιεινῶν *l.* 2. *c.* 7. Εἶναι δηλονότι χρὴ τὸν γυμαζόμενον, ὅτε θυμικὸν, ὡς ἔτι προθυμεῖσθαι, καμνόντος ἤδη τῆς δυνάμεως, ὅτ' ἄθυμον, ὡς ἀπαγορεύειν, ὡς ἔτι ποιεῖν δυνάμενον. *Porrò expedit neque pavlò animosiorem esse qi exercitatur, ut lassis jam viribus etiam exercitari cupiat: neque ignavum, qi integris adhuc viribus laborem tamen detrectet.* Idémque Plutarchus *de sen. politic. pag.* 783. *E.* Ὧν προσποιήσεται τὸ φιάνθρωπον καὶ φιλόκαλον, καὶ προαπαυδᾷ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐπιθυμίας ὁ τῶν καλῶν ζῆλος, ὡς τὰ πρακτικὰ μέρη καὶ θεῖα τῆς ψυχῆς ἐξιτηλότερα τῶν παθητικῶν καὶ σωματικῶν ἐχούσης. ὅπερ οὐδὲ λέγειν καλὸν, οὐδὲ ἀποδέχεσθαι τῶν λεγόντων, ὡς περιδαίνοντες μόνοι ὑ κοσμοῦμεν. *Si qi sunt qorum ante corpus emoritur humanitatis bŏnestatisque studium, priusque elanguescit pulcri emulatio qàm necessariarum rerum appetitio: qorum animi facultatem ad agendum destinatam ac divinam corporea & affectibus obnoxia habent imbecilliorem. Neque verò nobis audiendi sunt, qi omnibus aliis rebus, solo lucro faciundo nos non defatigari ajunt.* Philo in *vit. Mos. l.* 1. *pag.* 608. *D.* Ὅς ἐν βραχεῖ τὰ σώματα αὐτοῖς ἀπαγορεύειν, ἅτε καὶ τῆς ψυχῆς προαπαπηδήσης. *Ut brevi primum animi, mox & corpora deficerent.* Atqi hoc turpe nimìs censet Marcus noster, animum concidere, dum corpori vires ullæ suppetunt. Vult itaqe qod vulgò dici solet, *In actu moriendum.* Hoc enim præcipiunt Stoici. Seneca *Epist.* 8. *Ubi præcepta illa vestra, qa imperant in acta mori?* Et *de otio Sapient. c.* 1. *Certè Stoici vestri dicunt? Usqe ad ultimum vitæ finem in actu erimus: non desinemus communi bonŏ operam dare, adjuvare singulos, opem ferre etiam inimicis, mente, manu.* (ità *Lipsius*) *nos sumus, qi nullis annis vacationem damus;* & *qod ait ille vir disertissimus,* (Virgilius *Æn. l.* 9.) *de Latinis.*

Canitiem galeâ premimus —

nos sumus apud qos usqe eò nihil ante mortem otiosum est, ut si res patitur, non sit ipsa mors otiosa. Vide *l.* 7. §. 73. Cicero *de senect. Senectus non modò languida & iners non sit, verùm etiam sit operosa, & semper pro eis, qas habet, viribus, agens aliqid & moliens.*

§. 30. Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς] hoc est, *cave* nè postqam ad imperium adscitus fueris, instituti pristini vitæqe philosophicæ oblitus, qasi Cæsarianus qidam efficiaris, & *in Cæsarum mores totus transeas.* qales avtem Cæsares atqe Imperatores Romani plerique extiterint, & qomodo sese in imperio gesserint, notius est, qàm ut dicto opus sit: & obliqè notat Marcus ipse, *lib.* 1. §. 11. Certè de Marco Petrarcha *lib. de Imper. offic. Philosophicum maluit qàm Cæsareum cognomen.* Et Evtropius: *Ad nullam insolentiam elatus est imperii fastigio.* ECapitolinus, *Sŏos mores semper tenuit.* Sed omnium disertissimè Aristides *Orat. in Marc. pag.* 113. ubi Pavsaniæ mores adversos planè describserat, Ὁ δ', inqit, ἐπίδειξον, ὅτι καὶ ἰδιώτην ὄντα καὶ βασιλέα οἷόν τε ἐστὶ τὸν αὐτὸν εἶναι διὰ τέλους. τοιοῦτον μὲν πρὸ τῆς βασιλείας παρασχὼν ἑαυτὸν, ὥστε δικαίως ἀξιωθῆναι ταύτης. ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ οὐκ ἐκτὰς ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ τῷ καὶ λόγῳ χρώμενον. *Verùm rex noster & privato licere & regi, eundem perpetuò manere, apertissimè demonstravit, qi tum ante regnum talem se prabuit, ut eo dignus meritò judicaretur, tum in regno, à seipso non declinans, sed eadem animi sententiâ & moribus iisdem usus.* Ἀποκαισαρεῖσθαι vocabulum Marco confictum, prout *Charmidari* & *Recharmidari* Plavto, *Trinum. act.* 4. *Sc.* 2.

Proin tu te itidem ut Charmidatus es, rursum recharmida.

sicut enim *Recharmidari* Comico, est *in Charmidem reverti*; ità ἀποκαισαρεῖσθαι, pro eo qod est, in *Cæsarem converti, Cæsarem*, sive *Cæsarianum fieri, in mores Cæsarianos transire* Marco istic novè dictum; sed eâdem analogiâ, qâ ἀποσαρκεῖσθαι, *in carnem concrescere*, Aristoteli *probl. l.* 1. *q.* 53, & *l.* 5. *q.* 34. qâ ἀποθηριοῦσθαι, *feram bestiam fieri*, Polybio *l.* 1. Et Epicteto *l.* 1. *c.* 5. qâ ἀποδενδρεῖσθαι, *in stirpis*, sive, *arboris naturam transire*; qod de eis Plotinus extulit qi facultati altrici excolendæ toti se dedunt: Svidas in Κόσμος. de Daphne in arborem conversa, Lucianus *hist. ver. l.* 1. de he-

inficiaris. Solet enim hoc fieri. itaqe ſerva te ! *βαφῇς. γίνεται γὰρ. τήρησαι* * *ἐν σεαυ-* *-τοι Lug.
-πὸν

ANNOTATIONES.

hédera uſurpavit, Theophraſtus *hiſt. plant. l.* 3. *c.* 18. *arborem fieri*, vertit Plinius *l.* 16. *c.* 34. & *ἀποκιτ]ῶσθαι, hederaſcere*, ſive *hederam fieri*; his eiſdem *ibidem.* & *ἀποπαππῶσθαι, in pappos converti*; eidem Theophraſto *l.* 7. *c.* 11. qâ *ἀποκολάπτεσθαι*, Avtori *de mundo c.* 3. qod *ſinuari*, Apulejus, ſive, *in ſinus abſumi*; qâ *ἀπογῆσθαι, in terram redigi*, Philoni *de mund. immort. ἀπολιθῶσθαι, in lapidem tranſire*, Ariſtoteli, *problem. l.* 24. *ϛ.* 11. qod de Academicis Epictetus *l.* 1. *c.* 5. *ἀποκυρῶσθαι, igniri*, Avtori *de mund. c.* 4. & *ἀποκαπνῶσθαι, in carbones redigi*, Luciano *dial. marin.* 10. qâ deniqe *ἀποθεῶσθαι, Deum fieri*; qo modo Amelius apud Theodoretum *therap. tom.* 4. *l.* 2. *pag.* 500. *D.* Ἀμέλιος καὶ ἀπολυθέντα πάλιν ἀποθεῶσθαι καὶ θεὸν εἶναι, διὸ καὶ πρὸ τοῦ εἰς τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν ἄνθρωπον καταχθῆναι. *Cumque morte obitâ ſolveretur, rurſus ad divinitatem rediiſſe, Deumque eſſe, qalis videlicet prius fuerit qam in carneum corpus, hominémque deſcenderet.* ſive, *inter Deos ferri*: qi Romanorum Imperatoribus honos haberi ſolitus. unde de noſtro Lucianus in *Pſeudomant.* Θεὸς Μάρκος ἤδη. & Tertullianus *apolog. c.* 34. *Maledictum eſt ante apotheoſin Deum Cæſarem nuncupare.* alluſit eò Seneca cùm Clavdio illudens *ἀποκολοκύνθωσιν* tanqam *ἀποθέωσιν* dixit, idqe tituli Satyræ ſuæ in ejuſdem obitum conſcriptæ dedit, ut Dio Caſſius teſtatur *l.* 60. de qo videndus V. Cl. Heinſius. Fruſtrà ſiqidem eſt hîc Xylander cùm *τῷ ἀποκαισαρεῦσθαι* ſuſpicatur ſignificari, *imperio aut rerum ſummâ deponi.* qem tamen ſecutus eſt Joannes Mevrſius in *Lexic. Græcobarb.* ubi *τὸ ἀποκαισαρεῦσθαι*, adducto etiam Marci loco hoc ipſo, *à Cæſaris dignitate dejici*, expónit. Sed & Annotator Lugdunenſis *de Cæſaris ſtatu dejici.* ut *ἀποκαισαρεῦσθαι* ſit *imperium amittere*, ac *Cæſareatu qaſi deveſtiri*; qomodo *ἀποπαρθενεύσθαι* ſive *ἀποπαρθενεύεσθαι* Hippocrati *de aer. loc.* & *aq.* eſt *virginitatem deponere*, ſive *devirginari*, ut Petronius loqitur. & qomodo *ἀπολειτουργῆσαι* Marco *l.* 10. §. 21. *munere defunctum eſſe*, & *ab eodem jam ceſſare.* cùm eandem in iſtis *τὸ ἀπὸ* vim obtineat, qàm *τὸ ἐξ* huic finitimum in illis, *ἐξυδατοῦσθαι, in aqam liqeſcere*, Dioſcoridi *l.* 1. *c.* 88. *ἐξελαιοῦσθαι, in oleum verti*, Theophraſto *de cauſ. plant. l.* 6. *c.* 9. & 11. *ἐξαερεῦσθαι in aërem abire*, cùm eidem *l.* 1. *c.* 27. tum & Luciano *de mort. Peregr.* & Hippocrati *de nat. infant. ἐκπυρῶσθαι, igniri*, & *in ignem tranſire*: unde *ἐκπύρωσις* Stoica, qâ avtumabant illi fore, ut ignis tandem omnia abſumeret, & in ſubſtantiam ſuam rediqeret; qod *εἰς ἑαυτὸ μεταβαλεῖν καὶ ἐκλαμβάνειν* Plutarchus dixit, *de eſu carn.* 1. & *de commun. notion. c.* 27. *ἐξανδρεῦσθαι, virum fieri, in virum evadere*; Svidas. qod idem *ἀπανδρεῦσθαι*, in *virum evadere ex puero*, Clemens *Strom. l.* 1. *in virum ex fœmina converti*, dixit Theodorus in *Theolog. Orient. ἐξανδραποδίζεσθαι, ex libero in ſervitutem redigi*, Plutarchus *Anton. ἐκθεῶσθαι* deniqe, *Deum evadere*, Clemens *pædag. l.* 1. *c.* 12. nec aliâ ratione *unciones exaluminati*, pro *alumine tincti*, Plinio dicti *l.* 10. *c.* 35.

Μὴ βαφῇς] *nè mergaris & obruaris* Xylander. imò *nè tingaris, nè inficiaris:* nè mores avlici *genuinum animi candorem obfuſcent:* qod *inqinamentum combibere*, Septimius dixit, *de ſpectac. c.* 14.

Ὡς ὅτε τίς τ' ἐλίφαντα γυνὴ φοίνικι μίγνῃ.
Veluti qando aliqa ebur mulier purpurâ tinxerit.

ut Homerus loqitur *Il. δ. v.* 141. i. ut Maro *Æn. l.* 12.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si qis ebur. ——

qod nos diceremus, **that pou be not ſtained.** nam qod Græci *μιαίνειν* & *βάπτειν*, nos dicimus **to ſtain.** Eum avtem Homeri locum reſpexit Plutarchus *de EI Delph.* ubi dixit, eâdem uſus, qâ hîc metaphoricè Marcus, voce; Τὸ ἓν εἰλικρινὲς καὶ καθαρόν. ἑτέρῳ γὰρ μίξει πρὸς ἕτερον ὁ μιασμός. ὅθεν καὶ τὸν Ὅμηρον ἐλίφαντά τινα φοινισσόμενον βαφῇ μιαίνεσθαί φησι. καὶ τὰ μεγίστιμα τῶν χρωμάτων οἱ βαφεῖς φθείρεσθαι, καὶ φθορὰν τὴν μίξιν ὀνομάζουσι. *Unum avtem qod eſt, ſincerum eſt, & mixtionis purum; alterius qippe cum altero mixtione res contaminantur: qo pacto Homerus maqari ait puniceo colore ebur tinctum, & infectores colorum mixtos corrumpi, mixtionem corruptelam nominant.* Unde emaculandus avtor idem in *Sympoſ. l.* 8. *c.* 5. Πάντα τὰ μεμιγμένα τῶν ἀμίκτων ἐπισφαλέστερα πρὸς σῆψιν ἐστι. ποιεῖ γὰρ ἡ μίξις μάχην, ἡ δὲ μάχη μεταβολήν. μεταβολὴ δέ τις ἡ σῆψις. διὸ τὰς τε μίξεις τῶν χρωμάτων οἱ ζωγράφοι φθορὰς ὀνομάζουσι, καὶ τὸ βάψαι δεῖνα κίκλωπα ὁ ποιητής. *Qum omnia mixta ſinceris facilius putreſcant, mixtione pugnam, hac mutationem inferente. Eſt avtem putrefactio de mutationum genere, ideoqe pictores colorum mixtiones corruptelæ nomine afficiunt, & tingere polluere Poeta extulit.* μιῆναι legendum. Sicut & Latinis itidem *tingere, inficere*, & colore aliqo *tincta* dicuntur *infecta*. Idem in *Roman. problem c.* 26. Μόνον ἂν τὸ λευκὸν, ἀλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀμίαντόν ἐστι βαφῇ καὶ ἀμίμητον. *Solum itaqe album ſincerum eſt, mixturaqe expers, purum & tinctură non imitabile.* Sed & Porphyrius *de abſtinent. l.* 4. §. 20. Καὶ ὁ μολυσμὸς καὶ ἡ μίανσις δηλοῖ τὴν μίξιν τῶν ἑτεροχειῶν πρὸς ἕτερον. καὶ μάλισθ' ὅταν δυσέκνιπτον γένηται. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν βαμμάτων, ἃ δὴ διὰ μίξεων συνίστασθαι, εἶδος ἄλλου ἄλλῳ συμπλεκομένου, μιαίνειν φασιν.

A Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλίφαντα γυνὴ φοίνικι μίγνῃ.
καὶ ἔμπαλιν τὰς μίξεις φθορὰς οἱ ζωγράφοι λέγουσιν. ἡ δὲ σύγχυσις τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, ἄφθαρτον καὶ ἀκεραίους καὶ ἀκήρατον. *Pollutio & inqinamentum ſignificat aliqo modo heterogenei cum alio mixtionem, præſertim cum hoc diverſi generis difficile eluitur. Unde in tincturis, qæ mixtione conſtant, qando una cum alia commiſcetur ſpecies, hoc dicunt inficere.*

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si qis ebur.

Et rurſus, pictores colorum mixturas φθορὰς, id eſt, corruptiones vocant. Conſvetudine etiam receptum eſt, ut immixtum & purum incorruptum dicamus, & ſincerum immortale appellemus. Eâdem hac metaphorâ uſus eſt Marcus *l.* 5. §. 16. ubi dixit; *βάπτεται γὰρ ὑπὸ τῶν φαντασιῶν ἡ ψυχή. Imbuitur enim cogitationibus anima.* & *l.* 3. §. 4. ſed in partem meliorem acceptâ, ubi de viro bono, *δικαιοσύνῃ βεβαμμένον εἰς βάθος, juſtitiâ penitùs imbutum.* Vult ergò *καθαρὰν μίανσιν διάνοιαν, mentem ſervari puram*, ut *l.* 8. §. 51. avt, ut mox ſeſe ipſe explicat, *ἁπλῆν καὶ ἀκέραιον, ſimplicem & integram.* Seneca *Epiſt.* 59. *Elui difficile eſt. non enim inqinati ſumus, ſed infecti*, id eſt, *οὐ μεμιαγμένοι, ἀλλὰ βεβαμμένοι.*

B Γίνεται γὰρ] ſcilicet vulgari dicterio dicitur, *Honores mutant mores.* Polybius (Svidâ in v. *καθικόμενοι* & *παραπόδας* citante) Πάντας μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς καὶ φίλους προσαγορεύουσι καὶ συμμάχους τοὺς κοινωνήσαντας τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. καθικόμενοι δὲ τῶν πράξεων παραπόδας οὐ συμμαχικῶς ἀλλὰ δεσποτικῶς χρῶνται τοῖς πιστεύσασιν (ità enim iſta legendum avtumo). *Omnes enim Reges, & amicos, & ſocios vocant illos, qi ejuſdem ſpei fuerant ſocii. Sed rerum, qas affectabant, potiti, è veſtigio eos, qi ipſis crediderunt, non ut ſocios: ſed ut ſervos tyrannicè tractant.* Πρὸ μὲν τῆς βασιλείας χαρίεν τι καὶ μέτριον ἑαυτῷ ἐμφαίνουσι ἑαυτοῦ. βασιλεὺς δὲ ἀποδειχθέντα, χαλεπὸν καὶ βίαιον εἶναι περὶ τοὺς ἀρχομένους. *Neqe cum ante regnum adeptum benignè & moderatè ſe geſſerit, eo comparato difficilem ſe & violentum præſtare ſubjectis.* inqit Ariſtides *Orat in Marc. Tom.* 1. *pag.* 112. Qi & vitium hoc notat in Pavſania Cleombroti F. Ὃς ὅσον μένειν, ἐδύνατο σωφρονεῖν. *Qi dum domi manebat, modeſtè ſe gerebat.* at imperator deſignatus, & cum imperio foràs agens, Ἐπελάνθανε μὲν τῶν ὅσον, ἐπελάνθανε δὲ αὐτοῦ. παντὶ δὲ μᾶλλον ἐῴκει, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ χαλεπὸς μὲν ὢν καὶ βίαιος περὶ τοὺς συμμάχους. ἀκόλαστος δὲ καὶ ὑβριστὴς περὶ τὴν δίαιταν. τυραννικὸς δὲ περὶ τὸν τρόπον. *Et patriæ & ſui oblitus eſt, ut qidvis potius qàm Spartanus videretur, cùm & erga ſocios violentus eſſet, & in convictu protervus atqe injurius, & moribus planè tyrannicis.* Graphicè verò admodum idem *χαρακτηρίζει* Evripides in *Iphigen. Avlidenſ.* ſub perſona Menelai Agamemnonem alloqentis:

C Ὅισθ', ὅτ' ἐστράτευες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον
Τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βέλεσθαι θέλων,
Ὡς ταπεινὸς ἦς, ἀπάτης δεξιᾶς προσθιγγάνων,
Καὶ θύρας ἔχων ἀκλείστους τῷ θέλοντι δημοτῶν,
Καὶ δίδους πρόσρησιν ἐξῆς πᾶσι, κ' οἱ μήτις θέλοι,
Τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου.
Κᾆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς, μεταβαλὼν ἄλλως τρόπους,
Τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος,
Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλεῖθρον σπάνιος. ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
Τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεθιστάναι,
Ἀλλὰ τῷ βίῳ σαίνειν τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
Ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δύνατός ἐσθ' ἑαυτῷ.
Scis, puto, Trojam potentis principatum Gracia
Velle cùm nolles videri, maximè velles tamen,
Ut modeſtus, & benignus, dexteras prenſaveris.
Tunc tuæ ſemper patebant civibus cunctis fores.
His dabas reſponſa blandus, hos ſalutabas prior;
Moribus tibi qò paraxes gloriam in medio ſitam.
Nunc ſed imperii poſito vertitur vita modus:
Non amicos nunc priores, ut ſolebas, diligis:
Durus inprimis adiri, nec freqens inter larem.
Non decet mutare mores magna curantem virum,
Cujus hoc magis probanda tunc amicis eſt fides,
Qo magis florens amicis adjuvandis ſufficit.

Grotius. Scilicet, qod Menander in *Gubernat.* à Priſciano *l.* 18. relatus.

D Ἐπελάθετ' αὐτὸν ὅστις ἦν.
Oblitus eſt ſe ipſe, qi eſſet.

(vide *l.* 9. §. 3.) qod de Largio Macedone Plinius minor. *l.* 3. *Ep.* 14. *Superbus dominus & ſævus, & qi ſerviſſe patrem ſuum parùm, imò minimùm, meminiſſet.* Ità, qod Martialis. *l.* 11. *Ep.* 6.

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.

Et Avguſtinus *homil.* 13. & *conc. ſolenn.* 205. Apoſtoli illa *ad Tim. Ep.* 1. *c.* 6. *v.* 17. Τοῖς πλουσίοις παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, *Iis, qi divites ſunt, denuntia, ne efferantur animo.* reſpiciens: *Primus ac peculiaris divitiarum vermis eſt ſuperbia.* Idémqe *conc. ſolenn.* 212. *Morbus divitiarum ſuperbia. grandis animus, qi inter divitias iſto morbo non tenetur. magnus dives eſt, & major divitiis ſuis, qi non ideo magnum ſe putat, dives*

a L. 7. §. 31. τὴν ἁπλῆν, ἀγαθὴν, ἀκέραιον, σεμνὴν, b ἄ-
b L. 3. §. 5.
c L. 10. §. 8. κομψὸν, & δικαίᾳ φίλον, θεοσεβῆ, εὐμενῆ, φι-
d L. 5. §. 9. λόστοργον, ἐρρωμένον πρὸς τὰ πρέποντα ἔργα. c ἀ-
e L. 5. §. 21. 33. l. 7. §. 31. γώνισαι, ἵνα πιστῷ συμμείνῃς d, οἷόν σε ἠθέλησε
f L. 5. §. 20. 36. l. 7. §. 46. ποιῆσαι Φιλοσοφία. e διὸ θεὸν, f σώζε ἀνθρώπους.
g L. 2. §. 4. 17. g βραχὺς ὁ βίος. εἷς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς,

simplicem, bonum, integrum, gravem, serium, justi amantem, pium, placidum, affectu genuino præditum, in officio præstando strenuum. contende, talis ut persistas, qualem facere te philosophia volebat. Deos verere, homines tuere. brevis est vita. fructus unus hic terrestris vitæ istius,

dispo-

ANNOTATIONES.

est. Οἱ γὰρ πολλοὶ, κἂν αὐτὸ μόνον αὔρα βραχεῖά τινος ἐυτυχίας πρόσπιπτῃ, φυσῶσι καὶ πτίσσι μεγάλα, καταλαζονευόμενοι τῶν ἀφανεστέρων, καὶ ἀθάρματα καὶ παρηνοχλήματα καὶ γῆς ἄχθη, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀποκαλοῦσι, ὥσπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς ἐυφραγίας ἐν βεβαίῳ παρ' αὐτοῖς ἤν μάλα σφραγισάμενοι, μηδὲ μίχρι τῆς ὑστεραίας ἴσως διαμενοῦντες ἐν ὁμοίῳ. *Cæteri mortales, si vel levis aura felicitatis aspirat, instantur, & immane spirant, superbè illudentes obscurioribus, appellando piaculares, conturbatores, onera terræ, aliisque verborum contumeliis, tanquam suâ felicitate probè constabilitâ, munitâque, fortassè ne in crastinum quidem eodem statu mansuri.* Philo *de vit. Moſis l.* 1. *pag.* 607. *B.* de talibus & Sosiphanes apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 22.

Ἂν δ' ἐυτυχῆτε, μηδὲν ὄντες, ἐυθέως
Ἴσ' ἡμῖν φρονεῖτε —
Si faverit fortuna, cùm sitis nihil,
Cælo levatis capita. —

Pium itaque illud Placillæ Imperatricis Theodosio conjugi datum monitum, Ἀεί σε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. *Semper cogitare debes mi vir, quid prius fueris & nunc sis.* Theodoretus *hist. Eccles. l.* 5. *c.* 18. Vide *ad l.* 10. §. 19.

Τήρησον σεαυτὸν ἁπλῆν, ἀγαθὴν] Vide *l.* 2. §. 17. Pavlus Timotheo, *Epist.* 1. *c.* 5. *v.* 22. Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. *Temetipsum castum conserva.* & Jacobus *c.* 1. *v.* 27. Ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν. *Immaculatum sese conservare.* & Joannes *Epist.* 1. *c.* 5. *v.* 18. Τηρεῖ ἑαυτόν. *Conservat seipsum.* Epictetus *l.* 2. *c.* 8. Τί δ' ὅτι οὐ μόνον σε κατεσκεύασεν, ἀλλὰ καί σοι μόνῳ ἐπίστευσε καὶ παρεκατέθετο, οὐδὲ τοῦτο οὐ μεμνήσῃ; ἀλλὰ καὶ κατισχύσεις τὴν ἐπιτροπήν; εἰ δέ σοι ἀφανῆ τινα ὁ θεὸς παρέθετο, ἆρας ἂν αὐτῷ ἠμέλεις; παραδέδωκέ σοι σεαυτὸν, καὶ λέγει, Τοῦτόν μοι φύλαττε τοιοῦτον, οἷος πέφυκεν, αἰδήμονα, πιστὸν, ὑψηλὸν, ἀκατάπληκτον, ἀταράχου. εἶτα σὺ οὐ φυλάσσεις; *Quid porrò, quod te non modò fecit, sed & sua dona tibi soli credidit, penes te depositi? Ne hoc quidem recordabere, sed & in fideicommisso ignominiam suscipies? At verò si quem tibi pupillum tradidisset, ita eum negligeres? Tradidit tibi temetipsum, & dicis: hunc mihi conserva talem, qualis suâ naturâ est, verecundum, fidelem, sublimem, imperterritum, perturbatione tumultuque vacuum. Tu verò non conservas.*

Ἄκομψον] Vide *l.* 3. §. 5.

Ἀγώνισαι, ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς] Est hîc revera, si dextrè accipias, ὁ καλὸς ἀγὼν ille, quem decertare Timotheum hortatur Apostolus; decertâsse jam se testatur ipse. Ἀγωνίζω, inquit, τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως. *Decerta præclarum illud certamen fidei. Epist.* 1. *c.* 6. *v.* 12. &, Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. *Certamen illud præclarum decertavi. Ep.* 2. *c.* 4. *v.* 7. neque enim sine certamine jugi sedulòque ad salutem pertingitur. Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν. *Contendite intrare.* inquit Dominus; Lucæ *c.* 13. *v.* 24.

— *labor ad nitendum intrare volenti.*

Silius *bell. Punic. l.* 15.

Ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς] Ità *l.* 10. §. 8. Μήποτε μετονομάζῃ καὶ ἀπολλύοις. *Ne quando transnomineris & amittas.* Plinius minor *l.* 1. *Ep.* 23. *Tuam personam tibi imponas: qa sapienti viro ità aptanda est, ut perferatur.*

Αἰδοῦ θεούς.] Numinis reverentia jure merito primas hîc obtinet, utpote quæ sit *sapientia*, non תחלה *principium* duntaxat, *Prov. c.* 9. *v.* 10. sed & ראשית *caput, principale*, ac *præcipuum*; *Prov. c.* 1. *v.* 7. imò *sapientia ipsa*; Job. *c.* 28. *v.* 28. & *summa totius. Eccles. c.* 12. *v.* 13. Itaque exigenda vita cuique μετὰ αἰδοῦς θεοῦ καὶ εὐλαβείας, *cum verecundia & reverentia.* Apostolus *ad Hebr. c.* 12. *v.* 32. atque ut Silius *bell. Punic. l.* 15.

Idem justitiæ cultor, quæcunque capesses,
Testes factorum stare arbitrabere divos.
Nam mihi pro certo constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi. neque bonum neque malum facimus cujusque pro nihilo haberi, sed ex natura diversa præmia bonos malosque sequi. Salustius *ad Cæsar.* & Juvencus *hist. Evang.*

Nil absente Deo loquimur: nil abdita clavsum
Pectoris antra tegunt. cernit Deus omnia præsens.

Prudentius *cathemer. hymn.* 2.

Speculator adstat desuper:
Qi nos diebus omnibus,
Actúsque nostros prospicit,
A luce prima in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, qicqid est,
Humana qod mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

A Avgustinus *de verb. Dom. Orat.* 10. *Oculum in te non intendit Juum, qi fecit tuum?* Plavtus *Captiv.* 2. 2.

Est profectò Deus, qi qa nos gerimus, audítque & videt.
Is ità tu me hic habueris, proinde tuum illic cuncaverit.
Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit.

Boethius *consol. l.* 5. *extremo*: *Manet etiam spectator desuper cunctorum præscius Deus, visionisque ejus præsens semper æternitas cum nostrorum actuum futura qalitate concurrit, bonis præmia, malis supplicia dispensans. aversamini igitur vitia, colite virtutes. magna nobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis judicis cuncta cernentis.* Av-
B tor *Oculi moralis*, sive is Robertus Capito Lincoln. sive qis alius; *c.* 15. §. 2. ubi Bernardi illud adduxerat; *Qovis loco, qovis angulo reverentiam habe angelo, qi te custodit, nè ille præsente facere audeas, qod me præsente non auderes. Hic est*, inqit, *magni consilii Angelus, cui patens est omnis angulus. Unde qidam*;

Cùm qid turpe paras, qod me spectante ruberes,
Cur, spectante Deo, non magis inde rubes?

Vide *l.* 1. §. 4. & *l.* 2. §. 11. & *l.* 11. §. 26. & *l* 12. §. 2.

Σῶζε ἀνθρώπους] Qvidius *Ponti l.* 2. *el.* 9.

Regia crede mihi, res est succurrere lapsis:
Convenit & tanto, qantus es ipse, viro.
Conveniens homini est, hominem servare, voluptas:
Et melius nullâ qæritur arte favor.

Hac enim ratione fit, ut juxta paræmiam à Svida in literas relatam, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον efficiatur. Marcus noster, prout à Juliano in *Cæsaribus pag.* 91. inducitur, à Sileno interrogatus, Τί κάλλιστον ἐδόκει τῷ βίῳ τέλος εἶναι. *Qis pulcerrimus vita finis esse visus est?* respondit, Τὸ μιμεῖσθαι τοὺς θεούς. *Deos imitari.* Et secundò qærenti *pag.* 92. Τί ποτε ἐνόμιζεν εἶναι τὴν τοῦ θεοῦ μίμησιν. *Qid qondam existimasti esse deorum imitationem?* Ille rursus, Δεῖσθαι μὲν ἐλαχίστου, ἐν ποιεῖν δὲ ὡς ὅτι μάλιστα πλείστοις. *Qàm paucissimis indigere, &*
D *qàm plurimis bene facere.* Pythagoras verò, Æliano referente, *l.* 12. *c.* 59. Δύο ταῦτα ἐν τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδόσθαι κάλλιστα, τό, τε ἀληθεύειν, καὶ τὸ εὐεργετεῖν. καὶ προσετίθη, ὅτι καὶ ὅμοια τοῖς θεῶν ἔργοις ἐκάτερον. *Hac duo divinitus hominibus data esse longè pulcerrima: veritatem amplecti, & aliis benefacere: & addebat, utrumque cum deorum immortalium operibus comparari posse.* At Strabo *l.* 10. *pag.* 322. Ἐν μὲν εὐεργεσίᾳ καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεούς, ὅταν εὐεργετῶσι. ἄμεινον δ' ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσιν. *Bene qidem dictum est, homines tum maximè Deum imitari, qum beneficia conferunt: rectius autem diceretur, cum*
E *numina rectè colunt.* qo lòco Xylander εὐδαιμονεῖν *numina rectè colere*, cur sit interpretatus, ego nullus assequor. Cicero *de natur. deor. l.* 1. *Qoniam plurima homini ab homine vel commoda vel incommoda solent oriri; & Dei proprium est vel servare vel benefacere; idcirco qi in gravi periculo succurrit, qive ingenti qopiam afficit beneficio, qonsam Dei qasi vice jungitur, ei cui prodest, Deus dicitur extitisse.* Et Plinius *hist. nat. l.* 2. *c.* 1. *Deus est mortali juvare mortalem: & hac ad æternam gloriam via. hic est vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus ascribant.* Verùm novissima ista minùs pia. Piè Gregorius Nazianzenus *Orat. pro pauperib.*
F Γέγνε τῷ πλησίον τιμιώτερος, ἐκ τῆς φαυλότητος χρηστότερος. γένου τῷ ἀτυχοῦντι θεὸς, τὸν ἵλεων θεὸν μιμησάμενος. οὐδὲν γὰρ ὕτως, ὡς τὸ εὖ ποιεῖν, ἄνθρωπος ἔχει θεῷ. *Cura ut tibi proximo idcirco præstantior sis, qia benignior. Fac calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando. Nihil enim tam divinum homo habet, qam de aliis bene merere.* Et *ad cives suos in angustiis constitutos*: dum præfectum ad clementiam & condonationem cohortatur. Μίμησαι δὲ ταῦτα θεὸν φιλανθρωπίαν. τοῦτο ἔχει μάλιστα θεῖον ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν. ἔξεσί σοι θεὸν γενέσθαι μηδὲν
G *habet qàm benignitatem & beneficentiam. Licet tibi nullo labore Deum fieri. Noli divinitatis consequenda occasionem abjicere.* Qod ῥητορικώτερον pavlò, liberiúsque Clavdianus *Honor. Coss.* 4.

Sis pius imprimis. nam cùm vincamur in omni
Munere, sola Deos æqat clementia nobis.

Vide *l.* 5. §. 33.

Βραχὺς ὁ βίος] Vide *l.* 2. §. 17. & *lib.* 4. §. 17, 26.

Εἰς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς] *fructum vitæ appellat*, inqit Casavbonus qem Philosophi dicunt *finem.* itaque qod de Heliogabalo Lampridius. *Eum fructum vitæ præcipuum existimans, si dignus atque aptus plurimorum libidini videretur.* Diodorus in simili sententia, *l.* 1. *pag.* 77. *A.* Ὑπολαμβάνων βασιλέως εὐδαίμονος εἶναι τέλος, τὸ πάσαις χρῆσθαι ταῖς ἡδοναῖς ἀκωλύτως.

dispositio pia, actióqe benefica. Tanqam Antonini discipulus, fac qæcunqe facis. imitare constantem illius in rebus ritè gestis tenorem, in cunctis æqabilitatem, pietatem, vultûs serenitatem, comitatem, gloriæ inanis contemptum, in rebus indagandis studium; útqe nihil omnino prætermiserit, priusqam sedulò considerâsset & liqidò perspexisset: útqe tulerit immeritò reprehendentes, nec eos vicissim redarguerit. ut nihil enixè ayt fustinè moliebatur: ut, delationes non admiserit. ut morum actionúmqe accuratus explorator fuerit; non conviciator, non meticulosus, non suspiciosus, non sophista. ut pavcis contentus, tecto nempe, strato, veste, victu, servitio: ut laborum amans, irasci tardus, διάθεσις ὁσία, καὶ πρᾶξις κοινωνική. a πάντα, ὡς Ἀντωνίνου μαθητής. τὸ ὑπὲρ τὸν κανόνα λόγον πραττομένων ἕνεκεν, καὶ τὸ ὁμαλὲς πανταχοῦ, καὶ τὸ ὅσιον, καὶ τὸ * εὐόδιον τῷ προσώπῳ, καὶ τὸ μεγαλόψυχον, καὶ τὸ b ἀκενόδοξον, καὶ τὸ φιλόπονον, καὶ τὸν κατάληψιν τῶν πραγμάτων φιλόπονον. καὶ c ὡς ὁκεῖνος οὐκ ἂν ἐν ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον εὖ μάλα κατιδών, καὶ σαφῶς νοήσας. καὶ ὡς d ἔφερεν ὁκεῖνος τὸν ἀδίκως μεμφόμενον, e μὴ ἀντιμεμφόμενος. καὶ ὡς f ἐπ' ἀδὲν ἐσπευδεν. καὶ ὡς ἀνεξίκακος ἦν ἐδέχετο. καὶ ὡς ἀκριβὴς ἦν ἐξέτασις ἠθῶν καὶ πράξεων. καὶ h οὐκ ὀνοφόβης, καὶ ψοφοδὴς, οὐκ ὑποπτος i, καὶ σοφιστής. καὶ ὡς k ὀλίγοις ἀρκούμενος, οἷον οἰκήσει, σκεπάσμασι, ἐσθῆτι, τροφῇ. ὑπηρεσίᾳ. καὶ ὡς φιλόπονος, καὶ μακρόθυμος καὶ

a *L.* 1. §. 16.
* ἴνδιον Xyl.
b *L.* 1. §. 16.
c *Ibid.*
d *L.* 11. §. 13. 18.
e Sup. §. 24.
f *L.* 1. §. 16. *l.* 10. §. 12.
g *L.* 1. §. 5.
h *L.* 1. §. 16.
i *Ibid.*
k *Ibid.*

ANNOTATIONES.

λότος. *In hoc positum beati regni finem existimans, si qis haud* A *vino studiam præ se ferebat.* τῇ ὑποσῇ, id est, Pii appellectè *omni voluptatum genere perfruatur. cavssas vitæ* Juvenalis dixit, *Sat.* 6.

Et propter vitam vivendi perdere cavssas.

Et Plinius *l.* 5. *Epist.* 5. *Qi voluptatibus dediti qasi in diem vivunt, vivendi cavssas qotidiè finiunt.* Et *l.* 1. *Ep.* 12. de Corellio Rufo. *Qanqam plurimas vivendi cavssas habentem, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem; præterea filiam, uxorem, nepotes, sorores; intérqe tot pignora veros amicos.* Hæc *ad Lampridium* Casavbonus. qanqam, *cavssas vivendi* in novissimo hoc de Corellio aliud planè qàm *finem* qi Philosophis dicitur, designare videtur. Notat Lucretius *l.* 3. hominibus ἀπολαυστικοῖς solenne esse,

— ubi discubuere, tenénteqe
Pocula plena manu, —
— & inumbrant ora coronis,
Ex animo ut dicant, brevis hic est fructus homullis.

Ità illi *vita fructum*, τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, *luxum diurnum*, ut Petrus loqitur, *Ep.* 2. *c.* 2. *v.* 13. existimant: at Marcus istîc διάθεσιν ὁσίαν καὶ πράξεις κοινωνικάς. hoc est, lingvâ nostrâ (Christianam volo) *innocentiam* καὶ ἀγάπην, *pietatem & charitatem*: sive ut Apostolus *ad Gal. c.* 5. *v.* 6. πίστιν δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην. *charitatem per fidem efficacem.* ità Pavlo illi nostro τοῦτο καρπὸς, τοῦτο κέρδος, *hic est fructus, hoc est* C *lucrum*, Christo Domino suo, Christianisqe fratribus suis, inservire; *ad Philipp. c.* 1. *v.* 21, 22. de qo loco videndus venerandus Airayus, qi solus interpretum videtur Apostoli mentem assecutus. Vide *l.* 4. §. 24. & *l.* 12. §. 29.

Πάντα ὡς Ἀντωνῖνος μαθητής] De Marco nostro itidem Capitolinus. *Pro institvto patris volens agere, dicere, cogitare.* Pium vult uterqe, cui in adoptionem ab Adriano datus est Marcus. Vide *l.* 1. §. 16. ubi pleraqe eadem, qæ istîc, deprehendas. De Tiberio pariter Strabo *lib.* 6. *pag.* 189. Καὶ νῦν ὁ διαδεξάμενος ὑὸς ἐκεῖνον, (Avgustum scilicet) κανόνα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ἐκεῖνον ποιεῖται. *Pro norma administrationis & edictorum exemplo illius utitur filius.* Et D ipse de se Tiberius apud Tacitum *annal. lib.* 4. *Qi omnia facta dictáqe ejus vice legis observem.* Verùm hoc eum ad speciem tantùm veteratorie, qò hominum animos sibi conciliaret, & ad tempus breve nimis, non constanter observâsse, ex Dione discas licet.

Τὸ ὑπὲρ τῶν κατὰ λόγον πραττομένων ἔντονον] Ità *lib.* 1. §. 16. Τὸ μετρικὸν ἀκαλεύτως ἐπὶ τῶν ἐξεταστικῶν κοιθέντων. *In rebus accuratè jam decretis constantiam immotam.* ibi vide.

Τὸ ὁμαλὲς πανταχῇ] Ità *l.* 1. §. 16. πάντα συμφώνως ἑαυτοῖς. Seneca *Ep.* 74. *Virtus convenientiâ constat. omnia opera ejus cum ipsa concordant & congruunt.* Et *Ep.* 20. *Maximum hoc est & officium sapientia & indicium, ut verbis opera concordent, ut & ipse utiqe par sibi idémqe sit. observa itaqe, numqid vestis tua domúsqe dissentiant: numqid in te liberalis sit, in tuos sordidus: numqid cœnes frugaliter, ædifices luxuriosè. unam semel ad qam vivas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exaqa. Vitium est hac diversitas, & signum vacillantis animi, & nondum habentis tenorem suum. qid est sapientia? semper idem velle, atqe idem nolle: non potest cuiqam semper idem placere, nisi rectum.* Et *de vit. beat. c.* 8. *Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi: & ratio illa certa nascetur, nec dissidens, nec hæsitans. qa cùm se disposuit, & partibus suis consensit, &, ut ità dicam, concinnvit, summum bonum tetigit. nihil enim pravi, nihil lubrici supereste; nihil in qo arietet avt labet. qare avdacter licet profitearis, summum bonum esse animi concordiam. virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atqe unitas erit: dissident vitia.*

Τὸ ὅσιον] Hoc Antonino (si Pavsaniæ *in Arcad.* credimus) καὶ ἡ εἰς τὸ θεῖον τιμὴ, *qod summum in honorando numine di-*

vino studium præ se ferebat. τῇ ὁσιότητι, id est, Pii appellationem acquisivit. qanqam Capitolinus ex aliis alias appellationis hujusce cavssas adducit. Eandem & Marco Svidas cum aliis tribuit. Vide ad *l.* 1. §. 16. ἥμερον.

Τὸ εὐόδιον τῷ προσώπῳ] εὔοδιον Xylander. rectè. *Vultu sereno* Flaccus *Carm. lib.* 1. *Od.* 37. & *Fronte serenâ* Martialis *l.* 7. *Epigr.* 11. huic opponi videtur τὸ ἐπίκοτον τῷ προσώπῳ, *torvitas vultus l.* 7. §. 24.

Μὴ ἀντιμεμφόμενος] Vide *suprà* §. 26. μὴ ἀντιδυσχεραίνοντα.

Ὡς ἐπ' ἀδὲν ἔσπευδεν] *nihil enimè avt festinè molichatur.* utrumqe enim designat τὸ σπεύδειν, sicut & τὸ ἐπείγον (unde B de Maximo Marcus *l.* 1. §. 15. Καὶ μηδαμῇ ἐπειγόμενον. *Et nvsqam festinantem*) & *festinè ad rem aliqam ferri.* Homerus *Il.* 9. *v.* 293.

— τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν
Ὀλέσσαι.
— cur me properantem & ipsum
Incitas?

Et Theognis; *v.* 401.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν. καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.
Nil nimis festina: tempus avtem in omnibus optimum.

& *enixè in rem aliqam incumbere.* Hesiodus *Clyp. v.* 364. C

Πασὶ μένει σπεύδειν. —
Omnibus viribus incumbens.

Et Theognis idem *v.* 335.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν. πάντων μέσ' ἄριστα. —
Neqid nimis prepera: omnium media optima.

ut sit istîc, ὡς ἐπ' ἀδὲν ἔσπευδεν, qod *l.* 1. §. 16. Οὐδὲ ὡς ἄν τινα εἰπεῖν ποτε, ἕως ἱδρῶτος. *Qod solet vulgò dici, ad sudorem usqe.* Aristoteles *Ethic. Nicom. l.* 4. *c.* 8. in charactere τοῦ μεγαλοψύχου, utrumqe his verbis expressit: ὁ γὰρ σπευστικὸς, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων. ὅστε σύνηθες, ὁ μηδὲν μέγα ὀκνῶν. *Nam neqe qi circa pavca studet, est festinabundus: neqe qi nihil magnum existimat, contentus & vehemens.* De Constantio Libanius *Orat.* 3. *pag.* 136. *A.* Τοῖς μὲν καιροῖς ὑπανῶν ὀξέως. ὁ μέντοι τὴν ὀξύτητα σὺν ταραχῇ ποιούμενος. *Occasionibus celeriter arripiendis intentus, sic tamen ut velocitati nulla adesset perturbatio.* D

Μὴ πρότερον ἓν μάλα κατιδών] Vide *l.* 1. §. 16. Agapetus *paranes. ad Justinian.* §. 42. Νυνιχῶς ἀκριβοῦσθαι δεῖ τὰς τῶν πραγμάτων κρίσεις. δυσθήρατος γάρ ἐστιν ἡ τοῦ δικαίου ὕφεσις, ῥᾳδίως ἐκφεύγουσα τοὺς μὴ λίαν προσέχοντας. *Sagaciter ausculture oportet rerum judices. Difficilis enim inventu est justi inventio, facilè effugiens non admodum attendentes.* E

Διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο] Vide *l.* 1. §. 5.

Οὐ ψοφοδὴς] ψοφοδὴς, δειλὸς, τὰς ψόφους φοβούμενος. Svidas *pavidus, qi strepitus metuit.* sive ut Maro *Æn. lib.* 2.

Omnes qem terrent avræ, sonus excitat omnis.

Et hunc imitatus Silius *l.* 6.

— qem sonus omnis & avra
Exterret. —

imò cui strepitus, ubi nullus est, videtur esse. ut

Ἀκουστὰ γὰρ τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.
Facilè anima metuens audit avt fingit sonos. F

qod de malè sibi consscio Eliphaz Jobi *c.* 15. *v.* 21. *Sonus pavoris avribus ejus jugiter insonat.* ut Sophocles *Atrisio*, à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 8. lavdatus. indè pro *superstitioso*, & *suspicioso*, sive *meticuloso nimisqe cavto* usurpatur. De Judæis *ad Diognetum* Justinus *pag.* 496. Τό γε περὶ τὰς βρώσεις αὐτῶν ψοφοδὲς, καὶ τὴν περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν. *At eorum circa cibos meticulosam cautionem, & superstitionem circa sabbatha.*

* μένειν ἐν τῷ [αὐτῷ] μ. Cas.
a *Ibid.*
b *Ibid.*
c Sup. §. 21.
d *L.* 1. §. 3.
e *L.* 2. §. 11 *l.* 5. §. 29.
f *L.* 7. §. 2.
g *L.* 4. §. 46.
h *L.* 2. §. 17.

κἀγὼ ὁ θεὸς * μὲν ἐν τῷ μέχρι ἑσπέρας λεπτῷ διαίτῃ, μηδὲ ἔχοντα μένειν τὸ προτεθὲν, μηδὲ ἐπιτείνοντα τὸ προτεθὲν πρὸς τὴν συνήθη ὥραν χρήζων. καὶ a τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν ταῖς φιλίαις ἀνέχεσθαι. καὶ τὸ b ἀνίχνευσαι ἀντιβαινόντων παῤῥησιαστικῶς τὰς γνωμὰς αὐτοῦ, καὶ χαίρειν εἴ τις δείκνυσι κρεῖττον. καὶ ὡς d θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας. ἴν' e ἔτως ἐυσυγχύτῳ σοι ὅπερ ἡ πλουσία ὥρα, ὡς ἐκείνῳ.

§. 31. f Ἀνάνηφε καὶ ἀνακαλῶ σαυτόν. καὶ g ἐξυπνισθεὶς πάλιν καὶ ἐννοήσας, ὅτι h ὄνειροί σοι ἠναίχλων, πάλιν ἐγρηγορὼς βλέπε ταῦτα, ὡς ἐκεῖνα ἔβλεπες.

eodem loci ad veſperam uſque, diætæ tenuis beneficio, manere potis; nec excernere, niſi tempore conſveto, neceſſe habens. adhæc conſtantiam & æqabilitatem in amicitiis colendis. útque ſententiis ipſius liberè ſe opponentes ſuſtinuerit; gaviſus etiam, ſi qis melius qicqam proferret. deniqe ut citra ſuperſtitionem fuerit religioſus. hæc, inqam, imitare, ut probè conſcio tibi, ſicut illi olim, ſuperveniat hora noviſſima.

§. 31. Expergiſcere, téqe revoca. & ſomno excuſſo, ubi intellexeris, ſomnia mera fuiſſe: qæ te conturbabant, iſta vigilans jam denuo intuere, qo modo illa es intuitus, qæ in ſomniis vidiſti.

§. 32.

ANNOTATIONES.

Ὅσος μὲν ἐν τῷ μέχρι ἑσπέρας] legendum ὅσος μένειν ἐν τῷ [αὐτῷ] *m. t.* tantâ victûs tenuitate uſum, ut à mane ad veſperam loco eodem poſſet durare, ſine ulla alvum levandi, aut veſicam, niſi ſtatis horis neceſſitate. Caſavbonus *ad Capitol. Pium.* Apud Etymologum *in* σμεραλέος mendum geminum, (qod & Sylburgium video obſervâſſe) ubi terribilia viſa dicit μερίζειν τὴν ψυχὴν τῶν ὁρώντων τῷ φόβῳ, καὶ μὴ ἐᾷν αὐτὴν ἐν τῷ μένειν. reponendum *in* τῷ αὐτῷ μένειν. Qod avtem hic Marcus de Pio, Dionem de Marco narrare refert, ſed memoriâ, puto, lapſus V. C. Salmaſius *ad Capitolini Pium.*

Χαίρειν, εἴ τις δείκνυσι κρεῖττον] Vide Marcum in hoc Pii æmulum; *ſuprà* §. 21. Lavdat hoc & in Conſtantio Themiſtius *Orat. qinqenn.* qi ubi Neſtoris conſilium Agamemnoni datum retulerat ex *Iliad. i. v.* 74.

Πολλῶν δ' ἀγρομένων, τῷ πείσεαι, ὅς κεν ἀρίστη
Βουλὴν βουλεύῃ. —
Pluribus inter ſe rem conſultare paratis,
Huic pare, melior cui ſtat ſententia mentis.

Sed & reprehenſionem ejuſdem, *ibidem v.* 108.

— μάλα γάρ τοι ἔγωγε
Πολλ' ἀπιμυθέομαι. —
— *te plurima ſæpe*
Admonui. —

Subjungit ad Imperatorem verſo orationis filo; Σοὶ δ' οὐκ ἔστι μίχρι γε νῦν, ὅστις οὐκ ἔχοι προτετιγμένον, ὅτι χρηστὸν αὐτῷ [αὐτῷ f.] συμβουλὴν προσφέρονδος παραινήσας. ἀλλ' οἱ [ᾗ] κατὰ σαυτὸν προλαβὼν τὸ δέον ἐξεῦρες, ᾗ τὸ ἔργον ἐπάγεις τῷ πρὸ ἄλλῳ καλῶς εὑρημένῳ. *Caterum tibi, Imperator, non eſt qi hactenus objiciat, qod cum utile conſilium tibi attuliſſet, tu illi minus obtemperaſſes. Sed vel per te, qod rectum erat, anteverſens inveniſti, aut ab alio ſolerter inventum in rem deducis.* Et de eodem Libanius *Orat.* 3. *p.* 135. *C.* Ὧν μὲν αὐτὸς εὑρίσκω, τούτων τὴν βουλὴν εἰς μέσον ἄγων. τὰς δὲ τῶν πέλας συμβουλίας, οὐκ αὐθαδείᾳ φαυλίζων, ἀλλ' ἔργῳ τὸν παλαιὸν λόγον βεβαιῶν, ὡς ἄρα καὶ τοῦτό γε φρονήσεως, τὸ τοῖς βελτίοσιν εἰδέναι τὴν ψῆφον τίθεσθαι. *Adhæc eorum, qorum ipſe avctor & inventor eſt, conſilium in medium producere ſolet: eorum avtem, qi ipſi aſſiſtunt, conſilia non faſtu elevat ſpernitve: qin potius re ipſâ vetus dictum confirmat, nimirum qod hoc ipſum prudentia ſit, noſſe ſuffragium optimis dare.* Rectè. ſiqidem, qod Iſocrates *de pace.* Πῶς οὖν ἄνθρωποι καλῶς βουλεύσειν, ἢν κρίσιν περὶ τῶν γεγενημένων, ἢ βουλεύσασθαι τῶν περὶ μελλόντων, εἰ μὴ τοὺς μὲν λόγους τῶν ἐναντιωμένων παραλλήλως ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δὲ αὐτοὺς κοινοὺς ἀμφοτέροις ἀκροατὰς παρέχοιεν. *Qi fiers poteſt, ut illi vel de præteritis rectè judicent, vel de futuris prudenter deliberent, niſi contrarias inter ſe rationes conferant, & æqos utriſqe avditores ſe præbeant?* Et apud Herodotum *l.* 7. *p.* 441. *A.* Artabanus: Ὦ βασιλεῦ, μὴ λιχθυσίων μὲν γνώμιον ἀντίτιον ἀλλάλῃσι, ὃς οὐκ ἔστι τὴν ἀμείνω αἱρεόμενον ἐλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρῆσθαι. λιχθυσίων δὲ, ἔστι. ὥσπερ, τὸν χρυσὸν τὸν ἀκρήατον, αὐτὸν μὲν ἐπ' ἑωυτῷ ἐ διαγινώσκομεν. ἐπὰν δὲ παραλείψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἀμείνω. *Rex, niſi diverſa inter ſe ſententia dicantur, non poteſt qis eligere meliorem, ſed neceſſe habet ea, qa dicta eſt, uti: at qum plures dicta ſunt, licet tanqam avrum purum deligere, qod per ſe diſcerni cum neqeat, affricatum alteri diſcernis poteſt.*

Θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας] *religioſus citra ſuperſtitionem.* niſi ſi religioſum eo ſenſu accipi velimus, qo Nigidius apud Gellium *l.* 4. *c.* 9. in antiqo carmine,

Religentem eſſe oportet; religioſum nefas.

ut *religioſus* ſit is, qi nimiâ & ſuperſtitiosâ religione ſeſe alligaverat; qæ res vitio iſto laborâſſe cumprimis Romanos avtor eſt Polybius *l.* 6. *c.* 54. ubi ſtatum Romanum cum Carthaginienſi componens, Μεγίστην δέ μοι δοκεῖ, inqit, διαφορὰν ἔχειν τὸ Ῥωμαίων πολίτευμα πρὸς τὸ βέλτιον, ἐν τῇ περὶ θεῶν διαλήψει. καί μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀνειδιζόμενον, τοῦτο συνέχειν τὰ Ῥωμαίων πράγματα. λέγω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐκλελογισμένα καὶ παρεισῆκται τοῦτο τὸ μέρος παρ' αὐτοῖς ὡς τι τὰς καθ' ἰδίαν βίους, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, ὥστε μὴ καλλιον εἶναι δυνατὸν. *Sed nullâ re aqè præſtare cæteris populis Romanos arbitror, ac opinione illâ, qam de diis habent. Aeqe adeò qa res apud reliqos mortales vitio vertitur, ea ipſa continere Romanam rempublicam mihi videtur: ſuperſtitionem dico: Nam uſqe eo apud hos ſuperſtitio in majus eſt exaggerata, & cùm in privatam hominum vitam, tum in publica conſilia eſt inducta, ut non qeat magis.* Qin nec Marcum noſtrum hoc morbo immunem prorſus fuiſſe, cùm ex Capitolino in *Marco*, tum & ex Luciano in *Alexandro*, colligi poſſe videtur: niſiſi qis gentis potiùs qàm regis vitium illud fuiſſe dixerit.

Ἴν' ἔτως ἐυσυγχύτῳ σοι] par huic Ariſtippi votum, qi cùm ab eo qæreretur, qomodo Socrates diem obiiſſet, reſpondit, Ὡς ἐγὼ ἐυξαίμην. *prout ipſe optaverim.* Laërtius *l.* 2. nec diſpar Balaami arioli illud, apud Moſem *l.* 4. *c.* 23. *v.* 10. *Moriatur anima mea morte juſtorum: ſitqe finis meus, qalis illius eſt.* Intereſt, qòd Marcus Pio vitâ compar eſſe deſiderat, nè morte ſit diſpar, ſed cùm vitæ retrò ſalubriter actæ conſcientiâ placidus defungi qeat: Balaam contrà morte compar eſſe piis ambit, cùm vitam eorundem æmulari ac ſectari recuſet: hoc eſt, ut poëtaſter ille apud Capitolinum de Macrino;

Impius & felix ſic ſimul eſſe cupit;
Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus:
Qod natura negat, nec ratio paritur.

Siqidem, ut Iſidorus Peluſiota *l.* 1. *Epiſt.* 468. Οὐδὲν τοῦτο ἕτερόν ἐστιν, ἢ θέλειν μὲν σώφρειας τυχεῖν, μὴ θέλειν δὲ ποιεῖν τὰ πρὸς αὐτὴν συμβαλλόμενα. *Hoc nihil aliud fuerit, qàm ſalutem qidem conſeqi velle: ea avtem, qa ad ipſam conſeqendam adminiculo ſunt, efficere nolle.* Qalem avtem qemqe à morte deprehendi oporteat; optimè docet Epictetus *l.* 3. *c.* 5. Τί ποιοῦντας καταλαβεῖν ὀφείλει θάνατος; τὸν γεωργὸν γεωργοῦντα καταλαμβάνει, τὸν ναυτικὸν πλέοντα. σὺ τί θέλεις ποιῶν καταληφθῆναι; τί γὰρ ποιοῦντά σε δεῖ καταληφθῆναι; ἃ τι ἔχεις τούτῳ πρόσεστι ποιῶν καταληφθῆναι. ποῖον ἐκεῖνο. ἐμοὶ μὲν γὰρ καταληφθῆναι γένοιτο μηδέποτε ἄλλο ἐπιμελουμένῳ, ἢ τῆς προαιρέσεως τῆς ἐμῆς, ἵν' ἀπαθὴς, ἵν' ἀνώλυτος, ἵν' ἀνεμπόδιστος, ἵν' ἐλεύθερος, ταῦτα ἐπιζητοῦντα θέλω εὑρεθῆναι, ἵν' εἰκότι δύναμαι τῷ Θεῷ: μήτι παρέδωκέ σε τὰς ὑλολάς; μήτι πρὸς ἄλλα ἐχρησάμην ταῖς αἰφορμαῖς, ἃς ἔδωκας; μήτι ταῖς αἰσθήσεσιν ἄλλως; μήτι ταῖς προλήψεσι; μήτι σοί ποθ' ὑπελάμβανον; μήτι ἐμεμψάμην σῇ τὴν διοίκησιν; ἕτοιμος, εἴ τι ἐπιτάσσεις, εἴ τι συμαίνεις. νῦν με θέλεις ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πανηγύρεως; ἄπειμι. χάριν σοι ἔχω πᾶσαν, ὅτι ἠξίωσάς με συμπανηγυρίσαι σοι, καὶ ἰδεῖν ἔργα τὰ σά, καὶ τῇ διοικήσει σε συμπαρακολουθῆσαί σοι. Ταῦτά με ἐνθυμήματα, ταῦτα γράφοντα, ταῦτα ἀναγινώσκοντα καταλάβοι ὁ θάνατος. *Qid agentes mors debet invadere? Agricolam terra colendæ intentum, nautam navigantem invadit. Te avtem qid agentem oportet invadi? Si qid habes melius cui te deditum invadat, illud agito. Nam mihi qidem optabile eſt invadi nullâ aliâ re niſi voluntate meâ curandâ occupato, ut perturbatione vacuus, & citra impedimentum, ut citra coactionem, ut liber, ea qa volo agens deprehendar, ut discere poſſim Deo: nunqid præcepta tua violavi? nunqid ad alia ſum abuſus facultatibus, qas mihi dediſti? num ſenſibus? num anticipationibus? num te unqam incuſavi? num gubernationem tuam reprehendi? Paratus, ſi qid mandes, ſi qid impetes. Vis me nunc ludorum celebritate abire? Abeo. Gratiam qàm poſſum maximam habeo, qòd me dignatus es ad ludos tuos admittere, & ad ſpectanda opera tua, & adminiſtrationem tuam intelligendam. Hac me cogitantem, hæc ſcribentem, hæc legentem occupet mors.* His gemina habet & *l.* 4. *cap.* 10.

§. 31. Ἀνάνηφε] *Reſpiſce*, ad mentis ſanitatem revertere: ab eis tranſlatum, qi ubi crapulam edormierint, veternúmqe qem vini havſtu copioſiore contraxerant, excuſſerint, ad priſtinum mentis ſtatum jam redeunt. Ità τῇ ἀνανήφειν uſus eſt Apoſtolus *ad Timoth. Ep.* 2. *c.* 2 *v.* 26.

Ἀνακαλῶ σαυτὸν] Metaphora, ab eis, qi animæ deliqium paſſi, vel inclamatione, vel aliâ aliqâ ratione revocantur.

Ἐξυπνισθεὶς] *l.* 4. §. 46. Οὐ δεῖ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν καὶ λέγειν. *Nihil tanqam per ſomnum agendum dicendúmve. Excitandus è ſomno & vellicandus eſt animus.* Seneca *Ep.* 20.

Ὄνειροί σοι ἠναίχλων] Pari imagine uſus eſt Plutarchus de *profect. indic. p.* 75. *E.* dum Stoicos ridet, qi hominem ſubitò καὶ ἐν ἀκμῇ χρόνου è pravitatis ac ſtultitiæ altiſſimo gurgite, ad bonitatis ſapientiæqe apicem celſiſſimum emergere ajebant:

Ἃ

§.32. Ex corpuſculo atqe anima conſto. corpuſculo indifferentia ſunt omnia. neqe enim res diſtingvere novit. menti verò indifferentia ſunt, qæcunqe non ſunt peculiaria ejuſdem opera. hæc omnia in poteſtate ſua ſita habet: & ex his etiam ea ſola ad eam pertinent, qæ circa id qod in manibus jam eſt, verſantur. futura enim & præterita illius opera, & ipſa eidem jam ſunt indifferentia.

§.33. Nullus eſt pedi avt manui præter naturam labor, dum pes qod pedis eſt, manus, id qod manûs eſt, faciat. pari modo nec homini qâ homo eſt, labor ullus eſt præter naturam, dum id qod hominis eſt, faciat. ſi avtem præter naturam illi non eſt, nec malum eſt ei.

§.34. Qantâ voluptate perfunduntur etiam latrones, cinædi, paricidæ, tyranni?

§.35. Nonne vides, ut artifices mechanici, etiamſi hominibus imperitis qadantenus concedant, artis tamen ſuæ rationem nihilominus enixè advertùs illos tueantur, nec ab ea qicqam abſcedere ſuſtineant? num ferendum ergò, architectum medicúmve artis ſuæ rationem pluris facere, qàm hominem ſuæ, qæ eſt illi cum Diis ipſis communis?

§.36. Aſia, Evropa, orbis ſunt anguli. mare qodvis orbis guttula; Athos mons,

§. 32. [a] Ἐκ σωματίου εἰμὶ καὶ ψυχῆς. τῷ μὲν ἐν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα. οὐδὲ γὰρ δύναται ἀφαφέσασθαι. [b] τῇ δὲ διανοίᾳ ἀδιάφορα, ὅσα μή ἐστιν αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα δέ γε αὐτῆς ἐστιν ἐνεργήματα, [c] πάντα πάντως ἐπ' αὐτῇ ἐστιν. καὶ τούτων μέντοι, [d] ἃ περὶ μόνον τὸ παρὸν πραγματεύεται. [e] τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρωχημένα ἐνεργήματα αὐτῆς, καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα.

a L.2.§.2. l.5.§.13.
b L.5.§.20. l.7.§.58.
c L.5.§.14.
d L.3.§.12. l.7.§.54.
e L.12.§.1.

§. 33. Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χερὶ, οὐδὲ τῷ ποδὶ πρὸς φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ πᾶς * τὴ τοῦ ποδὸς, καὶ ἡ χεὶρ τὸ τοῦ χειρός. οὕτως [f] οὐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ πρὸς φύσιν ἐστὶν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. εἰ δὲ πρὸς φύσιν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ.

* τὰ Lug.
f L.5.§.1.
g L.2.§.17. Sup. §.1.

§. 34. [h] Ἡλίκας ἡδονὰς ἥσθηται λῃσταὶ, κίναιδοι, παιδεραλοῖαι, τύραννοι.

h L.2.§.11. l.5.§.10.l.9. §.1.

§. 35. [i] Οὐχ ὁρᾷς πῶς οἱ βάναυσοι τεχνῖται ἀρμόζουσι μὲν ἄχρι τινὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας, οὐδὲν ἧσσον μέντοι ἀντέχουσι τοῦ λόγου τῆς τέχνης, καὶ τούτου ἀποστῆναι οὐκ ἀναμένουσιν; οὐ δῆλον, εἰ ὁ ἀρχιτέκτων, καὶ ὁ ἰατρὸς μᾶλλον αἰδέσιμον τὸν τῆς ἰδίας τέχνης λόγον, ἢ [k] ὁ ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινὸς ἐστι πρὸς τοῦ θεούς.

i L.4.§.31. l.5.§.1.32.
k L.11.§.5.

§. 36. [l] Ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη, γωνία τοῦ κόσμου. [m] πᾶν πέλαγος, σταγὼν τοῦ κόσμου. Ἄθως

l L.4.§.3.l.8.§.21.
m L.12.§.

βολον 32.

ANNOTATIONES.

Ἂν δὲ ὕτω τινὶ, inqit, συνέχῃ τὰ τῆς μεταβολῆς, καταδαρθήσεται φάῤῥων, ἀνήρηται σοφὸν, καὶ προσκεκρούκει, ἐκ τῆς ψυχῆς μεθεικόλα τὰς χθιζὰς ἀσελγείας καὶ ἀπάτας,

Ψευδεῖς ὀνείρους χαίρει'. ὠδὲν ἦν ἄρα,

τίς ἀγνοήσειν αὐτὸ διαφορὰν ἐν αὐτῷ τοσαύτην γενομένην, καὶ φρόνησιν ἀθρόον ἐκλάμψασαν. *Aut ea ſic alicui accideret, ut cum obdormiviſſet vitioſus, expergiſceretur ſapiens, dimiſſáſque ex animo fatuitates & impoſturas ita compellaret:*

Inſomnia vana valete, nihil eratis,

iſſue ignoraret tanto à ſeipſo diſcrimine fuiſſe mutatum, & prudentiam ſubito ac conſertim eluceſcentem? Vide *l.* 2.§.17. Τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος. *Anima verò ſomnium.*

§.32. Τῇ δὲ διανοίᾳ ἀδιάφορα] corrupit hîc Xylandri verſionem editor Lugdunenſis, & mentem Marci pervertit planè, dum reddit, *rationi autem inter ea diſcrimen habetur.* cùm Xylander Marci verba rectè explicans, *diſcrimen nullum* dixiſſet.

Πάντα ἐπ' αὐτῇ] Vide *ſuprà* §.8. & *lib.* 5. § 13. & *lib.* 11. §.1.

Περὶ μόνον τὸ παρὸν] Vide *ſuprà* §.2. & *l.* 3.§.12.

Τὰ γὰρ μέλλοντα] Seneca *Ep.* 117. *Qis neſcit hoc ipſo non eſſe bonum id qod futurum eſt, qia futurum eſt? nam qod bonum eſt, utiqe prodeſt: niſi præſentia prodeſſe non poſſunt. Si non prodeſt, bonum utiqe non eſt: ſi prodeſt, jam eſt.* Vide *l.* 7. §.8. & *l.* 8.§.26.

§.33. Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος] Seneca *Epiſt.* 121. *Nemo ægrè molitur artus ſuos; nemo in uſu ſui hæſit: ad hoc edita protinus faciunt.* Vide *l.* 5.§.1. & *l.* 8.§.26.

Τὸ τοῦ ποδὸς] τὰ Lugdunenſis.

Οὐ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν] Lugdunenſis, οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν. forſan, οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακόν ἐστιν. ut οὐκ poſterius in locum οὐ, qod eſt vitioſum, ſuccedat.

§.34. Ἡλίκας ἡδονὰς ἥσθησαν λῃσταί] Seneca *de vit. beat. c.*7. *Voluptas etiam ad vitam turpiſſimam venit. & infelices qidam, non ſine voluptate, imò ob ipſam voluptatem ſunt.* & *c.* 8. *Qid, qòd tam malis qàm bonis voluptas ineſt? nec minùs turpes dedecus ſuum, qàm honeſtos egregia delectant?* & rurſus *c.* 10. *Qis ignorat plenisſimos eſſe voluptatibus veſtris ſtultiſſimos qoſqe, & nequitiâ abundare jucundis?* & *c.* 11. *Multos oſtendam voluptatibus obſeſſos, qos fatearis neceſſe eſt malos. hos eſſe in voluptatibus dices: nec tamen illis bene erit, qia non bono gaudent.* Ergò voluptas in adiaphoris Marco habetur. *l.* 2. §.11. & *l.* 9. §.1. Vide & *l.* 10. §.10. & *l.* 8.§.40. Cæterùm Plato in *Timæo pag.* 1080. *E.* ità ἡδονὴν καὶ εὐφροσύνην diſtingvit, ut ἡδονὴν μὲν τοῖς ἄφροσιν, εὐφροσύνην δὲ τοῖς ἔμφροσιν, *voluptatem inſipientibus, gavdium ſapientibus*, attribuat. Idem in *Philebo p.* 392. *D.* Ἐν ὕβρει μείζους ἡδονὰς, ἢ πλείους εἶναι. *In laſciviâne & petulantiâ non plures dico, ſed vehementiores & vi majores voluptates.* Et mox: Δῆλον, ὡς ἔν τινι πονηρίᾳ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀρετῇ, μιγείσας μὲν ἡδονὰς, μιγείσας δὲ καὶ λύπας γίγνεσθαι. *Patet in qadam depravatione tum animæ, tum corporis, potiùs qàm in virtute, vehementes voluptates vehementéſqe cruciatus conſiſtere.*

§.35. Ἀρμόζουσι μὲν ἄχρι τινὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας] *Reſpectu aliqo imperitis parùm diſtant* Caſavbonus. meliùs Xylander. *Uſqe ad certum finem privatis hominibus ſe accommodant.* i. e. qadantenus illis concedunt, eiſqe ſe attemperant.

Ἀντέχουσι τοῦ λόγου τῆς τέχνης] Vide *ad l.* 4.§.31. qæ de Stratonico & Apelle. Pſaltes qidam ignobilis cùm apud Antigonum regem ſpecimen artis ederet, rexqe nunc hanc, nunc illam chordam adſtringere moneret, indignatus ille, Μὴ γένοιτό σοι ὕτω κακῶς, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐμοῦ ταῦτα ἀκριβῶν μᾶλλον. Sive, ut Plutarchus (qi Philippo dictum conſtanter aſſerit, in *apoph. de adulat. de Alex. Orat.* 2. *Sympoſ. probl. l.* 2. *c.* 1.) ἵνα ἐμοὶ ταῦτα βέλτιον φῇς. *Abſit*, inqit, *ó rex, tam male tecum agatur, ut in iſtis me peritior exiſtas.* Ælianus *l.* 9. *c.* 36. Ità regibus etiam in artis ſuæ ratione concedere netas habent artifices etiam infimi qiqe. Apollodorus itidem architectus, cùm de operibus ſuis apud Trajanum verba haberi, Hadrianus obſtreperet, Ἄπελθε, inqit, καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. *Abi & cucurbitas pinge tibi: iſtarum enim rerum nihil nôſti.* Dio Caſſius *l.* 69. Οὐδεὶς ἐφ' ἑκάστῳ ὕλης, τὸν ἄπειρον τοῦ ἀπείρου κρατεῖν πᾶσα ἀνάγκη. *Sic in qolibet genere peritum imperito imperare omnino neceſſe eſt.* Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Idémqe *l.* 4. *c.* 12. Ἐπεί τοι πᾶσα ἐπιστήμη κατὰφρονητικὴ ἐστὶ τῆς ἀγνοίας καὶ τῶν ἀγνοούντων, καὶ ἡ μόνον αἱ ἐπιστῆμαι, ἀλλὰ καὶ αἱ τέχναι. Φέρε γὰρ θαλεῖς ὀκυλία, ἢ θαλεῖς τέκτονα. καὶ τῶν πολλῶν καταγελᾷ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἔργου. *Siqidem omnis ſcientia contemnit ignorantiam & ignorantes: nec ſcientia ſolum, ſed artes etiam. Producqemvis ſutorem, qemvis fabrum. Is, qod ad ſuum opus attinet, vulgus deridet.* Vide *l.* 5.§.32.

Τὸν ἑαυτοῦ] Qænam ars eſt iſta propria hominis, qâ hominis? ſed qam cum Diis communem habet, Marcus ipſe docet *l.* 11.§.5. ἀγαθὸν εἶναι. *bonum eſſe.*

§.36. Γωνία] Ità *lib.* 3. §.10. Μικρὸν τὸ τῆς γῆς γωνίδιον. *Exiguus eſt telluris angulus.* & *l.* 4. §.3. Πόσον γωνίδιον ἡ καστοιχηστις. *Angulus qam exiguus.* & *l.* 8.§.21. Ἐν γωνίᾳ τινὶ τῷ κλίματος. *In angulo iſtius plagæ.*

Σταγὼν τοῦ κόσμου] Apollonio qærenti *atra major* eſſet, *terra an mare*; reſpondit Iarchas Indus, *terram mari majorem*: τὴν γὰρ θάλασσαν αὐτὴ ἔχει. *qia terra mare continet.* ſcilicet τὴν θάλασσαν λίμνην, *mare lacum eſſe* cenſuit; non avtem τὴν οἰκουμένην νῆσον, *terram* potiùs *inſulam*, ut Strabo *l.* 1. qocum conſentiens & Plinius *l.* 2. *c.* 66. *tellurem præcinctam circumfluo mari.* & Ariſtoteles *de mundo c.* 3. Ἡ σύμπασα μία νῆσός ἐστι, ὑπὸ τῆς θαλάσσης περιῤῥεομένη. *Univerſa ipſa terra inſula eſt unica maris ambitu circumdata.* qod Mela. *c.* 1. *ambitur omnis Oceano.* at verò ὑγρὰν οὐσίαν, ſive *aqa elementum*, terrâ longè majorem: καὶ γὰρ ἐκείνην τὸ ὕδωρ φέρει. *terram ſiqidem ab aqa ſuſtineri.* Ità ille aqei elementi mare partem minimam opinatus videtur, utpote qi ſubtus terram aqarum neſcio qas ſomniabat abyſſos, qibus ea qaſi ſupernataret, cùm *aqas* contrà *terra ſuſtineat*, ut rectè Plinius *l.* 2. *c.* 65. Verùm Marcus *guttulæ* inſtar obtinere vult ad mundi hujus univerſi ambitum; cui eleganter, ut γήσιγμὴ, *terra puncti inſtar habet*, *l.* 4. §.3.

κὰ

a L. 2. §. 14. l. 3. §. 16.
b L. 4. §. 48.
c L. 2. §. 12.
d L. 2. §. 3.
e L. 7. §. 75. l. 9. §. 28.
39.
* -τος f.
f L. 3. §. 2.
g L. 8. §. 50.
h L. 3. §. 2.
i L. 3. §. 11. l. 4. §. 33. l. 8. §. 23.
k L. 2. §. 14. l. 11. §. 1.
l Inf. §. 46. l. 9. §. 35.
m L. 4. §. 40. 45. l. 7. §. 9.
*κίν. Xyl. σύνησιν f. l. 4. §. 34.
n L. 4. §. 40.
o L. 4. §. 23. 25. l. 5. §. 8. l. 8. §. 23.
p L. 3. §. 16. l. 4. §. 34.
q L. 10. §. 36.
r L. 7. §. 22. 31.

ελον δ κόσμ. πᾶν τὸ ἐνεστὼς δ χρόνε, [a] στιγμὴ δ αἰῶνος. [b] πάντα μικρά, εὐτρεπῆ, [c] εὐαφανιζόμενα. [d] πάντα ἐκεῖθεν ἔρχετ᾽, [e] ἀπ᾽ ἐκείνε δ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ ὁρμήματα *, ἢ κατ᾽ ἐπακολούθησιν. καὶ [f] τὸ χάσμα ἐν δ λέοντος, καὶ τὸ δηλητήριον, καὶ πᾶσα κακοεργία, ὡς [g] ἄκανθα, ὡς βόρβορος, ἐκείνων [h] ἐπιγενήματα τ σεμνῶν καὶ καλῶν. μὴ δὴν αὐτὰ ἀλλότρια τούτε, δ σέβεις, φαντάζε. ἀλλὰ [i] τὴν πάντων πηγὴν ἐπιλογίζε.

§. 37. [k] Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ ἀϊδίε ἐγένετο, καὶ ὅσα εἰς τὸ ἄπειρον ἔσαι. [l] πάντα γὰρ ὁμογενῆ, καὶ ὁμοειδῆ.

§. 38. Πολλάκις ἐνθυμε [m] τὴν ἐπισύνδεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα. τρόπον γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα κατὰ τοῦτο φίλα ἀλλήλοις ἐστί. καὶ γὰρ ἄλλο ἐξῆς ἐστι τούτε, ἀφὲ τὴν τοπικὴν * κίνησιν καὶ σύμπνοιαν, καὶ [n] τὴν ἕνωσιν τ ὐσίας.

§. 39. [o] Οἷς συγκεκλήρωσαι πράγμασι, [p] τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν. καὶ [q] οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, [r] τούτες φίλει, ἀλλ᾽ ἀληθινῶς.

ejusdem glebula; tempus instans omne, punctum ævi. parva omnia, caduca, evanida. proveniunt indidem universa, à mente communi illa vel directè profecta, vel per consequentiam necessariam; etiam rictus leonis, & venena, & noxium quidvis, sicut spina, & lutum, quæ rerum illarum speciosarum ac pulcrarum appendices sunt. noli ergò ista ab eo qem colis aliena opinari: sed rerum universarum originem tecum perpende.

§. 37. Qi præsentia vidit, cuncta vidit, tum qæ ab æterno fuere, tum qæ in æternum futura sunt. cuncta énim & cognata sunt & uniformia.

§. 38. Perpende tecum jugiter rerum omnium, qæ in mundo sunt, connexionem mutuam, qámqe ad se invicem affectionem habeant. sunt enim omnia qodammodo sibi invicem implexa, atqe eâ ratione sibi invicem amica. alterum enim alterius consequens est, & per connexionem localem, & per conspirationem mutuam, & per materiæ continuitatem.

§. 39. Qibus destinatus es rebus, eis te accommoda; & quibuscum vivere sortitus es, homines eos, ídqe veraciter fac diligas.

§. 40.

ANNOTATIONES.

ità πίλαγος ταγὼν, hoc loco dicitur. Apud Esajam itidem *c.* 40. *v.* 15. Numini divino collati populi universi, dicuntur esse, ὡς ταγὼν ἀπὸ κάδε, *ut gutta situla*, hoc est, instar guttulæ, qæ sive inter effundendum decideric, sive post effusum liqorem in fundo subsiterit, de mensura justa nihil minuitur: & *ut pulvis lancium*, (nam Græci ῥοπὴν ζυγᾶ perperam reddunt) hoc est, instar pulvisculi, qi post aromata effusa lanci adhæret, nec de justo pondere tamen qicqam deperisse deprehenditur.

Ἅθως βωλάριον] *l.* 12. §. 32. Ἐν πόσῳ βωλαρίῳ τῆς γῆς ἕρπεις; *In qantula totius telluris glebula repis?* τὴν πατρῴαν βῶλον. id est, *glebam patriam*, pro agro sive fundo dixit Synesius *Epist.* 38. & Apulejus *Milesi. l.* 1. *Hymettos Attica, & Isthmos Ephyræa, & Tanaros Spartiaca, gleba fertiles, æternum libris felicitoribus condita, mea vetus prosapia est.* Ità enim habet editio Colviana. *Tanaros*, inqam, non *Tenedos*: ut nihil opus sit, qod Claudius Salmasius voluit, *prolegom. in Solin.* pro *Spartiaca Sporadicam* substituere, cùm Tænaron in tractu Laconico agnoscant Pausanias & Stephanus *de urbibus. Athon* autem ideò forsan nominat Marcus istic, qia tanqam magnum & stupendum qoddam commemorant Athon montem à Xerxe perfossum, cùm in Græciam trajiceret. qid enim magni perfossus Athos, si βωλάριον fuerit, si glebulæ duntaxat rationem obtineat.

Στιγμὴ τοῦ αἰῶνος] Vide *l.* 2. §. 14, 17.

Εὐαφανιζόμενα] Vide *l.* 2. §. 12. & *l.* 4. §. 14. & *l.* 7. §. 10. & *l.* 12. §. 32.

Πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται] Vide *l.* 2. §. 3. & *l.* 4. §. 23. Autor *de Mund. ad Alex. c.* 6. Ἀρχαῖός τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ Θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ Θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν. εὐδιμία δὲ φύσις, αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. *Vetus sermo est, & à majoribus proditus inter omnes homines, universa tum ex Deo, tum per Deum constituta fuisse, atqe coagmentata: nullámqe naturam satis instructam esse posse, qæ citra Dei præsidium sua ipsa demum tutela permissa sit.* Qod Apostolus *ad Colos. c.* 1. *v.* 16, 17. Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. *Per eum condita sunt omnia.* & mox: Τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. *Omnia per eum, & ejus respectu condita sunt, & omnia per eum consistunt.* Et *ad Rom. c.* 11. *v.* 36. Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. *Ex eo, per eum & in ipsum sunt omnia.*

Τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ] qod *l.* 7. §. 75. τὸ τοῦ κόσμε ἡγεμονικόν. *anima universi.* Vide *l.* 4. §. 40.

Ὁρμήσαντα, ἢ κατ᾽ ἐπακολούθησιν] forsan ὁρμήσαντος. Vide *l.* 7. §. 75. & *l.* 9. §. 28. Vide & Brissonem *infrà ad* §. 38.

Ἐπιγενήματα] Vide ad *l.* 3. §. 2. Ocellus Lucanus *de univers. c.* 1. §. 8. Πάντα ἔχει τὸ πᾶν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγενήματα. *Universum continet omnia, vel ut partes, vel ut res adventitias & externas.* eadem & ἐπακολουθήματα Philo dixit libro *de provident.* cujus fragmentum, imò ἀποσπασμάτιον bene magnum exhibuit Eusebius *præpar. l.* 8. *c. ult.* ubi inter alia: Καὶ μὲν δὴ τὸ πῦρ φύσεως ἀναγκαιότατον ἔργον. ἐπακολούθημα δὲ τούτου καπνός. ἀλλ᾽ ὅμως παρέχεταί τινα ὠφέλειαν ἔστιν ὅτε καὶ αὐτός. *Sic ignis opus est naturæ pernecessarium; fumus autem, ut ejus qadam qasi accessio sit, habet tamen interdum commoditatis aliqid ipse qoqe.*

Καὶ τὸ δηλητήριον] Virgilius *Georgic. l.* 1.

Ille malum virus serpentibus addidit atris.

qasi veneni expertes antè fuissent: qod & è nostris nonnullis, sed frustrà, placuisse videtur.

Πᾶσα κακοεργία] Vide *ad l.* 3. §. 11. τοῦτο παρὰ Θεοῦ.

Ἄκανθα] vide *l.* 8. §. 30. Joannes Chrysostomus *in Genes. c.* 3. *v.* 18. ἀκάνθας κατάρας ὑπομνήματα, *spinas maledicti monimenta* vocat. non tamen qasi ab initio ista non fuerint, ut Augustinus censuit, *de Gen. contra Manich. l.* 1. *c.* 13. Saniùs idem ipse *de Gen. ad liter. l.* 3. *c.* 18. *Ab initio creata, in suo genere utilia, & ad universi ornatum perfectionémqe conducentia, pœnæ loco haberi, qòd in locis ab homine cultis frequentiora existerent.* neqe aliud Joannes voluit.

§. 37. Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν] Idem argumentum tractat, *l.* 2. §. 14. & *l.* 4. §. 32. & *l.* 9. §. 32. & *l.* 11. §. 1. & l. 12. §. 24, 35.

§. 38. Τὴν ἐπισύνδεσιν] Ità *l.* 4. §. 40. Σύνησις καὶ συμπάρυσις. *Rerum connexus & contextus.* & *ibidem* §. 45. Συναφεια ἔυλογος. *Rationi consentanea connexio.* & *l.* 7. §. 9. Σύνδεσις ἱερά. *Vinculum sacrum.* Vide & Senecam *de benefic. l.* 4. *c.* 7. *ad l.* 5. §. 8.

Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται] Ità *l.* 7. §. 9. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται. *Omnia sunt sibi invicem implexa.* Hoc est qod Briso in *Oeconomico* à Stobæo adductus *tom.* 2. *tit.* 82. Οὕτως ἔχει πως ἄλλαλα τἀνθρώπινα πράγματα, καθάπερ καὶ τὰς ἁλύσεις τοὶ κρίκοι. τῆνοι γὰρ ἐξ ἀλλάλων ἄρτηνται, ἀλλάλοις τ᾽ ἀκολουθέοντι, καὶ ἐνὸς ἐξ αὐτῶν ἑλκυσθέντος ὀπαδεῖ δήπουα, τό τε ὅλον, καὶ τὸ ἐξ ἀρχᾶς ἀκολουθεῖ. καὶ τῶν τῷ βίῳ δὴ πραγμάτων ὁπόταν ἂν βάλῃ ἑλέσθαι, εὑρήσεις καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἀνάγκας, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀλλάλοις ἑπόμενα. *Eodem modo humana res invicem se habent, qo catenæ circuli, qi mutuo complexu hærent, seqe invicem sequuntur. Qod si unum ex his, qemcunqe tandem, attrahas, tota catena cum suo principio consequetur. Ita etiam in vita negotiis qicqid tibi sumas, reliqa necessario seqi, ordine continuo succedentia deprehendes.*

Πάντα φίλα ἀλλήλοις] Ità *l.* 7. §. 9. Οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. *Nihil alterum ab altero est alienum.*

Διὰ τὴν τοπικὴν κίνησιν] *per motum localem.* κίνησιν Xylander & Casaubonus. forsan, σύνησιν, *connexionem. l.* 4. §. 34.

Καὶ σύμπνοιαν] Vide *ad l.* 4. §. 27. συμπαθῆ. Stoici apud Laërtium *l.* 7. *c.* 140. in *Zenon.* Ἕνα τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τοῦτον πεπερασμένον. ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενόν, ἀλλ᾽ ἡνῶσθαι αὐτόν. τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν ὑραίων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συντονίαν. *Unum esse mundum, & hunc finitum. Porro nihil in mundo esse vacuum, sed inter se mirabili esse unitate devinctum. Id enim cogere cælestium ad terrena concordiam & congruentiam.*

§. 39. Οἷς συγκεκλήρωσαι] Ità *l.* 4. §. 26. Συνεκλήθητο πᾶν τὸ συμβαῖνον. *Ab universo distinatum, & fato certo assignatum est.*

Συνάρμοζε ἑαυτόν] τί γὰρ ἁρμοδιώτερον; *Ecqid enim est magis congruum?* *l.* 7. §. 57. Vide & *l.* 3. §. 16. & *l.* 4. §. 34.

Φίλει, ἀλλ᾽ ἀληθινῶς] qod Petrus *Epist.* 1 *c.* 1. *v.* 22. Φιλαδελφίαν ἀνυποκρίτῳ. *Ad amorem fraternum minimè simulatum.*

§. 40.

§. 40. Organum, instrumentum, vas qodlibet, si id ad qod conditum est facit, bene se habet. ibi tamen opifex, qi condiderat, jam abiit. at in eis, qæ à natura continentur, intus est, ibíqe resident, qæ ea condiderat, vis. proinde magìs illam vereri oportet; existimandúmqe tibi, si secundùm illius voluntatem te habueris degeríseq, omnia tibi ex animi sententia se habere. sic avtem & universo ex animi sententia sui habent se sua.

§. 41. Si qid eorum, qæ extra arbitrium tuum sunt, bonum malúmve esse præsumpseris, necesse erit, ut ubi istiusmodi vel in malum incideris, vel bono excideris, Deos incuses, oderis homines, qi horum alterutrius tibi vel avtores fuerint, vel etiam fore suspicaris. qin & multa iniqè agimus, dum ad ista contendimus. at si ea sola, qæ arbitrii sunt nostri, bona maláqe censuerimus, nulla jam supererit ampliùs cavssa, avt Deum incusandi, avt inimicitias adversùs hominem qenqam gerendi.

§. 42. Ad unum eundémqe effectum operam conferunt universi suam, alii scientes ac intelligentes, alii

§. 40. [a] Ὄργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος πᾶν, εἰ [b] πρὸς ὃ κατεσκεύασαι ποιεῖ, ἐν ἔχε. καί τοι ἐκεῖ ὁ κατασκευάσας ἐκποδών. ἀλλ' ἢ τ ἐπὶ φύσεως συνεχομένων, [c] ἔνδον ἐστι, κἀκεῖ ᾠηθαμένε ἡ κατασκευάσεως δύναμις. καθὸ κ μᾶλλον [d] αἰδεῖσθαι αὐτὼ δεῖ Ϲ νομίζειν, [e] ἐὰν κατὰ τὸ βέλημα τὸ αὐτῆς ἔχῃς κ διεξαγαγῇς, ἔχε σοι πάντα κατὰ νῶν. ἔχε ἢ ἄτως Ϲ τῷ παντὶ κατὰ νῶν τὰ ἑαυτῆ.

§. 41. [f] Ὃ, τι ἂν τ ἀπροαιρέτων ὑποστήσῃς αὐτῶ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, ἀνάγκη κατὰ τὴν ᾠείπωσιν ἕ πιέτε κακῆ, ἢ τὴν ἀποτυξίαν ἕ πιέτε ἀγαθῆ μέμψασθαί σε θεοῖς Ϲ ἀνθρώπες ἢ μισῆσαι τὰς αἰτίας ὄντας, ἢ ἃ ὑποπτευόμενος ἔσεσθε, τ [g] ἀποτύξεως, ἢ τ ᾠειπώσεως. Ϲ ἀδικῆμεν ἢ πολλὰ, ἀφὶ τὴν πρὸς ταῦτα διαφοράν. ἐὰν ἢ [h] μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ Ϲ κατὰ * κινῶμεν, ᾠδεμία αἰτία καταλείπε), [i] ἄτε θεῷ ἐγκαλέσαι, ἄτε πρὸς ἀνθρωπον ϛῆναι ϛάσιν πολεμίαν.

§. 42. [k] Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργῆμεν, οἱ μὲν εἰδότως Ϲ ᾠδηκολυθητικῶς, οἱ ἢ ἀνεπιϛάτως

[a] L. 9. §. 42. l. 10. §. 38. [b] Sup. 16. l. 5. §. 16. [c] L. 3. §. 3. 4, 5, 6. 16. [d] L. 2. §. 6. Sup. §. 15. [e] L. 9. §. 1. 26. [f] Sup. §. 16. l. 9. §. 1. 12. §. 31. [g] L. 4. §. 37. [h] L. 3. §. 6, 7. * κρινῶμεν. [i] L. 10. §. 1. [k] L. 4. §. 40.

ANNOTATIONES.

§. 40. Πρὸς ὃ κατεσκεύασαι] Vide *l.* 5. §. 16. Seneca *Ep.* 76. *Qa conditio rerum, eadem hominum est. navis bona dicitur, non qa pretiosis coloribus picta est, nec cujus tutela ebore cælata est, nec qa fiscis & opibus regiis pressa est; sed stabilis & firma, & junctvris aqam excludentibus spissa, ad incvrsvm ferendum maris solida, gvbernaculo parens, velox, & consentiens vento. gladium bonum dices, non cui deavratus est balteus, nec cui vagina gemmis distingvitur; sed cui & ad secandum subtilis acies, & mvcro mvnimentvm omne rvpturvs. regula, non qàm formosa, sed qàm recta sit qæritur.* Apulejus *de Deo Socratis. Æqè divites spectari debere, ut eqos mercamur. neqe enim in emendis eqis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus, & ornatissima cervicis divitias contemplamur, si ex argento & avro & gemmis monilia varia gaza dependent, si plena artis ornamenta capiti & collo circvmjacent; si frena calata, si ephippia fvcata, singvla avrata sint. Sed istis omnibus exuviis amotis, eqam ipsum mvdvm, & solvm corpus ejus & animvm contemplamvr, ut sit ad speciem honestus, & ad cvrsvm vegetvs, & ad vecturam validus. jam primùm in corpore si sit*

Argvtvm caput, & brevis alvvs, obesaqe terga,
Lvxvriætqe toris animosum pectus honestis.

præterea, si dvplex agitvr per lvmbos spina. volo enim non modò perniciter, verumetiam permollister pervehat. Vide & Joannem Chrysostomum *edit. Savil. tom.* 7. *Orat.* 2. Vide & Galenum *ad lib.* 4. §. 19. sed & *l.* 9. §. 31.

Ἔχει δὲ ἄτως πρὸς τὸν πατρὶ] de *homine qovis*, perperam cepit Xylander. de *universo*, sive *universi rectore*, Casavbonus rectè.

§. 41. Μέμψασθαί σε θεοῖς] Idem *suprà* §. 16. & *l.* 9. §. 1. Epictetus *l.* 1. *c.* 27. Πέφυκεν ὁ ἄνθρωπος, μὴ ὑπομένων ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν, μὴ ὑπομένων περιπίπτειν τῷ κακῷ. εἶτα τὸ τελευταῖον, ὅταν μήτε πράγματα μεταθεῖναι δυνηθῇ, μήτε τὸν ἐμποδίζοντα ἐκτυφλῶσαι, (qo modo Ulysses Cyclopem) καθῆται, πρὸς σίνει, πρὸς ὃ δύναται, λοιδορεῖ τὸν Δία, ᾗ τὸς θεὸς ἄλλες. *Sic enim naturâ comparatum est, ut homo non patiatur eripi sibi bonum, ut recusét incidere in malum. Tandem, qvm neqe res transferre qit, neqe eum qi impedit, execrare, sedet gemens, & qemcvnqe potest maledictis lacerat, ipsum adeo Jovem & caeteros Deos.* prout impii illi, Esajæ *c.* 8. *v.* 21. Idem *l.* 4. *c.* 7. Ἐάν τις ἐν τούτοις μόνοις ἡγήσηται τὸ ἀγαθὸν τὸ αὑτῆ πρὸς συμφέρον τοῖς ἀκωλύτοις καὶ ἐφ' ἑαυτῷ, ἐλεύθερος ἔσαι, εὔροος, εὐδαίμων, ἀβλαβὴς, μεγαλόφρων, εὐσεβὴς, χάριν ἔχων ὑπὲρ πάντων τῷ θεῷ, μηδαμῇ μεμφόμενος μηδενὶ τῶν ἐφ' αὐτῷ γενομένων, μηδὲν ἐγκαλῶν. ἂν δ' ἐν τοῖς ἐκτὸς καὶ ἀπροαιρέτοις, ἀνάγκη κωλύεσθαι αὐτὸν, ἐμποδίζεσθαι, δυλεύειν τοῖς ἐκείνων ἔχουσιν ἐξουσίαν, ἃ τεθαύμακε καὶ φοβεῖται. ἀνάγκη δ' ἀσεβῆ εἶναι, ἅτι βλάπτεσθαι οἰόμενον ὑπὸ τῦ θεῦ. καὶ ἄνισον, ὡς ἀεὶ αὐτῷ τῦ πλείονος περιποιητικόν. *Si in his solis bonum svvm & commodvm collocarit, qa prohiberi non possvnt, & in svâ potestate svnt, liber esto, prosper, felix, indemnis, magnanimus, pivs, gratias agens Deo pro omnibvs, nvsqam qicqam ab illo factvm reprehendens, de nvllo conqerens. Si vero in externis, & iis qa alieni juris sunt, necesse est ut prohibeatur, impediatur, servivt iis qi ea in potestate habent qa miratvr & timet: necesse esse ut sit impivm, qippe qod sibi a Deo noceri putat; & iniqvm, ut qod svbinde sibi plvs acqirat.* Eadem prorsus dicit, qæ Marcus, sed inverso ordine, hoc loco.

Τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κινῶμεν] *bona & mala tractaremus* Xylander. *ad ea inclinaverimvs* Mericus. verùm legendum κρινῶμεν. *judicaverimus.* qo sensu ὑποστήσῃς priùs dixerat. atqe ità Athenæus *dipnosoph. l.* 15. Οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ τὺς θεὺς ἀνθρωποειδεῖς ὑποστησάμενοι. *At prisci homines humanâ formâ praditos Deos existimantes*, sive, ut vulgò loqimur, *supponentes.* Tollemus obiter par mendum ex Aristotelis codicibus, *ethic. Evdem. l.* 7. *c.* 6. Ubi vulgò legitur; Καὶ τούτῳ χρώμενος κανόνι κινεῖσι τὴν πρὸς τὺς ἄλλυς φιλίαν. *Qi eodem vtentes canone, amicitias erga alios etiam judicant.* legendum κρίνυσι. qod & Aretinus advertit, qi, *judicant*, vertit.

Διὰ τὴν πρὸς ταῦτα διαφοράν] *propter hanc rerum differentiam* Xylander. *Si cvm opinione differentiæ ad res istas inclinaverimvs* Casavbonus. Qasi διαφορὰ τῷ ἀδιαφορεῖν opponatur. Verùm Marco τὸ διαφέρεσθαί πρός τι, est *ad rem aliqam adipiscendam*, vel simpliciter *ferri*, ut idem usurpat *l.* 5. §. 1. vel *cvm solicitvdine & animi anxietate ferri.* Vide *lib.* 9. §. 27, & 38. Verto itaqe, *dvm ad ista contendvnt.* non in eo sensu *contendendi* vocabulo sumpto, qo διαφέρεσθαί περί τινος, *de re aliqa contendere*, sed qo πρός τι, *ad rem aliqam*, qam studiosè prosequitur, *contendere* qis dicitur.

§. 42. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργῆμεν] imò, non πάντες tantùm, sed & πάντα. Συνεργοῦντες ὦν. *Operam nostram accommodantes.* Apostolus *ad Cor. Ep.* 2. *c.* 6. *v.* 1. Et, Πάντα συνεργεῖ. *Omnia simvl adjvmento sunt. ad Rom. c.* 8. *v.* 28.

Ὁ μὲν εἰδότως καὶ παρακολυθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπιϛάτως] Xylander *pars scientes & certo ordine, pars insciі.* Videtur εἰδότες legisse. qanqam eódem recidit, utrumlibet admiseris. Verùm παρακολυθητικῶς, *intelligenter* potiùs, vel *intelligentes* etiam reddidisset. ἀνεπιϛάτως, *citra considerationem.* ἀνεπιϛήτως, *citra cognitionem.* hoc an illud legeris, ciccum havd interest: nisi qòd istud τῷ εἰδότως, illud τῷ παρακολυθητικῶς, potiùs respondere videatur. Bernardus *de grat. & lib. arb. Operatvr Deus salvtem svorvm, aliqando per creaturam sine ipsa, aliqando per creaturam contra ipsam, aliqando per creaturam cvm ipsa. mvlta enim fivnt hominibvs salvbria per insensibilem, & item per irrationabilem creaturam: qa idcirco dixit fieri sine ipsa, qòd non qeat, intellectv carens esse vel conscia. Mvlta qoqe mvltorvm saluti vtilia facit Deus per malos, sive homines, sive angelos, sed qoniam invitos, ideo contra ipsos. nam dvm nocere cvpientes, jvvant, qantvm* [qantumvis] *aliis valeat vtilis actio, tantvm* [tamen] *ipsis perversa nocet intentio. Porrò per qos & cvm qibvs operatvr Deus, boni sunt, vel angeli, vel homines: qia qod vvlt Deus & agvnt pariter & volvnt. nec sunt operis tantvm ministri per effectvm, sed & operantis qodammodo socii per consensvm.* Et mox: *Vtitvr ergò Deus in salvtem svorvm irrationabili item & insensibili creaturâ, tanqam jvmento vel instrvmento, qa jam expleto opere, nvsqam ervnt. vtitvr creaturâ rationali, sed malevolâ, qasi disciplina virgâ, qam correcto filio in ignem projiciet, tanqam sarmentvm invtile. vtitvr & angelis & hominibvs bona voluntatis, tanqam commilitonibvs & coadjvtoribvs svis, qos peractâ victoriâ amplissimè mvnerabit.* Synesius *Epist.* 57. Αἱ κακοποιοὶ δυνάμεις ἐν κόσμῳ συντελοῦσι μὲν τῇ χρείᾳ τῆς προνοίας. κωλύζυσι γὰρ τὺς ἀξίυς κωλύζεσθαι. εἰσὶ δὲ ὅμως θεομισεῖς τε καὶ ἀποτρόπαιοι. ὃ γὰρ διάκειται τὴν γνωμὴν ὁ τιμωρὸς ἢ δαίμων ἢ ἄνθρωπος, ὡς λειτυργίαν ταύτην εἰσφέρων θεῷ. ἀλλὰ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς φύσεως χαριζόμενος, ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς ἐπεξέρχεται. *Qa in mvndo svnt malefica virtvtes, etiamsi ex usv divina providentia sint, cvm in eos animadvertant, qi sunt animadversione digni; sunt illa tamen & invisa Deo ut & execrabiles. Neqe enim ita animo affectvs est vindex, sive damon, sive*

*- τίνες L. πιστάτας *. ὥσπερ δὲ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος ἐργάτας εἶναι λέγει, καὶ συνεργοὺς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. ἄλλος, ἢ καὶ ἄλλο συνεργεῖ. a ἐκ περιουσίας ἢ b καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀντιβαίνων περιώμενος, καὶ ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ c ἐπὶ τούτῳ ἔχρηζεν ὁ κόσμος. λοιπὸν οὖν σύρε εἰς τινας ἑαυτὸν καταπαύσεις. σκεῖνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται· d ὁ δὲ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τι e τῶν συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένῃ, οἷος ὁ εὐτελὴς καὶ γελοῖος στίχος ἐν τῷ δράματι,

a L. 7. §. 56. b L. 8. §. 35. L. 10. §. 28. c L. 9. §. 42. d Sup. §. 1. 5. e Sup. §. 14. L. 7. §. 19.

effectionis inſcii. qo modo dormientes qoqe Heraclitus, opinor, operarios eſſe dixit, & ad ea qæ in mundo aguntur, operas conferre. alius verò alio modo operam confert. ex abundanti verò & is qi qiritatur, & qi in adverſum nititur, & qi ea qæ fiunt, tollere conatur. nam & ſic affectis mundus opus habebat. proinde cogita tandem, qorum in numerum te referas. ſiqidem rector ille univerſi omnino te probè utetur, téqe in operariorum operáſqe mutuas conferentium partem recipiet. tu verò cave pars ejuſmodi ſis, qalis in fabula vilis & ridiculus verſus ille, cujus

jus

ANNOTATIONES.

ſive homo, qaſi munus hoc Deo præſtet; ſed naturæ malignitati ſerviens communes calamitates perſequitur. Exemplum habes in Aſſyrio rege apud Eſajam *c.* 10. *v.* 5, 7.

Καὶ τοὺς καθεύδοντας] Etiam dormientes cooperari ad ea qæ in mundo geruntur, Heraclitus dixiſſe aſſerit. cùm tamen Heraclitus idem dixerit, referente Plutarcho *lib. de ſuperſtit.* Τοῖς ἐγρηγορόσιν ἕνα καὶ κοινὸν κόσμον εἶναι, τῶν δὲ κοιμωμένων ἕκαστον εἰς ἴδιον ἀποχωρίσεσθαι. *Vigilantes in mundo uno eodémqe omnium communi, verſari; dormientes in ſuum cujuſqe proprium neſcio qem concedere.*

Ἐκ περιουσίας δὲ] *Supervacaneâ operâ* Xylander. *qantum in ſe eſt* Caſaubonus. *abundè*, ſive *ex abundanti*, malim. Galenus *de opt. ſect. c.* 23. ἐκ περιουσίας γάρ ἐστι καὶ τοῦτο κατασκευάσαι, ὅτι ἄχρηστος ἡ κατάληψις τῶν παθῶν. *ex abundanti eſt, iſtud oſtendere. qoniam inutilis eſt affectuum comprehenſio.* ἐκ περιουσίας, ſive *ex abundanti* agere dicitur, qi liberaliter, ultra id qod exigi poterat avt neceſſe fuerat, aliqid vel concedit, vel largitur, vel qocunqe modo facit. indè apud Rhetores, Τὰ ἐκ περιουσίας καλούμενα προοίμια. *Exordia ex abundanti qa dicuntur.* de qibus Hermogenes *de invent. l.* 1. *c.* 3. & ἐκ περιουσίας προοιμιάζεσθαι, *ex abundanti exordiri*, & ἐκ περιουσίας λέγειν, *ex abundanti dicere, ibidem*; ubi alia ac graviora, qàm ea qæ objiciant, objicere poſſe ſe crimina alicui prætendunt eodem ſenſu, ἐκ τοῦ περίττου Marcus dixit *l.* 7. §. 56. Ex *abundanti*, inqit, & iſtiuſmodi homines ad mundi opus operam conferunt ſuam, qia fati affectum, dum eidem reniituntur, illuſtrant.

Ὁ μεμφόμενος] *qi objurgat naturam*; & *Deos mavult emendare, qàm ſe.* Seneca *Epiſt.* 107.

Καὶ ὁ ἀντιβαίνων περιώμενος] *Dum in bonum uſum malè facta vertuntur, ejus conſiliis militant, etiam qi ejus conſiliis repugnant.* Gregorius Romanus *in Job. l.* 6. *c.* 14. ità Aſſyrius Eſaj. *c.* 10. *v.* 6, 11. *Deúſqe de eis qi faciunt qa non vult, facit ipſe qa vult.* Auguſtinus *de corrept. & grat. c.* 14 Et *enchir. c.* 100. *Per eam creaturæ voluntatem qæ factum eſt qod creator noluit, implevit ipſe qod voluit. hoc enim ipſo, qòd contra voluntatem Dei fecerunt, de ipſis facta eſt voluntas ejus.* Vide *l.* 8. §. 35.

Τῷ τοιούτῳ ἔχρηζεν ὁ κόσμος] Vide *l.* 9. §. 42. Chryſippus *de natur. lib.* 2. à Plutarcho relatus *de contradict. Stoic. c.* 31. & *de Commun. notit. c.* 13. Ἡ κακία πρὸς τὰ λοιμικὰ συμπτώματα ἔχει ὅρον. γίγνεται γὰρ αὐτή πως κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον. καὶ ἵν' ὕτως εἴπω, οὐκ ἀχρήστως γίνεται πρὸς τὰ ὅλα. οὐδὲ γὰρ ἂν τάγαθὸν ἦν. *Vitioſitas ad atroces calamitates qandam habet rationem peculiarem. Sic enim ipſa qodammodo ſecundùm rationem naturæ, atqe, ut ſic dicam, non inutiliter reſpecta univerſi: neqe enim bonum eſſet.* Vide *infrà ad illa*, εὐτελὴς καὶ γελοῖος στίχος. Sed & Plato in *Theatet. pag.* 129. *A.* Theodoreto etiam adductus *therap. lib.* 12. Ἀλλ' ὅτι ἀπόλλυσθαι τὰ κακὰ δυνατόν. ὁπωσοῦν γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη. *At impoſſibile eſt, mala penitus exſtirpari. Nam bono oppoſitum aliqid eſſe ſemper neceſſe eſt.* Non neceſſarium prorſus, at conducibile tamen, nec noſtri negant. Lactantius *l.* 5. *c.* 7. *Virtutem avt cerni non poſſe, niſi habeat vitia contraria; avt non eſſe perfectam, niſi exerceatur adverſis. hanc enim Deus bonorum ac malorum voluit eſſe diſtantiam; ut qalitatem boni ex malo ſciamus, item mali ex bono: nec altersus ratio intelligi ſublato altero poteſt. Deus ergò non excluſit malum, ut ratio virtutis conſtare poſſet.* Auguſtinus *enchir. c.* 10. *Ab hac ſummè & immutabiliter bonâ Trinitate creata ſunt omnia, & nec ſummè, nec aqaliter, nec immutabiliter bona, ſed tamen bona etiam ſingula. Simul verò univerſa valde bona; qia ex omnibus conſiſtit admirabilis pulcritudo. in qa etiam illud qod malum dicitur, benè ordinatum & ſuo loco poſitum, eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabiliora ſint. neqe enim Deus omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas, cùm ſummè bonus ſit, ullo modo ſineret mali eſſe aliqid in operibus ſuis, niſi uſqe adeò eſſet omnipotens & bonus, ut bene faceret etiam de malo.* Et *c.* 96. *Qamvis enim ea qa mala ſunt, in qantum mala ſunt, non ſint bona, tamen ut non ſolùm bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. nam niſi eſſet & hoc bonum, ut eſſent & mala, multo modo ſineretur ab omnipotente bono; cui proculdubio qàm facilè eſt qod vult, facere; tam facilè eſt qod non vult, eſſe non ſinere. Melius ergò judicavit de malis bene facere, qàm mala nulla eſſe permittere.* Ibidem *c.* 27. Vide Petrum Lombardum *l.* 1. *diſt.* 46.

Ἐκεῖνος πάντως σοι καλῶς χρήσεται] Diſertè ac eleganter hoc diſſerit Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 312. *A.* Αἱ τῶν ἀποστατησάντων βουλαί τε καὶ ἐνέργειαι, μερικαὶ οὖσαι, γίνονται μὲν ἐκ φαύλης διαθέσεως, καθάπερ καὶ αἱ νόσοι αἱ σωματικαί. κυβερνῶνται δὲ ὑπὸ τῆς καθόλου προνοίας ἐπὶ τὸ τέλος ὑγιεινὸν, κἂν νοσοποιὸς ᾖ ἡ αἰτία. μάγιστον γὰρ θείας προνοίας, τὸ μὴ ἐάσαι τὴν ἐξ ἀποστάσεως ἐκκοπεῖσαν φυτείαν κακίαν, ἄχρηστον καὶ ἀνωφελῆ μένειν, μηδὲ μὴν κατὰ πάντα βλαβερὰν αὐτὴν γενέσθαι. τῆς γὰρ θείας σοφίας καὶ ἀρετῆς καὶ δυνάμεως ἔργόν ἐστι, οὐ μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν. φύσις γάρ ὡς εἰπεῖν, αὕτη τοῦ Θεοῦ, ὡς τοῦ πυρὸς τὸ θερμαίνειν, καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν. ἀλλὰ κἀκεῖνο μάλιστα, τὸ διὰ κακῶν ἐπινοηθέντων πρός τινων, ἀγαθόν τι καὶ χρήσιμον τέλος ἀποτελεῖν, καὶ ὠφελίμως τοῖς δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι. *Eorum, qi defecerunt, conſilia & operationes, qum ſint ſingulares, fiunt qidem ex mala affectione, ſicut morbi corporis: ab univerſa autem ac generali providentia adminiſtrantur ad finem ſalubrem, etiamſi ſit cauſſa morbi efficiens. Eſt itaqe maximum divinæ providentiæ argumentum, qod non ſinat, ut vitium, qod ex voluntaria defectione ortum eſt, inconducibile maneat & inutile, ſed nec ſit omnino noxium. Divina enim ſapientia, & virtutis, & potentia eſt officium, non ſolum bene facere (hæc eſt enim, ut ſemel dicam, Dei natura, ut ignis calefacere, & lucis illuminare) ſed illud qoqe maximè, ut id, qod per malos aliqos excogitatum eſt, ad bonum aliqem finem & utilem deducat, & utiliter iis, qa videntur mala, utatur.* Inculcat idem paſſim & Auguſtinus *adv. Fauſt. l.* 16. *c.* 21. *Deus bene utitur etiam malis. Epiſt.* 141. *Sicut mali, Dei bonis malè utuntur, dum non corriguntur; ſic contrà Deus, etiam malis eorum bene utitur, ad juſtitiam ſuam & exercitationem ſuorum.* Et *Epiſt.* 59. *Sicut illorum neqitia eſt, malè uti bonis operibus ejus; ſic illius ſapientia eſt, bene uti malis operibus eorum.* Idem *in Pſal.* 54. *Nè putetis gratis eſſe malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. omnis malus avt ideo vivit, ut corrigatur; avt ideo vivit, ut bonus per illum exerceatur.* Et *in Pſal.* 36. *Habet aliqem hic uſum peccator? habet. utitur illo Deus ad probandum juſtum. eſt qod de peccatore agatur. locus hic ejus eſt ut palea in fornace artificis. ardet palea, ut aurum purgetur: ſævit impius, ut juſtius probetur.* Et *in Pſal.* 77. *Utitur eis, qi bonus eſt, bene id eſt, convenienter & juſte: ſicut è contrà iniqi creaturis ejus bonis utuntur malè.* Et *in Pſal.* 104. *Deus bene utitur malis operibus hominum: ſicut illi contrà malè utuntur bonis operibus Dei. Et eſt ipſa illa mirabilis Dei bonitas; qia bene utitur etiam malis, vel angelis vel hominibus. cùm enim ipſi vitio ſuo mali ſint, ille de malo eorum bene facit.* Idem *enchir. c.* 101. *Summè bonus non ſineret fieri malè, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.* Et *de continent. c.* 6. *Tanta eſt omnipotens ejus bonitas, ut etiam de malis poſſit facere bona, ſive ignoſcendo, ſive ad utilitates piorum coaptando atqe vertendo, ſive etiam juſtiſſimè vindicando. omnia namqe iſta bona ſunt, & Deo bono atqe omnipotenti dignißima, nec tamen fiunt niſi de malis. qid igitur melius, qid omnipotentius eo, qi cùm malis nihil faciat, bene etiam de malis facit?* Poſſent & alia plura coacervari. Verùm iſta forſan qibuſdam nimia videbuntur. Chryſippus certè ipſe gemina ferè his habet, *de Diis l.* 1. referente Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 33. Ὅτι τοῦτα (τὰ κακὰ) ἀνοίμετον κατὰ τὸν Διὸς λόγον, ἤτοι ἐπὶ κολάσει, ἢ κατ' ἄλλην ἴσχυσιν πρὸς τὰ ὅλα οἰκονομίαν. *Tribui ea* (mala) *ſecundùm Jovis rationem, ſive ſupplicii cauſſâ, ſive aliâ ad univerſum reſpiciente adminiſtratione.*

Ὁ τὰ ὅλα διοικῶν] Vide *l.* 5. §. 21, & *ſuprà* §. 5.

Τῶν συνεργῶν] ita *l.* 7. §. 19. Τῷ ὅλῳ συνεργά. *Ipſa univerſo cooperantia.* & *infrà* §. 43. Συνεργὰ εἰς ταυτόν. *Ad unum idemqe efficiendum operas mutuas conferunt.*

Οἷον ὁ εὐτελὴς καὶ γελοῖος στίχος] Locum hunc illuſtrat nobis Plutarchus *de commun. notit. adv. Stoicos c.* 13. adductis ipſis Chryſippi verbis, qæ in animo proculdubio Marcus habuit, cùm hæc ſcriberet. Ea ex *l.* 2. *de natura* ſic habent. Ὥσπερ γὰρ αἱ κωμῳδίαι ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐστὶ φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προσίδωσιν. ὕτως

ψέξεως

jus meminit Chryſippus.

§. 43. Nunqid Sol pluviæ munus ambit, avt telluris Æſculapius? qid ſidera ipſa, nonne diverſa qamvis ſint, ad unum tamen idémqe efficiendum operas mutuas conferunt?

§. 44. Si qid de me eſſqe qæ mihi ſunt obventura Dii conſuluerint, omnino bene conſuluerunt. etenim conſilii expertem Deum nec cogitare facile fuerit. ut avtem malè mihi facerent, ecqid eos impelleret? ecqid enim vel illis ipſis, vel univerſo, cujus præcipuè curam gerunt, indè accederet? qod ſi de me ſpeciatim nihil conſuluerint, at de rebus univerſi ſaltem omnino conſuluerunt; qibus & mea cum conſecutione neceſſaria cohæreant, amplecti hæc debeo eſſqe acquieſcere. ſin de nullus Χρύσιππος μέμνηται).

§. 43. [a] Μήτι ὁ ἥλιος τὸ τοῦ ὑετοῦ ἄξιοί ποιεῖν; μήτι ὁ Ἀσκληπιὸς τὸ τῆς καρποφόρου; τί δ' ὧν τῶν ἄστρων ἕκαστον, οὐχὶ [b] διάφορα μὲν, συνεργὰ δὲ πρὸς τ' αὐτόν;

§. 44. [c] Εἰ μὲν οὖν ἐβουλεύσαντο περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμοὶ συμβῆναι ὀφειλόντων οἱ θεοὶ, καλῶς ἐβουλεύσαντο. [d] ἄβουλον γὰρ θεὸν οὐδὲ διανοῆσαι ῥᾴδιον. [e] κακοποιῆσαι δέ με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελλον ὁρμᾶν; τί γὰρ αὐτοῖς, ἢ τῷ κοινῷ, ἃ μάλιστα προνοοῦσιν; οὐκ τούτων περιεγένετο; εἰ δὲ μὴ ἐβουλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμοῦ, περί γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο, οἷς [f] κατ' ἐπακολούθησιν καὶ ταῦτα συμβαίνοντα, [g] ἀσπάζεσθαι καὶ στέργειν ὀφείλω. εἰ δ' ἄρα περὶ

[a] L. 27. §. 4.
[b] L. 9. §. 9.
[c] L. 3. §. 4. l. 7. §. 41. l. 9. §. 28.
[d] L. 2. §. 11.
[e] Sup. §. 1.
[f] L. 5. §. 28.
[g] L. 3. §. 16.

ANNOTATIONES.

ψέξεως ἂν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν. τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἄχρηστός ἐστιν. *Sicut enim comœdiæ inſcriptiones ferunt ridiculas, qæ pro ſe nullius pretii, toti poematis tamen aliqid venuſtatis addunt: ita ipſum qidem pro ſe vitium vituperaveris, ad alias res inutile non eſt.* Intereſt tantùm, qod Marcus τίχον ἐντελῆ, Chryſippus ἐπίγραμμα φαῦλον, ſed uterqe γελοῖον, dixerit: ille ad hominem pravum, hic ad pravitatem hominis ipſam retulerit. Avdi tamen ex parte Plutarchi, qam ſubjunxit, cenſuram: Πρῶτον μὲν οὖν, inqit, τὴν καινὸν γεγονέναι κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν, ὥσπερ τὸ φαῦλον ἐπίγραμμα γέγονε καθὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ βούλησιν, πᾶσαν ἐπίνοιαν τῆς ἀτοπίας ὑπερβάλλει. ἔπειτα δὲ τὸ μὲν φαῦλον ἐπίγραμμα τὴν κωμῳδίαν κοσμεῖ, καὶ συνεργεῖ πρὸς τὸ τέλος αὐτῆς, ἐφιεμένης τοῦ γελοίου καὶ κεχαρισμένου τοῖς θεαταῖς. ὁ δὲ πατρῷος καὶ ὕψιστος καὶ θεμίστιος Ζεὺς; καὶ ἀριστοτέχνας, κατὰ Πίνδαρον, ὑμνούμενος δή τις μέγας καὶ ποικίλος καὶ πολυμαθὴς δημιουργῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἅμα κοινὸς συνομοπολίτης μετὰ δίκης καὶ ἀρετῆς ὁμολογουμένως καὶ μακαρίως, τί πρὸς τὸ κάλλιστον τοῦτο καὶ σεμνότατον τέλος ἐθέλοντος λητῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ πατροκτόνων καὶ τυράννων; (qod Marcus suprà τοῦ τοιούτου ἔχοντος ὁ κόσμος) ὑ γὰρ ἡδὺ τῷ θεῷ καὶ κομψὸν ἡ κακία γέγονε ἐπιστόδιον. ἔτι τὸ μὲν φαῦλον ἐπίγραμμα τοῦ ποιήματος πολλοστημόριόν ἐστι, καὶ μικρὸν ἐπέχει παντάπασιν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ χωρίον. καὶ ὅτε πλεονάζει τὰ τοιαῦτα, ὅτε τῶν ἓν τι ποιεῖσθαι δοκούντων ἀπόλλυσι καὶ λυμαίνεται τὴν χάριν τῆς δὲ κακίας ἀναπίπλησι πάντα πράγματα, καὶ πᾶς ὁ βίος ἐνδὺς ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος ἀτοπημοιῶν καὶ ἐκπίπτων, καὶ ταρατλόμενος, καὶ μηδὲν ἔχων μέρος καθαρὸν μηδὲ ἀνεπίληπτον (ὡς ὅτοι λέγουσιν) αἰσχισόν ἐστι δραμάτων ἁπάντων καὶ ἀτερπέστατον. *Primum vitium Dei providentiâ exſtitiſſe, ſicut voluntate poeta malum epigramma factum eſt, tantum abſurdi habet, ut abſurdius cogitari poſſit nihil. Deinde malum epigramma comœdiam ornat, & ad finem conſequendum adjuvat, poetâ ſpectatoribus riſum movere, vel lepidum aliqod proponere cupiente. At patrius ille, & ſupremus, ac juſtitia præſes Jupiter, optimúſqe, ut eum Pindarus nominat, artifex, non ſcilicet drama aliqod magnum, & varium, multiplicive cognitioni ſerviens mundum fabricans, ſed urbem diis hominibúſqe communem, in qo una vitam exigerent juſtitia & virtute ducibus concorditer ac feliciter: qorſum ad pulcerrimum hunc finem opus habuit latronibus, homicidis, parricidis, tyrannis? Non enim jucundum Deo exordium avt elegans fuit vitioſitas. Præterea ineptum illud epigramma perexigua eſt comœdiæ particula, inqe ea minimum plane locum occupat: ac neqe abundant talia, neqe eorum, qæ rectè facta videntur, cuiqam officiunt, avt venuſtatem ejus corrumpunt. At vitiis repleta ſunt omnia, totáqe vita ſtatim à primordio fabula uſqe ad coronidem decorum non ſervans, aberrans à recto curſu, conturbata, nullam partem habens puram, avt reprehenſionis inamunem, ut ipſi dicunt, omnium eſt dramatum turpiſſimum & injucundiſſimum.* Qanqam pro Chryſippo Marcóqe multa forſan dici poſſent, ſi candidam ſaltem ac benignam interpretationem verborum utriuſqe admiſerimus: verùm ulteriùs de his impræſentiarum non lubet differere. Illud tantùm adjiciam; in Plutarchi animadverſione verba illa, πατρῷος καὶ ὕψιστος καὶ θεμίστιος Ζεύς, vitiata videri. qid enim habet commune πατρῷος καὶ ὕψιστος; Et primâ qidem facie videri poſſit, leviculâ inflexione πρῶτος καὶ ὕψιστος legendum. certè ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἵκτατος Deus pater noſtris dicitur. Eſajæ *c.* 44. *v.* 6. & Joanni *Apocal. c.* 1. *v.* 17. & *c.* 2. *v.* 8. & *c.* 22. *v.* 13. Verùm locum iſtic τὸ πρῶτος καὶ ὕψιστος qem habeat, non video. Itaqe malim Plutarcho ipſo facem præferente legere, πατρῷος καὶ σωτικὸς καὶ θεμίστιος. Sic Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 29. Ὥστε περὶ τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος, καὶ γενέτορος καὶ πατρὸς δίκης καὶ εὐνομίας. *Ut etiam de Jove ſervatore, genitore, & patre juſtitiæ atqe aqitatis.*

§. 43. Μήτι ὁ ἥλιος] Lucianus itidem *de aſtrolog.* Τὰ ἔργα ἑκάστῳ αὐτίκα διωρίσατο, τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπὼν, *Iliad. ε.* v. 429.

Ἀλλὰ συ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

τὰ δὲ τῇ πολίμῳ,

Ταῦτα δὲ Ἀρηϊθόῳ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.

A *Utriuſqe effectum deſcripſit: Veneris, qum ait,*

Tute Venus jucunda magis connubia cura:

belli vero,

Cuncta citò hæc cura fuerint Martis atqe Minervæ.

Gemino utitur argumento Plutarchus *in lib. de tranq. pag.* 472. *A.* dum qorundam omnia ambientium vanitatem retundit. Ἄλλ' ἴσως, inqit, τοὺς μὲν Στωικοὺς ἴσως παίζειν, ὅταν ἀκούσωσι τὸν σοφὸν παρ' αὐτοῖς μὴ μόνον φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ ῥήτορα καὶ στρατηγὸν καὶ ποιητὴν καὶ πλούσιον καὶ βασιλέα προσαγορευόμενον. αὐτοὺς δὲ πάντων ἀξιοῦσι τούτων. Καίτοι καὶ τῶν θεῶν ἄλλος ἄλλην ἴσχει δύναμιν, ὁ μὲν Ἐνυάλιος, ὁ δὲ μαντικὸς, ὁ δὲ κερδῷος ἐπονομάζεται. καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ζεύς, ὡς ἔοικεν αὐτῇ πολιτικῶν ἔργων, ἐπὶ γάμους ἀποστέλλει καὶ θαλάμους. *Sed nonnulli Stoicos ludere putant, qando ab iis audiunt ſapientem non modo prudentem, juſtum, fortem, ſed rhetorem qoqe, imperatorem, poëtam, divitem, regémqe cognominari, cum interim hos ſibi titulos arrogent omnes. Atqi deorum alius aliâ virtute præditus, hic bellicoſus, ille fatidicus, rurſum alius lucri præſes nominatur. Et Venerem Jupiter, qod ad eam res bellica nihil pertinerent, ad nuptias & cubilia ablegat.* Et mox *C.* Οὐ πάντα πάντων ἐστίν. ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ γράμματι πειθόμενον, αὐτὸν καταμαθεῖν. εἶτα χρῆσθαι πρὸς ἓν ὃ πέφυκε, καὶ μὴ πρὸς ἄλλον ἄλλοτε βίᾳ ζῆλον ἕλκειν καὶ παραβιάζεσθαι τὴν φύσιν. *Non omnia ſunt omnium: ſed oportet Pythica obtemperantem inſcriptioni, ſeipſum noſſe, deinde uti ſuo ingenio ad ea, ad qæ naturâ factus eſt: neqe id ad alius vitæ ſtudium trahendo, huic vim facere.* Vide *ad l.* 4. §. 27. ſed & Epictetum *Diſſert. l.* 3. *c.* 22.

Διάφορα μὲν] Vide *ad l.* 9. §. 9. Seneca *qæſt. nat. præfat. l.* 1. *Occaſus ſiderum atqe ortus, & tam diverſas concordantium vias.*

§. 44. Εἰ ἔν] ἔν illud παρέλκειν videtur. eſt enim novi argumenti exordium. Vide *l.* 8. §. 3.

Καλῶς ἐβουλεύσαντο] Ità *l.* 3. §. 4. Ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πίπεισται. *Iſta optima eſſe perſvaſum habet.* & *l.* 9. §. 28. Εὖ ἔχει πάντα. *Omnia bene ſe habent.* Vide & *l.* 7. §. 41. Epictetus *Diſſert. l.* 3. §. 24. Τῷ ὄντι κακῶς διοικεῖται τὰ ὅλα, εἰ μὴ ἐπιμελεῖται ὁ Ζεὺς τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν, ἵν' ὦσιν ὅμοιοι αὐτῷ. ἀλλὰ ταῦτα ὁ θεμιτὰ, ἃδ' ὅσια ἐνθυμηθῆναι. *Omnino rerum univerſitas male gubernatur, niſi cives ſuos curat Jupiter, ut ſimiles ſint ipſius. Atqi iſta nefas eſt vel cogitare.* Et *c.* 26. Καὶ σταθερὸν δὲ ἀγαθὸν ὁ λείπει ὁ μισθοδοτῶν, οὐδὲ ἐργάτην, οὐδὲ σκυτέα; τῷ δ' ἀγαθῷ λείψει; ὥστε ὁ θεὸς ἀμελεῖ τῶν αὐτοῦ ἐπιτετυγμένων, τῶν διακόνων; τῶν μαντέων; οἷς μέντοι χρῆται παραδείγμασι πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτους, ὅτι καὶ ἔστι, καὶ καλῶς διοικεῖ τὰ ὅλα, καὶ ὅτι ἀνδρὶ ἀγαθῷ οὐδὲν ἔστι κακόν, ὅτε ζῶντι, ὅτε ἀποθανόντι. *Non deeſt qi ſorti militi ſtipendium det, non operario, non ſutori: & bono viro deerit? Itáne Deus ſua mandata, ſuos miniſtros, ſuos teſtes negligit, qibus ſolis adverſus indoctos exemplis utitur, ac ſe & eſſe, & rectè gubernare omnia, bonóqe viro nihil eſſe malum vel viventi vel mortuo probat?* qæ noviſſima Socratis ſunt ex Platonis *apolog.* mutuata. Vide *ad l.* 10. §. 31.

Ἄβουλον γὰρ θεὸν] Vide *l.* 2. §. 11.

Ἀσπάζεσθαι καὶ στέργειν] *amplecti & acquieſcere.* hoc eſt enim τὸ στέργειν, φιλεῖν καὶ προσαναπαύεσθαι, ut Marc, *l.* 4. §. 31. Demoſthenes *de coron.* Εἰ δέ φησιν ὅτος, δειξάτω. κἀγὼ στέξω, καὶ σιωπήσομαι. *acquieſcam, & conticeſcam.* Iſocrates *ad Demonic.* Στέργε τὰ παρόντα. *præſentibus acquieſce, contentus eſto.* Plutarchus *Antonio*; Νυνὶ δὲ τὰ παρόντα στέργωμεν. *nunc rebus præſentibus contenti ſimus.* Polybius à Svida in Στέρξω lavdatus: Νῦν δὲ, ἃ πρὸς ἡμῶν γὰρ ἐπιορκεῖν, τὰ παρόντα στέργωμεν. *Nunc verò (non enim nos pejerare decet) in præſenti rèrum ſtatu acquieſcimus.* Incertus avtor apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 108.

Πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς.
Στέργειν δὲ μοῖραν. —
In cælites vim non parare eſt optimum;
Sed amare fatum.

τοῖ μηδενὸς βυλδόντος, πιστύειν μὲν ἐχ ὅσιον, ἢ μηδὲ θύωμδν, μηδὲ ἐυχώμεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, μηδὲ τὰ ἄλλα ποιόσωμεν, ἅπερ ἕκαστα ὡς παρόντας καὶ συμβιώντας σὺν θεὸς ποιόσομεν. εἰ δ' ἄρα τοῖ μηδενὸς τ καθ' ἡμᾶν βυλεύονται, [a] ἐμοὶ μὲν ἔξεστι τοῖ ἐμαυτῦ βυλεύεσθαι. ἐμοὶ δέ ἐστι σκέψις τοῖ ξ συμφέροντος. [b] συμφέρῃ δ' ἑκάστῳ, τὸ κῦρ τ ἑαυτῦ καταστρωτὸν καὶ φύσιν. ἡ δ' ἐμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική. [c] πόλις καὶ [d] πατρὶς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ, μοι [e] ἡ Ῥώμη, ὡς δ' ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος.

a L.9.§.28.
b Sup. §.16. 40.
c L.2.§.16. l.3.§.11.
d L.12.§.1.
e L.2.§.5.

la prorsus re consilia ineunt, qod tamen impium est credere, qorsum tunc immolemus, supplicemus, juremus, alia faciamus, qæ facimus singuli, tanqam si Deos præsentes & conversantes nobiscum habeamus: at si de nulla re, inqam, nostra consilia ineunt; qidni egomet mihi consulam? mihi avtem deliberatio competit, de eo qod conducat mihi. conducit verò unicuiqe, qod est constitutioni & naturæ ipsius consentaneum. porrò natura mea rationalis & civilis est: civitas & patria, qâ Antoninus, Roma; qâ homo, mundus. hisce

ANNOTATIONES.

Grotius. Et apud eundem *tit.* 109. Sophocles:

Στέργειν δὲ τἀμπεσόντα, καὶ θέσθαι πρέπει,
Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ γίνου τύχη.
Amare oportet casus, ac, disponere,
Non gemere sortem, ut aleatorem bonum.

Ità enim accipio illa, Σοφὸν κυβευτὴν, qomodo Flaccus dixit in *art.* — *fidus Interpres* —
pro, sicut *fidus interpres.* Et lib. 1. Epist. 2.
Rusticus expectans, dum defluat amnis —
pro, *Rustici instar est expectantis.* Vide *l.* 3. §. 16. & *l.* 5. §. 8. & *l.* 7. §. 38. & *l.* 10. §. 6, 11. Theodoretus deniqe *therap. l.* 1. *tom.* 4. *pag.* 480. *C.* Ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, τέχνην μαθεῖν ἐθέλων τινὰ, φοιτᾷ μὲν τῷ διδάσκειν ἐπισταμένῳ, στέργει δὲ τὰ προσφερόμενα παρ' ἐκείνου μαθήματα. *Omnes homines, qi artem qampiam discere cupiunt, ad eos se conferunt, qi docere noverunt, & amplectuntur qa ab illis docentur.* Et mox: καὶ ὁ μὲν ἔχει τῶν γινομένων τὴν γνῶσιν. ὁ δὲ στέργει τὴν πίστιν. ubi malè vertit Acciaolus, *disciplinas colit, & fidei instituitur*: cùm vertendum potiùs fuerit, *documentis acqiescit, & fide contentus est.* hoc est enim qod priùs dixerat, Πιστεύει τοῖς λεγομένοις, καὶ οὐκ ἀντιλέγει τῷ διδάσκοντι. *Credit iis qa discuntur, nec docenti repugnat.* Et in syntaxi diversa, apud Isocratem *in Panathen.* Ἀνάγκη στέργειν τοῖς ἤδη συμβεβηκόσιν. *Eis qa jam obtigerunt acqiescere necesse est.* Idémqe *de pace pag.* 283. Ὁρῶντι γὰς ἡμᾶς εἰ στέργοντας ὅις ἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγομένους. *Nam dum non contentos, sive acqiescentes eis, qa possidemus, sed plura semper appetere cernunt.* de Scopa Polybius Svidâ referente: Οὐκ ἤρεσκε τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' ἀπόρητος ἦν. *Non contentus erat præsentibus; sed erat insatiabilis.* qod mox qasi interpretatus ipse, οὐκ ἀρκεσθεὶς τούτοις, inqit. Lucianus item à Budæo adductus: οἱ δέ τις ἀοκνοτέρητος ἕλκετο, στέργειν ἐφὶ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις. *acqiescere eis qa decreta & statuta sunt.* Et apud Svidam avtor innominatus: Ἐκεῖνος οἵμαι δυνάμει στέργειν ἠναγκάζετο τύχαις. *Ille, ut opinor per vim his contentus esse cogebatur.* Libanius *Orat.* 3. *de Alexandro*; Οὐδὲν κεκλημένος, ᾧ στέργειν ἄξιον, ἐπιχειρεῖ τῷ πλείονι. *Nulla re partâ, qâ contentum esse æqum foret, affectabat & aggrediebatur amplius qiddam.* Gregorius Nazianzenus *in Julian. exact.* Ἀλλ' ἕκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, κἂν ᾖ τοῦ κρείττονος ἄξιος. ἐν ᾧ στέργει τὴν παροῦσαν, πλέον ἐνδοκιμῶν, ἢ ἐν τῷ ζητεῖν, ἣν οὐκ ἔλαβε. *Sed qivis in qem locum vocatus est, in illo maneat, licet dignus esset meliori, rebus præsentibus contentus magis lavdabitur, qàm si illum, qem non obtinebat, qæsierit.* Eodem sensu & τὸ ἀγαπᾶν usurpatur. Libanius *vit. suâ. p.* 7. *C.* Ὁμολογῶ δὲ ἤδη τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσειν. *Qum jam jurassem me præsentibus contentum fore.*

"Η μηδὲ θύωμεν, μηδὲ ἐυχώμεθα] Apulejus *de Deo Socrat.* *Nullus*, inqis, *Deus rebus humanis intervenit. cui igitur preces allegabo? cui votum nuncupabo? cui victimam cadam? qem miseris auxiliatorem, qem bonis favtorem, qem adversatorem malis in omni vita ciebo? qem denique, qod freqentissimum est, jurejurando arbitrum adhibebo?*

Ἕξεστι περὶ ἐμοῦ βυλεύεσθαι] καὶ προνοῆσαι τῶν ἀπρονοήτων, *solicitè providere rebus, qas providentia expertes ajunt*, ut Tatianus *contr. Grac. pag.* 143. Ità *l.* 9. §. 28. μὴ καὶ σὺ οἰκῇ, *ta ne temerè feraris.*

Κατὰ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευήν] Vide *suprà* §. 16, 40. & *l.* 5. §. 16. & *l.* 9. §. 28.

Πόλις καὶ πατρὶς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη] Ità Cicero *contr. Rullum* 2. *Roma communis patria omnium nostrûm.* Et Modestinus in *Pandect. l.* 50. *tit.* 1. *leg.* 33. *Roma communis patria nostra est.* Seneca verò *ad Helv. c.* 6. de eadem, sensu havd pavlò latiore, ratione hominum ex omnibus locis terrisqe eò confluentium, ibíqe sedes figentium suas; *Qæ velut communis patria potest dici.* qomodo de Italia Plinius *hist. nat. l.* 3. *c.* 5. *Una cunctarum gentium in toto orbe patria.* Et Aristides *Orat. in Romam*, ratione civitatis gentibus aliis communicatæ *Tom.* 1. *p.* 374. Τὸ Ῥωμαῖον, ὦ πόλεως, ἀλλὰ γένους ὄνομα κοινῶ τινος. καὶ τούτῳ οὐχ ἑνὸς τῶν πάλαι, ἀλλ' ἀνελιπόντος πᾶσι τοῖς λοιποῖς. *Ut jam Romanum nomen sit non urbis alicujus, sed generis totius, nec unius qidem alicujus, sed qod reliqis omnibus exaqaretur. p.* 375. Πολλοὶ μὲν, inqit, ἐν ἑκάστῃ πόλει πολῖται γεγόνασιν, οὐχ ἧττον ἢ τῶν ὁμοφύλων, ὑδ' ἐνίοις που τισὶν ἀνδρῶν τὴν πόλιν. τοσοῦτον ἐξηγάγετε τὸ τῆς

A πόλεως ὄνομα. *Jam & multi sunt in urbibus singulis vestrò cives non minùs qàm urbis suæ, licet eorum aliqi nunqam viderint civitatem suam, in tantum producitis urbis cognomen.* Cicero *de legib. l.* 2. *Ego meherculè municipibus omnibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. ut ille Cato, cùm esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est. itaqè cùm ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.* Tum, ubi in Atticis idem ostendisset, unde & Evripides *Ione*,

— παῖρις γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις.

subjungit, *Sic nos & eam patriam dicimus, ubi nati; & illam, qâ excepti sumus.* *Sed necesse est caritate eam præstare,* B *in qa reipublicæ nomen & universa civitatis est. dulcis avtem non multò secùs est ea qa genuit, qàm ea qa excepit. itaqe ego esse hanc meam patriam prorsus nunqam negabo, dum illa sit major, & hac in ea contineatur.* Duplici ergo nomine *patria* Marco *Roma*, & ortûs ratione, & civitatis, nam & *Roma natus est.* Capitolinus.

Ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος] Ità Theodorus Atheus, εἶναι πατρίδα τὸν κόσμον. *Mundum esse patriam.* Laërtius *l.* 2. in *Aristip.* qod idem & alii. Vide *ad l.* 2. §. 16. & *l.* 3. §. 11. Herculis est apud Tragicum vox, à Plutarcho *de exil.* & Stobæo *tom.* 2. *tit.* 40. lavdata:

Ἀργεῖος, ἢ Θηβαῖος. εἰ γὰρ ἴυχόμαν
Μιᾶς. ἆρας μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.
Argivus an Thebanus: havd unam mihi
Adscribo; patria urbs est Graja qalibet.

Verùm latiùs patriam suam porrigit Crates Thebanus apud Laërtium *l.* 6. in *Hipparchia*:

Οὐχ εἷς πάτρα μοι πύργος, ἢ μία στέγη.
Πάσης δὲ χέρσου, καὶ πόλισμα καὶ δόμος
Ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.
Mihi patria non urbs una, non una est domus:
Verùm qot urbes, qot domos tellus habet,
Totidem mihi sunt æqa ad hanc vitam loca.

D Grotius. Sed & Socrates, de qo Plutarchus *ibidem.* Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ Κόσμιος οἶναι φήσας, ὡς ἄν τις Ῥόδιος εἴπειν, ἢ Κορίνθιος. ὅτι μηδὲ Σωκράτης μᾶλλον, μηδὲ Ταινάρου, μηδὲ Κεραυνίοις ὑπέκλεισεν ἑαυτόν. *Et Socrates melius, qi non Atheniensem, non Græcum, sed mundanum, & mundi civem se esse dixit. Noluit enim sic à patria ista appellari, qomodo Rhodius avt Corinthius aliqis diceretur, neqe se includit Sunio, neqe Tænaro, avt Ceravniis montibus.* Subjungit Plutarchus ex Evripide.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόν δ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν περίξ ἔχοντ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις.
E Οὗτοι τῆς πατρίδος, ἡμῶν ὄχοι εἰσίν.
Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qi tenero terram circumvectu amplectitur.
Illi patria nostra sunt termini. Seneca *Epist.* 102. *Primùm humilem non accipit patriam; Ephesum, avt Alexandriam, avt si qod est etiamnum freqentius incolis, latius tectis solum. illi patria est, qodcunqe suprema & universa circuitu suo cingit. hoc omne convexum, intra qod jacent maria cum terris, intra qod aer humana divinis secernens etiam coniungit, intra qod disposita tot numina in actus suos excubant.* Democritus item apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 40. Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή. F Ψυχῆς γὰς πατρὶς ὁ σύμπας κόσμος. *Qalibet terra hominis sapientis est pervia: anima namqe fortis universus mundus patria est.* Qod Evripides *ibidem* lavdatus ex Musonii *de exil.*

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰτίῳ πεφύκαμεν.
Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.
Patet omne cælum præsenti Jovis aliti:
Ità terra qavis patria est forti viro.

Grotius. Et in eundem sensum Naso *Fast. l.* 1.

Omne solum forti patria est; ut piscibus æqor,
Et volucri vacuo qicqid in orbe patet.

In Homeri epitaphio è veteri marmore à Falkenburgio *ad Nonni Dionysiaca* repræsentato; G

Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα. —
Patria mi terra est omnis. —

De Christicolis Justinus *Ep. ad Diognet. p.* 497. Πᾶσα ξένη, πατρὶς ἐστιν αὐτῶν. καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη. *Omnis peregrina regio patria est eorum: & omnis patria est peregrina.* Distinctiùs, & ad Marci

mentem

ce civitatibus qæ utilia, & mihi sunt bona.

§.45. Qæcunqe unicuiqe contingunt, universo conducunt. hoc sufficere poterat. sed & illud adjiciatur, qod in universum observatione habitâ deprehendes, qicqid alicui conducit, etiam aliis conducere. conducibilis verò vocabulum in sensu communi nunc sumatur, cùm de rebus mediis adhibetur.

§.46. Qemadmodum afficere te solent ea qæ in theatro lociscqe ejusmodi repræsentantur, ut eadem

[a] τὰ δ' πόλεσιν ἐν πύλαις ὠφέλιμα, μόνα ἔστι μοι ἀγαθά. [a] L.4.§. 23.l.5.§.22.

§.45. [b] Ὅσα ἐκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει. ἤρκει ἔστω. ἀλλ' ἔτι ἐκεῖνο, ὡς ἐπάνειν ὄψει φυλάξας, ὅσα ἀνθρώπῳ * ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις. [c] χρησιμώτερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον ἐπὶ τῶν μέσων λαμβανέσθω. [b] L.5.§.8. * καὶ ℰ [c] L.2.§.9. * Ὠφελίμων Lug. Ὅπερ Xyl.

§.46. * Ὅσπερ παροίσεταί σοι τὰ ἀμφὶ τῷ ἡδέτερα καὶ τοῖς τοιούτοις χωρίοις, ὡς [d] ἀεὶ τὰ αὐτὰ ὁρᾷ- [d] L.2.§.14. Sup.37.

ANNOTATIONES.

mentem proximè, Epictetus *l.* 2. *c.* 5. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; μέρος πόλεως, πρώτης μὲν τῆς ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. μετὰ ταῦτα δὲ τῆς ὡς ἔγγιστα λεγομένης, ἢ τί ἐστι μικρὸν τῆς ὅλης μίμημα. *Qid enim est homo? Pars civitatis, primùm ejus qæ ex Diis constat & hominibus: deinde illius qæ proximè te attingit, qæqe universi parvum qoddam simulacrum est.* Et *cap.* 15. Τῆς αὐτῆς πόλεως πολίτην, καὶ τῆς μεγάλης καὶ τῆς μικρᾶς. *Civitatis istius civem, tam magnæ, qam parvæ.* Sed & Seneca *de otio sap. c.* 31. *Duas respublicas animo complectamur; alteram magnam & verè publicam, qâ Dii atqe homines continentur; in qa non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos civitatis nostræ cum sole metimur; alteram cui nos adscripsit conditio nascendi. hac aut Athenienſium erit, aut Carthāginienſium, aut alterius alicujus urbis, qæ non ad omnes pertineat homines. qidam eodem tempore utrique reipublicæ dant operam, majori minoriqe, qidam tantùm minori; qidam tantum majori.* E primo genere est Marcus noster.

Τὰ ταῖς πόλεσιν] Vide *l.* 5. §. 22. & *infrà* §. 45, 54.

§.45. Τῷ ὅλῳ συμφέρει] Vide *l.* 2. §. 3. & *l.* 5. §. 8.

Ὅσα ἀνθρώπῳ ἢ ἰδίοις ἀνθρώποις] legendum forsan, καὶ ἰδίοις. hoc est, *ea qa hominum alicui eveniunt, non universo tantum, sed hominibus etiam aliqo modo conducere.*

Κοινότερον] *Sed nunc vocabulum utilis accipiamus latiùs; ut etiam rebus mediis pateat.* Xylander. imò, τὸ συμφέρον, sive *conducibile*, nunc vulgari modo accipiatur, qatenus de rebus mediis enunciatur. ità *l.* 2. §. 9. Ὡς ἄν τις κοινότερον συγκρίνειε. τὸ συμφέρον enim sive *conducibile* de rebus mediis Stoici vix concesserint. qæ illi χρήσιμα ἢ ἔυχρηστα esse ajebant, ἀλλ' οὐκ ὠφέλιμα. id est, *utilia*, sed non *conducibilia*. Vide *ad l.* 3. §. 6, 11. & *l.* 8. §. 7. Ità Porphyrius *de abstinent. l.* 3. §. 20. ubi Carneadis illa retulerat; Ἕκαστον τῶν φύσει γεγονότων, ὅταν τῷ πρὸς ὃ πέφυκε καὶ γένηται, τυγχάνῃ τέλους, ὠφελεῖται. *Unumqodqe eorum qæ à natura fiunt; qum suum assequitur finem, ad qem natum est, juvatur & commodè tractatur.* subjungit, κοινότερον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν ἐυχρησίαν ἔτοι λέγουσιν, ἀκυρίον. *Communius enim utilitatem interpretari oportet, qam illi vocant usum commodum.*

§. 46. Ὅσπερ προσίσταται] Ὅπερ Xylander legisse videtur. Lugdunensis ὥσπερ exhibet. προσίστασθαι, *aliqando offendere, molestum esse, tadio afficere.* Ità Dionysius Halicarnasseus *de dictione Isocratica.* Πᾶς ὁ τῶν σχημάτων κόσμος πολὺς ἐστι παρ' αὐτῷ, καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευήν, προσιστάμενος ταῖς ἀκοαῖς. id est, *obsidens aures & offendens.* qod alibi dixit idem, κόπτων τὴν ἀκρόασιν. confirmat autem hoc diserte id qod à Marco hîc dicitur, tenorem unum eundémqe visorum dictorúmve continuum, fastidium afferre. qanqam contrà Joannes Chrysostomus *in ad Cor. Ep. 2. Orat. 8.* αὐτὴ ἡ καινολογία πᾶσι προσίστατο. *innovatio ipsa qosqe offendebat.* Idem itidem *in ad Hebr. Orat. 8.* de rudimentis pietatis Christianæ primis, qæ *lactis* nomine apud Apostolum designantur; Ὅρα γοῦν πῶς ἡμῖν ταῦτα προσίσταται. (τοῖς τελείοις, utiqe) ἀλλ' ἐκείνους ἴδωμεν, ἐδαμῶς προσισάμενα αὐτοῖς. *Vide qomodo nos adultiores ista nunc offendant; cùm illos tamen rudiores tunc alerent, ipsos nevriqam offendentes.* atqe isto qidem sensu τὸ προσίστασθαι hîc sumi oportebat, si ὥσπερ legeremus. Verùm ὅπερ malim; qia τοῦτο sequitur; ut significet, hic potiùs προσίστασθαι, *contingere, usu venire*, qomodo Plato in *Theaet.* Ταῦτα ἐδὲ ὅταν πράττειν προσίσταται αὐτοῖς. *Hæc eis nè in somnis qidem facere usu venit.* Et Porphyrius *de abstinent. l.* 1. §. 37. Platonicum illud explicans, εἰς δὲ δεῖπνα καθίναι ἐδὲ ὅταν, φησὶ, προσίσταται. *Nec cænas lavtas vel somnio ait sibi obtigisse.*

Ἀεὶ τὰ αὐτὰ] Qærit Aristoteles *problem. l.* 21. *q.* 14. Διὰ τί τὰ αὐτὰ συνεθιζομένοις τι ἡδέα φαίνεται, καὶ λίαν συνεχῶς προσφερομένοις οὐχ ἡδέα. *Cur eadem & assvescentibus svavia, & admodum crebrò utentibus insvavia sentiantur.* Summa solutionis est. Ὅτι τὸ μὲν ἔθει ἔξιν δικλικήν τινα ἐν ἡμῖν ποιεῖ, ἐ πλήρωσιν. τὸ δὲ συνεχῶς προσφέρεσθαί τε, πληροῖ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ καθάπερ ἄγγιον. legendum καὶ expuncto, καθάπερ ἀγγεῖον. & in proximis, pro ἔστι γάρ τι καὶ ἡ ἐπιθυμία. ἔστι γὰρ [καθάπερ ἀγγεῖον] τί ἡ ἐπιθυμία. adfirmant sequentia: αἱ μὲν ἕξεις γυμναζόμεναι αὔξονται καὶ ἐπιδιδόασι. τὰ δὲ ἀγγεῖα σπάνιόν ἐδὲν μείζω γίνεται. διόπερ τὸ μὲν ἔθει, ἐν γυμνάσιον, αὔξει τὴν δικλικὴν ἕξιν. τὸ δὲ συνεχῶς προσφερόμενον, σπάνει μὲν καὶ πληροῖ τὴν ἐπιθυμίαν. ἧς πληρωθείσης, ἐκέτι προσίμεθα. *Qia consvetudo habitum rei cujusplam ca-*

pientem in nobis efficit, non satietatem. Freqens autem usio desiderium explet: qod & ipsum qasi caussa qadam est. Habitus ergò qm exercitantur, avgentur atqe proficiunt. Conceptacula verò insarcta nihilo ampliora redduntur. Qamobrem consvetudo qm exercitatio sit, avget habitum illum capientem. Qod autem usu crebro in cibo assumitur, insarsit qidem, explétqe desiderium: qa expleto non amplius escam recipimus. Plutarchus in *pædagog. p.* 7. *B.* Μονωδία, ἐν ἅπασιν πλήσμιόν τι καὶ πρόσαντές ἐστιν. ἡ δὲ ποικιλία τερπνόν, καθάπερ καὶ ἄλλοις ἅπασιν, ἐν ἀκόσμασι καὶ θεάμασι. *Ubiqe unius tenoris cantilena satietatem affert & offendit: varietas delectat hîc & ubiqe, ut in avditionibus & spectaculis.* Isocrates *ad Demon.* §. 12. Τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν. πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων. *Ne sapius eosdem, neqe verbosus iisdem de rebus alloqare. Est enim rerum omnium satietas.* Contrà

— μεταβολὴ πάντων γλυκύ.
Omnium mutatio dulcis.

Evripides *Oreste.* Idémqe *Antiop.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 63.

Κόρος δὲ πάντων. καὶ γὰρ ἐκ καλλίστων
Λίκτροις ἐν αἰσχροῖς οἶδα ἐκπεπληγμένους.
Δαιτὸς δὲ πλησθεὶς τις, ἄσμενος πάλιν
Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἤσθη σόμα.
Rerum satietas omnium est. turpes torôs
Vidi seqentem, pulcra cus conjunx domi:
Et plenus epulis aliqis è vili cibo,
Novitate commendante, cepit gavdia.

Grotius. Gregorius Nazianzenus *de pace, Orat.* 3. Τροφῆς καὶ ὕπνου καὶ ᾠδῆς κόρος ἐστι, καὶ τῶν αἰσχίστων. ὡς λέγουσι. καὶ πλησμονὴ πάντων, ἐ τῶν ἀλγεινῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἡδίστων. καὶ πάντα εἰς ἄλληλα περιχωρεῖ τε καὶ περιτρέπεται. *Ut cùm cibi, & somni, & cantus, rerúmqe obscænissimarum, ut ajunt, satietas sit, omniúmqe non modò molestarum, sed etiam jucundissimarum rerum saturitas & fastidium tandem oboriatur, cumsit.aqe inter se vicissim immeent & convertantur.* In animo forsan habebat Pindari illud *Nem. Od.* 7.

— κόρον δ' ἔχει
Καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια.
— *satietatémqe habet*
Et mel, & svaves flores Venereos.

Vel Homeri illud *Il. v. v.* 636.

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.
Omnium qidem satietas est, & somni, & amoris,
Cantúsqe dulcis, & elegantis saltationis.

Vel etiam Moschi illud *Idyll. 4. v.* 71.

— καὶ ἐυφροσύνης κόρος ἐστί.
— *& lætitiæ satietas est.*

Idémqe *de Theolog. Orat.* 1. Οὐ τὸ μεμνῆσθαι διηνεκῶς κωλύω, τὸ θεολογεῖν δέ. ἐδὲ τὴν θεολογίαν, ὥσπερ (ὅπερ ℓ.) ἐυσεβῆς, ἀλλὰ τὴν ἀκαιρίαν. ἐδὲ τὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν. ἡ γὰρ μέλιτος πλησμονὴ καὶ κόρος ἐμεῖν ἐργάζεται, καίπερ ὄντος μέλιτος. *Ne qis perpetuo Deum memoriâ teneat, haud veto, sed ne de Deo disputet: imo nec hoc prohibeo, ne de Deo disputet. (id enim pium est) sed nè intempestivè: nec hoc ago, ut docendi munus explodat, sed nè mediocritatis fines transiliat. An verò qm mellis qqe ipsius, qantumvis dulcis, satietas vomitum moveat,* &c. Alluserit ad Regis sapientissimi dictum, *Proverb. c.* 25. *v.* 16. *Mel si offenderis, qod satis est comedas, nè saturatus illo, evomas rursus: Ità pedem tuum studiosè contineas ab adibus vicini tui, nè satur tui cùm fueris, odio te habeat.* scilicet. *Saturatus stomachus, non oblata solùm renuit, sed ingesta etiam rejicit.* Evcherius *in Gen. q.* 1. Itaqe Salvianus *Epist.* 1. *Gratiâ meorum rogatus utor interdum, sed tamen parcè, & apud paucos, nè gratiâ ipsâ ingratè utar.* In Petronii *fragm.*

Non uno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gavdet habere vices.
Taurus amat gramen mutatâ carpere valle:
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo grato nos proluit hausiu,
Qòd permutatis hora recurrit eqis.

Cassiodorus *l.* 7. *Epist.* 36. *Nemo dubitat, homines suâ varietate recreari: qia in continuatione rerum magnum mentibus esse constat fastidium. dulcedo mellis, si assiduè sumatur, horrescit. Serena ipsâ, qamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta sordescunt.* & *l.* 2. *Ep.* 3. *Ipse qoqe animis temporum pater, qadri-*

ἀρώμενα, καὶ τὸ ὁμοιοδὲς, προσκορῆ τὸν θέαν ποιεῖ. ἔτι καὶ ἐπὶ ὅλῳ τῷ βίῳ πάσχειν. [a] πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν. μέχρι τίνος ἦν;

§. 47. Ἐννόει συνεχῶς [b] παντοίους ἀνθρώπους, καὶ παντοίων μὲν βιοτευμάτων, παντοδαπῶν δὲ ἐθνῶν, πεπρωκότας. ὥστε καλέσαι ἔτι μέχρι Φιλισίωνος, καὶ Φοίβου, καὶ Ὀργανίωνος. μάλιστα νῦν ἐπὶ τὰ ἄλλα φύλα. ἐκεῖ δὲ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπου τοσοῦτοι μὲν δεινοὶ ῥήτορες, τοσοῦτοι δὲ [c] σεμνοὶ φιλόσοφοι, Ἡράκλειτος, Πυθαγόρας, Σωκράτης. τοσοῦτοι δὲ ἥρωες πρότερον. τοσοῦτοι δὲ ὕστερον στρατηγοὶ, τύραννοι. ἐπὶ τούτοις δὲ Εὔδοξος, Ἵππαρ-

[a] *L.7.§.1. l.9.§.28.*

[b] *L.3.§.1. l.4.§.48.*

[c] *L.7.§.19.*

semper uniformiter exhibita, spectandi satietatem pariant: eodem modo & in vita tota sis affectus. universa enim sunt sursum deorsum eadem, & ex eisdem. quousque igitur?

§.47. Istud jugiter cogita, omnis generis, omniúmque tam studiorum, qàm & nationum, homines, mortem obiisse. descende hoc modo usque ad Philistionem, Phœbum, Origanionem. tum ad alias classes te transfer. eò nimirum nos concedere oportet, qò tot oratores diserti, tot philosophi verendi, Heraclitus, Pythagoras. Socrates; tot heroes prisci; tot hos secuti imperatores, tyranni: Evdoxus insuper, Hip-

par-

ANNOTATIONES.

fariâ se diversitate componit: nec desiderium caperet, si novitatis gratiam non haberet.

Τὰ ἀμφὶ τῷ Θεάτρῳ] De Circensibus Plinius minor *lib.9. Epist. 6. Nil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectâsse sufficiat. qò magis miror tot millia virorum tam pueriliter edentidem cupere, currentes equos, insistentes curribus homines, videre.* Qi & ideo miratur, *non vulgus tantùm, sed quosdam quoque graves homines, in re inani, frigidâ, assiduâ, tam insatiabiliter desidere.* Vide *ad l.7.§.3.*

Καὶ τὸ ὁμοιοδὲς] Cicero *de invent. l.1. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater.* Et Fabius *l.9. c.4. Virtutes etiam ipsa tadium pariunt, nisi gratiâ varietatis adjuta.* Et mox: *Ex similitudine tadium & satietas creatur.*

Πάντα ἄνω κάτω] Alluśit ad Heracliti dogma illud apud Laërtium *l.9. c.8.* Τὴν μεταβολὴν, ὁδὸν ἄνω κάτω. *Mutationem viam esse suprà infràque ducentem.* Vide *l.2.§.14. & l.4.§.32. & suprà §.37.*

Μέχρι τίνος ἦν;] Apud Senecam *Epist.77.* Stoicus qidam: *Cogita, quamdiu jam idem facias. cibus, somnus, libido: per hunc circulum curritur.* ipse *Epist.24. Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas, & vita non odium, sed fastidium: in quod prolabimur, ipsâ impellente philosophiâ, dum dicimus; Quousque eadem? nempe expergiscar, dormiam, satiabor, esuriam, algebo; æstuabo: nullius rei finis est: sed in orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequuntur. diem nox premit, dies noctem: æstas in autumnum desipit; autumno hyems instat, qa vere compescitur. omnia transeunt, ut revertantur, nihil novi video; nihil novi facio. fit aliquando & hujus rei nausea. multi sunt, qi non acerbum judicent vivere, sed superfluum.* Idem *de tranquill. c.2. Hoc quosdam egit ad mortem, qòd proposita sæpe mutando, in eadem revolvebantur, & non reliquerant novitati locum. fastidio illis esse cepit vita & ipse mundus:* & *subit illud* * *rabidarum* [* *tabidarum*, Lipsius] *deliciarum, Quousque eadem?* Lucretius *l.3.* hoc argumento sub Naturæ persona mortis subeundæ æquanimitatem svadet, subituri qiritationem objurgat:

Qid tibi tantopere est, mortalis, qòd nimis ægris
Luctibus indulges? qid mortem congemis, ac fles?
Nam si grata fuit tibi vita anteacta priórque,
Et non omnia pertusum congesta qasi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere;
Cur non, ut plenus vitæ conviva, recedis?
Sin ea, qæ fructus cunque es, periere profusa,
Vitáque in offensa est, cur amplius addere qæris;
Rursum qod pereat malè, & ingratum occidat omne;
Nec potius finem vitæ facis atque laboris?
Nam tibi præterea qid machiner inveniámque
Qod placeat, nihil est. eadem sunt omnia semper.
Si tibi non annis corpus jam marcet, & artus
Confecti langvent, eadem tamen omnia restant;
Omnia si peragas vivendo vincere sæcla.

Et pavlò póst:

Præterea versamur ibidem, atque insumus usque:
Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas.

Qod idem Seneca *Epist.* superiùs memoratâ. *Ecqid habes propter qod expectes? voluptates qa te morantur ac retinent, consumsisti: nulla tibi nova est: nulla non jam odiosa ipsâ satietate. nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reservabit.* Iste avtem jugis rerum tenor Chironem etiam immortalitatis tædio affecit, si Luciano *in νεκρικοῖς* credimus. Τὸ γὰρ ἡδὺ, inqit, ἔγωγε ποικίλον τι, καὶ οὐχ ἁπλῆν ἡγοῦμαι εἶναι. ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, τροφῆς. αἱ ὧραι δὲ αἱ αὖται, καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα, ἐξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα, θᾶττον θατέρου φαίνεται. ἐπεπλήσθην γοῦν αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μεταστρέφειν ὅλως, τὸ περιττὸν ἦν. *Nam qod jucundum vocant, varium illud, & nevtiqam simplex esse duco. Verum ego cùm semper viverem, iisdémque fruerer, sole, luce, cibo: tum eadem hora, & qacunque in vita contingunt, ordine singula recurrerent, atque aliis alia per vices succederent, eorum me cepit satietas. Neque enim in eo voluptas est sita, si semper iisdem fruare, sed si omnino permutes.* vide *l.12.§.35.*

§.47. Τεθνεῶτας] Vide *l.3.§.3. & l.4.§.48, 50.*

Φιλισίωνος] *Philistionis* Nicæi Comici Socrati coætanei meminit Svidas. *Philistionis* Locri, qem & antiqum appellat, Plutarchus *Sympos. l.7. c.1.* & ex Plutarcho Gellius *l.17. c.11.* Et is forsan est, cui libros *de diæta*, qi Hippocratis nomen præferunt, à nonnullis adscribi avtor est Galenus *in Comment. ad lib. de diæt. in morb. acut.* qíqe à Plinio inter eos, è qibus sua delibavit, recensetur.

Ἐκεῖ δὲ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ] Eò nos commigrare & concedere oportet, qò tot antè nos heroes, principes, tyranni, oratores diserti, artifices periti, philosophi tum graves, tum & rerum humanarum irrisores, concesserunt. *ad domum* scilicet *viventi cuique destinatam.* ut Job. *c.30. v.23.* vide *l.3.§.3. & l.4.§.48, 50.* Seneca *Ep. 77. Eò ibis, qò omnia eunt. qid tibi novum est? ad hanc legem natus es. hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, & nullâ mutabilis ope, illigat & trahit cuncta. quantus te populus morituorum sequetur, quantus comitabitur? fortior, opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. atqi multa millia bominum & animalium hoc ipso momento, qo tu mori dubitas, animam variis generibus emittunt. tu avtem non putabas te aliquando perventurum ad id, ad qod semper ibas? nullum sine exitu iter est.* Τὸν Θάνατον avtem μεταβολὴν Marcus dixit; qomodo μεταβίωσιν Plato *Phædone pag. 86. F.* Εὐχεσθαί γε τοῖς θεοῖς ἔξεστί τε καὶ χρὴ τὴν μεταβίωσιν τὴν ἐνθένδε ἐκείσε εὐτυχῆ γενέσθαι. *Licet & oportet orare Deos, ut felix sit transmigratio nostra.* μεταβαλεῖν, *mutare*, sed & *sedem mutare, de loco in locum migrare.* Ità Aristoteles *hist. anim. l.8. c.12.* de gruibus, μεταβάλλουσιν ἐκ τῶν Σκυθικῶν εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου. *Qæ ex Scythicis campis ad paludes Ægypto superiores veniunt.* & de piscibus, οἱ μὲν ἐκ τοῦ Πόντου, ἢ εἰς τὸν Πόντον μεταβάλλουσι. *Alii ex Ponto, avt in Pontum tranant.* indè μεταβολὴ pro *migratione.* Aristoteles *ibidem.* Τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐγγὺς τόπων ποιήσαντα τὰς μεταβολὰς, τὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐσχάτων. *Alia de locis vicinis discedunt, alia de ultimis.* Thucydides *l.1. p.2.* Μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν. *Ut avtem qaqe terra optima erat, ita semper mutationibus incolarum maximè obnoxia erat.* Vide *ad lib. 5. §.13.*

Φιλόσοφοι] Vide *l.3.§.3. & l.7.§.19.*

Στρατηγοὶ, τύραννοι] Vide *l.3.§.3. & l.4.§.32, 48.* Tragicus à Plutarcho *ad Apoll.* laudatus:

Πῦ γὰρ τὰ σεμνὰ κεῖνα; πῦ δὲ Λυδίης
Μίγας δυνάστης Κροῖσος, ἢ Ξέρξης βαρὺν
Ζεύξας θαλάσσης αὐχέν' Ἑλλησποντίας;
Ἅπαντες εἶδον ἦλθον εἰς Ἅιδου δόμους.
Ubi ille qondam fastus? ubi nunc Lydia
Dominator ingens Cræsus? & Xerxes grave
Qi ratibus æqor junxit Hellespontium?
Abripuit omnes orcus ad Lethes domum?

Grotius.

Εὔδοξος] Εὔδοξος Αἰσχίνου Κνίδιος, ἀστρολόγος, γεωμέτρης, ἰατρὸς, νομοθέτης. *Evdoxus Æschini filius, Cnidius, astrologus, geometra, medicus, ac legumlator fuit.* Laërtius *l.8. c.86.* Τοῦτον ἀντὶ τοῦ Εὐδόξου ἐνδόξου ἐκάλουν, διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φήμης. *Hunc pro Evdoxo Endoxon ob famæ claritatem gloriámque appellabant.* Idem *ibidem c.91.* qi & vitam ejus breviter descripsit. de eodem & Svidas. Strabo operis initio. Diodorus Siculus *l.1.* Aristoteles *Ethic. Nicom. l.1. c.12. & l.10. c.2.* (qos libros ideo Nicomacho filio, non Aristoteli patri tribuere videtur Laërtius) Plutarchus *de Isid. & Osir.* in *Marcell. & adv. Colot. & adv. Epicur. p.1094. A.* qo loco memorabile istius votum commemorat: Ἤυχετο, παρασὰς τῷ ἡλίῳ, καὶ καλαμαθὼν τὸ σχῆμα τοῦ ἄστρου, καὶ μιγεὶς ἐκεῖ καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων, καλαφλεγῆναι. *Phaëthontis modo comburi voluit eâ lege, ut sibi ante liceret ad solem adstanti, figuram & magnitudinem, formámque astri perdiscere.* Seneca *qæst. nat. l.7. c.3.* Gellius *l.17. c.21.* Philostratus *in Sophist.* Vitruvius *l.9. c.7, 9.* Petronius in *Satyr.*

Ἵπ-

parchus, Archimedes; alia acuta, sublimia, industria, versuta, arrogantia ingenia: ipsi vitæ hujusce caducæ & in dieculam durantis subsannatores, qalis Menippus, illiúsqe similes. hos omnes jam olim occubuisse memineris. at ecqid indè illis mali? ecqid & illis, qorum nè nomina qidem supersunt? unicum ergò istic est, qod sit plurimi faciendum, ut veritatem justitiámqe colens ipse, cum mendacibus injustísqe benevolè degas.

§.48. Oblectare te siqando libuerit, virtutes eorum, qi tecum vivunt, cogita; hujus industriam, illius modestiam, alterius liberalitatem, alterius aliam aliqam. nihil enim animum oblectat magis, qàm virtutum imagines in moribus eorum qi unâ degunt nobiscum exerentes se, &, qàm fieri potest confertissimè, mentis oculis se ingerentes. in promptu itaqe esto tibi istiusmodi.

§.49. Nunqid qòd tot pondo, non avtem trecen-

παρχος, Ἀρχιμήδης, ἄλλαι φύσεις ὀξεῖαι, μεγαλόφρονες, φιλόπονοι, παυσῆργοι, [a] αὐθάδεις, αὐτῆς τῆς ὀπτικήρας καὶ ἐφημέρου τῶν ἀνθρώπων ζωῆς χλιαναί, οἷον Μένιππος καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. ὠφελεῖ πάντων τούτων ἐννοεῖν, ὅτι [b] πάλαι κεῖνται. τί οὖν ἔστι [c] δεινὸν αὐτοῖς; τί καὶ τοῖς [d] μηδ' ὀνομαζομένοις ὅλως; [e] ἐν ᾧδε πολλοῦ ἄξιον, τὸ [f] μετ' ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης εὐμενῆ τοῖς ψεύσεσι καὶ ἀδίκοις διακεῖσθαι.

a L.10.§.9.
b Inf.§.56.
c L.7.§.23.
d L.4.§.33.
e L.2.§.17. l.4.§.33.
f L.3.§.16.

§.48. Ὅταν εὐφραίνειν σεαυτὸν θέλῃς, [h] ἐνθυμοῦ τὰ προτερήματα τῶν συμβιούντων. οἷον, ἡ μὲν, τὸ [i] θρασήμερον. ἡ δὲ τὸ [k] αἰδήμον. ἡ δὲ τὸ [k] εὐμετάδοτον. ἄλλο δ' ἄλλό τι. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐφραίνει, ὡς τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀρετῶν ἐμφαινόμενα τοῖς ἤθεσι τῶν συζώντων, καὶ ἀθρόα ὡς οἷόν τε συμπίπτοντα. διὸ καὶ [l] πρόχειρα αὐτὰ ἐκτέον.

g L.3.§.11.
h L.5.§.31.
i L.1.§.2.
k L.1.§.3. 14.
l L.3.§.13.

§.49. Μὴ δυσχεραίνῃς, εἰ * τοσῶν δὲ πηχῶν λιτρῶν

* τοσῶνδε τινῶν.

ANNOTATIONES.

Ἵππαρχος] *Hipparchus* Nicæus, insignis item Mathematicus; qem *consiliorum naturæ participem*, Plinius vocat, *hist. nat. l.* 2. *c.* 12. & *ibidem c.* 26. *nunqam satis laudatum*; *& qo nemo magis approbaverit cognationem cum homine siderum, animásqe nostras partem esse cæli.* Et mox: *eundem ausum, rem etiam Deo improbam*, (hominem loqi memineris potentiæ divinæ minùs gnarum, qàm vates sacer prædicat, *Psal.* 147. *v.*4.) *annumerare posteris stellas, ac sidera ad nomen expungere*, (ità malim, qàm, *ad normam expangere*;) — *cælo in hæreditate cunctis relicto, si qisqàm, qi cretionem eam caperet, inventus est.* De eodem Strabo *l.* 1. & 2. & Ptolomæus in *Astronomic.*

Ἀρχιμήδης] *Archimedes celeberrimus geometricâ & machinali scientiâ.* Plinius *l.* 7. *c.* 37. de qo vide cùm alios, tum Plutarchum ex *Marcell. vit. ad l.* 5. §. 1. sed & qæ ille *ibidem* de eodem plura: qo loco inter aliâ refertur istius ad Hieronem arrogantissima vox illa. Ὡς εἰ γῆν εἶχεν ἑτέραν, ἐκίνησεν ἂν ταύτην, μεταβὰς εἰς ἐκείνην. *Si altera terra suppeditaret, digressum in illam hanc de sede sua emoturum.* vel ut Pappus in *mechan.* Δός μοι πᾶ στῶ, καὶ κινῶ τὴν γῆν. *Des ubi consistam, & dimoturus sum terram.* sive ut Ludovicus Vives *de art. corrupt. l.* 5. *Si alter foret terræ globus, se illum ad hunc tracturum, vel hunc ad illum impulsurum.* Cicero *Tusc. l.* 1. *Astrorum conversiones motúsqe omnes qi animo vidit, is docuit similem animum suum ejus esse, qi ea fabricatus in cælo esset. nam cùm Archimedes Lunæ, Solis, qinqe errantium motus in sphæram illigavit, effecit idem, qod ille, qi in Timæo mundum ædificavit, Platonis Deus, ut tarditate, celeritate dissimillimos motus una regeret conversio, qod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, nè in sphæra qidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari.* de qo artificio vide Clavdiani *Epigram.*21. De eodem avtem Archimede videri possunt etiam Polybius *hist. l.*8. Diodorus *l.* 5. *c.* 9. Vitruvius *l.* 9. *c.* 3. Cicero *Verrin.* 4. *pro Cluent. & Tusc. l.* 5. Athenæus *l.* 5. *c.* 7. Synesius *de insomn.* Proclus *in Euclid. l.* 2. *c.* 3. Evstathius *ad Il.* α'. ubi ἰκαλόγχειρον. & *ad Il.* ε'. ubi πεμπωνοβόλον dictum refert Rhemnius Fannius *de ponder.* & Pisides apud Svidam in Δύναμις.

Αὐθάδεις] *Contumaces* Xylander. *peremptorii, fidentes* Casavbonus. *arrogantes*, malim. qanqam nec hoc satis arridet, neqe enim in partem seqiorem usurpâsse videtur Marcus istic. vixqe est ut uno verbo exprimam, qod voluisse sentiam. *qi de inventis suis summopere placebat sibi.* Vide *ad l.* 10. §. 9.

Χλευασαί, οἷον Μένιππος] De *Menippo* Cynico Laërtius *l.* 6. *c.* 99. Φέρει μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει, καί τι ἦσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ καθ' αὑτὸν γενομένου. *Edidit qidem nihil dignum memoriâ, at ipsius libri multo risu referti sunt, non secus atqe Meleagri, qi tempore ejus fuit.* Mitiùs tamen de Menippo Strabo *l.* 16. Ἐκ τῶν Γαδάρων ἦν Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. *Gadarensis fuit & Meleager & Menippus seria jocosè solitus exprimere.* Hinc avtem de Menippo Diogenes Polluci ab inferis reversuro in Luciani *mortualibus p.* 262. mandata dans: Ἢν ἄρα ἴδῃς Μένιππον τὸν κύνα, (ἴσως δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ καλὰ τὸ Κράνειον, ἢ ἐν τῷ Λυκείῳ, τῶν ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα) εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, εἴ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγεγέλασαι, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ἐπιγελατόμενον. *Sicubi Menippum canem videris* (*invenies avtem ipsum Corinthi circa Craneum, avt in Lyceo, contendentes istos inter se philosophos deridentem*) *dicas illi: Menippe, jubet te Diogenes, si satis ea qa in terris geruntur, derisisti, huc multo plura derisurus venias.* Et in δὶς κατηγορούμενος, *pag.* 236. eundem appellat Dialogus, Φοβερόν τινα κύνα καὶ τὸ δῆγμα λαθραῖον, ὅσῳ καὶ γελῶν ἅμα ἔδακνε. *Terribilem canem, morsu latenter invadentem, qatenus mordet arridens.* Porrò à Menippo isto, scripta χλευαστικὰ καὶ σπουδαστικὰ *Menippea* dici solenne habent; ut Varronis *Satyræ*, & Luciani *dialogi.* Qin & libellos illos ipsos, qi illius nomine vulgò circumferebantur, ab aliis Dionysio nempe Zopyróqe Colophoniis, sub Menippi persona fuisse compositos, non deesse qi tradant, Laërtius testatur.

Ἐν ᾧδε πολλοῦ ἄξιον] Vide *l.* 4. §. 32. & *suprà* §. 16. Dio Prusæus *Orat.* 16. *p.* 246. Ἂν δὲ ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς, ὅτι μηδεὶς ἐστιν ὅλως τοῦ βίου χρόνος, ἀλλὰ πάντες οἱ μακάριοι καὶ λίαν εὐδαίμονες δόξαντες εἶναι, τεθνήκασι. καί σοι πάρεστιν ἤδη τοῦτο τὸ πέρας, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἔλθῃς τοῦ βίου. πολὺν λῆρον ἀγήσῃ καὶ μεγάλην ἐνήθειαν, τὸ νομίζειν ὅλως τι δεινὸν εἶναι τῶν γιγνομένων, ἢ μέγα, ἢ θαυμαστὸν, δίκαι γε ἐνὸς, τοῦ χωρὶς λύπης τὴν φύσιν καὶ τῶν τοιούτων παθῶν διαγαγεῖν. *Si verò illud consideraveris, qod nullum sit omnino certum vitæ tempus, sed omnes beati, qiqe nimis felices sunt habiti, defuncti sint: & tibi jam adsit ille vitæ terminus, etiamsi diutissimè vivas: magnas putabis esse nugas. magnámqe stoliditatem existimare qicqam ex universis qæ sunt, grave esse, avt magnum, avt admirabile, præter unum, qod mœstitiæ & timori atqe hujusmodi affectionibus non est subjectum.* Aristides in *Eteoneum Tom.* 1. *pag.* 140. Οὐ δεῖ δὴ φιλοψυχεῖν, οὐδὲ τὴν εὐδαιμονίαν τέλῳ μετρεῖν, εἴ τις ὡς πλεῖστα ἔσχε κράγματα, οὐδ' εἴ τις τοῦ μακρῷ γήρως ἀπήλαυσεν, οἷα δὴ ἀπολαύειν εἰώθασιν ἄνθρωποι. ἀλλ' ἡγεῖσθαι τοῦτον κάλλιστ' ἔχειν, ὅστις τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ τοῦ βίου μοῖραν ἐν τοῖς καλλίστοις ἐξέπλησε, καὶ ὅστις, ὥσπερ ποιητὴς, ποθούντων ἀκοῦσαι ἢ καὶ ὁρᾶν, καλέσαντος τὸ θρᾶμα. *Qare non est qod vitæ cupidissimus, avt molestiarum multitudine, vel longæ senectutis fructu, qalem qidem homines percipiunt, felicitatem metiamur potiùs, qàm cum eo præclarissimè actum putemus, qi concessum sibi vitæ spatium in res optimas insumpserit, ac tanqam poeta qispiam nondum satiatis auditoribus & spectatoribus fabulam absolverit.*

Ἐυμενῆ] Ità *l.* 3. §. 11. ἐυνοῦς, *benevolè.* & *l.* 9. §. 11. μετὰ ἐυμενείας. *cum benevolentia.* & *l.* 11. §. 9, 18. μετὰ ἐυμενείας καὶ πραότητος. *cum benevolentia & lenitate.* & *l.* 7. §. 22. φιλεῖν καὶ τοὺς παίοντας. *etiam eos qi offendunt diligere.* Vide *l.* 9. §. 27.

§.48. Τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀρετῶν] Nihil tam candoris ingenii proprium qàm virtutes, qas ipse habeas, in aliis etiam adamare: qm *in alio sua qemqe natura delectet*: ut Plinius minor in *Panegyr.* & multo adhuc magis, in aliis etiam suspicere, qibus ipse careas. Plinius idem *l.* 1. *Epist. Neqe enim ego, ut multi, invideo aliis bonum, qo ipse careo: sed contrà, sensum qendam voluptatemqe percipio, si ea qa mihi denegantur, amicis video superesse.* Et *Epist.* 17. *Scias eum plurimis virtutibus abundare, qi alienas sic amat.* Hieronymus *Apolog. ad Pammach. Virginitatem in cælum fero; non qia habeam, sed qia magis miror qòd non habeo. ingenua & verecunda confessio est, qo ipse careas in aliis prædicare.*

Τὸ ἐυμεταδοτον.] Pavlus *ad Tim. Ep.* 1. *c.* 6. *v.* 18. ἐυμεταδότους εἶναι. *faciles ad impertiendum.*

Πρόχειρα] Vide *l.* 3. §. 13.

§.49. Οἱ τοσῶν δὲ τινων λιτρῶν εἰ] Qod de corporis pondere Marcus, de robore Tullius in *Caton. Nè nunc qidem vires desidero adolescentis; non plus qàm adolescens etiam vires tauri avt elephantis desiderabam.* Objurgàtqe eos Seneca *de benef. l.* 2. *c.* 29. qi eis corporis dotibus non contenti, qas natura ipsis assignavit, *qeruntur qòd magnitudine corporum non æqemus elephantes, velocitate cervos, levitate aves, impetu tauros; qòd sagacitate nos narium canes vincant; qòd acie luminum aquila, spatio ætatis corvi, multa animalia nandi facilitate.* Et de ætatis spatio rursus *l. de brev. vit. c.* 1. *Major pars mortalium de natura malignitate conqeritur, qòd in exiguum ævi gignimur; qòd hac tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant: adeò ut, exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita distituat.* Et mox, vitium hoc non vulgi solius esse peculiare ostendens: *Indè Aristoteli cum rerum natura exigenti, minimè convenions sapienti viro lis est: ullam animantibus tan-*

sum

τρῶν εἰ, ἢ τεσσαράκοντα; ἕτω δὴ καὶ ὅπι μέχρι
* τουτῶν δι. * τούτων ᾧ ἐτῶν τῶν βιωτέον σοι, καὶ ἢ μέχρι
a L.8.§.7. πλείονος. a ὥσπερ γὰρ τὴ ἀσίας, ὅσον ἀφώρι-
b L.2.§.4. σαί σοι στέργειν, ἕτως καὶ b ὅπι τ χρόνε.

c L.3.§.11. §. 50. c Πειρῶμεν πείθειν αὐτές. d πράτ]ε
d L.11.§.9. ᾧ καὶ τῶν ἀκόντων, ὅταν τ δικαιοσύνης ὁ λόγος
e L.4.§.1.l. ἕτως ἄγῃ. ἐὰν μέν τι βία τις προχρώμενος ἐνί-
7.§.58. σχυε, c μετάβαινε ὅπι τὸ εὐάρεστον καὶ ἄλυπον, ἢ
f L.5.§.20. συγχρῶ εἰς ἄλλο δρεπτὸ τῇ κωλύσῃ. ἢ μέμνησο
* καὶ ὅτι ὅτι f μετ' ἐξαιρέσεως ὁρμᾶς, * ὅτι καὶ ε τῶν
g L.5.§.17. * ἀρέγε. ἀδυνάτων ἐκ * ὀρέγε. τινος ἦν; τ * τοίας
* τοιᾶς δε τινὸς δὲ τινος ὁρμῆς. τέτε ᾧ τυγχάνεις, * ἐφ' οἷς
*[αι] ἐφ' Xyl. [κἂν] ἐφ' f. προήχθημεν *, ταῦτα * γίνε).
*-θης f.

*[μὴ] γ vel §. 51. h Ὁ μὲν φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἰδί-
-τ'[ν] γ.. ον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει. ὁ ᾧ φιλήδονος ἰδίαν πεῖσιν.
h L.2.§.7.

torum sis, ægrè fers? nec itaqe, qòd tot annos, non avtem plures, victurus sis, ægrè feras. Sicut enim staturæ, sic & temporis, qantum assignatum est tibi, tanto contentus sis oportet.

§. 50. Aliis qæ justa sunt, persvadere annitamur. Sed invitis etiam facito, qod justitiæ ratio exegerit. qòd si qis vi adhibitâ obstiterit tibi, tu ad æqanimitatem & tranqillitatem te transfer, eóqe qod obstat ad virtutis alterius exercitium fac utare. memineris etiam, qòd cum exceptione opus aggrediebare, nec id appetebas, qod fieri non potest. qid ergò? conatum istiusmodi. hunc avtem asseqeris, etiamsi ea qæ conatus fueras, non fiant.

§. 51. In actione aliena ambitiosus bonum suum situm opinatur: in passione sua voluptuarius: in actio-

ANNOTATIONES.

tum indulsisse, ut qina avt dena secula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tantò citeriorem terminum stare. Verùm Theophrasto, non Aristoteli qerelam hanc attribuit Cicero *Tuscul. l.* 3. *Theophrastus moriens accusâsse naturam dicitur, qòd cervis & cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam dedisset.* Cùm Aristoteles contrarium potiùs statuat, *de gener. animal. l.* 4. *c.* 10. Πάντων γὰρ ὁ ἄνθρωπος πλείω ζῇ χρόνον, πλὴν ἐλέφαντος, ὥστε ἀξιόπιστον ἔχομεν τὴν πεῖραν. *Homo enim plus temporis, qàm qodvis animal vivit, excepto elephante, qod qidem usu adhuc fido digno noverimus.* fuerit itaqe forsan Senecæ σφάλμα μνημονικόν. Pedonis gemina in *Macen. obit.* qerimonia:

Vivacésne magis cervos decet esse paventes,
Si qorum in torva cornua fronte rigent?
Vivere cornices multos dicuntur in annos;
Cur nos angustâ conditione sumus?

De utriusqe & molis & ætatis mensura decreto numinis acquiescere qemqe Marcus hîc monet. certè de utraqe solicitum anxiúmve esse nec expedit, nec proficit. Τίς γὰρ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτῦ πῆχυν ἕνα; *Qis enim ex vobis solicitè cogitando potest apponere ad staturam suam cubitum unum?* Domini Christi verba sunt, Matth. *c.* 6. *v.* 27. qæ verba etiamsi de *statura* accipiant plerique, at de *ætate* intelligenda Andreas Dunæus noster contendit; eúmqe sensum verba facilè admittunt.

Τουτῶν δὲ ἐτῶν τῶν] Ità Basilienses τουτῶν δὲ ἐτῶν, Lugdunenses τῶν expuncto. Ego, transposito malim τουτῶν δὲ τῶν, avt etiam τινῶν, ut in membro priore.

Ὅσον ἀφώρισαι] Vide *ad l.* 8. §. 17. & *l.* 12. §. 23.

Στέργεις] *Acqiescis eó contentus.* hoc est enim στέργειν τι, vel τινί. Vide *suprà ad* §. 44. qo sensu & τὸ ἀγαπᾷν havd infreqens deprehenditur. Plato *Timæo pag.* 1047. *D.* Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς, ἧττον παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή. id est, *contenti esse debetis, si probabilia dicentur.* Cicero *de univers.* Lucianus in *Necyomant.* Ἐπειδὰν ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον (δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον ὀ πλέθρου ποδὸς) ἀνάγκη ἀγαπᾶν ἥσυχα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεγαλμένον. *Postqam Æacus unicuiqe locum demensus est (dat avtem cui maximum non plus qam pedem) necesse est, ut eâ, qæ assignata est, mensurâ contentus jaceat.* Idem in *Toxari.* Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν, ἕτως ἀφιέμενοι. *non contenti fuerunt,* vel, *non sat habuerunt sic dimitti.* Phocion apud Plutarchum *in vit.* & in *apophth.* Εἶτα οὐκ ἀγαπᾶς, ὅτι μετὰ Φωκίωνος ἀποθνήσκεις; *An non sat habes, qòd cum Phocione moriturus sis?* Isocrates in *panegyr. p.* 118. Ὥστε τὰς ἀφιεμένας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν. *Ut qi defecerant, non contenti libertate; non sat habentes qòd liberi existerent.* Demosthenes *Philip.* 2. τὰ παρόντα ἀγαπήσειν. *rebus præsentibus contentum fore:* qod aliâ syntaxi Lysias ἀγαπᾶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς. nec dispari significatu Hebræorum אָהַב adhibetur *Psal.* 116. *v.* 1. אֹהַבְתִּי *sat habeo.* Junius. indè ἀγαπητὸν εἶναι. *satis habendum.*

§. 50. Πειρῶμεν πείθειν αὐτές] Xylander superiori periochæ ista attexuit, vertitqe, *ità & de tempore annitendum est nobis, ut persvadeamur*; ac si αὐτὲς scriberetur. meliùs Lugdunensis *annitendum est nobis, ut persvadeamus iis cum qibus agimus.* Hoc, inqit, conemur: ulteriùs enim nil datur. Epictetus *l.* 4. *c.* 6. Μὴ γὰρ δέδοταί σοι τῦτο; (ἄλλως πείσαι, τίνα ἐστὶν ἀγαθὰ καὶ κακά.) ἐκεῖνο μόνον σοι δέδοται, σαυτὸν πεῖσαι. καὶ ἤκω πέπεισαι. *Nunqid istud tibi datum est, (aliis persvadere qa bona qa mala sint) illud unum tibi datum est, ut tibi ipsi persvadeas. Qod qum ipse tibi nondum persvaseris.*

Πράτ]ε δὲ καὶ τῶν ἀκόντων] *etiam invitis hominibus id agendum non est, qod justitiæ ratio jubet* Xylander. qasi Marcus velit, qod ex Platone Cicero *Lentul. lib.* 1. *Ep* 9. *Tantùm contendere in republica qantùm probare tuis civibus possis: vim neqe parenti neqe patriæ afferri oportere.* Cùm Marcus contrà planè moneat, ubi ad consensum in recto svasionibus alios adi-

gere minus valemus, etiam invitis ipsis & renitentibus id faciendum, qod justitiæ ratio exigere videbitur. Vide Josh. *c.* 24. *v.* 14, 15. Optimè ad Marci mentem Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 500. *C.* Καὶ ἀκόντων τινῶν καὶ τὰ πλεῖστα ἐνίσαμένων, κἂν κολάσεις ἐπαγομένων πρὸς τὲ ἀνδρὸς, ἢ πρὸς τὸν δεσπότην, φιλοσοφήσει ὅ τε οἰκέτης, ἥ τε γυνή. καὶ μὴν καὶ ἐλεύθερος, κἂν τυράννε θάνατος ἀπειλῆται τέτῳ, κἂν ἐπὶ δικαστηρία ἄγηται, καὶ εἰς κινδύνες ἐμβάλῃ περιέλκηται· περί τε τῆς κλήσεως ἀπράκτως κινδυνεύσῃ, ἐκ ἀφίξεται τῆς θεοσεβείας· ὧδ' ὅπως τι ἂν. ὧδὲ ἀπαυθήσει ποτὲ, ἢ μὲν γυνὴ φαύλῳ συνοικῆσα ἀνδρὶ, ὁ δὲ υἱὸς, ἐὰν φαῦλον ἔχῃ πατέρα, ἢ ποτηρὸν δεσπότην ὁ οἰκέτης. τῆς ἀρετῆς ἐχόμενοι γενναίως. *Et invitis aliqibus, & valde resistentibus, etiamsi à marito vel à Domino impendeant supplicia, philosophatur servus & mulier. Qin etiam liber qoqe, etiamsi tyrannus ei mortem ministetur, etiamsi ducatur ad judicia, & trahatur ad ultima supplicia, & de facultatibus ac fortunis suis omnibus veniat in periculum, nullo modo abstinebit à pietate, & vero Dei cultu, neqe unqam ab eo dissentiet: mulier, qæ cum malo marito habitat; filius avtem, si malum habeat patrem, vel improbum dominum servus, sorti ac generoso animo virtutem persequentes.* Vide *l.* 3. §. 7. & paulò post *ibidem pag.* 501. *A.* Ἴσμεν γὰρ καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ οἰκέτας, πολλάκις ἀκόντων πατέρων καὶ δεσποτῶν καὶ ἀνδρῶν, βελτίσες γεγονότας. *Scimus qidem certè, & filios, & mulieres, & servos sæpe invitis parentibus, & dominis, & maritis, evasisse optimos.*

Πράτ]ε δὲ] cùm antè πειρῶμεν dixisset. transitio non à numero ad numerum tantùm, sed & à persona ad personam. qalis & *l.* 2. §. 9. & *l.* 8. §. 12, & §. 31. & *l.* 10. §. 35. ejusmodi in sacra pagina occurrunt crebró. *Deut. c.* 12. *v.* 8. *Psal.* 16. *v.* 12. & *Psal.* 18. *v.* 32, 35. & *Psal.* 77. *v.* 1, 2. Luc. *Act. c.* 1. *v.* 3, 4. & *c.* 17. *v.* 2, 3. Paul. *ad Rom. c.* 8. *v.* 1, 2, 4. & *v.* 15. & *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 10. *v.* 6, 7. & 9. 10. Ità etiam sumendum videtur illud Joannis *Epist.* 2. *v.* 8. Βλέπετε ἑαυτὲς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν. *Respicite vos ipsos, ne perdamus qa egimus, sed ut mercedem plenam recipiamus.* itaqe vetus interpres vertit, *nè perdatis, sed ut accipiatis.*

Συγχρῶ εἰς ἄλλην ἀρετὴν τῇ κωλύσει] Vide *lib.* 4. §. 1. & *l.* 5. §. 20. & *l.* 8. §. 32, 35. & *l.* 9. §. 11.

Μετ' ὑπεξαιρίσεως] Vide *l.* 4. §. 1. & *l.* 5. §. 20. & *l.* 11. §. 37.

Ὅτι καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐκ ὀρέγε] lego κ' ὅτι, & ἀρίγε. etiamsi ὀρέγῃ Xylander maluisse videatur. Vide *l.* 5. §. 17.

Τέτε δὲ τυγχάνεις, ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτα γίνεται] deesse videtur aliqid. supplenda forsan conditionalis particula, ut sensus sit integer, [εἰ] ἐφ' οἷς προήχθημεν. Ità sensisse videntur interpretes. *Si id cujus caussâ cœtatus es, consequaris.* Xylander *Si id, cujus caussâ natus, inqe mundum sum editus, factum fuerit.* Mericus *hoc est*, inqit ille, *ut desideria mea omnia rationis imperio subjiciam.* Nevtrum satisfacit. Malim, adjectâ etiam negativâ [εἰ καὶ] ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτ' [ε] γίνεται. *nos qod nostrum est*, hoc est, conatqs esse *consequimur, etiamsi ea ad qa impulsi sumus, nevtiqam fiant*, neqe exitum sortiantur conatus nostri. ὁρμὴν siqidem, id est, *actum* nostrum, non & *effectum*, qod in aliena potestate situm, nobismet ipsi proponebamus. Vel etiam personâ eâdem continuatâ, κἂν ἐφ' οἷς προήχθης, ταῦτα μὴ γίνεται. *etiamsi ea qa conatus sis, non fiant.* Vide *l.* 5. §. 14. Ità Epictetus *l.* 2. *c.* 6. Ἀλλ' οὐκ ἐπίτυχες. μὴ γὰρ σὸν τῦτο ἦγον ἦν. *At voti compos non factus es. Verum illud tuum munus non fuit.*

§. 51. Ὁ μὲν φιλόδοξος, ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν] Ambitiosus bonum suum extra se in alieno actu, favore, lavde, existimatione, positum habet. Vide *ad l.* 2. §. 6.

Ὁ δὲ φιλήδονος, ἰδίαν πεῖσιν] Voluptuarius in sensu sive corporis affectione. ità πεῖσιν noster semper usurpat. ut *l.* 3. *c.* 6. & *l.* 6. §. 16. Ὡς κατέστη τῷ πᾶν ἀγαθὸν κρίναι, Tanqam

actione sua vir prudens.

§. 52. Licèt de re hac vel illa nihil opinari, atqe itâ animi perturbationem omnem effugere. neqe enim habent in se res ipsæ vim ullam judicia nostra eliciendi.

§. 53. Assvesce eis qæ ab alio dicuntur animum sedulò adhibere, & qantum poteris dicentis animo penitus interesse.

§. 54. Qod examini non conducit, nec api conducit.

§. 55. Si gubernatori navtæ, medico ægroti maledicerent, ecqem alium avscultarent? avt qo modo exeqerentur illi, qod navigantibus salutem pareret, ægrotantibus sanitatem?

a ὁ ᾧ νῶν ἔχων, ἰδίαν πρᾶξιν. a L. 5. §. 15.

§. 52. b Ἐξεστι δὲ τάυτα μηδὲν ὑπολαμβάνειν, καὶ μὴ ὀχλεῖσθαι τῇ ψυχῇ. c αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα οὐκ ἔχει φύσιν ποιητικὴν τῶν ἡμετέρων κρίσεων. b L. 5. §. 2. l. 34, 35. l. 9. §. 16. c L. 5. §. 2. l. 7. §. 2. 14. c L. 5. §. 19.

§. 53. d Ἔθισον σεαυτὸν πρὸς * τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγομένῳ * γίνεσθαι e ἀπαρενθυμήτως, καὶ ὡς ἴδιόν τι ἐν τῇ ψυχῇ ᾧ λέγοντος γίνε. d L. 7. §. 4. 30. * τῶ vel -όμενον. e L. 10. §. 8.

§. 54. f Τὸ τῷ σμήνει μὴ συμφέρον, οὐδὲ τῇ μελίσσῃ συμφέρει. f L. 5. §. 22.

§. 55. Εἰ κυβερνῶντα * οἱ ναυτῶν, ἢ ἰατρεύοντα * οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον, ἄλλῳ τινὶ ἂν προσεῖχον; ἢ πῶς αὐτὸς ἐνεργοίη, τὸ τοῖς ἐμπλέουσι σωτήριον, ἢ τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν; * -νῶντα Cant. * ορτα Cant.

§. 56.

ANNOTATIONES.

qam norma bonum qodvis discernens. utì Epicurus *ad Menac.* apud Laërtium *l.* 10. *c.* 129.

Ὁ δὲ νῶν ἔχων, ἰδίαν πρᾶξιν] Studiosus verò sive sapiens in actione sua, non & in actionis eventu, ut monitum *supra* §. 48. vel in hominum etiam qorumvis approbatione. Vide *l.* 5. §. 34. & *l.* 9. §. 16. De populo Athenienst in *Panathen.* Aristides: Εὖ γὰρ ποιεῖν, οὐκ ἐν πάσχειν πιφυκέναι ᾠήθησαν. Præclarissimè, & ad Marci mentem accommodatissimè, Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 532. *D.* de verè pio: Ὁ δὲ ψιλῇ κλήσει, καθὸ κέκληται, ὑπακούων, ὅτε διὰ φόβου, ὅτε διὰ ἡδονὰς ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἴεται. ὁ γὰρ περισκέπτεται, εἴ τι λυσιτελὲς ἔξωθεν ἕπεται κέρδος ἢ ἀπόλαυσις αὐτῷ. ἀγάπῃ δὲ τὸ ὄντως ὄντος ἐρασθεὶς B ἁλίσκεται, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀγόμενος, θεοτεβὴς. ὅθεν εὖ δ' εἰ καὶ ὑπόθεσιν ἐξουσίαν λάβοι παρὰ τοῦ θεοῦ πράττειν τὰ ἀπηγορευμένα, ἀτιμώρητός τε ὤν. εὖ δ' εἰ καὶ μισθὸν τὰ μακάρων ἀγαθὰ λήψεσθαι τὸν θεὸν ἐφ' οἷς πράττει πεισθείη. ὅπερ ἀδύνατον. πρᾶξαί τι παρὰ τὸν ὀρθὸν ἐθελήσαι ποτ' ἄν, τὸ ὄντως καλὸν καὶ αἱρετὸν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ ταύτη ἀγαπητὸν εἶναι ἄταξ ἑλόμενος. *Qi autem nudæ vocationi, qatenus vocatus est, obedit, is neqe propter voluptates tendit ad cognitionem. Non enim considerat, an aliqod utile lucrum, vel delectatio aliqa extrinsecus consequatur, sed tractus à dilectione ejus, qi verè est amatoris, & C ad id, qod fieri oportet, adductus, pius est Dei cultor. Unde nec si per hypothesin à Deo acceperit potestatem faciendi ea, qæ sunt prohibita, cstra ullam pœnam: neqe si propterea beatorum bona accepturum eum esse ei promissum fuerit: sed nec si persvasum habuerit fore, ut Deum lateant ea qæ gerit (qod qidem fieri non potest) in animum unqam esse inducturum, ut aliqid agat præter rectam rationem: qum id qod verè est honestum, & ex seipso eligendum, & eâ ratione expetendum amandúmqe semel elegerit.* Nihil sanctius dici poterat, nihil sublimius.

§. 52. Ἔξεστι περὶ τάυτα μηδὲν ὑπολαμβάνειν] Vide *l.* 5. §. 2. D & *l.* 7. §. 2. unde videtur aliqid, qod hîc deest, supplendum, nimirum, μηδὲν [ὃ μὴ δεῖ] vel μηδὲν [κακὸν] *nihil secùs qàm oportet*, vel *nihil mali opinari.* hoc enim satis est ad animum in tranqillo statu continendum.

Αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα] Vide *l.* 5. §. 19.

§. 53. Πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγομένῳ γίνεσθαι] vel τῷ legendum, vel λεγόμενον. Sed illud potiùs. πρὸς τῷ λεγομένῳ γίνεσθαι. sicut πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ εἶναι, *qæ dicta sunt secum repetere.* Plato in *Phædone pag.* 63. *D.*

Ἀπαρενθυμήτως] *non negligendo*, sive *animum minùs advertendo & intendendo eis qæ dicuntur.* Sic *l.* 10. §. 8. Ἀπαρενθύμητον. *Animadversio sedula.* Vide *ad l.* 5. §. 5. Socrates apud Platonem in *Hipp. min. pag.* 256. *B.* Ἀεὶ εἴωθα, ἐπειδάν τις λέγῃ τι, προσέχειν τὸν νοῦν, ἄλλως τε, ᾧ ἐπειδάν μοι δοκῇ σοφὸς εἶναι ὁ λέγων. *Verùm consvevi semper, qum aliqis de re aliqa disputat, diligenter attendere, præsertim qando qi loqitur, sapiens mihi esse videtur.*

Ὡς ἴδιόν τι ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ λέγοντος] Hoc est, qod Plutarchus *de avdiendo pag.* 42. *A.* Τῇ προσοχῇ καταδύομενον εἰς τὸν νοῦν τοῦ λόγου. *Animo in ipsos orationis sensus penetrare.* Et Origenes *ad. Cels. l.* 1. Εἰσελθεῖν εἰς τὸν τῶν λέξεων νοῦν. *Dictorum sensum animo penetrare.* Vide *lib.* 7. §. 4, 30.

§. 54. Τὸ τῷ σμήνει] Vide *l.* 5. §. 22.

§. 55. Εἰ κυβερνῶντα οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύοντα οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον] Rectè monet Gvilielmus Canterus *var. lect. l.* 7. *c.* 1. legendum κυβερνῶντα, & ἰατρεύοντα. qod interpretes tum Latinus tum Anglicus non advertentes, Marci mentem nevtiqam sunt assecuti. *Si gubernatori*, inqit, *navtæ, medico ægroti, contradicere, maledicere, adversùs volverint, unde avt à qo alio salutem illi, sanitatem isti sperâverint?* Hos itaqe lubentes promptiqe avscultant, eisqe obsequuntur, qibus cor inest, & qibus salus suamet cordi est. Plato in *Criton. pag.* 35. *B.* Γυμναζόμενος ἀνὴρ, καὶ τάυτα πράττων, πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ καὶ ψόγῳ καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προσέχει, ἢ ἑνὸς μόνου ἐκείνου, ὃς ἂν τυγχάνει ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὤν; ἑνὸς μόνου. ἐκεῖνο φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς ψόγους, καὶ ἀσπάζεσθαι τοὺς ἐπαίνους τοῦ ἑνὸς ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τοὺς τῶν πολλῶν. Δηλαδή. ταύτῃ ἄρα αὐτῷ πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδεστέον γε καὶ ποτέον, ἢ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἐπιστάτῃ καὶ ἐπαίοντι μᾶλλον, ἢ ἢ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις, Καλῶς λέγεις. ἐκεῖ καὶ τ' ἄλλα ὕτως, ἵνα μὴ πάντα διέλωμεν. καὶ δὴ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν, πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι, ἢ τῇ τοῦ ἑνὸς, εἴ τίς ἐστιν ἐπαίων, ὃν δεῖ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους. Τῷ ἑνὸς ἐκεῖνα δηλαδή. ἐκ ἀρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ ἡμῖν ὕτω φροντιστέον, ὅ, τι ἐρῶσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὅ, τι ὁ ἐπαίων ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. *Qi in gymnasiis se exercet, eiqe in re operam collocat, utrum cujusliber hominis laudi & vituperationi & opinioni attendit, an illius tantum qi medicus sit avt gymnasii magister? Hujus solius. Annon timere decet vituperationes & optare laudes illius unius potiùs qàm multorum? Procul dubio. Hac itáqe ratione ille agere seqe exercere debet, atqe etiam edere & bibere, qe illi unico videatur qi præsideat intelligitqe, potius qam ut videtur vulgo. Rectè dicis. Nonne & de aliis ne omnia percurramus eadem ratio est? de justis injustisqe, de turpibus & honestis, bonisqe & malis. Utrum multorum opinionem seqi debeamus, an unius potius, qi intelligat, qem decet & vereri & timere magis qàm cunctos alios. Unius istius procul dubio. Non igitur, vir optime admodum nobis curandum est, qid de nobis multi loqantur, sed qid dicat is unus qi intelligit justa & injusta, atqe ipsa veritas.* Galenus *hortator. c.* 10. Οὔτε νοσῶν, ἵν' οἶδ' ὅτι, τοῖς πολλοῖς ἂν ἐπιτρέψαις σαυτὸν, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισιν ἐξ ἁπάντων, καὶ τούτων τοῖς ἰατρικωτάτοις. ὥστ' ἂν πλέων ἅπασι τοῖς συμπλέουσιν, ἀλλ' ἑνὶ τῷ κυβερνήτῃ. εἰ δὴ καὶ τῶν σμικροτάτων, τίκτοντι μὲν τεκλαινόμενος, ὑποδημάτων δὴ χρῄζων, τῷ σκυτοτόμῳ, πῶς ἂν ἔχ, ἵνθα περὶ πρωτείων ὁ ἀγὼν ἐστι, σαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων ἢ κατὰ σαυτόν; *Certò tamen scio te morbo laborantem non multis teipsum commissurum, sed paucis qibusdam ex omnibus, iisqe medendi peritissimis; neqe te navigantem omnibus tecum navigantibus, sed uni gubernatori; minimis denique in rebus, fabro qidem te ædificantem; cerdoni vero calciamentis indigentem fidem habiturum: qâ igitur ratione qum de rebus præstantioribus contentio est, tibi ipsi judicii potestatem viris te ipso sapientioribus ereptam tribuis?* In animo videtur habuisse Socratis illa apud Xenophontem *memorial. l.* 3. *pag.* 764. *D.* Ἐκεῖνο μὲν δή που οἶσθα, ὅτι ἐν παντὶ πράγματι οἱ ἄνθρωποι τούτοις μάλιστα ἐθέλουσι πείθεσθαι, ὃς ἂν ἡγῶνται βελτίους εἶναι. καὶ γὰρ ἐν νόσῳ, ὃν ἂν ἡγῶνται ἰατρικώτατον εἶναι, τούτῳ μάλιστα πείθονται. καὶ ἐν πλοίῳ οἱ πλέοντες, ὃν ἂν κυβερνικώτατον. καὶ ἐν γεωργίᾳ, ὃν ἂν γεωργικώτατον. *Nimirum nosti, qavis in re parere homines illis maximè velle, qos existimant esse præstantissimos. Nam in morbo potissimum illi parent, qem medica rei putant esse peritissimum: & in navi qi navigant ei, qem gubernandi putant peritissimum: & in agricultura, qem agri colendi peritum in primis arbitrantur.* vel etiam, qod ex Astyagis persona Xenophon ipse, *Cyri instit. lib.* 1. *pag.* 31. *C.* Οὓς ἂν ἡγήσωνται περὶ τὰ συμφέροντα ἑαυτοῖς φρονιμώτερον ἑαυτῶν εἶναι, τούτῳ ἄνθρωποι ὑπερηδέως πείθονται. γνοίης δ' ἂν ὅτι τῷδ' ὕτως ἔχει, ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν, ὡς προθύμως τοὺς ἐπιτάττοντας ὅ, τι χρὴ ποιεῖν καλοῦσι, καὶ ἐν θαλάττῃ δὲ, ὡς προθύμως τοῖς κυβερνήταις οἱ συμπλέοντες πείθονται. *Homines ei, qem arbitrantur de commodis suis prudentius se ipsis dispicere, perqam lubenter parent. Atqe hoc ita se habere, qum in multis aliis, tum in ægrotantibus animadvertere licet, qi perqam cupidè arcessunt id præcepturos, qod fieri oporteat: stidémqe in mari, ubi vectores perqam cupidè gubernatoribus obsequuntur.* Aristonymus in *tomartis*, referente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 3. Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ. ἐν δὲ τῷ ζῆν τῷ λογίζεσθαι δυναμένῳ βέλτιον. *In navi-*

a L.4.§.3. Inf. §.59.

§. 56. a Πόσοι μεθ' ὧν εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, ἤδη ἀπεληλύθασιν;

§. 57. Ἰκτεριῶσι τὸ μέλι πικρὸν φαίνεται. καὶ λυσσοδήκτοις τὸ ὕδωρ φοβερόν. καὶ παιδίοις τὸ σφαῖρον καλόν b τί οὖν ὀργίζομαι; ἢ δοκεῖ σοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον, ἢ τὸ χολόν τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδήκτῳ;

b Sup. 25. 27. l.8.§.14. l.11.§.18.

§. 58. c Κατὰ τὸν λόγον τῆς ὃς φύσεως, βιῶν σε ἐδεὶς κωλύσει. d κατὰ τὸν λόγον τῆς ἰδιαιτέρας φύσεως, ἐδεὶς σοι συμβήσεται.

c L.2.§.9. d L.5.§.8.

§. 59. e Οἱοί εἰσιν, οἷς θέλουσιν ἀρέσκειν, καὶ δι' οἷα περιγινόμενα, καὶ δι' οἷων ἐνεργειῶν. f

e L.4.§.3.l.7.§.62.l.9.§.27. f L.10.§.19.

§. 56. Qàm multi eorum, qibuſcum in mundum intraveram, ex eodem jam exceſſerunt?

§. 57. Avrigine affectis mel amarum videtur; à cane rabido morſis, aqa formidabilis: contrà pueris pila pulcrum qid. qare igitur cuiqam ſuccenſes? an minùs poſſe putas mentis errorem, qàm apud arqatum bilem, apud lymphaticum virus?

§. 58. Qo minùs ſecundùm naturæ tuæ rationem vivas, nemo te coegerit. præter rationem verò naturæ communis nihil tibi contigerit.

§. 59. Perpende tecum, qales ſint qibus placere cupis, & qarum rerum potiundi cavſſâ id velis, qibuſqe officiis iſta demerearis. item qàm citò

ANNOTATIONES.

gando gubernatori auſcultandum eſt: vivendo illi qi plus ratione valet. Epictetus itidem *lib.* 3. *c.* 24. Ὅσις δὴ καθόλου τὴν περὶ βίου ἐπιστήμην κέκτηται, τί ἄλλο ἢ τὸν θεὸν εἶναι δεῖ τὸν δεσπότην; τίς γάρ ἐστιν ἐν τῇ κυρίᾳ; ὁ κυβερνήτης. διὰ τί; ὅτι ὁ ἀπειθῶν αὐτῷ ζημιοῦται. *Qi igitur in universum vitæ degendæ ſcientiâ inſtructus eſt, eum qid aliud eſſe oportet niſi dominum? Qis enim in navi dominatur? gubernator. cur? qia qi non obtemperat, damnum facit.* Piè Ambroſius *in Pſal.* 37. de Deo medico cœleſti ſummo. *Ipſi nos committamus, parati qo velit curari medicamento. nemo dicit medico corporis ſui qomodò curandus ſit. novit medicus qæ ſingulis vulneribus medicamenta conveniant. Si dixerit medicus medicinæ genus, qo curari ager debeat, & ille faſtidit, diſcedit medicus, agrúmqe relinqit. vides eum qi curari velit, omni modo medico acquieſcentem.*

§. 56. Πόσοι μεθ' ὧν εἰσῆλθον] *Qot ante me è vita exierunt, qibuſcum ego unà intraveram?* Ità *lib* 4. §. 3. Ὅσων ἤδη μεταβολαῖς αὐτὸς παρατετύχηκας; *Qàm multarum rerum mutationibus interfueris ipſe.* Cur ergo exire me moleſtè feram, cùm tot mecum nati unà, jam exierint? Xylander εἰσῆλθον, dum *venerunt*, vertit, ſenſum pervertit.

§. 57. Ἰκτεριῶντι τὸ μέλι πικρόν] Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypotheſ. l.* 1. *c.* 29. Οὐδεὶς τολμήσαι ἂν εἰπεῖν, ὅτι τὸ μέλι οὐ γλυκάζει τοὺς ὑγιαίνοντας. ἢ ὅτι τοὺς ἰκτερικοὺς οὐ πικράζει. *Nemo negare audeat, qin ex melle ſani dulcedinem, ictterici amarorem percipiant.* Cavſſàm reddit apud Svidam in ἰκτεριᾶν neſcio qis non de melle ſolùm: Τοῖς ἰκτεριῶσι πᾶς χυμὸς πικρὸς δοκεῖ εἶναι, διὰ τὸ τὴν ὑγρότητα τὴν περὶ τὴν γλῶτταν τοῦτον ἔχειν τὸν χυμόν. *Morbo regio laborantibus omnis humor videtur eſſe amarus, qod humor circa linguam hunc ſaporem habeat.* & diſertiùs de melle Alexander Aphrodiſſenſis *problem l.* 1. *q.* 101. Τὸ μέλι τὸ πᾶσι γλυκύτατον, τοῖς ἰκτερικοῖς πικρὸν φαίνεται. διότι χολὴν πικρὰν ἔχουσι πλεοναζουσαν ἐν παντὶ τῷ σώματι, καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ, τὸ ὂν μέλι ἐσθιόμενον τὴν ἡσυχάζουσαν πικρὸν χυμὸν ἀνακινεῖ. καὶ ἡ γεῦσις λοιπὸν ἀντιλαμβανομένη τῆς πικρότητος τῆς χολῆς, φαντασίαν ποιεῖ τῷ νομίζεσθαι τὸ μέλι πικρὸν ὑπάρχειν. *Mel omnibus dulciſſimum ictericis amarum videtur, qia fel copioſius in toto corpore lingva habent. Mel igitur comeſtum amarum humorem qieſcentem commovet, & guſtus reliqum amaritudinis fellis percipiens, imaginem qà mel amarum eſſe putes efficit.* Gregorius Nazianzenus *de cathedr. Conſtantinopolit.* Οὐχ ὥσπερ δοκεῖς, φησὶ, τοῖς πολλοῖς, ἀνθρωπε. ἡ γῆ δὲ δοκεῖ τοῖς ἰλιγγιῶσιν ἱστάναι, τοῖς δὲ μεθύουσι νήφειν οἱ νήφοντες; ἀλλ' οὐκ ἐπὶ κεφαλὴν βαδίζειν ἢ περιτρέπεσθαι; τὸ μέλι δὲ πικρόν ἐστιν ὅτε καὶ οἷς νομίζεται, νοσοῦσί τε καὶ κακῶς διακειμένοις; ἀλλ' ἃ παρὰ τοῦτο τὰ πράγματα ὅπως ἔχει, ὡς δοκεῖ τοῖς πασχουσιν. *Non ita aliis videtur ais homo. Qid verò? an iis qi vertigine correpti ſunt, terra fixa & ſtabilis eſſe videtur? an ebriis ſobriis integrâ mente eſſe, ac non potiùs in caput incedere, ac ſurſum deorſúmqe moveri? annon qibuſdam interdum hominibus mel amarum eſt, nempe morbo laborantibus, malèqe affectis? At non propterea res ita ſe habent, ut, qi hoc ſtatu ſunt, arbitrantur.* Idémqe *de pace* 3. Ἡ αὐτὴ γῆ, ἔσκε μὲν τοῖς ἐῤῥωμένοις, καὶ ὑπισθόσι. κινεῖται δὲ τοῖς ἰλιγγιῶσι καὶ περιτρεπομένοις, τῷ τῶν ὁρώντων πάθους ἐπὶ τὸ ὁρώμενον μεταβάλλοντος. *Eadem terra ſanis qidem, ac minimè laſis fixa & ſtabilis eſt: iis autem, qi circumaguntur, ac vertigine laborant, movetur, nimirum adſpicientium vitio ad rem adſpectam tranſeunte.*

Λυσσοδήκτοις τὸ ὕδωρ φοβερόν] *A cane rabioſo morſis, ubi parum occurſum eſt, ſolet aqa timor naſci.* ὑδροφοβίαν Graci appellant. Celſus *l.* 5. *c.* 27. & Plinius *l.* 25. *c.* 2. *Inſanabilis ad hoſce annos rabidi canis morſus, pavorem aqæ, potúſqe omnis afferens odium.* qo tamen loco remedium è cynorrhodo mulieri in ſomnis indicatum narrat, qo deinceps complures ſervati ſint. Idémqe è cane ipſo petitum remedium commemorat, *l.* 29. *c.* 5. *Eſt limus,* inqit, *ſaliva ſub lingva rabioſi canis, qi datus in potu fieri hydrophobos non patitur. multò tamen utiliſſimè jecur ejus, qi m rabie momorderit, datur mandendum.* Mali rationem hanc, (ut omittam qæ longiuſculè petita Caſius habet in *problemat. q.* 23.) probabiliorem forſan veróqe propiorem aſſignat Aëtius *tetrab. l.* 2. *ſerm.* 2. *c.* 24. ideo aqam refugere ità affectos, qia in ea tanqam in ſpeculo, contuentur, vel vultum proprium deformiorem jam factum, vel canis ipſius, cujus imago menti obverſatur, ſpeciem. qi & eodem loci refert, philoſophum qendam hoc malo correptum generoſo animo obſtitiſſe, atqe aqam admiſiſſe, proverbiale illud ſibi accinentem, Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; *qid cani cum balneo?*

Καὶ παιδίοις τὸ σφαιρίον καλόν] Sextus *Pyrrhon. hypoth. l.* 1. *c.* 14. §. 4. Παισὶ μὲν γὰρ σφαῖρα καὶ τροχοὶ διὰ σπουδῆς εἰσιν. *Pueris enim qidem ſphæra & trochus in pretio ſunt.* de *ſimia* pariter Pindarus *Pyth. od.* 2.

— καλός τις
Πίθων παρὰ παισὶν ἀεί.
— *pulcer ſanè*
Similolus apud pueros ſemper.

Itaqe Attici κατ' ἐυφημισμόν τινα *ſimias* καλλίας vocant: ut docet Svidas ex Dinarcho *Orat. contra Pytheam.* Ὥσπερ οἱ τὰς καλλίας ἐν τοῖς οἴκοις τρέφοντες. *Qemadmodum qi ſimias domi alunt.* & Helladius apud Photium *cod.* 279. Ariſtoteles *ethic. l.* 4. *c.* 5. Σφαῖρα μὲν γὰρ ἢ λήκυθος ἡ καλλίστη, ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικῆς δώρου. ἡ δὲ τούτου τιμὴ, μικρὸν καὶ ἀνελεύθερον. *Pila enim & lecythus pulcerrima puerilis qidem doni ſe habent magnificentiam: hujuſce tamen rei pretium parvum eſſe & illiberale.*

Ἥ δοκεῖ σοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον] Vide *ſuprà* §.27. & *l.*8. §. 14. & *l.*9. §.40.

§. 58. Οὐδεὶς κωλύσει] Eadem hæc ferè, *l.* 5. §. 10. Epictetus *l.* 4. *c.* 10. Ἔξεισί σοι πρὸς τῷ ἀποβάντι χρῆσθαι κατὰ φύσιν. μή τις σε κωλύσαι δύναται; οὐδείς. *Licet ergò tibi qolibet eventu ſecundùm naturam uti. Nunqis te prohibere poteſt? Nemo.* Vide *l* 2. §. 9. & *l.* 3. §. 12.

Παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως] Vide *l.* 2. §. 21. ſed & Dominum Chriſtum Matth. *c.* 10. *v.* 29, 30.

§. 59. Οἱοί εἰσιν, οἷς θέλουσιν ἀρέσκειν] Idem monitum *l.* 4. §. 3. & *l.* 7. §. 62.

Δι' οἷα περιγινόμενα] *Qanam ſunt, qa obſeqio ſuo avcupantur, & ut ſibi contingant atqe obveniant, hac ratione enituntur.* περιγίνεσθαι enim iſtic *obvenire, contingere*; non avtem *ſupereſſe*, qod Xylandrum fugerat. Dio Pruſæus *Orat.* 4. poſt ea qæ *ad l.* 5. §. 36. dedimus: αὐτομάτως αὐτῷ καὶ δίχα πόνου περιγινόμενα. *ultro citra laborem ei obvenientia.* Arrianus verò an Epictetus *l.* 4. *c.* 5. in eadem ſententia verbo ſimplici uſus eſt. Ὅρα δὲ οἷων ἂν γίνηται. *Conſidera qibus rationibus fiant*, id eſt, *obtineantur, obveniant iſta.* Vide *l.* 10. §. 19.

Καὶ δι' οἷων ἐνεργειῶν] qàm ſervilibus, fœdis, turpibus miniſteriis iſta ambiant, illos demereantur. Epictetus *Diſſert. l.* 3. *c.* 17. Ἀγανακτεῖνἐί τινι, ὅτι Φιλόσοργος ἐυτυχεῖ, ἤθελες οὖν σὺ κατὰ Σύρα κοιμᾶσθαι; μὴ γένοιτο, φησὶν, ἐκείνη ἡ ἡμέρα. τί οὖν ἀγανακτεῖς, εἰ λαμβάνει τι ἀνθ' ὧν πωλεῖ; τί μαναρίζεις τὸν διὰ τοῦτον, ἃ σὺ ἀπεύχῃ, κλώμενον ἐκεῖνα; *Ego aliqando cuidam Philoſtorgi ſucceſſus ægrè ferenti, numqid, inqam, tu cum Sura dormire velles? Ne, inqit, is dies mihi illuceſcat. Qid ergò ſuccenſes, ſi aliqid pretii pro iis qa vendit accipit; avt cur beatum eum prædicas ob ea qa deteſtaris.* Idemqe *ibidem c.* 26. Τίς δ' ἀνάσχοιτο τῶν γραῶν ἑρῶν, καὶ τῶν γερόντων, καὶ ἐκείνας ἀπομύσσοντος, καὶ ἀποκλύοντος, καὶ δωροδοκοῦντος, καὶ ἅμα μὲν νοσοῦσας θεραπεύοντος ὡς δοῦλα, ἅμα δ' ἀποθανεῖν ἐυχομένας, καὶ τὰς ἰατρὰς διακρίνοντος, εἰ ἤδη θανατίμως ἔχουσιν. ἢ πάλιν, ὅταν ὑπὲρ τῶν μεγάλων τούτων καὶ σεμνῶν ἀρχῶν καὶ τιμῶν, τὰς χεῖρας τῶν ἀλλοτρίων δούλων καταφιλῇς, ἵνα μηδ' ἐλευθέρων δοῦλος ᾖς. *Te autem qis ferat aniculas & ſenes deamantem, & muneribus concilsantem, ſimúlqe eas ægrotantes ſervilem in modum curantem, ſimúlqe mortem earum exoptantem, & percontantem medicos, ſitne morbus letalis? avt etiam cum propter magna iſta præclaráqe imperia manus alienorum ſervorum deoſcularis, ut ne ingenuorum qidem ſis mancipium?* Amnianus *hiſt. l.* 14. *Dici non poteſt qâ obſeqiorum diverſitate colantur homines ſine liberis Roma.* Cicero *Paradox.* 5. *An eorum ſervitus dubia eſt, qi cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duræ ſervitutis? hæreditatis ſpes qid iniqitatis in ſerviendo non ſuſcepit? qem nutum locupletis ſenis non obſervat? loqitur ad volun-*

citò ævum omnia condet, qótqe etiam res jam condiderit.

ὡς [a] τοχέως ὁ αἰὼν πάντα καλύψει, καὶ [b] ὅσα ἐκά- λυψεν ἤδη.

a L. 2. §. 12. l. 3. §. 10.
f Sup. §. 56.

ANNOTATIONES.

voluntatem; qicqid denunciatum est facit: assentatur, assidet. munerat, miratur. qid horum est liberi? qid denique non servi inertis? ego malim repetitâ negativâ, *qid non denique servi, non inertis?* Horatius *Serm. l. 2. Sat. 5.*

— turdus
Sive aliud dabitur tibi, devolet illuc
Res ubi magna nitet, domino sene; dulcia poma,
Et qoscunqe ferat cultus tibi fundus honores,
Ante Larem gustet, venerabilior Lare, dives.
Si qamvis perjurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus, nè tamen illi
Tu comes exterior, si postulet, ire recuses.
Magna minórve foro si res certabitur olim,
Vivat uter locuples sine gnatis, illius esto
Defensor: famâ civem cavsſáqe priorem
Sperne, domi si gnatus erit, fœcundáve conjux.
Qinte puta avt Publi, (gavdent prænomine molles
Avricvlæ) *tibi me virtus tua fecit amicum.*
Jus anceps novi, cavssas defendere possum.
Eripiet qivis oculos citiùs mihi, qàm te
Contemptum cassâ nuce pavperet. hæc mea cura est,
Nè qid tu perdas, nev sis jocus. ire domum atqe
Pelliculam curare jube: sis cognitor ipse.
Perfla atqe obdura; sev rubra canicula findet
Infantes statuas, sev pingvi tentus omaſo
Furius hibernas canâ nive conspuet Alpes.

Senex orbus ille Plavtinus in *Milite* 3. 1.

Qando habeo multos cognatos, qid opus sit mihi liberis?
Nunc bene vivo & fortunatè, atqe ut volo, atqe animo ut lubet:
Mea bona meâ morte cognatis dicam, inter eos partiam:
Illi apud me edunt, me curant, visunt qid agam, ecqid velim:
Priusqam lucet, assunt: rogitant, noctu ut somnum cepérim.
Eos pro liberis habeo. qin mihi mittunt munera.
Sacrificant? dant indè partem mihi majorem, qàm sibi?
Abducunt ad exta: me ad se ad prandium, ad cœnam vocant.
Ille miserrimum se retur, minimum qi misit mihi.
Illi inter se certant donis. ego hæc mecum mussito:
Bona mea inbiant: certatim dona mittunt & munera.

Fædiora sunt, qæ Hieronymus *ad Nepot.* etiam de Clericis qibusdam. *Avdio præterea in senes & anus absqe liberis qorundam turpe servitium. ipsi apponunt matulam, obsident lectum, purulentiam stomachi & phlegmata pulmonis manu propriâ suscipiunt. pavent ad introitum medici: trementibusqe labiis, an commodius habeat, scisitantur, & si pavlulum senex vegetior fuerit, periclitantur; simulatáqe lætitiâ, mens intrinsecus avara torqetur. timent enim nè perdant ministerium. ó qanta apud Deum merces, si in præsenti pretium non sperarent? qantes sudoribus hæreditas cassa expetitur? minori labore margaritum Christi emi poterat.*

Ὁ αἰὼν πάντα καλύψει.] ità *l. 9. §. 27.* Πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει. *Tellus nos omnes condet.*

LIBER VII.

QId est vitiositas? hoc, qod sæpe vidisti. in omni casu occurrat idem, hoc est qod sæpe vidi. omnino sursum deorsum eadem deprehendes, qibus refertæ sunt historiæ priscæ, mediæ, præsentes: qibus civitates atqe familiæ scatent. nihil est novi. consveta & caduca sunt omnia.

Τί ἐστι κακία; τοῦτ' ἔστιν, [a] ὃ πολλάκις εἶδες. καὶ ἐπὶ παντὸς ἢ ξ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ πολλάκις εἶδες. [b] ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ ἐυρήσεις, [c] ὧν μεσαὶ αἱ ἱστορίαι αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυοι. ὧν νῦν μέσαι αἱ πόλεις, καὶ οἰκίαι. [d] ᾄδεν καινόν. [e] πάντα * καὶ συνήθη [f] ὀλιγοχρόνια.

a Inf. §. 58.
b L. 2. §. 14. l. 6. §. 17. 46.
c L. 8. §. 15. l. 12. §. 26.
d L. 8. §. 6.
e L. 6. §. 37.
* συνήθη καὶ.
f L. 5. §. 11. Inf. §. 23. l. 12. §. 24.

§. 2.

ANNOTATIONES.

§. 1. Τί ἐστι κακία; τοῦτ' ἔστιν ὃ πολλάκις εἶδες.] Et mox: ὧν μεσαὶ ἱστορίαι, αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυοι. *Quibus referta sunt historiæ priscæ, mediæ, præsentes.* Seneca *Epist. 97. Erras, mi Lucili, si existimas nostri seculi esse vitium, luxuriam & negligentiam bonis moris, & alia qa objicit suis qisqe temporibus. hominum sunt ista, non temporum nulla ætas vacavit à culpa. & fient & facta sunt ista.* Et *de benefic. l. 1. c. 10.* ubi seculi sui mores contaminatissimos acerbius pavlò proscidisset; *Itaqe sic finiamus,* inqit, *nè in nostro seculo culpa subsidat. hoc majores nostri qesti sunt, hoc nos qerimur, hoc posteri nostri qerentur; eversos esse mores, regnare neqitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi.* Ea est Flacci qerimonia, *carm. l. 3. ode. 6.*

Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos neqiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

At ista, inqit ille, *stant loco eodem, stabuntqe, pavlulum duntaxat ultro avt citro mota; ut fluctus, qos æstus accedens longiùs extulit, recedens interiore litorum vestigio tenuit. non expectant uno loco vitia; sed mobilia, & inter dissentientia tumultuantur, pellunt invicem fuganturqe. Caterùm idem semper de nobis pronunciare debebimus, malos esse nos, malos fuisse; invitus adjiciam, & futuros esse. Erunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores.* Et, *Epist. 97. Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.* Vide *ad l. 8. §. 15.* ὧν φορὸς ὁ κόσμος.

Ἄνω κάτω, τὰ αὐτὰ] Vide *l. 4. §. 32.* & *l. . §. 46.*

Οὐδὲν καινόν] Solomon *Eccles. c. 1. v. 9. Id qod fuit, idem est cum eo qod futurum est: & id qod factum est, idem cum eo qod fiet: neqe est novi qidqam sub sole. Estne aliqid de qo dici possit, Ecce hoc novum est? imò jam fuit per secula, qæ ante nos fuerunt.* Tertullianus *de resurr. c. 12. Qodcunqe conveneris, fuit: qodcunqe amiseris, nihil non iterum est.* Arnobius *l. 1. Novi sit nihil: vetera sunt omnia, & nullis antiqitatibus inavdita.* Vide ad *l. 2. §. 3.* vide & Senecam *Epist. 24. ad l. 6. 44.* Terentius *Eun. prolog.*

Nullum est jam dictum, qod non sit dictum priùs,

Hoc argumento fabulas poeticas eversum it Palæphatus *de incredibil.* Ὅσα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ. τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγίνετο. εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγίνετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσαι. *Cujusmodi autem species & forma narrantur, fuerunt tum qoqe, qæ nunc exstant, eadem neqe fuerunt. Si tunc enim & alio tempore acciderunt, & jam fiunt, & erunt deinceps.* Lavdátqe illud Melissi & Lamisci Samii, Ἔστιν ἃ ἐγίνετο, καὶ νῦν ἔσαι. *Qæ nata sunt, etiam nunc fore.* qanqam illi forsan scripserint: ἔστιν, ἃ ἐγίνετο, νῦν καὶ ἔσαι. De vitiis morbisqe pariter Diogenianus apud Plutarchum *Sympos. l. 8. c. 9.* Ἐκ τούτων νοσοῦμεν, οἷς καὶ ζῶμεν. ἴδια δὲ σπέρματα νόσων οὐκ ἔστιν, ἀλλ' αἱ τούτων μοχθηρίαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἡμῶν περὶ ταῦτα πλημμέλειαι τὴν φύσιν ἐπιφέρουσιν. καὶ τὰ τῆς ψυχῆς νοσήματα καὶ πάθη νοσηρά τινα καὶ πάτριον ὁδὸν βαδίζει. καὶ καινὸν οὐδὲν οὐδὲ τοῖς παλαιοῖς ἀνιχόρητον ἐξήνθηκε κακίας εἶδος. *Etenim ex iis morbi nobis contingunt, è qibus vivimus: neqe sunt peculiaria morborum semina, sed istorum vitia respectu nostri, nostráqe in iis delicta naturam perturbant. Animæ etiam morbi affectionesqe communi qadam & avitâ progrediuntur viâ. Et nullum novum, avt veteribus non commemoratum vitii genus erupit.* Eódem accommodat & Sophoclis illa ex *Antigone*:

Οὐ γάρ τοι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, καὶ οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

unde emendandus idem *de commun. notit. adv. Stoic. c. 7.*

Non ista nunc dierum vel nuper vigent,
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent.

Πάντα καὶ συνήθη ὀλιγοχρόνια] lego transpositis vocabulis π. σ. καὶ. ὀ. Vide *l. 6. §. 37.* & *l. 9. §. 14.* Item *l. 5. §. 10.* & *infrà §. 23.*

§. 2. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύναται νεκρωθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ καπέλπλαι αὐτῆς [a] φαντασίαι σβεσθῶσιν; [*] ὡς διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπί σοί ἐστι. [b] δύναμαι, περὶ τούτου ὃ δεῖ ὑπολαμβάνειν. εἰ δύναμαι, τί περίσσομαι; [c] τὸ ἔξω τῆς ἐμῆς διανοίας ἓδεν ὅλως πρὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν. Στὸ πάθη, καὶ [d] ὀρθὸς εἶ. [e] ἀναβιῶναί σοι ἔξεστιν. [f] ἴδε πάλιν τὰ πράγματα, ὡς ἑώρας· ἐν τούτῳ γὰρ τὸ ἀναβιῶναι.

§. 3. [h] Πομπῆς κενοσπουδία, ἐπὶ σκηνῆς δράματα, μήμνια, ἀγέλαι, [i] διαδορασμοί, [k] κυνιδίοις ὀστάριον ἐρριμμένον, ψωμίον εἰς τὴν τῶν ἰχθύων δεξαμέ-

§. 2. Dogmata in te aboleri qo modo poterunt, nisi cogitationes bis congruæ extingvantur? qas resuscitare tibi, qoties libuerit, licet. possum de re ista, qod oportet, opinari. Si possum, qid perturbatur mihi animus? nihil qicqam ad mentem faciunt, qæ extra mentem sunt sita. hoc modo sis affectus, & rectus consistis. reviviscere tibi licet. res ipsas intuere prout priùs vidisti. hoc est enim reviviscere.

§. 3. Pompæ studium inane, fabulæ scenicæ, greges, armenta, velitationes, catulis projectum osticulum, offula in piscinam immissa,

for-

ANNOTATIONES.

§. 2. Τὰ δόγματα] *Dogmata*, inqit, *aboleri non possunt, nisi phantasiæ, unde ortum habent, fuerint extinctæ.* Φαντασίας autem νοήσεις, id est, cogitationes intelligit; (sic enim Chrysippus apud Laërtium *l.* 7. in *Zenone*. Φαντασίαι λογικαί, αἳ τῶν λογικῶν ζώων, νοήσεις εἰσίν. *Phantasiæ rationales, sive qæ sunt animalium rationalium, cogitationes sunt.* sive ὑπολήψεις, utì ipse se in seqentibus explicat.

Νεκρωθῆναι] ità νεκρῶσαι τὰς ἐπιθυμίας, *mortificate cupiditates.* dixit Apostolus *ad Coloss. c.* 3. *v.* 5. & νέκρωσιν πραγμάτων, ut δογμάτων Marcus, in ὀνειροκριτικοῖς Astrampsycus,

Νεκρὸς ὁρῶν, νέκρωσιν ἔξεις πραγμάτων.
Mortuos videns, exitium rerum habebis.

Ὡς διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν] lego ἃς, φαντασίας nimirum. in potestate; inqit, tua situm est phantasias sive opiniones veras rectásqe, qas priùs animo conceperas, verùm, tanqam sub cineribus igniculi, sopitæ qodammodò & sepultæ jacent, resuscitare ubi volueris. Ità Pavlus Timotheum monet, *Epist. 2. c.* 1. *v.* 6. ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, *excusciare donum Dei.*

Δύναμαι περὶ τούτου ὃ δεῖ ὑπολαμβάνειν] Ità *l.* 6. §. 52. Ἔξεστι περὶ τούτου μηδὲν ὑπολαμβάνειν. *Licet de hac re vel illa nihil opinari.* est autem ὃ δεῖ ὑπολαμβάνειν, idem ferè hîc, qod ὀρθῷ ὑπολαμβάνειν, *rectâ methodo opinari. l.* 5. §. 3.

Τὰ ἔξω] Ità *l.* 4. §. 3. Τὰ πράγματα οὐχ ἅπτεται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἔξω ἕστηκεν. *Qod res ipsa animum non attingunt, sed extrinsecus manent.* idem & *l.* 5. §. 19.

Στὸ πάθη, καὶ ὀρθὸς εἶ] Vide *ad l.* 3. §. 5. & *infrà* §. 12. Seneca *Ep.* 71. *Da mihi adolescentem incorruptum & ingenio vegetum: dicet fortunatiorem sibi videri, qi omnia rerum adversarum onera rigidâ cervice sustollit, qi supra fortunam exstat. non mirum est in tranqillitate non concuti: illud mirare, ibi extolli aliqem, ubi omnes deprimuntur; ibi stare, ubi omnes jacent. qid est in tormentis, qid est in aliis qa adversa appellamus, mali? hoc, ut opinor; succidere mentem, & incurvari, & succumbere: qorum nihil sapienti viro potest evenire. stat rectus sub qolibet pondere. nulla illum res minorem facit: nihil illi eorum qa ferenda sunt, displicet. nam qicqid cadere in hominem potest, in se cecidisse non qeritur: vires suas novit: scit se esse oneri ferendo.* Vide *ad lib.* 6. §. 19. & *lib.* 7. §. 67. & *lib.* 8. §. 46.

Ὡς ἑώρας] *qas antè vidisti.* ἃς Xylander. non accedo. res, inqit, cùm eædem ipsæ maneant, tu eôdem modo intuere nunc, ubi vacillare te senseris, qomodo antè speculabaris, cùm de eis ritè judicabas. Sic *l.* 6. §. 3. πάλιν ἐγρηγορὼς βλέπε. *vigilans rursus inspice.*

Ἀναβιῶναι] *revivíscere* qodammodo tibi licet, τῷ ἀναζωπυρεῖν τὰς φαντασίας, cogitationes illas, prout dixeram, resuscitando. Ità Apostolus *ad Eph. c.* 5. *v.* 14. Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν. *Excitare qi dormis, & resurge ex mortuis.* atqe hoc est, μέρος ἔχειν ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ. Joannes *Apocal. c.* 20. *v.* 6. *partem habere suam in resurrectione priore:* illâ nimirum, qâ οἱ νεκροὶ τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἀκούσαντες, ζῶσιν. *mortui audientes vocem Filii Dei vivent.* Joannes *c.* 5. *v.* 25. Vide *l.* 6. §. 31.

§. 3. Πομπῆς κενοσπουδία] Vana viliáqe varia coacervat; qibus paria geminâqe fermè vult ea esse pleraqe, qibus hominum vita conteri solet. consimilia istis habuimus suprà *l.* 5, §. 33. nec absimilia prorsus *infrà* §. 48. Plinius minor *l.* 9. *Ep.* 7. ubi vanitatem eorum exagitaverat, qi Circensibus tantopere capiebantur, *Capio*, inqit, *aliqam voluptatem, qòd hac voluptate non capiar.* Vide *ad l.* 6. §. 44. Gregorius Nazianzenus *adv. Arian.* Αἱ δὲ κάτω παλαίδες ἄυλαι, καὶ τὰ γύπη ταῦτα τῆς προσκαίρου ζωῆς ἡμῶν τῆς σκηνῆς γίγονε παίγνια. *Terrena autem ha patria, atqe hæc generum discrimina, brevis hujus & caduca vita nostra ac scena ludi sunt.* Et *in Cæsar. fr.* Πάντα ἐμοὶ παιδιά τις ἐκείνῳ καὶ λῆρος ἦν, πρὸς ἓν τοῦτο κρινόμενα, τὸ Χριστιανὸν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι. τὰ μὲν ἄλλα ὡς ἐπὶ σκηνῆς καὶ ἄλλοις παίζεσθαι τάχιστα πηγνυμένης τε καὶ καταλυομένης, τάχα δὲ φθειρομένης ῥᾷον ἢ συνισαμένης. ὡς εἶναι ἰδεῖν ἐκ τῶν πολλῶν τοῦ βίου μεταβολῶν, καὶ τῆς ἄνω καὶ κάλω μεταπιπτούσης εὐετηρίας. μόνον δὲ ἴδιον ἀγαθὸν καὶ παραμένον ἀσφαλῶς, τὴν εὐ-

A σέβειαν. *Omnia cum hoc uno, qod Christianus & esset & nominaretur, ludus qidam ac nuga ipsi essent. Alia enim ab aliis etiam ludi posse, non secus atqe in scena, qa celerrimè & figitur & dissolvitur, imò facilius fortasse deletur, qàm constituitur: ut ex multis hujus vita mutationibus, & prosperitate sursum ac deorsum labente perspicere licet: pietatem verò bonum animum proprium esse, qódqe tutò permaneat.* Et mox: Τοιοῦτος ὁ βίος ἡμῶν τῶν ζώντων πρόσκαιρα, τοιοῦτο τὸ ἐπὶ γῆς παίγνιον, οἷς ὄντας γενέσθαι, καὶ γενομένους ἀναλυθῆναι. *Ejusmodi vita nostra est, qi fluxam vitam ducimus: ejusmodi in terra ludus, ut cùm non simus nascamur, cùm nati sumus, rursus dissolvamur.*

B Vide *ad l.* 11. §. 6. & *l.* 12. §. 36.

Διαδορασμοὶ] *velitationes, hastiludia.* Xylander rectè. nec cur vocabuli significationem minùs intelligere se profiteretur, qicqam erat. δορατίζομενοι, δόρασι μαχόμενοι. Hesychius. & indè δοράτισμοὶ pro *velitationibus.* qia velites hastis leviorìbus, sive jaculis utebantur, utì videre est apud Livium *hist. l.* 8. & *l.* 26. & *l.* 36. & Vegetium *de re milit. l.* 3. *c.* 16. Erant autem *velitationes*, vel *feriæ*, ut hostiles, prælìorum qasi præludia qædam, vel *ludicræ* ac exercitatoriæ, qibus tirones ad munia bellica idonei magìs redderentur. indè ad *concertationes* qasvis tranſlatum est vocabulum *l.* 4. *c.* 3. διαδορατισθέντες, *sese mutuò impetentes.*

C Κυνιδίοις ὀστάριον ἐρριμμένον] Ità Apostolus *ad Philip. cap.* 3. *v.* 8. præ fide justitiáqe Christiana, veráqe ac solida Christi notitia, σκύβαλα ἡγεῖται τὰ πάντα. *omnia ducere pro stercoribus.* qo loco σκύβαλα, qasi κυνίβαλα dicta, si Grammaticos avdimus, vel sunt *stercora*, peculiariter *canina.* σκύβαλον, κόπρος. Hesychius. τὸ δὲ ἐσχάριον ἐκδιδόμενον. Σκύβαλον, *stercus per intestina emissum.* Etymologus. atqe ità accipiunt interpretes plerique. eodémqe facit qod Apulejus *florid.* 2. qi Cratetem ait *rem familiarem abjecisse, velut onus stercoris, magìs laboris qàm usui.* vel etiam ea qæ *canibus projici* solent. Σκύβαλον, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον, κυνίβαλόν τι ὄν. Σκύβαλον vocatur *id, qod canibus est projectum, qasi* κυνίβαλόν τι ὄν. Svidas. atqe ità usurpavit Arìsto in *Epigram. Anthol. l.* 1. *c.* 33. ubi poëta avt literator aliqis, mures Opicos, nè codices suos corroderent, abigens, ad felicioris ac lavtioris alicujus ædes commigrare illos jubet, apud qem inventuri sint, δεῖπνον συχνὸν ἀπὸ σκυβάλων, *cænam frequentem largámqe satis ab eis qæ canibus projiciuntur, reliqiis.* Verum de vocabulo isto, qòd latè patet, & nos latiùs alibi. Ossium avtem canibus projectorum meminit eò magìs Marcus, qia ea rixam inter illos creare assolent. unde versus proverbialis,

D *Dum canis os rodit, socium, qem diligit, odit.*

qod & Gregorius Nazianzenus *Epist.* 22. *ad Basil.* Κυσὶ βοῶμα ῥιφὲν ἐν μέσῳ καὶ' ἀλλήλων ὁπλίζει. *Cibus canibus projectus in medio illorum alium in alium armat.* Indè Platonis illud, κυσὶν ὀστέον μηνύειν, osse objecto canes inter se committere, in epigrammate qod in Alexin amasium suum composuisse à Laërtio Apulejóqe perhibetur. de qo alibi diximus.

E Ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμενάς] lego δεξαμενάς. *in piscinas* Xylander. rectè. est enim δεξαμενὴ *aqarum receptaculum* sive *conceptaculum*, avt etiam, si cum Frontino loqi libuerit, *conceptela.* ità enim legendum apud hunc avtumo, *de Aqaductibus commentario. Irriguos agros, tabernas, cænacula, & conceptelas*, pro qo in editis, *corruptelas*, corruptè legitur. indè δεξαμεναὶ, ὑδάτων δοχεῖα. Hesychius. *aqarum conceptacula*; sive illa cisternæ, sive piscinæ fuerint. ità de Roma Strabo *Geogr. l.* 5. *p.* 163. Ὥστε πᾶσιν οἰκίαν σχεδὸν δεξαμενὰς ἔχειν. *Qamlibet ferè domum cisternas habere.* Alexander *problem. l.* 1. *q.* 54. Ἐὰν εἰς θερμὴν δεξαμενὴν καλέσῃ τις. *Si qis in calidum lavacrum avt solium descenderit.* Et Galenus *method. medend. l.* 10. *c.* Τὰς ὕπνους ἐχούσας ὑδρὶ τολμᾷ βάπτειν εἰς τὸν ψυχρὸν δεξαμενήν. *Sic nemo audet pedes tingere in frigidam.* id est, κολυμβήθραν, *in piscinam.* Laërtius *l.* 7. *pag.* 158. in Zenone. Ἀκούειν δὲ, τοῦ μεταξὺ τοῦ τε φωνοῦντος καὶ τοῦ ἀκούοντος, ἀέρος, πλατυνομένου σφαιροειδῶς, εἶτα κυματουμένου, καὶ ταῖς ἀκοαῖς προσπίπτοντος, ὡς κυματοῦσθαι τὸ ἐν τῇ δεξαμενῇ ὕδωρ καὶ κύκλους ὑπὸ τοῦ ἐμβληθέντος λίθου. *Porrò audire, qum is qi medius inter loqentem & audientem est, aer verberatur orbiculariter, deinde agitatus auribus influit,*

qem-

formicarum ærumnæ & bajulationes, muſculorum perterritorum diſcurſus, ſigillaria verticillis cita. hoc genus ſunt externa cuncta. in his igitur benevolum placidúmqe conſiſtere par eſt, non avtem inſoleſcere: intelligere nihilominùs, tanti

νας *, μυρμήκων παλαιπωρίαν, καὶ ἀχθοφορίαν, ᵃ μυιδίων ἐπτοημένων διαδρομὰς, ᵇ σιγιλλάρια νευροσπασθέντα. χρὴ δὲ ἐν τούτοις ᶜ ἡμᾶς μὲν καὶ μὴ φρυαττόμενον ἐξάναι. Εὐμενῶς μέν τοι, ὅ-

* —μυνὰς,
a L. 11. §. 22
b L. 2. §. 2.
c L. 4. §. 25. l. 8. §. 5. 43.

ANNOTATIONES.

qemadmodum & ciſterna aqa per orbes injecto agitatur lapide. A Dabitur hinc genuina interpretatio loco cuidam Procopii ἐν τοῖς ἀνεκδότοις, cùm à lavdatore, tum ab editore ſecius accepto. narrans avtor ille Photii cujuſdam à Juſtiniano in cuſtodiam miſſi hiſtoriam: Τὰ μὲν πρῶτα, inqit, καταφυγὼν εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου, παρὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν οἰκίτης (lege ἱκέτης) καθῆστο. — τὸ δὲ δὴ δεύτερον ἐς τῆς σοφίας τὸ ἱερὸν ἦκεν, ἐς αὐτήν πως τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπιναίως ἐκπεσών, ἥπερ μάλιστα πάντων ὑπομίγνυσιν οἱ Χριστιανοὶ σέβειν. *Tum primùm in Deipara templo ad ſacram aram ſupplex conſtitit. — Secundò deinde in Sophia templum cùm veniſſet, inopinatò deſcendit in ipſum fontem ſacrum, cujus ſumma Chriſtianis ritu ſolenni religio eſt.* qo loco Svidas δεξαμενὴν intelligit menſam ſacram, τὴν τράπεζαν τὴν τὰ θεῖα δεχομένην. *menſam, qa res divinas ſacráſqe recipiebat.* errore ſupino nimís. qum fugæ Photianæ geminæ mentio fiat à Procopio, prioris, qâ ad menſam ſacram in Virginis Deiparæ templo confugerit; alterius, qâ ἐς τὴν δεξαμενὴν in Sophiæ fano ſe contulerit. Svidæ παρέρραμα iſtud advertit Nicolavs Alemannus, ſed in aliud havd minùs craſſum fœdumqe incidit ipſe, cùm δεξαμενὴν *emiſſarium* eſt interpretatus, & ἀντὶ τῦ ὑπονόμυ, pro *cloaca*, qam appellat Gregorius *in Evang. hom.* 17. accepit; hoc eſt, pro conceptaculo illo, in qod aqæ, poſtqam ſacris perficiendis inſervierant, defluebant. at qis *cloacam* illam, *ſacram*, multò minùs *divinam*, diceret? qis *apud Chriſtianos eam in maxima eſſe veneratione*? imò loci iſtius vilitatem à veneratione remotiſſimam inſinuat Gregorius, cùm ſacerdotes malos aſſimilat aqæ baptiſmatis, qæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœleſte mittit, & ipſa poſtea in *cloacam deſcendit.* eſt igitur Procopio ἡ θεία δεξαμενὴ nihil aliud, qàm ipſe *fons ſacer*, qem βαπτιστήριον & κολυμβήθραν patres priſci, Alemanno etiam agnoſcente, paſſim nuncupant. Offulam in piſcinas miſſam commemorat, qia hoc ſpectaculo ſeſe oblectare ſolebant piſcinarum domini, cùm ad eſcam immiſſam piſces accurrentes contuerentur. Ambitionem avtem luxúmqe veterum qorundam, in piſcinis extruendis piſcibúſqe alendis, ex Varrone ſolo ſatìs diſcere licet, *qi de re ruſtic. l.* 3. *c.* 17. narrat, *Hirrium cùm circum piſcinas ſuas ex adificiis duodena millia ſeſtertia caperet, eam omnem mercedem eſcis, qas dabat piſcibus, conſumpſiſſe.* Qin & de Hortenſio idem *ibidem. Non ſatis erat illum non paſci piſcinis, niſi eos ipſe paſceret ultrò: ac majorem curam ſibi haberet, nè ejus eſurirent mulli, qàm ego habeo nè mei in Roſea eſuriant aſini: & qidem utrâqe re, & cibo & potione, cùm non paulò ſumptuoſiùs, qàm ego bis, miniſtraret victum. ego enim uno ſervulo, hordeo non multo, aqâ domeſticâ, meos multinumos alo aſinos. ille primùm qi miniſtrarent, piſcatores habebat complures:* & *ii piſciculos minutos aggerebant freqenter, ut à majoribus abſumerentur. praterea ſalſamenta in eas piſcinas emptitia conjiciebat, cùm mare turbaret.* Addítqe: *Celeriùs voluntate Hortenſii ex eqili educeres rhedarias, ut tibi haberes mulas, qàm è piſcina barbatum mullum. nec minor cura ejus erat de agrotis piſcibus, qàm de minùs valentibus ſervis. itaqe minùs laborabat, nè ſervus ager, qàm aqam frigidam biberent ſui piſces.* Æliamus *hiſt. animal. lib.* 12. *cap.* 1. refert in Myrenſi Lyciæ ſinu ſitum eſſe Apollinis templum, cui piſcina ſit adſita: Τὸν δὲ τῷδε τῷ θεῷ ἱερεῖα κρέα μόσχεια διαπτείρειν τῶν τῷ θεῷ θυομένων. καὶ ὀρφῶς δὴ καὶ τοὺς ἰχθύας ἀθρόους προσιέναι, καὶ τῶν κρεῶν ἐσθίειν, ὁπόταν καλυμένους δαιτυμόνας. καὶ χαίρειν τοὺς θύσαντας, καὶ τὴν τούτων δαῖτα πιφύκειν εἶναι σφίσιν ὄτι ἄγαθήν. *Ad dei ſacerdotem vitulinas carnes deo immolantium diſpergentem orphos piſces gregatim adnatare, & tanqam convivas ad epulas invitatos carnes comedere, & immolantes ex eo voluptate affici, & ſibi perſvadere qod piſces ſuâ ſacrificatione paſcantur indicare res ſuas benè & felciter caſuras eſſe.* Idémqe *l. eód. c.* 30. Χειροήθεις δὲ ἰχθῦς, καὶ ὑπαντῶντας τῇ κλήσει, καὶ τροφὰς ἀπίνας δεχόμενοι, πολλαχόθι καὶ εἰσὶ, καὶ τρέφονται. *Permultis qidem locis manſvefacti piſces, & ſe appellantibus obtemperantes, & cibos objectos libenter excipientes aluntur.* Qoniam avtem piſcium iſtiuſmodi ad ſignum datum offulámqe miſſam certatim facto concurſu ludos ſibi facere domini eorum ſolebant, ideò *piſcinas* illas Varro dixit, *magis ad oculos, qàm ad veſicam pertinere.* Sed & τὰς τῆς γαστρὸς δεξαμενάς. id eſt, *ventris receptacula* Philo dixit. viſe *ad lib.* 4. §. 16.

Μυρμήκων παλαιπωρίαν καὶ ἀχθοφορίαν] Seneca de occupatis qibuſdam, ſed nullo fine certo ſibi propoſito ſatagentibus; *de tranq. c.* 12. *Inconſultus illis vanúſqe curſus eſt: qalis formicis per arbuſta repentibus, qa in ſummum cacumen, deinde in imum inanes aguntur.*

Μυιδίων ἐπτοημένων διαδρομὰς] Ità de eiſdem Horatius *ſerm. l.* 2. *ſat.* 6.

Currere per totum pavidi conclave, magiſque

Exanimes trepidare. —

qibus ille opes confert, earúmqe uſufructuarios. Vide *l.* 11. §. 22.

Σιγιλλάρια νευροσπασθέντα] Gloſſæ. *ſigillari.* Νευρόσπαστοι. forſan, *ſigillaria.* Νευρόσπαστα. vel etiam, *ſigillari.* Νευροσπάσας. *Sigillaria*, ſive *ſigilla*, parva ſunt ſigna, icunculæ ſive imagunculæ. Macrobius *Saturn. l.* 1. ubi *Sigillariorum celebritatem Saturnalibus adjectam* dixerat, *c.* 10. ſubjicit, *c.* 11. *Qaſi verò ſapiens qiſqam ſigillaria, qa luſum reptanti adhuc infantiæ oſcillis fictilibus prabent, tentat officio religionis adſcribere.* & in fine capitis, *ſigilla* vocat; *qa arte ficti fingerentur.* B Svetonius *l.* 5. *c.* 5. de Clavdio: *Tiberius patruus petenti honores, conſularia ornamenta detulit: ſed inſtantiùs legitimos flagitanti, id ſolùm codicillis reſcripſit. Qadragenta avreos in Saturnalia & Sigillaria miſiſſe ei.* Seneca *Epiſt.* 12. *Ego ſum Felicio, Philoſiti villici filius, deliciolum tuum, cui ſolebas ſigillaria mittere.* Tertullianus *adv. Valent. c.* 12. *Ut avtem tantum ſigillarium extrinſecùs qoqe inornarent.* Et *de Orat. c.* 12. *Cùm perinde faciant nationes, adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo.* Arnobius *contr. gent. l.* 6. *Deos eſſe ſigillaria ipſa cenſetis. Sigilliola* eidem *lib. eod. In ſigilliolis parvulis contraberе ſe Deos, & alieni ad corporis ſimilitudinem coarctari: at* C *verò in vaſtis porrigere ſe longiùs atqe in maximitate producere.* Porrò ſigillaria νευροσπασθέντα, ut Marcus hic, ſive ἀγάλματα νευρόσπαστα, ut Herodotus *l.* 2. & Lucianus *de Dea Syria*, ſunt ſigilla ità concinnata, ut nervorum ſive verticillorum qorundam ope, pro tractantis arbitrio attracta citáqe, modo in hanc, modò in illam partem moverentur, figuráſqe ſubinde varias exprimerent. Ariſtoteles *de mund. c.* 6. Καὶ οἱ νευροσπάσται μίαν μήρυθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ ἀυχίνα κινεῖσθαι καὶ χεῖρα τὸ ζώου, καὶ ὦμον καὶ ὀφθαλμὸν, ἔστι δ' ὅτε πάντα τὰ μέρη, μιᾷ τινὶ εὐρυθμίᾳ. *Præſtigiatores, qos neuroſpaſtas appellant ob id, qod imagunculas animatas eſſe fiduciis ductitandis ementiuntur: qi cùm ſuniculum aut nervum adduxerant, cieri cervicem & manum qaſi animantis ſimulacri, humerumqe itidem & oculum faciunt: interdum etiam omnia membra, idqe qadam cum venuſtate atqe aqabilitate motus.* Qod Apulejus *de mundo. Etiam illi, qi in ligneolis hominum figuris geſtus movent, qando filum membri qod agitare ſolent, traxerint, torqebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad miniſterium præſtò erunt, nec invenuſtè totus videbitur vivere.* Erant ea plerumqe lignea, ut Apulejus híc. Horatius item *ſerm. l.* 2. *ſat.* 7.

— *nervis alienis mobile lignum.*

Verùm & argentea qandoqe. Petronius in *Satyr. Larvam argenteam attulit ſervus, ſic aptam, ut articuli ejus vertebraqe locata in omnem partem flecterentur. hanc cùm ſuper menſam ſemel iterumqe abjeciſſet, & catenatio mobilis aliqot figuras exprimeret*, &c. Marcus ad animi motus exprimendos imagine hinc ductâ freqenter eſt uſus. Vide *ad l.* 2. §. 2. & *l.* 6. §. 16. Uſus eſt & Clemens Alexandrinus non ſemel. ſic enim *Strom. l.* 2. Νευροσπασμένοι δὲ ἡμῶν, ἀψύχων δίκην, φυσικοῖς ἐνεργείαις, τόξῳ ἀοράτου παρέλκει, ὁρμή τε ἡ προηγουμένη τοῦτον. καὶ οὐδὲ ἔγωγε ἑκὼν ζῶον τοῦτο, ὃ τὸ ὁρμητικὸν ἀνάγκῃ λόγου ὑπὸ τῆς ἕξεως αἰτίας κινούμενον. *Quod ſi nos, tanqam manima, naturalibus operationibus veluti funibus trahamur, ſupervacaneum eſt involuntarium.* & *appetitio, qa ea præcedit. Nec ergò illud utiqe animal, qale ſit intelligo, cujus vim appetendi, qa ab externa cauſſa movetur, ſortita eſt neceſſitas.* Vide & eundem *ad lib.* 12. §. 19. Iſta avtem ſigillaria νευροσπασθέντα inter res ludicras nec ullo in pretio atqe æſtimatione habendas jure merito recenſet Marcus iſtic. Itaqe Siracuſanus ille in Xenophontis *ſympoſio*, qi eis exhibendis vitam tolerabat, atqe hoc præcipuè gloriabatur, qòd hâc ratione ſtultis hominibus illuderet; ἔστι γὰρ, inqit, τὰ ἐμὰ νευρόσπαστα θεώμενοι τρέφουσί με. *Nam illi propterea qod ſpectent imagunculas meas, qa fiduciis tenta moventur, me aluni.* Solenne habebat, qocunqe terrarum veniret, καρπῶν μὲν ἀφθονίαν, φρενῶν δὲ ἀφορίαν, *fructuum copiam, mentis inopiam*, loci incolis comprecari.

Εὐμενῶς] *placidè.* Ità *l.* 8. §. 47. Ἄπιθι ἐκ τοῦ ζῆν ἐυμενής. *Excede è vita ego animo.* Sed ἀσμένως *lubenter.* De verè Chriſtiano Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 480. *A.* Ἀσμενίσειεν τοῦ δὲ τοῦ βίου ἀπολυθήσεσθαι. χάριν ἴσως καὶ τῷ τὴν αἰτίαν παραστησομένῳ τῆς ἐνθένδε ἐξόδου, καὶ τῷ τὴν ἐπιβουλὴν τεχνασαμένῳ ἐγνωκὼς, πρόφασιν εὐλογον λαβὼν, ἣν οὐκ αὐτὸς παρέσχον, ἑαυτὸν ἐπιδοῦξαι, ὃς ἐστι, τῷ μὲν δι' ὑπομονῆς, δι' ἀγάπης δὲ Κυρίῳ. *Lubentiſſimè ab hac vita liberabitur, habens forſaſſe gratiam,* H *& ei, qi cauſſam prabuit, ut hinc exiret, & ei, qi molitus eſt inſidias: qia ita honeſtam accepit occaſionem, qam ipſe non prabuit, ſeipſum oſtendendi qiſnam ſit, illi qidem per tolerantiam, Domino verò per charitatem.* indè ἀσμενίζειν Marco, *l.* 5.

a L. 5. §. 16. τι α τοσάτα ἄξι@ ἕκας@ ἐστιν, ὅσα ἄξιά ἐστι παῦσα ωδὲ ἀ ἐσπούδακεν.

b Inf. §. 30. l. 6. §. 53. * Vide Not. c L. 2. §. 16.

§. 4. b Δεῖ κ) λέξιν ωδ)ακολυθᾶν τοῖς λεγομένοις, κ) καθ' ἑκάστω ὁρμὴν γινομένοις. κ)ὴ * ἐπὶ μὴν ἔ ἑτέρα, ἰνθὺς ὁρᾶν, c ἐπὶ τίνα σκοπὸν ἡ ἀναφορά. ἐπὶ ᾧ ἔ ἑτέρα, ωδ)αφυλάσσειν, τί τὸ σημαινόμενον.

§. 5. Πότερόν ἐξαρκεῖ ἡ διάνοιά μ@ πρὸς ἕκαστα, ἢ ὔ; εἰ μὲν ἐξαρκεῖ, χρῶμαι αὐτῇ πρὸς τὸ ἔργον, ὡς ὀργάνῳ ωδ)ὸ τ) τ ὅλων φύσεως δοθέντι. εἰ ᾗ μὴ ἐξαρκεῖ, ἤτοι ωδ)αχωρῶ ἔ ἔργ@ τῷ δυναμένῳ κρείττον ἐπιτελέσαι, ἐὰν ἄλλως ἕ@ μὴ καθήκῃ. ἢ πρόσσω ὡς δύναμαι, d ωδσπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον κ) πρόσχρησιν ἔ ἐμοῦ ἡγεμονικὴν ποιῆσαι ὁ τὸ εἰς τὸ κοινωνίαν νῦν καίριον κ) χρήσιμον. e ὅ, ἴ γὰρ ἂν δι' ἐμαυτ, ἢ σὺν ἄλλῳ ποιῶ, ὧδε μόνον χρὴ συντείνειν, f εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον κ) ἁρμόσον.

d Inf. §. 7. e Inf. §. 54, 55. f L. 8. §. 2. l. 9. §. 23.

§. 6. h Ὅσοι μὲν πολυῦ μνήτοι γενόμενοι, ἤδη λήθη ωδ)αδέδον); ὅσοι ᾗ τάχ@ ὑμνήσαν)ες, πάλαι ἐκπεσόν;

g L. 4. §. 12.

h L. 3. §. 3. 10.

qemqe esse, qanti illud est in qo studium posuerit.

§. 4. In sermone, eis qæ dicuntur; in conatu omni, eis qæ fiunt animum advertere oportet: & in altero qidem, qid designetur; in altero verò, qorsum referatur, considerandum.

§. 5. Sufficítqe ad istud mens mea, necne? si sufficit, eâ tanqam instrumento ab universi natura mihi dato ad hoc efficiendum utor, si non sufficit, avt opus illi concedo, qi me meliùs id efficere potest, nisi aliter ad officium meum pertinuerit; vel qod possum facio, eo adscito qi mentis meæ operâ usus id possit, qod ad societatem humanam est hoc ipso tempore tempestivum ac utile. qicqid enim, vel per me, vel cum alio fecero, ad id duntaxat tendere fas est qod est societati utile & congruum.

§. 6. Qàm multi qi celebres admodum olim extitêre, oblivioni nunc sunt traditi? qàm multi etiam eorum, qi istos celebraverant, jam olim penitus aboliti sunt?

§. 7.

ANNOTATIONES.

§. 9. & *infrà* §. 27. Vide ad §. 58. ubi ἀσμένως Plutarchus, qod ἀσπασίως Herodotus dixerat.

Τοσ)ῦτ ἄξι@ ἕκας@] Vide *l.* 5. §. 16.

§. 4. Καθὰ λέξιν] Vide *l.* 6. §. 53. non est avtem καθὰ λέξιν hîc *verbatim*, uti interpretes opinati sunt: sed *in sermone*, sive *in oratione*, *inter loqendum*. ut καθ' ἑκάστην ὁρμὴν, *in omni conatu*, sive *molitione*. Sed nec ὁρμῇ ἑκάστῃ, sed τοῖς γινομένοις παρακολυθεῖν, non *omni conatui*, sive *proposito*, sed *in omni conatu* sive *proposito*, *eis qa fiunt*, sicut *in sermone omni*, *eis qa dicuntur*, *animum advertendum* monet.

Παρακολυθᾶν] qod *infrà* §. 30. συμπαρεκτείνειν τὴν νόησιν, *animum simul intende*. Vide *ad l.* 2. §. 8.

Καὶ καθ' ἑκάστην ὁρμὴν] hæc est ἐπιστροφὴ illa καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, *consideratio* sive *actionis* sive molitionis cujusvis, de qa *suprà l.* 4. §. 32. & *infrà* §. 30.

Καὶ ἐπὶ μὲν τῷ ἑτέρῳ] avt ista loco mota sunt, avt ὕστερον πρότερον Ὁμηρικῶς, ut ille loqitur, qæ ad membra priora pertinent, Marcus ipse subjunxit. itaqe in vertendo priùs dictorum ordinem seqi præoptabam.

Ἐπὶ τίνα σκόπον ἡ ἀναφορά] Vide *lib.* 2. §. 16. & *lib.* 10. §. 37.

Τί τὸ σημαινόμενον] Varro *de ling. Lat. l.* 4. *Cùm unius cujusqe verbi natura sint dua, à qa re, & in qa re, vocabulum sit impositum. — Priorem illam partem, ubi, cur & unde sint verba, scrutantur, Graci vocant ἐτυμολογίαν. illam alteram περὶ σημαινομένων.* Ità enim distingvenda dictio Varroniana.

§. 5. Πότερον ἐξαρκεῖ] Prudentissimum monitum, nè viribus nostris majora moliamur. Siqidem, ut Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 7.

Turpe est, qod neqeas, capiti committere pondus:
Et pressum inflexo mox dare terga genu.

Jason Sirachides *Sapient. c.* 3. *v.* 21. Καλυπτό)ερά σου μὴ ζήτ. καὶ ἰσχυρό)ερά σου μὴ ἐξέ)αζε. qod Junius vertit, *Difficiliora capitu tuo nè qaras temerè*: & *valentiora viribus tuis nè exqiras insipienter*. Phaëtonti Phœbus apud Evripidem à Clemente Alexandrino adductus *padag. lib.* 3. *cap.* 2. ex restitutione Grotiana;

Τῶν ἡνιῶν, παῖ, μὴ δίγης ἄπειρ@ ὤν,
Μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον, ἐλαύνειν μὴ μαθών.
Ah parce habenas tangere ignará manu,
Currúsqe, fili, scandere eqitandi rudis.

Evpolis *Amicis*;

Οὐκ ἰσωφρόνησας, ὦ πρεσβύ)α, τὴν καθάσαιν
Τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.
Pol, senex, parùm sapuisti, qi tam citò stipendium
Hoc eqestre sumpsisti, prius qam rectè eqitare didiceras.

Flaccus in *arte*.

Sumite materiam vestris, qi scribitis, eqam
Viribus, & versate diu, qid ferre recusent,
Qid valeant humeri. —

Spectat horsum Christi Domini monitum, Lucæ *c.* 14. *v.* 28. de ædificare cogitante, ὅτι πρῶτος καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν, *qòd primò considens sumptus secum reputat, num suppetat unde perficere possit; nè si posito fundamento fabricam absolvere neqiverit, ludibrio exponatur dicentium*, Ὅτι οὗτ@ ὁ ἄνθρωπ@ ἤρξα)ο οἰκοδομεῖν, κ)ὴ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι. *Homo iste ædificare cœperat, verùm perficere non valebat.* Νῦν δὲ μὴ δυναμένοι τινὲς τὸν ψηφὸν κα)απίνειν, συντάξεις ἀγοράζοντες ἐπισάλλονται ἑσθίειν. διὰ τοῦτο ἐμοῦσιν, ἢ ἀπεπ)ῶσιν. εἶ)α τρόφοι, καὶ κα)άρριαι, καὶ πυρετοί. *Nunc cùm nonnulli deglutire buccellam non possint, volumina emunt, eáqe devorare conantur: unde fit avt revomant, avt cruditate laborent: unde vertigines, fluxiones & febres oriuntur.* Epictetus *l.* 1. *c.* 26. Qi & idem *Enchir. c.* 59. Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀνα)άβῃς τι πρόσωπον. καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ὃ ἐδύνατο ἐκπλῆρῶσαι, παρέλιπες. *Si qam personam, qa vires tuas superat, indueris: tum eam indecorè geres: tum eam, qam sustinere posses, negliges.* Vide *ad l.* 4. §. 31. & *l.* 5. §. 17.

Παραχωρῶ τῷ ἔργῳ τῷ δυναμένῳ] Ità Liodes *Odyss. φ. v.* 152. ubi arcum Ulyssem intendere frustrà tentaverat,

Ὦ φίλοι, ἢ μὲν ἐγὼ τανύω —
O amici, non ego qidem intendo.

vel urì Dionysius Metathemenus apud Athenæum *l.* 10. *p.* 437. *E.* sed sensu parùm honesto usurpans, extulit,

— ἢ δύναμαι τανύσαι. λαβέτω δὲ καὶ ἄλλ@.
Arrigere neqeo, sumat alius.

Ἐὰν ἄλλως τοῦτο μὴ καθήκῃ] Ità Jason Sirachides loco priùs adducto, monito suo prudentissimo sanè illi, subjungit; Ἃ προστά)ῃ σοι, ταῦ)α διανοοῦ. *Qa mandata sunt tibi, hæc sanctè cogita.* Uterqe vult & Jason & Marcus, non deserendum esse id, qod est officii nostri. etiamsi ad effectum pro desiderio nostro perducere neqeamus. Siqidem in his obtinet, qod Naso *Ponti l.* 3. *El.* 4.

Denique opus nostra culpetur ut undiqe cura,
Officium nemo qi reprehendat, erit.
Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas:
Hac ego contentos avguror esse Deos.

Προσπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον] Plutarchus in *politic. præcept. p.* 819. *B.* Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἰσχύ)ος φύσεως ἕκαστον ὄντα, δεῖ πρὸς ὃ χεῖρον ἑτέρᾳ πέφυκας, ἀπρεπῶσθαι τὰς μάλλον δυναμένας. *Veruntamen te tua natura peritum oportet ad ea, in qibus ipse minus à natura vales, qi præstare id qod tibi deest rectius possint deligere.*

Εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον] Vide *l.* 1. *c.* 16. & *l.* 4. §. 12. & *l.* 5. §. 7.

§. 6. Ὅσοι μὲν πολυύμνη)οι] Idem argumentum habes *lib.* 3. §. 3, 10. & *lib.* 4. §. 33, 48. & *infrà* §. 10. & *lib.* 8. §. 21, 25.

Ὅσοι δὲ τάχ@ ὑμνήσαν)ες] Scilicet qi aliis immortalitatem æternitatémqe qandam encomiis suis scripto traditis & posteritati consecratis conciliare ac largiri profitebantur, etiam ex ipsis illis havd pavci oblivioni sunt traditi, memoriáqe illorum unà cum scriptis ipsis intercidit. Hoc est enim, qod pœtæ cumprimis, nec soli tamen, solent patronis, favtoribus, familiaribus suis polliceri. Theocritus *Idyll.* 16.

Μυσάων δὲ μάλισα τίεν ἱερὰς ὑποφή)ας.
Ὄφρα κε κ' εἰν ἀίδαο κεκρυμμένος, ἰσθλὸς ἀκούσῃς,
Μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῷ Ἀχέροντ)ος, &c.
Musarum verò in primis venerare sacros interpretes,
Ut etiam apud inferos occultatus, benè audias,
Neqe inglorius lugeas apud frigidum Acherontem, &c.

Tibullus *l.* 1. *El.* 4.

Qem referunt Musæ, vivet; dum robora tellus,
Dum cælum stellas, dum vehit amnis aqas.

Flaccus *carm. l.* 4. *Od.* 8.

Dignum laude virum Musa vetat mori:
Cælo Musa beat. —

qi

§. 7. Avxilii nè te pudeat. hoc eſt enim tibi propoſitum, ut qod eſt muneris tui facias, qomodo militi in dimicatione murali. qid ergò, ſi ad propugnaculum aſcendere ſolus, qia clavdus es, neqeas, ab altero verò adjutus poſſis?

§. 8. De futuris ſolicitus nè ſis. accedes enim ad ea, ſi ità neceſſe fuerit, ratione inſtructus eâdem, qâ nunc ad præſentia uteris.

§. 9. Omnia ſunt ſibi invicem implexa, & vinculo qodam ſacrò ſibi invicem ſic devincta, ut nihil al-

§. 7. [a] Μὴ αἰσχύνε βοηθούμενος. ἐφίκοιτο γάρ σοι ἐνεργεῖν [b] τὸ ἐπιβάλλον, ὡς σχολαίτερ ἐν τειχομαχίᾳ. τί ἂν ἐν ἐὰν σὺ μὲν χωλαίνων ἐπὶ τινὶ ἔπαλξιν ἀναβῆναι μόνος μὴ δύνῃ, σὺν ἄλλῳ δ' δυναίτο ἢ ἔτι;

§. 8. [c] Τὰ μέλλοντα μὴ περιεργάζου. [d] ἥξεις γὰρ ἐπ' αὐτά, ἐὰν δέῃ, [e] φέρων τ' αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρᾷ.

§. 9. [f] Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται. καὶ ἡ σύνδεσις ἱερά, καὶ σχεδόν τι ἓν ἐστὶν ἀλλότριον

a Sup. §. 5. l. 10. §. 12.
b L. 10. §. 25
c L. 1. §. 36. l. 12. §. 1. 3.
d Inf. §. 46.
e L. 12. §. 9.
f L. 6. §. 38.
g L. 9. §. 1.

ἄλλο

ANNOTATIONES.

qi & argumentum idem *ode* proximâ ſuſe proſequitur. Naſo *amor. l. 1. El. 10.*

Scinduntur veſtes, gemma franguntur & aurum:
Carmina qam tribuent, fama perennis erit.

qem & vide ſis qàm magnificè idem hoc prædicet, *ibidem El. 15.* Plinius major *præfat. nat. hiſt. Apion Grammaticus, hic qem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocabat, cùm publica fama tympanum potiùs videri poſſet, immortalitate donari à ſe ſcripſit, ad qor aliqa componebat.* De majore ipſo minor *l. 6. ad Taciti* ſuum *Ep. 16. Video morti ejus, ſi celebretur à te, immortalem gloriam eſſe propoſitam. qamvis enim pulcerrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili caſu, qaſi ſemper victurus occiderit; qamvis ipſe plurima opera & manſura condiderit, multùm tamen perpetuitati ejus ſcriptorum tuorum æternitas addet. eqidem beatos puto, qibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda; beatiſſimos verò, qibus utrumqe.* Idomeni Epicurus: *Si gloriâ tangeris, notiorem te epiſtola mea facient, qàm omnia iſta qa colis & propter qa coleris.* Refert Seneca *Ep. 21.* Subjungitqe. *Numqid ergò mentitus eſt? qis Idomenea nôſſet, niſi Epicurus illum ſuis literis incidiſſet? omnes illos megiſtanas & ſatrapas, & regem ipſum, ex qo Idomenei titulus petebatur, oblivio alta ſuppreſſit. Nomen Attici perire Ciceronis epiſtola non ſinunt. nihil illo profuiſſet gener Agrippa, & Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, niſi Cicero illum applicuiſſet. Profunda ſupra nos altitudo temporis venit, pavca ingenia caput exerent, & in idem qandoqe ſilentium ventura oblivioni reſiſtent, ac ſe diu vindicabunt. Qod Epicurus amico ſuo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili. Habebo apud poſteros gratiam; poſſum mecum duratura nomina educere. Virgilius noſter duobus memoriam æternam promiſit & præſtat.*

Fortunati ambo, ſi qid mea carmina poſſunt;
Nulla dies unqam memori vos eximet ævo:
Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiumqe pater Romanus habebit.

De Niſo & Evryalo *Æn. l. 9.*

§. 7. Μὴ αἰσχύνε βοηθούμενος] Periochen ſuperiùs proximam, à librario aliunde interjectam cenſet Xylander: qia qæ hîc dicuntur, eódem pertineant, qò priora illa §. 4. & ſunt reverà argumenti ejuſdem & hæc & illa periocha. Verùm nihil obſtat, qò minùs ità fuerint à Marco ipſo digeſta, qi prout in mentem tunc hæc nunc illa venerant, chartis illinere ſolenne habuit. qod & *infrà* §. 14, & 16. animadvertere licebit. Rectè autem idem monet locum hîc habere Diomedeum illud, qod & in proverbium jam abiit, *Iliad. κ.*

Σὺν τε δύ' ἐρχομένω.

Uſurpavit Plato *in Protag.* & Cicero *famil. l. 9. Ep. 7.* & *ad Attic. l. 9. Ep. 4.* Sed & Ariſtoteles *polit. l. 3. c. 16.* Τῶ δὴ ἑνὸς οἱ δύο ἀγαθοὶ βελτίους. (agnoſcis Solomonis illud, *Eccleſ. c. 4. v. 9.*) τῶτο γάρ ἐστι τὸ,

Σὺν τε δύ' ἐρχομένω.

Uno autem duo boni meliores ſunt. Hoc eſt enim illud,

Duo ſimul euntes.

Idémqe *Ethic. l. 8. c. 1.* Σὺν τε δύ' ἐρχομένω, νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι. *Si bini ſimul ire parent, & ad intelligendum & agendum magìs idonei ſunt.* Et Cicero *offic. lib. 2. Omnis ratio & inſtitutio vitæ, adjumenta deſiderat.* Ità generaliùs acceptum jure probabitur, qod de animi virtute víqe corporis Salluſtius in *Catilin. Utrumqe per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget.* de natura & arte Flaccus in *arte.*

— alterius ſic
Altera poſcit opem res, & conjurat amicè.

Vide *ad l. 2. §. 1.*

Ἐνεργεῖν τὸ ἐπιβάλλον] *id qod tibi incumbit, ad te pertinet,* tui eſt officii & muneris exeqi. ità *lib. 5. §. 25.* Ἃ ἀνθρώπῳ, καθ' ὃ ἄνθρωπός ἐστιν, ὑπ' ἐπιβάλλει. *Qod non ad hominem, qa homo eſt pertinet.* & *lib. 10. §. 24.* Ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. *Qa unicuique conveniunt, ad eúmqe pertinent.* Herodotus *l. 4.* Ἀπολαβόντες τῶν κλημάτων τὸ ἐπιβάλλον. *Sortitam facultatem, qa ad ipſos pertinebat, portionem.* dixerat enim ſuperiùs, ἀπολάχετε τῶν κλημάτων τὸ μέρος. *Sortiti eſtis poſſeſſionum partem.* Et cum μέρος, Lucas *Evang. c. 15. v. 12.* Δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. *Da mihi bonorum partem, qa ad me pertinet.* Demoſthenes *de corona:* Τῆς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τύχης τὸ ἐπιβάλλον ἐφ' ἡμᾶς μέρος μετειληφέναι νομίζω τὴν πόλιν. *Fortunæ cum aliis nobis communis ratam atqe ad nos pertinentem portionem tuliſſe.* Sed & μεῖραι ἐπιβάλλουσαι, Procopius *Gottic. l. 1.* Καὶ τὴν Γότθοις ἐπιβάλλουσαν ἐν Γάλλοις μοῖραν λαβόντας. *Acceptâ, qæ apud Gallos ad ipſos ſpectabat, portione.* Baſilius Cæſar. *in Pſal. 1. pag. 130. A.* Ὁ μὲν ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων, ἔτι μαχόμενος, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως. ὁ δὲ συμπληρώσας τὰ ἐπιβάλλοντα, καὶ ἀναλιβόμενος τέλει τὴν ζωὴν καλαλείσας, ὅτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται. *Nondum enim ille qi in vita eſt, beatus eſt prædicandus ob exitum incertum: ſed qi vices ſua functionis & vocationis ſemel abſolverit, vitámqe fine certo clauſerit, hic jam beatus turò dici poterit.* Ariſtoteles *polit. l. 1. c. 9.* Δεῖ μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτῶ ἔργον. διὸ τὸν μὲν ἄρχοντα τελείαν ἔχειν δεῖ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν. τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον, ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς. *Oportet qidem omnes participes eſſe, ſed non eodem modo, ſed qantum cuique opus eſt. Ex qo fit, ut is qi imperat, perfectam virtutem habere debeat moralem: aliorum verò unuſqiſqe, qantum ipſis convenit, vel, ad ipſos pertinet.* & *l. 2. c. 3.* Ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλεῖστον κοινόν. τῶν γὰρ ἰδίων μάλιστα φροντίζουσι. τῶν δὲ κοινῶν ἧττον, ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. *Qod enim multorum commune eſt, in eo minima adhibetur diligentia. Nam de propriis maximè curant homines, de communibus autem minus qam qantum ad unumqemqe attinet.* & *l. 7. c. 1.* Ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσον περὶ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ τοῖς πράξεσι τοιούτοις καὶ τοσούτοις. *Tantum ad unumqemqe felicitatis contingit, qantum virturis & prudentiæ, & qantum ſecundùm has operatur.* Et *l. 3. c. 4.* Καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον συνάγει, καθ' ὅσον ἐπιβάλλει μέρος ἑκάστῳ τοῦ ζῆν καλῶς. *Etiam publica utilitas homines in unum cogit, propterea qòd bene vivendi pars ad ſingulos pertinet.*

§. 8. Τὰ μέλλοντα μὴ περιεργάζου] Baſilius Cæſar. *in Eſaj.* Μὴ πολυπραγμόνει τὸ μέλλον. τί γὰρ ὄφελος ἐκ τοῦ προλαβεῖν τὴν γνῶσιν; εἰ μὲν γὰρ ἀγαθὸν ἔσαι τὸ ἐσόμενον, ἥξει, κἂν μὴ προγνῷς. εἰ δὲ λυπηρὸν, τί σοι τὸ κέρδος προδαπανᾶσθαι τῇ λύπῃ; *Ne curioſiùs futura indagato. Qid enim tibi proderit, longe ante præſciſſe? Si certè bonum erit qod futurum eſt, eveniet, licet non præſciveris: ſin moleſtum, qid inde tibi lucri accedit, dum longè antequam acciderit, mœrore te conficis?* Ex Solonis mente Avſonius.

Certa ſi decreta ſors eſt, qid cavere proderit?
Sive ſint incerta cuncta, qid timere convenit?

Seneca *Epiſt. 74. Si verò aliqod timetur malum; eò perinde, dum expectatur, qaſi veniſſet, urgetur:* & *qicqid nè patiatur timet, jam metu patitur. qemadmodum in corporibus futuri langvoris ſigna præcurrunt: qadam enim ſegnitia nervis ineſt & ſine labore ullo laſſitudò & oſcitatio & horror membra percurrens: ſic infirmus animus, multò antequam opprimatur malis, qatitur: præſumit illa, & ante tempus cadit. qid dementius autem, qàm angi futuris, nec ſe tormento reſervare, ſed accerſere ſibi miſerias, & admovere: qas optimum eſt differre, ſi diſcutere non poſſis? vis ſcire, futuro neminem debere torqeri? qicunqe audierit poſt qinqageſimum annùm ſibi patienda ſupplicia, non perturbatur, niſi ſi medium ſpatium tranſilierit, & ſe in illam ſeculo poſt futuram ſolicitudinem immiſerit.* Et *Ep. 24. Qid neceſſe eſt mala accerſere, & ſatìs citò patienda cùm venerint, præſumere, ac præſens tempus futuri metu perdere? eſt ſine dubio ſtultum; qia qandoqe ſis futurus miſer, eſſe jam miſerum.* Item *Ep. 98. Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer. nil eſt nec miſerius, nec ſtultius, qàm prastinere. qa iſta dementia eſt, malum ſuum antecedere?* Vide eundem *Ep. 13.* & *ad l. 8. §. 33.* & *l. 6. §. 31.*

Ἥξεις γὰρ ἐπ' αὐτά, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον] itaqe eiſdem, qibus nunc es, armis adverſus ea inſtructus. Vide *lib. 12. §. 9.*

§. 9. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται] Vide *ad l. 6. §. 38.* & *l. 10. §. 4.*

Σύνδεσις ἱερά] Trahit huc σειρὰν χρυσῆν illam Homericam *Il. 9. v. 19.* Ariſtides *Orat. in Jovem Tom. 1. p. 9.* Ἀπορρέουσι τῆς Διὸς τῇ πάντων πατρὸς δυνάμεως ἴκασα ἄχει, καὶ ἀτεχνῶς κατὰ τὴν Ὁμήρου σειρὰν ἅπασαι εἰς αὐτὸν διήρτηνται, καὶ πάντα ἐξ αὐτῦ ἐξήρτηται. πολὺ καλλίων ἅλυσις ἄυτη ἢ καλὰ χρυσῆν τινὰ, καὶ ἴ τινα ἄλλην τις ἐπινοήσειεν. *De Jovis omnium patris vi divina*

a *L.* 5.§.8. ἄλλο ἄλλῳ. [a] *συγκαταπέπακ*ται γὰρ, καὶ [b] *συγκεκρμεῖ*
b *L.*4.§.23. *τὸν αὐτὸν κόσμον.* [c] *κόσμ*ῳ τε γὰρ εἷς ἀφ' ἁπάν-
Inf. §.48. c *L.*4.§.40. *των*, καὶ Θεὸς εἷς ἀφ' πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ
d *L.*2.§.16. [d] *νόμ*ος εἷς, [e] *λόγ*ος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν
e *L.*4.§.4. f *L.* 9. §. 1. *ζώων*, καὶ [f] *ἀλήθεια μία. ἔστι* καὶ τελειότης μία τῶν
ὁμογενῶν, καὶ ἕξις αὐτῶν λόγου μετεχόντων ζώων.

g *L.*2.§.12. §. 10. [g] Πᾶν τὸ ἔνυλον, ἀναφανίζεται τάχιστα
Inf.§.19. τῇ τοῦ ὅλων οὐσίᾳ. καὶ πᾶν αἴτιον, [h] εἰς τὸν τοῦ ὅλων λό-
h *L.*4.§.14. i Sup.§.5. γον τάχιστα ἀναλαμβάνει. καὶ [i] παντὸς μνήμη τάχιστα
ἐγκαταχώννυται τῷ αἰῶνι.

k *L.*1.§.9.*l.* §. 11. Τῷ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πορεία [k] καὶ
9.§.9. l *L.*3.§.5. φύσιν ἑπεται, καὶ κατὰ λόγον.
Sup.§.2. §. 12. [l] Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος.

terum ab altero sit alienum. coordinantur enim simul, eundémque mundum cohonestant. etenim & mundus unus, & Deus unus est in omnibus, & materia una, & lex una; ratio nempe animantium intelligentium omnium communis; & veritas una: siquidem & perfectio una animantium sibi invicem congenerum, ejusdémque rationis participum.

§. 10. Materiale omne, in universi substantiam càm celerrimè evanescit: cavsale omne, in universi rationem non minùs citò resorbetur; memoria deniqe rei cujusqe pari celeritate in ævo qasi defossæ sepelitur.

§. 11. Animali ratione prædito eadem actio est, & secundùm naturem, & secundùm rationem.

§. 12. Avt rectus, avt erectus sis.

§.13.

ANNOTATIONES.

na defluvium qoddam sortita sunt, omniáqe instar Homérica catena ad ipsum referuntur, & ab ipso dependent: qi torqes longè pulcrior est, càm aureus ille, avt si qem alium qis excogitare possit. Vide *l.* 10.§. 5. Gregorius Nazianzenus *de pace* 1. Τοῖς τῆς ἑνοίας δεσμοῖς, ὁ τεχνίτης λόγος, τὸ πᾶν συνέδησε. *Benevolentia vinculis ab artifice verbo rerum universitas constricta est.* Redonanda Clementi vox ista, *Strom.l.*5.*p.*570. *A.* Σφίγξ, ἀχ ἡ τῶν ὅλων σύνεσις. *Sphinx non est intelligentia universorum.* lege σύνδεσις. Vide *ad l.* 12.§. 30.

Συγκαταπέπακται] Vide *l.*4.§.45.& *l.*5.§.8.

Συγκεκρμεῖ] Vide *infrà* §.48.

Κόσμος εἷς] Vide *l.*4.§.40.

Νόμος εἷς] Vide *l.* 2.§. 16. Clemens *Strom. l.* 1. *p.* 356. *D.* Νομοθέτης εἷς, καὶ νόμος εἷς. ἐκ θεοῦ γὰρ, τοῦ καὶ ἑνὸς, ὄντος, τε τῆς φύσεως, ὄντος, τε τῆς μαθήσεως νόμος εἷς. *Legislator est unus, & lex una: à Deo enim, qi unus est, & natura & disciplina una lex est.*

Λόγος κοινὸς] Vide *l.* 4.§.4.& *infrà* §.10.

Ἀλήθεια μία] Vide *l.* 9.§. 1. Julianus *de cynism. Orat.* 1. Μία τέ ἐστιν ἀλήθεια, καὶ φιλοσοφία. *Una & singularis est veritas, unáqe philosophia.* Et rursus: Ὥσπερ ἀλήθεια μία, οὕτω καὶ φιλοσοφία. *Ut veritas una est, ita & philosophia.* Plutarchus *Sympos. lib.* 8. *c.* 9. Ἀληθεύειν μὲν γὰρ ἁπλῶς. ψεύδεσθαι δὲ ἀπειραχῶς, παρίσχει τὰ πράγματα. *Res enim sert ut uno modo verum, infinitis falsum qidqe dicatur.* Hinc illud; Πᾶν τὸ ἀληθεῦον συναληθεύει. Siqidem, ut Aristoteles περὶ ἑρμην.*c.* 16. Ἀληθῆ ἀληθεῖ οὐκ ἐνδέχεται ἐναντία εἶναι, ὅτε δόξαν, ὅτε ἀντίφασιν. ἐναντία μὲν γὰρ αἱ περὶ τὰ ἀντικείμενα. περὶ ταὐτὰ δὲ ἐνδέχεται ἀληθεύειν τὸν αὐτόν. ἅμα τε οὐκ ἐνδέχεται τὰ ἐναντία ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ. *Vera enunciatio vel sententia vera contraria esse non potest. Nam ex oppositis contraria sev adversa constant, de qibus homo idem verè potest dicere, at contraria eidem simul convenire non possunt.* Et *analyt. prior. l.* 2. *c.* 2; Ἐξ ἀληθῶν οὐκ ἔστι ψεῦδος συλλογίσασθαι. *Ex veris falsum concludi non potest.* Qin & qod de virtute idem *Ethic. l.* 2. *c.* 6. Τὸ μὲν ἁμαρτάνειν, πολλαχῶς ἐστι. τὸ δὲ κατορθοῦν μοναχῶς.

Ἔσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, πανδοσίῃσι δὲ κακοί.

Peccare multis modis possumus, rectè verò agere uno modo tantùm licet, nam

Simpliciter boni sunt, sed mali omnimodè.

Et Plutarchus de virt. mor. *pag.* 444. *B.* Ἕκαστον ὧν πράττομεν ἀεὶ, μοναχῶς μὲν κατορθοῦται, πλειοναχῶς δὲ ἁμαρτάνεται. τὸ γὰρ βαλεῖν τὸν σκοπὸν, ἓν ἐστι καὶ ἁπλοῦν. ἀστοχοῦσι δὲ ἄλλοτε ἄλλως, ὑπερβάλλοντες τὸ μέτριον ἢ προσπολείποντες. *Eorum qæ agimus unumqodqe unico tantùm modo rectè consit: multipliciter errari in eo potest. Sicut scopum attingere unicum est & simplex: ab eo autem variè excedendo deficiendóqe aberratur.* idem de veritate, qæ & virtutis genitrix, qam cum virtute eandem (teste Senecâ *Ep.* 71.) Socrates dixit, verissimum est. Ità Clemens Alexandrinus *Strom.l.* 1. Μία ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. ὡς καὶ μία καὶ ἁπλῆ δύναμίν ἐστιν ἡ ἀρετὴ, καὶ ἓν τὸ εὐδαιμονεῖν. *Una est veritas: prout & virtus una; unáqe felicitas, qam virtus facit.* Et *ibidem.* Μία ἡ τῆς ἀληθείας ὁδός. *Veritatis via una est. At erroris multiplex.* Πολυσχιδεῖς γάρ πως τοῦ ψεύδους αἱ ἁπλαῖ. *Multifida sunt enim mendacii falsitatisqe semita.* Theodoretus *Therapevt. l.* 2. *Tom.*IV.*p.*486.*C.*

---- velut sylvis ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit;
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. ----

Flaccus *l.* 2.*Sat.*3. Sed Clementem *Strom.*1.*p.* 298.*A.* avdiamus, qem transcriptum dare non pigebit. Μιᾶς τοίνυν ὄντος τῆς ἀληθείας, τὸ γὰρ ψεῦδος μυρίας ἐκτροπὰς ἔχει. καθάπερ αἱ Βάκχαι τὰ τοῦ Πενθέως διαρρήσασαι μέλη. αἱ τῆς φιλοσοφίας τῆς τε βαρβάρου, τῆς τε Ἑλληνικῆς αἱρέσεις, ἑκάστη ὅπερ ἔλαχεν, ὡς πᾶσαι ἀυχεῖ τὴν ἀλήθειαν. φῶλος δ' οἶμαι ἀναλῃ πάντα φωλίζεται. *Qum una sit itaqe veritas (habet enim innumerabilia falsum diverticula, qemadmodum Baccha, qæ Penthei membra divulserunt ac distulerunt) Philosophia tam Barbara, qam Graca hæreses, unaqe id qod sortita est, tanqam totam jactat veritatem. Lucis autem, ut opinor, exortu omnia illuminantur.* Et mox: Ὁ γὲν αἰὼν τοῦ χρόνου τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐνεστὸς. αὐτὰρ δὴ καὶ τὸ παρωχηκὸς, ἀκριβείως [ἀκαρέως, vel -ιαίως.] συνίησι. πολὺ δὲ πλέον δυνατωτέρα τοῦ αἰῶνος ἡ ἀλήθεια συναγαγεῖν τὰ οἰκεῖα σπέρματα, καὶ εἰς τὴν ἀλλοδαπὴν ἐκπέσῃ γῆν. *Atque seculum qidem, temporis futurum & præsens; qin etiam præteritum instar momenti constituunt. Sed multò est potentior seculi veritas ad propria colligenda semina, etiamsi in terram alienam ecciderint.* Denique: *D.* Ὁ δὲ τὰ διηρημένα συνθεὶς ἄνθις, καὶ ἑνοποιήσας τέλειον τὸν λόγον, ἀκινδύνως ἔν ἴσθ' ὅτι καλόψεται τὴν ἀλήθειαν. *Qi autem divisa rursus composuerit, & perfectum verbum unum fecerit, scias futurum ut veritatem citra periculum contempletur.* Et *in eod. lib. p.* 318. *A.* Ὡς δὲ ἑνὸς ὄντος τοῦ εὐδαιμονεῖν αἰτίας τυγχάνουσιν αἱ ἀρεταὶ πλείονες ὑπάρχουσαι. καὶ ὡς τοῦ θερμαίνεσθαι ὅτε ἥλιος, τότε πῦρ, βαλανεῖόν τε καὶ ἰσθμὸς. ὅτω μιᾶς ὄσης τῆς ἀληθείας. πολλὰ τὰ συλλαμβανόμενα πρὸς ζήλωσιν αὐτῆς. *Qemadmodum autem cum beatum esse unum sit, ejus cavssa sunt virtutes, qæ sunt plures: & qemadmodum ut qis caleſiat, & sol, & ignis, & balneum, & vestis: ita cum sit una veritas, multa sint qæ conferunt ad ejus inqisitionem.* Rursúsqe ad Stoicum dogma de virtutibus propiùs accedens; qæ qoniam luculentiora sunt, fusiùs exhibebimus. Ἐι γὲν σκοποῖμεν, μία καὶὰ δύναμίν ἐστιν ἡ ἀρετὴ. ταύτην δὲ συμβέβηκεν τύποις μὲν τοῖς πράγμασιν ἐγγενομένην λέγεσθαι φρόνησιν. ἐν τούτοις δὲ σωφροσύνην, ἐν τούτοις δὲ ἀνδρίαν, ἢ δικαιοσύνην. ἀτὰ τὸν αὐτὸν ὢν λόγον καὶ μιᾶς ὄσης ἀληθείας, ἐν γεωμετρίᾳ μὲν γεωμελρίας ἀλήθεια, ἐν μουσικῇ δὲ μουσικῆς, καὶν φιλοσοφίᾳ τῇ ὀρθῇ Ἑλληνικῇ ἔιη ἡ ἀλήθεια. μόνη δὲ ἡ κυρία ἄυλη ἀλήθεια ἀπαρεγχείρητος, ἣν παρὰ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ παιδευόμεθα. *Et si qidem rectè consideremus, potestate unâ est virtus, accidit autem, ut ea cum his qidem insit rebus, dicatur prudentia, in illis autem temperantia, in aliis verò animi magnitudo vel justitia. Eadem autem ratione cum sit una qoqe veritas, in geometria geometrica veritas; in musica autem musica; & in recta philosophia fuerit Graca veritas, qa manibus eradi non potest, qam docemur à Dei Filio.* Frustrà igitur sunt qi veritatem aliam Theologicam, aliam Philosophicam esse volunt, qasi alicubi aliqid verum esse possit, qod alibi falsum sit. qam sententiam, absurdam sanè & rationi adversam, refutantem, & contrariam ei demonstrantem, vide sis Casinannum in *problem. marin.* ad finem *qæst.* 12. Sed qomodo ergò alia, & alia? Avdi Clementem B. Ὅτι τρόπον φαμὲν μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς δραχμῆς, τῷ μὲν ναυκλήρῳ δοθείσης, λέγεσθαι ναῦλον. τῷ δὲ τελώνῃ, τέλος. καὶ ἐνοίκιον μὲν, τῷ σαθμάρχῳ. μισθὸν δὲ, τῷ διδασκάλῳ. καὶ τῷ πιπράσκοντι, ἀρραβῶνα. *Hoc modo dicimus de una & eadem drachma, si data fuerit navta navlum: si publicano vectigal, & ei qi domum locat merces conducta domus: præceptori opera merces: & ei qi vendit arrha.* Optimè Cicero *Academ. lib.* 4. *Nostra, inqies, sola vera sunt. certè sola, si vera. plura enim vera discrepantia esse non possunt.* Et *de oratore l.* 2. *Plus uno verum esse non potest.* De *unica* interim *veritate* qæ argutantur Scholastici, vide apud Alexandrum Halensem *part.* 1.*q.* 14.*m.*5. & Thomam Aqinatem *sum. part.* 1.*q.* 16.*a.*6.

§. 10. Ἐναφανίζεται] Vide *l.* 2.§. 12.

Εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον] Vide *l.* 4.§. 14, 18. & *l.* 6.§. 23. & *suprà* §. 6.

§. 11. Κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ κατὰ λόγον] *Eadem*, inqit, *actio creaturæ rationalis est secundùm naturam & secundùm rationem.* qia nimirum de natura rationalis est, esse præditum ratione. Seneca *de vita beat. c.* 8. *Naturâ duce utendum est. hanc ratio observat, hanc consulit. idem est ergò beatè vivere, & secundùm naturam.* Sed & ex conseqenti, idem secundùm naturam vivere, & secundùm rationem.

§. 12. Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος] Xylander ἐρωτηματικῶς legit: *Rectus, an qi erigatur?* qasi dixerit; cogita tecum, uter horum sis, qi rectus ipse consistat, an qi ab alio erigi opus habeat. Mericus Casaybonus καὶ legisse videtur. vertit enim; *Rectus ipse, non directus.* qomodo ferè legitur *l.* 3. §. 5. Vide qæ sunt ibi adnotata.

§. 13. Qomodo se habent in continuis corporis membra, eodem se habent in dissitis qæ ratione sunt prædita.ad mutuas enim rei eidem conficiendæ operas conferendas nata sunt utraqe. consideratio hæc animum tuum magìs attinget, si te freqenter sic allocutus fueris, Membrum sum ego compagis istius qæ ex ratione præditis componitur. sin partem duntaxat esse te dixeris, homines ex animo nondum diligis, hoc ipsum benefacere per se nondum oblectat te: adhuc tanqam qod fieri deceat tantùm facis, nondum perinde acsi tibi ipsi benefacias.

§. 13. [c]Οἱόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη ⁊ σώματος, τᾶτον ἔχϛ τ̃ λόγον [a]ἐν διεσῶσι τὰ λογικά, [b]πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατασκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τᾶτο νόησις προσαρμόσει), ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι [c]μέλος εἰμὶ ⁊ ἐκ τ̃ λογικῶν συϛήματος. ἐὰν δὲ ᾷ μοι ⁊ ῥᾳ̃ον στοιχεῖν [d]μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγῃς, ἵνα ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τὰς ἀνθρώπους. ἵνα σε καταληπτικῶς *[-λητικῶς] [e]εὐφραίνῃ τὸ εὐεργετεῖν. ἕλκ ὡς πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς, ἵνα ὡς [f]αὐτὸν εὖ ποιῶν.

a L.9.§.9.
b L.2.§.1.
c L.8.§.7.l. 10.§.6.
d L.2.§.3,4.
*-λητικῶς L.9.§.42.
e L.8.§.26.
f Inf.§.74.l. 11.§.4.

§. 14.

ANNOTATIONES.

adnotata. Mihi hoc velle videtur, vel ut rectus consistas ipse, vel si labi contigerit, erigentis opem nè spernas. Vide *ad l.* 1. §. 7. & 14. & *l.* 4. §. 12. Utriusqe horum imaginem havd ineptam subministrat Synesius *in calvit. pag.* 78. Ὥσπερ γεωργῶν παῖδες ἀπὸ τ̃ ὁρμ̃ς τῶν ὑγιαινόντων φυτῶν συνίσῃς, ὡς εἰς ὀρθὸν ἄρισθαι βάλεταί τι καὶ πίφυκεν, ὅσα μὴ πρὸς τᾶτο πως' ἑαυτῶν ἐξισχύει, κοινοῖς αὐτὰ καὶ χάραξιν ὑπερείδουσιν. *Sed ut agricolæ, qum ex integrarum, ac bene se habentium stirpium naturali propensione exploratum habeant, naturâ omnes ita esse comparatas, ut in rectum assurgant, qcunqe per se attolli nequeunt, ridicis ac pedamentis suffulciunt.* Plantæ, inqit, qædam suapte vi ὀρθαί. i. e. rectæ crescunt, aliæ qæ sponte nequeunt, arte & ope, sive adminiculis ὀρθ̃σθαι. i. e. erigi necesse habent.

§. 13. Ἐν ἡνωμένοις] Ἡνωμένα καὶ διεσῶτα, de qibus tum & *l.* 9. §. 9. Marcus noster, sic distingvit Sextus Empiricus *advers. Physic. l.* 1. *c.* 2. Τῶν σωμάτων τὰ μέν ἐστιν ἡνωμένα, τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, τὰ δὲ ἐκ διεσώτων. ἡνωμένα μὲν ὧν ἐστι, τὰ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως κρατούμενα, καθάπερ φυτὰ καὶ ζῶα. ἐκ συναπτομένων δὲ, τὰ ἐκ τῶν παρακειμένων καὶ πρός ἕν τι κεφάλαιον τεινόντων συνεσῶτα, ὡς ἁλύσεις, καὶ πυργίσκοι, καὶ νῆες. ἐκ διεσώτων δὲ, τὰ ἐκ διεζευγμένων κ̃ ἐκκεχωρισμένων, κ̃ καθ' αὑτὰ ὑποκειμένων συγκείμενα, ὡς στρατιαὶ καὶ ποίμναι καὶ χοροί. *Et ex corporibus alia qidem sunt unita: alia autem ex iis qæ compinguntur: alia autem ex distantibus ac disjunctis. Sunt ergò unita qidem qæ ex uno continentur habitu ut sunt planta & animantia. Ex his autem qæ compinguntur sunt ea, qæ constant ex iis, qæ juxta sita sunt, & ad unum tendunt caput, ut catena, & turricula, & naves. Ex distantibus autem, qæ sunt composita ex disjunctis aut separatis, & per se subjectis, ut exercitus, & greges, & chori.* Plutarchus itidem in *precept. conjugal.* Τῶν σωμάτων φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεσώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον. τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν. τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. *Corporum philosophi alia ajunt ex partibus disjunctis constare, ut classem, exercitum: alia ex compactis, ut domum & navim: alia ex unitis, & in unam naturam concretis, ut animalium.* Qod Pomponius *digest. l.* 41. *tit.* 3. *leg.* 30. *Tria genera sunt corporum: unum, qod continetur uno spiritu, & Græcè ἡνωμένον vocatur; ut homo, lignum, lapis, & similia: alterum, qod ex contingentibus se, hoc est, ex pluribus inter se cohærentibus constat, qod συνημμένον vocatur; ut ædificium, navis, armarium: tertium, qod ex distantibus constat; ut corpora plura, non soluta, sed uni nomini subjecta; veluti populus, legio, grex.* Seneca *Ep.* 101. *Qædam continua esse corpora, ut hominem: qædam composita, ut natem, domum, omnia denique qorum diversa partes junctura in unum sunt coacta: qædam ex distantibus, qorum adhuc membra separata sunt, tanqam exercitus, populus, Senatus. illi enim per qos isti corpora efficiuntur, jure aut officio cohærent, naturâ diducti & singuli sunt.*

Τὰ μέλη τ̃ σώματος] inculcat hoc Apostolus passim de Christicolis, qod Marcus hìc de omnibus in universum hominibus. *Ad Ephes. c.* 4. *v.* 4. Ἕν σῶμα, καὶ πνεῦμα. *Unum est corpus, & unus spiritus.* & *ad Rom. c.* 12. *v.* 5. Οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριϛῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη. *Ita multi sumus unum corpus in Christo, singulatim alii aliorum membra.* item *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 10. *v.* 17. Ἕν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. *Unum corpus illi multi sumus.* & *c.* 12. *v.* 12. Καθάπερ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τ̃ σώματος τ̃ ἑνὸς πολλὰ ὄντα, ἓν ἐστι σῶμα. ὕτω καὶ ὁ Χριστός. (qo loco ὁ Χριστὸς, pro corpore Christi politico, non physico sumitur, prout & *ad Gal. c.* 3. *v.* 16.) Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, καὶ πάντες εἷς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. *Sicut enim corpus unum est & membra habet multa; omnia verò illa membra corporis, qod unicum est, multa sunt, sed unum sunt corpus: ita & Christus. Etenim per unum spiritum nos omnes in unum corpus sumus baptizati, & omnes potati sumus in unum spiritum.* & rursus, *v.* 27 Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριϛ̃, καὶ μέλη ἐκ μέρους. *Vos omnes estis corpus Christi, & membra particulatim.* Gregorius Nazianzenus *Orat. pro pauper.* Θεραπευτέον οὐχ ἧττον τὰ τῶν πλησίον, ἢ ἑκάϛῳ τὰ ἑαυτ̃. πάντες γὰρ ἓν ἐσμὲν ἐν Κυρίῳ. Καὶ μία κεφαλὴ πάντων, ἐξ ἧ τὰ πάντα, Χριϛός. καὶ ὅπερ ἐστὶν ἀλλήλοις τὰ μέλη, τ̃το ἕκαστος ἐκείνῳ, καὶ πᾶσιν ἅπαντες. *Curemus non minus aliorum corpora qàm suum qisqe corpus. Omnes enim unum in Domino sumus, atqe unum omnium caput, ex qo omnia, Christus. Qodqe membra inter se sunt, hoc qisqe alteri, atqe omnibus omnes.* Seneca *de ira l.* 2. *c.* 31. *Qid si nocere velint manus pedibus? manibus oculi? ut omnia inter se membra consentiant, qia singula servari, totius interest: ità homines singulis parcent, qia ad casum geniti sumus. Salva autem esse societas nisi amore & custodiâ partium non potest.*

Πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν] Vide *ad l.* 2. §. 1.

Μέλος εἰμὶ] Ità Seneca 95. *Omne hoc qod vides, qo divina atqe humana concluſa sunt, unum est; membra sumus corporis magni.* Et Marcus pariter, *l.* 4. §. 40. Ὡς ζῶον ὁ κόσμος. *Mundus est animalis unius instar.* Vide & *ad l.* 2. §. 1, 3, 4, 9. Verùm restringit hìc ad σύστημα λογικόν. Vide *ad l.* 3. §. 3. συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν.

Ἐὰν δὲ διὰ τ̃ ῥᾳ̃ον στοιχεῖν μέρος] Verba illa διὰ τ̃ ῥᾳ̃ον στοιχεῖν glossema forsan fuerint. Μέλος autem & μέρος ità Marcus distingvit; ut μέλος animantibus duntaxat competat, μέρος etiam inanimatis. Aliter pavlò Strabo *l.* 2. *pag.* 57. qi non *animationis*, sed *configurationis* ratione, istud ab isto disterminat; Ἡ κατὰ μέλος τομὴ, inqit, τ̃ς ἄλλως κατὰ μέρος διαφέρει, διότι ἡ κατὰ μέλη λαμβάνει περιγραφὴν ἔχοντα φυσικὴν, ὀρθώσει τινὶ κ̃ τύπῳ σημειώδει. καθὸ κ̃ τᾶτο εἴρηται, (*Odyss.* 1. *v.* 291.)

Τὸν δὲ διαμελεῖσι τομῶν.
— ἡ δὲ ἑδὴν ἔχει τοιᾶτον.

Sectio in membra differt à distributione in partes: qòd illa nimirum descriptionem qandam habet naturalem, certàqe forma & punctis suis definitam, unde & illud Poëta est,

Illum scindendo verum in sua membra resolvens.
— Hæc nihil tale habet.

& accuratiùs Aristoteles *hist. animal. l.* 1. *c.* 1. Τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων, ἔνια οὐ μόνον μέρη, ἀλλὰ κ̃ μέλη καλεῖται. τοιαῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα τῶν μερῶν ὅλα ὄντα, ἕτερα μέρη ἔχει ἐν αὑτοῖς ἴδια. οἷον κεφαλὴ, κ̃ σκέλος, κ̃ χεὶρ, κ̃ ὅλως ὁ βραχίων, κ̃ ὁ θώραξ. ταῦτα γὰρ αὐτὰ τέ ἐστι μέρη ὅλα, κ̃ ἔστιν αὐτῶν ἕτερα μόρια. *Animalium partes qadam non modò partes, verum etiam membra appellantur, videlicet qæ, cum ipsa totius integritate describantur, habeant tamen intra se partes diversas, ut caput, ut pes, ut manus, ut totum brachium aut pectus: qippe qæ & ipsa partes sint totæ, & ex partibus constent diversis.* Membrum ergò unumqodqe etiam pars est corporis; verùm non itidem è converso.

Καταληπτικῶς εὐφραίνει] Imò καταληπτικῶς. vocabulum signatum. ità delectat, ut ulteriùs nihil reqiras. Vide *ad l.* 9. §. 42. ubi vox eadem repetitur.

Εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν] Plutarchus *de vit. Epicur. pag.* 1097. *A.* adversus Epicureos agens; Αὐτοὶ δή πω λέγουσιν, ὡς τὸ εὖ ποιεῖν ἥδιόν ἐστι τ̃ εὖ πάσχειν. *Ipsi hoc dicunt, suavius esse afficere qàm affici beneficio.* Et *de philosophorum convictu cum principibus pag.* 778. *C.* Ἐπίκουρος, τ̃ εὖ πάσχειν τὸ εὖ ποιεῖν, οὐ μόνον κάλλιον, ἀλλὰ κ̃ ἥδιον εἶναί φησι. χαρᾶς γὰρ οὐδὲν ὕτω γόνιμόν ἐστιν ὡς χάρις. ἀλλὰ σόφως ἦν ὁ ταῖς Χάρισι τὰ ὀνόματα θέμενος, Ἀγλαΐην κ̃ Εὐφροσύνην, κ̃ Θάλειαν. τὸ γὰρ ἀγαλλόμενον καὶ τὸ χαῖρον ἐν τῷ διδόντι τ̃ν χάριν πλεῖόν ἐστι καὶ καλαφρότερον. διὸ τῷ πάσχειν εὖ αἰσχύνονται πολλάκις, ἀεὶ δὲ ἀγάλλονται τῷ εὖ ποιεῖν. *Epicurus beneficium dare non modò pulcrius, sed etiam jucundius esse ait qàm accipere. Nihil enim tam ferax est gavdii atqe gratiæ:* & *sapuit, qi Gratiis nomina imposuit, Aglaiæ, Euphrosynes & Thaliæ. Major enim & purior est latitia dantis. Itaqe sæpe pudet accipere beneficium, semper cum gavdio gratificamur aliis.* Idem *de Socrat. gen. pag.* 582. *E.* Ποίᾳ γὰρ ὕτω σκοπ̃ βάλλοντα καὶ τυχεῖν ᾐδύ, κ̃ διαμαρτάνειν ἀνιαρόν, ὡς ἀνδρὸς εὖ παθεῖν ἀξίᾳ διὰ χάριτος ἐφιέμενον; *Qis autem scopus est, qem tangere sit jucundius, aut aberrare molestius, qàm si qis virum beneficio dignum demereri cupit?* Et in *Erotic. de amantibus pag.* 762. *C.* Ὥσι χαίρειν τοῖς ἐρωμένοις διδόντας, ὡς παρ' ἑτέρων ἡδέως χαίρουσιν αὐτοὶ λαμβάνοντες. *Ita ut magìs jam gavdeant dantes qàm ab aliis accipientes.* De Christo Domino Gregorius Nazianzenus *in bapt.* Δίδωσιν ᾐδιον ἢ λαμβάνουσιν ἕτεροι.

Ὡς αὐτὸν εὖ ποιῶν] Phalaris *Epist.* 17. Οὐ δίδοται χάριτας ὁμοίας δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν

§. 14. Ὁ θέλῃ, ἔξωθεν περισπάσθω τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς * προσπλάσεως ταύτης δυναμένοις. [a] ἐκεῖνα γὰρ, ἐὰν θελήσῃ, μέμψεται τὰ πάθοντα. [b] ἐγὼ δ', ἐὰν μὴ ὑπολάβω ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκὸς, ἔσπευσται, ὅπως βέβλαμμαι, [c] ἔξεστι δέ μοι μὴ ὑπολαβεῖν.

§. 15. [d] Ὅτι ἂν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, [e] ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσὸς, ἢ [f] ὁ σμάραγδος, ἢ ἡ πορφύρα τοῦτο ἀεὶ ἔλεγεν, * ὅ, τις ἂν ποιῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ σμάραγδον εἶναι, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ χρῶμα ἔχειν.

§. 16. [g] Τὸ ἡγεμονικὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ ἐκ ἐνοχλεῖ *. οἷον, λέγω, ἐ φοβεῖ * ἑαυτὸ * εἰς ἐπιθυμίαν.

§. 14. Qicqid voluerit, eis extrinsecùs accidat, qæ casibus istiusmodi affici possunt. ipsa enim, qæ affecta, sunt, conqerantur, si velint. ipse nisi malum censuero id qod contingit, nondum sum læsus. in me avtem situm est, nihil tale opinari.

§. 15. Qicqid vel fecerit vel dixerit qisqam, probum esse me oportet. havd aliter, qàm si avrum avt smaragdus avt purpura ità jugiter diceret, Qicqid fecerit dixeritve qisqam, smaragdum esse me oportet, nitorémqe meum retinere.

§. 16. Mens an non ipsa perturbat se? verbi gratiâ, an non ipsa in formidinem, in mœstitiam impellit

* προσπίπτ]. Lug. An.
a Inf. §. 16. 33. l. 8. §. 28.
b L. 4. §. 7. l. 6. §. 8.
c L. 6. §. 52.
d L. 4. §. 18, 19. l. 6. §. 2. 22. l. 12. §. 1.
e L. 8. §. 5.
f L. 4. 20.
* ὅ, τι ἂν τις π.
g L. 5. §. 19. l. 8. §. 29. 40.
* -χλεῖ;
* -βεῖ;
* [ὑλυπεῖ;] εἰς ἐπ. [ὑκινεῖ;] Boot. [ὑκ ἄγει] εἰς ἀθυμίαν Salm.

ANNOTATIONES.

αὐτῶν λαμβάνειν. *Non dare me beneficium existimo, qum bonos honestósque viros muneribus orno: sed potius ab ipsis accipere judico.* Et *Epist.* 119. qem locum libentiùs, qò emaculem, transcribo. Οὔτε νῦν παραδίδωκεν ὁ καιρὸς, μέμψασθαι μὲν ὑμᾶς ὡς φιλτάτους, τὰς πρώτας (πρὸ τοῦ forsan) χρόνοις μηδὲν αἰτιασαμένους. (αἰτησαμένους. culpat enim qodammodo, qòd nihil priùs petierant.) εὐχαριστῆσαι δὲ τῷ παρόντος, νῦνα αἰτῆσθε, ἅπερ ὑμεῖς μὲν οἱ λαβόντες, δόσεται ταῖς ἀληθείαις. δίδυμαι γὰρ ὑμῶν χάριν τὴν αἴτησιν. ἐγὼ δὲ εἰ μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς λήψομαι μᾶλλον, ἢ δώσω. τί γὰρ ἀνδρὶ φιλοπάτριδι πάλλιον καὶ μεγαλοπρεπέστερον, ἢ δοκεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας εὖ ποιεῖν; *Neqe jam tempus fert, vos ut amicissimos conqeri, qum superiori tempore nihil accusaveritis, avt in præsentia gratias agere, qum petatis ea, qa si acceperitis vos, abundè reqe verâ gratiam præstiteritis. Ego verò in gratiarum actionis loco ipsam petitionem vestram pono. Non enim cum tanta voluptate magis accepero, qàm collocavero. Qid namqe viro in patriam pio illustrius avt magnificentius esse potest, qàm ut in suos cives munificus & liberalis esse videatur.* Aristides in *Panathen.* de populo Athenienſi *tom.* 1. *pag.* 252. Ἓν γὰρ ποιεῖν, ἐκ ἓν πάσχειν, πεφυκότες ἥδιστον. καὶ μισθὸν ὀφείλειν αὐτὸς τοῖς ἓν ποιοῦσι τὸ Ἑλληνικὸν, ἀλλ' ἐκ αὐτὸς δεῖν παρ' ἑτέρων μισθὸν τῆς ἀρετῆς λαμβάνειν. μᾶλλον δ' ἐπὶ κέρδει φιλεῖν τοὺς δόντας αὐτός. εἰδέ γε μᾶλλον, ἢ τοὺς παῖδας καὶ γονέας ἐπὶ κέρδει φιλεῖν. ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ἀναλωμάτων σώζειν, ὥσπερ εἰκὸς, τοὺς ὑπὲρ οἰκείων τῶν γνώμης διακειμένους. *Sciebant enim se non ad accipienda, sed ad conferenda beneficia natos esse: & iis, qi Graciam tuerentur, mercedem persolvere, non ab aliis accipere debere, nec utilitatum gratia suos amare, non magis qam parentes avt liberos, sed etiam suis impensis conservare: qemadmodum eos, qi erga aliqos, ut suos, affecti sunt, facere sit æqum.* P. Syrus.

Beneficium dando accipit, qi digno dedit.

Imò sibi ipsi benefacit: inqit Marcus, qi benefacit alteri; qia & is qi benefacit & is cui benefit, ejusdem corporis membra sunt. Siqidem manus cùm pedi benefacit, sibi ipsi etiam benefacit in pede. atqe hoc est, qod *infrà* §. 74. Ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖς. *Emolumentum in eo capiendo qod alteri præstas.* Et *l.* 11. §. 4.

§. 14. Τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προσπλάσεως δυναμένοις] hoc est, corpusculi mei membris. τοῖς μελυδρίοις τοῦ φυράματος τούτου. *membris corporeæ massæ.* ut *infrà* §. 68. Sive τοῖς κακωμένοις μέρεσιν, ut *l.* 8. §. 28. cur avtem Annotator Lugdunensis τὸ προσπλάσεως hîc submoveret, προσεπιπλάσεως supponeret, nihil erat cùm τὸ προσπιπλάτω præcessisset. Sed & τὸ προσπίπλον *infrà* §. 68. reperiatur. frustrà & Xylander de aliorum casibus hæc accipit, qæ de corporis proprii affectionibus dicta sunt.

Ἐκεῖνα μέμψεται τὰ πάθοντα] malim *μέμψηται. conqerantur ea, si voluerint, qa perpetiuntur.* Vide *infrà* §. 15. & *l.* 8. §. 28. Verùm mutato nihil opus. *μέμψεται* dictum fuerit, ut ὄψεται, *viderit. l.* 12. §. 1.

Ἐγὼ δὲ] id est, τὸ ἡγεμονικόν. ut §. 16. qod Xylander cùm non animadverteret, Marci mentem hîc non cepit. Ità Cicero in *somn. Scip. Mens cujusqe is est qisqe.* Apostolus, sed sensu parùm diverso, qia mentem pro parte regenita sumit, *ad Rom. c.* 7. *v.* 17. ὐκ ἐγὼ (id est, ὁ νῦς μυ. *v.* 25.) ἀλλ' ἡ ἐνοικοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. *Non ego, sed peccatum qod in me habitat.*

Ἐὰν μὴ ὑπολάβω] Vide *l.* 4. §. 7. Plutarchus *de tranqil. pag.* 475. *B.* Καθόλου δὲ, ἐπεὶ τῶν ἀδιαλύτων, τὰ μὲν φύσει τὸ λυπεῖν καὶ βαρύνειν ἐπιφέρει, τὰ δὲ πλεῖστα δόξῃ δυσχεραίνειν ἐθιζόμεθα καὶ μανθάνομεν. ὐκ ἄχρηστόν ἐστι πρὸς ταῦτα μὲν ἔχειν ἀεὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πρόχειρον,

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.

Τί γὰρ πρός σέ ἐστι, φησὶν,

Ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται, μήτε ψυχῆς;

πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, ἐκάστο τὸ Εὐριπίδειον,

Οἴμοι. τί δ' οἴμοι; θητά τοι πεπόνθαμεν.

εὐδὲς γὰρ ὅτου τῷ παθητικῷ καταφερομένῳ καὶ ὀλισθαίνοντος ἀντιλαμβάνεται λόγος, ὡς ὁ τῆς ποιητῆς καὶ φυσικῆς ἀνάγκης ἀναμφισβητήτως ποιῶν, ᾗ διὰ τὸ σῶμα μεμιγμένος ὁ ἄνθρωπος, μάνην ταύτην τῇ τύχῃ λαβὼν δίδωσιν, ἐν δὲ τοῖς κυριωτάτοις καὶ μεγίστοις ἀτφαλὲς ἔστιν. *In universum verò qa nolentibus nobis accidunt, partim sqapte naturâ molestiam ea afferunt, partim opinio nos adsvefacit ut agrè feramus. Et adversum hac utile est in promptu habere istuc Menandri:*

Nisi ipse feras pra te, nihil es passus mali.
Qid enim, inqit, ad te pertinet id,
Qo neqe animus, neqe corpus tangitur tuum?

Ad ea avtem qa naturâ suapte dolorem videntur excitare, accommodari debet Evripideum illud:

Heu mihi, qi heu mihi? more hominum sanè accidit.

Non est enim alia ratio, qa facultatem animi affectionibus obnoxiam labascentem magis revocet & confirmet, qàm qa communis natura & necessitatis memoriam renovat: cui necessitati bono propter corpus expositus, hic tantùm fortunæ ansam præbet, in potissimis maximisqe rebus tutus ac securus. Hæc à Stoicismo havd procul absunt. Idem *de exil. pag.* 599. *B. C.* Τὸ λυπεῖσθαι καὶ ταπεινὸν ἑαυτὸν, ἐπὶ πάντα μὲν ἄχρηστόν ἐστι καὶ γινόμενον κενῶς καὶ αἰσχύτως. ὅπου δ' αὐτὰ τὰ πράγματα δῆλα ἐστὶν ὑπὸ τοῦ λόγου ψηλαφηθέντα καὶ ἀνακαλυφθέντα πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν, ἐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ, κομιδῇ γελοῖόν ἐστι, μὴ τῆς σαρκὸς πυθέσθαι, τί πέπονθε, μηδὲ τῆς ψυχῆς, εἰ διὰ τὸ σύμπλοκα τοῦτο χείρων γέγονεν, ἀλλὰ τοῖς ἔξωθεν συνεχομένοις καὶ συναγωνιστῆσι διδασκάλοις χρῆσθαι τῆς λύπης. *Qòd cùm alias dolori indulgere, & animo concidere inutile sit, atqe futile, & fatuum. tum ubi res ipsa ratione tractata, atqe ante oculos exposita monent te sic teipsum debere compellare, non factæ tibi est, si dissimules, injuria: nimis qàm ridiculum esse non carnem interrogare, aliqidne ei acciderit: non animum, an iste eum casus deteriorem fecerit: sed foris nobiscum dolentibus atqe indignantibus magistris lugendi uti.* Verùm Marcus ad ea etiam qæ corpori læsionem inferunt, argumentum istud extendit.

§. 15. Ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι] Vide *l.* 4. §. 18. & *l.* 6. §. 22. & *l.* 8. §. 5. Huc illud Josuæ decretum, *c.* 24. *v.* 15. alii qicqid fecerint, se cum familia sua in recto Dei veri cultu perseveraturos.

Ἡ ἡ πορφύρα] Vide de *purpura*, qæ ex Epicteto adducuntur *ad l.* 11. §. 18.

Ὅ, τις ἂν ποιῇ] lego ὅ, τι ἄν τις ποιῇ, ex membro præcedente.

§. 16. Τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ ἑαυτῷ ὐκ ἐνοχλεῖ ἴδιον λέγω, ἐ φοβεῖ ἑαυτὸ εἰς ἐπιθυμίαν.] manca hæc esse, ex seqentibus satis claret; nec qid possit suppleri, est adeò difficile conjectu. Verùm qi enunciativè capiunt, à Marci mente qàm longissimè recedunt. is enim passim inculcat, molestiam omnem, non à rebus externis, sed ab animo ipso & opinione de eis concepta, nobis obtingere: hoc est; mentem ipsam sese conturbare, solam sibi molestiam omnem facessere. Videantur qæ *suprà* §. 14. & *l.* 4. §. 7, 39. & *l.* 5. §. 2. & *l.* 6. §. 8, 52. & *infrà* §. 68. & *l.* 8. §. 40, 42. 47. & *l.* 9. §. 13, 15. Itaqe D. Bootius per interrogationem concipi postulat: cui ego libens assentior; & qæ desunt, ità supplenda existimarem. ὐκ ἐνοχλεῖ; ἴδιον λέγω, ἐ φοβεῖ ἑαυτό; [ὑ λυπεῖ;] εἰς ἐπιθυμίαν [ὑ κινεῖ; vel ὐκ ἄγει;] sicut Galenus *de optim. sect. c.* 6. Ἐὰν μὴ λυπῇ, μηδὲ εἰς αἴσθησιν ἡμᾶς ἄγει. *Mens an non ipsa sese pertubat? exemplo gratiâ: nonne seipsam terret? nonne tristitiâ afficit? nonne in cupiditates conjicit?* &c. vel etiam, αὐτὸ ἑαυτῷ ὐκ ἐνοχλεῖ; ἐ λυπεῖ (ut sit hoc illius, ἴδιον λέγω loco) ἑαυτό; ἐ φοβεῖ; &c. Sensum ipsum, qicqid de verbis fuerit, confirmant seqentia. ἐὰν μὴ ἑαυτὸ ταράσσῃ. Verba avtem feliciùs pavlò videtur restituisse sic D. Salmasius. ἴδιον ἐ φοβεῖ, ὐκ ἄγει εἰς ἀθυμίαν. idem est ac si dixisset ἑαυτὸ λυπεῖ. nam ἀθυμία est λύπη, ut εὐθυμία *hilaritas.* unde εὐθύμει, *bilari sis animo*, ità *l.* 4. §. 38. καὶ ὅσα τοὺς μωροὺς εὐφραίνει ἢ λυπεῖ. istiusmodi aliqid suppliendum ex seqentibus liqet, ubi hæc duo simul repetit, εἰ δέ τις ἄλλῳ αὐτὸ φοβῆσαι ἢ λυπῆσαι δύναται, ποιείτω. & post, τὸ δὲ ψυχάριον τὸ φοβούμενον, τὸ λυπούμενον. confirmant eadem & sensum verborum Marci, qem afferimus genuinum. Si enim nihil aliud potest menti hisce modis molestiam facessere, ipsa sibi facessat necesse est, qandocunqe molestiâ aliqâ afficitur. Ità Epictetus *l.* 3. *c.* 19. Προαίρεσιν γὰρ οὐδεὶς δύναται κωλύσαι

pellit se? alius qis si terrefacere eam avt contristari possit, faciat. in ipsius voluntate situm est, ut nè ad motus istiusmodi opinando se commoveat. corpusculum nè qid patiatur, sibi curæ habeat, si possit; & qando patitur qicqam, conqeratur. animula verò, qæ timet, qæ dolet, qæ super his omnino aliqid opinatur, nihil horum patietur, nisi si eam ipse in judicium istiusmodi demiseris. nullius rei alterius per se indiga est mens, nisi ipsa sibi indigentiam creaverit. eadémqe ratione & perturbatione & impedimento omni immunis, nisi ipsa se perturbaverit avt impediverit.

§. 17. Felicitas est bonus genius, sive mens bona. qid igitur facis hîc, ô phantasia? facesse hinc, per deos, utì accessisti: nihil enim opus te habeo. more antiqo accessisti, nec succenseo tibi tamen. facesse tantùm.

§. 18. Cur mutationem qis metuat? ecqid enim fieri potest absqe mutatione? ecqid avtem avt gratius avt familiarius universi naturæ? ipse num balneo uti poteris, ni ligna mutationem subeant? num nutriri, ni edulia itidem mutentur? nunqid aliud utile qicqam perfici, nisi interveniente mutatione? an non vides

εἰ δέ τις ἄλλῳ αὐτὸ φοβῆται ἢ λυπῆσαι δύναται, ποιείτω. αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ ὑπολημψικῶς [a] ὑ τρέψει εἰς τοιαύτας τροπάς. [b] τὸ σωμάτιον, μὴ πάθῃ τι, αὐτὸ μεριμνάτω, εἰ δύναται, καὶ λεγέτω, εἴ τι πάσχει. τὸ δὲ ψυχάριον, τὸ φοβούμενον, τὸ λυπούμενον, τὸ περὶ τούτων ὅλως ὑπολαμβάνον, ὑδὲν μὴ πάθῃ. * ὑ γὰρ ἔξεις * αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτῃ. [c] ἀπροσδιές ἐστιν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ ἡγεμονικὸν, ἐὰν μὴ ἑαυτῷ ἔνδειαν ποιῇ. κατὰ παντὶ δὲ κὲ ἀπάρεσκον, καὶ [d] ἀνεμπόδιστον, ἐὰν μὴ ἑαυτὸ παρέσῃ κὲ ἐμποδίζῃ.

§. 17. [e] Εὐδαιμονία ἐστὶ, [f] δαίμων ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθόν *. τί δὲν ὧδε ποιεῖς, [g] ὦ φαντασία; ἀπέρχου, * τὸν θεόν σοι, ὡς ἦλθες. ὑ γὰρ χρήζω σου. ἐλήλυθας δὲ κατὰ τὸ ἐρχαῖον ἔθος. ὑκ ὀργίζομαί σοι. μόνον ἄπιθι.

§. 18. Φοβεῖταί τις μεταβολήν; τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι; [h] τί δαὶ φίλτερον ἢ οἰκειότερον τῇ τῶν ὅλων φύσει; σὺ δὲ αὐτὸς λέσασθαι δύναται, ἐὰν μὴ τὸ ξύλα μεταβάλῃ; τραφῆναι δὲ δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ἐδώδιμα μεταβάλῃ; ἄλλο δὲ τί τῶν χρησίμων δύναται συντελεσθῆναι χωρὶς μεταβολῆς; ὑκ ὁρᾷς ὅν, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σὺ

a L. 5. §. 26.
b Inf. §. 33. l. 8. §. 28.
* εἰ ἔχει ἄ-ξεις, vel παρέξεις, αὐτὸ Salm.
* αὐτῷ Xyl.
c L. 3. §. 5. l. 11. §. 1.
d L. 5. §. 20
e L. 5. §. 36.
f L. 10. §. 13.
* -θὸν [ἡγεμονικόν.]
g Inf. §. 29.
* [πρὸς] τ. θ. σὺ Lug. An.
h L. 2. §. 3.

ANNOTATIONES.

σαι ἢ βλάψαι ἀπροαίρετον, εἰ μὴ αὐτὴ ἑαυτὴν. ὑδὲν ἄλλο ταραχῆς ἢ ἀκαταστασίας αἴτιόν ἐστιν ἢ δόγμα. *Nemo enim vel voluntatem prohibere, vel in eo, qod alieni arbitrii est, incommodare ulli potest, nisi voluntas ipsa se ladat. Non aliam esse perturbationis & inconstantiæ caussam nisi opinionem.*

Αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ ὑπολημψικῶς ὰ τρέψει] *Ipsa enim sese* (si volet) *opinando non movebit istis motibus.*

Τὸ σωμάτιον μὴ πάθῃ τι] Vide *infrà* §. 33. & *l.* 8. §. 28.

Οὐ γὰρ ἔξεις αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην] Locus iste mihi planè depositus, absqe clariss. D. Salmasio fuisset, cui non ego magìs debeo, qàm Marcus ipse. is manum medicam fausto sydere admovit. Malè, inqit, Xylander ἀυτῷ. pessimè locum hunc sic vertit, *Animo nullus metus, dolor, avt opinio horum accidere potest: neqe enim ei sunt habitus ad hæc.* Sic vertendum illi fuit; *Animula verò, qæ timet, qæ dolet, qæ super his omnino aliqid opinatur, nihil eorum patietur, si non illam in hoc judicium demiseris.* legendum igitur in Græcis, ὑδὲν μὴ πάθῃ, εἰ ὐκ ἄξεις αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην. vel, εἰ ὑ παρίξεις αὐτὸ εἰς κρ. τ. Nihil verius. Epictetus *Disser. l.* 2. *c.* 6. Τίς γάρ σε ἀναγκάσαι δύναται ὑπολαβεῖν τι, ὧν ὑ θέλεις; *Quis enim te cogere potest opinari qod nolis?*

Ἀπροσδιές] περὶ τῆς τῦ ἡγεμονικῦ αὐταρκείας. Vide *suprà l.* 5. §. 14. & *infrà l.* 11. §. 1.

Ἀνεμπόδιστον] Vide *l.* 5. §. 20. Epictetus *l.* 2. *c.* 19. Οὔτε πλῦτός ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, ὔθ' ὑγίεια, ὔτε δόξα, ὔτε ἄλλο τι ἀπλῶς, πλὴν ὀρθὴ χρῆσις φαντασιῶν. τῦτο ἀκώλυτον φύσει μόνον, τῦτο ἀνεμπόδιστον. *Neqe opes in nostra potestate sunt, neqe sanitas, neqe gloria, nec aliud deniqe qidqam, præter rectum visorum usum. Unum hoc est natura ejusmodi, ut nec prohiberi, nec impediri possit.*

§. 17. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθόν] decesse vocabulum aliqod videtur, qod membrum posterius expleat. forsan [ἡγεμονικὸν] ἀγαθὸν, fuerat, in hoc enim Marco censente, τὸ πᾶν. Vide *ad l.* 2. §. 15. idémqe eidem ὁ δαίμων iste. Vide *ibidem* §. 17. & *l.* 10. §. 13. qo loco ait τὸν νῦν, ubi voluerit, ἀγαθὸν δαίμονα fieri. Nam Merico Casavbono, τὸ ἢ ἀγαθὸν expungenti non accedo. Conjecturam meam firmat, qod ex Platone Clemens *Strom. l.* 2. Αὐτὸς δὲ ὁ Πλάτων τὴν εὐδαιμονίαν, τὸ ἓν τὸ δαίμονα ἔχειν. δαίμονα δὲ λέγεσθαι, τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡγεμονικόν. *Ipse avtem Plato dicit, beatitudinem, qæ est eudæmonia, esse, benè habere dæmonem. Dici avtem dæmonem principalem animæ nostræ partem.* Cui gemina, ex innominato aliqo, ista Svidas exhibet: Ὅτι ὁ σπουδαῖος εὐδαίμων ἐστί. ὁ γὰρ ἓν τὸν δαίμονα ἔχων, σημαίνεσθαι δοκεῖ τῷ τῦ εὐδαίμονος ὀνόματι. εἰ δὲ δαίμων ἑκάστῳ ἡ ψυχὴ, καθὰ Πυθαγόρας δοκεῖ, εἴη ἂν εὐδαίμων, ὁ ἓν τὴν ψυχὴν ἔχων. ἓν δὲ τὴν ψυχὴν ἔχει ὁ σπουδαῖος. σπουδαῖος δ' ἄρα ὁ εὐδαίμων. *Vir bonus est beatus. Qi enim se bene habet qod attinet ad dæmonem, ille significari videtur per nomen τῦ εὐδαίμονος, id est, beati. Si avtem dæmon est cujusqe animus, ut Xenocrati placet, beatus erit ille, cujus animus benè se habet. Vir avtem bonus animo se bene habet. Vir igitur bonus est beatus.* Accedit & Pythagoræ scitum illud, Εὐδαιμονεῖν ἄνθρωπον, ὅταν ἀγαθὴ ψυχὴ προσγένηται. *Felicem hominem esse, cui bona anima advenerit.* Laërtius *lib.* 8. *c.* 32. Apulejus *de Deo Socrat. Nam qodam significatu & animus humanus, etiam nunc in corpore situs, Dæmon nuncupatur,* [Maro *Æn. l.* 9.]

— *Diine hunc ardorem mentibus addunt,*
Euryale? an sua cuiqe Deus fit dira cupido?

igitur & bona cupido animi, bonus Deus est. unde nonnulli arbitrantur, εὐδαίμονας dici beatos, qorum Dæmon bonus, id est, *animus virtute perfectus est. qem nostrâ linguâ, ut ego interpretor, poteris Genium vocare, qod is Deus, qi est animus sui cuiqe, qanqam sit immortalis, tamen qodammodo cum homine gignitur.* Vide dissertationem hac de re Dionis Prusæi *Orat.* 23.

Τί δὲν ὧδε ποιεῖς, ὦ φαντασία;] Qid est opus imaginatione, cùm mens ipsa qod suum est & fecerit & habuerit? Vide *ad periochen* proximè *superiorem* extremam: & *infrà* §. 29.

Ἀπέρχου τὸν θεόν σοι] forsan [μὴ] τὸν θεόν. atqe ità Mericus Casavbonus. nam Xylander omisit; maléqe reddidit, ὡς ἦλθες. *unde venisti.* cùm vertendum fuerit, *ut venisti. facesse hinc, per Deos, ut venisti.* Sed nec fortasse μὴ particulâ illâ interjectâ opus fuerit. Siqidem D. Salmasius formulam usitatam esse monet, τὸν θεόν σοι, subavdi ὄμνυμι. eámqe locutionem occurrere in *hemiambis* Anacreonteis, & in *dissertationibus* Arriani. Ità certè Anacreon *carm.* 31. 1.

Ἄφες με, τὸν θεόν σοι,
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυσί.
Sine, qaso per deos, hausibus Lyæum
Sine hauriam profundis.

Arrianus in Epicteti *Disser. l.* 3. *c.* 26. Παῦσαι, τὸν θεόν σοι, ἐμπαίζων μοι τῇ ψυχῇ. *Desine, qaso per Deos, insultare animo meo.* Et *c.* 23. Παύεσθε, τὸν θεὸν ὑμῖν, καλὰ ὀνόματα καὶ πράγματα καταισχύνοντες. *Desinite, qaso per deos, pulcra verba & res deformare.* & ad formulam Christianam propiùs, *ibidem c.* 7. τὸν θεόν σοι. qem locum corruptum frustrà suspicatur Volfius. restituenda eadem, *c.* 22. ubi, τὸν θεόν σου, vitiosè legitur; qod interpretem eundem, cùm non adverteret, in alia abduxit. & diversâ rursus formulâ, sed ellipsi eâdem, *l.* 3. *c.* 23. Θαυμαστὸς, κύριε, τὴν ἐμὴν σοι σωτηρίαν. *Mirabilis, domine, ita salvus sim.* contractiùs etiam *l.* 2. *c.* 19. Λέγε μοι, τὸν θεὸν, ἵνα πράην ἔλεγες. *Refer mihi per Deos ea qa dudum differebas.* Si locus saltem integer fuerit. facit enim suspectum, qod Gellius *l.* 1. *c.* 2. exhibet, λέγε μοι σὺ τὸν θεὸν. qod fortean fuerit, τὸν θεόν σοι. qin integram qoqe idem extulit, *l.* 3. *c.* 10. ὁμνύω ἡμῖν πάντας θεὸν, ὅτι προέχουσι. Locus ergò sincerus & integer est. nec ullâ ratione admittenda Annotatoris Lugdunensis interpolatio, ἀπέρχου πρὸς τὸν θεὸν σύ.

Οὐκ ὀργίζομαί σοι] Hoc enim dogmati Stoico adversatur; non tamen & Christano, qod ὀργίζεσθαι καὶ μὴ ἁμαρτάνειν. *Irasci & non peccare.* monet, *ad Ephes. c.* 4. *v.* 26. Diogeni avtem Stoico, non Cynico (qod Erasmum fugerat) de dogmate isto differenti, cùm adolescens qidam protervus, velut periculum facturus, an re præstaret qæ docebat, in faciem inspuisset, *Non qidem irascor,* inqit ille; *sed dubito tamen an irasci oporteat?* Narrat Seneca *de ira, l.* 3. *c.* 38. Fidentiùs Symmachus *l.* 9. *Epist.* 105. *Nullius tam vehemens mœstitia est, ut motu meo digna sit.*

§. 18. Τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γίνεσθαι;] Vide *l.* 4. §. 46. & *l.* 5. §. 13. & *lib.* 6. §. 15.

Τί δαὶ φίλτερον] *infrà* §. 21. & *l.* 4. §. 36. & *l.* 9. §. 32.

a L.2. §.3. σὲ μεταβαλεῖν ὅμοιόν ἐστι, καὶ ὁμοίως [a] ἀναγκαῖον.
b Sup. §.10. l.4.§.43.l.5. §.23.& l.9. §.29. τῇ τῶν ὅλων φύσει;

§. 19. [b] Διὰ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας, ὡς διὰ χειμάρρου διεκπορεύεται πάντα τὰ σώματα, [c] τῷ ὅλῳ
c L.6.§.41. συμφυῆ καὶ συνεργὰ, ὡς [d] τὰ ἡμέτερα μέρη ἀλ-
d L.2. §.1. Sup. §. 13. λήλοις. [e] πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους
e L.4.§.48. Σωκράτεις, πόσους Ἐπικτήτους καταπέπωκεν; τὸ δ'
f L.4.§.50. αὐτὸ καὶ [f] ἐπὶ παντὸς ἐπινοεῖν σοι ἀνθρώπου τε καὶ
g L.2. §.7.l. 6.§.22.l.8. §.1. πράγματος ἱκανὸν παρασκεύαζε.

h Sup.§.2.l. 4.§.23.l.5. §.25. §. 20. [g] Ἐμὲ ἓν μόνον ἀφικνεῖται, μήτι αὐτὸς
i L.4.§.19. Inf.§.34.l. 8.§.21. ποιήσω, ὃ ἡ κατασκευὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐθέλει, ἢ
k Inf.§.26.l. 8.§.8.26.l. 9.§.27. ὡς ἐθέλει, ἢ [h] ὃ νῦν ἐθέλει.

§. 21. [i] Ἐγγὺς μὲν ἡ σὴ ἀπὸ πάντων λήθη.
ἐγγὺς ἡ πάντων ἀπέχει σε λήθη.

§. 22. [k] Ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πλαι-
l L.2.§.1.l. 3.4.11. m L.2.§.1.l. 3.§.11. n Inf.§.63.l. 4.§.3. o L.4. §.3. p L.2. §.1. q L.9.§. 38. r Sup.§.18. Inf.§. 25. l. 4.§.36. s L.6.§.1. t Sup.§.1.l. 10.§.34. νῆσας. τοῦτο δὲ γίνεται, ἐὰν συμπεφυσπίπῃ σοι, ὅτι καὶ [l] συγγενεῖς, καὶ [m] δι' ἄγνοιαν, καὶ [n] ἄκοντες ἁμαρτάνουσι καὶ ὡς ὀ μετ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται, καὶ ὅτι πάντων, ὅτι [p] οὐκ ἔβλαψέ σε [q] δὲ γὰρ τὸ ἡγεμονικόν σου χεῖρον ἐποίησεν, ἢ πρόσθεν ἦν.

§. 23. [r] Ἡ τῶν ὅλων φύσις, ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας, [s] ὡς κηροῦ, νῦν μὲν ἱππάριον ἔπλασε. συγχέασα δὲ τοῦτο, εἰς δένδρου φύσιν συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ ταύτῃ, εἶτα εἰς ἀνθρωπάριον, εἶτα εἰς ἄλλο τι. [t] ἕκαστον δὲ τούτων πρὸς ὀλίγιστον ὑπέστη.

simile qiddam esse & mutationem tui, nec universi naturæ minùs necessarium?

§. 19. Per mundi substantiam, tanqam per torrentem, corpora transeunt universa, ipsa universo, prout membra sibi invicem nostra, coalita & eidem cooperantia. qot Chrysippos, qot Socrates, qot Epictetos jam dudum absorpsit ævum istud? idem tibi de qovis tum homine, tum re succurrat.

§. 20. Hoc unum me solicitum habet, neqid ipse faciam, qod hominis conditio vel minùs velit, vel secus velit, vel nunc nolit.

§. 21. Instat tempus, qo tu omnium oblitus eris; instat, & qo omnes tui.

§. 22. Hominis est, etiam eos qi offendunt diligere. hoc fiet, si unà succurrat tibi, tum esse tibi cognatos, tum inscios invitósqe peccare; adhæc, pavlò pòst utrosqe vestrûm morti concessuros: præ omnibus deniqe, nihil eos te læsisse. neqe enim mentem tuam deteriorem facere possunt, qàm priùs fuerat.

§. 23. Universi natura ex communi rerum omnium materia, tanqam è cera, nunc equleum effingit; qem mox denuo diffingit, ejusdemqe materiâ ad arborem producendam abutitur; tum ad homuncionem, dein ad aliud qidpiam. horum avtem qodlibet ad breve temporis spatium subsistit.

istis

ANNOTATIONES.

§. 19. Ὡς διὰ χειμάρρου] Vide *ad l.* 4. §. 43. & *l.* 5. §. 23. A Avgustinus *in Psal.* 38. *Momentis transvolantibus cuncta rapiuntur. torrens rerum fluit.*

Συνεργὰ] Vide *l.* 6. §. 41.

Ὡς τὰ μέρη] vide *l.* 2. §. 1. & *suprà* §. 13.

Πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους] vide *l.* 3. §. 3. & *l.* 4. §. 48. & *l.* 6. 47.

Πόσους Ἐπικτήτους] è superis ergò excesserat jam Epictetus. Accedit qòd Gellius Herodi Attico, qi sub Marco floruerat, æqalis ferè, de Epicteto, tanqam qi jamdudum decesserat, ità verba facit, *l.* 2. *c.* 18. De *Epicteto philosopho nobili, recentior est memoria, qàm ut scribi, qasi oblisteratum, debuerit,* B vide *ad l.* 1. §. 7. & *ad l.* 8. §. 31.

§. 20. Ἐμὲ ἓν μόνον περισπᾷ] *Hoc unum me solicitum habet.* ità τὸ περισπᾶν sæpiùs usurpat *l.* 2. §. 7. & *l.* 6. §. 22. Eltqe hoc qod profitetur cumprimis utile piumqe, si solicitudo universa eo fine adhibeatur, nè qid unqam obrepat, qod officii sui non sit. vide *infrà* §. 66. & *ad l.* 8. §. 3. Sic *l.* 8. §. 1. Ἄλλο μηδὲν περισπάτω. *Nec te aliud qidqam molestum habeat.*

§. 21. Ἐγγὺς] Vide *l.* 4. §. 16. Petrus *Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 7. Πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. *Omnium avtem finis appropinqavit.*

Ἡ σὴ περὶ πάντων λήθη] vide Solomonem *Eccles.* *c.* 1. *v.* 11.

§. 22. Ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πλανωμένους] Hoc est qod Avgustinus *in Joan tract.* 66. & *in concion. solenn.* 235. *Esto medico similis; qi odit morbum, amat ægrotum.* Ità Marcus etiam lapsos & errantes diligi vult. Ampliùs aliqid Christus Dominus; non lapsos tantùm & errantes; verùm in nos ipsos delinqentes. Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων ὑμᾶς. *Diligite inimicos vestros, benedicite eis qi devovent vos, benefaciste iis qi oderunt vos, & precamini pro iis, qi vobis infesti sunt & persequntur vos.* Matth. *c.* 5. *v.* 44. Hinc Isidorus Pelusiota *l.* 2. *Ep.* 259. Παρὰ μὲν ἀνθρώποις ἴσον εἶναι δοκεῖ, τὸ εὐεργέτας μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐχθροὺς μὴ ἀμύνεσθαι. παρὰ δὲ τῇ θείᾳ Φιλοτοφίᾳ τὸ μὲν ἀμείβεσθαι τοὺς εὐεργέτας κρατεῖ. τὸ δὲ ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς οὐχί. ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ ἀνεξικακεῖν, εἰδ' οἷόν τε, καὶ εὐεργετεῖν. *Apud homines par culpa esse videtur, iis, à qibus beneficium acceperis, vicem non rependere, & hostes minimè ulcisci. At apud divinam philosophiam illud qidem obtinet, ut benè de nobis meritos remuneremur: at non stem illud, ut injurios ulciscamur: verùm omninò qidem patientiam adhibeamus: si avtem fieri possit, eos etiam beneficiis* C *prosequamur.* Contrà planè qàm Pindarus *Pyth. od.* 2.

\- - - - - Φίλον εἶη
φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄ-
τ' ἐχθρὸς εἰὼν, λύκοις δίκαν ὑποθεύσομαι,
Ἀλλ' ἄλλοτε πατέων ὁδοῖς σκολιαῖς.
\- - - - - *Amicum liceat*
amare: contrà inimicum utpote inimicus existens, lupi more curram,
Aliis vestigiis alias inambulans vias obliqis.

Epictetus *l.* 3. *c.* 22. Cynicum instituens; Διαιρετέον δεῖ αὐτὸν, ὡς ὄνον, καὶ δαιρόμενον φιλεῖν αὐτὰς τὰς δαίροντας. *Ut instar asini vapulet; & dum vapulat, eos à qibus verberatur diligat.* De Christianis Justinus *ad Diognet. pag.* 497. Ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. *Amant omnes, & omnes illos persequntur.* Atqe hæc est reverà charitas sincera, *amare qos toleras, tolerare qos amas,* ut Gregorius Romanus *in Evan. serm.* 35. Qin & Marcum ad eos etiam respexisse, qi adversus nos ipsos fuerint injurii, qæ subjecit, ostendunt. Vide *ad l.* 11. D §. 18.

Ὅτι καὶ συγγενεῖς] Vide *ad l.* 2. §. 1. Hippias apud Platonem in *Protag. pag.* 234. *E.* Ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες, ἡγοῦμαι ἐγὼ ὑμᾶς, συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους καὶ πολίτας ἅπαντας εἶναι, φύσει, ἀ νόμῳ. τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ, φύσει συγγενές ἐστιν. *Arbitror, o viri præsentes, vos omnes, cognatos, propinqósqe, & cives invicem esse natura, non lege. Simile namqe simili natura cognatum.*

Δι' ἄγνοιαν, καὶ ἄκοντες] vide *l.* 2. §. 1. & *l.* 4. §. 3. & *l.* 8. §. 14. & *l.* 11. §. 18.

Ὡς μετ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται] Vide *ad l.* 4. §. 6. & *infrà* §. 58.

Οὐκ ἔβλαψέ σε] Vide *l.* 2. §. 1. & *l.* 9. §. 38.

§. 23. Ἡ τῶν ὅλων φύσις; ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας, ὡς κηροῦ] Eleganti similitudine hoc illustrat, non Lucianus ille, Epicuri de grege, ὁ χλευαστὴς, sed de schola Platonica Leo, (Byzantius fortèan) utì ex Athenæo *dipnosoph. l.* 11. & Laërtio *l.* 3. in *Platone* patet; in *dialogo*, qem *Alcedimem* inscripsit, & inter Luciani opuscula, à qibus dictionis mollitie venâqe candidiore plurimùm discrepat, extat vulgò. Τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτο, inqit, καὶ τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ πλάττειν ἐπισάμενα, πηλὸν ἢ κηρὸν ὅταν λάβῃ, ῥαδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου, μεταχηματίζει πολλὰς ἰδέας φύσεις. *Etenim & pueri nostri* E *qoqe hujusmodi aliqid fingere ac formare scientes, limum ceramve cum ceperint, facillimè ex eadem massa varias multiplicesqe transfigurant formarum naturas.* Eisdémqe planè insistens vestigiis Plutarchus *ad Apoll. pag.* 106. *E.* Ὡς γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ δύναται τις πλάττειν ζῶα συγχεῖν, καὶ πάλιν πλάττειν, καὶ συγχεῖν, καὶ τοῦτο ἐν παρ' ἐν ποιεῖν ἀδιαλείπτως. ὕτω καὶ ἡ φύσις ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης, πάλαι μὲν τοὺς προγόνους ἡμῶν ἀνέσχεν, εἶτα συνεχεῖς αὐτοῖς ἐγέννησε τοὺς πατέρας, εἶτα ἡμᾶς, εἶτ' ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἀνακυκλήσει. καὶ ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς ὅτος ἐκδιλεχῶς ῥέων ὅποτε σήσεται, καὶ πάλιν ἐξ ἐναντίας αὐτῷ ὁ τῆς φθορᾶς. *Sicut qi argillam tractat, fingere ex ea animalis formam potest, rursúmqe diffingere, sterumqe ac qoties libet perpetuò vices istas repetere: sic etiam natura ex eadem materia olim* F *avos nostros, postea patres protulit, deinde nos, ac deinceps alios ex aliis evolvet: ac fluvius ille ortus nostri absqe intermissione labens nunqam subsistet, sicut & interitus flumen hujus contrarium.* Cui non absimile qod Aphrodisiensis *probl. l.* 1. *q.* 49. Ὡς ὅταν ὁ ἀνδριαντοποιὸς τὸν χαλκοῦν ἵππον ἢ βοῦν, ἢ τι τοιοῦτον ζῶον χωνεύσας ἢ ἐλάσας, πλάσῃ ἄνθρωπον, ἢ ἕτερόν τι σκεῦος, ἀπὸ

istis avtem, sicut arcæ, dissolvi nihilo magis molestum est, qàm compingi primò fuerat.

§. 24. Torvitas vultûs est valde præter naturam. ubi ei sæpiùs assveverit qis, immori solet; vultúsque decor ità indè extingvitur, ut denuo reaccendi omnino neqeat. ex hoc ipso avtem intelligas licèt esse præter rationem. Siqidem enim ità vultum qis obfirmaverit, ut peccati sensûs omnis avfugerit,

a δεινὸν ἢ ἀδὲν τὸ ἀφλυθῆναι τῷ κιβωτίῳ. ὥσπερ ἀδὲ τὸ συμπαγῆναι.

§. 24. b Τὸ ἐπίκοτον τῆ προσώπῳ λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν c πολλάκις * ἐναποθνήσκειν ἢ πρόσχημα, * ἢ τὸ πλωτάιον ἀποσβέσθη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι. αὐτῷ γε τούτῳ παρακολουθεῖν πειρῶ, ὅτι παρὰ τὸν λόγον. εἰ γὰρ καὶ ἡ συναίσθησις ἢ * ἁμαρτάνειν ὀιχήσεται, a τὶς

a L. 4. §. 42. l. 6. §. 47. l. 8. §. 20.
b L. 2. §. 1. Sup. §. 22. Inf. §. 60. 65.
c L. 11. §. 18.
* γίγνεσθαι,] ἐναποθνήσκει, καὶ τὸ πρ. τελ. a. Boot.
* εἰ Mer.
* -τῆ [μὴ] a. Mer.

ANNOTATIONES.

ἀπὸ εἴδους εἰς εἶδος μεταβάλλων τὴν ὕλην. *Sicuti cum statuarius aneum equum vel bovem, vel simile aliqod animal fuderit, vel duxerit, finxerit hominem, vel aliud aliqod vas, materiam ex specie in speciem commutans.* Lusûs avtem puerilis illius; qo animalium icunculas è cera solent effingere, meminit & Lucianus in *insomnio* verbis hisce. Ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, ἢ βοᾶς, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλασεν. *Qum dimissus à præceptoribus, vel boves, vel eqos, vel etiam homines per Jovem abrasâ cerâ effingebam.* Demetrius Phalereus qi dicitur: Περὶ ἑρμηνείας *c.* 317. Καθόλου δὲ, ὥσπερ τὸν αὐτὸν κηρὸν, ὁ μέν τις κύνα ἔπλασεν, ὁ δὲ βᾶν, ὁ δὲ ἵππον. ὥστε καὶ πρᾶγμα ταυτὸν ὁ μὲν ἀποφαινόμενος καὶ κατηγορῶν φησιν. *In universum avtem qemadmodum eandem ceram hic qidem canem finxit, hic avtem bovem, alter verò qidam equm; sic & eandem rem hic qidem enuntians & prædicans inqit.* Et Fabius *institut. l.* 10. *c.* 5. *Nec aliena tantùm transferre, sed etiam nostra pluribus modis tractare possumus, & sententias easdem qàm numerosissimè variare: velut eadem cerâ alia atqe alia forma duci solent.* De cera ipsa Plinius minor *l.* 7. *Ep.* 9.

Hæc laus est ceræ, mollis cedensque sequatur
Si doctos digitos, jussaque fiat opus;
Et nunc informet Martem, castamque Minervam;
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.

vide *infrà ad* §. 25.

Δεινὸν δὲ ἐδεῖ τὸ διαλυθῆναι τῷ κιβωτίῳ] vide *l.* 4. §. 40. & *l.* 6. §. 47. & *infrà* §. 25. & 50. & *l.* 11. §. 17. Ædesius apud Eunapium in *Maximo*: Ἀλλὰ σὺ μὲν καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμὴν ἐκ αἰγνοεῖς τηλικαύταις ἀκοαῖς ἐκρεούμενον. τὸ δὲ ὄργανον αὐτῆς συνορᾶς ὅπως διάκειται, τῆς γομφώσεως καὶ πήξεως διαλυομένης εἰς τὸ συντείνειν. *Sed tibi cognitus est penitùs animus meus, qi toties docentem audieris, non nescis tamen atqe oculis cernis, uti sedes animi sit affecta, compage ejus & commissurâ dissolvente se in id qod compositum sit.*

§. 24. Τὸ ἐπίκοτον τῆ προσώπῳ λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν πολλάκις ἐναποθνήσκειν ἢ πρόσχημα, ἢ τελευταῖον ἀποσβέσθη] Periochen hanc miserè mutilatam ac vitiatam esse, satis indicant tam discrepantes à se invicem interpretum versiones; qæ ejusmodi sunt etiam, ut è verbis sensûs illi, qos ipsi præferunt, nullà artis grammaticæ ope elici possint. In textu Xylander nihil mutat. Mericus duntaxat disjunctivæ loco conditionalem subsstituit: sed nec sic qidem citra vim insignem, exprimitur ea, qam ipse Marco affingit, sententia. D. Bootius (cui ego assentiri maluerim) sic effert: Τὸ ἐπίκοτον τῆ προσώπῳ λίαν παρὰ φύσιν. ὅταν πολλάκις [γίγνηται,] vel etiam transpositione tantùm factâ, ἢ,) ἐναποθνήσκει. καὶ τὸ πρόσχημα τὸ τελευταῖον ἀποσβέσθη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι. *Torvitas vultûs est valdè præter naturam. ubi sæpius contigerit, immori solet; vultúsque decor ità indè extingvitur, ut denuo omnino reaccendi neqeat.*

Τὸ ἐπίκοτον τῆ προσώπῳ] *Torvitas vultûs*: qò κότος sive latens intus animus infestus atqe infensus se prodit. huic opponi videtur, τὸ ἔυδιον τῆ προσώπῳ, *vultus serenitas. l.* 6. *c.* 30. Hesychius. Ἐπίκοτα, ἐπίμομφα, ἃ πᾶς ἄν τις μέμψαιτο. Σοφοκλῆς, Ναυπλίῳ καὶ πλέονται. *Iram provocantia, culpabilia, qæ qivis reprehendat. Sophocles* Ναυπλίῳ καταπλέονται. Sic enim legendum, ad distinctionem alterius ejusdem fabulæ eidem cognominis, qæ Ναύπλιος πυρκαὴς dicebatur. Ἐπίκοτον esse vult, *qod iratum & infensum jure faciat*; at Marcus pro *offensione* sive *infensione animi, qam vultu indicium facere solet.* Æschylus *Prometh. vinct.*

Ὁ δ' ἐπικότως ἀεὶ δέμνιος ἄγναμπτον νόον.
At ille mentem infensam pervicax gerens.

Πρόσχημα] ἡ ὑπερπεσεῖα τῆ προσώπῳ, ut Jacobus Apostolus *Ep. c.* 1. *v.* 11. *decor vultûs*, qi tristitiâ, iracundiâ, acerbitate animi, offensione, indignatione non immutari tantùm & deturpari, sed & tolli prorsus sæpenumero solet. Seneca *de ira l.* 2. *c.* 35. *Non est ullius affectûs facies turbatior. pulcerrima ora fædavit; torvos vultus ex tranqillissimis reddidit. liqit decor omnis iratos. qalem intrà putas esse animum, cujus extrà imago tam fœda est?* & *l.* 3. *c.* 4. *Nulli certè affectus pejor est vultus. ferarum minùs tetra facies est, etiam cum venatorem suum semianimes morsu ultimo petunt, qàm hominis irâ flagrantis.* Hinc illud Nasonis de Niobe *Metam. l.* 6.

Et qantum ira sinit, formosa. ---

& de Procride *l.* 7.

Tristis erat, sed nulla tamen formosior illâ
Esse potest tristi. tu collige qalis in illa,
Phoce, decor fuerit: qam sic dolor ipse deceb at.

Λ Imò, qod Marcus istic, dum affectus istiusmodi exprimere atqe induere vultus freqentiùs cogitur, usu in naturam vertente, ità tandem decor ille extingvitur, ut nullà restitui ratione possit. De Pharisæis ad suos Christus, Matth. *c.* 6. *v.* 16. Μὴ γίνεσθε, ὥσπερ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. *Ne estote ut hypocritæ tetrico vultu: deformant enim facies suas.* qi locum istum mirificè illustrat. plùs enim esse videtur τὸ ἀφανίζειν τὸ πρόσωπον, qàm τὸ αἰσχύνειν καὶ ἀκαλλὲς ποιεῖν, uti ex Homero atqe Eustathio Beza. Basilius Cæsar. *Epist.* 1. *p.* 786. *A.* Ἕπεται τῷ ταπεινῷ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι, ὄμμα συγκύπτον καὶ εἰς γῆν συνειευκός. --- ὥσε ἃ ποιοῦσιν οἱ πεπτωκότες καὶ ἐπιλήδυσιν, ταῦτα ἐν τῆ ἀνθρωπίνῃ ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι. *Consentaneus qidem fuerit summissis atqe abjectis animis tristis oculus atqe decorsum vergens --- adeo qa lugentes consulto meditatoqe faciunt, ea suopte animi sponte in nobis, & veluti habitu temerario exstitisse videri debent.* Nicolaus *de nupt.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 70. Αἱ γὰρ δὴ ὄψεις αἱ χρησαὶ ἔχουσιν ἂν τὶ πλεῖστον τῆ κάλλους τῆς ψυχῆς. καὶ ὁκ ἔνι, ὅτε θυμούμενον, ὅτε ὀργιζόμενον, ὅτε χολῶντα, τὸ πρόσωπον φαιδρὸν ἔχειν τε καὶ καθαρόν. εἰ δέ τις παύεργον καὶ κρυψίνους, ἐυθὺς μὲν καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβλέπει, καὶ δεινον δέδορκεν. ὅσις δὲ μωρίᾳ ἐυηθὴς, ταῖς κόραις καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀναπέπταται. ὅταν ὀφθαλμοὶ καὶ προσάλων τοιοῦτοι. ὁ δὲ συνάγων τὰς ὀφρῦς, σκαιὸς ἐστι. καὶ ὅταν ἐπισθεῖ ὁκ ἰρύθημα, ἀλλὰ σκόλοψ τε καὶ νέφος, τότε γε ἡ ψυχὴ ὑδαμῆ ὑδαμῶς ἐυφραίνεται. *Benigni enim oculi summam animi pulcritudinem comitantur: & fieri solet, ut qi non excandescit, nec facilè irascitur, avt bile movetur, facilem splendidam serenamqe habeat. Qi verò malignus & dolosus fuerit, is statim & oculis transverse implacideqe intuetur? qi stolidus ac simplex est, pupillas & oculos patentes gerit, ut asini & oves. Cui supercilia conjunguntur, improbus est. Cujus superficies in vultu non rubet, sed obscura & caliginosa est, hujus anima nunqam ullo modo exhilaratur.* qibus verbis extremis graphicè depinxisse videtur τὸ ἐπίκοτον illud τῆ προσώπῳ. nos dicimus, a lowring look. Vide *infrà ad* §. 59. Sed nec minus Svetonius *l.* 4. *c.* 50. in *Cajo.* cui *frontem torvam* ubi tribuerat. *Vultum*, inqit, *naturâ horridum ac tetrum, etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem.* Cæterùm D. Salmasius ista & luxata & perturbata suspicatur: jungi sic debere, Τὸ ἐπίκοτον τῆ προσώπῳ λίαν παρὰ φύσιν: αὐτῷ γε τούτῳ παρακολουθεῖν πειρῶ, ὅτι παρὰ τὸν λόγον. atqe hæc subseqi posse illa qæ *suprà* §. 10. habebamus. Τῷ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πρᾶξις καθ' φύσιν ἐστι καὶ κατὰ λόγον. *Si in animali rationali eadem actio secundùm naturam & secundùm rationem; ira in vultu efferveseens, qæ præter naturam est, etiam præter rationem.* Illud, ἢ τὸ τελευταῖον ἀποσβέσθη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι. ad præcedentia §. 22. censet idem pertinere, & de *lucerna* dici, qæ aliqando sic extingvitur, ut possit iterum accendi, aliqando verò, ubi in totum oleo defecta est, ità extingvitur, ut denuo accendi neqeat. Suspicatur ergò post exemplum *arculæ*, cui grave non esse dixit solvi, ut nec compingi, addidisse & simile de *lucerna*, (prout & *l.* 8. §. 17. post exemplum *bullæ* idem fecit) cui non est grave extingvi, ut nec accendi, etiamsi eò modò extingvatur, ut non possit lumen suum recuperare. reliqa aliunde irrepsisse avtumat; qibus de medio sublatis, periochen hanc antegressàm cum proximè seqenti commodè cohæsuram. & sunt revera sectio 22. & 24. prout nos eas distinximus, ejusdem planè argumenti.

Ἐι γὰρ καὶ ἡ συναίσθησις τῆ ἁμαρτάνειν οἰχήσεται] Mericus interserit negativam, ut sit τῆ [μὴ] ἁμαρτάνειν, & de innocentiæ confidentia intelligatur. Melius opinor, Xylander. *Nam si etiam sensus peccati nullus erit.* hoc est, nam si eò usqe in vultûs obfirmatione proceseris, ut jam peccati sensum omnem amittas, qid amplius tibi vivere proderit? Galenus *de differ. puls. l.* 4. *c.* 11. σφυγμὸν, inqit, appellant veteres, τὴν ἐν ταῖς φλεγμοναῖς γινομένην ἀυξῆ τῷ κάμνοντι συναίσθησιν. *sensum illum, qem in inflammationibus ægrotus percipit.* Idémque *therapevt. l.* 13. *c.* 1. Ἥ τις ἅμα τῆ φλογώσει καὶ τάσιν ἔχει περὶ τὸ μόριον, ἡμῖν θ' ἁπλομένην, ἀυτῷ τε κάμνοντι διὰ τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης συναισθήσεως. *Qa supra inflammationem, tensionem qoqe in parte facit, qam non modo ipsi in tactu deprehendamus, sed etiam ipse æger proprio sensu appellare advertat.* Ità medicis familiaris an peculiaris vox ista videtur, affectionem illam denotans, qâ æger eorum qæ in corpore suo fiecius se habent, ipse sensum obtinet. A corpore ad animum transtulit, ut Marcus hic, ità & Epictetus *l.* 2. *c.* 11. Ἀρχὴ φιλοσοφίας, συναίσθησις τῆς ἀυτῆ ἀσθενείας καὶ ἀδυναμίας. *Philosophiæ principium est animadversio imbecillitatis atqe infirmitatis*

a L.9.§.2. l.10.§.8.
b Sup.§.23.
c L.6.§.15. l.8.§.50.l.10.§.7.l.12.§.23.
d L.6.§.27. l.8.§.14.l.11.§.18.
e L.2.§.13.
f L.8.§.14.
g L.5.§.28.
h L.10.§.30 l.11.§.18.
i L.1.§.15.
k L.2.§.1.
l L.11.§.13. Inf.§.52.63
m L.3.§.12. Sup.§.7.l.8.§.32.36.

a τίς ἔλι τῦ ζῆν αἰτία ;

§. 25. b Πάντα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον ἤπω μεταβαλεῖ c ἡ τὰ ὅλα διοικῦσα φύσις, καὶ ἄλλα ἐκ τ' ἐσίας αὐτῆ ποιήσῃ, καὶ πάλιν ἄλλα ἐκ τῆς ἐκείνων ἐσίας, c ἵνα ἀεὶ νεαρὸς ᾖ ὁ κόσμος.

§. 26. d Ὅταν τις ἁμάρτῃ τι εἰς σὲ, εὐθὺς ἐνθυμοῦ d τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρτε. ἕτερα γὰρ ἰδὼν, e ἐλεήσῃς αὐτὸν, καὶ f ἔτε θαυμάσεις, f ἔτε ὀργισθήσῃ. h ἤτοι γὰρ καὶ αὐτὸς τὸ αὐτὸ ἢ κεῖνο ἀγαθὸν ἔτι ὑπολαμβάνεις, ἢ ἄλλο ὁμοειδές. i δεῖ ἓν συγγινώσκειν. k εἰ δ' μηκέτι ὑπολαμβάνῃς τὰ παιδία ἀγαθὰ ἢ κακὰ, ῥᾷον l εὐμενὴς ἔσῃ τῷ πταροῶντι.

§. 27. m Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα.

qorsum homo sic affectus vitam protrahat ampliùs ?

§. 25. Qæcunqe vides, universa mox est mutatura universi rectrix natura, aliáqe ex eorum materia effectura, & ex horum rursus alia, ut mundus perpetim renovetur.

§. 26. Cùm adversùs te qicqid peccaverit qis, considera statim, qid bonum malúmve esse ratus id egerit. hoc enim perspecto, misereberis illius, nec avt miraberis, avt succensebis. forsan enim vel idem illud, qod ille, vel aliud qidpiam ejusmodi, ipse pariter cum illo bonum esse opinaris. hoc si fuerit, & illi te ignoscere oportet. sin ejusmodi nec bona nec mala censueris, ex errore animi delinqentem æqanimiter feras.

§. 27. Non tam qæ desunt tibi, qàm qæ adsunt, cogita.

ANNOTATIONES.

sua. Clemens generaliùs de utroqe pariter usurpavit, *Strom. l.1.p.282.A.* Εὑρετικὸν γὰρ καὶ ἐπινοητικὸν ἡ συναίσθησις, ἐπιβάλλουσι πιθανῶς ἀναπείθουσα. συναύξει δὲ τὴν ἐπιβολὴν, ἡ εἰς ἐπιστήμην συνάσκησις. *Ad inveniendum enim & excogitandum res est apta consensio, qa etiam probabiliter animum applicare persuadet : animi avtem auget applicationem una ad scientiam qoqe exercitatio.* Idem vult, sed significantiùs pavlò dictum, qod Gregorius Nazianzenus *Epitaph. in Patr.* Εὐρετικὸν γὰρ τὸ πάσχειν. *Pati res est ad inveniendum apta, & ad cives suos in angust.* Τολμηρὸν ποιεῖ τὸ ἀλγεῖν. *Dolor intrepidum reddit.* Tunc ergò ἡ τῦ ἁμαρτάνειν συναίσθησις ὀιχεῖαι, cùm crebro peccandi usu, τυλᾶται λοιπὸν ἡ ψυχὴ, *callum qasi qendam contraxit animus, ὥστε μηδ' ἐφισάνειν ὕστερον ὅτι ἁμαρτάνει, ut deinceps nè peccare qidem se animadvertat.* Epictetus *l.2. c.18.*

Τίς ἔλι τῦ ζῆν αἰτία ;] Vide *l.9.§.2.*

§. 25. Πάντα ὅσα ὁρᾷς] De Catone Seneca *Epist.71. Qid ni ille mutationem respublica forti & aqo pateretur animo? qid enim mutationis periculo exemptum? non terra, non cælum, non totus hic rerum omnium contextus : qamvis Deo agente ducatur, non semper tenebit hunc ordinem ; sed illum ex hoc cursu aliqis dies dejiciet. certis eunt cuncta temporibus ; nasci debent, crescere, extingui. qacunqe vides supra nos currere, & hac qibus innixi atqe impositi sumus velut solidissimis, carpentur ac desinent. nulli non senectus sua est. inæqalibus ista spatiis eodem natura demittit. qicqid est, non erit : nec peribit, sed resolvetur. nobis solvi perire est. proxima enim intuemur : ad ulteriora non prospicit mens hebes, & qa se corpori addixerit. alioqi fortiùs finem sui suorúmqe pateretur, si speraret omnia illa sic in vitam mortémqe per vices ire, & composita dissolvi, dissoluta componi : in hoc opere æternam artem cuncta temperantis Dei verti.* Vide *suprà §.23.& l.9.§.33.*

Καὶ πάλιν ἄλλα] Naso *Metamorph. l.15.*

Nil eqidem durare diu, sub imagine eadem
Crediderim. ----
Nec species sua cuiqe manet : rerúmqe novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.

Seneca *Epist.30. Qis qeri potest, in ea conditione se esse, in qa nemo non est ? prima enim pars æqitatis est æqalitas. Sed nunc supervacuum est natura cavissam agere. qa non aliam voluit legem nostram esse, qàm suam. qicqid composuit, resolvit : & qicqid resolvit, componit iterum.*

Ἵνα ἀεὶ νεαρὸς] hoc est qod Maximus Tyrius *Orat.25.ad l.4. §.40.* διὰ τὴν τῦ ὅλε κτισεργίαν. Vide *l.2.§.3. & l.6.§.14.* Aristoteles *de gener. & corrupt. l.1. c.3.* Εἴπερ ἀεί τι τῶν ὄντων ἀπέρχεται, διὰ τί ποτ' οὐκ ἀνήλωται πάλαι καὶ φρῦδον τὸ πᾶν ; διὰ τὸ τὴν τῦδε φθορὰν ἄλλε εἶναι γένεσιν, καὶ τὴν τῦδε γένεσιν ἄλλε εἶναι φθοράν, ἄπαυστον ἀναγκαῖον εἶναι τὴν μεταβολήν. *Si igitur semper aliqid eorum, qa sunt, abit, cur non consumptum est jamdudum, & inane ipsum universum. Propterea qod hujus corruptio alterius est generatio, & hujus generatio alterius est corruptio, incessabilem necesse est transmutationem esse.* Γένεσις γὰρ γένεσιν διαδεχομένη, καλὰ προαιρεσὴν ἀπαθανατίζειν βέλεται. *Generatio enim excipiens generationem, vult immortales reddere per profectum.* Clemens *Strom. lib.4. p.538.D.* & Philo *de mund. immort.* Μόνα γὰρ ἑστικε φθειρομένων τῶν ἐν ἕδει, τεράστιον ὡς ἀληθῶς καὶ θεῖον ἔργον. *Illud enim semper durat* (*mirum dictu*) *individuis pereuntibus, ut opus verè divinum.*

§. 26. Τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν] Vide *l.6.§.27. & l.8. §.14.& l.10.§.30.* Epictetus *Enchir. c.41.* Ὅταν τις κακῶς ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἴεται ποιεῖ ἢ λέγει. οὐκ οἷόν τε ἦν ἀκολυθεῖν αὐτῷ τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅτι καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τύτων ὠν ὁρμώμενος πρᾶος ἔξεις πρὸς τὸν λοιδορῦντα. ἐπιφθέγγε γὰρ ἑκάστῳ, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ. *Cum tibi qisqam vel malè fecerit, vel malè dixerit : memento eum opinatum esse, id ex officio sibi fuisse faciendum & dicendum. Neqe verò fieri potest, ut id sequatur ille, qod tibi videtur, sed id qod sibi. Qod si malè judicat, is damnum facit qi decipitur. Nam involutam veritatem si qis mendacium judicet, non ea involuta laditur, sed ille qi deceptus fuerit. Sic igitur instructus, aqo feres animo convicitatorem : nam ad singula dices, ita visum est illi.*

Ἐλεήσεις] At hoc dogma Stoicum non admittit. Vide *ad l.2.§.13.* Epictetus tamen etiam *l.1.c.18.* Καλεπαίνειν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς ; *Utrùm igitur indignationem potius an commiserationem merentur?* & mox : Ἐλέει αὐτὸν μᾶλλον. *Miserere potius illius.*

Δεῖ ὖν συγγινώσκειν] Tu, inqit, avt eôdem, avt pari morbo laboras : igitur ignoscere debes gemina peccanti. Flaccus *l.2.Sat.3.*

O major, tandem parcas, insane, minori.

Et Seneca *Agamem.*

Det ille veniam facilè, cui veniá est opus.

Siqidem ut Flaccus *l.1.Sat.3.*

--- æqum est
Peccatis veniam poscentem reddere rursus :

Itaqe, qod Gvigo *meditat.c.15. Non sit exactor vindicta, qi peritor est veniæ.* Verùm ignoscere istud Stoæ adversatur. Vide *ad l.1.§.15.* Vide & *l.11.§.18. & ad l.5.§.22.* Demonactem.

Εἰ δὲ μηκέτι] Dilemmate probat non irascendum peccanti. avt in eodem, inqit, errore versaris, & erranti ignoscas æqum est, nisi te ipse prædamnare volueris : avt saniori uteris judicio, & propitius esse debes illi, qi falsi specie, recti ignarus abripitur. Vide *ad l.2.§.1.*

§. 27. Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα] τὰ ἀπόντα, Mericus Casavbonus *futura* ; ut eódem referatur, qò illud *suprà §.8.* Τὰ μέλλοντα μὴ ταραττέτω. *De futuris ne sis solicitus.* Meliùs Xylander *ea qæ absunt*, sive *qæ desunt tibi.* Hoc est enim qod vult Marcus, ut non tam qæ nobis desunt, animis nostris obversentur, qò illorum cogitatione ad sortis præsentis displicentiam aliqam impellamur, qàm de eis qæ adsunt, seriò cogitemus, qò instatu præsenti nostro acqiescamus. Hinc reprehensio illa Evripidea in *Hippolyt. v.184.*

Οὐ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τόδ' ἀπὸν
Φίλτερον ἡγῇ.
Neqe tibi placet, qod adest : qod verò abest
Gratius ducis.

Et Avsonius *Idyll.15.*

Spernimus in commune omnes præsentia. ----

Manilius *l.4.*

Nec qod habet, numerat ; tantùm qod non habet, optat.

Libanius *Orat.31.* de avaris. Ἀρκεῖ δὲ αὐτοῖς τῶν παρόντων ἐδέν. τὸ δ' ἀπὸν, ὅτι μὴ πάρεσιν, ὀδυνᾷ. *Nihil avtem illorum, qa adsunt, illis sufficit, qod verò abest, qia non adest, illos cruciat.* Democritus itidem apud Stobæum *tom.2. tit.4.* Ἀνοήμονες τῶν ἀπόντων ἐρῶσι. τὰ δὲ παρεόντα κερδαλεώτερα ἐόντα ἀμελῦσιν. *Stulti desiderant absentia : præsentia verò etsi meliora negligunt.* qi & contrà *ibidem c.17.* Ἐυγνώμων, ὁ μὴ λυπεόμενος ἐφ' οἷσιν ὐκ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷσιν ἔχει. *Bene composito est animo, qi de rebus absentibus non tristatur, præsentibus avtem lætatur.* qod Epicteto tribuit Maximus *collectan. c.28.* Seneca *Epist.74. Qæris qare virtus nulle egeat? præsentibus gaudet ; non concupiscit absentia.* Optimè Philemon apud Stobæum *tom.2. tit.16.* & Maxim. *c.22.*

Ἐὰν οἷς ἔχωμεν, τοῖς δὲ μηδὲ χρώμεθα,
Ἃ δ' ὐκ ἔχομεν, ζητῶμεν, ὧν μὲν δικὶ τύχην,
Ὧν δὲ δι' ἑαυτὺς ἐτόμεθ' ἐστερημένοι.
Si qa bonorum habemus, his non utimur,
Qa non habemus, qærimus ; his carebimus,
Nobismet ipsi dum nos, eis, dum fors negat.

Plutarchus *de tranqill.pag.469.D.* Μανικὸν γάρ ἐστι τοῖς ἀπολλυμένοις ἀνιᾶσθαι, μὴ χαίρειν δὲ τοῖς σωζομένοις. ἀλλ' ὥσπερ τὰ

cogita. ex his autem selige qæ gratissima sunt tibi, qo reputes tecum qanto cum studio ea, ni jam adessent, tibi reqireres. cave tamen interim, nè, dum istis lubenter acqiescis, eo in pretio habere assvescas te, ut siqando deesse contigerit, turberis.

§. 28. In temet convolutus esto. mens etenim rationalis ità est naturâ comparata, ut sibi sufficiat ipsa justè agens, & hoc ipso nacta sibi tranqillitatem.

ἀλλὰ τ̃ παρόντων τὰ δεξιώτατα ἐκλογίζεσθαι, καὶ τούτων χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι, πῶς ἂν ἐπιζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν, ἅμα μέντοι φυλάττειν, μὴ ἀφ' * ὧν ἔτως [a] ἀσμενίζειν αὐτοῖς, ἐθίσῃς ἐκλιμαίνειν αὐτὰ ὥστε ἐάν ποτε μὴ παρῇ παραχθήσεσθαι.

§. 28. [b] Εἰς αὐτὸν συνειλεῖν. [c] Φύσιν ἔχει τὸ λογικὸν ἡγεμονικὸν, ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι, καὶ παρ' αὐτὸ ἔτο [d] γαλήνην ἔχοντι.

§. 29.

* τὸ Lug. An.

a *L.*5.§.9.
c *L.*4.§.3.*l.*6.§.11.*l.*8.§.48.
c *L.*5.§.14. *l.*6.§.51.
d *L.*2.§.4. *l.*8.§.28.

ANNOTATIONES.

τὰ μικρὰ παιδάρια, ἀπὸ πολλῶν παιγνίων ὧν ἴν τις ἀφίληταί τι, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα προερίψαντα κλαίει καὶ βοᾷ. τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ ἡμᾶς ἀχληθίσαντας ὑπὸ τῆς τύχης, καὶ τἄλλα πάντα ποιεῖν ἀνοήτα ἑαυτοῖς, ὀδυρομένους καὶ δυσφορῦντας. καὶ τί φήσομέν τις ἂν [ἐκ] ἔχωμεν; τί δὲ ἐκ ἔχομεν; *Est enim insanus ob amissa dolore affici, non gavdere relictis: ac sicut pueruli si qis ludicrarum rerum unam ipsis avferat, reliqis etiam omnibus projectis plorant ac vociferantur: ita unica aliqa in re fortunâ nobis obturbante, iniqè ferendo & lamentando catera omnia nobis reddere inutilia. Diceres, qid habemus? Imò avtem, qid non habemus?* delenda enim negativa prior. Subjungit idem Arcesilai dictum *pag.*470. *A.* Οἱ πολλοὶ, inqit, ποιήματα μὲν ἀλλότρια καὶ γραφὰς καὶ ἀνδριάντας ὅσονται δεῖν ἀπρικῶς καὶ καθ' μέρος ἕκαστον ἐπιπορευόμενοι τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ὄψει θεωρεῖν. τὸν δ' αὐτῶν βίον ἔχοντα πολλὰς ἐκ ἀπεπτεῖς ἀναθεωρήσεις ἐῶσιν, ἔξω βλέποντες ἀεὶ, καὶ θαυμάζοντες ἀλλοτρίας δόξας καὶ τύχας, ὥσπερ μοιχοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, αὐτῶν δὲ καὶ τῶν ἰδίων καταφρονοῦντες. *Sed plerique poëmata aliena & picturas, & statuas putant sibi exactè singulis partibus animo oculisqe perlustratis contemplanda: vitam avtem suam nudùm habentem consideratu non injucunda prætereunt, foras semper projicientes, aliorumqe famam & fortunam admirantes: sicut adulteri alienas spectant mulieres, suas despiciunt.*

Πῶς ἂν ἐπιζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν] Plutarchus *ibidem.* Καὶ τοι καὶ τοῦτο μέγα πρὸς εὐθυμίαν ἐστὶ, τὸ μάλιστα μὲν αὐτὸν ἐπισκοπεῖν, καὶ τὰ καθ' ἑαυτόν. *p.* 469. *E.* Εὐθυμήσομεν δὲ τούτοις μᾶλλον παρῶσιν, ἂν μὴ παρόντων αὐτῶν φαντασίαν λαμβάνωμεν. ἀναμιμνήσκοντες αὐτὰς πολλάκις, ὡς πεφυκότ ἐστι ὑγεία νοσοῦσι, καὶ πολεμουμένοις εἰρήνη. &c. Καὶ τὸ στέρεσθαι γενομένων, ὡς ἀνιαρόν. ἐ γὰρ τότε γίνεται μέγα καὶ τίμιον ἕκαστον ἡμῖν, ὅταν ἀπόληται, σωζόμενον δὲ, τὸ μηδὲν ἐστιν. ὑδενὶ γὰρ ἀξίως τὸ μὴ εἶναι προσίθησιν. ἐ δεῖ κλᾶσθαι μὲν ὡς μεγάλα, καὶ τρίμοιρον ἀεὶ διδύτας, ὡς ὑπὲρ μεγάλων, μὴ στρηθῶμεν. ἔχοντας δὲ παροραῶ καὶ καταφρονεῖν, ὡς μηδενὸς ἀξίων. ἀλλὰ χρῆσθαι μάλιστα ἐπὶ τῷ χαίρειν καὶ ἀπολαύειν αὐτῶν, ἵνα καὶ τὰς ἀποβολὰς, ἂν συντυγχάνωσι, πρᾴτερον φέρωμεν. *Cæterùm id qoqe ad animi tranqillitatem magnopere conducit, maximè qidem se & suas res intueri. Hæc præsentia majorem nobis animi parabunt tranqillitatem, si absentium imagines nobis finganus, sæpius nobiscum memoriâ repetentes, qàm desiderabilis sit ægrotanti sanitas, in bello constitutis pax, &c. Sic fiet, ut non tum demum magna ac præclara singula ista deputemus, qando amittimus: ante avtem, & dum potimur, pro nihilo ducamus. Non enim pretium rebus istis interitus addit, neqe eas debemus tanqam magnas comparare, sempérqe trepidare ac metuere, ne tantis rebus spoliemur: dum verò possidemus, tanqam nullius pretii* E *res contemnere & negligere; sed ita maximè frui, ut voluptatem ex iis gavdiumqe capiamus, ut eriam amissionem eorum, sicubi accidat, æqiore animo feramus.* Idem *ad uxor. consol. p.* 611. *B.* Καὶ δεινόν ἐστιν εἰ ἥδιον μὲν ἡδέως ἂν ἐλέσθαι τὴν σὴν τύχην, καὶ τότε προσόντ, ἐφ' ᾧ τῶν ἀνιάμεθα. σὺ δὲ ἐγκαλεῖν καὶ δυσφορεῖν παρόντος, καὶ μηδὲ ἀφ' αὐτῆ τῷ δάκνοντος αἰσθάνεσθαι πηλίκως ἔχει τὰ σωζόμενα χάριτας ἡμῖν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰς ἀκεφάλους καὶ μετώπους Ὀμήρου τίχας ἐκλίγοντες, τὰ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν πεποιημένων ὑπέρυ παροραῶντες, ὕτω ἐξακριβῶν καὶ συκοφαντεῖν τῷ βίῳ τὰ φαῦλα, τοῖς δὲ χρησοῖς ἀνάρθρως καὶ συγκεχυμένως ἐπιβάλλεσθαι, ὁμοίον τι τοῖς ἀτελευτήτοις καὶ φιλαργύροις πάσχειν, οἱ πολλὰ συνάγοντες ἐ χρῶνται παροῦσιν, ἀλλὰ θρηνοῦσι καὶ δυσφορῦσιν ἀπολομένων. *Turpe verò fuerit, cùm alii tuam exoptent fortunam, etiam cum hoc qod nunc nobis molestiam adfert conjunctam, te eam præsentem vituperare: neqe ex ipso calamitatis morsu sentire, qantum habeant gratiæ ea qæ supersunt. An sicut nonnulli capite vel fine carentes Homeri versus seligunt, multis interim tot atqe præclaris ejus poëmatum partibus supinâ oscitantiâ præteritis: ita incommoda vita calumniosè inqiremus & exacerabimus, commodis promiscuè neglectis? imitabimurqe avaros & sordidos homines, qi multa ubi qæsiverunt, non utuntur partis, sed amissa deplorant?* Et mox C. Οὐ γάρ ἐστι ταῦτα μεγάλα μὲν τοῖς ἐχομένοις ἀγαθὰ, μικρὰ δὲ τοῖς ἔχουσιν. *Non enim hæc sunt magna bona iis qibus desunt, interim parva habentibus.*

Μὴ διὰ τῦ ἔτως ἀσμενίζειν] διὰ τὸ, Annotator Lugdunensis. sed utrumvis constitet probè. ut *διὰ*, vel *per* vel *propter* hîc significet; *dum istis libenter acqiescis*, sive, *istis delectando, & acqiescendo*; vel *eò qòd istis delectaris & acqiescis.* ego illud malim, ob ἐθίσῃς. Hesychius. Ἀσμενίζει, χαίρει, ἀγάλλεται. Ἀσμένως, μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, ἐυκτίως, προθύμως, ἐκουσίως. Ἀσμενίζει, *gavdet, exsultat.* Ἀσμένως, *qam gavdio, jucundè, optabiliter, promptè, sponte.* Vide *ad l.*5.§.9. A

Ἐκλιμᾶν αὐτὰ] Flaccus *l.*1. *Ep.*10.

Qem res plùs nimio delectavere secunda,
Mutata qatient. Si qid mirabere, pones
Invitus. ----

Marci mentem expressit optimè.

Ὥστε ἐάν ποτε μὴ παρῇ, παραχθήσεσθαι] Ità considerandа nobis commoda ea, qæ ex præsentibus rebus decerpimus, nè tamen erga has eo animo afficiamur, ut ex amissione earum perturbemur. Plutarchus *de tranqill. pag.*474. *D.* Ὦ, δὲ δίδωσι πρὸς τὴν τύχην ἀδίως καὶ ἀλρόμως εἰπεῖν ὁ λογισμὸς,

Ἥδ μὲν ἄν τι φέρῃς, ὀλίγον δ' ἄχος, ἢν ἀπολείπῃς, B
τῦτον ἥδιστα ποιεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσι τὸ θαῤῥαλέον, καὶ μὴ δειδὸς αὐτῶν τὴν ἀποβολὴν, ὡς ἀφόρητον. *Cui verò ratio hæc paravit, ut ad fortunam intrepidè dicere possit,*

Suave est, si qid dgs: parvus dolor, hoc ubi tollis:

hunc fiducia & vacuitas metus amissionis, tanqam intolerabilis, docent suavissimè uti rebus præsentibus. Seneca *de vit.beat.c.*20. *Ego divitias & præsentes & absentes æqè contemnam: nec si alicubi jaceant, tristior; nec si circa me fulgebant, animosior, fortunam nec venientem sentiam, nec recedentem.* Flaccus *Carm. l.*3. *Ode* 29. de Fortunâ;

Laudo manentem: si celeres qatit
Pennas, resigno qæ dedit: & meâ
Virtute me involvo; probámqe
Pauperiem sine dote qæro.

§. 28. Εἰς αὐτὸν συνειλῦ] Ità *l.*8.§.41. & 48. & *l.*11.§.12. & *l.*12.§.3. Τὸ ἡγεμονικὸν εἰς ἑαυτὸ συγραφὶν, σφαῖρος κυκλοτερὴς καὶ ἀνλοειδὴς γίνεται. *Mens in se contracta sphæra instar fit teres atqe rotunda.* Qod Plato *in Phædon. p.* 62. *E.* Τὴν ψυχὴν ἀνλὴν εἶς ἀνλὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι. *Animam in seipsum revocare atqe colligere.* & rursus *p.* 53. *B.* 61. *B.* Συνηθροισμένη ἀνλὴ εἰς αὐτήν. *Ipsa collecta in semetipsam.* & de Sarapione Damascius (opinor) apud Svidam: Συνάγων ἑαυτὸν ἀεὶ καὶ συναιρῶν, ὡς οἷόν τε πρὸς τὸ ἔσω καὶ τὸ ἀμερίστερον. *Sese semper colligens & contrahens, qantum fieri poterat in interiores sua domuncula partes, & in arctiores angustias.* Verùm Marcus cùm συνειλεῖσθαι dixit, *Erinacei* sive *Echini* imaginem in animo habuisse videtur,

Ὃς ἐυ' ἂν ἄλλων θηρίων ὁρμὴν μάθῃ, D
Σιρόβιλον ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δίμας,
Κεῖσθαι δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀνήκεστον.
Qi simul ab aliis impeti se scit feris,
Denso sub orbe sentium corpus tegens,
Morsúqe ab omni tutus ac tacta jacet.

E hoc est qod Marcus, *l.*4.§.48. ἀκαλαμάκητον γίνεται, *inexpugnabilem fieri*, neqe enim Grotio accedere possum, qi postrema illa vertit,

Mordere & ultro tangere ignarus, jacet.

meliùs Campensis, si metri rationem habuisset;

Sic jacet ut nec attingi nec morderi qeat.

Et Erasmus.

Tutus jacet morsúqe tactúqe omnium.

Versus Jonis sunt Tragici in *Phænice*; qos exhibent Plutarchus *in collat. terrest. & aqat.* Athenæus *dipnos. l.* 3. Scholiastes *ad Aristoph. eqit.* & Zenobius in *proverb.* Ælianus *hist. animal. l.*6. F *c.*54. Μέλλων ἀλίσκεσθαι ἑαυτὸν συνειλήσας, ἄληπτον ἐργάζεται. *Is enim, cùm futurum est ut capiatur, contortissimè se ipsum concludit, & tamopere contrahit, ut comprehendi non qeat.* Oppianus item ἁλιευτ. *l.*2. *v.* 363.

Φραξάμενοι πυκινῇσιν ὑπὸ προβολῇσιν ἀκάνθης
Εἰλέῃ σφαιρηδὸν, ὀφ' ἑρκεῖ γῦια φυλάσσων,
Ἔνδοθεν ἑρπύζων. ----
Munitus densis obicibus spinæ
Volvitur sphæra in modum, sub septo membra custodiens,
Intus reptans. ----

Ità Plinius *l.*8.*c.*37. *Ubi sensere venantem, contracto ore, pedibus, ac parte omni inferiore, qâ raram & innocuam habent* G *lanuginem, convolvuntur in formam pilæ, nè qid comprehendi possit præter aculeos.* Et Ambrosius *Hexamer. l.*6. *c.*4. *Echinus iste terrenus, qem vulgò hericium vocant, si qid insidiarum præsenserit, spinis suis clavditur, atqe in sua se arma colligit, ut qicunqe eum contingendum putaverit, vulneretur.* Indè natum proverbium,

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖν ἓν μέγα.
Ars varia vulpi est, una echino maxima.

Erasmus. Facere huc videtur & Horatii illud *supra* lavdatum,

Meâ virtute me involvo.

Εαυ-

a Sup.§.17. l.9.§.7. b L.2.§.2. c L.3.§.12. d L.4.§.29. l.6.§.3.l.8. §.46. e L.4.§.21. f L.2.§.11. g L.9.§.20. 38. h Sup.§.4. i L.6.§.3. k L.4.§.26. l.11.§.15. l L.3.§.9.l. 6.§.39. Sup. §.22.l.11.§. 16. m L. 10.§. 11.l. 12.§. 27. 31. n L.3.§.11. l.4.§.26.l.6. §.33.

§.29. a Ἐξάλειψον τὴν φαντασίαν. b σῆσον τὴν νευροσπασίαν. c περίγραψον τὸ ἐνεστὼς χρόνος. d γνώρισον τὸ συμβαῖνον, ἢ σοι, ἢ ἄλλῳ. e δίελε καὶ μέρισον τὸ ὑποκείμενον, εἰς τὸ αἰτιῶδες & ὑλικόν. f ἐννόησον τὴν ἰσχάτην ὥραν. g τὸ ἁμαρτάνειν, ὅπου ἡ ἁμαρτία ὑπέρχει.

§.30. h Συμπαρεκτείνειν τὴν νόησιν τοῖς λεγομένοις. i εἰσδύεσθαι τὸν νοῦν εἰς τὰ γινόμενα καὶ ποιοῦντας.

§.31. k Φαίδρυνον σεαυτὸν ἁπλότητι καὶ αἰδοῖ, καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀνὰ μέσον ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιαφορίᾳ. l Φίλησον τὸ ἀνθρώπινον γένος. m ἀκολούθησον θεῷ.

---- ἐκεῖνος μέν φησιν, ὅλα n πάντα νομισί.

* ἔτι εἰ * δαίμονα τὰ στοιχεῖα. δρκει ἢ μεμνῆσθαι, ὅλα τὰ πάντα νομισί ἔχει, ἢ * δηλίαν ὀλίγα.

§.29. Imaginationes absterge: affectuum motus compesce: tempus præsens circumscribe: dignosce, qicqid vel tibi, vel alii cuiqam contingit. rem subjectam qámqe divide & partire in formam & materiam. horam novissimam cogita. qod alteri peccatum est, ibi ubi extitit, relinqe.

§.30. Eis qæ dicuntur, animum simul intende: in ea qæ fiunt faciúntve, mente altiùs descende.

§.31. Exorna te simplicitate, modestiâ: affectu adversùs res mediàs indifferenti. genus humanum dilige. Deo obsequere.

---- *certâ, inqit ille, decurrunt omnia lege.*

qid verò si elementa sola? meminisse suffecerit, lege certâ pleraqe ferri, aut pavcis saltem duntaxat exceptis.

§.32.

ANNOTATIONES.

* τί δαὶ εἰ μόνα Mer. ἔτι [μᾶλλον] εἰ διάμονα Boot. * δαιμόνια Xyl. * ἢ δὴ λίαν *siam*, sive *imaginationem:* non omnem tamen, sed falsam & Xyl. εἰ μὴ λ. fallacem. Vide *l.* 6. §. 13. & *suprà* §. 2. & 17. & *l.* 8. §. 29. & Boot. *l.* 5. §. 7.

Στῆσον τὴν νευροσπασίαν] Vide *l.* 2. §. 2.

Περίγραψον τὸ ἐνεστὼς] Vide *l.* 6. §. 2. & *l.* 8. §. 31.

Δίελε] Vide *l.* 4. §. 21.

Ἐννόησον τὴν ἰσχάτην ὥραν] Vide *ad l.* 2. §. 5. & *l.* 3. §. 12. Basilius Cæsar. *Orat.* 13. *de bapt.* Προσήκει καὶ τὸν ἀρχόμενον τοῦ βίου, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν τὴν τελευτήν. *Et vivere incipientem ante oculos oportet habere mortem.* Seneca *Ep.* 12. *Mors tam juveni ante oculos debet esse, qàm seni.* Epictetus *Enchir. c.* 22. Θάνατος καὶ φυγή, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν. μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν ἀδέκητε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. *Mors, & exsilium, & omnia, qæ in malis habentur, ob oculos tibi qotidie versentur: omnium verò maximè mors. Sic nihil unqam humile cogitabis, nec impensè cupies qidqam.* Musonius apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἰσχάτην βιῶναι. *Non licet præsentem diem bene transigere, nisi eam tibi qasi postremam illuxisse statueris.* Lactantius *instit. lib.* 6. *c.*24. ex Ciceronis *Verrin.* 4. *Semper ità vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur; putemúsqe nos momentis omnibus, non in aliqo orbis terræ theatro ab hominibus, sed desuper spectari ab eo, qi & judex & testis idem futurus est.* Idem avtem, ut Joannes Chrysostomus *tom.* 6. *Orat.* 67. Διὰ τοῦτο ἄδηλον ἡμῶν ἐποίησε τὴν τελευτήν, ἵνα ἕυδηλον ποιησώμεθα τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πρόνοιαν. hoc est; ut Avgustinus *Homil.* 13. *Ultimum diem latere voluit, ut omnes observarentur.* Et qod Gregorius Romanus *in Job. l.* 12. *c.* . *Dies ultimus salubriter ignoratur, ut semper proximus esse credatur. Qomodo enim de die in diem differendo peccas, cùm extremum diem, an iste sit, nescias?* Avgustinus *Epist.* 145. Seneca *Ep.* 61. *Id ago, ut mihi instar totius vitæ sit dies. non tanqam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanqam esse vel ultimus possit.* Idémqe *Epist.* 114. *Qicqid facies, respice ad mortem. Nulla res magis proderit, qàm cogitatio mortalitatis.* Idem *de ira l.* 3. *c.*42. & *Ep.* 12. *Sic ordinandus est dies omnis, tanqam cogat agmen, & consummet atqe expleat vitam. Qi omnes dies, tanqam ultimum ordinat; nec optat crastinum, nec timet.* Idem *de brev. vit. c.* 7. Horatius *l.*1. *Epist.* 4.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Martinus Dunienſis in Ethic. *Dies omnis pro ultimo habeatur.* Et Hieronymus *in Matth. c.* 24. *Sic qotidie vivamus, qasi die illâ judicandi simus.*

Τὸ ἑκείνῳ ἁμαρτηθὲν] qod ab altero peccatum est, illi dimitte, cujus est, & ad qem pertinet. Idem *l.* 9. §. 20, 38. *Sua vitia qisqe fugiat: nam aliena non nocebunt.* Gvigo *meditat. c.* 2. §. 7.

§. 30. Συμπαρεκτείνειν] Vide *suprà* §. 4. & *lib.* 6. §. 3, 53.

§. 31. Φαίδρυνον] Vide *l.* 3. §. 5. & *l.* 4. §. 26.

Φίλησον] Vide *suprà* §. 22. & *l.* 3. §. 9.

Ἀκολούθησον θεῷ] Seneca *de vit. beat. c.* 15. *Sapiens semper habebit in animo illud vetus præceptum, Deum seqere.* Vetustissimum sanè. Etenim Mosi tribuit Philo *de migrat. Abr. pag.* 408. *B.* Τέλος οὖν ἐστι καλὸν τὸν ἱερώτατον Μωσῆν, τὸ ἕπεσθαι θεῷ. *Finis igitur est juxta Mosem sacratissimum seqi Deum.* Cæterùm alii aliis tribuunt. Pythagoræ Boëthius *consol. l.* 1. *c.*4. *Instillabas avribus cogitationibúsqe meis Pythagoricum illud,* Ἕπου θεῷ. Homero etiam Stobæus *Eclog. tom.* 1. *l.*2. *tit.* 3. Ὅπερ αἰνίξασθαι μὲν Ὁμηρον εἰκόνα,

---- καὶ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο. *

Id porro Homerus qidem indicavit, cum dixit,

---- *vestigia diva secutus.*

ab eo Pythagoram sumpsisse. Alicui è septem sapientibus Cicero *de fin. l.* 4. *Qæ sunt vetera præcepta sapientum, Deum seqi, se nôsse,* &c. Et Sosiades apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. Zenoni Epictetus apud Arrianum *Dissert. l.* 1. *c.* 20. Τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς. *Finis est seqi deos.* Vide *l.* 10. §. 11. & *l.* 12. §. 27, 31.

Πάντα νομισί] hoc est, qod Manilius *l.* 4.

— *certâ stant omnia lege.*

Naso *Metam. l.* 3.

--- *fatali lege geruntur.*

Hemistichium videtur poetæ cujusqiam: ideo præmisit, ἐκεῖνος μέν φησι. avtor nimirum ille, qisqis fuerit. ut *l.* 4. §. 18. qanqam Xylander de Deo accipit, qasi is hoc dicat. illud malim cum Merico Casavbono. Manilius idem *l.* 1.

Sed nihil in tota magis est mirabile mole,
Qàm ratio, & certis qòd legibus omnia parent.

Pindarus *Nem. Od.* 5.

---- πόλμος δὲ κρίνει
Συγγενὴς ἔργων πέρι
Πάντων.

— *Fortuna avtem judicat*
Congenita factis de
Omnibus

Seneca *de provid. c.* 5. *Scito omnia certâ & in æternum dictâ lege decurrere. non, ut putamus, incidunt cuncta, sed veniunt.* (qod in *Herc. fur.* 2.

Certo veniunt ordine Parcæ)

olim constitutum est, qid gavdeas, qid fleas. Et *Epist.* 96. *Decernuntur ista, non accidunt.* Idem *Epist.* 76. *Virum bonum concedas necesse est, summa pietatis erga deos esse. itaqe qicqid illi acciderit; æqo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse lege divinâ, qâ universa procedunt.* Et in *qæst. nat. l.* 3. *præfat. Qid est præcipuum? posse lato animo adversa tolerare; qicqid acciderit, sic ferre, qasi tibi volueris accidere. debuisses enim velle, si scisses omnia ex decreto Dei fieri.* Et *Ep.* 71. *Magnus animus Deo pareat, & qicqid lex universi jubet, sine cunctatione patiatur.* Vide *ad l.* 10. §. 5.

Ἔτι εἰ δαίμονα τὰ στοιχεῖα] locus corruptus; nec qi certò absqe codicum ope restitui possit. Xylander. ἔτι εἰ δαιμόνια τὰ στοιχεῖα. *qòd si divina sunt etiam elementa.* Casavbonus. Τί δαὶ εἰ μόνα τὰ στοιχεῖα; *qid verò si elementa sola ferantur lege?* Bootius ἔτι [μᾶλλον] εἰ διάμονα τὰ σ. *multò etiam magis, si permanent elementa.* Lectoris esto arbitrium, vel eligendi si qod ex istis libuerit, vel proferendi, si qid potuerit istis probabilius certiúsve eruere.

Ἢ δηλίαν ὀλίγα] Xylander ἢ δὴ λίαν, sed supplet simul qod deesse videbatur, avt admodum pavca [secus.] D. Bootius εἰ μὴ λίαν ὀλίγα. atqe ea proculdubio Marci mens; *pavca admodum fortuna relinqi.* De viro certè sapiente Epicurus ipse in *Select. sentent.* §. 16. apud Laërtium *l.* 10. & Stobæum *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει. τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διοίκησε, καὶ καθὸ τὸν συνεχῆ χρόνον διοικεῖ καὶ διοικήσει. *Brevis sapienti fortuna subincidit: qa verò sunt maxima, & in primis rata, disposuit ratio, & perpetua vita tempore disponit, atqe disponet.* hoc est, ut Seneca *de constant. c.* 15. *Rarò sapienti intervenit fortuna. Vis tu,* inqit, *fortius loqi, & illam ex toto submovere?* ut Cicero *de fin. l.* 2. *Exiguam fortunam intervenire sapienti: maximásqe ab eo & gravissimas res consilio ipsius & ratione administrari.* Ut Vitruvius *præfat. l.* 6. *Pavca sapientibus fortunam tribuere. qa avtem maxima & necessaria sunt, animi mentisqe cogitationibus gubernari.* Itaqe Aristoteles in *Ethic. Magn. l.* 2. *c.* 8. Οὐ πλεῖστος νοῦς καὶ λόγος, ἐνταῦθα ἐλαχίστη τύχη. ὃ δὲ πλεῖστη τύχη, ἐν-

§. 32. Mortem qod attinet, sive fuerit dissipatio, sive in atomos redactio, sive exinanitio; vel est extinctio, vel translatio.

§. 33. De dolore sic habeas. si ferri non potest, interimit: si diutiùs duraverit, ferri potest.

§. 32. Περὶ θανάτου. * εἰ σκεδασμὸς, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις, [a] ἤτοι σβέσις, ἢ μετάστασις.

§. 33. Περὶ πόνου. [b] τὸ μὲν ἀφόρητον, ἐξάγει. τὸ δὲ χρονίζον, φορητόν. καὶ

* ἢ Xyl. Mer.

a L. 5. §. 33. l. 6. §. 24. Inf. §. 49. l. 8. §. 25. 58. l. 10. §. 7.

b L. 10. §. 3.

ANNOTATIONES.

ἐνταῦθα ἐλάχιστος νοῦς. *Ubi mens plurima ac ratio, ibi fortuna minimum: ubi plurima fortuna, ibi mens perexigua.* De Deo ac providentia divina multò magis hoc sentire pium est, nihil esse qod sit lege divinâ exemptum. Eximunt tamen, ut pavcula, sed dubitanter, hîc Marcus, ità parvula & exigua non pavci. Balbus ex Stoicorum sententia apud Ciceronem *de nat. Deor. l. 2. Magna dii curant, parva negligunt.* Evripides apud Plutarchum *de leg. poet. c. 7.*

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φρονλίζει βροτῶν.
Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.
Námque id genus res Jupiter mortalium
Curat, minora cæteris linqit Deis.

Grotius. Idémque;

— τῶν ἄγαν μὲν ἄπλετον
Θεός. τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην αὐτοῖς ἐᾷ.
— *res enim summas Deus*
Tractat: minores ire, qà fors fert, sinit.

Grotius. Lavdat idem Plutarchus in *præcept. polit. p. 811. D.* & in *lib. de iracund. coerc. pag. 464. A.* subjungens tamen. Ἐγὼ δὲ τῇ τύχῃ μὲν οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἐπιτρέπειν, οὐδὲ παρορᾶν τὸν αὑτῆς ἔχοντα. πιστεύειν δὲ καὶ χρῆσθαι, τὰ μὲν γυναικὶ, τὰ δὲ οἰκέταις, τὰ δὲ φίλοις, &c. *Ego verò hominem cordatum non censeo qicqam fortuna mandare, aut negligere debere: sed tamen qadam opera uxoris, alia amicorum, nonnulla servorum committere,* &c. ut Jupiter scilicet Evripideus minora qædam diis minorum gentium. Stoicos interim notat in *sene polit. p. 793. C.* qòd Jovem depingant, εἰς πάντα παρεντείνοντα καὶ πᾶσι καλαμιγνύντα ἑαυτὸν, *omnibus se rebus immiscentem. & de commun. notit. c. 17.* qòd eidem tribuant, ἀνόητόν τινα πρόνοιαν καὶ κενόσπουδον ἐπιμέλειαν, *stultam qandam providentiam & inanem operam,* qod non intelligere se profitetur, qi possit cum Dei vel majestate vel beatitate consistere: ignarus interim ipse immensæ, vel potentiæ vel prudentiæ divinæ. Chrysippus certè providentiæ numinis nihil prorsus qicqam subtrahit. Apud Plutarchum *ibidem. c. 30.* ex *de natur. l. 1.* Οὐδὲ τυλάχιστόν ἐστι τῶν μερῶν ἔχειν ἄλλως, ἄλλ' ἢ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς βούλησιν. ἀλλὰ πᾶν μὲν ἔμψυχον ὕπως ἴσχεσθαι καὶ ὕπως κινεῖσθαι πέφυκεν, ὡς ἐκεῖνος ἄγει, κἀκεῖνος ἐπισείφει, καὶ ἴσχει, καὶ διατίθησιν. *Ne minima qidem particula secus habet qàm juxta Jovis voluntatem: sed animatum qodvis eâ naturâ est, ut sic habeat & moveatur, ut Jupiter movet, impellitqe.* Et apud eundem *de contradict. Stoic. c. 30.* Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἄλλως τῶν κατὰ μέρος γενέσθαι, οὐδὲ τυλάχιστον, ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν, καὶ κατὰ τὸν ἐκείνης λόγον. Ὅτι δὲ, inqit Plutarchus, ἡ κοινὴ φύσις καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, εἱμαρμένη καὶ πρόνοια καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς Ἀντίποδας λέληθε. πολλαχοῦ γὰρ ταῦτα θρυλλεῖται ὑπ' αὐτῶν. καὶ τὸ,

— Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Nihil singularum rerum, ne minimum qidem, fieri potest aliter, qàm secundùm communem naturam & ejus rationem. Cæterùm communem naturam, ejusque rationem esse ipsi fatum, providentiam, Jovem ne Antipodes qidem nescunt. Hæc enim ubiqe ab illis jactantur: &

— *Jovis est confecta voluntas.*

ex *Iliad. ά. v. 5.* Faciunt huc qæ Dominus ipse Christus, de *passerculo*, de *pilo. Matth. c. 10. v. 29, 30.* qæ Petrus etiam Apostolus de Christi Domini ipsius cæde: apud Lucam *Act. c. 2. v. 23.* & *c. 4. v. 28.* Verùm non est animus ista ulteriùs prosequi. Marcus pavca forsan excipi posse avtumat, Chrysippus omnino nihil. Huic accedit & Epictetus *l. 3. c. 24.* Ὅς γε οὐδὲ τῶν μικροτάτων τινὸς ἀμελεῖ. *Qippe qi ne minutissima qidem negligat.* Addubitare tamen videtur Chrysippus *de essentia l. 3.* ubi de malorum origine qæstione institutâ, Πότερον, inqit, ἀμελουμένων τινῶν, καθάπερ ἐν οἰκίαις μείζοσι παρασκήπτου τινὰ πίτυρα, καὶ ψυχοὶ πυροὶ τινες, τῶν ὅλων ἐν οἰκονομουμένων; *Utrùm ob incuriam qandam neglectis aliqibus, sicut in magnis familiis furfures & grana aliqot frumenti excidunt, reliqis interim rectè administratis.* & sic Marcus istic. Vide *ad l. 2. §. 11.* & *ad l. 8. §. 20.*

§ 32. Εἰ σκεδασμὸς, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις] Xylander & Casavbonus pro *si* legunt ἢ. ut qinqe membra constituantur; elementorum dissipatio, in atomos resolutio, annihilatio, extinctio, transmigratio. potest tamen retineri conditionalis, ut dicatur, *sive dissipatio, sive resolutio, sive annihilatio detur, omnino unum è duobus istis consequatur necesse est, ut vel extinguatur anima, vel transferatur.* sicut *l. 5. §. 33.* εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν, *vel extinctionem tui, vel translationem.* Conjunguntur avtem σκεδασμὸς & ἄτομοι *l. 6. §. 24.* distingvntur *infra §. 50.* Διαλύσεις ἀντεμπλεχῶν ἀτομικῶν. *Atomorum invicem implexorum dissolutio.* & Διοχετισμὸς στοιχείων. *Elementorum dispersio.* & *l. 8. §. 25.* Σκεδασμὸς, σβέσις, μετάστασις. *Dispersio, extinctio, migratio.* & *l. 11. §. 3.* Σβεσθῆναι, ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι. *Vel extingui, vel dispergi, vel permanere.* qod distributioni tamen priori favet. Qàm ambiguus avtem in istis Marcus; sed & exteri pleriqe. vide *ad l. 4. §. 21.*

Ἤτοι σβέσις, ἢ μετάστασις] Seneca *Epist. 65. Mors qid est? aut finis est, aut transitus. nec desinere timeo; idem est enim qod non cepisse: nec transire; qia nusqam tam angustè ero.* & *Epist. 24. Mors nos avt consumit avt emittit. emissis meliora restant, onere detracto. consumptis nihil restat: bona pariter, malaqe submota sunt.* & *Epist. 72. Avt in meliorem emittitur vitam, lucidius tranqillúsqe in divina mansurus: avt certè sine ullo futurus incommodo natura sua remiscebitur, & revertetur in totum.* & *de provid. c. 6. Contemnite mortem, qa vos avt finit, avt transfert.* Apud Plutarchum *consol. ad Apollon. pag. 107. C.* ex Platonis *apologia* Socrates. Παραπλήσιον εἶναι τὸν θάνατον ἤτοι τῷ βαθυτάτῳ ὕπνῳ, ἢ ἀποδημίᾳ μακρᾷ καὶ πολυχρονίῳ, ἢ τρίτον φθορᾷ τινι καὶ ἀφανισμῷ τοῦ τι σώματος καὶ τῆς ψυχῆς. κατ' οὐδὲν δὲ τούτων κακὸν εἶναι. *Mortem persimilem ajebat esse vel profundissimo somno, vel peregrinationi longinqa ac diuturna, vel utiqe abolitioni animi juxta & corporis: qa singula deinde examinans mortem harum rationum nulla malam fieri ostendit.*

§. 33. Τὸ μὲν ἀφόρητον ἐξάγει. τὸ δὲ χρονίζον φορητόν] Æschylus:

Θάρσει. πόνου γὰρ ἄκρον οὐκ ἔχει χρόνον.
Confide: tempus haud habet summus dolor.

Et Sophocles *Philoct.*

Ὀξεῖα φοιτᾷ, κοὐ ταχεῖ' ἀπίσχεται.
Acerrima accedit, fugit celerrima.

Æschyli avtem illud ubi lavdaverat Plutarchus *de leg. poet. c. 17.* subjungit, Τοῦτό ἐστι τὸ παρ' Ἐπικούρῳ θρυλλούμενον ἀεὶ καὶ θαυμαζόμενον, ὡς οἱ μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν, οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. ὧν τὸ μὲν εἴρηκεν Αἰσχύλος ἐναργῶς, τὸ δὲ τῷ εἰρημένῳ παρακολουθοῦν ἐστιν. οἱ γὰρ ὁ μέγας καὶ σύντονος καὶ παραμένει πόνος, οὐκ ἔστι μέγας ὁ παραμένων, οὐδὲ δυσκαταπόητος. *Id esse ipsum, qod apud Epicurum est tritum semper & in admiratione habitum, magnos dolores celeriter præterire, diuturnos magnitudine carere: qorum illud perspicuè dixit Æschylus, hoc est, ejus consequens. Si enim magnus & intentus dolor non permanet: qi permanet, magnus non est, neqe intolerabilis.* Epicurus in κυρίαις δόξαις, apud Laertium *l. 10. c. 140.* Οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκί. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τοῦ ἐλαχίστου χρόνου πάρεστιν. αἱ δὲ πολυχρόνιοι τῶν ἀῤῥωστιῶν πλεονάζον ἔχουσι τὸ ἡδόμενον ἐν τῇ σαρκὶ, ἤπερ τὸ ἀλγοῦν. *Non moratur perpetuò in carne qod dolet: sed summus dolor minimùm durat. At diuturni morbi plus habent in carne qod oblectet, qàm qod doleat.* Et rursus: Οἱ μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν. οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. *Magni dolores celeriter pratereunt, diuturni avtem magnitudine carent.* qod idem & ex Epicuro Plutarchus *de leg. poet. c. 17.* Cicero *de fin. l. 1. §. 4. Dolor in longinqitate levis, in gravitate brevis solet esse; ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleviatio consoletur.* Et *l. 2. §. 22. Jam doloris medicamenta illa Epicurea, tanqam è narthecio promant; si gravis, brevis; si longus, levis.* & rursus, §. 93. *Maximus dolor brevis est. summus dolor plures dies manere non potest.* Verùm is cùm Epicuri ratiocinationem illam ridet exagitátqe *ibidem*, tum & Epicurum nos eâ derisui habere contendit, *Tuscul. l. 2. §. 44, 45.* Tertullianus *apolog. c. 45. Sic & Epicurus omnem cruciatum doloremqe depretiat, modicum qidem contemptibilemve pronunciando, magnum verò non diuturnum.* Sextus Empiricus *adv. ethic. c. 5. Edit. Genev. p. 464. B.* Πόνος ὁ μὲν ἀκρότατος, καὶ εἰ τὰ μάλιστα παρακλιμάτιος, ἀλλά τοί γε πρὸς ἀκαρὲς, ἀσφαλῆ τρόπον, δεματώσας, ἢ ἀναιρεῖ ἢ ἀναιρεῖται. ὁ δὲ μάσος καὶ παρακλίνων, ὅτε παρ' ὅλον ἐστὶ τὸν βίον, ὅτε συνέχεις τὴν φύσιν, ἀλλὰ πολλὰς διανπαύσεις ἔχων καὶ ῥαστώνας. ὑπτιάς γὰρ ὢν, οὐκ ἂν παρείποις. μέτριος δ' ἔστι. *Dolor, qi summus est, etiamsi maximè perturbat, tamen cùm momento temporis instar fulguris terruerit, avt tollit, avt tollitur. Mediocris avtem & qi producitur, neqe est per totam vitam, neqe est naturâ continuus, sed multum habet qietem, & intervalla. Nam si esset continuus, non extenderetur. Est itaqe moderatus.* Seneca *Ep. 24. Dolor levis est, si ferre possum; brevis est, si ferro non possum.* & *Ep. 78. Summi doloris intensio invenit finem. nemo potest valdè dolere, & diu. Sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem avt tolerabilem avt brevem faceret.* Et mox: *Utrùm vis? longum esse morbum, an concitatum & brevem? Si longus est, habet intercapedinem, das refectioni locum: multum temporis donat: necesse est ut exurgat & desinat. brevis morbus ac præceps alterutrum faciet; avt extinguetur, avt extinguet. qid avtem interest, non sit, an non sim? in utroqe finis dolendi est. hoc itaqe solatium vasti doloris est, qòd necesse est desinas illum*

a *L.* 5.§.2. Inf. 68. * ὑπόλ. b Inf. §. 64. *L.*4.§.7. c Sup. §.15. d *L.*3.§.4. *l.* 4.§.38. *l.*6. §.59. *l.*9.§. 18.27. e Sup §. 21. *l.*4.§.14.19. *l.*5.§.33. f *Plato polit.l.*6. *Ἡ δὲ * *—νοίᾳ * πρίπεια g *L.*4.§.48. 50. *l.*6.§.36. 37. *l.*9.§.30. *l.*10.§.17. * δεῖόν τι ἄπει. h *L.*6.§.47. i *Arrian.l.*4. c.6. *ἓν μὲν πε. vel πε. μ. ἓν. k *Eurip. Bellerph. L.*11.§.6. l *L.*6.§.20. 22.

κἀκὴ [a] ἡ διάνοια τῷ ἑαυτῆς γαλήνῃ κατὰ * ἀπόλαψιν διατηρεῖ, κἀκὴ [b] τὰ χείρω τὸ ἡγεμονικὸν γίνεται. [c] τὰ δὲ κακούμενα μέρη ὑπὸ ἑαυτῶν πόνει, εἴ τι δύναται, περὶ αὐτὰ διαφωνάσθω.

§. 34. Περὶ δόξης. [d] ἴδε τὰς διανοίας αὐτῶν, οἵαι, καὶ οἷα μὲν φεύγουσαι, οἷα δὲ διώκουσαι. καὶ ὅτι [e] ὡς αἱ θῖνες ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις ἐπιφορούμεναι κρύπτουσι τὰ πρόπερα. ἕτως ἐν τῷ βίῳ, τὰ πρόπερα ὑπὸ τῶν ἐπιεχθέντων πάχιστα σκαλύφθη.

§. 35. Πλατωνικόν. [f] * ᾧ δὲ ἐν ὑπάρχῃ διάνοια *, μεγαλοπρεπὴς *, καὶ [g] θεωρία πάντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, * ἆρα οἷόν τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὴν ἀνθρώπινον βίον; ἀδύνατον, ἦ δ' ὅς. ἀκῶν καὶ [h] θάνατον ἂν δεινόν τι ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος; ἥκιστά γε.

§. 36. Ἀντισθενικόν. [i] βασιλικὸν, * μὲν εὖ πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν.

§. 37. Διχρόν ἐστι, τὸ μὲν πρόσωπον ὑπήκοον εἶναι, καὶ σχηματίζεσθαι, καὶ κατακοσμεῖσθαι ὡς κελεύει ἡ διάνοια, αὐτὴν δ' ὑφ' ἑαυτῆς μὴ σχηματίζεσθαι καὶ κατακοσμεῖσθαι.

§. 38. [k] Τοῖς πράγμασι γὰρ [l] οὐκὶ θυμοῦσθαι χρεών.
Μέλει γὰρ οὐδὲν αὐτοῖς οὐδέν.

mens interim opinionis ope tranquillitatem servat suam; nec deterior quicquam indè fit pars animi princeps. corporis verò membra, quæ dolore sunt afflicta, ipsa si quid possunt, de eo statuant.

§. 34. Quod ad gloriam, animos eorum, à quibus ea expetitur, considera, quales existant, & qualia tum fugiant, tum & sectentur. illud item dispice, sicut arenarum cumuli alii aliis superingesti priora abscondunt; perinde in vita contingere, ut antegressa à succedentibus quàm celerrimè abscondantur.

§. 35. Platonis dictum. Cui igitur animus sublimis fuerit, quique & tempus omne, & substantiam omnem contempletur; nunquid huic magnum quiddam putas posse videri hominis vitam? Fieri, inquit, non potest. Neque mortem igitur grave quid reputabit. Minimè verò.

§. 36. Antisthenis illud. Malè audire, cùm benefacias, regium est.

§. 37. Indignum est; vultum animo obsequentem, pro ejus imperio conformare & componere semet; ipsum autem animum ad suiipsius arbitrium non conformari & componi.

§. 38. *Nam neutiquam hominem rebus iraſci decet!*
Nil quippe curant ipſa.

§. 39.

ANNOTATIONES.

sentire, si nimis senseris. & *Ep.* 30. *nullum dolorem longum esse, qui magnus est.* & *Ep.* 94. *Optimam esse doloris naturam, quòd non potest, nec qui extenditur, magnus esse; nec qui est magnus, extendi.* Idem *de provident. c.* 6. *Contemnite dolorem: aut solvetur, aut solvet.* At festivè Morus noster dilemma tam Marci quàm Epicuri eludit; qui cùm ex Epicuri mente cecinisset;

Dejiciat miseram tibi nulla molestia mentem;
Si longa est, levis est: si gravis est, brevis est.

subjungit statim tanquam ex sua;

Dejicit heu miseram, prosternit & utraque mentem;
Longa nec ulla, levis: nec gravis ulla, brevis.

Vide *ad l.* 8. §. 58.

Καλὰ ἀπόλαψιν διατηρεῖ] lego ὑπόλαψιν. mens, inquit, nihil mali subesse opinetur, & tranquillitas inter cruciatus etiam acerbissimos constabit; cùm mens interim nihilo deteriùs se habeat. Vide *l.* 5. §. 2. & *l.* 6. §. 52. & *supra* §. 2. & 14. & *l.* 4. §. 7. & *infra* §. 64.

§. 34. Ὡς αἱ θῖνες] Elegans similitudo, ab arenis, vel Libycis, vel maritimis, mutuata, quarum acervi cumuliqe, sive ventorum sive fluctuum vehementiâ ac violentiâ adacti, alii aliis superveniendo, illos isti adoperiunt, obruúntqe. non absimilis translatio, *l.* 9. §. 28. in voce ἐπικυματώσεις. nam & hanc de arenis illis usurpavit Plutarchus in Alexandro *pag.* 680. *B.* Ἐι λάβρος ἐν ἄμμῳ βαθείᾳ καὶ ἀχανεῖ πορευομένοις ἐπικύσειε νότος. ὥς που καὶ πάλαι λέγεται περὶ τὸν Καμβύσου στρατὸν, ἀπαντήσας θῖνα μεγάλην, καὶ κυματώσας τὸ πεδίον, μυριάδας ἀνθρώπων πέντε κατασχὼν καὶ διαφθείρας. *Si procellosus in alto & vaste sabulo progredientes auster occupaverit, ut quondam dicitur Cambysis exercitui accidisse, quem arenæ ingentem cumulum excitavit volvitque per campum fluctus, ut quinquaginta millia capitum obruerit oppresseritque.* historiam habes Herodot. *l.* 3.

§. 35. Πλατωνικόν] ex *Politic. l.* 6. codicum discrepantiam habes ad marginem adnotatam.

§. 36. Ἀντισθενικόν] Ex Epicteti *Dissert.* apud Arrianum *l.* 4. *c.* 6. qi ut Cyro dictum ab Antisthene perhibet. Verùm utri Cyro dictum? majori? at hunc omnino non attigit. minori? nec hunc forsan unqam vidit. nevtri, credo. sumptum existimo ex altero *librorum* an *orationum* Antisthenis, qibus *Cyri* nomen præfixit, in qo Cyro dicentem hoc aliqem induxerat. utrũusque & Laërtius *l.* 6. *c.* 1. Et Athenæus *l.* 5. meminêre. Refert & Laërtius *lib.* 6. *c.* 3. ut Antisthenis dictum, Βασιλικὸν, καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν. *Regium est malè audire, cùm bene feceris.* Verùm Alexandro Macedoni tribuit Plutarchus in *apophth.* Βασιλικόν ἐστιν, ἓν ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν. Usurpavit & Dio Prusæus *Orat.* 47.

§. 37. Αἰσχρὸν] turpe menti, cùm vultum componat, sese ipsam non componere.

§. 38. Τοῖς πράγμασιν] Evripidis sunt ex *Bellerophonte*; ut docet Stobæus *tom.* 2. *tit.* 108. integros exhibent cùm Stobæus ipse, tum & Plutarchus *de tranq. pag.* 467. *A.* & *de Homer.*

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐκὶ θυμοῦσθαι χρεών.
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν. ἀλλ' ὁ τυγχάνων,
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν τιθῇ, πράσσει καλῶς.

Nihil est quod iraſcare rebus ſcilicet;
Non ira curæ illis tua est; bene huic erit,
Qi rebus obtingentibus recte utitur.

Subjungit idem *de tranq.* ex Platone *politic. l.* 10. Κυβείᾳ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπεικάσειν, ἐν ᾧ καὶ βαλεῖν δεῖ τὰ πρόσφορα, καὶ βαλόντα, χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι. τούτων δὲ τὸ μὲν βαλεῖν, ἐκ ἐφ' ἡμῖν. τὸ δὲ προσκαλεῖσθαι δέχεσθαι τὰ γινόμενα παρὰ τῆς τύχης, καὶ νέμειν ἑκάστῳ τόπον. ἐν ᾧ καὶ τὸ οἰκεῖον ἀφελήσει μάλιστα, καὶ τὸ ἀβέλτιστον ἥκιστα λυπήσει τοὺς ἐπιτυγχάνοντας, ἡμίεργον ἔργον ἐστίν, ὃν ἐν φρονοῦμεν. *Ludo enim tesserarum Plato vitam comparabat: ubi & jaciendum est quod sit commodum, & jactu quod cecidit rectè usurpandum. Ac facere quidem in nostra non est potestate: si verò rectè supimus, penes nos est quod fortuna obtulit convenienter accipere, & suo quoque disponere loco, ubi & propria maximè conducant, & qæ præter voluntatem evenient minimè offendant.* Idémque *ad Apollon. pag.* 112. *E.* Πάνυ καλῶς ὁ Πλάτων ἔοικε παραινεῖν, ἐν ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὥσπερ ἐν πλόῳ κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ ἑαυτῇ πράγματα, ὅπη ὁ λόγος ἐᾷ βέλτις' ἔχειν. *Admodum rectè videtur præcipere Plato, ut in hujusmodi casibus quiescamus: & ut in talorum jactu quicquid casus tulerit, id eò ponere, ubi maximè videbitur esse commodum.* Socrates apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 123. Πεπρῶσθαι τινὶ ἔοικεν ὁ βίος. καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον. ἐ γάρ ἐστιν ἄνωθεν βαλεῖν, ἐδὲ ἀναθέσθαι τὴν ψῆφον. *Alea ludo similis est vita: & quicquid evenit, veluti quandam tesseram disponere oportet. Non enim denuò jacere licet, neque tesseram aliter ponere.* Epictetus *Dissert. l.* 2. *c.* 5. Αἱ ὕλαι ἀδιάφοροι. ἡ δὲ χρῆσις αὐτῶν ἐκ ἀδιάφορος. πῶς οὖν τηρήσει τις ἅμα μὲν τὸ εὐπαθὲς καὶ ἀτάραχον, ἅμα δὲ τὸ ἐπιμελὲς καὶ μὴ εἰκαῖον, μηδ' ἐπισεσυρμένον; ἂν μιμῆται τοὺς κυβεύοντας. αἱ ψῆφοι ἀδιάφοροι, αἱ κύβοι ἀδιάφοροι. πόθεν οἶδα τί μέλλει πίπτειν; τῷ πεσόντι δ' ἐπιμελῶς καὶ τεχνικῶς χρῆσθαι, τοῦτο ἤδη ἡμῖν ἔργον ἐστίν. ὥστε καὶ ἐπὶ τοῦ βίου. *Res ipsæ quidem sunt indifferentes: sed earum usus non est indifferens. Quo pacto igitur idem simul constantiam & tranquillitatem, simul diligentiam & cautionem tuebitur ab animi simulatione remotam? Si eos imitetur qi ludunt tesseris. Calculi sunt indifferentes, tesseræ sunt indifferentes. Unde sciam qid sit casurum? Eo autem qod ceciderit diligenter & artificiosè uti, hoc verò meum munus est. Sic etiam in vita est.* Terent. *Adelph. act.* 4. *sc.* 7.

Ità vita est hominum, qasi cùm ludas tesseris:
Si illud qod est maximè opus, jactu non cadit,
Illud qod cecidit fortè, id arte ut corrigas.

Atqe hoc est, σοφὸν κυβευτὴν, *sapientem aleatorem* agere, imitari saltem; ut Sophocles apud Stobæum, *ad l.* 6. §. 44. laudatus.

Πεσήματιν γὰρ οὐκὶ θυμοῦσθαι] Dio Prusæus *Orat.* 74. Οἱ πρασπλαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἢ νὴ Δία ἐμπεσόντες εἰς πηλὸν ἢ βόθρον ἐκ ὀργίζονται τοῖς λίθοις ἢ τῷ πηλῷ. τελέως γὰρ ἂν ἦσαν ἀπάπλητοι. δέον αὐτὸς αἰτιᾶσθαι διὰ τὸ μὴ προσέχειν. *Qi offendunt in viis, aut hercle in lutum aut foveam incidunt, non insaniunt lapidibus aut luto: nam planè essent attoniti, qum sese accusare debeant qod non attenderint.* Verùm iram nonnullorum nihil qicqam subterfugit. Itaqe Plutarchus *de irac.* Θυμῷ

§. 39. *Diis leto exemptis ac nobis gaudia dones.*

§. 40. *Spicas velut frugiferas, sic vitam meti:*

Ut hic sit, ille non sit.

§. 41. *Si me meósque liberos Dii negligant,*

Hujus etiam constat ratio.

§. 42. *Æquum bonúmque à me est.*

§. 39. Ἀθανάτοις τε θεοῖς καὶ ἡμῖν χάρματα δοίης.

§. 40. a Βίον b θερίζειν, ὥστε κάρπιμον σάχυν.

Καὶ * τὸ μὲν εἶναι, * τὸ δ' μή.

§. 41. c Εἰ δ' ἠμελήθην ὑπ' θεῶν καὶ παῖδ' * ἐμοῦ,

d Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο.

§. 42. e Τὸ γοῦν ἐν μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον.

§. 43.

a *Eurípid. Hypsípyl.*
b *L.* 11. §. 34.
* τὸν Plut.
c *L.* 11. §. 6.
* ἐμῷ Lug.
d *L.* 6. §. 4. *l.* 12. §. 5.
e *Aristoph. Acharn.*

ANNOTATIONES.

μοῦ δ' ἄθικτον οὐδὲν, οὐδ' ἀπεπιχείρητον. ἀλλ' ἐργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις, καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς, καὶ Διΐ, καὶ θυρίοις, καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν. *Ira nihil intactum, nihil inacceſſum eſt: iraſcimur & hoſtibus & amicis, liberis & parentibus, atque adeo etiam diis, beſtiis, & animâ carentibus inſtrumentis.* Unde Galenus *de affect. cur. c.* 5. Ὅτι ὁ θυμὸς οὐδὲν ἀποδεῖ μανίας, ἐξ αὐτῶν ὧν δὴ καὶ ποιοῦσιν οἱ θυμούμενοι, μαθεῖν ἔστιν. παίοντες γὰρ, καὶ λακτίζοντες, καὶ κατασχίζοντες ἱμάτια, καὶ θραυσθῶδες ἐμβλέποντες, ἅπαντα περάστωσιν, ἄχρι καὶ τοῦ καὶ θύραις καὶ λίθοις καὶ πλοίοις ὀργίζεσθαι, καὶ τὰ μὲν καταράττειν, τὰ δὲ δάκνειν, τὰ δὲ λακτίζειν. *Quòd iracundia nihil ab inſania differat, ex iis, qa iracundi faciunt, promptum eſt diſcere; pulſantes enim & calcitrantes, & veſtimenta ſcindentes, & torvum quidam intuentes, omnia conficiunt uſque adeo ut oſtiis, lapidibus & clavibus ſuccenſeant, & alia quidem collidant, alia mordeant, alia calcibus petant.* Hoc autem nobis ab ipſa pueritia & infantia quodammodo inoleviſſe à nutricibus ipſis malè inſtitutis, conqeritur Epictetus *lib.* 3. *c.* 19. Νῦν δ' ἄλλην ὁδὸν ἐξ ἀρχῆς ἐλαλύθαμεν. ἐυθὺς ἔτι παίδων ἡμῶν ὄντων ἡ τίτθη, εἴποτε προσπταίσαμεν χάσκουσιν, οὐχ ἡμῖν ἐπέπληττεν, ἀλλὰ τὸν λίθον ἔτυπτε. τί γὰρ ἐποίησεν ὁ λίθος; διὰ τὴν τοῦ παιδίου σου μωρίαν ἤδει μεταβῆναι αὐτόν; *Nunc aliud iter ab initio ſumus ingreſſi. Statim à puero nutrix, ſi quando per oſcitantiam impegimus, non nos objurgavit, ſed lapidem verberavit. Quid autem commiſit lapis? Fuitne illi propter pueri tui ſtultitiam alio migrandum?*

§. 39. Ἀθανάτοις τε] Cujus epici iſta ſint, nondum comperi. Videntur parentis alicujus verba, filium ad rem probè ſtrenuéqe gerendam adhortantis. qibus gemina Solomonis illa *Proverb. c.* 23. *v.* 15, 16. & *c.* 27. *v.* 11.

Θεοῖς καὶ ἡμῖν] malim, θεοῖσι καὶ ἡμῖν, metri cauſſâ.

Χάρματα δοίης] Siquidem, *Filius ſapiens parentem exhilarat.* Solomon *Proverb. c.* 10. *v.* 1. & *c.* 15. *v.* 20. Menander apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 75.

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρὶ,
Ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν τινα
Τῶν ἐξ ἑαυτοῦ. —
Major voluptas nulla genitori datur,
Virtute qàm ſi videat ac prudentiâ
Florere qemqam de ſuo exortum ſatu.

Grotius. utì contrà rex idem ſapientiſſimus; *Prov. c.* 17. *v.* 21. *Qi ſtolidum gignit, gignit merum mœrorem ſibi:* (ità malim, qàm cum Junio *ad mœrorem.* qod exilius & jejunè magis dictum videri poſſit) *patérque ſtulti non gavdebit.* qo loco non gaviſurum eô modo vult accipi Druſius *obſerv. l.* 1. *c.* 22. qô *illavdatum Buſirin* apud Virgilium Gellius *Noct. Attic. l.* 2. *c.* 6. qem ibi viſe ſis. cæterùm interpres Anglicanus iſta prioribus ita connectit, ut eum qi rebus ipſis, ubi ex animi ſententia non ſucceſſerint, ſuccenſuerit, Diis hominibúſqe ludibrio fore dicatur. viderint alii.

§. 40 Βίον θερίζειν] Evripidis eſſe ex *Hypſipyle* avtor eſt Stobæus *tom.* 2. *tit.* 108. integros habemus apud Stobæum *ibidem*, Plutarchum *ad Apollon. pag.* 110. *F.* (ex qo, qia emendatiſſimos exhibere videtur, plurimùm tranſcripſimus) Clementem *Strom. lib.* 4. & à Cicerone verſos *Tuſc. l.* 3.

Ἕφυ μὲν ὑδεὶς, ὅστις 1. ὑ ποτεῖ βροτῶν,
2. Θάπτοι τε τέκνα, χ' ἅτερ αὖ 3. κ]ᾶσθαι νέα,
Ἀυτός τε 4. θνήσκοι. 5. κεῖνα δ' ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες 6. γῆν. ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον σάχυν,
Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δεῖ
Στένειν, ἅπερ δεῖ καιὰ φύσιν διαπερᾶν;
7. Δεινὸν γὰρ ὑδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.
Mortalis nemo eſt qem non attingit labor,
Morbúſque: multi ſunt humandi liberi,
Rurſus creandi: mórſqe eſt finis omnibus,
Qa generi humano angorem neqicqam afferunt.
Reddenda eſt terra terra. tum vita omnibus
Metenda, ut fruges: ſic jubet neceſſitas.
Ut ille vivat, ille non: nihil hac opus eſt
Lugere, natura qa fiunt legibus.
Grave eſt nihil, homini qod fert neceſſitas.

ità Cicero. Vide *ad l.* 6. §. 9. Epictetus *Differt. l.* 2. *c.* 6. Τίνος ἕνεκα γίνονται σάχυες; ὑχ ἵνα καὶ ξηραθῶσιν; ἀλλὰ ξηραίνονται μέν. ὑχ ἵνα δὲ καὶ θερισθῶσιν; ὑ γὰρ ἀπόλυτοι γίνονται. εἰ δὲ ὑδ' αἴσθησιν εἶχον, ἴυχεσθαι αὐτὰς ἔδει, ἵνα μὴ θερισθῶσι μηδέποτε; τοῦτο δὲ κατάρα ἐστὶν ἐπὶ σαχύων, τὸ μηδέποτε θερισθῆναι. ὕτως ἐσίον, ὅτι καὶ ἐπ' ἀνθρώπων κατάρα ἐστὶ τὸ μὴ ἀποθανεῖν. ὅμοιον καὶ τῷ μὴ πεπωθῆναι, μηδὲ θερισθῆναι. ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ οἱ αὐτοί ἐσμεν, ἅμα μὲν ὡς δεῖ θερισθῆναι, ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ τούτῳ παρακολυθοῦντες, ὅτι θεριζόμεθα, διὰ τοῦτο ἀγανακ]οῦμεν. ὅτι γὰρ ἴσμεν τίνες ἐσμὲν, ὅτε μεμελετήκαμεν τὰ ἀνθρωπικὰ, ὡς ἱππικὸς τὰ ἱππικά. *Qa de cauſſa naſcuntur ſpicæ nónne ut areſcant? nónne autem areſcunt ut demetantur? neqe enim abſoluta ſunt. Qod ſi ſenſum haberent, votáne facerent, ut ne unqam demeterentur? Ea verò ſpicis exſecratio eſſet, nunqam eas demeti. Sic hominibus etiam exſecrationem eſſe ſciendum eſt, nunqam eos emori: neqe aliud id eſſe, qam neqe matureſcere unqam, neqe demeti. Nos autem cum iidem ſimus, qos & demeti oportet, & iſtuc ipſum nos intelligere nos demeti, propterea ſuccenſemus? Neqe enim ſcimus qi ſimus, neqe res mortales ita meditatas habemus, ut eqites res eqeſtres.*

Θερίζειν] eâdem uſus eſt tranſlatione Tragicus idem in *Oeneo*, ſive ut Grotius mavult, *Ino*; referente Stobæo *tit.* 105. & Plutarcho itidem *ad Apollon.* ex parte:

Ἄπαντα, πολλοῖς ἐστιν ἀνθρώποις κακά.
Τοῖς δ' ἄρτι λήγει, τοῖς δὲ κίνδυνος 1. μίλει.
2. Κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς,
3. Θνητῶν τε γενεᾷ. τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
Τοῖς δὲ φθίνει τε καὐθερίζεται πάλιν.
Regina, multos opprimunt homines mala:
Ab his recedunt, rurſus illis imminent.
Eunt in orbem, terra qas fruges parit,
Hominúmqe ſoboles, qippe pars ſurgens viret,
Pars jam metenda expectat exitii diem.

Grotius. De Maxentio Nicephorus *l.* 7. *c.* 91. Ἐπὶ σμικρῷ γὰρ προφάσει, τὰς ὑπ' αὐτὸν δορυφόρους τοῖς δήμοις ἀνεὶς, μυρίον πλῆθος ἐθέριζεν. *Levi de cauſſa, immiſſo ſatellitio, innumerabilem populi multitudinem demetebat.* Vide & noſtrum *l.* 11. §. 34.

Καὶ τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μή.] lego τὸν μὲν, τὸν δέ. cum Plutarcho, Stobæo, Clemente. Sic *ſuprà* τοῖς μὲν, τοῖς δὲ, ἀνθρώποις ſcilicet.

§. 41. Εἰ δ' ἠμελήθην] Ex incerto Tragico, ſed pietatis prægnans profeſſio. Gemina planè Epicteti illa, *Diſſert. l.* 2. *c.* 16. his verbis Deum compellantis: Χρῶ μοι λοιπὸν, εἰς ὃ ἐὰν θέλῃς. ὁμογνωμονῶ σοι. ἴσ& εἰμί. ὑδὲν παρῃτῦμαι τῶν σοι δοκούντων. ὅπου θέλεις, ἄγε. ἣν θέλεις, ἐσθῆτα περίθες. ἄρχειν με θέλεις, ἰδιωτεύειν, μένειν, φεύγειν, πίνεσθαι, πλωτεῖν; ἐγώ σοι περὶ ἁπάντων τούτων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι. *Tracta me poſthac arbitratu tuo; ejuſdem tecum ſum animi; ſuſque deque fero; nihil recuſo qod tibi videbitur, qo voles ducito; veſte me qâ voles induto. Vis me fungi magiſtratu? privatam agere vitam? manere? exſulare? pauperie conflictari? opibus abundare? Ego te in his rebus omnibus apud homines defendam.* Vide *l.* 11. §. 6. & *l.* 12. §. 5.

Καὶ παῖδ' ἐμοῦ] Lugdunenſis editor καὶ παῖδ' ἐμῦ. qod eódem recidit, qanqam illud malim. nam qòd annotator, qi corrumpit ſæpius qàm corrigit, vult παῖδες ἐμῦ reſcribi, metri ratio reclamat.

§. 42. Τὸ γὰρ ἓν μετ' ἐμοῦ] Eſt Ariſtophanis ex *Acharn. act.* 2. qod in proverbialem loqendi formulam ceſſit. Ità uſurpârunt Cicero *ad Attic. lib.* 6. *Ep.* 1. & *l.* 8. *Ep.* 8. & Clemens Alexandrinus *Strom. l.* 6. Vide Pavlum Leopardum *emend. l.* 5. *c.* 25.

§. 43. Μὴ συνεπιθρηνεῖν] Epictetus *l.* 3. *c.* 24. Τὸ ἄλλα παρὰ φύσιν σοὶ κακὸν μὴ γενέσθω. ὑ γὰρ συνταπεινῦσθαι πίφυκας, ὑδὲ συνατυχεῖν, ἀλλὰ συνευτυχεῖν. *Qod alterius naturæ repugnat tibi malum ne eſto. Neqe enim tua natura fert ut unà de-*

1. ὑκ ἀεὶ π. *St.* 2. Θάπτειν. *St.* 3. κ]ᾶσθαι πάλιν. *St.* 4. θνήσκειν. *St.* 5. καὶ ταῦ'. *Pl.* 6. τεῖθ' ἄν. ἐχ' Pl. 7. ὃ δεινὸν ὑδ' *Cl.* ὑ δεινὸν ὑδ. *Heinſ.*

1. μίλει *St.* 2. Κύκλῳ γὰρ ἕρπει κ. τ. γῇ φ. 3. Θ. τ. γενεᾷ. *St.*

a *L.5.§.36.* b *Inf.§.69.* §. 43. [a] Μὴ συνεπιθρηνεῖν, [b] μὴ σφύζειν.

§. 43. *Lamentantibus nè collamenteris, neve commovearis.*

c *Plato Apolog.* §. 44. Πλατωνικά. [c] Ἐγὼ ὃ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείπιμι, ὅτι ὀ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ ὄιει δεῖν κίνδυνον ὠφελοῦ ζῆν, ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅτε τι καὶ σμικρὸν ὄφελος. ἀλλ' ὀκ [d] ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν ὅταν πράττῃ, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττει, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα ἢ κακοῦ.

§. 44. Platonis ista. Ego huic responsum hoc, justúmque illud, referrem. Parùm rectè censes, mi homo, si hominem, qi vel ullius sit usûs, existimas mortis vitæque discrimen in numero aliqo habiturum; nec hoc duntaxat consideraturum, id qod agit, justum an injustum, hominísque probi an improbi sit.

d *L.3.§.6, 7.l.6.§.2.*

e *Plato ibid.* §. 45. [e] Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ, ὃ ἄν τις ἀυτὸν τάξῃ ἡγησάμενος βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπ' ἄρχοντος τεχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὠφελογιζόμενον, μήτε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ.

§. 45. Ejusdem. Sic enim se rę verâ habèt, viri Athenienses; qocunqe loco semet collocaverit qis, statum eum sibi optimum ducens, avt à principe fuerit collocatus, eum hunc tueri (utì mihi videtur) oportet, etiamsi cum discrimine conjunctum id sit, nec ullius rei cujusqam, nè mortis qidem, præ eo qod est turpe, rationem habere.

f *Plato Gorg.* * ἢ τοῦ * ἰυκλίου §. 46. [f] Ἀλλ', ὦ μακάρμε, ὄρα μὴ ἄλλο τι τὸ γενναῖον, καὶ τὸ ἀγαθὸν, *ἢ τὸ σώζειν τι καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν ὁπωσοῦν χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα, *ἐατέον ἐστὶ, καὶ ὀ φιλοψυχητέον,

§. 46. Ejusdem. Verùm, ô bone vir, illud videris, annon aliud qid generosum esse bonúmqe existat, qàm servare & servari. neqe enim hoc est, qod, vir verè qi sit, tantopere expetere debeat, ut temporis tantundem vivat; neqe vitæ oportet avidum esse; sed

ANNOTATIONES.

primaris & calamitosus sis, sed ut unà sis fortunatus. De amico Plutarchus *lib. de discrim. amic. & adulas.*

Συσσωφρονεῖν γὰρ, ἀχὶ συνοσεῖν ἔφυ.
Unà agere rectè, non peccare unà solet.

Idémqe *de exil. pag.* 599. *A.* Δεῖ τὸν παρὰ τῶν φίλων καὶ τῶν βοηθούντων λόγον, παρηγορίαν εἶναι, καὶ μὴ συνηγορίαν τῷ λυπουντι. ὁ γὰρ συνδακρυόντων καὶ συνεπιθρηνούντων, ὥσπερ χορῶν τραγικῶν, ἐν τοῖς ἀβελτήροις, χρείαν ἔχομεν, ἀλλὰ παρρησιαζομένων καὶ διδασκόντων, ὅτι τὸ λυπεῖσθαι καὶ τὸ ταπεινοῦν ἑαυτὸν, ἐπὶ παντὶ μὲν ἄχρηστόν ἐστι καὶ γινόμενον κενῶς καὶ ἀνοήτως. ὅταν δ' αὐτὰ τὰ πράγματα διδωσιν ὑπὸ τοῦ λόγου ψυλαφηθῆναι καὶ ἀνακαλυφθῆναι πρὸς ἑαυτὸν εἰκῆ,

Οὐδὲν πίσυνθας δεινὸν, ὃν μὴ προσκοπεῖ,
nemidèn gelotîon est, mì tìs sarkòs punthánesthai tí pískonthi, mēdè tês psychês, ei dià tò súmpthoma tûto cheírōn gégonen, allà toîs ex ōthen sunachthoménois kaì sunagōnistûsi didaskálois chrēsthai tês lúpēs. Oportet ei qi in dolore est, orationem ab amicis adhiberi, non qa assentetur, sed qa consoletur. Qippe in rebus adversis non opus nobis est, qi unà nobiscum tragici in modum chori plorent atqe lamententur: sed qi liberè nos moneant, doceantqe nos: qòd cum alias dolori indulgere, & animo concidere inutile sit atqe fatuum. Tum ubi res ipsa ratione tractata atqe ante oculos exposita monent te sic teipsum debere compellare,

Non facta tibi est, si dissimules, injuria:

nimis qam ridiculum esse non carnem interrogare, aliqidne ei acciderit, non animum, an iste eum casus deteriorem fecerit: sed foris nobiscum dolentibus atqe indignantibus magistris lugendi uti. Καὶ τὰ μὴ νοσοῦντα συνοσεῖν ἀναγκάσαι. *Et qa agrota non sunt, unà dolere cogere.* utì ex Achæo idem *ad Apollon. pag.* 112. *E.* qo loco subjungit optimè. Οὐ δεῖ προσκλαίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τῆ πληγέντος βοᾶν, ἀλλ' ἐθίζειν τὴν ψυχὴν, ὅτι τάχιστα γίνεσθαι περὶ τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν, ἰατρικῆ θρηνῳδίαν ἀφαιζοντας. *Non debere nos, sicubi offendimus, pueros imitari, qi manibus læsa parti injectis vociferantur: sed adsvefacere animos nostros, ut qamprimum ejulationem medicâ arte abolentes, sananda restituendaqe parti affecta operam demus.* Gregorius Nazianzenus *Epist.* 35. *ad Ecebol.* Οὐκ ἐξαρκεῖ τὸ ἀποδύρασθαι μόνον ἃ πάσχομεν. ἀλλὰ δεῖ τινος καὶ φαρμάκου πρὸς τὴν πληγήν. *Ea, qa patimur deplorare, minimè sufficit, verùm medicamentum etiam qodnam vulneri adhibendum est.* Aristoteles *ethic. l.* 9. *c.* 11. Οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν, ἴυλαβοῦνται συλλυπεῖσθαι τοὺς φίλους αὐτοῖς. καὶν μὴ ὑπερβείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ τὴν ἐκείνοις γινομένην λύπην, οὐχ ὑπομένει. ὅλως τε συνδρήσεις ὁ προσίσταται, διὰ τὸ μηδ' αὐτος εἶναι θρηνητικός. γύναια δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, τοῖς συνιάζουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ συνεργοῦντας. μιμεῖσθαι δ' ἐν ἅπασι δεῖ δηλονότι τὸν βελτίω. *Qi virîles naturâ sunt, cavent, nè amici secum condoleant:* & *nisi ipse dolorem, qi ab illis suscipitur, indolentiâ exsuperet, non sustinet, atqe omnino collugentes non admittit, propterea qod lugubris neqe ipse est. Mulierculæ verò atqe hujusmodi viri collamentantibus delectantur, eosqe ut amicos & condolentes diligunt. Sed in omnibus imitari procul dubio meliorem debemus.* Aristippus itidem suis qibusdam tristitiâ mœstitiâqe sese macerantibus; Ἀλλ' ἔγωγε ἦκω παρ' ὑμᾶς, οὐχ ὡς συλλυπούμενος, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους. *At ego non venio ut ad vestros dolores meos adjungam, sed ut vobis omnem mœrorem ex animis eximam.* Ælianus *var. hist. l.* 7. *c.* 3. Qanqam permittit Epictetus *enchir. c.* 16. μέχρι μέν τοι λόγῳ συμπεριφέρεσθαι καὶ συνεπιτείνειν, *oratione qidem subservire & congemiscere*, si usus fuerit. Vide *ad l.* 11. §. 18. κατ' οἰκονομίαν. Vide *ad l.* 5. §. 36.

A

Μηδὲ σφύζειν] σφύζειν, *trepidare, concuti, palpitare*, insigniter commoveri, ut indicio externo animi affectus se prodat. σφύζειν καὶ σφυγμὸς de spirituum in arteriis motu pulsúqe naturali jam communiter usurpantur, nec aliud qicqam intellexit Aristoteles *hist. animal. l.* 3. *c.* 19. ubi dixit; Σφύζει δὲ τὸ αἷμα ἐν ταῖς φλεψὶν, ἐν ἅπασι πάντη ἅμα τοῖς ζώοις. *Palpitat intra venas sanguis omnium animalium. venas* enim promiscuè pro *arteriis* etiam dixere. Verùm monet Galenus *de dogmat. Hipp. ac Plat. l.* 6. *c.* . & in *prognost. Comment. l* 1. & 3. à veteribus plerumqe aliud qiddam eis vocabulis designatum, nempe τὴν σφοδρὰν εἰς τοσοῦτον τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν, ὡς καὶ πρὶν ἐπιλαβέσθαι τὴν ἁφὴν, αἰσθητὴν εἶναι τὸν θρόμβον τὴν κίνησιν. id est, *motum arteriarum adeò vehementem*, qalis in inflammationibus contingere solet, *ut ipso affectu etiam, antequam manu attingas, facilè possit deprehendi.* idqe se alibi demonstrâsse dicit, & ostendit re verâ *de puls. differ. l.* 4. *c.* . & *de loc. affect. lib.* 2. & alibi. Vide Anutium Fœsium *œconom. Hippocr.* Indè translatum est τὸ σφύζειν ad motum qemlibet ab affectûs vehementia animíqe impotentia in corpore sese exerentem. Hesychius Σφύζει, πηδᾷ, φλεγμαίνει. Σφύζει, *salit, turget*, Apud Svidam Pisides;

Σφύζεις, Ἀχιλλεῦ, καὶ μεθύουσι τὰς φρένας.
Turges, Achilles, mentis-havd compos tua.

B

C

Democritum, cùm rex *μηδένα ἄνδρα, virum nè unum* qidem iſtiuſmodi reperire poſſe ſe profiteretur, more ſuo ridentem ſubjeciſſe, Ἔλε, *ὦ πάντων ἀνοητότατε, θρηνεῖς ἀνιαρῶς, ὡς μόνῳ ἀλγεινῷ τοσούτῳ συμπλακείς, ὃ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον ἀνιηρᾶς πάθους ἴσχων ἐυρεῖν; Et te, omnium meptiſſime, non pudet lugere, qaſi ſolus malis iſtiuſmodi conflictareris, cùm nè unum qidem ex omnibus qi unqam fuerint, reperire poſſis, cui ejuſmodi nihil qicqam obtigerit?* Interpretationem vocabuli confirmat & Lucianus in *vita Demonactis Cynici, p.* 865. qem ille Herodi Attico filii mortem immoderatiùs lugenti, pari technâ illuſiſſe refert, *τῷ παιδὸς τὸ εἴδωλον ἀναγαγεῖν, filii umbram ex inferis reducere*, pollicitum, *εἰ μόνον ἀυτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. Si tres tantùm homines illis nominares, qi neminem unqam luctu eſſent proſecuti.* qod ille cùm præſtare neqiret, ſubjeciſſe Cynicum; Εἶτ', *ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον; Tandem, o ridicule, an te ſolum intolerabilia ferre exiſtimas, neminem videns luctus expertem.* Ità Juliano qi ἀπένθητος dicitur, idem Luciano πένθους ἄμοιρος nuncupatur. Nec inficetum Socratis illud qod Plutarchus *ad Apollon.* ſic refert. *Εἰ συνενέγκαιμεν εἰς τὸ κοινὸν τὰς ἀτυχίας, ὥστε διελέσθαι τὸ ἴσον ἑκάστοις, ἀσμένως ἂν τὰς πλείας τὰς ἀυτῶν λαβόντας ἀπελθεῖν. Si in unum congereremus noſtras adverſitates, ea conditione, ut aqalem inde qiſqe portionem auferret, pleroſqe libenter receptis, qas attuliſſent, abituros.* Herodotus *lib.* 7. *p.* 493. *B.* his verbis expreſſit: *Εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ εἰς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισιν. ἐσκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι ἀυτῶν ἀποφερούμενοι ὀπίσω, τὰ ἑωυτῶν ἀπενείκαιντο. Si omnes homines, qi domeſtica mala in medium contuliſſent, cum vicinis mutare volentes, mala vicinorum intuiti fuiſſent, libenter reportaturos rurſum ſingulos ea qa ipſi attuliſſent.*

Περὶ τὸ πῶς χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλῳ γίνεσθαι] Utile admodum documentum, ut non tam animo obturbemur de eis qæ nobis ſecius obtigerint, qàm cogitationem in hoc totam defixam habeamus, qomodo eventus illos adverſos probè utendo, in rem noſtram convertamus. Facit huc cumprimis totus ille Plutarchi tractatus *de utilitate ex inimicis capienda.* Sed & Maximi Tyrii *Diſſert.* 35. Ὅτι ἐσὶ καὶ ἐκ τῶν περισάντων ὠφελεῖσθαι. *Ex adverſa fortuna utilitatem percipi.* Et Epicteti *l.* 3. *c.* 20. Ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτός ἐσιν ὠφελεῖσθαι. *Poſſe fructum è rebus externis omnibus capi.*

Ὕλη σε ἕξει] *σοι*, malim. Vide *ad l.* 4. §. 1, 49. & *l.* 10. §. 33. & *infrà* §. 68. Epictetus *l.* 4. *c.* 10. Ἔξεσί σοι παντὶ τῷ ἀποβαίνοντι χρῆσθαι κατὰ φύσιν. καὶ ὑδείς σε κωλύσαι δύναται. μηκέτι ἂν μοι λέγε, Πῶς γένηται; πῶς ἀποβῇ; ὅπως γὰρ ἂν γένηται, σὺ αὐτὸ θήσεις καλῶς, καὶ ἕξει σοι τὸ ἀποβὰν εὐτύχημα. *Licet tibi qolibet eventu ſecundum naturam uti, & nemo te prohibere poteſt. Noli ergò poſthac mihi dicere, qomodo cadet? Utcunqe enim ceciderit, ta rectè de eo ſtatues, & ipſe eventus tibi proſper erit.*

Μόνον πρόσεχε, καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι] Ni vitioſa ſit ſcriptura; σεαυτῷ καλὸς, i. e. *tibi bonus*, dicit, non eô ſenſu, qô Jaſon Syracides *c.* 14. *v.* 5. Ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, τίνι ἀγαθὸς ἔσαι; *Qi ſibi neqam, cui bonus?* qô Pſaltes *Pſal.* 49. *v.* 18. *Cùm tibi benefeceris, collaudabunt te homines.* avt qô Evripides verſu illo celebratiſſimo, apud Platonem *Hipp. maj.* Ciceronem *ad famil. lib.* 13. *Epiſt.* 15. Plutarchum *de latend.* in *Alex.* & *Caton. maj.* Lucianum *Apolog.* Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. alios.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Odi profeſſum ſapere, ſibi qi non ſapit.

Sed qô Apoſtolus dixit, *ad Rom. c.* 14. *v.* 22. Πίσιν ἔχεις; κατὰ σαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. *Fidem habes? habe apud te in conſpectu Dei.* i. e. ſis temetipſo Deóqe teſte contentus. μὴ πόμπευε, μηδ' ἀλαζονεύου. *ne publicè oſtentes, neve te inſolenter geras.* Epictetus *l.* 3. *c.* 23. qô Socrates in *Platonis Sympoſ.* tibicinam jubet, αὐλεῖν ἑαυτῇ, *ſibi canere.* Unde Iſmenias, eundémqe imitatus Julianum in *miſopog.* Ταῖς μούσαις ἕσο, καὶ ἑαυτῷ. ex Antigenidis præceptoris monito, *qi populo minùs placentem juſſit, ſibi canere & Muſis.* Cicero Bruto. qô Epictetus *l.* 4. *c.* 8. Σαυτῷ φιλοσόφησον. *Tibi ipſi philoſophare.* qi & *ibidem* de Evphrate, Καλῶς Εὐφράτης ἔλεγεν, ὅτι ἐπιπολὺ ἐπεκρύπτετο φιλοσοφῶν, καὶ ἦν μοι, φησὶ, τοῦτο ἀφόλιμον. πρῶτον μὲν γὰρ ἤδεισαν, ὅσα καλῶς ἐποίουν, ὅτι δι' ἄλλο τι ἐποίουν, ἀλλὰ δι' ἐμαυτόν. ἥσθιον ἐμαυτῷ καλῶς, κατεσταλμένον εἶχον τὸ βλέμμα, ἀυτὸν περιεπάτουν. πάντα ἐμαυτῷ καὶ τῷ Θεῷ. *Rectè dicebat Evphrates, ſe longo tempore diſſimulaſſe philoſophiæ ſtudium, eámqe diſſimulationem ſibi profuiſſe. Primùm enim ſciviſſe ſe, qa rectè faceret, ea ſo non facere propter ſpectatores, ſed propter ſemetipſum: ſe ſibi ipſi rectè comediſſe, compoſitis fuiſſe oculis, in deambulationibus ſervaſſe modum: omnia ſibi & Deo præſtitiſſe.* Gregorius Nazianzenus *Ep.* 60. Τὰς μὲν πολλὰς ἔα χαίρειν, καὶ εἶναι κολοιὰς πλῆσιν ἀστῶν δοκιμάζοντας. ἀυτὸς δὲ σεαυτῷ χρῶ συμβούλῳ καὶ τῷ Θεῷ. *Homines qidem imperitos valere ſine, & graculos eſſe, aqilarum volatum exploranteſ: te autem ipſum & Deum in conſilium adhibe.* Vide *infrà* §. 67. & *l.* 9. §. 26. & *l.* 10. §. 9. Xylander. *Stude, ut tibi ipſi in omnibus actionibus honeſtatem conſecutus videaris.* qem & Caſavbonus ſeqitur. Cæterùm, ut qod revera ſubeſſe ſentiam, liberè eloqar; hæc omnia præter Marci mentem prorſus exiſtere avtumo; locúmqe, qi trajectione laborat, ità operâ leviculâ reſtituendum. μόνον πρόσεχε σεαυτῷ. καὶ θέλε καλὸς εἶναι ἐπὶ πάντος ἕ πράσσῃς. formula familiaris in eis, qibus cavtio præcipitur, monitis. πρόσεχε σεαυτῷ. & προσέχετε ἑαυτοῖς. Siracides *c.* 29. *v.* 23. Lucas *Evang. c.* 17. *v.* 3. & *c.* 21. *v.* 34. & *Act. c.* 5. *v.* 35. & *c.* 20. *v.* 28. pro qo & Pavlus, ἔπεχε σεαυτῷ, dixit, *ad Tim. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 16.

Καὶ μέμνησο ἀμφοτέρων, ὅτι καὶ διάφορον ἐφ' ᾧ ἡ πρᾶξις] legendum forſan, καὶ μέμνησο ἐπ' ἀμφοτέρων. ὅτι διάφορον, ἐφ' ᾧ ἡ πρᾶξις. in utriſqe avtem illis, hoc eſt, tum in illis ſibi dimittendis, qi fecius ſe gerunt, tum & in rerum iſtarum, qæ contingunt, uſu, medium qiddam eſſe, nec bonum ſcilicet, nec malum, illud circa qod actio tua verſatur. Hæc ex conjectura non improbabili. nam interpretes qæ repræſentant, qomodo ex lectione, qam admittunt, elici poſſint, nullus video. Epictetus. *l.* 2. *c.* 5. Αἱ ὕλαι ἀδιάφοροι. ἡ δὲ χρῆσις αὐτῶν ἐκ ἀδιάφορος. *Res ipſæ qidem ſunt indifferentes; ſed earum uſus non eſt indifferens.*

§. 59. Ἔνδον βλέπε] Vide *ad lib.* 6. §. 3.

Ἔνδον ἡ πηγὴ τῦ ἀγαθοῦ] In mente ſcilicet. Plutarchus *de audiat. pag.* 56. *B.* Σπέρμα τῶν πράξεων ἡ διάθεσις. ἀρχὴ καὶ πηγὴ τοῦ βίου τὸ ἦθος. *Semen eſt actionum diſpoſitio, indoles eſt initium ac fons vitæ degendæ.* Idémqe *de tranqil. pag.* 467. *A.* Διὸ τὴν πηγὴν τῆς εὐθυμίας ἐν αὐτοῖς ὄντων ἡμῶν ἐκκαθαίρωμεν, ἵνα καὶ τὰ ἐκτὸς, ὡς οἰκεῖα καὶ φίλια, μὴ χαλεπῶς χορεμένοις συμφέρηται. *Ergò fontem tranqillitatis animi in nobis inſitum expurgemus: ut externa etiam tanqam familiaria non cum moleſtia nobis accidant atqe uſurpentur.* Solomon *Prov. c.* 4. §. 23. *Præ omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: indè enim prodit vita.* Vide *infrà* §. 61. & *l.* 8. §. 45. Epictetus *enchir. c.* 46. Ἰδιώτου φάσις καὶ χαρακτὴρ. οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην. φιλοσόφου φάσις καὶ χαρακτὴρ. πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἀφ' ἑαυτοῦ προσδοκᾶ. *Plebeji ſtatus & nota eſt, nunqam à ſeipſo vel damnum expectare vel utilitatem. Philoſophi ſtatus & expreſſa imago eſt, omnem utilitatem & damnum à ſemet ipſo expectare.* Seneca *Ep.* 74. *Omnium bonorum vis & origo in ipſa eſt virtute. qid refert, an aqa decurrens intercipiatur atqe abeat, ſi fons ex qo fluxerat, ſalvus eſt?*

Ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς] Alludit ad naturam fontium, qi qò altiùs fodias, crebriùs havrias, eò magìs ebulliunt & ſcaturiunt uberiùs. Clemens Alexandrinus *pædag. l.* 3. *c.* 7. Τῶν φρεάτων ὅσα πίφυκε βρύειν, ἀναπλήσαντα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναπηδᾶν μέτρον. *Qicunqe putei ſcaturiunt, exhauſti in priſtinam menſuram revertuntur.* qod ille ad liberalitatem transfert.

§. 60. Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηγέναι] Huc Chilonis illud monitum, Laërtii *l.* 1. *c.* 70. Ἐν ὁδῷ μὴ σπεύδειν. *In via non feſtinandum.* &, λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα. μανικὸν γάρ. *Inter loqendum non eſſe movendam manum: eſſe enim vecordium.* Plutarchi nomine avtor *de fort. Rom. pag.* 317. *C.* Τῆς μὲν ἀρετῆς πρᾶόν τε τὸ βάδισμα, καὶ τὸ βλέμμα καθεστηκός. *Virtutis placidus eſt ingreſſus, & vultus conſtans.* qod βλέμμα re-

motu, nec geſtu temerè jactetur. qale enim in vultu ſpecimen ſui exhibet méns, dum ſcitè eum atqe decenter componit; tale qiddam & in toto corpore exigitur. cæterùm iſta citra affectationem ſunt obſervanda.

§. 61. Ars vivendi eſt luctatoriæ càm ſaltatoriæ ſimilior. cùm in hoc ſit poſita, ut adverſùs contingentia improviſa in procinctu ſemper qis ac immotus conſiſtat.

μήτε ἐν κινήσει, μήτε ἐν σχήσει. a ἴδιον γάρ a Sup. §. 24. l. 11. §. 15.
τι ἐπὶ τῷ πρόσωπῳ παρέχειν ἡ διάνοια, συνε-
τὸν αὐτὸ καὶ εὔκαιρον συντηροῦσα, τοιοῦτο καὶ ἐπὶ
ὅλῳ τῷ σώματι ἀπαιτητέον. πάντα γὰρ ταῦτα
b σὺν τῷ ἀνεπιτηδεύτῳ φυλακτέα. b L. 1. §. 16.

§. 61. c Ἡ βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα c L. 11. §. 1. l. 12. §. 9.
ἤπερ τῇ ὀρχηστικῇ, κατὰ τὸ πρὸς τὰ ἐμπίπτοντα
καὶ ἃ προεγνωσμένα, ἕτοιμον καὶ ἀπλῶς ἑστάναι.

§. 62.

ANNOTATIONES.

πηγὰς, cum noſtro, Epictetus dixit *l.* 2. *c.* 8. ὀφθαλμὸν πεπηγότα, in *Marco* Sophiſtâ *pag.* 529. Philoſtratus. Baſilius Cæſar. *Ep.* 1. *p.* 786. *B.* Τὸ βάδισμα μηδὲ ταθρὸν, ὡς ἔκλυσιν τῆς ψυχῆς κατηγορεῖν. μηδ' αὖ σφοδρὸν καὶ σεσοβημένον, ὡς ἐμπλήκτως αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ὑποφαίνειν. *Inceſſus eſto nec ſegnis, ne animum diſſolutum declaret, nec rurſus vehemens inſolenterqe incitatus, ne conſternatos impetus animi ſignificet.* Galenus in *hortator. c.* 4. Fortunæ aſſeclas depingit, θεούσῃ τῇ δαίμονι συνθέοντας. *cum curſante dea currentes.* at de Mercurii ſectatoribus, *c.* 5. πάντες μὲν, κόσμιοι inqit: ὑ δίκαι δὲ, ὐδὲ βοῶσιν, ὐδ' ἀλλήλοις μάχονται. *omnes qidem honeſti. neqe vagi currunt, neqe vociferantur, neqe mutuâ pugnâ decertant.* Anacharſidem deſcribens Maximus Tyrius *Diſſert.* 15. Ἀνὴρ σοφὸς σοφίαν ὑ πολυῤῥήμονα, ὐδὲ λαλόν. ἀλλ' ἦν αὐτῆς τὸ κεφάλαιον, βίος ἀκριβὴς, καὶ γνώμη ὑγιὴς, καὶ λόγος βραχὺς, ἴυγξ χος, ἰσχνὸς ὑ πελτικῇ μυθοφόρῳ ἀπροσράτως θέοντι, ἀλλ' ὁπλίτῃ βάδην ἰόντι, καὶ κινουμένῳ ἀσφαλῶς. *Vir qi ſapientiam profitebatur, verboſam minimè aut loqacem. Sed cujus non alius finis eſſet, qàm accurata vita ratio, mens ſana, ſermo brevis ſed acutus, planéqe ſimilis non peltatis illis, qi ſine ordine in exercitu diſcurrunt, ſed cataphracta, qi & lentè & providè incedit.* Alexis apud Athenæum *l.* 1. *pag.* 21. *D.*

Ἐγὼ γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων
Εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀῤῥύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς,
Ἔξὸν καλῶς. —
Illiberale cenſeo nimirum ego,
Per publicas vias ineptè progredi,
Cum aptè liceat.

Qod Plavtus *Pœnul.* 3. 1.

Liberos homines per urbem modico magis par eſt gradu
Ire: ſervile eſſe duco feſtinatim currere.

Alexander Severus apud Lampridium. *Ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere.* Clemens Alexandrinus *pædag. l.* 3. *c.* 11. Ἀνδρὸς γνησίου σημεῖον ὐδὲν εἶναι δεῖ περιφανὲς ἐν τῷ προσώπῳ μαλακίας. ἀλλ' ὐδ' ἐκ ἑτέρου μέρους τοῦ σώματος. μὴ τοίνυν μηδὲ ἐν κινήσεσιν, μηδὲ ἐν σχίσεσιν ἐυρυθεία ποτὲ ἡ ἀσχημοσύνη τῆς ἀνδρείας. *In fortis viri vultu nullum eſſe oportet ſignum mollitiei, ſed neqe in ulla parte corporis. Neqe ergo in motu, neqe in habitu inveniatur unqam magni animi & excelſi dedecus.* Vide Siracidem *cap.* 19. *v.* 26, 27.

Ἐπὶ τῷ προσώπῳ] ὥστε συνεμφαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ. *Ut in illa animi virtus ſtatim compareat.* ut Galenus *hortat. c.* 3. Achilles Tatius *l.* 6. *pag.* 371. Ὁ νῦς ὅ μοι δοκεῖ λελίχθαι καλῶς ἀόρατον εἶναι παράπαν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς, ὡς ἐν κατόπτρῳ, τῷ προσώπῳ. *Illud mihi non rectè dictum videtur, mentem omnino cerni non poſſe: in vultu enim tanqam in ſpeculo perfectè cernitur.* Phraates apud Philoſtratum in *vit. Apollon. l.* 2. *c.* 12. Πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἐρμηνεύουσι. πολλὰ δὲ ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται, γραμματεύειν τε καὶ θεωρεῖν. ἀφ' ὧν σοφοί τε καὶ φυσικοὶ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ εἰδώλα, τὰς νῦς τῶν ἀνθρώπων διαθεῶνται. *Oculi namqe mores hominum pleroſqe indicant. Multa etiam in ſuperciliis, geniſqe poſita ſunt, ex qibus ſapientes, & natura periti homines imagines velut in ſpeculo adſpicientes, qa mens illis, qódqe ſit ingenium contemplantur.* Cicero *in Piſon. Vultus ſermo qidam tacitus mentis eſt.* & *de Orator. l.* 2. *Senſus animi plerumqe indicant vultus.* Tertullianus *de reſurr. c.* 15. *Volutet aliqid animus, vultus operatur indicium: facies intentionum omnium ſpeculum eſt.* Vide *ſuprà* §. 23. Apud Clementem Alexandrinum *pædag. l.* 3. *c.* 11. Zeno adoleſcentis modeſti imaginem ſic delineat: Ἔσω καθαρὸν τὸ πρόσωπον. ὀφρὺς μὴ καθειμένη. μηδὲ ὄμμα ἀνακεκλασμένον, μηδὲ ἀναπεπλασμένον. μὴ ὕπτιος ὁ τράχηλος. μηδὲ ἀνεσμένα τὰ τοῦ σώματος μέλη. ἀλλὰ τὰ μετέωρα ἐντόνοις ὁμοῖα * ὀρθόνυ. [* ὀρθοτόνυ. Arcerius] πρὸς τὸν λόγον ὀξύτης, καὶ κατοχὴ τῶν ὀρθῶς εἰρημένων. καὶ σχηματισμοὶ καὶ κινήσεις μηδὲν ἐνδιδοῦσαι τοῖς ἀκολάστοις ἐλπίσι. αἰδὼς μὲν ἐκκαθεῖτο, καὶ ἀῤῥωστία. *Sit pura facies, ſupercilium non demiſſum, nec oculus ſublimis, neqe fractus, cervix minimè ſuſpenſa, nec remiſſa membra corporis; ſed erecta & intenſa, & erectè extenſa: ad ſermonem promptitudo, & bona eorum, qa dicta fuerint memoria, habitúſqe & motus, qi nullam ſpem præbeat impudicis. Reſideat qidem in vultu pudor, & virum aſpectu pra ſe ferat.* Ità Iſidorus Peluſiota *l.* 3. *Ep.* 287. Ὥσπερ σώφρων γυνὴ ἐπὶ τῷ προσώπῳ τῆς ἀγνείας τὰ σύμβολα φέρουσα, τὰς τῶν ἀκολάστων ὀφρῦν καλάζει προσδοκίας. ὕτω καὶ σώφρων ψυχὴ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων φέρουσα τὰς ἀρετῆς τὰ συνθήματα, τὰς τῶν διαφθείρειν αὐτῆς τὴν ὄψιν βλεμμάτων διεκπίπτει ἐλπίδας. *Qemadmodum pudica mulier caſtitatis notas in facie geſtans, eorum, qi impudicos in eam oculos conjiciunt, expectationes reprimit: eodem modo pudica anima virtutis teſſeras in ſenſibus ferens, eorum, qi ipſius pulcritudinem corrumpere cupiunt, ſpes exſcindit.* Et *Ep.* 288. Ὄμμα γὰρ ἀναιδὲς, καὶ αὐχὴν μετέωρος, καὶ ὀφρύων συνεχὴς κίνησις, καὶ βάδισμα σεσεβημένον, &c. τεκμήριον ψυχῆς ἴσιν αἰσχίστης, τὰς ἀφανεῖς τῶν οἰκείων παθῶν χαρακτῆρας ἐντυπούσης τῷ σώματι. *Impudens enim oculus, & elata cervix, & perpetua ſuperciliorum agitatio, & turbulentus inceſſus, &c. fœdiſſimi animi argumentum eſt, obſcuras perturbationum ſuarum notas corpori imprimentis.* Vide *l.* 11. §. 15. De Bruto Fabius *inſtitut. l.* 10. *c.* 1. *Scias eum ſentire qa dicit.*

Σὺν τῷ ἀνεπιτηδεύτῳ] Huic opponitur τὸ κατασχηματίζειν αὐτὸν πρὸς τὸ σκυθρωπὸν, ſeipſum transfigurare in habitum triſtem ac tetricum. ut Baſilius Cæſar. *Orat.* 1. *de jejun. pag.* 322. *B.* qod in Phariſæis notat D. Chriſtus Matth. *c.* 6. *v.* 16. verbis illis: Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. *Qm autem jejunatis, ne eſtote ut hypocrita tetrico vultu: deformant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunare.* Eſt avtem elegans παρήχησις in vocibus illis, ἀφανίζουσιν, ὅπως φανῶσιν. unà cum latente itidem oxymoro; qale illud qod apud Lucam obſervavit Caſavbonus *Act. c.* 5. *v.* 41. Ὅτι καταξιωθήσαν ἀτιμασθῆναι. *Qod digni eſſent habiti qi contumelia afficerentur.* ſunt enim, ut καταξιοῦσθαι & ἀτιμάζεσθαι, ità φαίνεσθαι & ἀφανίζεσθαι, ſenſu planè contraria. non accedo tamen Baſilio, qòd τὸ ἀφανίζεσθαι ſic explicat, ἀφανίζεται τὸ πρόσωπον, ὅταν ἡ ἔνδον διάθεσις ἐπιπλάστῳ σχήματι τῷ ἔξωθεν ἐπισκοτῆται, ὥσπερ ὑπὸ παραπετάσματι τῷ ψευδεῖ καλυπτομένη. *Obſcuratur facies, qum internus affectus externâ ſpecie velut incruſtamenta inducto tegitur, ac mendacio, ceu velo obtento celatur.* vide *ſuprà ad* §. 23.

§. 61. Ἡ βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα] *Artem vivendi luctatoriæ* magìs qàm *ſaltatoriæ* ſimilem eſſe dicit, primò, qia hoc eſt in utraqe illa principale, cavere nè dejiciaris, ſed conſiſtas jugiter: cùm in ſaltando, non tam de conſiſtendo, qàm de geſticulando laboretur. Ità Apoſtolus ad *Epheſ. c.* 6. *v.* 11. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι. ὅτι ἐστὶν ἡμῖν ἡ πάλη, *Ut poſſitis ſtare, qoniam nobis lucta eſt,* &c. Et mox *v.* 13. Ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. *Ut poſſitis obſiſtere tempore adverſo, & omnibus confectis ſtare.* Vide *ſuprà ad* §. 51. & Petrum Fabrum *agoniſt. l.* 1. *c.* 11. deinde etiam, qia in ſaltando ſtaticulos & geſticulationes omnes præmeditatas apud ſe ſaltator habet, ſiqe in illis exprimendis exhibendíſqe artificio ſimul & arbitrio utitur. cùm in lucta ad adverſarii technas conatúſqe attendere atqe accommodare ſe is qi luctatur, neceſſe habeat. qâ ratione & τῇ κυβευτικῇ ἡ βιωτικὴ confertur. Vide *ſuprà ad* §. 38. aliâ avtem ratione *ſaltatoriæ* diſſimilem fecit artem vivendi, *lib.* 11. §. 1. & *l.* 12. §. 9. ibi vide ſis.

Οὐ προεγνωσμένα] qæ ideo graviora videri ſolent, qia minùs prævisa ſunt. ſiqidem *præmoniti præmuniti*; qod vulgò dicitur. Bernardus in *concion. ſolemn.* 33. & *de diverſ. argum.* 37. &, *prævisa jacula minùs feriunt.* Gregorius Romanus *in Evang. hom.* 35. Et contrà, Ταράττει τὸ παρὰ γνώμην γεγονὸς καὶ πολλὴν παρέχει ἀθυμίαν. *Qod inopinatò accidit turbat, & multam exhibet triſtitiam.* Demoſthenes *Olynth.* 1. & Thucydides apud Theophylactum *Ep.* 30. Δυλοῖ τὸ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ πλείω παρὰ λόγον ξυμβαῖνον. Itaqe Seneca *ad Marc. c.* 9. *Neceſſe eſt magis corruamus, qi qaſi ex inopinato ferimur. qa multò antè prævisa ſunt, languidius incurrunt. hic nos error decipit, hic effœminat, dum patimur, qa nunqam pati nos poſſe prævidimus. avfert vim præſentibus malis, qi futura proſpexit.* & *Ep.* 76. *Præcogitati mali mollis ictus venit.* Et *de tranq. cap.* 11. *Si non qicqid fieri poteſt, pro futuro habes, das in te vires rebus adverſis, qas infregit, qiſqis prior vidit.* Et *ad Helv. c.* 5. *Illis gravis eſt fortuna, qibus eſt repentina. facilè eam ſuſtinere poteſt, qi ſemper expectat. nam & hoſtium adventus eos proſternit, qos inopinatò occupavit: at qi futuro ſe bello ante bellum paraverunt, compoſiti & adaptati, primum, qi tumultuoſiſſimus eſt, ictum facilè excipiunt.* Gregorius item *in Job. l.* 13. *c.* 8. *Improvidi dum mala qa ventura ſunt, prævidere neſciunt, tantò eis graviora fiunt, qantò ab eis inopinata tolerantur. firmis avtem*

§. 62. Συνεχῶς ἀφισάναι, [a] τίνες εἰσὶν ἔτι ὑφ' ὧν μαρτυρεῖσθαι θέλεις, καὶ τίνα ἡγεμονικὰ ἔχουσιν. ὅτε γὰρ μέμψη [b] τοῖς ἀκουσίως ἁμαρτάνουσιν, ὅτε [c] ἐπιμαρτυρήσεως δεύσῃ, *ἀβλέπων εἰς [d] τὰς πηγὰς τῆς ὑπολήψεως καὶ ὁρμῆς αὐτῶν.

§. 63. [e] Πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα, φησὶν, στέρεται, ἀληθείας. [f] ὅτως ἂν καὶ δικαιοσύνης καὶ

a *L.* 4. §. 3. 38. *l.* 6. §. 59.
b Inf. §. 63. *l.* 11. §. 18. *l.* 12. §. 12.
c *L.* 3. §. 4, 5.
* ἰσοβλίπων f. vel, εἰ βλέπεις.
d Sup. §. 59.
e *Plato Sophist.*
f Sup. §. 62.

§. 62. Crebrò totum perpende, qaléſnam ſint à qibus probari & prædicari velis, qalíqe ſint mente præditi. ità neqe avt incuſabis eos, ubi impingunt inviti, nec approbationem eorum expetes, ſi opinionis affectuúmqe fontes qos habeant, perſpexeris.

§. 63. *Omnis anima*, inqit ille, *veritate privatur in vita.* qin & juſtitiâ pariter, & tem-

ANNOTATIONES.

mentibus repentè adverſa non veniunt, qia priuſqam veniant, pravidentur. Vide *ad* §. 68. & *l.* 4. §. 46.

§. 62. Ἀκουσίως πταίουσι] *Etiam leges veniam concedunt, ex involuntate & neceſſitate delinqenti*, utì Tertullianus *apolog. c.* 45. *Εὔγγνωμον γάρ ἐστι τὸ ἀκούσιον. Qod enim præter voluntatem eſt, id dignum eſt veniâ.* Cleon apud Thucydidem *l.* 3. *pag.* 199. *B.* Et Athenienſes in purgatione ſui apud eundem *l.* 4. *pag.* 318. *B. C.* Πᾶν δ' εἰκὸς τῷ πολέμῳ καὶ δικῷ τινι κατειργομένῳ σύγγνωμόν τι γίγνεσθαι καὶ πρὸς τὸ θεῖον. καὶ γὰρ τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴν εἶναι τὰς βωμούς, παρανομίαν τε ἐπὶ τοῖς μὴ ἀνάγκῃ κακοῖς ὀνομασθῆναι, καὶ ἂν ἐπὶ τοῖς τῶν ξυμφορῶν τι τολμήσωσι. *Credibile autem eſſe veniam ab ipſo etiam Deo illi dari qi belli avt periculi neceſſitate conſtrictus fuerit. Etenim delictis non voluntariis refugium eſſe aras: ſceluſqe eorum vocari, qi nullâ neceſſitate ſunt mali, non eorum qi rebus adverſis ad avdendum qippiam adiguntur.* Demoſthenes *pro coron. pag.* 517. *F.* Ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατ' ἀντεῖ. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. *Injuriam facit aliqis ültro? iram & pœnam ſubis. Peccavit invitus? loco pœnæ venia parata eſt.* Maximus Tyrius *Diſſert.* 41. Ἐλεεῖται τὰ ἀκούσια, μισεῖται τὰ ἑκούσια. *Qæ invito eveniunt, miſericordiâ, qæ à volente fiunt, odio proſequimur.* Ariſtoteles ipſe *ethic. Nicom. lib.* 3. *c.* 1. Ἐν μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται. ἐν δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμη, ἐνίοτε δὲ καὶ ἔλεος. *In ſpontaneis qidem laudes & vituperationes: in invitis venia, interdum etiam miſericordia exiſtat.* & *lib.* 5. *c.* 10. Ἀδικεῖ μὲν καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις πράττῃ. ὅταν δ' ἄκων, οὐκ ἀδικεῖ, οὔτε δικαιοπραγεῖ. ἀδίκημα δὲ καὶ δικαιοπράγημα ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ. ὅταν γὰρ ἑκούσιον ᾖ, ψέγεται. ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότε ἐστίν. ὥστε ἄδικόν τι ἔσται μέν, ἀδίκημα δὲ οὐδέπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ. *Et injuſtè agit & juſtè qiſpiam, cum ſponte agit. Nam qum invitus facit, neqe injuſtè neqe juſtè agere cenſendus eſt. At juſtè vel injuſtè factum ſpontaneo & invito definitur. Qum enim ſpontaneum fuerit, vituperatur: tumqe etiam eſt injuſtè factum. Qare fit ut injuſtum qidem eſſe qippiam poſſit, qod tamen nondum injuſtè factum ſit, niſi id etiam affuerit, ut ſponte factum ſit.* eadem habet & *ethic. Evdem. l.* 4. *c.* 6. Verùm cùm in iſtis ἀκουσίοις vel ignorantia ſemper vel vis aliqa intercedat: ignorantiam qam facti vocant, intelligit Ariſtoteles; juris ſive officii, vel veritatis ſaltem dogmatúmqe in qibus illud fundatur, Marcus noſter, pariqe modo ille vim eam intelligit, qæ à principio externo infertur, ὥσπερ εἰ ἕτερός τις λαβὼν τὴν χεῖρα τοῦ ἑαυτοῦ τύπτοι ἕτερον. *Veluti ſi alter accipiens manum cujuſdam alterum verberet.* iſte eam, qæ ab interno proficiſcitur ac profluit. Vide *l.* 8. §. 14. & *l.* 10. §. 30. & *l.* 11. §. 18. Clemens avtem *Strom. l.* 1. *pag.* 311. *A.* Οὐκ δὲ οἱ ἔπαινοι, ὅτε οἱ ψόγοι, οὐδ' αἱ τιμαὶ, οὐδ' αἱ κολάσεις, δίκαιαι, μὴ τῆς ψυχῆς ἐχούσης τὴν ἐξουσίαν τῆς ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆς, ἀλλ' ἀκουσίου τῆς κακίας οὔσης. ἐπεὶ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων προαίρεσις καὶ ὁρμὴ κατέχει. διημαρτημένη δὲ ὑπόληψις ἔσθ' ὅτε κρατεῖ, ἧς ἀγνοίας καὶ ἀμαθίας οὔσης ὀλιγωρεῖμεν ἀποξῆναι, εἰκότως αἱ κολάσεις. καὶ γὰρ τὸ πυρέττειν ἀκούσιον. ἀλλ' ὅταν δι' ἑαυτόν τις καὶ δι' ἀκρασίαν πυρέττῃ, αἰτιώμεθα τοῦτον, ὡς δὲ καὶ τῆς κακίας ἀκουσίου οὔσης. οὐ γὰρ αἱρετῶς τις κακὸν, ἢ κακὸν. τῇ δὲ περὶ αὐτῷ ἡδονῇ συναπαγόμενον, ἀγαθὸν ὑπολαβὼν λαπτὸν ἡγεῖται. ὧν ὅτως ἐχόντων, τὸ ἀπαλλάττεσθαι τῆς τε ἀγνοίας, τῆς τε αἱρέσεως τῆς φαύλης καὶ ἐπιτερποῦς, καὶ πρὸ τούτων τὸ μὴ συγκαταπίπτειν ταῖς ἀπατηλαῖς ἐκείναις φαντασίαις, ἀφόκειται ἐφ' ἡμῖν. *Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia juſta ſunt, ſi anima non habeat liberam poteſtatem & appetendi & abſtinendi, ſed ſit vitium involuntarium. Qoniam avtem libera electio & appetitio peccata primum inchoat, falſa avtem nonnunqam dominatur opinio, á qa, cum ignorantia & imperitia ſit, recedere negligimus, jure inſliguntur ſupplicia. Febrire enim eſt involuntarium, ſed cum qis per ſe, & propter ſuam intemperantiam febrierit, eum reprehendimus. Utpote cum involuntarium jam ſit malum. Nemo enim malum elegit, qatenus malum: ſed abductus ab ea, qæ ineſt in ipſo, voluptate, id bonum ratus, ſuſcipiendum exiſtimat. Qæ cum ita ſe habeant, & liberari ab ignoratione, & à mala & delectabili electione, & ante omnia non aſſentiri fallacibus illis phantaſiis & viſis, ſitum eſt in noſtra poteſtate.* Ità & peccatum aliqo modo nevtiqam voluntarium facit, nec peccantem tamen ideo pœnæ merito liberat: qia nimirum non eſt ἁπλῶς ἀκούσιον, ſed κατά τι tantùm, qatenus corrumpitur judicium ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐκ τῆς προσπαθείας ἐξηρτημένων, ut Marcus loqitur *l.* 12. §. 3.

Οὔτε ἐπιμαρτυρήσεως δεύσῃ] *neqe teſtimonio egebis, opus habebis*, interpres uterqe. malim, *neqe teſtimonium*, id eſt, approbationem *ab illis petes.* ratio annexa, ab eorum diſpoſitione interiore, huc trahit.

Εἰ βλέπων] ſuſpenſa relinqitur, prout exhibetur, oratio, cùm deſit verbum ad qod conditionalis ſe recipiat. legendum ergò (opinor) ἰσοβλέπων. nam εἰ βλέπων, minùs placet. qod tamen lectione receptâ tolerabilius eſſet. vel ἰσοβλέπως, participium in verbum tranſmutando. ſed prius illud arridet magis.

§. 63. Πᾶσα ψυχὴ] Platonis eſſe Epictetus monet, à qo etiam lavdatur, *Diſſert. l.* 1. *c.* 28. & *l.* 2. *c.* 22. Ex ejuſdem *Protagora* ſumptum annotat Xylander, ubi tamen non comparet. Qæ ibi Plato, *ad l.* 11. §. 18. dabímus. Cæterùm in *Sophiſt.* ſtatuit πᾶσαν ἀκούσιον ἁμαθίαν εἶναι. Aſtipulari videtur pervulgatum illud, *Nemo vult falli.* Epictetus *Diſſert. lib.* 4. *c.* 1. Τίς θέλει ζῆν ἐξαπατώμενος, προσέτι; *Qis vult vivere deceptus, temerarius:* Avguſtinus *de verb. Ap. ſerm.* 30. *Qis eſt, qi velit decipi? da mihi hominem religioſum; non vult fallere: da impium, ſacrilegum; fallere vult, falli non vult. nolunt fallere boni; falli avtem nec boni volunt, nec mali.* Idémqe *Enchir. c.* 17. *Uſqe adeò rationalis natura refugit falſitatem, & qantùm poteſt devitat errorem, ut falli nolint etiam qicunqe amant fallere.* Verùm qæri poteſt, qomodo verum hoc ſit, nullam animam veri notitiâ ſponte deſtitui: cùm Petrus Apoſtolus de impiis ac flagitioſis qibuſdam dicat, Λανθάνους γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας. *Iſta illos veritas volentes fugit.* ſcilicet, qod Bernardus *de gradib. humil.* 2. *ut liberius peccent, libenter ignorant.* Et, qod Tertullianus *apolog. c.* 1. *Non libet rectius ſuſpicari; non libet propiùs experiri. malunt neſcire, qia jam oderunt. nolunt ſcire pro certo, qod ſe neſcire pro certo ſciunt. ideo & credunt qæ non probantur; & nolunt inqiri, nè probentur non eſſe, qæ malunt credidiſſe.* Verùm qod in ſchola dicitur, *neminem bonum qà bonum odiſſe*, ità *verum qà verum nemo averſatur*; etiamſi aliâ ratione, qatenus nimirum ſibi minùs illud expedire arbitratur, avt affectibus ipſius adverſari videtur, havd lubenter eidem aſſentiatur. Vide Thomam *ſum. part.* 1. 2. *q.* 29. *art.* 5. Cæterùm in Platonis ſententiam deſcendere videtur Clemens Alexandrinus loco ſuperiùs ad §. 62. indicato. Τὸ μὲν ἐψεῦσθαι τῆς ἀληθείας, κακόν ἐστι. τὸ δὲ ἀληθεύειν καὶ τὰ ὄντα δοξάζειν, ἀγαθόν. τῶν δὲ ἀγαθῶν ἀκουσίως μὲν στέρονται ἄνθρωποι. στέρονται δὲ ὅμως, ἢ κλαπέντες, ἢ γοητευθέντες, ἢ βιασθέντες, καὶ μὴ πεισθέντες. ὁ μὲν δὴ πεισθεὶς ἑκὼν ἤδη παρεκαλέσατο. κλέπτεται δὲ ὁ μεταπεισθείς. ἐκλαθόμενον ὅτι τῶν μὲν ὁ χρόνος, τῶν δὲ ὁ λόγος ἐξαιρόμενος λανθάνει. βιάζεται τε πολλάκις ὀδύνη τε καὶ ἀλγηδὼν, φιλονεικία τε ἂν καὶ θυμὸς, μετὰ τὸ δοξάσαι. καὶ ἐπὶ πᾶσι γοητεύονται, οἱ ἤτοι ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες, ἢ ὑπὸ φόβου διώκοντες. *A veritate qidem aberraſſe, malum eſt. Vera avtem dicere, & ea, qa ſunt, opinari, bonum. Bonis avtem invitis qidam privantur homines: privantur tamen, vel circumventi, vel præſtigiis decepti, vel coacti, & cùm non crediderint. Atqe qi credidit qidem, ſuâ ſponte capitur: circumvenitur avtem, qi in contrariam perſvaſionem traducitur, oblitus qod alia qidem tempus, alia verò ratio avfert imprudenti. Cogit avtem ſæpe dolor, angor, & rurſus contentio, & ira, poſtqam ſuſcepta fuerit opinio. Poſtremò avtem præſtigiis decipiuntur, qi vel à voluptate ſunt inducti, vel timore perterriti.* Sed rem ipſam qod attinet nihil à noſtris alienum habet.

Οὕτως ἂν καὶ δικαιοσύνης] nemo, inqit, ſponte privatur, avt veritate, avt virtute. qod idem habet & *l.* 11. §. 17. In hunc ſenſum conceptus eſt ſenarius ille, qem adducit, & ſimul etiam in hac parte refellit Ariſtoteles *Ethic. l.* 3. *c.* 7.

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μάκαρ.
Nolens beatus nemo, nec ſponte eſt malus.

nec aliter intellexiſſe philoſophum docent, qæ ſubjungit ſtatim: Ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ, τὸ δ' ἀληθεῖ. μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων. ἡ δὲ μοχθηρία ἑκούσιον. *Alterum falſum eſſe, alterum verum videtur: qippe qum beatus nemo invitus evadat: improbitas verò ſpontanea ſit.* Proinde accentum retrahere, qò τὸ πονηρὸς illud τῷ ἐπιτόνῳ καὶ ἀθλίῳ ſignificationem obtineat, utì vir doctiſſimus in *excerptis* poſtulat, præter mentem prorſus avtoris forſan, præter ſenſum proculdubio citantis exiſtit. ut nè adjiciam, non deeſſe, qi pro mero Grammaticorum nugamento habeant illud de ſignificatione ab accentu retracto immutatâ, cùm tranſlationem accentûs eandem in aliis itidem vocabulis ab Atticis uſurpari animadvertant, citra ullam ſignificatûs immutationem. Vide Evſtathium *ad Iliad.* β. & Henricum Stephanum *de dialect. c.* 25. Nec alio ſenſu Hercules apud Epicharmum ab Evſtratio citatum per furorem à ſe geſta excuſans inducitur, his verbis,

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼν ἀναγκαίως τάδ' πάντα ποιῶ.
Οἰμαι δ' ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄτας ἴχω.

Hæc

temperantiâ, & æqanimitate, & hujusmodi qâvis virtute. hoc jugiter meminisse cumprimis necessarium est. eris enim erga omnes mitior.

§. 64. In dolore omni hoc præsto sit nec turpem eum esse, nec mentem gubernatricem facere deteriorem. neqe enim eam, avt qatenus materiale qiddam, avt qatenus societatis est studiosa, corrumpit. in plerisqe verò horum Epicuri illud tibi adsit, nec intolerandum, nec æternum esse, si terminorum memor fueris, nec opinionem adjeceris. illud etiam memineris, multa tædio nos afficere, qæ non advertimus eandem cum dolore rationem habere, verbi gratiâ, dormitare, qando vigilare libet, æstu affici, fastidio laborare. qoties ergò horum aliqid ægrè fers, dic tibi, dolori succumbere te.

§. 65. Caveerga inhumanos sic afficiaris, qomodo ipsi erga homines solent.

§. 66. Unde constat nobis Socratem clarâ fuisse reliqisqe præstantiore indole? neqe enim hoc sufficit, qòd mortem glorioſiſſimè oppetebat; avt qòd σωφροσύνης, & ἐυμενείας, καὶ πάντας δ' τοιούτου. ἀναγκαιότατον ἦ τὸ διηνεκῶς τούτου μεμνῆσθαι. [a] ἔστι γὰρ πρὸς πάντας πρόσοτερον. a Sup. §. 26.

§. 64. Ἐπὶ μὲν παντὸς πόνου, πρόχειρον ἔστω, ὅτι [b] οὐκ ἀισχρὸν, [c] οὐδὲ τῇ ἀρχούσῃ τῇ κυβερνώσῃ χείρω ποιεῖ. ὅτε γὰρ καθ' ὑλικήν ἐστιν, ὅτε καθ' κοινωνικὴν, διαφθείρει αὐτήν. ἐπὶ μέν τοι τῶν πόνων, & τὸ δ' Ἐπικούρου σοι βοηθείσθω, ὅτι [d] οὔτε ἀφόρητον, οὔτε ἀιώνιον, ἐὰν τὸ ὅριον μνημονεύῃς, καὶ [e] μὴ προσδοκᾷς. καινόν σοι ἦ μέμνησο, ὅτι πολλὰ λυπεῖ τὸν αὐτὸν ὄντα, ἐπειδὰν δυσχερανόμενον οἷον τὸ νυστάζειν, καὶ τὸ χασμᾶσθαι, & τὸ ἀνθέλκειν. ὅταν οὖν τινι τούτων δυσαρεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι [f] πόνῳ ἐνδίδως. b L. 2. §. 1. 11. l. 11. §. 18. c L. 4. §. 8. l. 9. §. 42. d Sup. §. 33. l. 10. §. 3. e L. 8. §. 49. f Sup. §. 55. l. 11. §. 18.

§. 65. Ὅσα [g] ἐπιτρέπεται τοῖς κατὰ φύσιν παθητικοῖς πρὸς τοὺς ἀπαθεῖς ἀνθρώπους, οἷον οἱ * ἄνθρωποι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. g L. 5. §. 31. l. 6. §. 6. 26. Sup. §. 15. * ἀπάνθ. f.

§. 66. Πόθεν ἴσμεν, εἰ τηλαυγὴς Σωκράτης, καὶ ἀληθεσιν χρείσσων ἦν. ἃ γὰρ ἔρχεται, εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν, καὶ ἐντρεχέστερον,

τοῖς

ANNOTATIONES.

Hæc ego ex necessitate facio qæ facio omnia:

Qippe, ut credo, sponte pravus nemo, avt calamitosus est. Vide *supra ad* §. 61. & *ad l.* 4. §. 6. Sed & in eandem sententiam citra ambiguitatem omnem disertissimè Plato ipse in Timæo, *p.* 1084. *D.* ubi cùm statuisset, primò τὸ περὶ ψυχὴν νοσήματα διὰ σῶμα & ἕξιν γίνεσθαι. *Animi morbos propter corporis habitum nasci.* deinde νόσον ψυχῆς, ἀνοίαν εἶναι. *morbum animi esse dementiam.* tum ἀνοίας δύο γένη, μανίαν καὶ ἀμαθίαν. *dementiæ duo genera, insaniam & imperitiam.* subjungit: ὁ νοσῶν & ἄφρονα ἴσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος τὸν ψυχὴν, οὐχ ὡς νοσῶν, ἀλλ' ὡς ἰσχὺν κακὸς, κακῶς δοξάζειν. *Quam hujus animus propter corpus ager sit atqe insipiens, vulgò tamen non ager, sed pro voluntate sua, ut liber affectus falsò putatur.* Et mox: *pag.* 1085. *A.* Καὶ σχεδὸν δὴ πάντα ὁπόσα ἡδονῶν ἀκρασίαι καὶ ἀνοίας, ὡς ἑκόντων λεγόμενα τῶν κακῶν, ἀν ἀρθῶς ἐνδείξεσθαι. & κακὸς μὲν γὰρ ἑκὼν οὐδείς. δεῦ δὲ πονηρὰν ἕξιν τινὰ τοῦ σώματος καὶ ἀπαίδευτον τροφὴν ὁ κακὸς γίνεσθαι κακός. παντὶ δὲ τούτοις ἔχθρὰ, καὶ ἄκοντι προσγίγνεται. *Ac fermè omnis voluptatum incontinentia, qa perinde ac si sponte improbi simus, vituperari solet, non rectè ita vituperatur. Nemo enim sponte malus, sed propter pravum qendam corporis habitum, rudemqe educationem malus omnis fit malus. Omnibus autem adversa inimicáqe hæc sunt, & invito contingunt.* ità restituit Henricus Stephanus, qod perperam κακὸν τι antè legebatur. cui βεβαιοῦντι do ego Galenum in *dissertatione*, qâ probare contendit, *animam sqe temperaturam corporis c.* 6. lectionem eandem exhibentem. hvic avtem lectionis genuinæ assertæ gratiam mutuam rependent Platonis codices; ex qibus pro ἰσχύειν, ἰσχύοντα apud Galenum reponendum. Verùm Aristoteli contra Stoicos & Platonem ipsum suffragatur, Platonicus licèt ipse, Maximus Tyrius *Dissert.* 41. Νόσος ψυχῆς μοχθηρία. πόνος σώματος δυσκολία. ἐκείνου ἡ μοχθηρία. ἀλγεινὸν ἡ δυσκολία. *Animæ morbus est improbitas, corporis externa calamitas. Voluntaria est improbitas, invito evenit calamitas.*

§. 64. Οὐκ ἀισχρὸν] Vide *ad l.* 2. §. 1, & 11. & *lib.* 4. §. 8. Hesiodus *Oper. l.* 2. *v.* 309. à Socrate lavdatus apud Xenophontem *memorab. l.* 1. *p.* 720. *D.*

Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος —

Nullum opus est probro —

Marcus avtem istic de labore an de dolore agat, (πόνος siqidem vocabulum utrumqe designat) ambiguum faciunt ea qæ sequuntur: & forsan utrumqe voluit.

Οὔτε ἀφόρητον, οὔτε ἀιώνιον] Vide *supra* §. 33.

Καὶ μὴ προσδοξάζῃς] *opinionem ne adjeceris.* nihil amplius ex opinione tua adjeceris, qam qod sensus ipse renunciaverit. προσδοξάζειν enim Marcus dixit, qod προσεπιδοξάζειν Epictetus, referente Gellio *l.* 19. *c.* 1. Vide *ad l.* 8. §. 49. ubi Marcus ipse explicat, qid istic velit.

Πολλὰ πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει δυσχεραίνοντα] *occulto modo*, sive *clam & contra sensum nostrum, molesta sunt.* ità interpres ureqe. at qomodo nec sentientibus molesta esse possunt? itaqe interpunctione mutatâ, & post λανθάνει adhibitâ, verto, *multa qa tædio nos afficiunt, non animadvertimus ejusdem esse cum dolore naturæ.* Sensum hunc confirmant verba illa novissima. Ὅταν οὖν τινι τούτων δυσαρεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδίδως. *Qoties ergo horum aliqid ægrè fers, dic tibi, dolori succumbere te.* qòd antè forsan non adverteris.

Ὅτι πόνῳ ἐνδίδως] hoc vult. molestiam nobis facessere multa, qæ laboris in se vim atqe naturam habeant, etiamsi in eis minimè laborare videamur. hujus generis esse gravedinem, æstum, malaciam, navseam, & similia. itaqe in istis etiam cùm animi tenorem remittimus, à labore nos superari. Ejusmodi qiddam est, qod habet Tertullianus *de patient. c.* 5. *Impatientia sola matrix est ad omne delictum, atqe ut compendio dictum sit; omne peccatum impatientiæ ascribendum. malum est impatientia boni. nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inqietus qietis.* Ità etiam qietem ipsam, non minùs qàm laborem, sæpenumero molestam esse, & qietis qoqe impatientiâ laborare contingit. Plutarchus *de tranqill. ad l.* 4. §. 24. lavdatus: Ἐνίοις δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν αὐτὸ πολλάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστησιν. *Sunt qos ipsum otium in animi conjicit ægritudinem.* Ennius *Iphigen.* apud Gellium *l.* 19. *c.* 11.

Otio qi nescit uti, plus habet negotii,
Qàm negotioso cùm qis fuerit in negotio.

Nec dissimile qod Augustinus *in Psal.* 84. *Pugnat contra nos qotidie fames & sitis; pugnat contra nos lassitudo carnis, pugnat somni delectatio, pugnat oppressio. vigilare volumus? dormitamus. jejunare volumus? esurimus & sitimus. stare volumus? defatigamur. qærimus sedere? si & hoc diu facimus, deficimus. qicqid nobis providerimus ad refectionem, illic rursus inveniemus defectionem. Esurienti cibo te reficere volebas: hoc age semper; hoc agendo, in eo qod adhibueras ad refectionem, ibi invenies lassitudinem. multùm sedendo fatigatus eras; surgis, deambulando. reficeris: perseverа in eo qo reficeris; multùm deambulando lassaris: sedere iterum qæris. inveni mihi aliqid unde te reficias, ubi non, si perseveraveris, iterum deficias.* Et mox: *Si perseveraveris in eo qo te reficis, etiam morieris. Persevera in multùm manducando: ipsa res te interficiet. persevera in multùm jejunando; indè morieris. sede semper, ut nolis surgere, morieris indè. ambula semper, ut nolis qiescere, morieris indè. vigila semper, ut nolis dormire, morieris indè. dormi semper, ut nolis vigilare, morieris indè.*

§. 65. Ὅσα οἱ ἄνθρωποι] imò οἷοι οἱ ἀνθρωποι. q. d. *Ne sis tu immiti animo etiam adversus immites ipsos:* nè id ipsum in te admittas, qod in illis damnare videri vis. Vide *ad l.* 6. §. 6, 26. & *supra* §. 15. Affine monitum Senecæ illud *Ep.* 103. *Tu ità cogita, qod ex homine periculum sit, ut cogites qid sit hominis officium. alterum intuere, nè laduris; alterum, ne lædas.* Sed videndus omnino Epictetus, *Dissert. l.* 4. *c.* 5.

§. 66. Εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν] Seneca *Ep.* 13. *Cicuta Socratem magnum fecit.*

Ἐντρεχέστερον τοῖς σοφιστοῖς διελέγετο] Qod ex Platonis *dialogis* passim apparet. De eodem Aristides *Orat.* Περὶ τῶν παραβάσεων. *Tom.* III. *pag.* 654. Ὡς καὶ τοὺς σοφιστὰς ἤλεγχε περιὼν ὡς μάντιν θρασυνομένους. *Ut sophistas temeraria confidentia obambulans argueret.* Et Theodoretus *Therap. lib.* 2. κωμῳδῶν αὐτοὺς διττάλεον. Itaqe qod de Ulysse Homerus *Iliad.* β'. *v.* 188.

Ὅν τινα μὲν βασιλῆα καὶ ἴφθιμον ἐφέποντα,
Τὸν ῥ' ἀγαυοῖς ἐπέεσσιν ἰθύνασκε παραστάς.
Quemcunqe quidem seu regem, seu primarium virum inveniret,
Hunc blandis verbis detinebat adstans.

Idem *ibidem v.* 198.

Ὃν δ' ἄν δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντά τ' ἐφύρας,
Τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκε.
Quemcunqe rursus plebejum virum videret, vociferantemqe offenderet,
Hunc sceptro percutiebat. —

id ad Socratis morem se cum istis gerendi Maximus Tyrius transtulit; *Dissert.* 16. Ἀρά γε οἶδεν, inqit, αὐτὸ τοῦτο, οἱ καὶ

τοῖς σοφισταῖς διελέγετο, καὶ καρτερικώτερον ἐν
a *Plato Apolog.* τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν, καὶ [a] τὸν Σαλαμίνιον κελευσθεὶς ἄγειν, γενναιότερον ἔδοξεν ἀνυπακοῆσαι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο. ὧδε δ' καὶ μάλις' ἄν τις * ἐπισήσειεν, εἴπερ ἀληθὲς ἦν. ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖ σκοπεῖν, ποίαν τινὰ τὴν ψυχὴν εἶχε
* ἀπισ. f. b *L.*4.§.13. 25.*l.*6.§.14. Sup.§.28. Σωκράτης, καὶ εἰ ἐδύνατο [b] ἀρκεῖσθαι τῷ [c] δίκαιον εἶναι τὰ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ὅσιον τὰ πρὸς θεούς,
c *L.*11.§.20 *l.*12.§.1. d *L.*4.§.31. Sup.§.1. e *L.*4.§.29. 44.Inf.§.68 f *L.*8.§.46. g *L.*5.§.26. *l.*10.§.24. [d] μήτε εἰκῇ πρός τινα κακίαν ἀγανακτῶν, μηδὲ μάτην δυλεύων τινὸς, ἀγνώμονας, [e] μήτε τὴν ἀπονεμομένων ὑπ' ἄλλων ὡς ξένον τι δεχόμενον, ἢ [f] ὡς ἀφόρητον ὑπομένων, [g] μήτε τοῖς ἔξω σαρκιδίοις πάθεσιν ἐμπαρέχων συμπαθῆ τὸν νοῦν.

§. 67. Ἡ φύσις οὐχ ἅτως συνεκέρασε
* [σε] τ.ε. f. τὸ σὺ συγκριμάτιον Salm. h Sup.§.55. *l.*11.§.1. i *L.* 3.§.4,5. *l.*10.§.9. * τῷ συγκρίματι, ὡς μὴ ἐφεῖδαι [h] περιορᾶν ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑφ' ἑαυτῷ πεπεῖσθαι. [i] λίαν γὰρ εὐδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι.

cum ſophiſtis acutiſſimè diſſerebat; avt qòd in frigore ſummo patientiſſimè ſub dio pernoctabat; avt qòd Salaminium illum ſiſtere juſſus, reſiſtere generoſiſſimè malebat; avt qod per compita faſtuoſè incedebat; qod tamen an verum fuerit, meritò dubitaveris. verùm illud conſiderare oportet, qo modo affectam animam habuerit Socrates. utrùm hoc contentus agere poterat, qod *in* rebus humanis juſtus, in divinis pius exiſteret, nec malitiæ cujuſqam fruſtra indignatus, nec cujuſqam inſcitiæ aſſentatus, nec ab univerſo aſſignatum qicqam', avt tanqam peregrinum qid excipiens, avt tanqam intolerandum ſuſtinens, nec carunculæ affectionibus mentem paſſus coaffici.

§. 67. Non ità commiſit natura compagem tui, ut tibi neqeas terminos figere, & qæ tui ſunt muneris per te exeqi. omnino enim fieri poteſt, ut divinus homo qis ſit, & ignotus tamen cunctis

ANNOTATIONES.

ὁ Σωκράτης τοὺς μὲν βασιλικοὺς καὶ ἐξόχως ἄνδρας ἀγαθοῖς λόγοις ἀγεραίρων καὶ ἀποδεχόμενος, Τιμαῖόν τινα, ἢ Παρμενίδην, ἢ ἄλλον βασιλικὸν ξένον.

Ὃν δ' ἂν δήμῳ τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντά τ' ἰφθίμους,
Τοῦτον ἠλαίνων τῷ λόγῳ, θρασύμαχόν τινα, ἢ Καλλικλέα, ἢ ἄλλον λωβητῆρα καὶ ἐπισβόλον; *An aliud tibi facere videtur Socrates, qum regales principésqe viros lenibus verbis demulcet, & excipit: ut putà Timæum aut Parmenidem, aliúmve regium hoſpitem?*

Qem verò è populo clamantem & vana moventem
Aſpicit.

Hunc oratione aſperâ increpat, putà Thraſymachum aliqem, aut Callicléa, aut ſi qis alius conviciator & maledicus. Ità enim ſupplevit Coſm. Paccius, qod codices Græci mutilum exhibent.

Καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν] ad verbum, *in glacie pernoctabat.* hoc eſt, cùm gelu conſtricta eſſet terra, in frigore extremo. Πάγος, ψύχος. Heſychius, πάγος, *gelu, glacies*; ut πάχνη *pruina.* ejuſdem originis vox utraqe. Plutarchus, *de prim. frigid. pag.*953. *F.* Πάντα ταῦτα παντάπασιν ὑπὸ τῆς ψυχρότητος παγῆναι. διὸ καὶ πάγοι καλοῦνται. *Hæc omnino à frigore conſtringi & indurari: unde & pagi Græcis dicuntur.* Cæterùm aliud conſtantiæ tolerantiæqe in hoc ferè genere Socraticæ ſpecimen à Scriptoribus celebratur: qod in bello ad Potidæam geſto factum commemorat Laërtius *l.* 2. *c.*23. Μεῖναι, inqit, νυκτὸς ὅλης ἐφ' ἑνὸς σχήματος αὐτόν φασι. *Qo tempore nocte totâ in uno habitu permanſiſſe tradunt.* Avtor eſt inter cæteros Plato *in ſympoſ. pag.* 1205. *E.* qi non tantùm νυκτὸς ὅλης, ſed ἐξ ἑωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας, καὶ τὴν νύκτα, μέχρις ἕως ἐγίνετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν. *ab avrora uſqe ad noctem, & per noctem uſqe ad avroram ſeqentem, ac ſolis exortum.* Id ipſum avtem Socratem non ſemel, ſed ſæpiùs egiſſe refert Favorinus: Πολλάκις ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστὼς ἀπροϐδοκητότερος τῶν πρώτων. *Sæpe à ſolis ortu uſqe ad alterum orientem ſolem ſteterat erectior truncis arborum.* Gellius *lib.* 2. *cap.* 1. *Stare ſolitus dicitur, pertinaci ſtatu perdius atqe pernox, à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem, incomtvens, immobilis, iſſdem in veſtigiis, & ore atqe oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanqam qodam ſeceſſu mentis atqe animi facto à corpore.* Verùm de bello ad Potidæam qod narratur, Athenæus *l.* 5. *pag.* 311. *C.* in dubium revocat. Cæterùm qod Marcus hìc attingit, de *excubiis in Pago* (*Martio* forſan) frequentiùs habitis Caſavbonus intelligit.

Τὸν Σαλαμίνιον κελευσθεὶς ἄγειν] *Salaminius* iſte *Leo* dicebatur (neqe enim, qod interpretes ſenſiſſe videntur, *Salaminius* illi nomen fuerat) homo locupletiſſimus, ad qem comprehendendum, qò morte afficeretur, nulla juſta de cavſſa, Socrati unà cum qatuor aliis in mandatis dederant triginta tyranni, penes qos ſumma rerum tunc Athenis reſidebat. Verùm is illorum juſſis obtemperare recuſabat. Meminêre Plato in *apolog.* & *Epiſt.*7. Æſchines *Axioch.* Laërtius *l.* 2. Epictetus *l.* 3. *c.* 26. & *l.* 4. *c.*7.

Ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο] Alluſit ad Ariſtophaneum illud de Socrate in *Nubib.*

Ὅτι βρενθύεται ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλει.

Faſtuoſus per vias vadit, oculos circumferens.

qò & Plato in *ſympoſ.* reſpexit, ubi Socratis inceſſum, fugientibus ſociis poſt pugnam Potidææ commiſſam, deſcribens, Ἐμοί γε, inqit, ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο καὶ ὑπεῖ διατορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, βρενθυόμενος καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων, ἡρέμα παρασκοπῶν καὶ τοὺς φίλους καὶ τοὺς πολεμίους. *Mihi viſus eſt ô Ariſtophanes, qod & eum hìc facere ais, incedere ſuperbus, & oculis qietè omnia luſtrans, cavtéqe examinans ſingula. Hoſtes ſiqidem civéſqe viciſſim reſpiciebat,* &c. qod ridet etiam exagitátqe Maſſurius apud Athenæum *l.* 5. Βρενθύεται, ὑπερηφανίεται, μέγα φρονεῖ, ἐπαίρεται. *Faſtuoſus incedit, ſuperbè jactat, magna ſapit, effertur.* Heſychius. & Βρενθυόμενοι, ἐπαιρόμενοι. Βρενθυόμενοι, *inſoleſcentes.* Zonaras *annal. tom.* 3. in *Michaele*; Ὁ μὲν ἐν τοιούτοις, ὡς μέγα τι καλορθῶν ἐβρενθύετο, τοῖς δ' ἄλλοις ἀνοσταίνειν ἐκρίνετο. *Qi qidem per illa, ut qi magnum qid proſperè gereret, inſoleſcebat: in reliqis verò deſipere judicabatur.*

Περὶ δὲ τῷ μάλις' ἄντις ἐπισήσειεν] legendum ἀπισήσειεν. qod & interpretes viderunt. neqe enim hoc ab adverſariis objectum Socrati, etiamſi animi magni excelſíqe ſpecimen dare qibuſdam videatur, Marcus tanqam verum admittere, ac non confictum potiùs, credi voluit. inceſſum ſcilicet & τὸ πεπυγὸς illud, de qo noſter *ſuprà* §. 60. faſtum neſcio qem interpretabantur illi.

Ἀρωῦσθαι τῷ δικαίῳ εἶναι] Hoc enim profitebatur Socrates in Platonis *Apolog. pag.* 25. *C.* Ἐμοὶ μὲν θανάτου μέλει οὐδ' ὀτιοῦν. τοῦδε μηδὲν ἄδικον μηδ' ἀνόσιον ἐργάζεσθαι, τούτου δὲ τὰ μάλιστα μέλει. *Nihil omnino me curare mortem: illud verò omnino curare ne qid injuſtum néve impium facerem.* Vide *ſuprà* §. 20.

Μήτε τῶν ἀπονεμομένων] & hoc idem de ſe *ibidem p.* 27. *D.* Ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ, ὅπη μέλλει ἐμοί τε ἄριστα εἶναι καὶ ὑμῖν. *Vobis Deóqe permitto de me judicare, ut & mihi & vobis ſit conducturum.* Et mox *pag.* 30. *D.* Κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεϐηκὸς τοῦτο, ἀγαθὸν γεγονέναι. *Apparet enim mihi qod contigit bonum eſſe.* Et rurſus *pag.*31. *D.* Οὐδὲ τὰ ἐμὰ τοῦτ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γίγονεν. ἀλλά μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, βέλτιον ἦν μοι. *Nec mihi ipſi hoc accidit fortuitò, ſed mihi id conſtat, mori jam & à laboribus liberari mihi melius exſtitiſſe.* Εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γενέσθω. *Si diis ità viſum fuerit, ità fiat.* qod lavdat Epictetus *Enchir. c. ult.* & *Diſſert. l.* 1. *c.*4.

§.67. Ἡ φύσις οὐχ ἅτως συνεκέρασε τῷ συγκρίματι] deeſſe aliqid in qod tranſeat illud τὸ συνεκέρασε, clarius eſt qàm ut monitu opus ſit. Xylander videtur legiſſe, οὐχ ἅτως συνεκέρασε τὸ σύγκριμα, vel τὸ σύγκραμα. qum vertit *non ità confudit omnia.* Ego ſuſpicor pronomen σε intercidiſſe, cùm ſyllaba σε continenter iteratum occurreret, ut ſcriptum fuerit, οὐχ ἅτως συνεκέρασέ σε τῷ συγκρίματι. *non ità te*, id eſt, mentem tuam, *natura corporis tui compagini commiſcuit.* Ariſtophanes *Pluto.*4. 3.

Οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι.
Mali tam fœto ſum commiſtus damoni.

Hoc ſi cui minùs arriſerit, alteram habeat conjecturam; cohæſiſſe cum priore periocham iſtam, & ſic fuiſſe conceptam; [ὃν] ἡ φύσις οὐχ ἅτως συνεκέρασε. *qam* (mentem ſcilicet νοῦν, qô ſuperiora clavſerat) *natura*, &c. Cæterùm D. Salmaſii (qi nec prius illud improbat) ſi conjecturam alteram adjecerim, ut τὸ συγκριμάτιον, vel τὸ σὺ συγκριμάτιον, legatur, ea reliqis illis, opinor, præferenda videbitur. pro ſaliva ſua qiſqe cenſeat. Tertullianus *de reſurrect. carn. c.* 7. *Animam Deus inſeruit & immiſcuit carni; tantâ qidem concretione, ut incertum haberi poſſit, utrùmne caro animam, an carnem anima circumferat; utrùmne anima caro, an anima appareat carni. Sed & magìs animam invehi atqe dominari credendum eſt, ut magis Deo proximam.* Vide *l.* 10. §. 24, & 36. συνήψε καὶ συνέκρινεν.

Καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι] De Democrito Laërtius *l.* 9. *c.* 36. ex Demetrii *eqivocis*: Δοκεῖ δὲ καὶ Ἀθήναζε ἐλθεῖν, καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δίξης καὶ ἀφροσύνης. καὶ οὐδένα μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. ἦλθον γὰρ (φησὶν) εἰς Ἀθήνας, καὶ οὐκ ἐγνωσαν. *Illum Athenas qoqe venisse, atqe ob deſpectum gloriæ agnoſci noluiſſe: & cum agnoviſſet Socratem, ipſum à Socrate fuiſſe ignoratum. Veni enim Athenas*, inqit, &

ctis degat. hoc semper memineris; sed & illud, pavcissimis ad beatè vivendum opus esse. qódque etiamsi desperes dialecticæ aut naturalis scientiæ peritiam, nihil esse tamen quod animam despondeas, qasi liber & modestus fieri neqeas, & communitatis cultor, & obsequens Deo.

§. 68. Vi omni immunem, in summa animi hilaritate, vitam transigere licet, etiamsi quæ libuerit adversùs te vociferentur homines universi, etiamsi massæ istius corporeæ coalitæ & circundatæ tibi membra ferae discerpant. quid enim obstat, quo minùs inter hæc omnia mens tranquillam se servet, de rebus circumstantibus verè judicet, objectísque commodè utatur? ut judicium occurrenti ac

τύτω μέμνησο ἀεί. καὶ ἔτι ἐκεῖνο, ὅτι [a] ἐν ὀλιγίστοις κύτει τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι. καὶ [b] μήτε ἀπάλπους διαλεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθαι, δεῖ δ' τοσοῦτος καὶ [c] ἐλεύθερος, καὶ [*] καιρωτικὸς, καὶ [d] κοινωνικὸς, καὶ [e] εὐπειθὴς θεῷ.

§. 68. [f] Ἀδιάφως διαζῆσαι ἐν πλείστῃ θυμηδίᾳ, κἂν πάντες καταβοῶσιν ἄλλο βάλλοντα. κἂν τὰ θηρία διασπᾷ τὰ μελύδρια τῆς περιπεφαμμένης τύτου φυράματος. [g] τί γὰρ κωλύει ἐν παντὶ τύτοις τοῖς διάφοροις σώζειν ἑαυτὸν ἐν γαλήνῃ, καὶ [h] κρίσει περὶ τῶν περιεστηκότων ἀληθεῖ, καὶ [i] χρήσει τῶν ὑποβεβλημένων ἐπίμονῃ; ὥστε τοῖς μὲν κρίσιν λέ-

a L.2.§.5.
b L.5.§.5. l.8.§.8.
c L.4.§.49. l.8.§.1.
* -θέριος Mer.
d Sup.§.55.
e L.3.§.6.9.
f L.4.§.39.
g Sup.§.33. l.8.§.28.
h L.8.§.47.
i L.10.§.32.

ANNOTATIONES.

& me nemo cognovit. de Socrate Epictetus *lib. 4. cap. 8. & lib. 3. cap. 23.* Οὕτως ἠλάνθανε παρὰ τοῖς πλείστοις Σωκράτης. καὶ ὅρχοντο πρὸς ἀνδρὶ ἀξιοῦντες φιλοσόφοις συνεῖναι. *Sic maxima parti hominum ignotus erat Socrates. Adibatur à nonnullis, petentibus scilicet ab eo philosophis commendari.* Et Seneca *Epist. 79. Quamdiu videbatur furere Democritus? vix recepit Socratem fama. quamdiu Catonem civitas ignoravit? respuit: nec intellexit, nisi cùm perdidit.* De Epicuro idem? *Vides Epicurum quotquot non tantùm eruditiores, sed hac quoque imperitorum turba miretur? hic ignotus ipse Athenis fuit, circa quas delituerat. multis itaque jam annis Metrodoro suo superstes, in quadam epistola ait, nihil sibi & Metrodoro inter bona tanta nocuisse, quòd ipsos illa nobilis Græcia non ignotos solùm habuisset, sed pænè inauditos.* De Sarapione incertus auctor, (Damascius, opinor, qi Isidori viram conscripsit) apud Svidam: Τοῦτον ἐποιήσατο φίλον ὁ Ἰσίδωρος. τὸν λαθόντα πόλεως ἀνθρώπους ἐπὶ ἐυσεβείᾳ τι καὶ ὅλως βίᾳ φιλοσοφίας, πλὴν αὐτῷ τῷ Ἰσιδώρῳ. τοσοῦτον δὲ τῷ ἀνδρὶ περιῆν τὸ ἀληθὲς τρόπῳ τινὶ καὶ λόγῳ, τῶτι ἐν παροιμίας λέγεσθαι ἐωθότος, ὅργῳ δὲ βεβιωμένος ὑπ' ἐκείνῳ, τῷ λάθε βιώσας, ὥστε μήθενα τῶν τότε ζώντων ἀνθρώπων, ὅτε τῶν νεωτέρων, ὅτε τῶν πρεσβυτέρων, ἐλπίσαι μὴ ὰν εἰδέναι οἷον λέγω. μήδ' ἴσως ἄν τις ἄλλος οἷος ἦν ὁ Σαραπίων ἐκεῖνος. μήδ' ἂν ἴσχυσε νῦν ἐπισώμαν, εἰ μὴ μοι ὁ αὐτὸς φιλόσοφος ὑπέδειξε τὸν Σαραπίωνα τῷ λόγῳ. ᾧ γὰρ ἔργῳ ποτὲ ἔφη πείσεσθαι αὐτὸν ἐντυχεῖν ἑτέρῳ ἀνδρί. *Hunc Isidorus amicum sibi fecit, cujus præsentem, & totam vitæ philosophiam latentem nullius mortalium novit, excepto ipso Isidoro. In eo autem viro tantum erat veritatis studium, & rectæ rationis, ac orationis tanta vis, ut id, quod proverbio dici consuevit, late vivens, pro vive latens, ab illo re ipsâ fuerit confirmatum. Sic enim perpetuò vixit, ut nullus illius ætatis hominum vel juniorum vel senorum eum vixisse sciret, aut se sciturum speraret id quod ego dico: Nec ullus alius novit, qualis fuerit ille Serapion, nec ego nunc illum cognoscerem, nisi ille ipse philosophus mihi verbis Serapionem demonstrasset. Dicebat enim ipsum re ipsâ nunquam adduci potuisse, ut alium verum convenire.* Ità ille (avtori si fidem habemus) ζῶν ἤ τινα ἀνθρωπίνην ζωὴν, ἀλλ' ἀτεχνῶς θείαν εἰκῶν, ὥτω ἡμέλει τιμῆς τῆς παρ' ἀνθρώπων, ὥστε μήδὲ ὄνομα αὐτῷ ἦν τῇ πόλει. *Vivens non aliquam humanam vitam: sed prorsùs, ut ita dicam, divinam. Honorem ab hominibus tribui solitum adeò contemnebat, ut ne nomen quidem ejus in urbe notum esset.* & quòd Flaccus *l. 1. Ep. 17.*

— *natus morensque fefellit.*

Ἐν ὀλιγίστοις κύτει] Vide *ad l. 2. §. 5. & l. 5. §. 34.*

Ὅτι ἀπάλπους διαλεκτικὸς] Vide *ad lib. 5. §. 5. & suprà §. 52. & l. 8. §. 7.*

Ἐλεύθερος] *liber.* Xylander *liberalis.* Casavbonus ἐλευθέριος. sic *l. 8. §. 1.*

§. 68. Ἀδιάφως διαζῆσαι] Et hæc forsan erant superioribus connexa, copulativâ intercedente. [καὶ] ἀδιάφως διαζῆσαι. qasi dicat, *nè desperes, qin possis, etiamsi nec dialecticus nec physicus fueris, & liber existere, & modestus, & liberalis, & pius evadere, & à coactione omni immunis vitam transigere.*

Κἂν πάντες καταβοῶσιν] Est qi καταβιῶσιν legi malit, qòd τῷ ἀδιάφως respondeat. alii viderint. ego nihil mutem.

Τὰ μελύδρια τῆς περιπεφαμμένης] *corporea hujus molis membra* Xylander. Vide *ad l. 12. §. 1.* Idem *l. 4. §. 39.* Τὸ περιεχόν. *Corpus animam ambiens. & l. 12. §. 2, 3.* Τὸ περικείμενον. *Sibi circumjectum* dicitur. & μελύδρια ista, ὄργανα περιπεπλασμένα. *Instrumenta undique ex eodem efficta. l. 10. §. 38.*

Φυράματος] φύραμα *massa lutea*, sive γῆ ὑγρᾷ φυρθεῖσα, ut Svidas; ex qa figulus vasa fictilia conficit. Apostolus *ad Rom. c. 9. v. 21.* Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τῆς πηλῆς, ἐκ τῆς αὐτῆς φυράματος ποιῆσαι σκεῦος, &c. *Annon habet potestatem figulus in lutum, ut ex eadem massa faciat vas,* &c. Et Plutarchus in *collat. terrest. & aqat. pag. 983. B.* de alcedone, ἃ φυρῶσα πηλὸν. *Hac lutum non subigit.* Idémque in *Sympos. pag. 156. B.* Ἔτι δὲ μᾶλλον ἀρχιτέκτων μίμψαιτ' ἂν ἡμᾶς, ἔργον αὐλῶν μὴ ναῦν, μηδὲ οἰκίαν ἀποφαίνοντας, ἀλλὰ τρυπῆσαι ξύλα, καὶ φυσᾶσαι πηλόν. *Sed & architectus multò magis nos reprehendat, si opus ejus affirmemus esse non navim, aut domum, sed ligna terebrare, & lutum miscere.* Allusit autem hîc Marcus ad corporis humani qasi ex massa ejusmodi coagmentationem. Eâdem usus metaphorâ Moses *Genes. c. 2. v. 7.* de creatione Adæ: *Finxit Deus hominem è limo terræ.* Et Jobus *c. 10. v. 9. Tanquam argillam effinxisti me.* sed & apud Hesiodum Vulcanus Jovis jussu ad Pandoram concinnandam, dicitur

Γαῖαν ὕδει φύρειν. ---
Terram aqa miscere. ---

Elegantissimè verò Epictetus *Dissert. l. 1. c. 1.* corpus humanum dixit esse πηλὸν κομψῶς πεφυραμένον. *lutum affabrè maceratum.* Et Tiberium, pòst Imperatorem, puerum adhuc, Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor, præsagio sanè plùs nimiò felici ac veraci, πηλὸν ἄιματι πεφυραμένον. *lutum sanguine maceratum.* Svetonius *l. 3. c. 57.* qod tamen Svidas, ab Alexandro Ægæo philosopho Peripatetico, de Nerone, cui præceptor fuerat, dictum refert. Nota est de Prometheo fabula, qom è luto corpus homini effinxisse fabulantur. unde ὁ Προμηθέως πηλὸς humanum genus Callimacho dictum versibus his;

Ἦν κεῖνος ἡνίκ' αὐτὸς, ᾧ πολὺς πλοῦτος,
Καὶ τῶν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράκνυ, ἔτως
Ἐφθέγγετ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθέως.
Erátque tempus cum volucrium secla
Et quadrupes & qicqid occulit pontus
Vocem efferebat, & lutum Prometheum.

qos Clemens nobis exhibet, *Strom. l. 5.* & ex Clemente Evsebius *præpar. l. 13. c. 13.* componítqe cum Homeri illis;

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε.
At vos in terram cuncti redeatis & undam.

de qibus vide *ad l. 6. §. 10.* ut avtem ille genus humanum *lutum Prometheum*, ità Columella *lib. 10.* primos homines, *cretam Prometheam* dixit. Libanius *Orat. 31.* Τὰ σώματα ἡμῖν, ὅσις μὲν ἔπλασεν, οὐκ οἶδα. ἔγω δὲ, εἰ δοκεῖ, Προμηθέως. οἷόν μίγλοι, ὡς τῷ αὐτῷ πηλῷ πάντα. *Jam verò qis nobis corpora finxerit, nescio: sed fuerit, si ita videtur, Prometheus: hoc duntaxat scio, ex eodem luto omnia ficta fuisse.* Gregorius Nazianzenus *Orat. pro pauper.* Εἰκών τε ἐμὶ τῦ Θεῦ, καὶ τῷ πηλῷ συμφύρομαι. *Simul & imago Dei sum, & in cœno volutor.* Epiphanius *tom. 1. l. 3. hær. 37. n. 1.* de Deo hominis lapsi miserto; Ἔδει τὸν ὅλως ὅλα τεχνίτην, κεραμέως δίκην, ἐπιμελόμενον τῦ ἰδίυ πλάσματος τε καὶ ἄγγυς, ἵτι πηλῷ ὄντος, καὶ ὡς ὑπὸ ῥαγάδα ἀπόῤῥυμα γεγονότος, μὴ ἐάσαι ἅπως, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα. *Siquidem rationi consentaneum fuit, ut ille verus artifex figuli instar, operis ejus ac vasis quod manibus finxerat curam gerens, quamdiu adhuc lutum erat, atque ex fissura quadam ac rima perfluere cœperat, non ita destituere, sed in pristinam massam redigeret.* Esajas *cap. 64. v. 8.* ex *versione Græca*, qæ LXX. dicitur, Κύριος πλάστης ἡμῶν σύ. ἡμεῖς δὲ πηλός. ἔργα χειρῶν σου πάντες. omiserunt, qod præcipuè havd omissum oportebat, σὺ κεραμεύς. *tu pater noster; nos lutum: tu figulus: nos manuum tuarum opus universi.* Nec inficetum Hesychii Hierosolymitani ænigmaticum illud (apud Photium extat in *excerptis Cod. 275.*) in Davidem Θεοπάτορα. (Matth. *c. 22. v. 45.*) Τῦ κεραμέως πατὴρ ὁ πηλός. *lutum figuli pater.* Eòdem spectat, & qòd Apostolus *ad Cor. Epist. 2. c. 4. v. 7.* corpora nostra nuncupat σκέυη ὀστράκινα, *Vasa testacea.* de qo videndus Gregorius Nyssenus *Orat. Catechet. cap. 8.* Qin & nostris φύραμα dicitur corpus humanum. Joannes Damascenus *de fide Orthod. l. 3. c. 49.* Christum Deum assumpsisse ait, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας φυράματος, *carnem animâ rationali & intellectuali animatam, primitias nostræ naturæ.* Et Joannes Chrysostomus *in Matth. Orat. 4. pag. 38. E. Edit. Paris.* eos refellens, qi Christum ajebant, ὥσπερ διά τινος σωλῆνος, per virginem duntaxat, *tanqam per fistulam aqam*, transisse, εἰ τῦτο ἦν, inqit, ἄλλη τίς ἐστιν ἐκείνη ἡ σὰρξ ἣ τῦ φυράματος τῦ ἡμετέρου. *Si ista est, alia illa caro est, non ex nostræ communione naturæ.*

Ἐν γαλήνῃ] Vide *l. 4. §. 39.* & *l. 8. §. 28.* Epictetus *lib. 2. c. 18.* Ἆρον τὸν φόβον τῷ θανάτῳ, καὶ φέρε ὅσας θέλεις βροντὰς καὶ ἀστραπάς, καὶ γνώσῃ ὅση γαλήνη ἐστὶν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ καὶ εὐδία. *Sublato mortis metu, qot voles tonitrua & fulgura afferto;*

a L.3.§.11. λέγειν τῷ ἐνσπίπτοντι, [a] Ἔστι ὑπάρχεις καὶ᾽ ὐσίαν, καὶ οὐ δόξαν ἀλλοῖον φάντ. τἰνὶ ἢ χρῆσιν
b L.4.§.1. Sup.§.58. λέγειν τῷ ὑπαντῶντι, σὲ ἐζήτουν. [b] ἀεὶ γάρ μοι τὸ παρὸν, ὕλη ἔρεσθαι λογικῆς καὶ πολιτικῆς, καὶ τὸ σύνολον τέχνης ἀνθρώπου ἢ θεοῦ. πᾶν γὰρ τὸ συμβαῖ-
c L.3.§.13. νον, [c] θεῷ ἢ ἀνθρώπῳ ἐξοικειοῦν), καὶ [d] ὅτε καινὸν,
d Sup.§.1. 66. ὅτε δυσμεταχείρισον, ἀλλὰ [e] γνώριμον καὶ ἀνεχές.
e L.4.§.33. 44. §.69. Τοῦτο ἔχει [f] ἡ τελειότης [g] ἤθους, [g] τὸ πᾶ-
f L.3.§.7,8. σαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν, καὶ [h] μήτε
g L.2.§.11. σφύζειν, μήτε νωχελαίνειν,
Sup.§.56. h Sup.§.43. L.1.§.15. §.70. Οἱ θεοὶ ἀθάνατοι ὄντες, [k] ὰ δυσχεραίνου-
i L.8.§.5. k L.9.§.11. 27.

irruenti rei cuivis dicat, Hoc es revera, etiamsi opinione aliusmodi esse videaris. usus dicat eidem, Te qærebam. etenim semper mihi præsens res omnis materiam præbet virtutis rationalis & socialis, artisque prorsus vel humanæ vel divinæ exercendæ. siqidem qicqid contingit, vel ad hominem spectat vel ad Deum, nec avt novum est, avt tractatu difficile, sed familiare & facile.

§.69. Hoc in se habet morum perfectio, qod diem omnem tanqam novissimum exigit, nec avt festinat, avt torpescit, avt simulatè qicqam agit.

§.70. Dii, immortales cùm sint, non ægrè ferunt ta-

ANNOTATIONES.

afferto; intelliges in principe animi parte serenitatem esse & tranqillitatem.

Τοῦτο ὑπάρχεις καὶ᾽ ὐσίαν] Seneca *Ep.* 91. *Qicqid inciderit, sciamus non esse tam magnum, qàm rumore jactetur.* Et *Epist.* 110. *Vana sunt ista qa nos movent, qa attonitos habent. nemo nostrùm qid veri esset, excussit, sed metum alter alteri tradidit. nemo ausus est ad id qo perturbatur accedere, & naturam ac bonum timoris sui nósse. itaqe res falsa & inanis habet adhuc fidem, qia non coarguitur.* Et *Ep.* 104.

Terribiles visu formæ, letúmqe labósqe:

egregiè Virgilius noster, non re dixit terribiles esse, sed visu. id est, videri, non esse. qid in istis est tam formidabile, qàm fama vulgavit? qid est, cur timeat laborem vir, mortem homo? Vide *ad l.* 2.§.12. & *l.*4.§.3.

Σὲ ἐζήτουν] Seneca *Epist.* 64. de Sextio: *In qacunqe positione mentis sum, cùm lego hunc, libet omnes casus provocare, libet exclamare: Qid cessas fortuna? congredere. paratum vides. illius animum induo, qi qarit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ostendat:*

Spumantémqe dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, avt fulvum descendere monte leonem.

libet aliqid habere qod vincam, cujus patientiâ exercear. Idem *de provid. cap.* 3. *Ignominiam judicat gladiator cum inferiore componi: & scit eum sine gloria vinci, qi sine periculo vincitur. pudet congredi cum homine vinci parato. alium circumspicit, cum qo conferre possit manum.* Et *c.* 4. *Opus est ad notitiam sui experimento. qid qisqe posset, nisi tentando non didicit. itaqe qidam ultrò se cessantibus malis obtulerunt, & virtuti iturâ in obscurum occasionem, per qam enitesceret. qasierunt, gaudent aliqando magni viri rebus adversis, non aliter qàm fortes milites bellis. ego Mirmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audivi qerentem; Qàm bella, inqit, ætas perit! avida est periculi virtus; & qò tendat, non qid passura sit, cogitat.* Epictetus *l.* 1. *c.* 29. Καληθίνλα εἴς τινα τοιαύτην περίστασιν, εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἐλήλυθεν ὁ καιρὸς τῆ ἀποδεῖξαι, εἰ πεπαιδίυμεθα. νέφ, γὰρ ἀπὸ σχολῆς ἀπιὼν εἰς περίστασιν, ὁμοίς ἐστι τῷ μεμελετηκότι συλλογισμὸς ἀναλύειν. κἂν τις ἔυλογον αὐτῷ προτείνη, λέγει, μᾶλλόν μοι πεπλεγμένον κομψῶς προτείνατε, ἵνα γυμνασθῶ. καὶ οἱ ἀθληταὶ τὰς κέφας τοιούτοις δυσαρεστοῦσιν. ὐ βασάζει με, φησίν. ὗτός ἐστιν ἐυφυὴς νέος, ὁ ὠδίνων αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτῷ, καὶ λέγων, Ἐμοὶ νῦν περίστασιν μὴ ἔρχεσθαι τοιαύτην, οἵοία τύτῳ ἐλήλυθεν; ἐμὲ νῦν καλαβιβῆναι καθήμενον ἐν γωνίᾳ, δυνάμενον σεφανωθῆναι Ὀλυμπίᾳ; πόλε τις ἐμοὶ καταμελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα; ὅτως ἔχειν ἔδει πάντας ὑμᾶς. ἀλλ᾽ ἐν μὲν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις, εἰσί τινες, οἱ ἀγανακτοῦντες, ὅτι ὐδεὶς αὐτὸς προάγει, ὐδὲ ζευγνύει, καὶ ἔυχονται τῷ θεῷ, καὶ προσέρχονται τοῖς ἐπιτρόποις, δέομενοι μονομαχῆσαι. ἐξ ὑμῶν δ᾽ ὐδεὶς φανήσεται τοιοῦτος; *Cum in hujusmodi aliqod discrimen devocatus fueris, sciendum, venisse tempus, qo demonstremus utrum eruditi simus. Nam qi abiens è schola in talem casum incidit, similis est adolescenti, qi sese resolvendis syllogismis exercuit; cui si qid probabile propositum fuerit, potius, inqit, aliqid ingeniosè perplexum proponito, ut exercear. Et pugiles leves adolescentulos molestè ferunt. Ille me non astollet, inqit. Hic est ingeniosus adolescens, qi doloribus angitur, & secum dicit: mihine talem occasionem non offerri, qalis isti oblata fuit? méne nunc in angulo sedentem ætatem perdere, cum in Olympiis coronari liceret? Qis mihi tandem autor est tanti certaminis negligendi? Sic omnes vos affectos esse oportebat. Cùm inter Cæsaris gladiatores sint qi molestè ferant se non produci, neqe componi, qi vota Deo faciant, qi procuratores adeant, orantes ut decertandi sibi fiat copia; nemóne talis è vobis exsistet?* Atqi Diogenes, cùm in casus qosdam adversos incidisset, Εὖγε, inqit, ἡ τύχη, ὅτι με ἀρρένως προίσηται. *Benè factum, ô fortuna, qod tam viriliter mihi præfueris.* Stobæus *tom.* 2. *tit.* 106.

Ὕλη ἀρετῆς] Vide *l.* 4. §. 1. & *suprà* §. 58. Ità Gregorius Nazianzenus *Epist.* 57. Ὕλην ἀρετῆς ποιεῖν τὴν ἀσθένειαν. *Materiam virtutis infirmitatem existimans.* Idémqe *Orat.* 28. Ὕλην ἀρετῆς ποιοῦνται τὰ λυπηρά. *Tristia materiam virtutis existimat.*

Scilicet adversis probitas exercita rebus,
Tristi materiam tempore laudis habet.

A Naso *trist. l.* 5. *el.* 5. *laudis*; qia virtutis, cui lavs debita.

Θεῷ ἢ ἀνθρώπῳ ἐξοικειοῦν] Qin & ad utrosqe hosce spectat, avt spectare debet, qicqid molimur, Marco ipso assertore, *l.* 3.§.13.

Ὄυτε καινὸν] Seneca *Ep.* 77. de viro sapiente. *Vanas humanarum mentium formidines securus audit, & dicit,*

— non ulla laborum,
O virgo, nova mî facies inopináve surgit.
Omnia præcepi, atqe animo mecum antè peregi.

(Æneas apud Virgilium *Æn. l.* 6.) *tu hodie ista denuncias: ego semper denunciavi mihi, & hominem paravi ad humana. at stultis & fortuna credentibus omnis videtur nova rerum & inopinata facies. magna avtem pars est apud imperitos mali, novitas.* Idem *Ep.* 91. *Tota ante oculos sortis humanæ conditio posnatur. nec qantum freqenter evenit, sed qantum plurimùm potest evenire, præsumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis insuetis, velut novis obstupefieri.* Vide *suprà* §. 61.

Ὄυτε δυσμεταχείριστον] Seneca *Epist.* 104. *Nihil illi videtur grave, nihil asperum, qod virum incurvet.* Vide *suprà ad* §. 2.

§. 69. Ἡ τελειότης] Vide *l.* 3.§.7. & *l.* 5.§.31.

Πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν] Musonius apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. Οὐκ ἔστι τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προσθέμενον ἑαυτὴν, ὡς ἐσχάτην βιώσιμον. *Non licet præsentem diem bene transigere, nisi eam tibi qasi postremam illuxisse statueris.* Vide *ad l.* 2.§.11. & *suprà* §. 29, 56.

Μήτε σφύζειν, μήτε νωχελαίνειν] antithesis observanda. Vide *suprà* §. 43. ambigi tamen potest, an eôdem istîc, qô illîc, sensu usurpetur τὸ σφύζειν. Svidas σφύζειν, ἐπείγειν. potest avtem *torpori*, sive *stupori* opponi cùm *trepidatio*, (nam & istam ille tollit) tum & *motus concitatior*, sive *incitatior* qivis, constabit satìs alterutra significatio; nec utram sumpseris, multùm refert. Vide *l.* 1. §. 15. Gregorius Nazianzenus περὶ ἑυταξίας. Μήτε νωθεῖς ὦμεν πρὸς τὸ καλὸν, μήποτε ὑποτύπτωμεν. νωθεία γὰρ ὕπνῳ σύζυγος. μήτε διάπυροι σὺν ἀλογίᾳ, ἵνα μὴ ἐκφερώμεθα. ἓν γέ τι πλείστης πάντως, ἢ κίνησεν δεόμενοι διὰ τὴν νωθείαν, ἢ κρημνιζόμενοι διὰ τὴν θερμότητα. ἀμφοτέρων δὲ, ὅσον χρήσιμόν ἐστι λαβόντες, τῆς μὲν τὸ πρᾶον, τῆς δὲ τὸν ζῆλον. ἀμφοτέρων, ὅσον ἐστὶ βλαβερὸν διαφύγωμεν, τῆς μὲν τὸν ὄκνον, τῆς δὲ τὸ θρασύ. ἵνα μήτε τῷ ἐλλείποντι ὦμεν ἄκαιροι, μήτε τῷ περιτρέυοντι κινδυνεύωμεν. ὁμοίως γὰρ ἄχρηστα καὶ νωθρότης ἄπρακτος, καὶ θερμότης ἀπαίδευτος. ἡ μὲν γὰρ ἐγγίζουσα τῷ καλῷ, ἡ δὲ ὑπερπίπτουσα. *Demus operam, ut nec ad bonum pigri simus, ne alioqi pavlatim in mortem obdormiamus: pigritia enim somno conjuncta est; nec rursus cum temeritate acres ac fervidi, ne alioqi in transversum abripiamur, atqe in horum alterutrum necessariò incidamus, ut vel calcaribus propter tarditatem opus habeamus, vel propter animorum fervorem in præceps ruamus. Qin potius qm ex utroqe id, qod utile ac fructuosum est, collegerimus, hoc est, ex illa mansvetudinem, ex illa avtem zelum, qod in utroqe noxium ac perniciosum est, fugiamus, illius nempe pigritiam, hujus verò temeritatem. Hac ratione fiet, ut nec ob defectum steriles & infrugiferi simus, nec ob excessum periclitemur. Æqè enim inutiles sunt, iners ac supina segnities, & imperitus fervor: illa ad bonum minimè accedens, hic avtem ulterius cadens.* qod avtem istîc νωθρείαν, idem cum Marco νάρκην pavlò superiùs dixerat.

Αἱ γὰρ ἀσθενεῖς, καὶ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς κακίαν ὁμοίως νωθεῖς καὶ δυσκίνητοι, ὐδ᾽ ἑτέρωσε μέγα νεύουσαι, ὅια τῶν ναρκώντων κινήματα, αἱ γενναῖαι δὲ καὶ θερμαὶ φύσεις, λόγῳ μὲν αὐτὰς παιδαγωγοῦντος καὶ διευθύνοντος μέγα τι χρῆμα πρὸς ἀρετὴν. ἐπιλειπούσης δὲ ἐπισήμης καὶ λόγου, τὸ ἴσον εἰς κακίαν ἐυρίσκονται. *Infirmi enim & imbecilles animi tam ad virtutem, qàm ad vitium segnes & tardi sunt, neqe in alterutram partem magnoperè inclinantur, non secus scilicet atqe hominum torpore laborantium incessus. At fortes & generosi, qemadmodum si ratione gubernentur & coerceantur, magnum ad virtutem pondus asferunt: ita si à scientia ac ratione deserantur, non minus momenti ad vitium habituri sunt.*

§. 70. Οἱ θεοὶ ὰ δυσχεραίνουσιν] Efficacissimum sanè & Christiano qovis dignum ad pravorum hominum tolerantiam svadendam, à numinis divini exemplo desumptum argumentum. Vide ad *l.* 9. §. 27. & *l.* 8. §. 8. & *l.* 9. §. 11. Sed & Joan.

tamen, qod per ævum tam immensum ipsos oporteat omnino, tot talésqe qi sint, improbos jugiter sustinere. imò, qod ampliùs est, omnimodam horum curam gerunt. tu verò, qi mox es desiturus, malos tolerando defetiscéris? idqe cùm ex eorum ipse sis numero.

§. 71. Ridiculum est malitiam cùm tuam, qod potes, non effugias, fugere te velle, qod non potes, alienam.

§. 72. Qicqid intellectualis socialísqe facultas, nec ad intellectum neo ad usum socialem facere deprehenderit, idipsum inferius se meritò judicat.

§. 73. Ubi bene tu alicui feciſti, & beneficio ille affectus est, qid stultorum instar tertium qippiam ultra hæc qæras, puta, benefici hominis existimationem, avt beneficii accepti remunerationem?

σιν, ὅτι ἐν τοσούτῳ αἰῶνι δεήσῃ αὐτὸς πάνυ ὰεὶ τοιούτων ὄντων καὶ τοσούτων φαύλων ἀνέχεσθαι. ωεφσίτι ὃ καὶ [a] κήδονται αὐτῶν παντοίως. σὺ δὲ [b] ὅσον οὐδέπω λήγειν μέλλων, [c] ἀπαυδᾶς; καὶ ταῦτα, [d] εἷς ὢν τῶν φαύλων;

§. 71. Γελοῖόν ἐστι, τὶ μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν, [e] ὃ καὶ δύνατόν ἐστι. τὴν δὲ τῶ ἄλλων φεύγειν, [f] ὅπερ ἀδύνατον.

§. 72. [g]Ὃ ἂν ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις εὑρίσκῃ [h]μήτε νοερὸν, [i] μήτε κοινωνικὸν, εὐλόγως [k] καταδεέστερον ἑαυτῆς κρίνει.

§. 73. [l]Ὅταν σὺ εὖ πεποιηκὼς ἦς, καὶ ἄλλος εὖ πεπονθὼς, τί ἔτι ζητεῖς τρίτον ωᾦδε ταῦτα, ὥσπερ [m] οἱ μωροὶ, τὸ καὶ [n] δόξαι εὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν;

a L. 9. §. 27.
b L. 8. §. 5.
c L. 5. §. 9. l. 12. §. 15.
d L. 11. §. 18.
e L. 8. §. 55.
f L. 8. §. 4. l. 9. §. 42.
g L. 3. §. 8. l. 4. §. 2.
h L. 8. §. 2.
i L. 11. §. 37.
k L. 3. §. 6.
l L. 5. §. 6. l. 9. §. 42.
m L. 4. §. 14.
n L. 8. §. 1.

§. 74.

ANNOTATIONES.

Joannem Chrysostomum *in Matth. c. 6. v. 45. Orat. 18.* Tertullianus *de patient. c. 2. Disciplina cælestis Deum ipsum ostendit patientiæ exemplum; jamprimum, qi * florem* [* rorem, al.] *lucis hujus super justos & injustos æqualiter spargit; qi temporum officia, elementorum servitia, totius genituræ tributa dignis simul & indignis patitur simul occurrere; sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum adorantes, nomen, familiam ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem qotidie insolescentem, ut suâ sibi patientiâ detrahat: plures enim dominum idcirco non credunt, qia seculo iratum tam diu nesciunt.* Cyprianus *de bon. patient. Patientiam magisteriis cælestibus discimus. est enim nobis cum Deo virtus ista communis. indè patientia incipit: indè claritas ejus & dignitas caput sumit. origo & magnitudo patientia Deo avtore procedit. diligenda res homini, qa Deo chara est. bonum qod amat divina majestas, commendat. Qalis vero in Deo & qanta patientia, qòd in contumeliam sua majestatis & bonoris instituta ab hominibus profana templa, & terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissimè sustinens, super bonos & malos æqualiter facit diem nasci, & lumen solis oboriri; & cùm imbribus terram rigat, nemo à beneficiis ejus excluditur, qò minùs justis similiter & injustis indiscretas pluvias largiatur. Videmus inseparabili æqualitate patientiæ nocentibus & innoxiis, religiosis & impiis, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere. & cùm crebris imò contnuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat. cúmqe habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam, sustinens scilicet clementer & differens, ut, si fieri potest, multùm malitia protracta aliqando mutetur, & homo in errorum & scelerum contagione volutatus, vel serò ad dominum convertatur.*

Τοσούτων φαύλων ἀνέχεσθαι] Justiniano Imperatori Prasini supplices, referente Theophane apud Alemannum in *notis ad Procop. l. 9.* Εἶτι εἴπωμεν θλιβόμενοι, μὴ ἀγανακτήσωμεν τὸ κράτος σου. τὸ γὰρ θεῖον πάντων ἀνέχεται. *Si qid dixerimus afflicti, ne agrè feras ejus potentiam. Deus enim omnes sustinet.* Theodosio Libanius *Orat. 12.* Τίνα γὰρ δὴ τὰ τῶν θεῶν; συγγνώμη τοῖς τὰ καθ' ἡμέραν ῥήματα εἰς αὐτοὺς ἀφιεῖσιν, ὅταν τι παρὰ τῶν πραγμάτων λυπῶνται. καί τοι πολλάκις αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀπολλύουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν συνοφαντοῦσιν. οἱ δὲ ἀνέχονται. καὶ διὰ τοῦτο πολὺ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. εἰ δ' ἔπρεπτο πᾶσιν ἁμαρτήμασι δίκη, σφόδρα ἂν ὀλίγοι ἦν τὸ σωζόμενον. ὅστις ἂν ἑοικέναι βούλεται θεοῖς, ἀφιεὶς τιμωρίας χαίρετω μᾶλλον, ἢ λαμβάνων. *Etenim qenam sunt deorum propria? iis condonare qi convicia qotidie in eos ingerunt, qoties res ex animi sententia non succedentes molestiam exhibent: tametsi sæpenumero manus sibi violentas inferant. Verùm homines qidem calumniantur: dii vero tolerant: ac proinde genus hominum latè propagatur. Qod si pœna omnia delicta sequerentur, oppidò exiguum esset qod conservaretur. Qicunqe igitur Deo similis esse vult, pœnas remittere potius, qàm infligere gaudeat.* Et clariùs adhuc *Orat. 13.* Τί γὰρ δὴ τὸ τῶν θεῶν; ἄνωθεν μὲν ἅπαντα καθορῶσι καὶ ἀκούουσιν. ἐν δὲ αὖ τοῖς ἐπὶ γῆς καὶ λεγομένοις καὶ πραττομένοις, ἀδικήματα πολλά γε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ ὅταν δι' αὐτοὺς ἄνθρωποι πράττωσι κακῶς, ἀδικεῖσθαί τε λέγουσι παρ' ἐκείνων, ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδενὸς ἀπέχοντας; ῥήματος. εἶδον ἐγὼ τινας καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν ἀφέντας. οἱ δ' ἐν τοιαύτῃ δυνάμει τῶ λαβεῖν δίκην, εἰ βουληθεῖεν, ὄντες, οὐ βούλονται. εἰ δ' ἅπασιν ἔπρεπτο τοῖς τοιούτοις αἱ δίκαι, πάντα ἂν ἦν καθ' ἡμέραν τῶν ἀπολλυμένων πλέα. καὶ οὐδ' ἂν ἐξήρκουν οἱ ζῶντες πρὸς τὰς ταφάς. ὧν δὲ καὶ ἐναὐτῷ τούτῳ τὸ κρείττους εἶναι δεικνύουσι, τῷ μηδὲ δικαίῳ χρῆσθαι θυμῷ πολλάκις. *Ecqid verò Dei proprium est? omnia certè ab alto videt & audit. In iis autem qa in terris dicuntur & fiunt, cùm alia plerasqe scelera suscipiuntur, tum etiam cùm suâ sponte ac per seipsos malè res suas agunt homines, injuriâ se ab illo affici ajunt, & in cælum intuentes nullis malis verbis parcunt: vidi etiam nonnullos lapides in altum jactantes. Deus verò cum omnem pœnas sumendi potestatem habeat, si vellet, id tamen non vult. Qod si sceleratos omnes pœna assequerentur, cunctæ sanè in singulos dies iis, qi ita malè perirent, essent refertæ: neqe ad tumulos struendos superstites sufficerent. Jam verò superi in hoc ipso præstantiores se esse declarant, qod ne justam qidem iram sæpe exerceant.* vide *ad l. 8. §. 51.*

Καὶ κήδονται αὐτῶν] Qod Christus Dominus, Matth. *c. 5. v. 45.* Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. *Facit ut sol suus exoriatur super malos ac bonos, & pluit super justos & injustos.* & Luc. *c. 6. v. 36.* Χρηστός ἐστι ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. *Benignus est erga ingratos & malos.* Et Pavlus *Act. Apost. c. 14. v. 16, 17.* Εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καίτοιγε ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης καρδίας αὐτῶν. *Sivit omnes gentes suis ipsarum viis incedere, qanqam bona tribuens; dans cælitus pluvias ac præstituta tempora fructibus perferendis, implens cibo ac delectatione corda illarum.* Seneca *de benef. l. 1. c. 1. Non est qòd tardiores faciat ad bene merendum, turba ingratorum: nè Deos qidem immortales ab hac tam effusa liberalitate sacrilegi negligentésqe eorum deterrent. utuntur naturâ suâ, incunctantérqe illos ipsos munerum suorum malos interpretes juvant. hos sequamur duces, qantùm humana imbecillitas patitur.* Et *l. 3. c. 25. Propositum est nobis secundùm rerum naturam vivere & deorum exemplum sequi. si deos imitaris, da & ingratis beneficia. nam & sceleratis sol oritur; & piratis patent maria.* vide tamen & eundem *ibidem c. 28.* Idem *l. 7. c. 31. Non est mihi relata gratia: qid faciam? qod dii omnium rerum optimi avtores, qi beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseverant.* Vide *l. 9. §. 11, 27.*

Ὅσον οὐδέπω λήγειν μέλλων ἀπαυδᾷς] Eodem utitur argumento, *l. 8. §. 5.* Seneca *de ira l. 3. c. 43. Magno animo brevia feramus incommoda.*

Εἷς ὢν τῶν φαύλων] qod latro ad crucem socio suo, Luc. *c. 23. v. 40.* Ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ. *Qm in eadem sis damnatione.* Vide *l. 11. §. 18.* Seneca *de benef. l. 1. c. 1. Non est qòd tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum. nam primùm, nos illam arguemus, deinde, nè deos qidem immortales ab hac tam effusa benignitate sacrilegi negligentésqe eorum deterrent.*

§. 71. Τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν] vide Apostolum *ad Cor. Ep. 1. c. 5. v. 7, --10.* Epictetus *l. 2. c. 16.* Ἀλλ' οὐκ εἶ Ἡρακλῆς, καὶ οὐ δύνασαι καθαίρειν τὰ ἀλλότρια κακά; ἀλλ' οὐδὲ Θησεὺς, ἵνα τὰ τῆς Ἀττικῆς καθάρῃς; τὰ σαυτῆ κάθαρον. ἐντεῦθεν ἐκ τῆς διανοίας ἔκβαλε ἀπὸ Προκρούστου καὶ Σίνιδος, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, φιλαργυρίαν, μαλακίαν, ἀκρασίαν. *At non es Hercules, nec aliena mala purgare potes? Ac ne Thesæus qidem es, ut Attica mala purges. Tua ipsius purgato. Ex animo ejice, loco Procrustis & Scironis, dolorem, timorem, cupiditatem, invidiam, malevolentiam, avaritiam, mollitiem, intemperantiam.*

Ὃ καὶ δυνατόν] vide *l. 8. §. 55.*

§. 72. Ὃ ἂν ἡ λογικὴ] vide *l. 3. §. 8.* & *l. 4. §. 2.*

Καταδεέστερον ἑαυτῆς] utpote qæ ad ampliora & præstantiora sit nata. Vide *l. 3. §. 6.*

§. 73. Τί ἔτι ζητεῖς] Vide *ad l. 5. §. 6.* Seneca *Ep. 76. Oppone, qa deberentur; dic, Factum tuum matura sequetur oblivio, & parùm grata existimatio civium. respondebit tibi; Ista omnia extra opus meum sunt, ego ipsum contemplor; facere rectè piéqe contentus.*

Ὥσπερ οἱ μωροὶ] qibus fama major sitis est qàm virtutis, Juvenalis *Sat. 10.* Vide *l. 4. §. 44.* & *ad l. 5. §. 23.* Sed

§. 74. Οὐδεὶς κάμνῃ ὠφελούμενος. ὠφέλεια
a L. 5. §. 6. l. 6. §. 29. ἡ πρᾶξις κατὰ φύσιν. a μὴ οὖν κάμνε b ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖς.
b Sup. §. 13. 53.

§. 74. Emolumentum capiendo nemo defatigatur. atqui emolumentum eſt actio omnis naturæ conſentanea. noli ergò defatigari emolumentum in eo capiendo, qod alteri præſtas.

c L. 6. §. 38. l. 9. §. 1. 28. l. 10. §. 5. * τὰ λογικὰ καὶ κ. vel, ἃ λογιστικὰ, τὰ κ. Mer. d Sup. §. 68.

§. 75. Ἡ ἔν ὅλῳ φύσις ἐπὶ τῷ κοσμοποιΐαν ὥρμησεν. νῦν ἤ c ἤτοι πᾶν τὸ γινόμενον καθ' ἑπακολούθησιν γίνεται, ἢ * ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριώτατα τούτων ἐστίν, ἐφ' ἃ ποιεῖται ἰδίαν ὁρμὴν τὸ ἔν κόσμῳ ἡγεμονικόν. εἰς πολλὰ σε d γαλλιώτερον ποιήσῃ, τοῦτο μνημονεύσεται.

§. 75. Ad mundum condendum univerſi natura olim ſe intendit. nunc verò, aut qicqid fit, conſeqentiæ neceſſariæ lege certâ producitur, aut principalia etiam illa, ad qæ mundi mens peculiariter intenta eſt, ratione nullâ gubernantur. in multis tranqilliorem fecerit te, hoc in memoria ſi habueris.

ANNOTATIONES.

qare ſtultos cenſet, qi lavdem expetunt? qia id volunt, qod in ipſis non eſt. Epictetus *l.* 2. *c.* 13. Ὅταν ἀγωνιῶντα ἴδῃς ἄνθρωπον, λέγω, ὅτος τί ποτε θέλει; εἰ μὴ τῶν ἐκ' ἐφ' αὑτῷ τι ἤθελε, πῶς ἂν ἔτι ἡγωνία; διὰ τοῦτο καὶ ὁ κιθαῳδὸς, μόνον μὰν ᾄδων, οὐκ ἀγωνιᾷ. εἰς θέατρον δ' εἰσερχόμενον, καὶν λίαν ὑφηνος ᾖ, καὶ καλῶς κιθαρίζῃ. ἐὰν γὰρ ᾄσαι μόνον θέλει καλῶς, ἀλλὰ καὶ εὐδοκιμῆσαι. τοῦτο δ' οὐκέτι ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. *Cùm aliqem angi video, dico, qid iſte ſibi vult? Niſi aliqid earum rerum, qa penes ipſum non ſunt, vellet, non angeretur. Qapropter citharœdus, etiam cum ſolus cantat, non angitur: ſed theatrum ingreſſus, licet admodùm vocalis ſit, & citharam bene pulſet, tum verò angitur, Neqe enim tantùm bene canere vult, ſed lavdari etiam: id qod jam penes ipſum non eſt.* Flaccus *l.* 1. *Ep.* 16.

Vir bonus ac prudens dici delector ego, ac tu.
Qi dedit hoc hodie, cras ſi volet, avferet idem.
Pone, meum eſt, inqit: pono, triſtiſqe recedo.

§. 74. Οὐδεὶς κάμνει ὠφελούμενος] At Themiſtocles Athenienſibus ipſum proſcindentibus; Τί κοπιᾶτε, ὦ μακάριοι, πολλάκις εὖ πάσχοντες; *Qid, ô felices, defatigamini ſæpenumero beneficiis ab eodem accipiendis?* Plutarchus *de lavde ſui c.* 3. & *in præcept. polit.* & *in apophth.*

Ὠφέλεια δὲ] Vide *ſuprà* §. 13, & 53.

Μὴ οὖν κάμνε] Apoſtolus *ad Galat. c.* 6. *v.* 9. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. *Porro ne benefaciendo ſegnes ſimus.* & *ad Theſſ. Ep.* 2. *c.* 3. *v.* 13. Μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. *Ne ſegneſciſe in benefaciendo.* Vide *ad l.* 5. §. 6. & *l.* 6. §. 29.

Ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖς] Seneca *de clem. l.* 1. *c.* 4. *Animus reipublicæ tu es; illa corpus tuum. vides, ut puto, qàm neceſſaria clementia ſit. tibi enim parcis, cùm videris alteri parcere.* Avſonius *grat. act. Qartum hunc gradum novi beneficii tu, Auguſte, conſtituis, deferre tibi ipſi, qò alter ornetur.* Caſſiodorus *var. l.* 4. *c.* 24. *In lucrum cedunt, qa bene meritis conferuntur. & de ipſo munere magis acqiritur, cùm optimis digna præſtantur.* Ità P. Syrus;

Beneficium dando accepit, qi digno dedit.

Sidonius *l.* 6. *Ep.* 12. *Aliqis aliqem: ego illum præcipuè puto ſuo bono vivere, qi vivit alieno.* & Pacatus *paneg. Nullam majorem crediderim eſſe principum felicitatem, qàm feciſſe felicem, & interceſſiſſe inopiæ, & fortunam viciſſe, & dediſſe homini novum ſatum. itaqe imperatori propriam majeſtatem æſtimanti, non tam id ſuum videri debet, qod abſtulit, qàm qod dedit.* Gregorius Nazianzenus *de bapt.* Εὐεργετεῖται; τὴν εὐεργεσίαν αἰτέμενος. *Qum ab eo beneficium petitur, beneficio afficitur.* Et Joannes Chryſoſtomus apud Antonium *meliſſ. l.* 1. *c.* 29. Οὐκ ἓν ποιεῖ ὁ ἓν ποιῶν, ἀλλ' ἓν πάσχει αὐτὸς, καὶ εὐεργετεῖται μᾶλλον, ἢ εὐεργετεῖ. *Non benefacit qi benefacit, ſed beneficium ipſe accipit potius qam dat.* Noſtro planè conſentiens Clemens Alexandrinus *Strom. l.* 7. *pag.* 404. *C.* Τῷ γὰρ ὄντι οἰκὼν τῷ Θεῷ ἄνθρωπος ἐνεργετῶν, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἐνεργετεῖται. ὥσπερ γὰρ ὁ κυβερνήτης, ἅμα σώζει καὶ σώζεται. διὸ τοῦτο ὅταν τις αὐτῶν τύχῃ, ὃ φησὶ τῷ διδόντι, Καλῶς ἔδωκας, ἀλλὰ, Καλῶς ἔλαβες φησί. ὅταν λαμβάνει μὲν ὁ διδοὺς, δίδωσι δὲ ὁ λαμβάνων. *Revera enim Dei eſt imago homo benefaciens: qa in re ipſe etiam beneficio afficitur, ſicut gubernator ſimul ſervat & ſervatur. Et ideo qum qivis petens fuerit conſequtus, non dicit danti, rectè dediſti, ſed rectè accepiſti. Ita accipit qidem qi dat, dat autem qi accipit.*

§. 75. Ἡ ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριώτατά ἐστιν] Mericus Caſaubonus legendum contendit, ἢ τὰ λογικὰ καὶ κυριώτατά ἐστιν, vel etiam, ἢ ἃ λογιστικὰ, τὰ κυριώτατά ἐστιν. ut ſit ſenſus, *rationales creaturas eſſe objecta principalia, circa qæ peculiaris cura illa & providentia verſatur.* atqe ità revera intelligendum Apoſtoli illud, *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 9. *v.* 9, 10. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; *Num boves cura ſunt Deo? An hoc propter nos omnino dicit?* Ego tamen nihil mutandum cenſeo. hoc enim velle videtur Marcus, Ad mundi hujus fabricam producendam ac conſtituendam, peculiari qodam motu, univerſi natura acceſſit. deinceps avtem, vel qæcunqe in eo contingunt, vi nexûs cujuſdam & conſeqentiæ neceſſariæ lege certâ tunc conſtitutæ eveniunt, vel principalia illa, ad qæ univerſi mens præcipuè & qaſi peculiariter ſeſe intenderit, nullâ ratione, ſed temerè diſpoſita fuerint. at hoc eſſet abſurdiſſimum, mentem univerſi, cùm ad iſta producenda ac conſtituenda peculiari motu proceſſiſſet, de futura diſpoſitione atqe ordinatione legem nullam tuliſſe, ſed temerè ferenda caſui fortuito permiſiſſe. diſpoſuit ergò. hæc genuina Marci mens. nec aliud qicqam evincunt loca ad lectionis mutatæ firmamentum adducta ex *l.* 6. §. 39. & *l.* 9. §. 26. *edit. Caſ. l.* 6. §. 44. & *l.* 9. §. 28. diſtinctionis noſtræ. ſiqidem priore loco τὰ κοινὰ, non τὰ λογικὰ, ea eſſe dicuntur, οἷς οἱ θεοὶ μάλιστα προσέσχηκαν, *qorum dii præcipuè curam gerunt*, atqe iſtis κατ' ἐπακολούθησιν συμβαίνειν, *cum conſecutione neceſſariò cohærere cætera.* poſteriore verò nuda ponitur diſtributio illa, Ἥτοι ἐφ' ἕκαστον ὁρμᾷ ἡ τῶν ὅλων διάνοια. ἢ ἅπαξ ὥρμησε, τὰ δὲ λοιπὰ κατ' ἐπακολούθησιν. *Mens avtem univerſi vel ad ſingula qaqe ſe promovet, vel ſemel operi ſe admovit, reliqa verò per conſeqentiam neceſſariam.* Sicut & *l.* 6. §. 35. de ratione præditis nè γὲ qidem. Ità Marcus pro conceſſo ſumit mentem univerſi, ſi ad primam rerum conſtitutionem ratione ac conſilio qodam deſtinato acceſſerat, ità cuncta diſpoſuiſſe ut à primis illis cavſſis ſuccedentia qæqe neceſſariâ qadam conſecutione profluerent. qod & iſtic monitum voluit. Vide & *lib.* 10. §. 6. Seneca *de beneficiis lib.* 6. *cap.* 23. *In primâ illa conſtitutione, cùm univerſa diſponerent, etiam noſtra viderunt, rationémqe hominis habuerunt.* —— *etiamſi potiora illis ſunt, in qa oriuntur, nos tamen in majora iturì juvant.* de ſyderibus loqitur.

LIBER VIII.

a L. 1. §. 16. Καὶ τοῦτο πρὸς a τὸ εὐκενόδοξον φέρει, ὅτι οὐκ ἔτι δύνασαι τὸν βίον ὅλον, ἢ τὸν γε ἀπὸ νεότητος φιλόσοφον βεβιωκέναι. ἀλλὰ πολλοῖς τε ἄλλοις, καὶ αὐτὸς σαυτῷ δῆλος γέγονας, πόρρω φιλοσοφίας ὤν. πέφυρσαι ἄν. ὥστε τιμὴ μὲν δόξαν τιμὴ δὲ φιλοσοφίᾳ κτήσασθαι, ἐκεῖσε σοι ῥάδιον. ἀνταγωνίζεται δὲ καὶ ἡ ὑπόθεσις. εἴπερ οὖν ἀληθῶς ἐώρακας

Hoc etiam ad inanis gloriæ ſtudium minuendum conducit, qòd vitam totam, eam ſaltem qæ à juventute hactenus tranſiit, non potes præſtare philoſophicè ductam. ſiqidem cum aliis havd pavcis, tum & tibiipſi compertum eſt, à philoſophia longè te abeſſe. conturbatæ ſunt itaqe rationes tuæ: neqe adeò avt facile eſt tibi philoſophi exiſtimationem comparare; & vitæ etiam inſtitutum adverſatur. proinde ſi verè

ANNOTATIONES.

§. 1. Π

Ὀρρὼ φιλοσοφίας ὤν] Epictetus *lib.* 2. *c.* 9. Οὕτως οὐδὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἐπαγγελίαν πληροῦσαι δυνάμενοι, προσλαμβάνομεν τὴν τοῦ φιλοσόφου, τηλικοῦτο φορτίον, οἷον εἴ τις δέκα λίτρας ἆραι μὴ δυνάμενον, τὸν τοῦ Αἴαντος λίθον βαστάζειν ἤθελεν. *Sic cùm hominis munus abſolvere neqeamus, etiam philoſophi perſonam no-*

bis imponimus, ingens onus; perinde ac ſi qis, cui vires ad decem libras ferendas non ſuppeterent, Ajacis lapidem ferendum aſſumeret. Qem eundem vide & *l.* 3. *c.* 21.

Ἀνταγωνίζεται δὲ καὶ ἡ ὑπόθεσις] Repugnat res ipſa: ipſum vitæ tuæ inſtitutum opinioni iſti, qam de te habes tanqam qi philoſophus ſis, adverſatur, falſiqe te redarguit. vel qia aliis negotiis diſtrictus totus teneris, nec huic ſtudio totum te ſedulò jugitérqe dediſti, vel etiam qia affectibus etiamnum indulgere deprehenderis, eóqe à verò mentis animíqe cultu abeſſe te qàm lon-

verè perſpexiſti, in qo res ipſa ſita ſit, miſſâ exiſtimatione, in hoc duntaxat incumbe, ut vitæ qod ſupereſt, qantulumcumqe id fuerit, pro naturæ tuæ ductu ac dictamine tranſigas. tu itaqe illa qid velit, intuere, nec te aliud qicqam moleſtum habeat. etenim expertus jam es, per qàm multa divagatus, vitam bonam beatámqe nuſqam inveneris; non in ſyllogiſmis, non

καις πῦ κεῖ) τὸ πρᾶγμα, τὸ μὲν, [a] τί δόξεις, ἄφες. ἀρκέσθητι ἧ, εἰ καὶ [b] τὸ λοιπὸν ἓξ βίᳳ, ὅσον δήποτε * ἡ σὴ φύσις θέλῃ βιώσειν *. κατανόησον ἂν τί θέλῃ, καὶ [c] ἄλλο μηδὲν φείσασθω. πεπείρασαι γὰρ [d] πολλὰ πόσα πλανηθεὶς, ἀλλ' οὐδαμοῦ ἔυρες τὸ εὖ ζῆν. οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν

a L.7.§.73. l.10.§ 11.
b L.7.§.46. 56.
* [ὡς] ἡ f. -σεις.
c Boot.
L.2.§.7. l. 7.§.20.
d L.12.§. 1.

ANNOTATIONES.

longiſſimè prodis. Seneca *Epiſt.* 59. *Exiguum temporis impendiſſe philoſophiæ, ſatis abundèqe occupatis fuit. leviter tam magna rei inſiſtimus. qemadmodum autem poteſt aliqis, qantum ſatis ſit, adverſus vitia diſcere, qi qantum à vitiis vacat, diſcit? Atqi, non cùm vacaveris, philoſophandum eſt: omnia alia negligenda, ut huic aſſideamus; cui nullum tempus ſatis magnum eſt, etiamſi à pueritia uſqe ad longiſſimos humani avi terminos vita protenditur.* Idem *Epiſt.* 72. Galenus *de affect. dignoſc. & cur. c.* 3. cuidam ἀναμάρτητον ſeſe opinanti. Ἀλλὰ σύ γε θεῷ παρεμπλήσιος ἐξαίφνης οὐκ ἄν ποτε γένοιο. ὅπερ γὰρ οἱ δι' ὅλου τοῦ βίου ἀπάθειαν ἀσκήσαντες, ἃ πιστεύουσι τελείως αὐτὴν ἰσχηκέναι, πολὺ δή που μᾶλλον ὁ μηδέποτ' ἀσκήσας σύ. *Verùm tu Deo ſimilis repentè fias nunqam. Qm enim ii, qi per totam vitam apatheiam exercuerunt, nondum ipſam perfectè ſe conſequtos credant, multò utiqe magis tu, qi nunqam exercuiſti.* Et *c.* 4. Δεῖται γὰρ ἀσκήσεως ἕκαστος ἡμῶν σχεδὸν ὅλου τοῦ βίου, πρὸς τὸ γενέσθαι τέλειος ἀνήρ. *Indiget enim unuſqiſqe noſtrum, ut evadat vir perfectus, totius propemodum vitæ exercitio.* Vide Epictetum *Enchir. c.* 35, & 36. (ubi perperam divulſis qæ arctiſſimè cohærebant, ex Epiro Rhegium fecerunt editores) & *Diſſert. l.* 3. *c.* 15. unde mendoſa qædam in *Enchir.* poſſunt emendari feliciùs, qàm eſt à Volfio aliiſqe id non advertentibus tentatum. Inter alia qæ cùm utrobiqe vitiata videantur, intacta prorſus, tanqam integra præterierunt illi, hæc habet. Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δύναμαι φιλοσοφεῖν. δοκεῖς ὅτι δύναμαι ἑαυτούς ἰσθίειν, ἑαυτοὺς πίνειν, ὁμοίως ὀργίζεσθαι, ὁμοίως δυσαρεστεῖν. *Putáſne te, ſi iſta agas, poſſe philoſophari? putáſne te poſſe eodem modo edere, eodem modo bibere, aqè iraſci, aqè indignari?* ità in *Diſſertationibus* exhibentur: nam in *Enchiridio* & mutilata & inqinatiora lego, Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δύναμαι φιλοσοφεῖν; δοκεῖς ὅτι δύνασαι, (φιλοσοφεῖν ſcilicet, qod ἐκ τοῦ κοινοῦ ſubavdiendum) ἑαυτοὺς ἔσθίειν, ἑαυτοὺς πίνειν, ὁμοίως ὀργισθεὶς, ὁμοίως δυσαρεστῶν; neqe enim avt iraſci avt tædio habere permittebant Stoici. ità *c.* 22. Πρῶτον, ἐν τοῖς κατὰ σαυτὸν, οὐκέτι δεῖ σε ὅμοιον ἐν ὑδενὶ φαίνεσθαι, οἷς νῦν ποιεῖς. *Primum, tuis in rebus non amplius te tui ſimilem eſſe oportet, nec qicqam eorum facere qa nunc facis.* ſeqitur: ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, νικῆσαί τινας ἐπιθυμίας, ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν οἰκείων, ὑπὸ παιδαρίῳ καταφρονηθῆναι, ὑπὸ τῶν ἀπαντώντων καταγελασθῆναι, ἐν παντὶ ἔλασσον ἔχειν, ἐν ἀρχῇ, ἐν τιμῇ, ἐν δίκῃ, &c. *Vigilandum eſt, laborandum eſt, vincenda ſunt qadam cupiditates, à cognatis diſcedendum; oportet à puero contemni, ab obviis derideri, omnibus in rebus deteriori conditione eſſe, in magiſtratu, in honore, in judicio.* &c. Huc applicat dictum vulgare, qod inter adagia locum meritò ſibi vindicet, idem *l.* 4. *c.* 6. Νῦν δὲ πρὸς ἄλλοις γίνεσθαι λέγεις, ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι. καὶ πολλοὶ δὲ τοῦτο καλῶς λέγουσιν, ὅτι ἔργου ἔργῳ οὐ κοινωνεῖ. *Nunc autem aliis te rebus intentum eſſe, alia curare dicis: & multi rectè illud dicunt, opus cum opere nullam habere communionem.* Et rurſus *c.* 10. Ἀλλὰ προῖκα θέλεις τὰ τηλικαῦτα λαβεῖν; καὶ πῶς δύναμαι; ἔργον ἔργῳ οὐ κοινωνεῖ. εἰ δ' ἐκεῖνα θέλεις, τοῦτο ἄφες, εἰ δὲ μή, ὅτι τοῦτο ἔχεις, ὅτ' ἐκεῖνα, περισπώμενος ἐπ' ἀμφότερα. *An gratis accipere iſta ſtudes? qi autem potes? alterum opus cum altero commune nihil habet. Sin illa vis, hoc omittito. Aliqi neqe hoc, neqe illa habebis, animo utriſqe diſtracto.* Qod ſuſiùs pavlò *Enchir. c.* 1. §. 4. Τηλικοῦτον ἐφιέμενος, μίμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἁπλῶσθαι αὐτῶν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφύλακτα παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς, καὶ ἄρχειν, καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν, οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν πρότερον ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνου ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνον εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται. *Cùm tantas res appetas, ſic eas ſuſcipiendas eſſe memento, ut ſis non mediocriter incitatus, atqe alia penitus relinqenda, alia in præſentia omittenda cenſeas. Qod ſi & illas deſideráris, & magiſtratus etiam atqe opes appetieris, fortaſſe ne hæc qidem aſſeqeris, propter earum, qas ante diximus, cupiditatem: iis certè omnino excides, per qas ſolas felicitas & libertas comparatur.* Et *ibidem c.* 12. Ἴσθι γὰρ ὅτι ὁ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός. ἀλλὰ τὸν ἑτέρῳ ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρῳ ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη. *Scito enim facile non eſſe, inſtitutum tuum in eo ſtatu, qi ſit natura conſentaneus, conſervare, & res externas amplecti: ſed aliter non poſſe fieri, qm is, alterum qi curet, alterum negligat.* Qod Siracides *c.* 38. *v.* 25. Ὁ ἐλαττούμενος πράξει, αὐτὸς δὲ σοφισθήσεται. *Qi parum attendit actioni ſuæ, non efficietur ſapiens.* Et Epictetus *c.* 36. edit. vulg. Ταῦτα δὲ μὴ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός. ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω. ταυτίσιν ἢ φιλοσόφῳ τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτῃ. *Iſta non conſentient: unum te oportet homi-*

A *nem eúmqe vel bonum vel malum eſſe: aut exercenda tibi ratio eſt & mens, aut res externa colenda. Aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc eſt, aut Philoſophi tuendus locus, aut hominis plebeji.* In eam mentem Pythagoras apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. Χαλεπὸν πολλὰς ὁδοὺς ἅμα τοῦ βίου βαδίζειν. *Difficile eſt multas ſimul vitæ calles ingredi.* Et obſervat Cl. Caſavbonus apud Athenæum *l.* 12. τὴν περίσχοιν opponi τῇ φιλοσοφίᾳ. id eſt, *vitam occupatam & ſolicitam philoſophicæ.*

Τί δόξεις, ἄφες] hoc qippe ſtultorum eſſe dixerat. *l.* 7. §. 73. & *l.* 4. §. 44. ſed & videri eſſe, qod non es, qid tibi proderit? *l.* 10. §. 8. Socrates, teſte Xenophonte *memorab. l.* 1. *pag.* 732. *A.* dicere ſolitus eſt, ὡς οὐκ ἔστι καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, ἢ δι' ἧς ἂν τις ἀγαθός τε γένοιτο καὶ μὴ δοκεῖν βούλοιτο. *Viam ad gloriam meliorem nullam eſſe, qàm qâ bonus aliqis eſſet, ac non videri vellet.* At Marcus hîc qid aliis videaris, miſſum prorſus vult facias, Æſchyli illud pervulgatum in Thebaide imitatus;

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστον, ἀλλ' εἶναι θέλει.
Eſſe, haud videri, enim elaborat optimus.

Qod è tragico de Amphiarao prolatum, ad Ariſtidem corona tranſtulit. Plutarchus in *Ariſtid. vit. & Apoph.* qi & lavdat *de poet. leg. c.* 13. De Iſidoro & de Marino etiam extulit Damaſcius in *vit. Iſid.* apud Photium *bibl. cod.* 242. Catoni par elogium tribuit Saluſtius in *Catilin. Eſſe, qàm videri, bonus malebat.* qi ſubjungit tamen: *Ità, qò minus gloriam petebat, eò magis adſeqebatur.* qod ſuprà Socrates. De ſe Gregorius Nazianzenus *adv. eos, qi ſedem Conſtantinopolitanam ambire ipſum inſimulabant.* Ἀλλ' ἴστω, φησί, δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. τί δέ μοι διαφέρει, ᾧ τῷ εἶναι πλείων ὁ λόγος, μᾶλλον δὲ πᾶς; τοῦτο γὰρ ἦν κατέχρινεν, ἢ ἐδικαίωσεν, ἢ ἄθλιον πεποίηκεν, ἢ μακάριον. τὸ δὲ δοκεῖν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ ἰδίᾳ ὄναρ ἀλλότριον. *Atqi pleriſqe videtur, inqies. Qid verò meâ intereſt, qi rei veritatem magis curo, imo ſolùm curo? hoc enim me vel condemnaverit, vel abſolverit: hoc miſerum vel beatum reddiderit. At, qid aliis videatur, nihil ad nos, qemadmodum nec alienum ſomnium.* Et mox: Τὸ δοκεῖν οὖν, ὧν μὲν ὑπάρχῃ, δεξόμεθα. ἵν' ὅπου τι καὶ ἀνθρώπινον. ἂν δὲ ἀντιπίπτῃ, χαίρειν ἐάσομεν, καὶ ὑδὲν τοῦ εἶναι διὰ τὸ δοκεῖν ἀφαιρησόμεθα. *Qod autem ad hominum de nobis exiſtimationem attinet, ita animo comparati ſumus, ut ſiqidem ea contingat, non illibenter acceptúri ſimus, (ut humani etiam aliqid dicam) ſin autem in contrarium cadat, valere jubebimus, nec qicqam de rei veritate propter hominum opinionem detrahemus.* De Socrate Epictetus *Diſſertat. lib.* 4. *c.* 8. Ἀπῆγεν, ἵνα ἀρκούμενος τῷ εἶναι φιλόσοφος. χαίρων δὲ, καὶ ὅτι μὴ δοκῶν, οὐκ ἐδάκνετο. *Adducebat illos, contentus eo, qod Philoſophus eſſet: gavdebátqe ſe, qod talis non videretur, non morderi.* Qin & idem apud Platonem in *Gorgia pag.* 350. *B.* Παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετίου, ἃ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. *Viro pra cæteris meditandum eſt, non ut bonus qidem videatur, ſed ut re verâ ſit bonus publicè atqe privatim.* Epictetus *enchir. c.* 24. Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω τραφῆναι, πρὸς τὸ βουληθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν σάσιν. (ità malim pro ἔσασιν, qàm cum Volfio ἴσασιν) ἀρκοῦ ὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. *Si qando acciderit ut foras promineas, & alicui placere cupias: te de ſtatione tua dejectum eſſe ſcito. Qare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophum. Sin alicui etiam videri philoſophus cupis: tibi videre, idqe tibi ſatis eſto.* ubi tamen τῷ εἶναι ſuperflua eſſe ſuſpicatur meritò Volfius. Eratoſthenem verò vitii illius, qod à Marco hîc tangitur, inſimulat Strabo *geograph. l.* 1. *pag.* 10. Μίσος ἦν, inqit, τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦ μὴ θαῤῥοῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑποδοσιν ταύτην, ἀλλὰ μόνου μέχρι τοῦ δοκεῖν προιόντος. *Medium tenuiſſe inter eum qi philoſophari vellet, & eum qi non avderet ſe ei dare inſtituto: ſed eo duntaxat progrederetur ut philoſophari putaretur.*

G Εἰ καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, ὅσον δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλει βιώσειν] •D. Bootius, ὅσον δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλει, βιώσεις. *Si reliqum vitæ, qantumcunqe natura tibi conceſſerit, tranſegeris.* emendationi aſſentior. Verùm mihi aliqid inſuper, qod deſit, ſupplendum eſſe videtur. Seqitur enim, κατανόησον ὖν τί θέλει, conſidera ergò qid ea velit. non qamdiu, ſed qomodo vivere te velit. unde liqet, de ea re monitum aliqod anteceſſiſſe. forſan ergò legendum fuerit, εἰ καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, ὅσον δήποτε, [ὡς] ἡ σὴ φύσις θέλει, βιώσεις. *Si reliqum vitæ, qantumcunqe id futurum ſit, prout natura tua vult, & à te exigit, tranſegeris.*

Οὐδαμοῦ ἔυρες τὸ εὖ ζῆν] Contendit non immeritò Mericus Caſavbonus Antonini iſta, cum Solomonis illis, *Eccleſ. cap.* 1. *v.* 13.

ἐν πλήτῳ, οὐκ ἐν δόξῃ, οὐκ ἐν ἀποπλανύσῃ, οὐδαμοῦ.

a L.7.§.54, 55,56. *-σει [τις];
πῶς ἔστιν; a ἐν τῷ ποιεῖν. ἀλλ' ἐπιζητεῖ ἡ ἔξις ἀνθρώπου φύσις. πῶς ἂν παύσῃ ποιήσῃ *; ἐπὰν b δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πρόξεις. τίνα
b L.3.§.13. l.7.§.2. δόγματα c τὰ περὶ ἀγαθῶν, ἢ κακῶν. ὡς d ἂν δέ-
c Inf.§.14. νὸς μὲν ἀγαθὸν ὄντος ἀνθρώπῳ, ὃ οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον,
d L.2.§.11. σώφρονα, ἀνδρεῖον, ἐλεύθερον *, οὐδενὸς ἧττον κακοῦ,
*-θέριον
Mer. L.7. §.67. ὃ οὐχὶ ποιεῖ ταναντία τοῖς εἰρημένοις.

§. 2. e Καθ' ἑκάστην πρόξιν ἐρώτα σεαυτὸν,
e L.5.§.11. f Inf.§.10. πῶς μοι αὕτη ἔχει; μὴ f μεταμεληθήσω ἐπ' αὐτῇ;
g L.7.§.70. h Inf.§.5.34. i L.6.§.2.l. 10.§.1. k L.7.§.72. l L.9.§.29. m L.7.§.66. n L.5.§.32. Inf.§.5.l.9. §.25. * ταῦτα Mer. τοιαῦτα Xyl.
g μικρὸν καὶ πάθημα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου. h Μνήμην Inf.§.5.34. πλέον ἐπιζητῶ, εἰ i τὸ παρὸν ἔργον ζῴου k νοεροῦ, καὶ κοινωνικοῦ καὶ ἰσονόμου θεῷ.

§. 3. l Ἀλέξανδρος καὶ Γάϊος, καὶ Πομπήϊος τί πρὸς Διογένη, καὶ Ἡράκλειτον, καὶ
m Σωκράτη; n οἱ μὲν γὰρ εἶδον τὰ πράγματα, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ὕλας, καὶ τὰ ἡγεμονικὰ ἦν
* ταῦτα αὐτῶν * σαυτά. ἐκεῖ δὲ ὅσων πρόνοια; καὶ

in divitiis, non in gloria, nec in voluptate, nec ullibi. in qonam ergo consistit? in eis faciendis qæ exigit natura humana. at hæc qomodo qis faciat? si decreta nactus sit, à qibus appetitiones actúsqe istiusmodi profluant. qænam, inqis, decreta? de bonis malisqe, ut nihil nimirum homini bonum censeat, qod non justum, temperantem, fortem, liberalem faciat; nihil malum, qod non istis contrarium.

§. 2. In omni actione interroga te, qomodo ista mihi sese habet? num futurum est, ut ejus pœniteat me? propè adest tempus, qo moriturus sum, omniáqe mihi transitura. qid ergò expeto ulteriùs, qàm ut illud qod impræsentiarum ago, opus sit animantis rationalis, socialis, eadémqe cum Deo ipso lege agentis.

§. 3. Alexander, Cajus, Pompejus, qid ad Diogenem, Heraclitum, Socratem? isti siqidem res ipsas perspectas habebant, formásqe earundem & materias. atqe hoc modo instructæ erant mentes horum. illis verò, cùm ea nevtiqam perspecta haberent, de qàm multis solicitos esse necesse fuit?

qàm

ANNOTATIONES.

v. 13. & *c.* 2. *v.* 1. —11. qibus per multa, imò universa ferè, qæ sub sole geruntur, pervagatus Rex, nusqiam vitam beatam verèqe tranqillam deprehendisse se profitetur. qi tamen illud, εὐδαιμῶ, apud Marcum, qod & denuò repetitur, malim, *nasqiam*, simpliciter, *in istorum nullo*, vertisset. Adjici potest Severi Imperatoris illud; *Omnia fai, & nihil expedit.* Spartianus potiùs tamen, prout ab Avrelio refertur: *Ortus Lepti, humilis patre, primò literis, deinde imbutus foro: qo parùm commodante, uti rebus arctis solet, dum tentat avt exqirit varia melioráqe, conscendit imperium. ibi graviora expertus, laborem, curas, metum, & incerta prorsus omnia; qasi testis vita mortalium, Cuncta, inqit, fui, conducit nihil.* Qod de Marco filius, de Severo pater ὁ μακαρίτης, *ad Spart. Qatuor verbis complexus est integri libelli ejus (finem solùm excipimus) qi à sapientissimo rege Solomone, super humanarum rerum vanitate, divinitus planè & θεοπνεύστως est compositus.* Finem meritò excepit; qem frustrà statuit hìc Marcus, ἐν τῷ ποιεῖν ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. *In eis faciendis qa exigit natura humana.* qanqam havd ineptè prorsus, si *naturam* diceret, qalis est ab initio condita ac creata. jam enim corrupta & defecta, non valet suis viribus eò etiam adspirare, in qo uno bonum ipsius verum ac syncerum consistit. Meliùs itaqe Solomon, utpote θεοδίδακτος, ἐν τῷ Θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάσσειν. *Vis*, inqit, *post hac omnia summam rei? Deum revere; & præcepta ejus observa: hoc est enim totum hominis. Eccles.c.* 12. *v.* 13. Epictetus *l.* 3. *c.* 24. Τὰ ἀγαθὰ ἔξω μὴ ζητεῖτε. ἐν ἑαυτοῖς ζητεῖτε. εἰ δὲ μή, οὐχ εὑρήσετε. *Bona foris non qarite, sed qarite in vobis ipsis; alioqi non invenietis.* at qomodo apud se bonum istud offendet qis? subjungit; ὅλος πρὸς τὸν Θεὸν τεταμένος, καὶ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς καὶ τὰ προστάγματα. *Totus Deo destinatus, illiusqe mandatis & edictis.* ecqid aliud Rex sapientissimus?

Ἐπὰν δόγματα ἔχῃ] Vide Epictetum *Dissert. l.* 1. *c.* 11.

Ὃ οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον] *Bonum nihil est*, inqit, *nisi qod habentem bonum facit.* At de bonis, qæ dicimus, externis, verè Avgustinus *concion. solemn.* 236. *Omnia ista bona sunt; sed unde facias bene, non qa te faciant bonum. habeto bona, qa te faciant bonum. bona sunt qa habes. esto & tu bonus inter bona tua. esto bonus mansurus inter bona peritura. erubesce bonis tuis, nolis esse malus in eis, nè pereas cum eis.* Vide *l.* 2. §. 11. & Senecam *Ep.* 76.

Ἐλεύθερον] *liberum.* at interpretes, *liberalem.* ἐλευθέριον. sic *l.* 7. §. 67.

Ὃ οὐχὶ ποιεῖ ταναντία] Contrà, nihil malum est, nisi qod habentem malum atqe improbum facit: qod externa ista non possunt. Vide *l.* 2. §. 1.

§. 2. Μὴ μεταμεληθήσω ἐπ' αὐτῇ] Epicharmus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1.

Οὐ μεμφοῖτ', ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν.
Cuncta sapiens prævidebit; pœnitebit sic nihil.

Plavtus *Stich.* 1. 2.

—— qotidie
Pridie caveat, nè faciat, qod pigeat postridie.

& *Bacchid.* 4. 9.

Prius te cavisse ergò, qàm pudere aqum fuit.

Pindarus *Pyth. Od.* 5. πρόφασιν esse ait,

Ἐπιμηθέως ὀψίνοον θυγατέρα.
Epimethei serò sapientis filiam.

Vult itaqe nos Marcus esse Promethei non Epimethei liberos, nè Prophasin, i. e. *excusationem*, sive *prætextum*, sororem nobis adsciscere necesse habeamus. Vide *infrà* §. 10.

Μικρὸν, καὶ πάθημα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου] Qod nos vulgati diA verbio dicere solemus, *Ego cùm interii, totus mundus mihi intercidit.* Prosper, *ad uxorem*:

Etsi concluso supereressent tempora seclo,
Ut posset longos mundus habere dies:
Nos tamen occasum nostrum observare deceret,
Et finem vitæ qemqe videre suæ.
Nam mihi qid prodest, qòd longo flumina cursu
Semper inexhaustis prona ferantur aqis?
Multa qòd annosæ vicerunt secula sylvæ?
Qódqe suis durant florea rura locis?
Ista manent: nostri sed non mansere parentes:
Exigui vitam temporis hospes ago.

B Avgustinus *de verb. Dom. Serm.* 26. & *de* 10. *Chord. c.* 2. & *Homil.* 28. *Longè est qidem dies judicii: sed uniuscujusqe hominis dies ultimus longè esse non potest; qia brevis est vita, & vitæ brevitas incerta.* Vide *ad l.* 4. §. 26.

Τί πλέον ἐπιζητῶ] Ità Gregorius Nazianzenus *ad Epist.* 150. Οὐ γὰρ ἄλλο τι ἐπιζητοῦμεν. *Non enim aliud qid expetimus.* Vide *ad l.* 5. §. 6. & *l.* 6. §. 2. & *l.* 7. §. 13. & *l.* 9. §. 40. Epictetus *l.* 3. *c.* 24. Σὺ δὲ ζητεῖς ἄριστον ἀνδρὶ ἀγαθῷ μεῖζον τοῦ καλὰ καὶ δίκαια πράττειν; *Tu verò viro bono majus præmium qæris honestis & justis actionibus?* Plavtus *Amph.* 2. 2.

Virtus præmium est optimum.

C Ἰσονόμου Θεῷ] qia nimirum φυσικὸς νόμος ille cujus meminit *l.* 3. §. 11. sive θεσμὸς, uti nuncupat *l.* 2. §. 16. hominibus communis cum diis ipsis à Stoicis statuitur. unde & hominem sapientem, qi ad legis istius normam vitam exigit suam, nihilo faciunt minorem Deo ipso. Epictetus *l.* 1. *c.* 16. Ὡς καλά γε τὸν λόγον, οὐδὲ χείρων τῶν θεῶν, οὐδὲ μικρότερος. λόγῳ γὰρ μέγεθος οὐ μήκει, οὐδ' ὕψει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασιν. *Nam mente qidem consideratâ, neqe diis immortalibus es deterior, avt minor. Mentis enim magnitudo non proceritate avt altitudine judicatur, sed decretis.* Vide *ad l.* 3. §. 7.

§. 3. Ἀλέξανδρος δὲ] Alexander verò, qasi à prioribus penderet. sed τὸ δὲ παρείλκειν videtur. sicut τὸ δὲ *l.* 6. §. 44.

D Τὸ πρὸς Διογένη] Juvenalis *Sat.* 8.

Libera si dentur populo suffragia, qis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?

Καὶ τὰ ἡγεμονικὰ ἦν αὐτῶν ταῦτα] lectionem si admittimus, sensus erit, *Eadem erant mentes illorum*: sive *per omnia sibi invicem consentiebant.* id qod sapientum est, & rationis rectæ, qæ una eadémqe apud omnes est, avspicium ductúmqe affectantium. qum insipientes & animi affectu & vitæ instituto, tum secum invicem, tum & à seipsis etiam dissentiant. Cæterùm Mericus Casavbonus ταῦτα legisse videtur: & Gvilielmus Xylander τοιαῦτα, cùm vertit, *ità erant*
E *eorum mentes instructæ.* ejusmodi nimirum mentes habebant, qæ in rerum naturas acutiùs introspicere, & sagaciùs intromittere se poterant. hunc seqor. indè ergò factum, ut cùm rerum naturam perspectam haberent, & cui usui inservirent, nec multis opus esse sibi ad bene ac feliciter agendum intelligerent, nec avidiùs qicqam, qam par erat, appeterent.

Ἐκεῖ δὲ ὅσων πρόνοια; καὶ δικαία πόσων;] Xylander, *ibi verò, qibus in rebus esset prudentia & servitus.* ut ad philosophos illos, illorúmqe perspicaciam referatur. Mericus Casavbonus ad reges ac imperatores potiùs, qos priùs dixerat, retulit. in qo calculum ei lubens contribuo meum. Verùm qòd vertit, *qousqe se extendebat error eorum, eousqe eorundem* & *servitus*, non
F video qi possit cum avtoris verbis consistere, nisi τόσων avt τοσούτων pro πόσων substituere libuerit. Mihi nihil movendum videtur. erotematicè tantùm concipiendum existimo. Apud illos,

cùm

qàm multis rebus inſervire?

§. 4. Eadem nihilominus facturos memineris, etiamſi tu te ruperis.

§. 5. Inprimis nè commovearis. obveniunt enim ſecundùm rerum naturam univerſa: ipſe avtem pavlò pòſt, nullus, nuſquam futurus es, qomodo & Hadrianus, & Avguſtus. tum rem ipſam penitiùs intuitus, eam in ſe conſidera. ſimul memineris, probum eſſe te opor-

[a] δυλεία πόσων;

§. 4. Ὅτι [b] ᾠδὲν ἧττον τὰ αὐτὰ ποιήσουσι, κἂν οὐ διαῤῥαγῇς.

§. 5. Τὸ πρῶτον, [c] μὴ ταράσσου. [d] πάντα γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ὅλου φύσιν. καὶ [e] ὀλίγου χρόνου οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὥσπερ οὐδὲ Ἀδριανὸς, οὐδὲ Αὔγουστος. ἔπειτα [f] ἀτενίσας εἰς τὸ πράγματα, ἴδε αὐτὸ, καὶ συμμηνούσας, ὅτι [g] ἀγαθόν σε ἄνθρωπον εἶναι δεῖ, καὶ

a L.9.§. 29.40.l.10. §.19.
b L.7.§.71. l.12.§.26.
c L.4.§.3.l. 5.§.23.l.9. §.29.37.
d L.5.§.8. 10.
e Sup.§.2.
f Sup.§.3.l. 4.§.3.
g L.7.§.15.

ANNOTATIONES.

cùm rerum naturam, ac per conſeqens uſum, non ritè aſſeqerentur, de qot rebus alioqi minùs neceſſariis, ſed qæ ipſis neceſſariæ viſæ ſunt, ſatagere illos neceſſe fuit, qótqe rerum ſeſe ſervituti addicere? Ἅμα γὰρ τῇ ἀρχῇ πολλὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀναπεπλάκασιν. *Una enim cum imperio multas ſibi neceſſitates comparavit.* Teles *callat. divit. & pavpert.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 94. Notum eſt illud Philippi Macedonis, qi cùm qo loco deſtinaverat, caſtra ſtatuere, commodè non poſſet, qòd pabulum jumentis defore diceretur: Ὅσος ἡμῶν ὁ βίος ἐστὶν, inqit, εἰ καὶ πρὸς τὸν τῶν ὄνων καιρὸν ὀφείλομεν ζῆν; *Qalis vita noſtra eſt, qibus ad aſinorum opportunitatem ea eſt exigenda?* Refert Plutarchus in *Apophth.* & in *precept. polit.* ità aſinis etiam ac jumentis inſervire rex magnus neceſſe habebat; non paſtores tantùm avt bubulci: qos ità conqerentes induxit Sophocles, referente eodem in *Agide*;

Τούτοις γὰρ, οἷς δεσπόται δουλεύομεν,
Καὶ τῶν δ' ἀνάγκη καὶ σιωπῶντων κλύειν.
Famulamur iſtis, qi tamen domini ſumus,
Qamviſque taceant, nos ea avdire eſt opus.

Contrà non eſt vulgatum minùs Socratis illud, qi ut Laërtius *l.* 2. cùm rerum venalium forum ac tabernas pertranſiret, dixiſſe fertur, Πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω; *Qàm multis ego nihil opus habeo?* vel, ut Cicero *Tuſc. l.* 5. *cùm in pompa magna vis auri argentique ferretur, Qàm multa non deſidero? inqit.* Itaqe illa neſcio cujus in ore crebrò habebat, qæ & à Clemente Alexandrino *pædag. l.* 2. *c.* 10. lavdantur, ſed ità ut metri rationem non habuerit;

Τὰ δ' ἀργυρώματ' ἐστὶ, ἥ τε πορφύρα,
Εἰς τὰς τραγῳδὰς χρήσιμ', οὐκ εἰς τὸν βίον.
Argentea iſta vaſa & ipſa purpura,
Tragicam ad pompam faciunt, ad vitam nihil.

In qam ſententiam Plutarchus *de avar. p.* 527. *C.* ubi Scopæ Theſſali dictum commemoraverat, qi à vicino è domo ſua rogatus qidpiam, qod is qi petebat, ſuperfluum ipſi ac ſupervacuum eſſe dictitabat, reſpondit, Ἀλλὰ μὲν τούτοις ἴσμεν ἡμεῖς εὐδαίμονες καὶ μακάριοι τοῖς περιττοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις τοῖς ἀναγκαίοις. *At verò iſta ſuperflua & ſupervacanea ſunt qæ nos divites ac beatos faciunt, non avtem neceſſaria illa.* ſubjungit, iſtud videri πομπὴν καὶ πανήγυριν μᾶλλον ἢ βίον ἐπαινοῦντος, *pompam avt panegyrin potiùs, qàm vitam lavdantis.* addítqe felicitatem iſtiuſmodi θεατῶν καὶ μαρτύρων, ἢ μηδὲν εἶναι, *avt nullam eſſe omnino, avt ſpectatorum, non dominorum eſſe*; certè abſqe illis nullam revera exiſtere. Itaqe πρόνοια iſta, qam hìc Marcus tangit, eadem ferè eſt cum ea qam Apoſtolus notat, *ad Rom. c.* 13. *v.* 14. ubi vetat, τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίας, *carnis curam habere ad explendas cupiditates.* nec abludit ab hac multùm ſolicitudo illa, cujus Martham illam ſeduläm nimìs Chriſtus inſimulat, cùm ait *Luc.* 10. *v.* 41. Ὅτι μεριμνᾷ καὶ περὶ πολλὰ τυρβάζεται. ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. *Solicita es & ſatagis de multis. Atqi uno opus eſt.* Vide *l.* 7. §. 20. & *l.* 9. §. 40.

Δουλεία πόσων] De regibus Solomon, & ipſe rex, *Eccleſ. c.* 5. *v.* 9. מלך לשדה נעבד *etiam rex agro ſervus eſt.* dum eum ſcilicet colendum curat. ut Chaldæus paraphraſtes. & Rohobamo Solomonis filio atqe in regno ſucceſſori conſiliarii ſeniores, *Hiſtor. Reg. l.* 3. *c.* 12. *v.* 9. תהיה עבד לעם הזה *ſervus ſis oportet populo iſti.* Siqidem, ut Avguſtinus *de Civ. Dei l.* 19. *c.* 15. *Etiam qi imperant, ſerviunt eis, qibus videntur imperare.* Itaqe non immeritò pronunciavit Antigonus, τὴν βασιλείαν, ἔνδοξον εἶναι δουλείαν. *regnum eſſe nobilem ſervitutem.* Ælianus *l.* 2. *c.* 20. &, *magnam ſervitutem magnam eſſe fortunam.* Seneca *ad Polyb. c.* 26. cùm, *in maxima fortuna minima ſit licentia*, ut Cæſar apud Saluſtium in *Catilin.* Eódem facit & Senarius Græcus ille;

Εἷς ἐστι δοῦλος οἰκίας, ὁ δεσπότης.
Unus familia ſervus, ipſe adeò eſt herus.

Et Hebræorum doctorum illud; המלכות היא עבדות *Servitus eſt & regnum.* Ἀλλ' ἐκείνους μὲν μικροδούλους λέγε, οὗτος δ', ὡς εἰσὶν ἄξιοι, μεγαλοδούλους. *Sed illos qidem minutos ſervos appella, qi propter minutas res iſta faciunt; iſtos verò, ut digni ſunt, magnos ſervos.* Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Ità, qod idem *l.* 4. *c.* 1. Καὶ ὁ διὶς πάλιν τῶν τρὶς πεπραμένων οὐδὲν διαφέρει. *Qod iterum conſul nihil differt ab iis qi ter venierunt.* Vide *l.* 10. §. 19. Sed &, qod multò gravius eſt, iiſdem ſæpenumero

— juſtus & in jacore agro
Naſcuntur domini.

qos *alterni ſubeant oportet. Obſeqio ancipiti.* Perſius *Sat.* 3. & 5. & Ambroſius *Ep.* 7. *Intra ſe dominos habent: intra ſe ſervitium intolerabile patiuntur; tot dominorum, qot vitiorum ſervi.* Avguſtinus *de civit. Dei l.* 4. *c.* 3. Unde Diogenis dictum; Τοὺς μὲν οἰκέτας δεσπόταις δουλεύειν. τοὺς δὲ φαύλους; ἐπιθυμίαις. *Servos qidem dominis, malos avtem cupiditatibus ſervire.* Laërtius *l.* 6. *c.* 66. & ſicut de Roma Avguſtinus *de civit. Dei l.* 15. *c.* 4. *Urbs victrix gentium, captiva vitiorum.* Ità de Romanis Cicero *Verrin.* 3. *Judiciorum domini, cupiditatum ſervi.* ut nè illud adjiciam, qod Plinius *in Panegyr. Principes multi, civium domini, libertorum ſervi.* & qod Ambroſius *Epiſt.* 7. *Emunt ſibi dominos, captivarum ſuarum captivi.* *Dabo* (inqit Seneca *Epiſt.* 47.) *conſularem anicula ſervientem: dabo ancillula divitem.* Itaqe Democritus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 6, & 7. Ἔνιοι πόλεως μὲν δεσπόζουσι. γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι. *Aliqi licet civitatibus imperent, mulieribus ſerviunt.* Honeſtius tamen pavlò, qod de Perſa Plutarchus *ad præfect. indoct.* Ὁ Περσῶν βασιλεὺς πάντας ἡγεῖτο δούλους, πλὴν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, ἧς μάλιστα δεσπόζης ὤφελεν εἶναι. *Perſarum rex omnes pro ſervis habuit, excepta ſua uxore: cujus maximè debuit eſſe dominus.* Et qod Cato major, de ingenuis legitimiſqe conjugiis ſi accipias; Πάντες ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν. ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων. ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες. *Omnes homines mulieribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis mulieres.* Plutarchus *Apoph. Roman.* 10. Vide *lib.* 2. §. 2. & *lib.* 9. §. 38.

§. 4. Ὅτι] principium ἀκέφαλον, ſive abruptè exorſum. Hoc, inqit, animo tuo obverſetur, præſto vel tibi ad manum & ad mentem ſit, ubi hominum avt injuriis, avt flagitiis commoveri te ſenſeris, eadem facturos, etiamſi tu te indignatione confeceris.

Κἂν σὺ διαῤῥαγῇς] *etiamſi tu rumparis.* Ità Demoſthenes περὶ στεφάνου, Οὐδ' ἂν σὺ διαῤῥαγῇς. *Neqe ſi tu rumparis.* Lucianus *Timon.* Ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσι τῷ φθόνῳ. *Ut adulatores illi invidiâ rumpantur.* Et Evnapius Ædeſio *p.* 34. Οἱ δὲ παραδυναστεύοντες ῥηγνύμενοι τῷ φθόνῳ. *Proceres avlici invidiâ diruptî.* Maro *Bucol.* 7.

— invidiâ rumpantur ut ilia Codro.

& Martialis *l.* 9. *Epigr.* 99.

Rumpatur, qiſqis rumpitur invidiâ.

& *l.* 8. *Epigr.* 61.

Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et qærit altos unde pendeat ramos.

Non abs re ipſa itaqe aberravit prorſus Mericus Caſavbonus cùm pro more noſtri idiomatis reddidit, *etiamſi tu te ſuſpenderis.* qomodo & Epictetus *l.* 2. *c.* 20. Ἀπάγξαιθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηγνύμενον. *Ad laqeum illum adigerem.* Malim tamen Marci phraſin retentam. Siqidem, ut *invidiâ*, ſic & *irâ rumpi* dicuntur, qi excandeſcentiæ ſuæ indulgent nimìs. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 13. Ὅταν δὲ θερμὸν αἰτήσαντός σε μὴ ὑπακούσῃ ὁ παῖς, ἢ ὑπακούσας χλιαρώτερον ἐνέγκῃ, τὸ μὴ χαλεπαίνειν, μηδὲ ῥηγνυσθαι. *Cum verò te calidam poſcente puer non avdierit, avt, ſi avdierit, tepidiuſculam attulerit, id non ferre graviter, nec diſrumpi iracundiâ.* de ebrio Baſilius Cæſar. *Homil.* 1. Λοιδορεῖται, τύπτει, ἀπειλεῖ, διώκεται, βοᾷ, διαῤῥήγνυται. *Convitiatur, verberat, minatur, dejerat, vociferatur, rumpitur.* Libanius *vit. ſua.* Οἱ τῇ δόξῃ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ῥηγνύμενοι. Morellus, *qi ex ſententia magiſtratuum angebantur.* imò, *qi eorum qi in magiſtratu conſtituti gloriâ, dum invident, rumpuntur.* Plavtus *Bacchid.* 4. 2.

P A. *Sufflatus ille huc veniet.* P L. *diruptum velim.*

Flaccus *l.* 1. *Sat.* 3.

Rumperis & latras.

De dolore pariter Cicero *ad Attic. l.* 7. *Ep.* 12. *Non deterreor periculo, ſed dirumpor dolore.* & *l.* 4. *Ep.* 16. *Unum omnia poſſe, dirumpuntur ii, qi me aliqid poſſe doluerunt.* Eodem ſenſu τὸ διαπρίσθαι uſurpatum Lucæ *Act. c.* 7. *v.* 54. de qo alibi diximus. ſed & *findi* Perſio *Sat.* 3.

— turgeſcit vitrea bilis:
Findor. —

i. e. ῥήγνυμαι τῷ χόλῳ, καὶ λακῶ. Iſaacus Caſavbonus.

§. 5. Ὀλίγου χρόνου οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔστι] qod uſitatiùs ac pleniùs ἐντὸς ὀλίγου χρόνου dicitur. qaſi dicat, annon ad breviculum temporis ſpatium perpeti potes? ſicut Pſaltes *Pſal.* 37. *v.* 10. *adhuc pavlulum, & improbus non erit.* ità Marcus hìc; *Adhuc pavlulum, & ipſe non eris.* qid avtem intereſt, tu, an ille, tollaris? vide *l.* 7. §. 79. At Mericus Caſavbonus legiſſe videtur,

a L. 5. §. 3 l. 7. §. 55.
b L. 3. §. 6. l. 4. §. 32. l. 10. §. 12. l. 11. §. 9.
c L. 7. §. 3.
d L. 7. §. 69.
e L. 7. §. 18. 23.
f L. 4. §. 3. l. 5. §. 23.
* ὥστε οὐχὶ f. ἀφ' ὑπονεμήσεως.
g L. 7. §. 1. l. 9. §. 35.
h L. 4. §. 44.
i Inf. §. 6.
k Inf. §. 45. l. 5. §. 1. 4. 34.
l L. 5. §. 36. l. 7. §. 54.
m L. 5. §. 16.
n L. 6. §. 50, 51.
o L. 2. §. 17. l. 3. §. 4.
p L. 2. §. 3, 4.
q L. 7. §. 13.
r L. 5. §. 20. 34.
* ἤγε Mer.
f Sup. §. 6.
t L. 6. §. 49.
* - τῶδε Mer.

a τί ℰ ἀνθρώπῳ ἡ φύσις ἀπαιτεῖ, πεᾶξον τοῦτο. b ἀμεταστρεπτί. καὶ εἰπὲ, ὡς δικαίῳ ὄντι φαίνεται. μόνον c ἐυμενῶς, ℭ ἀδημόνως, καὶ d ἀνυποκρίτως.

§. 6. e Ἡ τῶν ὅλων φύσις ℰπ ἔργον ἔχει, τὰ ᾠδε ὄντα εἰκῆ μεταθῆναι, μεταβάλλειν, ἄιρειν ἔνθεν καὶ εἰκῆ φέρειν. f πάντα τροπαί. * ἀφ' ὥστε φοβηθῆναι, g μή τι καινόν. h πάντα συνήθη. ἀλλὰ καὶ i ἴσως ἀφ' ὑπονεμήσεως.

§. 7. k Ἀρχεῖται πᾶσα φύσις ἑαυτῇ ἐυοδῆσαι. φύσις ℌ λογικὴ ἐυοδεῖ, l ἐν μὲν φαντασίαις, μήτε ψεύδει, μήτε ἀδήλῳ συγκαταπιθεμένη. m τὰς ὁρμὰς ℌ ἐπὶ τὰ κοινωνικὰ ἔργα μόνα ἀποβλέπουσα. n τὰς ὀρέξεις ℌ καὶ ἐγκλίσεις τὰ ἐφ' ἡμῖν μόνον πεποιημένη. o τὸ ℌ ὡσαὐτῶς τῆς κοινῆς φύσεως ὑπονεμόμενον πᾶν ἀποδεχομένη. p μέρος γάρ ἐστιν. ὡς ἡ ℰ φύλλου φύσις τῆς ℰ φυτοῦ φύσεως. πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν ἡ ℰ φύλλου φύσις μέρος ἐστὶ φύσεως καὶ ἀναισθήτου, καὶ ἀλόγου, καὶ ἐμποδίζεσθαι δυναμένης. ἡ ℌ ℰ ἀνθρώπου φύσις, q μέρος ἐστὶ r ἀνεμποδίστου φύσεως καὶ νοερᾶς καὶ δικαίας. * εἴγε ſ ἴσως καὶ καθ' ἀξίαν τὰς t μερισμὰς χρόνων, οὐσίας, ἀιτίου, ἐνεργείας, συμβάσεως, ἑκάστοις πιεῖται, σκόπει ℌ, μὴ εἰ τὸ ᾧδε τὸ ἓν ἴσον εὑρήσεις ἐπὶ παντὸς ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα * ℰ ℌ πρὸς ἀθρόα τὰ ℰ ἑπόμενα.

tere. quod avtem hominis à te natura exigit, hoc constanter facito, qódque justissimum videbitur, loqitor; placidè duntaxat, modestè, citráque dissimulationem.

§. 6. Universi natura hoc solenne habet; qæ istîc existunt illò transferre, res mutare, hinc tollere, illîc deponere, omnia vices has subeunt: usitata sunt omnia, ut metuendum non sit, neqid novi emergat. Siremps deniqe omnibus de istis lex.

§. 7. Natura omnis sese prosperè procedente acqiescit, prosperè avtem procedit rationalis natura, ubi in cogitando nec falsò, nec incertò assentitur, impulsus suos ad opera, qæ societatem juvent, sola dirigit, appetitiones & aversationes ad ea sola, qæ in nobis sita sunt, adhibet, à rerum natura deniqe qicqid assignatum fuerit, amplectitur. hujus enim pars est, ut folii natura pars naturæ est arboris. hoc tantùm interest, qod ibi folii natura pars est naturæ sensûs rationísqe exortis, & impedimento obnoxiæ. cùm hominis natura pars sit naturæ impediri nesciæ, rationalis, justæ. hæc avtem & tempora, & materiam, & formam, & facultates, & casus ex æqo distribuit singulis qibúsqe pro uniuscujusqe dignitate. id qod deprehendere licebit, si non seorsim unum aliqod in re ulla consideraveris, sed istius omnia cum alterius alicujus confertim sumptis contuleris.

§. 8.

ANNOTATIONES.

tur, ὑδὲ ὑδαμῶ ἔσαι. cùm vertit, *intra tempus brevissimum cuncta finem habitura sunt; nec cujusqam ultrà memoria erit.* qi & *Africanum* pro *Adriano* cur substituerit nescio, cùm & Basilienſis & Lugdunensis Ἀδριανὸς, exhibeant.

Πεᾶξον τοῦτο ἀμεταστρεπτί] *ità ut te nevtiqam à faciendo dimoveri avt revocari patiaris.* ità *l.* 10. §. 12. Ἀμεταστρεπτὶ ταύτῃ χωρεῖν. *Constanter eâ progredi.* Clemens *Strom. lib.* 5. *pag.* 548. *D.* Μαθόντες δὲ ἆρα τῆς ἀληθείας τὴν ὁδὸν, ἐυθείαν βαδίζωμεν ἀμεταστρεπτί. *Cum didicerimus viam veritatis, rectâ ingrediamur, minimè nos retro convertentes.* Plato *de legib. l.* 9. Τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνουσίας φεῦγε ἀμεταστρεπτί. *Malorum consvetudinem fuge, ita ut non respicias conversus.*

§. 6. Μεταθέναι] Naso *met. l.* 15.

—— cùm sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc; summâ tamen omnia constant.

Μεταβάλλειν] Vide *l.* 7. §. 18. 23. & *l.* 9. §. 33.

Πάντα τροπαί] omisit clavsulam hanc interpres Anglicanus. Naso *Met. l.* 15.

—— omnia verti
Cernimus. ——

Sic *l.* 9. §. 19. Πάντα ἐν μεταβολῇ. *In transmutatione universa existunt.* Sed & ἐμφατικώτερον etiam in abstracto, ut istic, sic *lib.* 11. §. 35. Πάντα μεταβολαί. *Mutationes sunt omnia ista.* & *lib.* 4. §. 3. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις. *Alteratione mundus constat.*

Οὐκ ὥστε φοβηθῆναι, μή τι καινόν. πάντα συνήθη] transpositа videntur ista, qibus rerum transpositionem alternatim fieri solitam describit Marcus: mihi sic collocanda videntur; πάντα τροπαί. πάντα συνήθη. ὥστε οὐχὶ φοβηθῆναι, μή τι καινόν. receptam lectionem Xylander dum sequitur, Marci textum convellit & distrahit. Vide *l.* 7. §. 1, 58. & *l.* 9. §. 35.

Ἴσαι αἱ ἀποτιμήσεις] i. e. τὰ ἀποτιμώμενα, ut *l.* 2. §. 17. & *infrà* §. 6. qæ ex lege qasi qadam divina assignantur cuiqe, paria eadémqe sunt. Siqidem, ut Rex sapientissimus, *Eccles. c.* 9. *v.* 2. *Eadem omnibus eveniunt; justis, injustis; mundis, immundis; piis, impiis; summis, infimis,* &c. Et Seneca *Ep.* 107. *ideo nulli querenda, qia paria sunt omnibus. nam etiam qod effugit aliqis, pati potuit. æqum avtem jus est, non qò omnes usi sunt, sed qod omnibus latum est.* vide *infrà* §. 43. vel etiam ità sunt æqaliter proportione, non Arithmeticâ, sed Geometricâ distributa, ut unicuiqe id qod est ipsi congruum maximè & consentaneum attribuatur. ut *l.* 5. §. 30. & *infra* §. 7.

§. 7. Ἀρκεῖται πᾶσα φύσις ἑαυτῇ ἐυοδῆσαι] Sufficit hoc naturæ sive creaturæ cuiqe, si munus sibi proprium ac peculiare exeqatur, bonum sibi congruum & consentaneum assequatur. Siqidem, ut philosophus, *Ethic. Evdem. l.* 1. *c.* 8. Τὸ φύσει πάντα τὰ ὄντα ἐφίεσθαι ἑνός τινος ἀγαθοῦ, ἐκ ἀληθές. ἕκαστον γὰρ ἰδίου ἀγαθοῦ ὀρέγεται. *Affirmare omnia entia bonum aliqod appetere. Verum id qidem. Unumqodqe enim proprium bonum expetit.* & in hoc igitur acquiescit.

Φύσις δὲ λογικὴ ἐυοδεῖ] Ità natura rationalis tunc prosperè agit, cùm munia sibi propria & peculiaria obit, qalia sunt qæ istic Marcus recenset. Nam ἐυοδία, ἐυπραξία. Hesychius. vide *l.* 5. §. 14, 34. pro eo avtem qod ἐυοδεῖν Marcus istic, ἐυοδοῦσθαι dixit Joannes Apostolus *Epist. ad Gajum* v. 2. Περὶ πάντων ἔυχομαί σε ἐυοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς ἐυοδοῦταί σου ἡ ψυχή. *In primis opto ut prosperè agas & valeas, sicut prosperè agit anima tua.*

Τὰς ὀρέξεις καὶ ἐγκλίσεις τῶν ἐφ' ἡμῖν μόνον] Hoc est qod passim inculcat Epictetus *Enchir. c.* 1, & 2. *Dissert. l.* 1. *c.* 1. & 27. & *l.* 2. *c.* 13. & *l.* 3. *c.* 24. & *l.* 4. *c.* 1, 4, 10. alibi. huc avtem plurimùm facit, qòd inter alia *l.* 4. *c.* 1. ἐλεύθερον sive liberum hominem eum definit, ὃς αἱ ὁρμαὶ ἀνεμπόδιστοι. αἱ ὀρέξεις ἐπιτευκτικαί. αἱ ἐγκλίσεις ἀπερίσπαστοι. *Cujus appetitiones non impediuntur, desideria non frustrantur, aversationes non sunt irritæ.*

Εἴγε] ἤγε Mericus Casavbonus. rectè. ut de natura universali, sive anima universi, cujus portio qædam anima hominis cujusvis est, intelligatur.

Ἴσως καὶ καθ' ἀξίαν τὰς μερισμὰς] ità *suprà* §. 6. ἴσαι αἱ ἀπονεμήσεις. *Siremps omnibus de istis lex.* Verùm est æqalitas ista, ut Aristoteles loqitur, *Ethic. l.* 5. *c.* 7. ἡ καθ' ἀναλογίαν, *secundùm proportionem geometricam.* in qa τῷ καθ' ἀξίαν cum primis ratio habetur. Τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες καθ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι. *Jus in distributionibus pro dignitate qadam oportere esse omnes confitentur.* Plato *leg. l.* 6. *p.* 859. *A.* Διὸς γὰρ δὴ κρίσις ἐστί. τῷ μὲν μείζοσι πλείω, τῷ δὲ ἐλάττοσι σμικρότερα νέμει, μέτρια διδοῦσα πρὸς τὴν αὐτῶν φύσιν ἑκατέρῳ. *Jovis enim judicium est. Hic sanè majori plura, minori pauciora tribuit: utrisqe videlicet secundùm eorum naturam moderata.*

Μὴ εἰ τὸ πρὸς τὸ ἓν ἴσον εὑρήσεις ἐπὶ παντὸς, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα. τῷ δὲ πρὸς ἀθρόα τῷ ἑτέρῳ. Proportionis istius, inqit, æqalitatem deprehendas licet, non si unum aliqod in unoqoqe consideres; sed si istius qæqe, cum alterius cujusqam affectibus ac dotibus à natura eidem collatis universis simul sumptis contuleris. qod esse proportionis geometricæ monet philosophus *Ethic. Nicom. l.* 5. *c.* 7. & Evdem. *l.* 4. *c.* 2. Ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. *Propterea qod in geometrica evenit: ut eandem totum ad totum rationem habeat, qam habet alterutrum ad alterutrum.* Itaqe Avgustinus *de ver. relig. c.* 40. *Tota simul consideranda sunt, si velimus rectè judicare.* Plinius *l.* 4. *Ep.* 14. *Sapiens & subtilis* (rerum æstimator) *debet non diversis conferre diversa, sed singula expendere, nec deterius aliqid putare, qod est in suo genere perfectum.* Ità siqidem unumqodqe in suo genere perfectum existere patefiet, nec muscæ avt culici magìs qicqam deesse, qod ad muscæ culicísve naturam ac constitutionem pertineat, qàm elephanti avt leoni: verùmqe deprehendetur Plinianum illud, *l.* 11. *cap.* 2. *Rerum naturam nusqam magis, qàm in minimis, totam esse.* Siqidem de cunctis naturæ operibus

§.8. Adeò es illiteratus, ut nec legere possis. at potes contumeliâ abstinere; potes voluptate & dolore superiorem te præstare, potes gloriolam nihili facere, potes stupidis & ingratis non succensere, imò & illorum curam gerere.

§.9. Nemo, avt vitam avlicam, avt tuam etiam, insimulantem te avdiat.

§.10. Pœnitentia est suiipsius reprehensio quædam, ut qi utile aliqid omiserit. bonum avtem qódqe necessariò etiam est utile; qódqe est ejusmodi, id viro bono probóqe curæ esse oportet. at neminem virum bonum probúmqe pœnituerit, qòd voluptatem unqam ullam omiserit. neqe utile itaqe, neqe bonum voluptas est.

§.8. [a] Ἀναγιγνώσκειν σὸκ ἔξεσιν. ἀλλὰ ὕβριν ἀνείργειν ἔξεσιν. ἀλλὰ [b] ἡδονῶν καὶ πόνων καθυπερτέρειν ἔξεσιν. ἀλλὰ [c] καὶ δοξαρίῳ ὑπερόπτην εἶναι ἔξεσιν. ἀλλὰ [d] ἀναισθήτοις καὶ ἀχαρίστοις μὴ θυμοῦσθαι, πρόσεστι [e] κήδεσθαι αὐτῶν ἔξεσιν.

§.9. Μηκέτι σε μηδεὶς ἀκούσῃ κατατμεμφομένου [f] τὸν ἐν αὐλῇ βίον, μηδὲ * τὸν σεαυτοῦ.

§.10. [g] Ἡ μετάνοιά ἐστιν ἐπίληψις ἧς ἑαυτοῦ, ὡς [h] χρήσιμόν τι παρεικότος. τὸ δὲ ἀγαθὸν χρήσιμόν τι δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιμεληθέσι αὐτοῦ τῷ ἀγαθῷ καὶ καλῷ ἀνδρί. [i] ἰδοὺ δ' ἂν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ μετανοήσαιεν, ἐπὶ τῷ ἡδονήν τινα παρεικέναι. ὅτε ἄρα χρήσιμον, ὅτε ἀγαθὸν ἡδονή.

a L.3.§.14.
b L.2.§.17. l.5.§.15.
c L.4.§.3.
d L.2.§.1.l. 9.§.42.
e L.3.§.4.l. 7.§.22.70.
f L.5.§.16.
* σὺ Lug.
g Sup. §.2. l.12.§.16.
h L.6.§.45.
i Inf. §.39. l.5.§.15.

§.11.

ANNOTATIONES.

bus dici potest qod de partibus humani corporis Hippocrates *de loc. in ham. pag.* 79. Τῷ σώματι τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσπερ καὶ τὸ μέγιστον. *Minima corporis pars eadem omnia habet qa & maxima.* & rursus: Ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντ' ἔστι τὰ μόρια. *In minimâ parte omnes insunt.* In hanc mentem Galenus, *de usu part. lib.* 17. *cap.* 1. ubi insignissimum illud summéqe mirandum prædicaverat artificium, qod in humani corporis fabrica deprehenditur. Ἐναργῆ, inqit, τὰ τῆς φύσεως ἔστι κατὰ πάντα τὰ ζῶα. μὴ γὰρ δὴ καθ' ἕνθρωπον ὑπολάβῃς μόνον εἶναι τοσαύτην τέχνην, ὅσην ὁ πρόσθεν ἐξηγήσατο λόγος, ἀλλ' ὅ, τι περ ἂν ἰδίλοις ἕτερον ζῶον, ἴσην ἐνδείξεται σοφίαν τε ἅμα καὶ τέχνην τῷ δημιουργῷ. καὶ ὅσῳ γ' ἂν ἦ μικρότερον, τοσούτῳ μεῖζον παρέξει τὸ θαῦμα, καθάπερ ὅταν διασκαλεύσωσιν ἐν μικραῖς ὐσίαις οἱ δημιουργοί. *Natura verò opera in omnibus animantibus sunt perspicua. Neqe enim existimes in solo homine tantam ineſſe artem, qantam sermo superior explicuit, sed qodcunqe aliud animal dissecare velis, parem in eo artem Opificis ac sapientiam reperies: & qantò ipsum minus fuerit, tantò majorem tibi admirationem excitabit: qod declarant opifices, qum in corporibus parvis aliqid insculpunt.* Cui concinit & Plinius loco suprà memorato: *Restant*, inqit, *immensa subtilitatis animalia, nusqam alibi spectatiore natura rerum artificio.* In culice hic instat, in pulice ille; videri dignissimus uterqe: qibus & ex Plutarcho *de solert. animal. p.* 967. *D.* formicam licet adjungas. Οὐδὲν οὕτω μικρὸν ἡ φύσις ἔχει μειζόνων καὶ καλλιόνων κάλλιστον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ζωγράφου καθαρᾷ πάσης ἔνεστιν ἀριστῆς ἔμφασις. *Nullum ita exiguum habet natura magnarum & pulcrarum rerum speculum, sed tanqam in pura gutta insunt omnium effigies virtutum.* Qin & Tertullianus *de anima c.* 10. *Hoc magis credas, si Deum recogites tantum artificem in modicis, qantum & in maximis.* Eundem vide sis *adv. Marcion. l.* 1. *c.* 13, & 14. Ambrosius *Hexam, l.* 6. *c.* 6. *Mirabilis igitur natura in maximis: mirabilis etiam in minimis. Sicut enim non minùs plana camporum, qàm montium alta miramur; nec plus altitudinem cedri stupemus, qàm vitis aut olea brevis fœcunditatem: ità non amplius miror elephantum, qia procerus est, qàm murem, qia terribilis elephanto est. est enim donata prærogativa qadam singulis creaturis, ut qibusdam privilegiis propriis fulciantur.* Avtor denique *qæstionum Vet. ac Nov. Test.* qæ Augustini nomine prostant, *qæst.* 123. *An qia præstantior est homo cæteris animalibus, idcirco illa imperfecta dicenda sunt? avt qia sancti angeli non sunt qod est Deus, imperfecti sunt? absit. omnia enim pro locis & gradibus suis firma & perfecta sunt, ut impleant id ad qod facta sunt.*

§.8. Ἀναγιγνώσκειν σὸκ ἔξεσιν] Rectè ista Mericus Casavbonus à superioribus, qibus vitiosè cohæserant, separavit; novæqe hinc periochæ initium dedit. vide *l.* 3. §. 14. & *l.* 5. §. 5. & *l.* 7. §. 67.

Οὐκ ἔξεσι] *non est otium.* Casavbonus per negotia non licet. vel etiam, *non potes*, non datur. adeò forsan es rudis & illiteratus, ut nec legere qidem qeas. qanqam de vita avlica qod sequitur, si ad hanc periochen pertinet, à qa tamen Xylander, Lugdunensis, Casavbonus ipse sejungunt, illi potiùs interpretationi favere videtur. forsan enim vitam avlicam cavillantem inducit, qasi per eam Scriptorum evolvendi facultas avt opportunitas negetur. Verùm aliò illud qod sequitur, pertinere videtur.

§.9. Τὸν ἐν αὐλῇ βίον] vide *lib.* 5. §. 16. Flaccus *lib.* 1. *Epist.* 17.

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:
Stultus uterqe locum immeritum cavillatur iniqé.
In culpa est animus, qi se non effugit unqam.

Seneca *Ep.* 50. *Dicimus, Non ego ambitiosus sum; sed nemo aliter Roma potest vivere. non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. qid nos decipimus? non est extrinsecùs malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet.* Et *Epist.* 55. *Non multùm ad tranqillitatem locus confert. animus est qi commendat omnia. vidi ego in villa hilari & amœna mœstos; vidi in media solitudine occupatis similes.* vide *l.* 4. §. 3.

Μηδὲ τὸν σεαυτοῦ] qasi dicat, forte tuâ contentus agas. qod Apostolus *ad Philipp. c.* 4. *v.* 11. Ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. *Didici, in qibus sum, iis contentus esse.* nam qòd Lugdunensis exhibet, ὑδὲ σὺ ἑαυτῷ, nec navci est.

§.10. Ἐπίληψίς τις ἑαυτοῦ] *pœnitentia*, inqit, *est suiipsius reprehensio.* vide *l.* 12. §. 16. ubi non reprehensio sui tantùm, sed condemnatio etiam dicitur. Ex Gallo Asinio, & Largio Licinio, Gellius *noct. Attic. l.* 17. *c.* 1. *Pœnitere tum dicere solemus, cùm qa ipsi fecimus, avt qa de nostra voluntate nostróqe consilio facta, ea nobis pòst incipiunt displicere, sententiámqe in eis nostram demutamus.* Plutarchus *de tranq.* ex Evripidis *Oreste.* & Stobæus *tom.* 2. *tit.* 24.

Ἡ σύνεσις, ἅτις σύνοιδα δεινὰ εἰργασμένῳ,
οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν μελαμέλαιναν, αἱμάσσουσα ἀεὶ καὶ νύσσουσα ἐναπολείπει. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος. τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται δακνομένην σὺν ἀισχύνῃ τῆς ψυχῆς, καὶ καλαζομένην ὑφ' αὐτῆς. ὡς γὰρ οἱ ῥιγῶντες, ἢ ἠπιάλοις ἢ πυρετοῖς * διαπαίμενοι * [διαπαιόμενοι Gesnerus. sed ità Galenus *de affect. dign. & cur. c.* 6. πυρετῷ διαπαιόμενοι.] τῶν ταῦτα πασχόντων ἔξωθεν ὑπὸ καύματος ἢ κρύους μᾶλλον ἐνοχλοῦνται, καὶ κάκιον ἔχουσιν. οὕτως ἰλαφροτέρας ἔχει τὰ τυχηρὰ τοὺς λόγους, ὅσπερ ἔξωθεν ἐπιφερομένους. τὸ δ',

Οὐτις ἐμοὶ τῶν * ἄλλος ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτὸς,

[* ἄλλων vulgo perperam] ἐπιθρηνέμενον. τοῖς ἀμαρτανομένοις ἔνδοθεν ἐξ αὐτῆς, βαρύτερον ποιεῖ τῷ αἰσχρῷ τὸ ἀλγεινόν.

Conscientia, sum enim mihi conscius de male perpetratis, instar ulceris in corpore, pœnitentiam relinqit in anima lancinantem jugiter ac pervellentem. Nam cùm alias omnes tristitias ratio tollere solita sit, pœnitentiam hæc eadem cum pudore, qasi mordicus impetentem sese atqe excarnificantem promovet. Qemadmodum perrò qi rigente febre perfrigescunt, avt æstuante exuruntur, acrius infestiusqe afficiuntur, qam qi æstu rigoréve exterius hac eadem patiuntur: sic obtusiores tristitias habent fortuita & temeraria, utpote adventitias. Atqi illud,

Nemo mihi alius inculpandus est, sed ego ipse:
cum sceleribus perpetratis succlamari flebiliter solet, grave suapte naturâ vulnus, gravius etiam facit, atqe altius adigit.

Ὡς χρήσιμόν τι παρεικότος] Est tamen pœnitentia reprehensio sui, tam de malo admisso, qàm de bono omisso. Verùm ad Marci propositum, membrum alterum sufficerat.

Ἀγαθὸν χρήσιμόν τι] Stoicum hoc dogma, nihil utile nisi qod bonum & honestum. Laërtius *l.* 7. *Zenone c.* 98. 99. & Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. §. 8. Πᾶν ἀγαθὸν συμφέρον εἶναι, καὶ λυσιτελὲς καὶ χρήσιμον. χρήσιμον, ὅτι χρείαν ὠφελείας παρέχεται. sive ὅτι ἐν τῇ χρείᾳ ὠφέλιμον. *Bonum omne conducens, & lucrum adferens, & commodum. Utile, qod usum præstet utilitatis.* Socrates apud Platonem *polit. l.* 5. Κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. *Scitè namqe istud & dicitur & dicetur: qod utile qidem honestum, noxium autem turpe.* Idémqe in *Alcib.* 1. *pag.* 438. *A.* Τὰ μὲν δίκαια, καλά· τὰ δὲ καλὰ, ἀγαθά. τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέροντα. τὰ δίκαια ἄρα συμφέροντά ἐστιν. *Justa qidem esse pulcra, pulcra verò esse bona, bona verò conferunt. Justa igitur utilia sunt.* Cicero *Offic. l.* 2. §. 9, 10. *Summâ qidem autoritate philosophi, qicqid justum sit, id etiam utile esse censent: itémqe qod honestum, idem esse justum. ex qo efficitur, ut, qicqid honestum sit, idem sit utile. in qo verbo lapsa consvetudo deflexit de vi; sanèqe eò deducta est, vt honestatem ab utilitate secerneret, & constitueret honestum aliqod, qod utile non esset: qâ nulla pernicies major hominum vitæ potuit afferri.* vide tamen hac de re porticûs argutiolas, *ad lib.* 3. §. 11. & *l.* 6. §. 45.

Μετανοήσειεν ἐπὶ τῷ ἡδονήν τινα παρεικέναι] indè probare vult voluptatem nec bonum esse, nec utile; qòd probus nemo de voluptate ulla neglecta omissâve, pœnitentiâ tangatur: sicut *l.* 5. §. 15. idem indè concludit, qòd eandem despexisse ac sprevisse laudi sæpe atqe decori habeatur.

§.11.

a L.3. §.11.
b L.4. §.21.

§. 11. a Τῦτο τί ἐςὶν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ. b τί μὲν τὸ ὑσιῶδες αὐτῦ καὶ ὑλικόν. τὶ ἢ τὸ αἰτιῶδες. τί ἢ ποιεῖ ἐν τῷ κόσμῳ. πόσον ἢ χρόνον ὑφίσαται.

§. 11. Hoc qidnam in ſe eſt ex conſtitutione ſuâ? qænam illius ſubſtantia ſive materia? qæ forma? qid in mundo facit? qamdiu conſiſtit?

c L.5.§.1.
d L.5.§.16. l.7.§.55.
e L.5.§.15. Inf.§.26. 45,46. l.9. §.23.
f L.5.§.9.
g L.10.§.9.
h L.7.§.62. l.9.§.18. l. 11.§.18.
i Sup.§.1.l. 7.§.26.

§. 12. c Ὅταν ἐξ ὕπνυ δυσχερῶς ἐγείρῃ, ἀναμιμνήσκυ, ὅτι d κἂν τλὼ κατασκληλὼ σε ἐςὶ, καὶ e κατὰ τλὼ ἀνθρωπικλὼ φύσιν, τὸ πράξεις κοινωνικὰς ἀποδιδόναι. τὸ ἢ καθεύδειν, κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων. ὅ ἢ κατὰ φύσιν ἑκάςῳ, τῦτο οἰκειότερον, καὶ πρωσφυέςερον, καὶ δὴ f κατὰ πρωσηνέςερον.

§. 12. Qando ſomnum gravatim excutis, reminiſcere, & conditioni tuæ & naturæ humanæ conſentaneum eſſe, ut actiones ad communitatem conducentes edas, cùm dormire etiam brutis animantibus commune ſit. qod avtem eſt naturæ cujuſqe conſentaneum, hoc & familiarius, & aptius, & jucundius eſt utiqe.

g L.10.§.9.
h L.7.§.62. l.9.§.18. l. 11.§.18.
i Sup.§.1.l. 7.§.26.

§. 13. Διηνεκῶς καὶ ἐςὶ πάσης εἰ ὅιόν τε φαντασίας, ε φυσιολογεῖν, παθολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι.

§. 13. Aſſiduè, in omni, qantum potes, viſo menti oblato, conſidera, qænam ejus natura, ad mores qid faciat, qid in ſe habeat veritatis.

* ἢ γ. Lug. εἰ Caſ. ἢ καὶ f. vel ὁ γ.
*[γὰρ] τινα δ. ἔχων f.
k L.6.§.27. Inf.§.15. l.9.§.42.
*[τάδε τινὰ
l L.4.§.6.l. 6.§.57.l.10. §.30.

§. 14. h Ὦ, ἂν ἐντυγχάνῃς, εὐθὺς σαυτῷ προλεγε. ἕτερα τίνα δόγματα ἔχει i περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; * ἡ γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ πόνυ καὶ τῶν ποιητικῶν ἑκατέρυ, καὶ περὶ δόξης, ἀδοξίας, θανάτυ, ζωῆς ποιάδε * τινὰ δόγματα ἔχειν, k ἡδὲν θαυμαςὸν ἢ ξένον μοι δόξει, ἐὰν * τὰ δὲ τινα ποιῇ. καὶ μεμνήσομαι, ὅτι l ἀναγκάζει ἕτως ποιεῖν.

§. 14. Ubi qenqam conveneris, ſtatim tu tecum, Iſte qænam habet de bonis malíſqe decreta? qi enim de voluptate ac dolore, & efficientibus utriuſqe, vel de fama & ignominia, morte & vitâ, decreta iſtiuſmodi habeat, ſi hujuſmodi fecerit, nihil mihi mirum novúmqe videbitur. ſimul & hoc ſuccurret, neceſſariò facere illum qæ facit.

m L.4.§.6. l.12.§.16.

§. 15. * Μέμνησο, ὅτι, ὥσπερ m αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκῆ σῦκα φέρει, ἕτως

§. 15. Memineris, æqè turpe eſſe mirari qenqam tanqam de re inſveta, qod ea mundus,

qo-

ANNOTATIONES.

§. 11. Τῦτο τί ἐςὶν] vide *ad l.* 3. §. 11.

§. 12. Ὅταν ἐξ ὕπνυ] vide *ad l.* 5. §. 1.

Κατὰ τὴν ἀνθρωπικὴν φύσιν] Cicero *de fin. lib.* 5. *Apparet nos ad agendum eſſe natos. Itaque appetit animus ſemper aliqid agere. Ibidem.* Καὶ ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ εὖ. *Et in opere bonum ipſum, & id qod bene eſt, videtur conſiſtere.* Ariſtoteles *ethic. l.* 1. *c.* 6. vide *l.* 9. §. 16.

Τὸ δὲ καθεύδειν κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων] Ariſtoteles *ethic. lib.* 1. *c.* 13. tanqam dictum vulgò jactatum refert, ἡδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τῦ βίυ τὰς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων. *nihil per vitam dimidiam diſtare felices infelicibus. qia nimirum vitæ pars dimidia edormitur.* Ὕπνος γὰρ, ὥσπερ τελώνης, τὸ ἥμισυ B ἀφαιρεῖ τῦ βίυ. *Somnus enim, qaſi vectigalis exactor, avfert dimidiam vitæ partem.* Ariſto apud Plutarchum *de ign. & aq. pag.* 958. *D.* Καὶ τὸν ἥμισυν ἡμῖν τῦ βίυ συνδιαιρεῖται χρόνον. *Dimidium vitæ tempus nobiſcum dividit.* Clemens Alexandrinus *pædag. lib.* 2. *c.* 9. *Vitam nobiſcum dividit ſomnus.* Seneca *Epiſt.* 117. & ità, *dimidium ex hoc* (qod videmur vivere) *edormitur.* Idem *Ep.* 99. (vide *ad lib.* 4. §. 50.) Per ſomnum ergò nihil felices ab infelicibus diſtare dicit ex vulgi ſententia Ariſtoteles: at Marcus iſtic, nihil homines à jumentis. Siqidem, Ἀργία ἐςὶν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, ἢ λέγεται σκυδαία καὶ φαύλη. *Otium ſomnus eſt animæ, qæ vel bona vel mala dicitur.* C Ariſtoteles *ibidem* & *c.* 8. Οὐδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖ ὁ καθεύδων. *Nihil boni facit qi dormit.* Itaqe Plato *leg. l.* 7. Κοιμώμενος ἀδὲς ἀδενος ἄξιος, ἀδὲν μᾶλλον τῦ μὴ ζῶντος. *Dormiens homo nullus ullius eſt pretii, non magis qàm qi non vivit.* Καὶ γὰρ ἀναισθητεῖ ὁ ὑπνῶν, ὥσπερ καὶ ὁ θανών. *Nam is qi dormit ſine ſenſu eſt, ſicuti is qi eſt mortuus.* Evſtathius *ad Il.* ψ'. & Plinius *præfat. hiſt. nat. Vita profectò vigilia eſt. Et revera plus vigilare, plus vivere eſt. Qid enim tam mortis ſimile qàm dormientis affectus? qid tam vitæ plenum, qàm forma vigilantis?* Petrus Chryſologus *ſerm.* 24.

Ὁ κατὰ φύσιν ἑκάςῳ] vide *lib.* 5. §. 9. Ariſtoteles *hiſt. animal. l.* 8. *c.* 1. Τὸ κατὰ φύσιν, ἡδύ. *Qod ſecundùm naturam eſt, ſuave eſt.* & *c.* 2. Προσφιλὲς ἑκάςῳ τὸ κατὰ φύσιν. *Carum & ſvave eſt cuiqe, qod per naturam habetur.* D

§. 13. Φυσιολογεῖν, παθολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι] Seneca *Epiſt.* 89. *Philoſophiæ tres partes eſſe dixerunt & maximi & plurimi avtores: moralem, naturalem, & rationalem, prima componit animum; ſecunda rerum naturam ſcrutatur: tertia proprietates verborum exigit, & ſtructuram, & argumentationes, nè pro vero falſa ſurrepant.* His ergò tribus monet uti Marcus, qatenus id commodè poteſt, ad unumqodqe, qod imaginatio ſuggeſſerit. At Xylander iſta cum ſeqentibus conjungit, qaſi dixerit Marcus; *Ubi de natura, affectibus, avt aliis rebus diſſerere cum qopiam contigerit,* &c. qam contextûs ſeriem verba ipſa nevtiqam admittunt. Lugdunenſis avtem hoc loco periochas ità diſpoſuit, ut Medeæ Abſyrtum nobis repræſentare voluiſſe videatur.

§. 14. Ἡ γὰρ περὶ ἡδονῆς] Lugdunenſis ἡ γὰρ. forſan ἢ καὶ. nam τὸ γὰρ ex proximo membro irrepſiſſe huc videtur.

Τοιάδε τινὰ δόγματα ἔχειν] lego τοιάδε [γάρ] τινα δόγματα ἔχων. Sedi ſuæ cavſſali reſtitutâ, & pro verbo ſubſtituto participio, orationis ſerie id poſcente. poteſt & priore loco ἡ γὰρ legi, ut ſententia continuetur ſic, ὁ γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης &c. —τοιάδε τινὰ δόγματα ἔχων. *qi enim de voluptate ac dolore, &c. dogmata habet iſtiuſmodi,* eſſe nimirum iſta bona vel mala, non avtem adiaphora. Hæc Xylander cùm non animadverteret à Marci mente iſtic plurimùm aberravit. De hoc avtem ſubjecto, vide *lib.* 6. §. 27. & *l.* 7. §. 26, 61. & *ſuprà* §. 1. A

Ἀναγκάζει ἕτως ποιεῖν.] Ità *l.* 10. §. 30. βιάζεται. *cogitur facere qod facit.* non à vi aliqa externa, ſed à principio interno, falſo nimirum dogmate, pravo perverſóqe judicio. nec diſſimili modo Lucilius apud Varronem *Orig. Lat. l.* 4.

Vis eſt vita, vides, qa nos facere omnia cogit.

qò tamen nevtiqam ſpectare cum Douſa cenſeo verſiculum apud Gnomologum illum,

Βίος καλεῖται δ', ὃς βίᾳ πορίζεται.

Sive ut Grotius legit,

Βίος κέκληται δ', ὅτι βίᾳ πορίζεται.

Vi qia paratur vita, vita dicitur.

vel potiùs,

Vi qia paratur victus, vita dicitur.

Cæterùm dilutè nimìs, & præter Marci mentem Xylander, *cogitabo, ità opus eſſe fieri.* Vide *l.* 4. §. 6. & *l.* 6. §. 27, 57. & *l.* 7. §. 62, 63. Certè Tertullianus *de anim. c.* 16. *Id qod accidit ex ſerpentis inſtinctu, exinde moleviſſe & coadoleviſſe in anima, ad inſtar jam naturalitatis, qia ſtatim in natura primordio acciderit.* Et Bernardus *de grat. & lib. arb. Corruit homo de poſſe non peccare in non poſſe non peccare, amiſſâ ex toto conſilii libertate. itémqe de poſſe non turbari, in non poſſe non turbari, amiſſâ ex toto complaciti libertate.* De populo ſuo Jeremias *c.* 13. *v.* 23. *An mutare poteſt æthiops cutem ſuam? an pardus poteſſ maculas ſuas? ei ſi hoc potuerint, etiam vos poſſetis bene facere, qi malè facere edocti eſtis.* Et de Maſſilienſibus ſuis Salvianus *de provid. lib.* 6. *c.* 14. *Inveteratâ in nobis malorum omnium labe, aliter jam non vitioſi eſſe non poſſumus, niſi ut omnino non ſimus.*

§. 15. Μέμνησο] Μεμνήσομαι Lugdunenſis editor. *cogitabo* Xylander, qi antegreſſis annectit. Sed illud malo. ſicut *lib.* 2. §. 4. & *mox* §. 16. in priore avtem μεμνήσομαι, nì vitioſum fuerit, tranſitus eſt à perſona ad perſonam. de qo *ad lib.* 6. §. 50. diximus.

Ἀισχρὸν ξενίζεσθαι] Petrus *Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, ὡς ξένυ ὑμῖν συμβαίνοντος. *Ne tanqam peregrini exploratione illa per ignem qæ fit in vobis ad veſtræ experimentum percellimini, ut ſi peregrinum aliqid vobis accideret.* Iſocaſius ſub Leone Magno Qæſtor, in judicio cùm ſiſteretur, monenti præfecto, videret qo in ſtatu conſtitutus eſſet, Ὁρῶ, inqit, καὶ ἐ ξενίζομαι, ὅτι ἀνθρωπος ὢν, ἀνθρωπίναις περιπέπλοκα συμφοραῖς. *Video, & non tanqam de re inſveta miror, qòd, homo cùm ſim, in humanas inciderim calamitates.* Zonaras *Annal. tom.* 3. vide *l.* 4. §. 29. & *l.* 12. §. 1. E

Εἰ ἡ συκῆ σῦκα φέρει] Jacobus *Epiſt. c.* 3. *v.* 12. Μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; *Num poteſt ficus oleas edere, avt vitis ficus?* Et Dominus Chriſtus, Matth. *c.* 7. *v.* 26. Μήτι συλλέγυσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ

τρι-

qorum ferax eſt, profert; ac mirari qenqam, qòd ficus ficus ferat, avt mirari medicum, qòd qis febricitaverit, gubernatorem, qòd ventus adverſus flaverit.

§. 16. Memineris, æqè tibi liberum eſſe ſententiam mutare & corrigenti parere, atqe in re cepta ulla perſiſtere. etenim & hæc tua eſt operatio, utpote qæ juxta intentionem judiciúmqe tuum, atqe adeò ex animi etiam tui ſententiâ perficiatur.

§. 17. Si tui iſtud eſt arbitrii, cur facis? ſin alterius, qem incuſas? atomos, an Deos? inſani utrumqe eſt. neminem igitur eſt incuſandum.

[a] εἰ ὁ κόσμος παιδί τινα φέρει, ὧν ἐστι φορός. καὶ ἰατρῷ ἢ κυβερνήτῃ, αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ πεπύρεχεν ἕτερος, ἢ εἰ ἀνεπίπνοια γέγονεν. [a] L.4. §.29. l.12.§.1.13.

§. 16. Μέμνησο, ὅτι ἡ [b] τὸ μεταπίθεσθαι ἡ ἕπεσθαι τῷ διορθοῦντι, ὁμοίως ἐλεύθερόν ἐστι. * σὺ γὰρ ἐνέργεια κατὰ τὸν * σὸν ὁρμὴν καὶ κρίσιν, ἡ δὴ ἡ κατὰ νοῦν τὸν σὸν περαινομένη. [b] L.4.§.12. * σὴ Lug. * σὴν Idem.

§. 17. Εἰ μὲν σοὶ δοκεῖ σοὶ, τί αὐτὸ ποιεῖς; εἰ δ' ἐπ' ἄλλῳ, [c] τίνι μέμφῃ; τοῖς ἀτόμοις, ἢ τοῖς θεοῖς; ἀμφότερα μανιώδη. [d] ἑνὶ μεμπτέον. εἰ μὲν γὰρ δύ- [c] L.4.§.3.l. 12.§.24. [d] L.12.§. 12.

ANNOTATIONES.

τριβόλων σῦκα; οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν, καρποὺς καλοὺς ποιεῖ. τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ. οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. *Num colligunt ex ſpinis uvam, avt ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fert fructus bonos: putris autem arbor fert fructus putres. Non poteſt arbor bona fructus malos ferre, neqe arbor mala fructus bonos ferre.* Ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται. *Unaqaqe enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur.* Luc. c.6. v.44. qia nimirum, ἴδιον φέρει. *qavis ſuum fert fructum.* Moſes *Geneſ.* c.1. v.11. vide *l.*4. §. 6. & *l.*12.§.16.

Ὧν ἐστι φορός] Qid enim malis moribus in mundo provenit uberius? avt cujuſnam rei, qàm impietatis, improbitatis, impuritatis, pravitatis, feracior eſt orbis univerſus? Plavtus *Trinum.* I.1.

— mores mali
Qaſi herba irrigua, ſuccrevere uberrimè.
Neqe qicqam vile nunc eſt, niſi mores mali:
Eorum liceat meſſem metere maximam.

Flaccus *l.*1. *Epiſt.*2.

Seditione, dolis, ſcelere, atqe libidine, & irâ
Iliacos intra muros peccatur & extra.

Juvenalis *ſat.* 13.

Qa tam feſta dies, ut eſſet prodere furem,
Perfidiam, fravdes, atqe omni ex crimine lucrum
Qæſitum, & partos gladio vel pyxide nummos?

Vide in ſacra pagina ſanctorum qerelas, *Pſal.* 12. & 14. Jer. c.9. Mich. c.7. &c. Itaqe Syneſius *de provident.* I. *pag.* 102. Ἐν γε τῷ τόπῳ τῶν κακῶν, οὐ θαυμαστὸν εἶναι κακὰ, ἀλλὰ θαυμαστὸν, εἴ τι καὶ μὴ τοιοῦτον ἐνταῦθα. τοῦτο γὰρ μέτοικον καὶ ἀλλότριον. *In malorum ſedibus mala verſari mirum non eſt, ſed id mirum, ſi qidpiam hic ſit, qod non ejuſmodi eſſe videatur: nam hoc inqilinum & alienum.* qomodo Diodorus Siculus *l.* 18. *pag.* 659. *C.* Παράδοξόν ἐστιν, οὐκ εἰ γίγνοί τι παράλογον, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἐστι τὸ γινόμενον ἀνέλπιστον. *Non ſi qid prater rationem accidit, ſed ſi non omne qod contingit, inſperatum eſt, id verò mirum & inſolens fuerit.* Et Juvenalis *ſat.* prænotatâ:

Egregium ſanctúmqe virum ſi cerno, bimembri
Hoc monſtrum puero, & miranti jam ſub aratro
Piſcibus inventis, & fœta comparo mula.
Rari qippe boni vix ſunt numero totidem, qot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Ubi pro *miranti*, qidam *mirandis* legi volunt; ego (ſi qid mutandum fuerit) mutatione leviori *liranti* malim. Varro *de re ruſtic. lib.* I. *c.* 29. *Tertiò cùm arant jacto ſemine, boves lirare dicuntur*; id eſt, *cùm tabellis additis ad vomerem, ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, qò pluvia aqa delabatur.* vide & Plinium *hiſt. nat. l.*18.*c.*20.

§. 16. Τὸ μεταπίθεσθαι] *animi ſententiam mutare.* Ità Epictetus *Diſſert. l.*2. *c.*15. homini ad ſe inediâ tollendum mente obfirmato, Εἰ μὲν ὀρθῶς ἔκρινας, ἴθι συνεργῶμεν. εἰ δ' ἀλόγως ἔκρινας, μεταθοῦ. *Nam ſi recte decreviſti, te adjuvabimus: ſin perperam ſtatuiſti, muta conſilium.* Et Gregorius Nazianzenus *ad Epiſcop.* 150. Οὐχ ἡ μετάθεσις τὸ αἰσχρὸν ἔχει. ἀλλ' ἡ τοῦ κακοῦ τήρησις, τὴν ἀπώλειαν. *Sententiæ mutatio turpe nihil continet. mali autem obſervatio exitium.* indè Dionyſius Heracleota ὁ μεταθέμενος, *transfuga*, dictus, ut Laërtius *l.*5.*c.*93. in Heraclid. & in Zenon. *l.*7.*c.*166. ὁ μεταθέμενος εἰς ἡδονήν, qia nimirum ἄντιπρῳρ ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα καὶ ἀντιμεταμφιάσας, *exutâ virtutis ſtolâ, adverſámqe planè indutus*, à Stoica ſecta jam ſenex ad Epicuream tranſilivit. de qo itaqe feſtivè Timon in *Sillis*;

Ἡνίκ' ἔχρην δύναι, νῦν ἤρχετο ἡδύνεσθαι.
Ille voluptati ſe tradit, jam moriturus.

Athenæus *dipnoſoph. l.*7. *pag.* 281. *E.* apud qem malè *transpoſitorem* vertit Dalechampius, cùm *immutatum* potiùs reddere debuerit. qod & Caſavbonus monuit. *ad Athen. l.*10. *c.*10. vide *ad l.*4. §.12. & *l.*6. §.21, 29. Cæterùm de vocabulo iſto à ſcrupis calculiſve luſoriis traducto fuſiùs alibi egimur.

Οὐ μὴν ἐκκέχυται] De sole itidem Julianus *Orat.* 2. Τὸ φῶς δὲ ὑδεὶς αὐτὸν ἀφαιρεῖται. ἀλλ' ὑδὲ αὐτὸς αὐτὸν ἀφαιρεῖται φωτὸς, τὴν σελήνη ἐξ ἐναντίας ἰσαμίνην περιλάμπων, κ μεταδιδὺς αὐτῇ τῆς αὐτῦ φύσεως. ὑδὲ τὸν μίγαν καὶ θαυμαςὸν τῦτον κόσμον ἐμπλήσας * αὐτῆς [αὐτὴν vulg. αὐτῇ emendant perperam.] καὶ ἡμέρας. ὡκῦν ὑδὲ ἀνηρ ἀγαθὸς ἀρετῆς μεταδιδὺς ἄλλῳ, τῷ μεταδεδίνλι μεῖον ἴσχυν ἐφάνη ποτέ. *Illius tamen lucem avferre nulla vis potest. Sed nec ipsemet suâ se luce spoliat, quam lunam objectam ex adverso collustrat, ac naturam qodammodo suam cum ea communicat. Neqe porrò cum ingenti illi & admirabili mundo lucem ac diem impertit. Ita & vir bonus, cùm alteram virtutis suæ participem facit, nihilo qam antea minùs possidet.* De face pariter Tatianus ad Græc. *pag.* 145. Ἀπὸ μιᾶς δαδὸς ἀνάπλεται μὲν πυρὰ πολλὰ, τῆς δὲ πρώτης δαδὸς διὰ τὴν ἔξαψιν τῶν πολλῶν δαδῶν ὐκ ἐλαττῦται τὸ φῶς. *Ab una face alia multa qidem accenduntur, nec tamen prima facis lux minuitur propter plures inde accensas.* Qod Ennius apud Ciceronem *Offic. l.* 1.

Homo, qi errantî comiter monstrat viam,
Qasi lumen de suo lumine accendat, facit:
Nihilo minùs ipsi lucet, cùm illi accenderit.

Ἀκτῖνες ἀπὸ τῦ ἐκτείνεσθαι λέγονται] In notationibus ludere, & conatu parùm felici, Chrysippo Stoicisqe solenne fuit. Marcus istîc ἀκτῖνας dici vult solis radios παρὰ τὸ ἐκτείνεσθαι ab *extendendo*; minùs probabiliter. Neqe enim solent præpositiones in deductis hac ratione immutari. Meliùs Grammatici παρὰ τὸ ἄγειν deducunt: ἄγω, ἄξω, ἦχα, ἦγμαι, ἤχθην, ἀκτίς. Neqe enim Etymologo accedo derivanti παρὰ τὸ ἄγω, τὸ φέρω, ὅτι πάνυ ἐκτεταμένη (qod & Marcus istîc) πάνλη φέρεται. Malim παρὰ τὸ ἄγειν ἤτοι ἀγνύειν, τὸ κλάειν. i. e. frangere: unde & ἀκτὴ litus, ad qod undæ allisæ franguntur, & ἀκτῖνες solis radii, qòd πρὸς τὸ ςερέμνιον ut Marcus loqitur, i. e. *ad corpora solida refringantur.*

Πρὸς τὰ ἀπαντῶντα κωλύματα] Seneca *Epist.* 92. *Sed qadam solî qoqe obstant. At solis vis & lux integra est etiam inter opposita: & qamvis aliqid interjaceat, qod nos prohibeat ejus aspectu, in opere est, cursu suo fertur. qoties inter nubila luxit, non est sereno minor, nec tardior qidem; qoniam multùm interest, utrùm aliqid obstet tantùm, an impediat. Eodem modo virtuti opposita nihil detrahunt. non est minor, sed minùs fulget: nobis forsitan non aqè apparet ac nitet; sibi eadem est, & more solis obscuri, in occulto vim suam exercet. hoc itaqe adversùs virtutem possunt calamitates, & damna, & injuria, qod adversùs solem nebula.*

Ἐπιλάμπειν τὸ δεχόμενον] Iren. *adv. hæres. lib.* 4. *c.* 28. *qi in lumine sunt, non ipsi lumen illuminant, sed illuminantur & illustrantur ab eo.*

Αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ ςερήσει] Corpus opacum solis radios non admittendo, lucis beneficio sese privat, soli nihil detrahit. ità qi officium suum præstanti se opponunt, bono, qo frui poterant, se privant, avtori sive actori nihil obsunt.

§. 58. Ἤτοι ἀναισθησίαν φοβεῖται, ἢ αἴσθησιν ἑτέραν] Frigidum sanè, frivolúmqe nimis adversùs mortis metum solamen; *aut nullum es post mortem sensum habiturus, aut alisusmodi qàm nunc habes.* Hoc est, qòd Seneca *Epist.* 82. *adversùs mortem minuta jaculari; fabulâ leonem excipere.* potest enim & sensus, qi nunc est, manere, manebitqe improbis, ut tamen aliusmodi cruciatus persentiscant, qàm dum hîc viverent, unqam experti fuerint.

Ἀλλοῖον ζῶον ἔσῃ] nihil hoc est necesse.

Τῷ ζῆν ἀ παύσῃ] Atqi hoc est ipsum miseriarum omnium cumulus & culmen; qòd improbis *ἄπαξ ἀποθανεῖν ἀπέκειται. ad Hebr. c.* 9. *v.* 27. *semel tantùm mortem obire licet.* qod Sophocles apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 120.

Θανεῖν γὰρ ὐκ ἔξεςι τοῖς αὐλοῖσι δίς.
Namqe homini eidem bis datum non est mori.

Post mortem semel obitam, in morte secunda, qæ sic dicitur *Apoc. c.* 20. *v.* 14. qâ *ζῶντες ἐβλήθησαν εἰς λίμνην τῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν θείῳ, vivi conjecti sunt in stagnum ignis ardens sulphure, ibidem c.* 19. *v.* 20. iteratò mori non detur. Bernardus *ad Eugen. de consider. l.* 5. alludens ad illud Esaiæ *cap.* 26. *v.* 24. & Marci *c.* 9. *v.* 44. *Ubi vermis nunqam moritur; nec ignis unqam extingvitur. Horreo vermem mordacem & ignem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis, & vitæ morientis. Hæc est secunda mors, qa semper occidit, nunqam peroccidit. qis det illis semel mori, ut non moriantur in æternum? qi dicunt montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos.* (*Luc. c.* 23. *v.* 30. & *Apoc. c.* 6. *v.* 16.) *qid nisi mortem mortis beneficio, avt finire, avt evadere volunt?* denique, *invocabunt mortem*, ait, *& non veniet.* Apoc. *c.* 9. *v.* 6. *Qàm miserum est avtem*, ut Adrianus Imperator olim, *mortem optare, & mori non posse?* sive, ut chorus apud Senecam *Agamem.* 3. 2.

O qàm miserum est nescire mori!

Imò, *qid miserius, qàm*, qod Bernardus *ibidem*, *semper velle qod nunqam erit, & semper nolle qod nunqam non erit? Non est dubium multò fore deterius his qi sic erunt; qàm his qi omnino non erunt.* Idem *in Cant. Serm.* 35. siqidem *anima in eo statu posita, & beata esse perdit, & esse non perdit. qa ex re cogitur semper, ut & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finem sine fine patiatur: qatenus ei & mors immortalis est, & defectus indeficiens, & finis infinitus.* Gregorius Romanus *Dialog. l.* 4. *c.* 45. sive, ut idem, si utriusqe avtor idem, *in Job. l.* 9. *cap.* 48. *Fit ergò miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu; qia & mors semper vivit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit.* Ità, *erunt illic homines semper in morte, ac per hoc nunqam viventes, nunqam mortui, sed sine fine morientes: vita moriturî, & morti sine fine victuri. Nunqam avtem erit homini pejus in morte, qàm ubi erit mors ipsa sine morte.* Avgustinus *de civit. Dei l.* 19. *c.* 11. & *Homil.* 16. Atqe hoc Joannes Chrysostomus opinatus est voluisse Apostolum, *ad Cor. Epist.* 1. *c.* 3. *v.* 15. cùm diceret, Σωθήσεται, ὅτως δὲ ὡς διὰ πυρός. *Servabitur, ita tamen ut per ignem*, ac si σώζεσθαι ὡς διὰ πυρὸς, idem sit qod *in* πυρὶ σώζεσθαι. Verùm aliud prorsùs illud est, de qo videatur Josephus Scaliger *notis ad N. T.* Cæterùm hinc qerelæ illæ apud Jobum *cap.* 3. *v.* 18. *Cur erumnoso lux amplius datur, & vita amaris animo protrahitur? qibus mortem postulantibus non adest illa, qamvis eam pra thesavris abditissimis requirant: qi lætarentur ac pra gavdio exultarent, si sepulcrum adire avt repetere liceret.* Et Avsonius *Idyl*, 15.

--- Jvturna reclamat,
Qò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? sic Caucasea sub rupe Prometheus
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
Incusare Jovem, data sit qòd vita perennis.

Ità, qòd Plinius *l.* 25. *c.* 3. *Ea vita conditio est, ut mori etiam opti-*

§. 59. Homines alter alterius cavſſâ nati ſumus. itaqe avt doce, avt ſuſtine.

§. 60. Aliter ſagitta, aliter mens fertur. mens enim tam cùm cavet, qàm cùm conſiderat, rectâ fertur, nec minùs ad ſcopum ſibi propoſitum tendit.

§. 61. In mentem alterius cujuſqe deſcende; ſed & in tuam ipſius deſcendere qemlibet patere.

§. 59. a Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. b διδασκε ἄν, ἢ φέρε.

§. 60. Ἄλλως βέλος, ἄλλως νῆς φέρεται. ὁ μὲν τοι νῆς, ἢν ὅταν εὐλαβῆται, ἢν ὅταν περὶ τὴν σκέψιν τρέφηται, c φέρεται καὶ οὐδὲν ἧττον, ἢ ἐπὶ τὸ προκείμενον.

§. 61. d Εἰσιέναι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἑκάστου. παρέχει * ἢ καὶ ἑτέρῳ παντὶ εἰσιέναι εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἡγεμονικόν.

a Sup. §. 56. l. 9. §. 1.
b L. 1. §. 28. l. 9. §. 11.
c L. 6. §. 16. Sup. §. 57.
* ἧττον c. t. π. [καὶ] εἰσί. μὲν [πέφυκεν] f.
d L. 9. §. 17.
* - ἔχειν Boot.

ANNOTATIONES.

optimi portus ſit; ſiqidem ut Philemon apud Stobæum *tom.* 2. *ſer.* 122.

Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
Satius eſt mori, qàm vivere infeliciter.

Et Sophocles:

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τὸ ζῆν κακῶς.
Non eſſe præſtat qippe qàm malè vivere.

Et Æſchylus *Ixione*:

Ζωῆς ποιητὰς θάνατον εὐκορώτερον.
Τὸ μὴ γενέσθαι δ' ἐστὶν, ἢ πεφυκέναι
Κρεῖσσον, κακῶς πράσσοντα. —
Laborioſâ ætate mors ſelicior:
Natúmqe non fuiſſe, qàm eſſe exiſtimo
Melius viro illi, ſæva cui toleranda ſunt.

qantò magìs ea ſi æterna fuerint, & in æternum ſubeunda: qomodo idem in *Prometheo*:

— κρεῖσσον εἰσάπαξ θανεῖν,
Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.
— *ſatius eſt ſemel mori,*
Qàm trahere miſeros, vita qot numerat, dies.

Hoc eſt, qod Chriſtus Dominus, Matth. c. 26. v. 24. Καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. *Bonum erat homini illi, ſi natus non fuiſſet.* Cui ego credere malim, qàm viro eruditiſſimo, qi in contrarium contendit, deterioris conditionis eſſe, omnino non eſſe, qàm eſſe in miſeria pœnæ interminatæ. Rectiùs ſolidiúſqe Lyſias *adv. Phaniam* ab Athenæo *l.* 12. *p.* 551. *E.* laydatus: ubi Cyneſiam acerbiſſimè perſtrinxerat. Ὡς ἀσεβέσταλον ἁπάντων καὶ παρανομώταλον ἀνθρώπων γεγονόλα, καὶ τοιαῦτα περὶ θεὺς ἐξαμαρτόνλα, ἃ τοῖς ἄλλοις αἰσχρὸν ἐστι καὶ λέγειν. *Ut omnium hominum ſceleratiſſimum, & contra leges qàm maximè facientem, & in deos ea ſcelera patrantem, qæ vel oratione turpe ſit aliis proſeqi.* Nec non congerrones illius. Ἀντὶ Νομηνιαστῶν Κακοδαιμονιαστὰς σφισιν αὐτοῖς τύνομα θεμένους, ὡς τῶν θεῶν καταγελῶντας. *Pro Numeniaſtis Cacodæmoniſtarum nomen aſſumentes, & deos irridentes.* ſubjicit ſtatim, Ἐκείνων μὲν ὖν ἕκαστος ἀπώλετο, ὥσπερ εἰκὸς τοὺς τοιούτους. τοῦτον δὲ ὑπὸ πλείστων γινωσκόμενον ὅτι θεοὶ ὕτως διέθεσαν, ὥστε τοὺς ἐχθροὺς αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν μᾶλλον ἢ τεθνάναι, παράδειγμα τοῖς ἄλλοις. *Eorum qiſqe, ut ſceleſtos æqum fuit, periit. Hunc verò notum qàm plurimis dii ſic affecerunt, ut inimici vivere qàm mori potius illum exoptent, exemplo futurum aliis.* Τὸ μὲν γὰρ ἀποθανεῖν, ἢ καμεῖν νομίμως, κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστιν. τὸ δ' ὕτως ἔχονλα τοσοῦτον χρόνον διατελεῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντα μὴ δύνασθαι τελευτῆσαι τὸν βίον, τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς τὰ τοιαῦτα, ἅπερ ὕτος, ἐξημαρτηκόσιν. *Vitam qidem certè cum morte commutare, & res adverſas, qamvis juſti ſimus, perpeti, commune ac publicum eſt nobis omnibus: at qotidie morientem è vita non poſſe diſcedere, eorum tantum eſt, qi in deos, qod iſte, commiſerint.* Spectant horſum illa Senecæ *Medeâ* 5.

Jas. *Infeſta memet perime.* Med. *Miſereri jube.*

Et *Agamemn.* 5. 3.

E. *Concede mortem.* C. *Si recuſares, darem:*
Rudis eſt tyrannus morte qi pœnam exigit.
E. *Mortem aliqid ultra eſt?* C. *Vita, ſi cupias mori.*

Sed & Svetonii illa de Tiberio *lib.* 3. *c.* 61. *Mori volentibus vis adhibita vivendi. Nam mortem adeò leve ſupplicium putabat, ut cùm avdiſſet unum ex reis, Carnubium nomine, anticipâſſe eam; exclamaverit, Carnubius me evaſit. Et in recognoſcendis cuſtodiis precanti cuidam pœna maturitatem, reſpondit; Nondum tecum in gratiam redii.* Deus certè cum morti æternæ addictis nunqam in gratiam eſt deinceps rediturus, utpote qibus interminetur (nec vanæ ſunt minæ Dominicæ) *& memoriam certiſſimam damnandorum, & oblivionem pleniſſimam damnatorum*; utì diſertè Ruffinus; videndus *Comment. in Oſeam l.* 1. *ad c.* 1. *v.* 6. Frigidum ergò ſolamen, vitam non deſituram, ubi morte ipſâ poteſt eſſe vita millies multò acerbior.

§. 59. Ἀλλήλων ἕνεκεν] vide *ad lib.* 2. §. 1. & *ſuprà* §. 56.

Δίδασκε ἢ φέρε] vide *l.* 5. §. 28. & *l.* 6. §. 25. Varro *Satyr. Menipp.* de mariti officio; referente Gellio *l.* 1. *c.* 17. *Vitium uxoris avt tollendum, avt ferendum eſt. qi tollit vitium, uxorem commodiorem præſtat: qi ſert, ſeſe meliorem facit.* Malè avtem Xylander δίδασκε *diſce:* imò, *doce, corrige, evince, redargue.*

§. 60. Καὶ ὅταν εὐλαβῆται, καὶ ὅταν περὶ τὴν σκέψιν τρέφηται] Xylander & Caſavbonus τὸ εὐλαβεῖσθαι καὶ περὶ τὴν σκέψιν τρέφεσθαι, eódem referunt, cùm diverſas & diſparatas A mentis operationes deſignari, καὶ ὅταν illud bis poſitum clarè ſatis oſtendat. Non eſt itaqe illic τὸ εὐλαβεῖσθαι *cavtum eſſe*, qod neqe ſimpliciter unqam, opinor, ſignificat; ſed *cavtè agere*, ſive *cavtè in re aliqa verſari*: hoc avtem in loco potiùs, *declinare*, ſive *cavtè defugere*. Sicut Latinis *metuere*, pro, *cavendo fugere & effugere*. Flaccus *Carm. l.* 2. *Od.* 2.

Illum aget pennâ metuente ſolvi
Fama ſuperſtes.

i.e. ſolvi cavente, & cavendo effugiente, nè ſolvatur. & *l.* 3. *Od.* 11.

Qæ velut latis eqa trima campis,
Ludit exultim, metuitqe tangi.

B i.e. tactum declinat. ità Græcis: τὸ εὐλαβεῖσθαι, *cavtè declinare, averſari, fugere.* Iſocrates *ad Demon.* §. 9. εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, καὶν ψευδεῖς ὦσιν. i.e. *averſare, declina criminationes, etiam falſas.* Plato *polit. l.* 2. Εὐλαβούμενοι πενίαν ἢ πόλεμον. *Fugientes pavpertatem avt bellum. Mens*, inqit, *ſectus qàm ſagitta avt jaculum fertur.* Sagitta namqe non rectà fertur ubi à ſolidiore materia, in qam inciderit, reſilit; ſed nec cùm ſcopum petit remotiorem, qàm ut rectà permeando aſſeqi poſſit. Mens avtem *& cùm declinat aliqid, & cùm in rei alicujus conſideratione volutatur*, ad qam ea neceſſariò reqiritur, etiam tunc qoqe *ad ſcopum ſibi propoſitum rectâ fertur* nihilo minùs qàm cùm avt proſeqitur aliqid, avt cum conſideratione vel C omiſſâ, vel peractâ, jam rem ipſam aggreditur.

Φέρεται κατ' εὐθὺ] vide *lib.* 6. §. 16. & *lib.* 10. §. 11. *rectâ* ſcilicet *mens* utrobiqe *fertur*, tum qia *rationis recta ductum* utrobiqe *ſeqitur. l.* 7. §. 55. & *l.* 5. §. 14. tum qia *viâ breviſſimâ & expediſſimâ* etiam tunc qoqe *procedit. l.* 4. §. 51.

Οὐδὲν ἧττον, καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον εἰσιέναι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν] ità Baſilienſis & Lugdunenſis, qod Xylander reddidit, *rectâ tamen fertur ingredi in principem cujuſvis partem.* Verùm nec grammaticam ſyntaxin iſta ſatìs ſuſtinent, nec contextûs verbis, prout exhibentur, reſpondent. Ego Marci verba & luxata & mutilata ſuſpicor; legendúmqe exiſtimo: φέρεται καὶ' εὐθὺ οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τὸ προκείμενον. καὶ εἰσιέναι [πέφυκεν] εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἑτέρου, &c. Cæterùm D. Bootius & Mericus Caſavbonus poſtrema iſta à ſuperioribus ſejungunt, & ab εἰσιέναι novam ordiuntur periocham, qæ monitum contineat, inſpiciendi, ac conſiderandi mentes aliorum, qale & illud eſt. *l.* 7. §. 62. & l. 9. §. 17. hoc ſi admittere libuerit, legendum παρίχειν, non παρίχει, in clavſula ultima, qod & Bootio viſum eſt.

§. 61. Παρίχει δὲ καὶ ἑτέρῳ παντὶ εἰσιέναι] Hoc eſt qod *l.* 3. §. 8. dixerat; Οὐδὲ ἐμφωλεῦον. *Neqe qod latebras reqirat.* & *l.* 10. §. 9. Οὐχὶ κρυπτόμενον. *Nec abſconditum.* Iſtorum avtem, qorum proximè mentionem feceram, de loci iſtius conſtitutione, in ſententiam jam deſcendo prorſus: ductus nimirum Epicteti iſtis, qæ Marci mentem apprime explicant. *ex Diſſert. l.* 3. *c.* 9. Εἶ' ἐρεῖς. Συνέβαλον Ἐπικτήτῳ, ὡς λίθῳ, ὡς ἀνδριάντι. εἶδός γάρ με, καὶ πλέον οὐδέν. ἀνθρώπῳ δὲ ὡς ἀνθρώπῳ συμβάλλει, ὁ τὰ δόγματα αὐτοῦ καταμανθάνων, καὶ ἐν τῷ μέρει τὰ ἴδια δεικνύων. καταμαθὼν μου τὰ δόγματα, δεῖξόν μοι τὸ σόν. καὶ ἴστω λίγε συμβεβηκέναι μοι. ἐλέγξωμεν ἀλλήλους. εἴ τι ἔχω καλὸν δόγμα, ἄφελε αὐτό. εἴ τι ἔχεις, θὲς εἰς τὸ μέσον. *Deinde dices, congreſſus ſum cum Epicteto tanqam cum lapide, tanqam cum ſtatua. Vidiſti enim me, præterea qe nihil. Hominem verò ut hominem convenit, qi decreta illius perveſtigat, viciſſimqe ſua demonſtrat. Cognoſce decreta mea, oſtende mihi tua: tum dicito te mecum eſſe congreſſum. Alter alterum arguamus. Si qod habeo pravum dogma, eripe illud: ſi qod habes, affer in medium.* Hoc eſt qod Marcus εἰσιέναι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἑκάστου. παρίχειν δὲ καὶ ἑτέρῳ παντὶ εἰσιέναι εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἡγεμονικόν. *In mentem alterius cujuſqe deſcende: ſed & in tuam ipſius deſcendere qemlibet patere.* Aliud eſt qod Heſychius in *aſceticis c.* 1. §. 23. Ὥσπερ ὁ κρατῶν ἔσοπτρον ἐν χειρὶ, μέσον δὶ, εἰ τύχοι, πολλῶν ἑσάμενος, ἀστιζων τῷ ἐσόπτρῳ, βλέπει μὲν τὸ ἴδιον πρόσωπον ἀκοῖον, βλέπει δὲ καὶ ἄλλων τῶν ἐγκυπτόντων ἐν τῷ ἐνι ἐσόπτρῳ. ὕτως ὁ δὶ' ὅλε ἐγκύπτων εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, βλέπει μὲν τὴν ἑαυτοῦ κατάσκεψιν ἐν αὐτῇ, βλέπει δὲ καὶ τὰ μέλανα πρόσωπα τῶν νοητῶν Αἰθιόπων. *Sicut qi ſpeculum manu tenet, ſtans fortè in medio multorum, oculos in ſpeculum defigens, ſuam qidem qalis ſit faciem videt: videt verò etiam faciem illorum, qi in idem ſpeculum proni incumbunt: ita qi per omnem vitam ſeductus ſuum ipſius cor inſpexerit, videt qidem in illo ſui ipſius conſtitutionem, videt verò etiam æthiopum intelligibilium nigros vultus.* Aliud & qod Ambroſius *Offic. l.* 3. *c.* 16. de amicis: *oſtendamus illi nos pectus noſtrum, & ille nobis aperiat ſuum.*

LIBER IX.

a L.2.§.1.l. 8.§.59. Ἀδικῶν ἀσεβεῖ, a τῆς γὰρ τ ὅλων φύσεως καταστάσεως κεκινύας τὰ λογικὰ ζῶα ἕνεκεν ἀλλήλων, ὥστε ὠφελεῖν μὲν ἄλληλα κατ' ἀξίαν, βλάπτειν δ' μηδαμῶς,

b L.6.§.40. ὁ b τὸ βούλημα παύτης ψευδόμενος, ἀσεβεῖ δηλονότι εἰς τιμὴ πρεσβυτάτην τ θεῶν. ἡ γὰρ τ ὅλων φύσις,

c L.7.§.9. ὄντων ἐστὶ φύσις. c τὰ δὲ γε ὄντα πρὸς τὰ ὑπάρχοντα πάντα οἰκείως ἔχει. ἔτι δ καὶ ἀληθεια ἄθτη ὀνομάζεται καὶ τ ἀληθῶν ἁπάντων πρώτη αἰτία ἐστίν. ὁ μὲν δὴ ἄν ἑκὼν ψευδόμενος ἀσεβεῖ, καθόσον ἐξαπατῶν ἀδικεῖ. ὁ δ ἄκων, καθόσον διαφωνεῖ τῇ τ ὅλων φύσει, καὶ καθόσον ἀκοσμεῖ, μαχόμενος τῇ κόσμῳ φύσει. μάχεται γὰρ ὁ ἐπὶ τ' ἀναντία τοῖς ἀληθέσι φερόμενος παρ' ἑαυτόν. ἀφορμὰς γὰρ προειλήφει πρὸς τῆς φύσεως, ὧν ἀμελήσας ἐχ

d L.8.§.26. ὁποίας τί ἐστι νῦν d διακρίνειν τὰ ψευδῆ ἀπὸ τ ἀληθῶν καὶ μὴ

e L.2.§.11. e ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων,

f L.6.§.16. 41. τὰς δ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. f ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον, μεμφεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύ-

I injuſtè agit, impiè agit. cùm enim univerſi natura animalia rationalia ſui invicem gratiâ condiderit, ut ſibi invicem pro cujuſque dignitate proſint, nec ullâ ratione ſibi invicem obſint, qi naturæ placitum hoc violat, impiè prorſus agit adverſùs numinum omnium antiqiſſimum. etenim univerſi natura, rerum eſt omnium natura. omnia avtem qæ exiſtunt neceſſitudine qâdam mutuâ ſunt ſibi invicem conjuncta. ſed & eadem, qæ natura, veritas qoqe nuncupatur; éſtqe prima omnium qæ vera ſunt, cauſſa. itaqe qi ſciens volens mentitur, impiè agit, in qantum fallendo injuſtè agit; qi nolens neſciúſqe, in qantum univerſi naturæ diſſentit, & in qantum mundi ordinem pulcrè compoſitum infringit, dum mundi naturæ adverſatur. adverſatur enim, qi, qantum in ſe eſt, ad ea qæ veritati adverſa ſunt, fertur. à natura ſiqidem ſubſidia jam olim acceperat, qibus neglectis factum eſt, ut falſa à veris nunc dignoſcere neqeat. Qin etiam, qi voluptates, tanqam qæ ſint bonæ, ſectatur, dolores, tanqam qæ mala ſint, fugit, impiè hic qoqe agit. neceſſe eſt enim, ut is qi ſic affectus fuerit, de rerum natura ſæpe conqeratur, qaſi

ANNOTATIONES.

§. 1. Ἀδικῶν ἀσεβεῖ] Nihil hoc axiomate eſt paginæ ſacræ, pietatíqe Chriſtianæ magis conſentaneum. Siqidem ut Joannes Apoſtolus *Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 21. Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, (τὸ Θεὸν) ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. *Hoc præceptum habemus ab eo, ut qi diligit Deum, diligat etiam & fratrem ſuum.* Et Chriſtus Dominus apud eundem *Evang. c.* 13. *v.* 34. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. *Præceptum novum do vobis, ut alii alios diligatis, ſicut ego dilexi vos.* Unde Pavlus *ad Theſſ. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 9. Θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. *Divinitus eſtis docti, ut diligatis alii alios.* Proinde caritatis juſtitiæque qiſqis legem violat, pietatis etiam læſæ eodem nomine tenetur, qia voluntatem divinam tranſgreſſus deprehenditur. Optimè Dio Pruſæus *Orat.* 3. *pag.* 45. abſqe hoc, qòd Deos pro Deo dixerit. Εἰναι γὰρ ἀναγκαῖς καὶ ἀλιτηρίους, ὃ μόνον τοὺς ἱερὰ συλῶντας, ἢ λέγοντάς τι βλάσφημον περὶ τῶν θεῶν. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοὺς τε δειλοὺς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀκρατεῖς, καὶ ἀνοήτους, καὶ καθόλου τοὺς ἐναντίον τι πράττοντας τῇ τε δυνάμει καὶ βουλήσει τῶν θεῶν. *Eſſe enim impios & ſceleſtos, non ſolum qi templa ſpoliant, aut conviciis Deos inceſſunt: ſed multò magis qi timidi ſunt, & iniqi, atqe intemperantes, fatuique, & breviter qicunqe contrarium qid faciunt & potentiæ & voluntati Deorum.* Poteſt his adjici, qod cumprimis huc facit, & Philonis illud *de Decalog.* 1. *ad leg.* 7. *pag.* 763. *A.* Ὁ κλέπτων τινὰ, ἴσως καὶ ἱεροσυλίας ἔνοχος ὤν, τὸ ἱερώτατον τῶν τῷ θεῷ ἀναθημάτων σεσυλημένος. τί γὰρ σεμνότερον ἢ ἀνώτερον ἀνάθημα ἀνθρώπου; *Qi aliqem occidit, ſciat ſe committere ſacrilegium, ſublatâ è poſſeſſione Dei re ſacratiſſimâ. Qid enim tam religioſum, tam ſacrum eſt qàm homo?* Et *de legib. ſpecial. Orat.* 2. *pag.* 789. *D.* Ὅτομα μὲν ἀνδροφονία, καλὰ τῷ κλέπτοντος ἄνθρωπον ἐπιφημίζεται. τὸ δ' ἀληθὲς ἔργον ἐστὶν ἱεροσυλία, καὶ ἱεροσυλιῶν ἡ μεγίστη. διότι τῶν ἐν κόσμῳ κτημάτων καὶ κειμηλίων οὐδὲν οὕτε ἱεροπρεπέστερον, οὔτε θεοσεβέστερόν ἐστιν ἀνθρώπου, παγκάλλες εἰκόνος πάγκαλον ἔκμαγεῖον, ἀρχετύπῳ λογικῆς ἰδέας παράδειγμα τυπωθέν. τὸν γὰρ ἀνδροφόνον εὐθὺς ἀσεβῆ, καὶ ἀνοσιουργὸν ὑπολαμβάνει. *Qi hominem occidit, appellatur homicida, ſed re verâ eſt ſacrilegus, & qidem inſignis, qippe qi perpetravit ſacrilegium maximum, ſublatâ è mundo re pretioſiſſimâ ſacratiſſimáqe: qando nihil eſt Deo tam ſimile, qàm hoc ſigillum pulcerrimum expreſſum è matrice pulcerrima, ad exemplar idea rationalis effictum. Ergò qilibet homicida confeſtim pro impio ſceleratóqe habendus eſt.* Qod & latiùs cum Marco protelat Solomon *Proverb. c.* 14. *v.* 31. *Qi opprimit egenum, probro afficit opificem ejus. & c.* 17. *v.* 5. *Qi ſubſannat pauperem, probro afficit opificem ejus.* & ulteriùs adhuc *c.* 14. *v.* 21. *Qi contemnit proximum ſuum, peccator futurus eſt.* hoc eſt, Qi hominem qemvis facto, dicto, cogitato, manu, lingvâ, mente læſerit: is coram Deo, & adverſus Deum ipſum admiſſi peccati reatu obſtrictus tenebitur. Evmæus Ulyſſi Odyſſ. ξ.

Ζεῖν' ὅ μοι θέμις ἐσ' οὐδ' εἰ καλὸν σέθεν ἔλθοι,
Ζεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ζεῖνοί τε πτωχοί τε. ——

A *Hoſpes, non mihi fas eſt, neqe ſi pejor te veniat, Hoſpitem contemnere: ab enim Jove ſunt omnes Hoſpitéſqe pauperéſqe.*

Sed & Clemens Romanus *recogn. l.* 5. ubi ſimulacrum cultores introduxerat impietati ſuæ velamentum iſtud prætexentes; *Nos ad honorem inviſibilis Dei imagines viſibiles adoramus.* Reſpondet: *Falſiſſimum. ſi enim verè velitis Dei imaginem colere, homini benefacientes, veram in eo Dei imaginem coleretis, in omni enim homine eſt imago Dei.* Mox ubi varia caritatis ac miſericordiæ opera recenſuerat; *Hæc in tantum ad honorem Dei imaginis cedunt, ut qi iſta non fecerit, contumeliam imagini divinæ intuliſſe credatur.* Clemens Alexandrinus ad *Hortatorii* exitum *pag.* 76. *A.* ipſiſſimis ferè Marci verbis; ὃ γὰρ ἀπὸ τρόπου φιλοσόφων παῖδες, πάντα ὅσα πράττουσιν οἱ ἀνόητοι, ἀνοσιουργεῖν καὶ ἀσεβεῖν νομίζουσιν. *Non ab re enim philoſophi, qacunqe ſtulti faciant, ea impiè gerere, & impios eſſe exiſtimant.*

B Ἐναντία ἀλλήλων] vide *l.* 2. §. 1. & *l.* 5. §. 30.

Τὴν πρεσβυτάτην τῶν θεῶν] τὴν τῶν ὅλων φύσιν. vide *ad l.* 4. §. 23. qam & τὴν ἀλήθειαν poſtea indigitat. καὶ τῶν ἄλλων ἀληθῶν ἁπάντων πρώτην αἰτίαν. prout avtem *natura naturans*, (ut ſcholæ lingvâ loqamur) ita & *prima veritas* Deus eſt. אלהים אמת i. e. *Deus veritas*, dictus Jeremiæ *c.* 10. *v.* 10. non אל אמת duntaxat i. e. *Deus veritatis. Pſalm.* 31. *v.* 5. cujus itidem *lex* & *ſermo*, אמת *Pſal.* 119. *v.* 142. non λόγος ἀληθείας tantùm, Jacob. *c.* 1. *v.* 18. ſed ἀληθεια qoqe, *veritas* ipſa. Joan. *Evang. c.* 17. *v.* 17.

C Τὰ δὲ γε ὄντα πρὸς τὰ ὑπάρχοντα πάντα] *Hæc avtem omnia inter ſe* Xylander. ut idem prorſus valeat utrumqe, τὰ ὄντα καὶ τὰ ὑπάρχοντα. at Caſavbonus, *qicqid nunc eſt ad id qod priùs fuerat, imitiúmqe illis dedit.* ut τὸ ὑπάρχον hic idem ſit qod τὰ ὑπάρξαντα. Sicut & τὸ ὑπάρχειν in illis uſurpatur, qæ *ad lib.* 2. §. 10. lavdavimus. Utrumavis conſtare poteſt. illud ſimplicius videtur.

D Ὁ ψευδόμενος ἀσεβεῖ] *Falſa*, inqit, *qiſqis loqitur, impietatis eſt reus*; ſive volens id, ſive nolens fecerit. Si volens ſciénſqe; qia fallere vult. Fallere avtem eſt injuſtitiæ pars. ſi nolens, qia rerum naturæ veritatíqe adverſatur. Videantur Auguſtini *de mendacio*, & *contra mendacium*, *ad Conſentium*, ſcripti libelli.

Ἀφορμὰς] *occaſiones* Xylander. *inſtinctus & opportunitates* Caſavbonus. Malim, *ſubſidia & adminicula à natura accepit*, ita uſurpavit Xenophon Oeconomico. Ὁρῶμεν ἐπιτήμας τινὰς ἔχοντας καὶ ἀφορμὰς, ἀφ' ὧν δύνανται αὔξειν τὰς οἰκίας. *& adminicula qadam unde rem familiarem augere poſſint.* Demoſthenes. Χρήματα οὐκ ἔχοντι παρ' ὑμῶν, οὐδ' ἀφορμὴν εἰσπέμψαι τῷ πολέμῳ. *Nec ſubſidium ullum ad bellum.*

E Ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων, τὰς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ.] Seneca *Epiſt.* 74. *Ab hoc diſcede judicio*, (ut ullum præter virtutem bonum putes.) *non pietas conſtabit, non fides. Multa utramqe præſtare cupienti patienda ſunt, ex his qæ mala appellantur; Multa impendenda ex his qibus indulgemus, tanqam bonis.* & *Epiſt.* 76. *Si hanc opinionem receperis, aliqid bonum eſſe præter honeſtum, nulla non virtus laborabit. nulla enim obtineri poterit, ſi qidqam extra ſe reſpexerit.*

Μία-

qaſi ea bonis maliſqe præter meritum utriuſqe aliqid attribuat; cùm mali ſæpenumero voluptatibus diffluant, eiſqe rebus, qibus eæ comparantur, abundent; boni contrà in dolore verſentur, atqe in caſus ejuſmodi, qi dolorem ſolent parere, incidant. adhæc, qi dolorem timet, eorum aliqid timebit, qæ in mundo neceſſariò futura ſunt. hoc eſt avtem impium. & qi voluptatem ſectatur, injuriam inferendo non abſtinebit. hoc avtem apertè impium. oportet avtem, ad qæ rerum natura ex æqo ſe habet, (nec feciſſet utiqe utraqe, niſi ad utraqe ſe ex æqo haberet) adversùs hæc eadem eum pariter eſſe ex æqo affectum, qi naturæ ductum ſeqi deſiderat, qo naturæ conſentire poſſit. qicunqe ergò adversùs dolorem & voluptatem, vel mortem & vitam, vel gloriam & ignominiam, ad qæ rerum natura ex æqo ſe habet, non ex æqo afficitur, impiè hunc agere liqidò conſtat. per hoc avtem qod dicitur univerſi naturam iſtis ex æqo uti, intelligo iſta ex æqo evenire ex ſerie qadam rerum prodeuntium ſibíqe invicem ſuccedentium juxta antiqiſſimum qendam providentiæ motum, qo à principio illa ad hanc rerum omnium ordinationem & adornationem ſe contulit, cùm rationes qaſdam rerum futurarum apud ſe concepiſſet, & facultates qaſdam exiſtentiarum, tranſmutationum, & ſucceſſionum iſtiuſmodi fœcundas diſcreviſſet.

§. 2. Gratius eqidem foret, ut priùs defungeretur qiſpiam, qàm mendacitatem, ſimulationem, luxum, faſtum delibâſſet. ſecundus avtem ab hoc gradus, horum ſatur ſaltem emori præoptet, σῳ, ὡς παρ' ἀξίαν τι ἀπονεμήσῃ τοῖς φαύλοις, καὶ τοῖς σπουδαίοις. Διὰ τὸ πολλάκις τὰς μὲν φαύλους ἐν ἡδοναῖς εἶναι, καὶ τὰ ποιητικὰ τούτων κτᾶσθαι. τὰς δὲ σπουδαίους, πόνῳ, καὶ τοῖς ποιητικοῖς τούτοις ἐπιπίπτειν. ἔτι δὲ ὁ φοβούμενος τοὺς πόνους, φοβηθήσεταί που τῶν ἐσομένων τι ἐν τῷ κόσμῳ. τοῦτο δὲ ἤδη ἀσεβές. ὅ, τε διώκων τὰς ἡδονὰς, [a] οὐκ ἀφέξεται καὶ ἀδικεῖν. τοῦτο δὲ ἐναργῶς ἀσεβές. χρὴ δὲ πρὸς ἃ ἡ κοινὴ φύσις ἐπίσης ἔχει (ἃ γὰρ ἀμφότερα ἐποίει, εἰ μὴ πρὸς ἀμφότερα ἐπίσης εἶχε) πρὸς ταῦτα καὶ [b] τοὺς τῇ φύσει βουλομένους ἕπεσθαι, [c] ὁμογνώμονας ὄντας, [d] ἐπίσης διακεῖσθαι. ὅστις δὲν πρὸς πόνους καὶ ἡδονὰς, ἢ θάνατον καὶ ζῶλιν, ἢ δόξαν καὶ ἀδοξίαν, οἷς ἐπίσης ἡ τῶν ὅλων φύσις χρῆται, αὐτὸς οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον ὡς ἀσεβεῖ. λέγω δὲ τὸ χρῆσθαι τούτοις ἐπίσης τῇ κοινῇ φύσιν, ἀντὶ δὲ κατὰ τὸ [e] συμβαίνειν ἐπίσης κατὰ τὸ ἐξῆς γινομένοις, καὶ ἐπιγινομένοις ὁρμῇ τινι [f] ἀρχαίᾳ τῆς προνοίας, [g] καθ' ἣν ἀπό τινος ἀρχῆς ὥρμησεν ἐπὶ τοῦδε τοῦ διακόσμησιν, συλλαβοῦσά τινας λόγους τῶν ἐσομένων, καὶ δυνάμεις γονίμους ἀφορίσασα, ὑποστάσεών τε, καὶ μεταβολῶν, καὶ διαδοχῶν τοιούτων.

§. 2. Χαλεπώτερον μὲν ἦν ἀνδρὸς [h] ἄγαυστον ψευδολογίας, καὶ πάσης ὑποκρίσεως καὶ τρυφῆς καὶ τύφου γενόμενον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν. τὸ δ' ἂν [i] χωρεσθέντα γε τούτων [k] ἀποπνεῦσαι, δεύτερος πλοῦς,

a L. 11. §. 18.
b L. 3. §. 12. l. 6. §. 55. l. 10. §. 15.
c L. 8. §. 54. l. 10. §. 21.
d L. 11. §. 16.
e L. 2. §. 11. l. 6. §. 34.
f L. 11. §. 20.
g L. 7. §. 75. Inf. §. 28.
h L. 3. §. 8.
i Inf. §. 37.
k L. 5. §. 4.

*ἢ

ANNOTATIONES.

Μίμφεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει] vide *l.* 6. §. 6. 40. vide & piorum etiam hac in parte qerelas. *Pſalm.* 73. & Jerem. *c.* 12. Sed & qerelis iſtiuſmodi occurrentes; Senecam *de provid. c.* 2. & Salvianum *de gubernat. Dei. l.* 1. *c.* 2. Πῶς δὲ καὶ ὅσιον ἀπεύχεσθαι τὸ βουλήσει Θεοῦ γενόμενον; *Quomodo verò ſanctum eſſe qeat qa voluntate Dei fiunt, ea deprecari?* Apollonius Tyanæus *Epiſt.* 66. Itaqe qod Epictetus *l.* 1. *c.* 27. Τὸ σύνολον, ἐκείνου μεμνῆσθαι, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ τὸ εὐσεβὲς καὶ συμφέρον, οὐ δύναται σωθῆναι τὸ εὐσεβές. *Illud omnino memineriſſe oportet, niſi in eadem re & pietas & utilitas collocetur, non poſſe pietatem conſervari.* Idémqe *enchir. c.* 30. Ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅσῳ ἐπιμελέστερον τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελέστερον. *Ubi utilitas, ibi etiam eſt pietas. Qamobrem qi id dat operam, ut ſic appetat & averſetur, qemadmodum decet: is eâdem operâ & pietati dat operam.* & ibidem. Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. καὶ σαυτὸν ὡς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ ἕπεσθαι πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. ὅταν γὰρ ὅτι μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, ὅτι ἐγκαλέσουσί, ὡς ἀμελοῦσιν. ἄλλως δὲ οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς ἂν γε τὶ ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. *Religionis erga Deos immortales præcipuum illud eſſe ſcito, rectas de eis habere opiniones: ut ſentias & eſſe eos, & bene juſteqe adminiſtrare univerſa: parendum eſſe eis, & omnibus iis, qa fiant, acquieſcendum: & ſeqenda ultro, ut qa à mente præſtantiſſima regantur. Sic enim nec incuſabis eos unqam, nec ab eis negligi te conqereris. Aliter avtem id fieri neqit, qam ſi iis, qa in poteſtate noſtra non ſunt, relictis, tam bona qam mala, in iis qa in nobis ſita ſunt collocâris. Nam ſi qid illorum ſenſeris eſſe bonum avt malum, aliter certè fieri non poterit, qin cum iis fruſtratus ſueris qa velles, & in ea qa nolles incideris, & culpes & oderis illarum rerum avctores.*

Ὁμογνώμονας ὄντας] Qod *l.* 8. §. 54. συμφρονεῖν & *l.* 10. §. 21. συνιέναι dixit.

Οἷς ἐπίσης] vide *l.* 2. §. 11.

Ὁρμῇ τινι ἀρχαίᾳ τῆς προνοίας] Vide *ad lib.* 7. §. 75.

§. 2. Ἄγευστον ψευδολογίας] ità Origenes *adv. Celſ. l.* 1. Τῆς κακίας ἄγευστον. *Immunis ab omni vitio.* Sed de Chriſto. At malitiæ & pravitatis expertem prorſus excedere qi detur, cùm eâ intincti etiam, & qidem διυσσοποιῷ βαφῇ, καὶ ἀνεκπλύτῳ, non δυσεκπλύτῳ tantummodo, ex utero in lucem prodeamus. *Pſal.* 51. *v.* 5. & 58. *v.* 3. Job. *c.* 14. *v.* 4. Eſai. *c.* 48. *v.* 8.

Τὸ δ' ἂν κορεσθέντα γε τούτων] vide *infrà* §. 37. & *ad l.* 5. §. 29. ità Lucretius *l.* 3.

Cur non ut plenus vita conviva recedis?

Flaccus *Sat.* 1.

Rarus, qi exacto contentus tempore vita
Cedit, uti conviva ſatur. ---

Talem tamen profitetur ſe Seneca *Ep.* 61. *Vixi qantùm ſatis erat: mortem plenus expecto.* Et Cicero *de ſenect. Omnino rerum omnium ſatietas vita facit ſatietatem. Vita avtem ſatietas tempus maturum mortis affert. Habet enim natura, ut aliarum omnium rerum, ſic vivendi modum.* Verùm *vita ſatietatem* loquntur illi, *vitii & malitiæ ſaturitatem* Marcus hîc. Nec minùs iſtâ qàm illâ expleri patitur, anima pravitate penitiùs infecta. de qa Bernardi illud uſurpari poteſt, *de conſider. l.* 5. *Peccatum in anima, atramentum in charta bibula. facilius charta deteritur qàm litura eraditur.* qæqe ut Moſes *lib.* 5. *cap.* 29. *v.* 19. *ebrietati ſitim adjicere* ſolet: temulentorum in morem; de qibus Simocattus *Epiſt.* 52. Διψῶσιν οἱ μέθυσοι ὅταν κορεσθῶσι τοῦ ὕδατος, καὶ σοφίζονται τῇ μέθῃ μέθης ἐπίτασιν. διὰ γὰρ τὴν εἰς ἄκρον ἐνέξιαν πρὸς τὴν ἐναντίαν διάθεσιν μεταπίπτουσι, περιγανώντος τοῦ ὕδατος τοὺς ὑπόφλυγας καὶ ἐκκαίοντος. *Sitiunt temulenti cùm ad ſatietatem uſqe vino ſunt impleti, & ebrietatis vim ebrietate pellunt. Nam è ſumma optimaqe valetudine in contrariam incidunt, exhilarante vino temulentos & exurente.* Ità de Marco Antonio verba habens Plinius major *l.* 14. *c.* 22. *Ebrius jam ſanguine civium, & tantò magis cum ſitiens. Namqe & hæc neceſſitas vitium comitatur: ut bibendi conſvetudo augeat aviditatem: Scitumqe eſt Scytharum legati, qantò plus biberint tantò magis ſitire Parthos.* Ab hac peccandi, qæ improborum animos occupat, aviditate inexplebili juſtè fit qod Gregorius *dialog. l.* 4. *c.* 44. *ut culpa qa cum fine perpetrata eſt ſine fine puniatur. Qoniam iniqi ideo cum fine deliqerunt, qia cum fine vixerunt, voluiſſent utiqe, ſi potuiſſent, ſine fine vivere, ut potuiſſent ſine fine peccare.*

Ἀποπνεῦσαι] Vide *ad lib.* 5. §. 4. Cypriani nomine *de dupl. martyr. part.* 1. Qamdiu pulmonis officio attrahitur viciſſim ac redditur halitus, certum vitæ indicium eſt: unde loqendi conſvetudine *ſpirare* dicuntur, qi vivunt; & *expiráſſe* qi vitam finierunt. id qod iſtic ἀποπνεῦσαι, *lib.* 4. §. 33. ἐκπνεῦσαι dicitur. eodem ſenſu Lucianus in *votis pag.* 503. ἀποψυχήσας τὸ ψυχίδιον ἄπει. *Exhalatâ animulâ abiturus ſis.* Et Homerus *Il.* δ'. *v.* 524.

--- Θυμὸν ἀποπνείων.
--- *Animam exſpirans.*

Δεύτερος πλοῦς] formula proverbialis; à navtis deſumpta: πρῶτος πλοῦς dicitur, ὁ ὄρειος, ἤ τοι ἐξ ὠρείας. cùm *vento ſavente & adſpirante*, navigatio inſtituitur. δεύτερος πλοῦς, ὅταν ὠρείᾳ ἀποτυχόντες, κώπαις πλέωσι. *quando vento deſtituti, ad remigium ſe conferunt*, ut docet ex Pavſania Euſtathius *ad* extremum *Odyſſ.* β'. utriuſqe ſimul meminit Synefius *Epiſt.* 147.

* προηρ. ἢ προσκ. Lug.

* ἢ προηρῆσθαι προσκαθῆσθαι τῇ κακίᾳ. καὶ ὅπως σε μὴδὲ ἡ πεῖρα πείθῃ φεύγειν σὺν τῷ λοιμῷ; λοιμὸς γὰρ διαφθορὰ διανοίας, πολλῷ γε μᾶλλον ἥπερ ἡ τῶν περικεχυμένων τότε πνευμάτων τοιάδε τις δυσκρασία καὶ τροπή, ἄυτη μὲν γὰρ ζώων λοιμὸς, καθὸ ζῶά ἐστιν. ἐκείνη δ' ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποί εἰσιν.

qàm improbitati immorari. an nondum experientia tibi ipſa ſvadet, ut è peſte iſta profugias. peſtis eſt enim, mentis corruptio, & pernicioſa qidem magìs ea, qàm aëris hujus circumfuſi intemperies & alteratio ejuſmodi. hæc enim animalium, qâ ſunt animalia; illa hominum lues eſt, qâ ſunt homines.

§. 3.

ANNOTATIONES.

Εἵλκετο ναῦς, καὶ ἀνήγετο πρὸς ἕρον αὕτη, κώπαις ἐκείνη. *Navis trahebatur, aliàque velis in altum, altera remis deducebatur.* Uſurpavit Plato in *Phileb. pag.* 375. *D.* Κωλὺν μὲν, τὸ ξύμπαντα γιγνώσκειν τῷ σώφρονι. δεύτερος δ' εἶναι πλοῦς δοκεῖ, μὴ λανθάνειν αὐτὸν αὑτόν. *Praclara qidem res prudenti viro omnia noſſe. Secunda verò navigatio, proximáque videtur ab eo, ſeipſum minimè latere.* Ariſtoteles *Ethic. lib.* 2. *c.* 9. Ἐπεὶ οὖν τῷ μέτρῳ τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερον φασι πλοῦν, τὸ ἐλάχιστα λυπηρὸν τῶν κακῶν. *Quoniam igitur medium aſſeqi ita exquiſitè difficile eſt: ſecunda, ut inquunt, navigatione minima ex malis ſumenda ſunt.* Syneſius in *Dione pag.* 49. Οἱ δὲ πλείους οὐδ' ὅπωσοῦν ἐκινήθησαν, ἀλλ' οὐδὲ, τὸν δεύτερον λεγόμενον πλοῦν, ὑπὸ τῆς σχολῆς εἰς νοῦν διεγείρονται. *Sed maxima hominum pars neqe interiùs concitata eſt, neqe qa ſecunda dicitur navigatio, per otium & qietem ad mentem excitatur.* Uſum paroemiæ docet Nicephorus Gregoras *hiſt Rom. lib.* 8. *c.* 11. Ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν καὶ ὁ δεύτερος πλοῦς ἐξενήνεκται. καὶ τῶν πρώτων ἀποτυγχάνοντες τῶν δευτέρων ἀπλώμεθα, καὶ τρίτων ἴσως. οἰδὲ γὰρ καὶ λαμπάσι καὶ πυρσοῖς κεχρήμεθα, ἕως ἐν σεριῇσι τῆς τὰ πάντα βοσκούσης λαμπάδος ὑπάρχωμεν, οἷον εἴ τινα δεύτερον ἐκ μηχανῆς ἥλιον πραττόντες τῇ νυκτί. *Illinc proverbium ὁ δεύτερος πλοῦς tranſlatum eſt: & ſi hac minùs ſucceſſit, res aliâ viâ aggredienda. Ecce enim ſacibus & rogis utimur, cùm ſolis ſplendore deſtituimur, & noctu velusi alium qendam ſolem machinamur.* Et qæ ſequntur. Eodem ſenſu Ignatio Martyri *Epiſt. ad Mariam Edit. Londin. a.* 1680. *pag.* 70. δεύτερος λιμὴν dicitur. Κρεῖττον μὲν γράμματος ὄψις. πλὴν δευτερός, φασι, λιμὴν καὶ ὁ τῶν γραμμάτων τρόπος. *Melius qidem literâ viſus. Verumtamen ſecundus, ajunt, & literarum modus.* Ubi notanda paroemia à paroemiographis, qòd memini, nuſqam obſervata.

Ἢ προηρῆσθαι προσκαθῆσθαι τῇ κακίᾳ] *ante migrare è vitâ qàm illa vitia probare* Xylander. *Imò mortem potius optare, qàm moram in malo.* itaqe Lugdunenſis rectè reſtituit, ſi diſtinctionem tantùm adjeciſſet, προηρῆσθαι ἢ προσκαθῆσθαι. Spectat horſum qeribunda illa Apoſtoli exclamatio *ad Rom. c.* 7. *v.* 24. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου. *Ærumnoſus ego homo: qis me eripiet ex iſto corpore mortis?* Poſſunt & huc trahi ſi de malis iſtiuſmodi morum mentíſque accipiantur, qæ referente Stobæo, *tom.* 1. *tit.* 122. ſuprà adducta ſunt *ad l.* 8. §. 5. ex Philemone Comico & Æſchylo Tragico. cujus & illud *ibidem* eſt.

Βίου πονηροῦ θάνατος εὐκλεέστερος
Vitâ notatâ labe mors illuſtrior.

Et Evripides *Erecth.*

--- ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
Ζῆν φημι μᾶλλον τοῦ βλέποντος μὴ καλῶς.
--- *Mihi illi morte qi pulcrè jacent,*
Qàm vita qorum turpis eſt, vivunt magìs.

Grotius. Et Democrates (teſte Porphyrio *de abſtim. à carnib. l.* 4. §. 21.) dicere ſolebat, Τὸ κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως καὶ σωφρόνως καὶ ὁσίως, καὶ κακῶς ζῆν εἶναι, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀποθνήσκειν. *Malè vivere, & nec prudenter, aut modeſtè, aut ſanctè, non eſſe malè vivere, ſed per longum tempus mori.* Socrates itaqe apud Xenophontem in *Apolog. pag.* 702. *E.* Αἱρήσομαι τελευτᾶν μᾶλλον, ἢ ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν, κερδάνας τὸν πολὺ χείρω βίου ἀντὶ θανάτου. *Mortem potius eligam, qàm ut parum ingenuè vitam longiorem emendicando, pro morte vitam multò deteriorem lucrer.* Xenophon ipſe in *Lacedam. polit. pag.* 683. *D.* Ἀιρετώτερον εἶναι τὸν καλὸν θάνατον ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ βίου. *Ut vita turpi mors honeſta præferretur.* Sed & Plato *de leg. l.* 9. *pag.* 923. *A.* ad Marci mentem planiſſimè, ubi homini ſceleſto remedia qædam præſcripſerat: Ἐὰν μέν σοι δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα. *Siqidem his adhibitis auxiliis morbus remiſerit*, bene habebit. (id enim ſupplendum, éſtqe ellipſis Atticis familiaris, qalis Lucæ *c.* 13. *v.* 9. & alibi paſſim. vide Evſtath. ad *Il. a.*) εἰ δὲ μὴ, καλλίω θάνατον συνψάμενος, ἀπαλλάττου τοῦ βίου. *Aliter autem mori ſatiùs fore arbitratus deſine vivere.* Et *ibidem pag.* 928. *C.* Τοῖς ἀνιάτως ἔχουσιν, οἷδὲ αὐτοῖς ἔτι ζῆν ἄμεινον. *Inſanabilibus jam ſatiùs eſt mori.* Et in *Timæo*, Εὐηδοξε τοῦ πλείονος βίου, φαυλοτέρου δὲ, τὸν ἐλάττονα ἀμείνονα ὑπο* πάντῃ [* παντὶ, al.] πάντως προαιρετέον. *Viſum fuit vitam brevem meliorémque diuturnæ & deteriori eſſe omnino anteponendam.* Itaqe Juſtinus *dialogo cum Tryph. Edit. Colon. pag.* 223. *B.* Ἐρμαῖον ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς τὸ ἀποθνήσκειν. *Mori malis re verâ lucroſum eſſet.* In hanc eandem ſententiam & Themiſtius in *Orat. qinqem.* Πίνδαρον ἐπαινῶ τὸν ποιητὴν, ὡς ἅμα ὑ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐν ἀγαθῇ μοίρᾳ, τὸ προελθεῖν εἰς χρόνον πλείω τὸν βίον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ζῆν μετὰ δικαιοσύνης προαιρουμένοις. *Neqe tutis ilicis γλυκείᾳ συνδιαιτᾶται neqe ἀγαθὴ γηροτρόφῳ παραπέμπουσα μετ' εὐφροσύνης εἰς τὸ τῆς φύσεως καταγώγιον. ἡ δὲ τῆς κακίας ἀπαλλαγὴ, ὅσῳπερ ἂν θᾶττον ὑπάρξῃ, τοσούτῳ μᾶλλον τοῖς καταληφθεῖσιν ὑπ' αὐτῆς συνεπήνεγκεν. ὃ γὰρ ἐᾷ πλείοσι περιπετεῖν πλημμελήμασιν. Pindarum poetam laudo, ubi ait, non eodem modo omnibus hominibus felici ſato vitam in longius tempus excurrere. Sed iis duntaxat, qi cum juſtitia illam ſibi tranſigendam ſtatuunt. Qibuſcum etiam ſpes jucunda cohabitat, bonáqe ſenectutis nutrix illos cum gaudio in natura diverſorium deducit. At liberatio à vitioſitate qò citius evexerit, eò melius cum illis agitur, qos ipſa occupat: qippe qa non ſinat in plura incidere peccata.* At Chryſippum in hac parte notat Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 10. & *de commun. notit. c.* 12. ut varium: minúſqe ſibi conſtantem; dum in *libr.* περὶ τῆ προτρέπεσθαι, modò Antiſthenem laudat, qi dixerit, δεῖν κλᾶσθαι νῶν ἢ βρόχον, *parandum aut meutem, aut laqeum.* Et Theognidem taxat, qi dixerat,

Χρὴ πενίην φεύγοντα,
Ut pavpertatem fugias,

cùm dicere debuiſſet,

Χρὴ καπίην φεύγοντα, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρέων, Κύρνε, δι' ἠλιβάτων.
Ut vitium fugias, vel ſaltu te in maris undas
Cyrne, vel à ſcopulis dejice præcipitem.

Modò è diverſo Platonem fugillat, qi dixerit, ὅτι τῷ μηδὲ μαθόντι, μηδ' ἐπισαμένῳ ζῆν, λυσιτελεῖ μὴ ζῆν. *Ei qi neqe didiciſſet, neqe ſciret vivere, utile eſſe non vivere.* ſtatuítqe ipſe, ὅτι καὶ τοῖς φαύλοις προσήκει μένειν ἐν τῷ ζῆν, *Malis qoqe convenire, ut in vita maneant.* & *de natura lib.* 3. ὅτι λυσιτελοῦ ζῆν ἄφρονα, ἢ μὴ βιῶν, κἂν μηδέποτε μέλλῃ φρονήσειν. *Expedire inſipienti ut vivat potius qàm moriatur, etiamſi nunqam ſit futurum ut ſapiat.* At contrà Marcus & iſtic, & alibi. vide *l.* 10. §. 8.

Οὕτως οὐδὲ ἡ πεῖρα πείθει φεύγειν ἐκ τοῦ λοιμοῦ.] Diodorus Siculus *hiſt. lib.* 12. *pag.* 79. Ἡ κακία καὶ ἡ φαυλότης, καθάπερ λοιμικὴ νόσος, ἐπινέμεται τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων, καὶ νοσοποιεῖ τὰς ψυχὰς τῶν ἀρίστων. *Malitia & improbitas non ſecus ac peſtis in hominum vita graſſantur, & vel integerrimorum ſape animos veluti morbi aliqà contagione inficiunt & corrumpunt.* Joannes Chryſoſtomus *in Joan. Orat.* 57. *pag.* 359. *C.* Δεινὸν γὰρ, δεινὸν, ἡ τῶν πονηρῶν συνήθεια. οὐχ οὕτω ταχέως λοιμὸς ἅπτεται, καὶ ψώρα διαφθείρει, ὡς ἡ τῶν πονηρῶν κακία ἀνθρώπων.

Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.
Gravis etenim, gravis eſt converſatio malorum. Non tàm citò peſtis attingit, & ſcabies corrumpit inqinatos & morbo correptos, ut pravorum hominum malitia.
Corrumpunt enim bonos mores colloqia prava.

qod & Apoſtolus *ad Cor. Epiſt.* 1. *c.* 15. *v.* 33. adducit ex Menandri *Thaide*, urì Scholiaſtes Græcus adnotavit. Itaqe qod Gregorius Nazianzenus in opulentis, qoad pavperes, vitio vertit, de omnibus in univerſum, qoad peſte correptos, reſpectu corporis, de pietatis, virtutíſqe ſtudioſis, qoad improbitatem, impuritatem, impietatem, palàm præferentes, animi reſpectu, non incommodè uſurpatur; & qoad illos qidem nullâ mutatione factâ. Τῶν ἡμετέρων σωμάτων ἀσφάλειαν, τὴν τούτων φυγὴν νομίζομεν. ὅτι καὶ τὸν αὐτὸν ἀυτοῖς σκῶμεν ἀέρα, μηκέτ' δυσχεραίνοντες. *Ut corporum qoqe noſtrorum ſalutem in eorum fuga atqe averſione poſitam eſſe exiſtimemus, qòd eundem cum ipſis aërem trabamus indignè ferentes.* qoad iſtos, voculâ unâ immutatâ, & ψυχῶν vocabulo pro σωμάτων ſubſtituto. Atqe in eam mentem Seneca *de tranq. c.* 7. *Serpunt vitia & in proximum qemqe tranſiliunt. Itaqe ut in peſtilentia cavendum eſt, nè corruptis jam corporibus, & morbo flagrantibus aſſideamus, qia pericula trahemus, affiatuqe ipſo laberabimur: ità in amicorum legendis ingeniis, dabimus operam, ut qàm minimè inqinatos aſſumamus.* Adjicere lubet Marci ipſius verba ferè noviſſima ad amicos, moribundum deflentes; *Qid me fletis, & non magìs de peſtilentia & communi morte cogitatis?* qod *res humanas videndo protuliſſe* eum dicit Capitolinus, cùm *deplorando* potiùs dicere debuerit: qod & Joſephus Scaliger obſervavit.

Λοιμὸς γὰρ] Philo *de providens*: apud Evſebium *præpar. lib.* 8. *c. ult.* Κατασάσεως δὲ λοιμικῆς μᾶλλον, ἢ ὑχ ἕτερον, φθοροποιός ἐστιν ἡ κακία. *Atqi vel magis, vel nihilo certè minus, qàm peſtifera qadam lues, exiſtalis improbitas eſt.*

Διαφθορὰ διανοίας] Ità Pavlus *ad Tim. Epiſt.* 1. *c.* 6. *v.* 5. Διεφθαρμένον τὸν νῦν. *Corruptum mente* & Petrus *Ep.* 2. *c.* 1. *v.* 4.

§. 3. Mortem noli contemnere, sed animo lubenti excipe, tanqam ex eorum qæ natura vult, numero qod sit. cujusmodi enim res est, adolescere, senescere, crescere, adultum esse, barbatum esse, dentire, canescere, ferere, prægnantem esse, parere, aliáqe id genus opera naturalia, qæ vitæ secum ferunt ætates, ejusmodi planè res est & dissolvi. hominis est igitur considerati, nec temerariè,

§. 3. Μὴ καταφρόνῃ θανάτου, ἀλλὰ [a] εὐαρέστως ἐχέτω αὐτῷ, ὡς ἓν τούτων ἐκείνων ὄντων, ὧν [b] ἡ φύσις ἐθέλει. ὅσον γάρ ἐστι τὸ νεάσαι, καὶ τὸ γηράσαι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τὸ ἀκμάσαι, καὶ ὀδόντας, καὶ γένειον, καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν, καὶ σπεῖραι, καὶ κυοφορῆσαι, καὶ ἀποκυῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ ἔξ σοῦ βίᾳ ὧραι φέρουσιν, [c] παῦσαι καὶ τὸ ἀφαλυθῆναι. τοῦτο μὲν ἓν κατὰ ἄνθρωπον ἐστι λελογισμένον, [d] μὴ [e] ἀλοσχερῶς, μηδὲ ὡσικῶς,

a L. 2. §. 3.
b L. 2. §. 17.
c L. 3. §. 7 l. 6. §. 2.
d L. 3. §. 7 l. 10. §. 14.
e L. 5. §. 36.

ANNOTATIONES.

v. 4. Ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. *Elapsi ex corruptione qa est in mundo per cupiditatem.* Sed & ψυχῆς διαφθορὰν, ἀδικίαν. *Injustitiam animi esse corruptelam.* dixit Plato apud Plutarchum de *Stoic. contradict. c.* 12. Τῷ γὰρ δικαίῳ μὲν αὔξεται, καὶ σώζεται, τῷ δ' ἀδίκῳ μειοῦται καὶ ἀπόλλυται. *Nam illud, qod per justitiam crescit & conservatur, per injuriam imminuitur & perit.* Epictetus *l.* 4. *c.* 1.

§. 3. Μὴ καταφρόνει θανάτου] Mortem contemni vetat. Unde & Scaliger Capitolinum notat, qòd Marcum illa qæ superiùs retulimus *mortem contemnentem* dixisse asserit. Verùm qid dicemus ergò creberrimis illis philosophorum, cùm exterorum, tum & nostrorum, dissertationibus, qibus ad *mortis contemptum* mortales cohortantur, animántqe? Responsio proclivis satìs videtur; *contemnendam* esse *mortem*, qasi bonis saltem qicqam obesse possit; *non contemnendam*, qatenus est naturæ munus, qod Marcus istìc, vel qà divinæ dispositionis, & dispensationis effectus.

Εὐαρέστει αὐτῷ] Vide *l.* 2. §. 3. & *infrà* §. 6.

Ἐνὸς ὄντων, ὧν ἡ φύσις ἐθέλει] Vide *lib.* 2. §. 17. & *l.* 3. §. 7. & *l.* 6. §. 2.

Λελογισμένον] Hominem *consideratum.* qomodo Cicero *pro Cæcin. Illud considerati hominis esse putavit, qa de re jure decertare oportebat, armis non contendere.* Porphyrius *de abstinent. l.* 1. §. 44. Ταύτῃ διαπιστοῦσι φαίνεται ὁ σπουδαῖος τῷ φαύλῳ. ὅτι ὁ μὲν πανταχοῦ τὸν λογισμὸν ἔχει παρεστῶτα καὶ κρατοῦντα καὶ ἡνιοχοῦντα τὸ ἄλογον. ὁ δὲ πολλὰ πράττειν παρεὶς τῷ λογισμῷ, καὶ σὺν τούτῳ πράττειν ἃ πράττει. διὸ καὶ ὁ μὲν ἀλόγιστον λέγεται, ὁ δὲ λελογισμένον. *Et in hoc videtur differre bonus à malo: qòd ille rationem semper habet parti rationis experti adstantem, eamqe moderantem. Hic verò multa eorum qa agit non omnino curat, ut cum ratione faciat. Unde & inconsideratus appellatur, alter autem consideratus.* qi locus parùm integer videtur; ità forsan restituendus ὁ δὲ π. πράττει π. τὸν λογισμὸν καὶ σ. τ. πράττει ἃ π. *multa facit ratione neglectâ, & cum ista* (parte scilicet irrationali) *facit qa facit.*

Μὴ ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὡσικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν] Vide *lib.* 3. §. 7. Seneca *Epist.* 30. *Vides qosdam optantes mortem, & qidem magìs qàm rogari solet vita. Nescio utros existimem majorem nobis animum dare, qi deposcunt mortem, an qi hilares eam, qietiqe opperiuntur: qoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit; hac ex judicio certo tranqillitas est. Venit aliqis ad mortem tratus morti: venientem nemo hilaris excipit, nisi qi se ad illam diu composuerat. Multos spectavi abrumpentes vitam; sed plus momenti apud me habent, qi ad mortem veniunt sine odio vitæ, & admittunt illam, non arrabunt.* Idem *Epist.* 24. *Objurgat Epicurus non minùs eos qi mortem concupiscunt, qàm eos qi timent; & ait; Ridiculum est, currere ad mortem tadio vitæ, cùm, genere vitæ, ut currendum esset ad mortem, effeceris. Item alio loco dixit: Qid tam ridiculum, qàm appetere mortem, cùm vitam tibi inqietam feceris, metu mortis? His adjicias & illud ejusdem nota licet; Tantam hominum imprudentiam esse imò dementiam, ut qidam timore mortis ad mortem cogantur.* Ità Arcesilaus apud Plutarchum *ad Apollon. pag.* 110. *A.* Πολλοὶ διὰ τῶν ὀθονείων, καὶ τὴν πρὸς τὸν θάνατον διαβολὴν, ἀποθήσκουσιν, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. *Multi ob vilitatem animi, & conceptam adversùs mortem calumnias moriuntur, nè moriantur.* Atqe ut Diogenes; Οἱ μὲν ἐν τῇ χειμαζόμενοι, ὑπερημείνοντες καταδῦναι τὴν ναῦν, πρότερον ἑαυτοὺς ἐπισφάξαι. *Alis qidem in navi tempestate vexati, non exspectantes usqe dum navis submergeretur, seipsos trucidârunt.* Lucret. *l.* 3.

Et sæpe usqe adeò mortis formidine, vita
Percipit humanos odium, lucisqe videnda,
Ut sibi consciscant mœrenti pectore letum.

Atqi, ut Martialis *l.* 2. *Epig.* 80.

Hoc, rogo, non furor est, nè moriare, mori?

vel etiam metu mortis mortem precari? ut Plinius *l.* 6. *Epist.* 20. Seneca *Epist.* 70. *Stultitia est, timore mortis, mori. venit qi occidat. expecta. qid occupas? qare suscipis aliena crudelitatis procurationem? Utrùm invides carnifici tuo, an parcis? Scribonia Drusi Libonis amita, consilium habenti, utrùm consciscere sibi mortem, an expectaret, Qid te, inqit, delectat alienum negotium agere?* Sed pergit idem *Ep.* 24. *Confirmes animum vel ad mortis vel ad vitæ patientiam. In utrumqe momenti ac firmandi sumus, & nè nimis amemus vitam, & nè nimis oderimus. Etiam cùm ratio suadet finire, non temerè nec cum pre-*

A *cursu capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet è vitâ, sed exire.* (qanqam de Catone qid *ibidem* dicat, vide *ad l.* 2. §. 17.) *& ante omnia ille qoqe videtur affectus, libido moriendi. Est enim ut ad alia, sic etiam ad mortendum inconsulta animi inclinatio: qa sæpe generosos atqe acerrima indolis viros corripit, sæpe ignavos jacentésqe: illi contemnunt vitam, hi gravantur.* Vide ampliùs *ad l.* 6. §. 46. Plinius minor *lib.* 1. *Ep.* 22. de T. Aristone agens. *Nam impetu qodam & instinctu procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & causas ejus expendere, utqe svaserit ratio, vitæ mortisqe consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi.*

B Elegantissimè avtor libri *de duplici martyrio* qod Cypriani nomen præfert, sive Erasmus is, sive alius qis fuerit: *Plurimùm interest inter barbaricam immanitatem & martyrum modestissimam constantiam, in se imbecillem, in Christo fortem. Sunt qi certis artibus corpus stupefaciunt, nè sentiant cruciatus: Sunt & affectus impotentes, qi sensum adimunt animo, ità ut vel mortem impavidi perferant. Sed placidum illud ac mansvetum; illud humiliter sublime, & sublimiter humile, non videmus nisi in Christi martyribus.*

Μὴ ὁλοσχερῶς] Xylander istìc à Marci tum mente, tum & verbis, longissimè recessit: Accessit propiùs Mericus. sed ὁλοσχερῶς istud prorsus omisit; de vocabuli sensu incertus forsitan.

C Mihi hoc loco ἀντὶ τοῦ προπετῶς, *temerè*, positum videtur. de qo vide *ad l.* 5. §. 36.

Μηδὲ ὡσικῶς] Svidas. ὡσικῶς, τὸ μετὰ βίας καὶ ὠθισμοῦ.

Μηδὲ ὡσικῶς καὶ μετὰ βίας πρὸς θάνατον ἔχειν.

Pellendo, trudendo, per vim & per propulsionem. Ut in illo senario:

Nec impetu, nec per vim est ruendum ad mortem.

Hunc Marci locum dubio procul adduxit, verùm id καὶ μετὰ βίας, à Lexicographo, opinor esse, non ab avtore. Svidam ex parte secutus Mericus *violentè* vertit. Ego, impetuosè, malim: qando cum impetu qis ad aliqid impellitur. Ità nec temere vult hominem in mortem prosilire, priusqam apud se seriò ac sedulò perpenderit, justa necne suppetat vitam exponendi avt excludendi occasio, de qo vide *ad l.* 3. §. 1. nec etiam ubi justa cavssa id faciendi suberit, cum impetu qodam ad mortem obeundam ferri. Tractum ab eis, qi dum ad rem aliqam qam avidè expetunt, potiundam confertim ruunt, alii alios protrudere, & propellere solent: hoc est qod Svidas, μετὰ ὠθισμοῦ ferri, cùm, urì illi Adonia spectatum in avlam regiam confluentes.

Ὠθοῦνθ' ὕστε ὗες.
Trudunt ut sues

E Theocritus *idyl.* 15. 73. sive ut Philosophiæ nomen ementiti, avri accipiendi spe impulsi, εἰς ἀκρόπολιν ὠθίζονται, *in arcem ruunt.* in Luciani *piscatore.* vel etiam ut cives Athenienses in Pnycem apud Aristophanem *Acharnan. Act.* 1. *Sc.* 1.

— Καταῤῥέοντες ὠθρόοι,
Ἀλλήλοις ὡσιοῦνται περὶ πρώτης ξύλης.
— *Confertim omnes ingruent,*
Invicem se trudent, dum primam qisqe sedem captabit sibi.

atqe,

Εἰς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὠσίζεται.
Qisqe ad primum truditur subsellium.

F ὡσικῶς itaqe πρὸς τὸν θάνατον ἔχωσι, qi spiritum, non placidè emittunt, sed *cum impetu ejiciunt*, ut de Catone ipso Seneca, *Ep.* 25. vide *ad l.* 2. §. 17. Potest & à belluis ferisqe tractum videri, qæ in ferrum, qo impetuntur, sponte ipsæ ac cum impetu obviam feruntur. Ὥσπερ οἱ κάπροι, οἱ πρὸς τὴν πληγὴν ὁρμῶσι ὠθούμενοι. *Sicut apri eodem adversùs ictum irruentes.* Marci mentem expressit optimè Gregorius Nazianzenus *in Julian. Orat.* 2. Ἐπὶ Πέρσας στρατεύει, θράσους ἀλογίᾳ μᾶλλον ἢ ῥώμης ἀσφαλείᾳ, πίστεσιν. καὶ οὐδ' ἐκεῖνο συνιδεῖν δυνηθεὶς ὁ σοφώτατος, ὅτι θάρσος καὶ θράσος, κἂν οἱ τοῖς ὀνόμασι πλησιάζοι, πλεῖσον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται, ἀνδρεία τε ἦν φαμεν καὶ ἀνανδρία. Τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τολμητίοις θρῤῥεῖν, ἀνδρείας ἐστι, ὥσπερ τὸ ὑφίστασθαι, δειλίας. ὃ δὲ πλείων ὁ κίνδυνος, ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ κατίχεσθαι, θράσους. ὥσπερ τὸ ὑποχωρεῖν, ἀσφαλείας. *Adversùs Persas expeditionem suscipit, præcipiti temeritate potius qàm virium firmitate fretus: ac ne illud qidem perspiciens vir sapientissimus, fiduciam & audaciam, licet nominis ratione inter se vicina sint, potentia tamen & facultate plurimùm inter se distinctas esse. Etenim in iis rebus,*

qæ

ὡσικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔ-
a L. 2. §. 17. χειν. ἀλλὰ [a] περιμένειν ὡς [b] μίαν τῶν φυσικῶν
l. 3. §. 10. ἐνεργειῶν. ὡς νῦν περιμένεις, πότε ἔμβρυον ἐκ
b L. 2. §. 12. l. 4. §. 5. τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σε ἐξέλθῃ, ὅτως ἐκ-
δέχεσθαι τὴν ὥραν ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν σε καὶ ἐλύ-
c L. 4. §. 50. τρα τοῦτο σκῶπτε. εἰ δὲ καὶ [c] ἰδιωτικὸν παράπ-
πυγμα ἀψικάρδιον θέλεις, μάλιστά σε ἔυκολον
d L. 8. §. 22. πρὸς τὸν θάνατον ποιήσῃ, ἡ ἐπίγνωσις ἡ περὶ [d] τὰ
e L. 6. §. 27, 28. ὑποκείμενα, [e] ὧν μέλλεις ἀφίσεσθαι, καὶ [f] μεθ'
f L. 4. §. 50. ὅσων ἠθῶν ἀκέπι ἔσῃ * ἡ ἐμπεφυρμένη. [g] πρόσ-
* ἡ [ψυχὴ] κοπτε μὲν γὰρ αὐτοῖς ἤκιστα δεῖ, ἀλλὰ καὶ
f.
g L. 2. §. 1. l. 6. §. 26, 27. h L. 3. §. 4. i L. 10. §. 36. [h] κηδεσθαι καὶ πρᾴως φέρειν. μεμνῆσθαι μέντοι ὅτι [i] ἐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων σοι ἡ ἀπαλλαγὴ ἔσῃ. τοῦτο γὰρ μόνον, εἴπερ ἄρα, ἀνα-
g L. 11. §. 9. θεῖλκειν ἂν τὴ καθέχειν ἐν τῷ ζῆν, εἰ συζῆν ἐφέτο

nec impetuosè, nec fastuosè adversùs mortem se gerere: sed tanqam opus naturale, eam præstolari, qo modo nunc præstolaris, donec uxoris tuæ utero fœtus prodeat. ità expectanda est hora, qâ animula tua involucro isti excidet. si avtem vulgare vis pharmacum, qod cor tamen attingat, morti facilem cumprimis præstabit te, si consideraveris res subjectas à qibus morte divelleris, moréstqe hominum qales sint, qibus anima tua ulteriùs non immiscebitur. etiamsi enim offendi eis te nevtiqam oportet, sed curare eos, placidéqe ferre; meminisse tamen licuerit, qod ab hominibus havd idem tecum sentientibus discessurus es. hoc enim solum, si qid aliud, nos retraheret & in vita retineret, si cum eadem sentientibus vitam degere daretur. nunc avtem vides, qanta molestia ex

ANNOTATIONES.

qas aggredi avdacter convenit, magnum & præsidentem animum gerere, magnanimitatis est: qemadmodum contra, langvere ac periculum detrectare, timiditatis & ignaviæ. At ubi plus periculi imminet, tum verò obviam procedere, seqe in discrimen obtrudere, non avtem reprimere ac retinere, temeritati ducendum est: qemadmodum è contrario, cedere, cavtioni & prudentiæ est. qod & ferinum potiùs qàm humanum idem censet, Καθάπερ συῶν τὰς θρασυτέρας πρὸς τὸ ξίφος ὠθίσασθαι. *Avdaciores, tanqam sues, adversùs telum impelli.* Vide *l.* 11. §. 3. Seneca *de ira l.* 3. *c.* 3. *Hic barbaris fortè ruentibus in bella exitus est. aguntur, qà dolor traxit, incompositi, interriti, incavti, pericula appetentes suæ gavdent feriri, & instare ferro, & tela corpore urgere, & per suum vulnus exire.*

Μηδὲ ὑπερηφάνως] hoc est, qod Seneca *Ep.* 70. *Qid est stultius qàm fastidiosè mori?* Aliud est enim qod Tertullianus *ad nation. l.* 1. *c.* 19. *fastidium mortis, est spes resurrectionis.* Siqidem huic *fastidium mortis*, non navseatio ad mortem, sed mortis cum fastu qodam, sed pio illo, despectus. Vide *l.* 3. §. 7.

Περιμένειν] Vide *ad l.* 5. §. 10.

Πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς] Seneca *Ep.* 102. *Qemadmodum novem mensibus nos tenet maternus uterus & præparat non sibi, sed illi loco, in qem videmur emitti jam idonei spiritum trahere, & in agerto durare: Sic per hoc spatium, qod ab infantia patet in senectutem, in alium natura sumimur partum: alia origo nos expectat, alius rerum status.* vide ulteriùs *ad l.* 4. §. 21.

Τῷ ἐλύτρῳ τούτῳ ἐκπτισθῆναι] ἔλυτρα dicuntur *folliculi* illi, qibus semina continentur & involvuntur nonnulla, nec omnia tamen: sunt enim & γυμνόσπερμα. Theophrastus *hist. l.* 1. *c.* 18. & Plinius *l.* 19. *c.* 7. qod Basilius hexaem. *Orat.* 5. *pag.* 64. *D.* Τινὰ μὲν γυμνὰ, τινὰ δὲ ἐν ἐλύτροις κεκαλυμμένα. *Partim qidem nudi, partim verò tecti folliculis.* Plinio *tunicula*, Varroni *l.* 1. *c.* 3. *vagina*, dicuntur. Hesychius ἔλυτρον, δέρμα, θήκη, λέπυρον, ἐπίλημα, κάλυμμα, σκέπασμα. Ἔλυτρον, *pellis, theca, cortex, involucrum, velamen, tegumentum.* de seminibus usurpat etiam Dioscorides, *l.* 2. *c.* 111. & *l.* 4. *c.* 167. his avtem dehiscentibus semina jam matura prorsus, ipsa sponte suâ decidunt. Unde illud Plinii *l.* 28. *c.* 30. *Oraculum verò, biduo celeriùs messem potiùs facere, qàm biduo seriùs.* Et de leguminibus Theophrastus *l.* 8. *c.* 10. Θερίζουσι δ' ἐνχυλότερα τὰ χέδροπα, πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ῥᾷον συλλέξαι. ταχὺ γὰρ καταῤῥεῖ. *Legunt succulentiora legumina qidem qò plus facilisque colligere possunt. Celeriter enim defluunt.* Ἐλύτρῳ, sive *integumento*, & *involucro* istiusmodi corpus humanum confert Marcus noster, qòd eô anima qasi involvatur. tempúsqe nos præstolari monet, qo tanqam semen maturum jam, ea folliculo isti excidat. Eodémqe in eundem sensum vocabulo usus est Admetus poëta qidam ignobilis, in versiculo isto, qem cippo suo inscribendum destinaverat;

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον. ζῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.
Corpus humo tegitur, Admetus ad astra volavit.

Refert Lucianus in *vita Demonactis pag.* 868. Arnobius pariter corpus, nunc *folliculum*, nunc *pelliculam* nuncupat. *lib.* 2. extremo. *nec in caruncula hujus folliculo constitutis, opis aliqid sponsum est.* & mox: *Non vitam eripitis nobis, sed pelliculis revelatis & cutibus nos.* Itaqe qod vir spiritûs ingentis Basilius Valenti mortem minitanti referente Sozomeno *histor. eccles. l.* 6. *c.* 16. Μεγίστην δώσειν χάριν, ὡς (ὃς legendum) ἐν τάχει τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος ἀπαλλάξοντι. *Se ingentia largiturum, ut qàm citissimè corporis vinculis liberaretur.* id Gildas noster in *Epist. suorum increpatoria* sic reddidit; *qi maturiùs Basilium de nodo follis hujus solveret.* Qin & Tertullianus in *apolog. c.* 50. *Anaxarchi follem* dixit, qod Græci, θύλακον alii, alii ἀσκόν. vide *ad l.* 3. §. 5, 7. & *l.* 8. §. 37. & *l.* 10. §. 36. Qanqam & corpus animæ ἔλυτρον dici potest, qatenus *theca* sive *vagina* generaliùs sumptæ significationem habet. vide Plutarchum *sympos. l.* 4. *c.* 2. *infrà ad* §. 9. ἐνείθη. siqidem in lingva Aramæa corpus etiam גרנה dicitur Danielis *c.* 7. *v.* 15. qæ vox *vaginam* significat; *annal. sacr. l.* 1. *c.* 21. *v.* 27. atqe ità Tertullianus *de resurr. c.* 9. corpus humanum, *afflatûs divini vaginam* nuncupat. Plinius *l.* 7. *c.* 52. de Hermotimo Clazomenio: *cremato corpore inimici remeanti anima qasi vaginam ademerunt.* Verúmqe hîc qod Theodoretus *therapevt*: *l.* 9. *Tom.* 4. *pag.* 607. *D.* Ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἄγαν τιμιωτέρων ἐλύτροις ἐυτελέσι καλύπτεται. *Pleraqe eorum, qa maximi sunt pretii, vilioribus involucris obtegi.* Nec aliter ferè Seneca *Epist.* 92. *Qis unqam vestimenta æstimavit arculâ? Nec bonum, nec malum vagina gladium facit. de corpore idem existima me dicere.* Prout avtem corpus ἔλυτρον Marcus ità κέλυφος Epictetus dixit: *l.* 1. *c.* 20. Τὸ κοχλίου ἀγαθὸν, ἂν εἰπὸς, εἶναι ἐν τῷ κελύφει. τὸ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, εἰπέ; *Cochlea bonum in testa esse positum probabile non est, num hominis in ea esse bonum probabile erit?* & *c.* 23. de Epicuro, ἐν τῷ κελύφει θεὶς τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν, *in testa collocarit bonum nostrum.* Ità ridet Anacharsis Æsopum in Plutarchi *symposio pag.* 155. *B.* Ὡς κοχλίου ἠγησάμενον τὸ κέλυφος, ἀλλὰ μὴ τὸ ζῶον. *Perinde acsi testam, non ipsum animal cochleas nomine affecisset.* qanqam potuit & Marcus respexisse ἔλυτρα, sive χορία, *involucra* illa, & *impedimenta*, utì Tertullianus appellat, *de carn. Christ. c.* 4. qibus infans, & dum in utero consistit, involvitur, & qibus exutus atqe evolutus excidit qodammodo, cùm in lucem hanc prodit. *Sapientiæ Solomonis* Avtor, de se matris utero edito. *c.* 7. *v.* 3. καὶ εἰς τὴν γῆν κατέπεσον. *In hanc terram decidi.*

Εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικάρδιον θέλεις] Citat ista bis Svidas, in παράπηγμα, & in ἀψικάρδιον, & avctiora qàm codices nostri exhibent, utrobiqe; illîc adjectis his, πρὸς τὸν θάνατον εἶπεν. *adversus mortem, dicam.* istîc hisce, ἐρήσεται ἂν ταχέως τῆς καρδίας ἁπτόμενον. *hoc ipsum tibi rem totam mox dicet, cor tangens.* qæ tamen postrema forsan Svidæ ipsius fuerint, τὸ ἀψικάρδιον exponentis. Idem παράπηγμα interpretatur κανόνα *canonem, regulam*, additqe esse & εἶδός τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ. *qoddam instrumenti astronomici genus.* qo modo usurpavit Vitruvius *l.* 9. *c.* 7. de qo videri poterit Turnebus *adverss. l.* 11. *c.* 3. hoc loco, *documentum* Xylander reddidit. *remedium* Casavbonus. atqe ità Marcus ipse *l.* 4. §. 44. βοήθημα. qanqam vim vocabuli si respicias, *machinamentum* potiùs, sive *adminiculum*, dixeris. nam qod priore Svidæ loco παράπληγμα legitur; & Portus *dementiæ facimus* vertit. παράφραμα est γραφικὸν ex posteriore corrigendum. ἰδιωτικὸν qod dicit vide *ad l.* 4. §. 44.

Οὐκέτι ἔσῃ ἡ ἐμπεφυρμένη] deest substantivum. ἡ ψυχὴ forsan. Nam qòd Annotator Lugdunensis articulum ἡ delet, ut ad ἐπίσασις participium referatur, minùs placet.

Οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων] Menander *Philadelph.* Stobæo referente *tom.* 2. *tit.* 122.

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν εἰ μεθ' ὧν κρίνει τις ἂν
Τοῦτ' ἔστι τὸ ζῆν. ἡδὺ δ' ἀποθνήσκειν, ὅταν
Ζῆν μὴ πάρεσθ', ὡς βούλεται —
Qàm dulce vita est, si qibuscum discupis
Transigere ætatem detur: at dulce est mori,
Cui vivere non est ex animi sententia.

Et Apollodorus *Adelph.*

Ἀπραγμόνως ζῆν ἡδύ. μικάριος βίος
Καὶ σεμνὸς, ἂν ᾖ μεθ' ἑτέρου πραγμόνου.
Ἐν ἔρημοις δὲ καὶ πιθήκοις ὄντα δεῖ
Εἶναι πίθηκον. ὦ παλαιπώρου βίε.
Vita otiosa plena beatitudinis,
Si cùm otiosis aliis vitam transigas.
Cum simiis feriisque agentem simiam
Fieri necesse est. ô vitam arumnabilem.

Grotius, vide *l.* 4. §. 50. & *l.* 5. §. 36. & *l.* 10. §. 36.

Τὸ

ex diſſenſu mutuo eorum qibuſcum vivitur, oriatur, ut dicere liceat, *Propere accedas ô mors; neqando etiam ipſe obliviſcar mei.*

§. 4. Qi peccat, ſibimet ipſi peccat. qi injuſtè agit, ſibi nocet, dum malum ſe facit.

§. 5. Sæpenumero contingit ut injuſtè agat, tam qi non facit aliqid, qàm & qi facit.

§. 6. Sufficit præſens exiſtimatio certa, & actio præſens communicativa, & affectio præſens caſum omnem à prima rerum omnium caviſſâ provenientem lubenter excipiens.

τοῖς τὰ * τοιαῦτα δόγματα πεπεισμένοις. νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅσον ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς συμβιώσεως, ὥστε εἰπεῖν. ἧττον ἐλθῇς, ὦ θάνατε, μή ποτε καὶ αὐτὸς [a] ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ.

* αὐτὰ f.

a Inf. §.9.

§. 4. [b] Ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. [c] ὁ ἀδικῶν ἑαυτὸν κακοῖ. κακὸν ἑαυτὸν ποιῶν.

b L.5.§.25. 35.
c L. 8.§.55.

§. 5. Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι, ἀ μόνον ὁ ποιῶν τι.

l.11.§.18.] d L.8.§.7. 22.l.7.§.54.

§. 6. [d] Ἀρκεῖ ἡ [e] παροῦσα [f] ὑπόληψις καταληπτικὴ, καὶ ἡ παροῦσα [g] πρᾶξις κοινωνικὴ, καὶ ἡ παροῦσα διάθεσις [h] εὐαρεστικὴ πρὸς πᾶν τὸ * ὡδηποτὲ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον.

l.12.§.3. e L.6.§.2. f L.8.§.26. g Inf. §.23. h L.3.§.6.

§.7.

ANNOTATIONES.

Τὰ τοιαῦτα δόγματα] forſan τὰ αὐτὰ δ. *eadem dogmata colentes, eadem ſentientes.* quod ſuprà ὁμοδογματοῦντας dixit. atque ità interpres uterque accepit.

Μή πω καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ] Ne dum inter tot ingeniorum atque inſtitutorum diſſidia verſor, ipſe proprii, meíque etiam ipſius qodammodo oblitus ab eodem deficiam & deſciſcam tandem. Vide *ad l.* 6. §. 29. Eſt avtem proverbialis formula iſta, de iis qi à nativa indole degenerant. qâ & Seneca uſus eſt *de clem. l.* 1. *c.* 1. *Nec enim periculum eſt, nè te ſubita tui capiat oblivio.* Cicero *ad famil.l.*9. *Ep.* 12. *Gratulor Bajis noſtris: ſiqidem, ut ſcribis, ſalubres repentè facta ſunt: Niſi fortè te amant, & tibi aſſentantur; & tam diu, dum tu ades, ſunt oblita ſui.* Menander *gubernatoribus*, à Priſciano *l.* 28. laydatus.

Ἐπελάθετ' αὐτὸν, ὅστις ἦν.
Oblitus eſt ſe ipſe qi fiet.

De viro probo pioqe, ſive Enocho, ut pluribus placet, Avtor *ſapientiæ Solomonis c.* 4. *v.* 10. Ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη. ἡρπάγη, μὴ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ. βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλά. καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. *Qi qum viveret inter peccatores, fuit translatus; ereptus eſt, nè malitia mutaret intellectum ipſius, avt dolus deciperet animum ipſius. Nam faſcinatio improbitatis obſcurat qa bona ſunt, & circumagitatio concupiſcentia transvertit mentem carentem malitiâ.* Alluſerit fortean hic Marcus ad hiſtoriam Meſſalæ Corvini oratoris, qem *nominis etiam ſui oblitum* ferunt. Plinius *hiſt. nat. l.*7. *c.* 24.

§. 4. Ἑαυτῷ ἁμαρτάνει] Ità Avguſtinus *poſt collat. cum Donat. cap.* 6. de verbis Apoſtoli *ad Cor. Epiſt.* 1. *cap.* 11. *v.* 29. agens. *Judicium manducat & bibit ſibi ipſi, non alteri.* vide *l.* 3. §. 25, 35.

Ἑαυτὸν κακοῖ] vide *l.* 2. §. 1. & *l.* 8. §. 55. Epictetus *l.*4. *c.* 5. Μεγάλη βλάβη τῷ ἀδικοῦντι, αὐτὴ ἡ ἀδικία. *Magno malo eſt injuria ipſa ei à qo infertur.* Dio Pruſæus *Orat.* 74. *pag.* 636. Ὑπὸ κακίας ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ βλαβερός. *Ex qa qiſqe ſibi eſt damnoſus.* & *Orat.* 75. *p.*646. Τὸν νόμον οὐδὲ εἷς οἵός τ' ἐστὶν ἀδικῆσαι. τῶν γὰρ παραβαινόντων τὸν νόμον ἕκαστος, οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἑαυτὸν βλάπτει. *Legem nemo poteſt afficere injuriâ. Omnis enim qicunqe legem violat, non illi, ſed ſibi ipſi damnum infert.* Clemens Alexandrinus *pad. l.* 2. *c.* 10. Πᾶς ὁ ἁμαρτάνει, καὶ ἀδικεῖ, οὐχ ὕτως τὸν πέλας βλάπτει, ὡς ἑαυτόν. ὅτι πάντως ἑαυτὸν χείρονα ἀποφαίνει. ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, παρ' ὅσον ἁμαρτάνει, χείρων καὶ αὐτὸς αὑτοῦ. *Qicunqe autem peccat, ſtatim qoqe facit injuriam, non tam proximo, ſi mœchetur, qàm ſibi ipſi, qòd ſeipſum omnino reddit deteriorem. Qi enim peccat, qatenus peccat, ipſe eſt ſeipſo deterior.* vide de noviſſimo hoc Epicteti *diſſertationem* inſignem apud Arrianum, *l.* 2. *c.* 18. Feſtivè Simocattus *Epiſt.* 40. Ἀδικεῖσθαι μὲν ἁδύ. ἀδικεῖσθαι δὲ πάντες. αὐτομάτως ἕκαστος ἑαυτὸν ἀδικῶν. ἀρετῆς γὰρ καὶ κακίας ἰσμὲν αὐτοκράτορες. οὐκοῦν ἀδικοῦσιν, οὐκ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι. καὶ τὸν Ὁμηρικὸν τεθαύμακα Κύκλωπα. οὐδένα γὰρ βλάπτειν, ἀδικούμενόν φασι. καὶ ἦν τῷ ποιμένι ἀπόφασις, ἡ τῆς ἀληθοῦς καλὰ φάσις. *Injuriam qidem nemo patitur. At omnes injuriis afficiunt ſponte qilibet ſemetipſum. Virtutis enim & malitiæ ſumus imperatores. Annon igitur inferunt injuriam, non accipiunt homines. Et Homericum Cyclopem admiror. Neminem enim ſe ladere per injuriam ajebat:* & *erat paſtori negationis loco veritatis affirmatio.* Chryſippus in *demonſtrat. de juſtit.* Ἀδικεῖσθαί φησιν ὑφ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ αὐτὸν ἀδικεῖν, ὅταν ἄλλον ἀδικεῖ, γινόμενον ἑαυτῷ τῇ παρανομεῖν αἴτιον, βλάπτοντα παρ' ἀξίαν ἑαυτόν. *A ſeipſo injuria affici injuſtum ait; nam dum alii injuriam infert, ipſum ſibi injurium eſſe, dum ſibi auctor eſt contra leges agendi, ſeqe immerito ladit.* qi tamen idem in hoc repugnans ſibi, in libris *adverſus Platonem* ſcriptis, ἀτόπως φησὶ λέγεσθαι τὸ ἀδικεῖν ἑαυτόν. εἶναι γὰρ πρὸς ἕτερον, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἀδικίαν. *Abſurdè ait hoc dici, aliqem ſeipſum injuriâ afficere; injuſtitiam enim non adverſus injuſtum, ſed adverſus aliud tendere.* Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 12. vide Ariſtotelem *Ethic. l.* 5. *c.* 11.

§. 5. Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι] Robertus Capito Licolnienſis Epiſcopus, *Pontificum Romanorum malleus* nuncupatus, *Epiſt.* 48. *Æqè iniqitas eſt non punire nocentes, ac punire innocentes.* Et Bernardus *ad Evgen. de conſider. l.* 2. *Non eris innocens, ſi avt punias eum, cui parcendum eſſet, avt parcas ei, qi fuerat puniendus.* Georgius Godvinus *Epitaph. D. Jacob. Mavritii*,

Nec faciendo nocens, nec patiendo fui.

In mente forſan habuit illud Publii Syri;

Bonis nocet qiſqis pepercerit malis.

Qem & Avſonius imitatus in *ſap. lud.* ſub Cleobuli perſona dixit;

Parcit qiſqe bonis, perdere vult malos.

Cato apud Saluſtium in *Catilin. Dum parcis ſceleratis parcunt, bonos omnes perditum eunt.* Et hiſce omnibus prior longè Pythagoras, referente *tom.* 2. *tit.* 46. Stobæo: Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. *Qi de malis pœnas non ſumunt, bonos affici volunt injuriis.* Agapetus παραινέσ. §. 28. Ἴσον, τῷ πλημμελεῖν, τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας λογίζου. κἂν γάρ τις πολιτείαν μὲν ἐυθύσμως, ἀνέχηλα δὲ τῶν βιωτικῶν ἀθύσμως, συνεργὸς τῶν κακῶν παρὰ θεῷ κρίνεται. *Æqale, peccare & non cohibere peccantes, æſtima. Etiamſi enim rempublicam adminiſtret juſtè, ſuſtineat autem vel toleret viventes iniqè, ſocius is malorum apud Deum judicatur.* Hoc eſt qod Cato Cenſorius referente Plutarcho in *Apoph. Rom.* 10. Τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, κακοποιεῖν. *Eos, qi malè agentes prohibere poſſent, neqe id facerent, eorum flagitiis aſſentiri.* id eſt, ut Seneca *Troad.* 2.2.

Qi non vetat peccare, cùm poſſit, jubet.

Vel ut τὸ κωλύειν illud diſertiùs exprimatur,

Peccare qi non prohibet, cùm poſſit, jubet.

Narrat Plutarchus in Lycurgo *p.* 42. *D.* Archelaum Spartanum cuidam regni ſibi conſortem Charilaum tanqam virum apprimè bonum probúmqe collavdanti, regeſſiſſe; Πῶς δ' [οὐκ] ἂν εἴη Χαρίλαος ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὃς οὐδὲ ποτὲ πονηροῖς χαλεπός ἐστι. *Qi vero poteſt eſſe vir bonus Charilaus, qi nè malis qidem durus & aſper eſt?* Expungendam enim eſſe negativam priorem, qòd Eraſmus in *Apophth.* monet, avt ὃν loco ſaltem οὐκ (qod non diſconvenit) ſubſtituendum, clarè docet non uno loco Plutarchus ipſe. qi in *Apophth. Lacon.* 18. ubi Archidamidæ dictum hoc tribuitur, & Charilaus alter dicitur, eo nomine prædicatus, ὡς πρὸς ἅπαντας ὁμοίως πρᾷος, *qod omnibus ex aqo mitis eſſet*, ſic extulit; Καὶ πῶς τις δικαίως ἂν ἐπαινοῖτο, ὃς καὶ πρὸς τοὺς πονηροὺς πρᾷος εἴη; *Qi poteſt juſtè lavdari, qi etiam malis ſe mitem præbet.* Idémqe in *lib. de amic.* & *adulat. pag.* 55. *E.* de Charillo Laconem dixiſſe; Πῶς χρηστὸς, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς πικρός; *Qi iſte probus ſit, qi nè malis qidem acerbus eſt.* Eodémqe prorſus modo in *frag. de invid.* & *odio, pag.* 536. *D.* niſi qod pro Lacone τὸν συναρχοντα, pro πικρὸς, ut ſupra, χαλεπὸς poſuit. Qod avtem περὶ τῦ ἀδικεῖν Marcus, idem περὶ τῦ ἀσεβεῖν, Andocides *de Myſter.* Νομίσατε τοίνυν ἀσέβημα οὐδὲν ἔλαττον εἶναι, τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας ἀσεβεῖν καταγνῶναι, ἢ τοὺς ἠσεβηκότας μὴ τιμωρεῖσθαι, *Putate itaqe non minorem impietatem eſſe, eos, qi nihil ſceleris commiſerunt, ſceleris damnare, qàm ſceleratos non punire.* Doctores Hebræi הזכלת על-הרשעים רוא אכזריות. *Improbis parcere crudelitas eſt.*

§. 6. Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα] vide *l.* 6. §. 2, 32. & *l.* 8. §. 7, 26, 32, 36. Huc concluſio illa apud Lucianum *Diſſertationis Menippi cum Chirone* de vitæ tædio. Τί οὖν ἀν πάθοι τις; Ὅπερ οἶμαι, καὶ φασι, συντόνου ὄντα, ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι. *Illud nimirum, ut cùm ſis ſapiens, qemadmodum opinor, & vulgò prædicant, præſentibus rebus jis contentus, bonique conſulas qod adeſt, nec qicqam in his eſſe putes, qod ferri non qeat.* Sed & Epicteti illud *l.* 4. *c.* 4. Τούτων μεμνημένον, χαῖρε τοῖς παροῦσι, καὶ ἀγάπα ταῦτα, ὧν καιρός ἐστι. *Horum memor, delectare iis qa adſunt, & in iis acqieſce qa tempus fert.* de ſe Æſchines. *Ep.* 5. Ὑπερωγαπῶ τὰ παρόντα. *Præſentibus valdè delector.*

Ἐναρέστηκε πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον] legendum vel πρὸς πᾶν τὸ παρὸν, vel τὸ παρὰ τῆς, expunctis particulis illis τὸ ἐκ. illud prætulerim. Xylander & Caſavbonus qid legi voluerint, incertum eſt. Verba ipſa certè neyter expreſſit. expreſſit

a L.7.§.29. §. 7. a Ἐξαλεῖψαι φαντασίαν. σῆσαι ὀρμὰς. σβέσαι ὄρεξιν. ἐφ' ἑαυτῷ ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν.

§.7. Imaginationes absterge; motus compesce; appetitionem extingve; mentem in potestate sui contine.

b L.4.§.40. l.12.§.30. §. 8. b Εἰς μὲν τὰ ἄλογα ζῶα, μία ψυχὴ διήρηται. c εἰς ἓν τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. ὥσπερ καὶ d μία γῆ ἐστὶν ἀπάντων τῶν γεωδῶν, καὶ e ἑνὶ φωτὶ ὁρῶμεν, καὶ f ἕνα ἀέρα ἀναπνέομεν, ὅσα ὀρατικὰ καὶ ἔμψυχα πάντα.

§.8. In animantia irrationalia, anima una distribuitur; in rationalia verò anima una intellectiva dispertitur. qemadmodum & terrestrium omnium una est terra; unâqe luce cernimus omnes, & aëre uno spiramus, qotqot vîsûs vitæqe participes sumus.

c L.4.§.4.l.7.§.9. d Inf.§.9. e L.8.§.57. l.12.§.30. f L.8.§.54.

§. 9. g Ὅσα κοινὰ πνεῖ μενοῦχά, πρὸς τὸ ὁμογενὲς ἀποῤῥεῖ. h τὸ γεῶδες πᾶν ῥέπει ἐπὶ γῆν, τὸ ὑγρὸν πᾶν * σύῤῥυσιν, τὸ ἀερῶδες ὁμοίως, ὥστε χρήζειν τοῦ διεργόντων καὶ βίας. τὸ πῦρ ἀνωφερὲς μένει, διὰ τὸ στοιχειῶδες πῦρ. παντὶ δὴ πυρὶ ἑτοίμως ἔχειν πρὸς τὸ συνεξάπτεσθαι ἕτοιμον ἔστω, ὥστε καὶ πᾶν τὸ ὑλικὸν τὸ ὀλίγῳ ξηρότερον, εὐέξαπτον εἶναι, διὰ τὸ ἐλάττων ἐγκεκρᾶσθαι αὐτῷ τὸ κωλυτικὸν πρὸς ἔκκαυσιν. καὶ τοίνυν i πᾶν τὸ κοινῆς νοερᾶς Φύσεως μέτοχον, πρὸς τὸ συγγενὲς ὁμοίως ἀποῤῥεῖ, ἢ καὶ

g L.5.§.4.l.7.§.50. h Sup.§.9. * ἐπὶ τὸν πῦρ f. Lug. An. i L.5.§.16. 30.l.12.§.26.

§. 9. Qæcunqe aliqid in commune participant, ad id qod est generis ejusdem secum promptè feruntur. ad terram mole suâ fertur terrestre qodvis; in idem confluit humidum omne; & aëreum itidem qodcunqe. ut necesse sit vi aliqâ intercludi ea, id nè faciant. sursum fertur ignis ob ignem elementarem. cum omni verò, qi istîc est, igni adeò simul accendi proclivis est, ut materia omnis siccior pavlò incendi prompta admodum sit, cò qòd minùs sibi admixtum habeat, qod incendium prohibeat. proinde & qicqid naturæ intellectualis est in commune particeps, ad sibi cognatum pariter, vel multò magis etiam, promptè fertur.

qò

ANNOTATIONES.

sit Lugdunensis vertendo; *ut bonis consulat omnia qa accidunt, præter id qod est à cavssâ profectum.* qæ verba qid sibi velint, ipse viderit: Ego nullus assequor. Οὐδὲν γὰρ ἀναιτίως πέφυκε γενέσθαι. *Si enim nihil absqe cavssâ fit.* ut Plutarchus *de Isid. & Osir pag.* 369. *D.* Καὶ τὸ ἀναίτιον ὅλως ἀνύπαρκτον. *Et qod cavssâ careat, prorsus non esse.* Idem *de Stoic.contradict.c.*20.

§. 7. Ἐξαλεῖψαι φαντασίαν] vide *l.*7.§.29. Ista superioribus attexit Xylander, pro privo monito habet Mericus Casavbonus, & hoc, opinor, potius fuerit.

§. 8. Μία ψυχὴ] Vide *ad l.*4.§.4, 29, 46.

Ἑνὶ φωτὶ ὁρῶμεν] Vide *l.*12.§.30. Τὸν ἥλιον ὁρῶ πάντων τὸν αὐτόν. *Solem unum omnibus splendere video.* Tatianus *adv. Græc. p.*150. *B.*

Ἕνα ἀέρα ἀναπνέομεν] Vide *l.*8.§.54. Gregorius Nazianzenus *Orat.*16. de opulentis pavperes aversantibus; Ὅτι καὶ τὸν αὐτὸν σπῶμεν ἀέρα, μικρῷ δυσχεραίνοντες. *Qod eundem aërem trahamus indignè ferentes.* Apud Philemonem, Comicum fastuosum aliqem nescio qis sic compellat,

Σὺ γάρ τίς ἐστιν; εἰπέ μοι παρρησίᾳ.
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν, ὦ ἄνθρωπ' ἄν;
Τὸ δ' ὅλον περιπατεῖς; ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
Ἕτερος συνίλκυσεν, εἰπέ μοι, τοιοῦτ' ὤν;

i. e. vertente, qi & affectis medelam adhibuit, Grotio.

Effare nobis liberè, qem te putas?
Loqerisne hominibus ipse non homo, sed tenens
Orbem sub pedibus? an communi vesceris.
Avrâ nobiscum, qi te tam magni facis?

qæ cur Stobæus *c.*6. sub Ἀκολασίας *titulo* collocarit non video. De se Solomon rex in *Sapient. cap.*7. *v.*3. Καὶ ἐγὼ γενόμενος ἕσπασα τὸν κοινὸν ἀέρα. *Et ego qoqe factus traxi communem nobis aërem.* Menander apud Plutarchum *ad Apollon.*

— ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις
Ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς, ἕσπασας τὸν ἀέρα
Τὸν κοινόν. —
— *lege ea*
Communem eâdem nobiscum aërem trahis.

§. 9. Πρὸς τὸ ὁμογενὲς σπεύδει] Macrobius *Saturnal. l.*7. *c.*7. *Singula autem similitudinem sui rapere testis est Empedocles, qi ait;*

Ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε. πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσεν.
Ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη. θερμὸν δ' ἀποχέυτο θερμῷ.
Dulcia continuò se dulcibus applicuerant,
Acribus acria se junxerunt, tristia amaris,
Et rectà calidas petierant fervida partes.

Quæ sunt ex Plutarcho *Sympos. l.*4. *c.*1. mutuata, ubi corruptiora habentur. qòd avtem ibi pro θέρμον δαλερὸν legitur, Leopardus μαλερὸν rescribi posse opinatur, *emend. l.*8. *c.*10. qòd est ignis epitheton apud Homerum *Il. φ'. v.*316. & *v.*375. Et Hesiodum *aspid. v.*18. Cicero *de amic. Nihil est appetentius sui similium sui, nihil rapacius, qàm natura.* Insignem in hanc mentem Democriti περιοχὴν exhibet nobis Sextus *adv. Logic. l.*1. *c.*2. Παλαιά τις, inqit, παρὰ τοῖς φυσικοῖς αὐλίσκου δόξα περὶ τοῦ τὰ ὅμοια τῶν ὁμοίων εἶναι γνωρισικά. ὁ δὲ Δημόκριτος ἐπί τε τῶν ἐμψύχων καὶ ἀψύχων ἴσως τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ζῶα, φησὶν, ὁμογενέσι ζώοις συναγελάζεται, ὡς περιστερὰ περιστερᾷς, καὶ γέρανοι γεράνοις, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων. καθάπερ ὁρᾶν πάρεστιν. ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τοῖς κυμαινομένοις ψηφίδων. ὅπου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δίνον διακρισικῶς φυκοὶ μετὰ φακῶν τίθενται, καὶ κριθαὶ μετὰ κριθῶν, καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν. ὅπου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος αἴσησιν αἱ μὲν ἐπιμήκεις ψηφίδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ταῖς ἐπιμήκεσιν ὠθοῦνται, αἱ δὲ περιφερεῖς ταῖς περιφερέσιν, ὡς ἂν συναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πραγμάτων τῆς ἐν τούτοις ὁμοιότητος. *Vetus qadam apud physicos versatur opinio, qod similia similibus cognoscantur. Democritus autem in animatis & inanimis ea qa dicit constituit. Animantia enim, inqit, simul congregantur cum animantibus, ut columbæ cum columbis, & grues cum gruibus, & in aliis brutis. Similiter & in inanimis, ut licet videre in seminibus qæ cribrantur, & in lapillis qi educuntur à fluctibus, qum ex cribri qidem circumactione, qa fit ad discernendum, lenta cum lentæ colloceatur, hordeum cum hordeo, & frumentum cum frumento. Ex undarum avtem motione oblongi qidem calculi pollentur ad eundem locum, ad qem oblongi, teretes avtem ad qem teretes, utpote qod rerum in his similitudo habeat aliqid qod conciliet.* Qibus adjicias licet Hippocratis illud ex *lib. de natura pueri pag.*18. Ἐν θήλεσι αὐλίσκου προσθῆσαι τῇ κύστει, καὶ διὰ τοῦ αὐλίσκου ἐμβαλεῖν εἰς τὸν κύστιν ἄλφι τε καὶ ψάμμου καὶ μολίβδου κυήσματα λεπτά, καὶ ὕδατος ἐπιχέαι, φυσῆν διὰ τοῦ αὐλίσκου, πρῶτον μὲν ἀσθενέα ἀναμιμέεσθαι τῷ ὕδατι. ἔπειτα δὲ, χρόνου φυσήσαντος ἰλάσσονος, ὥστε μόλιβδον ὡς τοῦ μόλιβδον, καὶ τὸ ψάμμου ὡς τὸν ψάμμον, καὶ τὸ γῆ ὡς τὸν γῆν. καὶ ὧν τοιαῦτα ἀναθεῖναι ἐάσαι καὶ περιρρήξας τὴν κύστιν σκέψασθαι, εὑρήσει ἀνωθεν τὸ ὅμοιον ἐς τὸ ὅμοιον ἐληλυθός. ἔπειτα δὴ καὶ τὸ γεῶδες καὶ τὸ σαρκῶδες διαφθῆναι, καὶ ἔχειλαι ἴσασιν ἐν ὕδατι τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον. *Qemadmodum si vesica fistulam alligaris, per eámque in vesicamque terram, arenam, & tenuia plumbi ramenta injicias, deinde aqâ per fistulam affusâ flatum immittas: primùm qidem illa omnia aqa permiscebuntur, deinde verò temporis progressu flatu agitata secedent, plumbumqe ad plumbum, arena ad arenam, & terra ad terram se conferet. ac si qis ea arescare permittat, disruptáqe vesicâ contempletur, simile ad sui simile se contulisse comperiet. Ad eundem certè modum genitura & caro discernuntur, in eáqe simile qodqe ad sui simile secedit.*

Τὸ γεῶδες πᾶν] Huic ex parte contradicere videtur Philosophus *de cælo l.*4. *c.*3. Τὸ δ' εἰς τὸν ἀντὶ τόπον φέρεσθαι ἴσασον, τὸ εἰς τὸ ἀντὶ εἶδος ἴσι φέρεσθαι. καὶ τούτῳ μᾶλλον ἄν τις ἀποδέξαι, ἃ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι, ὅτι τὸ ὅμοιον φέρεται πρὸς τὸ ὅμοιον. τοῦτο γὰρ ἀναγκαῖον πάντως. ἀ γὰρ ἂν τις μετενέγκῃ τὴν γῆν, ἢ νῦν ἡ σελήνη, οἰσθήσεται τῶν μορίων ἕκαστον πρὸς αὐτὴν, ἀλλ' ἕκαστον καὶ νῦν. *In suum locum ferri unumqodqe, ad suam fortunam est ferri. Et sic magis utique qis existimabit id, qod dicebant, aiunt, qi, simile ferri ad simile. Hoc enim non accidit omnino; non enim, si qis transponat terram ubi nunc luna est, feretur partium unaqaqe ad seipsum, sed ad eum locum, ubi & nunc existit.* Verùm conciliat ipse verbis proximis. Ὅταν πέφυκεν ἕν τι φέρεσθαι μόριον καὶ τὸ πᾶν. *Eódem & terræ molem integram, & particula ejusdem qalibet, fertur.*

Τὸ ὑγρὸν πᾶν σύῤῥυσιν] lego, ἐπὶ τῦ ῥὺν inqit Annotator Lugdunensis. sed nihil mutandum. nam & σύῤῥυσιν mox dentio habetur: qod & ipse agnoscit.

Τὸ ἀλίγῳ ξηρότερον εὐέξαπτον] Virgilius *Æn. l.*1.

Sæpe sopræqe ignem soliis, atqe aridа circùm
Nutrimenta dedit, rapuitqe in fomite flammam.

Gregorius Nazianzenus in *Apolog.* Δύσληπτον μὲν τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. ὥσπερ καὶ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ. ἕτοιμοι δὲ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ μετουσίαν οἱ πλέονες καὶ ἐπιτήδειοι. καλάμῃ τις πρὸς σπινθῆρα, εἶναι, καὶ ἄνεμον ἐξαναλαμπὴν, καὶ δυσκινωμόνην διὰ ξηρότητα. *Homines non facili negotio virtutem possunt consequi: qemadmodum nec humida materia ignem facile excepere solet: contrà ad vitium contrahendum homines maxima ex parte promptos & idoneos esse, non secus, ut opinor, ac stipula qadam ad scintillam & ventum ob naturæ siccitatem facilè accendi-

qò eſt enim rebus aliis præſtantius, hoc eſt promptius. ei qod ſui generis eſt commiſceri & cum eo qodammodo coaleſcere. hinc apud irrationalia exiſtunt examina, armenta, pullorum educationes, & qaſi amores qidam. etenim iſtis animæ inſunt; itaqe in ſubjecto præſtantiori vis illa congregativa intenſior reperitur, qàm in ſtirpibus, lapidibus; avt lignis. hinc & in rationalibus, reſpublicæ, amicitiæ, familiæ, concilia; item belli tempore fœdera, & induciæ.

μᾶλλον. ὅσῳ γάρ ἐστι κρεῖττον αὐθαὶ τὰ ἄλλα, τοσούτῳ καὶ πρὸς τὸ συγκιρνᾶσθαι τῷ εἰκείῳ καὶ συγκεῖσθαι ἑτοιμότερον. οὕτως γοῦν [a] ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων εὑρέθη σμήνη, καὶ ἀγέλαι, καὶ νεοσοτροφίαι, καὶ οἷον ἔρωτες. ψυχαὶ γὰρ ἤδη ἦσαν ἐνταῦθα, καὶ τὸ συναγωγὸν ἐν τῷ κρείττονι ἐπιζευνόμενον εὑρέσκετο, οἷον ἔστι ἐπὶ φυτῶν ἰδεῖν, ἔστι ἐπὶ λίθων, ἢ ξύλων. ἐπὶ δὲ [b] τῶν λογικῶν ζώων, πολιτείαι, καὶ φιλίαι, καὶ οἶκοι, καὶ σύλλογοι, καὶ ἐν πολέμοις συνθῆκαι καὶ ἀνοχαί. ἐπὶ

a L. 6. §. 16. l. 11. §. 18.

b Inf. §. 13. l. 12. §. 30.

ANNOTATIONES.

cenditur atqe conſumitur. Et Syneſius *de provident. 1. p. 100.* Ὅπερ δὴ πάσχουσιν ἄνθρακες ὑπὸ δαδῶν. θᾶττον γὰρ ἐξάπτονται διὰ τὴν ἕδη πρὸς τὸ πῦρ ἐπιτηδειότητα. *Qemadmodum carbones facibus admotis citius incandeſcunt, qoniam ad concipiendum ignem jam pridem ſunt accommodati.* Contrà tamen de igne cœleſti Plutarchus *Sympoſ. l. 4. c. 2.* Εὔλων ἄνευ ἁψαντι διαθεῖ, τὰ δὲ χλωρὰ καίει. *Sine tactu diſcurrit ligna arida, viridia verò comburit.* rationem ab ipſo petas, licet.

Σμήνη καὶ ἀγέλαι] Ariſtoteles *Hiſt. Animal. l. 1. c. 1.* Τῶν ζώων τὰ μὲν ἐστιν ἀγελαῖα. τὰ δὲ μοναδικά. τὰ δ' ἀμφοτερίζοντα. καὶ τὰ μὲν πολιτικὰ, τὰ δὲ σποραδικά ἐστιν. ἀγελαῖα μὲν, οἷον ἐν τοῖς πλωτοῖς τὸ τῶν περιστερῶν γένος, καὶ γέρανος, καὶ B νύκτωρ. καὶ τῶν πλωτῶν, πολλὰ γένη τῶν ἰχθύων. ὁ δ' ἄνθρωπος ἀμφοτερίζει. πολιτικὰ δ' ἐστιν, ὧν ἕν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον. ὅπερ οὐ πάντα ποιεῖ τὰ ἀγελαῖα. ἔστι δὲ τοιοῦτον ἄνθρωπος, μέλιττα, σφὴξ, μύρμηξ, γέρανος. *Animalium alia ſunt gregalia, alia ſolitaria. alia vitam ancipitem degunt, alia ſunt civilia, alia incivilia. Gregales in volucrum genere ſunt columbi, grues, olores. Complura etiam inter nantes piſcium genera gregatim degunt. Hominis naturam ancipitem ſocietatis ac ſolitudinis eſſe apertum eſt. Civiles appello animantes, qa labori communicant idem, qarum opus communi efficitur operâ, munúſqe idem omni eſt, qod non omnibus gregalibus competit. Civilis generis eſt homo, apis, veſpa, formica, grus.* De apibus Plinius *l. 17. c. 5. Illa ad uſus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, conſilia privatim, ac duces gregatim.* Vide Plutarchum in *Lycurg.* de republica Spartana *ad l. 1. §. 16.* κοινονημοσύνη.

Εὑρέθη] *Inventa, reperta ſunt*, id eſt, exiſtunt. & mox; εὑρίσκεται. *reperitur.* i. e. exiſtit. uti pavlò poſt, ὑπάρχη. formula Hebræis admodum familiaris, qibus in ſacra pagina מצא *invenirі*, pro *eſſe*; & in ſcriptis Doctorum מצאי τὸ ὄν, *ens. Hiſtor. Eſter. c. 1. v. 5. qi inventi ſunt.* id eſt, qi fuerunt, *Suſan. Annal. l. 2. c. 19. v. 3. bona in te inveniuntur.* id eſt, ſunt. Helleniſtæ pariter qi dicuntur, Lucas *Evang. c. 17. v. 18.* Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες. *Non inventi ſunt*, i. e. non extitêre, *qi reverterentur.* & *Act. c. 5. v. 39.* μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. *ne Deo adverſemini.* Pavlus *ad Cor. Epiſt. 1. cap. 4. v. 1.* Ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. *Illud requiritur in diſpenſatoribus, ut fidelis ſit. ad Phil. c. 2. v. 7.* Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. *Similis hominibus factus, & habitu inventus ut homo.* Ubi γενόμενος & εὑρεθεὶς idem valent. *Ad Hebr. cap. 11. v. 5.* ex Græcis interpretibus, de Henocho dicitur, Οὐχ εὑρίσκετο. qod Moſes *l. 1. c. 5. v. 24.* dixerat אינֶנּוּ *non erat.* Petrus *Epiſt. 1. c. 2. v. 22.* Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ E στόματι αὐτοῦ. *Qi non peccavit, nec inventus fuit dolus in ore ipſius.* qod vates dixerat, Eſajæ *c. 53. v. 9.* & *in ore ejus dolus non extitit.* Eâdem formulâ uſus eſt & Joannes *Apoc. cap. 14. v. 5.* qi & *c. 16. v. 20.* Καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. *Montéſqe non extiterunt.* & *c. 18. v. 21.* de Babylone myſtica, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. *Nec extabit amplius.* Ignatius *ad Roman.* exhibitus *ad l. 4. §. 16.* Ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρὺς εὑρεθήσωμαι. *Nè cui poſt mortem moleſtus ſim.* & *ibidem ad l. 10. §. 3.* exhibendus, ἵνα καθαρὸς ἄρτος Θεοῦ εὑρεθῶ. *ut purus Dei panis fiam.* Plutarchus *Sympoſ. l. 4. c. 2.* Καὶ λυχνίαν ἀργυρᾶν ξυλίνοις ἐγκεκρυμμένοις (legendum ἐγκεκρυμένην) ἐλύτροις, τὸν μὲν ἄργυρον συνιζῆσαι πάντα, τὸ δὲ ξύλον ἄθικτον, καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι. F *Et cum argentei caliculi in ligneis repoſiti eſſent operculis, argentum colliqatum eſſe, lignum verò intactum illæſumqe extitiſſe.* Clemens *Strom. l. 1. pag. 294. C.* Ἀρκεῖ δὲ τῷ γνωστικῷ, κἂν εἷς μόνος ἀκροατὴς εὑρεθῇ. *Sufficit autem ei, qi cognoſcendi eſt poteſtate praditus, ſi unum duntaxat auditorem habuerit.* Denique elogium illud, qod Ezechiæ regi tribuitur, *Regum Hiſtor. l. 2. c. 18. v. 5.* & Joſiæ *ibidem c. 23. v. 25. Non fuit ſimilis illi in regibus qi præceſſerant.* Obſervat Nicolaus Liranus in *Hymnis Eccleſiaſticis*, ubi de ſanctis qibuſdam enunciatur, hâc formulâ exprimi, *Non eſt inventus ſimilis illi.* Qin & τὸ ἐξευρεθῆναι eodem ſenſu uſurpavit Marcus *infrà §. 35.* pro *extiti- G ſſe.*

Καὶ οἷον ἔρωτες] Ex Stoicorum ſententia, qi brutis animantibus affectus veros negabant, *qaſi affectus* neſcio qos concedebant. Seneca *de ira l. 1. c. 3. Muta animalia humanis affectibus carent; habent autem ſimiles illis qoſdam impulſus. Alioqi ſi amor illis eſſet, & odium eſſet; ſi amicitia, & ſimultas; ſi diſſenſio, & concordia; qorum aliqa in illis qoqe extant veſtigia. A Cæterùm humanorum pectorum propria bona malâqe ſunt. Ibidem. Dicendum eſt, feras irâ carere, & omnia præter hominem. nuſqam ea naſcitur, niſi ubi rationi locus eſt. impetus habent feræ, rabiem, feritatem, incurſum; iram qidem non magis qàm luxuriam. iraſci non magis ſciunt, qàm ignoſcere.* Eandem Stoicorum ferè omnium ſententiam fuiſſe monet & Galenus *de dogm. Hip. & Plat. l. 3. c. 3.* qam & operis ejuſdem *libro primo*; qi maxima ex parte jam intercidit, refutâſſe ſe dicit. Cæterùm, hoc non tam refellens, qàm ridens, Plutarchus in *collat. animal. p. 961. E. F.* & ex Plutarcho Porphyrius *de abſtinent. l. 3.* Ex qo Plutarchi codices reficiendi & ſupplendi. Οἱ δὲ περὶ τὸν ἀβελλίωνα λέγοντες, μήτε ἥδεσθαι, μήτε θυμοῦσθαι, μήτε φοβεῖσθαι, μήτε παρασκευάζεσθαι, μήτε μνημονεύειν, ἀλλ' ὥσανεὶ μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὥσανεὶ παρασκευάζεσθαι τὴν χελιδόνα, καὶ ὥσανεὶ θυμοῦσθαι τὸν λέοντα, καὶ ὥσανεὶ φοβεῖσθαι τὸν ἔλαφον. ὡς οἴδα τί χρήσονται, τοῖς λέγουσι, μηδὲ βλέπειν, μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ' ὥσανεὶ βλέπειν, καὶ ὥσανεὶ ἀκούειν. μηδὲ φωνεῖν, ἀλλ' ὥσανεὶ φωνεῖν. μηδὲ ὅλως ζῆν, ἀλλ' ὥσανεὶ ζῆν. ταῦτα γὰρ ἐκείνων ἂ μᾶλλόν ἐστι λεγόμενα καὶ παρὰ τὴν ἐνάργειαν. *Cæterùm qi etiam ſtolidius his de rebus loqentes, neqe delectari, neqe iraſci, neqe metuere, neqe ſe parare, neqe recordari animalia ajunt: ſed qaſi recordari apem, & qaſi ſe parare hirundinem, & qaſi iraſci leonem, & qaſi metuere C cervum: neſcio qid reſponſuri ſint eis, qi animalia etiam non videre, non avdire, non vocem emittere: denique omnino non vivere, ſed duntaxat qaſi vivere dicerent. nam hoc non magis evidentiæ qàm iſta repugnant.*

Ἐν τῷ κρείττονι] *Apud præſtantiorem partem* Xylander. qaſi diceretur, propenſionem ad ſocietatem apud animalia iſta in parte præſtantiore, h. e. anima, deprehendi. cùm hoc potiùs Marcus velit, in iſtis, utpote præſtantioribus, qia ſunt animata, propenſionem illam intenſiorem exiſtere. hoc eſt enim ἐπιτεινόμενον. qod ille omiſit.

Ἐπὶ δὲ τῶν λογικῶν ζώων πολιτεῖαι] Ariſtoteles *polit. l. 1. c. 2.* Φανερὸν, ὅτι φύσει ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον. καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ οὐ διὰ τύχην, ἢ τοι φαῦλός ἐστιν, ἢ κρείσσων ἢ ἄνθρωπος. διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον, δῆλον. Οὐδὲν γὰρ, ὡς φαμεν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ. λόγον δὲ μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. *Ex his igitur patet civitatem eſſe ex his, qi naturâ ſunt, & qod homo naturâ civile eſt animal. Et qi abſqe civitate eſt per naturam, non per fortunam, avt neqam eſt, avt potior qam homo. Ex qo patet ſociale animal eſſe hominem, magis qàm omnes apes, & qàm omne gregarium animal. Nihil enim, ut diximus, natura fruſtra facit. Sermonem verò homo ſolus habet omnium animalium.* qod ſuprà Marcus. Πᾶν τὸ νοερᾶς ψυχῆς μέτοχον, ἢ καὶ μᾶλλον. Juvenalis inter alia huc ſpectantia, *Sat. 15.*

Senſum à cæleſti demiſſum traximus arce;
Cujus egent prona, & terram ſpectantia: mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum qoqe; mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præſtare juberet,
Diverſos trahere in populum. — &c.

Cicero *de amicit. Qòd ſi hoc apparet in beſtiis, volucribus, natantibus, agreſtibus, cicuribus, feris, ut reqirant atqe appetant, ad qas ſe applicent, ejuſdem generis animantes, idqe faciunt cum deſiderio, & cum qadam ſimilitudine amoris humani; qantò id magis in homine fit naturâ? qoirca à natura, qa ſolitarium nihil amat, mihi videtur potiùs, qàm ab imbecillitate avt indigentia orta amicitia. qa enim poteſt eſſe ſine hac vita vitalis, ut ait Ennius?* Qod Evripides *Oreſt.*

— τί χρὴ ζῆν ἑταιρίας ἄτερ;

ἐπεὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὄιχεται τὸ ζῆν ἀφθίσης τῆς κοινωνίας. Idem qod hominibus, ut ſcilicet ſublatâ ſocietate vivendi ratio deficiat. Porphyrius *de abſtin. animal. l. 3. §. 12.* ſiqidem, ut Seneca *Ep. 6. Nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt.* & Cicero *ibidem. Societate ſublatâ, omnis eſt è vita ſublata jucunditas. avfert enim fructus voluptatum omnium ſolitudo. Nec ſine ſocietate ulli poteſt eſſe jucunditas.* Idem *pro Planc.* Proinde Ariſtoteles *Evdem. l. 7. c. 1.* Δεινότατον ἡ ἐρημία. *Solitudo eſt malum graviſſimum.* Ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ ἅπαντα. *Abſqe amicis enim vivere, licet catera bona omnia ſuppeterent, eligeret nemo.* Idem *Ethic. Nicom. l. 8. c. 1. Nec in cælo etiam jucundè ſatis ſine ſocio aliqo acturum ſe* dicere ſolebat, Archytas Tarentinus, re-

ἐπὶ ᾗ τ ἔτι κρειττόνων, καὶ ἐκδιεσκεπότων τρόπον τινὰ
a L.6.§.43. ἕνωσις ὑπάρξη, οἷα a ἐπὶ τ ἄστρων. ὅτως ἡ ἐπὶ τὸ
l.11.§.27. κρεῖττον ἐπανάβασις συμπάθειαν, b καὶ ἐν διεστῶσιν
b L.7.§.13. ἐρεθίσασθαι ἐδύνατο. ὅρα δὲ τὸ νῦν γινόμενον. c μό-
c L.11.§.18. 20. να γὰρ τὰ νοερὰ νῦν d ἀπιλέλησεν τῆς πρὸς ἄλληλα
d Sup. §. 3. ἀγαθῆς καὶ συννεύσεως, καὶ τὸ σύῤῥουν ὧδε μόνον ὐ βλέ-
πουσι. ἀλλ' ὅμως καί τοι φεύγοντες ἐκ καταλαμβάνουσι. κρατεῖ γὰρ ἡ φύσις. ὄψει δ' ὃ λέγω τῶν ἀφυ-
e L.12.§.30 λάκτων. e ἧττον γὰρ ἔυροι τις ἂν γεώδες τι μηδενὸς
f L.8.§.34. γεώδους ἐκκοσμούμενον, ἢπερ ἄνθρωπον f ἀνθρώπου ἀπεσχισμένον.

g L.8.§.19. §. 10. Καὶ φέρει καρπὸν, καὶ ἄνθρωπος, καὶ
l.11.§.1. θεὸς, καὶ ὁ κόσμος. ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἑκάστα
* τίτριφεν Lug. φέρει. εἰ δὲ ἡ συνήθεια κυρίως * τέτροφεν ἐπὶ ἀμ-
h L.4.§.24. πέλου καὶ τ ὁμοίων, θαῦμα τοῦτο. h ὁ λόγος δὲ, καὶ
κοινὸν, καὶ ἴδιον καρπὸν ἔχει. καὶ γίνεται ἐξ αὐτοῦ τοιαῦτ' ἕτερα, ὁποῖόν τι αὐτός ἐστιν ὁ λόγος.

i L.5.§.28. §. 11. i Εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε. εἰ δὲ
l.8.§.59.

qin & in præstantioribus adhuc, licèt modo qodam à se invicem dissitis, in astris nempe, unio tamen qædam existit. ità sortis præstantioris eminentia etiam in distantibus affectionem ad se invicem mutuam producere valuit. vide interim qò res redierit. sola enim rationalia mutui hujus in se invicem studii ac consensûs nunc sunt oblita: confluxúsque ille apud ista sola non cernitur. veruntamen, fugiant licèt hoc homines, undiqe occupantur. prævalet enim natura. obsérvando avtem id, qod loqor, comperies. faciliùs enim qis terreni qippiam terrenæ rei nulli adjunctum repererit, qàm hominem ab homine omni prorsus sejunctum.

§. 10. Fructum fert & homo, & Deus, & mundus. & in propria tempestate fert horum unumqodque, etiamsi avtem usûs formulam hanc loqendi viti ac similibus præcipuè attribuerit, nihil tamen hoc obstat, qo minùs & de illis dicatur. ratio verò fructum habet & communem & proprium. oriuntúrque ex ea alia ejusmodi, cujusmodi ipsa est ratio.

§. 11. Peccantem, si potes, meliora doceto. si mi-

ANNOTATIONES.

ferente Cicerone. Porrò, *qemadmodum solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis.* Seneca *Ep.* 9. Avgustinus *de bon. conjug. c.* 1. *Sociale qiddam est humana natura. Nihilqe est homini amicum sine homine amico.* Idem *Ep.* 121. *c.* 2. Vide *l.* 5. §. 16.

Ἐπὶ τῶν ἄστρων] vide *l.* 6. §. 43. & *l.* 11. §. 27.

Καὶ ἐκδιεσκεδασμένων τρόπον τινὰ] *etiam ex diversis modis* Xylander. qasi disjunctim legerit, ἐκ διεσκεδασμένων, qod Lugdunensis ἐκδιεσκεδασμένων conjunctim legit. Et hoc malim. ut τὸ ἐκ vel redundet, ut in ἐκκενῶν, ἐκκεντεῖν. atqe ità Marcus mox, ἐν διεστῶσι. qomodo & *l.* 7. §. 13. vel intendat, ut in ἐκμαίνεσθαι, ἐκπαθαίνεσθαι, qod Clemens usurpavit *Strom. l.* 2. atqe ità Casavbonus cepit, qi, *naturâ longè à se invicem distantia*, vertit. Ego simpliciter, *loco dissita*, sive *distantia* dixerim. Hesychius. Διέστη, διεχωρίσθη. Διέστηκε, διακεχώρισται. Διεστήκασιν, διεχωρίσθησαν, ἐμάκρυναν πόῤῥω. Certè qæ noster istic ἐκδιεσκεδασμένα, eadem Sextus Empiricus *adv. Physic. l.* 1. *cap.* 2. nunc διεστῶτα vocat, nunc ἐκκεχωρισμένα. Unde τῷ ἐκχωρίζειν verbi exemplum sumere poterat Lexicographorum princeps ille. Ex qo *ad l.* 7. §. 13. aliisqe ibidem lavdatis, lux loco isti lucentissima dabitur. Astra avtem qæ hìc διεστῶτα, eadem *l.* 6. §. 43. διάφορα dicuntur. Verùm ibi forsitan affectionum effectuúmqe differentiam; hìc sitûs locíqe distantiam designatam volebat. Hoc certè utrobiqe voluit. *exercitum* illum, (prout nuncupat sacra pagina) sive *instructuram* cœlestem, licèt astris constet innumeris, eisdémqe loco dissitis, affectione disparatis, ad munus tamen suum obeundum pulcrè ac concorditer conspirare. ut in eis verè censeri possit, de qibus Seneca *Epist.* 102. *Qadam ex distantibus constant, qorum adhuc membra separata sunt, tanqam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per qos ista corpora efficiuntur, jure avt officio cohærent, naturâ diducti & singuli sunt.*

Μόνα τὰ νοερὰ νῦν ἐπιλέλησεν τῆς πρὸς ἄλληλα σπουδῆς] Lacrymarum non imbre sed fonte uberrimo & perennante, deplorari dignissima qerimonia de naturæ humanæ pravitate insignissima, ab institutione primæva solitariè degenerantis. Homo, inqit, solus ex omnibus creaturis originis officiúqe oblitus est sui. Joannes Chrysostomus *in Genes. Orat.* 12. ubi docuisset creaturas cæteras creatori suo debitum obsequium jugiter præstare. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, inqit, τὸ ἥμερον ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιεικὲς, τὰ ἐναντία τῇ οἰκείᾳ φύσει διαπράττεται, καὶ διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν εἰς τὴν τῶν θηρίων * ὠμότητα [* ὁμοιότητα, f.] ἑαυτὸν ἐξάγει. *Homo avtem manswetum animal, rationale & benignum contraria sua natura facit, & negligentiâ mores suos in ferinos vertit.* Idem deplorat Basilius Cæsar. *in Psal.* 49. *v.* 12. & *in Esai. c.* 2. *v.* 9. Verùm hoc ipso in genere, de qo Marcus istic, hominem plus feris ipsis naturæ legem transgredi, monet Juvenalis *Sat.* 15.

Sed jam serpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. Qando leoni
Fortior eripuit vitam leo? qo nemore unqam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.
Ast homini ferrum lethale incude nefandâ
Produxisse parum est, &c. —

Objurgat Seneca *Ep.* 95. *Non pudet homines mitissimum genus, gavdere sanguine alterno, bella gerere, gerendaqe liberis tradere, cùm inter se etiam mutis ac feris pax sit?* & *Epist.* 103. *Nunqam illas ad nocendum nisi necessitas impegit: avt, fame, avt timore coguntur ad pugnam: Homini perdere hominem libet.*

Ἀλλ' ὅμως καί τοι φύσεως περικαλαμβάνουσαι] Hoc est qod Cicero *de amicit. Qinetiam si qis eâ asperitate est, & immanitate naturæ, ut congressus & societatem hominum fugiat atqe oderit, qalem fuisse Athenis Timonem nescio qem accepimus, tamen is pati non possit, ut non acqiras aliqem, apud qem evomat virus acerbitatis sua.* Sed insignissimè Epictetus *l.* 2. *c.* 20. adversus Epicureos agens, qi dogmatibus suis societatem tollebant, cùm ad proprium commodum cuncta referrent. Ὡς ἰσχυρόν τι καὶ ἀνίκητόν ἐστιν ἡ φύσις ἀνθρωπίνη; πῶς γὰρ δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι, ἀλλ' ἐλαικῶς, ἡ ἐλαία πάλιν μὴ ἐλαικῶς, ἀλλ' ἀμπελικῶς; ἀμήχανον, ἀδιανόητον. ἐὰν τοίνυν ἀεὶ ἄνθρωπον οἷόν τε πανταχῶς ἀπολέσῃ τὰς κινήσεις τὰς ἀνθρωπικάς. καὶ οἱ ἀποκοπτόμενοι, τάς γε προθυμίας τὰς τῶν ἀνδρῶν ἀποκόψασθαι ἐὰν δύνανται. ὅτω καὶ Ἐπίκουρος, τὸ μὲν ἀνδρὸς πάντ' ἀπεκόψαλο, καὶ τὰ οἰκοδεσπότου, καὶ πολίτου, καὶ φίλου. τὰς δὲ προθυμίας τὰς ἀνθρωπικὰς οὐκ ἀπεκόψαλο. ἐὰν γὰρ ἐδύνατο, ἐὰν μᾶλλον ἢ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ τὰς αἰσθήσεις τὰς αὐτῶν ἀποβαλεῖν ἢ ἀπολυφλῶσαι δύνανται, καὶ τοι τοῦτο μάλισα πάντων ἐσπουδακότες. *Adeò fortis & invicta res est natura humana. Qi enim vitis non more vitis moveri potest, sed more olea? avt olea non ut olea, sed ut vitis? Nullâ ratione hoc fieri, nullâ cogitatione comprehendi potest. Ergò fieri non potest, ut homo prorsus motum humanum amittat; qum iis etiam, qibus virilia amputantur, virilis tamen alacritas amputari non possit. Sic Epicurus etiam omnia qa sunt viri, qa patrisfamilias, qa amici amputavit. sed alacritatem humanam non amputavit. Neqe enim potuit; non magis qam Academici sensus suos abjicere avt excæcare possunt, qamvis id maximè studuerint.* Cæterùm & Stoicis idem dici poterit, qi affectus humanos à natura inditos, exuere & extirpare incassum conati & connixi sunt. Huc facit Varronis illud, *longè fugit, qi suos fugit.* de qo videndi Avsonius Popma & Turnebus *adverss. l.* 15. *c.* 5.

§. 10. Φέρει καρπὸν] vide *l.* 8. §. 19. Nihil est in rerum natura otiosum, infructuosum nihil. Vide *Eccles. c.* 11. *v.* 1, 2, 3. *ad Phil. c.* 2. *v.* 11. *Galat. c.* 5. *v.* 22. *Matth. c.* 7. *v.* 15, 20. & *c.* 12. *v.* 33, 35.

Ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἕκαστα] qod Psaltes *Psal.* 1. *v.* 3. בעתו *in tempestive ejus hora, stato anni tempore.* Epictetus *l.* 3. *c.* 24. Indè illud Marci *c.* 11. *v.* 13. Οὐδὲν ἴυρεν εἰ μὴ φύλλα. εἶ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. *Nihil invenit nisi folia, non enim erat tempus fructuum.* de qo loco, qò difficultate se qâdam expediat, D. Leifeldus nostras, ὁ μακαρίτης ità argutatur, ut ἀλύσθαι καιρὸν fuisse ajat, σύκων peculiariter sic dictorum negeæ. Verùm nè sic qidem exolvi nodus videtur, qem more solenni dissimulant prorsus interpretes. V. Cl. Heinsius, spiritu duntaxat accentúqe (cæteroqi nè literulâ qidem immutatâ) adjectis, notulísqe eorundem indicibus appictis, sensum commodum satìs ac contextui reliqo congruentem elicuit, ut legeretur, ἦ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων. *Ubi enim erat, tempus erat ficuum.* vel *tempestive & maturæ erant ficus.* qod ipse eruditis expendendum censendúmqe dimitto.

Εἰ δὲ ἡ συνήθεια κυρίως τέτροφεν] Ità Basilienses. sed Lugdunensis meliùs τέτριφεν, *trivit.* Sic Cicero *de fin. l.* 3. *Rerum nomina novarum, qa nunc consvetudo diuturna trivit.* Xylandrum avtem ista non cepisse nil mirum; cùm scripturam veram non animadverterit.

Ὁ λόγος καὶ κοινὸν καὶ ἴδιον καρπὸν φέρει] qia nimirum, τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὸ καρπᾶται, *fructum, qem profert, ipse carpit. l.* 11. §. 1.

§. 11. Εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε] Vide *l.* 5. §. 28. & *l.* 8. §. 59.

Πρὸς

minùs, memineris, hoc fine clementiam tibi datam esse. & Dii autem adversùs tales clementer se gerunt. in qibusdam etiam opem eis porrigunt suam, ad sanitatem nempe, divitias, gloriam consequendam adeò benigni existunt. idem & tibi licet facere. aut dicas, qis te prohibeat.

§. 12. Laborem sustine, non ut miser, nec qo miserationi vel admirationi sis aliis. sed hoc unum velis, ità moveri motúmve sistere, prout ratio civilis exigit.

§. 13. Hodie molestiâ me omni exemi. vel potiùs molestiam à me omnem abjeci. neqe enim extra, sed intra me, in opinione mea existebat.

§. 14. Eadem sunt omnia, usu familiaria, tempore diaria, materiâ sordida. præsentia omnia, qalia apud illos qos sepelivimus.

μὴ, μέμνησο, ὅτι [a] πρὸς ταῦτο ἡ ἐυμένειά σοι δέδοται. καὶ [b] οἱ θεοὶ ἢ ἐυμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰσίν. εἰς ἔνια ἢ καὶ συνεργοῦσιν, εἰς ὑγίειαν, εἰς πλοῦτον, εἰς δόξαν. ἔτως εἰσὶ χρησοί. [c] ἔξεσι ἢ καὶ σοί. εἰ * εἰπέ, [d] τίς ὁ κωλύων.

§. 12. [e] Πόνει, μὴ [f] ὡς ἄθλιος, μηδὲ ὡς ἐλεεῖσθαι ἢ [g] θαυμάζεσθαι θέλων. ἀλλὰ μόνον ἐν θέλε, κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι, [h] ὡς ὁ πολιτικὸς λόγος ἀξιοῖ.

§. 13. Σήμερον ἐξῆλθον πάσης περισάσεως. μᾶλλον ἢ ἐξέβαλον πᾶσαν [i] περίστασιν. [k] ἔξω γὰρ οὐκ ἦν, ἀλλὰ [l] ἔνδον ἐν ταῖς ὑπολήψεσι.

§. 14. Πάντα * ταῦτα, [m] συνήθη μὲν τῇ πείρᾳ. [n] ἐφήμερα ἢ τῷ χρόνῳ. [o] ῥυπαρὰ ἢ τῇ ὕλῃ [p] πάντα νῦν, ἃ ἐπ' ἐκείνων ὡς καταθάψαμεν.

§. 15.

a Inf. §. 42.
b L. 7. §. 70. Inf. §. 27.
c L. 5. §. 5. l. 8. §. 8.
* ἢ
d L. 3. §. 12. l. 8. §. 47.
e L. 1. §. 5. & l. 5. §. 5.
f L. 1. §. 15. 16.
g L. 1. §. 7.
h L. 4. §. 24. Sup. §. 8.
i L. 1. §. 15. Inf. §. 41.
k L. 4. §. 3.
l L. 10. §. 38.
* ταῦτα Inf. §. 28. l. 7. §. 1.
m L. 4. §. 44.
n L. 4. §. 48.
o Inf. §. 36.
p L. 2. §. 14.

ANNOTATIONES.

Πρὸς τῦτο ἡ ἐυμένεια] Ità *infrà* §. 42. Ἀντιφάρμακον ἡ πρᾶσις. *Mansvetudo antidotum.*

Καὶ οἱ θεοὶ δὲ ἐυμενεῖς τοῖς τοιούτοις] Vide *l.* 7. §. 70. Eodem utitur argumento apud principem Poetarum Phœnix Achillem alloqendo, *Iliad. l.* v. 492.

Ἀλλ', Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν. οὐδέ τι σε χρὴ
Νηλεὲς ἦτορ ἔχειν· λιτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε, βίη τε.
Enimvero, Achilles, mitiga animum magnum: neqe te oportet
Crudele cor habere: flexibiles sunt & Dii ipsi,
Qorum etiam major virtus est, honor, potentiaqe.

Οὗτος εἰσὶ χρησοί] τὴν τῦ Θεῦ χρηστότητα istam prædicat Apostolus *ad Rom. c.* 2. *v.* 4. & *c.* 11. *v.* 22. & *ad Tit. cap.* 3. *v.* 4. sed cumprimis *ad Rom. c.* 5. *v.* 6, 10.

Ἔξεσι δὲ καί σοι] qia nimirum πρὸς τῦτο ἡ ἐυμένειά σοι δέδοται. qod *suprà* dixerat. sic Matth. *c.* 5. *v. ult.*

Εἰ εἰπέ, τίς ὁ κωλύων] lege ἢ εἰπέ. qod & Casavbonus vidit.

§. 12. Πόνει] Lepida illa Cratetis *Epistola* ordine 4. Ἔνθ' αἰρετὸν ὁ πόνος, πόνει. εἴτε φευκτὸν, πόνει, ἵνα μὴ πονῇς. διὰ γὰρ τὸ μὴ πονεῖν ἃ φεύγεται πόνος, τῷ δὲ ἐναντίῳ καὶ διώκεται. *Sive expetendus est labor, labora: sive fugiendus est, labora, ut nè labores. Nam abstinendo à labore non vitatur labor. Contrario verò etiam fugatur.* forsan, τὸ δὲ ἐναντίον.

Μὴ ὡς ἄθλιος] siqidem πόνος τῶν ἀδιαφόρων ἐστὶ. *l.* 3. §. 4. neqe itaqe miserum facere potest. De Hercule Dio Prusæus *Orat.* 8. *pag.* 136. Πονοῦντα μὲν καὶ ἀγωνιζόμενον ἠλέησε, καὶ ἔφασαν αὐτὸν ἀνθρωπον ἀθλιώτατον. καὶ διὰ τῦτο ἄθλιος ἐκάλουν τοὺς πόνους αὐτῦ καὶ τὰ ἔργα, ὡς τὸν ἐπίπονον βίον ἄθλιον ὄντα. *Laborantem idem & certantem miserabantur, dicebántqe eum omnium hominum esse arumnosissimum: qapropter illius labores & facta appellarunt ἄθλους, hoc est, arumnas, qasi laboriosa vita arumnosa sit.* Verùm istos objicienti Lyco apud Senecam in *Herc furen.* 2. 2. respondet Megara;

Qemcumqe sortem videris, miserum neges.

vide *l.* 1. §. 15. Οὐκ σχετλίως κατεργασικὸν τῶν προκειμένων. *Negotia objecta citra qiritationem conficere.*

Μηδὲ ὡς ἐλεῖσθαι ἢ θαυμάζεσθαι θέλων] qod vitium in Diogene notavit Plato, qi cùm is frigidâ perfusus aliqando, aliqandiu consisteret, qò adstantium oculos ad se intuendum converteert, illi avtem hominis qasi frigore rigentis miserei præ se ferrent, εἰ βέλεσθε αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε, *si miserari hominis vultis, discedite*, inqiebat. ἐνδεικνύμενος φιλοδοξίαν αὐτῦ, inqit Laërtius, *l.* 6. *vanitatem gloriolaqe cupidinem arguens in homine.* utpote qi nemine inspectante ipse sponte sua se vexare desineret. Vide *l.* 1. §. 7.

§. 13. Ἐξῆλθον πάσης περισάσεως] Vide *ad l.* 1. §. 12. & 15. περισάσεως avtem vocabulum, etiamsi laxiùs acceptum circumstantias qascunqe casusve emergentes citra discrimen comprehendat, utì observant Sextus Empiricus *Pyrrh. hypothes. l.* 1. *c.* 14. Hermogenes *art. rhet. l.* 3. *c.* 3. & Fabius *institut. l.* 3. *c.* 5. & *l.* 5. *c.* 10. atqe ità Democritus apud Athenæum *l.* 10. usurpavit, ubi de Alcæo dixit; κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ πᾶσιν περίστασιν, πίνων ὁ ποιητὴς ἔτος ἐυρίσκεται. hoc est; vertente, qò Dalechampium corrigat, Casavbono; *Qacunqe anni tempestate, & qocunqe rerum suarum statu*, sive tristi, sive læto, *poeta hic potans reperitur.* & *ad Apollon. consol. pag.* 103. *B.* Plutarchus. Ὥσπερ γὰρ ἐν φυτοῖς, ποτὲ μὲν πολυκαρπίαν γίνονται, ποτὲ δὲ ἀκαρπίαν, καὶ ἐν ζώοις ποτὲ μὲν πολυγονίαν, ποτὲ δὲ καὶ ἀγονίαν, καὶ ἐν θαλάττῃ, ἐυδίαν τε καὶ χειμῶνες. ἔτω καὶ ἐν βίῳ πολλαὶ καὶ ποικίλαι περισάσεις γινόμεναι, πρὸς τὰς ἐναντίας περιάγυσι τὰς ἀνθρώπως τύχας. *Sicut enim stirpes aliqando multos, aliqando nullos fructus ferunt, & animalia copiosos alias, alias nullos procreant fœtus, & in mari tranqillitatis ac tempestatum sunt vicissitudines: sic & in vita multa ac varia eveniunt circumstantiæ, qæ homines in diversos fortuna casus trahunt.* Eà tamen, qâ hic Marcus adhibuit, loqendi formulâ, in seqiorem partem sumitur; pro ejusmodi casibus qi molestiam nobis aliqam facessunt. qod & freqenter fieri Budæus monet. Ità Svidas. Ξυμφορὰν Θουκυδίδης τὴν ἀπὸ περισάσεων δυσχίαν, καὶ οὐκ ἐξ οἰκείας ἀβελίας κακοπραγίαν. *Calamitatem Thucydides vocat infortunium, in qod ob aliqem repentinum casum aliqis incidit, non avtem à propria imprudentia manantem rerum malè gestarum rationem.* Et Phrynichus. Περίσασις ἡ συμφορά. *Casus calamitas est.* Stoicis familiare esse eo sensu adnotans. Maximus Tyrius in *titulo Dissert.* 35. Ὅτι ἔξεσι καὶ ἐκ τῶν περισάσεων ὠφελεῖσθαι. *Ex adversa fortuna utilitatem percipi.* Huc generosa illa gnostici vox apud Clementem *Strom. lib.* 4. *pag.* 496. *B.* Ὦ κύριε, δὸς περίστασιν, καὶ λάβε ἐπίδειξιν. *O Domine, da casum & afflictionem, & accipe ostensionem.* qod latiùs pavlò extulit Epictetus apud Arrianum *Dissert. lib.* 1. *c.* 6. Φέρε νῦν, ὦ Ζεῦ, ἢν θέλεις, περίστασιν. ἔχω γὰρ παρασκευὴν ἐκ τῦ μοι δεδομένην καὶ ὁρμὰς πρὸς τὸ κοσμῆσαι διὰ τῶν ἐκτεθαυνόντων ἐμαυτόν. *Invehe nunc, ô Jupiter, qemvis casum. Habeo enim instrumenta à te data, & occasiones, qibus id consequar, ut qicqid acciderit ornamento mihi esse possit.* & *ibidem c.* 24. cujus & *titulus*, Πῶς πρὸς περισάσεις ἀγωνιστέον. Αἱ περισάσεις εἰσὶν, αἱ τὺς ἄνδρας δεικνύυσαι. *Qomodo adversus pericula sit decertandum. Pericula, rerúmqe difficultates sunt, qæ viros monstrant.* qod Naso *trist. l.* 4. *eleg.* 3.

Qæ latet, inqe bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturqe malis.

Et Seneca *Herc. fur.* 2. 2.

Imperia dura tolle, qid virtus erit?

sed pergit Epictetus. Λοιπὸν, ὅταν ἐμπέσῃ περίσασις, μέμνησο, ὅτι ὁ θεός σε, ὡς ἀλείπτης, τραχεῖ νεανίσκῳ βέβληκεν. ἵνα τί; φησίν; ἵνα ὀλυμπιονίκης γένῃ. δίκαι δ' ἰδεῖν ὦ γενέται. *Qum igitur periculum inciderit, memento, Deum te lanistæ instar cum aspero adolescente commisisse. Cur? inqit. Ut Olympia vinceres. Id verò citra sudorem non contingit. Ibidemqe l.* 2. *c.* 6. Ἡμῖν δ' οὐδεὶς θέλει, οὐδὲ τῆς ἀνάγκης καλύσης ἐυλύτως ὑπακῦσαι αὐτῇ. ἀλλὰ κλαίοντες καὶ στένοντες πάσχομεν, ἃ πάσχομεν, καὶ περισάσεις αὐτὰ καλῦντες. ποίας περισάσεις, ἄνθρωπε, εἰ περισάσεις λέγεις τὰ περιεσηότα, πάντα περισάσεις εἰσίν. εἰ δὲ ὡς δύσκολα καλεῖς, ποίαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ γενόμενον φθαρῆναι; *Nostrùm avtem nemo vult vel necessitati vocanti alacriter obtemperare; sed plorantes & gementes affecti sumus ut sumus, & περισάσεις ista vocamus. Qales περισάσεις homo? Si περισάσεις ea vocas, qæ te circumsistunt, omnia sunt περισάσεις. Sin res asperas sic appellas, qid in eo est asperum, ut ortus qi sit idem intereat.* Clemens item *Strom. l.* 7. *pag.* 741. *A.* Ταύτῃ οὐδέποτε, περισάσεως γενομένης, τῆς ἰδίας ἕξεως ὁ γνωσικὸς ἐξίσαται. ἔμπεδος γὰρ καὶ ἀμετάβλητος ἡ τῦ ἀγαθῦ ἐπισημονικὴ κλῆσις. *Ea facit, ut, si qis casus evenerit, à proprio habitu nunqam excedat is, qi est præditus cognitione: est enim solida & immutabilis boni, qæ scientiam constituit, possessio.* Plura adjici poterant: verùm ista sufficerint, & vocabuli rationem explicando, & usum apud Stoicos hoc sensu freqentem comprobando.

Ἐξέβαλον] Vide *l.* 5. §. 2. & *l.* 8. §. 40. & *l.* 12. §. 22, 25.

Ἔξω γὰρ οὐκ ἦν] Vide *l.* 7. §. 16. & *l.* 8. §. 47. & *l.* 10. §. 38.

§. 14. Πάντα ταῦτα] forsan potiùs πάντα τ' αὐτά. *omnia eadem sunt*, qæ priùs fverant. vide *l.* 4. §. 42, & *l.* 7. §. 1.

Συνήθη μὲν τῇ πείρᾳ] Vide *l.* 4. §. 44.

Ἐφήμερα δὲ τῷ χρόνῳ] ità *l.* 4. §. 35. Πᾶν ἐφήμερον. *Omnia diecula ferè unius sunt.* & §. 44. τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα, id est, *diurna, non diuturna*; sive *brevis ævi.* ὀλιγοχρόνια. ut *l.* 7. §. 1. ità enim τὸ ἐφήμερον usurpatur. Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 8. Ἀυτίκα δὴ μάλα καὶ διελίγχεται τὸ ἐφήμερον αὐτῶν. ἄμφω γὰρ μαραίνεσθον, καὶ τὸ ἀνθος καὶ τὸ κάλλος. *Statim avtem probatur eorum vita brevitas: ambo enim flaccescunt, & flos & pulcritudo.* & Timæus *de anim.* Θνατά τε καὶ ἐφαμέρια ζῶα. *Animalia mortalia & non diuturna.*

Ῥυπαρὰ] Vide *l.* 5. §. 10. & *l.* 8. §. 24.

a L.4.§.3. §. 15. a Τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἕστηκεν, * αὐτῶν αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν, μηδὲν μήτε εἰδότα πρὸς * αὐ-
b L.4.§.39. τῶν, μήτε ἀποφαινόμενα. b τί ἂν ἀποφαίνεται πρὸς αὐτῶν; τὸ ἡγεμονικόν.

§. 15. Res ipsæ foris apud semet consistunt; nec de se qicqam avt nôrunt ipsæ, avt narrant nobis. qid ergò de eis pronunciat? mens.

c L.6.§.51. § 16. c Οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ τὸ
d Sup.§.8, 9. d ζῷον λογικὸν πολιτικὸν ζώου κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ. ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀρετὴ ἢ κακία αὐτοῦ ἐν πείσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ.

§. 16. Non in passione, sed actione situm est, rationalis ac civilis animantis bonum malúmqe: qo modo nec virtus vitiúmve illius in passione, sed in actione consistit.

e L.8.§.20. §. 17. e Τῷ ἀναρριφέντι λίθῳ οὐδὲν κακὸν τὸ κατενεχθῆναι, οὐδὲ ἀγαθὸν τὸ ἀνενεχθῆναι.

§. 17. Lapidi projecto nihil est mali, qòd deorsum feratur; qòd sursum, nihil boni.

f L.7.§.62. l.8.§.61. g L.5.§.32. h L.3.§.4. l. 8.§.53. * αὐτῶν § 18. f Δίελθε ἔσω εἰς τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν, καὶ ὄψει g τίνας κριτὰς φοβῇ, h οἵους καὶ ὡς * αὐτῶν ὄντας κριτάς.

§. 18. Mentes hominum penitiùs introspice. videbis, qos judices pertimescas; qales etiam de semet judices sint.

i L.5.§.23 l. 7.§.18. k Inf. §. 21. §. 19. i Πάντα ἐν μεταβολῇ. καὶ k αὐτὸς σὺ ἐν διηνεκεῖ ἀλλοιώσει, καὶ κατά τι φθορᾷ. καὶ l ὁ κόσμος ὁ ὅλος.

§. 19. In transmutatione universa existunt. tu qoqe in jugi alteratione, & corruptione qadam versaris; & mundus tecum universus.

l L.4.§.3. m L.7.§.29. Inf §. 38. §. 20. m Τὸ ἄλλου ἁμάρτημα, ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν.

§. 20. Qod alteri delictum est, apud eum relinqendum est.

n L.12.§. 23. *[καὶ] ὑπ. o L.2.§.17. l.11.§.34. p Sup.§.19. l.11.§.35. §. 21. n Ἐνεργείας ἀποπλήξις, ὁρμῆς, * ὑπο-λήψεως παῦλα, καὶ θάνατος ὁ οὐδὲν κα-κόν. μέτρῳ νῦν ἐπὶ ἡλικίαν, οἷον τὴν παιδι-κὴν, τὴν τῶν μειρακίων, τὴν νεότητα, τὸ γηρᾶσαι. καὶ γὰρ p τούτων πᾶσα μεταβολὴ, θάνατος.

§. 21. Actionis terminatio, intentionis avt opinationis cessatio, mors eidem est qædam. veruntamen nihil in se mali habet. ad ætates transi, puerilem putà, adolescentiam, juvenilem, senilem. & harum mutatio omnis mors est qædam.

sed

ANNOTATIONES.

§. 15. Τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἕστηκεν] Ità *lib.* 4. §. 3 Ἔξω ἕστηκεν ἀτρεμοῦντα. *Extrinsecùs immota manent.* & *lib.* 5. §. 19.

Τὸ ἡγεμονικὸν] Vide *l.* 4. §. 39.

§. 16. Οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ] Vide *l.* 6. §. 51. & *l.* 8. §. 12.

§. 17. Τῷ ἀναρριφθέντι λίθῳ] Idem de pila. *l.* 8. §. 20.

§ 18. Δίελθε ἔσω εἰς τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν] Vide *l.* 4. §. 38. & *l.* 7. §. 34.

Τίνας κριτὰς φοβῇ] Pythagoras apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 46. Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλὰ, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν. Φαῦλος γὰρ κριτὴς πάντος καλοῦ πράγματος, ὄχλος διόπερ B ὧν ἂν τῶν ἐπαίνων καταφρονῇς, καὶ τῶν ψόγων καταφρόνει. *Fac ea qæ judicaveris esse honesta, etiamsi postqam feceris, inglorius futurus sis. Omnis enim honesti rei malus judex est vulgus. Qorum igitur laudes contemptus haberes, eorundem vituperia qoqe spernas.* Cleanthes apud Clementem *Stromat. l.* 5. *pag.* 554. *B.*

Μὴ πρὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι.
Μηδὲ φοβεῖ πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν.
Οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίων,
Οὔτε καλήν. ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.
Ne spectes famam, dum vis sophos esse repentè,
Terreat amentis nec te sententia vulgi.
Judicium sapiens & justum non habet ullum
Vulgus, & in pavcis vix hoc reperire licebit.

qod is à Comico γνωμικώτερον ἐν βραχεῖ, *sententiosè & brevi-ter*, conceptum asserit his verbis,

Αἰσχρὸν δὲ κρίνειν τὰ καλὰ τῶν πολλῶν ψόφῳ.
Non decet pulcra judicare in strepitu multorum.

ità enim qidam legi postulant, & cum Clementis scopo probè congruit. Cæterùm lectio recepta,

Αἰσχρὸν δὲ κρίνειν τὰ καλὰ τῷ πολλῷ ψόφῳ,

aliud sonare videtur, eô.ie respicere, qod à Demosthene dictum est, Ὡς τοὺς μὲν ὑποκρίτας ἐκ τῆς φωνῆς, τοὺς δὲ ῥήτορας ἐκ τῆς γνώμης δεῖ κρίνειν. *Histriones qidem ex voce, rhetores avtem ex sententia oportet judicare.* Seciùs planè qàm Philisco Marci nostri filius, referente Philostrato *de vit. sopb.* 2. *p.* 618. τὸν μὲν ἄνδρα δεῖκνυσιν ἡ κόμη, τὸν δὲ ῥήτορα ἡ φωνή. *Virum coma; rhetorem vox ostendit.* Sed & qod Capheslas tibicen, cùm μεγαλοβόας τις prædicaretur, & post Capheslam Zeno ac Demosthenes, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. *In ea soni magnitudine sitam non esse artis bonitatem, sed ut rectè sonus in magnitudinem attollatur.* Referunt hoc Laërtius *lib.* 7. Athenæus *l.* 14. *pag.* 629. *B.* Evstathius *in odyss.* 1. prius illud Stobæus *tom.* 2. *tit.* 4. Svidas. Plutarchus in *vita* 10. *rhet.* Qanqam & πολὺς ψόφος ille ad acclamantium, καὶ ἐυφημιῶν δοκούντων ψόφον, & *illorum, qi favere videntur, strepitum*, cui opponitur illud τὸ ἴυφημον ἀψοφεῖ, *favere promptus, sed sine strepitu, lib.* 1. §. 9. non incommodè referri potest. de ea vide sis Plinium minorem *l.* 2. *Ep.* 14. ubi inter cætera; *Si qando transibis per basilicam, & voles scire qomodo ipsi dicar, nihil est qòd tribunal ascendas, nihil qòd prabeas aurem, facilis divinatio; scito eum pessimè dicere, qi laudabitur maximè.* In Senecæ *excerptis*: *Malè de te loquuntur homines. Sed mali. Moverer si de me M. Cato, si Lælius, si* A *alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere laudari est. Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi qi damnandus est, damnat. Malè de te loquuntur: moverer, si judicio hoc facerent; nunc morbo faciunt. benè nesciunt loqi. faciunt, non qòd mereor, sed qòd solent. qibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consvetudine latrent.* vide *ad l.* 3. §. 4. & *l.* 4. §. 3. Τὸ ἄκριτον τῶν ἐυφημιῶν δοκούντων. *Judicii expers faventium vulgus.*

Οἵους καὶ περὶ αὐτῶν] *Lib.* 3. §. 4. & *lib.* 8. §. 53.

§. 19. Πάντα ἐν μεταβολῇ] Ità *lib.* 4. §. 3. & *l.* 7. §. 23. vide Aristotelem *de gen. & cor. l.* 1. *c.* 3. *ad l.* 7. §. 25.

Αὐτὸς σὺ] Vide *infrà* §. 21.

Ὁ κόσμος ὅλος] *Lib.* 4. §. 3. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις. *Mundus alteratione constat.*

§. 20. Ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν] Idem *lib.* 7. §. 29. vide & *infrà* §. 38. cum seqentibus avtem ista Xylander absurdè connectit.

§. 21. Ὁρμῆς, ὑπολήψεως παῦλα καὶ οἷον θάνατος οὐδὲν κακόν] forsan ὁρμῆς καὶ ὑπολήψεως παῦλα, οἷον θάνατος. *Actionis finis & motûs, sive externi, sive interni, cessatio actionis.* sive *motûs*, illius *qasi mors est. Nihil* tamen *mali subest.* ut mox, τούτων πᾶσα μεταβολὴ θάνατος. μήτι δεινόν; potest tamen sententiâ continuatâ legi, ὁρμῆς, ὑπολήψεως παῦ- C λα, καὶ οἷον θάνατος, οὐδὲν κακόν. *actionis, motûs, opinationis cessatio & qasi mors, nihil mali in se habet.* illud Casavbonus, hoc Xylander secutus est. vide *l.* 12. §. 23. Diversa pavlò ratione de aqa & aëre mortis vocabulum usurpavit Philo *de mundi incorrupt. pag.* 960. *D.* Εἰ μὴ πρὸς ἀνίαμαι ῥιπίζοιτο τὸ ὕδωρ, ἀκίνητον ἐκθέν, ὑφ' ἡσυχίας νεκρῶται. μεταβάλλει γᾶν, καὶ τὸ δυνατώτατον γίνεται, οἷα ψυχὴν ἀφῃρημένον ζῷον. αἵ γε μὴν ἄηρος φθοραὶ, παντὶ τῷ ὄλλυσθαι. νοσεῖν γὰρ καὶ φθίνειν καὶ τρόπον τινὰ ἀποθνήσκειν πέφυκεν. ἐπεὶ τί ἂν τις, μὴ σοχαζόμενος ἀνοσιάτων ἐυπρεπείας, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, οὕτως μοι λοιμὸν εἶναι, πλὴν ἄηρος θάνατον, τὸ οἰκεῖον πάθος ἀναχόντος ἐπὶ φθορὰ ἀπαύστων, ὅσα ψυχῆς μεμοίραται. *Aqa qoqe tor-* D *pescit otio, ni ventis jactetur, & fœtorem non aliter qam cadaver contrahit. Aëris porrò corruptionem ignorat nemo, qandoqidem & ipse tum morbum, tum mortem potest recipere. Qotiam si vera magis qam speciosa placent nomina, qid aliud pestem liceat dicere, qam mortem aëris, malum suum diffundentis in animantium perniciem?* Cæterùm ad Marci mentem planè Avgustinus *in Joan. tract.* 38. *Res qalibet, si mutabilis est, non verè est: non enim est ibi verum esse, ubi est & non esse. qicqid avtem mutari potest, mutatum, non est qod erat. Si non est qod erat, mors qadam ibi facta est: peremptum ibi ali-* E *qid, qod erat & non est. nigredo mortua est in capite albescentis senis; pulcritudo in corpore fessi & incurvi: mortua sunt vires in corpore languentis: mortua est statio in corpore ambulantis; mortua ambulatio in corpore stantis; mortua & ambulatio & statio in corpore jacentis, mortua locutio in lingva tacentis, qicqid mutatur, & est qod non erat, video ibi vitam qandam in eo qod est; & mortem in eo qod fuit.* vide *l.* 10. §. 18.

Τούτων πᾶσα μεταβολὴ, θάνατος] Plutarchus *de EI Delph. pag.* 392. *C.* Οὐ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος ἀὴρ γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατι γένεσις. ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' αὐτῶν ἴδοις ἄν. φθείρεται μὲν ἀκμάζων γενόμενος γέροντος.

ſed nunqid grave? tranſi rurſus ad ætatem ſub avo, tum ſub matre, mox ſub patre tranſactam: cúmqe alias havd pavcas differentias mutationéſqe deprehenderis, interroga te, ecqid in his grave ſit. pari igitur modo nec grave qicqam in vitæ totius terminatione, ceſſatione, mutatione.

§. 22. Recurrito ad mentem tuam, ad univerſi, ad delinqentis cujuſvis. ad tuam, ut ipſam juſtam exhibeas: ad univerſi, ut recorderis, cujuſnam ſis pars: ad delinqentis cujuſvis, ut conſideres, inſcius an conſultò deliqerit; cogitéſqe ſimul eſſe tibi cognatum.

§. 23. Sicut ipſe es ad cœtum civilem complendum conſtitutus: ità actio tua qævis ad vitam ejuſmodi conſummandam referatur. qæcunqe igitur actio tua ad finem hunc vel immediatè vel mediatè non tendit, ità vitam tuam divellit, nec unam eandémqe eſſe patitur, & eſt ſeditioſa, perinde ac in populo ille, qi factionis ſuæ homines à conſenſione iſtiuſmodi in partes trahit.

§. 24. Puerulorum rixæ, & ludicra; & animulæ cadavera geſtantes; ut vehementiùs afficiat qod in Mortualibus exhibetur.

μήτι δεινόν; μέτηθι νῦν ἐπὶ βίον. τὸν ὑπατὸν τῷ πάππῳ, εἶτα τὸν ὑπατὸν τῇ μητρί, εἶτα τὸν ὑπατὸν τῷ πατρί. καὶ ἄλλας ἢ πολλὰς διαφορὰς καὶ μεταβολὰς καὶ ἀπολήξεις εὑρίσκων, ἐπερώτα σεαυτὸν, μήτι δεινόν. ἔτως τοίνυν ἐδὲ [a] ἡ ἔξ ὅλης σε βίας λῆξες, ἢ παῦλα, καὶ μεταβολή. a L.7. §.23. l.8. §.20.

§. 22. [b] Τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτῆ ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ ἔξ ὅλης, καὶ τὸ τέτε. τὸ μὲν σεαυτῆ, ἵνα [c] νῦν δικαϊκὸν αὐτὸ ποιήσῃ. τὸ ἢ ἔξ ὅλης, ἵνα συμμνημονεύσῃς [d] τίνος μέρος εἶ. τὸ ἢ τέτε, ἵνα ἐπιστήσῃς [e] πότερον * ἄγνοια, ἢ γνώμη, καὶ ἅμα λογίσῃ ὅτι [f] συγγενές. b L.5. §.3.l. 8.§.7.22. c L.3. §. 16. d L.2.§.3,4. e L. 11. §. 18. * ἀγνοίᾳ f L.2.§. 1.

§. 23. [g] Ὥσπερ αὐτὸς σὺ ἐ πολιτικῆ συστήματος συμπληρώτικὸς εἶ, ἔτως καὶ [h] πᾶσα πρᾶξίς σε συμπληροῖ πολιτικὴ ἔσω ζωῆς πολιτικῆς. * ἥτις ἐὰν ἢ πρᾶξίς σε [i] μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, εἴτε προσεχῶς, εἴτε πόρρωθεν ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, ἀυτὴ [k] διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι, καὶ στασιώδης ἐστὶν, ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὐτὸν μέρος διιστάμενος. ὁποῖ τῆς τοιαύτης * συμφωνίας. g Sup. §.9.l. 4.§.4. h L.2.§. 16. * ἥτις ἐὰν νῦν Lug. ἥτις & νῦν delet An. i L.11.§.19. k L.2.§.2.l. 4.§.29. * ἀσυμφ. Sal.

§. 24. [l] Παιδίων ὀργαὶ, καὶ παίγνια, καὶ [m] νεκυδαμάτια νεκρὸς βασάζοντα, ὥστε ἐνεργέστερον πεφαντασεῖν τὰ τῆς νεκύας. l L.5.§.33. l.7.§.3. m L.4.§.41.

§. 25.

ANNOTATIONES.

ρωτος. ἐφθάρη δ' ὁ νέος εἰς τὸν ἀκμάζοντα, καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν νέον, εἰς δὲ τὸν παῖδα τὸ νήπιον. ὅτε χθὲς εἰς τὸν σήμερον τέθνηκεν, ὁ δὲ σήμερον εἰς τὸν αὔριον ἀποθνήσκει. μένει δὲ ὀλίγις, ὀλίγ' ἔστιν εἷς. *Non enim tantum, ut Heraclitus dicebat, ignis mors aëri eſt ortus, & aëris mors aqa ortus; ſed hoc multò evidentius in ipſis hominibus animadvertas. Interit vir facto ſene: at vir factus erat intereunte juvene, hic puero, hic infante. Et qi heri fuit, mortuus eſt orto hodierno, hodiernus eo craſtinum deſinit: nullus autem manet, neqe eſt unus.* qæ tamen ipſe tanqam arguta magìs, qàm ſolida notat, in *de tranqill.* & *de tarda Num. vindict.* Seneca *ad Marc. c.* 20. *Ex illo qo primùm lucem vidit, iter mortis aggreſſus eſt: & illi ipſi qi adjiciebantur adoleſcentiæ anni, vita detrahebantur. in hoc omnes errore verſamur, ut non putemus ad mortem niſi ſenes inclinatóſqe jam vergere: cùm illò infantia ſtatim, & juventa, omniſqe ætas ferat. agunt opus ſuum fata: nobis ſenſum noſtra necis auferunt: qóqe facilius obrepat mors, ſub ipſo vita nomine latet. Infantiam in ſe puericia convertit, pueritiam pubertas: juventutem ſenectus abſtulit. incrementa ipſa, ſi bene computes, damna ſunt.* vide *ad l.* 3. §. 1. Hæc avtem ſuculentiſſimè explicantem Naſonem, ab anni tempeſtatibus ad ætates hominis traductâ imagine, habes *metamorph. l.* 15, *à v.* 199, *ad* 234. de ſe, & de Chriſtianis ſui temporis, Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 505. *C.* Καθάπερ ἡλικίας μεταβολὴν, ὕτω δὲ βίε ἀναλλαγὴν ὑπομένοντες. *Et veluti ætatis, ita & vitæ ſuſtinentes mutationem.*

Οὐδὲ ἡ τῶ ὅλε σε βίε λῆξις] Plutarchus, ubi *ſuprà.* Ἀλλ' ἡμεῖς ἵνα φοβώμεθα γελοίως θάνατον, ἤδη τοιῦτοι τεθνηκότες καὶ θνήσκοντες. *Sed nos ridiculi ſumus, qi unam metuamus mortem, toties jam mortui, toties morientes.* Πότε γὰς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἐν ἔστιν ὁ θάνατος; *Qando enim in nobis mors non ineſt?* Idem *ad Apollon. pag.* 106. *D.* Itaqe, *ſi timenda mors eſt, ſemper timenda eſt. qod enim tempus mortis exemptum eſt?* Seneca *Epiſt.* 30.

§. 22. Τρέχε ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν] Videntur iſta eódem ſpectare, qò illud *perioche* 19. & fortaſſe primò cohæſerant. Vult enim ut in offenſis injuriiſqe ab alio nobis illatis, reſpiciamus ad *mentem triplicem*; ad *mentem propriam*, qò eam in juſtitiæ tenore contineamus, nec *nocentis odio innocentiam perdere* velimus. prout *l.* 7. §. 15. & *l.* 8. §. 51. ad *mentem univerſi*; cujus cùm pars ſimus, æqo animo ferre debemus, qicqid illâ diſpenſante nobis obtigerit, & in illius etiam uſum bonúmqe ceſſerit. *l.* 2. §. 3. & *l.* 5. §. 8. & *l.* 6. §. 8, 44. & *l.* 8. §. 5. & *l.* 10. §. 6. Ad *mentem injuriam inferentis*, ut conſideremus, πότερον ἄγνοιά ἢ γνώμη (ità enim legendum avtumo) *autrum per ignorantiam meram, an de induſtria*, pravo aliqo affectu, qi ex dogmate perverſo provenire ſolet, ſeductus, peccaverit: in utroqe ſiqidem caſu eſt leniter habendus *l.* 2. §. 1. & *l.* 3. §. 11. & *l.* 6. §. 27. & *l.* 7. §. 26. & *l.* 11. §. 18. ſubjicit item de *cognatione communi* monitum, qam & locis eiſdem ſedulò inculcat.

§. 23. Ὅτις ἐὰν ἢ πρᾶξίς σε] Editor Lugdunenſis, ὅτις ἐὰν νῦν π. σ. corrupté. itaqe *Annotator, lego, ἐὰν ἡ π. σ. deleo* ὅτις & νῦν. avdacter pariter ac infeliciter; ex formula loqendi non animadverſa, ὅτις ἐὰν pro ὅτις ἂν, *qacunqe.* ſicut *Levit. c.* 20. *v.* 21. Ἀνὴς ὃς ἐὰν λάβῃ γυναῖκα. *Qiſqis acceperit uxo-*

rem. & Matth. *c.* 12. *v.* 36. Πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν, &c. *Qodcumqe verbum otioſum locuti fuerint homines,* &c.

Ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος] vide *l.* 1. §. 16. κοινωνημοσύνη. *Qod civiliter admodum ſe geſſit.* & *l.* 2. §. 2. ὁρμὴν ἀκοινώνητον. *Motum à communione humana alienum.* vide & *l.* 8. §. 7. & *infrà* §. 31. ἐπ' αὐτὸ τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι. *Ad ſocietatem humanam qod conducat facere.*

Στασιώδης] vide *l.* 2. §. 16. & *l.* 4. §. 29.

Ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας] Aſteriſco iſta, tanqam mutila, notavit in verſione Xylander. D. Salmaſius pro συμφωνίας ἀσυμφωνίας legi vult. & cum ſeqentibus, qæ ad argumentum ſuperius pertinere cenſet, ità committit, ut poſt ὁ διϊστάμενος ſententiam clavdat antegreſſam. Sic enim ille. *Nihil magìs ſibi diſcordans, qàm animus puerilis. Ludunt, iraſcuntur; & pavlo momento huc illuc impelluntur a tales, inqit, ſunt & homines, qi actiones ſuas non referunt* πρὸς τὸ κοινωνικὸν τέλος, *& revera ſunt.* Mihi tamen ſuperioribus potiùs annectenda videntur; ut ſit, ὁ διϊστάμενος ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας: qæ ſequntur, aliò ſpectare exiſtimo: eódem nempe, qò illa, qæ recenſuerat itidem *l.* 5. §. 33. ad vanitatem vilitatémqe inſignem rerum omnium ferè humanarum deſignandam.

§. 24. Παιδίων ὀργαὶ] ἔργα mavult D. Bootius, qia παίγνια ſeqitur. Ego nihil mutarim. præſertim cùm παιδία φιλόνεικα legam loco ſuperiùs indicato; ubi argumentum idem prorſus tangi videtur.

Πνευμάτια νεκρὸς βασάζοντα] *Spiritus qi cadavera geſtant* Xylander. *animula miſera cadavera ſuſtinentes* Mericus Caſavbonus. qomodo ex Epicteto Marcus, *l.* 4. §. 35. Ψυχάριον εἶ βασάζον νεκρόν. *Animula es, cadaver geſtans.* qò & D. Salmaſius inclinat. Sed ut huc irrepſiſſe iſta ex ſuperioribus ſuſpicetur. D. Bootius vult ὀχήματα *v. β.* qod ſi admittere placuerit, ὀχηματία malim.

Ὅστι ἐνεργέστερον προσκυσεῖν τὸ τῆς νεκύας] *Ut nè tam citò cadant: ſicut in nænia vulgari dicitur.* ſive. *ut mortuorum numerus tardiùs compleatur.* Caſavbonus. *ut eò efficacius accidas id qod in Necya.* Xylander. atqe hoc malim. ut ſenſus ſit: *qò ea qa in Necya, ſive eorum qa apud inferos haberi exiſtimantur,* (unde *Odyſſea lib.* 11. Νεκυς nomen adhæſit) *repræſentatione aguntur, efficaciùs peragantur,* ſpectantiúmqe menres vehementiùs afficiant. (ità Platoni *de legib. l.* προσίπτειν πρὸς τὰς ψυχάς) vel *qò Necya,* ſive *magica animarum evocationis opus efficacius procedat.* ut Νεκύας nomine *mortuorum evocatio* ope magicâ procurata intelligatur. (qomodo Herodianus *l.* 4. *c.* 12. §. 8. uſurpavit, ubi de Antonino Severi filio, Materniano eum mandâſſe, νεκύᾳ χρησάμενον, μαθεῖν περὶ τῆ τέλους τῆ βίε αὐτῆ. *Evocatis manibus, de fine ipſius vitæ conſulas.*) & πνευμάτια qod præceſſerat, ad *ſpiritus* impuros ſive *dæmonas* referatur. Verùm illud malim. eò magìs, qia feſti ſive ſolennitatis cujuſdam à Græcis celebrari ſolitæ meminit Svidas, qæ Νεκύα dicta fuerit, in qa ſpectacula forſan iſtiuſmodi exhibebantur. Νεκύα, inqit, ἡ τῶν νεκρῶν ἑορτή. Νεκύα, *mortuorum feſtum.* cur enim Νεκύσια legat Caſtellanus de Græcorum feſtis ego neſcio. Sed nec qà ratione Heſychius Γενέσια & Νεκύσια pro eiſdem habeat: fieri tamen poteſt, ut utroqe illo nomine, & Νεκύα & Νεκύσια celebritas eadem dicta fuerit. Res itaqe humanas & occupationes mortalium, partim puerulorum luſibus diſſi-

diiſqe,

§. 25. [a] Ἴθι ἐπὶ τὴν ποιότητα τῆ αἰτίᾳ, καὶ ἀπὸ τῆ ὑλικῆ αὐτὸ θεωρήσας θεάσαι. εἶτα καὶ [b] τὸν χρόνον θεώρησον, ὅσον πλεῖσον ὑφίσασθαι πέφυκε τοῦτο [c] τὸ ἰδίως ποιόν.

§. 26. [d] Ἀνέτλης μυρία, ἁλλὰ τὸ μὴ [e] ἀρκεῖσθαι τῷ σῷ ἡγεμονικῷ * ποιῆ τι ταῦτα ὅσα κατεσκεύασαι. * ἀλλὰ [f] ἅλις.

§. 27. Ὅταν ἄλλῳ ψέγῃ σε, ἢ μισῇ, ἢ τοιαῦτά τινα ἐκφωνῶσιν *, [g] ἔρχε ἐπὶ τὰ ψυχάρια αὐτῶν, διέλθε ἔσω, καὶ ἴδε ποῖά τινες εἰσίν. ὄψει, ὅτι [h] οὐ δεῖ σε ἀπάθη, ἵνα τούτοις τί ποτε φαίνῃ δοκῇ. [i] εὐνοεῖν μέν τοι αὐτοῖς δεῖ. [k] φύσει γὰρ φίλοι. καὶ [l] οἱ θεοὶ ἤ παντοίως αὐτοῖς βοηθοῦσι, [m] δι' ὀνείρων, διὰ μαντειῶν, πρὸς ταῦτα μέν τοι, [n] πρὸς ἃ σκεῖνοι διαφέρονται.

§. 25. Formæ qalitatem animo adi; & à materia abſtractam contemplare: tum & tempus tecum definito ad qod plurimùm res ſic affecta perdurare poſſit.

§. 26. Innumera perpeſſus es, qia non didiciſti mente tuâ contentus eſſe agente ea ad qæ condita eſt, ſed ad alia eadem abuteris.

§. 27. Ubi te alii vituperaverint, vel oderint, vel ejuſmodi aliqid oblocuti fuerint, adi animulas eorum, penitiùs introſpice cujuſmodi ſint. facilè videbis, nihil eſſe qod te angat, qicqid illi de te judicent. bene velle tamen illis oportet. ſunt enim naturâ amici. qin & Dii ipſi omnimodam illis opem ferunt, per inſomnia, per vaticinia, etiam in eis ad qæ feruntur illi.

§. 28.

a L. 7. §. 29. l. 10. §. 26.
b L. 3, §. 11. l. 10. §. 9.
c L. 10. §. 7. l. 12. §. 30.
d L. 4. §. 32. l. 10. §. 33.
e L. 5. §. 14, 15, 16.
* ποιῆ τινος Arg. ποιῆτι Lug.
* ἀλλ' ἀλλοῖα Boot. Ἀλλ' ὅταν ἄλλος Sal.
f Inf. §. 37.
* νάσῃ f.
g Sup. §. 18. Inf. §. 34.
h L. 4. §. 3.
i L. 7. §. 22.
k L. 11. §. 9.
l Sup. §. 11.
m L. 1. §. 17.
n Inf. §. 40. l. 11. §. 10.

ANNOTATIONES.

diiſque, partim ſpectaculis vanis, qæ ſimpliciorum animos affi- A cere conſveverunt, conſimiles, imò pares planè, pronunciat.

§. 25. Ἴθι ἐπὶ τὴν ποιότητα τῆ αἰτίᾳ] Vult in re qaqe conſiderari, formam & materiam: vel formam ſeorſim à materia abſtractam, & durabilitatem ejus. Vide l. 4. §. 21. & l. 7. §. 29. & l. 8. §. 31. & l. 12. §. 18.

Τοῦτο τὸ ἰδίως ποιόν] Vide l. 10. §. 7.

§. 26. Διὰ τὸ μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ σῷ ἡγεμονικῷ] vide l. 6. §. 41. & l. 8. §. 48. Seneca *Epiſt.* 20. *Huc ergò cogitationes tua tendant, hoc opta, omnia alia vota Deo remiſſurus, ut contentus ſis temetipſo, & ex te naſcentibus bonis. Nullum enim bo-* B *num manſurum eſt, niſi qod ex ſe ſibi invenit.* Idem *Epiſt.* 27. Epictetus l. 4. c. 6. Πῶς ἔτι ὀρθὰ δόγματα ἔχω. μὴ ἀρκούμενος εἶναι ὃς εἰμὶ, ἀλλ' ἐπτοημένος ὑπὲρ τῆ δοκεῖν; *Quomodo rectas opiniones retineo, non contentus eo ſtatu in qo nunc ſum, attonitus qid aliis de me videatur.*

Ποιῆ τι ταῦτα ἅτινα κατεσκεύασαι] Argentinenſis editio, qâ uſus D. Salmaſius, ποιῆ τινὸς ταῦτα ἅτινα κατεσκεύασαι. qod ipſe reddit, *qalia hæc ex qali fiunt!* ut ſit exclamatio; ποῖον habes ἡγεμονικὸν, ex qo ὅτινα oriuntur? qalis illa vulgaris, ὅτινα ἐξ ὅτων; ſed & Marci iſta l. 10. §. 25. ἐξ ὅτου ὅτου. verùm malim qod & Lugdunenſem exhibere video, ποιῆντι ταῦτα, vel etiam C τοιαῦτα, ὅτινα κατεσκεύασαι, ποιεῖν utiqe ex membro priori ſupplendum; vel ταῦτα εἰς ἃ κ. eódem utrumqe recidit, *non es contentus ἡγεμονικῷ tuo ea faciente ad qæ natum eſt.* Lectionem hanc firmat, qod l. 8. §. 45. habetur ἀρκούμενον εἰ ἔχοι, καὶ ἐνεργοίη κατὰ τὸ ἐξῆς τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ. *Contentum, ſi pro conditionis ſuæ officio habere ſe, agereqe poſſit.*

Ἀλλὰ ἅλις] Locus defectus; forſan & depravatus. Hoc D. Bootius ſuſpicatur, legítqe ἀλλ' ἀλλοῖα. indè multas tibi faceſſis moleſtias, qia non acqieſcis mentis tuæ operatione ea ad qæ nata eſt, *ſed aliena molientis.* meam addo conjecturam, fuiſſe ἀλλὰ ἄλις ἔχω. *Verùm ſufficiat*, qòd hactenus hac in parte tibi ipſi injurius fueris. qemadmodum *infrà* §. 37. ἅλις τῆ ἀθλίᾳ βίᾳ. *Jam ſatis eſt vitæ calamitoſæ.* vel etiam ἀλλὰ ἅλις, *ſed hæc ſatis.* Putat tamen Salmaſius cum ſeqentibus jungenda iſta, & ſcribendum, ἀλλ' ὅταν ἄλλος ψίγῃ σε &c. & expungendum illud ἅλις.

§. 27. Ἡ τοιαῦτά τινα ἐκφωνῶσιν] legendum forſan ἐκφωνήσῃ, ut priùs ψίγῃ ἢ μιτῇ dixerat. alioqi erit tranſitio dura ſatis à numero ad numerum. vel qid ſi τοιαῦτά τινες ἐκφωνῶσιν, legerimus?

Δίελθε] ut *ſuprà* §. 18.

Οὐ δεῖ σε σπᾶσθαι, ἵνα τούτοις τί ποτε περὶ σοῦ δοκῇ] Vide *ad* l. 3. §. 4. & l. 8. §. 53. Evphrates apud Epictetum l. 4. E c. 8. Τί κακὸν, ἐν οἷς μὲν ἐποίουν ἐπιγινώσκεσθαι τὸν φιλόσοφον, ἐν δὲ τοῖς συμβόλοις μή; βλέπε πῶς ἐσθίω, πῶς πίνω, πῶς καθεύδω, πῶς ἀνέχομαι, πῶς ἀπέχομαι, πῶς συνεργῶ, πῶς ὀρέξει χρέωμαι, πῶς ἐκκλίσει, πῶς τηρῶ τὰς σχέσεις τὰς φυσικάς, ἢ ἐπιθέτους, ὡς ἀσυγχύτως, ὡς ἀπαραποδίστως, ἐκεῖθέν με κρῖνε, εἰ δύνασαι. εἰ δ' ὕτως καφὸς εἶ καὶ τυφλὸς, ἵνα μηδὲ τὸν Ἥφαιστον ὑπολαμβάνῃς καλὸν Χαλκέα, ἂν μὴ τὸ πιλίον ἴδῃς περὶ τὴν κεφαλὴν περιπεῖμενον, τί κακὸν ὑφ' ὅτως ἠλιθίᾳ κρίτῃ ἀγνοεῖσθαι; *Qid mali fuit in eo, ſi philoſophus è factis cognoſcebar, non autem ex inſignibus? Vide qomodo edam, qomodo bibam, qomodo dormiam, qomodo tolerem, qomodo ab-* F *ſtineam, qomodo res geram, qomodo appetitione utar, qomodo averſatione, qomodo affectiones naturales & adqiſitas tuear, ut abſqe perturbatione atqe impedimentis vivam. Inde me judica ſi potes. Si autem ita ſurdus & cacus es, ut ne Vulcanum qidem præclarum fabrum judices, niſi pileolum capiti ejus impoſitum videas; qid mali eſt à judice adeò ſtolido non cogneſci?* vide & *ad* l. 5. §. 32. Cicero *de finib.* l. 2. *Nihil eſt turpius qàm ſapientis vitam ab inſipientium ſermone pendere.* vide l. 6. §. 20.

Ἐυνοεῖν μέν τοι αὐτοῖς δεῖ] vide *ad* l. 6. §. 47. & l. 7. §. 22.

Φύσει γὰρ φίλοι] vide l. 11. §. 9. Epictetus l. 3. c. 24. Πάντα φίλων μεστὰ, πρῶτον μὲν θεῶν, εἶτα καὶ ἀνθρώπων, φύσει πρὸς ἀλλήλους ᾠκειωμένων. *Omnia eſſe amicorum plena, primùm deorum immortalium, deinde hominum, etiam qos natura inter ſeſe conciliavit.*

Καὶ οἱ θεοὶ δὲ] vide *ſuprà* §. 11

Διὶ ὀνείρων, διὰ μαντειῶν] vide *ad* l. 1. §. 17. prope finem. Hermogenes apud Xenophontem in *ſympoſ. pag.* 887. *E.* Οὗτοι τοίνυν οἱ πάντα μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι θεοὶ, ὅτῳ μοι φίλοι εἰσὶν, ὥστε διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαί μου, ὅποτε λήθω αὐτοὺς ὕτε νυκτὸς, οὔθ' ἡμέρας, οὔθ' ὅποι ἂν ὁρμῶμαι, οὔθ' ὅτι ἂν μέλλω πράττειν. διὰ δὲ τὸ προειδέναι, καὶ ὅ, τι ἐξ ἑκάστου ἀποβήσεται, σημαίνουσί μοι, πέμποντες ἀγγέλους, φήμας καὶ ἐνύπνια, καὶ οἰωνούς, ἅτε δεῖ, καὶ ἃ ὑ χρὴ ποιεῖν. οἷς ἐγὼ, ὅταν μὲν πείθωμαι, εὐδιπολῶ μοι μεταμέλει. ἤδη δέ ποτε καὶ ἀπιστήσας ἐκολάσθην. *Hi ergo dii, qi omnia norunt, & omnia poſſunt, tam mihi ſunt amici: ut, qia ſum ipſis curæ, nunqam mea res eos fugiant, neqe noctu, neqe interdiu, neqe qò pergam, neqe qid ſuſcepturus ſim. qia proſpiciunt, qinam cujuſqe res futurus ſit eventus: miſſis nuntiis, ominibus, ſomniis, augu-* B *riis, qid faciendum, qid omittendum ſit mihi ſignificant. Eis qum obtempero, non illius unqam me pœnitet: & qia morem aliqando non geſſi, pœnas dedi.* Ammianus l. 21. *Amat enim benignitas numinis, ſev qòd merentur homines, ſev qòd tangitur eorum affectione, his qoqe artibus prodere qæ impendent.*

Πρὸς ταῦτα μέν τοι, πρὸς ἃ ἐκεῖνοι διαφέρονται] Cum ſeqentibus iſta conjungit Xylander, dum ſic vertit. *Hæc qidem, de qibus ii certant, circulus ſunt rerum mundanarum.* Videtur avtem περὶ ὧν legiſſe, vel etiam ὑπὲρ ὧν. qomodo in argumento havd diſpari Dio Pruſæus *Orat.* 30. *pag.* 307. ubi vitam humanam ſympoſio contulerat, in hoc ait convivio, Ἑτέρους μὲν πιστεύειν, τοὺς δὲ ἀσφαγάλοις παίζειν. εἶναι δὲ τοὺς πεττοὺς τε καὶ ἀσφαγάλους, οὐχ οἵους ἡμεῖς ὀνομάζομεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν χρυσοῦς, τοὺς δὲ ἀργυροῦς, ὃ δὴ νόμισμα καλοῦμεν ἡμεῖς, ὑπὲρ ὧ διαφέρεσθαι καὶ ζημιοῦν ἕκαστον πλείοσι. *Alios autem teſſeris, alios talis ludere. Eſſe autem teſſeras taloſque, non quales nos nominamus, ſed hos qidem avreos, illos verò argenteos, qam nos monetam appellamus, pro qa diſſident, conaturqe qis plus habere.* Qanqam & περί τι διαφέρεσθαι dicitur. Clemens *Strom.* l. 4. *pag.* 481. *C.* Διαφέρονται γὰρ ἡμῖν περὶ τὰς ἀρχάς. *Diſſident enim à nobis in principiis.* Verùm ibi διαφέρεσθαι eſt *diſſentire*, & *diſſidere* potiùs, qàm *litigare* avt *contendere*: qod iſtic locum non habet. neqe enim de rebus iſtis ſecum invicem tantopere contenderent, niſi de iiſdem gemina ſentirent: qin & par mendum habuimus l. 4. §. 43. ἃ συμπαρόντων, pro ὧν. Porro poſſet & Xylandri verſio hactenus defendi, ſi τὸ πρὸς hîc ἀντὶ τῆ διὰ ſumatur. qomodo Thucydides aliqoties uſurpâſſe deprehenditur. l. 1. πρὸς ταῦτα, *propterea.* &, μή τι πρὸς τὰ παρόντα νεωτερίσωσιν, *nè qid novi propter præſentem rerum ſtatum molirentur.* & l. 8. πρὸς γὰρ τὰς τῆ Πεδαρίτου ἐπισολὰς ἐπάγλενον αὐτὸν, *ob Pedariti epiſtolas ſuſpectum illum habebant.* Cæterùm nè ſic qidem cum textu verſioni convenerit. qid enim fiet priori πρός? nam geminum exhibet lectio vulgata. Revera ab interpunctione laborantem ſecutus eſt codicem Xylander. indè factum, ut & conjungenda divulſerit, & dirimenda commiſerit. Ad antegreſſa ſiqidem pertinent iſta, & cum eis planè cohærent; αὐτοῖς βοηθοῦσι — πρὸς ταῦτα μέντοι, πρὸς ἃ, &c. *opem illis dii ferunt — ad illa utiqe ad qæ*; &c. idem enim eſt iſtic πρὸς ταῦτα βοηθεῖν. qod *infrà* §. 38. εἰς ταῦτα συλλαμβάνειν. & *ſuprà* §. 11. εἰς ἕνια συνεργεῖν, *in qibuſdam opem ſuam porrigere*, qalia ibi commemorat, de qibus & iſtic. Seqentia novam ordiuntur periochen. qod & Merico viſum.

Πρὸς ἃ ἐκεῖνοι διαφέρονται] *qæ ab eis* (Deis nempe) *tanqam momenti alicujus ſint, expetunt.* Mericus Caſavbonus. verùm ſignificationis hujus, verbi τῆ διαφέρεσθαι exemplum reqiro: nec occurrit. Malim itaqe *ad qa* (conſeqenda ſcilicet) *illi*,

avt

§. 28. Eadem planè ſunt mundana omnia, | §. 28. * Ταὐτά ἐϛι τὰ ϗ κόσμε a ἐγκύκλια, * τὰ αὐτὰ Mer.Sup. §.14.

a L.4.§.32.

ANNOTATIONES.

avt ſimpliciter *feruntur*; (qomodo *l.* 5. §. 1. de eiſdem dixit, πρὸς ἃ φέρονται, *ad qa tam enixè feruntur*,) avt, ſi præpoſitio iſtîc emphaſin aliqam habere cenſebitur; *tanqam in ſalo jactati temerè feruntur*; qomodo Lucas *Act. c.* 27. *v.* 27. Διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, *cùm in Adria huc illuc jactaremur*) vel etiam, *cùm animi ſolicitudine anxiâ & diſtractione feruntur*, & qaſi *differuntur*: ſicut Plavtus, *amore differri*, dixit *Milit.* 4. 4. idémqe, *cupidine differri*, *Pœnul.* 1. 1. hâc enim mente uſurpatum Marco τὸ διαφέρεσθαι deprehendas; cùm in loco huic gemino *infrà* §. 40. tum & *l.* 11. §. 19. unde & διαφορὰ eidem, *l.* 6. §. 41.

§. 28. Ταῦτά ἐϛι] Lege Τ' αὐτὰ, vel Τὰ αὐτὰ, *Eadem ſunt*, ſicut *l.* 2. §. 14. & *l.* 6. §. 46. Par mendum notavimus & ſuſtulimus, *ſuprà* §. 14. & *l.* 4. §. 32. & *l.* 10. §. 7.

Τὰ τῷ κόσμῳ ἐγκύκλια] *qa ſurſum deorſum rotantur, & in orbem qendam eunt redeúntqe, mundana iſta. Circulos mundanos* dixit Arnobius *l.* 2. Vide *ad l.* 2. §. 14. Ἀναπυκλώμενα. Qanqam aliâ etiam ratione iſtîc, qàm qâ illîc, ἄνω κάτω κυλεῖσθαι mundana iſta dici videntur: qia dominos nimirum permutare ſolent, & ab iſtis ad illos per vices qaſdam, ſed incertas eas, tranſire; unde fit, ut homines qoqe ipſi eiſdem nunc accedentibus, nunc & recedentibus denuo, qaſi rotæ cuidam verſatili alligati modò in ſublime attollantur, modò ad infima rurſus devolvantur. Adagii inſtar celebratur illud, Τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα. ἤγων ἐνμεϛάβολα. Apoſtolius *Proverb.* 1863. Phocylides.

Κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὅλβος.
Fors eadem omni; vita rota; inſtabilis ſtatus omnis.

Cyro Croeſus apud Herodotum *l.* 1. citante itidem Stobæo *tom.* 2. *tit.* 102. Ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων ἐϛὶ πρηγμάτων. περιφερόμενος δὲ οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς ἐυτυχεῖν. *Eſt veluti circulus qidam rerum humanarum, qi ſuâ ratione non permittit eoſdem ſemper agere fortunatè.* Et priſcus neſcio qis apud Plutarchum ad Apollonium *pag.* 103. *E.*

Τροχῷ περιϛείχοντος ἄλλοθ' ἠτέρα.
Ἀψὶς ὑπέρθε γίγνετ', ἄλλοθ' ἠτέρα.
Vertente rotâ pars altera orbita
Superior, inferior altera ſubinde fit.

Qò facit, qod Seſoſtri Ægyptio, è regibus ſubactis, qos jumentorum loco currum ſibi trahere qandoqe cogebat, qidam regeſſiſſe fertur, rotam cur tam crebrò reſpiceret, à tyranno reqiſitus, Ἐκπλήϛομαι ὁρῶν ἀστάτως φερόμενον τὸν τροχὸν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως κυλιόμενον. ϗ ποτὲ μὲν ταπεινοῦϛαι τὰ ὑψηλὰ, ἄνω δὲ τὰ ταπεινὰ ὑψοῦϛαι. *Cum ſtupore admiror rotam, qam eam inſtabili modo ferri, atqe alias aliter volvi, & nunc qidem ſublimia demittentem, rurſus avtem demiſſa ſublimantem conſpicio.* Hiſtoriam eam Chagani Abarum regi Priſcum Romanum recitâſſe tradit Nicephorus *Calliſti l.* 18. *c.* 29. eâqe relatione Chaganis ferociam mitigatam; prout & reſponſione ipſâ primitus Seſoſtrem inductum, nè reges deinceps jungeret. Imaginis ejuſdem conſideratione, Regis Franci, cujus in poteſtate tunc fuerat, delinivit animum Agarenorum Imperator. qm enim per biennium integrum ridere nunqam fuiſſet conſpectus, in riſum erupiſſe tandem aliqando accepto, accerſiri hominem rex juſſit. qi riſus cavſſam ſciſcitanti, his verbis reſpondit; utì Zonaras ea retulit *Annal. tom.* 3. in *Baſilii* hiſtoria: Τροχὸς ἁμάξης ἐώρων, ὧν τὸ μὲν πρόσγειον ἦν, τὸ δ' ἦρτο μετέωρον. εἶτα τὸ μὲν μετέωρον κατῆκτο πρὸς γῆν, τὸ δὲ πρόσγειον μετεώριζε. ὅτω δ' εἰκάσας ϗ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα κινεῖσθαι ϗ μεταφέρεσθαι, ἐξεγέλασα. λογισάμενος, ὡς οὐκ ἀδύνατον, ὅτω διατεθῆναι ϗ τὰ καθ' ἡμᾶς τὸν, ϗ ὥσπερ ἐξ ὕψους κατηνέχθην εἰς ταπεινότητα, ὅτως ἄνθις ἴσως ἐκ χθαμαλότητος εἰς ὕψος ἐπαρθῆναι ϗ γενέσθαι μετάρσιος. *Rotas currus vidi, qarum qm altera terræ incumberet, altera ſurſum tolleretur: mox ea qæ ſublimis fuerat depreſſa: qæ humilis, in altum elata eſt. Unde conjecturâ capt.i, res humanas etiam eodem modo moveri & transferri, in riſum erupi: poſſe fieri cogitans, ut & mearum rerum idem ſtatus eſſet: ac me, qemadmodum è ſublimi ſum humi depreſſus, ſic ex humili loco in altam elatum, ſublimem fore.* Apud Sophoclem Menelaus, lavdante in *Demetrii vita* Plutarcho:

Ἀλλ' ἡμὸς ἀεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεῷ
Τροχῷ κυκλεῖται, ϗ μεταλλάσσει φύσιν.
Ὥσπερ σελήνης δ' ὄψις ἐυφρόναις δύο
Στῆναι δύναιτ' ἂν οὐ ποθ' ἐν μορφῇ μιᾷ,
Ἀλλ' ἐξ ἀδήλε πρῶτον ἔρχεϛαι νέα.
Πρόσωπα καλλύνεται ϗ πληρεμένη.
Χ' ὥτάν περ αὐτῆς ἐυγενεϛάτη φανῇ,
Πάλιν διαῤῥεῖ, κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.
At mea jugi ſortuna volvitur Dei
Rotâ, bifronſqe ſuam retexit indolem,
Luna ſicut vultus, duas qæ non poteſt
Noctes in una permanere imagine:
Oritur ſed hæc ex nubila primum novis
Inſcripta cornibus, genas comens ſimul
Fit avctior. Verùm orbe pleno qum nitet
Inter micantes ſtellulas formoſior,
Rurſus ſeneſcit, & latens exſtingvitur.

A Lunæ confert, mutabilitatis nomine, ſublunaria iſta omnia, qomodo & Joannes in *Apocal. c.* 12. *v.* 1. Gregorius Nazianzenus *ad ſuos ob Præſidis offenſionem dejectos.* Κύκλος τις ἐϛὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. περιχωρεῖ γὰρ τὰ πάνϛα ῥᾳδίως, ϗ μεϛαχωρεῖ, ϗ ἀντικαθίϛαϛαι. ὡς ἄνραις εἶναι μᾶλλον πιϛεύειν, ϗ γραμμαῖς ταῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων ἐυημερίᾳ. *Res humanæ velut orbe qodam volvuntur. Omnia enim facilè in orbem feruntur, atqe in diverſum migrant, ſibiqe invicem adverſantur: ut ventis tutius, avt literis in aqa ſcriptis fides haberi poſſe videatur, qàm hominum felicitati.* Et *ad Sophron. Ep.* 18. Ὁρᾷς οἷα τὰ ἡμέτερα, ϗ ὅπως κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν ἀνθρώπων, ϗ ἀνθρώπων, ϗ ὅτε τῷ ἓν πράϛειν ἐϛῶτος ἡμῖν, ὅτε τῷ δυϛυχεῖν, ἀλλὰ τάχιϛα μεταχινεμένε, ϗ μεϛαπίϛοντος. ὡς ἄνραις, &c. *Vides qales res noſtræ ſint, & qomodo res humanæ velut in orbem volvantur, ac nunc floreant, nunc marceſcant, eámqe rationem habeant, ut nec felicitas, nec infelicitas fixa ſtabiliſqe permaneat; verùm celerrimè utraqe commutetur ac delabatur: adeo ut ventis*, &c. ut *ſuprà.* & in *Orat. pro pauper.* Οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον, οὐδὲ ὁμαλὲς, οὐδὲ ἀυτάρκες, οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἱϛάμενον. ἀλλὰ κύκλος τις τῶν ἡμετέρων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλως ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πολλάκις, ἔϛι δ' ὅτε ϗ ὥρας, φέρων μεταβολάς. *Nihil eſt in rebus humanis* B *firmum, & æqabile, ac diuturnum, atqe eodem ſtatu conſtans: verùm rerum noſtrarum velut orbis qidam volvitur, alias alio tempore, ſæpe etiam uno eodémqe die, atqe etiam interdum eâdem horâ mutationes ferens.* & qæ ſequntur. & mox: τὰ μὲν γὰρ ἐϛι πάντα ῥευϛὰ, ϗ πρόσκαιρα, ϗ ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφων, ἄλλοτε εἰς ἄλλως μεταῤῥιπϛέμενα καὶ μετατιθέμενα. *Cæteræ enim omnia fluxa & fragilia ſunt, ac velut in calculorum ludo alias ad alios jactantur & transferuntur.* Agapetus *præneſ.* §. 11. Κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλως φέρων ἀυτὰ καὶ περιφέρων. *Circulus qidam humanarum rerum circumvolvitur, qi modo ſic, modo aliter fert* C *ipſas & circumfert.* Diodorus Siculus *Hiſtor. l.* 18. Ὁ γὰρ κοινὸς βίος, ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος, ἐναλλὰξ ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς τε κυκλεῖται πάντα τὸν αἰῶνα. *Communiter vita, qaſi à deorum aliqo gubernata, bonis & malis ordine inverſo omne ævum agitur.* Trahit horſum Clemens *Strom. l.* 5. ex Dionyſii Thracis Grammatici in *libro* qo *trochiſcorum* ſive *rotularum myſticarum ſignificationem* explicat - τόν τε τροχὸν, τὸν ϛρεφόμενον ἐν τοῖς τῶν θεῶν τεμένεϛι, ϗ τῶν θαλλῶν τῶν διδομένων τοῖς προσκυνοῦϛιν. *Rotam qa vertitur in deorum templis, & ramos, qi dantur iis, qi adorant*, allatis in eam mentem Orphei verſibus illis:

Θαλλῶν δ' ὅσσα βροτοῖϛιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν,
Οὐδὲν ἔχει μίαν ἅπαϛιν ἐπὶ φρεϛὶν, ἀλλὰ κυκλεῖται
Πάντα περιξ. τῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος ἠ θέμις ἐϛίν.
Ἀλλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο, θρόνε μέρος ἕϛον ἕκαϛος.
Ramorum aſt qeis ſunt hominum terreſtria cura,
Non uno ſtant fata loco in mente, omnia circum
Volvuntur, nec fas unâ eſt conſiſtere parte,
Sed qam cæperunt curſus partem omnia ſervant.

Hinc & celebris ille *fortuna rotâ*, de qa Cicero (qanqam à Fabio, an Tacito, in *dialogo de cauſſ. corrupt. eloqent.* eo nomine notatus) *Orat. in Piſon.* *Nè tum qidem, cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat.* Sed & alii non pavci. Seneca *Hippolyt.* 4. 2.

Qanti caſus humana rotant?

Et Tibullus *l.* 1. *Eleg.* 5.

Verſatur celeri ſors levis orbe rotæ.

Plavtus item (ſi Dionyſio Lambino, & Jano Gvilelmo *veriſimil. l.* 2. *c.* 17. credimus) in *Trucul.* 2. 1.

Vertit ſeſe rota viciſſim; ſtultus eſt qi id admiretur.

Boëthius *conſol. l.* 2. *c.* 1, & 2. *Hunc continuum ludum ludimus; rotam volubili orbe verſamus; infima ſummis, ſumma infimis mutare gavdemus. Tu verò volventis rotæ impetum retinere conaris.* Ammianus *Hiſt. l.* 26. *Qivis beatus verſâ rotâ fortuna ante veſperam poteſt eſſe miſerrimus.* Vide *ad l.* 4. §. 42. ἐφήμερα. Qod avtem illi rotam, Seneca etiam, avdaciùs pavlò, *petavrum* nuncupavit. Sic enim ille *Epiſt.* 98. *Oblitus hujuſce petavri, qo humana jactantur; ſibi uni ſortuitorum conſtantiam* G *ſpondet* (unuſqiſqe.) & Plutarchus in *frag. de vitioſorum miſeria p.* 498. *C.* Περιενεχθεὶς ϗ σκοτοδινιάσας πρὸς τὸν τῆς τύχης πέλαγισμόν. *Circumagitatus, & obortâ ad ludum ſortunæ vertigine.* vide *l.* 8. §. 5. Mericus avtem noſter ἐγκύκλια iſtîc *ordinaria* vertit. havd incommodè prorſus, ſiqidem ἐγκύκλια dicuntur *vulgaria, communia, obvia qaqe.* Heſychius. Ἐγκύκλιον, τὸ πεπλεγμένον κυκλῆ. Et, Ἐγκυκλᾶ, καὶ ἐγκυκλέμενα τῷ βίῳ καὶ συνήθη. Nec malè igitur Cœlius Secundus *Theſ. Ordinarius*, ἐγκύκλιος, *qi in orbem redit*; *vulgaris.* Ità Ariſtoteles *Polit. l.* 2. *cap.* 5. H διακονίας ἐγκυκλίους dixit, *operas obvias & vulgares qaſvis.* Ἔτι δὲ τῶν θεραπόντων τούτοις μάλιϛα προσχρώμεθα, οἷς πλεῖϛα προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους. *Nos qoqe miniſtris illis plurimum iraſcimur, qibus maximè utimur ad ordinarias & vulgares operas.* qæ & ἐγκύκλια διακονήματα, *ibidem l.* 1. *c.* 4. λαμβάνων τις μισθὸν, ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια διακονήματα τοὺς παῖδας. *Qidam mercede pueros docebat vulgares operas.* & unicâ voce ἐγκυκλήματα, *Oeconom. l.* 2. *c.* 1. ſed & ἐγκύκλια ſimpliciter,

a L.2.§.14
b L.7.§.1.
c Inf.§.35.
d L.6.§.36.
* ἢ
* ἴν τι γίνεται τε.τ. Boot. τί ἐν τινὶ Sal.V. N.
* ἄτομα Sal.f. ἢ ἀτ [καὶ] ἀμ.
f. Inf. §. 39.
e L.2.§.11.
f L.6.§.44. l.12.§.20.
g L.6.§.59.
h L.2.§.17.
i L.7.§.34.
k Inf.§.29. 32,33.
l L.2.§.17. & l.7.§.19.

[a] ἄνω κάτω, [b] ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα. καὶ [c] ἤ τι ἑφ' ἕκαστον ὁρμᾷ ἡ ἕξις ὅλως διάνοια. ὅπερ εἴ ἐστιν, ἀποδέχου [d] τὸ ἐκείνης ὁρμητόν. ἡ * ἅπαξ ὥρμησε, τὰ λοιπὰ καθ' ἑπακολούθησιν. καὶ * τί ὧν πάνυ. πρόσον γάρ τινα * ἄτομοι, ἢ ἀμερῆ. τὸ ἓν ὅλον, [e] εἴ τις θεὸς, ἓν ἔχει πάντα. εἴτε τὸ εἱκῇ, [f] μὴ καί σὺ εἱκῇ. [g] ἤδη πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει. ἔπειτα καὶ [h] αὐτὴ μεταβαλεῖ. κἀκεῖνα εἰς ἄπειρον μεταβαλεῖ. καὶ πάλιν ἐκεῖνα εἰς ἄπειρον. [i] πὰς γὰρ ἀπικυμαίνουσας τ μεταβολῶν καὶ ἀλλοιώσεων ἐνθυμούμενός τις, καὶ τὸ πάχος, [k] παντὸς θυμὸς καταφρονήσει.

§.29. [l] Χειμάρρους ἡ τῶν ὅλων οὐσία. πάντα φέρει. ὡς

surſum deorſum, à ſeculo ad ſeculum, in orbem redeuntia. mens avtem univerſi vel ad ſingula qæqe ſe promovet. qod ſi fuerit, ad qod illa ſe promoverit, tu excipe. vel ſemel operi ſe admovit; reliqa verò per conſeqentiam neceſſariam à primis illis ità profluunt, ut ſerie qâdam continuâ unum qiddam conſtituant. vel atomi & corpora indiviſibilia pro rerum principiis habenda erunt. deniqe; ſi qis Deus eſt, omnia bene ſe habent. ſive temerè ferantur, tu nè temerè feraris, mox futurum eſt ut tellus nos omnes condat: deinde & ipſa in alia mutabitur: & iſta in infinitum mutabuntur: & iſta rurſus in infinitum. ſiqidem qi mutationes & alterationes fluctuum inſtar ſibi invicem ſupervenientes, & viciſſitudinum harum celeritatem conſideraverit, næ ille mortale qicqid eſt deſpectui habebit.

§. 29. Torrentis eſt inſtar rerum natura; omnia ſecum abripit. qàm vi-

ANNOTATIONES.

pliciter, *Polit. l. 2. c. 9.* ubi pronunciat, τὴν θρασύτητα πρὸς ὀδὲν τῶν ἐγκυκλίων χρήσιμον εἶναι, ἀλλ' ἐπὶς πρὸς τὸν πόλεμον. *Inſolentiam ad nullam operarum vulgarium utilem eſſe, niſi fortè ad bellum.* Unde & ἐγκύκλιοι dicuntur Iſocrati *de pace*, οἱ τυχόντες ἤτοι ἐπιτυχόντες ἄνθρωποι, *plebeji qivis.* Πλὴν ἐνίων τῶν ἐγκυκλίων ταφὰς ποιῆσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. *Niſi qod hac ita in orbem redibant, ut qotannis publicæ ſepulturæ fierent.* &, Ἐκκυκλεῖν τὸ μυσήριον, *myſterium divulgare & in profanorum avres ſive notitiam efferre.* Clemens *Strom. lib. 7.* δεῖ γὰρ ἐκκυκλεῖν χρὴ τὸ μυσήριον. qod ἐξοχεῖσθαι freqentiùs dicitur. nec eſt verò vero abſimile Marcum eò magìs hoc vocabulo uſum, qò rerum iſtarum, qas tanti faciunt miſeri mortales, non ſolùm τὸ σύνηθες καὶ τὸ γνώριμον, *conſvetum & notum*, ut alibi loqitur, ſed & τὸ ἐντελὲς ſubindicaret. vide *l. 4. §. 38,42.*

Ἄνω κάτω] Ità Plato *Phileb. p. 390. F.* Ἀεὶ γὰρ ἅπαντα ἄνω τι καὶ κάτω ῥεῖ. *Cuncta qippe ſurſum deorſumve ſemper fluunt.* Gregorius Nazianzenus *Orat. pro pauperibus*; Παίζεσθαι ἡμᾶς ἐν τοῖς ὁρωμένοις, ἄλλοτ' ἄλλως μεταβαλλομένοις καὶ μεταβάλλουσι, καὶ ἄνω καὶ κάτω φερομένοις τε, καὶ περιτρεπομένοις. *Ut nos in iis, qæ in adſpectum cadunt, atqe alias aliter mutantur & mutant, ac ſurſum deorſumqe feruntur & invertuntur, eludamur.* & Philo in *vit. Moſis lib. 1. p. 607. C.* Τύχης γὰρ ἀσταθμητότερον οὐδὲν, ἄνω καὶ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πεπλευσάσης. *Nihil enim fortunâ mutabilius, ſuſqe deqe verſante rerum humanarum aleam.* Indè qæſitus Diogeni iocus, qi cùm ἐπὶ πρόσωπον deverſa facie, ſepeliri ſe mandâſſet, apud Laërtium *l. 6. c. 32.* cavſſam qærentibus, reſpondit, ὅτι μετ' ὀλίγον μέλλει τὰ κάτω ἀνασείφεσθαι, qia *pavlò pòſt futurum eſt, ut qa deorſum ſita ſunt, ſurſum vertantur.* qo loco malim ἄνω στρέφεσθαι legere. qomodo & Cambyſes minatus eſt, Αἰγύπτῳ τὰ μὲν ἄνω, κάτω θήσειν. τὰ δὲ κάτω, ἄνω. *Ægypti ſumma reddam ima, & ima ſumma.* Herodotus *l. 3. p. 183.* Qanqam potuit & alluſiſſe Marcus ad Heracliti illud apud Laërtium *l. 9. c. 8.* qò τὴν μεταβολὴν dixit eſſe ὁδὸν ἄνω κάτω. *Mutationem viam eſſe ſupra infraqe ducentem.* Habes *ad l. 4. §. 40.* indè Tertullianus *adv. Marc. l. 2. cap. 28. Qòd enim ait Heraclitus ille tenebroſus, eadem via ſurſum & deorſum*: vide *l. 6. §. 44.*

Ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα] qod Hebræi dicere ſolent, מעולם עד־עולם *à ſeculo in ſeculum. Pſal. 90. v. 2.* & *Pſal. 103. v. 17.* & עד־דר דר *in ſeculum & ſeculum Pſal. 90. v. 1.* & *Pſal. 100. v. 5.* id eſt, *per ſecula qaqe.* Tertullianus *de ſpectac. c. 25. Qale eſt, ex ore qo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere, εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος, alii omnino dicere niſi Deo & Chriſto?* doxologiæ formulas ſolennes reſpexit; ſimul alluſum & ad illud Commodo pugilem agenti acclamatum, referente *l. 72. p. 827. B.* Dione. Νικᾷς, νικήσεις ἀπ' αἰῶνος. *Vincis, vinces per ſecula.* qod & Rigaltius obſervavit. Vult itaqe rerum iſtarum ſemper & eſſe & fuiſſe ſortem & naturam eandem; ut mutationibus & viciſſitudinibus eſſent obnoxiæ, & vertigine perpetuâ ſurſum deorſum ferrentur; talémqe eſſe earum conditionem, ut, qòd de *Forte* ille cecinit, *Triſt. l. 5. El. 8.*

Sit tantùm conſtans in levitate ſua.

Gregorius Nazianzenus *ad cives ſuos in anguſt. conſtitut.* Οὐδὲν ἀκίνητον, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδ' εἰς τέλος ὅμοιον, οὔτε τὸ παρὸν, οὔτε τὸ μέλλον, οὔτε τὸ ἡμίτριτον, οὔτε τὸ ἀλλότριον, οὔτε μικρὸν, οὔτε μεῖζον, οὐχ ὅ, τι ἂν εἴποι τις. καὶ τοῦτο ἴσον ἡ ἀνισότης ἔχει, τὴν περὶ πάντα μεταβολήν. *Nihil motus eſt expers, nihil planum, nihil in finem uſqe ſibi ſimile, non præſens tempus, non futurum, non res noſtra, non aliena, non parvum, non majus, nec deniqe qidqid dicere qiſpiam poſſit. Atqe hoc unum aqale inæqalitas habet, nempe in omnibus rebus mutationem.*

Καὶ ἤτοι ἐφ' ἕκαστον ὁρμᾷ] vide *ad l. 6. §. 36.* & *l. 7. §. 75.* & *ſuprà §. 1.* Hinc avtem Lugdunenſis novam orditur, ſed abſurdiſſimè, ut aliàs ſæpe, periocham.

Ἢ ἅπαξ ὥρμησε] ἢ legendum. eſt enim alterum diſtributionis membrum.

Καὶ τί ἐν τίνι. τρόπον γάρ τινα ἄτομοι ἢ ἀμερῆ] & *qid enim alicui. qodam enim modo atomi* Xylander. qi & locum, ut mendoſum, aſteriſco appoſito notavit. *cuncta indiviſe qodammodo & inſeparabiliter à ſe invicem pendent* Mericus Caſavbonus. qi qid legerit ex verſione ariolari non poſſum. D. Salmaſius καὶ τί ἐν τινὶ. *ſi ſemel*, inqit, *omnia ab æterno direxit*, τὰ λοιπὰ καθ' ἑπακολούθησιν, *reliqa ab illo ſemel conſtituto ordine pendent, & indiſſolubili ſerie invicem connexa ſunt, & ſemper aliqid in aliqo eſt. qia qod ſequitur ab eo qod præcedit generatur, & cauſſa prior ſequentem producit; qia ſic Deus ab initio omnia ordinavit, ſic qodammodo atomi ſunt, non illi Democriti, & Epicuri, ſed alii: qia nimirum inſecabilis ille eſt atqe indiviſibilis ordo rerum ac concatenatio cauſſarum, in qa ſemper ſequens à priore dependet, ut divelli non poſſint nec ſeparari.* Mavult itaqe ἄτομα, qàm ἄτομοι. Adjicere liceat & conjecturam noſtram. τρόπον γάρ τινα ἀεὶ τὶ ἐν τινὶ, vel, καὶ ἕν τι τρόπον τινὰ γίνεται, ἢ ἄτομοι καὶ ἀμερῆ. *vel reliqa à primis illis pendent, atqe ex ſerie hac continua unum qid conſit, avt atomi atqe inſecabilia corpora pro rerum initiis ſubſtituenda erunt.* In hanc ſuſpicionem eò magìs propendeo, qia diſtributio iſta Marco ſolens eſt. vide *infrà §. 37.* & *l. 4. §. 3.* ἤτοι πρόνοια ἢ ἄτομοι. & *l. 10. §. 6.* D. Bootius καί τι ἐν γίνεται, legit. & *unum qiddam fit, ſicut catena ſcilicet una conſtat ex annulis pluribus ſibi invicem annexis.* ità de genere humano generationis vi virtuteqe perennante, Plato *de leg. l. 3.* τ' αὐτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γενέσει.

Τρόπον γάρ τινα] ità *l. 6. §. 38.* Τρόπον γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται. *Qàmqe ad ſe invicem connexionem habeant.*

Εἰ τις θεὸς, ἓν ἔχει πάντα] vide *ad l. 2. §. 11.*

Εἰ δὲ εἱκῇ μὴ σὺ εἱκῇ] vide *l. 6. §. 44.* atqi contrà planè Jocaſta in Sophoclis *Oedip. Reg.*

Τί δ' ἂν φρονοῖτ' ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης
Κρατεῖ, πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής;
Εἰκῇ κράτιστον ζῆν, ὅπως δύναιτό τις.
Qid qiſqe curet, qando fortuna omnia
Verſat, nec ulla ſupera eſt providentia
Nota? optimum eſt ergò vivere ut caſus tulit.

Ἤδη πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει] Ità *lib. 6. §. 59.* Ὁ αἰὼν πάντα καλύψει. *Ævum omnia condet.* Heſiodus aliqoties.

Αὐτάρ ἐπεὶ κὴ τοῦτο γένος καλὰ γαῖα κάλυψε.
Verùm poſtqam hoc genus terra abſcondit.

Hinc Nicoclis dictum, εὐτυχεῖς εἶναι τοὺς ἰατρούς, *felices eſſe medicos*, ὅτι τοὺς μὲν ἐπιτυχίας αὐτῶν ὁ ἥλιος ὁρᾷ, τοὺς δὲ ἀποτυχίας, ἡ γῆ καλύπτει. *qia felices qidem illorum ſucceſſus ſol aſpicit, infelices verò terra condit,* Antonius *collect. l. 2. c. 56.*

Τὰς ἐπικυμαίνουσας] vide *ad l. 7. §. 34.* Flaccus *l. 2. Ep. 2.*

—— perpetuus nulli datur uſus, & hæres
Hæredem alterius, velut unda ſupervenit undam.

vide Naſonem *ad l. 6. §. 15.*

§. 29. Χειμάρρους ἡ τῶν ὅλων οὐσία, πάντα φέρει] vide *ad l. 2. §. 17.* & *l. 4. §. 43.* & *l. 5. §. 23.* & *l. 7. §. 19.* Pertinent avtem huc imagines illæ apud Homerum *Iliad. ε'. v. 87.*

—— πολεμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
Χειμάρρῳ, ὃς ἅπαξ ῥέων, ἐκίδνησι γεφύρας.
Τὸν δ' ὔτ' ἀρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχαάουσιν,
Οὔτ' ἄρα ἔρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων,
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιῤῥήσῃ Διὸς ὄμβρος.
Πολλὰ δ' ὑπ' αὐτῷ ἔργα καλὰ ῥήγνυται καὶ ἀλοᾶται.
—— *fluvio inundanti ſimilis*
Torrenti, qi velociter fluens diſſipat pontes:
Quem neqe pontes muniti reprimunt,
Neqe ſepta retinent planitierum latè virentium,
Venientem repente, qando ingruerit Jovis imber:
Multáqe culta præclara juvenum diruta ſunt ab ipſo.

viles autem sunt & mucci pleni, etiam politici isti, &, ut ipsis videtur, philosophicè se gerentes homunculi?

[a] ἐυτελῆ ἢ κ τὰ πολιτικὰ παῦτα, κ, ὡς ὄιεσθ), φιλοσόφως * πραγικὰ ἀνθρώπια, * μυξῶν μεσά

[a] L. 2. §. 12. l. 4. §. 48.
* -φως Lug. ἄν Au.
* - ώτια

ANNOTATIONES.

Et Il. λ'. v. 492.

Ὡς δ' ὁπότε πληθὺν πολεμὸς πεδιόνδε κάλεσσι
Χειμάῤῥους, καὶ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ.
Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας
Εἰσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφύσσεται εἰς ἅλα βάλλει.

Perinde autem ac inundans fluvius in campum descendit
Torrens de montibus, auctus Jovis imbre,
Multas verò quercus aridas, multásque piceas
In se rapit, magnámque copiam sordium in mare volvit.

Et Maro Æneid l. 2.

Non sic aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exit, oppositásque evicit gurgite moles;
Fertur in arva furens cumulo; campósque per omnes
Cum stabulis armenta trahit. —

& l. 12.

Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in aquora currunt
Quisque suum populatus iter. —

Τὰ πολιτικὰ ταῦτα, κὴ ὡς ὄιεσθ, φιλοσόφως πραγικὰ] *Philosophicè agentes* Xylander. rectè. sicut l. 2. §. 10. φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος. Certè tam ratione caret, qòd istic φιλοσόφως, qàm qòd illic φιλόσοφος, legi postulat Annotator Lugdunensis. nec Xylandrum tamen probo, qòd ista à se invicem divellit, quæ conjungenda potiùs fuerant, cùm de eisdem efferantur: probo, qòd ex commate prægresso τὸ ὡς ἐκ τῦ κοινῦ repetat, ut pleniùs expressum sic legatur, κὴ, ὡς ὄιεσθ, φιλοσόφως πραγικὰ ἀνθρώπια, ὡς μυξῶν μεσά. *Sophistas* scilicet Marcus hîc perstringere videtur, de qibus Julianus Imperator *Ep.* 42. Βέλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὧ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι. κὴ τὸ καλὰ σοφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. εἰ μὲν ἔν ἀληθὲς ἢ μὴ, τῦτο ἀφείσθω νῦν. *Non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, & ad se philosophiam de administrandis rebuspublicis pertinere contendunt. Hoc verum sit, necne in præsentia omitto.* vel (qòd magìs reor) *politicos* illos, qi sapientiæ nomine lavdari solent, qosque ideo à *Sophistis* distingvi vult Dio Prusæus *de regn. Orat.* 4. *pag.* 81. Ξεναγοὶ γὰρ κὴ σοφισαὶ κὴ δημαγωγοί. λέγω δὲ διαιρῶν τριττύς τε κὴ σοφισὰς, κὴ πολιτικὺς ἄνδρας, ἀπὸ τῶν εἰρημένων. *Hospitum enim seductores sunt & rhetores & sophistæ. Hoc autem dico distinguens duces exercituum, sapientesque & politicos viros à jam dictis.* locum eò magìs, qò expurgem, adduxi. qis enim non videt, (nec vidit interpres tamen) vocabulum σοφισὰς istinc furcillandum? qomodo enim *Sophistas* à *Sophistis* discreverit? vel hos certè qos Prodicus, referente in *Euthydemo p.* 212. *C.* Platone, μεθόρια φιλοσόφῳ τε ἀνδρὸς κὴ πολιτικῦ, *viri philosophici ac politici conterminos.* dixerat. Οἰονται δ' εἶναι, inqit ille, πάντων σοφώτατοι ἀνθρώπων. πρὸς δὲ τῷ εἶναι, κὴ δοκεῖν πάνυ παρὰ πολλοῖς. *Putant se omnium hominum sapientissimos esse, atque ità à pleriſque etiam existimari.* ideo avtem & Philosophos & Sophistas etiam infensos habebant, qòd utrumqe genus hoc, si in existimatione foret, luminibus suis obfecturum videretur. istis verò in ordinem redactis, ἀναμφιῤῥήτως ἤδη παρὰ πᾶσι τὸ νικητήρια εἰς δόξαν ὄισεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σοφᾶς σοφωτάτας, &c. *Sine controversia sapientia gloriam se apud omnes summam reportaturos. Esse namqe se revera sapientissimos,* &c. habes μύξων de qa Marcus. Et mox. Σοφοὶ δὲ ἡγεῖσθαι εἶναι, πάνυ εἰκότως. μερίμνας μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἴσχειν, μερίμνας δὲ πολιτικῶν, πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου. μερίζειν γὰρ ἀμφοτέρων ὅσον ἔδει, ἐκτὸς δὲ ὄντες κινδύνων καὶ ἀγώνων καρπῦσθαι τὴν σοφίαν. *Quod verò sapientes sint, ex eo consentaneum videri volunt, quod satis habeant philosophiæ, satis etiam civilis peritiæ, & quantum oportet sint utriusque participes, & extra turbulentos civilium negotiorum tumultus positi sapientiæ fructibus jucundè fruantur.* Itaqe illud ὡς ὄισεσθ, ut videtur, duplici ratione potest intelligi; vel, *ut ipsi de se opinantur,* aliósqe volunt opinari, vel etiam, *ut aliis* havd pavcis, falsò tamen, videtur. Neqe enim revera *Philosophos vivunt*; sed *Philosophos agunt*: hoc est philosophos simulant, & simiarum more imitantur, cùm nihil sint minùs. Ideo Plato in *Sophist.* τὸν σοφιστὴν definivit: μιμητὴν τῦ σοφῦ. qasi *philosophi* sive *sapientis simiam* dixisset. qomodo Regulus ille *omnium bipedum* ipse *neqissimus*, Rusticum, hominem verè integerrimum, malitioſe insectatus, *Stoicorum simiam* appellavit. Plinius minor l. 1. *Ep.* 5. sed & Lucianus istiusmodi homines vocat πιθήκους, ἀπ' ἄκρα χείλους φιλοσοφοῦντας, κ, ἕτερον μὲν ἐν φρενὶ κεύθοντας, ἄλλο δὲ λέγοντας. *simias, extremis labiis philosophantes, & aliud quidem mente occultantes, aliud verò dicentes,* qos eosdem & Gregorius Nyssenus *Orat. de profess. Christ. pag.* 701. *C.* πιθηκώδεις ψυχὰς, *simiarum similes animos,* appellat, οἱ διὰ μιμήσεως ἐσχηματισμένης τὸν Χριστιανισμὸν ὑποκρίνονται, *qi per fictam imitationem Christianismum simulant.* μόρφωσιν ἔχοντες ἐυσεβείας. τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἀρνούμενοι. *Habentes formam pietatis, sed qi vim ejus abnegárunt.* uti Apostolus *ad Timoth. Ep.* 2. *c.* 3. *v.* 5. vide *ad l.* 10. §. 8. Tales D. Christus in Pharisæis ὑποκριτὰς etiam nuncupavit Matth. *c.* 6. *v.* 2. & *c.* 23. *v.* 23, 25. id est, *histriones, scenicos.* Basilius Cæsar. *Orat.* 1.

A *p.* 322. *B.* Ὑποκριτὴς, ὁ ἐν θεάτρῳ, ἀλλότριον πρόσωπον ὑπέλαθών, δῦλός ἐν πολλάκις τὸ τῦ δεσπότου, κ ἰδιώτης τὸ τῦ βασιλέως. *Histrio, qi in theatro personam sustinet alienam, sæpe heri, quam sit servus: aut regis, quam sit privatus.* & Isidorus Pelusiota *l.* 1. *Ep.* 427. Ἔστις τοῖς μὲν πάθεσι ζῇ, τῷ δὲ ταῦτα νικρώσεσιν τὰ ὅπλα φορεῖ, ἔοικε τοῖς ἐν σκηνῇ ἀλλότρια παίζουσι σχήματα, οἷς ἐπεγγελῶσιν οἱ θεαταὶ ὡς ἀρτιμένοις τῶν σχημάτων τὰ πράγματα. *Qod si qis cum vitiosis affectibus rivat, ejus tamen, qi eos extinxit, arma gestat, iis similis est, qi in scena habitus alienos per ludum gerunt: qos spectatores rident, ut qi res eas, qa specie ac gestu exprimuntur, minimè in*
B *se agnoscant.* Qod & Lucianus in *Apolog. Tom.* 1. *pag.* 487. Οἱ τραγικοὶ ὑποκρίται, ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς, Ἀγαμέμνων ἔκαστος αὐτῶν ἢ Κλέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἶσιν. ἔξω Πῶλος, ἢ Ἀριστόδημος, ἀποθέμενοι τὰ προσωπεῖα, γίγνονται ὑποκριθέντες τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες, κὴ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ μαστιγούμενοι, ὡς ἐν τῷ θεάτρῳ δοκῇ. *Tragœdiarum actores, qorum qisque in scena qidem est, vel Agamemnon, vel Creon, vel ipse Hercules: extra vero Polus, aut Aristodemus, depositis personis fiunt mercenarii tragœdiæ actores, qi excidunt, & exsibilantur, & qorum aliqi nonnunqam flagris caduntur, ut spectatoribus visum fuerit.* & Joannes Chrysostomus *in Matth. Orat.* 21. *p.* 254. *B.* ra-
C tionem reddens nuncupationis Dominicæ; Ὁ μὲν ὑποκριτὴς μέχρι τότε φαίνεται λαμπρὸς, ἕως ἂν τὸ θέατρον καθῆται. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε, παρὰ πᾶσιν. ἴστασι γὰρ οἱ πλείους τῶν φαινομένων, τίς ἂν τίνα ὑποκρίνεται. πλὴν ἀλλὰ τῷ θεάτρῳ λυθέντος, σαφέστερον ἅπασιν ἀναλάμπει. *Tamdiu clarus appàret histrio, qamdiu assistit spectantium multitudo, imo nec tunc qidem coram omnibus clarus est. Norunt enim videntium plurimi, qis qum sit, qem esse se simulet. Verùm tamen theatro illo subitò dissoluto, qalis sit manifestissimè omnibus revelatur.* qod Seneca *Ep.* 76. *Hi, qibus sceptrum & chlamydem in scena fabulæ assignant, cùm præsente populo elati incesserunt, & cothurnati, simul exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt.*
D Dio Prusæus qi & Chrysostomus *Orat.* 38. *pag.* 480. Ἐν ταῖς θείαις τίς ὑμῖν ἀληθῶς εἶναι δοκεῖ βασιλεὺς, ἢ τύραννος ἢ θεός; καί τοι ταῦτα πάντα καλοῦνται, κ ὐκ ὀνόματα μόνον ἔχουσι θεῶν, ἀλλὰ κὴ πρόσωπα, κὴ στολάς. κὴ κιθαρίζουσι πολλὰ, ὡς ἐκεῖνοι. τῷ δὲ ποιήματος συνεισελθόντος, ἀπέστω τὸ μηδὲν ὄντες. *In spectaculis num qis illis vobis verè videtur esse rex, aut tyrannus, aut Deus? Atqi ita vocantur: & non nomina tantum deorum habent, sed etiam personas, & vestes, multáqe præcipiunt, ut illi: acta autem fabulâ, abeunt nihilqe sunt.* Histriones igitur reges agunt, cùm nihil in se regium habeant; at Sophistæ etiam βασιλεύειν διδάσκειν, alios *artem regendi edocturos* se profiten-
E tur, (qemadmodum & Protagoras Platonicus *p.* 222. *E. politicam, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη τις καὶ πράττειν, καὶ λέγειν, qa civitatis negotia qis optimè transigit & agendo & dicendo,*) οἱ ὐχ ὅπως βασιλεύειν, ἀλλ' οὐδὲ ζῆν ἔασιν, *cùm ipsi interim nec vivere, nedum regnare nôrint.* Qin & qod Petrus Apostolus *Ep.* 2. *c.* 2. 19. de pseudonymis doctoribus; ἐλευθερίαν ἄλλοις ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. *Aliis libertatem polliceri, cùm sint ipsi vitiorum mancipia.* ità sapientiam pollicebantur sophistæ isti, cujus ipsi nè
F micam qidem penes se habebant; & eò minùs, qò plus habere se opinabantur. qod rex sapientissimus monuit, *Prov. c.* 26. *v.* 12. Ὅσοι γὰρ ἂν ἀμαθεῖς ὦσιν, πεισθῶσι σοφοὶ εἶναι, ἔστι πολὺ εἰσιν ἀθλιώτεροι τῶν ἄλλων ἁπάντων. καί ἐσι τοιῦτο τὸ τῶν σοφιστῶν γένος. *Nam qi sunt indocti, persvadent tamen se doctos esse, hi multo sunt miseriores aliis omnibus hominibus: & tale est sophistarum genus.* Dio *Orat.* 10. tales erant, talésque faciebant illos, qi in disciplinam eis sese dabant. vide *ad l.* 1. §. 16.

Ἀνθρώπια] *homunciones* Xylander. rectè. legendum ergò ἀνθρώπια. nam ἀνθρώπια, *humana.*

Μυξῶν μεσά] *Muci pleni* Xylander. *gravitatis affectatæ pleni* Mericus Casavbonus. ut alluserit Marcus ad proverbium illud, Βαβαὶ μύξος, περὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχούντων, *Papæ myxus, de gloriantibus & magna jactantibus,* usurpatum; Svidas. de qo Salmasius *ad Tertull. Pall. deducunt perperam* (Svidam notat) *à Myxo Cereris sacerdote.* at μύξος est μυξώδης. & μύξα, βλίνα, κόρυζα. κόρυζαν *pro tumore, superbiâ, jactantiâ dixere.* Sed & μύξων *pro eodem. inde* μύξος, ἀλαζών. itaqe *arrogantiæ* ac *fastûs*, malim reddere, sicut Marcus alibi, καὶ μετ' ὀλίγα τύφῳ *l.* 11. §. 18. qàm *gravitatis affectatæ*, pleni! qanqam συμπτυφία, qod seqitur horsum spectare videatur. Cæterùm habere locum hic posset alter vocabuli istius usus etiam proverbialis, qo μυξώδεις καὶ βλιννώδεις, & μύξης sive κορύζης μεστοὶ, fatui stupidíqe dicuntur; & μύξα sive κόρυζα pro
H stuporis indicio habetur. Ità apud Platonem *Polit. l.* 1. *pag.* 582. *B.* Thrasymachus Socrati stuporem objiciens, percontatur illum, nutricem habeat necne, ὅτι τοι, inqit, σε κορυζῶντα περιορᾷ, κὴ ὐκ ἀπομύττει δέοντος. *Qoniam te gravedine laborantem despicit, & non emungit, cum tamen indigeas.* In Luciani item *votis* Timolaum subsannans Lucianus *pag.* 514. Καί τοι ἐνὸς τῶν ἀναγκαιοτάτων προσδεῖ, ὅς σε παύσει μαχόμενον,

a L. 8. §. 26. ἄνθρωπε, ἃ τί ποτε ποίησον, ὃ νῦν ἡ φύσις ἀ-
44.
b L. 8. §. 32. παιτεῖ. b ὄρμησον, ἐὰν διδῶται, καὶ c μὴ περι-
c L. 8. §. 1. σκέπτε, εἴ τις ἔσεται. μηδὲ τῇ Πλάτωνος
d L. 5. §. 9. πολιτείαν ἔλπιζε. ἀλλὰ d ἀρκοῦ, ἐὰν τὸ βραχύτατον
προέῃσι. καὶ τοῦτο αὐτὸ τῇ ἕξει σον, ὡς ἐὰν μικρόν τι

id agas, ô homo, qod nunc te poscit natura. aggredere, qatenus tibi datur. nec circumspice, nunqis adsit, qi advertat. nec Platonis rempublicam expecta. verùm sufficiat tibi, si vel parùm admodum res processerit; nec vel hoc ipsum parvum qiddam existima-

ANNOTATIONES.

τα, τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας. *Atqi unus, isqe maximè necessarius deest, qi te à stultitia cohibeat, stupore hoc multo detersо.* Idémqe in *Pseudomant. pag.* 760. Τοῖς ἰδιώταις καὶ κορύζης μισοῖς τὴν ῥῖνα τεράστιον. *Idiotis, & qibus obsita muco essent nares, prodigiosum.* Et in *Philopseud. pag.* 332. Ἐι μὴ πάνυ τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς εἶην. *Nisi naribus adeò sum mucosis.* Nec secùs ferè Epictetus, *lib.* 2. *c.* 21. dixit; Κορύζης μεστὸς εἰς τὴν σχολὴν εἰσίεχομαι, μόνην τὴν ἱστορίαν μαθησόμενος. *Muco nares oppletus scholam ingredior, historiam tantùm cogniturus.* Latinis pariter *mucidus* pro *stupido, fatuo.* Plavtus *Epid.* 3. 4.

— *homo es,*
Qi me emunxisti mucidum, minimi preti.

Frustrà enim est Pareus, cùm de *opulento* dici censet, *cui mucus* scilicet *as est.* imò, tanqam de homuncione, cui *mucoris plenus nasus,* qiqe *consilii omnis expers est,* ut rectè Lambinus, prægressa docent.

Senex, tibi os est sublitum planè & probè.

nec aliâ ratione ejusmodi hominem *blennum* dixere. Festus.

Blennos stultos esse Plavtus indicat.

(*Bacchid.* 3. 1.)

Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucconcs.

Lucilius *sat.* 30. citante Nonio, apud qem *plenus*, pro *blennus* corruptè legitur;

Deblaterat blennus. —

nam Βλίττα, μύξα. Βλιτνὸς, νωθὴς, μωρός. Hesychius. Cùm igitur pituitæ crassæ, qâ nares obstrui solent, copia nimia mentis aciem obtundere sensibúsqe officere censeatur, indè natum; ut sicut *emuncta naris* hominem, qod de Lucilio Flaccus, *serm. lib.* 1. *sat.* 4. pro acris ingenii, exactíqe judicii dicebant: ità contrà *naris obesa*, qod idem *epod.* 12. usurpavit, pro stolido stupidóqe in usu esset. Verùm contextûs series illò potiùs inclinat, eodémqe ipse. Respexerit avtem forsan Marcus ad illud Epicteti, qi *dissert. l.* 3. *c.* 22. de Cynicam professionem ementito, cùm re verâ nihil minùs præstaret, Μύξα γίνεται, ἄλλο δ' οὐδέν. *Mucus erit, præterea nihil.*

Τί ποτε ποίησον, ὦ τῦν σε φύσις ἀπαιτεῖ] Post τί ποτε distingvit Interpres Anglicanus, & erotematicè legit, τί ποτε; *O homo, qid negotii facessis tibi?* Xylandrum forsan secutus, qi sic prior reddidit: *Qid faciendum? qod nunc natura poscit, eô contende,* &c. Verùm contextûs series ista vix admittit, & distinctiones à Xylandro ipso in contextu positæ respuunt omnino. Verto itaqe, *Facias tandem, ô homo, eorum aliqod, qa ndtura nunc à te exigit.* De mente vide *l.* 6. §. 2. & *l.* 7. §. 54, 55. & *suprà* §. 6. & *infrà* §. 41. & *l.* 10. §. 12, 33. nè eadem identidem appositа denuo navseam pariant.

Μὴ περιβλέπε εἴ τις εἴσεται] Vide *lib.* 1. §. 7, 9. & *l.* 7. §. 58, 67. & *l.* 8. §. 1. Epictetus *lib.* 3. *c.* 24. Μόνον μὴ πόμπευε αὐτήν. μηδ' ἀλαζονεύου ἐπ' αὐτῇ. ἀλλ' ἔργῳ δείκνυε. κἂν μηδεὶς αἰσθάνηται, ἀρκοῦ αὐτὸς ὑγιαίνων καὶ εὐδαιμονῶν. *Cave modò ne eum publicè ostentes, neve te insolenter propter eum geras. Sed re ipsâ ostende, etiam sentiente nemine, tibi satis esse qod valeas, qod beatus sis.* Seneca *Epist.* 79. *Hæc nos oportet agere, & in hoc ire impetu toto, licèt pauci sciant, licèt nemo videat.* Et, *Epist.* 113. *Nihil ad rem pertinet, qàm multi aqitatem tuam noverint.* Optimè Plutarchus *de profect. indic. pag.* 80. *E.* Ἐι γὰρ ἀληθινὸς ἔρως παιδὸς, ἢ γυναικὸς, οὐ ζητεῖ μάρτυρας, ἀλλὰ καρπεῖται τὸ ἡδὺ, κἂν κρύφα κατεργάσηται τὸν πόθον. ἔτι μᾶλλον εἰκὸς ἐστι τὸν φιλόκαλον, καὶ φιλόσοφον συνόντα διὰ τῶν πράξεων τῇ ἀρετῇ καὶ χρώμενον, αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ σιωπῇ μέγα φρονεῖν, ἐπαινετῶν καὶ ἀκροατῶν μηδὲν δεόμενον. ὥσπερ οὖν ὁ καλῶν ἐκεῖνος οἴκοι τὴν θεραπαινίδα, καὶ βοῶν, Θίασαν, Διονυσία, πέπαυμαι τετυφωμένος, ὅτως ὁ ποιήσας τὶ χαρίεν καὶ ἀστεῖον, εἶτα τοῦτο διηγούμενος, καὶ περιρρέων πανταχοῦ, δῆλός ἐστιν ἔχων βλέπων ἔτι, πρὸς δόξαν ἑλκόμενος, ὅπου δὲ τῆς ἀρετῆς γιγνομένης θεατὴς, οὐδ' ὅπως, ἀλλ' ὅταν αὐτῆς ἐν εἰδώλοις καὶ σκιαῖς ῥιμβούμενος, εἶθ' ὥσπερ ζωγράφημα προσιδεὶς ἐπὶ δεῖπνον τὸ πεπραγμένον. *Si enim verus adolescentis avt mulieris amor non requirit testes, sed fructum percipit svavem, etiamsi occultè rem desideratam conficiat: multò magis convenit honesti & sapientiæ studiosum, cùm agendo fruitur virtute, ipsum apud sese tacitum animo efferri, neqe laudatores avditoresve ullos requirere. Sicut ergò ille, qi domi ancillam vocans, clamabat: cerne Dionysia, depositi fastum; ita & is, qi pulcrum aliqod atqe scitum facinus suum passim narrat ac circumfert, satis apertè ostendit se adhuc foras respicere, & ad gloriam trahi, neqe etiamnum verum virtutis se fuisse spectatorem, neqe re ipsâ, sed per somnium umbras ejus & simulacra pervagatum, factum deinde suum veluti picturam spectandum proposuisse.* qemadmodum avtem Plutarchus ab amantibus ico-

A nem traxit; ità Aristides *in Eteoneum Tom.* 1. *p.* 136. à sitientibus. ὥσπερ οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν. *ut qi sitiunt, tacitè bibunt.* qod & Dio Prusæus *Orat.* 27. *pag.* 286. Οἱ διψῶντες τῶν ὁδοιπόρων ἐπειδὰν ἔλθωσιν ἐπὶ κρήνην τινὰ, πίνουσιν ἐπικύψαντες. ἐμπλησθέντες δὲ, καὶ τὸ δίψος ἀποσβέσαντες, ἡσυχῇ ἀπαλλάττονται, οὔτε κράξαντες, οὔτε εἰπόντες τι. *Viatores sitientes, si qando venerint ad fontem aliqem, corpore inclinati toto bibunt: impleti verò, sitiqe restincta, tacitè recedunt, neqe clamantes, neqe dicentes.* vide Epictetum *l.* 3. *c.* 12. *ad l.* 1. §. 7. qi & istos vanæ gloriæ inhiantes, & famæ popularis avcupes avidos, scenicis confert; qi nisi turbâ inspectante non
B agunt. *l.* 3. *c.* 14. Ὡς εἰ καλοὶ τραγῳδοὶ μόνοι ᾄσαι δύνανται, ἀλλὰ μετὰ πολλῶν. *Ut mali tragœdi soli canere non possunt, sed cum multis.* ubi, *mali tragœdi*, Volsius cur redderet, nihil video.

Μηδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἔλπιζε] De Catone Cicero, *ad Attic. l.* 2. *Ep.* 1. *Dicit tanqam in Platonis politia, non tanqam in Romuli fæce, sententiam.* Qod Plutarchus in *Phocione pag.* 742. *E.* sic reddit, ὥσπερ ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ καὶ οὐκ ἐν τῇ Ῥωμύλου πολιτευόμενον ὑποσάθρᾳ. Plato certè qam finxit politiæ ideam, nusqam unqam reperta est, avt repertam usqam unqam iri spes est. Theodoretus *therapevt. l.* 9.
C *tom.* 4. *pag.* 619. *B.* Ἀλλ' ὁ μὲν φιλόσοφος τοιάσδε νόμους ξυνέγραψε. καὶ οὐδένα πέπεικε τῶν ἀνθρώπων οὔ πολίτην, οὔ ξένον, οὐκ ἀστὸν, οὔ χωρητικὸν, οὐχ ἕλληνα, οὔ βάρβαρον, οὔ δοῦλον, οὐκ ἐλεύθερον, οὐκ ἄνδρα, οὔ γυναῖκα, οὐ νέον, οὔ πρεσβύτην, οὐ λόγοις ἐντεθραμμένον, οὐ λόγων ἀμύητον, κατὰ τόσδε βιῶναι τοὺς νόμους. *Verùm hujusmodi qidem leges philosophus tulit, at nulli hominum, ut his viverent legibus, persvasit, non civi, non extraneo, non urbano, non rustico, non Græco, non barbaro, non servo, non libero, non viro, non mulieri, non juveni, non seni, non literato, non rudi & indocto.* Hinc apud Athenæum ille *dipnosoph. l.* 11. *pag.* 508. *B.* Ἔοικεν οὖν ὁ Πλάτων μὴ τοῖς
D ὅπου ἀνθρώποις γράψαι τοὺς νόμους, ἀλλὰ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διαπλαττομένοις. ὥστε καὶ ζητεῖσθαι τοὺς χρησομένους. ἐχρῆν οὖν, ἃ πείσει λέγων, ταῦτα καὶ γράφειν, καὶ μὴ ταὐτὰ ποιεῖν τοῖς εὐχομένοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἐνδεχομένων ἀντεχομένοις. *Videtur sanè Plato non hominibus qi ubivis sunt, leges præscribere, sed iis qos imaginatione finxit, ut qi legibus iis parerent, perqirendi sint. Debuit ergo qa persvadere posset scribere, nec id facere, qod qi obnixè votis aliqid sibi precantur, verùm potius id amplecti & retinere qod accidit & fit qotidie.* qæ postrema eruditus interpres minimè affecutus est. *debuit*, inqit, *Plato imitari non vota facientes, qi impossibilia sæpe optant sibi, sed eos, qi res perfici possibiles suscipiunt, ac moliuntur.* Qanqam iniqior
E forsan hoc nomine Platoni atqe aliis rerum publicarum ideas delineantibus Gregorius Nazianzenus (non solus tamen is) qi *in Julian. invect.* 1, Πῶς δὲ θαυμάζειν ἄξιον τούτους, οἳ λόγῳ πλάττουσι πόλεις τοῖς ἔργοις συσῆναι μὴ δυναμένας; *An non avtem hos suspicere atqe admirari par est, qi civitates etiam, qæ re ipsâ constrvi ac coagmentari neqeunt, sermone fingunt.* Non possum avtem erudito interpreti Anglicano assentiri, qi ista cum seqentibus tanqam ex aliena persona à Marco prolata existimat. Sunt enim Marci ipsius, eum qem alloqitur invitantis ad id qod est naturæ ipsius consentaneum agendum & conan-
F dum, qantum in se est: monentísqe simul animum nè desponderet, etiamsi non possit hominum mores ità refingere, ut reipublicæ Platonicæ inducendæ spes detur, avt eam hominum in bono promovendo consprationem experiri, qæ in ea, qam Plato sibi finxit, republica expectari poterat; sed successibus etiam leviusculis & processibus perexiguis contentus agat, pergátqe nihilominus in instituto. qod idem & de se, profectúqe suo, cuiqe svadere conatur, *l.* 5. §. 9.

Ὡς οὐ μικρόν τι ἐσι] Non est parum, inqit, si vel parum studio tuo proficere poteris, in tam ampla validáqe hominum morúmqe corruptela; si vel supprimere saltem valeas, qod
G corrigere non datur. Siqidem dogmata tenaciùs animi medullis infixa, imis de pulmonibus revellere prorsus, plus qàm Herculeus labor fuerit; qod tamen nisi fiat, nihil liberè ac lubenter, sed servo fucatóqe affectu peragitur, qicqid à talibus præstatur. Malè ista cepit accepitqe Xylander, dum legit Δόγμα γὰρ αὐτῶν τις μεταβάλλει; vertítqe, *Mutat aliqis illorum suum placitum?* sed & Xylandri vestigiis insistens Anglus. cùm τις illud sit ἐρωτηματικόν. *Ecqis enim dogma*, sive *judicium, illorum mutaverit?* Seneca *de ira l.* 2. *c.* 10. *Numqid ille cujus navigium multam, undiqe laxatis compagibus, aqam trahit, navis ipsiqe navigio irascitur? Occurrit potius,* & *aliam excludit undam, aliam egerit, manifesta foramina percludit, latentibus,* & *ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit: nec ideo intermittit, qia qantum exhavstum est, submascitur. Lento adjutorio opus est contra mala continua* & *facunda; non ut desinant, sed nè vincant.*

Au-

maveris. nam dogmata hominum qis mutaverit? & tamen absqe his mutatis, qid aliud supererit, nisi ingemiscentium, dum obsequium simulant, servitus. age nunc, & Alexandrum, Philippum, Demetrium Phalereum mihi refer. viderint illi, an qid natura communis poscat, nôrint, & ad hujus dictamen sese instituerint. sin tragicè semet ostentârint, qis ad illorum imitationem me addixit? simplex qiddam & modestum est philosophiæ opus. noli me ad fastum insolentem abducere.

§. 30. Intuere desuper armenta innumerabilia, & ritus innumerabiles, & navigationis omne genus, in procellis, in tranqillo mari, & rerum præteritarum, præsentium, decedentium differentias. considera & vitam qæ sub aliis olim est acta, qæ post te erit transigenda, qæqe apud gentes barbaras jam agitur. & qàm multi sint, qi nec nôrint nomen tuum; qàm multi, qi mox ejusdem obliviscentur; qàm multi, qi cùm te nunc lavdent, mox vituperaturi sint. qod deniqe, neqe memoria, neqe gloria, neqe ejusmodi qicqam æstimatione ullâ dignum est.

§. 31. Mentis tranqillitas tibi sit in eis, qæ ab externa cavsſa proficiscuntur. justitiæ ratio in eis qæ ab interna efficiuntur. hoc est: intentio tua actióqe omnis hunc solum sibi finem propositum habeat, ut ad societatem humanam qod conducat fecerit, utpote qod naturæ tuæ consentaneum existat.

§. 32. Supervacanea multa, qæ molestiam tibi pariunt, præcidere, cùm in opinione tua tota sita sint, animúmqe angustiis exemptum plu-

ἐστι, ἀφανοῦ. [a] δόγμα γὰρ αὐτῶν τὶς μεταβάλλει; χωρὶς ἢ δογμάτων μεταβολῆς, τί ἄλλο, ἢ [b] δειλία γενέντων, καὶ πείθεσθαι προσποιουμένων. ὕπαγε τοῦν, καὶ [c] Ἀλέξανδρον, καὶ Φίλιππον, καὶ [d] Δημήτριον τὸν Φαληρέα μοι λέγε. ὄψονται, εἰ [e] εἶδον, τί ἡ κοινὴ φύσις ἤθελε, καὶ ἑαυτὰς ἐπαιδαγώγησαν. εἰ δὲ [f] ἐτραγῴδησαν, [g] ἀδεὴς με κατακέκραγε μιμεῖσθαι. ἁπλοῦν ἐστι καὶ [h] αἰδήμον τὸ φιλοσοφίας ἔργον. μή με ἄπαγε ἐπὶ [i] σεμνοτυφίαν.

§. 30. [k] Ἀνωθεν ἐπιθεωρεῖν ἀγέλας μυρίας, καὶ πελαγὶς μυρίας, καὶ [*] πλοῦν παντοῖον ἐν χειμῶσι καὶ γαλήναις, καὶ διαφορὰς γινομένων, συγγινομένων, ἀπογινομένων. [l] ἐπινόει δὲ καὶ ὑπ' ἄλλων πάλαι βεβιωμένον βίον, τὸν μετά σε βιωσόμενον, καὶ τὸν νῦν ἐν τοῖς βαρβάροις ἔθνεσι βιούμενον. καὶ [m] ὅσοι μὲν ἀδὲ ὄνομά σε γινώσκουσιν, [n] ὅσοι δὲ τάχιστα ἐπιλήσονται, [o] ὅσοι δὲ ἐπαινοῦντες ἴσως νῦν σε τάχιστα ψέξουσι. καὶ ὡς [p] ὅτε ἡ μνήμη ἀξιόλογόν γε, [q] ὅτε ἡ δόξα, ὅτε ἄλλο τι τὸ σύμπαν.

§. 31. [r] Ἀπραξία μὲν, ὡς τὰ ἀπὸ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμβαίνοντα. δικαιότης δὲ, ἐν τοῖς ἀφ' ἑαυτῷ ἐν σῇ αἰτίαν ἐνεργουμένοις. τελείωσις, ὁρμὴ καὶ πρᾶξις, [s] καταλήγουσα ἐπ' αὐτὸ τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι, ὡς τοῦτό σοι κατὰ φύσιν ὄν.

§. 32. Πολλὰ μικρὰ ἀφιελεῖν τῶν ἐνοχλούντων σοι δύναται, [t] ὅλα ἐπὶ τῇ ὑπολήψει σε κείμενα. καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν ἀφιποιήσεις ἤδη

[a] L. 8. §. 4.
[b] Inf. §. 40.
[c] L. 8. §. 3.
[d] L. 8. §. 25.
[e] L. 8. §. 3.
[f] L. 3. §. 7. l. 5. §. 28.
[g] L. 5. §. 36. l. 7. §. 58.
[h] L. 1. §. 2.
[i] L. 1. §. 9.
[k] L. 7. §. 48; l. 12. §. 24.
[*] πλοῦτον Xyl.
[l] L. 7. §. 49.
[m] L. 3. §. 10. l. 8. §. 21.
[n] L. 4. §. 19.
[o] L. 3. §. 4. l. 4. §. 3.
[p] L. 4. §. 3. 19.
[q] L. 6. §. 16.
[r] L. 7. §. 54. Sup. §. 6.
[s] L. 4. §. 20. l. 5. §. 34. Sup. §. 23.
[t] L. 2. §. 15; l. 11. §. 18.

ANNOTATIONES.

Δειλίᾳ τινόντων καὶ πείθεσθαι προσποιουμένων] Hoc est qod unico verbo Hebræi זוח id est, *mentiri*, pro, *fictè ac mendaciter in obsequium se dedere*. Ità vates rex, *Psal.* 18. *v.* 44, 46. *Populus priùs ignotus mihi, ignarúsqe mei, serviunt mihi: ad ipsum mei avditum obediunt mihi: alienigena mentiuntur* (id est, ut rectè Junius, *mendaciter dedunt se*) *mihi; dum decidente eis* (qasi in talos) *animo, è conclavibus suis coherrescunt.* & *Psal.* 66. *v.* 3. *Propter amplitudinem roboris tui, mendaciter se dedunt tibi inimici tui.* & *Psal.* 81. *v.* 16. *Osores Jova mendaciter se dedissent ei.* sed & vate rege prior Moses, regis instar & ipse, *Devt. c.* 33. *v.* 5. in solenni illa *benedictione* populi sui, *ibidem v.* 29. *Hostes tui mendaciter se dedent tibi.*

Καὶ Δημήτριον τὸν Φαληρέα] Vide *ad l.* 8. §. 25. Hunc avtem, etsi Philosophiam professum, Alexandro ac Philippo adjungit, qia & ipse reipublicæ regimen gloriose satis Athenis tractaverat. ubi & statuæ æreæ 360. eidem publico populi suffragio erectæ sunt; qæ tamen havd longo post intervallo omnes, unicâ duntaxat exceptâ, dejectæ, confractæ, conflatæ sunt. Vide Laërtium *l.* 5. & Diodorum Siculum *l.* 18. sed & Ciceronem *de offic. l.* 1.

Εἰ εἶδον, τί ἡ κοινὴ φύσις ἤθελε] Vide *l.* 8. §. 3.

Οὐδεὶς με καταικίκραικε μιμεῖσθαι] Vide *l.* 5. §. 36. & *l.* 7. §. 58.

Ἁπλοῦν ἐστι καὶ αἰδήμον τὸ φιλοσοφίας ἔργον] *Simplex ac modestum.* Adversus illud peccant, post Philosophos qosdam, qi subtilitate nimiâ philosophiam totam deartuârunt & delumbârunt; Scholastici nostri, qi argutiis, tricis, & qæstiunculis spinosis Theologiam totam implexam & involutam nobis dederunt: adversus istud cùm Sophistæ ἀλαζόνες, tum & Cynici ἀναιδεῖς.

Σεμνοτυφίαν] Σεμνοτυφία, vocabulum vix alibi lectum, ἢ μετὰ τύφου τινὸς σεμνότης. Philo *in Flaccum pag.* 965. *D.* Ἃ δὲ λαμπροτέρων καὶ βασιλικὴν εἶχε φύσιν, μετὰ πλείονος παῤῥησίας ἐπεδείκνυτο. ὅσον, σεμνότερον ἦγεν αὐτόν, ἄρχοντι δὲ ἀνοικειότατον ὁ τύφος. *Sed qæ magnificam regiámqe declarant indolem, elucebant manifestius. Gerebat se pro dignitate, fastu non indecoro nec inutili magistratui. Gravitatem fastuosam,* sive σεμνοτυφίαν in Constantio his verbis depingit Ammianus *l.* 16. *Insidebat aureo solus ipse carpento; Augustúsqe sanctis vocibus appellatus, vocum lituorúmqe intonante fragore, talem se, tamqe immobilem, qalis in provinciis suis visebatur, ostendit. nam & corpus perhumile curvabat portas ingrediens celsas, & velut collo munito rectam aciem luminum tendens, nec dextrâ vultum, nec lævâ flectebat, tanqam figmentum hominis: non cùm rota concuteret nutans, nec spuens, aut os aut nasum tergens vel fricans, manúmve agitans est visus un-*

qam. Qæ eadem per totam vitam observâsse, avtor est idem *l.* 21.

§. 30. Ἀνωθεν ἐπιθεωρεῖν] Vide *l.* 7. Est avtem istud argumentum totius *dialogi* Lucianici illius, qem ἐπισκοπῶντας ea de cavsſa inscripsit. Sed & *somnii Scipionis* Ciceroniani partis non contemnendæ.

Καὶ πλοῦν παντοῖον] *Omnis generis divitias.* Xylander πλοῦτον. sed seqentia refutant, ἐν χειμῶσι, ἐν γαλήναις.

Ἐπινόει δὲ καὶ τὸν ὑπ' ἄλλων πάλαι βεβιωμένον βίον] vide *l.* 7. §. 49. Hoc avtem historiæ beneficio cumprimis datur; de qa Niceras Choniates operis historici initio *pag.* 2. Βίβλων ζώντων, ἡ ἱστορία. καὶ σάλπιγξ περίτρανος, τὰς πάλαι τεθνεῶτας οἷον τῶν σημάτων ἐξανισοῦσα, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθεῖσα τοῖς βυλομένοις. *Liber viventium historia, rerúmqe gestarum descriptio tuba clangor, qo jam olim mortui, velut è sepulcris excitati, in medium producuntur.* Verùm Marcus hîc potiùs vult nos animo complecti, qàm immensum temporis spatium nos anteceſſerit, qod transactum sit illis, qi & nobis prorsus ignoti, rerúmqe nostrarum itidem ignari fuerint. vide *ad l.* 4. §. 3. τὸ χάος, sed & *l.* 6. §. 18.

Ὅσοι μὲν ἀδὲ ὄνομά σε] vide Boëthium *consol. l.* 2. *c.* 7. *ad l.* 4. §. 3. vide & *l.* 8. §. 21.

Τάχιστα ἐπιλήσονται] vide *ibidem* & *l.* 3. §. 10. & *l.* 4. §. 19.

Τάχιστα ψέξουσι] vide *l.* 4. §. 3. τὸ ἐυμετάβολον.

Οὔτε ἡ μνήμη ἀξιόλογον] vide *ibidem* τὸ κενόν.

§. 31. Ἀταραξία] Idem *l.* 7. §. 54. & *suprà* §. 6.

Καταλήγουσα ἐπ' αὐτὸ] ut nihil aliud reqirat, qàm rectè feciſſe. vide *l.* 3. §. 6. & *l.* 5. §. 34. & *l.* 6. §. 7, 50. & *l.* 7. §. 73. & *infrà* §. 42. καταληκτικῶς διδόναι.

§. 32. Ὅλα ἐπὶ τῇ ὑπολήψει κείμενα] vide *ad lib.* 8. §. 40, 47.

Καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν περιποιήσεις ἤδη σεαυτῷ τὸν ὅλον κόσμον περιεληφέναι τῇ γνώμῃ] Ista pessimè divellit & delumbat Lugdunensis, dum ab illis ἤδη σεαυτῷ novam orditur sententiam, cùm superioribus adnecti mens avtoris liqidò postulat. Meliùs Anglicus à seqentibus, τὸν ὅλον κόσμον. Nevtri tamen assentior. articulum, qi deperisse videtur, interserendo, dictionis seriem continuandam sic sentio. π. εὐρ' περιποιήσεις ἤδη σεαυτῷ [τῷ] τὸν ὅλον κόσμον περιειληφέναι, &c. vide Platonis *Polit. l.* 6. à Marco lavdatum *l.* 7. §. 37.

Πολλὴν εὐρυχωρίαν] qasi *ex angustiis educere te poteris, & in patente te collocare.* Ita Psaltes *Ps.* 18. *v.* 20. *Eduxit me in locum patentem.* εἰς πλατυσμόν. Græci *in latum.* & *Psal.* 31. *v.* 9. *Non concluſisti me in manibus inimicorum meorum; sed in patente*, sive, *in lato, posuisti pedes meos.* ἐν εὐρυχώρῳ, Græci, cui opponitur στενοχωρία, *angustia, ad Rom. cap.* 2. *v.* 9.

a L.7.§.35. ἤδη σεαυτῷ, a * τ ὅλον κόσμον περιληφέναι τῇ
* [τῷ] τὸν γνώμῃ, καὶ τ ἴδιον αἰῶνα περινοεῖν, καὶ τἰὼ ξ κ
b Sup.§.19. μέρ@ ἑκάστ πράγματ@ b ταχεῖαν μεταβολὴν
28.Inf.§.33 ἐπινοεῖν, ὡς c βραχὺ μὲν τὸ ἀπὸ γενέσεως μέχρι
c L.5.§.24. d L.4.§.3. ἀφανίσεως, d ἀχανὲς δ τὸ πρὸ τ γενέσεως, ὡς κ
τὸ μ τἰὼ ἀφάνισιν ὁμοίως ἄπειρον.

e Sup.§.28. 32. §. 33. Πάντα, ὅσα ὁρᾷς, e τάχιστα φθαρήσετ).
f L.8.§.25. καὶ f οἱ φθειρόμενα αὐτὰ ἐπιδόντες, τάχιστα καὶ
g L.2.§.14. l.4.§.50. αὐτοὶ φθαρήσουν). καὶ g ὁ ἐσχατόγηρως ἀποθανὼν εἰς
ἴσον καταστήσει) τῷ πρωΐρῳ.

h Sup.18. 27. §. 34. h Τίνα τὰ ἡγεμονικὰ τούτων, κ πρὸς
* Χολῶσι Lug. οἷα ἐπιτηδεύασι, καὶ σὺν οἷα * φιλοῦσι καὶ τιμῶσι.
γυμνὰ νόμιζε τὰ ψυχάρια αὐτ. ὅτι δεικνῦσι βλά-

rimùm dilatare poteris, si mundum totum & seculum in qo degis, mente complexus fueris, & rei cujusqe sigillatim transmutationem celerem consideraveris, qámqe exiguum temporis spatium inter ortum ejusdem & interitum intercedat; cùm & immensum sit qod ortum præcesserit, & interminatum pariter, qod interitum sit consecuturum.

§. 33. Corrumpentur brevi, qæcunqe vides: corrumpentur brevi, & qi corrumpi hæc vident. & qi senectute extremâ confectus moritur, in eundem statum redigetur cum eo, qi immaturus obiit.

§. 34. Animulas hominum nudas intuere, ut videas, qales mentes gerant, qibus rebus studeant, & qarum cavsſâ alios diligant ac honorent. tum qando vel vituperan-

ANNOTATIONES.

βλίψις καὶ στενοχωρία. Epictetus *l.* 1. *c.* 25. Ὁρᾷς, ὅτι σὺ σαυτῷ στενοχωρίαν παρέχεις, σὺ σαυτὸν θλίβεις; *Nonne vides teipsum tibi circumdare angustias? te à teipso premi?* & mox, Καθόλου γὰρ ἐκείνῳ μέμνησο, ὅτι ἑαυτὸς θλίβομεν, ἑαυτὸς στενοχωροῦμεν. τοῖς, τὰ δόγματα ἡμᾶς θλίβει καὶ στενοχωρεῖ. *Nam illud omnino meminisse oportet, nos à nobis ipsis urgeri, à nobis ipsis in angustias redigi: hoc est, opinionibus nostris urgeri nos & coarctari.* Talem sibi procuraverat στενοχωρίαν Pellæus ille, qi

Æstuat infelix angusto limite mundi,
Ut Gyari clavsus scopulis, parvâqe Seripho.

Juvenalis *Sat.* 10. atqe hoc est verè στενοχωρεῖν τὸν κόσμον, utì Epictetus idem, sed sensu pavlò diverso dixit *l.* 3. *c.* 26.

Τὸν ὅλον κόσμον περιειληφέναι τῇ γνώμῃ] qod *avum animo percurrere*, Seneca *Ep.* 71. vide *l.* 7. §. 47. & *l.* 11. §. 1.

Ἀχανὲς δὲ τὸ πρὸ τῆς γενέσεως;] vide *l.* 4. §. 3, 50. Gregorius Romanus *in Job. l.* 7. *c.* 20. *& immensum est, qod sine termino sequitur; & parum est, qicqid finitur. Longum qippe nobis videri non debet, qod cursu sui temporis tendit ut non sit: qod dum per momenta ducitur, ipso hoc momenta sua qa differunt, impellunt. atqe unde teneri cernitur. indè agitur, ut non teneatur.*

§. 33. Πάντα ὅσα ὁρᾷς, τάχιστα φθαρήσονται] vide *ad l.* 2. §. 12. & *l.* 4. §. 48. & *l.* 7. §. 25. Seneca *Epist.* 71. *Omne humanum genus, qódqe est, qódqe erit, morte damnatum est. Omnes qa usqam rerum potiuntur urbes, qaqe alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint, aliqando qaretur, & vario exitu genere tollentur. alias destruent bella, alias desidia páxqe ad inertiam versa consumet, &, magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio absondet, avt in subitam cavernam concidentis soli lapsus abducet. qid est ergò qare indigner, avt doleam, si exiguo momento publica fata pracedo?*

Ὁ ἰσχαλόγηρως ἀποθανὼν] Vide *ad l.* 2. §. 14. & *l.* 4. §. 50. Hieronymus *in Nepot. Si nongentos excederemus annos, & Methusala tempora nobis donarentur, tamen nihil esset praterita longitudo, qa esse desisset. etenim inter eum qi decem vixit annos, & eum qi mille, postqam idem vita finis advenerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transactum omne tantundem est.* Avgustinus *de verb. Dom. Serm.* 42. & *Homil.* 1. & 28. *& de* 10. *chord. c.* 2. *Tota vita brevis est; à prima infantia usqe ad decrepitam senectutem, spatium breve est. Qòd tam diu vixerat, qid Adæ profuisset, si hodie mortuus esset? Si adhuc viveret, & hodie moreretur, qid illi vita longitudo profuisset? qid enim diu est, ubi finis est? qantum est in hac vita, qod erit aliqando finitum? qicqid fuit futurum, ubi prateritum factum est, jam tale habetur, ac si non fuerit.* Gregorius *in Job. l.* 15. *cap.* 2. *Si ab ipso humani generis exortu usqe ad hoc tempus, in qo sumus, mentis oculos ducimus, omne qod finiri potuit, qàm breve fuerit videmus. Ponamus enim qemlibet hominem à primo die mundi conditum, usqe ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam, qam qasi longam ducere videbatur, finire: ecce finis adest, praterita jam nulla sunt, qia cuncta transierunt. futurum in hoc mundo nihil est, qia nullum ad vitam vel brevissimum restat momentum. Ubi est ergò longum tempus, qod inter initium finemqe deprehensum ità consumitur, ac si nec breve unqam fuisset.* Seneca *Ep.* 49. *Modò amisisse te videor: qid enim non modò est, si recorderis? modò apud Sotionem philosophum puer sedi: modò cavssas agere cepi; modò desii velle agere, modò posse. Infinita est velocitas temporis, qa magis apparet respicientibus. Nam ad præsentia intentos fallit; adeo præcipitis fuga transitus levis est. Cavssam hujus rei qaris? qicqid temporis transiit, eodem loco est: pariter adspicitur; unà jacet: omnia indè in profundum cadunt. & alioqi non possunt longa intervalla esse in ea re; qa tota brevis est.* Idémqe *Ep.* 99. *Omnes qantùm ad brevitatem evi, si universo compares, & juvenes, & senes, in aqo sumus. minùs enim ad nos ex omni ætate venit, qàm qod minimum esse qis dixerit. qoniam qidem minimum aliqa pars est; hoc qod vivimus, proximum nihilo est.*

§. 34. Δι' οἷα φιλοῦσι] *qa amant* Xylander. imò, *propter qa amant*, alios scilicet. atqe ità Casavbonus. Lugdunensis χολῶσι. qasi mens esset, *propter qa succensent aliis.* qod χολᾶνται potiùs diceretur.

Γυμνὰ νόμιζε τὰ ψυχάρια αὐτῶν] vide *l.* 2. §. 12. & *l.* 3. §. 11. & *l.* 7. §. 62. Seneca *Ep.* 47. (qam transcripsit, more suo, tacito avtoris nomine, Macrobius *Saturn. l.* 1. *c.* 11.) *Qemadmodum stultus est, qi empturus equm, non ipsum inspicit, sed stratum ejus & frænum: sic est, qi hominem ex veste, avt conditione, qa vestis modo nobis circumdata est, æstimandum putat.* Οὔτε γὰρ ἵππ@ εὐγενὴς κρίνοι' ἂν, ὁ πολυτελῆ σκεύη ἔχων, ἄλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός. οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος, ὁ πολύτιμον ἐσθῆτα κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖ@. *Equus generosus judicabitur, non qidem sumptuosè ornatus, sed eximius naturâ: itidem nec vir honestus, qi opibus pradives, sed qi animâ egregius erit.* Socrates apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. qod Plutarchi nomine exhibet, Antonius *melissæ. l.* 1. *c.* 31. Seneca idem *Ep.* 41. *Qid est stultius, qàm in homine aliena laudare? non faciunt meliorem equm aurei frani.* Et *Ep.* 92. *Qod de veste dixi, idem de corpore qe existima dicere. Nam hoc qoqe natura, ut qandam vestem, animo circumdedit. Velamentum ejus est. qis autem unqam vestimenta æstimavit arculâ? nec bonum, nec malum vagina gladium facit.* Itaqe ut idem *Ep.* 80. *Omnium istorum personata felicitas est. contemnes illos, si despoliaveris. Equum empturus, solvi jubes stratum, detrabis vestimenta venalibus, nè qa vitia corporis lateant. Hominem involutum æstimas? Mangones qicqid est qod displiceat, aliqo lenocinio abscondunt. itaqe ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt. sive crus alligatum, sive brachium aspiceres, nudum jubes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythia, Sarmatiave regem, insigni capitis decorum? Si vis illum æstimare, totumqe scire qalis sit, fasciam solve. Si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus teipsum considera. Qid ad rem pertinent mula saginata, unius omnes coloris? qid ista vehicula cælata?*

— instrati ostro alipedes, pictisqe tapetis;
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro fulvum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorem facere possunt, nec mulam. Idem *Ep.* 87. qod Flaccus, *Serm. l.* 1. *Sat.* 2.

*Regibus hic mos est ubi eqos mercantur, * apertos*
Inspiciunt: nè si facies, ut sæpe, decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem,
Qòd pulcra clunes, breve qòd caput, ardua cervix.
Hoc illi rectè: nè corporis optima lynceis
Contemplere oculis; Hypsæâ cacior, illa
Qæ mala sunt spectes. —

qæ verè mala, qæ mentis mala; hæc enim sola verè mala Stoæ. Nec dissentiunt nostri. Joannes Chrysostomus *Edit. Savil. tom.* 7. *Orat.* 2. Τί πολ' ἐστὶν ἵππου ἀρετή; ἆρα τὸ χρυσοῦν ἔχειν χαλινὸν, καὶ τελαμῶνας τοιούτους, καὶ στρωμάτων δυσμὰ ἐκ σηρικῶν νημάτων συγκείμενα, καὶ τάπητας ποικίλους καὶ χρυσοπάστους καὶ φάλαρα λιθοκόλλητα, καὶ πλοκάμους χρυσοῖς σχοίνοις συμπεπλεγμένους. ἢ τὸ δρομικὸν εἶναι, καὶ εὐσκελῆ, καὶ βαδίζειν εὔρυθμα, καὶ ὀπλὰς ἔχειν ἵππου πρεπούσας γενναίου, καὶ ἀνδρείαν κεκτῆσθαι τὴν ἐν ἀποδημίαις μακραῖς, τὴν ἐν πολέμοις ἁρμόζουσαν, καὶ δύνασθαι καὶ ἐν παρατάξει μετὰ πολλῆς φαίνεσθαι τῆς παρασκευῆ@, καὶ τροπῆς γενομένης σώζειν τὸν ἀναβάτην, οὐκ ἴσθηλον ὄλι ταῦτα ἵππου ἀρετὴ, οὐκ ἐκεῖνα; τί δέ; ὅταν κ ἡμίονον ποίαν φαίης ἀρετὴν εἶναι; ἢ τὸ δύνασθαι μετ' εὐκολίας ἀχθοφορεῖν, καὶ ῥᾳδίως τὰς ὁδὰς διανύειν, καὶ πόδας ἔχειν στερρότητι πέτρας μιμουμένους; μὴ τὸ ἐξωθεῖν αὐτοῖς περικείμενα συντελεῖν τι πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρετὴν αὐτῶν φήσομεν; ὐδαμῶς. ἄμπελον δὲ ποίαν θαυμασόμεθα; τὴν τοῖς φύλλοις κομῶσαν, καὶ τοῖς κλήμασιν, ἢ τὴν τῷ καρπῷ βριθομένην; ποίαν δὲ ἀρετὴν ἐλαίας εἶναί φαμεν; ὅταν μεγάλους ἔχῃ τοὺς κλάδους καὶ πολλὴν τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων κόμην, ἢ ὅτε τὸν οἰκεῖον καρπὸν δεψιλῆ καὶ παυλαχῆ διεσπαρμένον ἐμφαίνῃ; ὥστε δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ποιῶμεν. διαιρετέον τὴν ἀρετὴν τὴν τῶ ἀνθρώπ@, καὶ βλάβην εἶναι ἐκείνην νομίσωμεν, τὴν αὐτῇ λυμαινομένην. τί οὖν ἐστιν ἀρετὴ ἀνθρώπ@; ἡ χρήματα, ἵνα πενίαν δειτῃς. ἡδὲ ὑγίεια

* Ità Lipsius. *Opertos*, vulgo perperam.

tuperando obesse, vel lavdando prodesse cuiqam videntur, qanto cum fastu id faciant.

§. 35. Nihil est aliud amissio qàm mutatio. hac avtem gavdet natura, qæ nihil non rectè facit. ab æterno ista pariter facta sunt; & in æternum alia ejusmodi fient. ecqis ergò dixerit omnia & facta fuisse, & semper factum iri mala? nec penes deos, qi tot fuerint, potentiam extitisse corrigendi ista, qo minùs mundus ad mala ista addiceretur, qibus perpetim teneretur implicitus?

§. 36. Qàm putida est subjecta rei cuiqe materia? aqa, pulvis, officula, sordes. avt rursus, calli terræ, marmora; sedimenta, avrum, ac argentum;

πλειν ψέγοντες, ἢ ὠφελεῖν ἐξυμνοῦντες, [a] ὅση ὄιησις. a L. 11. §. 18.

§. 35. Ἡ ἀποβολὴ οὐδέν ἄλλό, ἐστιν, ἢ [b] μεταβολή. [c] τούτῳ ᾧ χαίρει ἡ τῶ ὅλων φύσις, [d] καθ' ὃν πάντα καλῶς γίνεται. [e] ἐξ αἰῶνος ὁμοειδῶς ἐγένετο, καὶ εἰς ἄπειρον. τοιαῦθ' ἕτερα ἔστιν. [f] ἵ ἂν λέγεις, ὅτι ἐγίνετό γε πάντα, * ὃ καὶ πάντα ἀεὶ καλῶς ἔσται, καὶ [g] ἀδεμία ἄρα δύναμις ἐν τοῖς θεοῖς ἐξευρέθη πώποτε ἡ διορθώσασα τοῦτο, ἀλλὰ καταπεκέρασται ὁ κόσμος ἐν ἀλληλεπαλλήλοις κακοῖς συνέχεσθαι;

b L. 4. §. 3. l. 8. §. 18. c L. 7. §. 18. d L. 4. §. 45. e Sup. §. 28. f L. 12. §. 5. * καὶ ὅτι g L. 10. §. 7.

§. 36. [h] Τὸ σαπρὸν τῆς ἑκάστῳ συγκειμένης ὕλης, ὕδωρ, κόνις, ὀστάριον, [i] γεώδος. ἢ πάλιν πῶροι γῆς τὰ μάρμαρα, καὶ συνεσθίουσι ὁ χρυσὸς, * ὁ ἄργυρος, καὶ

h Sup. §. 14. l. 5. §. 33. l. 11. §. 2. 17. i L. 8. §. 37. k L. 6. §. 13. * [καὶ] ὁ

ANNOTATIONES.

ὑγίεια σώματος, ἵνα φοβηθῇς νόσον. οὐδὲ ἡ τῶν πολλῶν ὑπόληψις, ἵνα ὑπίδῃς δόξαν πονηράν. οὐδὲ τὸ ζῆν ἁπλῶς καὶ εἶχῃ, ἵνα φοβερὸς σοι γένηται ὁ θάνατος. οὐδὲ ἐλευθερία, ἵνα δουλείαν φύγῃς. ἀλλὰ ἡ τῶν ἀληθῶν δογμάτων ἀκρίβεια, καὶ ἡ κατὰ τὸν βίον ὀρθότης. *Quibus nunc qidem præstat equs? an si aveum habuerit frænum, & cingula talia, & stragulorum vincula ex sericeis filis contexta, & tapetes versicolores avróqe distinctos, & phaleras gemmis variegatas, & crinium nexorum nodos avreis funiculis consertos? qàm si ad currendum fuerit aptus, & bona habuerit crura, & concinnè incesserit, & ungulas habuerit generoso eqo convenientes, & sibi fortitudinem comparaverit longis peregrinationibus & bellis aptam, & in prælium etiam potuerit prodire multo animi cum robore, & consciensorem, si terga vertit exercitus, servare? nonne manifestum est his, non illis equm præstare? Qid vero? qibus asmos & mulos præstare dices? nonne si potuerint onus promptè portare, & itinera facilè absolverint, & pedos habuerint petras solliditate imitantes? extrinsecus qa illis accedunt ad propriam illorum præstantiam num dicemus aliqid facere? minimè. Qam verò vineam in pretio habebimus? foliis comatam, & pampinis, vel fructibus onustam? qibus dicimus præstare oleam? cùm magnos habuerit ramos, & multam foliorum comam, vel cùm fructum suum copiosum & ubiqe dispersum exhibuerit? ita profectò etiam de homine faciemus. discernemus hominis virtutem, illámqe vitium esse judicabimus illo corruptam. Qibus igitur homo præstat? non divitiis, ut metuas pavpertatem: neqe corporis sanitate, ut timeas morbum: neqe multorum cognitione, ut mala perspicias dogmata: neqe vita improbâ & temerariâ, ut mors sit tibi formidabilis: neqe libertate, ut fugias servitutem; sed dogmatum verorum studio accurato & vitâ sincerâ.* vide *ad l. 6. §. 40.*

Ὅση ὄιησις] *qa est illa opinio?* Xylander. imò, qòd *l. 11. §. 17.* μεθ' ὕβεως τύφου; *qanto cum fastu?* & *l. 12. §. 27.* μετ' οἰήσεως. grande scilicet ac grave qippiam, & qod magni faciendum sit, fecisse sese opinantur ac præ se ferunt, ubi aliqem vel perstrinxerint, vel collavdárint. atqe hoc est qod Marcus *l. 10. §. 13.* dicit, hos in aliorum lavdibus vituperiisqe φρενάτιοσθαι. Evripides *Glavco*, referente Stobæo *tom. 2. tit. 22.*

Βαρὺ τὸ φάρμα', ὅταν τις ἀνθρώπῳ κακῷ.
Fastus mali hominis, res est intolerabilis.

§. 35. Ἡ ἀποβολὴ οὐδέν ἄλλο ἐστὶν, ἢ μεταβολή] Seneca *Ep. 71. Qicqid est, non erit; nec peribit, sed dissolvetur. Nobis solvi, perire est. proxima enim intuemur: ad ulteriora non perspicit mens hebes.* vide *l. 7. §. 18. 23, 25. & l. 8. §. 18.*

Καθ' ἣν πάντα καλῶς γίνεται] vide *ad l. 3. §. 4.* ἀγαθὰ εἶναι πίστευσαι.

Ὁ καὶ πάντα] ὁ illud Lugdunensis ejecit. ego retineo & expleo; sed & in locum suum, unde excidit, restituo, legendo, καὶ ὅτι.

A *men.* Plutarchus *de igne & aqa pag.* 956. *A.* Ὕδωρ μὲν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτε οὐκ ἦν ἀνθρώποις. οὐδέ τις εὑρετὴς λέγεται θεῶν ἢ ἡρώων. ἡ δὲ πυρὸς χρῆσις ἐχθὲς φασι καὶ πρώην ὑπὸ Προμηθέως [εὑρεταῖ. πρὸ δὲ τούτου] βίος [ἄνευ] πυρὸς, οὐκ ἄνευ ὕδατος ἦν. *At verò dici non poteſt qando aqa caruerint homines: neqe ejus inventor deorum aliqis avt heroum perhibetur. Ignis uſus nuper adeò à Prometheo eſt repertus. Ita ſine igni, non abſqe aqa vita fuit.* ità enim locum illum ſupplendum avtumo. De Conſtantino Calamano Nicetas Choniates in *Manuel. l.* 4. *c.* 5. Ὡς τὸ γένος ἀπισθεσμένος, καὶ χθὲς καὶ πρώην, εἰ ἔστιν ὅλως, ἐγνώρισαι. *Qi obſcurâ familiâ ortus nuper admodum notus eſſe*
B *cæperit.* Pro eodem νῦν καὶ χθὲς dixit Sophocles in *Antigon.*

Οὐ γάρ τοι νῦν τε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κ' οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.
Hæc namqe jura non hodie ac heri vigent.
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent.

Grotius. Ex qo emendandi Plutarchi codices, qi in *Sympoſ. l.* 8. *c.* 9. & *de commun. not. c.* 27. eódem alluſit. & χθὲς καὶ τρίτην, Heliodorus. *l.* 7. *pag.* 359. Τὸ ξένον μειράκιον προτετίμηται ἡμῖν, χθὲς καὶ τρίτην παρεσοδιδυκός. *Peregrinus hic adoleſcentulus prælatus eſt nobis & heri & hodie, obrepens qa-*
C *dam elegantiæ ſpecie.* Expreſſit hoc Catulli in *Epithalamio.*

Sordebant tibi villica
Concubina hodie atqe heri.

νῦν καὶ τοτὲ, Ariſtoteles *polit. l.* 7. *c.* 10. Ἔοικε δ' οὐ νῦν, ἀλλὰ πολὺ πρότερον, τοῦτ' εἶναι γνώριμον τοῖς περὶ πολιτείας φιλοσοφοῦσιν. *Videtur avtem non nunc, neqe pavlò ante hoc notum fuiſſe his, qi de republica philoſophantur.* Hebræi dicunt, תמול ſive שלשום אתמול quod Græci vertunt, cum Marco noſtro, χθὲς, ſive ἐχθὲς καὶ τρίτην, & τρίτην ἡμέραν. *Geneſ. c.* 31. *v.* 2, 5. *Devt. c.* 19. *v.* 6. *Reg. l.* 1. *c.* 4. *v.* 7. & *c.* 10. *v.* 11. & *c.* 21. *v.* 5. & *lib.* 2. *c.* 5. *v.* 2. *Annal. l.* 1. *c.* 11. *v.* 2. ali-
D qando etiam ἐχθὲς καὶ τρίτης. *Reg. l.* 4. *c.* 13. *v.* 5. qanqam laxius iſti, non pro *nuper* tantùm, ſed pro *jam olim* etiam uſurpant. Moſes *Exod. c.* 4. *v.* 10. גם מתמל גם משלשם quod Græci πρὸ τῆς χθὲς, & πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας. Latinus *ab heri & nudiuſtertias.* ſenſus eſt, *unqam antehac.* Cæterùm à priore illa formula havd multùm abludit Platonis illud in *Euthydem. pag.* 190. πέρυσι ἢ πρόπερυσι. Πέρυσι δὲ ἢ πρόπερυσι οὐδέπω ἦσθ σοφώ. *Anno ſuperiori, avt certè abhinc tertio nondum callebant.* Poſteriore Xenophontis illud *Hellen. l.* 3. Νῦν δὴ καὶ πέρυσι. ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νῦν δὴ καὶ πέρυσι. *& nunc & olim iidem ſumus.*

E Τοῦτο δὴ ὃ ἔλαβε, μεταβάλλει, ἐκ ὅ ἡ μήτηρ ἔτεκεν] *Aliud*, inqit, *eſt qod nunc geris corpus, ſed & anima* (cùm aëreum qiddam hoc ſtatuat) *ab eis, qa mater tua enixa eſt*: cùm à cibo, qo veſceris, aëre, qem attrahis, maximam ſui partem, ex qa ea nunc conſtant, acceperint. vide *ad l.* 9. §. 20.

Ὑπόθου δ' ὅτι ἐκεῖνό σε λίαν προσπαλέκει τῷ ἰδίως ποιῷ, οὐδὲν ὄντι, ὁμοίᾳ, πρὸς τὸν νῦν λεγόμενον. Iſtis, ut vitii ſuſpectis, Xylander notam adfixit. Caſaybonus qid ſecutus fuerit, non poſſum ex verſione aſſeqi. mihi aqam hærere agnoſco. interim obſervo verbum προσπαλέκειν qod Stephani Theſavrus ille luculentiſſimus non exhibet, Marco hìc uſurpatum; & in forma paſſiva qam vocant, Galeno, *de ſect. opt. c.* 20. verbis illis;

ita

nihil tamen obſtabit, qo minùs verum ſit qod jam dictum eſt.

§. 8. Nomina tibi ubi ſumpſeris iſta, boni, modeſti, veracis, prudentis, unanimis, magnanimi, cave neqando tranſnomineris, & amittas denuò nomina iſta; celeritérqe (ſiqid tale contigerit) ad ea revertaris. memineris avtem, prudentis nomen tibi denotare ſingularum rerum conſiderationem, animadverſionémqe ſedulam. unaἐδὲν ὅτι ὄιμαι πρὸς τὸ νῦν λεγόμενον.

§. 8. Ὀνόματα θέμενος σαυτῷ ταῦτα, ἀγαθός, εὐδήμων, ἀληθής, ἔμφρων, σύμφρων, ὑπέρφρων, πρόσεχε μήποτε μετονομάζῃ, καὶ ἀποβαλλύεις ταῦτα τὰ ὀνόματα, καὶ ταχέως ἐπάνιε ἐπ' αὐτά. μέμνησο δ', ὅτι τὸ μὲν ἔμφρον, ἐθέλειν τό σοι [b] σημαίνειν [c] τινὸ ἐφ' ἑκάστοις λογιστικὴν ἐπίστασιν, καὶ [d] τὸ ἀπερισπάστως. [b] L. 8. §. 22. [c] L. 8. §. 7. 26. [d] L. 6. §. 53. τὸ

ANNOTATIONES.

ἵνα μὴ δοκῶμεν τῇ λέξει προσπλέκεσθαι. *Nè videamur vocabulo ipſi addicti eſſe*, avt *ei pertinaciter adhærere*. Forſan ergò Marci mens fuerit. *Suppone verò, illud qod à matre traxiſti, iſti ipſi qod nunc geris, & peculiares ſuas affectiones habet, te valde addicere, eidémqe qaſi implicitum tenere, cùm nihil hoc faciat ad id qod nunc dicitur, nec propterea obſtet, qò minùs verum id ſit.* Sed ἐπέχω. locum certè vel vitiatum vel mutilatum ſuſpicor.

Τῷ ἰδίῳ ποιῷ] Vide *l.* 9. §. 24.

§. 8. Ὀνόματα θέμενος] Flaccus *l.* 1. *Ep.* 16.

Tu rectè vivis, ſi curas eſſe qod avdis.

Et mox.

Cùm pateris ſapiens emendatúſqe vocari,
Reſpondéſne tuo, dic ſodes, nomine? — &c.

Vide Epictetum *Diſſert. l.* 2. *c.* 10. De clerico, Hieronymus *ad Nepot. Interpretetur primò vocabulum ſuum, & nitatur eſſe qod dicitur.* Plato *Epiſt.* 4. Φανερὸν δὴ δεῖ ἡμᾶς γενέσθαι, ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι οἱοίπερ φαμέν. *Itaqe conſtare omnibus debet tales nos eſſe qales videri volumus.* Syneſius *de regn.* Χρῆσαι δικαίως τῇ σεμνῇ προσηγορίᾳ τῇ σεμνῇ πράγματος. *Meritò avgustam hanc avgustæ rei appellationem tibi vindicato.* Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα πίστις τῶν πραγμάτων ἐστὶ, τὰ δὲ πράγματα καὶ τῶν ὀνομάτων. *Neqe enim nomina rebus fidem adferunt, ſed res nominibus.* Dio Pruſæus *Orat.* 38. Præclarè Gregorius Nyſſenus *de profeſſ. Chriſt. pag.* 700. *B.* Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἰατρὸς, ἢ ῥήτωρ, ἢ γεωμέτρης καλεῖσθαι ποθήσειεν, οὐκ ἂν δίκαιος τῇ ἀπαιδευσίᾳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐλέγχεσθαι, μὴ ἐυρισκόμενος ἐπὶ τῆς πείρας ὃ ὀνομάζεται. ἀλλ' ὁ καθ' ἀλήθειάν τι τούτων προσαγορεύεσθαι θέλων, ὡς ἂν μὴ ψευδώνυμος ἡ κλῆσις ἐλέγχοιτο, αὐτῷ ἐπιηδεύματι τὴν προσηγορίαν πιστούμενος· τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἴ πως τὸν ἀληθῆ σκοπὸν τῷ Χριστιανῷ ἐπαγγέλματος ἐξετάζοντες ἕυρομεν, οὐκ ἂν ἐλοίμεθα μὴ εἶναι τοῦτο, ἵνπερ τὸ ὄνομα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπαγγέλλεται; ὡς ἂν μὴ τὸ περὶ τῷ πιθήκῳ δίγνωμα καὶ ἡμῖν ἐφαρμόσοις. σπουδάζοιμεν δὲ ἀληθῶς, ὅπερ ὀνομαζόμεθα, τοῦτο καὶ εἶναι διὰ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας. *Qemadmodum enim ſi qis medicus, vel orator, vel geometra vocari deſideràſſet, non admitteret ut propter imperitiam cognomen reprehenderetur, ſi facto periculo is non inveniretur, cujus nomine appellaretur: ſed qi verò harum alicujus profeſſionum nomine appellari vellet, ne falſo ſumpta appellatio convincatur, ipſo ſtudio atqe exercitio fidem faceret appellationi; eodem nos qoqe modo, ſi verum hominis Chriſtiani profeſſionis ſcopum ſcrutando invenerimus, nolumus non eſſe id, qod illud nomen pro nobis pollicetur, ne in nos etiam qadret id qod de ſimia vulgo narratur. Studeamus verè eſſe id, qod nominamur, per ſublimem qoqe vita rationem.* ſubjungit mox de ſimia Alexandrina, apologum, qem & Lucianus *in apologia* narrat: ac concludit deniqe *pag.* 703. *A.* Εἰ μὲν οὖν τὸ μὲν ὄνομά τις τοῦ Χριστοῦ ὑποδύσοιτο, ὅσα δὲ τῷ ὀνόματι τούτῳ συνθεωρεῖται, μὴ δεικνύοι τῷ βίῳ, καταψεύδεται τοῦ ὀνόματος ὁ τοιοῦτος, καὶ τὸ προτεθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα, προσωπεῖον ἄψυχον, ἀνθρωπίνῳ χαρακτῆρι μεμορφωμένον, περιθεὶς τῷ πιθήκῳ. *Si qis igitur nomen qidem Chriſti ſumat, qa verò unà cum hoc nomine conſiderantur, vitâ non exprimat, neqe repræſentet: is nomen ementitur, juxta propoſitam à nobis ſimilitudinem perſonam inanimam humana figura conformatam & aſſimilatam apponens.* Idémqe *de perfect. Chriſt. pag.* 709. *C.* ubi etiam fuſiſſimè hoc idem proſequitur: Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τῷ μεγίστῳ τε καὶ θειοτάτῳ καὶ πρώτῳ τῶν ὀνομάτων γέγονε παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου ἡμῖν κοινωνία, ὥστε τὴν τῆς ἐπωνυμίας αὐτῆ τοῦ Χριστοῦ τιμιότητας Χριστιανὸς ὀνομάζεσθαι. ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πᾶσαν τὰ ἐμμενετικὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ὀνόματα καὶ ἐν ἡμῖν καθορᾶσθαι. ὡς μὴ ψευδώνυμοι ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὴν κλῆσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὴν μαρτυρίαν ἔχειν. ὁ γὰρ ἐκ τοῦ καλεῖσθαί τι τὸ εἶναι γίνεται. ἀλλ' ἡ ὑποκειμένη φύσις, ἐκ δ' ἂν ὕσα ψυχὴ, διὰ τῆς προσφυοῦς τῷ ὀνόματος σημασίας γνωρίζεται. *Quamobrem qum omnium maximum, & divinum, & primum nomen Domini noſtri bonitas impertiverit, ut Chriſti cognomine decorati appellemur Chriſtiani, neceſſe eſt, ut omnia nomina, qa vocem hanc interpretantur, in nobis item conſpiciantur expreſſa, nè falſo vocati Chriſtiani videamur, ſed ex vita teſtimonium habeamus. Neqe enim ex appellatione res fiunt, ſed earum ſubjecta natura, qicunqe tandem illa ſit, apti nominis ſignificatione declaratur.* Ignatius *ad Magneſ.* Πρέπον ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εἶναι. ὁ γὰρ τὸ λέγεσθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι, μακάριον ποιεῖ. *Decet non tantum vocari, ſed & eſſe Chriſtianum. non enim dici, ſed eſſe, beatum*

facit. Ambroſius *de dignit. Sacerd. c.* 3. *Qod ſumus profeſſione, actione potiùs qàm nomine demonſtremus: ut nomen congruat actioni, & actio reſpondeat nomini; nè ſit nomen inane, & crimen immane. Nomen inane*; qia ut Salvianus *adverſ. avar. l.* 4. *Parùm ſunt vocabula, res ipſas non habentia.* Idémqe *de provid. l.* 4. *c.* 1. *Nomen ſine actu atqe officio ſuo, nihil eſt.* Ubi & mox ſubdit denuo, *Vocabula nihil eſſe ſine rebus. Crimen immane*, qia ut idem *ibidem. c.* 7. *Atrocius ſub ſancti nominis profeſſione peccatur. &, c.* 11. *magis damnabilis eſt malitia, qam titulus bonitatis accuſat; & reatus impii eſt pium nomen.*

Μήποτε μετονομάζῃ καὶ ἀπολλύεις] *nè qando iſta nomina amittas* Xylander, ut legendum ſit ἀπολλύοις. alioqi vertendum, *nam aliqando amittis*, &c. Xenophon *œconom. pag.* 852. *B.* Φυλάττῃ γὰρ ἰσχυρῶς, μὴ ἀποβάλῃ τὴν ἐπωνυμίαν, τὸ ἀγαθὸς καλεῖσθαι. *Vehementer enim cavet, ne cognomentum illud, qo vir bonus & honeſtus appellaris, amittas.* Caſſiodorus *l.* 8. *Ep.* 18. *Sumpſiſti nomen ex meritis: cuſtodi, ut ſemper lateris veritate vocabuli. nam cùm omnis appellatio ad declarandas res videtur impoſita, nimis abſurdum eſt portare nomen alienum, aliud dici, qàm poſſit in moribus inveniri.* vide *l.* 3. §. 6. & *l.* 4. §. 16. & *l.* 6. §. 38. & Epictetum *ad l.* 9. §. 37. μετονομάζεσθαι, *tranſnominari.* Svetonius *de claris Gram. c.* 18. *L. Craſſitius cognomine Paſides, mox Panſam ſe tranſnominavit.*

Ἐθέλειτό σοι σημαίνειν] *ſignificare volebat.* id eſt, ſignificabat. Galenus pariter *de affect. dignoſc. & cur. c.* 1. τί ποτε βούλεται σημαίνειν. Et Ariſtoteles *Soph. elench. l.* 1. *c.* 13. Θέλει τὸ μεταξὺ σημαίνειν. *ſignificare vult.* id eſt, ſignificat, σημαίνει. τὸ βούλεσθαι ſæpenumero παρέλκει. Sic Ariſtoteles *polit. l.* 2. *c.* 2. Καὶ βέλτιόν γ' ἦδη πολὶ εἶναι, πόλις, ὅταν αὐτάρκη συμβαίνει τὴν κοινωνίαν εἶναι τῇ πλήθυς. *Et vult qidem tam eſſe civitas, cum habet ſufficientiam multorum ſocietas.* εἶναι βέλτιον. id eſt, ἀληθῶς ἐστι, &c. *eſt revera ſoléque dici.* Sylburgius. & *l.* 5. *c.* 10. Βέλτιον δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ κεκτημένοι τὰς οὐσίας, μηδὲν ἄδικον πάσχωσιν, ὁ δὲ δῆμος μὴ ὀρθίζηται μηδὲν. *Vult autem rex eſſe cuſtos, ut qi divitias habent, nihil injuſtum patiantur, nec etiam populus afficiatur contumeliis. vult eſſe.* id eſt, eſt. Libanius *Orat.* 3. *pag.* 112. *C.* Καὶ κρείττονας φαίνεσθαι τῆς πικροιμίας, ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρίζειν τὴν αἰδὼ βέλτιον. *Ac fore, ut meliores apparerent adagio, qod pudorem oculis definire vult. definire vult.* id eſt, definit. Jacobus *Epiſt. c.* 4. *v.* 4. Ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. *Qicunqe ergò amicus voluerit eſſe mundi, inimicus Dei conſtituitur. qicunqe eſſe voluerit.* id eſt, qicunqe fuerit. τὸ θέλειν pariter uſurpatum reperias, ut *ſuprà.* ſic Plato in *Sympoſ.* ἐὰν ἐθέλῃ παύεσθαι ἡ λύγξ. *ſi ceſſare voluerit.* id eſt, ceſſaverit ſingultus. Evripides *Troad. v.* 26.

Ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,
Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.
Qum enim infelix ſolitudo civitatem occupârit,
Laborat deorum cultus, neqe dii coli ſolent.

ſic Homerus *Il. ά. v.* 91. ἔυχεται εἶναι. *eſt.* Epiphanius *hæreſ.* 66. §. 9. Πλοῖα γὰρ θέλει λέγειν ἥλιόν τε καὶ σελήνην. *Navigia dicit Solem & Lunam.* Joannes *Evang. c.* 7. *v.* 17. Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν. *Si qis voluerit qod ille vult facere.* id eſt, ſi qis fecerit. ità pro eo qod Matth. *c.* 20. *v.* 26, 27. & Marc. *c.* 10. *v.* 43, 44. ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι. *ſi qis voluerit fieri magnus inter vos &c., πρῶτος εἶναι. primus fieri.* Luc. *c.* 22. *v.* 26. habet. ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, & ὁ ἡγούμενος. Diſertiſſimè *Act. c.* 2. *v.* 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; *Qid hoc eſſe velit? Qid hoc ſibi vult?* ſive, *Iſtud, qid eſt?* nos diceremus What may this be. Seneca *de ira. l.* 2. *c.* 9. *qid ſi qis iraſcatur?* & mox, *qid ſi mirari velit.* id eſt, *qid ſi miretur?* utì mox ibidem. vide *ad l.* 4. §. 6. & *l.* 5. §. 22.

Διαληπτικὴν ἐπίστασιν] *ſcientiam de ſingulis rebus percipiendi* Xylander. *percipiendis*, forſan ſcripſerat. meliùs Caſavbonus, *objecti cujuſvis enixam & intelligentem conſiderationem.* ἐπίστασιν, non ἐπιστήμην malim tamen διαληπτικὴν *diſceptativam* reddere. qomodo διάληψιν pro *diſceptatione* Marcus uſurpavit, *l.* 1. §. 10. ἐν τρόπῳ συνδιαλήψεως.

Ἀπερισπάστως] *Sine diſtractione* Caſavbonus. *qi cogitationibus alienis non occupatur* Xylander. imò, *animadverſionem ſedulam, à negligentia & inadvertentia immunem.* id eſt, ut nihil negligat, & minùs animadverſum tranſmittat, ità *l.* 5. §. 5. μὴ παρενθυμούμενος. *non negligens, non neglectim habens.* &

a Sup. §. 6. Inf. §. 11. τὸ ἦ σύμφρον, a τῷ ἐκάστου ἀποδέξιν τῶν ὑπὸ
b L. 5. §. 25. τῆς κοινῆς φύσεως ἀπονεμομένων. τὸ ἦ b ὑπέρ-
c L. 5. §. 26. φρον, τῷ ὑπ' ῥᾳστώνην ἢ φρονοῦντος μορίῳ c ὑπὲρ
λείαν ἢ τραχεῖαν κίνησιν τῆς σαρκός. καὶ τὸ δοξάρεον, καὶ τὸν θάνατον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἐὰν οὖν
d L. 6. §. 2. l. 8. §. 1. διατηρῇς σεαυτὸν ἐν τούτοις τοῖς ὀνόμασι, d μὴ γλιχόμενος ἢ ὑπ' ἄλλων καὶ παῦται ὀνομάζεσθαι, ἔσῃ ἕτερος, καὶ
e L. 7. §. 2. e εἰς βίον εἰσελθοῦσῃ ἕτερον. τὸ γὰρ ἔπι
f L. 4. §. 32. τοιοῦτον εἶναι, οἷος μέχρι νῦν γέγονας, καὶ f ἐν βίῳ τοιούτῳ, παραφόρεσθαι καὶ μολύνεσθαι, λίαν ἐστὶν ἀναισθήτου καὶ φιλοψύχου, καὶ ὁμοίου τοῖς ἡμιθρώτοις θηριομάνimis nomen, exceptionem eorum omnium ſponteneam, qæ à natura communi fuerint aſſignata. magnanimi verò, ſubvectionem mentis ſupra omnem lenem aſperúmve carnis affectum, ſupra gloriolam, ſupra mortem, & ejuſmodi univerſa. Intra nomina igitur iſta ſi te continueris, nec ut alii his te titulis cohoneſtent concupiveris, alius jam futurus es, qàm pridem fueras, aliámqe initurus vitæ rationem. etenim talis perſiſtere, qalis hactenus fueris; & in vita iſtiuſmodi fœdè volutari ac diſcerpi, hominis eſt ſenſûs expertis planè vitæqe nimis avidi, nec beſtiariis illis abſimilis,

qi

ANNOTATIONES.

l. 6. §. 50. *γίνεσθαι ἀπαρεθυμήτους. ſedulò attendere, atqe animum adhibere.* Sunt avtem vocabula iſta porticûs peculiaria, qæqe vix alibi reperias. aliud pavlò videtur, qod *l.* 7. §. 54. *Μήτι ἀκατάλημπτον παρεισρυῇ. Ne qid incompertum clam ſubrepat.*

Σύμφρον] *Prudens* Xylander. *Concors*, potiùs, ſive *conſentiens*, qod & explicatio adjuncta docet.

Τὸ δὲ ὑπέρφρον] in ſeqiorem partem vocabulum hoc ſæpius uſurpatur. ità *ὑπέρφρων, ὁ ἀλαζών, inſolens, arrogans.* Ὑπέρφρων δὲ ἦτος ὁ Πολέμων, ὡς πόλεσιν ἀπὸ τοῦ πρώχοντος, δυνάσαις δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ὑφειμένου, θεοῖς δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου διαλέγεσθαι. *Polemon enim tantâ contumaciâ utebatur, ut cum civibus tanqam præſtans: cum principibus, ut neqaqam inferior: cum Diis, ut æqalis colloqi videretur.* Philoſtratus *in vit. Sophiſt. pag.* 534. qo loco & qàm inſolenter erga Antoninum Pium ſe geſſerit, narrat. Et indè *ὑπερφρονεῖν, ὑπερορᾶν, καταφρονεῖν. contemnere, deſpectui habere.* Thucydides *l.* 3. *pag.* 198. *C.* in *Cleon. Orat.* Πίφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. *Nam & alioqi naturâ comparatum eſt, ut qiſqe eos, à qibus colitur, contemnat: illos qi ſe non ſummiſerunt ad ipſius obſervantiam, admiretur.* verùm hîc cùm de voluptatum, dolorum, mortis ipſius contemptu ac qaſi conculcatione, ſuperatione ſaltem agatur, qomodo & Plutarcho *in Lacon. inſtit.* ἡδονῶν ὑπερφρονεῖν, *voluptates deſpicere*; & τὸ ὑπέρφρον pro *animi ſublimitate* Thucydidi *l.* 2. dicitur: lavdis ac decoris potiùs ſignificatum obtinet. nec diverſo ſenſu τὸ καταφρόνημα καὶ ἡ καταφρόνησις apud eundem Thucydidem eodem *lib. pag.* 148. *B.* in *Pericl. Orat.* uſurpatur: ubi ſuos hortatur, ἵνα τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. αὔχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας ἐντυχὸς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίνεται. καταφρόνησις δέ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πίσυνος τῶν ἐναντίων προέχειν. *Conveniqe adverſus hoſtem ire nos, non modò confidentes, ſed etiam deſpicientes hoſtes. Siqidem confidentia ex improviſa qoqe proſperitate in ignavum etiam aliqem cadit: deſpicientia verò innaſcitur ei, qi ex providentia credit ſe hoſtibus ſuperiorem fore.*

Τὴν ὑπέρτασιν τοῦ φρονοῦντος μορίου ὑπὲρ λείαν ἢ τραχεῖαν κίνησιν] *Evectionem*, ſive *elevationem mentis ſupra omnem voluptatem & dolorem.* uſitata enim eſt Marco periphraſis illa hoc ſenſu, λείας καὶ τραχείας κινήσεως. vide *l.* 4. §. 3. & *l.* 5. §. 26. ὑπέρτασις vocabulum ſatis infreqens. Verùm verbum ipſum *ὑπερτείνειν* crebriùs uſurpatur, eodem ipſo ſenſu, qo nomen hîc ſumitur. Sic enim Ariſtoteles *ethic. l.* 3. *c.* 1. ἃ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει, καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείναι. *qa naturam humanam tranſcendunt, nec ſuſtinere qiſqam poſſit.* Et Thucydides *lib.* 2. Ἀπὸ κεραιῶν δύο ὑπερτεινουσῶν ὑπὲρ τὸ τεῖχος. *Ex duabus antennis murum tranſcendentibus*, ſive *ſupra murum ſe attollentibus.* & indè ὑπερτείνης, τὸ ὑπερανέχον. Svidas.

Μὴ γλιχόμενος τοῦ ὑπ' ἄλλων ταὐτὰ ταῦτα ὀνομάζεσθαι] Flaccus pariter *l.* 1. *Epiſt.* 16.

Vir bonus ac prudens dici delector, ego ac tu.
Qi dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet; ut ſi
Detulerit faſces indigno, detrahit idem.
Pone, meum eſt, inqit: pono, triſtiſqe recedo.
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat laqeo collum preſſiſſe paternum,
Mordear opprobriis falſis? mutémve colores?
Falſus honor juvat, & mendax infamia terret,
Qem niſi mendoſum & mendacem? —

Seneca *Ep.* 59. *Illud præcipuè impedit, qòd citò nobis placemus: ſi invenimus, qi nos bonos viros dicat, qi prudentes, qi ſanctos, agnoſcimus. nec ſumus modicâ lavdatione contenti: qicqid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tanqam debitum prendimus. optimos nos eſſe, ſapientiſſimos, affirmantibus aſſentimur; cùm ſciamus illos ſæpe mentiri. adeóqe indulgemus nobis, ut lavdari velimus in id, cui contraria qàm maximè ſacimus.* Lipſius *cent.* 1. *Epiſt.* 77. *Mihi ſententia de me, niſi apud me, non fertur; nec qis ſim, alios rogo.* hoc eſt qod Apoſtolus ad *Cor. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 3. Ἐμοὶ δὲ ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, καὶ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. *Mihi verò pro minimo eſt, qod à vobis dijudicer, aut ab humano judicio.*

Φιλοψύχου καὶ ὁμοίου τοῖς ἡμιθρώτοις θηριομάχοις] Alluſit A eódem Seneca, qò Marcus iſtîc *Epiſt.* 94. videndus *ad l.* 4. §. 47. Verúm ille moræ tantùm brevitatem notans in mortis dilationem enixiùs expetentibus; Marcus miſeram fœdámqe vitæ ſortem ipſâ morte etiam minùs tolerabilem. de qa & Seneca *Epiſt.* 101. Indè illud *Mæcenatis turpiſſimum votum, qo & debilitatem non recuſat, & deformitatem, & noviſſimè acutam crucem, dummodo inter hæc mala ſpiritus prorogetur.*

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxâ:
Tuber aſtrue gibberum;
Lubricos qate dentes.
Vita dum ſupereſt, bene eſt. B
Hanc mihi; vel acutam
Subde ſuſtineo crucem.

(ità reſtituit, Lipſio feliciùs, puto, Acidalius, qæ corruptiſſima priùs proſtabant) *qod miſerrimum erat, ſi incidiſſet, optatur; & tanqam vita petitur, ſupplicii mora: contemptiſſimum putares, ſi vivere vellet uſqe ad crucem. Tu verò, inqit, me debilites licet, dum ſpiritus in corpore fracto & inutili maneat: deprayes licet, dum monſtroſo & diſtorto temporis aliqid accedat: ſuffigas licet, & acutam ſeſſuro crucem ſubdas. eſt tanti, vulnus ſuum premere, & patibulo pendere diſtrictum, dum* C *differat id qod eſt in malis optimum, ſupplicii finem. eſt tanti, habere animam, ut agam. qid hoc optes, niſi deos facile? qid ſibi vult iſta carnifis effæminata turpitudo, qid timoris dementiſſimi pactio? qid tam fœda vita mendicatio? huic putas unqam recisâſſe Virgilium,*

Uſqe adeóne mori miſerum eſt? —

optat ultima malorum, & qa pati graviſſimum eſt, extendi & ſuſtineri cupit: qà mercede? ſcilicet, vita longioris. qid avtem hujus vivere eſt? diu mori. invenitur aliqis qi malit inter ſupplicia tabeſcere, & perire membratim, & totiens per ſtillicidia D *amittere animam, qàm ſemel exhalare? invenitur qi velit adactus ad illud infelix lignum, jam debilis, jam pravus, & in fœdum ſcapularum ad pectoris tuber eliſus, cui multa moriendi cauſſa etiam citra crucem fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam? nega nunc magnum beneficium eſſe naturæ, qòd neceſſe eſt mori. Multi pejora paciſci adhuc parati ſunt: etiam amicum prodere, ut diutiùs vivant, & liberos ad ſtuprum manu ſuâ tradere, ut contingat lucem videre tot conſciam ſceleram. Excutienda vita cupido eſt: diſcendúmqe nihil intereſſe qando patiaris, qod qandoqe patiendum eſt. qam bene vivas referre, non qamdiu. ſæpe avtem in hoc eſſe bene, nè diu.* Vide *ad l.* 4. §. 40. & *lib.* 8. §. 58. & *l.* 9. §. 2. Auguſtinus *Ep.* 45. E *Qantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur, & mors cùm impendere ceperit, ideò cavetur, ut diutiùs timeatur? qibus excruciantur doloribus, qi curantur à mediis, & ſecantur? nunqid ut non moriantur? non, ſed ut aliqanto ſeriùs moriantur. multi cruciatus ſuſcipiuntur certi, ut pauci dies adjiciantur incerti. Et nonnunqam ipſis doloribus victi continuò moriuntur, qos mortis timore ſuſcipiunt. Et cùm omnino non eligant vitam finire nè doleant, ſed dolere nè finiant, accidit eis ut doleant & finiant: non ſolùm, qia & ſanati utiqe vitam finiunt poſt dolores, qa tantis comparata, nec ſempiterna eſſe poteſt, qia mortalis eſt; nec diuturna, qia tota brevis eſt; nec de ipſo brevi* F *ſpatio ſua ſecura, qia ſemper incerta eſt: verùm etiam, qod aliqando eam dolore finierunt, qam nè finirent, dolere voluerunt.* Sophocles *Ajace:*

Αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τῷ μακρῷ χρήζειν βίῳ,
Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.
Τί γὰρ παρ' ἡμᾶς ἡμέρα τέρπειν ἔχει
Προσθεῖσα, καταθεῖσα τῷ γε καθανεῖν;
Οὐκ ἂν πριαίμην ὠδίνος λόγῳ βροτόν,
Ὅστις * κενοῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.
Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρῆ. πανθ' ἁπλοῦς λόγος.
Optare vitæ ſpatia longæva viro
Deforme, nullum cui levamentum eſt mali. G
Nam qid dies rurſus & rurſus dies
Adjecta prodeſt, amplians ſemper mori?
Me judice nullius pretii eſt homo,
Cui ſpes inanis credulam mentem fovet.

Pul-

* καλοῖσιν Henricus Stephanus.

qi ſemiadeſi, vulneribus ſaniéqe oppleti, in diem craſtinum tamen reſervari ſupplicant, iiſdem ungvibus morſibúſqe iidem ejuſmodi planè objiciendi. tu verò in nomina pavca hæc inde te. & ſiqidem in illis perſiſtere potes, perſiſtas, tanqam in fortunatorum inſulas qaſdam trajectus; ſin excidere, nec ſtatum tueri poſſe te ſenſeris, in angulum aliqem, ubi poſſis aliqid, avdacter te conferas; vel etiam è vita omnino diſcedas, nec iratus tamen, ſed ſimpliciter, liberè, modeſtè, hoc unum duntaxat in vita memoratu dignum executus, qòd è vita ſic exieris. ad nominum avtem iſtorum recor-

χοις, ὅι πνες μεσὸι τραυμάτων καὶ λύθρω, ὠθαλαλῶσιν ὅμως [a] εἰς τὴν ἄνεμον φυλαχθῆναι, παρεβληθησόμθροι τοιῦτοι τοῖς αὐτοῖς ὄνυξι καὶ δήγμασιν. ἐμβίβασον ἓν σαυτὸν εἰς [b] τὰ ὀλίγα ταῦτα ὀνόματα. κἂν μὲν ἐπ' αὐτῇ μένῃν δύνῃ, [c] μένε, ὥσπερ εἰς μακάρων τινὰς νήσους μεταχωρισμένους. ἐὰν δὲ κἄοιθι ὅτι σκῶπτες, καὶ ὡ ωθικρασεῖς, ἄπιθι ταχέως εἰς γωνίαν τινὰ, ὅπου κρατήσεις. ἢ καὶ παντάπασιν [d] ἔξιθι δὲ βίᾳ, μὴ ὀργιζόμενος, ἀλλὰ ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως, καὶ ἀδιημόνως, [e] ἓν γε δὴ τὸ μόνον περάξας ἐν τῷ βίῳ, τὸ ἔτως ἐξελθεῖν. πρὸς μὴτοι τὸ [f] μεμνῆσθαι

[a] L.4.§.15. 47.50.
[b] L.2.§.5.
[c] L.6.§.30.
[d] Inf. §.32. l.8.§.47.
[e] L.6.§.2.
[f] L.3.§.11.

ANNOTATIONES.

Pulcram agere vitam, nobilem, avt pulcrè decet
Obire. habes qodcunqe dicendum fuit.

Grotius. Idémqe *Electrâ*:

Τί γὰρ βροτῶν ἂν τοῖς κακοῖς μεμιγμένον,
Θνήσκειν ὁ μέλλων τῷ χρόνῳ κέρδος φέρει;
Morte appetente, qem cingunt hominem mala,
Dilatio brevicula qid lucri ferat?

Grotius.

Οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσον ἢ ζῆν κακῶς.
Indecorâ vitâ satius eſt non vivere.

Evripides Pirithoo, apud Stobæum *tom.2.tit.* 122. contrà planè qàm apud eundem Iphigenia *in Avlide*,

— μαίνεσθαι δ' ὅστις ἔυχεται
Θανεῖν. κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.
— *deſipit qi vult mori:*
Meliúſqe vivere malè, qàm mori bene.

Lipſius, ſive, ut Grotius.

— *qi mori properat, furit.*
Moleſta vita melior, qàm pulcrè mori.

ubi *modeſta* pro *moleſta* perperam proſtat. Seneca *Ep.* 77. *Cæſar, cùm illum tranſeuntem per Latinam viam, unus ex cuſtodiarum agmine, demiſſâ uſqe in pectus vetere barbâ, rogaret mortem, Numqid enim, inqit, vivis?* Et de Herodico Plato *polit. l.* 3. Et ex Platone Plutarchus *de tard. numin. vind.* qi cùm in morbum inſanabilem incidiſſet, γυμναστικὴν ἰατρικῇ primus hominum adjunxit, eâqe ratione vitam diutiùs ſuſtinuit, ὅτι μᾶλλον ἐποίησε τὸν θάνατον ἀυτῷ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ κακὸν. *non vitam illum ſed mortem ſibi, ſimilitérqe laborantibus diuturniorem reddidiſſe. Plurimum* avtem *refert, vitam aliqis extendat, an mortem.* Seneca *Ep.* 68. Hinc Oedipi qerela illa de filiæ pietate importuna in Senecæ, ſi Senecæ ſaltem, *Thebaid.*

— *Qid me, nata, peſtiſero tenes*
Amore vivum? funus extendis meum,
Longáſqe vivi ducis exeqias patris.
Aliqando terrâ corpus inviſum tege.
Peccas honeſtâ mente, pietatem vocas
Patrem inſepultum trahere. qi cogit mori
Nolentem, in aqo eſt, qiqe properantem impedit.
Occidere eſt, vetare cupientem mori.
Non tamen in aqo eſt: alterum gravius reor.
Malo imperari, qàm eripi mortem mihi.

Gregorius Nyſſenus *Orat. Catech. c.* 8. *p.* 491. *B.* Τὸ ζῆν διὰ τῶν καταθυμίων ἀπόλαυσιν αἱρετὸν ἐστι τοῖς τῦ βίου μετέχουσι. ὡς εἴγέ τις ἐν ἀδύναις διαβιώη, παρὰ πολὺ τῷ τοιούτῳ τὸ μὴ εἶναι τῦ ἀλγεινῶς εἶναι προλιμότερον κρίνεται. *Vivere eſt eligendum iis qi vitæ ſunt participes propterea qod fruantur iis qa ſunt grata ei & jucunda. Nam ſi qiſpiam in doloribus & angoribus vitam tranſigeret, ei longè præſtabilius judicatur non eſſe qam eſſe in dolore.*

Θηριομάχοις] qi cum beſtiis depugnaturi committebantur, vel eiſdem laniandi objiciebantur, *beſtiariis.* indè Θηριομαχεῖν Pavlo Apoſtolo uſurpatum, *ad Corinth. Ep.* 1. *c.* 15. *v.* 32. ſed ſenſu, puto, diverſo. de qo alibi, cum Deo bono dicturi ſumus.

Τοῖς αὐτοῖς ὄνυξι καὶ δήγμασι] Micyllus apud Lucianum in *Cataplo. p.* 432. Πρῶτον ἢ πύματον οἱ αὐτοὶ ὀδόντες περιμένουσιν. *Sive primum, ſive poſtremum, iidem me dentes manent.* vide *ad l.* 4. §. 47.

Ἐμβίβασον ἓν σαυτὸν εἰς τὰ ὀλίγα ταῦτα ὀνόματα.] Mericus Caſavbonus metaphoram eſſe avtumat *à navem conſcendentibus* ductam. atqe ità τὸ ἐμβιβάζειν qandoqe uſurpatur. Libanius *de ſervit. Orat.* 31. *p.* 644. *A.* Ὑπὸ τῆς μοίρας εἰς ναῦν ἐμβιβασθεὶς, ἀντὶ τῆς ἀρούρας πέλαγος τέμνει. *A ſorte fatali in navem intruſus pro terra pelagus ſcindit.* Plato ἐμβιβάζω σε εἰς πλοῖον. Eò magis forſan, qia de *inſulis* ſubjunctum eſt. poteſt tamen & ab *aqis*, ſive *balnearîis*, ſive *tinctoriis* tractum videri. de his enim τὸ ἐμβιβάζειν qoqe dicitur. Dioſcorides *lib.* 1. *cap.* 189. Ἐμβιβάσθω ἐν βαλανείῳ. *In balneum deſcendatur.* & Galenus *ad Glavcon. l.* 1. *c.* ἐμβιβάζω σε τῷ ὕδατι. ut ſit ſenſus, *inde, immitte, ingere, immerge te penitus in iſta; ut eis, qaſi totus tinctus ſis.* Sicut δικαιοσύνῃ βεβαμμένον, *juſtitiâ imbutum,* dixit *lib.* 3. §. 4. Ità Iſchomachus apud Xenophontem in *Oeconom. p.* 856. *C.* Πειρᾶμαι ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς οἰκέτας. *Conor efficere, ut in juſtitia mei famuli proficiant.* Syneſius *de regn. p.* 29. Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμβιβάσας τῷ τοιούτῳ τῆς ζωῆς εἴδει. *Itaqe à ſeipſo in id vita genus introductus.* Eligat qivis qod arriſerit magis.

Εἰς μακάρων τινὰς νήσους μεταχωρισμένους] Ità Ariſtides *Orat. Sacr.* 1. *p.* 494. Ἤδη μέν τις καὶ ἄλλος χρησῷ τινος ἀυτῷ συμβάντος, καὶ βυλόμενος ἐνδείξασθαι τὴν ἡδονὴν, εἶπεν, ὡς ἄρα εἴη πλὴν ἢ διπλάσιος γεγονώς. ἄλλος δέ τις, ὡς ἐν μακάρων νήσοις εἶναι δοκοίη. *Alii qidem olim, cùm qid ipſis feliciter accidiſſet, & natam ſibi ex ea re voluptatem vellet oſtendere, plus duplo ſe majores eſſe factos dixerunt: alii verò ſe in beatorum eſſe inſulis videri.* Senem forſan Ariſtophaneum in animo habuit, qi in *Veſpis.*

— ἔγωγ'
Ἡυξανόμην ἀκούων.
Καὶ μακάρων δικάζων
Αὐτὸς ἐδόξα νήσοις,
Ἡδόμενος λέγοντι.
— *hæc mihi*
Grata qidem avdienti,
Ut videar beatas
Incolere inſulas, &
Judiciis præeſſe.

Libanius *Naniâ in Daphn. Apoll. intend.* τίς δ' ἂν ἐπόθησε τὰς τῶν μακάρων νήσους; *qis non beatorum inſulis locum illum præoptâſſet?* Alluſit uterqe ad *inſulas* illas, μακάρων Græcis dictas, *fortunatas*, & *fortunatorum*, Latinis: de qibus Strabo *Geograph. l.* 1. & 3. & ex eodem Evſtathius *ad Odyſſ. δ.* & Caſavbonus *ad eundem.* Diodorus Siculus *l.* 5. extremo. Philoſtratus *vit. Apollon. l.* 5. *c.* 1. Plutarchus in *Sertor.* Plinius *Hiſtor. Nat. l.* 6. *c.* 32. Mela *l.* 2. *c.* 7. Plavtus *Trinumm. Act.* 2. *Sc.* 4. Eas depingit nobis Flaccus *Epod.* 16. & Muretus *var. lect. l.* 5. *c.* 1. Eò poſt mortem migrare credebant, an fingebant, animas eorum, qi hìc piè probéqe degerant. qa de re viſendi Heſiodus *l.* 1. *v.* 169. Pindarus *Olymp.* 2. Plato in *Gorg.* & ex horum utroqe Plutarchus *ad Apollon.* & Clemens *Strom. l.* 4.

Ἄπιθι θαρρῶν εἰς γωνίαν τινὰ] Simile qiddam Epictetus *l.* 2. *c.* 13. Philoſophiæ nomen ambienti cuidam, qi qod profiteri volebat, præſtare non poterat: Σὺ δὲ ἐπὶ τὰς αὐτῦ βάδιζε, καὶ ἐκείνων ἀποσῆς μηδέποτε. εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησο, καὶ πλέκε συλλογισμούς, καὶ ἄλλῳ πρότεινε. οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ πόλεως ἡγεμὼν ἀνήρ. *Tu verò ad tua te conferto, neqe unqam ab illis recedito; in angulum aliqem te recipe, ſede, ſyllogiſmos necte, qos aliis proponas. Neqe enim in te eſt vir qi civitatem regat.*

Ἔξιθι τῦ βίου] vide *ad l.* 9. §. 2. Diogenes cuidam excuſanti ſe, tanqam πρὸς φιλοσοφίαν ἀνεπιτήδειον, *Philoſophiæ ſtudio inidoneum*; Τί οὖν ζῆς, ἔφη, εἰ τὸ καλῶς ζῆν σοὶ μέλει σοι; *Qid igitur*, inqit, *vivis, ſi bene vivere non curas?* Laërtius *l.* 6. *Diogeni* ex parte accedit Ariſtoteles *Ethic. l.* 3. *c.* 9. Ὅσῳ ἂν μᾶλλόν τις τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ. τῷ τοιούτῳ μάλιστα ζῆν ἄξιον. *Qò magis omni virtute ornatus & felicior fuerit, ejuſmodi vir maximè dignus eſt qi vivat.* Cynicus idem humerum ſavcius, cur è vita non excederet ſciſcitanti, reſpondit. Τοὺς εἰδότας ἃ δεῖ πράττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τούτους γε ζῆν προσήκειν. τοῖς δὲ μὴ εἰδόσι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ εἶναι. *Eos qi ſcirent, qa in vita fieri dicique conveniret, in vita manere aqum eſſe: illis verò neqe qid dicendum ſit noverint, oportunum moriendi tempus eſſe.* Ælianus *l.* 10. *c.* 11. id qod Flaccus *l.* 2. *Epiſt.* 2.

Vivere ſi rectè neſcis, diſcede peritis.

Ἓν γε μόνον τοῦτο περάξας] *cùm id unum in vita egeris, ut eo modo diſcedas* Xylander. atqi nihil minùs in vita egit, qi ignavè prorſus inſipienterqe ſe geſſerit. meliùs itaqe Caſavbonus (qi Xylandri tamen illud etiam in contextum ſuum admiſit) *cùm hoc unicum in vita laude dignum geſſeris, qòd hòc modo è vita exieris.* id qod Othoni Sylvio competere poſſit; de qo Dio Caſſius *l.* 64. *p.* 733. *C.* Καίτοι γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε, καὶ καταργέταλα τὴν ἀρχὴν ἀρπάσας, ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη. *Qùmqe peſſimè omnium vixiſſet, mortuus eſt honeſtiſſimè: & imperio, qod neqiſſimè rapuerat, optimè deceſſit.* Itaqe ut Plutarchus in *Othon. p.* 1075. *A.* Ἀπέθανε δὲ, ἀπολιπὼν μὴ χείρονας, μηδ' ἐλάττονας, τῶν τὸν βίον αὐτῷ ψιγόντων, τοὺς

τ' ἐνομάτων, μεγάλως συλλήψεσθαί σοι, τὸ μεμνῆσθαι θεῶν, καὶ ὅτι περ ἀ κολακεύεσθαι ἔτι θέλουσιν, ἀλλὰ ἐξομοιοῦσθαι ἑαυτοῖς τὰ λογικὰ πάντα. καὶ εἶναι, τὸν μὲν συκὸν τὰ συκῆς ποιοῦντα, τὸν δὲ κύνα, τὰ κυνὸς, [a] τὸν δὲ μέλισσαν, τὰ μελίσσης, [b] τὸν δὲ ἄνθρωπον, τὰ ἀνθρώπου.

a L.5.§.1.
b L.8.§.26.
* Λοιμὸς, Xyl.

§. 9. * Μίμου, * πόλεμου, φόβος, νάρκα, δουλεία, καθ' ἡμέραν ἀπαλείψεταί σου τὰ ἱερὰ ἐκεῖνα δόγματα, * ὅσα [c] * ὁ Φυσιολογητὸς φαντάζη καὶ καταπίπτεις. δεῖ δὲ πᾶν [d] ἄτω βλέ-

* Πόλεμος, * Πόα Mer.
c L.8.§.13.
* Ἀφυσιολογήτως f. L.9.§.41. Inf.§.31.
d L.8.§.26, 27.

dationem, multùm conducet meminisse Deorum, qòdqe nolunt illi ratione præditos ipsis adulari, sed similes ipsis fieri. meminisse &, ficum esse qæ ea qæ ficûs sunt facit; canem, qæ canis; apem, qæ apis; & hominem pariter, qi qæ hominis.

§.9. Mimus, bellum, terror, torpor, servitus, decreta illa sacra tua ni caveas, expungent qotidie, qæcunqe è studiosa rerum naturæ contemplatione concepta in mente recondis. oportet avtem unum-

qodqe

ANNOTATIONES.

ἐπαινοῦντες τὸν θάνατον. βιούσας γὰρ οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανον ἐυγενέστερον. *Mortuos reliqit non inferiores, neqe pavciores, qi mortem ipsius laudibus ferrent, qàm qi insectarentur vitam. Nam cùm nihilo Nerone modestiùs vixissent, mortuus est generosiùs. Per qa factum putem* (inqit Svetonius *l.8. c.12.*) *ut mors ejus minimè congruens vitæ, majori miraculo fuerit.*

Ὅυ κολακίνεσθαι ἔτοι θέλουσιν] Deus à mortalibus non adulationem, sed imitationem & obsequim poscit. Hinc reprehensiones illæ, *Psal.* 50. *v.* 16, 17. & *Psal.* 78. *v.* 36, 37. Esaj. *c.* 1. *v.* 11,-16. &, *cap.* 66. *v.* 3. Jerem. *c.* 7. *v.* 9, 10, 21, 24. Ezech. *c.* 20. *v.* 39. Luc. *c.* 6. *v.* 46. Non possum continere me, qin subjiciam insignes illos è scena, qi cothurnum certè, non soccum resipiunt, versus; qorum meminere Porphyrius *de non edend. animant. l.* 2. & Clemens *Strom. l.* 7. & Cyrillus *adverss. Julian. l.* 9.

Τίς φῦλ' μαρὶς καὶ λίαν ἀνεμένης
Εὐπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεὰς
Ὀζῶν ἀσάρκων. καὶ χολῆς πυρωμένης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν ἐχὶ βρώσιμα,
Χαίρειν ἀπαρχῇ, καὶ γύρας λαχεῖν τό δι,
Τάταν τι τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν χάριν,
Κἂν λῃσαι, κἂν πειρατεῖ, κἂν τύραννοι δὲ
Τύχωσιν ὄντες; —
Qis gente in hominum tam supinè credulus,
Avt stultus adeò est, qi deos existimet,
Sev bilis ustæ, sive nudorum ossium,
Projecta qa vix tangat esuriens canis,
Gavdere donis, idqe honori ducere,
Facientibusqe gratiam reponere,
Sive is latrones, sive pirata sient,
Sive & tyranni?

Εὐπιστος ex Porphyrio reposui, qod apud alios ἄπιστος legitur. ἔυπιστος, qi Ebræis פתי *credulus, fatuus.* de qo Solomon, *Prov. c.* 14. *v.* 15. Ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ. *Fatuus credit omnibus rebus.* Extrema, qæ reliqi omiserunt, sed cumprimis ad rem præsentem faciunt, ex Clemente attexui.

Ἑξομοιοῦσθαι ἑαυτοῖς] Marcus à Juliano in *Cæsarib. pag.* 91. inducitur Sileno percontanti, τί κάλλιστον τῷ βίῳ τέλος; *qis pulcerrimus vitæ finis?* respondens, τὸ μιμεῖσθαι τοὺς θεούς. *Deos imitari.* verùm amplius aliqid sonare videtur τὸ ἐξομοιοῦσθαι. hoc est enim qod Apostolus *ad Cor. Ep.* 2. *c.* 3. *v.* 18. εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦσθαι. *in eandem imaginem transformari.* ὥστε συμμόρφους γενέσθαι. *conformes fieri. ad Rom. c.* 8. *v.* 29. ἁγίους, καθὼς ἐκεῖνος ἅγιός ἐστιν. *sanctos, sicut & ille sanctus est.* Levit. *c.* 19. *v.* 2. & Petrus *Ep.* 1. *c.* 1. *v.* 16. ἁγιοὺς, καθὼς ἐκεῖνος ἁγιός. *castos, sicut & ille castus est.* Joannes *Ep.* 1. *c.* 3. *v.* 3. δικαίους, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιος. *justos, sicut ille justus est. ibidem v.* 7. ἐλεήμονας καθὼς ἐκεῖνος ἐλεήμων. *misericordes, prout ille misericors est.* Lucas *c.* 6. *v.* 36. τελείους, deniqe, ὥσπερ ἐκεῖνος τέλειος. *perfectos, sicut ille perfectus est.* Matthæus *c.* 5. *v.* 48. Gregorius Nyssenus *de profess. Christ.* Χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. *Christianismus est imitatio divinæ naturæ.* Justinus *ad Diognet. pag.* 501. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ δύναται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι θεοῦ. ὅσις γὰρ τὸ τῷ πλησίον ἀναδέχεται βάρος, ὃς ἐν ᾧ κρείσσων ἐστὶν, ἕτερον τὸν ἐλαττούμενον ἐυεργετεῖν ἐθέλει, ὅσα παρὰ τοῦ θεοῦ λαβὼν ἔχει, θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων. ὄντος μιμητοῦ ἐστι θεοῦ. *Ac ne mireris, hominem posse esse imitatorem Dei. Qi enim proximi onus in se recipit, qi qa in re superior est, alium qi est inferior, beneficio vult afficere; qi qacunqe habet à Deo accepta, ea indigis suppeditans, Deus fit eorum qi accipiunt. is Dei est imitator.* Sed & Plato, cujus verba forsan respexit hîc Marcus, *leg. l.* 4. Τίς πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον φίλον ἂν εἴη. *Qanam ergo est actio Deo amica & consentiens? una & qa unâ ratione nititur autisqâ, nempe qod simile fuerit simili amicum.* unde colligit Clemens *Strom. l.* 5. Philosophiæ finem à Platone statui, ὁμοίωσιν θεῷ, *Deo similem fieri.* Idémqe de eodem *l.* 2. *pag.* 418. *A.* beatitudinem collocâsse, ἐν ἐπιστήμῃ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν ἐξομοιώσει τῇ πρὸς τὸν θεόν. *in scientia boni, & in ea qa est cum Deo similitudine.* Similitudinem avtem hanc in eo consistere, ut qis justus, piúsqe cum prudentia existat. qod & dogmati nostro esse consentaneum, qippe qibusdam è nostris, Mosis illud *Genes. c.* 1. *v.* 26, 27. ità sumi, ac si dictum sit, Τὸ μὲν κατ' εἰκόνα, ἐυθέως κατὰ τὴν γένεσιν εἰλημφέναι τὸν ἄνθρωπον. τὸ καθ' ὁμοίωσιν δὲ ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν. *Ad imaginem qidem statim in ortu accepisse hominem, ad similitudinem avtem per perfectionem postea esse accepturum.* Verùm argutum nimis hoc, nec qod possit admitti; cùm utrumqe homini primitus condito disertè tribuatur.

Εἶναι τὴν συκῆν τὰ συκῆς ποιοῦσαν] Christus Dominus Matth. *c.* 7. *v.* 16. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; &c. *A fructibus eorum agnoscetis eos. Num colligunt ex spinis uvam, avt ex tribulis ficus?* &c. vide *l.* 9. §. 9.

Μέλισσαν τὰ μελίσσης] οὐδεὶς γὰρ πώποτε καρῶνα εἶδεν ὑπὸ γήρως γενομένην μέλιτταν. *Nemo enim vidit unqam apem senectute in fucum degenerasse.* Plutarchus *de sene politico p.* 783. *F.*

Τὸν δὲ κύνα, τὰ κυνὸς] Elisæo qàm atrocia perpetraturus is esset, prædicanti, Hazael Syrus, *Num tu servum tuum canem esse avtumas, qi ejusmodi in me admittam? hist. Regum l.* 4. *c.* 8. *v.* 13. Ità *canem* esse non diffitetur, havd hominem, qi ejusmodi faciat. Vide *ad l.* 5. §. 11.

Τὸν δὲ ἄνθρωπον τὰ ἀνθρώπου] vide *l.* 5. §. 1. & *l.* 8. §. 23. & *infrà* §. 15. ἄνθρωπον ἀληθινόν, *verum hominem, qi facit* scilicet *qa hominis sunt.* Epictetus *l.* 1. *c.* 16. Εἰ ἀηδὼν ἦμεν, ἐποιοῦμεν τὰ τῆς ἀηδόνος. εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου. νῦν δὲ λογικός εἰμι. ὑμετῖν με δεῖ τὸν θεόν. ποιῶ αὐτό. *Qod si luscinia essem, luscinia officio fungerer: si olor, oloris. Nunc, rationis cùm particeps sim, Deus mihi celebrandus est, hoc exsequor.* vide *ad l.* 6. §. 7. Idem *l.* 2. *c.* 9. Οὐκ ἔστι τὸ τυχὸν αὐτὸ μόνον, ἀνθρώπου ἐπαγγελίαν πληροῦσαι. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ζῶον, φησὶ, λογικὸν θνητόν. ἐυθὺς ἐν τῷ λογικῷ τίνων χωριζόμεθα; τῶν θηρίων. καὶ τίνων ἄλλων; τῶν προβάτων, καὶ τῶν ὁμοίων. ὅρα τοίνυν, μή τι πως ὡς θηρία ποιήσῃς. εἰ δὲ μὴ, ἀπώλεσας τὸν ἄνθρωπον. οὐκ ἐπλήρωσας τὴν ἐπαγγελίαν. ὅρα μή τι ὡς πρόβατον. εἰ δὲ μὴ, καὶ ἔτως ἀπώλετο ὁ ἄνθρωπος. τίνα οὖν ποιοῦμεν ὡς πρόβατα; ὅταν τῆς γαστρὸς ἕνεκα, ὅταν τῶν ἀιδοίων, ὅταν εἰκῇ, ὅταν ὑπαρῶς, ὅταν ἀνεπισρίπτως. πᾶς ἀπεκλίναμεν; ἐπὶ τὰ πρόβατα. τί ἀπωλέσαμεν; τὸ λογικόν. ὅταν μαχίμως, καὶ βλαβερῶς, καὶ θυμικῶς, καὶ ὠσικῶς, πᾶς ἀπεκλίναμεν; ἐπὶ τὰ θηρία. λοιπὸν οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσὶν, οἱ δὲ θηρίδια κακοήθη καὶ μικρὰ, ἀφ' ὧν ἴσως εἰκότως, λέων μὲ καὶ φαγέτω. διὰ πάντων δὲ τούτων ἀπόλλυται ἡ τῆ ἀνθρώπῳ ἐπαγγελία. πότε γὰρ σώζεται συμπεπλεγμένον; ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ, πότε διεζευγμένον; ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ. πότε αὐλοί; πότε λύρα; πότε ἵππος; πότε κύων; (f. τότε αὐλοί. τότε, &c.) τί ὧν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἄνθρωπος ἑαυτὸν μὲν σώζεται, ἑαυτὸν δὲ ἀπόλλυται. *Res non vulgaris est, vel hominis præstare officium. Qid enim est homo? Animal,* inqit, *rationis particeps, mortale. Jam rationis usu à qibus separamur? A feris. A qibus præterea? Ab ovibus, & aliis ejus generis. Cave igitur ne qid fortè instar feræ facias: alioqi hominem amisisti; non præstitisti officium. Cave ne qid instar ovis: alioqi & sic homo interieris. Qa igitur agimus more ovis? Qum ventris cavssa, qum propter inguinem, qum temerè, qum sordidè, qum inconsideratè. Qò declinavimus? Ad oves. Qid amisimus? Rationis usum. Qum pugnaciter, noxiè, iracundè, impetuosè, qò declinavimus? Ad feras. Jam alii magna bestia sumus, alii bestiola malitiosa & parva de qibus dici possit. Leo me vel devoret. His avtem rebus omnibus perit hominis officium. Nam qando conservatur complexum? Qum suum munus exsequitur. Qando disjunctum? Qum munere suo fungitur. Qando tibia, qando lyra, qando equs, qando canis. Qid ergò mirum, si homo etiam eodem modo & conservatur & perit.* Ità de Christiano homine Salvianus *de provident. l.* 4. *c.* 1. *Cùm hoc sit hominis. Christiani fides, fideliter Christi mandata servare; fit absqe dubio, ut nec fidem habeat, qi infidelis est, nec Christum credat qi Christi mandata conculcat. ac per hoc totum in id revolvitur, ut qi Christiani nominis opus non agit, Christianus non esse videatur.* Itaqe Ambrosius *Serm. de Abr.* apud Gratianum *c.* 22. *q.* 2. *c.* 20. *Mendacium est, se Christianum dicere, & opera Christi non facere.*

§.9. Μίμου, πόλεμου, φόβος] Xylander Λοιμὸς cur pro Μίμου inferciat, nihil video. in πόλεμου τὸ τ ex seqenti vocabulo irrepsit: istud avtem cum seqentibus ad illud ἀπαλείψεται, Xylandrum secutus, referre malim, qàm pro absolutè positis, avt ad δουλεία relatis cum Casavbono habere; qi & ἀπαλείψεσθαι illud passivè sumit; qod ego nolim.

Ὁπόσα ὁ φυσιολογητὸς φαντάζῃ καὶ παραπίπτεις] *Qàm multa*

qodqe ità & consíderare & agere, ut & activa facultas consummetur, & contemplativa simul exerceatur, & fiducia ex certa rei cujusqe scientia orta servetur, latens qidem, nec abscondita tamen. tunc enim simplicitate, tunc gravitate frueris; tunc rei cujusqe notitiâ distinctâ, qid ex natura sua existat, qem locum in mundo habeat, qàm diu duratura sit, ex qibus conflata sit, qibus possit obvenire, qi dare eam & avferre possint.

§. 10. Aranea muscam ubi ceperit, se effert

πειν καὶ περίοπτον, ὥστε καὶ τὸ φιλοσοφικὸν ἅμα συντελεῖσθαι, καὶ ἅμα τὸ θεωρητικὸν ἐνεργεῖσθαι, καὶ τὸ ἐκ τῆς πρὸς ἑκάστων ἐπιστήμης [a] ἄυθαδες σώζεσθαι, [b] λανθάνον, [c] ἐκκὶ κρυπτόμενον. [d] * πότε γὰρ ἀπολάυσεις, * πότε ἢ σεμνότητος, * πότε ἢ [e] τὰ ἐφ' ἑκάστῳ γνωρίσεως, [f] τί τέ ἐστιν καθ' οὐσίαν, καὶ τίνα χώραν ἔχει ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ [g] ἐπὶ πόσον πέφυκεν ὑφίστασθαι, καὶ ἐκ τίνων συγκέκριται, καὶ τίσι δύναται ὑπάρχειν, καὶ τίνες δύνανται αὐτὸ δίδοναί τε καὶ ἀφαιρεῖσθαι.

a L.6.§.47. b L.7.§.67. c L.3.§.7,8. d Sup.§.1. * τότε f. e L.7.§.29. f L.3.§.11. g L.9.§.25.

§. 10. [h] Ἀρέσκειον μυῖαν θηρίων μεγαφρονεῖ, ἀλλ' h L.8.§.43.

ANNOTATIONES.

multa sunt, qa cùm tanqam physicus merus, secundum naturam earum nudè speculatus fueris, citra usum ulteriorem transmittis? Casavbonus, qi pro ὁπόσα, πόσα legisse videtur: & per interrogationem extulisse. at Xylander, *hac qotidie delebunt sacra illa tua placita, qa è contemplatione natura rerum hausta circumfers.* cui accedo potiùs, nisi qòd τὸ παραπέμπειν, *circumferre*, vertit: cùm sit, prout Casavbonus rectè, *transmittere.* Cæterùm *transmissionem* intelligo, qalem Maximus Tyrius *Dissert.* 28. verbis illis delineat; Ἅλς ὧν οἱ προθύροις τῆς ψυχῆς αἱ αἰσθήσεις ἱδρυμέναι, ἐπειδάν τινος ἐφάψωνται ἀρχῆς, καὶ παραδῶσι τῷ νῷ, ἐπιλαβόμενος ταύτης, διορᾷ τὸ λοιπὸν καὶ διεξέρχεται ἐπὶ τὰ ἀκόλουθα. *Sensus igitur qi tanqam in vestibulo constituti sunt animæ, simulac rei alicujus arripuerint initium, mentique tradiderint, mens vicissim hac arripit, reliqáque hujus intuetur beneficio.* qi in consequentibus τῷ παραπέμπειν etiam vocabulo, in hac eadem re illustranda atqe explicanda, utitur. ut sit, *decreta illa, qa ex rerum natura serio sedulóqe considerata in mentem transmittis, atqe ibi recondis.* ità Hermogenes *de invent.* Σὺ δὲ παράπεμπε τῷ νῷ τὰς θεωρίας. Scopus tamen forsan is fuerit planè, qem Casavbonus voluit; *Speculationem naturæ, ni praxin conjunctam habeat, otiosam fore; faciléqe abolitam iri, nisi cautio jugis adhibeatur, qicqid indidem hauseris.* Epictetus *l.* 3. *c.* 21. Ὅτι τὰ θεωρήματα ἀναλαβόντες ψιλὰ, ἐυθὺς αὐλὰ ἐξεμέσαι θέλουσιν ὥσπερ τοματικοὶ τὴν τροφήν. πρῶτον ἀυτὸ πέψον. εἶθ' ὕτω μὴ ἐξεμίσης. εἰ δὲ μὴ, ἀμετὸς τῷ ὄντι γίνεται, πρᾶγμα ἀκάθαρτον καὶ ἄβρωτον. ἀλλ' ἀπ' ἀυτῶν ἀναδοθίναι δεῖξόν τινα ἡμῖν μεταβολὴν τῇ ὑγιεινικῇ τῇ σεαυτῇ, ὡς οἱ ἀθληταὶ τὰς ὦμους ἀφ' ὧν ἐγυμάσθησαν καὶ ἔφαγον, ὡς οἱ τὰς τίχνας ἀναλαβόντες ἀφ' ὧν ἔμαθον. ὡς ἔρχεταί ὁ τέκτων καὶ λέγει, ἀκούσαί μου διαλεγομένου περὶ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν. ἀλλ' ἐκμισθωσάμενος οἰκίαν, ταύτην καλαισκευάσας δείκνυσι ὅτι ἔχει τὴν τίχνην. τοιοῦτόν τι καὶ σὺ ποίησον. φάγε ὡς ἄνθρωπος, πίε ὡς ἄνθρωπος, κοσμήθητι, γάμησον, παιδοποίησον, πολίτευσαι, ἀνάσχου λοιδορίας, ἐνέγκαι ἀδελφὸν ἀγαθόν, ἐνέγκαι πατέρα, ἐνέγκαι υἱὸν, γείτονα, σύνοδον. Ταῦτα ἡμῖν δεῖξον, ἐν ἴδωμεν ὅτι μεμάθηκας ταῖς ἀληθείαις τι τῶν φιλοσόφων. *Qi nuda qidem præcepta acceperunt, statim ea evomere volunt; ut, qi è stomacho laborant, cibum. Prius illa concoqito, deinde non ista evomes: alioqi omnino vomitus erit, res impura, & non edulcata. Qm potius, iis concoctis & digestis, mutationem aliqam ostendito in mente tua factam: qemadmodum pugiles humeris suis declarant ut exercitati fuerint, ut cibum ceperint; qemadmodum artifices qid didicerint. Faber non dicit, audite me dissertentem de re fabrili; sed conducta domo, exstructisqe omnibus, se arte esse praditum ostendit. Tale qiddam & tu facito. Edito ut homo, bibito ut homo, ornator, matrimonium contrahito, liberos procreato, rempublicam gerito, convicium tolerato, ferto fratrem iniqum, ferto patrem, ferto filium, vicinum, comitem. Hæc nobis ostendito, ut cognoscamus te verè philosophicum aliqid didicisse.* Addam tamen, qæ se ingerit impræsentiarum, conjecturam. Qid si ἀφυσιολογήτως legerimus? qomodo & *l.* 9. §. 41. ἀφυσιολογήτῳ. ut sit mens Marci, *qa absqe natura ipsius contemplatione seria ac considerata, temerè imaginaris, & extra examen justum admittis.* hoc enim passim inculcat Marcus, ut rei cujusqe naturam sedulò investigemus, eámqe probè perspectam habeamus, priusqam de ea sententiam censuramve ullam feramus. Ità *l.* 2. §. 12. & *l.* 3. §. 11. & *l.* 6. §. 3, 13. & *l.* 7. §. 29, 66. *l.* 8. §. 13. (qo loco & de viso qovis primo loco φυσιολογῆν præcipit.) & *l.* 10. §. 11, 17, 18. & *l.* 11. §. 2. 16. & *l.* 12. §. 8. Nec mirum videri debet, si dogmata ea, qæ in rei ipsius, de qa statuitur, natura penitùs perspecta, fundamentum non habent, occasione qavis occurrente, aboleantur facillimè. Trahit horsum, qòd περὶ τῆ γνωρίζειν, *de natura rei cujusvis excutienda & dignoscenda*, statim illic subjungitur: in qam mentem & τὴν ἐπιθεώρησιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως, *universi naturæ contemplationem* commendat, *l.* 8. §. 26. & *l.* 10. §. 31. λόγον ἐμφαίνοντα ἀκριβῶς καὶ φυσιολόγως τὰ ἐν τῷ βίῳ. *mentem, qa ubi hac in vita qæ contingunt, naturam eorum rimata, accurate perspexerit.* qin & bene vivendi fundamentum unicum statuit, ἐν θεωρήμασι περὶ τῆς τῶ ὅλω φύσεως, καὶ τῆς ἰδίας τῶ ἀνθρώπω κατασκευῆς, *l.* 11. §. 5. *In speculationibus illis sive theorematibus inde deductis, qa vel universi naturam, vel suam cujusque conditionem statúmque nos edocent.* Vide Athenagoram *ad l.* 3. §. 6. lavdatum.

Καὶ τὸ περισταλικὸν ἅμα συντελεῖσθαι] Apud Laërtium *l.* 7. *c.* 109. Zeno; Τὰ μὲν εἶναι καθήκοντα ἄνευ περιστάσεως. τὰ δὲ περισταλικά. καὶ ἄνευ μὲν περιστάσεως τὰ δι. ὑγιείας ἐπιμελεῖσθαι καὶ αἰσθητηρίων, καὶ τὰ ὁμοια. κατὰ περίστασιν δὲ, τὸ πηρῶν ἑαυτὸν, καὶ τὴν κλῆσιν διαῤῥίπτειν. *Alia qidem officia sunt absqe circumstante coactione, alia cum circumstante coactione. Absqe circumstante coactione qidem, ut curare valetudinem, sensuum instrumenta, & similia. Cum circumstante coactione, ut mutilare seipsum, & substantiam projicere.* ut τὰ περισταλικὰ sint *officia ea, qa molestiam aliqam adjunctam habeant.* Verùm Marcus istic laxiùs usurpat pro qolibet negotio, qod muneris nostri existat. vide *ad l.* 9. §. 13. & *l.* 8. §. 25, 26.

Καὶ τὸ ἐκ τῆς περὶ ἑκάστων ἐπιστήμης ἄυθαδες σώζεσθαι] ἄυθαδες, sive ὑπέρφρον, *suprà* §. 8. in meliorem partem istic sumi videtur, (qod rariùs opinor deprehendas) vel pro *certa animi fiducia* ex rerum naturalium contemplatione orta, de qa *l.* 3. §. 11. & *infrà* §. 11. vel pro *animi affectu sibi placentis, acqiescentisqe*, in veritatis, qam adeptus est, cognitione. qod vocabuli notio, per se media, designat. siqidem ut Aristoteles *Ethic. Mag. l.* 1. *c.* 29. Ὁ αὐθάδης αὐτοάδης τίς ἐστιν, ἀπὸ τῆ αὐτὸς αὑτῷ ἀρέσκειν. Αὐθάδης *Græcè qasi* αὐτοάδης, *hoc est, sibi ipsi placens.* ità Seneca *Ep.* 59. *Ipse te consule, si per dies noctésqe par & æqalis animi tenor, erecti & placentes sibi est: perveniisti ad humani boni summam.* Ortum vocabuli sensúmqe, non usum, secutus est Marcus. nec aliter forsan usurpatur, *l.* 6. §. 47. qin & Isocrates in Archidamo, ubi αὐθαδίαν καὶ σεμνότητας, *fiduciam & gravitatem*, p. 234. conjungit, in dexteriorem itidem partem sumpsisse videtur.

Λανθάνον] qod Apostolus *ad Rom. c.* 14. *v.* 22. Πίστιν ἔχεις; κατὰ σαυτὸν ἔχε. *Tu fidem habes, apud temetipsum habe.* hoc est: ut Chrysostomus, μὴ δείκνυε, ἀλλ' ἀρκείτω σοι τὸ συνειδός. *Ne ostendas, sed sufficiat tibi conscientia.* vide *ad lib.* 7. §. 58.

Οὐκὶ κρυπτόμενον] qod *l.* 3. §. 8. dixit, ἀδὴν ἐμφωλεῦον. Seneca *Ep.* 43. *tegant, non abscondant te parietes tui.* Cicero *Offic. l.* 3. *Honesta enim bonis viris, non occulta, qærantur.* Galenus *de affectib. curand. cap.* 5. Ἀνεῳχθήτω σε ἡ θύρα διαπαντὸς τῆς οἰκίας, ἐξέστω τοῖς συνήθεσιν εἰσίοσι πάντα καιρὸν, ἤν ὅτως ἐις παρεσκευασμένος. *Pateat domus tua ostium familiaribus: qovis tempore liceat ingredi, si in hunc modum te comparaveris.* ità legendum pro eo qod vulgati codices ἀνεῳχθῆ & ἔξεστι. confirmat avtor ipse, qi sic pavlò pòst. Τῆς θύρας οὖν ἀνεῳγμένης σε διαπαντὸς, ὡς εἶπον, ἐξουσία, τοῖς συνήθεσιν ἔστω κατὰ πάντα καιρὸν εἰσίοσι. δεῖ δὲ θαῤῥεῖν, ὡς ὑπὸ τῶν εἰσιόντων ἀνεπισκέπτως μηδενὶ τῶν μεγάλων ἁμαρτημάτων ἰσχυρῶς καταλημμένον. (ità legendum pro eo, qod nullo sensu, sano saltem, κατειλημμένοι legitur.) ὡς δ' ἄλλοι πάντες ἂν οἱ προσελθόντες εἰς τὸ δημόσιον, ἅπαντα πειρῶντες πράττειν κόσμια, ὕτω σὺ κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν πράττοις. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν αἰδήμονες τὰς ἄλλας, ἁμαρτάντες τι φορτικῆς, μόνας ἑαυτὰς οὐκ αἰδοῦνται. σὺ δὲ σαυτὸν αἰδοῦ μᾶλλον, πειθόμενος τῷ φάντι, πάντων δὲ μᾶλλον αἰσχύνου σαυτόν. *Foribus itaqe tuarum ædium apertis copiam semper familiaribus ad te accedendi exhibeto. Qare fidas aportet tanqam ab introeuntibus nulli vitio insigni obnoxius esse maximè comprehendaris. Sed qemadmodum alii omnes in publicum progressi, omnia conantur facere ut decet, tu domi tua ita facias. Illos autem alios deprehendi errantes nonnihil pudet, semetipsos deprehendi non pudet. Tu vero, præsertim qum admonearis peccare, erubescas, imò omnium maximè pudeat.* vide *ad l.* 3. §. 4.

Πόθεν γὰρ ἀνάλογος ἀπολαύσεως] potest esse expostulatio, qalem observavimus *suprà* §. 1. ego tamen τότε legere malim, & hic, & in sequentibus clavsulis; qod semel immutatum deinceps immutari necesse habuit. *cum eò*, inqit, *processeris, atqe ità mentem pariter vitámque tuam institueris, tunc frueris simplicitatéqe gravitatéqe*, &c. vide *lib.* 12. §. 28. ἀπολαύσει τῆ ζωῆ.

§. 10. Ἀρέσκειον μῆλον θηρίων] Studia hominum, qibus se efferunt, acsi magni avt eximii aliqid confecissent, elevat, cum vilissimorum animalculorum artibus, qibus illis prædas sibi compares captant, conferendo.

Χρο-

ἄλλος ᾗ λαγίδιον, ἄλλος ᾗ ὑποχῇ ἀφύλου, ἄλλος ᾗ σύαγρα, ἄλλος ᾗ ἄρκτους, ἄλλος Σαρμάτας. ἔστι γὰρ ἃ λῃστεύει, ἐὰν τὰ δόγματα ἐξετάζῃς;

tanqam magni qid egerit; alius ubi lepuſculum; alius, ubi reticulo apuam ceperit; alius, ubi apros; alius ubi urſos; alius ubi Sarmatas, nam & iſti, qi hos capiunt, qid latronibus diſtant, ſi mentes ac decreta utrobiqe ſpectaveris?

a Sup. §. 1. l. 9. §. 32, 33. b L. 4. §. 36. l. 8. §. 22. c L. 3. §. 11. d Inſ. §. 15. l. 7. §. 70. e L. 4. §. 34. Sup. §. 8. * ἀνῆκε Lug. An. f L. 3. §. 16. * μὴ Lug. g L. 3. §. 5. l. 6. §. 1.

§. 11. a Πῶς εἰς ἄλληλα πάντα μεταβάλλει, θεωρητικὴν μέθοδον κτήσαι. καὶ b διηνεκῶς παράστηχε, καὶ συγγυμνάσθητι περὶ ἕκαστον μέρος. c ἀδὲν γὰρ ἄτοπον μεγαλοφροσύνης ποιητικόν. ἐξεδύσατο τὸ σῶμα, καὶ ἐνενόησας, ὅτι d ὅσον ἀδέπω πάντα ταῦτα καταλιπεῖν ἀπίσπιτα ἐξ ἀνθρώπων δεήσει, e * ἀνῆκεν ὅλον ἑαυτὸν, f δικαιοσύνη * μὴ εἰς τὰ ὑφ ἑαυτῷ ἐνεργήματα, ἐν ᾗ τοῖς ἄλλοις συμβαίνουσι, τῇ τῶν ὅλων φύσει. g τί δ' ἐρεῖ τις, ἢ ὑπολήψεται περὶ αὐτοῦ, ἢ πράξει καὶ' αὐτόν, ἀδ' εἰς νῦν βάλλει).

§. 11. Methodo contemplativâ inſtructus ſis, qâ perſpectum habeas, qomodo cuncta in ſe invicem mutent. huic jugiter attende, & in hac parte temet exerce. nihil enim ad animi celſitatem confert magis. corpus exuit, qi ſic affectus eſt, reputánſqe ſecum, mox eſſe ſibi, relictis his omnibus, ab hominibus diſcedendum, totum ſeſe permittit, juſtitiæ, in eis qæ ab ipſo fiunt; univerſi naturæ, in eis qæ obveniunt ipſi. qid avtem alius qiſpiam de ipſo five dicat, ſive exiſtimet, avt adverſùs ipſum faciat, nè cogitat qidem.

ANNOTATIONES.

Ὑποχῇ] Ὑποχὴ, *genus retis.* Vet. lex. H. Steph. Sed ſine exemplo. qod hinc licet petatur. Sed ex Oppiano ἁλιευτικῶν. *l.* 3. *v.* 81. qo loco retium genera nominâqe varia recenſens, inter cætera & horum meminit.

Τῶν τὰ μὲν ἀμφίβληστρα, τὰ δὲ γρῖφοι καλέονται,
Γάγγαμά τ', ἠδ' ὑποχαὶ περιηγέες, ἠδὲ σαγῆναι.
Qorum alia qidem retia jacula, alia verò griphi vocantur,
Gangamáqe, atqe hypocha rotundæ, atqe ſagenæ.

unde figuræ rotundæ fuiſſe videntur ὑποχαὶ iſtæ: cujuſmodi ſunt, qas nos appellamus purſe-nets.

Ἄλλος Σαρμάτας] qibuſcum tunc Romanis cumprimis res fuit. Itaqe in Marci vita mentio fit Sarmatarum inter gentes cæteras à Marco debellatas. horum aliqos in excurſionibus qi trucidaverant, avt ceperant, egregium facinus executos ſe avtumabant. Nec tacendum hîc, qo & alluſerit fortean Marcus, qod de Avidio Caſſio refert Vulcatius: *Cùm exercitum duceret, & inſcio ipſo manus auxiliaria, centurionibus ſuis avtoribus, tria millia Sarmatarum negligentius agentium in Danubii ripis occidiſſent, & cum præda ingenti ad eum rediſſent, ſperantibus centurionibus præmium, qòd præparvâ manu tantum hoſtium, ſegniùs agentibus tribunis & ignorantibus, occidiſſent, rapi eos juſſit & in crucem tolli, ſerviliqe ſupplicio affici; qòd exemplum non extabat: dicens, evenire potuiſſe, ut eſſent inſidiæ, ac periret Romani imperii reverentia.*

Οὗτοι γὰρ ἃ λῃσαί] qinam iſti qos *latrones* dicit? num *Sarmatas*? ſicut Pavli Feſtus; *Cimbri linguâ Gallicâ latrones dicuntur.* ad qem locum Scaliger. *Cimbri* λῃστρικοὶ ſanè καὶ πλάνητες *fuerunt. Sed non magis Cimber latronem ſignificat, qàm Iſaurus piratam; Ambro, diſſolutum ac voracem; Opicus, obſcœnum; ſed qia tales fuerunt ea nationes, de earum nomine vocamus, qi tales ſunt.* ità iſtîc Xylander. nec ſecius de barbaris patriam ſuam incurſantibus ſuóſqe diripientibus, qos *abigeos* & *latrones* avt *fures* magìs qàm *hoſtes* dici poſtulat, Syneſius *Epiſt.* 131. Τὰ καὶὰ τὰς ἀπελάσας τούτους ἅπαντα πολυπραγμονῶ. ὑδὲ γὰρ ἄξιον καλεῖν αὐτοὺς πολεμίους, ἀλλὰ λῃστὰς, ἢ λωποδύτας, ἤ τι τοιοῦτον ἕνομα μικροπρεπίστατον, ὃι μηδένα ἐῤῥωμένως ἐπιφερομένων ὑφίστανται, ἀλλὰ μόνους τοὺς καταπλήττας ἀποσφάττουσιν, ὥσπερ ἱερεῖα, καὶ περιδύουσι. *De abactoribus iis, qa poſſum, inqiro. Neqe enim hoſtes appellaverim, ſed latrones ac graſſatores, avt ſi qod aliud abjectius nomen eſt, qi neminem fortiùs invadentem ſuſtineant, ſed timidos atqe attonitos duntaxat jugulant tanqam pecudes ac deſpoliant.* Verùm videndum, an non illos potiùs hoc titulo indigitet, Marcus, qi Sarmatis captis, tanqam re pulcrè ſtrenuéqe geſtâ, ſemetipſos efferebant. ut tranſitus ſit factus à numero ad numerum. qaſi dicat, *qid à latronibus etiam iſti qi Sarmatas capiunt, magìs qàm ipſi qos capiunt Sarmatæ, diſtant?* Qod Alexandro Scythæ apud Q. Curtium *l.* 7. *c.* 8. *Tu, qi te gloriaris ad latrones perſeqendos venire, omnium gentium, qas adiſti, latro es.* Avt qid à prædonibus vulgariter ſic habitis diſtant viri iſti, prout ipſi ſe haberi volunt, militares? Notum eſt illud piratæ, qi Alexandro eidem qærenti, qo ſcelere impulſus, mare haberet infeſtum; *Eodem*, inqit, *qo tu orbem terra. Sed qia id ego exiguo navigio facio, latro vocor; qia tu magnâ claſſe, imperator.* Cicero *de repub. l.* 3. lavdante Nonio, & Auguſtinus *de civit. Dei l.* 4. *c.* 4. qi & ſubjicit. *Sanè remotâ juſtitiâ, qid ſunt regna, niſi magna latrocinia?* unde Pythia, Adraſtum Sicyoniorum βασιλέα, Cliſthenem verò λῃστῆρα dixit. Herodotus *l.* 5. & Dio Pruſæus *Orat.* 2. Sed & Lucanus *l.* 10. Alexandrum *ſelicem terrarum prædonem* appellat. Déqe eodem Seneca *de benefic. l.* 1. *c.* 13. *A pueritia latro, gentiúmqe vaſtator.* & *qæſt. nat. l.* 3. *præfat. Qantò potius deorum opera celebrare, qàm Philippi avt Alexandri latrocinia?*

Ἐὰν τὰ δόγματα ἐξετάζῃς] malè divulſit iſta à ſuperioribus Xylander. & Lugdunenſis Editor. *Mentes*, inqit, *ſi militarium iſtorum ſpectes, prædonibus ſuppares facilè deprehendes.* prædæ ſiqidem duntaxat inhiant utriqe.

§. 11. Κτῆσαι] *acquiras*, non *acquirere*. eſt enim aoriſti imperativi medii non infinitivi activi, utì interpres Anglicanus opinatus, dictionis ſeriem duriorem reddidit.

Οὐδὲν γὰρ ἄτοπον μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν] vide *ad lib.* 3. §. 11.

Ἐξεδύσατο τὸ σῶμα] *corpus exuit*, ſive *è corpore ſubduxit ſe*; is nimirum, qi conſideratione iſtâ animum jugiter exercitatum probéqe ſubactum habuerit. neqe enim à prioribus iſtæ diſſociata oportuit. vide Platonis locum inſignem, qi huc ſpectat, ex *Theæteto*, *ad l.* 11. §. 1.

Ἀνῆκεν ὅλον ἑαυτὸν] Vide *ad l.* 4. §. 34. & *infrà*, §. 14. Euripides *Phœniſſis.*

Ἀλλ' εἰς Θεὸν χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν.
Rejecta oportet iſta ad numen omnia.

Seneca *de otio ſap. c.* 32. *Ego ſecundum naturam vivo, ſi totum me illi dedo.* Annotator Lugdunenſis ἀνῆκε mavult, imperandi formulâ, ſive monendi. fruſtrà. cùm enunciativè ponantur & antegreſſa proxima, & ſeqentia itidem.

Οὐδ' εἰς νῦν βάλλεται] Africanus apud Ciceronem *l.* 6. *de repub.* in *ſomnio*: *Neqe ſermonibus vulgi dederis te, nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum. Suis te illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus. qid de te alii loquantur, ipſi videant.* Bion Boryſthenita inter cætera profectus in virtute inſignioris indicia, hoc cumprimis ſtatuit, ubi qis eodem loco convicia hominum atqe vota habet: ſive ut ille loqebatur,

Ὅταν τῶν λοιδορούντων ἄτας ἀκούῃ τις, ὡς λεγόντων,
Ὦ ξεῖν', ἐπεὶ ἄτης κακῷ, ὅτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,
Οὐλός τε καὶ μέγα χαίρεις. θεοί νύ τοι ὄλβια δοῖεν.
Cùm perinde audirent maledicta, ac ſi qis ita alloqeretur:
Hoſpes, non mihi tu malus inſipienſqe videris,
Vive, vale lætus, tibi dii dent proſpera multa.

Plutarchus *de profect. pag.* 82. *E.* Talis Cato, de qo Seneca *de ira l.* 2. *c.* 32. *M. Catonem in balneo in ore qidam percuſſit imprudens: qis enim illi ſciens faceret injuriam? poſtea ſatisfacienti, Cato, Non memini, inqit, percuſſum me. majore animo non agnovit, qàm ignoviſſet.* Idem, *de conſtant. ſap. c.* 14. Phocion pariter cùm qidam uxorem ipſius contumelioſè habuiſſet, pòſt apud ipſum pœnas commeritas metuens ſeſe purgaret, ignarum ſe Phocionis conjugem fuiſſe, Ἀλλ' ἔγ' ἐμὴ γυνὴ ὑπό σου ὠδίν πέπωθεν. *at verò mea*, inqit, *uxor nihil à te perpeſſa eſt. alia forſan fuerit, qam tu laſeris: nec mihi itaqe qòd ſatisfacias, aut excuſes te, opus eſt.* Narrat ex Muſonio *orat. qâ diſceptat Philoſophum an deceat injuriarum agere*, Stobæus *tom.* 2. *tit.* 19. qi idem, qomodo inter concionandum conviciis impetentem nihil qicqam attenderit, apud Plutarchum legas licet, in *præcept. polit.* & *infrà ad l.* 11. §. 14. Archelaus itidem ab obvio qodam aqâ conſperſus, cùm ab amicis ad pœnas de homine ſumendas inſtigaretur; Ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ, ἀλλ' ἐκείνου κατεσκέδασεν, ὃν ἔδοξεν ἐμὲ εἶναι. *Atqi non me*, inqit, *conſperſit, ſed illum qem eſſe me eſt opinatus.* Plutarchus in *apophth.* Socrates etiam dicere ſolebat, Τοῖς κωμικοῖς δεῖν ἐπίτηδες ἑαυτὸν διδόναι, οἱ μὲν γάρ τι τῶν προσόντων λέξειαν, διορθώσονται. εἰ δ' ὅ, ὑδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Expedire, ut Comicis perſtringendos ſeſe homines præbeant: ſiqid enim veri de nobis dixerint, corrigendi anſam dabunt*: (qomodo Philippus demagogis Athenienſibus gratiam debere ſe dictitabat, ὅτι λοιδορεῖντες βελτίονα ποιοῦσιν καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἤθει. πειρᾶμαι γάρ, inqiebat, αὐτοὺς ἅμα καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς ἔργοις ψευδομένους ἐλέγχειν. *qod crebris conviciis meliorem ſe redderent; nam conari ſe cùm verbis tum factis ſuis eos mendacii convincere.* Plutarchus apophth. 25.) *ſin falſi qid dixerint, nihil ad nos pertinebit illud.* idémqe dicenti, ὦ σοὶ λοιδορεῖται ὁ δεῖνα; *an non tibi iſte conviciatur?* reſpondit. οὐχί. ἐμοὶ γὰρ ὦ πρόσεστι ταῦτα. *neqaqam; mihi enim iſta non competunt.* Laërtius *l.* 2. Diogenes dicenti, Πολλοί σε καταγελῶσι. *derident te multi, ô Diogenes.* Ἐγὼ δὲ ὐ καταγελῶμαι. *At ego*, inqit, *non derideor.* Alii etiam cuidam idem monenti; Κἀκεῖνον τυχὸν οἱ ὄνοι. ἀλλ' ὅτ' ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπισρέφονται, ὅτι ἐγὼ ἐκείνων. *Et illos forſan derident aſini; verùm nec aſinos advertunt ipſi,*

nec

dem. utpote qi duobus hiſce etiam contentus ſit, qicqid impræſentiarum agit, juſtum præſtare, & qicqid impræſentiarum ſibi obvenit, diligere: negotiis verò ſtudiiſqe reliqis omnibus miſſis, nihil aliud velit, qàm rectâ juxta legem proficiſci, rectâqe proficiſcentem Deum ipſum ſeqi.

§. 12. Ecqis ſuſpicionis uſus eſt, cùm qid fieri oporteat conſiderare præſto ſit? & ſiqidem id perſpexeris, placidè ac conſtanter eâ progredi; ſin minùs, conſiſtere, & optimos qoſqe in conſilium adhibere; deniqe ſi aliud qippiam, qo minùs eâ procedas; obſtiterit, prout occaſiones præſentes ſe obtulerint, conſideratè progredi, ei qod juſtum tibi viſum fuerit, adhærendo? hoc enim aſſeqi, ut juſtè agas, optimum eſt: nec niſi ab hoc aberrando excideris. qietum qiddam, & agile tamen, alacre pariter & compoſitum eſt, qiſqis rationi per omnia obſeqitur.

§. 13. Somno excuſſo ſtatim percontare te, nunqid tuâ intererit, ſi juſta bonáqe ab alio

δύο τούτοις [a] δεχόμενος αὐτὸς, [b] δικαιοπραγεῖν τὸ νῦν πρασσόμενον, καὶ [c] φιλεῖν τὸ νῦν ἀπονεμόμενον ἑαυτῷ. [d] ἀσχολίας ἢ πάσας καὶ ἀσυδάς ἀφῆκεν. καὶ ἰδὲν ἄλλο βάλεται, ἢ [e] εὐθεῖαν περαίνειν [f] διὰ τὸ νόμιμον, καὶ εὐθεῖαν περαίνοντι [g] ἕπεσθαι τῷ θεῷ.

§. 12. [h] Τίς ὑποψίας χρεία, [i] παρὸν σκοπεῖν τι δεῖ πραχθῆναι; κἂν μὲν συνοράᾳς, ἐυμενῶς, [k] * ἀμεταστρεπτὶ ταύτῃ χωρεῖν. ἐὰν ἢ μὴ συνοράᾳς, ἐπίχειν, καὶ [l] συμβούλοις τοῖς δεῖσθαι χρῆσθαι. [m] ἐὰν ἢ ἔπερά τινα πρὸς ταῦτα ἀντιβαίνῃ, προϊέναι καὶ τὰς παρούσας ἀφορμὰς λελογισμένως, [n] ἐχόμενον τοῦ φαινομένου δικαίου. ἄμεινον γὰρ καταντυγχάνειν τούτῳ. ἐπεί τοι ἡ γε ἀποπλωσις ἀπὸ τούτου * ἔσω, σχολαιόν τι καὶ ἄμα ο ἐυκίνητόν ἐστι, καὶ [p] φαιδρὸν ἅμα καὶ συνεσταλκός, [q] ὁ τῷ λόγῳ καὶ πᾶν ἑπόμενον.

§. 13. Πυνθάνεσθε ἑαυτοῦ, ἐυθὺς ἐξ ὕπνου γινόμενον, [r] μήτι διοίσῃ σοι, ἐὰν ὑπὸ ἄλλου γένηται τὸ

a L.7.§.28.
b L.12.§.1, 2.
c L.5.§.27. l.9.§.6.
d L.4.§.18. l.12.§.2.
e L.5.§.3.
f L.2.§.16.l. 12.§.1.
g L.7.§.31.
h L.4.§.37.l. 7.§.53.
i Inſ.§.33.
k L.8.§.5.
* [καὶ] ἀμ. Boot.
l L.7.§.5,7.
m L.6.§.50. l.8.§.32.
n L.4.§.12. l.8.§.4.
* τούτου ἐσί Boot.
o L.4.§.12. l.6.§.21.
p L.3.§.5.
q L.3.§.12.
r L.4.§.18. l.6.§.32.l. 8.§.56.

ANNOTATIONES.

nec ego illos. Laërtius *l.* 6. Hoc eſt, qod de Hercule Epicus qidam apud Plutarchum *de util. ex inimic.*

Οὐδ' ὅσσον μύας τυγερῶν ἐμπάζετο μύθων.
Nec miſcam qanti facisebat dicta maligna.

vel qod David potiùs, *Pſal.* 38. *v.* 13. *Ego verò inſtar ſurdi jueram, qi nullus audit; inſtar muti, qi nihil regerere poſſit.* vide *lib.* 6. §. 2.

Τὸ νῦν πρασσόμενον] vide *lib.* 7. §. 54. & *l.* 9. §. 6.

Φιλεῖν τὸ νῦν ἀπονεμόμενον] vide *l.* 3. §. 16. & *lib.* 6. §. 43. & *ſuprà* §. 6. & *infrà* §. 21. & *lib.* 12. §. 1.

Εὐθεῖαν περαίνειν] vide *l.* 8. §. 59.

Εὐθεῖαν περαίνοντι ἕπεσθαι τῷ θεῷ] Plato *de legibus l.* 4. *pag.* 831. *E.* à Plutarcho etiam laudatus *adv. Colot. pag.* 1124. *F.* Ὁ μὲν δὴ θεὸς ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, ἐυθεῖαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τὸ θείου νόμου τιμωρός. ᾗς ὁ μὲν ἐυδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος, ξυνέπεται, &c. *Deus principium, finem, & media omnium rerum continens, rectà peragit ſecundum naturam circuiens. Hunc ſemper judicium comitatur, eos, qi à divina lege deſciverint, puniens. Cui qidem judicio qicunqe felix futurus eſt adhærens ſubſequitur, &c.* qem Platonis locum cùm Marcus ob oculos habuit, qum hæc ſcriberet; tum & avtor *libri de mundo*, qi Ariſtotelis nomen præfert, eodem opus illud ſuum clavſit; qiqe illum dictione Latinâ μεταφράζει καὶ παραφράζει, Apulejus.

§. 12. Τίς ὑποψίας χρεία, παρὸν σκοπεῖν τι δεῖ πραχθῆναι] Xylandri verſionem etſi minùs perſpicuam immeritò induxit Editor Lugdunenſis, cùm loco ejus depravatiſſimam dederit. Interpres Anglus fruſtrà in duo membra ſententiam, continuari poſtulantem, diſſecuit. *Qid*, inqit Marcus, *eſt ſuſpicione opus? ſive, cur tibi res aliqa ſuſpecta ſit*, avt ſcrupulum animo ac trepidationem injecerit, *cùm conſiderare liceat*, vel *præſto ſit intueri, qid facto opus ſit*? hoc eſt enim παρὸν σκοπεῖν, ut ἐξὸν ποιεῖν, & ſimilia. Seneca *Epiſt.* 74. *Non poteſt qiſqam beatus eſſe, qi huic ſe opinioni credidit.* (externis ſubeſſe mali aliqid.) *Non enim beatum eſt niſi qod intrepidum. inter ſuſpecta malè vivitur.*

Κἂν μὲν συνοράᾳς, ἐυμενῶς, ἀμεταστρεπτὶ ταύτῃ χωρεῖν] Forſan legi debeat κἂν μὲν συνοράᾳς ἐυκρινῶς, ſublatâ diſtinctione, & *ſi clarè perſpexeris. ἐυκρινῶς, clarè, diſtinctè.* Plato: Ἵνα ἐυκρινέστερον ἴδωμεν, ὃ βουλόμεθα. *ut clariùs perſpiciamus, qa volumus.* indè διευκρινεῖν, σαφηνίζειν, διαιρεῖν. Heſychius. de dialectica Laërtius *lib.* 7. in *Zenon. c.* 47. Τότε ἀληθὴς καὶ τὸ ψεῦδος διαγιγνώσκεσθαι ὑπ' αὐτῆς, καὶ τὸ πιθανὸν τότε ἀμφιβόλως λεγόμενον διευκρινεῖσθαι. *Verum atqe falſum ex illa dignoſci, probabile autem, & qod ambiguè dicatur dijudicari.* Cicero *ad Atticum lib.* 7. *Epiſt.* 10. *ſimul hoc diuucrinήσεις πρόβλημα.* & *Epiſt.* 3. *ſed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν.* verùm accedo potiùs D. Bootio nihil mutanti, ſed copulativâ tantùm interjectâ, legenti, κἂν μὲν συνοράᾳς, ἐυμενῶς καὶ ἀμεταστρεπτὶ τ. χ. ità opponitur τὸ ἐυμενῶς, τῷ μεθ' ὑποψίας.

Ἀμεταστρεπτὶ ταύτῃ χωρεῖν] vide *lib.* 8. §. 5.

Ἐχόμενον τοῦ φαινομένου δικαίου] Epictetus *l.* 1. *c.* 2. Ταῦτα οἶδε Περσικὸς Ἑλλήδιος, καὶ ἰδὼν ἐποίησε. προσπέμψαντος γὰρ αὐτῷ Οὐεσπασιανοῦ, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, ἀπεκρίνατο, ἐπί σοί ἐστι μὴ ἐάσαι με εἶναι συγκλητικόν. μέχρι δ' ἂν ᾖ, δεῖ με εἰσέρχεσθαι. ἄγε, ἀλλ' εἰσελθών, φησὶ, σιώπησον. μὴ μ' ἐξέταζε, καὶ σιωπήσω. ἀλλὰ δεῖ με ἐξετάσαι. καίμὲ εἰπεῖν τὸ φαινόμενον δίκαιον. ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, ἀποκτενῶ σε. πότε οὖν σοι εἶπον, ὅτι ἀθάνατός εἰμι; καὶ σὺ τὸ σὸν ποιήσεις, κἀγὼ τὸ ἐμόν. σόν ἐστιν ἀποκτεῖναι. ἐμὸν ἀποθανεῖν μὴ τρέμοντα. σὸν, φυγαδεῦσαι. ἐμὸν, ἐξελθεῖν μὴ λυπούμενον. *Hæc Priſcus Helvidius vidit: & cùm vidiſſet, fecit. Nam qum ad eum Veſpaſianus miſiſſet, ne in ſenatum veniret. Penes te, inqit, eſt, ne me ſenatorem eſſe patiaris. Qamdiu autem me loco non moveris, eſt in curiam mihi veniendum. Age: at ingreſſus taceto, inqit. Ne me roga & tacebo. At eſt mihi rogandum. Et dicendum mihi, qod rectum eſſe putáro. Verum ſi dixeris, occidam te. Qando ergò tibi dixi, me immortalem eſſe? Tu tuum facies, ego meum. Tuum eſt, occidere: meum, mori non trementem. Tuum, relegare: meum, exire non triſtem.* vide *l.* 3. §. 6, 7. & *l.* 4. §. 12.

Ἄμεινον γὰρ καταντυγχάνειν τούτῳ] *optimum enim attingere ſcopum* Xylander. hoc eſt, ut id facias, qod juſtum & æquum eſt, qodcunqe tibi indè obvenerit.

Ἢ γε ἀπόπλωσις ἀπὸ τούτου ἔσω] Mutila hæc ſuſpicatur Xylander. Editor Lugdunenſis in verſione prorſus reſecuit. pro ἔσω D. Bootius legit *ἐσί. ab hoc*, inqit, juſto ſcilicet utique & æqo *aberrare, lapſûs nomen meretur*, non avtem ob juſtè factum odium incurrere, avt moleſtum aliqid perpeti, avt etiam, qò minùs qod conaris, effectum des, impediri. ego ſi qis id exhiberet codex, ἀπόστευξιν qàm ἀπόπλωσιν malim; prout Marcus *l.* 4. §. 43. ἀπόστευγμα dixit.

Σχολαιόν τι καὶ ἅμα ἐυκίνητον] hoc eſt, qod *l.* 7. §. 69. Μήτε σφύζει, μήτε ναρκᾷ. *Neqe feſtinat, neqe torpeſcit.* Mericus Caſavbonus iſta à ſuperioribus divellit, atqe erotematicè effert; acſi legeret, τί σχολαιόν τε καὶ ἐυκίνητόν ἐστι; viderint alii. Ego nullus aſſentior.

Ἐυκίνητον] non, *mobile*; qod τὸ τῆς γνώμης ἐυκίνητον, *mobiles facilè animos habere*, in plebe, Romanâ cumprimis, Herodiano *lib.* 7. *c.* 7. §. 2. notatum, deſignet; unde & *mobile vulgus*, Statio *ſylv. lib.* 2. *poem.* 2. ſed *agile*, ad id qod eſt officium ſuum aggrediendum agendúmqe promptum ac proclive; qodqe in eiſdem perſeqendis modo juſto debitóqe moveatur. Stoici ſiqidem in dictionibus iſtiuſmodi ἐνέργειαν & ἔμφασιν qandam, ultra uſum communem ac vulgarem, affectabant. vide *infrà ad* §. 21.

Φαιδρὸν ἅμα καὶ συνεσταλκός] non qalis ſtultorum riſus, qem ejuſmodi eſſe ait Solomon *Eccleſ. c.* 7. *v.* 6. qalis eſt *ſpinarum ſub olla crepitus*;

— Magno veluti cùm flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni.

ut Maro Æn. *lib.* 7. ſive ut Apulejus in *apolog. flamma* inſtar *ſtipulâ accenſa, claro ſtrepitu, largo fulgore, cito incremento*; *ſed enim materiâ levi, caduco incendio, nullis reliqiis.* icon aptiſſima vitulationis ſtolidorum, qâ illi, *non gavdent, ſed geſtiunt*, ut Avguſtinus de *ſerm. Dom. in mont. l.* 1. itaqe *riſum & lætitiam* iſtiuſmodi pro *inſania* mera, Solomon habet. *ibidem c.* 2. §. 3. tanqam ἐξεστηκὸς, non συνεσταλκός τι. Seneca *Ep.* 23. *Animus debet eſſe alacer & fidens, & ſuper omnia erectus. Res ſevera eſt verum gavdium. catera hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt; leves ſunt: niſi fortè tu illum judicas gavdere, qi ridet.* vide *ad l.* 4. §. 26. τῦφε ἀνεμιέ.

Ὁ τῷ λόγῳ κατὰ πᾶν ἑπόμενον.] *Dei, naturæ, rationis, dictamen ductúmqe ſeqi*, pro eodem Stoicis habetur. vide *ad l.* 3. §. 16. & *lib.* 7. §. 31. & *ſuprà* §. 11. & *lib.* 4. §. 12. & *l.* 12. §. 31. Plato *Epiſt.* 2. Νῦν δὲ μέγας ἐγώ εἰμι, ἐμαυτὸν παρέχων τῷ ἐμῷ ἑπόμενον. *Nunc autem hoc duntaxat magnus ſum, qod me ipſum præſto rationi meæ obedientem.*

§. 13. Ἐὰν ὑπὸ ἄλλου γένηται] *in aliorum ſint poteſtate.* Xylander. potiùs, *ab aliis fiant*, cùm ipſe neqeas, vel neceſſe non habeas. Epictetus *lib.* 1. *c.* 27. ἀπελθών, ἢ αὐτὸς ἀριστί-

τὰ δίκαια καὶ καλῶς ἔχοντα; ἀ διείσῃ. μήτι ἐπιλέλησαι, ὅτι ἔστι οἱ ἐν τοῖς περὶ ἄλλων ἐπαίνοις καὶ
a L.3.§.4.l. ψόγοις φρυαττόμενοι, a τοιοῦτοι μὲν ἐπὶ τῆς κλί-
9.§.18.Inf. νης εἰσὶ, τοιοῦτοι δ' ἐπὶ τῆς τραπέζης, ὅτα δ' ποιοῦ-
§.19.l.11.§. σιν, b ὅτα δ' φεύγουσιν, ὅτα δ' διώκουσιν, ὅτα δ'
18.
b L.4.§.38. κλέπτουσιν, ὅτα δ' ἁρπάζουσιν, ἀ χερσὶ καὶ ποσὶν,
c L.8.§.55. ἀλλὰ τῷ τιμιωτάτῳ ἑαυτῶν μέρει, c ᾧ γένος, ὅταν θέλῃ, πίστις, αἰδὼς, ἀλήθεια, νόμος,
d L.7.§.17. e Sup.§.1.l. d ἀγαθὸς δαίμων;

4.§.23. §. 14. Τῇ e πάντα διδούσῃ καὶ ἀπολαμβανούσῃ φύσει, ὁ πεπαιδευμένος καὶ αἰδήμων λέγει.
f L.3.§.6.l. 4.§.31. g L.8.§.33. f δὸς ὃ θέλεις. g ἀπόλαβε ὃ θέλεις. λέγε δὲ τοῦτο
h L.9.§.3. h ἀ καταφρονούμενος, ἀλλὰ πεπληροφορημένος
i L.2.§.2.6. Sup.§.11. μόνον καὶ εὐγνώμων αὐτῇ.
k Inf.§.22, 23. l L.8.§.45. §. 15. i Ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ
k ζῆσον ὡς ἐν ὄρει. l ἴδιον γὰρ ἀμφοῖν ἐκεῖ ἢ ὧδε,

aliqo fiant. nihil intererit. nunqid oblitus sis, qales isti, qi de aliis lavdandis vituperandísqe tantopere se efferunt, in lecto sint, qales ad mensam, qæ faciant, qæ fugiant, qæ sectentur, qæ suffurentur, qæ rapiant ad se, non manibus pedibúsqe, qod dici solet, sed parte sui pretiosissimâ, qâ, ubi libuerit, conseqi liceat fidem, modestiam, veritatem, legem, genium deniqe bonum.

§. 14. Cuncta danti pariter ac recipienti naturæ, homo probè institutus ac modestus dicet, *Da qod vis; repete qod vis.* nec elatus hoc dicet, sed obsequens tantùm; & benevolo adversùs eam affectu.

§. 15. Exiguum est qod supereſt vitæ tuæ. vive tanqam in monte. nihil enim interest hîc an il-

ANNOTATIONES.

στέον θέλω, ἢ ἄλλῳ παρασχεῖν ἀφορμὴν τοῦ ἀρίστου σαι. εἰ μὲ A *ipsum qoqe, aliunde acceperis, indignaris, & accusas largitorem illorum, si qid tibi ademerit. Cur igitur ista accepisti? Ut iis utereris. Qousqe? Dum is qi mutuavit voluerit.* Et *l.4. c.1.* Ἀπαίτει τι τὸν θεὸν, ἃ δέδωκεν, ἐκ αἰσθήσῃ; vitiata scriptura. qod & Volsius vidit; cui sic restituere visum est. ἐκὰν ἐκ ἀποδώσεις; ἐκ αἰσθήσῃ. Verùm interpolatione tam lacinioſâ, qæ nec sensum admittit commodum, nec vitium tollit, nihil opus. literula immutata sufficiet. legendum ἐκ ὑποθήσῃ; Stoicus est Laconismus. *non Deo, qi dederat, repetente oblectaris?* q. d. dans placet. repetens qidni placeat? vide eundem *ad l.2.§.3.* vide & *l.12.§.26.*

Δὸς ὃ θέλεις] hoc est, qod Rufus apud Epictetum *Dissert.* B *l.1. c.1.* Ἀρκεῖσθαι τῷ διδομένῳ. *Ut eo, qod datum est, sis contentus.* vide *ad l.4.§.31, 34. & l.5.§.25. & l.7.§.57.*

Ἀπόλαβε ὃ θέλεις] Vide voces Demetrii Cynici magnanimas ex Seneca *de provident. c.5.* ad *l.4. §.34.* Epictetus *l.4. c.10.* Χάριν ἔχω, ὃν ἔδωκας. ἐφόσον ἐχρησάμην τοῖς σοῖς, ἀρκεῖ μοι. πάλιν αὐτὰ ἀπόλαβε, καὶ κατάτυχε εἰς ἃ θέλεις χώρα. τὰ γὰρ ἦν πάντα. σὺ μοι αὐτὰ δέδωκας. *Gratias tibi habeo, qod illa mihi dedisti: tuis usus sum qoad volusisti, hoc mihi satis est: recipe illa, & ubicunqe voluerit collocа. Tua enim fuerunt omnia, tu mihi ea dedisti.* vide *l.12.§.26.* Seneca *de tranqill. c.11. Sapiens non mancipia tantùm possessionésqe & dignitates, sed corpus qoqe suum & oculos & manus & qicqid est cariorem vitam facturum, séqe ipsum inter precaria numeras; vivitqe ut commodatus sibi, & repositentibus sine tristitia redditurus. qandocunqe ergò reddere jubebitur, non qeretur cum fortuna: sed dicet; Gratias ago, qòd possedi, habuiqe.* Idem *Epist.64. Fac qod aqitatem tuam decet. desine natura beneficium malè interpretari. abstulit; sed dedit.* & *ad Polyb. c.29. Gavde, qòd talem habuisti; & usum fructum ejus, qamvis brevior voto tuo fuerit, boni consule.* Item *ad Marc. c.12. Si magnas ex filio percepisti voluptates, oportet te, non de eo, qod detractum est, qeri; sed de eo gratias agere, qod collegisti.* Nostri: Basilius Cæsar. *homil.5. pag.375. D.* Συγγνώμονός ἐστι διανοίας, ἐκ ἐπὶ τῷ χωρισμῷ δυσφόρως ἔχειν. ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἐξ ἀρχῆς συναφείᾳ χάριν ἔχειν τῷ συγκληρώσαντι. *Animi est probè agnoscentis collatum in se beneficium, non agrè admodum angi avt discruciari ob hanc alterius ab altero diremptionem: sed gratiam habere ei, qi tibi initio statim ejusmodi consortium velut sortitò impertivit.* Hieronymus *in Nepot. Nè doleas qòd talem amiseris: sed gavdeas qòd talem habueris.* Idem *in Paul. Non maremus, qòd talem amisimus; sed gratias agimus, qòd habuimus, imò habemus.* Et *ad Julian. Tulisti liberos, qos ipse dederas. recepisti ancillam, qam mihi ob breve solatium commodaveras. non contristor, qòd accepisti; sed ago gratias, qòd dedisti.* Bernardus *de Humbert. serm.110. Tulisti qoniam tuus erat, nec pro nobis, qibus ille sublatus est, murmurandum: magìs gratias agendum, qòd tam diu concessus est nobis.* Et *in Cant. conc.26. Etsi dolemus ablatum, non obliviscimur tamen, qòd datus fuit;* & *gratias agimus, qòd habere illum meruimus.* Verissimè Gregorius Romanus *in Job. l.2. c.42. Tunc verè ostendimus, qòd accepta rectè tenuimus, cùm aqanimiter ad momentum sublata toleramus.*

Οὐ καταφρονούμενος, ἀλλὰ πεπληροφορημένος μόνον καὶ εὐνοῶν] De morte pariter *l.9. §.3.* Ità Apostolus *ad Philip. c.2. v.17.* Χαίρω καὶ συγχαίρω σπένδομαι. *Gavdeo,* & *gratulor omnibus vobis.* & *ad Cor. Ep.2. c.12. v.15.* Ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι. *Ego libentissimè sumptum impendam* & *expendar.* Tertullianus *de patient. c.2. Nobis exercenda patientia avtoritatem non affectio humana camina aqanimitatis stupore formata, sed viva ac cœlestis disciplina divina dispositio delegat.* Cyprianus *de eadem:* Apparet non esse illis veram patientiam, ubi sit insolens affectata libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris inverecunda jactantia.

§. 15. Ζῆσον ὡς ἐν ὄρει] vide *infrà §.22, 23. & l.8.§.45.*

Ὡς

illîc, si qis ubicunqe in orbe, tanqam in urbe, degat. viderint, nôrintqe homines, hominem verum, qi naturæ convenienter vivat. sin non sustinent, occidant. hoc enim satius est, qàm ità vivere, uti ipsi vivunt volúntve.

§. 16. Nè ulteriùs occupere totus, differendo qalis vir bonus sit, sed enitendo ut ipse sis.

§. 17. Ævi totius, & naturæ totius cogitatio tibi crebrò occurrat. qódqe particularia omnia, substantiam qod attinet, milii sunt instar; tempus qod attinet, terebri circumvolutio.

§. 18. Rerum præsentium unamqamqe advertendo, considera eam jam dissolutam, & in mutatione & qasi putrefactione qadam, avt dissipatione, constitutam, sive ut mori qodammodo nata sit.

ἐάν τις παντα χῇ, [a] ὡς ἐν πόλ, τῷ κόσμῳ. ἰδέτωσαν, ἰσορησάτωσαν οἱ ἄνθρωποι [b] ἄνθρωπον ἀληθινόν, [c] κῇ φύσιν ζῶντα. εἰ μὴ φέρουσιν, ἀποκτεινάτωσαν. [d] κρεῖττον γὰρ, ἢ ὕτω ζῆν. a L.4.§.3,4. b Sup.§.8. c Sup.§.2. d L.9.§.2.

§. 16. Μηκέθ' * ὅλως ᾖ τ ὅιόν τινα εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα λαλέγειν, ἀλλὰ [e] εἶναι τοιοῦτον. *ὅλος. e L.4.§.17.

§. 17. [f] Τὰ ὅλα αἰῶνος, κῇ τ ὅλης ὑσίας συνεχῶς φαντασία, κῇ ὅτι πάντα τὰ τ μέρη, ὡς μὲν [g] πρὸς ὑσίαν, κεγχραμίς. ὡς ὴ [h] πρὸς χρόνον, τρυπάνη περιτροφή. f L.7.§.35. l.11.§.1. g L.4.§.3. h L.5.§.24.

§. 18. Εἰς ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων ἐφίσταν, [i] ὑπνοεῖν αὐτὸ ἤδη λαλυόμενον, κῇ ἐν μεταβολῇ, κῇ ὅιον σήψι ἢ σκεδάσι γινόμενον, ἢ καθ' ὅτι ἕκαστον πέφυκεν, [k] ὥστερ θνήσκειν. i Sup.§.7. k L.4.§.48. l.9.§.21.

§. 19.

ANNOTATIONES.

Ὡς ἐν πόλει, τῷ κόσμῳ] vide *ad l.* 2. §. 16. & *l.* 4. §. 34.

Ἄνθρωπον ἀληθινόν] qi enim secus qàm oportet, degit, qidvis potiùs qàm homo est. Vide *supra ad* §. 8. & *l.* 5. §. 11. Stilpo, cùm turba ad ipsum contemplandum confluereret, dicenti cuidam, Θαυμάζουσί σε ὡς θηρίον, *tanqam feram qandam, ô Stilpo, admirantur te.* Οὐ μενοῦν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἀληθινόν. *Neqaqam verò*, inqit, *sed ut hominem verum.* Laërtius *l.* 2. *c.* 119. Flaccus *arte.* --- *Fiet homo.* --- Demonacti Proteus cum diceret, ὦ κυνάς, regessit ille, οὐκ ἀνθρωπίζεις, *non virum hominem.*

Κρεῖττον γὰρ ἢ ὕτω ζῆν] vide *ad l.* 9. §. 2.

§. 16. Μηκέθ' ὅλως διαλέγεσθαι] forsan ὅλον. Seneca *Ep.* 16. *Philosophia non in verbis, sed in rebus est.* & *Ep.* 20. *Illud te rogo atqe hortor, ut philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectûs capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatum diminutione. verba rebus proba. facere docet Philosophia, non dicere:* & *hoc exigit ut ad legem suam qisqe vivat, ut verbis opera concordent, nè orationi vita dissentiat.* Et *Ep.* 108, *Sic istæ tractemus, ut qæ fuerunt verba, sint opera: ut voces mox in rem transferantur.* & *Ep.* 24. *Hæc in animo voluta, qæ sæpe audisti, sæpe dixisti: sed an verè audieris, an verè dixeris, effectu proba. hoc enim turpissimum est, qod nobis objici solet, verba nos philosophiæ, non opera tractare.* hoc est, *philosophos esse ἄνευ τῦ πράτειν, μέχρι τῦ λέγειν, factis procul, verbis tenus.* ut Epictetus apud Gellium *l.* 17. *c.* 19. *homines* scilicet *ignavâ operâ, & philosophâ sententiâ.* qos odisse se profitebatur Pacuvius. cujus verba in eam sententiam Macedo qidam Philosophus præ templorum omnium foribus scribenda censebat. nihil enim fieri posse indignius, neqe intolerantius, qàm qòd *homines ignavi ac desides, ornati barbâ & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in lingva verborúmqe artes converterent; & vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.* Refert Gellius *l.* 13. *c.* 8. Ità (inter alia qæ indè profluxerunt in vitam mala) *qa philosophia fuit, facta philologia est.* Seneca *Ep.* 108. &, *de vita semper disputatur, numqam vivitur.* Idem *Epist.* Vitium istud in Stoicis suis, ut familiare nimis, notat idem Epictetus *Dissert. l.* 3. *c.* 7. Ἄλλα λέγομεν, inqit, ἄλλα ποιοῦμεν. λέγομεν τὰ καλά. ποιοῦμεν τὰ αἰσχρά. *Alia dicimus, alia facimus. Nos honesta dicimus, turpia verò facimus.* Ἀσυμπαθεῖς πρὸς τὸν λόγον. μακρὰν ἀπὸ τῦ χρῆσθαι τούτοις ἃ λέγομεν, ἐφ' οἷς ὡς εἰδότες αὐτὰ ἐπαιρόμεθα. *Affecta cum oratione non congruente. Ac multum abest ut iis utamur, qa profitemur, qorumqe cognitione efferimur.* Idem *l.* 2. *c.* 9. & *c.* 10. Μέχρι τῶν λογαρίων προκόπτομεν. ἔξω δ' αὐτῶν, οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον. *In disputatiunculis subsistimus, ultra qas ne digitum qidem proficimus.* eundem vide sis ejusmodi homunculos fusissimè simul ac acerrimè exagitantem, *enchir. c.* 51. & *Dissert. l.* 3. *c* 26. imò passim eosdem insectantem. siqidem invectivam istam singulis ferè subjectis fecit intercalarem. Qin & elegantissimâ usus imagine idem *enchir. c.* 44. Μηδαμῦ σαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον. μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων. *Nusqam te philosophum profitearis, nec apud imperitos multum disputes de præceptis.* Idem *ibidem c.* 69. Μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, ἐνθὺς ἐξεμέσαι, ὁ μὲ ἔπεψας. ἐπεὶ κῇ τὰ πρόβατα, ὃ χόρτον φέροντα τοῖς ποίμεσιν ἐπιδεικνύει, πόσον ἔφαγον. ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔριον ἔξω φέρει κῇ γάλα. κῇ σὺ τοίνυν, μὴ ταχέως ῥήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυσο, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα. *Magni enim periculi est, statim evomere qod non concoxeris. Nam & oves non fœnum afferunt opilionibus, ac demonstrant qantum comederint: sed pastu intra se concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne verba celeriter ostendas imperitis, sed opera qa verborum concoctionem sequntur.* Seneca *Epist.* 108. *Omnia qa dicunt, qa turbâ audiente jactant, aliena sunt. qomodo probare possint sua esse, monstrabo. faciant qa dixerint.* qi & *Epist.* 117. clavdit vocibus illis protectûs indicium proferentibus clarissimum, *Si fecero omne qod disco.* sive utì Lipsius ex MS^um vestigiis. *si vixero.* Præclarè Gregorius Nazianzenus *Orat.* 15. Οὐ γὰρ ὁ ἐν λόγῳ σοφὸς, ὕτος ἐμοὶ σοφός. οὐδ' ὅστις γλῶτταν ἔυστροφον ἔχει, ψυχὴν δὲ ἀπαίδευτον. ἀλλ' ὅστις ὀλίγα μὲν περὶ ἀρετῆς φθέγγεται, πολλὰ δὲ ὅις ἐνεργεῖ πράττει δοκεῖ, κῇ τὸ ἀξιόπιστον τῷ λόγῳ διὰ τῦ βίου προτίθησιν. *Nec enim qi in sermone sapiens est, hic mihi sapiens est, nec qi volubilem qidem lingvam, imperitum autem animum habet: verùm is demum, qi pauca qidem de virtute verba facit, cæterùm per ea, qa agit, multa demonstrat, ac fidem & auctoritatem sermoni suo per vitam conciliat.* Verùm qod Aristoteles *Ethic. l.* 2. §. 3. Οἱ πολλοὶ τᾶτο μὲν οὐ πράτουσιν. ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες, ὀίονται φιλοσοφεῖν, κῇ ὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι. ὁμοίον τε ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐδὲν τῶν προσταττομένων. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι ἓν ἕξουσι τὸ σῶμα, ὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ' ὕτοι τὴν ψυχὴν, ὕτω φιλοσοφοῦντες. *Plerique tamen, qum hæc non agant, ad disputationem conjugiunt: putántqe ita se philosophari, ac probos futuros: qi sanè perinde faciunt atqe ægrotantes, qi, cùm medicos diligenter audiant, nihil tamen eorum, qæ ab ipsis mandantur, efficiunt: sicut igitur neqe illi corpore unqam bene valebunt, dum ita curantur, sic neqe isti animo, dum ita philosophantur, bene habebunt.* Itaqe verè Demosthenes: Ὡς ἅπας ὁ λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι κῇ κενὸν φαίνεται. *Omne verbum, si opera abfuerint, vanum & inane videtur.* Præclarè siqidem Basilius Cæsar. *Orat.* 34. *pag.* 776. *A.* & ex eodem Simeon Cancellarius *Orat.* 1. *pag.* 10. *B.* Ὁ μὲν γὰρ τὴν ἄχρι ῥημάτων παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφίαν ἔργῳ βεβαιῶν,

Οἷος πίπτυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

ἐπεὶ τό γε λαμπρῶς μὲν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν εἰς τὸ μέσον, κῇ μακρὰς ὑπὲρ αὐτῆς ἀποτείνειν λόγους. ἰδίᾳ δὲ τὸ ἡδὺ πρὸ τῆς σωφροσύνης, κῇ τὸ πλέον ἔχειν πρὸ τῦ δικαίου τιμᾶν. ἐοικέναι φαίην ἄν ἔγωγε τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινομένοις τὰ δράματα, οἳ ὡς βασιλεῖς πολλάκις κῇ δυνάσται εἰσέρχονται, ὅτε βασιλεῖς ὄντες, οὐδὲ μενοῦν τυχὸν ἐλεύθεροι τὸ παράπαν. *Nam qi ab aliis traditam philosophiam, non verbis tenus, aut decretorum scientiâ, sed gravitate morum, vitaqe continentiâ usurpas,*

Hic solus sapit, ast errant alii velut umbræ.

Qndoqidem splendidè & magnificè palam laudare virtutem, de eâqe longos protrahere sermones, privatim verò qod jucundum & suave est temperantiæ anteponere, avaritiam majori habere in pretio qam id qod justum est, id libens comparaverim scenicis illis fabularum actoribus, qi ut reges & magnates sæpe numero prodeunt, qum neqe reges, neqe magnates, ac ne liberi qidem fortè prorsus existant.

§. 17. Ὡς μὲν πρὸς ὑσίαν, κεγχραμίς] qod de terra *l.* 4. §. 3. σιγμή. de pelago *l.* 6. §. 36. σαγήν. sunt avtem κεγχραμίδες *ficuum granula.* pro qo κεχριμίδες apud Svidam vitiosè habetur.

Ὡς δὲ πρὸς χρόνον, τρυπάνη περιτροφή] *tanqam pistilli circumvolutio* Mericus Casavbonus. & sanè ὑπερα περιτροφή, sive περιστροφή. id est, *pistilli circumvolutio*, proverbialiter usurpatur, à Platone philosopho in *Theætet.* Platone comico in *Adonid.* & Philemone in *Heroib.* ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ ποιούντων, κῇ μηδὲν περαινόντων, *de iis qi semper eadem faciunt, & nihil proficiunt.* utì Hesychius, Svidas, Zenodotus, Apostolius. Verùm τρυπάνη περιτροφή. id est, *terebra vertigo*, sive *circumversio*, ut Xylander, Marco istic de spatio temporis brevissimo: qemadmodum, *ῥιπῇ ὀφθαλμῦ oculi jactus*, ut Beza, potiùs qàm *ictus.* ut vulgo Apostolo *ad Cor. Ep.* 2. *c.* 15. *v.* 51. qò pertinet illud poëtæ nescio cujus apud Svidam,

Τρύπανα τ' ἰυδίνητα, κῇ ἀκύστατα τέρετρα.
Terebráqe qa facilè circumaguntur, & velocia terebella.

citiùs enim terebra circumvertitur, qàm animadverti ferè potest.

§. 18. Εἰς ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων] *De singulis rebus indaga* Xylander. *Objecto cuiqe animum adverte* Casavbonus. non improbo. potest tamen, *rerum præsentium unamqamqe considera*, &c. τὰ ὑποκείμενα, *præsentia.* Vide *l.* 8. §. 22.

Ἕκαστον πέφυκεν ὥστε θνήσκειν] vide *l.* 4. §. 48. & *l.* 9.

a Sup.§.13. §. 19. a Τοιοί εἰσιν ἐσθίοντες, καθεύδοντες, ὀμιλοῦντες, ἀποπαλλῶντες, καὶ ἄλλα. εἶτα ὅσοι ἀνδρονομέμενοι, καὶ γαυρέμενοι, ἢ χαλεπαίνοντες, καὶ
b L.8.§.3. ἐξ ὑπεροχῆς ἀπειλήτοντες. πρὸ ὀλίγου ἦν b ἐδέδλευον
c L.6.§.59. πάσοις, καὶ c δι' ὅια. καὶ d μετ' ὀλίγον, ἐν * τοιέ-
d L.3.§.3. l.4.§.48.l.8. τοις ἔσον).
§.37. * ὁποίοις f.
e L.4.§.23. §. 20. e Συμφέρῃ ἑκάστῳ, ὃ φέρῃ ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων

§. 19. Cogita, qales sint homines vescentes, dormientes, coeuntes, excernentes, alia ejusmodi agentes. rursus qales, ubi inflantur, efferuntur, irascuntur, tanqam in sublimi siti aliqos increpant. pavlò avtem antè, qàm multis & qâ mercede, inservicbant; & pavlò pòst, qò in statu futuri sunt.

§. 20. Confert cuiqe, qod fert cuiqe natura universi.

ANNOTATIONES.

§. 21. *Qe nata sunt, ea omnia denasci ajunt.* Cassius Hemina *annal. l.* 2. id est, ἀπογίνεσθαι, *defungi, mori*, non *decrescere*, ut Nonius explicat. Seneca *Ep.* 99. *Cui nasci contigit, restat mori.* Tertullianus *de Carn. Christ. c.*6. *Mutuum debitum est inter se nativitati, cum mortalitate. forma moriendi, caussa nascendi est. non enim mori solet, nisi qod nascitur, id avtem moritur, qod & nascitur.* Idem *de resur. c.* 12. *Dies moritur in noctem, & tenebris usqeqaqe sepelitur: & tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra, & tota, universo orbi revivisit; interficiens mortem suam, noctem; rescindens sepulturam suam, tenebras; hares sibimet existens, donec & mox revivisat, cum suo & illa suggestu.* Et latiùs progressus Petrus Ravennas *in symbol. serm.* 59. *Crede homo, de morte resurgere te posse, cum tibi totum qod in rebus est, sic qotidie resurgit. Sol occidit & resurgit. Dies sepelitur & redit. Menses, anni, tempora, fructus, semina, cum transeunt, ipsa moriuntur; cùm redeunt, suâ ipsâ morte revivisc unt.* Ità qod Tertullianus *ibidem. Totus hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum.*

§. 19. Τοιοί εἰσιν ἐσθίοντες, καθεύδοντες, ὀχέοντες, ἀποκατῦντες] Hæc enim & summis cum imis qibúsqe communia sunt; & conditionis mortalis ac caducæ cumprimis nos admonent. Notum est, Menecratem medicum, qi Jovis sibi nomen adsciverat, Philippus Macedo qomodo exceperit, eduliorum loco appositis thure cum acerra. Narrat Ælianus *var. hist. lib.* 12. *c.* 57. Qin & Alexander ex duabus præcipuè rebus, τὸ θνητὸν καὶ φθαρτὸν, sive mortalitatem suam, agnoscere se professus est, ἔκ τῦ καθεύδειν καὶ τῦ συνουσιάζειν, *somno* nimirum *ac coitu.* Plutarchus in *Alex.* & de *adulat. & in sympos. l.* 8. *c.* 1. Antigonus itidem major, cùm Hermodotus qidam ipsum in carmine per adulationem *Solis* (non *Jovis*, ut Erasmus *apophth. l.* 4.) *filium, Deúmqe* indigitâsset, *ἃ ταῦτά μοι σύνοιδεν ὁ λαταναφέρῳ, At verò*, inqit, *latent ista prorsus eum, qi matulam mihi porrigit.* Plutarchus *in Apophth. & de Isid. & Osirid.*

Εἶτα ὅσοι ἀνδρονομέμενοι, καὶ γαυρέμενοι] *Qanto se cum fastu efferant*, acsi nè homines qidem avt mortali semine creti sint, *ubi gloriantur, indignantur, interminantur, &c.* vide ad *l.* 6. §. 28. illud ἀνδρονομέμενον mihi suspectum habetur. ἀνδρονομεῖν certè alibi legisse non memini. Xylander *aliis imperare*, vertit. ut sit *hominibus leges ac jura prascribere.* Casavbonus *exultare.* ità qid is legerit, havd satìs liqet. nisi forsan ἀδρυόμενοι, *turgescentes, grandescentes*, qod de stirpibus usurpatur. forsan ἀνθρονομεῖν idem qod ἀνδρολογεῖν fuerit, qod de *delectu militari* usurpatur: vel etiam qod πρεσμομεῖν, qod de *visceralionibus*, sive de *carnibus viritim distributis* adhibetur. in istis avtem non sine fastu gerere se solent, qi eas exhibent. vide *l.* 9. §. 34. ὅση ἄιησις.

Ἐδέδλευον πόσοις] *qot illis inservire & obseqi necesse fuit*, ídqe πρὸ ὀλίγου, *havd stà dudum*; qò possent dignitatis honorisqe gradum illum, in qo tanto cum supercilio se gerunt, adseqi. vide *l.* 8. §. 3. Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ ζῆν ἤθελον. οἰ δὲ Φηλικίωνα ἤδει ζῆν αὐτῷ καὶ τῇ ἀνοσχόμενον. οἶδα γὰρ τί ἐστι δοῦλος ἐυτυχῶν ὡς δεῖ, καὶ τετυφλωμέν. *Eqidem ne vivere qidem vellem, si per Felicionem mihi vivendum esset, supercilium illius & servilem insolentiam toleranti. Novi enim qid sit servus, qi se fortunatum esse putat, qi excacatus est.* qo tamen loco ego τετυφωμένῳ malim. scilicet ut Clavdianus *in Eutrop. l.* 1.

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum.
— nec bellua tetrior ulla est,
Qàm servi rabies in libera colla frementis.

Ruffus Vibius apud M. Senecam *controvers.* 9.

Divite novitio nihil est insolentius.

Et,

Pedissequa honoris est novi arrogantia.

Salvianus *Epist.* 2.

Ἅπας δὲ τραχὺς, ὅστις ἂν νέον κρατῇ.
Ferri neqit rebus secundis flagrio.

Æschylus *Prometh. v.* 35. præ cæteris verò

Ἀφόρητός ἐστιν ἐυτυχὼν μαστιγίας.
Rigidus verò omnis, qi modò cæpit imperare.

Comicus, apud Dionem Coccejanum *l.* 60. *p.* 684. *E.* Qod & Isidorus Pelusiota ubi adduxerat *l.* 2. *Ep.* 297. qi ἐυτραγῶν habet, pro eo qod ἐυτυχὼν Dio, subjungit; Καὶ τὸ ἐυτραέστερον παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῷ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. *Et immeritam felicitatem vecordibus ac stolidis malè sentiendi occasionem prabere.* Avrelius Victor in *Dioclet. Quantum ingenium est, compertum habeo, humillimos qosqe maximè, ubi alta accesserint, superbiâ atqe ambitione immodicos esse.* Agur sapiens Ebræus *Prov. c.* 30. *v.* 20. *Tria sunt, sub qibus commovetur terra: imò qatuor sunt, qa ea ferre non potest. servus, cùm regnat; stultus, cùm satur est; exosa, cùm maritatur; ancilla, cùm hera sua hares evaserit.* siqidem, ut Solon,

Τίκλει τοι κόρῳ ὕβριν, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβῳ ἔπηται.
E nimiis opibus petulantia nascitur ingens.

Sive ut Theognis; (qod Homero tamen tribuit Scholiastes *ad* illud *Pindari Olym.* 13. ὕβριν κόρυ μητέρα.)

Τίκλει τοι κόρῳ ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται.
Nascitur ex nimiis opibus petulantia stultis.

Idémqe,

Πόλλας τοι κόρος ἄνδρας ἀπάλεσεν ἀφραίνοντας.
Γνῶναι γὰρ χαλεπὸν μέτρον, ὅτ' ἐσθλὰ παρῇ.
Nec pavcos satias evertit mentis egenos.
Difficile est, adsunt cùm bona, nósse modum.

Aristoteles apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. Τίκλει γὰρ, ὥσπερ φησὶν, ἡ παροιμία, κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξυσίας ἄνοιαν. *Parit enim, ut proverbio dicitur, saturitas ferocitatem: imperitia avtem potestati conjuncta insaniam.* Philistus apud Clementem *Strom. l.* 6. *p.* 620. *D.* Ἐπὶ τοῦτοι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως ἐν πράσσουσες εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. *Qibus enim prater spem & expectatiouem res secunda accidunt, solent evadere insolentes.* qod illum Clemens à Thucydide mutuatum asserit. qi dixerit, Ἐπὶ τοῦτοι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ὑπερδοκίας ἐυπραγία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. *Solent avtem permulti homines, qibus maximè res secunda aliqantisper evenerunt, fieri insolentes.* locus est in *Cleonis Orat. lib.* 2. ubi tamen legitur, οἷσθε δὲ τῶν πόλεων, ἧς ἂν, &c. Qò respexit tamen & Isidorus Pelusiota *l.* 2. *Ep.* 296. Ἐπὶ θατιν γὰρ ἄνθρωποι, οἷς ἀδόκητος μάλιστα ἐυημερία ἐπιπίπτει, εἰς ὕβριν χωροῦν. *Solent enim homines, qibus prater omnem expectationem prosperitas qadam accidit, in insolentiam ac petulantiam labi.* de Largio Macedone qid Plinius minor *l.* 3. *Ep.* 14. vide *ad l.* 6. §. 38. vide & qæ de Gallo Cæsare Ammianus *l.* 14. initio.

Δι' οἷα] περιγινόμενα, scilicet, ut *l.* 6. §. 59. *ob qa adipiscenda*, sive, *qâ mercede.*

Καὶ μετ' ὀλίγου, ἐν τοιούτοις ἔσονται.] Legendum ὁποίοις ἔσονται. vide *Psal.* 82. *v.* 6, 7. Esaj. *c.* 14. *v.* 9, 10. & Ezech. *c.* 32. *v.* 18, 30. Verùm qod Maro *Æn. l.* 10.

Nescia mens hominum fasi sortisqe futura,
Nec servare modum rebus sublata secundis.

Sosiphanes apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 22.

Ἂν δ' ἐυτυχῶσι, μηδὲν ὄντες, ἐυθέως
Ἴσ' ἑαυτῷ φρονοῦσι. τὸν δὲ κόσμον
Ἀθὼν παρεισῶ]' οὐχ' ὁρᾶτε πλησίον.
Si faverit fortuna, cùm sitis nihil,
Cælo levatis capita; nec de proximo
Respicitis orcum, regna qi in reges habet.

Grotius. Plutarchus *de Isid. & Osir. p.* 360. *B.* Ἐι δέ τινες ἐξαιρεθέντες ὑπὸ μεγαλαυχίας, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ἅμα πόθητι καὶ ἀγνοίᾳ φλεγόμενοι τὴν ψυχὴν, μεθ' ὕβρεως ἐδίξαντο θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ ναῶν ἐδούσης, βραχὺν ἤνθησεν ἡ δόξα χρόνον. εἶτα πενότητα καὶ ἀλαζονείαν μετὰ ἀσεβείας καὶ παρανομίας προσόφλοντες,

Ὠνόμαστ παντοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπίστων.

καὶ νῦν ἄσπερ ἀγάγιμοι δραπέται, τῶν ἱερῶν καὶ τῶν βωμῶν ἀποσπασθέντες, οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὸ μνήμασι καὶ τοῖς τάφοις ἔχουσιν. *At si qi fastu elati, ut ait Plato, simul juventute & inscitiâ animis inflammatis per lasciviam deorum cognomina acceperunt, ac templa sibi poni voluerunt: eorum gloria brevi floruit tempore. Deinde prater vanitatem & arrogantiam impietatis etiam ac injustitia culpam sustinentes,*

Evolitaverunt tenues cea fumus in auras
Prapete surrepti fato,

& nunc tanqam fugitivi servi, in qos jus abducendi est domini, avulsi à templis & aris nihil prater monumenta & sepulcra habent. vide *l.* 6. §. 24. & *infrà ad* §. 31.

§. 20. Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις] Præclara gnome. de qa vide amplius *ad l.* 2. § 3. & *l.* 3. §. 4. & *l.* 4. §. 23, 29. & *l.* 7. §. 27. Apollonius Tyanæus *Ep.* 66. Ἐι τάξις ἐστὶ τῶν ὅλων, ἔστι δὲ, καὶ θεὸς ἐπισκοπεῖ ταύτης, ὁ δίκαιος ἀ βελτίστη τὰ ἀγαθά. πλουσιώτατον γὰρ καὶ παρὰ τάξιν τὸ τοιοῦτον. ἡγήσεται δὲ τὰ γινόμενα συμφέροντα. *Si certus in rebus ordo servatur: servatur avtem, & eum gubernat ac regit Deus: qi justus est, non volet bona? Id enim ipsidemis est, & ordini repugnat: ea tamen qa fiunt putabit prodesse?* ubi tamen pro ἀγαθὰ malim ἀγαπητὰ, qa ipsi sunt cordi. Siqidem vir bonus

τὰ

universi. & tum confert, qando illa fert.

§. 21. Amat imbrem tellus. amat & almus æther. amat & mundus facere qicqid futurum est ut fiat. dico itaqe mundo ipse, *ecqid tu amas? idem ipse amo.* annon illud ità & fit & dicitur vulgò. *Amat*, hoc vel illud *fieri.*

§. 22. Vel istic vivis, & vitæ huic jam assveristi;

φύσις. καὶ [a] τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει. [a] *L.11.§.13.*

§. 21. [b] Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα. ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς [b] *Evripid.*
αἰθήρ. [c] ἐρᾷ δ' ὁ κόσμος πιῆσαι ὁ ἂν μέλλῃ γί- [c] *L.7.§.18.*
νεσθαι. λέγω ἐν τῷ κόσμῳ, ὅτι [d] σοι συνέρῳ. μᾶλλον [d] *L.9.§.1.*
δ' ἔτω καὶ κεῖνο γένοιτο καὶ λέγοιτο, ὅτι [e] φιλεῖ τοῦτο [e] *L.9.§.35.*
γίνεσθαι;

§. 22. [f] Ἦτοι ἐνταῦθα ζῇς, καὶ ἤδη [g] εἰθισαι. [f] *L.12.§.6.*

ANNOTATIONES.

τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται, *sibi ab universo destinata optima esse persvasum habet.* ut Marcus noster *l.* 3. §. 4. A

Καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει] vide *ad l.* 4. §. 23. τὸ ἴνκαιρον. Augustinus *in Psal.* 145. *v.* 15. *Prorsus, tanqam agrotum reficiens medicus, & qod opus est, hoc dat; & qando opus est, tunc dat.*

§. 21. Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα] Evripidis versus sunt ab Aristotele lavdati, *Ethic. Nicom. l.* 8. *c.* 1. *Evdem. l.* 7. *c.* 1. & *magn. l.* 2. *c.* 11. ab Athenæo *dipnosoph. l.* 13. à Stobæo *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 12. apud qos duos novissimos integri habentur.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα, ὅτι ἂν ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον ἀνύδρῳ, νοτίδος ἐνδεὲς ἔχει.
Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πλησθεὶς ὑπὸ
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν ἀφροδίτης ὕπο.
Ὅταν δὲ συμμιχθῇ τον εἰς ταὐτὸν δύο,
Τίκτουσιν ὑμῖν πάντα, καὶ τρέφουσ' ὕλην.
Ὁθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.
Cerne, amat ut imbrem terra, cùm sterili solum
Squallore lugens poscit humectas opes.
Rursum amat & æther ipse, Veneriqe impetu
Fœtos madoris explet in terram sinus.
Qæ fœderata mutuis amplexibus,
Qod ubiqe rerum est proferunt, ac nutriunt.
Hinc vita visqe seculis mortalibus.

Grotius. Eis avtem gemina adducit etiam Athenæus ex Æschyli *Danaïdibus* ista:

Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα.
Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν.
Ὄμβρος δ' ἀπ' εὐρυσθ[ε]νοῦς οὐρανοῦ πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν. ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βόσκας ἠδὲ βίον Δημήτριον.
Δένδρων δέ θ' ὥρα ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι. τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.
Penetrare terram purus ille æther cupit:
Cupit vicissim terra conjugio frui.
Ab amante cælo defluens terram simul
Fœcundat imber: illa mortali paris
Cereale generi germen, & pastus gregum:
Maturitatem dat suam arboribus qoqe
Mador maritus. caussa at his cunctis ego.

Grotius. Proindè cùm apud plures ista reperiantur, Plutarchus in *amatorio pag.* 770. *A.* non poetæ huic vel illi, sed *poetis* tribuit. Ἐρᾶν οἱ ποιηταὶ λέγουσι καὶ γῆς ὑρανὸν. ἥλιον δὲ σελήνης ἐρᾶν οἱ φυσικοὶ, καὶ συγγενέσθαι καὶ κυῆσθαι. καὶ γῆν δὲ ἀνθρώπων μητέρα καὶ ζώων καὶ φυτῶν, ὡς ἀναγκαῖον ἀπολείσθαι ποτὲ καὶ σβεσθῆναι πανθάνουσιν, ὅταν ὁ θεὸς ἔρως ᾖ ὅμαρος τῷ θεῷ τὴν ὕλην ἀπολείπῃ, καὶ παύσηται ποθοῦσα καὶ διώκουσα τὴν ἐκεῖθεν ἀρχὴν καὶ κίνησιν. *Sic enim poeta ajunt cælum terra amore, physici solem luna amore teneri, ac coire, ac fœtu implere, & terram hominum matrem, & animalium, atqe stirpium, necesse est aliqando planè perire, ubi æris amor materiem deseret, qi pars est Dei, cessabitqe ipsa desiderare, & persequi motum principiumqe divinum.* ità enim per interrogationem si proferantur novissima illa, Xylandri asteriscо nihil opus erit. Indè Maronis illa *Georg. l.* 2.

Vere tument terra, & genitalia semina poscunt:
Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium læta descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Et Statii *Sylv. l.* 1. in *Epithalam.*

— *ipsum in connubia terra*
Æthera, cùm pluviis rarescunt nubila, solvo.
Sic rerum series mundique revertitur ætas.

Adjicias licet & Lucretii illa *l.* 1.

Postremò pecudes imbres, ubi eos pater æther
In gremium matris terras præcipitavit.
At nitida surgunt fruges, ramiqe virescunt
Arboribus; crescunt ipsæ, fœtuqe gravantur.
Hinc alitur porrò nostrum genus atqe ferarum.

Qin & Scythæ τὴν γῆν νομίζουσι τοῦ Διὸς εἶναι γυναῖκα, *terram Jovis esse axorem putant.* Herodotus *l.*4. Qod avtem de amore illi, de potu festivè, suo more Anacreon, *ode* 19.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει.
Πίνει δὲ δένδρ'· αὐτήν.
Πίνει θάλασσα δ' ἄυρας.
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν.
Τόν δ' ἥλιον σελήνη.

Fœcunda terra potat:
Hanc arbores[qe] potant:
Et potat aqor auras:
Phœbúsqe potat aqor:
Ipsumqe Luna Phœbum.

Ὅτι σοι συνέρῳ] Epictetus *l.* 2. *c.* 16. Τόλμησον, ἀναβλέψας πρὸς τὸν θεὸν, εἰπεῖν, ὅτι χρῶ μοι λοιπὸν εἰς ὃ ἂν θέλῃς. ὁμογνωμονῶ σοι. ἰδοὺ κατακεκριμαι τῶν σοι δοκούντων. *Aude tandem sublatis ad Deum oculis dicere, tracta me posthac arbitratu tuo, ejusdem tecum sum animi, nihil recuso qod tibi videbitur.* & *l.* 4. *c.* 7. Προσκείσομαι διάκονος, καὶ ἀκόλουθος ἐκεί- B νῳ. συνορμῶ, συνορίγομαι, ἁπλῶς συνθέλω. *Adhæreo illi ut minister & pedissequs; cum illo desidero, cum illo expeto; denique, qod ille vult, idem & ipse volo.* ità enim lego, qod vulgò ὀρέγομαι tantùm langvidè legitur, ut dictioni vis constet sua. Seneca *Ep.* 96. *Non pareo Deo, sed assentior. ex animo illum, non qia necesse est, seqor.* vide *ad l.* 4. §. 33. & *supra* §. 1.

Ὅτι φιλεῖ τοῦτο γίνεσθαι] à vulgari sermonis usu argumentatur, argutiùs pavlò Marcus, ut alibi, *l.* 5. §. 8. in verbis συμβαίνειν & φέρειν, ità istic in verbo φιλεῖν. qod ἀντὶ τοῦ πεφυκέναι ἤτοι εἰωθέναι usurpatur; qomodo & Latinis *amat*, pro *solet*; qod à Græcis tractum monuisse videtur Fabius, *instit. l.* 9. *c.* 3. Qanqam diversum est pavlò Salustianum illud, qod ibi C Fabius adduxit; *Vulgus amat fieri.* sicut & ejusdem illud, in *Jugurth. Qæ ira fieri amat.* & *ibidem* rursus; *ea qæ secunda res amant.* In istis enim sensus est, *qa amant*, i. e. *qa cupiunt & qibus delectantur*, vel, *qa lubenter admittunt.* Saltem Syntaxis diversa est. neqe enim, *ira fieri solet*; vel, *vulgus fieri solet*; sed *per iram*; &, *vulgò*, vel *à vulgo*, dixeris. qod viris magnis non est animadversum. Cæterùm sic Flaccus *carm. l.* 3. *ode* 16.

Avrum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa potentius
Ictu fulmineo. —

D Ammianus *hist. l.* 16. *ut in rebus amat fieri dubiis.* & *l.* 17. *ut rebus fieri amat dubiis & turbatis.* qomodo Herodotus *lib.* 8. Οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ. *Qalia in bello amant fieri.* & Plato *polit. l.* 5. Οἷα δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ. *Qalia projectò in bello amant.* & Polybius *l.* 6. Ὃ δὴ φιλεῖ γινέσθαι. *Qod projectò fieri amat.* Qin & τὸ ἐρᾶν pari modo usurpatum invenias. Ità enim Herodianus *l.* 1. *c.* 3. §. 15. Ἐρᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾳστα κινεῖσθαι. *Qippe barbari solent qamlibet levibus momentis avt caussis impelli.* Tacitus *annal. l.* 4. *ut ferè amat posterior adulatio.* Apulejus *florid.* 3. *Qod genus in comœdia fieri amat.*

§. 22. Ἦτοι ἐνταῦθα] Avt in eo vitæ genere manes, cui jam E es assvetus; avt institutum mutas, qod nisi velis ipse non cogeris; avt è vita discedis, munere defunctus: in his avtem omnibus nihil est qòd ægrè te habeas. Geminâ ferè argumentatione utitur ad Lucilium suum Seneca *Epist.* 42. *Hoc perituram est. nempe adventitium est. tam facilè sine isto vives, qàm vixisti. Si diu illud habuisti, perdis postqam satiatus es. Si non diu, perdis anteqam assvescas.*

Καὶ ἤδη εἰθισαι] Notum est Pythagoræ monitum illud: ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον. ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. *Delige vitæ rationem optimam, svavem eam consvetudo faciet.* Referunt Galenus *de affect. cur. c.* 6. Stobæus *tom.* 2. *tit.* 29. An- F tonius *Meliss. l.* 2. *c.* 80. Plutarchus in *præcept. salubr.* & *de exil. p.* 602. *B.* qi idcirco *lib. de profect. pag.* 77. *D.* hoc insigne facit δήλημα προκοπῆς, τὸ μηκέτι προσάντη, μηδ' ὀρθίου ἄγαν, ἀλλὰ ῥᾳδίαν καὶ λείαν καὶ δι' ἐυκτεάνου εἶναι τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, οἷον ἐκλειαινομένην τῇ ἀσκήσει. *Declarationem profectus, qum jam non amplius arduæ, avt nimis acclivis est via, sed facilis, ac plana, ac expedita: qippe exercitando levigata.* Qod Hieronymus an Pavlinus *ad Celant. Asperam nobis & insvavem virtutum viam nimia facit vitiorum consvetudo; qa si in alteram partem transferatur, invenitur semita justitiæ levis.* Qanqam Plutarchus idem in tract. *de tranqill. pag.* 466. *F.* qasi Pytha- G goricum illud corrigens: Οὐχ ἡ συνήθεια ποιεῖ τὺς ἑλομένους τὸν ἄριστον βίον ἡδύν, ὡς τις εἶπεν. ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἥδιστον. *Consvetudo non facit, ut qidam dixit, vitæ optimum modum electum jucundum: sed prudentia simul & optimam & svavissimam parat vitæ rationem.* Nec diffitendum tamen, multùm conducere assvetudinem, ad vitæ, qæcunqe ea tandem fuerit, molestias allevandas. Plutarchus *de audiend. pag.* 37. *E.* Τῶν ἐγγεγραμμένων εἰς τὰς πολιτείας, οἱ μὲν ἀλλοδαποὶ καὶ ξένοι κομιδῇ πολλὰ μέμφονται καὶ δυσκολαίνουσι τῶν γινομένων. οἱ δ' ἐκ μείζονων σύλλο-

ἢ ἔξω ὑπάγεις, καὶ ἔτι ἤθελες. ἢ ἀποθνήσκεις, καὶ
a L.12.§.36 a ἀπελειτούργησας. ἄλλο τι παῦται ἀδύν. ἀκοῦε εὐ-
θύμως.

α -τό [τι, εἶον] ix f.

§.23. Ἐναργὲς ἔστω ἀεὶ τὸ, ὅπου τοιοῦτο * κλεί-
γο ὁ ἀγρός ἐστι. καὶ πῶς b πάντα ἐστὶ τ' αὐτὰ ἐνθάδε
b Sup.§.15. τοῖς ἐν ἄκρῳ τῷ ὄρει, ἢ ἐπὶ ἔσχατιαλῆ, ἢ ὅπως θέ-
c Plato Theaet. λεις. ἄντικρυς γὰρ εὑρήσεις τὰ ἔσω Πλάτωνος. c σε-
*, [τὸ τεῖ- κὸν ἐν ὄρει, φησὶ, * περιβαλλόμενον. [καὶ βάλλειν
χος] περ. βλήματα.]

d L.5.§.11. §.24. d Τί ἐστί μοι τὸ ἡγεμονικόν μου· καὶ ποῖόν
e L.12.§.33 τι ἐγὼ αὐτὸ ποιῶ νῦν. καὶ e πρὸς τί ποτε αὐτῷ νῦν
f L.5.§.8. χρῶμαι. μήτι κενὸν νοῦ ἐστι. μήτι ἀπόλυτον καὶ f ἀπε-
g L.7.§.66. σπασμένον κοινωνίας. g μήτι προσττικὸς καὶ ἀνα-
67. h L.5.§.26. κεκραμμένον τῷ σαρκιδίῳ, ὥστε h τοῦτο συμπέπαγε.

vel foris vadis; & hoc volebas; vel moreris, & munere defunctus es. præter ista nihil restat. bono itaqe sis animo.

§.23. Illud tibi semper constet, ejusmodi quiddam agrum esse, cujusmodi est locus alius qilibet. eadémqe esse omnia istîc agentibus, qæ eis, qi in montium verticibus, vel in litorum crepidinibus, vel alibi ubicunqe volueris, versantur. palam enim invenies Platonis illa, *Urbis muro, ut cavlæ septo circundatus.*

§.24. Qidnam est mihi nunc mens mea? vel qalem ego eam præsto? ad qidnam eâ jam utor? nunqid est intellectu vacua? nunqid à societate communi soluta & revulsa? nunqid carunculæ ità agglutinata & permixta, ut cum illa mutetur una?

§.25.

ANNOTATIONES.

φοι καὶ συνήθεις ὄντες τῶν νόμων, ὑ χαλεπῶς προσδέχονται τὰ A ἐπιβάλλοντα καὶ εἰργασιν. *Qi in civium numerum adscribuntur alienigenæ & omnino peregrini, multa eorum qa fiunt reprehendunt, ac iniqè ferunt: qi verò inqilini educatione ac consvetudine sibi leges familiares reddiderunt, absqe molestia qa suarum sunt partium obeunt, isqe sunt contenti.* & *ibidem p.47. B.* Ἐν γράμμασι, καὶ περὶ λύρας, καὶ παλαίστρας, αἱ πρὸς μαθήσεις ἀρχαὶ πολὺν ἔχουσι θορυβον, καὶ πόνον, καὶ ἀσάφειαν. εἶτα προϊόντι κατὰ μικρὸν, ὥσπερ πρὸς ἀνθρώπους, συνήθεια πολλὴ καὶ γνῶσις ἐγγινομένη, πάντα φίλα καὶ χειρόθη καὶ ῥάδια λέγειν τε καὶ πράττειν παρίσχει. *In literis, lyra, palæstra ea qa initio discenda sunt, multum habent tumultus, laboris, ac obscuritatis: inde pavlatim factis progressibus consvetudo tanB qam cum hominibus & notitia plenior parta, omnia amica, mansveta, & feliciora dictu actuqe facit.* Aristoteles *Rhet. l.1.c.10.* Ἔστι δὲ καὶ τὸ σύνηθες, καὶ τὸ ἠθικὸν, ἐν τοῖς ἡδέσι. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει μὴ ἡδέων, ὅταν ἐθισθῶσιν, ἡδέως ποιοῦσιν. *Qod verò est ex assvefactione, & consvetudine, inter jucunda ponitur. Multa enim etiam eorum, qa natura non sunt jucunda, cum assveveris, jucundè faciunt.* Joannes Chrysostomus *in Epist. 2. ad Tim. Orat. 6. edit. Commel. p.* 1663. Μεγάλη γὰρ, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐν τοῖς κακοῖς, τῆς συνηθείας ἡ τυραννίς. ὃ δεησόμεθα πόνου λοιπὸν, αὐτῆς ἐλκύσης ἡμᾶς. *Multum qippe & in bonis & in malis valet consvetudinis vis. Non jam laborabimus, si illa nos ceperit.* vide & qæ sequntur. Naso *Artis. l.3.*

Fac tibi consvescat. nihil assvetudine majus.

Et,

Qod malè fers, assvesce; feres bene. multa vetustas Lenit. —

Arnobius *lib.2. Fiet familiaris, & more in naturam verso.* Cicero in Lælio. *Magna vis est vetustatis & consvetudinis. nemo est, si nulla res impediat, qi non eo, qo consvevit, eqo libentius utatur, qàm intractato & novo. nec modò in hoc qod est animal, sed in eis etiam qa sunt inanimata consvetudo valet; cùm locis etiam ipsis montosis delectemur & sylvestribus, in qibus diutiùs commorati sumus. Sic veteres inqilinos indulgentia loci & consvetudo etiam inter injurias detinet.* Seneca *Epist.70.* Plinius minor *lib.6. Epist.2. Mihi & gratiora sunt bona* (domestica,) *qòd perseverans; & leviora incommoda, qòd assvevi.* Indè illud Campanorum apud Livium *l.23. Notissimum qodqe malum maximè esse tolerabile.* Et Philoctetes Evripideus, referente Dione Prusæo *Orat.53.*

Καί τοι πολ' ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησί μοι
Νόσος. καθ' ἁρχὰς δ' ὑδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.
De vi doloris jam remisit tempore
Morbus, qi initio fuerat intolerabilis.

Plavtus *Trinumm.1.2.*

Habeas, ut nactus: nota mala res, optima est.
Nam ego nunc si ignotum capiam, qid agam nesciam.

De Christi Domini jugo veterum nescio qis.

Grave dum tollis, svave cùm tuleris.

Ἔξω ὑπάγεις] Vitæ genus mutas: è privato in publicum prodis: negotiis te immiscs. alluscit forsan ad proverbium, qod à Zenodoto refertur. Ἀνδρὶ Λύδῳ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο. *Viro Lydio negotia non sunt, sed ipse foris vadens illis eximitur.*

Ἀπελειτούργησας] Vitam hanc λειτουργίαν τινὰ esse vult. qomodo Pavlus ὑπηρεσίαν in concione ad Antiochenses apud Lucam *Act.c.13.v.36.* Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη. *Nam David qidem posteqam ætate sua inservivit Dei consilio, obdormivit.* Cicero *de senect. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere qodam necessitatis & gravi opere perfungimur.* Indè, *vitæ munera*; &, *defunctos mortuos*, dicimus, utpote qi vitæ officia jam compleverint. Servius *ad Æn. l.6.* Pulcrè avtem & ad Marci mentem Apostolus apud Lucam *Act.c.20.v.24.* Ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου. *Sed nullius rei habeo rationem, neqe vitæ mea mihi ipsi cara est, ut consummem cursum meum cum gavdio, & ministerium qod accepi à Domino.* qasi dicat, *cur non lubens vitam ponam, ubi cursum absolverim, munisqe ac ministerium à Christo Domino assignatum executus planè fuerim.* διακονίαν dixit, qod Marcus λειτουργίαν. ἀπολειτουργῆσαι (qod alibi havd temerè reperias) *munere defunctum esse:* ut ἀποβιῶσαι, *vitam obiisse:* & ab eodem jam liberum & immunem fieri: qod Joannes in *Apocal. c.14. v.13.* dixit, ἀπὸ τῶν κόπων ἀναπαύσωνται, *requiescere à laboribus.*

§.23. Ὅτι τοιοῦτο ἐκεῖνο ὁ ἀγρός ἐστι] *hoc esse agrum.* Xylander. *hoc vel illud esse* Casavbonus. f. τοιοῦτο [εἶον] ἐκεῖνο, *tale qid, qale illud.* nihil à loco alio distare, animi tranqillitatem qod attinet. vide *l.4.§.3.*

Πάντα ἐστὶν ἐνθάδε τ' αὐτὰ τοῖς ἐν ἄκρῳ τῷ ὄρει] Vide *suprà* §.15. Sed & *ad l.4.§.3.* ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητοῦσιν. & *l.8.§.45.* Epictetus *l.3.c.22.* Ὅπου γ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ ἥλιος, ἐκεῖ σελήνη, ἐκεῖ ἄστρα, ἐνύπνια, οἰωνοὶ, ἡ πρὸς θεοὺς ὁμιλία. *Qocunqe abiero, ibi erit sol, ibi luna, ibi stellæ, somnia, auguria, colloqia cum Deo.*

Τὰ τοῦ Πλάτωνος] Ex *Theæteto*: laydata etiam à Theodoreto *Therapevt. l.1.* & *l.12.*

Σηκὸν ἐν ὄρει περιβαλλόμενος] ἀγροῖκον καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας, οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γενέσθαι σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβληθέντα. Plato. de sapiente sermo est, Philosophiæ studiis prorsus dedito, qi non secus in urbe conversatur, qàm si in monte aliqo ab hominum commercio sejunctus ageret, murisqe civitatis, perinde ac cavlæ alicujus septo pastor rusticus, inclusus tenetur. Theodoretus cum Marco περιβαλλόμενον legit. Sed Platonis mentem seciùs cepit, cùm opinaretur Platonem hoc voluisse, verum Philosophum ἐν ὄρει σηκὸν δειμάμενον οἰκήσειν, *in tuguriolo aliqo, sive stabulorum in monte sibi extructo esse habitaturum*: qod Plato nullus hìc dicit.

Καὶ βάλλειν βλήματα] ista qò pertineant, ego planè sum nescius. Xylander & *balare.* qasi βληχᾶσθαι & βληχήματα legerit. qo fundo, qove sensu, nullus video. Annotator Lugdunensis *propriè*, inqit, *est jacere jacula.* Sed jacula istîc qid faciant, nullus idem nos docet. Mericus Casavbonus seqentibus adfigit: & προβάλλειν προβλήματα legisse videtur; & *problemata tibi proponere ista, qidnam est mihi nunc mens mea,* &c. verùm D. Salmasius expungenda censet; utpote qæ nec sensum ullum efficiant, nec in melius reformari possint. Vetat avtem Medicorum princeps τοῖς ἀνιήτοις ἐγχειρίειν. E

§.24. Τί ἐστί μοι τὸ ἡγεμονικόν μου] Epictetus *l.1.c.26.* Αὐτη ἐν ἀρχὴ τῆ φιλοσοφεῖν, αἴσθησις τῆ ἰδίου ἡγεμονικοῦ, πῶς ἔχει. *Hoc igitur est philosophandi principium, animadvertere mens & ratio sua qo pacto sit affecta.* Vide *l.12.§.33.*

Μήτι ἀπόλυτον καὶ ἀπεσπασμένον κοινωνίας] Vide *ad l.4.§.29.* & *l.8.§.34.*

Μήτι προσττικὸς] à metallis translatum, qæ ubi liqefactæ jam, affusa fuerint rei alicui, in unum idémqe cum ea corpus coalescere videntur. Ità Epictetus *l.1.c.3.* Τί τούτοις προσήκας; *Qid ergo istis affixus es?* vide *ad l.12.§.19.* F

Ὥστε τούτῳ συμπέπαγε.] Plato *Phædon. pag.63. A.* Ἐκείνη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα, προσηλοῖ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα, καὶ προσπερονᾷ, καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ, δοξάζουσαι ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ. *Quisqis omnis voluptas atqe dolor qasi clavum tenens animam corpori affigit, atqe connectit, efficitqe corpoream adeo, ut jam opinetur ea esse verè qæ svadeat corpus.* qanqam negat passim Marcus corpus de istis qicqam pronunciare. vide *l.7.§.14, 16, 33.* & *l.8.§.25, 37.*

Καὶ ἀναπεπραμμένον τῷ σαρκιδίῳ] ità *l.7.§.57.* ἡ φύσις οὐχ οὕτω συνεκέρασε τῷ συγκρίματι. &c. & *l.5.§.26.* μὴ συγκρισίσθω.

§.25.

§. 25. Qi dominum fugit, fugitivus eſt. dominus avtem eſt lex. ergò qi legem tranſgreditur, fugitivus eſt. idem eſt & qi ideo angitur, vel irascitur, vel meruit, qod ſecus, qàm ipſe velit, avt factum ſit, avt fiat, avt futurum ſit eorum qicqam, qæ ab univerſi rectore ſunt conſtituta, qi eſt ipſe lex unicuiqe qod ſuum eſt tribuens. fugitivus eſt igitur, qi metuit, vel angitur, vel irascitur.

§. 26. In uterum ſemen qi miſit, abſcedit.

§. 25. [a] Ὁ τὸν νόμον φεύγων, δραπέτης. νόμος δὲ ἡ ὀρθὸς λόγος. καὶ ὁ παρανομῶν, δραπέτης, ἅμα καὶ [b] ὁ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, ἢ φοβούμενος, * ὁ βέλτιόν τι γεγονέναι, ἢ γένεσθαι, ἢ γενέσθαι, τί ἐστιν [c] ἃ πάντα διοικεῖ πραγμάτων, ὅσα ἐστὶ νόμος, [d] μέμνων, ὅσα ἑκάστῳ [e] ἐπιβάλλει. ὁ ἄρα φοβούμενος, ἢ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, δραπέτης.

a L. 4. §. 29.
b L. 11. §. 8. 9.
* ὅτι β. f.
c L. 6. §. 1. 5.
d L. 4. §. 10.
e L. 7. §. 7.

§. 26. [f] Σπέρμα εἰς μήτραν ἀφεὶς ἀπεχώρησε, καὶ

f L. 5. §. 4. l. 12. §. 26.

ANNOTATIONES.

§. 25. Κύριος δὲ ὁ νόμος] Pavſanias Pliſtanactis filius, qærenti qare legum priſcarum nullam abrogare apud ſuos liceret, reſpondit apud Plutarchum *Lacon. Apophth.* 59. *l.* 1. *c.* 7. Ὅτι τοὺς νόμους τῶν ἀνδρῶν, ἀλ' οὐ τοὺς ἄνδρας τῶν νόμων κυρίους εἶναι δεῖ. *Qia legum in viros, non virorum in leges debet eſſe autoritas.* Pittacus apud Laërtium *l.* 1. *c.* 77. item Crœſo percontanti, τίς ἀρχὴ μεγίστη; *qodnam eſſet maximum imperium?* reſpondit, ἡ τῶν ποικίλων ξύλων, *ligni varii*, leges deſignans, qæ codicibus inſculpebantur. Indè Chilonis monitum; Νόμοις πείθεσθαι. *Obtemperandum legibus.* Laërtius *l.* 1. *c.* 70. qod Spartanis religioſiſſimum ſemper fuerat. Archidamus Zevxidami filius, ſciſcitanti apud Plutarchum *Lacon. Apophth.* 19. qinam Spartæ rerum potirentur, οἱ νόμοι, inqit; καὶ τὰ ἀρχεῖα κατὰ τοὺς νόμους. *Leges, & magiſtratus ex earum præſcripto.* Ageſilaus in *Epiſt.* apud Plutarchum *Lacon. Apophth.* 2. ad ſuos à bello ipſum revocantes, qod cùm bene ſuccedere videretur ægrè qidem, reliqit tamen; Ἄρχω γὰρ οὐκ ἐμαυτῷ ἀρχὰν, ἀλλὰ τῇ πόλει, καὶ τοῖς συμμάχοις. καὶ τότε ἄρχει ἄρχει ἀλαθείας καλὰ δίκαν, ὅταν καὶ ἄρχηται ὑπὸ τῶν νόμων καὶ ἐφόρων, ἢ ὅσοι οἱ ἄλλοι ἐν πόλει ἄρχοντές εἰσιν. *Imperium enim gero non mihi, ſed civitati ac ſociis: Ac tum imperator verè juſtèqe imperat, qando regitur à legibus & ephoris, avt ſi qi ſunt alii in civitate magiſtratus.* Demaratus, qærenti, qare patriâ exularet, cùm rex ibi fuiſſet, inqit apud Plutarchum *Lacon. Apophth.* 28. Ὅτι κρείσσονες, αὐτῆς οἱ νόμοι εἰσίν. *Qia majore vi ſunt leges ejus civitatis.* Plutarchus in *præcept. polit. pag.* 808. *A.* Δεῖ γὰρ οὐκ ἄχρι τοῦ βωμοῦ φίλον εἶναι τῷ μὴ συνεπιορκεῖν, ὡς ποτε Περικλῆς εἶπεν, ἀλλ' ἄχρι παντὸς νόμου καὶ δικαίου. *Oportet enim non modò uſqe ad aram amicum eſſe, neqe ſe perjurii ſocium facere, ut aliqando Pericles dixit: ſed & uſqe ad omnem legem & juſtitiam.* Verùm legem univerſi ſive naturæ Marcus hîc vult, de qa *l.* 2. §. 16. & *l.* 4. §. 10. de qa & Dionyſius major apud Plutarchum *Apophth.* 20. dixit. Τοὺς μὲν τῆς πόλεως νόμους δύνασθαι, τοὺς δὲ τῆς φύσεως μὴ δύνασθαι βιάσασθαι. *Civitatis legibus vim facere poſſum, naturæ legibus neqeo.* & Ariſtotelis nomine, *de mund. c.* 6. Νόμος γὰρ ἡμῖν ἰσοκλινὴς, ὁ Θεὸς, ἰδιμέρειαν ὑποδεχόμενος διόρθωτιν, ἢ μεταθέσιν. κρείττων δὲ, ὁλιμαῖ, καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύβοισιν ἀναγεγραμμένων. *Deus enim nobis lex eſt: in omnem illa qidem partem ad æqilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam varietatem, qippe qa potior ſit illis legibus, & ſtabilior, qa in tabulis perſcripta ſunt.* & Philo *de bon. hom. libert. p.* 871. *A.* Νόμος δὲ ἀψευδὴς, ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τῶν δεινῶν ἢ τῶν δεινῶν ἀνητῶ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ σήλαις ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς. *Eſt autem vera lex, recta ratio, non hujus avt illius mortalis inſtitutum in tabellis chartuliſve ſcriptum inanimis, ſed immortalis ipſa ſtylo naturæ ſempiterna in mente immortali exarata.* Clemens denique *Strom. lib.* 1. *pag.* 357. *A.* Ἐν δὲ τῷ Πέτρῳ κηρύγματι ὑγροῖς ἀν νόμοις καὶ λέγοντι τὸν κύριον προσαγορευόμενον. *In Petri autem prædicatione inveneris Dominum vocari legem & rationem.* vide & *l.* 11. *p.* 1.

Ὁ παρανομῶν δραπέτης] Ità *l.* 4. §. 29. φυγάς, *profugus.* & *l.* 11. §. 9. λειποτάκτης, *ſtationis deſerta reus*, vide ſis apud Platonem Socratis diſceptationem cum *Critone* fugam ſvadente,

Ἅμα καὶ ὁ λυπούμενος] *At dolorem aliqis concipit*, &c. Xylander. imò *ſimul*, vel *ſimiliter*, havd minùs is qoqe, qi *dolet, contriſtatur*, &c.

Ὁ βέλτιόν τι] *propter aliqid eorum qod factum eſt, vel fit, vel fiet ſecundum voluntatem ejus, qi univerſum gubernat.* Xylander, ut legiſſe videatur, ὅτι βέλτιόν τι γεγονέναι. Xylandri veſtigia premit Caſavbonus. Verùm dictionis ſic reconcinnatæ ſeries interpretationem iſtam nulla videtur admittere, niſi trajectionem duram ſatis conſtituamus; ut illud ὁ βέλτιόν τι, vel ὅτι βέλτιον, ſenſu ſaltem, ſubjiciatur verbis illis, ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διοικοῦντος. Negativa forſan particula intercidit; ut reſcribendum ſit ὁ [μὴ] βέλτιόν τι γεγονέναι, &c. *qi contriſtatur, iraſcitur, vel metuit, qòd præter voluntatem ſuam aliqid factum ſit, fiat, vel futurum ſit:* ſive, *qòd qicqam, qod ipſe nolit, factum ſit, fiat, vel futurum ſit, ex eis qa ab eo qi univerſa diſponit conſtituta ſunt.* viderint alii.

Ὅς ἐστι νόμος νίμειν ὅσα ἑκάστῳ ἐπιβάλλει] vide *l.* 7. §. 32. Πάντα νομισθῆναι ἴσα. *Lege certâ pleraqe ferri.* Plutarchus *de Homero.* Ὁ νόμος λέγεσθαι ἔοικεν ἀπὸ τοῦ νέμειν τὰ ἴσα πᾶσιν, ἢ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. Νόμος *dici videtur ab omnibus paria, vel pro dignitate cuiqe tribuendo.* vide *l.* 8. §. 67.

Ὅσα ἑκάστῳ ἐπιβάλλει] ſive, τὸ ἐπιβάλλον, ut *l.* 7. §. 7. *qa cuiqe conveniunt, & ad unumqemqe pertinent.* Ariſtoteles *polit. l.* 1. *c.* 9. Δεῖ μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτῶ ἔργον. διὸ τὸν μὲν ἄρχοντα τελείαν ἔχειν δεῖ ἠθικὴν ἀρετήν. τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον, ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς. *Oportet omnes participes eſſe, ſed non eodem modo, ſed qantum cuiqe opus eſt. Ex qo fit, ut is qi imperat, perfectam virtutem habere debeat moralem: aliorum verò unuſqiſqe, qantum ipſis convenit, vel ad ipſos pertinet.* & *l.* 2. *c.* 3. Ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινόν. τῶν γὰρ ἰδίων μάλιστα φροντίζουσι. τῶν δὲ κοινῶν ἧττον, ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. *Qod enim multorum commune eſt, in eo minima adhibetur diligentia. Nam de propriis maximè curant homines, de communibus autem minus qam qantum ad unumqemqe attinet.* & *l.* 7. *c.* 1. Ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσονπερ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ τῷ πράττειν κατὰ ταύτας. *Tantum unicuique felicitatis contingit, qantum virtutis & prudentiæ, & qantum ſecundum has operatur.* Baſilius Cæſar. *Ep.* 167. *ad Diodor.* Εἰπερ ὅλως ἐπιβάλλει ἡμῖν διαβάλλειν ἀνθρώπους, τῶν πραγμάτων ἀφιεμένους. *Siqidem omnino rebus ipſis miſſis perſonas perſtringere nobis convenit.* Avtor *l.* 2. *Maccab. c.* 9. *v.* 24. τὰς ἐπιβαλλούσας περὶ τὰς θυσίας προσαγωγὰς. *convenientes ad ſacrificia ſumptus* Junius. *pertinentes* Leo Judæ & Vatablus. Porphyrius *de abſtinent. l.* 4. Καὶ ὑδάτου τοσοῦτον ἂν τις μεταίη, ὡς μὴ πᾶσιν ἐπιβάλλειν ἡγεῖσθαι σπουδαίοις εἶναι προθυμεῖσθαι. *Nemo itâ inſaniverit, ut non exiſtimet ad unumqemqe pertinere, bonum eſſe lubenter velle.* Malim itaqe cum Xylandro *qod ſuum eſt.* qàm cum Caſavbono *qa unicuique eveniunt.*

§. 26. Σπέρμα] *Semen* pro *genitura virili* dixit. qam à *ſemine* tamen diſtingvit Ariſtoteles *de gener. animal. l.* 1. *c.* 18. Γονὴ μὲν τὸ ἀπὸ τοῦ γεννῶντος καλεῖται ἄιτιον, ὅσα συνδυάζεσθαι πέφυκε, τὸ πρῶτον ἔχον ἀρχὴν γενέσεως. σπέρμα δὲ, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὰς ἀρχὰς ἔχον τῶν συνδυασθέντων. *Genitura igitur id vocatur, qod à generante proveniens cauſſa eſt, qa prima obtineat principium generationis: videlicet in iis, qa coire natura voluit. Semen autem eſt, qod ex ambobus coeuntibus illis originem trahit.* verùm diſtinctionem hanc nec uſus communis obſervat, nec ſacræ paginæ ſcriptores. vide *Gen. c.* 38. *v.* 9. & *Levit. c.* 15. *v.* 16. vide *l.* 12. §. 24.

Εἰς μήτραν ἀφεὶς ἀπεχώρησε] Perinde de ſemine in terram miſſo Chriſtus Dominus. *Marc. c.* 4. *v.* 26. Ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαστᾷ, καὶ μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. *Ut ſi qiſpiam jaciat ſemen in terram, & dormiat, & exſurgat nocte ac die: & ſemen germinet, & aſſurgat qomodo ipſe neſcit. Sponte enim terra fructum fert, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.* ſive ut Apoſtolus, *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 15. *v.* 37. Ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον. ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. *Et qod ſeris, non corpus oriturum ſeris, ſed nudum granum; ſed Deus ei dat corpus ut voluit, & ſingulis ſeminibus ſuum corpus.* De homine pariter dictum ſit. *Ego te*, inqit, *formavi in utero.* Jerem. *c.* 1. *v.* 5. *Manus qaſdam avteris tui in utero hominem formantis advertis.* Ambroſius *in Luc. l.* 1. *c.* 6. *Qi primum hominem fecit ex pulvere, omnes homines fabricatur ex ſemine.* Avguſtinus *adv. Jul. l.* 3. *c.* 17. & *de nupt.* & *concupiſc. lib.* 2. *c.* 13. *Idémqe de verbo, Ap. conc.* 11. *qi primò creavit hominem ſine homine, modò creat hominem ex homine.* Ità David *Pſal.* 119. *v.* 73. *Manus tuæ fecerunt & formârunt me.* & *Pſal.* 139. 13–16. *Tu obtegebas me in utero matris meæ: maſſam meam viderunt oculi tui: & in libro tuo deſcriptæ erant membra omnia mea, qa de die in diem artificioſe confecta fabricabantur, cùm nulla priùs exiſterent.* Job item *c.* 10. *v.* 8–12. *Manus tuæ figurârunt & fecerunt me; ſicut argillam, efformâſti me; ſicut lac, fudiſti me: tanqam caſeum coagulâſti me: cuté & carne induiſti me: oſſibus & nervis contexuiſti me.* Mater illa pia filiis ſuis *Maccab. hiſt. l.* 2. *c.* 7. *v.* 22. *Neſcio ipſa, qomodo in utero meo compareritis: neqe enim ego ſpiritum vitamqe largita ſum vobis, neqe primariam cujuſqe informationem ego coaptavi; ſed conditor ille mundi, qi finxit hominum ortum, omniumqe naturam invenit.* Qod Prudentius *Stephan. od.* 10.

καὶ λοιπὸν ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα ἐργάζεται, καὶ ἀποτελεῖ βρέφος. [a] ἐξ οἵου, οἷον; πάλιν τροφὴν διὰ φάρυγγος ἀφῆκε, καὶ λοιπὸν [b] ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα αἴσθησιν καὶ ὁρμὴν τὸ ὅλον ζωὴν καὶ ῥώμην, καὶ ἄλλα [ὅσα καὶ οἷα] ποιεῖ. [c] ταῦτα οὖν τὰ ἐν τοιαύτῃ ἐγκαλύψει γενόμενα θεωρεῖν, καὶ τῷ δύναμιν ἔχειν ὁρᾶν, ὡς καὶ [d] τῷ βεῖθρον, καὶ τῷ ἀνωφερῆ, ὁρῶμεν, [e] οὐχὶ ταῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐχ ἧττον ἐναργῶς.

[a] L. 4. §. 48. l. 6. §. 13.
[b] Inf. §. 38.
[c] L. 4. §. 36. l. 7. §. 29, 30. l. 9. §. 25.
[d] L. 12. §. 30.
[e] L. 3. §. 15. l. 11. §. 12.

hoc alia deinceps excipiens natura, fœtum fabricat & absolvit; ex qali qalem? alimentum rursus mater per gulam demittit; qod alia insuper cavsa ubi exceperit, sensum, motúmqe, adeóqe vitam ac vires & alia (qot ea numero & qalia?) conficit. hæc, tantâ licèt involvantur caligine, contemplari oportet, prout vim eam cernimus, qâ vel deorsum, vel sursum corpora feruntur, non oculis qidem externis, sed nec minùs clarè tamen.

§. 27.

ANNOTATIONES.

Qânam arte nobis vivere intus ceperis,
Nihilúmqe & illud unde corpus nescio;
Novit animator solus & factor tui.
Impendere ipsi, cujus ortus munere es:
Bene in datorem, qod dedit, refuderis.

Hermes *l.* 16. περὶ ἐνεργ. καὶ αἰσθ. *pag.* 45. Ὅταν ἡ γένεσις ἀποθησαυρίζει γόνον, συμβαίνει πως αἰσθάνεσθαι ἐκ τοῦ σώματος ὅλης μελῶν οὐσίαν τινὰ κατὰ θείαν ἐνέργειαν, ὡς τοῦ αὐτοῦ ἀνθρώπου γινομένου. *Quando generatio asservat semen, accidit qodammodo ut inspiretur è corpore toto membrorum essentia qadam per divinam actionem, qasi idem homo fiat.* Dei igitur opus istud, qo corporis fabrica conficitur: sed ad qod perficiendum ille animæ ministerio utitur; qam hîc Marcus designavit. vide Julium Scaligerum *ad l.* 11. §. 1. Minùs enim placet, qod Tertullianus *de anima c.* 26. *Omnem hominis in utero serendi, struendi, fingendi paraturam aliqa utiqe potestas divina voluntatis ministra modulatur; qamcunqe illam rationem agitare sortita.* Angelorum scilicet ministerio peragi vult ista: subjungit enim; *Nos officia divina Angelos credimus*: qos & exterorum, *Alemona, Partula, Lucina* substituit. At Philo *natura* hoc tribuit, *de mundi immortal. pag.* 946. *A.* Ἐξ ἀνθρώπων βλαστάνουσιν ἄνθρωποι, σπείροντος μὲν εἰς μήτραν ἀνδρὸς, ὑετοῦ δίκην, γυναικὸς δὲ ὑποδεχομένης τὰ σπέρματα σωτηρίως, τῆς δὲ φύσεως ἀοράτως ἑκατέρα καὶ τῶν τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς διαπλαττούσης μερῶν. *Ex hominibus nascuntur homines, viro in vulvam tanqam in arvum semen mittente, muliere verò id excipiente salubriter, & naturâ modo invisibili formante partes tum corporis, tum animæ. naturam* vult vel animam vegetatricem, vel vim ac facultatem semini à primordio divinitus inditam.

Ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα] vide Galenum *de natural. potent. sive facultat. l.* 1. *c.* 3. Philo *de creat. pag.* 14. *C.* Τὸ σπέρμα τῶν ζώων γενέσεως ἀρχὴν εἶναι συμβέβηκεν. τοῦτ' ὡς ἔστι φαυλότατον, ἐοικὸς ἀφρῷ θεωρεῖται. ἀλλ' ὅταν εἰς τὴν μήτραν καταβληθὲν ἐνηρίσῃ, κίνησιν ἐυθὺς λαβὸν, εἰς φύσιν τρέπεται. (qod Galenus uti *suprà, l.* 2. *c.* 3. ὃ γὰρ ἦν πρότερον σπέρμα, τοῦτ' ὅταν ἄρξηται φύσει τε καὶ διαπλάττειν τὸ ζῷον, φύσις τις γίνεται) φύσις δὲ βελτίων σπέρματος. ἐποὶ καὶ κίνησις ἐρημίας ἐν γενητοῖς. ἡ δ' ὕλα τεχνῖτις, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, ἀνεπίληπτος τέχνη, ζωοπλαστεῖ, τὴν μὲν ὑγρὰν οὐσίαν, εἰς τὰ τοῦ σώματος μέλη καὶ μέρη διανέμουσα, τὴν δὲ πνευματικὴν, εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, τήν τε θρεπτικὴν καὶ τὴν αἰσθητικήν. τῶν γὰρ τοῦ λογισμοῦ ταῦτ' ὑπερθετέον, διὰ τὰς φάσκοντας θύραθεν αὐτὴν ἐπεισιέναι, θεῖόν καὶ ἀίδιον ὄντα. ἐκεῖθεν ἤρξατο μὲν ἀπὸ σπέρματος ἐυτελοῦς ἡ φύσις. ἔληξε δ' εἰς τὸ τιμιώτατον, τὴν τοῦ ζῴου καὶ ἀνθρώπου κατασκευήν. *Semen genitale est principium animalium. Hoc esse vilissimum videmus, spuma simile: caterum ubi in vulvam injectum hæserit, motus mox particeps, in vesicam qandam mutatur* (*qod namqe semen prius erat, id qum primum & gignit & format animal, natura qadam fit*) *Ex semine est melior, & qoniam motus placidus inest fœtibus tanqam artifex, vel, ut magis propriè dicam, irreprehensibilis ars, fingit animal ex humida essentia, in corporis membra partésqe eam distribuens: sicuti spiritualem essentiam in virtutes animæ, nutritivam & sensitivam. Nam de rationali supersedendum nunc est dicere, propter eos, qi ajunt eam externè advenire divinam sempiternámqe. Atqe ita generatio, qam natura cœpit à vili semine, in res præstantissimas desit, animal & hominem.* Vide & Clementem Alexandrinum *pædag. l.* 2. *c.* 6. *ad lib.* 4. §. 16.

Ἐξ οἵου οἷον] herì μυξάριον. *l.* 4. §. 48. & *l.* 6. §. 13. mox μίγα θαῦμα, ut Hermes supposititius *Asclepio.* Θεῖον θαῦμα, *miraculum divinum*, ut Plato *de leg. l.* 1. *pag.* 782. *A.* unde Psaltæ illud *Psal.* 139. *v.* 14. *Mirum in modum.* & Augustinus *homil.* 31. *Videt homo insolita & miratur; miratur alia, cùm sit ipse mirator magnum miraculum. Omni enim miraculo qod fit per hominem majus miraculum est ipse homo.* Idem *de civit. Dei l.* 10. *c.* 12. Similis illa Iphicratis vox, qò & Marcus forsan alluserit, fortunas evectionémqe suam admirabundi, cùm obscurissimis natalibus ortus fuisset. Ἐξ οἵων εἰς οἷα; *Ex qibus in qa.* Aristoteles *rhet. l.* 1. *c.* 9. atqe ut *ibidem c.* 7. Ἐξ ὧν ὑπῆρχε ταῦτα; *Ex qibus exstiterunt hæc.* Sicut avtem eleganter hîc Marcus, ἐξ οἵων οἷον, ità Sophocles *Ajace*, sed de demutatione in seqiorem factâ, Ὅτοις ἐξ οἵων; *Qalis ex qali.* Longus *Pastoral. l.* 4. *pag.* 129. Μαθέτω ὁ μιαρὸς, οἵῳ ὢν οἷον ἐμὲ. *Discat scelestus, qalis ipse, qalia affectet.* Porphyrius *de abstinent. l.* 1. Ἀφ' οἵων εἰς οἷα. *A qibus in qa.* Psallúsque

A περὶ δαιμόνων ἐνεργείας, ἀντ' ὄντων ὄντα; *pro qalibus qalia.* sic mox denuo, ὅσα καὶ οἷα; scilicet, *ex minimis seminibus nascuntur ingentia.* Seneca *de provid. c.* 1. Polybius *hist. l.* 3. *c.* 7. Φύεται ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων. *Sæpe enim res maximæ à parvis principiis oriuntur.* Plutarchus *de commun. notit. pag.* 1077. *A.* Τὴν γὰν φύσιν ὁρῶμεν πᾶσι ζῴοις καὶ φυτοῖς [ἡμίροις τε] καὶ ἀγρίοις ἀρχὰς τὰ μικρὰ καὶ γλίσχρα καὶ μόλις ὁρατὰ τῆς τῶν μεγίστων γενέσεως λαμβάνουσαν. ἐ γὰρ ἐκ πυρὸς σάκυν, οὐδὲ ἄμπελον ἐκ γιγάρτου μόνου, ἀλλὰ ἐκ πυρῆνος ἢ βαλάνου τινὸς ὄρνεον διαφυγόντος, ὥσπερ ἐκ μικροῦ τινος σκιυθρώπου, ἐξέψασα, καὶ ῥιπίσασα τὴν γένεσιν, ἔρνος ἢ βάτον, ἢ δρυὸς, ἢ φοίνικος, ἢ πεύκης περιμήκιστον ἀναδίδωσιν. *Naturam qidem videmus omnibus animalibus, plantis ac sylvestribus stirpibus exigua, parca, & vix conspectui obvia ortus magnorum initia tribuisse. An non enim è grano tritici spicam, ex acino solo vitem, è nucleo aut glande qa avem subterfugerit, tanqam ex scintilla exigua incendens procreationem, germen rubi, quercus, palmæ, aut piceæ procerissimum edere solet?* Plinius *hist. nat. l.* 17. *c.* 10. *Minimis id* (cupressi semen) *granis constat, ut vix perspici qadam possint; non omittendo naturæ miraculo, etiam parvo gigni arbores: his principiis respuentem secures materiem nasci, indomita ponderibus immensis prela, arbores velis, turribus murisque impellendis arietes. hæc est natura vis, hæc potentia.* Et Seneca *qæst. natur. lib.* 2. *c.* 6. *Considereamus, qàm ingentem vim per occultum agant parvula admodum semina; & qorum exilitas in commissura lapidum vix locum inveniat, in tantum convalescunt, ut ingentia saxa detrahant, & in momenta dissolvant scopulos rupésqe.* De frumento Pavlus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 15. *v.* 37. qod suprà retulimus. unde Tertullianus *de resurr. c.* 52. *Seritur solummodo granum, sine folliculi veste, sine fundamento spica, sine munimento aristæ, sine superbia culmi. Exurgit avtem copiâ fœneratum, compagine adificatum, ordine structum, cultu mumtum, & usqeqaqe vestitum.* Augustinus *Epist.* 3. *Ipsa vis seminum qos numeros habeat, & qàm vivaces, qàm efficaces, qàm latenter potentes, qàm in parvis magna molientes, qis adeat animo, qis promat eloqio?* De sinapi videatur & qod Dominus Christus Matth. *c.* 13. *v.* 32. Et Marc. *c.* 4. *v.* 31, 32. At de homine qantò majora dici possunt, & miranda magis?

Ἐν τοιαύτῃ ἐγκαλύψει γινόμενα] *in abdito facta.* David *Psal.* 139. *v.* 15. Et Solomon *Eccles. c.* 11. *v.* 5. *nescis ossa in gravida utero qomodo fingantur.* Optimè Lactantius *de opific. c.* 19. *legem rationémqe nascendi tenet Deus solus; siqidem solus efficit.*

Τὴν βρίθουσαν] τὸ βρῖθον. *l.* 12. §. 30. (cui τὴν ἀνωφερῆ opponit) hoc est, *vim deprimentem*, sive *devergentem*; formam sive principium internum, cujus vi deorsum qædam feruntur, sicut sursum alia: si qa tamen corpora vi suâ sursum ferantur: qod negat Lucretius cujus hæc sunt, *l.* 2.

— nullam rem posse suâ vi
Corpoream sursum ferri, sursúmve meare.

Nam qod *externam* nescio qam *depressionis & elevationis* caussam *efficientem*, interpres Anglicanus opinatus est hîc intelligi, qæ oculis corporeis objecta sit, qomodo illa altera efformationis & nutritionis mentis conspectui, & ab avtoris mente, & à rei ipsius veritate alienum est. Ità usurpavit Philo *de mundi incorrupt. pag.* 962. *C.* Τὸ μὲν δὴ πῦρ συναίλκον γῆν, ὑπὸ τοῦ περὶ αὐτὴν νευστικοῦ, βρίθειν ἀναγκάζεται. *Siqidem ignis terram secum trahens degravatur ejus pondere.* & Aristoteles *problem. l.* 16. *q.* 11. Ὅταν δὲ βρίσῃ ἐπὶ θάτερον μέρος. *At ubi in partem alterutram vergere coepit.*

Οὐχὶ ταῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐχ ἧττον ἐναργῶς] Ambrosius *de sacram. l.* 1. *c.* 2. *Melius videntur, qa non videntur, qàm qa videntur.* Siqidem ut Joannes Chrysostomus *Genes. Orat.* 10. Οὐχ ὅτως οἱ σωματικοὶ ὅτοι ὀφθαλμοὶ τὰ ὁρώμενα βλέπειν δύνανται, ὡς οἱ τοῦ πνεύματος ὀφθαλμοὶ τὰ μὴ ὁρώμενα, μηδὲ ὀφιζῶντα. *Neqe tantum præstare possunt corporales illi oculi, qi visibilia cernunt, qantùm oculi spiritus, qi ea qæ non videntur, neqe subsistunt, videre possunt.* Qin & Plutarchus *de commun. notic. c.* 19. [Ἀγαθὰ καὶ κακὰ, αἰρετά τε καὶ φευκτὰ, ἀναιθάτα καὶ ἀλλότρια,] ταῦτα μᾶλλον ἔοικε διεμῶντι καὶ ψυχρῶν, λευκαίνοντι καὶ μελάνων, σαφεστέραν ἔχειν τὴν ἐνέργειαν. ἐκείνων μὲν γὰρ ἔξωθέν ἐστιν αἱ φαντασίαι ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπεισόδιον. ταῦτα δ' ἐκ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν ἡμῖν σύμφυτον ἔχει τὴν γένεσιν. (*Bona & mala, expetenda, ac fugienda, accommodata ad natu-*

ram

§. 27. Cogita tecum jugiter, qalia nunc ſunt omnia, talia priùs actitata; cogita & talia futura eſſe. propone tibi ob oculos, fabulas totas ſcenáſqe uniformes, qæcunqe vel ex notitia tua, vel ex hiſtoria antiqa cognita habueris; avlam Hadriani totam, totam Antonini, illam item Philippi, Alexandri, Crœſi. ejuſdem planè modi fuerunt omnia illa, niſi qòd per alios agebantur.

§. 28. Hominem de re ulla dolentem, atqe ægrè ferentem qicqam, ſimilem habe porcello, qi dum mactatur, calcitrat & vociferatur: cujuſmodi eſt & qi decumbens tacitè ſolus ſecum ſortem deplorat ſuam. conſidera & fato nos illigatos teneri: & rationali animali ſoli datum eſſe, ut

§. 27. Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς [a] πάντα τοιαῦτα, ὁποῖα νῦν γίνεται, καὶ πρόσθεν ἐγίνετο. καὶ [b] ἐπινοεῖν μελλούσεται, καὶ [c] ὅλα δράματα καὶ σκηναὶς ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ πείρας τῆς σῆς, ἢ τῆς πρεσβυτέρας ἱστορίας ἔγνως, πρὸ ὀμμάτων τίθεσθαι. οἷον [d] αὐλαὶ ὅλαι Ἀδριανοῦ, καὶ αὐλαὶ ὅλαι Ἀντωνίνου, καὶ αὐλαὶ ὅλαι Φιλίππου, Κροίσου. πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι' ἑτέρων.

a L. 2. §. 14.
b L. 7. §. 49.
c L. 6. §. 44.
d L. 8. §. 25, 31.

§. 28. Φαντάζου πάντα τὸν ἐφ' ὠπινιῷ λυπούμενον, ἢ δυσαρεστοῦντα, [e] ὅμοιον τῷ θυμουμένῳ χοιριδίῳ καὶ κεκραγότι. [*] ὅμοιον καὶ ὁ οἰμώζων ἐπὶ ἓξ κλινιδίου μόνος σιωπῇ τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν. καὶ ὅλα [*] ὅμοια μόνῳ τῷ λογικῷ ζώῳ δέδοται τὸ ἑκουσίως ἕπεσθαι, [f] τοῖς

e L. 11. §. 18. l. 12. §. 27.
f Sup. §. 8.

ANNOTATIONES.

ram & aliena) *qorum vim oportebat notiorem eſſe qàm calidorum & frigidorum, alborum & nigrorum: qòd horum imagines extrinſecus viſui objiciuntur, hac ex bonis qa nobis inſunt cognatam habent originem.* vide *l.* 3. §. 15. & *l.* 11. §. 12.

§. 27. Πάντα τοιαῦτα] vide *l.* 4. §. 32. & *l.* 7. §. 1, 49. & *l.* 9. §. 28.

Ὅλα δράματα καὶ σκηναὶς ὁμοειδεῖς] Vide *l.* 6. §. 44, 46. & *l.* 11. §. 6. Pro fabulæ ſive dramatis, qæ in ſcena agitur, actibus vitæ hujuſce actus habet. Sic & Apulejus *metamorph. l.* 8. de Tlepolemi cæde, Thraſillâ avtore, per viſum nocturnum patefactâ; *omnémqe ſcenam ſceleris illuminat.* De rebus Cæſaris ac Pompeii, Cælius *Ciceroni l.* 8. *Ep.* 11. *Scena rei totius hæc.* ubi qi *ſumma* legi poſtulant, dicti elegantiæ detrahunt. Vult enim Cælius nihil inter ambitioſos illos ſeriò, ſed ſimulatè, ac velut in ſcena peragi. Cicero ipſe *Bruto Epiſt.* 9. *Tibi nunc populo, & ſcena* (*ut dicitur*) *ſerviendum.* De Domitiano Dio Caſſius à Joanne Xiphilino in compendium redactus, hiſtor. Roman. *l.* 67. *pag.* 759. *D.* Καίτοι καὶ συμποτικὸς τινὶ ἐοικὼς ἐγίνετο. αὐτός τε γὰρ φιλεῖν τὸν ἀδελφὸν καὶ πενθεῖν προσεποιεῖτο, καὶ τὰς ἐπαίνους τὰς ἐπ' αὐτῷ μετὰ θαυρύου ἔλεξε, πάντα τὰ ἐναντιώτατα, ἂν ἠθέλετο, σκηπτόμενος. *Quidam verò ſcenicis actionibus ſimile fiebat. Nam ſimulabat ſe fratrem amare & lugere, laudabátqe non ſine lacrymis: qum tamen omnia contra, qàm vellet, præ ſe ferret.* vide eundem de Tiberio, *ad l.* 1. §. 11, 14. Elegantiſſimè avtem lingvâ noſtrate expreſſit iſtud Thomas Morus noſter ſub finem *hiſtoriolæ Edvardi V.* qo loco, ubi perſonatam Ducis Buckingamii & Richardi Proregis actionem deſcripſerat; illius qaſi procerum plebiſqe nomine, qi nihil minùs volebant, huic tanqam negotii totius ignaro, diadema regium deferentis, hujus tanqam qi id nollet, obſtinatè reſpuentis, nec niſi prece improbâ & importunâ, ut admitteret, adacti: *Multus*, inqit, *erat inter homines his de rebus ultrò citróqe ſermo habitus; mirari pleróſqe, ità utrinqe actitatum, acſi neutra pars ſua alteri communicaſſet conſilia, cùm nemo interim tam hebeti eſſet ingenio, qi ex compoſito rem geri non liqidò ſatis perviderit. verùm ex adverſo reſpondere alios; Negotia iſtiuſmodi à viris politicis, ſpectante populo, qaſi fabulam in ſcena, peragi. in dramate verò, etiamſi nórint ſatis ſpectatores, ſutorem eſſe qi tyranni partes agit, tamen ſi qis adeò boni moris expers fuerit, ut in majeſtatis ſede jam ſitum, pro ſodalitate priſca familiariter compellare velit hominem, futurum forſan, ut ſatellitii manu caput comminutum meritò referat, qia ſcena faciem conturbatum ferit.* Videatur & Petronius, & Joannes Sarisberienſis *policrat. l.* 3. *c.* 8. *ad l.* 11. §. 6. ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς, repræſentandus uterqe.

Αὐλὴν ὅλην Ἀδριανοῦ] vide *l.* 8. §. 23, 31.

Μόνον δὶ ἑτέρων] *Eadem planè*, inqit, *& iſta & illa omnia, niſi qòd alios actores habuerunt.* q. d. fabula eadem utrobiqe fuit: hiſtriones tantùm ſubindè mutabantur. deeſſe videtur vocula aliqa περατούμενα vel tale qid. Chriſtophorus Colerus *Epiſt. de ſtud. politic. Eadem fabula nunc luditur, qa olim; tantùm perſonæ mutatæ ſunt.* Rectè avtem Mericus Caſavbonus iſta prioribus attexuit; qæ Xylander nullo ſenſu cum ſequentibus commiſerat.

§. 28. Ὁμοίου τῷ θυμουμένῳ χοιριδίῳ λακτίζοντι καὶ κεκραγότι] Elegans imago. talis Tyrannus ille Lucianeus in *cataplo pag.* 424. qi fato trahente. Παρ' ὅλην τὴν ὁδὸν ἀντίστασις, καὶ ἀντίσπα, καὶ τὼ πόδι ἀντερείδων πρὸς τὸ ἔδαφος, ὑπ' παντελῶς ἀνάγωγος ἦν. *Per totam viam obnisi & retrahere non deſtitit: ſed pedibus ſolo firmiter innitens, neqaqam ductu fuit facilis.* Talis Flaccus, de qo Philo *pag.* 991. *D.* Πρὸς βίαν εἷλκον ἀφηνιάζοντα καὶ κεκραγότα, καὶ διαπαλαίοντα. οὐ χάριν καὶ συμπαν κατετρώθη τὸ σῶμα, ὡς ἱερεῖα τρόπον τινὰ κρεουργηθήναι. *Vi conſumacem & clamantem & reluctantem trahunt: qapropter toto conſavciatus eſt corpore, & crudeliùs confectus, ſicut victima ad viſcerationem.*

Τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν] *Miſerias mortalis vitæ hujus* Caſavbonus. *alligationem noſtram* Xylander. malim; *illigationem* (niſi ſi vocabulum vitiatum ſit, qod qis forſan ſuſpicetur) ut indicetur neceſſitas illa, qæ fato nos illigatos & obſtrictos habeat. Siqidem *fatum* Stoici definiunt *neceſſitatem rerum omnium actionumqe, qam nulla vis rumpat.* Seneca *qæſt. nat. l.* 2. *c.* 36. Idémqe *Epiſt.* 77. *Series invicta & nullâ mutabilis ope illigat & trahit cuncta.* Habes diſertè ἔνδεσιν noſtri. Eódem reſpexiſſe videtur Homerus *Iliad. β. v.* 111. & *l. v.* 18.

Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνίδησε βαρείῃ.
Jupiter me valdè Saturnius detrimento irretivit gravi.

Sed & apud Dionem Pruſæum *Orat.* 30. *pag.* 302. *C.* ille neſcio qis, μιᾷ πάντας ἁλύσει δεδίσθαι, *una omnes catenâ vinciri.* contendit. qem viſe ſis id argumenti latiùs ibi proſecutum. Poſſet forſan & animæ in corpore, cui *illigata* qodammodo hæret, ut teſtæ piſciculus incola, *innexio*; qam, dum in malis agit, moræ longioris impatiens, lugeat qis, deſignari. ἔνδεσις enim iſta qoqe dici poteſt, & ſolet. De Pythagoreis Clemens *Strom. l.* 3. *pag.* 432. *A.* Ἐντωματοῦσθαι, καὶ μετενδεῖσθαι, καὶ μεταγγίζεσθαι τὰς ψυχὰς ἀξιοῦσιν. *Qi cenſent in corpora intrudi, & iis alligari, & qaſi ex vaſe in vas aliud transfundi animas.* qi & *l.* 7. *pag.* 717. *D.* τὴν μετένδεσιν *illigationem* dixit. Et in eandem mentem Plato *Timæo*: τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνίδευ εἰς ἐπιῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπῤῥύτων. qod Cicero *lib. de univerſo* ſic reddidit; *In eo* (corpore ſcilicet) *influente atqe effluente animo divino ambitus illigabant.* ut vel aliam ſcripturam ſecutus fuerit Tullius, vel (qod magìs avtumo) apud hunc vitiata ſint verba, legendúmqe *animi divini ambitus.* nam *divinum* dixit qod ἀθάνατον Plato. Et mox: Αἱ δὲ, εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν, ὅτ' ἐκράτουν, ὅτ' ἐκρατοῦντο, &c. qod Cicero ab imagine Platonica illa diſcedens; *Itaqe illi in flumen immerſi, neqe tenebant neqe tenebantur. immerſos* dixit, qod *illigatos* Plato, ad imaginem præſentem aptiùs atqe accommodatiùs, ſicut & in antegreſſis ubi corporis ex elementis primis ſtructura depingitur, qod Plato, Εἰς ταυτὸ ξυνεπόλλων, ἃ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ὁρᾶτοις γόμφοις ξυντήκοντες. Cicero: *Eas inter ſe copulabant, havd iiſdem vinculis qibus ipſe erant colligati, ſed talibus qa cerni non poſſent propter parvitatem, crebris qaſi cuneolis injectis*, &c. ξυντήκοντες illud inſuper habuiſſe videtur, qod ad aliam imaginem ſpectaret, nec cum *vinculis* & *clavis* ſive *cuneolis colliqefactio* aptè ſatis convenire videretur. Cæterùm iſta accuratiùs penſitanti dictionis mutilatæ ſubit animum ſuſpicio. Siqidem illud τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν, non ad ſuperiora pertinere videtur, ſed ſententiam novam inchoare; ad qam pleniùs concipiendam verbum aliqod deſideretur, puta ἐπινόησον, vel ejuſdem ſignificatûs aliud qidpiam. ἐπινόησον δὲ τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν, καὶ ὅτι μόνῳ τῷ λογικῷ ζώῳ δέδοται τὸ ἑκουσίως ἕπεσθαι, &c. *Conſidera avtem qomodo neceſſitate fatali illigati ſumus, dum*

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt:

& qòd ſponte ſeqi creatura ratione prædita ſoli conceditur. Certè niſi ſic concipiatur, dictionis ſeries hiabit; & copulativa planè ſuperflua & otioſa eſt futura. Illuſtrabit avtem locum hunc imprimis Perſæ dictum ab Herodoto *l.* 9. *pag.* 590. *C.* literis conſignatum; Ξεῖνε, ἔ, τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. Ταῦτα δὶ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι, ἐπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. *Hoſpes, qicqid ex Deo fieri oportet, id homini inevitabile eſt. Atqe hac permulti Perſarum qum ſciamus, tamen Mardonium*, inqit, *ſeqimur, fatali qâdam neceſſitate illigati.* Subjungit idem, tanqam ἔνδεσιν iſtam deplorans; ἐχθίστη δὲ ὀδύνη τῶν ἐν ἀνθρώποις ἄυτη, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς πρήσσειν. *hoc avtem in rebus humanis acerbiſſimum eſt, qòd nulla prudentia poteſtatem dat cuiqam extricandi ſe neceſſitate iſtâ, qâ conſtrictus tenetur.*

Ἑκουσίως ἕπεσθαι] vide *l.* 4. §. 4. ſponte ſeqi, ideo ſolius hominis proprium eſt. qia ſolus habet τὸ αὐτεξούσιον, & *liberam electionem* ſolus obtinuit: ad bona & honeſta, hominis ſolius probè inſtituti; qia huic ſoli & ad bene agendum propendet animus & volupe eſt rectà incedere. Galenus *de affect. curand. c.* 6. Οὔτω γὰρ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων ὁρῶμεν ἐπομένους τοῖς βελτίοσι τὰς χεῖρας, ἢ μὲν ἄκοντας βιαζομένους, ὥσπερ τὰ παιδία καὶ τὰς οἰκέτας, ἢ πειθόντας ἑκόντας, ὥσπερ

a L. 2. §. 3. l. 4. §. 42. τῆς γινομένοις. a τὸ ἓν ἔπεσθαι ψιλὸν, πᾶσιν ἀναγκαῖον.

eis qæ eveniunt, ſponte obſeqi poſſit; cum ſeqi omnibus ſit ipſum neceſſarium.

§. 29. Κατὰ μέρος ἐφ' ἑκάστῳ ὧν πιθῇς ἑφιστάνων, ἀρώπω σεαυτὸν, b εἰ ὁ θάνατος δεινὸν ἀφῇ τὸ τούτῳ στέργειν.

§ 29. Conſideratâ ſeorſim, qam inſtituis, re omni, percontare te, num ideo mors gravis habenda ſit, qia eâ te privet.

b L. 12. §. 31.

§. 30. Ὅταν παροξύνῃς ἐπί τινος ἁμαρτίᾳ, εὐθὺς μεταβὰς, ἀπιλογίζου, c τί παρόμοιον ἁμαρτάνεις. ἕτιον, ἡγούμενον ἀγαθὸν εἶναι κέρδος, τὴν ἡδονὴν, ἢ τὸ δοξάριον, καὶ κατ' εἶδος. τούτῳ γὰρ ἀπιβάλλων, πηχέως ἀπιλήσῃ τῆς ὀργῆς. συμπίπτουσι τοῦτο, ὅτι d βιάζεται. e τί γὰρ ποιήσῃ; ἢ f δύναται, ἄφελε αὐτῷ τὸ βιαζόμενον.

§. 30. Ubi peccato alicujus offenderis, tranſlatione factâ perpende tecum, annon ipſe ejuſmodi aliqid pecces. puta, argentum in bonis habendo, vel voluptatem, vel gloriolam, vel aliud iſtiuſmodi. hoc enim ſi adverteris, ira ſtatim tibi excidet. præſertim, ſi ſuccurrerit unà, cogi hominem. qid enim faceret? avt, ſi poteris, tu illum vi illâ expedias.

c L. 7. §. 26. l. 11. §. 18.

d L. 5. §. 28. l. 8. §. 14.

e L. 12. §. 16.

§. 31. Σατύρωνα * ἰδὼν Σωκρατικὸν, φαντάζου ἢ Εὐτυχῆ, ἢ Ὑμένα. καὶ Εὐφράτην ἰδὼν, Εὐτυχίωνα, ἢ Σιλουανὸν φαντάζου. καὶ Ἀλκίφρονα,

§. 31. Satyrionem ubi videris Socraticum, Evtychem cogita vel Hymenem. & Evphratem ubi videris, Evtychionem cogita vel Silvanum. & Alciphrone viſo,

f L. 9. §. 11. *-ίωνα f.

Tro-

ANNOTATIONES.

τὰς ἀγαθὰς φύσει. *Eodem qoqe modo videmus inter ipſos homines, inferiores avt invito per vim ſeqi præſtantiores, ati pueros, avt famulos, avt ſuâ ſponte, avt naturâ bonos.*

A

Ἕπεσθαι ψιλὸν, πᾶσιν ἀναγκαῖον] vide *ad l.* 3. §. 4. & *ad l.* 6. §. 42. Cleanthes; (qem vide *ad l.* 3. §. 4.)

Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος, ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.
Seqar impiger: fac nolle; factus improbus,
Cogente reſtitantem vi, ſeqar tamen.

ſcilicet qod Seneca *Epiſt.* 107. poſt Cleanthis illa;

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Et *Epiſt.* 77. *Puta te nolle ſeqi, duceris.* (eo ſcilicet ſenſu, qo ad ſupplicium rapti *duci* dicuntur) *fac tui juris, qod alieni eſt.* Alluſit eódem & *qæſt. natur. l.* 2. *c.* 59. *In omnes conſtitutum eſt capitale ſupplicium; & qidem conſtitutione juſtiſſimâ. nam, qod maximum ſolet eſſe ſolatium extrema paſſuris, omnium cauſſa eadem eſt. ſeqeremur traditi à judice avt magiſtratu, & carnifici noſtro præſtaremus obſeqium. qid intereſt utrùm ad mortem juſſi eamus, an ultronei? Qiſqis avtem qeritur, & ploras, & gemit, imperata facere vi cogitur, & invitus rapitur ad juſſa nihilominus. qa avtem dementia eſt potiùs trahi qàm ſeqi?* Epictetus *l.* 2. *c.* 16. Ταῦτα (λύπην, φόβον, φθόνον, ἐπιθυμίαν, μαλακίαν, ἀκρασίαν) οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκβαλεῖν, εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸν θεὸν ἀποβλέποντα, ἐκείνῳ μόνῳ προσπεπηγότα, τοῖς ἐκείνου προστάγμασι καθωσιωμένον. ἂν δ' ἄλλο τι θέλῃς, ἠμιάζων καὶ σίναι ἀκολουθήσεις τῷ ἐκτὸς ἐφ' ἑκάστοτε, ἔξω ζητῶν ἀεὶ τὴν εὑρεσιν, καὶ μηδέποτε εὑρεῖν δυνάμενος. ἐκεῖ γὰρ ζητεῖς, ὃ μή ἐστιν, ἀφεὶς ἐκεῖ ζητεῖν ὅπου ἐστί. *Hac (dolorem, timorem, cupiditatem, invidiam, mollitiem, intemperantiam) aliter verò ejici non poſſunt, niſi ad ſolum reſpicias Deum, eique ſoli ſis addictus, & illius mandatis initiatus. Sin qid aliud voles, gemens & plorans ſeqeris robuſtiorem, foris ſubinde qærens proſperum ſucceſſum, cum ſucceſſum nunqam invenire qeas; ut qi illic eum qæras ubi non eſt, amiſſo eo loco in qo eſt.* Pia ſanè, & cœlitùs illapſa ſententia. In eandem mentem Greenhamus noſter *Oper. tom.* 2. *c.* 31. §, 15. *O ſi Deum homines ſponte ſeqerentur. omnino ſiqidem ſeqendum eſt; avt ſicut ovis paſtorem ad cavlam ducentem, avt ſicut porcus lanium ad macellum trahentem: qod ſi ad macellum malimus qàm ad cavlam, beſtiæ ſumus, avt beſtiis ipſis etiam pejores.*

B

C

D

§. 29. Διὰ τὸ τούτῳ στέργειν] vide *l.* 12. §. 31.

§. 30. Τί παρόμοιον ἁμαρτάνεις] Ità Dion Syracuſanus, qi cùm à Dionyſio tyranno patriâ pulſus Megaram petiiſſet & ad Theodorum urbis illius principem, qem convenire cupiebat, non ſine difficultate admitteretur, indignantibus, qi aderant illi, familiaribus, τί τοῦτο, inqit, μεμφόμεθα; καὶ γὰρ αὐτοὶ πάντες ἐν Συρακούσαις ὅμοια τούτοις ἐποιοῦμεν. *Patienter hoc ferendum eſt: forſitan enim & nos, cùm Syracuſis ageremus, in gradu dignitatis alicujus conſtituti, aliqid tale fecimus.* Narrant Plutarchus *in* Dion. & *Valerius Maximus lib.* 4. *c.* 1. *niſi qod* Πτολίδωρον *vocat, qem iſte Theodorum.* Plutarchus *de utilit. ex inimic. pag.* 88. *D.* Ὁ Πλάτων ὀργὰς ἀσχημονοῦσιν ἀνθρώποις παραγίνοιτο, πρὸς αὐτὸν ἀπιὼν εἰκότα λέγειν, Μήποτ' ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; *Plato qoties interfuiſſet hominibus contra decorum agentibus, digreſſus ſeipſum ſolebat ita alloqi, nunqánne ipſe qoqe fortaſſe tali vitio laboro? & de audiend. pag.* 40. *D.* Τὸ τῷ Πλάτωνι οὐκ ἀκυρτίον εἶδε πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων ἀποφθέγγεσθαι, ἢ πού ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; *Aliorum peccata conſideranti in promptu ſit tibi Platonicum illud occinere: númnam & ego fortaſſe talis ſum?* Meminit & ejuſdem idem, in *monit. ſalubr.* &, *de irac. cohibend.* qod Flaccus ſic, *ſatyr.* 4.

— Hoc qidam non bellè: numqid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hac ego mecum
Compreſſis agito labris. —

Idémqe *ſat.* 3.

— qid tu?
Nulláne habes vitia? imò alia, havd fortaſſe minora.

Et mox;

— denique teipſum
Concute, numqa tibi vitiorum inſeverit olim
Natura, avt etiam conſvetudo mala.

Epictetus *lib.* 4. *c.* 4. Προτίχω τοῖς ἀνθρώποις τίνα φαντὶ, πῶς κινοῦνται, ἢ κακοήθως, ἢ δ' ἵνα ἴχω ψέγειν ἢ καταγελᾶν. ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρέφω, εἰ τί αὐτὰ κἀγὼ ἁμαρτάνω. πῶς ἂν παύσομαι; τότε καὶ ἐγὼ ἡμάρτανον. νῦν δ' οὐκέτι, χάρις τῷ θεῷ. *Obſervo homines qid dicant, qomodo moveantur: idqe non malevolè, neqe vituperandi avt deridendi cauſſâ: ſed ad me ipſum refero, an & ipſe ſic delinqam. Qomodo igitur deſinam? Tunc & ego peccabam: nunc verò non item, gratia ſit Deo.* Vix Chriſtianum magìs dici poterat. Gemina certè ſunt noviſſima iſta Apoſtoli illis, de Romanis, *ad ipſos Epiſt. c.* 6. *v.* 17. forſan avtem legendum, ἁμαρτάνω, ὅπως ἂν παύσομαι. *qo modo*, ſive *ut*, *id ulteriùs facere deſiſtam.* vide & *ad lib.* 7. §. 26. & *lib.* 11. §. 18.

Ὅτι βιάζεται] & *lib.* 8. §. 14. ἀναγκάζεται. Ità Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 291. *A.* Στέρονται τῆς ἀληθείας, ἢ κλαπέντες, ἢ γοητευθέντες, ἢ βιασθέντες. *Privantur veritate, vel circumventi, vel præſtigiis decepti, vel coacti.* Et mox: βιάζεται πολλάκις ὀδύνη τις καὶ ἀλγηδὼν, φιλονεικία τε αὖ καὶ θυμός. *Cogit ſæpe dolor, & angor, & rurſus contentio, & ira.* & rurſus *pag.* 293. *C.* Αἱ λέξεις αὐταὶ τῶν σοφιστῶν, εἰ μόνον γοητεύσαι, κλέπτουσι τοὺς πολλοὺς, βιαζόμεναι δὲ ἴσως ὅτι. *Ipſa ſophiſtarum dictiones non ſolum multorum oculos præſtringunt, & eos ſeducunt, ſed nonnunqam etiam vim adferentes.* Apud Galenum, *de affect. dignoſc. & corrigend. c.* 4. ὑπὸ τῷ καταράτῳ θυμῷ βιασθεὶς ἔπραξε, *qa execratâ iracundiâ coactus perpetraſſet.* vide *l.* 7. §. 62. & 63.

§. 31. Σατύρωνα ἰδὼν Σωκρατικὸν, φαντάζου ἢ Εὐτυχῆ, ἢ Ὑμένα] Confusè nimìs iſta. Xylander reddidit. diſtinctiùs Caſavbonus. falſus tamen, opinor, uterqe, qòd *Socraticum* pro nomine proprio habeat, cùm ſit ſectæ denominativum, & ad *Satyronem* an *Satyrionem* potiùs, qod magìs ſuſpicor, referatur.

Καὶ Εὐφράτην ἰδών] *Evphrates* philoſophus Ægyptius, qem lavdat Plinius minor *lib.* 1. *Ep.* 10. Commemorat, nec ſine lavde, & Epictetus *Enchir. c.* 35. & *Diſſert. lib.* 2. *c.* 15. & *l.* 4. *c.* 8. & Evnapius in *vitar. proœm.* vide *ad lib.* 7. §. 57. perſtringere tamen videtur Philoſtratus in *vit. Apollon. lib.* 5. *c.* 11. & 14. & *lib.* 6. *c.* 7. De morte hujus ità Dio *lib.* 69. Ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ καὶ Εὐφράτης ὁ φιλόσοφος ἀπέθανεν ἑκουσίως, ἐπιτρίψαντος αὐτῷ καὶ τοῦ Ἀδριανοῦ κάνειον, καὶ διὰ τὸ γῆρας, καὶ διὰ τὴν νόσον, πιεῖν. *Illo anno Evphrates philoſophus obiit mortem voluntariam, qm ei Hadrianus propter ſenectutem & morbum cicutam bibere conceſſiſſet.* ubi fruſtrà Leunclavius poſcit legi Εὐφράδης. cùm *Evphratis* nomen agnoſcant præter ſuprà memoratos, etiam Evſebius in *Chron.* qi Stoicum fuiſſe tradit; & Sidonius *lib.* 4. *Epiſt.* 3. qi aſtronomiæ etiam peritiam tribuit.

Εὐτυχίωνα] *Evtychio Proculo Siccenſi, Grammatico* uſum Marcum, monet Capitolinus. Verùm Evtychio iſte, qem hic Marcus, an is exiſtat, ambigo; cùm inflexione levi diſcrepent nomina, *Evtychius* & *Evtychio*; eò magìs, qia Grammaticum cum Philoſopho componi, havd ſatìs congruum videatur.

Σιλουανὸν] *Silvanum.* is fortè fuerit qem & Σιλβανὸν Svidas. Σιλβανὸς, φιλόσοφος, ὃς ἐπιεικὴς μὲν ἦν τὰ ἄλλα καὶ ἱερὸς, ἁπλούστερος δὲ τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος. *Silvanus, philoſophus, qi cæteris in rebus modeſtus qidem, & ſanctus erat: ſed moribus ſimplicioribus præditus, & ſuperficiarius.*

Καὶ Ἀλκίφρονα] deeſt ἰδὼν (qod Xylander in fravdem induxit) vel librarii culpâ deperditum; vel ἐκ τοῦ νοεῖν ſupplendum *Alciphronis philoſophi Magneſii* meminit Svidas. ſub ejus nomine epiſtolæ qædam, qæ ſophiſtam magìs qàm philoſophum ſapiunt, ab Aldo aliiſqe ſunt editæ.

Τρο-

Tropæophorum cogita; & Xenophonte, Critonem vel Severum. & temet ubi reſpexeris, Cæſarum aliqem. & in qolibet cogitando, geminum ei qempiam. tum mentem tibi ſubeat; Ubi nunc ſunt illi illi? nuſqam ſanè: avt ubi tandem? ità enim perſpectum jugiter habebis, humana omnia fumum ac nihil eſſe, præſertim, ſi ſimul fueris recordatus, qicqid ſemel mutârit, per ſpatium temporis infinitum non eſſe ampliùs futurum. tu verò ſpatii illius qantulum occupas? cur ergò tibi non ſufficit ſpatium hoc tam breve, prout te decet, tranſigere? qàm pulcram bene agendi materiam occaſionémqe ſubterfugis? qid enim ſunt aliud hæc omnia, qàm mentis, qæ, hac in vita qæ contingunt, naturam eorum rimata, accuratè perſpexerit, exercitationes. perſiſte ergò, dum & iſta tibi familiaria effeceris, qo modo ſtomachus robuſtus cuncta ſibi accommodat,

Τροπαιοφόρον φαντάζε. καὶ Ξενοφῶντα ἰδών, Κρίτωνα ἢ Σεβῆρον φαντάζε. καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀπιδών, τῶν Καισάρων τινὰ φαντάζε, καὶ ἐφ' ἑκάστε τὸ ἀνάλογον. εἶτα συμπροσαπιέτω σοι. [a] πῆ ἂν ἐκεῖνοι; ἀδαμῆ. ἢ * ὀπηδή. ὕτως γὰρ συνεχῶς θεάσῃ πὰ ἀνθρώπινα, [b] καπνὸν, καὶ τὸ μηδέν. μάλιστα ἐὰν συμμνημονεύσῃς, ὅτι [c] τὸ ἅπαξ μεταβαλὸν οὐκέτι ἔσαι ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ. σὺ ἂν ἐν τίνι; τί δ' οὐκ [d] ἀρκεῖ σοι [e] τὸ βραχὺ τῦτο κοσμίως διαπερᾶσαι; [f] ὅιαν ὕλην καὶ ὑποθέσιν φεύγεις; τί γάρ ἐσι πάντα ταῦτα ἄλλο, πλὴν [g] γυμνάσματα λέγε [h] ἐωρακότι ἀκριβῶς καὶ [i] φυσιολόγως τὰ ἐν τῷ βίῳ; μένε ἂν, μέχρι ἐξοικειώσῃς σαυτῷ καὶ ταῦτα. [k] ὡς ὁ ἐρρωμένος στόμαχος πάντα ἐξοικοῖ,

a L. 7. §. 58. l. 8. §. 25. 31. l. 12. §. 27. * ὅπη δί; b L. 2. §. 17. l. 12. §. 33. c L. 4. §. 3. d L. 6. §. 2. l. 9. §. 6. e L. 4. §. 26. f L. 7. §. 58, 68. g L. 6. §. 20. h L. 8. §. 26. i L. 10. §. 9. k Inf. §. 35.

a ὡς

ANNOTATIONES.

Τροπαιοφόρον] *Tropæophorus* iſte qis extiterit, ariolari non poſſum. ſed nec nomen ipſum alibi legiſſe memini. A

Καὶ Ξενοφῶντα ἰδὼν] apparet hinc τὸ ἰδὼν, *conſiderandi*, non *conſpiciendi*, ſignificatum iſtîc obtinere; cùm *Xenophon*, qi ſeculis aliqot Marcum anteceſſerat, inter cæteros contemplandus proponatur.

Κρίτωνα] *Crito* Socratis familiaris amicus; ut patet ex Platonis *dialogo*. Sed & Xenophontis; qod liqet ex *epiſtola ad eundem* Xenophontis; unde excerpta qædam habemus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 83.

Σεύηρον] fortè Σεβῆρον potiùs, ut *lib.* 1. §. 14. *Severus* Philoſophus Marco cumprimis charus. de qo ad locum illum diximus. B

Πῆ ἂν ἐκεῖνοι; ἀδαμῆ, ἢ ὀπηδή] *nuſqam avt ubicunqe* Xylander. *nuſqam avt ubilibet* Caſavbonus. verùm legendum diſtinctim, ὅπη δή; *nuſqam, avt ubi tandem*? ſic *lib.* 7. §. 58. Νῦν ἂν ἐκεῖνοι πῆ; ἀδαμῆ. *At ubi tandem jam illi*? *nuſqam planè.*

Καπνὸν] Ità *l.* 12. §. 27, 33. qod *lib.* 2. §. 17. τύφον. Empedocles apud Plutarchum *de Iſid. & Oſir. pag.* 360. *C.* & Sextum Empiricum *adv. logic. lib.* 1. *c.* 2.

Παῦρον δὲ ζωῆσι βίε μέρος ἀθρήσαντες,
Ὠκύμοροι, καπνοῖο δίκην ἀρθέντες, ἀπέπλαν.
Et qum ſit vivis vita pars parva coacta,
Morte citâ ablatis fumi inſtar vita recedit
Undiqe raptatis. —

verſus priori havd ſatis integer videtur. H. Stephanus, Παῦρον δὲ ζώης ἀβίε, legendum avtumat. Hervetus Π. δὲ ζωῆσι. ego Π. δ' ἐν ζωῆσι, utriqe prætulerim. Hoc idem in ſacra pagina, *Pſal.* 37. *v.* 20. Οἱ δὲ ἐχθροὶ τῦ Κυρίε, ὥσπερ τὸ δοξασθῆναι αὐτὸς καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον. Interpres Græcus ſic extulit. qo tamen in loco veritas Hebraica ſic potiùs habet: *Improbi peribunt*; & *inimici Dei, tanqam agnorum*, ſive *arietum, adeps, conſumentur*, & *in fumum abibunt.* alluſione factâ ad victimarum immolatarum rationem. de qibus *Il. ά. v.* 317.

Κνίσση δ' ἀερθὲν ἴκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ.
Nidor avtem ad cælum ibat circumfuſus fumo.

Ibidem Pſ. 102. *v.* 4. Ἐξέλιπον, ὡσεὶ καπνὸς, αἱ ἡμέραι μυ. *Conſumpti ſunt, ut fumus, dies mei.* Jacobus *Epiſt. c.* 4. *v.* 14. Ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐσιν, ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ καὶ ἀφανιζομένη. *Qa enim eſt vita veſtra*? *vapor enim eſt ad exiguum tempus appareus, & deinde diſparens.*

— Ψυχὴ δὲ, ἠΰτε καπνὸς,
Ὤχετο τετριγυῖα —
— *anima tanqam fumus,*
Abiit ſtridens.

Iliad. ψ. *v.* 100. Seneca Troad. *chor.* 2.

Hæc omnes petimus fata: nec ampliùs,
Juratos ſuperis qi tetigit lacus,
Uſqam eſt. ut calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpatium per breve ſordidus;
Ut nubes, gravidas qas modò vidimus,
Arctoi borea disjicit impetus:
Sic hic qo regimur, ſpiritus effluet.
Poſt mortem nihil eſt: ipſáqe mors nihil.

Καὶ τὸ μηδὲν] Evripides (*Meleagro*, opinor) apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 122.

Τὺς ζῶντας ἴυ δρᾶν. καθθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
Γῆ καὶ σκιὰ. τὸ μηδὲν εἰς ὐδὲν ῥίπτει.
Viventibus te impende: nam qi eſt mortuus,
Humus eſt & umbra: nil qod erat in nil abit.

Grotius. inde refingenda ſuſpicor qæ apud eundem ex eodem, ſed vitiata, puto, *tit.* 98. ſic exhibentur:

Τὺς ζῶντας ἴυ δρᾶ. καθθανὼν ὐδὲις ἀνήρ.
Γῆ καὶ σκιὰ, τὸ μηδὲν εἰς ὐδὲν βλέπει.

Etſi nôrim ab interpretibus hæc aliò trahi. Sophocles *Ajac.*

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς ὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κὐφην σκιάν.
Nam video nil nos eſſe mortales, niſi
Imaginoſa ſomnia, avt umbram levem.

Grotius. Evripides *Medeâ.*

Τὰ θνητὰ δ' ὡς νῦν πρῶτον ἠγῶμαι σκιάν.
Humana nil niſi umbram ego nóram prius.

E noſtris qidam:

Bulla eſt omnis homo, flos, vapor, umbra, nihil.

hoc eſt qod Ebræi. הבל & כזב *vanitas* & *falſitas*, ſive *mendacium. Pſal.* 39. *v.* 6. & *Pſ.* 62. *v.* 9.

Σὺ δὲ ἐν τίνι] *tu avtem in qo tempore es*? Xylander. ut χρόνῳ ſubintelligatur. *qàm brevis es ævi*? vide *ad l.* 4. §. 33.

Οἷαν ὕλην καὶ ὑποθέσιν φεύγεις;] Plutarchus *de tranqill. pag.* 474. *A.* Ἀλλ' ὥσπερ ἐν μυτικῇ βαρεῖς φθόγγοι καὶ ὀξεῖς, ἐν δὲ γραμματικῇ φωνήεντα καὶ ἄφωνα γράμματα. μυσικὸς δὲ καὶ γραμματικὸς, οὐχ ὁ θάτερα δυσχεραίνων καὶ ὑποφεύγων, ἀλλ' ὁ πᾶσι χρῆσθαι καὶ μιγνῦναι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπισάμενος. ὕτω καὶ τῶν πραγμάτων ἀντισοιχίας ἐχόντων, ὃ δεῖ τοῖς ἑτέροις ἐξαθυμεῖν, ὧδ' ἀπαγορεύειν, ἀλλ' ὥσπερ ἁρμονικὸς, ἀμβλύνοντας ἀεὶ τοῖς κρείτσοσι τὰ χείροια, καὶ τὰ φαῦλα τοῖς χρησοῖς ὑπερειλαμβάνοντας, ἐμμελὲς τὸ τῦ βίυ μίγμα ποιεῖν καὶ οἰκεῖον αὐτοῖς. *Sed qemadmodum in muſica ſons ſunt graves & acuti, & in grammatica litera cum vocales tum mutæ: muſicus avtem & grammaticus eſt non qi alterum genus moleſtè fert atqe fugit, ſed qi omnia uſurpare & permiſcere arte ſuâ poteſt. Ita in rebus qoqe humanis cum ſint oppoſiti invicem ordines, non debemus in altero animum ob dolorem deſpondere: verùm harmonicos imitari, & melioribus deteriora obſcurando, ac mala bonis occupando, concinnum vita nobiſqe conveniens temperamentum conficere.* Hoc eſt qod Marcus hîc ὕλην καὶ ὑπόθεσιν, *materiam ſubjectam* hæc facere, in qa ſe exerceat, & artis ſuæ ſpecimen edat exerátqe. C

Γυμνάσματα] vide *ad lib.* 6. §. 20. & *infrà* §. 33. Crevſa apud Evripidem *Jone*; D

Πρὸς τίν' ἀγῶνα τιθέμεσθ' ἀριστῆς;
Ὅν πόσις ἡμῖν προδότης γέγονε;
Στέρομαι δ' ὄικων, στέρομαι παίδων.
Φρῦδαι δ' ἐλπίδες, ἃς διεθέσθαι
Χρήζουσα καλῶς, οὐκ ἐδυνάσθην.
Vitutis ſtadium qale patet mihi?
Vir nonne ipſe mihi proditor extitit?
Expulſa adibus (heu) orbáqe liberis?
Vana ſpes etiam, qas bene ponere
Cùm valdè cupiam, non datur exeqi.

Joannes Chryſoſtomus *in Act. Orat.* 15. *pag.* 146. *D.* Ἔγω σοι πάλαισρα καὶ γυμνάσιον ἡ γυνή. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, γυμνάσια μὲν ἀναδέχεσθαι ὑδὲν κέρδος ἔχοντα, ἵνα θλίβωμεν τὸ σῶμα, γυμνάσια δὲ μὴ ποιεῖν οἰκαδε καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων στέφανον ἡμῖν παρέχοντα; *Sit tibi palaſtra ac gymnaſium mulier. Qemodo enim non abſurdum, gymnaſia ferre nihil lucri afferentia, ubi affligimus corpus: gymnaſia avtem non facere domi, qa nobis coronas etiam ante agones ſuppeditant*? Epictetus *l.* 3. *c.* 24. Ἐπὶ τύτοις ὁ θεός με νῦν μὲν ἐνταῦθα ἄγει, νῦν δὲ ἐκεῖ πέμπει, πέναν δείκνυσι τοῖς ἀνθρώποις, δίκα ἀρχῆς, τυραννίδα, εἰς Γύαρα πέμπει, εἰς δεσμωτήριον εἰσάγει. ὑ μισῶν. μὴ γένοιτο. τίς δὲ μισεῖ τὸν ἄριστον τῶν ὑπηρετῶν ἑαυτῦ; ὐδ' ἀμελῶν. ὃς γε ὐδὲ τῶν μικροτάτων τινὸς ἀμελεῖ. ἀλλὰ γυμνάζων, καὶ μάστυρι πρὸς τὺς ἄλλυς χρώμενος. *His de cavſſis Deus me nunc huc ducit, nunc aliò mittit, pauperem oſtendit hominibus, ſine imperio, agrotantem, in Gyara mittit, in carcerem conjicit. Non ex odio; abſit: qis enim miniſtrum ſuum optimum oderit? neqe ex negligentia; qippe qi ne minutiſſima qidem negligat: ſed exercendi mei cavſſâ, & per me teſtificandi cæteris.* vide *ad lib.* 6. §. 42. E F

Μέχρι ἐξοικειώσῃς σεαυτῷ] Seneca *de ira. lib.* 2. *c.* 13. *Nihil eſt tam difficile, & arduum, qod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat.*

Ὡς ἐρρωμένος στόμαχος πάντα ἐξοικεῖοῖ] Eadem imago, *infrà* §. 35. τὸ στομάχυ ῥωμαλέον τῦτο, in animantibus qibuldam ad

a L.4.§.1. a ὡς τὸ λαμπρὸν πῦρ, ὅ, τι ἂν βάλῃς, φλόγα ἐξ αὐτῆ καὶ αὐγὴν ποιεῖ.

b L.11.§.13 §. 32. b Μηδενὶ ἐξέσω εἰπεῖν ἀληθεύοντι περί σε, c L.12.§.1. ὅτι οὐχ c ἁπλοῦς, ἢ ὅτι οὐκ ἀγαθός. ἀλλὰ ψεύδεσθω, d L.5.§.5. ὅστις τούτων τι περὶ σε ὑπολήψεται. d πᾶν e L.8.§.32. ἤ ἔστι ἐπί σοι. e τίς γὰρ ὁ κωλύων ἀγαθὸν εἶναι καὶ Inf.§.33. ἁπλοῦν; σὺ μόνον κρῖνον f μηκέτι ζῆν, εἰ μὴ τοιοῦτος f Sup.§.8. ἔσῃ. οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος μὴ τοιοῦτον ὄντα.

g Sup.§.12. 31. §. 33. g Τί ἐστι τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ὕλης δυνάμενον καὶ τὸ ὑγιέστατον περιχθῆναι; ἢ ῥηθῆναι; ὅ, τι h Sup.§.32. γὰρ ἂν ἔστι ἢ, h ἔξεστιν αὐτὸ περᾶξαι ἢ εἰπεῖν. καὶ l.11.§.9. μὴ προφασίζου, ὡς κωλυόμενος. i πρότερον παύσῃ i γέρων, πρὶν ἢ ἔστι πάθῃς, ὅτι k ὅσιόν ἐστι τοῖς k L.6.§.51. ἡδυπαθοῦσιν ἡ τρυφὴ, τοῦτό σοι τὸ ἐπὶ τῆς ὑποβαλ- l L.5.§.16. λομένης καὶ ὑποπιπτούσης ὕλης l ποιεῖν τὰ οἰκεῖα τῇ l.6.§.16.40. m L.6.§.7. ἐξ ἀνθρώπου κατασκευῇ. m δεσπόλαυσιν γὰρ δεῖ ὑπολαμβάνειν, l.8.§.26.43. l.11.§.16. πᾶν ὅ ἔξεστι καὶ τῷ ἰδίαν φύσιν ἐπερ-

igníſque validus, qicqid ingeſſeris, flammam indè ac fulgorem edit.

§.32. Nulli liceat verè de te dicere, non eſſe te ſimplicem, avt non eſſe te bonum. ſed mentiatur, qiſqis horum qicqam de te opinatus fuerit. hoc avtem totum in te ſitum eſt. qis enim te bonum ſimplicémve eſſe prohibuerit? tu tantùm ſtatuas, nec ulteriùs vivere, qàm talis futurus ſis. neqe enim ratio id poſcit, nî talis ſis.

§.33. Ecqid eſt, qod de materia iſta rectiſſimè vel fieri vel dici poſſit? qicqid enim hoc fuerit, vel facere idipſum, vel dicere licet, nec obtendas, impediri te. antè ingemiſcere non deſinas, qàm eò te adegeris, ut qod voluptuariis hominibus eſt luxu diffluere, hoc tibi fuerit de ſubjecta qaqe oblata tibi materia ea facere, qæ humanæ conſtitutioni conveniant. etenim pro oblectamento eſſe tibi debet, qicqid ſecundum naturam tuam agere tibi datur.

ANNOTATIONES.

miraculum uſqe ſtupendum obſervârunt avtores celeberrimi. A utpote in ſturnis, coturnicibus, cervis, capreis. Ariſtoteles *de plantis lib. 1. c. 5.* Ὁ ὑοσκύαμος, καὶ ὁ ἑλλέβορος ἀνθρώποις μὲν θηλητήριον, τροφὴ δὲ τοῖς ὄρτυξι. *Hyoſcyamus & helleborus, qa hominibus ſunt venena, coturnicibus verò alimentum.* Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypoth. lib. 1. c. 14. §. 1.* Τὸ γῦν κώνειον πιαίνει τὰς ὄρτυγας. καὶ ὁ ὑοσκύαμος τὰς ὗς. αἱ δὲ χαίρουσι καὶ σαλαμάνδρας ἐσθίουσαι. ἀσπερεῖ ἔλαφος τὰ ἰοβόλα ζῶα, καὶ αἱ χελιδόνες κανθαρίδας. *Exemplo poteſt eſſe cicuta, qa coturnices pinguveſacit, ſicut hyoſcyamus ſues: qa ſalamandras etiam libenter edunt, qemadmodum & cervi venenata animalia, & hirundines cantharidas.* Alexander Aphrodiſienſis *problem. præfat.* Ὀρτυγες τε σιτοῦνται τὸν ἑλλέβορον, τοῖς ἀνθρώποις δηλητήριον ὄντα. ψάροι δὲ τὸ κώνειον. *Coturnices veſcuntur helleboro, qi hominibus eſt venenum; ſturni verò cicutam.* Baſilius *in Hexam. Orat. 5. pag. 58. D.* Τὸ μὲν κώνειον οἱ ψᾶρες βόσκονται, διὰ τὴν κάλασκευὴν τοῦ σώματος τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβην ἀποδιδράσκοντες, ἑλλέβορος δὲ ὀρτύγων ἐστὶ τροφὴ, ἰδιότητι κράσεως τὴν βλάβην ἀποφευγόντων. *Cicuta qidem ſturni veſcuntur, & tamen propter corporis conſtitutionem à veneno non occupantur: helleborus avtem coturnicibus eſt cibus, nec ab eo peculiari qadam temperatione detrimenti qippiam percipiunt.* qæ eadem apud Evſtathium Antiochenſem *in Hexam.* leguntur. uter ab utro acceperit, alii viderint. Ambroſius *Hexam. l. 3. c. 9.* ſic reddidit. *Sturni veſcuntur conio: nec fravdi eſt eis qoniam qalitate ſui corporis venenum ſucci letalis evadunt. Helleborum avtem pleriqe loquntur eſcam eſſe & alimoniam coturnicum, eò qòd naturali qodam temperamento ſui corporis vim pabuli nocentis evitant.* deniqe, *cervis cibus venenum eſt.* Plinius *hiſt. nat. lib. 10. cap. 23. Coturnicibus veratri ſemen gratiſſimus cibus.* & *cap. 72. Capreæ & coturnices venenis pingueſcunt, placidiſſima animalia.* Lucretius *de rer. nat. l. 4.*

Tantáqe in his rebus diſtantia differitáſqe eſt,
Ut qod alis cibus eſt, aliis fuat acre venenum;
Sic etenim nobis veratrum eſt acre venenum;
At capreis adipes & coturnicibus avget.

Et *l. 5.*

Qippe videre licet, pingueſcere ſape cicutâ
Barbigeras pecudes, homini qa eſt acre venenum.

Tum ſtruthio ferrum, oſſa, ſaxa, qidlibet ferè, comedit, concoqit, conficit. Plinius *l. 10. c. 1. concoqendi ſine delectu devorata mira natura.* Alexander Aphrodiſienſis *probl. præfat.* Στρουθοκάμηλος ἰδιότητί τινι σίδηρον πέπτει. *Struthocamelus naturâ ſibi propriâ ferrum concoqit.* Ælianus *de animal. l. 14. c. 7.* Λίθους καταπίνουσα ἡ στρουθὸς, ἐν τῷ ἐχίνῳ φυλάττει, καὶ πέπτει τῷ χρόνῳ. *Struthio præpinguis in omaſo lapides diu aſſervatos concoqit.* Qin & de hominibus ac gentibus etiam nonnullis, prioribus illis gemina prodidere. Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hyp. l. 1. c. 14. §. 2.* Ἀλλὰ καὶ Αἰθίοπων οἱ ἀνθιπέρας τῆς Μεροῆς παρὰ τὸν Ὑδάσπην πόλαμὸν οἰκοῦντες, σκορπίους καὶ ὄφεις, καὶ τὰ παραπλήσια ἀκινδύνως ἐσθίουσιν. *Sed & Æthiopes illi, qi ex adverſo Meroes, habitant, Hydaſpis fluvii accola ſcorpios & ſerpentes, & hujus generis alia citra periculum comedunt.* Refert & idem *ibidem* de Rufino qodam Chalcidenſi, ὅτι ἑλλέβορον ὡς τι τῶν συνηθῶν προσφέρετο καὶ ἔπινεν, *qod helleborum ut conſvetum aliqem potum ſumebat & concoqebat.* de anu qàdam Attica qæ κωνείου τριάκοντα ὀλκὰς ἀκινδύνως, *qæ cicuta triginta bolcas ſine damno,* de Lyſide, qi μηκωνίου τέσσαρας ἀλύπως ἐλάμβανε, *ſucci papaveris qatuor nulla cum moleſtia hauriebat.*

Ὡς τὸ λαμπρὸν πῦρ] Vide *ad l. 4. §. 1.*

§. 32. Μηδενὶ ἐξέσω εἰπεῖν ἀληθεύοντι περί σε] Feſtive Ariſtippus oratori, qi in judicio cavſſam ipſius egerat, poſtqam jam obtinuerat, interroganti qid Socrates illi profuiſſet, reſpondit, τοῦτο, τὰς λόγους, ὃς εἶπας ὑπὲς ἐμοῦ, ἀληθεῖς εἶναι. *Hoc, ut oratio, qam pro me habuiſti, vera ſit.* Laërtius *l. 2. c. 71.* ſed & Pindarus cuidam, qi qò gratiam ſibi ab eo deberi innueret, ſe ajebat ubiqe locorum apud cunctos illum collavdare, regeſſit, eidem ſeſe prædicationis gratiam referre; faciendo nempe ut vera loqatur. Καγώ σοι χάριν ἀποδίδωμι, ποιῶ γάρ σε ἀληθεύειν. *Et ego tibi gratiam refero: facio enim ut verax ſis.* Plutarchus *de vitioſ. pud. p. 536. C.*

Ἀλλὰ ψευδίσθω] D. Chriſtus ſuis, Matth. *c. 5. v. 11.* Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, &c. *Beati eritis, qum vos conviciis affecerint, & mentientes dixerint qidvis mali adverſus vos,* &c. neqe enim, ſi ἀληθεύοντες. Cato *Orat. de Coſſ. ſuo,* apud Chariſium *l. 2. Ei rei do operam, ut mihi falsò malè dicatur.* vide Philippum Macedonem qid de ſe, *ſuprà ad §. 11.*

Ὅστις τούτων τι περί σε ὑπολήψεται] Ergò & in mente, non in lingva tantùm, mendacium eſt.

Πᾶν δὲ τοῦτο ἐπί σοι] Plavtus *Trinum.* 1, 2.

M. *Omnes bonos bonáſqe accuratè addecet,*
Suſpicionem & culpam, ut ab ſe ſegregent.
C. *Non poteſt utrumqe fieri.* M. *Qapropter?* C. *Rogas?*
Nè admittam culpam, ego meo ſum promus pectori:
Suſpicio eſt in pectore alieno ſita.

Lipſius *Cent. 1. Ep. 77. Qalis ſim, in me ſitum eſt. qalis avdiam, in vano eſt vulgo.* Eraſmus *Epiſt. Innocentiam præſtare poſſum: qid homines de me loqantur, non poſſum.* vide *l. 11. §. 14.*

Τίς ὁ κωλύων] Vide *l. 2. §. 9.* & *l. 3. §. 12.* & *l. 8. §. 32.*

Κεῖνον μηκέτι ζῆν] Vide *ſuprà ad §. 8.* Τί ἂν ἔτι ζῆν θέλοις, τοιοῦτος ὤν; *Talis avtem cum ſis, qid adhuc in vita eſſe cupis?* Epictetus *l. 3. c. 26.*

Οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος] *Neqe enim patitur ratio te niſi talem* D Xylander. *neqe enim rationi conſentaneum eſt, ut vivas, qi talis non ſis* Caſavbonus. ad verbum, *neqe enim poſcit, poſtulat, exigit ratio,* (ut vivas, ſcilicet) *ni hujuſmodi ſis.* Sic Plato *Phileb. pag. 386. B.* Διψῆν ἄρα τὸ σῶμα ἡμῶν ἢ πεινῆν, ἤ τι τοιοῦτον πάσχειν, ἀδαμῆ ὁ λόγος αἱρεῖ. *Sitire igitur vel eſurire corpus noſtrum, avt aliqid ejuſmodi pati ratio non poſcit,* vel *non patitur* etiam. Epictetus *l. 1. c. 29.* Μίχρι τίνος; μίχρις ἂν ὁ λόγος αἱρῇ συνεῖναί με τῷ σωματίῳ. ὅταν δὲ μὴ αἱρῇ, λάβετε αὐτό. *Qouſque iſta perpetieris? qamdiu me corpuſculo huic converſari ratio exegerit. Ubi avtem hoc ratio non exegerit amplius, tollite illud ſultis à me.* vide *ad l. 4. §. 24.*

§. 33. Τί ἐστι τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ὕλης] vide *ad l. 9. §. 27.* & E *ſuprà §. 11, 12, 31.* & *l. 12. §. 1.*

Οὐ πρότερον παύσῃ γέων] Ità *l. 9. §. 29.* Δηλεία γενόμενον. *Servitus ingemiſcentium.*

Ἀπόλαυσιν γὰρ δεῖ ὑπολαμβάνειν] Ità *l. 8. §. 26.* εὐφροσύνην. & *l. 11. §. 16.* χαράν. & *l. 3. §. 6.* ἀπόλαυσιν. *Pſal. 112. v. 1. Beatus vir qi Deum timet, delectatur in præceptis ejus.* exeqendis, ſcilicet. D. Chriſtus; *Mihi cibus & potus eſt, voluntatem paternam exeqi.* Joannes *c. 4. v. 34.* & Jobus *c. 23. v. 12. Non receſſi à mandatis ejus: verba oris illius demenſo meo prætuli.* Scitum, tritúmqe eſt Laconis illud, qi interrogatus, τί παρίχει παιδαγωγῶν, *qidnam inſtitutione puerorum ſuâ præſtaret;* reſpondit, τὸ καλὰ τοῖς παισὶν ἡδέα ποιῶν. *Facio ut* F *honeſta illis jucunda fiant.* Plutarchus *virt. docer. pag. 439. F.* ſive ut idem, *de virt. mor.* Ὅτι ποιήσει τὸν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς. *facturum ſe, ut honeſtis delectentur, turpia verò exoſa habeant.* ὃ μεῖζον οὐδὲν, οὐδὲ κάλλιον, *qo nihil majus melióſve,* ſive *præſtantius:* inqit ille.

datur. datur avtem hoc ubiqe. ſiqidem cylindro qidem non conceditur, ut motu proprio ubiqe feratur; ſed nec aqæ, nec igni, nec alii rei cuiqam, qæ à natura mera, vel anima regitur irrationali. qæ enim coërceant & obſiſtant, multa ſunt. verùm mens & ratio per obſtantia qælibet, prout nata eſt, & prout vult ipſa, procedit. tu ergo ob oculos iſtud habens, rationem per omnia facilitate ferri eâdem planè, qâ ignis ſurſum, lapis deorſum, per declive cylindrus, nihil qæras ulteriùs. reliqa enim obſtacula, vel ſunt corporis, qod cadaveris inſtar habet, vel opinione, & rationis inclinatione ſemotâ, non infringunt, avt mali qicqam efficiunt. alioqi ea qi patitur, malus fieret. atqi id aliis qidem operibus omnibus ità ſe habet, ut qicqid alicui horum mali contigerit, deterius illud faciat, qòd eo afficitur. iſtîc verò, ſi ità dicere licuerit, præſtantior fit homo ac lavde dignior, dum eis qæ objiciuntur, rectè utitur. in ſumma memineris, civem indigenam nihil lædere, nî civitatem lædat: civitatem nihil lædere, nî legem lædat. horum avtem, qæ infortunia dicimus, nihil legem lædit. qod avtem legem non lædit, nec civitatem, nec civem læſerit.

§. 34. Qi decretis veris imbutus eſt, hunc dictum breviſſimum & è trivio arreptum qodlibet commonere ſuffecerit de mœrore metúve pellendo. qale illud eſt,

γεῖν. [a] παντᾶχοῦ ἢ ἔξεσι. τῷ μὲν ἓν κυλίνδρῳ, ἀ παντᾶχοῦ δίδοται φέρεσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν, οὐδὲ τῷ ὕδατι, οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις, ὅσα [b] ὑπὸ φύσεως ἢ ψυχῆς ἀλόγου διοικεῖται. τὰ γὰρ διείργοντα καὶ ἐνισάμενα πολλά. [c] νῆς ἢ καὶ λόγου πᾶσι τοῖς ἀντιπίπτουσιν ὅπως προθύμως δύνασθαι, ὡς πέφυκε, καὶ ὡς θέλει. πάντῃ τὴν ῥαστώνην περὶ ὁμμάτων τιθέμενον καθ' ἣν ἐνεχθήσεται ὁ λόγος πάντων, ὡς πῦρ ἄνω, ὡς λίθος κάτω, ὡς κύλινδρος κατὰ πρανοῦς, [d] μηκέτι μηδὲν ἐπιζητεῖ. τὰ γὰρ λοιπὰ ἐγκόμματα ἤτοι τοῦ σωματικοῦ ἐστὶ [e] τοῦ νεκροῦ, ἢ [f] χωλὴ ὑπολήψεως, καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ λόγου ἐνδόσεως, [g] ἀ θραύσῃ, [h] οὐδὲ ποιεῖ κακὸν ἀδοτιῶν. ἐπεί τοι καὶ [i] ὁ πάσχων αὐτὸ, κακὸς ἂν δι' ὃ ἐγένετο. ἐπὶ γῆν τὰ ἄλλων κατασκευασμάτων πάντων, ὅ, τι ἂν κακόν τινι αὐτὰ συμβῇ, ὥσπερ ἔστι χεῖρον γίνεται αὐτὸ τὸ πάσχον. ἐνταῦθα ἦν, εἰ δεῖ εἰπεῖν, καὶ [k] κρείττων γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ [l] ἐπαινετώτερος, [m] ὀρθῶς χρώμενος τοῖς προσπίπτουσιν. ὅλως ἢ μέμνησο, ὅτι [n] τὰ φύσει πολίτου οὐδὲν βλάπτει, οὐ πόλιν οὐ βλάπτει. οὐδὲ γὰ πόλιν βλάπτει, ὁ νόμον οὐ βλάπτει. τούτων ἢ τὰ καλουμένων ἀκληρημάτων οὐδὲν βλάπτει νόμον. ὁ τοίνυν νόμον οὐ βλάπτει, οὔτε πόλιν, οὔτε πολίτου.

§. 34. Τῷ *δεδειγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογμάτων, ἀρκεῖ καὶ τὸ βραχύτατον, καὶ ἐν μέσῳ κείμενον εἰς ὑπόμνησιν ἀλυπίας καὶ ἀφοβίας. οἷον,

[a] *L.7.§.54. l.8.§.45.l.11.§.7. [b] Sup.§.2. [c] L.5.§.10. 20.l.8.§.7. 32.41. [d] L.7.§.73. l.8.§.2. [e] L.4.§.41. l.12.§.33. [f] L.4.§.7. 11. [g] L.8.§.56, 57. [h] L.8.§.28. [i] L.8.§.55. [k] L.4.§.1. [l] L.5.§.15. [m] L.7.§.68. l.8.§.29. [n] L.5.§.22.

* δεδηγμ. Xyl.& Lug. δέδευμ. L.3. §.4.

Φύσει

ANNOTATIONES.

le. Libanius *Orat.* 11. *pag.* 361. *B.* de Antiochenis ſuis, ἡδονὴν, ἀ μόχθου, τὸ τῆς οἰκείας προκάμειν τέθειται. τὴν μὲν ἀπαλλαγὴν τῶν πόνων ἀ δεξάμενοι, τὸ δ' ὑπ' αὐτῶν μένειν ἀγωνήσαντες. *Voluptatem, non laborem conſtituerant pro ſolo ſuo elaborare: liberationem certè à laboribus non admittebant, ſed contenti erant ſi apud ſe manerent.*

Παντᾶχοῦ δὲ ἔξεσι] Vide *ad l.* 5. §. 16. & *l.* 12. §. 1. Seneca *Ep.* 28. *Qid tam turbidum fieri poteſt qàm forum? ibi qoqe licet qietè vivere ſi neceſſe ſit.*

Τῷ μὲν ἓν κυλίνδρῳ] Vide *l.* 8. §. 57, 60.

Ὅσα ὑπὸ φύσεως ἢ ψυχῆς ἀλόγου διοικεῖται] vide *ſuprà* §. 2. & *l.* 6. §. 14.

Νῆς δὲ καὶ λόγου] vide *l.* 8. §. 32, 41.

Τῇ σωματικῇ τῇ νεκρῇ] vide *l.* 4. §. 45.

Οὐδὲ ποιεῖ κακὸν] vide *l.* 4. §. 7. & *l.* 9. §. 41.

Κρείττων γίνεται ὁ ἄνθρωπος] Malis externis melior fit homo. qia ſunt ἀρετῆς καὶ λόγου γυμνάσματα, *virtutis & mentis exercitationes, ſuprà* §. 31. Gregorius Nazianzenus *adv. Julian. Orat.* 1. Φιλεῖ γὰρ τὰ γενναῖα θρονήματα πρὸς τὸ βίᾳ κρατεῖν ἀυθαδίζεσθαι. καθάπερ φλὸξ ὑπὸ ἀνέμου ῥιπιζομένη, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνάπτεται, ὅσῳ ἂν σφοδρότερον πλαπτήσεται. *Solent enim fortes & generoſi animi ei, qi vim adferre parat, contumaciter abſiſtere, non ſecus ac flamma, qæ à vento excitatur, qò amplius perflatur, eò vehementius accenditur.* Qod Naſo *Amor. l.* 1. *Eleg.* 1.

Vidi ego jactatas motâ face, creſcere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori.

Et mox: Οἱ διωγμοὶ τιμιώτερον τὸν χρισιανισμὸν πεποιήκασι θαῦμα ἢ ἀσθενέστερον, ῥώσαντες τὰς ψυχὰς εἰς ἐυσέβειαν, καὶ ὥσπερ σίδηρον θερμὸν ὄντα, τοῖς κινδύνοις σομώσαντες. *Perſequutiones religionem Chriſtianam potius illuſtrárunt, qàm debilitárunt, animas nimirum ad pietatem roborantes, ac periculis, ut aqa calens ferrum, obdurantes.* Idémqe *Orat.* 28. Ἔστι τι μύθῳ φυτὸν, ὃ θάλλει τεμνόμενον, καὶ πρὸς τὸν σίδηρον ἀγωνίζεται, καὶ εἰ δεῖ παραδόξως εἰπεῖν περὶ παραδόξου πράγματος, θανάτῳ ζῇ, καὶ τομῇ φύεται, καὶ ἄυξεται, δαπανώμενον. τοιοῦτόν τι ὁ φιλόσοφος. *Eſt qadam in fabulis arbor, qa cum caditur viret, & adverſus ferrum certat, ac ſi de re nova novo more loqendum eſt, morte vivit, & ſectione pullulat, atqe, qum abſumitur, creſcit. Hujuſmodi qidpiam eſt vir philoſophus.* Qod Flaccus *carm. l.* 4. *ode* 4.

Duris ut ilex tenſa bipennibus,
Per damna, per cades, ab ipſo
Ducit opes animúmque ferro.

Et Epictetus *Enchir. c.* 24. Ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ὑπὸ αὐτοῦ. *Qicqid enim iſtorum acciderit, ex eo penes me eſt, fructum ut capiam. & l.* 3. *c.* 20. Καὶ ἀπὸ νόσου ἐστὶν ὠφεληθῆναι. (ità Antigonus, qi à morbo revaleſcens, ἡδὺν χεῖρον. inqit: ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος ἃ μὲ γα φρονεῖν, ὡς ὄντας θνητούς. *Hunc ſibi morbum neqaqam accidiſſe incommodè: eo enim ſe monitum, ne mortalis cùm ſit, animo efferatur.* Plutarchus *Apoph. pag.* 182. *B.*) ἔστιν ἀπὸ πηρώσεως. ἔστιν ἀπὸ θανάτου. *Licet ergo vel è morbo capere fructum? Annon è mutilatione? Annon & è morte?* Hinc profeſſiones illæ de ſe Davidicæ, *Pſal.* 119. *v.* 97, 71. Hinc *catino*, in qo avrum argentúmqe expurgari ſolet, piorum perpeſſiones atqe ærumnæ conferuntur. *Pſal.* 66. *v.* 10. Eſajæ *c.* 1. *v.* 25, &c. *c.* 48. *v.* 10. Job. *c.* 23. *v.* 10. Dan. *c.* 11. *v.* 35. Malac. *c.* 3. *v.* 23. *ad Rom. c.* 5. *v.* 2, 3, 4. Jacob. *c.* 1. *v.* 2, 3. Petr. *Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Avtor *Sap. Solom. c.* 3. *v.* 6. Jaſoni Siracid. *c.* 2. *v.* 4. Sed & avtor *ad Ebr. cap.* 12. *v.* 11. Καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. *Fructum tranqillum juſtitia reddit iis, qi per eam fuerint exercitati.* vide *l.* 7. §. 58.

Ἐπαινετώτερος] vide *l.* 5. §. 15.

Τὸν φύσει πολίτην οὐδὲν βλάπτει] vide *ad l.* 5. §. 22. & *ſuprà* §. 6.

Τῶν καλουμένων ἀκληρημάτων] Ἀκληρήματα, συμφοράς, δυσχείας. Ἀκληρήματα, *calamitates, res adverſæ.* Svidas: apud qem ἀκληρήμασι perperam legitur pro ἀκληρήμασι, cùm in vocabulo ipſo, qod literarum ſeries docet; tum & in ſcriptoris neſcio cujus verbis his *ibidem adductis*, διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι μᾶλλα περιπεσεῖν τοῖς ἀκληρήμασι, διὰ τὸ πάντων βούλεσθαι στοχάζεσθαι καὶ μερίζεσθαι εἰς διάφορα. *Hac potiſſimum de cauſſa in calamitates incidiſſe mihi videtur, qod omnia conjecturis aſſeqi, & in varia rerum genera dividere voluerit.* à verbo ἀκληρεῖν. unde mox apud eundem, συμπάρχουλας τῇ τῶν ἀκληρούντων ὑπερηφανίᾳ. *Qod illis accidere ſolet, qi propter graviſſimas calamitates graviſſimo dolore puniuntur.* & Diodorus *l.* 16. *pag.* 477. de Philippo bello ſuperatis inſultante; ὑβρίζων διὰ λόγων τὰς τῶν ἀκληρούντων δυσχείας, *verbis contumelioſis adverſa fortuna caſum miſeris exprobrans*, & de Thebis à Macedonibus direptis *lib.* 17. *pag.* 497. Οὐκ ἦν, ὅστις ἰδὼν, οὐκ ἂν, ἠλίησε τὰς τύχας τῶν ἀκληρούντων. *Nemo tamen erat, qi tàm calamitoſam afflictorum ſortem intuens, miſericordiâ illos proſequtus fuiſſet.* & mox: Τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐν τοῖς τῶν ἠτυχηκότων ἀκληρήμασιν ἐναπεδείκνυτο. *Odium ſuum inter extremas afflictorum clades exſerebant.*

§. 34. Τῷ δεδειγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογμάτων] Ità Baſilienſis. at Lugdunenſis δεδηγμένῳ. Xylander *qi morſus eſt à veris dogmatibus. tanqam vi à cane rabioſo*, &c. inqit Mericus Caſavbonus. Verùm ego iſta concoqere non poſſum. Lego igitur, τῷ δεδευμένῳ, ei qi veris dogmatibus imbutus eſt. Sicut βεβαμμένον dixerat, *l.* 3. §. 4. atqe eodem ſenſu Plato dixit, *de leg. l.* 4. ἵνα δευσοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο περὶ θεῶν τε καὶ περὶ ἄλλων.

Ἀρκεῖ καὶ τὸ βραχύτατον] Hoc eſt qod vulgò dicitur; *verbum*, ſive, ut Terentius extulit, *Phorm.* 3. 3.

Dictum ſapienti ſat eſt.

a *Homer. Iliad. ξ. v. 147.*

a Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.
Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

Sternit humi frondes alias vis aspera venti:
Ast alias natura parat, qæ vere virescent.
Sic hominum genus est: hic nascitur, occidit ille.

b *L. 11. §. 34* c *L. 5. §. 36. l. 8. §. 21.*

b φυλλάριον δὲ ἡ τὰ τοιαῦτα σου. c φυλλάρια ἦ

foliola sunt & filioli tui; foliola sunt &

ANNOTATIONES.

Maximus Tyrius *Dissert. 28.* Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ μακρῶν καὶ λεπτῶν δοράτων, ὁ τὸν σύραικα κινήσας, παρέπεμψε τὴν κίνησιν κατὰ παντὸς τοῦ δόρατος μέχρι τῆς ἀκμῆς. καὶ ὥσπερ τῶν μακρῶν καὶ διατεταμένων κάλων, ὁ διασείσας τὴν ἀρχὴν, παραδίδωσι τὴν κίνησιν τῷ ἄλῳ, βαδίζουσαν ἐπὶ τὸ πέρας. οὕτω καὶ τῷ νῷ βραχείας ἀρχῆς δεῖ πρὸς ἔννοιαν τῶν πραγμάτων ὅλων. ὁ μὲν δὴ εὐ περυκὼς ἀνὴρ, καὶ πρὸς ἀρετὴν εὐδρομώτατος, αὐτός τε παρ' αὑτοῦ τὴν ἀρχὴν λαβὼν, πορεύεται, καὶ ἐφοδεύει, καὶ ξυλλαμβάνει, καὶ ἀναπεμπάζεται τῇ μνήμῃ τὸ νῷ θεάμασι. *Sicut enim in longa aliqa tenuiqe hasta fieri videmus, ut extremam qi partem movet, motum illum ad alterum usqe finem per totam diffundat: avt in longo portentosoqe fune primam qi partem qatit, totum necessariò, eunte ad finem usqe motu illo, movet: ita exiguo tantùm ad recordationem rei totius menti opus est initio. Jam præclaræ indolis homo, & ad virtutem natus, illud à se sumit initium: mox viam ingreditur, mentisqe contemplationem tanqam itinere instituto petit, qas & assequitur, & recordatione volvit ac memoria.* Joannes Lenccius in *præfat. ad observat. polit. Ut semen, qamvis sit exiguum, cùm occupavit idoneum locum, vires suas explicat: & ex minimo in maximos actus diffunditur: sic tametsi pavca sunt & angusta qæ dicuntur. tamen si illa animus bene cultus exceperit, radices agunt, exurguntqe altiùs & undeqaqe se expandunt.*

Φύλλα τὰ μὲν τ'] Ista non integra, sed concisa; nec tam versus ipsos, qàm versuum ἀποσπασμάτια duo, repræsentat hîc editio Lugdunensis; & in versione sua reddidit Xylander; cùm in Marci contextu tamen integros exhibuisset: nempe,

Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει. —

Et,

Ὡς ἀνδρῶν γενεή. —

Nec est ab vero simile, Marcum ista duntaxat, posuisse, qiâ τὸ βραχύτατον priùs dixerat; alium aliqem, Xylandrum forsan ipsum, reliqa suppleviſſe. Sunt avtem Homeri ex *Il. ζ. v. 147.* unde & primum imaginis, pulcerrimæ sanè, libet adjicere versiculum,

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Qalis foliorum generatio, talis & hominum.

Lavdatum à Zenone apud Laërtium *l. 7.* à Pyrrhone *ibidem l. 9.* à Strabone *l. 14.* à Scholiaste Apollonii *ad l. 1.* à Plutarcho *ad Apollon. pag. 104. E. & de tard. num. vindict.* qi & subjungit, Φύλλοις εἰκάζει τὸν βίον, ἀπομαραινομένοις παγίως, καὶ φθίνουσιν ἐν ὀλίγῳ. *Foliis comparat vitam, omnibus marcescentibus, & parvo tempore deficientibus.* à Luciano in *speculantib.* à Simonide (referente Stobæo *tom. 2. tit. 98.*) qi & ἓν τόδε κάλλιστον dixisse Chium Poetam asserit, sed qod pavci admodum seriò cogitant. à Clemente *Strom. l. 6. p. 619.* qi Homerum contendit & ista, & illa, *Il. φ. v. 464.*

— Βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζω
Δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέν τε
Ζαφλεγέες τελέθουσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι. —
— *hominum gratiâ dimicem*
Miserorum, qi foliis similes interdum qidem
Florentes sunt, terra fructum comedentes:
Aliqando avtem pereunt excordes.

à Musæo accepisse; qi eadem prior sic extulerat.

Ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα.
Ἄλλα μὲν ἐν μελέῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει.
Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεὴ ἠμὲ φῦλον ἐλίσσει.
In lucem atqe vides almam folia edere terram,
Atqe perire alia in ramis, ac rursus oriri
Altera, sic hominum seclum generatio volvit.

ubi obsevanda παρονομασία in φύλλον & φῦλον. eisdem gemina ferè habet & Mimnermus apud Stobæum itidem.

Ἡμεῖς δ' ὁἰάτε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
Ἠρος, ὅτ' αἶψ' αὐγὴ αὔξεται ἠελίου.
Τοῖς ἴκελοι, πήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης
Τερπόμεθα, πρὸς θεῶν, εἰδότες ὔτε κακὸν
Οὔθ' ἀγαθόν. κῆρες δὲ παρεστήκασι μελαῖναι,
Ἡ μὲν ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου,
Ἡ δ' ἑτέρη θανάτοιο. &c.
Qalis ubi reducis creverunt lumina solis
Vere novo frondes trudit amæna dies,
Haud aliter minimum lætamur flore juventæ,
Ignari lævæ, an prospera fata trahant.
At furvo circum gemina stant limine Parca,
Hinc senii languens finis inerte situ:
Crudele hinc fatum.

ubi versu 2. pro αἶψ' Andreas Schottus *observ. l. 2. c. 52.* ἀψ legi vult, ut de Solis recursu qi ab hyeme vere fit, intelligatur. ego qarto pro πρὸς θεῶν, qod nec locum hîc habet, & metrum A corrumpit, πρόσθεν legerim, ut infantiæ pueritiæqe temporæ respiciantur, qibus boni maliqe discrimen vix innotescit. unde his hominem, ὡς βοτόν τι, μὴ φρονεῖν ait Æschylus *Inferiis; sensu carere*, Plinius *l. 7. c. 52. teneros, rudes, inutiles annos*, appellat Seneca *Epist. 99.* & Aristophanes apud Clementem *Strom. l. 4. p. 492. B.*

Ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεῇ προσόμοιοι.
Agite obscura vita homines, generationi foliorum similes.

Plutarchus adv. Epicurum. *p. 1090. B.* Τὸ δὴ τὴν ἐφήμερα καλεῖν καὶ ἀβέβαια καὶ ἀσάθμητα, φύλλοις τε γινομένοις ἴλως ὥρα καὶ φθίνουσιν εἰκάζειν τὸν βίον, τί παρίσχηκεν ἄλλο τοῖς ποιηταῖς, ἢ τὸ τῆς σαρκὸς ἐπίκηρον καὶ πολυβλαβὲς καὶ νοσῶδες. *Qid enim aliud* B *poëtas movit, ut homines animalia dicerent in diem viventia, instabilia, incerta, foliorum similia, qa anni statis temporibus nascuntur ac pereunt: qàm natura corporis tot calamitatibus, damnis, morbis obnoxia.* Qin & Jason Siracides *sap. c. 14. v. 19.* Ὡς φύλλον θάλλον ἐπὶ δένδρου δασέος, τὸ μὲν καταβάλλει, ἄλλα δὲ φύει. ὕτως γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἡ μὲν τελευτᾷ, ἑτέρα δὲ γεννᾶται. *Qemadmodum folium virens in densa arbore, illud abjiciente, & hoc producente: ita etiam se habet generatio carnis & sanguinis; illa moritur, hæc verò gignitur.* Nec est huic absimile, qod Doctores Talmudici in עירובין *Mixtorum tractatu*, דומים לעשבי השרה הללו נוצצין בני האדם C והללו נובלין *Filii hominum similes sunt herbis agri; qarum alia florent, alia marcescunt.* Augustinus in *Psal. 101. conc. 2.* ubi adduxerat Solomonis illud ex *Eccles. c. 1. v. 4. Generatio vadit una, venit altera. Videtis generationes hominum sic esse in terra, tanqam in arbore folia; sed in arbore olivæ, vel lauri, vel cujuscunqe alterius, qa toto tempore fronde vestita est. Sic tanqam folia, genus humanum in terra portat. plena est hominibus, sed cùm aliis morientibus, alii nascendo succedunt. Semper enim arbor illâ veste viridi ornata est. Sed subter attende qàm multæ calces aridæ folia.* Vide Flaccum *ad l. 4. §. 33.* Ab hominibus ad montes etiam transtulit Philo *de mundi incorrupt. p. 961. E.* Ὅτι δένδρων ὧδέ πη φύσεις τῶν ὀρῶν διαφέρουσιν. ἀλλὰ καθάπερ D ἐκεῖνα, καιροῖς μέν τισι φυλλορροεῖ, καιροῖς δὲ πάλιν ἀνηβᾷ· διὸ καὶ τὸ ποιητικὸν ἓν εἴρηται, Φύλλα, τὰ μὲν τ'. &c. *Prominentias istas montium nihil differre ab arboribus: & qomodo illæ certis temporibus, nunc frondent, nunc amittunt folia, rursùmqe repubescunt: unde illud poëticum, folia, qa qidem, &c. p. 962. A.* Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν ὀρῶν, τὰ μὲν ἀποθραύεται μέρη, τὰ δὲ προσφύεται. *Sic de montibus qasdam partes defringi, & rursum denasci alias.* Cæterùm dicto Homerico illo Stratonicus pro more suo joculariter est abusus. cùm enim Cavnum (Cariæ id opidum est) appulsus, incolas à loci insalubritate vultu pallido admodum lividóve incedere plerosqe conspiceret, E poëticum illud protulisse fertur,

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.
Nascuntur foliorum instar mortalia qippe
Corpora.

reprehensus verò, qasi locum insalubritatis notâsset, scommate etiam acerbiore adjecto perstringens, Μή πού', inqit, θαρρῆσαί μ' ἂν λέγειν τοιοῦτον, ὅπως οὐ τοὺς νεκροὺς περιπατεῖν; *An ego sustineam, inqit, civitatem morbidam, aut insalubrem dicere, in qa mortui qoqe ambulent?* Refert Strabo. *l. 14. p. 448.*

Φυλλάρια δὲ ἡ τοιαῦτα σου] Hinc Epictetus *Dissert. l. 3. c. 24.* δύσφημον existimanti de puerulo dicere, Ἄριστον ἀποθανεῖν, *cras* F *forsitan morietur*; Λέγε δύσφημον εἶναι καὶ τὸ φυλλορροῦν. *Ominosum dic foliorum qoqe defluxum.* vide *ad l. 11. §. 33, 34.* & apud nos in patria lingua, *infantes flosculos* esse, vulgari diverbio dicitur. Cæterùm qo modo φυλλάρια Marcus istic, ità βολβάρια ἢ κοχλίδια, *bulbos avt cochleolas uxorem liberósqe* dixit Epictetus *Enchirid. c. 12.* Lucianus in Speculant. *p. 355.* Ἐκεῖνος μὲν ὁ χαίρων, ὅτι ἄρρενα παῖδα ἔτεκεν αὐτῷ ἡ γυνὴ, καὶ φίλους διὰ τοῦτο ἐσιῶν, καὶ τύμπανα τῷ παιδὸς τιθέμενος, ἐπεὶ ἠπίστατο, ὡς ἐπλήσης γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται· ἆρα ὧν σοι δοκῇ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γενομένῳ; ἀλλὰ τὸ ἄϊστον, ὅτι τὸν μὲν ἐυτυχοῦντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἐκεῖνον ὁρᾷ, τὸν τῷ ἀθλητῇ πατέρα, τῷ Ὀλύμπια νενικηκότος. τὸν γείτονα δὲ, τὸν ἐκπομίζοντα τὸ παι- G δίον οὐχ ὁρᾷ, οὐδ' οἶδεν, ἀφ' ὅτου αὐτῷ κρόκης ἐκρίμαλο. *Ille verò qi lætatur, qòd sibi masculam prolem uxor pepererit, ideóqe amicos convivio excipit, & patris nomen imponit, si sciret puerum septimo ætatis anno periturum, numqid tibi videretur gaudere qod is sit natus? Verùm in caussa est, qòd in eum intuetur, cui res in filio prosperè cedunt, & qi pater est athleta qi vicerit Olympia: vicinum avtem qi natum cremandum effert non intuetur, neqe novit à qo subtegmine ipsi pendeat.* Seneca *ad Marc. c. 9. Tot præter domum nostram ducuntur exeqiæ; de morte non cogitamus: tot acerba funera; nos togam nostrorum* H *infantium, nos militiam, & paterna hereditatis successionem animo agitamus. Tot divitum subita pavpertas in oculos incidit: & nobis nunqam in mentem venit, nostras qoqe opes aqe in lubrico*

& homunciones isti, qi tanto cum strepitu, tanqam fide digni, alios celebrant, vel è contrario diris devovent, vel clam vituperant & subsannant. foliola itidem, qi famam tui posthumam excepturi sunt. ista enim omnia verno tempore prodeunt; dein ventus ubi straverit, sylva horum vice nova alia profert. commune avtem omnium est, breve existendi spatium. at tu omnia, tanqam æterna futura, fugis appetisve. mora parvula, & lumina tibi condentur: eúmqe qi te extulerit, alius aliqis lugebit.

§.35. Sani est oculi, cernere visibilia qævis, nec dicere, *Viridia velim.* hoc etenim lippientis est. sed & avditûs ac olfactûs est sani, ad sonos odoréive qosvis percipiendos promptum esse. & stomachi valentis, adversùs edulia qævis pariter se habere;

καὶ παύσῃ τὰ ἐπιθοῶντα ἐξισπίσως, καὶ ἐπιφημεῖτε, ἢ ὅτι τ' ἐναντίων καταρώμεθα, ἢ ἡσυχῇ ψέγοντες, καὶ χλευάζοντες. φυλάξεται ἢ ἐμοίως, καὶ [a] τὰ ἀμαθέξόμενα τῷ ὑστεροφημίσειν. πάντα γὰρ ταῦτα ἔαρος ἐπιγίγνεται ὥρᾳ. εἶτα ἀνεμος καταβάλλει. ἔπειθ' [b] ἡ ὕλη ἑτέρα ἀντὶ τούτων φύει. [c] τὸ δ' ὀλιγοχρόνιον κοινὸν πᾶσιν. ἀλλὰ σὺ πάντα, ὡς αἰώνια ἐσόμενα, φεύγεις, καὶ διώκεις. [d] μικρὸν καταμύσῃς. [e] τὸν δ' ἐξενεγκόντα σε ἤδη, ἄλλον θρηνήσει.

a L.4.§.19.
b L.7.§.23.
c L.5.§.10.
d L.7.§.70.
e L.4.§.50.

§. 35. Τὸν ὑγιαίνοντα ὀφθαλμὸν πάντα ὁρᾶν δεῖ τὰ ὁρατὰ, καὶ μὴ λέγειν, τὰ χλωρὰ θέλω. ἔτι γὰρ ὀφθαλμιῶντός ἐστι. καὶ τὸν ὑγιαίνουσαν ἀκοὴν, καὶ ὀσφρησιν εἰς πάντα δεῖ τὰ ἀκουστὰ καὶ ὀσφραντὰ ἑτοίμως ἔχειν, καὶ [f] τὸν ὑγιαίνοντα στόμαχον πρὸς πάντα τρόφιμα ὁμοίως ἔχειν,

f Sup.§.31.

ANNOTATIONES.

brùco posita. Acerba cùm dixit, *poma* alludebat, qibus poëta A ignobilis in fictitio *Hadriani & Epicteti colloqio*, prout *foliis* Homerus & ex Homero Marcus istic, nos contulit *disticho illo*;

Poma ut in arboribus pendent; sic corpora nostra,
Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Καὶ ταῦτα τὰ ἐπιθοῶντα] ἀνθρώπια scilicet ut *l.* 9.§.29. *ἀνθρώπια μυξῶν μεστά. homunculi mucci pleni.*

Σὺ πάντα ὡς ἀώνια ἐσόμενα] Seneca *Epist.* 120. *At nos corpus tam putre sortiti, nihilominus æterna proponimus, & qantum potest ætas humana protendi, tantum spe occupamus, nullâ contenti pecuniâ, nullâ potentiâ. nihil satis est morituris, imò morientibus. qotidie enim propiùs ab ultimo stamus, & illò unde nobis cadendum est omnis hora impellit.*

Μικρὸν καὶ καλαμύσεις] *Pavlò post morieris.* καλαμύειν, *connivere, oculos clavdere*, pro, *mori.* qia moribundis visus deficit, mortuis oculi clavduntur. indè formulæ illæ *Il. ε. v.* 82. & alibi freqenter;

--- τὸν δὲ καθ' ὕπνος
Ἑλλαβε πορφύρεος θάνατος. ---
--- *ac hunc oculis*
Occupavit sanguinolenta mors.

& *ibidem v.* 47.

--- σκιερὸς δ' ἄρα μιν στεῖλε κέλαινα. ---
--- *ac horrenda ipsum caligo prehendit.*

Item *Il. π. v.* 350.

--- θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν
--- *mortis autem nigra nebula obtexit.*

Sed & apud Maronem *Æn. l.* 10.

--- *lethæ cæcentia lumina sólvit.*

Et,

Olli dura qies oculos, & ferreus urget
Somnus; in æternam clavduntur lumina noctem.

Contrà, βλέπειν, sive, *videre*, pro *vivere*; & βλέποντας *videntes*, pro, *viventibus.* Evripides *Troad. v.* 628.

Οὐ ταυτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ καθανεῖν.
Τῷ μὲν γὰρ ἐσθὲν, τῷ δ' ἴσασιν ἐλπίδες.
Non idem est filia vivere, qod mori.
Mortuus enim nihil est, spes verò insunt vitæ.

qod Theocritus *Idyll. 4. n.* 42.

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν. ἀείλπιστοι δὲ θανόντες.
Spes sunt inter vivos, expertes autem spes sunt mortui.

Idem *Iphigen. Tauric. v.* 718.

Θανόντα μᾶλλον ἢ βλέποντ' ἔχω φίλον.
Mortuum magis, qàm vivum, habebo amicum.

Qod idem alibi:

Οὐκ ἂν προδοίην καί ποτε ἄψυχον φίλον.
Nunqam deseram amicum qamvis mortuum.

& ὅλιον ὁρᾶν, φῶς ὁρᾶν, pro eodem. Evripides *Troad. v.* 269.

--- ἆρά μοι αἴλιον λίνουσιν;
--- *an mihi solem adspicit? vivitne?*

& *Iona v.* 1121.

Ἥδιον ἂν θανοίμην, ἢ θ' ὁρᾶν φάος.
An verò videre lumen, libentiùs morientur.

Syntaxis insolens, sed qalis illa (ut obiter adnotem) *Herc. fur. v.* 1313.

Παραινέσαι μ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάσχειν κακῶς.
Facilius te manere possum, qàm ipse mala pati.

Idem *Iph. Taur. v.* 608.

Οὐκ οἶδ' ὅλου ἥλιου ἢ μὴ φῶς ὁρᾶν φίλω.
Qem non minus volo vivere qàm me.

Et, *v.* 674.

Αἰσχρὸν θανόντα σε βλέπειν ἡμᾶς φάος.
Turpe est te mortuo nos intueri lucem.

Itémqe, *Alcest. v.* 691.

Χαίρει ὁρῶν φῶς; παλίρρ δ' ὁ χαίρειν δοκεῖς;
Gavdes videns lumen? & putas patrem non delectari?

Cui subjungit Epictetus *l.* 2. *c.* 22.

Θέλεις βλέπειν φῶς; παλίρρ δ' ὁ θέλειν δοκεῖς;
Videre lucem vis? parentem verò non velle putas?

Ità Naso, *Trist. l.* 5. *Eleg.* 4.

Sive diem videat, sive tegatur humo.

§.35. Τὰ χλωρὰ θέλω] viridia enim oculis grata sunt, visúmqe reficiunt. Plutarchus *de tranqill. pag.* 469. *A.* Τὰς ὄψεις ὑπὸ τῶν ἄγαν λαμπρῶν τιθασσευομένας, ταῖς ἀνθηραῖς καὶ ποώδεσι χρωιαῖς παραγωγοῦμεν. *Sed nos, qi oculos nimio splendore offensos ad florida & viridia avertentes reficimus.* Et Basilius Cæsar. *Ep.* 5. Τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐπειδάν πολὺ συνιόντας τὰ λαμπρὰ παλαδιόψωσι, φέρει τινὰ ῥαστώνην πρὸς τὸ κυανοῦν καὶ χλοάζον τῶν χρωμάτων ἐπιστρέφειν. *Oculi, ubi constanter splendidis inspexerint, facilitatem qandam per hoc qod caruleos viridésqe colores contuendos recipiunt, nanciscuntur.* Plutarchus idem *de amor. frat. p.* 490. *C.* Ὀφθαλμιῶντες ὁρῶμεν δεῖν ἀποστρέφειν, ἐπὶ τὰ μὴ ποιοῦντα πληγὴν μηδὲ ἀντίτυπον, χρώματα καὶ σύμματα τῆς ὄψεως. *Oculis vitio aliqo laborantibus arbitramur visum avertendum esse à coloribus & corporibus radium recellentibus.*

Καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἀκοὴν] Ad *avrem* retulit, sed animi, non C corporis, ἠθικῶς & φυσικῶς consideratam, qod hîc Marcus, de *stomacho*, Joannes ὁ Χρυσορρήμων *in Act. Apostol. Orat.* 55. qo loco lavdans Apostoli illa *ad Cor. Epist.* 1. *cap.* 3. *vers.* 2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα. οὔπω γὰρ ἠδύνασθε. *Lacte potu vos alui, & non escâ: nondum enim poteratis id ferre.* & ad *Hebr. cap.* 5. *vers.* 11. 12. Γάλακτος ἐν χρείᾳ καθίστησθε, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. ἐστε νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. *Facti estis in qibus lacke sit opus, & non solida cibo, qandoqidem segnes estis facti avribus.* Sed & avditorum Christi illud, Joannis *cap.* 6. *vers.* 60. Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος. τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; *Durus est hic sermo, qis eum potest audire?* qibus adjici poterant, cùm Christi ipsius ad suos D illa Joannis *cap.* 16. *v.* 12. Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν. ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. *Adhuc multa habeo qa vobis dicam, sed nunc non potestis portare.* tum & Apostoli *ad Tim. Ep.* 2. *c.* 4. *v.* 3. ista, τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, κνηθόμενοι τὰς ἀκοάς. *Sanam doctrinam non sufferent, avribus prurientes.* qanqam in illis avris infirmior, in istis inqinatior notari videtur. Ἔτι γὰρ, inqit, *pag.* 481. *B.* ἔστιν ἀσθένεια καὶ ἀπαθὴς. καθάπερ γὰρ στόμαχος, οὐκ ἂν δέξαιτο ὑγιεινὰ σιτία καὶ δυσπατέργαστα, οὕτως ὦν. ὦτα καὶ ψυχὴ ὀγκωθεῖσα, καὶ φλεγμαίνουσα, ἄτοπος γνωμίνη καὶ ἄκλυστος, οὐκ ἂν συνηθείᾳ δέξαιτο τὸν πνευματικὸν λόγον. *ἂν δὲ ἰσχυρὰ καὶ ὑγιεινὴ, πάντα* E *ἅ φάτο, πάντα ἄνυπλα. Est enim & avrium infirmitas. Nam sicut infirmus stomachus sanos & difficilis concoctionis cibos non suscipit: ita etiam anima torpida, inflata, æstuans, sterilisqe enervis spiritualem sermonem accipere non poterit: si autem sanis esset ac sana, omnia facilia, omnia integra.* Eódem retulit & Lactantius *instit. l.* 5. *c.* 4. *Sicut infans solidi ac fortis cibi capere vim non potest, ob stomachi tenerisudinem, sed liqore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus vesci fortioribus possit: ità & huic, oportebat, qæ nondum poterat capere divina, priùs humana testimonia offerri.*

Τὸν ὑγιαίνοντα στόμαχον πρὸς πάντα τρόφιμα ὁμοίως ἔχειν] F vide *supra* §. 31. Epictetus *Dissert. l.* 4. *c.* 4. Μὴ γίνου δυσάρεστος, μηδὲ κακοστόμαχος πρὸς τὰ γινόμενα. *Ne sis morosus, neqe fastidiosus erga ea qæ fiunt.* Plutarchus *de tranqill. p.* 466. *C.* ex Evripidis *Oreste.*

Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο.
καὶ γὰρ ἡ γυνὴ λυπεῖ, καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶνται καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κλινίδιον,
Φίλων δ' ὅ, τ' ἐλθὼν * λυπηρός, ὅ, τι ἀπιὼν βαρύς,

ἀπ

* λυπρὸς

χειν, ὡς μύλλῳ πρὸς πάντα ὅσα ἁλίσησαι καπ-
a L. 8. §. 43. σκεύασεν. καὶ τοίνυν a τῷ ὑγιαίνουσαν Διόνοιαν
πρὸς πάντα δεῖ τὰ συμβαίνοντα ἐπίμυλα εἶναι. ἡ ὃ
b L. 9. §. 40. λέγουσι, b τὰ πικνία σωζέσθω, καὶ πάντες ὅ, τι ἂν
πρόξω ἐπαινέτωσαν, ὀφθαλμός ἐστι τὰ χλωρὰ ζη-
τῶν, ἢ ὀδόντες τὰ ἁπαλά.

c L. 5. §. 10. §. 36. c Οὐδείς ἐστιν ὅτως ἔυπλμ@, ᾧ ἀπο-
i. 9. §. 3. θνήσκοντι ἡ παρεσήξονταί τινες ἀσταζόμενοι τὸ
συμβαῖνον κακόν. ατυδαί@ καὶ σοφὸς ὢν. μὴ τὸ
παύσασθαι ἔσαι τὶς ὁ καθ' αὐτὸν λέγων; ἀνα-
* σομέν. πνεύσω * μὴ πού τι d ἀπὸ τούτου ἔ παιδαγωγῶ.
d L. 5. §. 9. l. Χαλεπὸς μὴ ἐδενὶ ἡμῶν ἦν. ἀλλὰ ἡθανόμην,
11. §. 18. ὅτι ἡσυχῇ καταγινώσκ ἡμῶν. ταῦτα μὲν ἂν ἔλθῃ
ἔ ατυδαίω. ἐφ' ἡμῶν ὢ πόσα ἄλλα ἐστί, δι ἃ πο-
e L. 4. §. 50. λὺς ὁ ἀπαλλακτιῶν ἡμῶν. e τοῦτο ἂν ἐννοήσεις
ἀποθνήσκων, καὶ εὐκολώτερον ἐξελεύσῃ, λογιζό-
μενο@, ὅτι τοιούτου βίου ἀπέρχομαι, ἐν ᾧ αὐτοὶ οἱ
κοινωνοί, ὑπὲρ ὧν τὰ τοσαῦτα ἠγωνισάμην, ἠυξά-
μην, ἐφρόντισα, αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἐθέλουσι με ὑπάγειν,
ἄλλου τινὰ τυχὸν ὅτι τούτου ῥαῳώνην ἐλπίζοντες.
τί ἂν ἔν τις ἀντέχοιτο τῆς ἐνταῦθα μακροτέρας
f L. 5. §. 10. Διατριβῆς; f μὴ μέν σοι Δι' τοῦτο ἔλαττον εὐ-
g L. 7. §. 15. μενὴς αὐτοῖς ἄπῃ, ἀλλὰ g τὸ ἴδιον ἔθ@ Δια-
h L. 7. §. 22. σώζων, h φίλ@, καὶ ἔυνυς, καὶ i ἵλεως, καὶ
i L. 2. §. 3. μὴ πάλιν ὡς ἀποστώμεν@, ἀλλ' ὥστερ

ficut molum ad omnia, ad qæ molenda condita eſt. pari igitur ratione & mentis eſt ſanæ, ad obvenientia qæqe idoneam eſſe. qæ verò dixerit, *Liberos mihi ſalvos velim*; &, *Omnes qicqid fecero lavdent, velim*; oculi eſt inſtar viridia poſcentis, vel dentium tenella poſtulantium.

§. 36. Nemo qiſpiam adeò felix eſt, cui morienti non adſtabunt aliqi, qi præſenti lætentur malo. bonus ſapiénſqe fuerit, annon ad extremum futurus eſt qi de illo dicat, *Reſpirabimus jam tandem à pædagogo iſto. non erat reverà aſper noſtri cuiqam: ſenſi tamen tacitè illum damnâſſe nos.* hæc igitur de viro bono. at nos qod attinet, qàm multa ſunt alia, ob qæ à nobis liberari deſiderent havd pavci? hoc ſi inter moriendum cogitaveris, libentiùs diſcedes; cùm ità tecum rem putaveris, Ex ea vita diſcedo, in qa ipſi ejuſdem mecum participes, pro qibus tam multa exantlavi, ſupplicavi, procuravi, illi, inqam, ipſi elatum me optant, tanqam qi levamen forſan hinc aliqod ſperent. cur ergò diutiùs iſtîc moram trahere qis cupiat? nec propterea tamen minùs illis propitius diſcedas, ſed moris tui tenax, amicus, benevolus, mitis. qin rurſus, nec tanqam vitæ avulſus, ſed, prout eis, qibus mortis felicitas qædam obtigit, animula à corpore leniter exol-

tur;

ANNOTATIONES.

ὡς ὁ Ἴων φησίν. εἶτα τῆς νόσου διαλυθείσης, καὶ κρίσεως ἐτέρας γενομένης, ἦλθεν ἡ ὑγεία φίλα πάντα ποιοῦσα καὶ προσηνῆ. ὁ γὰρ χθὲς ὠὲ καὶ ἀμύλια καὶ * σητάνειον [σίτινον Henricus Stephanus] ἄρτον διαπτύων, τήμερον ἀυλόπυρον ἐπ' ἐλαίαις ἢ καρδαμίδι σιτεῖται προσφιλῶς καὶ προθύμως.

Ob inopiam moroſi ſunt qibus eſt malè.

agrotis & uxor moleſta eſt, & medicum incuſant, & lectulus diſplicet, & de amicis

Gravis eſt qi venit, abiens parit moleſtiam,

ut Jon ait: morbo autem fugato, aliiqe facta temperie, ſanitas redit omnia grata redigens atqe jucunda. Qi enim heri ova, amylum, panem è cribrata farina reſpuebat, hodie cibarium panem cum oliva ac naſturtio comedit alacriter & ſuaviter. Nec multò pòſt *pag.* 468. *F.* Ἐν τῷ πυρίσσειν πικρὰ πάντα καὶ ἀηδῆ φαίνεται γινομένοις. ἀλλ' ὅταν ἴδωμεν ἑτέρους τὰ αὐτὰ προσφερομένους καὶ μὴ δυσχεραίνοντας, ἀκίτι τὸ σιτίον, ὅτι τὸ ποτὸν, ἀλλ' αὐτὰς αἰτιώμεθα καὶ τὴν νόσον. ὅτω καὶ τοῖς πράγμασι πασόμεθα μεμφόμενοι καὶ δυσχεραίνοντες, ἂν ἑτέρους τὰ αὐτὰ προσδεχομένους ἀλύπως καὶ ἱλαρῶς ὁρῶμεν. *Febricitantibus qicqid guſtant amarum & inſuave videtur: ſed tamen ubi alios videmus eadem citra moleſtiam guſtare, non jam cibum potúmve, ſed morbum & agrotantes in cauſſa eſſe dicimus. Eodem modo culpare res, & iniqè ferre deſinemus, ſi videamus iiſdem alios abſqe dolore & cum hilaritate uti.* Idem *de utilit. ex inimic. pag.* 87. *A.* Ὥσπερ γὰρ τὰ ῥωμαλέα τοῖς σωμάχοις καὶ ὑγιεινότατα τῶν ζώων ὄφεις ἰσθίοντα κατα-πίπλει καὶ σκορπίους. ἔστι δὲ ἃ καὶ λίθοις καὶ ὀστράκοις τρέφεται, μεταβάλλοντι δὲ δι' ἰντονίαν καὶ θερμότητα πνεύματος. οἱ δὲ σικχοὶ καὶ νοσώδεις ἄρτου καὶ ὄινου προσφερόμενοι ταυτίωσιν. ὕτως οἱ μὲν ἀνόητοι καὶ τὰς φιλίας διαφθείρουσιν, οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ ταῖς ἔχθραις ἐμμελῶς χρῆσθαι δύνανται. *Sicut enim animalium ea qa validiſſimo ſunt ventriculo, & ſanitate firmiſſimâ, ſerpentes ac ſcorpios vorant atqe concoqunt, qadam etiam lapidibus & teſtis aluntur vigore & calore ſpiritus alteratis, cùm contra languidi & morboſi vino & pane ſumpto nauſeent: ita ſtulti amicitias etiam corrumpunt, prudentes etiam inimicitiis uti commodè norunt.* Accedit huc, qod de Tantalo Pindarus, *Olymp. od.* 1.

— Ἀλλὰ γὰρ καλα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἰδυ-
νάσθη: κόρῳ δ' ἔλεν
ἄταν ὑπερόπλον.

— *Sed enim con-*
coqere magnam felicitatem non po-
tuit: ſaturitatéqe i. e. protervia *accepit*
noxam ingentem.

Ὀφθαλμός ἐστι] *oculus eſt.* i. e. inſtar oculi, vel ſicut oculus. Sic Flaccus *l.* 1. *Epiſt.* 2.

— *qi rectè vivendi prorogat horam,*
Ruſticus expectans, dum defluat amnis. —

i. e. inſtar ruſtici expectantis. & in *arte:*

Nec verbum verbo curabit reddere, fidus
Interpres. —

i. e. inſtar fidi interpretis.

§. 36. Ἀναπνεύσω μέν ποτε ἀπὸ τούτου τοῦ παιδαγωγοῦ] forſan ἀναπνεύσομέν ποτε. *reſpirabimus aliqando.* vel, ut ſcripturæ receptæ nec literulam mutemus, ἀναπνεύσωμεν, *reſpiremus.* qia ſequitur ἡμῶν. nè τὸ μὲν illud ſit ſuperfluum. Feſtivè Annibal, referente Plutarcho *in Marcello. pag.* 303. *A.* Τὸν μὲν Φάβιον, ὡς παιδαγωγὸν, φοβεῖσθαι τὸν δὲ Μάρκελλον, ὡς κατα-γωνιστὴν. ὑφ' ὃ μὲν γὰρ κωλύεσθαι κακόν τι ποιεῖν. ὑφ' ὃ δὲ καὶ πάσχειν. *Timere ſe ut padagogum Fabium, ut adverſarium Marcellum: ab illo, ne qid mali inferret, prohiberi ſe, ab hoc etiam accipere.* Vide noſtrum *ſuprà l.* 5. §. 9. De Henrico 5. Imperatore Lambertus Schafnaburg. *Is* (Herimannus Archiepiſcopus Colonienſis) *ubi ſe in ſua recepit; Rex tanqam ſeveriſſimo padagogo liberatus, ſtatim in omnia flagitiorum genera præcipitem ſe dedit.* De Avreliano Vopiſcus: *Senatus mortem ejus graviter tulit: gravius tamen Populus Romanus, qi vulgò dicebat, Avrelianum padagogum eſſe Senatorum.*

Ἡσυχῇ καταγινώσκει ἡμῶν] Avtor *ſap. Solom. c.* 2. *v.* 14. 15. Ἐγένετο ἡμῖν εἰς ἔλεγχον ἐννοιῶν. καὶ ἐναντιῶται τοῖς ἔργοις ἡμῶν. βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμεν@, ὅτι ἀνόμοιος τοῖς ἄλλοις ὁ βίος αὐτοῦ. *Factus eſt nobis ad redarguendum cogitationes noſtras: gravis eſt nobis etiam ad aſpectum, qia diſſimilis eſt aliorum vita illius.* Iſidorus Peluſiota *l.* 2. *Ep.* 50. Ἔλεγχον τοῦ ἰδικοῦ βίου τὴν ἐκείνου πολιτείαν ἡγοῦνται. *Illorum vitæ rationem vitæ ſuæ reprehenſionem eſſe exiſtimant.* & *l.* 4. *Ep.* 220. Ἔλεγ-χον ἡγοῦνται τῶν σφῶν κακίας τὰς τῶν πέλας ἀρετάς. *Suæ improbitatis reprehenſionem eſſe aliorum circa ſe hominum virtutes arbitrantur.* Itaqe qod idem *l.* 3. *Ep.* 211. Παντὶ τρόπῳ οἱ ἄριστοι παρὰ τῶν φαύλων μισοῦνται. *Omni modo præſtantiſſimi qiqe viri improbis inviſi ſunt.* Dion Pruſæus *Orat.* 72. *pag.* 630. Οὐ δύνανται ἡδέως ὁρᾶν τὰς φιλοσόφου σχῆμα ἔχουσας, ὅτι νυθετήσειν καὶ ἐξελέγχειν παρεσκευασμένους λογίζονται, ἀλλὰ προσκρούσει καὶ διαμάχονται. ὥσπερ οὐδὲ οἱ παῖδες ἡδέως ὁρᾶν δύνανται, ὃς ἂν * ἴδωσι [* ἴδοσι f.] παιδαγωγοῦ σχῆμα ἔχοντας, καὶ παρεσκευασμένους ὅτως ὡς ἐκπλήξοντας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπιτρέψοντας ἁμαρτάνειν, οὐδὲ ῥαθυμῆν. *Non poſſunt libenter videre philoſophi habitum habentes, qia cogitant præparatos admonere & redarguere: ſed adverſantur & impugnant. Qemadmodum neqe pueri libenter videre poſſunt, qs ſciunt padagogi cultum habere, præparatóſqe ita tanqam objurgaturos ſe, neqe permiſſuros ut peccent, avt ſegnes ſint.* Cyprianus *Epiſt. ad Donat. Malos qiſqis non imitatur, offendit.* &, *Caſtigare videtur, qicunqe diſſentit.* Lactantius *inſtit. l.* 5. *c.* 9. Petronius *ſatyr. Non dubiè ità eſt. Si qis vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ inſiſtere cæpit, primùm propter morum differentiam odium habet. Iqis enim poteſt probare diverſa? deinde qi ſolas extruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, qàm qod ipſi tenent.*

Ἐκ τοιούτου βίου ἀπέρχομαι] vide *ad l.* 9. §. 3..

Μὴ ἀποστώμεν@] *Non avulſum vitæ.* Seneca *Epiſt.* 30.

Ὥσπερ

vitur, talis & tua ab iſtis etiam eſto diſceſſio. eis enim te natura annexuit & conjunxit. at nunc diſjungit. disjungor itaqe tanqam à neceſſariis, non abſtractus tamen, ſed ſponte diſcedens. nam & hoc ex eis eſt, qæ ſunt ſecundùm naturam.

§. 37. Solenne tibi ſit, in cujuſqe (qoad ejus fieri poteſt) actione omni, apud te qærere, *Iſtud iſte qo fine facit?* à temet avtem avſpicare, téqe primo loco ſcrutare.

§. 38. Memento illud qod te velut fidiculis citat, eſſe intra te reconditum qiddam. illud eſt ſvadela, illud vita, illud (ſi fas dicere) homo eſt. nè cùm illo junctim contempleris unqam

ἐπὶ δ ἐυθανατῦντϕ, [a] εὐκόλως τὸ ψυχάριον ἀπὸ σώματϕ ἐξειλεῖται, τοιαύτῳ καὶ τῷ ἀπὸ τούτων ἀποχώρησιν δεῖ γενέσθ. καὶ γὰρ [b] τούτοις ἡ φύσις συνῆψε, καὶ συνέκρινεν. ἀλλὰ νῦν λῦσαι; λυόμεθα, ὡς ἀπὸ οἰκείων μέν, ἑκὼν δὲ [c] ἀνθελκόμενϕ, ἀλλ' ἀβιάστως. [d] ἓν γὰρ καὶ τοῦτο τῶν κατὰ φύσιν.

a L.3.§.5.
b L.6.§.39.
c L.3.§.5.
d L.2.§.12. 17.

§. 37. Ἔθισον ἐπὶ παντὸς, ὡς οἷόν τε, ϑ πρασσομένυ ὑπό τινϕ, ἐπιζητεῖν καὶ σαυτὸν, [e] ἔτϕ τοῦτο ἐπί τινα φέρῃ; ἄρχυ ἢ ἀπὸ σαυτοῦ, καὶ [f] σαυτὸν πρῶτον ἐξέταζε.

e L.2.§.16. l.7.§.4.
f L.3.§.5 J. 5.§.11.

§. 38. Μέμνησο, ὅτι [g] τὸ νυροσπασῦν ἐςὶν ὀκεῖνο, [h] τὸ ἔνδον ἐγκεκρυμμένον. [i] ὀκεῖνο ῥητορεία, ὀκεῖνο ζωὴ, [k] ὀκεῖνο, εἰ δεῖ εἰπεῖν, ἄνθρωπος. μηδέποτε συμπεριφαντάζε

g L.2.§.2.
h L.7.§.59.
l.8.§.28.
i L.12.§.33.
k L.12.§.3.

ANNOTATIONES.

Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἐυθανατοῦντϕ] De Avguſto *Svetonius l. 2. c. 99. Sortitus eſt exitum facilem, & qalem ſemper optaverat. nam ferè qoties avdiſſet citò ac nullo cruciatu defunctum qempiam, ſibi & ſuis* εὐθανασίαν ſimilem (*hoc enim & verbo uti ſolebat*) *precabatur. Sortitus exitum facilem.* hoc eſt, εὐθανατήσας. cui contrarium eſt τὸ δυσθανατεῖν, qod eſt apud Hippocratem, ut declarat Galenus, τὸ βραδέως καὶ σὺν ὀδύνῃ θνῄσκειν. *tardè, & cum cruciatu mori.* & τὸ ψυχομαχεῖν apud avtorem *qæſtionum* ſub nomine Athanaſii *ad Antiochum.* Caſavbonus *ad Svetonium.*

Ἐυκόλως τὸ ψυχάριον ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξειλεῖται] Ità *l. 9. §. 3.* Τὸ ψυχάριον τοῦ ἰλύτρυ τούτυ ἐκπεσεῖται. *Animula tua involucro iſti excidet.*

Συνῆψε καὶ συνέκρινεν] Ità Epicharmus *ad l. 7. §. 50.* Συνεκρίθη. Tertullianus *de reſurrect. c. 14. Totum porrò hominem ex utriuſqe ſubſtantiæ concretione parere.* vide *l. 7. §. 67.*

Ἀλλὰ νῦν διαλύει] vide *l. 8. §. 18.* Carneades moribundus; Ἡ συνήσασα φύσις καὶ διαλύσει. *Qa conſtituit natura & compegit, ea diſſolvet.* Laërtius *l. 4. c. 64.*

Οὐ μὴν ἀνθελκόμενος] qod priùs ἀποσπώμενος. vide *l. 3. §. 5.*

§. 37. Οὗτος τοῦτο ἐπί τινα φέρει] vide *ad l. 2. §. 16.* & *l. 11. §. 21.* Caſavbonus *ad Perſ. ſat. 3. Scopus eſt qi petitur; ſagittæ & tela ſunt actiones vitæ.* Philo Judæus *de confuſ. lingv. pag. 327. A.* Πλεῖστοι ἢ δόξαν ἕκαστος αὐτῶν σκοπὸν προτιθέμενος, ἐπὶ τοῦτον ὥσπερ βέλη, τὰς τοῦ βίυ πράξεις ἀπάσας ἀφίησι. *Qm divitias avt gloriam ſinguli finem propoſitum habeant, ad hunc tanqam tela vitæ actiones omnes dirigunt.*

Σαυτὸν πρῶτον ἐξέταζε] de Socrate Epictetus *l. 2. c. 1.* Ἑαυτὸν ἤλεγχε καὶ ἐξέταζε. *Semetipſum arguebat & examinabat.* Ità Sophonias *c. 2. v. 1. Excutite vos, excutite vos, inqam.* ſive ut R. Camius explicat, *Inqirite in voſmetipſos, tum in alios.* Jeremias *Thren. c. 3. v. 40. Scrutemur & excutiamus vias noſtras.* Pavlus *ad Cor. Epiſt. 2. c. 13. v. 5.* Ἑαυτοὺς πειράζετε. ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. *Vos ipſos tentate, vos ipſos explorate.* & *Ep. 1. c. 11. v. 28.* Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν. *Exploret avtem qiſqe ſeipſum.* & *ad Gal. c. 6. v. 4.* Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος. *Opus avtem ſuum probet unuſqiſqe.* Gregorius Nazianzenus in *Jamb.*

Σαυτὸν δ' ἐρεύνα πλεῖον, ἢ τὰ τῶν πέλας.
Τὸ μὲν γὰρ αὐτὸς κερδανεῖς, τὸ δ' οἱ πέλας.
Scrutare avtem teipſum magis, qàm qa ſunt tibi proximi.
Hoc enim ipſe lucraberis, hoc verò tibi proximus.

Gregorius Romanus *in Job. l. 14. c. 15. Ordo erectionis in bono, ut primùm contra nos, tum contra alios erigamur.* Seneca *Ep. 66. Me priùs ſcrutor; deinde hunc mundum.* Spectat huc Heracliti illud, qi interrogatus, qid ageret, reſpondit, Ἐδιζησάμην ἐμαυτόν. *meipſum exqirebam* i. e. excutiebam. Refert Plutarchus *adv. Colot.* & Julianus *de cyniſm. Orat. 1.* Laërtius etiam *l. 9.* ſed qem Philoſophi mentem non aſſecutum, docet Caſavbonus *in not.* Cæterùm hoc ille cum pavcis. Perſius *ſat. 4.*

Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo?
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

§. 38. Τὸ νυροσπασῦν ἐςιν ἐκεῖνο] de vocabulo iſto vide ſis *ad l. 2. §. 2.* & *l. 7. §. 3.* Iſaacus Caſavbonus *ad* illud *Perſ. Sat. 5. v. 129.*

--- ſed ſi intus & in jecore agro
Naſcuntur domini. — &c.

Si exterioxem dominum non habes, interiorem verò circumſers, non unum ſed plures, qà fronte liberum te dices? bi ſunt domini, qi domi naſcuntur, & nervos intus agitant. ait Marcus ſanè qàm ἐμφατικώτατα, illud occultum qod intus nos movet, id eſſe ῥητορείαν, ζωὴν, ἄνθρωπον, hoc eſt, qod faciat nos hoc avt illud ſtudioſè proſeqi; *exempli cavſſâ, eloqentiam, id eſſe per qod vivimus; qia ſic vivimus, ut illud eſt, qod nos impellit: libidinoſè, ſi libido urget; meticuloſè, ſi metus; iracundè ſi ira. denique hic velut alius qidam homo eſt, dominus illius intra qem habitat. hac mens optimi imperatoris; qi ſic alium hominem intra hominem collocat, ut Perſius ait hic, intus naſci dominos. idem eſt enim.* Hæc ille. Ego tamen Merico filio potiùs accedo, qi τὸ νυροσπασῦν iſtîc interpretatur *opiniones*, ſive *dogmata in pectore ſive mente deliteſcentia*, unde non actiones tantùm, ſed & affectiones illæ ortum ſuum habent. hoc enim paſſim inculcat Marcus. τὸ ἡγεμονικὸν ſive mentem illud ipſum eſſe, qod qocunqe velit hominem impellit, qodqe omnem prorſus cuiqe moleſtiam faceſſit. vide *ad l. 7. §. 15.* Qanqam conciliari poſſunt iſta, ſi illud adverterimus, Stoicis affectus nihil aliud videri qàm δόξας ψευδεῖς καὶ κρίσεις πονηρὰς, ſive *opiniones falſas ac depravatas*, utì ex Chryſippo docet Galenus paſſim in *libr. de dogmat. Hippocr. ac Plat.* Plutarchus *de virt. moral.* & Cicero *Tuſcul. l. 4.* verùm Marci mentem expreſſit optimè, eâdem planè abuſus imagine, Tertullianus *de anima c. 6.* his verbis. *Anima movet corpus; & conatus ejus extrinſecùs foris paret. ab illa eſt enim impingi, & pedes in inceſſum, & manus in contactum, & oculos in conſpectum, & lingvam in effatum, velut ſigillario motu, ſuperficiem intus agitante.* vide *l. 2. §. 3.* Nec abſceſſit longè Varro, qi in *ſatyra*, cui titulus, *Mutuum muli, animam grallatori, corporis artus grallis contulit.* dictionem peſſimè habitam, poſt aliorum conatus havd infelices prorſus, nos ſic reconcinnare tentavimus. *Grallatores qeis gradiuntur, perticæ lignea, ab hominis vi, qi inſtat, agitantur. ſic illi animi noſtri ſunt grallæ, crura ac pedes noſtri; ex ſe ἀκίνητοι, ſed ab animo moventur.*

Ἐκεῖνο ἄνθρωπϕ] vide *lib. 12. §. 30, 31.* R. Judas in *Cozrao l. 1. c. 49. Anima revera ipſa eſt homo. illud enim ex Moſe qod nobiſcum loqitur, & intelligit, & dirigit, non eſt lingva, vel cor, vel cerebrum ejus. Verùm iſta ſunt Moſis organa tantùm; anima avtem ipſe Moſes eſt.* Philo *de agricult. pag. 188. E.* Ἀνθρωπϕ δὲ ὁ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν τίς ἂν εἴη πλὴν ὁ νοῦς; ὃς τὰς ἀπὸ τῶν σπαρέντων καὶ φυτευθέντων ὠφελείας εἴωθε καρπώσθαι. *Homo avtem in unoqoqe noſtrum qis alius eſſe poteſt, qàm intellectus, qi ſolet ſatorum plantarumqe fructus colligere.* Et *de hæred. divin. pag. 512. E.* Ὥστε ὁ δὴ καθ' ἕκαστον ἡμῶν νοῦς κυρίως καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἄνθρωπός ἐστι. *Itaqe unuſcujuſqe noſtrum mens propriè vereqe homo eſt.* & Plato *in Alcib. 1. pag. 447. A.* Οὔτε τὸ σῶμα, ὅτε συναμφότερόν ἐστιν ἄνθρωπος. *Nec corpus, nec ſimul utrumqe eſt homo.* & mox; Λείπεται μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον εἶναι ἢ ψυχήν. *Reſtat nihil omnino eſſe hominem qàm animam.* qod ibi tuſiùs diſſeritur. Τὸ νοῦν ἕκαστος εἶναι δοκεῖ. *Id qod intelligit, unuſqiſqe eſſe videtur.* Ariſtoteles *Ethic. l. 9. c. 4.* Cicero *ſomn. Scip. Mens cujuſqe, is eſt qiſqe, non ea figura, qa digito demonſtrari poteſt.* Idem *Academ. l. 4. Ariſtippus, qaſi animum nullum habeamus, corpus ſolum tuetur: Zeno, qaſi corporis ſimus expertes, animum ſolum complectitur.* Macrobius *l. 1. c. 13.* Ergò, *qi videtur, non ipſe verus homo eſt; ſed verus ille eſt, à qo regitur qod videtur.* atqi Tertullianus *de reſurr. c. 33. Tam corpus homo, qàm & anima.* Et fidentiùs pavlò ex Moſis verbis *Geneſ. c. 2. v. 7. adv. Marcion. l. 1. c. 24. Qid eſt homo aliud qàm caro? Siqidem nomen hominis, materia corporalis, non animalis à creatore ſortita eſt. Et fecit hominem Deus, inqit, limum de terra; non animam, anima enim ab afflatu.*

Μηδέποτε] Annecti poſſunt ſuperioribus iſta: qanqam à Marco, tanqam ſeorſim habita, ponuntur.

Συμπεριφαντάζε] compoſitum Stoici commatis vocabulum ſatìs inſolens. *Nè ſolicitus ſis de his.* Caſavbonus. *Nè animo tibi proponas.* Xylander. *nè junctim cum principali illo contemplare & intuere iſta.* φαντάζεσθαι contemplari. Gregorius Nazianzenus *Orat. de bapt. de Deo*; Φῶς, ὅσον ἂν καθαιρώμεθα, φανταζόμενον. καὶ ὅσον ἂν φανταζώμεθα, ἁγιαζόμενον. *Lumen, qò accuratiùs animos purgaverimus, eò rurſus magis amandum, qò magis contemplati fuerimus.*

a L.12.§.2, 3. b L.3.§.3.

τάζις ᵃ τὸ περικείμενον ᵇ ἀγγειῶδες, καὶ τὰ ὀργάνια ταῦτα τὰ περιπλασσόμενα. ὅμοια γάρ ἐστι σκεπάρνῳ. μόνον ὃ διαφέροντα, καθότι προσφυῆ ἐστιν. ἐπεί τοι ὁ μᾶλλόν τι τούτων ὄφελός ἐστι τῶν

c L.5.§.21. l.7.§.55. Sup.§.26.

μορίων, χωρὶς ᶜ τῆς κινήσεως καὶ ἰσχύος αὐτοῖς αὐτίας, ἢ τῆς περιόδου τῇ ὑφαντρίᾳ, ἢ ᾧ καλάμῳ τῷ γραφικῷ, καὶ ᾧ μαστιγίῳ τῷ ἡνιόχῳ.

circumjectum, vaſis inſtar, conceptaculum hoc, & inſtrumenta hæc undiqe ex eodem efficta. ſunt enim aſciæ ſimilia iſta. hoc tantùm intereſt, qòd agnata ſint. ſiqidem membrorum iſtorum, abſqe forma qæ ea cieat ſiſtátqe, non magìs uſus eſt, qàm radii textrici, avt ſcriptori calami, avt avrigæ flagelli.

ANNOTATIONES.

Τὸ περικείμενον ἀγγειῶδες] Corpus nimirum, qod & ἀγγεῖον dixit, *l.* 3. *c.* 3. & τὸ περικείμενον, *ſuprà* §. 1. & *l.* 12. §. 2, 3.

Τὰ ὀργάνια ταῦτα] *inſtrumenta mentis* corporis membra: ea enim eſt, qæ eis omnibus utitur. qâ ratione & ὅπλα eadem dicuntur Apoſtolo *ad Rom. c.* 6. *v.* 13. vide *ad l.* 5. §. 21. & *l.* 7. §. 35. Ità Alexander Aphrodiſſenſis *de beatit.* Τὸ σῶμα ἡμῖν ὄργανον ὂν ὑπὸ τῆς φύσεως δέδοται πρὸς τὰς κατὰ φύσιν πράξεις. *Corpus à natura nobis datum eſt ut ſit inſtrumentum ad actiones naturales.* Nemeſianus *de natur. hom. c.* 6. Ἡ δύναμις ψυχῆς, τὸ δὲ ὄργανον σώματος. *Nam vis qidem ipſa anima eſt: inſtrumentum corporis.* & Gregorius Nyſſenus *de homin. opific. c.* 12. Καθάπερ τι μουσικὸν ὄργανον ἅπαν τὸ σῶμα δεδημιούργηται. *Eſt omnino totum corpus humanum inſtar muſici inſtrumenti fabricatum.* Plutarchi nomine avtor *Platonic. qæſt. q.* 7. vult Platoni dicta in *Timæo* ψυχῆς ὄργανα, τὰ τῶν ζώων σώματα. *anima inſtrumenta animalium corpora.* atqe indè animam σώματος φυσικοῦ ὀργανικῶν ἐντελέχειαν, *actum corporis naturalis inſtrumentis præditi* finitam Ariſtoteli, *de anim. lib.* 2. *c.* 1. Plutarchus ipſe in *ſympoſ. pag.* 163. *E.* Ψυχῆς γὰρ ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ἡ ψυχή. *Corpus enim anima, anima inſtrumentum eſt Dei.* & *de Pyth. Orac. pag.* 404. *B.* Σῶμα μὲν ὀργάνοις χρῆται πολλοῖς, αὐτῷ δὲ σώματι ψυχὴ καὶ μέρεσι τοῦ σώματος. ψυχὴ δὲ ὄργανον θεοῦ γίγνεται. *Corpus inſtrumentis multis utitur, corpore & ejus membris animus, qi eſt inſtrumentum Dei.* Plinius *Hiſt. nat. lib.* 11. *c.* 37. *Animo videmus, animo cernimus; oculi, cev vaſa qadam, viſibilem ejus partem accipiunt, atqe tranſmittunt.* *Ad Perſ. Sat.* 3. Caſavbonus. *Stoicorum eſt illud ſcitum,* τὸν ἄνθρωπον οὐσιοῦσθαι κατὰ τὴν λογικὴν ζωὴν, σώματι δὲ χρῆσθαι ὡς ὀργάνῳ. *Naturam humanam poſſam eſſe in ratione & mente, qa corpore ita ut artifex inſtrumento qopiam utatur.* qod multis locis illuſtrat Simplicius in enchiridium ſapientiſſimi ſenis.

Μόνον δὲ διαφέροντα, καθότι προσφυῆ] Hoc tantùm, inqit, intereſt inter membra corporis & inſtrumenta externa; qòd *adgnata* ſint illa, iſta non item. contrà, qàm de ſervis Ariſtoteles *polit. l.* 1. *c.* 6. Ὁ δὲ δοῦλος ὄργανον ἔμψυχον, καὶ μέρος τι τοῦ δεσπότου, οἷον ἔμψυχόν τι τοῦ σώματος, κεχωρισμένον δὲ μέρος. *Servus autem inſtrumentum eſt animatum, & pars qadam domini, qaſi animata qadam corporis, ſed ſeparata pars.* Atqi Simplicius in *præfat. comment. in Epict. enchir.* τὸν ἀληθῶς ἄνθρωπον, aſſerit, τῷ σώματι, οὐχ ὡς μορίῳ συμφυεῖ, ἀλλ' ὡς ὀργάνῳ χρῆσθαι. *Verè hominem corpore non ut parte ingenitâ, ſed ut inſtrumento uti.* ad qem locum vide ſis qæ in *annot.* Hieronymus Volfius adverſus Simplicium diſſerit. Hoc avtem argumento etiam, Tertulliano referente, *de reſurr. carn. c.* 16. corpus excuſatum qidam ibant, nè avt reatûs in crimine, avt in judicio ſupplicii cum anima particeps cenſeri deberet. *Carnem nihil ſapientem, nihil ſentientem per ſemetipſam, non velle, non nolle de ſuo habentem, vice potiùs vaſculi apparere animæ, ut inſtrumentum, non ut miniſterium. itaqe anima ſolius judicium præſidere, qaliter uſa ſit vaſculo carnis: vaſculum verò ipſum non eſſe ſententiæ obnoxium.* verùm iſta ille fuſiſſimè in ſeqentibus refutat; qæ tranſcribere integra moleſtum nimis foret. inter alia, qod ſuffecerit, hoc præſcribitur: *Ab exemplo vacare diverſitatem rerum. Omne enim vas,* inqit, *vel inſtrumentum aliunde in uſus venit, extranea omnino materia à ſubſtantia hominis: caro avtem ab exordio uteri conſata, conformata, congenita animæ, etiam in omni operatione miſcetur illi. nam etſi vas apud Apoſtolum vocatur (ad Theſſ. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 4.) *eadem tamen ab eodem homo exterior appellatur: ille ſcilicet limus, qi prior titulo hominis inciſus eſt.* (*Gen. c.* 2. *v.* 7.) *non calicis, avt gladii, avt vaſculi ullius. Vas enim capacitatis nomine dicta eſt, qà animam capit & continet. homo verò de communione naturæ, qa eam non inſtrumentum in operationibus præſtat, ſed miniſterium. ità & miniſterium tenebitur judicio, etſi de ſuo nihil ſapiat; qia portio eſt ejus qa ſapit, non ſupellex.* Qanqam idem, *de anim. cap.* 40. *Res eſt caro alterius planè ſubſtantia, & alterius conditionis: addicta tamen anima, ut ſupellex, ut inſtrumentum, in officia vitæ. Neqe enim de proprio ſapit qid, avt ſentit, ad ſvadendam vel imperandam peccatelam. qidni, qa miniſterium eſt? & miniſterium, non qale ſervus, vel minor amicus, animalia nomina; ſed qale calix, vel qid aliud ejuſmodi corpus, non anima.*

LIBER XI.

a Inf.§.12. b L.6.§.8. c L.9.§.10.

Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς. ᵃ ἑαυτὴν ὁρᾷ, ᵇ ἑαυτὴν διαρθροῖ, ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ, ᶜ τὸν καρπὸν ὃν φέρει αὐτὴ καρπεῖται (τὰς

Æ ſunt animæ ratione præditæ proprietates. ſe cernit, fingit, artátqe, ut lubet, qalémqe vult ipſa, facit: fructum, qem profert, ipſa carpit.

cùm

ANNOTATIONES.

§. 1. Αὐτὴν ὁρᾷ] Theodoricus de S. Victore *ad fratr. Mont. Dei. Egregium inſtrumentum corporis eſt oculus, ſi ſicut cætera, ſic videre poſſet ſemetipſum. qod cùm interiori oculo conceſſum ſit: ſi ad exterioris exemplum ſeipſum negligens, vacat circa aliena, etiam cùm vult, ad ſeipſum redire non valet.* Avguſtinus *de Trinit. l.* 9. *c.* 3. *Mens ipſa ſe novit. neqe enim ut oculus corporis videt alios oculos & ſe non videt; ità mens novit alias mentes, & ignorat ſemetipſam. per oculos enim corporis corpora videmus, qia radios qi per eos emicant, & qicqid cernimus tangunt, refringere & retorqere in ipſos non poſſumus, niſi cùm ſpecula intuemur. mens verò ipſa ſicut corporearum rerum notitias per ſenſus corporis colligit; ſic incorporearum rerum per ſemetipſam: ergò & ſemetipſam per ſemetipſam novit.* Nec adverſatur, qod Baſilius Cæſar. *Orat.* 3. Τῷ ὅτι χαλεπώτατόν ἐστιν ἑαυτὸν ἐπιγνῶναι. ὁ γὰρ μόνον ὁ ὀφθαλμὸς τὰ ἔξω βλέπων, ἐφ' ἑαυτὸν δὲ κέχρηται τῷ ὁρᾶν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ τῆς ὀξίας τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα βλέπων, βραδύς ἐστι πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπίγνωσιν. *Revera valdè moleſtum eſt ſeipſum noſcere: oculus enim non ſolum ea qæ extra ſe ſunt videns, in ſeipſum viſiva non utitur; ſed mens noſtra ipſa in aliorum peccatum acutius cernens, tarda eſt ad ſuorum peccatorum cognitionem.* Sed nec qod ex Cicerone *Tuſc. l.* 1. Joannes Sarisberienſis *Metalog. l.* 4. *c.* 20. *Non valet tantum animus ut plenè ſeipſum videat; ſed ut oculus, ſic animus ſe non videns, alia cernit.* Ille enim de tarditate mentis humanæ ad errata ſua advertenda; iſte de plena ac perfecta, qæ revera iſtîc non datur, ſui cognitione loqitur.

Ἑαυτὴν διαρθροῖ] *ſeſe artat*, inqit, & fingit mens. qod de fortuna Plavtus *Capt.* 2. 2.

Fortuna humana fingit artátqe ut lubet.

Non ità ſe corpus. iſtud format & articulatim effingit anima, non ipſum ſe. Siqidem ut ex Themiſtio *de anim. l.* 1. Julius Scaliger *de ſubtil. exerc.* 6. §. 9. *Anima ſui eſt domicilii architecta.* vide *l.* 10. §. 26. Verùm de parte animæ principante Marcus iſtîc.

Ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ] vide *l.* 6. §. 8. & *l.* 8. §. 55. & *l.* 10. §. 13.

Τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρπεῖται] vide *l.* 9. §. 9. Ità Joannes *c.* 4. *v.* 36. Συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Congregat fructum in vitam æternam.* & *ad Rom. c.* 6. *v.* 22. Ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, καὶ τὸ τέλος ζωὴν αἰώνιον. *Habetis fructum veſtrum in ſanctimoniam: finem avtem vitam æternam.* Epictetus *l.* 1. *c.* 29. Τοῦτον νόμον ὁ θεὸς τέθεικε, εἴ τι ἀγαθὸν θέλεις, παρὰ σαυτοῦ λάβε. *Hanc legem Deus tulit, ſi qid boni expetis, à te ipſo pete.* & *c.* 19. Τὸ ζῷον αὐτῷ ἔτνια πάντα ποιεῖ, καὶ τὸ λυπηρὸν, αὐτὸς ὁ Ζεύς. *Animal ſuâ*

cùm arborum fructus, qódque iſtis in animalibus reſpondet, alii carpant. finem ſemper ſuum aſſequitur, ubicunque conſtiterit vitæ terminus. neque enim ſic ſe habet, qo modo in ſaltando avt in fabulam agendo aliiſque ejuſmodi, in qibus ſi qid inciderit, actio tota fit mutila; ſed in qacunque parte, & ubicunque deprehenſa fuerit, qod præceſſit plenum prorſus & perfectum ſibi facit: ut dicere liceat, *Ego qa mea ſunt, omnia habeo.* adhæc mundum totum pervagatur, &, qod ambit hunc, vacuum

τε τ φυτ καρπὸς, καὶ τὸ ἀναλογον ἐπὶ τ ζώων, ἄλλοι καρπῶν)) a ἔ ἰδίᾳ τέλος τυγχάνῃ, ὅπερ a L.3.§.8.
ἂν τὸ ἔ βίᾳ πέρας ἔλαβε. b ἐχ ὥσπερ ἐπὶ ἀρχή- b L.12.§.36
σεως κ) ὑποπεμόσεως καὶ τ πιόντων ἀτελὴς γίνεται
ἡ ὅλη πρᾶξις, ἐάν τι ἐγκόψῃ. ἀλλ' ἐπὶ παν-
τὸς μέρους, καὶ ὅπερ ἂν καταλαφθῇ, c πλῆρες κ) c L.2.§.17.
ἀπροσδεὲς ἑαυτῆ τὸ ἀεγπῆν ποιεῖ. ὥςε εἰπεῖν, l.3.§.5.
d ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά. ἔτι ἦ e περίεχεται τὸν ὅ- d L.4.§.29.
λον κόσμον, καὶ τὸ φεῦ αὐτὸν κενὸν, καὶ τὸ 49.
σχῆμα e L.7.§.35. l.9.§.30.

ANNOTATIONES.

ſuâ cauſſa facit omnia, & qod moleſtum eſt ipſe Jupiter. vide *infrà* §.4.

Τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ζώων] qaſi καρπὸς de animalibus dici inſolens ſit. Verùm Hebræis nihil uſitatius, qàm פרי i.e. καρπὸν שגל *fœtum* animantium atqe adeò hominis etiam nominare. ità Moſes *l.* 5. *c.* 28. *v.* 4. *fructus uteri tui, & fructus jumentorum tuorum.* & Pſaltes, *Pſal.* 132. *v.* 11. *ex fructu ventris tui.* Lucæ item *Evang. c.* 1. *v.* 42. Eliſabetha Mariæ Θεοφόρῳ, εὐλογητὸς καὶ ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. *& benedictus fructus uteri tui.*

Οὐχ ὥσπερ ἐπὶ ἐχνόσεως] Vide *ad l.* 3. §. 8. & *l.* 8. §. 32. & *l.* 12. §. 36.

Ἐάν τι ἐγκόψῃ] *Si qid offendatur* Xylander. *ſi qid interruperit* Caſavbonus meliùs. malim tamen, *inciderit.* ut Flaccus *lib.* 1. *Ep.* 14. dixit, *incidere ludum.* & Seneca *Ep.* 101. *qam premimus horam, caſus incidit.*

Ἀλλ' ἐπὶ παντὸς μέρους πλῆρες] Seneca *Ep.* 61. *Id ago, ut inſtar totius vitæ ſit dies.*

Ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά] Vide *l.* 4. §. 29, 49. & *l.* 9. §. 42. *in fine.* & *l.* 10. §. 1. hinc Biantis ſapientis illud, cujus Cicero meminit, in *paradox.* 1. *Omnia mea mecum porto.* Et Stilponis itidem apud Senecam *Ep.* 9. & *de conſtant. ſap. c.* 5. (licèt aliter pavlò referant alii. vide *infrà ad* §. 36.) *Omnia mea mecum ſunt.* qò alluſit Senarii illius avtor,

* Ὁ σοφὸς ἐν αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
Sapiens opes ſetum ipſe circumfert ſuas.

Et qod de Jobo Avguſtinus *de diverſ.* 12. *Omnia perdiderat, & plenus erat.* vide Epictetum ex *l.* 3. *c.* 24. *ad l.* 10. §. 1.

Περιέχεται τὸν ὅλον κόσμον] Vide *l.* 7. §. 47. 48. vide & Platonem *ibidem* §. 35. ex *polit. l.* 6. Idem in *Theætet. p.* 127. *D.* de philoſopho genuino: Τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτῷ καὶ ἐπιδημεῖ. ἡ δὲ διάνοια πανταχῇ φέρεται, κατὰ Πίνδαρον, τάπει γᾶς ὑπένερθε, καὶ τὰ ἐπέρπερθ' γεωμετροῦσα, ἄρουῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πάσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς ἥδιν ἀνθρώπων συγκαθίλκουσα. *Corpus duntaxat illius in urbe habitat, atqe verſatur; mens autem paſſim volat, ut ait Pindarus, & qa ſub terra ſunt, & qa ſupra dimetiens, & arte cælum tranſcendens, omnem perſcrutata naturam rerum omnium qa ad univerſum pertinent, his autem qa prope ſunt ſolis nullo modo applicans ſe.* qem Platonis locum laudat & Porphyrius *de abſtinent. anim. l.* 1. ſed & Clemens Alexandrinus *Strom. l.* 5. & ex Clemente Euſebius *præpar. l.* 13. & Theodoretus *Therap. l.* 12. nisi qòd Clemens & Euſebius pro ἡ δὲ διάνοια πανταχῇ φέρεται, legunt ἀυτὸς δὲ πέτεται. ut Theodoretus. Ἡ δὲ διάνοια πανταχῇ πέτεται. Alluſit eodem, ſed in alio argumento Marcus noſter *l.* 2. §. 13. in eodem planè & Galenus *Hortator. c.* 1. Philo Judæus *de monarch. p.* 816. *A.* Τέτων γὰρ (philoſophos loqvitur) ὁ λογισμὸς ἀπὸ τῆς γῆς ὅσον μετέωρος ἀρθεὶς διϊδρομαίει, καὶ συμπεριπολεῖ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τοῖς σύμπασι ὑραυοῖς, ταχεῖ πάντα γλιχόμενος ἰδεῖν. *Horum enim ratio ſublimis à terris rapta intrà per æthera, totam cælum cum ſole ac luna perluſtrans, ſtudio viſendi omnia.* Idémqe *de malor. inſid. p.* 171. *B.* Πῶς ἂν ὄντι φύσει μένειν ἅμα καὶ ἀποδημεῖν ἠδύναλο; ἢ καὶ τὰ ἐντοῦθα καὶ τὰ ἐτέρωθι καθορᾶν; ἢ θάλαττον μὲν περιπλεῖν, ἅπασαν γῆν δὲ ἄχρι πεζᾷ ἐπέρχεσθαι; ἢ δίχα τῶν ἐπιγείων καὶ τὰ μεταρσια καταλαμβάνειν, ἀέρα, καὶ τροπὰς ἀυτῷ, καὶ καιρῶν ἰδιότητας, καὶ ὅσα ταῖς ἐτησίοις ὥραις, κατευθυγράμμιά τε καὶ ἄξυ ἴθυς, ἀποτελεῖται; ἢ πάλιν δὲ ἀέρ® εἰς ὑρανὸν ἀπὸ γῆς ἀνίπλασθαι, καὶ τὰς ἐν ὑραιῷ φύσεις ἐξελάζειν, ὡς ἴχνυσιν, ὡς κινήσεσι, τίνες ὅροι τῆς ἑπτήσιας ἀρχῆς καὶ τέλους ἀυλαῖς, πῶς ἀλληλαις τε καὶ τῷ παντὶ καλά τι συγγενείας ἤκιστα ἁρμόζονται; μόνον γὰρ αὐτὰ ταῦτα παρ' ἡμῖν ὁ νῦς, ἔτι πάντων ἀκυδρομώτατ® καὶ τὸν χρόνον ἐν ᾧ γίγνεσθαι δεῖ, φθάνει καὶ παρομείβεται, καλὰ τὰς ἀοράτους δυνάμεις, ἐχεόνος τῷ τι παντὸς καὶ μερῶν, καὶ τῶν τοιούτων αἰτίαν ἐπιψαύων. ἤδη δὲ ἡ μόνον ἄχρι τῶν τῆς γῆς καὶ θαλάττης, ἀλλὰ καὶ ἀέρ® καὶ ὑρανοῦ πειράτων ἐλθών, ἠδ' ἐνταῦθα ἔτη, βραχὺν ἅρον τοῦ σπουδῆς καὶ ἀπαύστε δρόμε νομίσας τὸν κόσμον εἶναι. πρεσβύτερα δὲ ἐχάρησε, γλιχόμενος καὶ τὴν ἀκατάληπτον θεῶ φύσιν, ὅτι μὴ πρὸς τὸ εἶναι μόνον καταλαβεῖν, ἀλ δύνηται. *Qi enim poterat mortalis natura manere ſimul & peregrinari, avt huc illucve inſpicere, avt mare qidem totam navibus, terram verò uſqe extremos fines perluſtrare itineribus, avt præter iſta terrena ſublimia qoqe comprehendere, aërem cum ſuis mutationibus, proprietates temporum; & qa qotannis ſtata novationes acciduns? avt qomodo à terra in cælum ſubvolare per aëra, atqe ibi ſcrutari cæleſtes naturas, qomodo ſe habeant, qomodo moveantur, qa motus eorum ſimo, qódve initium, qi cognatione ſibi invicem avt univerſo conjuncta ſunt? Sola enim ex his, qa nobis inſunt, mens, ut omnium ocyſſima, etiam tempus ipſum, qo iſta fieri videntur, præcurrit & præoccupat, inviſibilibus viribus ſine tempore & univerſum hoc, & partes ejus, harúmqe cauſſas contrectando. Jam verò non ſolùm terra mariſqe, verùm & aëris cæliqe terminos attingens, ne hic qidem conſtitit, mundum rata indeſinentis ſui curſus modicum eſſe terminum. Ulterius etiam provolans, incomprehenſibilem Dei naturam appetit, cupiens hanc qoqe, ſi qeat, comprehendere.* Sic avtem hoc argumento animi immortalitatem præſtruit Philo; ità gemino ejuſdem ortum cœleſtem & divinitatem etiam qandam adſtruit Manilius *Aſtronom. l.* 2.

Qis dubitet poſthac hominem conjungere cælo,
Cvi eximiam natura dedit lingvámqe, capáxqe
Ingenium, volucrémqe animum? qem deniqe in unum
Deſcendit Deus atqe habitat, ipſúmqe requirit?
*Qis cælum poſſit, niſi * cæli munere, nóſſe;*
Et reperire Deum, niſi qi pars ipſa Deorum eſt?
Atqe hanc convexi molem ſine fine perennis,
Signorúmqe choros, ac mundi flammea tecta,
Æternum & ſtellis adverſus ſidera bellum,
Atqe fretum & terras cælo, ſubjectáqe utriſqe,
Cernere, & anguſto ſub pectore clavdere poſſit,
Nì tantos animis oculos natura dediſſet,
*Cognatámqe ſibi mentem vertiſſet ad * ipſam.*
Et tantum diſtáſſet opus; cæloqe veniret,
Qod vocat in cælum, ſacra ad commercia rerum,
*Et * primas qas dant leges naſcentibus aſtra?*

Cicero *de nat. Deor. lib.* 2. §. 153. *Qid verò? homo non in cælum uſqe penetravit? ſoli enim ex animantibus nos aſtrorum ortus, obitus curſúſqe cognovimus. ab hominum genere finitus eſt dies, menſis, annus: defectiones Solis & Lunæ cognita, prædictaqe in omne poſterum tempus, qa, qanta futura ſint. qa contuens animus accipit ab his cognitionem Deorum.* Seneca *Ep.* 102. *Magna & generoſa res eſt humanus animus: in immenſum ſe extendit: nec ullos ſibi poni niſi communes & cum Deo terminos patitur.* Hermes etiam Triſmegiſtus ab animi vi iſta ad divinam tranſcendens *Pœmandr. c.* 11. §. 18. Νόησον τὸν περιέχοντα τὰ πάντα. καὶ νόησον, ὅτι τῷ ἀσωμάτῳ ὑδεὶν ἐστι περιορισὸν, ὑδὲ ταχύτερον, ὑδὲ δυναλώτερον, ἀυτὸ δὲ πάντων ἀπεριόριστον, καὶ ταχύτατον, καὶ δυνατώτατον, Καὶ ὅτι νόησον ἀυτὸ σεαυτῷ. κέλευσόν σε τῇ ψυχῇ εἰς * ἦν [* γῆν ἢ δεῖ, vel γῆν ἐσχάτην *n. f.*] δὶ καὶ πορευθῆναι. καὶ ταχύτερόν σε τῆς κελεύσεως ἐκεῖ ἔσαι. μετελθεῖν δὲ ἀυτῇ κέλευσον ἐπὶ τὸν ὠκεανόν. ὅπως ἐκεῖ πάλιν ταχέως ἔσαι. ὐχ ὡς μεταβᾶσα ἀπὸ τόπε εἰς τόπον, ἀλλ' ὡς ἐκεῖ ὖσα. κέλευσον δὲ ἀυτῇ καὶ εἰς τὸν ὐρανὸν ἀναπτῆναι. καὶ ὐδὲ πτερῶν δεηθήσεται. ἀλλ' ὐδὲ ἀυτῇ ὐδεὶν ἐμπόδιον, ἐ τὸ τῦ ἡλίε πῦρ. ὐχ ὁ αἰθὴρ, ὐχ ἡ δίνη, ὐχὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀστέρων σώματα. πάντα δὲ διατεμῶσα ἀναβήσεται μέχρι τῦ ἰσχάτε σώματ®. εἰ δὲ βεληθείης καὶ ἀυτὸ ὅλον διαρήξασθαι, καὶ τὰ ἐντὸς, εἴγε τι ἐντὸς τῦ κόσμε διάνοιαν, ἔξεσί σοι. Ἴδε ὅσην δύναμιν, ὅσον τάχ® ἔχεις. εἶτα σὺ μὲν δύναμαι ταῦτα, ὁ θεὸς δὲ ὅ; *Conſidera omnia complectentem: ac intellige, nihil rem incorpoream circumſcribere, nihil celerius, nihil potentius: qin imo ipſam inter omnia circumſcribi non poſſe, eámqe celerrimam & potentiſſimam. Et ita apud teipſum ſpeculare: & tua anima impera illo abire, & extrà imperato ibidem erit. Precipe item ei oceanum tranare: ſic ea rursùm ibi celeriùs erit, non tanqam à loco in locum delata, ſed velut ibi exiſtens. Jube in cælum evolet. Non alis egebit. Sed neqe ipſi qicqam obeſt: non ſolis ardor, non æther, non volubilitas, non cæterorum aſtrorum corpora, univerſa qidem penetrans ad noviſſimam uſqe corpus pervolat. Qod ſi hoc univerſum perrumpere volueris, & qa foris (ſiqidem qid foris ſit) ſpeculari tibi libet. Conſpice quantam virtutem, qantam velocitatem habes. Tandem tu hæc petes, Deus autem neqaqam.*

Καὶ τὸ περὶ δοτὸν κενὸν] *Et vanitatem ejus* Caſavbonus. meliùs Xylander. *eiqe inane circumdatum.* hoc eſt qod Hermes, καὶ τὰ ἐντὸς, εἴγε τι ἐντός. Ex Chryſippo Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 42. Ὅτι τῷ κόσμῳ κενὸν ἐκτὸς ἄπειρόν ἐστι. *Extra mun-*

* ita lego qod vulgò, *cæli munera nôſſet,* * *ipſum* Junius. * *prævas* Scaliger.

* Σοφὸς παρ' αὐτ. Grotius.

a L. 10. §. 31. σχῆμα αὐτὸ, καὶ [a] εἰς τὸν ἀπειρίαν δ' αἰῶνα ἐκτείνεται, [b] τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεδιλαμβάνῃ, καὶ βλέποι, καὶ θεωρεῖ, ὅτι [c] μηδὲν νεώτερον ὄψονται οἱ μεθ' ἡμᾶς, μηδὲ πλεῖον ἑκατόπερον εἶδον οἱ πρὸ ἡμῶν. ἀλλὰ [d] τρόπον τινὰ ὁ πεντηκοντούτης, ἐὰν νοῦν ὁποσονοῦν ἔχῃ, πάντα τὰ τε γεγονότα, καὶ τὰ ἐσόμενα ἐώρακε [e] διὰ τὸ ὁμοειδῆ. ἴδιον δὴ λογικῆς ψυχῆς, καὶ [f] τὸ φιλεῖν τοὺς πλησίον, καὶ ἀληθεία, καὶ αἰδὼς, καὶ τὸ [g] μηδὲν ἑαυτῆς προτιμᾶν ὅπερ ἴδιον καὶ νόμου. ὅτως ἂρ' ἦδεν διήνεγκε λόγος ὀρθὸς, [h] λόγος δικαιοσύνης.

b L. 9. §. 28. l. 10. §. 7.
c L. 6. §. 37. l. 7. §. 1.
d L. 2. §. 14. l. 12. §. 35.
e L. 7. §. 49.
f L. 6. §. 16. l. 8. §. 16.
g L. 3. §. 9. l. 5. §. 21.
h L. 10. §. 1. l. 12. §. 1.

§. 2. Ὠδῆς μὲν παντὸς, καὶ ὀρχήσεως, καὶ παγκρατίου καταφρονήσεις, ἐὰν τὸ μὲν ἐμμελὲς φωνῇ [i] καταμερίσῃς εἰς ἕκαστον τῶν φθόγγων, καὶ [k] καθ' ἕνα πύθῃ σεαυτὸν, εἰ τούτου ἥττων εἶ. [l] διατεταμένη γάρ. ἐπὶ δὲ ὀρχήσεως τὸ ἀνάλογον ποιήσας καθ' ἑκάστην κίνησιν καὶ σχέσιν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ παγκρατίου. ὅλως ἐὰν χωρὶς δρεπτῆς, καὶ τὸ ἀπ' ὀρεπτῆς, μέμνησο [l] ἐπὶ τὸ καὶ μέρος τρέχειν, καὶ τῇ διαιρέσει αὐτὸ εἰς καταφρόνησιν ἰέναι. τὸ δ' αὐτὸ καὶ [m] ἐπὶ τὸν βίον ὅλον μετάφερε.

i L. 10. §. 18.
k L. 8. §. 36.
l L. 3. §. 11.
m L. 6. §. 13. l. 10. §. 26.

cuum, figurámque ejusdem contemplatur, & in ævi immensitatem se porrigit, & universi per intervalla certa renovationem comprehendit & considerat; vidétque simul, qòd nihil novi visuri sint posteri nostri, sicut nec ampliùs qicqam viderunt antecessores nostri, sed ità fit qodammodo ut qadraginta annos qi egerit, mentem modò aliqam habuerit, & res gestas animadverterit, ex uniformitatis ratione, & præterita omnia & futura viderit. propria sunt animæ rationalis & ista; proximos diligere, veracem, verecundam esse, nihil sibi præferre, qod & legis est proprium. ità inter rectam rationem & justitiæ rationem nihil interest.

§. 2. Cantilenam jucundam, saltationem, pancratium contemnes, si voce concinnâ in sonos singulos divisâ, de his sigillatim te percontatus fueris, *Num istud me victum habet?* erubescis enim id fateri. de saltationis motibus gestibúsqe singulis, de pancratio itidem, si gemina feceris, futurum est ut pari modo adversùs hæc afficiaris. itaque virtute solâ exceptâ & virtutis actionibus, in reliqis omnibus ad particulas seorsim consideratas recurrere memento, ut ab harum disjunctione res ipsas contemptum eas. hoc avtem ipsum & ad viam totam transferas.

§. 3.

ANNOTATIONES.

mundum esse qoddam inane infinitum. contrà qàm Aristoteles qi *de cœlo. l. 1. c. 9.* Δῆλον ὅτι οὐδὲ τόπος, οὐδὲ κενὸν, οὐδὲ χρόνος ἐστὶν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. *Manifestum est, qod neqe locus, neqe vacuum, neqe tempus est extra cœlum.* Dionysius Longinus *de Oratione sublimi, an grandi, cap. 31.* Τῇ θεωρίᾳ καὶ διανοίᾳ τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς, οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος ἀρκεῖ. ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶ περιέχοντος πολλάκις ὅρους ἐκβαίνουσιν αἱ περίνοιαι. καὶ εἴ τις περιβλέψαιτο ἐν κύκλῳ τὸν βίον, ὃς πλέον ἔχει τὸ περιττὸν ἐν πᾶσι καὶ μέγα, ταχέως ἔσται πρὸς ἃ γεγόναμεν. *Ut humanæ mentis contemplationi conjectuiqe ne totus qidem orbis sufficiat: sed ipsos sæpenumero ambientis omnia cœli terminos immensâ animi agitatione transcendat. Qare si qis undiqaqe vitam hanc omnem consideraverit, & qantum, qod grande est, & excellens, in cunctis rebus pulcro nitidóqe prævaleat, animum adverterit, intelliget è vestigio, cui nos res nati simus.*

Καὶ τὸ σχῆμα αὐτοῦ] *Et speciem meram externam substantiâ soliditatéqe inanem* Casavbonus. ut sit σχῆμα idem hîc Marco, qod Apostolo ferè *ad Cor. Ep. 1. c. 7. v. 31.* Verùm rectiùs Xylander *figuram illius.* qomodo Plutarchus *de placit. philos. l. 2. c. 2. περὶ σχήματος.*

Εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰῶνος ἐκτείνεται.] Seneca *Ep. 102. Arctam sibi ætatem dari non sinit. omnes, inqit, anni mei sunt. nullum seculum magnis ingeniis clusum est: nullum non cogitationi proprium tempus.*

Τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν] Vide *l. 5. §. 13, 32. & l. 10. §. 7.* Aristoteles *de philosoph. l. 7.* apud Evsebium *præpar. l. 15. c. 11.* ex Stoicorum sententia; κατά τινας εἱμαρμένας καὶ ὡρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον. *per certa præstituta definitáqe temporis intervalla mundum universum conflagrare.* Et *ibidem c. 16.* Numenius *de bono l. 1.* ex eorundem mente, post ἀνάστασιν sive *eversionem rerum* omnium ejusmodi ἀποκατάστασιν πάλιν γίνεσθαι, *fieri denuo restitutionem*, sive *restaurationem*; qam & τῶν ὅλων παλιγγενεσίαν, *universi regenerationem* Evsebius *ibidem* nuncupat. eodem vocabulo de re eadem, ut Stoicis familiari, usus est & Philo Judæus *de mund. immort. pag. 940. B.* Δύναται δὲ, inqit, καθὰ Στωϊκοὺς, ὁ μέν τις κόσμος ἀΐδιος, ὁ δὲ τις φθαρτὸς λέγεσθαι. φθαρτὸς μὲν, ὁ καθὰ διακόσμησιν. ἀΐδιος δὲ, ὁ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν παλιγγενεσίαις καὶ περιόδοις ἀθανατιζόμενος ἀδιάκοπτοι ληγούσαις. *Juxta Stoicorum opinionem potest dici alter mundus sempiternus, alter corruptibilis: corruptibilis, ut nunc est ornatus, & dispositus; sempiternus, post exustionem reparabilis, ut nunqam desinat.* & rursus *pag. 951. A.* Καὶ μὴν οἵ τε τὰς ἐκπυρώσεις καὶ τὰς παλιγγενεσίας εἰσηγούμενοι τῷ κόσμῳ, νομίζουσι καὶ ὁμολογοῦσι τοὺς ἀστέρας θεοὺς εἶναι, ὃς τῷ λόγῳ διαφθείρειν οὐκ ἐρυθριῶσιν. *Certè qi mundi exustiones instaurationésqe inducunt, deos esse putant & fatentur sidera, qæ tamen imprudenter suis verbis enecant,* & ex eorundem sententia *p. 940. B.* Τὴν ἐν τοῖς ὅλοις πυρὸς δύναμιν, χρόνων μακρῶν περιόδοις ἀναλύειν τὰ πάντα εἰς ἑαυτήν. ἐξ ἧς πάλιν ἂν ἀπογέννησιν κόσμου ἴσασθαι προμηθείᾳ τοῦ τεχνίτου. *Vim ignis rebus insitam post longas temporum ambages absumpturam & in semet mutaturam omnia: ex qa denuo mundum instauraturam opificis providentiam.* Basilius Cæsar. *in Hexam. Orat. 3. p. 41. B.* de eisdem: Οἱ τὸ πᾶν ἐκπυροῦσθαι λέγοντες, καὶ ἀναζώσεσθαι πάλιν ἐκ τῶν σπερματικῶν λόγων τῶν ἐναπομενόντων τοῖς ἐκπυρωθεῖσιν. ὅθεν καὶ ἀπείρους φθορὰς κόσμου καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγουσιν. *Qi mundum universum A sum comburi, & revivíscere rursum è seminalibus iis rationibus, qa remanent in ipsis rebus combustis dicunt. Unde & infinitos occasus mundi & regenerationes identidem introducunt.* Nec abhorrent ab utraqe voce etiam nostri. Siqidem *renovationem mundi* illam, qam post resurrectionis universalis & judicii novissimi diem expectamus, Petrus apud Lucam *Act. 3. v. 10.* τὴν τῶν πάντων ἀποκατάστασιν. & Dominus Christus apud Matth. *c. 19. v. 28.* τὴν παλιγγενεσίαν, adstipulantibus veteribus plerisqe, eandem appellat. Avgustinus certè *ad Pelag. Epist. l. 3. c. 3. Regenerationem hoc loco, ambigente nullo, novissimam resurrectionem vocat.* Nec desunt tamen qi ambigunt. Verùm B hæc alterius sunt loci. Interim ità Basilius ipse usurpavit *de creat. Orat. 1. pag. 6. C.* ubi alludens, opinor, ad illud qod narrat Lucas *Act. c. 17. v. 18.* de Pavli prædicatione Athenis sannis exceptâ; Οἱ δὲ παλιὸν γέλωτα καταχέουσιν ἡμῶν περὶ συντελείας τοῦ κόσμου τούτου καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἀπαγγελλόντων. *Ut qoties cum illis conferimus de mundi consummatione, déqe regeneratione seculi, in effusissimum risum se resolvant & laxent.* Dionysius item personatus ille *de Hierarch. Eccles. c. 7. part. 1. §. 1.* Αἱ μὲν γὰρ ἱεραὶ ψυχαὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ χείρω καλὰ τῇδε βίου δυνάμεναι καταπίπτειν τροπὴν, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τὴν ἐπὶ τὸ ἄτρεπτον ἕξουσι θεοειδεστάτην μετάταξιν. *Nam sancta qidem anima cum in hac vita degentes adhuc perverti possint, in regeneratione illa ad statum immutabilem Deóqe maximè conformem transferentur.* Epiphanius *l. 1. tom. 3. hær. 37. §. 1.* Ἵνα οὖθις ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἀναπτυσσόμῃ τὸ ἄγγος ἐν τῇ ἀναστάσει εἰς τὴν ἀρχαίαν φαιδρότητα. *Ut in instaurata illa generatione, hoc est, mortuorum excitatione vas illud priorem ad pulcritudinem nitorémqe revocaret.*

Οὐδὲν νεώτερον ὄψονται] Vide *ad l. 6. §. 37. & l. 7. §. 1.*

Ὁ τεσσαρακοντούτης] Vide *ad l. 2. §. 14. & l. 7. §. 50. & l. 12. §. 35.*

Τὸ μηδὲν ἑαυτῆς προτιμᾶν] Ità Epictetus *l. 1. c. 14.* αὐτὸς ἀπάντων προτιμᾷν. nihil in rebus creatis animâ carius habere, Christiana etiam disciplina docet. Τί τῆς ψυχῆς ἀντάλλαγμα; *Qa compensatio animæ?* Matth. *c. 16. v. 26. & Marc. c. 8. v. 36.*

Ψυχῆς γάρ ἐστιν οὐδὲν τιμιώτερον.
Nam nihil est animâ pretiosius.

Evripides *Alcest. v. 301.* & Gregorius Nazianzenus *in Julian. Orat. 1.* Τῆς ψυχῆς οὐδὲν οὕτω τιμιώτερον. *Nihil cuiqam pretiosius est animâ.* vide *l. 3. §. 9. & l. 5. §. 21.*

Ὅπερ ἴδιον καὶ νόμου] siqidem lex exigit, ut ad ipsius normam exigantur omnia. Vide *ad l. 10. §. 25.*

§. 2. Ἐπὶ τὸ καθὸ μέρος τρέχειν] Monet, omnia qæ nos E abducunt, tanqam res momenti alicujus, membratim qasi divulsa considerare; & de singulis partibus qærere, qid sit qod in eis æstimatione dignum offendatur. Siqidem qod Tiberius dicere solebat, *Omnia eadem habere, qa totum.* Svetonius *l. 3. c. 34.* nec qicqam in toto esse, qod in partibus, qibus totum illud constat, non exsistit. Vide *l. 3. §. 11. & l. 9. §. 36. & l. 10. §. 18.* pari avtem ratione Alcibiadem in concionem prodire trepidantem ad multitudinis contemptum animavit Socrates, seorsim singulorum consideratione propositâ. *An tu*, inqit, *sutorem illum, Micyllum puta, vereris? an scrutarium istum? an pellionem illum? an coriarium istum?* neganti, ναὶ, inqit, ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ἐκ τούτων ἥρωσας; εἰ δὲ τῶν καθ' ἕνα καταφρονεῖς, καταφρονητέον ἄρα καὶ τῶν ἡθροισμένων. *Annon istis constat populus Athenen-*

sis,

§. 3. Qalis eſt anima ea, qæ parata eſt jam ſtatim, ſi oportuerit, è corpore emigrare, & vel extingvi, vel diſpergi, vel permanere? ità paratam dico, ut â judicio peculiari promptitudo hæc profluat, non ab obſtinatione mera, pro Chriſtianorum more: ut mortem obeas conſideratè, compoſitè, citra tumultum, qò & aliis idem ſvadere poſſis.

§. 3. Οἷα ἐστὶν ἡ ψυχὴ [a] ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη * ἀπολυθῆναι δέῃ ἀπὸ σώματος, καὶ [b] ἤτοι σβεσθῆναι, ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι; τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ [c] κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ Χριστιανοί, ἀλλὰ [d] λελογισμένως, καὶ σεμνῶς, καὶ ὥστε καὶ ἄλλον πεῖσαι [e] ἀτραγῴδως.

a Sup. §. 1. l. 2. §. 5. 11.
* [δέῃ] ἀπ' f.
b L. 5. §. 33.
l. 8. §. 25.
c L. 8. §. 48.
l. 9. §. 53.
d L. 3. §. 1.
e L. 1. §. 16.

§. 4.

ANNOTATIONES.

ſis? ſingulos autem ſi parvi pendis, cur non & confertos nihili facias? Narrat Ælianus *l. 2. c. 1.* Eódem ſpectat & illud ejuſdem, in eos qi vulgi ſcita & ſententias admitterent, probarentqe; Ὅμοιον εἶναι εἴ τις τετράδραχμον ἢ ἀποδοκιμάζων, τὸν ἐκ τῶν τοιούτων σωρὸν, ὡς δόκιμον, ἀποδέχοιτο. *Perinde eos facere, acſi qis cùm nummum unum tanqam adulterinum rejecerit, eorundem planè acervum integrum tanqam probum ac legitimum admitteret.* Laërtius *l. 2.*

§. 3. Ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος] malim, ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη δέῃ, ἀπολυθῆναι. vel ἡ ἕτοιμος, ἐὰν δέῃ, ἤδη ἀπολυθῆναι. ut ἕτοιμος ad ἀπολυθῆναι ſaltem, vel etiam ad ἤδη ἀπολυθῆναι, referatur. *qa prompta,* ſive *parata eſt, ſi oporteat, jam ſtatim diſcedere, & è corpore emigrare.* Ἀπολυθῆναι *diſcedere.* Polybius *l. 6. c. 56.* Καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, αὖθις ἀπελύετο. *Deinde eo aſſumpto qod omiſerat, diſceſſit rurſus.* Lucas *Act. c. 28. v. 25.* Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους ἀπελύοντο. *Qum autem inter ſe diſcordes eſſent, diſceſſerunt.* indè ἀπόλυσις, *diſceſſus.* unde ποιήσασθαι τὴν ἀπόλυσιν, *diſceſſionem facere,* Polybio eidem non ſemel, *l. 4.* qod & de *morte* uſurpatur, perinde ac ἀπολυθῆναι hic Marco. apud Laërtium *l. 1.* Lyco in teſtamento, μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν, *poſt deceſſum meum.* Heraclitius *ad Amphid. Epiſt. 1.* Τάχα καὶ ψυχὴ μαντεύεται ἀπόλυσιν ἑαυτῆς ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου. καὶ σεμνύνει τῷ σώματος ἐκκύψασα, ἀναμιμησκεται τὰ πάτρια χωρία, ἔνθεν κατολισθοῦσα περιεβάλλετο ῥέον σῶμα τεθνεὸς τοῦτο. *Forſitan etiam qod animus præſagit, ſe ex hoc carcere ſolutum iri, & è qaſſato corpore ſe porrigens ac proſpiciens, patriam habitationem in memoriam revocat. Inde progreſſus complectebatur fluxum hoc & mortuum corpus.* facit huc & Simeonis ſenis verendi illud, Lucæ *Evang. c. 2. v. 29.* Κύριε, νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου. *Domine, dimitte nunc ſervum tuum,* ſive *diſcedendi da copiam ſervo tuo.* Præclarè Clemens, *Strom. l. 4. pag. 505. C.* Τί γὰρ καὶ ἀδικούμεθα ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτὰς, θαπάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸν Κύριον; εἰδ' ἴν φρονεῖμεν, χάριν εἰσόμεθα τοῖς τὴν ἀφορμὴν τῆς ταχείας ἀποδημίας παρεσχημένοις. *Qid enim, qod ad nos qidem attinet, nobis fit injuria, cùm morte diſſolvamur ituri ad Dominum? Si autem ſapiamus, iis gratias habebimus, qi nobis præbuerint occaſionem celeris migrationis.* ἀποδημίαν dicit, id eſt, *profectionem,* ſive *migrationem*; qod ἀπόλυτιν priùs dixerat. nec alio ſenſu τὸ ἀναλῦσαι, & ἀναλύεσθαι, ἡ ἀνάλυσις etiam, de obitu uſurpantur. Epictetus *l. 1. c. 9.* Ὅταν ὁ Θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύεσθε πρὸς αὐτόν. *Qum Deus vobis muneris iſtius vacationem dederit, tunc ad illum migrate.* Pavlus *de Philipp. c. 1. v. 23.* Τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. *Deſiderio tendens ad dimiſſionem, & ut cum Chriſto ſim.* qod *ad Cor. Ep. 2 c. 5. v. 8.* dixerat, εὐδοκοῦμεν μᾶλλον, ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. *Gratum eſt nobis potiùs abeſſe à corpore, & adeſſe apud Dominum.* Idem *ad Tim. Ep. 2. c. 4. v. 6.* Ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. *Inſtat tempus migrationis meæ.* Photius de Pamphilo *in biblioth. cod. 118. pag. 295.* Ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεόν. *Migravit ad Deum qem deſideraverat.* & de Meletio Gregorius Nyſſenus. Ἡ πρὸς Χριστὸν ἀνάλυσις, *migratio ad Chriſtum.* vide *ad l. 2. §. 11.* & *l. 3. §. 5.* & *l. 5. §. 29.* & *l. 7. §. 56, 69.* & *l. 8. §. 47.*

Ἤτοι σβεσθῆναι] vide *ad l. 7. §. 33.*

Κατὰ ψιλὴν παράταξιν] Ità *l. 8. §. 48.* Καὶ ἀλόγως παρατάξηται. *Tametſi non ratione, ſed obſtinatione merâ inſtructa ſit.* Παράταξις, πόλεμος ἐμπαράσκευος. *Acies inſtructa, ad pugnam committendam parata.* Svidas. Eſtqe iſte vocabuli uſus freqentiſſimus. Verùm iſtic pro *obſtinatione,* prout & Xylander optimè vertit, ſingulariter à Marco uſurpatur.

Ὡς οἱ Χριστιανοί] *obſtinationem* meram judicio inanem in perpeſſionibus ſuis, *Chriſtianis* Marcus affingit; qemadmodum eiſdem, ſed *Galilæorum* nomine deſignatis, *amentiam* (qod & Plinius mox dandus) *animiqe obſtirmationem uſu ſolo acqiſitam,* Epictetus *l. 4. c. 7.* videndus *ad l. 8. §. 45.* cùm tamen nulli hominum validioribus rationum momentis ducti, avt firmioribus dogmatum fundamentis niſi, ad mortem ſtrenuè ac intrepidè excipiendam ſe accingant. Verùm Marci in fidei noſtræ rationibus ac fundamentis inſcitiæ iſta fuerint condonanda. qi nec ſolus etiam hunc errorem erravit, ſed cum ſuis pleriſqe communem, ac ſolennem habuit. Plinius minor *l. 10.* ad Trajan. *Ep. 97.* etiamſi Chriſtianos crimine omni (qantum qæſtione etiam per tormenta habitâ indagare poterat) immunes prorſus pronunciet; tamen, *non dubitandum,* inqit, *qalecunqe eſſet qod faterentur, pervicaciam certè & inflexibilem obſtinationem debere puniri. fuerunt alii ſimilis amentiæ,* &c.

A Qod lavdans Tertullianus *apolog. c. 2.* *Plinius,* inqit, *Secundus, cùm provinciam regeret, de Chriſtianis qid ageret Trajanum Imperatorem conſuluit, allegans, prater obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud de ſacramentis illorum comperiſſe,* &c. Ità cùm nihil aliud, Chriſtianis qod objicere poterant, haberent, *obſtinationem* & *amentiam* objiciebant. Hinc illa apud Tertullianum *de ſpectac. c. 1.* *Sunt qi exiſtiment Chriſtianum, expeditum mortis genus, ad hanc obſtinationem abdicatione voluptatum eruditi.* Idémqe *apologet. c. 27.* *Sed qidam dementiam exiſtimant, qòd cùm poſſimus & ſacrificare in præſenti & illæſi abire, manente apud animum propoſito, obſtinationem ſaluti præferamus.* Et mox: *Cùm erumpunt adverſus nos, ingratis reſiſtimus, ut æqales; & repugnamus, perſeverantes in eo qod oppugnant, & illos nunqam magis detriumphamus, qàm cùm pro fidei obſtinatione damnamur.* & *ibidem c. ult.* *Illa ipſa obſtinatio, qam exprobratis, magiſtra eſt.* item *ad nation. l. 1. c. 17.* *De obſtinationibus verò & præſumptionibus, ſi qa proponitis,* &c. &, *c. 18.* *Reliqum obſtinationis in illo capitulo collocatis. qòd neqe gladios, neqe cruces, neqe beſtias veſtras, non ignem, non tormenta, ob duritatem & contemptum mortis animo recuſemus.* & *c. 19.* *Hucuſqe, opinor, horrenda obſtinationum Chriſtianarum. qanqam de perſvaſionibus omnis obſtinatio noſtra præſtruitur.* Non eſt itaqe, qod Marcus hic, ψιλὴ παράταξις. Videndus idem, *de patient. c. 2. ad l. 10. §. 14.* De Judæis paria pronunciat Tacitus *hiſtor. l. 5.* *Apud ipſos fides obſtinata.* qi obſtinationem tamen in meliorem partem uſurpâſſe videtur, in oratione Thraſeana, *annal. l. 15.* *Qæ imo virtutes odio ſunt, ſeveritas obſtinata, invictus apud gratiam animus.* Verbo avtem παρατάξασθαι, unde παράταξις vocabulum Marco iſtic uſurpatum, ſed compoſito, de ſancto Confeſſore & Martyre abuſi ſunt Viennenſes & Lugdunenſes in *Ep. ad Aſiatic.* apud Evſebium *hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 1.* Τοσαύτῃ ὑποστάσει ἀντιπαρετάξατο αὐτοῖς, ὥστε μήτι τὸ ἴδιον κατεπεῖν ὄνομα. *Tantâ firmitate eis reſtitit, ut ſuum nomen non ſit proloqutus.* Non eſt avtem vero abſimile, qod Mericus Caſavbonus avtumat, reſpexiſſe Marcum ad ſervorem ſui temporis Chriſtianorum, qi tantâ animi aviditate ſeſe ad qæſtiones & ſupplicia offerebant potiùs, ut Arrius Antoninus turbam, an turmam, eorum intuitus, qi manu factâ ante tribunalia coierant: exclamaverit, Ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. *O miſeri, ſiqidem mortem vultis, præcipitiorum, ac laqeorum abundè habetis.* Refert Tertullianus *ad Scapul.* Verùm Clemens *Strom. l. 4. pag. 481. B.* negat id fuiſſe è diſciplina Chriſtiana, & hæreticis imputat; qorum alii pro nomine Chriſtiano mortem obire omnino detrectent; alii cædibus ultrò ſe dedant. Τινὲς, inqit, τῶν αἱρετικῶν, ἀσεβῶς ἅμα καὶ δειλῶς φιλοξωοῦσι. μαρτυρίαν λέγοντες ἀληθῆ εἶναι τὴν τοῦ ὄντως ὄντος γνῶσιν Θεοῦ. φοβεῖσθαι δὲ εἶναι αὐτὸν ἑαυτῷ πρὸς ἀνθέντην τὴν διὰ θανάτου ὁμολογήσασθαι. λέγομεν δὲ [legendum ψέγομεν δὲ] καὶ ἡμεῖς τοὺς ἐπιτηδήσαντας τῷ θανάτῳ. εἰσὶ γάρ τινες, οὐχ ἡμέτεροι, μόνῳ τῷ ὀνόματος κοινωνοῦντες, οἱ δὴ ἑαυτοὺς παραδόντες. —— τούτους ἐξάγειν αὐτοὺς ἀμαρτύρους λέγομεν, καὶ δημοσίᾳ κολάζονται. θανάτῳ δὲ ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασι κενῷ, καθάπερ καὶ οἱ τῶν Ἰνδῶν γυμνοσοφισταὶ μαθηταὶ πυρί. *Qidam avtem ex hæreticis, cùm malè Dominum intellexerint, impiè ſimul & timidè vita tenentur cupiditate, dicentes verum eſſe teſtimonium, ejus, qi verè eſt Deus, cognitionem. Eum avtem eſſe ſui occiſorem, & ſibi mortem conſciſcere, qi per mortem fuerit confeſſus. Dicimus avtem nos qoqe eos qi de induſtria mortem qærunt. Sunt enim qidam non noſtri, ſed tantum nominis partícipes, qi qidem ſeipſos contendunt tradere. Eos, inqam, dicimus ſeipſos è vita exigere abſqe ullo martyrio & teſtificatione, etſi publicè puniantur. Vana avtem mortis ſeipſos tradunt, ſicut ſe temere in iguem conjiciunt Indorum Gymnoſophiſtæ.* Vide *ad l. 3. §. 1.* & *l. 9. §. 3.*

Λελογισμένως, σεμνῶς] Apud Senecam *Epiſt. 77.* Stoicus qidam. *Non eſt res magna vivere. Omnes ſervi vivunt, omnia animalia. Magna eſt res honeſtè mori, prudenter, fortiter.* Vide *l. 9. §. 3.*

Ὥστε καὶ ἄλλον πεῖσαι ἀτραγῴδως] In eandem ſententiam, & ab eadem mente, Epictetus *l. 4. c. 11.* Δεῖ γὰρ μηδὲ κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔμφασιν ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας ἀποσοβεῖν τοὺς πολλούς. ἀλλ' ὥσπερ τὰ ἄλλα, ἔυθυμον καὶ ἀτάραχον ἐπιδεικνύειν αὐτὸν, ὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος. ἴδετε, ὦ ἄνθρωποι, ὅτι ἐδενὸς δίομαι. ἴδεσθε, πῶς ἄοικος ὢν, ἄπολις καὶ φυγὰς, ἂν ὕτω τύχῃ, καὶ ἀνέστιος, πάντων τῶν ἐυπαθριδῶν καὶ πλουσίων ἀταραχώτερον διάγω καὶ ἐυρύτερον. ἀλλὰ καὶ τὸ ἱμάτιον ὁρᾶτε, ὅτι ἐκκεῖται ὑπὸ τῆς ἀυτηρᾶς διαίτης. ἂν δέ μοι ταῦτα λέγῃ τις ἀνθρώπῳ σχῆμα καταδίκου ἔχων καὶ πρόσωπον, τίς με πείσει

a *L.*7.§.13. 74.
b *L.*5.§.6.

§. 4. Πεποίηκά τι κοινωνικῶς; [a] ἐκεῖν ὠφέλημμ. ἔστω ἵνα ἀεὶ προχειρον ἀπαντᾷ. καὶ [b] μηδαμοῦ παύου.

§. 4. Nunqid feci, qod in commune conducat? beneficium hoc ipso accepi. hoc tibi ſemper ſuccurrat: nec deſinas unqam.

c *L.*4.§.31. *l.*6.§.35. d Sup.§. 1.*l.* 8.§. 26. Inf. §.12. e *L.*5.§.16. Inf.§.20.

§. 5. Τίς σου [c] ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶναι. ἔστω ἢ πῶς καλῶς γίνῃ), ἢ ἐκ θεωρημάτων, [d] ἅτ μὲν περὶ τῆς ὅλης φύσεως, [e] ἅτ δὲ περὶ τῆς ἰδίας ἀνθρώπου κατασκευῆς;

§. 5. Qam artem profiteris? bene vivendi. hoc qo modo meliùs fit, qàm documentorum ope, qorum alia ſint de univerſi natura, alia de hominis conditione propria.

f *L.*4.§.29. *l.*7.§.58.

§. 6. Πρῶτον αἱ τραγῳδίαι παρήχθησαν ὑπομνηστικαὶ τῶν συμβαινόντων, καὶ ὅτι [f] παθεῖν

§. 6. *Primò tragœdiæ invectæ ſunt, qæ caſuum & eventuum homines commonefacerent, qô

&

ANNOTATIONES.

θεῶν πρόσταλθεῖν φιλοσοφίᾳ, * ἄστε [ἤλις f.] τοιούτους ποιεῖ; *Decet enim ne corporis qidem ſpecie vulgus à philoſophia abſtervere, ſed ut in cæteris hilarem & tranqillum ſe prabere, ita etiam habitu corporis. Videte homines, me nihil habere, nullà re egere; videte mihi nec domicilium eſſe, nec civitatem, &, ſi caſus ita tulerit, exſul & extorris omnibus patriciis & divitibus tranqilliùs vivo & feliciùs. Qin etiam corpus videtis auſterâ diatâ non corrumpi. Si qis autem iſta mihi dicat hominis condemnati habitu & vultu, qis deorum mihi perſvadebit, ut me ad philoſophiam conferam, qa tales efficiat?*

§.4. Ὠνησεν ὠφέλημμ] vide *l.*7.§. 13,74. Solomon, *Prov. c.* 11. *v.* 17. *Benefacit ſibipſi vir beneficus.* Vide *ſuprà* §. 1. Epictetus *Diſſert. l.* 1. *c.* 19. Ὁ Ζεὺς καθόλου τοιαύτην φύσιν τοῦ λογικοῦ ζώου κατεσκεύασεν, ἵνα μηδενὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν δύνηται τυγχάνειν, εἰ μή τι εἰς τὸ κοινὸν ὠφέλιμον προσφέρηται. ὥστε οὐκέτι ἀκοινώνητον γίνεται τὸ πάντα αὐτοῦ ἕνεκα ποιεῖν. *Jupiter animal ratione præditum ſic omnino inſtruxit, ut nullo ſuo bono potiri poſſet, niſi aliqid utilitatis in commune afferat. Sic privatæ utilitatis ſtudium à communitate non excluditur.* Seneca *Ep.* 48. *Non poteſt beatè degere, qi ſe tantùm intuetur, qi omnia ad utilitates ſuas convertit: alteri vivas oportet, ſi vis tibi vivere.*

Τοῦτο ἵνα ἀεὶ πρόχειρον ἀπαντᾷ] τοῦτο [ὅρα] ἵνα, &c. aliqid enim tale ſupplendum videtur.

§. 5. Τίς σοῦ ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶναι.] Seneca *Ep.* 9. *Ars eſt, bonum fieri. ad hoc, ſed non cum hoc naſcimur.* Auguſtinus *de civit. Dei. l.*4. *c.* 21. *Virtus ars eſt bene vivendi. Neqe enim dat natura virtutem, neqe contingit ea animo niſi inſtituto, & edocto, & ad ſummum aſſiduâ exercitatione perducto.* Seneca *ibidem.* & Clemens *Strom. l.* 1. Οὐ γὰρ φύσει, μαθήσει δὲ, οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ γίνονται, καθάπερ ἰατροὶ καὶ κυβερνῆται. *Non enim naturâ, ſed inſtitutione honeſti & boni fiunt, uti medici & gubernatores.*

Ἐκ θεωρημάτων] Plutarchus *ſympoſ. l.* 1. *c.* 1. Βίου τέχνη, φιλοσοφία. *Ars vitæ, philoſophia.* ſive, ut Epictetus *l.* 3. *c.* 26. ἐπιστήμη τοῦ βιοῦν. id eſt, *ars vitæ.* Cicero *Tuſc. l.* 2. *ars bene vivendi.* Seneca *Epiſt.* 90. vel, *vita rectè agendæ.* idem, *Ep.* 94. Τί οὖν; ἐλπίζεις ὅτι τὴν μεγίστην τέχνην ἀπὸ ὀλίγων ἀναλαβεῖν; *Qid ergo? artem maximam exiguo labore comparari poſſe ſperas?* Epictetus *l.* 1. *c.* 20.

§. 6. Πρῶτον αἱ τραγῳδίαι] Tragœdiam ex dramaticis primam dicit extitiſſe. Nec ſecus Avtor *libell. de Tragœd.* & *Comœd.* qi Donato tribuitur. Indè itaqe orditur & Horatius *art. poet.*

Ignotum tragica genus inveniſſe Camœnæ,
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata, Theſpis,
Qæ canerent agerentqe peruncti fœcibus ora.

Et mox:

Carmine qi tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agreſtes Satyros nudavit. —

qo loco ad duplicem τῆς τραγῳδίας notationem reſpectum habuit; vel ἀπὸ τῆς τρυγὸς, vel ἀπὸ τῦ τράγου. de qo videri poſſunt, Athenæus *dipnoſoph. l.*2. Eviſtathius *ad odyſſ.* ξ' Servius *ad Virgil. eclog.* 3. Avtor *lib. de comœd.* & *trag.* &c. Qanqam de *tragœdiæ* primatu ac principatu ambigere licet: ſi *tragœdiæ* vocabulum ſtrictiùs ſumatur, qatenus ea *comœdiæ* opponitur. Etenim ab origine commune utriuſqe nomen id fuerat. Iſaacus Caſaubonus *de ſatyr. poeſ. l.* 1. *c.* 1. *Conſtat ſanè primis temporibus ignoratum fuiſſe diſcrimen inter tragœdiam & comœdiam; cùm qidem communi nomine omnes ejus generis δραματικὰς μιμήσεις vocarentur τρυγῳδίας ſive τραγῳδίας. Athenæus l.* 2. *pag.* 40. *A.* Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας ὑπόθεσις ἐν Ἰκαρίᾳ τῆς Ἀττικῆς ἐνεήθη, καὶ κατὰ αὐτὸν τὸν τῆς τράγης καιρὸν ἀφ' ὧν δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐπλήθη καὶ κωμῳδία. lego, ἐπλήθη καὶ ἡ τραγῳδία, καὶ ἡ κωμῳδία. *Comœdia qidem prima origo fuit ex compotatione ac temulentia in Icario Attica pago, τῆς τρυγῆς, id eſt, vindemiæ tempore, unde & trygodiam principio, & comœdiam appellarunt.* Idem: τραγῳδία τὸ παλαιὸν ἦν ὄνομα κοινὸν καὶ πρὸς τὴν κωμῳδίαν. ὕστερον δὲ τὸ μὲν κοινὸν ὄνομα ἴσχυε ἡ τραγῳδία, ἡ δὲ κωμῳδία ἴδιον. *Tragœdia nomen antiquum commune etiam erat comœdiæ. poſtea nomen hoc qidem commune tragœdia habuit, comœdia verò proprium.* Hæc ille. Sanè à ſalibus illis agreſtibus & Feſcenninis inconditis, à qibus dramaticæ actiones illæ initium ſumpſerunt, ad levitatem comicam, qàm ad tragicam gravitatem proclivior multò deflexio fuit. vide Ariſtotelem *poetic. lib.* 1. *c.* 4. Ideo & apud Plutarchum ille *ſympoſ. l.*7. *c.* 8. à menſis epuliſqe tragœdiam amandat, ὡς οὐ πάνυ τι συμποτικὸν, ἀλλὰ σεμνότερον θεάτρου. *ut non admodum convivio aptam, & gravius qid ſonantem.* Neqè verò Straboni magis crediderim *geogr. l.* 1. *pag.* 12. aſſerenti, Τὴν κωμῳδίαν λαβεῖν τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς τραγῳδίας, τῦ καθ' αὑτὴν ὕψους καταβιβασθέσαν εἰς τὸ λογοειδὲς νυνὶ καλύμενον. *Comœdiam eſſe à tragœdia procreatam, hujus ſublimitate depreſſa uſqe ad eam formam, qæ nunc proſa vocatur orationi ſimilis.* qàm eidem, orationem metro vinctam ſolutâ antiqiorem ſtatuenti; atqe indè λόγον πεζὸν, ſive hunc ſermonem pedeſtrem dictum, ὡς τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τὸ βάδην, *orationem à faſtigio qodam & vehiculo ad humum eſſe deductam.* ſiqidem, ut rectè Ariſtides *Orat. Sarap. Tom.* 1. *p.* 87. Κατὰ φύσιν γε μᾶλλόν ἐστι ἀνθρώπῳ πεζῷ λόγῳ χρῆσθαι. ὥσπέρ γε καὶ βαδίζειν, ὅτι μᾶλλον, ἢ ὀχήμασιν φέρεσθαι. *Naturæ convenientius eſt ſolutâ loqi oratione, ſicut & ire pedibus qam vehi.* qem & ulteriùs vide ſis, delirium iſtud ibidem refutantem. Julius Scaliger *poetic. l.* 1. *c.* 5. *Tragœdiam eſſe rem antiqam, conſtat ex hiſtoria. non tamen, qod tradunt, tragœdiam comœdiâ vetuſtiorem. nam & res lata in cantionibus qæſita priùs; & priùs nuptiæ qàm interitus; & potationes, qàm ſobrietates; & communis ſermo, qàm ampullatus; & paſtoralis vita qàm regia.*

Ὑπομνηστικαὶ τῶν συμβαινόντων] Inſiguiter locum hunc illuſtrant Timoclis illa ex *Bacchanalia agentibus*, ab Athenæo *dipnoſoph. l.* 6. addu&ta, à Stobæo *collect. tom.* 2. *tit.* 125. repetita:

Ὦ τὰν ἄνυσον, ἤν τι σοι δοκῶ λέγειν.
Ἄνθρωπός ἐσι ζῶον ἐπίπονον φύσει,
Καὶ πολλὰ λυπηρὸ ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.
Παραψυχὰς δ' ἐν φρενίδων ἀνεύρατο
Ταύτας. ὁ γὰρ νῦς τῶν ἰδίων λάθην λαβὼν,
Πρὸς ἀλλοτρίαν τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,
Μεθ' ἡδονῆς ἀκηλὸς, παιδινθεὶς ἅμα.
Τὰς γὰρ τραγῳδὰς πρῶτον εἰ βούλει σκέψει,
Ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὃν μὲν γὰρ πένης
Πλουτοῦντα μᾶλλον αὐλῷ καλαμαύλων τὸν Τήλιφον
Γενόμενον, ὅταν τὸν πενίαν ῥᾴον φέρει.
Ὁ νοσῶν τε μανικοῖς Ἀλκμαίων' ἐκπέψωτο.
Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεΐδαι τυφλοί.
Τέθνηκε τῷ παῖς; ἢ Νιόβη κακὸν φίτω.
Χωλός τις ἐσι; τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.
Γέρων τις αὐχεῖ; καλέμαθεν τὸν Οἰνέα.
Ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις
Ἀλγήμαθ' ἑλλοις γιγνόθ' ὑπολύμενος,
Τὰς αὐτὸς αὐτῦ συμφορὰς ἧττον τίνει.
Adverte ſedes, num qid ex uſu loqar:
Miſerum ſuapte naturâ animal eſt homo,
Et vita qanta eſt ſcatet incommodis:
Lenimenta ideo curis & ſolatia
Sibi ipſa reperit. namqe mens proprii mali
Oblita, alienis dum ſe mulcet miſeriis,
Doctrinam pariter cum voluptate imbibit.
Primùm Tragœdos, ſi placet, conſidera,
Qàm pulcra dent documenta. nam qi pauper eſt,
Ubi pauperiorem ſe cognovit Telephum,
Ibi paupertatem fert ſuam patientiùs.
Lymfatur aliqis? Alcmæonem conſpicit.
Oculis laborans cæcos Phinidas videt.
Natum effert alius? Niobe lugentem levat.
Dolet hic ſe clavdum? ſed Philoctetem videt.
Miſer in ſenecta eſt? intuetur Oeneum.
Ità qiſqe, dum eveniſſe majores ſuis
Olim aliis calamitates ſecum cogitat,
Animo aqiore fert fortuna injurias.

Grotius. *Libanius* item *Orat.* 19. *p.* 509. *D.* Ὁ ἄνθρωπος, πιόζεται μάλιστα παιδὸν θανάτοις. τοῦτο πῶς ἂν ἀνέγκοι, πατὴρ ὢν παῖδας ὁρῶν (legendum ὁρᾶν ἐν) ὀφθαλμοῖς παλέρων κειμένους, καὶ θυγατέρα σφαττομένην αὖθ' ἱερείου πρὸς τάφον. καὶ πάλιν ἑτέρους ὑπὸ τῶν χωρῶν τῆς μητρὸς, πῇ μὲν μαινίσιν, πῇδ' ἐπισειμένης; *Mortalis homo liberorum morte maximè opprimitur: hoc autem qi non ſufferet? ſiqidem qinqaginta filios cernit ante ora parentum jacentes, & filiam jugulatam pro victimis ſuper ſepulcro; ac rurſus alios matris manibus interemptos, partim inſanientis, partim prudentis, ſcien-*

tis?

& iſta ſic fieri nata monerentur; nec qibus in ſcena oblectarentur, ea in ſcena majori, gravatim ſuſtinerent: cùm viderint non poſſe hæc aliter

πω ὕτω πέφυκε γίνεσθαι, κ) ὅτι οἷς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγεῖσθε, τούτοις μὴ ἀχθεσθε ἐπὶ τ μείζο- a L. 12. §. 36.
νος σκηνῆς. ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι ὕτω δεῖ πάντα περιέ-
πεσθαι.

ANNOTATIONES.

tis? qo loco, & τὸ τῶν τραγῳδοποιῶν ἔθνος, κοινοὺς τῶν δήμων διδασκάλους. *Tragœdorum gentem, communes populorum magiſtros* nuncupat. Eodem nomine hiſtoriam commendari ſolitam, monet Polybius in operis ingreſſu *c.* 1. Ἐναργεστάτην κὴ μόνην διδάσκαλον φάσκουσι, τὸ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν, τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν. *Magiſtram unicam, eámque præſentiſſimam dicunt, ut poſſit aliquis fortuna mutationes generoſè ſuſtenere, alienorum caſuum recordationem.* Hinc Choricius rhetor Gazenſis in *Orat. Epitaph. Procop. Gaz.* à Caſaubono *ad Polyb. p.* 89. laudatus. Ἰδιώτῃ μὲν φάρμακον ἴσως λύπης ὁ χρόνος. ὁ δὲ διὰ μύσης ἐλθὼν, κ) θείαν γενόμενος ἀκουσμάτων, μὴ μοι τοιούτων θεραπείων ἀναμενέτω. δεῖ γὰρ τῆς ἰατρείας τὸ χρόνιον τὸ τῷ λογισμῷ φάρμακον προσηγήσασθαι. ἢ τί πλέον ἡμῖν οἱ λόγοι δυνήσονται; τῷδε χάριν ποιῶμεν τὰς τῶν παλαιῶν ἐκμανθάνοντες τύχας. ὁ γὰρ ἵνα τὸν χρόνον ἀνύσῃμεν δακτῶμεν, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα τῆτε ἄλλην ἐκεῖθεν ὠφέλειαν δρεψώμεθα, κ) τοιοῦτο συμβάντος καιρῷ, πρὸς ἄνδρας ἴσα πεπονθότας ἡμῖν, ἢ πικρότερα πάθη, τῶν ἀναφέροντες, ὕτως ὅσιωμεν ῥᾷον. *Hominis ſtudiis radi triſtitiæ remedium ſit tempus. Qi verò in ſtudia miſſus redierit, & divina præcepta guſtaverit, talem medelam ne expectet. Remedia enim qa ratiocinatio ſuppeditat, oportet eſſe priora curationibus qa ſunt temporis. An qid amplius nobis ratio donabit? propter hoc ſtudemus cognoſcere priſcorum fortunas. non ut tempus inutiliter impendamus, ſed, ut paſo, aliud inde emolumentum colligamus, & ſi talia inciderint tempora, animum ad hominum, qi nobiſcum ſimiles vel acerbiores calamitates ſuſtinuerunt, tollentes ad hanc modum facilius feramus.* Siqidem, ut Cicero *ad familiar. l.* 5. *Ep.* 16. *Eſt conſolatio pervulgata illa qidem maximè, quam ſemper in ore atque in animo habere debemus; homines nos ut eſſe meminerimus, eâ lege natos, ut omnibus telis fortuna poſita ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandum, qò minùs eâ, qâ nati ſumus, conditione vivamus: néve tam graviter eos caſus feramus, qos nullo conſilio vitare poſſimus: eventiſque alienorum memoriâ repetendis, nihil accidiſſe nobis novi cogitemus. Levat enim dolorem communis qaſi leges & humana conditionis recordatio.* Ibidem *l.* 6. *Ep.* 6. In qam mentem Libanius *Orat.* 19. *p.* 510. *D.* Βύλει μαθεῖν ὅπως ἰσχύει ψυχὴν λύπῃ βεβαπτισμένην ἀνασῶσαι κ) ῥᾳδίως καθαίρουσα; λαβὲ ἄνθρωπον ἐστερημένον ἢ φιλτάτων, ἢ χρημάτων, ἢ περιυβρισμένον, ἢ πεπληγμένον, ἄγε πρὸς τὸ θέατρον. δεῖξον ἀυτῷ δὲ ἀρχηστὲ παλαιὰς βασιλείας καθηρημένας, κ) κυφιεῖς. *Viſne diſcere, qo pacto hac exercitatio triſtitia animum immerſum erigere poſſit, recreare, atque ut meliuſcule ſe habeat efficere, qamvis hominem nacta fuerit deſtitutum vel amiciſſimis, vel pecuniis, aut immani contumelia affectum, vel perculſum, ac ſtupefactum. Ageſis apud theatrum, eo loci oſtende ut per ſaltatorum priſca regna ſint everſa, & ſublevabis te.* Hoc argumento Hippoclem ſuum in liberorum obitu ſolatur Crantor, & ex Crantore Apollonium ſuum Plutarchus *p.* 104. *C.* Ὅτι καινὸν ἀτυχεῖν οὐδὲν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ πάλαι τ αὐτὸ πεπόνθαμεν. *Novum non eſſe, ſi homini infortunium accidat, ſed nos omnes eidem caſui eſſe obnoxios.* Hoc Nicophontem ille apud Philemonem in *Cernubia.*

Εἰ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοισιν οἰδίοις κακὰ
Ἀσμενος ἔχοις ἄν, Νικοφῶν, ἃ νῦν ἔχεις.
Si mala neviſſes, qa alios implicitos tenent,
Libens haberes, Nicophon, qa nunc habes.

Grotius. Egeriam Virbius apud Naſonem *metam. l.* 15.

— *Similes aliorum reſpice caſus,*
Mitiùs iſta feres. —

vide *ad l.* 7. §. 5. 58.

Ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς] A Neoptolemo Tragico ſumptum, qi interrogantibus, qid ab Æſchylo, Sophocle, Evripide prolatum admiraretur, reſpondit iſtorum nihil, ſed qod ipſe ἐπὶ μείζονος σκηνῆς, *in ſcena majori* vidiſſet; Philippum, cùm pridie, dum Cleopatræ filiæ ſuæ nuptias magnificè celebrat, Deus tertius decimus dictus eſſet, in theatro poſtridie jugulatum ac projectum. Refert Stobæus *tom.* 2. *tit.* 95. Hoc autem eò magis in mente atqe admiratione habere Tragicus is poterat, qòd Philippi fatum hoc, tanqam vaticinandi ſpiritu correptus, dum Perſas, adverſus qos Rex expeditionem tunc moliebatur, perſtringit, futuri tamen ignarus ipſe, carmine iſto, qoſt iſtic inſeratur ſanè digniſſimo, qodammodo prædicere viſus eſt. Φρονεῖτε τῶν αἰθέρος ὑψηλότερον, κ) μεγάλων πεδίων ἀρέσθαι. φρονεῖτε ὑπερβαλόμενοι δόμων δόμους. ἀφροσύνῃ πρόσω βιοτὰν σκοπεύσαντες. ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπους κίλευθον ἔγγυς σκοτίου, ἄφνω δ' ἄφαντος προσίβα, μακρὰς ἀφαιρούμενος ἐλπίδας θνατῶν, πολύμοχθος αἰδώς.

Vos celſiores animos æthere habentes,
Capitis ſpatia ampla terræ,
Ædes ſupra ædos ſtruitis tumore mani:
Stolidéqe curriculum vitæ extrahitis.
Sed ecce graſſans celeri pede heu tenebras
Operi objicit, brevi ſpes
Taciturſqe morte longas

Reſecat, labore ſatis camulatus Orcus.

hiſtoriam narrat Diodorus Siculus *l.* 16. extremo *p.* 480. *A.* ubi Θεάτρου malè pro Θεάτρῳ legitur. Uterqe, & Neoptolemus, & Marcus noſter, mundum hunc *ſcenam majorem* dixit; *mimo* ſev *fabulæ* vitam hanc aſſimilavit. Ità Græcis παροιμιώδως, Μίμος ὁ βίος dicitur. Plato *Phileb. p.* 395. *D.* Μυθοι δὲ τῶν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν θρήνοις τε κὴ ἐν τραγῳδίαις, μὴ τοῖς δράμασι μόνον, ἀλλὰ κὴ τῇ τῦ βίυ ξυμπάσῃ τραγῳδίᾳ κὴ κωμῳδίᾳ, λύπας ἡδοναῖς ἅμα κεράννυσθαι. *Ratio igitur nobis hæc dictat, non modò in lamentationibus & in tragœdiis, neqe in fabulis tantùm, ſed in totius vita tragœdia atqe comœdia dolores voluptatibus immiſceri.* Palladas in *Anthlog. l.* 1. *c.* 13.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, κὴ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
Τὴν σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φίρε τὰς ὀδύνας.
Scena eſt hæc vita & mimus: vel ludere diſcas,
Poſthabitis curis, vel crucière miſer.

Seneca *de tranqill. c.* 15. emendante Pinciano. *Nihil magnum, nihil ſeverum, nè ſerium qidem ex tanto apparatu. Singula, propter qa lati ac triſtes ſumus, ſibi qiſqe proponat, & ſciat verum eſſe qod Bion dixit, omnia hominum negotia ſimilia mimicis eſſe.* Petronius in *Satyr.*

Grex agit in ſcena mimum. pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.
Mox ubi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Qæ ex Petronio ubi lavdaverat Joannes Sarisberienſis, *policratic. l.* 3. *c.* 7. ſubjungit ipſe *c.* 8. *& qidem eleganti utitur ſimilitudine; qia ferè qicqid in turba profana multitudinis agitur, comœdia qàm rei geſtæ ſimile eſt. Militia, inqit, eſt vita hominis ſuper terram.* (Job. *c.* 7. *v.* 1.) *at ſi noſtra tempora propheticus ſpiritus concepiſſet, dicetur egregiè, qia comœdia eſt vita hominis ſuper terram. ubi qiſqe ſui oblitus, perſonam exprimit alienam.* Et mox: *Ferè totus mundus ex Arbitri noſtri ſententia mimum videtur implere, ad comœdiam ſuam qodammodo reſpiciens; & qod deterius eſt, eò uſqe comœdia ſua inſiſtunt, ut in ſe, cùm opus fuerit, redire non poſſint. In eo tamen vita hominum tragœdiæ qàm comœdiæ videtur eſſe ſimilior, qòd omnium ferè triſtis eſt exitus, dum extrema gaudii luctus occupat. aut ſi nomen comœdia gratioſius eſt, non duco contentionis ſunem, dùm conſtet inter nos, qòd ferè totus mundus, juxta Petronium, exercet hiſtrioniam. Hujus itaqe tam immenſæ, tam mirabilis & enarrabilis tragœdiæ vel comœdiæ theatrum, qo peragi poſſit, ei mirabiliter coaqatur. tanta eſt area ejus qantus & orbis. difficillimum eſt, ut qiſqam vel admittatur excluſus, vel emittatur incluſus, dum carnis gerit luteum indumentum.* Ubi tamen, qod obiter adnotem, fruſtrà ſunt, qi qaſi teſſellas Petronianas inter Arbitri fragmenta extrudunt, & obtrudunt nobis iſta, *Totus ferè mundus numerum* (ità illi legunt) *implet:* &, *Ferè totus mundus exercet hiſtrionem.* neqe enim Petronii iſta ſunt, ſed Sarisberienſis ex Petronii carmine ſenſus iſtos elicientis. Lipſius item ipſe, *de conſtant. lib.* 1. *c.* 8. *Mundus univerſus exercet hiſtrioniam, ait Arbiter. certè hic.* Cavtiùs Bavdius, *de induc. Belg. lib.* 2. *Totum orbis terrarum exercet hiſtrioniam, ait facetus qidam ſcriptor. certè nuſqam magis ſcena & populo ſervitur qam in actionibus Magnatum, ubi qò plùs pompa & oſtentationis apparet, eò minùs ſolida veritatis ſubeſt.* Potuit *faceti ſcriptoris* nomine Joannem noſtrum intelligere, qi *policraticon* ſuum, *de nugis curialium*, inſcripſit. Rem ipſam Polybius planè ſuggerit *hiſtor. lib.* 3. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν ἀεί πως ἁρμοζόμενοι κὴ συνυποκρινόμενοι, τοιαῦτα κ) λέγουσι κὴ πράττουσι πάντες. ὥστε δυσθεώρητον εἶναι τὴν ἐκάστυ προαίρεσιν, κὴ λίαν ἐν πολλοῖς ἐπισκοτεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν. *Ferè enim mortales rebus præſentibus ſeſe accommodantes, mimúmqe unà cum aliis agentes, ea dicunt faciúntqe, ut ex factis dictiſve ſingulorum mentem animúmqe cognoſcere apprimè ſit difficile, veritáſqe plerúmqe tenebris obtecta deliteſcat*, perſonâ nimirum, qam gerit unuſqiſqe, obvelatâ. qò & illud P. Syri,

Haredis fletus ſub perſona riſus eſt.

Lucianus in *Necyomant. pag.* 335. Δοκεῖ μοι ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ προσοικίσαι. χορηγεῖν δὲ κ) διαλέγειν ἕκαστα ἡ τύχη, διάφορα κ) ποικίλα τοῖς πομπεύουσι σχήματα περσάπτουσα. τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα ἡ τύχη, βασιλικῶς διασκευάσασα, τιάραν τε ἐπιθεῖσα κὴ δορυφόρους παραδοῦσα, κ) τὴν πορφυρὶν σίψασα τῷ διαδήματι. τῷ δὲ, οἰκέτυ σχῆμα περιθεῖσα. τὸν δέ τινα καλὸν εἶναι ἐκόσμησε, τὸν δὲ ἄμορφον κ) γελοῖον παρεσκεύασε. πανοδυκτὴν γὰρ, ὅμως, δῶν γενέσθαι τὴν θέαν. πολλάκις δὲ διὰ μέσης τῆς πομπῆς μεταβαλε τὰ ἑκάτερα σχήματα, ὑκ ἐῶσα ἐς τέλος διαπομπεῦσαι, ὡς ἐτάχθησαν. ἀλλὰ μεταμφιέσασα, τὸν μὲν Κροῖσον ἠνάγκασε τὴν τῦ οἰκέτυ κὴ ἀσχημοτάτυ σκευὴν ἀναλαβεῖν, τὸν δὲ Μαισάδειον, τίνος ἐν τοῖς οἰκέταις κομπέυοντα, τὴν Πολυκράτυς τυραννίδα μετενέδυσε. κ) μέχρι μέν τινος ἔασε χρῆσθαι τῷ σχήματι. ἐπειδὴ δ' ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθη, τηνικαῦτα ἕκαστος ἀποδὺς τὴν σκευὴν, κ) ἀποδυσάμενος τὸ σχῆμα μετὰ τῦ σώ-

μα-

a *Tragic. N. Q. apud Arrian. Epict. l. 1. c. 24.*

νεαῦ, καὶ ὅτι φέρουσιν αὐτὸ καὶ οἱ κεκραγότες, a Ἰὼ Κιθαιρών. καὶ λέγεται δὲ ἴσως ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιούντων χρησίμως. ἔοικεν ἔστιν ἐκεῖνο μάλιστα.

b *L. 7. §. 41.*

b Εἰ δ' ἐμελήθην ὑπὸ θεῶν καὶ παιδί ἐμοί,
Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο.

Καὶ πάλιν,

c *Ibid. §. 38.*

c Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐκὶ θυμοῦσθαι.

Καὶ,

d *Eurip. Hypsip. Ibid.*

d * Βίᾳ θηρεύειν, ὥστε καρπίμου τυχεῖν.

καὶ ὅσα τοιαῦτα. μεθ' ἣν τινὰ τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη, e παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα, καὶ τῆς αὐτοφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς ἀθυῤῥημοσύνης ὑπομιμησκουσα. ὡσὲ ὅσον τι καὶ Διογένης ταυτὶ παρελάμβανε. μετὰ ταῦτά τις ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τί ποτε παρείληπται, * ἢ καθ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπερρύη, ἐπίσησον.

* *ἢ.*

e *Inf. §. 18.*

transfigi, & qod perferant ea etiam illi qi exclamant, *Eheu, Citharon.* & revera dicuntur à dramaticis poëtis utiliter nonnulla. qale illud eſt imprimis;

Si me meóſque liberos Dii negligunt,
Hujus etiam conſtat ratio.

Et rurſus,

Nam nevtiqam hominem rebus iraſci decet.

Et,

Spicas velut frugiferas, ſic vitam meti.

& cætera qæ ſunt ejuſmodi. Tragœdiæ ſucceſſit vetus comœdia, qæ libertate magiſtrali inſtructa, nec obliqâ ſed diſertâ oratione uſa, faſtum dejicere non ineptè ſatagebat: qo fine & Diogenes ex his qædam adhibuit. conſidera & qæ deinceps fuerit media comœdia, & qorſum tandem introducta ſit nova, qæ in inimicum artificium pavlatim defluxit.

ANNOTATIONES.

μαλος, ὥσπερ ἦν πρὸ τοῦ γίγνεσθαι, οὐδὲν τοῦ πλησίον διαφέρον. ἔνιοι δ' ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἐπειδὰν ἀπαιτῇ τὸν κόσμον ἐπισῶσα ἡ τύχη, ἄχθονται γε καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὥσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι, καὶ οὐχ ὡς ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο ἀποδιδόντες. Hominum vita longæ cuipiam pompæ perſimilis videtur, cui fortuna præſit, & ſingula diſſonat, iiſque, qi pompam agunt, diverſos varióſque habitus accommodet. Alium ſiqidem fortuna deligens regiis ornat inſignibus, impoſita tiara, additis ſatellitibus, & capite diademate revincto. Alium verò ſervi habitu amicit. Hunc autem forma ornat, illum contra deformem & ridiculum fingit: nam omnigenum, ut opinor, opertet eſſe ſpectaculum. Qin habitus qorundam plerumqe in media etiam pompa demutat non ſinens qo prodierant ordine, eodem ad extremum progredi. Sed ornatu commutato Cræſum qidem coegit ſervi captiviqe veſtes aſſumere. Meandrium autem, olim inter ſervos incedentem, Polycratis datâ tyranníde viciſſim veſtivit, eóqe cultu aliqantiſper uti ſvit. Verùm ubi pompa tempus præteriit, tum qiſqe apparatus reddens, & amictum cum corpore exuens, qalis erat ante, efficitur, nihil à vicino differens. At nonnulli præ inſcitia, qum inſtans fortuna ornatum repetit, agrè ferunt atqe indignantur, tanqam propriis qibuſdam privati, at non ea reddentes, qibus ad exiguum tempus utebantur. vide *l. 6. §. 22.* Seneca *Epiſt. 80. Horum qi felices vocantur, hilaritas ficta eſt, avt gravis & ſuppurata triſtitia: & qidem gravior, qia interdum non licet palàm eſſe miſeros, ſed inter ærumnas cor ipſum exedentes, neceſſe eſt agere felicem. ſapiùs hoc exemplo mihi utendum eſt. Nec enim ullo efficaciùs exprimitur hic humana vita mimus, qi nobis partes has, qas malè agimus, aſſignat.* Apud Vopiſcum Probus de munere Imperatorio, *Agenda eſt perſona, qam mihi miles impoſuit.* qod idem & Avguſtus unà cum vita jam depoſiturus, amicos admiſſos percontatus eſt, *Ecqid iis videretur mimum vita commodè transegiſſe*; adjecitqe clavſulam,

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κλυπήσατε.

Svetonius *l. 2. c. 99.* qod Dio hiſt. *l. 56. p. 590. A.* Κρότον δή τινα παρ' αὐτῶν ὁμοίως τοῖς γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπί μίμῳ τινὶ τελευτῆς, αἰτήσας, καὶ πάμπαν πᾶσαν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διέσκωψεν. *Applavſum qoqe ab iis, veluti mimo aliqo finito ludiones, ſolebant, popoſcit. omnem humana vita partem eo ſubſannans.* vide ampliùs *ad l. 12. §. 2, 36.* ſed & *l. 10. §. 27.* & *l. 7. §. 3.*

Φέρουσιν αὐτὸ καὶ κεκραγότες, Ἰὼ Κιθαιρών] Epictetus *lib. 1. c. 24.* Μέμνησο, ὅτι ἐν τοῖς πλουσίοις καὶ βασιλεῦσι καὶ τυράννοις αἱ τραγῳδίαι τόπον ἔχουσιν. ἰδιώτης δὲ πίπτης τραγῳδίαν συμπληροῖ, εἰ μὴ ὡς χορευτής. οἱ δὲ βασιλεῖς, ἄρχοντας μὲν ἀπ' ἀγαθῶν, εἵψατε δώματα. εἶτα περὶ τρίτου ἢ τέταρτον μέρος, Ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέξω; *Memento, in divitibus, in regibus, in tyrannis tragœdias habere locum; nullum pavperem complere tragœdiam, niſi pro hiſtrione. Reges avſpicantur qidem à bonis; coronis ades exornate: poſtea ſub tertium avt qartum actum; hei Citharon! cur me inſantem ſuſpicis?* Oedipodis verba ſunt ex Sophoclis *Oedipo Rege.* Hoc vult ergò Marcus, vel iſtiuſmodi perpeti reges & tyrannos, non plebejos duntaxat; imò illos ipſos multò magis. in qam mentem Libanii verba videre licet ex *Orat. 19.* ſuperiùs pavlò adducta. Vel (qod potiùs opinor) eos qoqe, qi cum indignatione animi ejulationéqe ea ferunt, perferre tamen nihilominùs, neceſſitate cogente, ad qæ tantopere indignantur. vide *l. 7. §. 57. Citharon* Bœotiæ mons Oedipo expoſito, Pentheo diſcerpto, aliiſqe id genus facinoribus illuſtris, an infamis. Solinus *Polyhiſt. c. 13. Apud Thebas Helicon lucus erat, Citharon ſaltus, amnis Iſmenus, fontes Aganippe & Hippocrene.* Et Mela *de ſit. orb. l. 2. Citharon fabulis carminibúſqe celeberrimus.* Sed & Clemens Alexandrinus in *hortat. p. 74. B.* de monte Sinæ, an Sione, an eccleſiâ potiùs iſto deſignatâ *ad Hebr. c. 12. v. 23.* Ὄρος ἐστὶ τοῦτο Θεῷ πεφι-

A λημένον, ἢ τραγῳδίαις, ὡς Κιθαιρὼν, ὑποκείμενον, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας ἀνακείμενον δράμασιν. *Hic eſt mons Deo dilectus, qi non tragœdiis, qemadmodum Citharon, argumentum dedit: ſed eſt dedicatus veritatis actibus.*

Λέγεται δέ τινα ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιούντων χρησίμως] Dio Pruſæus *Orat. 18. p. 255.* Πολὺ δ' ἂν ἔργον εἴη τὸ λέγειν, ὅσα ἀπὸ τούτων χρήσιμα. *At multum ſanè negotii eſſet dicere, qanta ex his hauriri qeant utilia.* De Epicharmo Theocritus *Epigr. 17.*

Πολλὰ γὰρ ποτλὼν ζωὸν τοῖς παισὶν ἔπνε χρήσιμα.
Μεγάλα χάρις αὐτῷ. ——
Multa enim ad vitam pueros docuit utilia:
Magna gratia illi habetur. ——

B Flaccus *l. 2. Ep. 1.*

Os tenerum pueri balbúmqe poëta figurat:
Torqet ab obſcœnis jam nunc ſermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis, & invidiæ corrector, & iræ.
Rectè facta refert: orientia tempora notis
Inſtruit exemplis: inopem ſolatur, & ægrum.

Idem in Arte:

Sic etiam fidibus voces crevere ſeveris,
Et tulit eloqium inſolitum facundia præceps:
Utiliúmqe ſagax rerum, & divina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.

Et rurſus:

Omne tulit pvnctum qi miſcuit utile dulci,
Lectorem delectando paritérqe monendo.

Deniqe;

Avt prodeſſe volunt, avt delectare poëta,
Avt ſimul & jucunda & idonea dicere vitæ.

Vide Plutarchum *de leg. Poet.* & Hugonis Grotii *prolegom. ad dicta Poet. Stobæana.*

Εἰ δ' ἠμελήθην] Vide *ad l. 7. §. 41.*

Τοῖς πράγμασιν] *Ibidem §. 38.*

Βίᾳ θηρεύειν] *Ibidem §. 40.*

D Μετὰ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη] Flaccus *art. poët.*

Succeſſit vetus his comœdia, non ſine multa
Lavde. ——

Παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα] Fabius, *lib. 10. c. 1. Antiqa illa comœdia, fœcundiſſimæ libertatis, inſectandis vitiis præcipua.* & *l. 12. cap. 2. Liberrimum genus hominum Comici veteres.*

—— Sed in vitium libertas excidit & vim
Dignam lege regi. ——

E Flaccus *arte.* qem & vide *Epiſt. 1. l. 2.* Vis illius ideam? habeas à Julio Scaligero *poëtic. l. 3. cap. 97. Veteris comœdiæ argumenta omnia falſa, feſtiva, mordacia, maledica: ut qocunqe verbo pronunciato, illico capiatur occaſio ad aliqid ſubſannandum.*

Δι' αὐτῆς τῆς ἀθυῤῥημοσύνης] dum non obliqè, ſed diſertâ, directâ, exertâ oratione uſa, homines palàm perſtringebat.

Μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ νέα] De *media comœdia*, qæ choro duntaxat amoto, qi libertati, an licentiæ potiùs, mordaci ac maledicæ præcipuè attributus fuerat, à veteri, qam proximè eſt ſecuta, diſtabat maximè: unde Flaccus,

F *—— lex eſt accepta, chorúſqe*
Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.

déqe nova, qæ huic ſucceſſit eâdémqe multò caſtigatior extitit, videri poterit Julius Scaliger *poëtic. l. 1. c. 7.*

Ἡ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπερρύη] Vitioſa ſcriptura non animadverſa, interpretationum portenta qædam hoc loco procudit. præcedentia illa, τίς ἡ μέση, (qam leqtionem editio utraqe agnoſcit, ſed interpres neyter expreſſit)

&

defluxit. (nam & ab iſtis utilia dici nonnulla, nemo eſt qi neſciat.) ſed & qo ſpectet totum hoc poeſios hujuſmodi & fabularum agendi inſtitutum.

§ 7. Qàm liqidò compertum habes, nullum aliud vitæ inſtitutum ad philoſophandum magìs eſſe idoneum, qàm hoc in qo jam verſaris?

§ 8. Ramus à ramo cui proximè adhæſit abſciſſus, non poteſt non à ſtirpe totâ abſcindi. ad eundem modum ergò & homo ab homine qovis reſciſſus, communitate totâ excidit. porro ramum alius abſcindit; homo verò ſe ipſe à proximo ſuo ſeparat, dum eum odit & averſatur: nec advertit interim, qòd unà ſemet à ſocietatis hujuſce conditore Jove indultum ſibi habet, qòd ei liceat denuo coaleſcere, cui priùs adhæſerat, & ad univerſi complementum locum recuperare ſuum. qanqam hoc freqentiùs ſi fiat, diſſociatio iſtiuſmodi & difficiliùs reſarcitur, & reſtitutio ægrè procedere con-

ὅλα μὲν γὰρ λέγει καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα, οὐκ ἀγνοεῖται. ἀλλὰ ἡ ὅλη ἐπιβολὴ τῆς τοιαύτης ποιήσεως καὶ δραματουργίας πρὸς τίνα ποτὲ σκόπον ἀπίδλεψε.

§. 7. Πῶς ἐναργὲς προσπίπτῃ, τὸ μὴ εἶναι ἄλλῳ βίῳ ὑποθεσιν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν ἕτως ἐπιτήδειον, ὡς ταύτῃ ἐν ᾗ νῦν ὢν τυγχάνεις;

§. 8. [a] Κλάδος γὰρ προσοχῆς κλάδος ἀποκοπεὶς, ἢ δύναται μὴ καὶ ὅλως φυῆναι ἀποκεκόφθαι. ἕτω δὴ καὶ [b] ἄνθρωπος, ἐνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεῖς ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπωκε. κλάδον μὲν ἂν ἄλλος ἀποκόπῃ. [c] ἄνθρωπος ἢ αὐτὸς ἑαυτὸν ἢ πλησίον χωρίζει, μισήσας καὶ * ἀποστραφείς. ἀγνοεῖ ἢ ὅτι καὶ ἡ ὅλη πολιτεύμαλος ἅμα ἀποτίμηκεν ἑαυτόν. πλὴν σκεῦός γε δῶρον ἢ συσηναμμένῳ τῇ κοινωνίαν Διός. [d] ἔξεστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφύναι τῷ προσοχεῖ, καὶ πάλιν ἢ ὅλως συμπληρωτικῆς * γίνεσθαι. πλεονάκις μέντοι γινόμενον τὸ κατὰ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, δυσένωτον καὶ δυσαποκαθίστατον προκωρεῖν

a L. 2. §. 16. l. 8. §. 34.
b L. 5. §. 8.
c L. 4. §. 29. Inf. §. 9. 20.
* ἀποστρ.
d L. 8. §. 34.
* -φύμαλος Jun.

ANNOTATIONES.

& πρὸς τί πολὺ, ſatìs monere poterant, continuandam eſſe ſententiæ ſeriem ac tenorem ad illud uſque ἐπίσησον, qo ea clavditur. Verùm obturbabat ἢ iſtud, qod ſpiritu tantùm mutato, vel adſcito, ſi ἢ extuleris, tam proclivia deinceps futura ſunt omnia, qàm eſt imber ipſe cùm pluit. *Poſt iſta*, inqit, *qenam media fuerit comœdia, & nova qo ſine introducta ſit; qa pavlatim ad mimicum artificium deflexit, conſideres. nam & iſtic utilia etiam deprehendi poſſe nemo neſcit.* Julius Scaliger *poët. l. 1. c. 10. Sublato choro, introducti qi modos facerent, qòd omnia geſticulatione imitaventur, Mimi nominati. tantùm potuit aptior atqe expreſſior actio, ut generis nomen, qod erat poeſeōs univerſa, ipſi ſoli ſibi vendicarent. hoc in luſu cùm poſtea qadam impenſiùs populo placuiſſent, atvſi ſunt ſeorſim ſuis* A *avſpiciis qam commoverant expectationem ſuſtinere, atqe in eo laudem qærere, & artificis propterea nomen vendicare. Hos Latini Mimos vocant ex Publio & Laberio, qi in eo genere excelluere: & planipedes ob eam cavſſam, qòd cothurno tragici, ſocco avtem comœdi pedes induebant; ipſi avtem nudis pedibus agebant. Hujus definitio proportionem habet cum comœdia, qa ipſius parens exſtitit, cui inter actus apponi cùm eſſet ſolita, ex ea extractà atqe aſſertâ ſervitute, juſtum ſibi poema fecere. Eſt igitur Mimus, poëma qodvis genus actionis imitans, ità ut ridiculum faciat. Cicero tamen Ethologos cùm vocat à moribus qos exprimerent, ridiculi rationem non admiſcuit. Sunto igitur* C *duo genera, qa etiam vicatim & oppidatim per univerſam Galliam mirificis artificibus circumferuntur, Morale & Ridiculum. Horatius negat eſſe pulcra poëmata, nam & veri Mimi proprium eſt, qadam ſordida ut affectet.* hæc ille. Salmaſius *ad Solin.* ubi *Mimos* peculiariter ſic dictos à *fabulis comœdiâ* ſcilicet *& tragœdiâ* diſterminat (qo modo & *Mimos* à *comicis fabulis & tragicis hiſtoriis* diſtingvit Lactantius *l. 6. c. 20.*) ad hunc locum reſpiciens; *Mimos*, inqit, *in locum comœdiæ ſucceſſiſſe ſcribit Marcus. & ſanè qæ hodie agunt, & vocant Itali comœdias, Mimi ſunt & Planipedes vertùs qam comœdia. perſonas tantùm habent ex comœdia.* Apulejus *florid. 1. Cumprimis hoc* D *ſpectandum, qid in theatro deprehendas. nam ſi Mimus eſt, riſeris; ſi funirepus, timueris; ſi comœdia, faveris; ſi Philoſophus, didiceris. Mimi* ergò *ridiculi.* habent affatìm qod rideas. ſed & qod diſcas, exhibent: qod Marcus mox monuit. Neqe verò ego cum illuſtriſſimo viro *ethologum* & *ridiculum Mimi genera duo* conſtituerim, ſed pro affectionibus *Mimi* duabus habuerim: cùm *ridiculum* in *Mimis* perpetuum fuerit. qod & Horatius ipſo illo, qem is attigit, loco ſubindicat, *ſerm. l. 1. ſat. 10.* qi ubi dixerat,

— nam ſic
Et Laberi mimos, ut pulcra poëmata mirer.

Subjunxit.

Ergò non ſatìs eſt riſu diducere rictum
Auditoris. ----

qod eſt *Mimorum* ſcilicet. unde & Arbiter *partes ridendas Mimis* tribuit. Qin nec id Cicero ipſe ſiluit: cujus hæc ſunt, *de oratore l. 2.* verba, *Atqe ità eſt totum hoc ipſo genere ridiculum, ut acutiſſimè tractandum ſit. Mimorum eſt enim ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas.* Hinc eſt qod Naſo, *triſt. l. 2.* dixit,

— imitantes turpia Mimos.

Et,

Mimos obſcœna jocantes.

Cæterùm aliud eſt ab eo qod Marcus hìc, illud Maximi Tyrii *Orat. 21.* Ἡ μὲν παλαιὰ μοῦσα, χοροὶ παίδων ἅτα καὶ ἀνδρῶν, γῆς ἐργάλῃ κατὰ δήμους συνισάμενοι, ἄρτι ἀμητοῦ καὶ ἐρετοῦ κεκοπιάκοι, ἄσματα ᾄδοντες ἀυτοσχέδια. μεταπεσοῦσα δὲ ἡ ψυχὴ ἐπὶ τέχνην ἀκριβῆ χάριτος ἐν σκηνῇ καὶ θεάτροις, ἀρχὴ τῆς περὶ πολιτείαν ἀνῆκεν πλημμελείας ἐγένετο. *Antiqa Muſa nihil aliud qàm chori puerorum virginumqe erant, & agricolæ in populos diviſi, qi adhuc à ſemente ſua & meſſe ſordidi, incompoſita qadam & extemporanea canebant carmina. Ab his qum animus ad ſcenicam pavlatim, & theatralem artem, qa res voluptatem prorſus habet inſatiabilem, deflecteret, hoc corrumpendæ fuit reipublicæ principium.* Malo tamen aſcribitur, qod utrqe dixit. Illud tantùm adjicere liceat poſſe apud noſtrum conjunctim legi, τὴν ἐκμιμήσεως φιλοτεχνίαν. nam & ἐκμιμεῖσθαι dici ſolet, qod *actione mimicâ repræſentatur.*

Λίγεται καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα] Ità Seneca *Epiſt. 8.* B *Qàm multa poëtæ dicunt, qæ à Philoſophis avt dicta ſunt, avt dicenda? non attingam tragicos, aut togatas noſtras; habent enim ha qoqe aliqid ſeveritatis, & ſunt inter comœdias & tragœdias media: qantum diſertiſſimorum verſuum inter Mimos jacet? qàm multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt?* & *de tranqill. c. 11. Publius tragicis comiciſqe vehementior ingeniis, qortes mimicas ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia reliqit, multa habet cothurno, non tantùm ſipariis, fortiora.*

Πρὸς τίνα ποτὲ] *qemnam finem reſpicit?* Xylander. *Ad qem alium ſcopum, qàm qem diximus?* Caſavbonus. ut πρὸς τίνα [ἄλλον] legiſſe videatur. mihi non erotematicè, ſed enunciativè efferri videtur, & ſententia prior continuari; conſidera qem finem totum hoc ſcenicum inſtitutum aſpiciat.

§. 7. Τὸ μὴ εἶναι ἄλλῃ βίᾳ ὑπόθεσιν] De qonam vitæ genere loqatur hoc loco Marcus, havd fatìs liqet. forſan & nullum certum vitæ inſtitutum deſignatum volebat, ſed hoc monitum duntaxat, ſtatum præſentem, qicunqe tandem is exiſtat, eſſe cuiqe ad Philoſophiæ vel ſtudium vel exercitium eidem maximè idoneum.

§. 8. Οὐ δύναται μὴ τῷ ὅλῳ φυτῷ ἀποκεκόφθαι] Ramus à ramo cui adnaſcitur avulſus, à toto plantæ corpore divellitur. ità qi à Chriſti corpore divellitur, *nec caput ipſum tenet*, ut Apoſtolus loqitur *ad Col. c. 2. v. 19. Non poteſt concordiam habere cum Chriſto, qi diſcordare voluerit cum Chriſtiano.* Avguſtinus *de verb. Dom. conc. 57.*

Ἀβρωπος δὲ ἑαυτὸν χωρίζει] Ità *l. 4. §. 29.* Ὁ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀποσχίζων. *Qi animam propriam abſcindit.* & *l. 8. §. 34.* Ὁ ἀποσχίζων ἑαυτόν. *Revulſum qo lam nodo abjeciſti te.* & Judas Apoſtolus *Ep. v. 19.* Οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. *Hi ſunt qi ſeipſos ſegregant.* de qibus Avtor *ad Hebr. c. 10. v. 39.* Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν. *At nos non ii ſumus qi nos ſubducamus ad exitium.* alioqi τίς χωρίσει; *Qis nos ſeparabit?* Apoſtolus *ad Rom. c. 8. v. 35.* Οὐ τις κτίσις ἑτέρα. *Neqe ulla res alia condita, ibidem v. 39.* E

Ἔξεστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφῦναι] Vide *ad l. 8. §. 34.*

Καὶ πάλιν τῷ ὅλῳ συμπληρωτικοῖς γίνεσθαι] D. Junius συμπληρώματος mavult. utrumvis conſtare poterit. Epicurus *Epiſt. ad Menac.* Τὸ συνεθίζειν ἐν ταῖς ἁπλαῖς καὶ οὐ πολυτελέσι διαίταις, ὑγιείας ἕνεκα συμπληρωτικόν. *Simplicibus & non magnificè paratis cibis aſſveſcere ſalubritatis efficiens eſt.* Marcus ipſe *l. 9. §. 23.* Ὥσπερ αὐτὸς σὺ πολιτικῷ συνήμμαι συμπληρωτικὸς εἶ. ὕτω καὶ πᾶσα πρᾶξίς σου συμπληρωτικὴ ἔστω ζωῆς πολιτικῆς. *Sicut ipſe es ad cœtum civilem complendum conſtitutus: ita actio tua qavis ad vitam ejuſmodi conſummandam refe-* F *ratur.*

Δυσένωτον καὶ δυσαποκαθίστατον] vocabulum hoc poſterius more Stoico coagmentatum, parùm freqens & durioris analogiæ. Illuſtrat avtem locum hunc Plutarchi illud *de frat. dilect. pag. 481. C.* Μιγάλαι μὲν γὰρ αἰτίαι μιγάλην διαλύουσιν ἔνοιαν

χωρῶν ποιεῖ. ὅλως τι οὐχ ὅμοιος ὁ κλάδος ὁ ἀπ' ἀρχῆς συμβλασήσας, καὶ σύμπνους συμμείνας, τῷ μὴ τῷ ἀποκοπέντι αὖθις ἐγκεντρισθῆναι. ὅ, τί ποτε λέγουσι οἱ φυτουργοὶ, * ὁμοφαμενεῖν μὲν, μὴ ὁμοδογματεῖν δέ.

* ὁμοαυξεῖν, vel ὁμοιοπαθεῖν Boot. ὁμοσυματεῖν Salm. ὁμοσχηματεῖν

§. 9. Οἱ ἐνιστάμενοί σοι πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον, ὥσπερ [a] ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς πράξεως ἀποτρέψαι σε οὐ δυνήσονται, οὔτως [b] μηδὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐμενείας ἐκπερίστωσαν. ἀλλὰ φύλαττε ἑαυτὸν ἐπ' ἀμφοτέρων ἀμοίως, μὴ μόνον ἐπὶ [c] τῆς ὀρθῆς κρίσεως καὶ πράξεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ [d] τῆς πρὸς τοὺς κωλύειν ἐπιχειροῦντας, ἢ ἄλλως δυσχεραίνοντας πρὸς τι. καὶ γὰρ [e] ἔστι καθεῖναι, τὸ χαλεπαίνειν αὐτοῖς, ὥσπερ [f] τὸ ἀποσῆναι [g] πρός τι, καὶ ἐνδῦναι καταπλαγέντα. ἀμφότερα γὰρ ἀπίσης λιποταξίαν [h], ὁ μὲν ὑποχάσας, ὁ δὲ ἀλλοτριωθεὶς πρὸς τὸν φύσει [i] συγγενῆ, καὶ [k] φίλον.

a Inf. §. 18.
b L. 3. §. 11. l. 6. §. 47. 50.
c L. 5. §. 18.
d L. 7. §. 26. 56. 65. l. 9. §. 11. 42.
e Inf. §. 18.
f L. 10. §. 12.
g L. 10. §. 25.
h Sup. §. 8. Inf. §. 20.
i L. 2. §. 1.
k L. 9. §. 27.

§. 10. Οὐκ ἔστι χείρων ἐδαμία φύσις τέχνης. καὶ γὰρ αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται. εἰ δὴ ἔστιν, ἡ πασῶν τῶν ἄλλων πλειοτάτη καὶ φιλοπονωτάτη φύσις, ἐκ ἂν ἀπολείποιτο τῆς τεχνικῆς εὐμηχανίας. [l] πᾶσαι δέ γε τέχναι τῶν χρειττόνων ἕνεκεν τὰ χείρω ποιοῦσιν. ἐκεῖ καὶ [m] ἡ κοινὴ φύσις. καὶ δὴ ἔνθεν μὲν γένεσις δικαιοσύνης, ἀπὸ δὲ ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὑφίστανται. ἐὰν γὰρ τηρῇ-

l L. 7. §. 55.
m L. 5. §. 16.

sevit. omnino denique non pariter se habent furculi duo, quorum alter à prima germinatione cohæsit, & cum stirpe reliqua constanter quasi conspiravit; alter post abscissionem insertus est: quem plantarum cultores dicere solent, *confrunicari* quidem, sed non *configurari*.

§. 9. Qui ad rationis rectæ normam progredienti obsistunt tibi, sicut à rectè agendo avertere te nequeunt, ità nec benevolum erga illos affectum excutiant tibi. sed ad utrumque horum teneas te, ut & in judicio actionéque constanti persistas, & in mansvetudine erga illos, qui vel impedire te conantur, vel alio modo quopiam molesti tibi sunt. etenim tam hoc imbecillis est animi, succensere istis, quàm ab actione desistere, & consternatum succumbere. uterque enim ex æquo stationis desertæ reus est, & qui metu perculsus, & qui naturâ cognatum sibi atque amicum fugerit aversatus.

§. 10. Nulla natura arte inferior est. naturam enim imitantur artes. hoc si datur, sequetur, naturam eam quæ est consummatissima, cæteràsque omnes in se complectitur, artificis solertiæ nevtiquam concedere. atqui in artibus omnibus deteriora quæque præstantiorum gratiâ fiunt? à communi ergò natura hoc idem fit. atque hinc sanè justitia oritur: ab hac verò reliquæ nascuntur virtutes. neque enim

quod

ANNOTATIONES.

καὶ φιλίαν. ὅθεν μὲν ῥᾳδίως ἄνθρωποι ἀνθρώποις διαλύσεως ἔσονται· ἐπεὶ γὰρ τὸ συμπαγήσιμον, κἂν κλασθῇ τὸ ἰσχνόκολλον, ἐνδέχεται πάλιν δεθῆναι καὶ συνελθεῖν. συμφυὲς δὲ σῶμα ῥαγὲν ἢ σχισθὲν, ἔργον ἐστὶν κόλλησιν εὑρεῖν καὶ σύμφυσιν. ὅτων οὖν μὲν ὑπὸ χρείας συνημμένων φιλίαν, κἂν διαστῶσιν ἡ χαλεπὰς ἄνθρωποι ἀναλαμβάνουσιν. ἀδελφοὶ δὲ τῇ κατὰ φύσιν ἐκκλησίᾳ ἢ τοι ῥᾳδίως συνέρχονται. κἂν συπλῶσι, συναγὰν καὶ ἥκειν ἀλλήλοις οἱ διαλύσεις ἐφίλησαν. *Quippe magnas oportet esse causas, qæ magnam benevolentiam amicitiamque dissipent: unde fit, ut non facilè sit locus reconciliationi. Nam sicut qæ compacta sunt, etiam glutine soluto rursus colligari ac coire possunt: corpus autem quod natura univit, si rumpatur aut scindatur, difficulter glutinari, aut rursum potest coalescere; ita qæ usus contraxit amicitias, ea discidio accidente nullo negotio redintegrantur. Fratres, ubi naturali amore exciderunt, neque in gratiam facilè redeunt, & reconciliatio semper cicatricem sordidam, ac latente malo infectam retinet.* quod Medius Sycophanta dicere solebat, κακὴ διαπίνωσις τὸ ἕλκος, ἢ ὑλὴ μένει. *etiamsi vulnus coierit, manet tamen cicatrix*, quasi vestigium quoddam vulneris etiam coaliti. οὐχ ὅμοιος ὁ κλάδος, *non omnino pariter surculus sese habet*, inquit Marcus istic. Quod autem de fratribus ac cognatis Plutarchus, idem de omnibus in universum hominibus Marcus; quà συγγενὴς πᾶν τὸ λογικόν, *cognatum est rationale omne*. l. 3. §. 4. & *infrà* §. 9.

Ὁμοφαμεῖν μὲν μὴ ὁμοδογματεῖν δέ.] Non possum Xylandro istic assentiri, qi verbis illis, ὅτι λέγουσιν οἱ φυτουργοὶ, omissis, reddidit; *Oportet igitur in eadem arbore esse, etsi non idem cum omnibus sentias.* sed nec Casavbono, qi contra qàm editor etiam Lugdunensis clavsulam hanc ab antegressis divulsam, periochæ insequenti præfixit. Rusticorum dictum vulgare, sed depravatum, opinor. qid enim ὁμοδογματεῖν fuerit ad plantas translatum? nam de hominibus, prout Marcus ipse l. 9. §. 3. usurpatum, qid velit, qis nescit? D. Bootius suspicatur posse ὁμοαυξεῖν, vel ὁμοιοπαθεῖν legi, ut sit, *simul frutescari, sed non simul crescere*; vel *similiter affici*. D. Salmasius ὁμοσυματεῖν mavult. *Ramus*, inquit, *qi corpore suo arboris avulsus aut recisus, ut inseratur in aliam, nunqam unum corpus facit cum illa arbore cui inseritur, qamvis partem faciat frutici, & simul cum eo fruticet.* In re ferè desperata tentemus & nos aliqid; etiamsi Hippocrates in arte vetet, περὶ τῶν ἀνηκέστων μὴ ὅτι προσχυτέον. Ego nihil scripturam vulgatam propius comminisci possum, qàm ὁμοσχηματεῖν. ut sit, *pariter frutescari, sed non configurari*; non figuram speciemqe eandem cum ramis reliqis obtinere. siqidem insitorum cum stirpe reliqa cqalitio non sine cicatrice fieri solet. τὸ ὁμοσχηματεῖν eâdem analogiâ, qâ τὸ ὁμοδογματεῖν dictum; eâdem sententiâ, qâ ὁμοιοσχηματεῖν, Aristoteli *problem. l. 2. q. 5.* Si qis probabilius aliqid afferre poterit; ei ego lubens concesserim.

§. 9. Εὐσταθῶς κρίσεως καὶ πράξεως] vide *ad l. 5. §. 18. & l. 6. §. 10.*

Πραότητι] vide *ad l. 9. §. 11. 42.*

Καὶ γὰρ τοῦτο αἰσθητὸς τὸ χαλεπαίνειν] ità *infrà* §. 18. Οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικόν. *Irasci haud virile est.*

Λιποταξίαν] & ἀποστασίαν. *l. 2. §. 25.*

§. 10. Οὐκ ἔστι χείρων ἐδαμία φύσις τέχνης] Arte siqidem nullâ natura vincitur. Aristoteles *Ethic. l. 2. c. 1.* Οὐδὲν τῶν φύσει ἔστιν ἄλλως ἐθίζεται. οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος, οὐκ ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις, ἄνω ῥίπτων. οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω. οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων, ἄλλως ἂν ἐθισθείη. *Nihil eorum, qa naturâ fiunt, assvescere aliter potest, ut lapis, cum naturâ deorsum feratur, nunqam sursum ferri assvescet, neqe si millies qispiam eum sursum projiciendo velit assvefacere: neqe ignis deorsum ferri: neqe aliud qippiam aliter qam naturâ comparatum sit, unqam assvescat.* Seneca *Epist. 11. Rerum naturam sapientia sub imperio non habet. qacunqe attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multum diuqe se animus compesuerit, hærebunt.* scilicet,

—— *culturâ natura potentior omni.*
Quæ licèt expellas furcâ tamen usqe recurret.

uti Flaccus *l. 1. Ep. 10.* utpote qæ sit *fixa, & naturi nescia.* Juvenalis *Sat. 13.* Proinde, *Repugnante naturâ, qalibet cedit industria.* Cassiodorus *l. 4. Ep. 38.* Nec fortior ergò ars naturâ, nec præstantior etiam; cùm illa sit Creatoris opus, ista creaturæ.

Αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται] Theophrastus *de caus. plant. l. 2. c. 25.* Ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν. *Omnis ars imitatur naturam.* & Aphrodisiensis *problem. l. 1. q. 90.* Seneca *Ep. 65. Omnis ars imitatio est naturæ.* sed & ἑτερῳ mediocri, τὰς φύσεως ὑπουργίαν καὶ μίμησιν, *naturæ ministrum ac imitatorem* dixit Hippocrates, teste Galeno *de dogm. Hip. & Plat. lib. 9. cap. 8.*

Τῶν κρειττόνων ἕνεκεν τὰ χείρω] vide *l. 5. §. 16. & l. 7. §. 55.*

Ἔνεκεν μὲν γένεσις δικαιοσύνης] Hoc enim jus fásqe exigere videtur, ut præstantioribus deteriora inserviant. Καὶ δίκαιον, καὶ δεῖ τὸ μὲν ἄρχεσθαι, τὸ δὲ ἄρχειν, ἢ πεφύκασιν ἀρχήν. *Convenit alium imperare, alium parere eo imperio, qod innatum est.* Aristoteles *polit. l. 1. c. 6.* qem vise prolixius istud ibidem disceptantem. sed & *ad l. 7. §. 55.*

Ἀπὸ δὲ τῆς ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὑφίστανται] Polus Pythagoricus *de justit.* apud Stobæum *tom. 2. tit. 9.* Δοκεῖ μοι τὴν δικαιοσύνην μητέρα τε καὶ τιθήνην τῶν ἄλλων ἀρετῶν προσειπεῖν. ὥτε γὰ ταύτας ὅτι σώφρονα, ὅτε ἀνδρεῖον, ὅτι φρόνιμον εἰρήτε εἶναι. *Justitia videtur mihi mater & nutrix cæterarum appellanda. Nam sine illa neqe temperantem, neqe fortem, neqe prudentem esse qenqam fieri potest.* Julianus Imperator *orat. in Constant. 2.* etiam *pietatis matrem* vult esse *justitiam.* Ἔστι γὰρ ὁσιότης τις δικαιοσύνης ἔκγονος. Jamblychus *Ep. ad Anatol.* Τὴν δικαιοσύνην, αὐτὸ τὸ τῶν ὅλων ἀρετῶν τέλος, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν συμπασῶν, ἐν ᾗ δὴ πᾶσαι ἔοικεν συλλήβδην κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον. *Justitiam, omnium virtutum finem, & illarum omnium cumulum, qa omnes virtutes complectitur, juxta vetus proverbium.* παλαιὸν λόγον illum exhibet nobis Aristoteles de justitia *Ethic. Nicom. l. 5. c. 1.* Ἡ δικαιοσύνη ἀρετὴ μέν ἐστι τελεία, ἁλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις δοκεῖ κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι ἡ δικαιοσύνη, καὶ

qod eſt juſtum æqúmqe ſervabitur, ſi vel ad res medias anxiè feramur, vel deceptu faciles & temerarii & inconſtantes fuerimus.

§. 11. Si, qarum perſecutio & fuga perturbat te, res eæ ad te non accedunt, ſed ad illas ipſe qodammodo accedis, cùm ipſæ interim immotæ maneant; judicium proinde tuum de eis qieſcat, eáſqe nec proſeqeris ampliùs, nec fugies.

§. 12. Uniformis prorſus eſt animæ ſphæra, cùm nec ad exterius qicqam ſe extendit, nec cum eodem ullo intùs concurrit, nec conſidit & comprimitur; ſed lumine illo illuſtratur, qo veritatem, tum rerum omnium cæterarum, tum & in ipſa ſitam, cernit.

§. 13. Contemnit me qiſqam? ipſe viderit. ego mihi cavebo, ne qid contemptu dignum vel egiſſe vel dixiſſe deprehendar. odit me qiſqam? ipſe viderit. at ego mitis eſſe ac benevolus cuiqe pergam; & huic etiam ipſi, errorem oſtendere promptus; neqe id contumelioſè, ne-

σεῖ] τὸ δίκαιον, ἐὰν ἤτοι [a] διαφερώμεθα πρὸς τὰ μέσα, ἢ [b] ἐνεξαπάτητοι καὶ προπωτικοὶ καὶ [c] μεταπωτικοὶ ὦμεν. a Inf. §. 16. l. 9. §. 27. b L. 3. §. 9. c L. 5. §. 10.

§. 11. Εἰ [d] μὴ ἔρχεται ἐπί σε τὰ πράγματα, ὧν αἱ διώξεις καὶ φυγαὶ θορυβοῦσί σε, ἀλλὰ τρόπον τινὰ αὐτὸς ἐπ' ἐκεῖνα ἔρχῃ. [e] τὸ γὰρ κρίμα τὸ περὶ αὐτῶν, ἡσυχαζέτω, [f] κἀκεῖνα μένῃ ἀτρεμοῦντα, καὶ [g] ὅτε διώκων ὅτε φεύγων ὀφθήσῃ. d L. 4. §. 3. e L. 4. §. 39. f L. 9. §. 15. g L. 9. §. 1.

§. 12. [h] Σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδὴς, ὅταν μήτε ἐκτείνῃ ἐπί τι, μήτε ἔσω συντρέχῃ, μήτε συνιζάνῃ, ἀλλὰ φωτὶ λάμπῃ, [i] ᾧ τὸ τῶν ἀληθείαν ὁρᾷ [k] τὸ τῶν πάντων, καὶ [l] τὸ ἐν * αὐτῇ. h L. 8. §. 41, 48. i L. 3. §. 15. k L. 8. §. 26. l Sup. §. 1. * αὐτῇ

§. 13. [m] Καταφρονήσῃ μου τίς; ὄψεται. ἐγὼ δὲ ὄψομαι [n] ἵνα μή τι καταφρονήσεως ἄξιον πράσσων ἢ λέγων ἐνεχθήσωμαι. μισήσῃ; ὄψεται. ἀλλὰ ἐγὼ [o] ἥμερος καὶ εὔνους πάντι, καὶ τούτῳ αὐτῷ. ἔτι μὲν [p] τὸ παρορώμενον δεῖξαι, ἐκ [q] ὀνειδισικῶς, ἀλλὰ m L. 5. §. 25, 32. n L. 10. §. 1. 32 o L. 4. §. 37 l. 7. §. 26. p L. 5. §. 22. l. 10. §. 4. q Inf. §. 18. l. 6. §. 30.

ANNOTATIONES.

ὅσ' ἱστορῶ, ὅσ' ἰῶμαι ὅτω θαυμαστός. καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνι.

Καὶ τελεία μάλιστα ἀρετὴ, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν. *Juſtitia virtus qidem eſt perfecta, non abſolutè tamen, ſed ad alterum, ut propter ea ſæpe juſtitia virtutum præſtantiſſima eſſe videatur: & neqe heſperus, neqe lucifer ſit adeo admirabilis. Adde, qod in proverbio dicimus:*

Juſtitia in ſe virtutes complectitur omnes.

Ac perfecta qidem maximè eſt, qia perfecta virtutis eſt uſus: perfecta autem qia qi eam habet, non ſolum ſecum, ſed cum altero virtute uti poteſt. Qod ipſum & aliâ ratione adfirmat *Ethic. magn. l. 1. c. 34.* & *Evdem. l. 4. c. 1.* Δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη τελεία εἶναι ἀρετὴ εἶναι. εἰ γὰρ δίκαια μέν ἐστι τὰ ὑπὸ νόμου κελεύεται ποιεῖν. ὁ δὲ νόμος τὰ καλὰ πάσας ἀρετὰς πράττειν. ὁ ἄρα τοῖς καλὰ νόμον δικαίοις ἐμμένων, τελείως σπουδαῖος ἂν εἴη ὁ δίκαιος καὶ ἡ δικαιοσύνη, τελεία τις ἀρετή ἐστιν. *Juſtitia videtur perfecta qadam eſſe virtus. Nam ſi juſta ſunt, qa lex facere præſcribit, lex autem qa ex omnibus virtutibus ſunt mandat: qi igitur ex lege juſtitia obtemperat, perfectam nanciſcitur probitatem. Proinde jus & juſtitia virtus qadam perfecta eſt.* qi locus in mendo non uno cubare videtur. Legendúmqe opinor. Ὁ δὲ νόμος τὰ κατὰ π. ἀ. κελεύει. vel πράττειν κελεύει. neqe enim lex ipſa facit, ſed facere jubet. tum noviſſima illa ſic reſtituenda videntur. Ὥστε τελείως σπουδαῖος ὁ δίκαιος. καὶ ἡ δικαιοσύνη τελεία τις ἀρετή ἐστιν. Vide *infrà ad §. 20.*

Ἐὰν ἤτοι διαφερώμεθα πρὸς τὰ μέσα] *Si vel rebus iis nimium tribuamus* Xylander. *Si vel mentes & affectus in iſtis figamus* Caſavbonus. nevter vocabuli vim ſatis expreſſit. Verto, *Si ad iſta temerè anxiéqe feramur.* vide *ad l. 9. §. 27.*

Ἐνεξαπάτητοι καὶ προπωτικοὶ καὶ μεταπωτικοὶ] vide *l. 3. §. 9.* & *l. 5. §. 10.*

§. 11. Οὐκ ἔρχεταί ἐπί σε τὰ πράγματα] vide *ad l. 4. §. 3, 39.* & *l. 9. §. 15.*

Κἀκεῖνα ἀτρεμοῦντα μένει] iſta poſt ἔρχῃ interſerenda avtumo: qò dictionis ſeries feliciùs ac faciliùs fluat. Vide *infrà §. 16.*

Οὔτε διώκων, οὔτε φεύγων ὀφθήσῃ] *nec proſeqens, nec fugiens videberis.* i. e. nec proſeqeris ampliùs, nec fugies.

§. 12. Σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδὴς] vide *ad l. 8. §. 48.* & *ad l. 12. §. 3.*

Μήτε ἐκτείνῃ ἐπί τι, μήτε ἔσω συντρέχῃ] Membrum alterum omiſit Xylander. *neqe ad aliqid ſe extendit, neqe ſe contrahit* Caſavbonus. verùm τὸ συντρέχειν nuſqam, opinor, in eo ſignificatu reperitur, & hîc aliud planè ſonat. *nec ad exteriora promnet, nec cum eis intus concurrit,* ſive *conſentit.* qomodo Philo dixit, *de vita Moſ. l. 2.* Συντρέχοντα τοῖς πράγμασιν ὀνόματα ἐξεῦρον. *Nomina rebus concurrentia & conſentanea.* & Plutarchus in *Fabio.* Συνδραμεῖν ἔνια τῶν λογίων πρὸς τὰς τύχας καὶ τὰς πράξεις. *Oracula cum rebus concurriſſe.* Et Cicero *Tuſcul. l. 1. Concurrant omnes plebeji philoſophi.* ut ſit iſtîc τὸ συντρέχειν, idem qod τὸ συνηρέικειν. *l. 5. §. 26.* cum exterioribus ſive ſenſibus, ſive rerum ſpecie & pompa concurrere & conſentire. vide *l. 2. §. 12.* & *l. 6. §. 13.* & *lib. 7. §. 56. extremâ.*

Μήτε συνιζάνῃ] *neqe ſubſidit* Caſavbonus. qod eſt ὀφιζάνειν potiùs. qanqam & συνιζάνειν eo ſenſu qandoqe ſumitur. Ità enim Lucianus *ver. hiſtor. l. 1.* μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος καὶ συνιζάνοντος, *langvente ac ſubſidente vento.* qemadmodum Propertius dixit *Eleg. 8. ſubſidere ventos.* malim tamen cum Xylandro *contrahit ſe*, vel, ſi hoc mavis, *conſidit ac comprimitur.* qomodo συνίζειν καὶ συνθλίβεσθαι conjunxit Philo *de mund. immort. ad l. 4. §. 46.* adductus. & Galenus, Budæo referente, τὸ συνιζηκὸς τῶν πόρων ἀνοιγνύειν, i. e. *poros compreſſos aperire*, dixit. & Aphrodiſienſis *probl. l. 2. q. 22.* Ἡ λύπη συνίζησιν ποιεῖ γενέσθαι τῶν σωμάτων, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς εἴσω ῥοπήν. *Dolor corporis contractionem ſive compreſſionem producit, dum anima ad interiora ſe ſubtrahit.* qod *l. 1. q. 31.* dixerat. Ἡ λύπη πύκνωσιν ἐργάζεται τῶν πόρων. *Triſtitia pororum denſitatem operatur.* Clemens *pædag. l. 2. c. 2.* συνιζηκυίας τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ σῶμα. *compreſſo in pectus capite.* Plutarchus *Publicola pag. 103. E.* de figulino opere: Οὐκ ἔπαθεν, ὃ προσῆκε πάσχειν πηλὸν ἐν πυρὶ, πυκνοῦσθαι καὶ συνιζάνειν. *Qod lutum in igne ſolet, non eſt ſpiſſatum & conſtrictum.* nec obſtat, qòd τῷ αἴρειν, τὸ συνίζειν opponitur ab Ariſtotele *de reſpir. cap. 9.* ubi de inſectis agens, ἐν αὐτῷ, inqit, τῷ ὑποζώματι, τῷ ἀμφύτῳ πνεύματι ἄειρονται καὶ συνίζοντι, συμβαίνει πρὸς τὸν ὑμένα γίνεσθαι τρίψιν. *Cùm enim in ipſo ſepto tranſverſo innatus ſpiritus attollitur & conſidet, accidit ad membranam fieri attritionem.* ſiqidem *compreſſionem* qandam & ibi deſignari, manifeſtum eſt. Zeno avtem referente Galeno, *de dogm. Hip. & Plat. l. 5. c. 1.* τὰ πάθη, *affectus* dixit eſſe ἐπιγιγνομένας ταῖς κρίσεσι συστολὰς καὶ λύσεις, ἐπάρσεις τε, καὶ πλῶσεις τῆς ψυχῆς. *ſupervenientes judiciis contractiones, ſolutionéſqe, elationes & caſus animi*, qod noſtri mentem clariſſimè explicat.

Φωτὶ λάμπῃ] lumine illo, de qo Joannes *Evang. c. 1. v. 9.* Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον. *Erat lux illa vera, qa illuminat omnem hominem venientem in mundum.* ſed alios magìs, alios minús. illuminabat illud & Marcum, etiamſi ſui neſcium; ſicut & Cyrum, etiamſi ſui ignarum robore idem accingebat. Eſajæ *c. 44. v. 5.*

Ὃ, τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ] vide *l. 3. §. 14.* & *l. 10. §. 26.*

§. 13. Ὄψεται] *viderit ipſe.* qaſi dicat, qid ad me? nihil ad me. illius, non meâ id intereſt. ità Seneca *de benefic. lib. 2. c. 14. Scio hoc illi non profuturum. ſed qid faciam? rogat. reſiſtere precibus ejus non poſſum. viderit. de ſe, non de me, qeretur.* vide *lib. 5. §. 25.* & *lib. 9. §. 27.* Seneca idem *Epiſt. 71. Si vis beatus eſſe, ſi fide bonâ vir bonus, ſine contemnat te aliqis.* & *Ep. 76. Ad honeſta vadenti contemnendus eſt contemptus iſte.*

Ἐγὼ δὲ ὄψομαι, ἵνα μή τι καταφρονήσεως ἄξιον] Ità capiendum, qod Apoſtolus *Tito c. 2. v. 15.* Μηδείς σου περιφρονείτω. *Nemo te deſpiciat.* & Timotheo *Ep. 1. c. 4. v. 12.* Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. *Nemo juventutem tuam contemnat.* qo loco ſic accipiendum ſeqentia docent; qibus monet ut conditionis ſuæ locíqe avtoritatem, vitæ ac converſationis puritate gravitatéqe tueatur. vide *l. 10. §. 32.*

Μισήσει; ὄψεται.] Epictetus *l. 3. c. 18.* Φύγει τι ὁ θεῖος ὄψεται, πῶς ποιεῖ ἴδιον ἔργον. *Vituperat te. Ipſe viderit qemadmodum munus ſuum adminiſtret.* & *c. 10.* Οὐκ ἔδει οὕτω μοι προσενεχθῆναι τὸν ἀδελφόν. ὑ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκεῖνος ὄψεται. ἐγὼ δ' ὡς ἂν προσενεχθῇ αὐτὸς, ὡς δεῖ χρήσομαι τοῖς πρὸς ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ ἐμόν ἐστιν. ἐκεῖνο δ' ἀλλότριον. τοῦτο οὐδεὶς κωλύσαι δύναται. ἐκεῖνο κωλύεται. *Non ita me tractare debuit frater. Non: verùm hoc illi cura erit. Ego verò, utcunqe ille me tractavit, officii mei meminero. Hoc enim meum eſt, illud alienum: hoc prohibere nemo poteſt, illud prohibetur.*

Οὐκ ὀνειδισικῶς] vide *infrà §. 18.* Ambroſius *de Offic. l. 3. cap. 16. Neqe monitio aſpera ſit, neqe objurgatio contumelioſa.* Epictetus *l. 2. c. 12.* Ὁ διδάσκαλος ὅταν λάθῃ τινὰ πλανώμενον, ἄγαγεν ἐπὶ αὑτὸν τὴν δίκην. οὐχὶ καταγελάσας, ἢ λοιδορησάμενος ἀπῆλθε. καὶ σὺ δεῖξον αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὄψει ὅτι ἀκολουθεῖ. μέχρι δ' ἂν ᾖ δεικνύῃς, μὴ ἐπίνευε καταγέλα, ἀλλὰ

ἀδὲ ὡς κατεπιδεικνύμενος ὅτι ἀνέχομαι, ἀλλὰ γνησίως καὶ χρήσως, οἷος ὁ Φωκίων ἐκεῖνος, εἴ γε
a L. 12. §. 2. μὴ προσεπλάττετο. τὸ [a] ἔσω γὰρ δεῖ τοιοῦτον εἶναι,
b Inf. §. 18. l. 6. §. 26. καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι ἄνθρωπον [b] πρὸς μηδὲν
c L. 6. §. 27. l. 9. §. 42. ἀγανακτικῶς διατιθέμενον, μηδὲ δεινοπαθοῦντα. [c] τί
* ποιεῖς Mer. γὰρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς νῦν * ποιεῖ τὸ [ἐπὶ] τῇ
d L. 4. §. 23. φύσει σοι οἰκεῖον; [d] ἐξ ἔσχηται τὸ νῦν τῇ τῶν ὅλων φύσει
e Inf. §. 20. l. 5. §. 8. ἔυκαιρον, [e] ἄνθρωπος τεταγμένος πρὸς τὸ γί-
f L. 4. §. 32. νεσθαι δ' ὅτι δὴ τὸ κοινῇ συμφέρον;
g L. 5. §. 5. §. 14. [f] Ἀλλήλων καταφρονοῦντες, ἀλλήλοις
[g] ἀρεσκεύεσθαι, καὶ ἀλλήλων ὑπερέχειν θέλοντες,
ἀλλήλοις ὑποκατακλίνονται.

qe ut qi patientiam oſtentare cupiam, ſed ingenuè, benignè, qo modo Phocion ille, niſi ſi ſimulatè agebat. interiùs enim ità affectum eſſe oportet, ut ipſi Dii videant, hominem eſſe te, qi nihil qicqam indignè ægréve ferat. qid enim tibi mali qicqam indigneè ægréve ferat. qid enim tibi mali contigerit, modò qod naturæ tuæ conveniat, id ipſe facias? annon amplecteris, qod univerſi naturæ nunc eſt tempeſtivum, cùm homo ſis ad hoc compoſitus poſitúſqe, ut id fieri, qocunqe tandem modo, velis, qod in commune conducat?

§. 14. Qin ſe invicem contemnunt, iidem & ſibi invicem aſſentantur: qíqe ſe invicem tranſcendere cupiunt, ſibi invicem ſe ſubmittunt.

§. 15.

ANNOTATIONES.

μᾶλλον ἀισθάνῃ τῆς ἀδυναμίας τῆς σαυτοῦ. *Via dux ſi qem repererit errantem, eum in viam reducit; non deriſo illo, & conviciis onerato, recedit. Tu qoqe ſi demonſtráris veritatem, videbis eum ſeqi. Qod autem non demonſtraveris, noli deridere illum, ſed imbecillitatem potius agnoſce tuam.*

Οὐδὲ ὡς καταπιδεικνύμενος ὅτι ἀνέχομαι] nè leviſſimum qidem præ me ferens offenſionis ſenſum avt ſignificationem. vel etiam, qaſi patientiam oſtentans meam. vide *infrà ad §. 18.* ὡς ἐν σχολῇ.

Οἷος ὁ Φωκίων] De *Phocione* tria potiſſimùm, qæ huc faciunt, memorabilia reperjuntur. qòd rabulam qendam, qi pro concione dicentem interpellaverat, oratione prolixâ in ſe debacchantem placidiſſimè ſuſtinuit, ad dictionis ſeriem qam priùs inchoaverat ità reverſus, acſi nihil qicqam vel ab illo dictum, vel à ſe avditum, animadverſúmve fuiſſet. refert Plutarchus in *præcept. polit.* qòd cùm ad mortem duceretur, obviúſqe qidam, poſt convicia multa fruſtrà effuſa, cùm ipſe nullus attenderet, etiam in faciem ei tandem expuiſſet, ad magiſtratus converſus, illud tantummodo dixerit, ἆ παύσει τις τοῦτον ἀτχημονοῦντα; *Non compeſcet iſtum aliqis indecorè ſe gerentem?* Plutarchus in *Apophth.* & in *Phoc.* qòd filio morti jam proximus, illud unicum in mandatis dedit, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακεῖν. *nè qid eorum meminiſſet, qa adverſùs ipſum Athenienſes iniqè egerant.* Plutarchus *ibidem.* id qod Ælianus havd pavlò ἐμφατικώτερον extuliſſe perhibet *l.* 12. §. 49. per amicos, qi morienti aderant, filio mandâſſe, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακήσειν ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῶν φιλοτιμίας, ἧς νῦν πίνω. *Ne cum injuria memoria rependat Athenienſibus hanc propinationem, qam ego nunc bibo.* qaſi poculum illud cicutâ temperatum, non alio loco haberet, qàm poculum qod in amicitiæ ſocietatíſqe mutuæ argumentum propinari atqe exhiberi ſolet. Unde Theodoreto lucem fœnerari havd piguerit: qi *Therapevt. l.* 3. *Tom.* IV. *pag.* 519. *C.* Platonem ait in rebus religionem ſpectantibus ad ritus receptos ſe attemperâſſe, τὴν Ἀθηναίων φιλοτιμίαν ὀρρωδήσαντα, καὶ τὸ τῷ Σωκράτει προσενεχθὲν ὑφορώμενον κώνειον. *Propinationem, ut apparet, metuentem, & porrectam Socrati cicutam reformidantem.* in qo loco vertendo Acciaolus interpres dictionis venuſtatem corrupit planè, dum ſic reddit; *timens nè Athenienſium gratiâ benevolentiáqe excideret*; dum φιλοτιμίας ſignificatum non animadvertit. id avtem optimè explicabit nobis Gregorius Nazianzenus qi *ad Philagr. Ep.* 58. Socratem ait temperaturæ ejuſdem poculum hilariter admodum excepiſſe, ὥσπερ οὐκ ἐπὶ θανάτῳ δεχόμενον, ἀλλὰ φιλοτιμίας προπινόμενον. *Perinde ac non letale poculum acciperet, ſed propinando amicos ad potandum invitaret.* Qin & Socratem eâ ipſâ voce uſum, morti jam propinqum, refert Ælianus *l.* 1. *c.* 16. cùm enim ab Apollodoro miſſas, in qibus honorificentiùs efferretur, veſtes pretioſas recuſâſſet: Falli multùm ajebat Apollodorum, ἴσχυε αὐτὸς πιπίστευκεν, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτιμίαν, κατὰ τὸ τῶν Φαρμάκων πόμα, ἴστως ὄψεται Σωκράτην. *Si ſperavit, poſt propinationem ab Athenienſibus factam, & veneni abſorptionem ſe adhuc uſurum eſſe Socratem.* Adjici poteſt his illud, non Socratis apud Platonem, utì memoriâ lapſus Cœlius Secundus in *theſavro* prodidit, ſed Theramenis apud Ciceronem *Tuſcul. l.* 1. qi *cùm conjectus in carcerem triginta juſſu tyrannorum, venenum ut ſitiens obbibiſſet, reliqum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret; qo ſonitu reddito, ridens, Propino, inqit, hoc pulcro Critiæ; qi in eum fuit teterrimus. Graci enim in convivíis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſint.* (habes, Cicerone clariſſimè exponente, qid ſit ἡ φιλοτιμία.) *luſit vir egregius extremo ſpiritu, verèqe ei, qi venenum præbuerat, mortem eſt avguratus, qa brevi conſecuta eſt.* Secius pavlò Xenophon retulit *Hellenic. l.* 2. *p.* 470. *C.* Τὸ λειπόμενον (τῷ κανθάρῳ) ἀποκοτλαβίσαντα εἰπεῖν Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ. *Qod reliqum erat in poculo ſic ipſum ejeciſſe, ut reſonaret, ſimulqe dixiſſe: hoc pulcro illi Critiæ propinatum eſto.* falſus interim Eraſmus *Apobth. l.* 6. *var. miſt. dict.* 238. qi Æliani relationem *hiſt. var. l.* 9. *c.* 21. dum negligentiùs percurrit, Theramenem è triginta tyrannis fuiſſe ratus eſt. Sed ut ad Phocionem redeamus. noviſſimum hujus illud, opinor, reſpexit Marcus; eò magìs qia ſubjicit, εἰ γε μὴ προσεπλάττετο, *niſi ſi ſimulatè agebat*, ſicut & *infrà* §. 18. Ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ στενρός. *Si genuina fuerit, non perſonata & fucata*, ambigua eſt enim illa Phocionis dictio: poteſtqe etiam σαρκασμὸν ſatis aculeatum & mordacem continere, Athenienſem populum ejuſmodi poculis amicos ſuos excipientem, & indiciis ejuſmodi ſuam erga illos benevolentiam obſignantem notantis. qomodo Theopompus *hiſt. l.* 38. de Clearcho Heracleotarum tyranno, ὃς τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον πιεῖν, *qi cicutâ propinatâ qamplurimos ſuſtulerat*, Ἐπειδὴ δὲ πάντες ἔγνωσαν τὴν τοῦ Φαρμάκου ταύτην φιλοτησίαν, ἐ προῆντο τῶν οἰκείων, πρὶν φυγεῖν πύθεσθαι. *Qum verò innotuiſſet omnibus propinandi hujus veneni amoris ſpecie ſavus tyranni mos, priuſqam ex ædibus progrederentur, eſu ruta ſibi caviſſe.* Athenæus *Dipnoſoph. l.* 3. *pag.* 85. *B.* Luſit pariter Libanius emaculandus obiter, *Declamat.* 11. ubi paraſitus, fratre ad vitam philoſophicam deſciſcente, vitæ pertæſus, Δός τε μοι, inqit, προπεῖναι φιλοτησίαν ἡ τύχη. lego, Δός μοι, προπῖναι φιλοτησίαν τῇ τύχῃ. *Concedite mihi, ut liceat fortuna benevolentia poculum propinare.* hoc eſt, ut cicutam bibere licitum ſit, qo me vitâ eximam. vide *ad l.* 10. §. 11. De Phocione verò præclarum ac diſertum habetur Valerii Maximi elogium, qo ſuſpicionem iſtam, qam Marci verba ſuſcitare poſſint, ab eodem amolitur. *l.* 3. *c.* 8. *Placidi & miſericordes, & liberales, omníqe ſuavitate temperati mores Phocionis, qos optimè profectò conſenſus omnium bonitatis cognomine decorandos cenſuit. itaqe conſtantia, qa naturâ rigidior videbatur, lenis è maſſvero pectore fluxit.*

Ἔσω γὰρ δεῖ τοιοῦτον εἶναι] qod Pſaltes *Pſal.* 51. *v.* 6. *in præcordiis.* Apoſtolus *ad Rom. cap.* 2. *v.* 28. οὐκ ἐν τῷ φανερῷ, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ. *non in propatulo, ſed in occulto*, contrà qàm hypocritis ſolenne eſt, qibus μόρφωσιν, *formam*, pietatis & patientiæ externam gerunt, cùm δύναμιν, *vim*, utriuſqe internam nullam habeant. Idem *ad Timoth. Ep.* 2. *c.* 3. *v.* 5.

Καὶ ὑπὸ θεῶν βλέπεσθαι] Intus oportet iſtiuſmodi eſſe, ubi Deus ipſe, qalis ſis, videt; qi non ſpeciem externam, ſed cordis habitum intuetur. *Hiſt. Reg. l.* 1. *c.* 16. *v.* 7. Ὁ θεὸς οὐκ ἀγνοεῖ δή πως τὴν ἑκάστου διάθεσιν καὶ φύσιν, ὅτε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθάνεσθαι πέφυκεν. *Deus non ignorat cujuſque ingenium & naturam, ut qi animam ſuapte naturâ magis qàm corpus ſentiat.* Plutarchus *de tard. num. vindict. p.* 562. *D.* Hoc eſt, qod in pagina ſacra toties occurrit, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *in Dei conſpectu.* Ad qod Lucæ *Evang. c.* 1. *v.* 6. de Zacharia ſacerdote ac conjuge illius uſurpatum, Ambroſius. *Multis hominibus juſti videntur; pavci Deo. aliter enim hominibus, & aliter Deo: hominibus ſecundùm faciem & ſpeciem externam; Deo ſecundùm veritatem & virtutem internam.* Epictetus *l.* 2. *c.* 18. Θέλησον ἀρέσαι αὐτὸς ποτε σεαυτῷ. Θέλησον καλὸς φανῆναι τῷ θεῷ. ἐπιθύμησον καθαρὸς μετὰ καθαροῦ σαυτὸν γενέσθαι, καὶ μετὰ τοῦ θεοῦ. *Velis tandem ipſe placere tibi, velis pulcer videri Deo? deſiderato purus cum teipſo puro eſſe, & cum Deo.*

Τί γάρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς νῦν ποιεῖ τὸ ἐπὶ τῇ φύσει σοι οἰκεῖον] τὸ ἐπὶ illud forſan inducendum fuerit. aſſentior avtem Merico Caſavbono ποιεῖς legenti. *qid tibi indè mali accedit, ſi qod natura tua eſt conſentaneum ipſe facis?*

Τῇ τῶν ὅλων φύσει ἔυκαιρον] vide *l.* 4. §. 23.

Τεταγμένος πρὸς τὸ γίνεσθαι δ' ὅτι δὴ τὸ κοινῇ συμφέρον] duriuſcula ſyntaxis, qam interpretes vix aſſecuti videntur. *eo deſtinatus, ut communi utilitati inſervias* Xylander. *deſignatus eſſe qod & qomodo poſtulabit commune bonum* Caſavbonus. ut orationem defectam opinatus videatur. Verùm non hoc eſt qod Marcus voluit. *homo*, inqit, *ad hoc compoſitus & aptus, ut id fiat, qocunqe tandem modo, qod in commune expedit.* ità τὸ τάττεσθαι & τετάχθαι uſurpant creberrimè & Marcus & Epictetus. aliter tamen pavlò Caſavbonus ὁ μιμαρίτης *ad Perſ. Sat.* 3. *v.* 72. qi τεταγμένος hîc vult eſſe qod Perſio *locatum*. idem γενίσθαι legit pro γίνεσθαι. Verùm id ſenſum nihil matat.

§. 14. Ἀλλήλων καταφρονοῦντες] notat diverſa & inconſtantia hominum ingenia, qi ſe invicem modò deſpiciunt, modò ſuſpiciunt, modò ſibi invicem arrogantiſſimè imperant, modò rurſus abjectiſſimè inſerviunt. vide *ad l.* 4. §. 32.

Ἀρεσκεύονται] ἀρεσκεύειν qid ſit vide *ad l.* 5. §. 5.

Ὑποκατακλίνονται] hoc eſt Svidâ interprete, ὑποκάτω κάθηται,

§. 15. Qàm putidus & inſinoerus eſt, qi dicit, *Ego ſimpliciter tecum agere ſtatui.* qid facis, mi homo? qid prædicere opus eſt? res ipſa appareat, fronti inſcriptam ſtatim oportuit vocem hanc, in oculis ipſis relucere ſtatim, qomodo animus ſe habeat: ſicut in amantis oculo cuncta ſtatim dignoſcit amaſius. talem planè verum ſimplicem bonúmqe oportet eſſe, qalis is qi hircum olet; ut qi aſtiterit, ſimulac acceſſerit, velit, nolit ipſe, protinus perſentiſcat. ſimplicitatis verò affectatio tortuoſa eſt.

§. 15. Ὡς σαπρὸς ϗ κίβδηλος, ὁ λέγων, ἐγὼ πεποίημαι ἁπλῶς σοι προσφέρεσθαι; τί ποιεῖς ἄνθρωπε; ἔστω δὲ δεῖ προλέγειν. * αὐτὸ φανήσεται. [a] ἐπὶ ξ μετώπῳ μεγεφθαι ὀφείλει εὐθὺς ἡ φωνή. * τοιοῦτον ἔχει, εὐθὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει. ὡς τ' ἐρασῶν ἐν τῷ βλέμματι πάντα ἐλθὺς γνωρίζει ὁ ἐρώμενος. τοιοῦτον ὅλως δεῖ τ' ἁπλοῦν ϗ ἀγαθὸν εἶναι, [b] οἷον γεγέσθαι, ἵνα [c] ὁ σοφιστὴς, ἅμα τῷ προσελθεῖν, ἥλιε δ' ἥλιε, αἰσθῇ. ἐπιτήδευσις δ' ἁπλότητος * σκαλμή ἐστιν.

* αὐτὸ f.
a *L.7.§.60.*
* οἷον f. vel, τ. ἔχει,
b *L.5.§.28.*
c *L.5.§.6.*
* σκαλληή Xyl. σκαιά Boot. σκαμβή Sal.

ANNOTATIONES.

θωλαι, inferiùs conſident, accumbunt. metaphora ab eis qi ad menſam aliis priorem ac ſuperiorem locum concedunt. Subjungit Svidas ex avtore incerto: Κληθεὶς εἰς ἑστίασιν ὑποκατακλίνεται πάντων καταφρονηθείς, ὡς παῖς ἔτι τὴν ἡλικίαν. *Vocatus ad convivium, cedit ac ſe ſubmittit omnibus, ab omnibus contemptus, ut adhuc ætate pueri præditus.* at Plato *Polit. lib.* 1. ὑποκαλλίνεσθαι ἀλλήλοις, utì Marcus iſtic, ſignificatu laxiore dixit, ἀντὶ τοῦ ὑπείκειν ἀλλήλοις, pro *ſibi invicem concedere*, utì ipſe *ibidem* ſe explicat, vel *ſubmittere ſe* potiùs, ſi Marci mentem attendamus.

§. 15. Αὐτῷ φανήσεται] *res ipſa indicabit.* Xylander. ad verbum, *ibi apparebit.* ubi ſcilicet ad rem ipſam ventum fuerit. qod Architecton Athenienſis, ὡς ἔτος ἤρξατο, ἐγὼ ποιήσω, *uti hic dixit, ego faciam.* & Evripides.

Φεῦ φεῦ τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
Φωνήν. ----
Hev, qòd res ipſa vocem nevtiqam obtinent.

Plutarchus in *præcept. polit.* vel qid ſi αὐτῷ *iſtic* pro αὐτόθι, hoc eſt, *illico, confeſtim* ſumatur? affectus iſtiuſmodi ſtatim ſe prodet. Verùm ſubit animum ſuſpicio, fuiſſe, ἀυτὸ φανήσεται. *illud ipſum apparebit*; citra ſermonem ullum ſe prodet. qod & ſeqentia confirmare videntur. Alluſum videtur ad proverbium, qod συντόμως καὶ ἐλλειπτικῶς (in adagiis nimirum uſu communi tritis ſolenne hoc) efferri ſolet, Αὐτὸ δείξει. atqe ità Plato in *Theæteto* deprehenditur extuliſſe: Et ex Platone Ariſtænetus (ſi avtoris nomen id, qod Joſias Mercerus ambigit) *l.* 1. *Ep.* 4. cæterùm Ariſtophanes in Lyſiſtrata integrum exhibuit,

Τἔργον τάχ' αὐτὸ δείξει.

Atqe hoc eſt qod Svidas voluit, ubi dixit, Αὐτὸ δείξει. παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον. *Ipſa res demonſtrabit, indicabit. Proverbium deeſt*, ſupplenda ſcilicet *vox* ἔργον. nam qod Mavſăcus in *Diſſert. Critic.* ἔργον cenſet apud Svidam eò loci idem eſſe, qod eſt Heſychio in *præfat.* ὑπόθεσις. qo loco Diogenianum ait τὰς πλείους τῶν παροιμιῶν ψιλᾶς. κεῖ ἄνευ τῶν ὑποθέσεων τεθειμένας. à Svidæ mente dubio procul qàm longiſſimè aberravit. Idem forſan & cum Svida voluit Heſychius, ubi αὐτὸ δείξει dixit eſſe παροιμίαν ἔξω τῆ ἐπιλόγου εἰρημένην. *paræmiam qa ſine epilogo*, ſive *extrema parte ſui enunciatur.* qanqam neſcius non ſum, poſſe *epilogi* nomine ſubjunctam ſive adjectam orationem aliqam intelligi, qæ paræmiæ rationem explicationémqe contineat. Verùm τὸ ἔργον apud Svidam pro *hypotheſi* ſumi, nemo qiſqam, opinor, καὶ περ ὀλοσχερῶς μόνον περιηγήσας, (ut cum Marco noſtro loqar) Mavſſaco conceſſerit.

Ἐπὶ τῷ μετώπῳ γεγράφθαι] ὡς εὐθὺς συνεμφαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ. *Ut in illa animi virtus ſtatim compareat.* ut Galenus loqitur *hortator. c.* 3. *Frons hominis triſtitia, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis index.* Plinius *lib.* 11. *c.* 37. Cicero *Antonio* inter eas *ad Atticum l.* 14. *Ep.* 15. *Qid mecum per literas agis? unam ob cauſſam mallem coram egiſſes. non enim ſolùm ex oratione, ſed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (ut ajunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes.* Achilles an Neoptolemus Ennianus à Gellio *l.* 19. *c.* 8. lavdatus, *Eo ingenio natus ſum; amicitiam atqe inimicitiam in fronte* (ſive, *in frontem*, ut Nonius) *promptam gero.* vide *l.* 1.§.14. & *l.*7.§.60.

Τοιοῦτον ἔχει εὐθὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει] Ità continuatim exhibet Lugdunenſis. nam Baſilienſis poſt ἔχει comma interſerit. interpretes qi legerint, avt qid ſecuti fuerint, havd eſt facilè conjectu, forſan ὁποῖον ἔχει, εὐθὺς ἐν τ. ὀ. ἰ. *qomodo ſe habeat, ſtatim in oculis extat.* vel, τοιοῦτον ἔχει; εὐθὺς, &c. *ità ſe habet, in oculis extat ſtatim.* forſan avtem, τοιοῦτον ἔχειν, ſive εἶναι, εὐθὺς, &c. *talem eſſe*, ſive, *ſic affectum eſſe, in oculis ſe ſtatim prodit.*

--- *in vultu pignora mentis habet.*

ut Naſo *art. l.* 2. & apud Æſchylum Clytemneſtræ Agamemnon, ſed ſpecie falſà deceptus,

Εὐ γὰρ φρονοῦσης ὄμμα σε καληγορεῖ,
Nam prodit oculus eſſe te affectum probè.

oculi enim *ſunt animi indices.* Cicero *de Orat. perfect. Ut imago eſt animi vultus, ſic indices oculi.* Idémqe *de leg. l.* 1. *Natura ſpeciem ità formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. nam & oculi nimis arguti, qemadmodum animis affecti ſimus, loquuntur. & is, qi appellatur vultus, qi nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores.* Ambroſius *Hexam. l.* 6. *c.* 9. *Imago qadam animi loqitur in vultu.* Evnapius in *Maximo pag.* 67. Τὰς δὲ ὁρμὰς τῆς ψυχῆς διεδήλω τὸ ὄμμα. *Ingenii velocis vigor atqe agilitas ex oculis elucebat.* unde & qidam *oculos animi portas* qaſdam dixere. Adamantius *phyſiognom. lib.* 1. *cap.* 1. ὥσπερ διὰ πυλῶν τούτων ἡ ψυχὴ διαφαίνεται. Alii *feneſtras* per qas mens non proſpicit tantùm, ſed ſe prodit qoqe; & per qas motus atqe affectus animi tranſlucent qodammodo. Lactantius *de opific. Dei c.* 8. *Mens eſt qa per oculos ea, qa ſunt oppoſita tranſpicit, qaſi per feneſtras lucente vitro avt ſpeculari lapide obductas. Et idcircò mens & voluntas ex oculis ſæpe dignoſcitur.* & *c.* 9. *Mens oculis tanqam feneſtris utitur.* & Salvianus *de providen. l.* 3. *c.* 7. *Sciens feneſtras qodammodo eſſe noſtrarum mentium lumen oculorum.* Seneca *de benefic. l.* 2. *c.* 2. *Qi tam paratè fecit, non eſt dubium qin libenter faciat. itaqe lætus facit, & induit ſibi animi ſui vultum.* atqe hoc eſt φαιδρύνειν ἑαυτὸν ἁπλόηπι. ut Marcus *l.*7.§.31.

Ὡς τῶν ἐρασῶν βλέμματι] Tibullus *l.* 1. *Eleg.* 9.

Non ego celari poſſim, qid nutus amantis,
Qidve ferant miti lenia verba ſono.

Qò ſpectant & illa Æſchyli in *Toxotid.* apud Plutarchum *de profect. indic.* & in *amator.* & apud Antigonum *de mirab. narrat.* 127. reſtituente Salmaſio *in Solin.*

Ἄδην μὲν ἀγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀτρίπτη βλεμμάτων ῥίπτει βολή.
Νέας γυναικὸς δ' οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
Ὀφθαλμὸς, ὅστις ἀνδρὸς ἢ γεγευμένη.
Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἱππογυμνάσια.
Ritu puellis nuptiali expertibus
Immotus oculus in terram defigitur.
Nec me puellæ lumina exardentia
Fallant, experta ſi qa jam fuerit virum.
Animus mihi iſta diſcernendi gnarus eſt.

Nec fefellerunt, qi *amorem* dixere non magìs qàm vinum avt ignem poſſe celari. Antiphanes apud Athenæum *l.* 2.

--- κρύψαι, Φειδία.
Ἅπαντα τἄλλα τις δύναιτ' ἂν πλὴν δυοῖν,
Οἴνου τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών.
Ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων,
Καὶ τῶν λόγων τ' ἄν ὥσπερ τὰς ἀριθμήσεις
Μᾶλλον ταῦτα καταφανεῖς ποιοῦσιν.

[ubi nihil opus cum Caſavbono in ſenario penultimo pro τ' ἄν, ταῦθ' reſcribere.]

--- *celare, Phidia,*
Prater duo aliqis reliqa poſſit omnia,
Amore captus ſi ſit, avt ſit ebrius.
Oculis ab ipſis etenim utrumqe proditur,
Itémqe verbis; ut negare qi volunt,
Iſta evidenter arguant mendacii.

Henricus Stephanus. Cui affine eſt, qod Petrus Victorius *var. lect. l.* 18. *c.* 23. pervulgatam eſſe apud ſuos vocem, *Amorem tuſſimqe celari non poſſe.* de igne idem Naſo *Ep.* 12. ubi Medea Jaſoni amorem ſuum exprobans;

Perfide, ſenſiſti. qis enim bene celet amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.

Et Helenæ Paris *Epiſt.* 15.

Sed malè diſſimulo. qis enim celaverit ignem,
Lumine qi ſemper proditur ipſe ſuo?

Et ibidem.

Qà licet & poſſum lector celare furorem:
Sed tamen apparet diſſimulatus amor.

Statius *Achill. lib.* 1.

Nec latet haviſtus amor; ſed fax vibrata medullis,
In vultus atqe ora redit, lucémqe genarum
Tingit. ---

Γράπται] Vide *ad lib.* 5. §. 28.

Ἐπιτηδεύσεις δὲ ἁπλότητος] *Affectatio ſimplicitatis*, qâ qis ſimplex aliis videri ſtudet, ſive pro ſimplici ſe venditat. Dionyſius Halicarnaſſeus in *arte.* Ὁ γὰρ ὄγκος καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἅπαν, ἀνηθοποίητον. *Faſtus, & omne affectatum incompoſitum.* Gregorius Nazianzenus *Epiſt.* 16. ad Evſebium. Οὐ φίλον μοι τὸ τεχνικόν. *Artificium mihi non placet.* Οὐ γὰρ φιλεῖ συγγίνεσθαι φαντασία τε καὶ ἀλήθεια. *Qod imane, ac ſpecie tenus eſt cum rei veritate eſſe non poteſt.* Syneſius *de regno pag.* 14. *C.* Itaqe Tatianus *adv. Græc. pag.* 165. ait ſcriptis propheticis fidem habuiſſe, Διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῶν εἰκότων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῆς τῶ παντὸς ποιήσεως τὸ ἀνεπιτήδευτον. *Qod ſtylus non eſſet phaleratus, nec ulla ſcriptorum affectatio, & ſermo nuſquam obſcurus, &c.*

Σκαλμή ἐστι] obturbat iſtud σκαλμή. Σκαλμὴ Polluci *lib.*

ὁδόν ἐστιν αἴτιον λυκοφιλίας. πάντων μάλιστα τοῦτο φεῦγε. ὁ ἀγαθὸς, καὶ [a] ἁπλοῦς, καὶ εὐμενὴς, ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχουσιν ταῦτα, καὶ ὑ λανθάνει.

a L.7. §.31.
* διαζῆν f.
b L.7. §.31. l.8.§.8.Sup. §.9.

§. 16. Καλλιστα *ἢ ζῆν, [b] δύναμις αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ, ἐὰν [c] πρὸς τὰ ἀδιάφορα ἀδιαφορῇ. ἀδιαφορήσει δέ, ἐὰν [d] ἕκαστον αὐτῶν θεωρῇ διηρημένως καὶ ὁλικῶς. καὶ μεμνημένος, ὅτι [e] ὑδὲν αὐτῶν ἐπιβολὴν περὶ αὐτὸ ἡμῖν ἐμποιεῖ, [f] ὐδὲ ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς. ἀλλὰ [g] πρὸ μὲν αὐτοῦ μένει. [h] ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν, οἱ πρὸς περὶ αὐτῶν κρίσεις γεννῶντες, καὶ οἷον γράφοντες ἑαυτοῖς [i] ἐξὸν μὲν μὴ γράφειν, [k] ἐξὸν δὲ κἂν πρὸ λάθῃ, εὐθὺς ἐξαλεῖψαι. ὅπι [l] ὀλίγου χρόνου ἔσαι ἡ τοιαύτη προσοχὴ, καὶ λοιπὸν πᾶσα [m] ὁ βίος. τί μέντοι δύσκολον καλῶς ἔχειν ταῦτα; [m] εἰ μὲν χαρὰ κατὰ φύσιν ἐστὶ, χαίρε αὐτοῖς, καὶ ῥάδια *ἔσω σοι. εἰ δὲ παρὰ φύσιν, [n] ζήτει τί ἐστί σοι κατὰ τὸν σὸν φύσιν. καὶ [o] δὸς τοῦτο ἀπερύδε, κἂν ἄδοξον

c L.2. §.11. l.6.§.32.l.9. §.1.
d Sup.§.2.
e L.9.§.15.
f Sup.§.11.
g L.4.§.3.
h L.5.§.19.
i L.6. §.52.
k L.5. §.2.
l L.10. §. 11.15.
m L.8.§.26. l.10.§.33.
* f. ἔσαι.
n L.10.§.2.
o L.4.§.12. l.5.§.3.

amicitiâ lupinâ nihil eſt fœdius. hoc omnium maximè fugias. vir bonus, ſimplex, benevolus ità in oculis gerit hæc, ut nevtiqam lateat.

§. 16. Optimè vivendi facultas hæc eſt in anima ſita, ſi adverſùs res indifferentes indifferenter ſe habeat. indifferenter avtem ſe habebit, ſi diviſim & integrè earum unamqamqe conſideraverit, ſimúlqe recordatus fuerit, qòd nihil horum cogere nos poteſt, ut hoc vel illud de ipſo opinemur; nec accedit ad nos, ſed qieſcit; nos avtem ſumus, qi judicia de his proferimus atqe nobis ipſis inſcribimus, cùm nec inſcribere in nobis ſitum ſit, & ſi clanculum irrepſerint, ſtatim obliterare: qódqe ad breve admodum tempus opus futurum eſt cavtelâ hac; tum vita terminabitur. ecqid eſt avtem in his difficile? ſiqidem enim naturæ congrua ſunt, eis oblecta te, & facilia. futura ſunt. ſin præter naturam, inveſtiga, qid ſit naturæ tuæ congruum, & ad hoc te accinge, etiamſi minus glorioſum

ANNOTATIONES.

10. *c.* 38. ex Sophocle, *enſis* nomen barbarum; *Thracum* ſcilicet *peculiaris:* qod ex Heſychio diſcimus. Verùm id iſtic qid velit, nullus aſſeqor. Xylander σκαληνὴ, qomodo Plutarchus ὁδὸν σκαληνὴν vocat, vertitqe, *inſidia tecta.* Sed & alicubi Epiphanius, μηδὲν ὀρθὸν, ἀλλὰ πάντα σκαληνά. *rectum nihil, ſed obliqa cuncta.* D. Bootius vult σκαιὰ, *ſcava, ſiniſtra.* Mericus Caſavbonus *nullo modo laudabilis.* ità qid legerit, incertum eſt. Verùm clariſſimus Salmaſius *Omnino*, inqit, *reſcribendum*; σκαμβὴ ἐσι. Proverbium eſt Græcum, Σκαμβὸν ξύλον ὐδέποτ' ὀρθόν. *Lignum tortum, nunqam rectum.* (Habes apud Svidam, & Apoſtolium proverb. 1801.) Latini hoc nomen etiam ſuum uſu fecerunt. unde apud Svetonium *Othon. c.* 12. *Scambus, & malè pedatus.* Rem nimirùm ipſam acu tetigit. nec qæſitu ulteriùs opus. Σκαμβὴ, διεστραμμένη. Σκαμβὸς; *diſtorta, prava, obliqè ingrediens, torta.* Svidas. qid ſi locum hunc Marci ob oculos habuit.

Οὐδὲν ἐστιν αἴτιον λυκοφιλίας] λυκοφιλία qid ſit, neſcium ſe fatetur Xylander. Explicabit ex Ælio Dionyſio Eviſtathius *ad Il.* ν' ex Menandro Dionyſius. Λυκοφιλίας, ἀντὶ τῦ ὑπόπλους, ὑπούλως. *ſuſpectè, ſubdolè.* Menander,

Λυκοφίλιοι μέν εἰσιν αἱ διαλλαγαί.
Suſpecta pax hæc, tanqam amicitia eſt lupi.

Grotius. Explicabit Plato, in *Epiſt.* 2. *ad Dionyſium* datâ: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, inqit, ταύτη γενόμενα τὴν ἐμὴν πρὸς σὴν λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνίαν διὰ σὲ ἀπειργάσατο. *Hæc avtem ſic geſta, tuam mecum amicitiam lupinam diremit, nóſqe tuâ culpâ diſſociabiles reddidit.* Et Platonem imitatus, Cornelius Epiſcopus Romanus, *Epiſt. ad Fabium Antioch.* apud Evſebium *l.* 6 *c.* 43. de Novato. Οὗτοι οἱ ἄνδρες καταναοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ πολυμηχανίαν, τάς τε ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτῦ καὶ λυκοφιλίαν. *Viri iſti illum obſervantes, & deprehenſâ hominis aſtutiâ & verſutiâ, perjuriiſque & mendaciis, affectu diſſociabili, & lupinâ,* ſive *veteratoriâ, amicitiâ.* Λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνησίαν conjunxit; qemadmodum & Plato, cujus codices hinc corrigendi: & pro ἀκοινωνίαν, qod eſt κόμματος φαύλης, legendum ἀκοινωνησίαν. qa voce uſus eſt & Ariſtoteles *polit. l.* 2. *c.* 3. Alluditur hoc vocabuli ad apologum de induciis ſive fœderibus, qæ cum ovibus lupi aliqando inire volebant, canibus gregis cuſtodibus obſidum loco ſibi traditis, qorum loco ſcilicet catulos ſuos ipſi darent, qò liberiùs deinceps graſſarentur in greges. Eum Samiis narrâſſe primò Æſopum, cùm is à Crœſo poſceretur, avtor eſt Maximus Planudes in *vit. Æſop.* recitâſſe denuo Athenienſibus Demoſthenem, cùm ab Alexandro (non ut Svidas, ab Antipatro) ipſe cum oratoribus aliis depoſceretur, refert Plutarchus in *Demoſth.* eundem παραφρασικῶς extulit exhibuitqe Libanius in *progymnaſm. fab.* 1. pro eo avtem qod λυκοφιλίαν Marcus, ἀλωπεκὴν φιλίαν dixit Leo Imperator ſapientiſſimus dictus in *oraculis* ſuis.

Ἀλωπεκὴν ὑποκριθεὶς τὴν φιλίαν,
Καὶ μακροθύμως χαλινώσας τὴν φρένα,
Ὡς πρέσβυς ἄγαν καὶ πολιός τις ἐχίφρων.
Vulpinâ amicum mente ſimulans ſubdolè,
Patienter ingenium cohibens, ut frano inſitum,
Sicut ſenex valde & canus ſapientiâ.

vide Joannem Rutgerſium *var. lect. l.* 5. *c.* 8.

§. 16. Κάλλιστα δὲ ζῆν] f. διαζῆν. eſt enim novi argumenti exordium.

Ἐὰν ἕκαστον αὐτῶν θεωρῇ διηρημένως] vide *ſuprà* §. 2. & *l.* 3. §. 11.

Οὐδὲν αὐτῶν ὑπόληψιν περὶ αὐτὸ ἡμῖν ἐμποιεῖ] Vide *ſuprà* §. 11. & *lib.* 9. §. 15.

Εὐθὺς ἐξαλεῖψαι] Vide *l.* 8. §. 47.

Ὀλίγου χρόνου ἔσαι] Vide *l.* 10. §. 11, 15.

Χαῖρε αὐτοῖς καὶ ῥάδια ἔσω σοι] ἔσαι forſan. Ità Joannes *Epiſt.* 1. *c.* 5. *v.* 3. Αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. *Præcepta ejus non ſunt gravia.* Vide *l.* 8. §. 26. & *l.* 10. §. 33.

Ἐπὶ τοῦτο σπεῦδε, κἂν ἄδοξον ᾖ] Hoc eſt qod Pythagoras, Κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν. *Etiamſi hoc faciens minus glorioſus ſis futurus.* Vide *ad l.* 9. §. 18. Baſilius Cæſar. *Orat.* 24. *pag.* 583. *C.* & ex eodem Simeon Magiſter *Orat.* 1. Οὐκ ἔστιν ὃ μᾶλλον φευκτέον ἐστὶ τῷ σωφρονοῦντι, τοῦ πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα περισκοπεῖν, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου, ὥστε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀντιλέγειν, κἂν ἀδοξεῖν, καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ δίκη, μηδὲν αἱρεῖσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παρακινεῖν. *Non eſt aliud qicqam agè fugiendum ſapienti atqe gloria ſtudere, & ea qærere qæ multitudini placeant, & rationem vitæ ducem non rectam habere. Ex qo omnibus pariter hominibus honeſti gratia reſiſtere: præterea ignominiam, labores, periculáqe ſubire: neqe ab iis, qa recta eſſe cognoſcimus, ullo modo diſcedere fas erit.* Epictetus item *enchir. c.* 34. Ὅταν τι διαγνῷς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῆς, μηδέποτε φύγῃς ἐφ' ᾧπερ πράσσων αὐτὸ, κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ ἔργον φεῦγε. εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς; *Quem facis aliqid, qod faciendum eſſe ſtatuiſti, nunqam recuſes inter id agendum conſpici: tametſi futurum eſt, ut vulgus de eo ſecus judicet. Nam ſi perperam facis, rem ipſam fuge. Sin rectè, qid eos vereris qi non rectè reprehendunt.* Ità Apoſtolus ad cœleſtia contendit, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, *per gloriam & dedecus. ad Cor. Ep.* 2. *c.* 6. *v.* 8. Plutarchus *de audiend.* Οὐ γὰρ μόνον, ὡς φησι Φωκυλίδης,

Πολλ' ἀπατηθῆναι δίζημενον ἔμμεναι ἔσθλον.

ἀλλὰ καὶ γελασθῆναι δεῖ πολλὰ καὶ ἀδοξῆσαι. *Non enim duntaxat, qod apud Phocylidem eſt,*

Qi vult eſſe probus, falli hunc perſæpe neceſſe eſt:

ſed & derideri oportet ſæpe, & ignominiam ferre. Ubi obiter adnotâſſe havd pigebit, verſum illum, qem Plutarchus Phocylidæ vindicat, pavlò aliter à Clemente *Strom. l.* 5. *pag.* 615. *B.* concipi,

— πολλὰ πλαηθῆναι — &c.

eâ nempe notione qâ Ulyſſes πολυπλανὴς, & πολύπλαγκτος, *errabundus* dicitur, *odyſſ. ρ. v.* 511. Epictetus *enchir. c.* 12. Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμενον, ἔστω σοι τῶν ἐκτὸς δόξαι καὶ ἠλίθιος. *Si qid proficere vis, ne recuſa, qo minus ob res externas, amens & fatuus habearis.* qod Anaxagoræ obtigiſſe refert Laërtius *l.* 2. Οἷον γάρ ἐστι τὸ αὐτόπτου ὄντος ἀπολειφθῆναι, διὰ τὸ μὴ νομισθῆναι τοῖς ἀνοήτοις ἀνόητον; *Qa enim ratio eſt in amentia perſiſtere, nè amentibus amens videare?* Simplicius *comment. in Epictet. ibidem.* Socrates apud Senecam *Ep.* 71. *Ut ſis beatus, & te alicui ſtultum videri ſine.* Lactantius *inſtit. l.* 5. *c.* 14. *Non poteſt qiſqam juſtus eſſe, qod eſt cum vera ſapientia conjunctum, niſi idem ſtultus eſſe videatur.* Dionyſius *de divin. nomin. c.* 7. §. 4. Ἓν οἶδεν ὁ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐνωθεὶς, ὅτι ἓν ἴσμεν, κἂν οἱ πολλοὶ ναθετοῦσιν αὐτὸν ὡς ἐξεστηκότα. *Probè novit qiſqis unitus eſt veritati, qamvis eum multi ut amentem arguant.* Ità de Domino Chriſto ipſi propinqi ejus dicebant, ὅτι ἐξέστη, *apud ſe non eſſe.* Marc. *c.* 3. *v.* 21. Æſchylus *Prometh.*

Κέρδιστον ἓν φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.
— *Utiliſſimum eſt,*
Minimè videri ſapere, cùm ſapias tamen.

Si-

rioſum ſit. venia enim cuique habenda eſt, qi bonum ſuum ſectatur.

§. 17. Cogita tecum, unde prodierit unumquodque, & ex qibus conſiſtat, & in qid mutet, & ubi mutaverit, qale futurum ſit, & qod nautando mali nil patitur.

§. 18. De eis qi adverſùs te delinqunt cogita: Primò, qam relationem ad illos habeas. qódque alteri alterius cauſſâ nati ſumus: tu autem ſpeciali qadam ratione etiam illis præfectus, ut gregi aries, armento tavrus. qin & altiùs rem repete: vel atomos obtinere, vel naturam univerſa diſponere. hoc ſi eſt, deteriora conſtat præſtantiorum cauſſâ eſſe condita, præſtantiora ſui invicem.

Secundò cogita, qales ſint ad menſam, in lectulo alibi. præſertim verò, qas à decretis intùs ſitis neceſſitates perpetiantur: qantâque cum prudentiæ opinione hæc ipſa, in qibus delinqunt, agant.

Tertiò, qòd, ſi hæc rectè faciunt, ægrè ferre non oportet: ſin minùs, nolentes utique &

§. [a] πανὶ γὰρ συγγνώμη τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ζητοῦντι. a L.6. §. 27.

§. 17. [b] Πόθεν ἐλήλυθεν ἕκαστον, καὶ [c] εἰς τίνων ἕκαστον συγκεκριμένων, καὶ [d] εἰς τί μεταβάλλει, καὶ [e] οἷον ἔσται μεταβάλλον, καὶ ὡς [f] οὐδὲν κακὸν πείσεται. b L.3. §.11. c L.9.§.36. d L.8.§.18. e L.12. §.24. e L.8. §. 21.

§. 18. [Καὶ] πρῶτον, [g] τίς ἡ πρὸς αὐτούς μοι σχέσις. καὶ ὅτι [h] ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. καὶ καθ' ἕτερον λόγον, [i] παρεσημάνθην αὐτῶν γέγονα, ὡς κριὸς πόιμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης. ἄνωθεν δὲ ἔπιθι, [k] εἰ μὴ ἄτομοι, [k] φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα. εἰ τοῦτο, [l] τὰ χείρονα τῶν κρειττόνων ἕνεκεν. [m] τοῦτο δὲ ἀλλήλων. f L. 10. §. 19. f L. 4. §. 42. g L.8.§.27. h L. 2. §. 1. i L. 9. §. 39. k L.10. §.6. l Sup. §. 10. m L. 5.§.16.

Δεύτερον δέ, [n] ὁποῖοί τινές εἰσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐν τῷ κλινιδίῳ, τἄλλα. μάλιστα δέ, [o] οἵας ἀνάγκας δογμάτων κειμένας ἔχουσιν. καὶ αὖτε δὲ [p] μεθ' οἵας τύφου ποιοῦσι. n L. 3. §. 4. o L. 8. §. 14. p L. 9. §. 34.

Τρίτον, ὅτι εἰ μὲν ὀρθῶς τοῦτο ποιοῦσιν, [*] δῆλον ὅτι δυσχεραίνειν. εἰ δ' οὐκ ὀρθῶς, [*] δηλονότι [q] ἄκοντες καὶ * δηλονότι q L.7. §.62.

ANNOTATIONES.

Siqidem ut Apoſtolus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 2. *v.* 14. *Τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, μωρία τῷ ψυχικῷ ἐστι. Qæ ſunt ſpiritus Dei. Sunt enim animalis ſtultitia.* & *c.* 1. *v.* 18. *Ὁ τοῦ σταυροῦ λόγος τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία. τοῖς δὲ σωζομένοις δύναμις Θεοῦ. Sermo illo de cruce, iis quidem qi pereunt, ſtultitia eſt: iis autem qi ſervantur potentia Dei eſt.* & qod Plato *Epiſt.* 2. *Σχεδὸν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀνθρώπεια. οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς ἐνφυεῖς (ἐνσεβεῖς, potiùs) θαυμαστότερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. Nulla ſunt enim, qa dicta ad populum magis ridicula videantur: neqe qa apud ingenioſos prolata, magis mirabilia & divina.* Vide Epictetum *Enchir. c.* 23. *ad l.* 4. §.12. Vide & *l.* 5. §. 3. & *l.* 6. §. 2.

A

Πανὶ γὰρ συγγνώμη τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ζητοῦντι] Vide *ad l.* 6. §. 27. Cato Uticenſis, referente Plutarcho *pag.* 783. *D. Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ ὅ τις νομίζει τῶν ἀγαθῶν μέγιστον, ἐτέρῳ μὴ παρίησι; Qid enim miri, ſi qod qis ſummum arbitratur bonum, non concedat alteri.*

§. 17. Πόθεν ἐλήλυθεν] vide *l.* 8. §. 3. & *l.* 3. §. 11. & *l.* 6. §. 36.

Οἷον ἔσαι μεταβάλλον] vide *l.* 8. §. 21.

Οὐδὲν κακὸν πείσεται] Vide *l.* 4. §. 42. & *l.* 7. §. 23.

§. 18. Καὶ πρῶτον μὲν] Καὶ illud παρέλκον videtur. qmodo Hebræis in ſcriptorum exordiis creberrimé. Proponit varias conſiderationes, qibus animi impetus ad offenſationem & iracundiam in injuriis illatis proclivis, reprimatur, & in affectione placida & tranqilla contineatur. eas alibi ſæpe priùs inculcatas, prout ex locorum collatione videre eſt, hoc loco ſimul uno qaſi faſciculo comprehenſas, veluti per ſynopſin qandam, ob oculos conſtituere viſum eſt.

Τίς ἡ πρὸς αὐτούς μοι σχέσις] Vide *l.* 8. §. 27. & *l.* 9. §. 22.

Ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν] Vide *l.* 2. §. 1. & *l.* 8. §. 56, 59.

Προσημάνθην αὐτῶν γέγονα] Haccine Marcus, ut imperator, an ut philoſophiæ ſtudioſus? utroviis enim modo accipere licet. Plato *Dionyſio Ep.* 4. *Νῦν ὦν δῆλον μέν ἐκεῖνο ὃ λέγω, ἀναμιμνήσκειν δὲ ὑμᾶς δεῖ ὑμᾶς αὐτούς, ἅτε προσήκοντα, πλέον ἢ παίδων, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν. Manifeſtum ſanè eſt qod dico: meminiſſe autem debemus, qoniam nos, ut te non latet, plus aliis qam puoris antecellere.* ſed illâ potiùs ratione, opinor; ὡς ἄρχων *l.* 3. §. 5. qanqam poteſt & utroqe.

B

Ὡς κριὸς πόιμνης] Οἱ μὲν τῶν αἰγῶν ἡγεμὼν, τράγος. ὁ δὲ οἶων, κριὸς καὶ κῖλος. τῶν δὲ βοῶν, ταῦρος. *Caprarum quidem dux hircus, ovium qe aries. boum autem tavrus.* Pollux *l.* 5. *c.* 12. §. 19. de Ulyſſe Priamus *Iliad.* γ'. *v.* 196.

Αὐτὸς δὲ, κῖλος ὤς, ἐπιπαλεῖαι εἴκυια ἀνδρῶν,
Ὅς τ' οἶον μέγα πῶυ διέρχεται ἀργεννάων.
Ipſe verò cum gregis dux obit ordines virorum:
Qi ovium gregem magnum oberras candidarum.

qod in Cleanthem detorſit Timon, ut Laërtius *l.* 7. & de Æneæ poeta *Il. v. v.* 492.

Λαοὶ ἕποντ', ἀστεῖ τε μετὰ κῖλλον ἴσαντο μῆλα.
Copiæ ſeqebantur, ut poſt arietem ſequuntur pecudes.

Ἡ ταῦρος ἀγέλης] Achilles Tatius *Leucip. l.* 2. *pag.* 101. *Edit. Salmaſ.* Βαδίζει ταῦρος ὑψαυχενῶν, καὶ ὥσπερ ἐπιδεικνύμενος, ὅτι τῶν ἄλλων βοῶν ἐστι βασιλεύς. *Incedit tavrus is cervice ſublatâ ſic, ut aliorum ſe regem eſſe oſtendat.* De Agamemnone *Il.* β. *v.* 480.

Ἠΰτε βοῦς ἀγέλῃφι μεγ' ἔξοχος ἵπλετο πάντων
Ταῦρος. ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι.
Velut bos in armento longe eximius inter omnes
Tavrus, hic enim boves excellit congregatas.

C

Et Flaccus *Sat.* 3. *Viribus editior, —— ut in grege tavrus.* Polybius *Hiſt. l.* 6. *c.* 3. Καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τούτων (πλήθους ἀνθρώπων) συναθροιζομένων, ὅπερ εἰκὸς

D

κατὰ τοῦτο τὸ ἀμόφυλον συναγελάζεσθαι, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνθρίνεαν. *ἀνάγκη τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ψυχικῇ τόλμῃ διαφέροντα, τούτων ἡγεῖσθαι καὶ κρατεῖν καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γενῶν τῶν ἀδοξοποιήτων ζώων θεωροῦμεν. τοῦτο χρὴ φύσεως ἔργον ἀληθινώτατον νομίζειν. παρ' οἷς ὁμολογουμένως τὰς ἰσχυροτάτας ὁρῶμεν ἡγεμονίας. λέγω δὲ ταύρους, κάπρους, ἀλεκτρυόνας, τὰ τούτοις παραπλήσια. Sicut in aliis animalibus, etiam in hominibus uſu venit qando coadunantur. (nam & hæc ratiani conſentaneum eſt, ut ejuſdem generis animalia eadem congregentur propter naturæ infirmitatem,) tum inqam neceſſe eſt, ut qi robore corporis & præſentiâ animi atqe audaciâ præſtant cæteris, ducatum atqe imperium in cæteras obtineat: qod ipſum in aliis qoqe animalibus, qa non opinionibus adventitiis, ſed unius naturæ inſtinctu ducuntur, qum cernimus uſu venire, natura id opus eſſe certiſſimum debemus credere. Nam & in illis ducum officio ſine contraverſia robuſtiſſimos qeſqe fungi videmus: puta tavros, apros, gallos gallinaceos & id genus alia animalia.* Videtur autem Marcus hîc ob mentem habuiſſe Epicteti illa, *Diſſert. l.* 3. *c.* 1. *Σὺ ὧν τίς εἶ ἐνταῦθα; μῶν ἐπὶ ἐκεῖνα, ἅτι ἄτος εἶμι, ᾧ δεῖ μέλειν ἀνθρώπων. οὐδὲ γὰρ λέγεται τὸ τυχὸν βοίδιον ταλαιπωρεῖν ἀντισήκωμα αὐτῷ. ὧν δ' ὁ ταῦρος προσελθὼν ἀνθίσεται; λέγε αὐτῷ, ὅτι σοι δόξῃ, σὺ δὲ τίς εἶ; ἄνθρωπος, ἐν παντὶ γένει φύσεως τί ἐξαίρετον, ἐν βυτῖνι, ἐν κυσίν, ἐν μελίσσαις, ἐν ἵπποις. μὴ δὴ λέγε τῷ ἐξαιρέτῳ, Σὺ ὢν τίς εἶ; εἰ δὲ μή, ἐρῶ σοι φωνὴν λαβών, ἐγώ εἰμι τοιοῦτος, οἷον ἐν ἱματίῳ πορφύρα. μή μ' οὖν ἄξιον ἡγοῦ τοῖς ἄλλοις. ἡ τῇ φύσει μὴ μίμῃ, ὅτι μὲ διαφέροντα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐποίησε. Tu ergò qis hac loco es? magnum eſt profiteri, eum eſſe me cui homines curæ eſſe debeant. Neqe enim qilibet bucula leoni reſiſtere audet. Si verò tavrus illi tre obviam atqe reſiſtere ausus fuerit, dic, ſi videbitur, illi, tu verò qis es? Homo, in qolibet genere aliqid eximium naſcitur; in bobus, in canibus, in apibus, in equis. Noli ergò dicere eximio, tu ergò qis es? Aliqi ſi fortaſſe vocem aliunde acceperit, tibi dicet: talis ſum qalis in veſtimentis eſt purpura. Noli poſtulare, ut ſim aliorum ſimilis, nec naturam meam increpa, qod me ab aliis diverſum feceris.* Idem *l.* 1. *c.* 2. *Σὺ ἑαυτὸν ἡγῇ μίαν τινὰ εἶναι κρόκην τῶν ἐκ τοῦ χιτῶνος; τί οὖν σοι ἔδει φροντίζειν, πῶς ἂν ὅμοιος ἦς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις; ὥσπερ καὶ ἡ κρόκη πρὸς τὰς ἄλλας κρόκας θέλει τι ἔχειν ἐξαίρετον. ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι, τὸ ὀλίγον ἐκεῖνο, καὶ στίλπνον, καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον ἐνχρηστεῖσθαι καὶ καλά. τί οὖν μοι λέγεις, ὅτι ἐξομοιώσῃ τοῖς πολλοῖς; καὶ πῶς ἔτι πορφύρα ἔσομαι. Tu te unum qoddam tunicæ filum eſſe exiſtimas. Qid ergò tibi curandum erat? Qemadmodum aliis hominibus eſſes ſimilis, ſicut nec filum aliqid præ cæteris filis eximium poſtulat. Ego verò purpura eſſe volo, exiguum illud & nitidum: qod in cauſſa eſt, ut cætera decora & pulcra eſſe videantur. Qid ergò me jubes vulgo fieri ſimilem? qi enim adhuc ero purpura?* qem locum eò lubentior adduxi, qò ab interpunctione laborantem, qod interpreti impoſuit, reſtituerem. Et pavlò pòſt ibidem. Ὁ ταῦρος, λέγετε, ἐπελθόντος, μάχῃ αἱσθάνεται τῆς αὐτοῦ παρασκευῆς, καὶ προβέβληκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς ἀγέλης. *Tavrus ingruente leone ſolus inſtructionis ſuæ meminit, ſeqe pro armento opponit.*

E

Εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα] vide *l.* 9. §. 39. & *l.* 10. §. 6.

F

Τὰ χείρονα τῶν κρειττόνων ἕνεκεν] vide *ſuprà* §. 10. & *l.* 5. §. 30.

Ὁποῖοί τινές εἰσιν] vide *l.* 3. §. 4. & *l.* 10. §. 13.

Οἷας ἀνάγκας δογμάτων] vide *l.* 8. §. 14.

Μεθ' οἵου τύφου] qod *l.* 9. §. 34. ὅσον ὄιησις. qanqam hîc malim *prudentiæ opinionem*, qàm *faſtum* vertere: qanqam & iſta faſtu ſufflat. Vide *ad lib.* 2. §. 15.

Ἄκοντες] vide *l.* 7. §. 62. Πάντας ἄκοντας ἁμαρτάνειν, dogma

a L.2.§.1. καὶ [a] ἀγνοοῦντες. [b] πᾶσι γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στέρε-
b L.7.§.63. ται, ὥσπερ ⁑ ἀληθοῦς, ὕτως καὶ ⁑ [c] καθ' ἀξίαν ἐκά-
c L.8.§.29. στῳ προσφέρεσθαι. ἄχθονται γοῦν ἀκόντες ἄδικοι, καὶ ἀγνώμονες, καὶ πλεονέκται, καὶ καθάπαξ ἁμαρτητικοὶ πρὸς τοὺς πλησίον.

d L.7.§.26. Τέταρτον, ὅτι καὶ [d] αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις,
e L.7.§.70. καὶ [e] ἄλλῳ * πιστῷ εἶ. καὶ εἴ τινων ἧς ἁμαρ-
*-λως f. τημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ [f] τλύ γε ἔξιν πονηρικὴν
f L.1.§.17. *-ἴχοις * ἔχεις, εἰ καὶ μὴ δι' δειλίαν, ἢ δοξοκοπίαν, ἢ τοιοῦτό τι κακὸν ἀπέχῃ τῶν ὁμοίων ἁμαρτημάτων.

g L.9.§.38. Πέμπτον, ὅτι ⁑ οὐδὲ εἰ ἁμαρτάνουσι κατείλη-
h L.4.§.51. φας. πολλὰ γὰρ καθ' [h] οἰκονομίαν γίνεται.

neſcientes agunt. omnis etenim anima, prout veritate privatur invita, ſic etiam erga qemqe pro dignitate cujuſqe gerendi ſe peritiâ. itaqe injuſtos, ingratos, avaros, vicinis injurios dici ſe non ſuſtinent.

Qartò, qòd & ipſe multa peccas, & aliàs ejuſmodi es planè, qales illi ſunt. atqe etiamſi peccatis qibuſdam abſtineas, habes tamen intra te habitum talia perpetrare proclivem, licèt vel ignaviæ, vel famæ, vel aliûs alicujus ratione à peccatis paribus te cohibeas.

Qintò, qòd nec an peccaverit etiam, noſti fatìs. multa enim per diſpenſationem geruntur. at-

ANNOTATIONES.

gma Stoicum. Epictetus *l.* 1. *c.* 18. nec horum duntaxat, ſed ſapientum omnium ſi Platoni credimus; ſic enim is in *Protagor. pag.* 240. *B.* Ἐγὼ γὰρ σχεδόντι οἶμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἑκόντα ἐξαμαρτάνειν, οὐδὲ αἰσχρά τε καὶ κακὰ ἑκόντα ἐργάζεσθαι. ἀλλ' ἴσασιν, ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ κακὰ ποιοῦντες, ἄκοντες ποιοῦσι. *Arbitror eqidem ſapientem nullum putare, qenqam hominum eſſe qi ultro aberret, maláqe & turpia ſponte committat. Sciunt etenim, qod qi mala turpiaqe committunt, prater voluntatem peccant.* qi & idem in *Hipp. maj. pag.* 1255, *D.* Κακὰ δή γε πολὺ πλείω ποιοῦσιν ἢ ἀγαθὰ πάντες ἄνθρωποι, ἀεξάμενοι ἐκ παίδων. καὶ ἐξαμαρτάνοντας ἄκοντες. *Mala verò multò plura qàm bona omnes homines ſtatim ab ineunte ætate omnem vitam agunt, neqe ſponte delinqunt.*

Ἄκοντες καὶ ἀγνοοῦντες] Itaqe hoc utroqe nomine (ſi verum iſtud) veniâ ac miſericordiâ digniores; ut *l.* 2. §. 13. Οἷς πολλὴ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικήσῃ, ἢ ψεύσηται, ἢ ἄλλό τι κακὸν ποιήσῃ. καὶ οἱ νόμοι δή που πολὺ χαλεπώτεροί εἰσι τοῖς ἑκοῦσι κακὰ ἐργαζομένοις, καὶ ψευδομένοις, ἢ τοῖς ἄκουσιν. *Quandoqidem multum ignoſcitur illi, qi per ignorantiam injuriam infert, mendacium loqitur, vel aliud qicqam committit mali: legéſqe in eos ſeverius animadvertunt, qi volentes mala faciunt, mentiuntúrqe, qam qi nolentes.* Plato *Hipp. min. pag.* 257. *E.* & Demoſthenes *adv. Midiam pag.* 610. *A.* Οἱ περὶ τῆς βλάβης νόμοι πάντες, ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν. ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν. ὁ μὲν γὰρ παθὼν, παντα χῇ βοηθείας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν. τῷ δράσαντι δ' οὐκ ἴσην τὴν ὀργὴν, ἂν δ' ἑκὼν, ἂν δ' ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος. ἔπειθ' οἱ φονικοὶ, τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτείνοντας, θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων, ζημιοῦσι. τοὺς δ' ἀκουσίως, ἀϊδίοις καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. *De dato damno leges omnes, ſi qis volens dammum dederit, duplum: ſi invitus, ſimplum pro dato damno ſolvere jubent. Æqum enim eſt, ut ut factum eſt, adjuvetur; ſonti autem non eandem pœnam ſtatuit, ſive volens, ſive invitus fecerit. Deinde leges capitalium facinorum, cædes conſilio factas, morte perpetuóqe exilio & publicatione bonorum puniunt. qi autem fortuitò cadem fecerunt: cum his multò remiſſius & humanius eſſe agendum ſanxerunt.*

Ἄκουσα στέρεται τῆ ἀληθοῦς] Ex Platone. Vide *l.* 7. §. 63.

Αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις] Hoc eſt qod primo loco cogitandum propoſuit Antonius Epicureus in ſcripto ſuo περὶ τῆς τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐφεδρείας, cujus meminit Galenus *de affectib. dignoſcend. & curand. c.* 1. Ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλὰ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἁμαρτάνομεν. *Qod & ipſi plerumqe perinde ac alii erramus.* Seneca *de ira l.* 1. *c.* 14. *Cogitet, qàm multa contra bonum morem faciat; qàm multa ex his qa egit, veniam deſiderent. jam iraſcetur etiam ſibi. nunqam enim aqus judex aliam de ſua, aliam de aliena cauſſa ſententiam fert. nemo invenitur, qi ſe poſſit abſolvere: & innocentem qiſqe ſe dicit reſpiciens teſtem, non conſcientiam.* Æſchylus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3.

Ἁμαρτάνει τι καὶ σοφῶν σοφώτερος.
Peccat aliqando, ſapiente & qi plus ſapit.

Et ad Marcum propiùs accedens Jacobus *Ep. c.* 3. *v.* 1. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. *In multis offendimus omnes.* Ad qem locum Beda noſter; *Non dixit offenditis, ſed offendimus, inqit: & in multis, præmiſit; omnes, ſubjunxit.* Et Avguſtinus *Epiſt.* 29. *Non in uno, ſed in multis; nec qoſdam, ſed omnes dicit.* Vide *ad l.* 7. §. 26.

Καὶ ἄλλος τοιοῦτος εἶ] qod *l.* 7. §. 79. εἷς ἂν τῶν φαύλων. *alius ejuſmodi.* qomodo in paræmia dicitur, ἄλλος ὕτος Ἡρακλῆς. *alius*, ſive, *alter*, *iſte Hercules eſt.* id eſt alter ejuſmodi qalis Hercules. de Titorno uſurpatum. Ælianus *l.* 12. *c.* 22. qò facit Platonis illud adductum *ſuprà ad l.* 10. §. 30. fortean tamen, ἄλλως legendum. *aliàs*, ſive *aliis in rebus, ipſe paria peccas.* ἄλλο τι ὁμοιδίς. *aliud qidpiam ejuſmodi. l.* 7. §. 26. παρόμοιόν τι. *ejuſmodi aliqid. l.* 10. §. 30.

Vitia habes alia, etiam haud fortaſſe minora.

Flaccus *Sat.* 3.

Ἀλλὰ τήνγε ἕξιν ποιηλικὴν ἔχεις] Malim, ἔχοις. atqe ità reddidit interpres uterqe. *habes dogmata gemina* ut *l.* 7. §. 26. vel *affectus pariter vitioſos.* & paria itaqe nî aliud obſtaret, puta ſupplicii vel opprobrii formido, admitteres, vel admittere aliqando poteris. qod Apoſtolus innuit, *ad Gal. c.* 6. *v.* 1. verbis illis, Σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. *Conſiderans temetipſum, ne & tu tenteris.* Ariſtoteles *de rhetor. ad Alex. c.* 37. Ἐπιεικές τι καὶ δίκαιον καὶ συμφέρον ἐστὶν συγγνώμην ἔχειν. τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν κοινὸν πάντων ἀνθρώπων. καὶ οὐδεὶς οἴδεν, εἴ τι τοιοῦτον αὐτῷ συνεμπίσῃ. *Æqum, & juſtum, & conducibile eſt ignoſcere. Nam omnium hominum per imprudentiam delinqere commune eſt. Et nemo novit, ſi qid aliqando ſibi hujuſmodi eventurum ſit.* Optimè Plinius minor *l.* 6. *Ep.* 22. *Optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qi ceteris ità ignoſcit, tanqam ipſe qotidie peccet; ità peccatis abſtinet, tanqam nemini ignoſcat.*

Διὰ δειλίαν] ſcilicet qod Naſo *amor. l.* 1. *eleg.* 4.

Si qa metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt:
Qa qia non potuit — (metu nimirum coercita)
— *non facit, illa facit.*

Itaqe Plavtus *Stich.* 1, 2.

Ubi facillimè ſpectatur mulier qàm ingenio eſt bono?
Cui maleſaciendi eſt poteſtas, qæ, nè faciat id, temperat.

Vacat enim abſtimentia teſtimonium, cùm licentia eripitur. Tertullianus *adverſ. Marc. l.* 1. *c.* 29. & ut Flaccus *l.* 1. *Ep.* 17.

Oderunt peccare (etiam) mali formidine pœna.

ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς κυνὸς ἢ *γαλῆ, [*γαλὸς perperam vulgo] ψόφῳ τῶν ἡδονῶν ἀποτρεπόμενοι, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀποβλέποντες. *Qemadmodum morſu canis aut ſtrepitu felis voluptatibus deterriti, & ad periculum reſpicientes.* Plutarchus *de virt. moral. pag.* 446.

— *tolle periclum,*
Jam vaga proſiliet frænis natura remotis.

Flaccus *l.* 2. *Sat.* 7.

Ἡ δοξοκοπίαν] vide *l.* 12. *c.* 4. apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 9. Philiſcus, an Philemon. tribuit illi Grotii editio: huic Geſneri: huic item Antonius *Meliſſ. l.* 1. *c.* 13. & Maximus *c.* 5.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέχεται,
Ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα κρατεῖν μὴ λαμβάνων,
Ἔχειν δυνάμενος κρατεῖν ἀζημίως.
Οὐδ' ὅς γε ταῦτα πάντα διατηρεῖ μόνον,
Ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν
Εἶναι δίκαιος, κ' ὢ δοκεῖν εἶναι θέλει.
Non juſtus, omnis abſtinens injuria eſt,
Sed qi nocere cùm poteſt, tunc abſtinet:
Nec qi recuſat parva, ſed qi maximis
Tentatus, animi robur invictum gerit.
Nec qiſqis iſta qolibet præſtat modo;
Sed qi doloſi neſcius fuci, integrâ
Probitate, juſtus eſſe, non credi, ſtudet.

Grotius. Alluſit ad Æſchyli illud in *Theb.*

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει.
Eſſe, haud videri, enim elaborat optimus.

vide *l.* 8. §. 1.

Πολλὰ γὰρ καθ' οἰκονομίαν γίνεται] *Multa*, inqit, *per diſpenſationem qandam fiunt.* Non *divinam* qidem eam, de qa Xylander intellexiſſe videtur; cùm vertit, *Qadam enim fato fiunt.* ſiqidem non *qadam*, ſed *omnia* in univerſum, *fato fieri*, ſtatuebant Stoici. ſed *humanam*, provt & Anglus rectè cepit. in qem eundem ſenſum Epictetus pariter *l.* 3. *c.* 14. Τῶν πραττομένων, τὰ μὲν προηγουμένως πράττονται, τὰ δὲ κατὰ περίστασιν, τὰ δὲ καθ' οἰκονομίαν, τὰ δὲ κατὰ συμπερίφοραν, τὰ δὲ καθ' ὑπόκρισιν. *Qorum qa aguntur partim præcipuè ſpectantur, partim fiunt ratione temporis, partim de induſtria certóqe conſilio, partim obſeqii cauſſâ, partim ex inſtituto vitæ.* qo de loco videri poterit Hieronymus Volfius in *Annot.* Membrum illud qod attinet, qod hîc Marcus attingit: καθ' οἰκονομίαν fieri aliqid dicitur, cùm aliud qidpiam ſpecie tenus geritur, qàm qod vel intenditur, vel revera ſubeſt. Indè fit, ut qædam mali ſpeciem præ ſe ferant, qæ tamen, cùm alio fine, aliâqe ratione peragantur, qàm primo aſpectu videri poſſit,

* Cùm, *Acidalius.*

atqe omnino multa priùs edocearis oportet, qàm de facto alieno certi qicqam ſtatuere poſſis.

Sextò, qando qàm maximè indignaris, vel ægrè fers, memineris momentaneam eſſe vitam humanam, omnéſqe nos brevi componendos fore.

καὶ ὅλως πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τὶς περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καταληπτικῶς τι ὑποφήνηται.

Ἔκπαν, ὅτι [a] ὅταν λίαν ἀμαναχτῆς, ἢ καὶ δυσπαθῆς, [b] ἀκαιρεῖ ὁ ἀνθρώπειος βίος, καὶ [c] μετ' ὀλίγον πάντες [d] ἐξεπάθημεν.

a L. 7 §. 58.
b L. 4. §. 48
c L. 12. §. 21
d L. 4. §. 3.

Ἐξ-

ANNOTATIONES.

poſſit, culpâ omni prorſus carere cenſentur. *Oeconomia* iſtiuſmodi fuit, qòd copiæ Iſraëliticæ, qaſi formidine perculſæ ad Ajenſium incurſum in fugam ſeſe dabant, qò ab urbe ſua iſtos longiùs electarent. Joſuæ *Hiſt. c. 8. v. 15.* vide Origenem *adv. Celſ. l. 1. ad l. 3. §. 4.* qòd Jehu rex Iſraëlis, Baälis colendi cupidum ſimulabat ſeſe, cùm ejuſdem cultores comprehendendi & peſſundandi conſilia apud ſe coqeret. *Reg. Hiſt. l. 4. c. 10. v. 19.* qòd Solomon de infante diſſecando ſententiam tulit. *Reg. l. 3. c. 3. v. 25.* cui non abſimile Claudii imperatoris illud, qi fœminæ filium ſuum non agnoſcenti, matrimonium juvenis indixit. Svetonius *l. 5. c. 15.* qòd Carolus magnus patrem & filium maleficii reos habitos, cùm ſontem alterum, alterum inſontem eſſe compertum haberet, utroſqe duci juſſit, qò alter ſe prodendo alterum liberaret. **And.** Iſern. *de ſevâ.* qòd Archimandrita qidam Ægyptius, qi qò **monachum** juvenem à libidinis flammis, qibus uſtulari ſe conqeſtus **eſt**, liberaret, ſubornavit qi conviciis hominem inſectaretur, & **poſt** injuriam illatam, innocentem inſuper **apud** ſeſe deferret. Hieronymus *ad Ruſtic.* qòd Davus **Terentianus** Myſin cum puerulo in viam provoluturum ſe minatur *Andr. 4. 5.* Nec deſunt ex antiqis, qi patriarcharum piorúmqe aliorum lapſus in ſacris literis proditos, hoc *æconomiæ* prætextu eant excuſatum. Origenes *Stromat. l. 6.* qò Jacobi mendacium excuſet Eſavum ſeſe profitentis *Geneſ. c. 27. v. 19.* poſt adducta Platonis illa ex *polit. l. 3. pag. 611. C.* Τῷ ὄντι θεοῖς μὲν ἅπαν ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει. *Conſiderandum eſt*, inqit, *qomodo Philoſophus cavtè dixerit, Deo indecens & inutile eſſe mendacium, hominibus non interdum inutile*; & *qòd ne per diſpenſationem qidem* (hoc eſt, κατ' οἰκονομίαν, & ità prorſus Origenes ſcripſerat) *putandus ſit Deus aliqando mentiri.* qod *homini* tamen *per diſpenſationem* qandam *licere* concedit, allatis exemplis Judithæ *c. 11. v. 2.* Holofernæ mentitæ, Eſteræ *c. 5. v. 8.* Hamanem convivam poſcentis; ubi nulla tamen mendacii veſtigia comparent. Qod avtem Plato, ἐν φαρμάκου εἴδει, Clemens Alexandrinus ἐν θεραπείας μέρει dixit. ſic enim iſte, *Strom. lib. 7. pag. 730. B.* de Gnoſtico agens, ἀληθῆ τε φρονεῖ ἅμα καὶ ἀληθεύει. πλὴν εἰ μήποτε ἐν θεραπείας μέρει, καθάπερ ἰατρὸς πρὸς νοσοῦντας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν κεκμηκότων, ψεύσεται, ἢ ψεῦδος ἱερεῖ κατὰ τὰς σοφιστάς. *Vera ſimul ſentit & dicit, niſi qando loco medicinæ, ut mediqus ad agrotantes, ad eorum, qi laborant, ſalutem, nec tam, mentietur, qàm mendacium dicet, uti ſubtilitatum periti diſtingvere ſolent.* Eódem trahit Origenes *operis dicti l. 10.* ejuſdémqe *œconomiæ*, ſive *diſpenſationis*, ſpeciem vult eſſe diſceptationem, vel increpationem potiùs, illam qâ adverſus Petrum Pavlus Antiochiæ uſum ſe profitetur, *ad Galat. c. 2. v. 11.* eundémqe ſecutus, cùm Joannes Chryſoſtomus in *Gal. expoſ. Edit. Commel. pag. 991.* Οὐ μάχης ἦν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ οἰκονομίας. εἰ γὰρ ὄντως ἐμάχοντο, οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν μαθητῶν ἀλλήλοις ἐπετίμησαν. σφόδρα γὰρ ἂν αὐτοὺς ἐσκανδάλισαν. νυνὶ δὲ λυσιτελοῦσα ἦν ἡ ἐν τῷ φανερῷ μάχη. *Ea qa loquuntur, non eſſe diſſidii, ſed diſpenſationis. Etenim ſi verè fuiſſet inter ipſos contentio, neqaqam præſentibus diſcipulis ſe invicem increpaſſent. Gravi enim illi fuiſſent offendiculo. Nunc avtem utilis erat palam in ſpeciem adhibita diſſenſio.* tum & Hieronymus *in comment. Novâ bellator*, inqit, *uſus eſt arte pugnandi, ut diſpenſationem Petri, qâ Judæos ſalvari cupiebat, novâ ipſe conditionis diſpenſatione corrigeret*; & *reſiſteret ei in faciem, non arguens propoſitum, ſed qaſi in publico contradicens.* qi & *rabulis forenſibus* Apoſtolos comparat, qi pari ratione, *omiſſis ſæpe negotiis in proprias contumelias vertuntur*, & *joculari ſe invicem dente mordent, ut populum circumſtantem fallant*, & *apud reos prævaricationis ſuſpicionem effugiant.* Idémqe *ad Auguſt. Ep. 1. Bene uteraqe finxit. nec tamen defendimus officioſum mendacium*; *ſed oſtendimus honeſtam diſpenſationem.* Verùm Apoſtolum à nota hac uberrimè vindicat Avguſtinus *Epiſt. ad Hieron.* ea de re ſcriptâ. & in *lib. de mendac.* qi tamen & ipſe ibidem Jacobi dictum, qo Eſavum eſſe ſe affirmabat, vult mendacium videri, non eſſe; & diſpenſationis ratione non abſimili excuſat. οἰκονομίας revera rationem habuit, eodémqe refert, *Stromat. 7. pag. 730. C.* qi & συμπεριφορὰν appellat, Clemens dictus, Timothei circumciſionem à Pavlo procuratam, *Act. cap. 16. v. 3.* cùm tamen περιτομὴν χειροποίητον οὐδὲν ὠφελεῖν, *circumciſionem factam manu nihil prodeſſe*, prædicaret, *Rom. c. 2. v. 28. Galat. c. 5. v. 6.* & *c. 6. v. 15.* συμπεριφερόμενος Ἰουδαίοις, *Judæis ſe accommodans*, ſed & qod de ſe Apoſtolus idem *ad Cor. Ep. 1. c. 9. v. 19. 22.* Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω. καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω. τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω. τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, μὴ

A ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους. ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. *Nam qamvis liber ſim ab omnibus, omnibus meipſam ſervum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus ſum Judæis ut Judæus, ut Judæos lucrifacerem: iis qi ſunt ſub lege, ut ſi eſſem ſub lege, ut eos, qi ſub lege ſunt, lucrifacerem. Exlegibus ut exlex, (non tamen exlex Deo, ſed ſublex Chriſto) ut lucrifacerem exleges. Factus ſum infirmis ut infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus factus ſum omnia, ut omnino aliqos ſervarem.* Nec illud minùs, qod Chryſippus habet in *lib. de Rhetoric.* referente Plutarcho

B *de contradict. Stoic. c. 1.* Οὕτω ῥητορεύσειν καὶ πολιτίσεσθαι τὸν σοφὸν, ὡς καὶ τῷ πλούτῳ ὄντος ἀγαθοῦ καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ὑγείας. *Ita oraturum atqe rempublicam geſturum ſapientem, ut qi divitias, gloriam, ac ſanitatem bona arbitretur.* cùm tamen ipſe ſecus omnino cenſeat. Qod Epictetus *Enchir. cap. 16.* de homine in mœſtitia luctúqe agenti ob infortunium aliqod, qod eidem obtigerit, μέχρι μέντοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν ὕτω τύχῃ, συνεπισυνάξαι. πρόσεχε μέντοι, μὴ καὶ ἔσωθεν συνεπισυνάξῃς. *Ac oratione qidem tua ejus perturbationi ſubſervire ne dubita: atqe adeo, ſi res ita tulerit, congemiſcere. Cavebis avtem, ne intrinſecus etiam congemiſcas.* qem

C vide & *ad l. 8. §. 27.* Idem & Seneca *Ep. 5. Intus omnia diſſimilia ſint: frons noſtra populo conveniat.* & *Ep. 103. Non abhorreat à publicis moribus; nec hoc agat, ut qicqid non facit, damnare videatur.* qi & idem, Lactantio *inſtit. l. 3. c. 15.* referente, unde diſpenſationis hujuſce uſum Stoicis freqentem ſatis familiarémqe fuiſſe liqet. *Faciet*, inqit, *ſapiens, & qa non probabit, ut etiam ad majora tranſitum inveniat: nec relinqet bonos mores, ſed tempori ſe aptabit: ut qibus alii utuntur in gloriam avt voluptatem, utatur agenda rei cauſſâ.* &, ut qàm latè pateat, avtoribus illis, diſpenſatio iſta videatur; *Omnia*, inqit, *qa luxurioſi faciunt, qæqe imperiti, faciet & ſapiens, ſed*

D *non eodem modo, eodémqe propoſito.* Horum itaqe exemplo dogmatéqe Fabius *inſtit. l. 12. c. 1.* cavſſarum minùs honeſtarum defenſionem in oratoribus excuſat. *Nè hoc qidem*, inqit, *eſt nudum intuendum, qalem cauſſam vir bonus, ſed etiam qare, & qâ mente defendat. ac primùm concedant mihi omnes oportet, qod Stoicorum qoqe aſperrimi confitentur, factum aliqando virum bonum, ut mendacium dicat.* & *qidem nonnunqam leviores cauſſis; ut in pueris agrotantibus utilitatis eorum gratiâ multa fingimus; multa non facturi promittimus; nedum ſi ab homine occidendo graſſator avertendus ſit, avt hoſtis pro ſalute*

E *patriæ fallendus, ut hoc, qod aliàs in ſervis qoqe reprehendendum eſt, ſit aliàs in ipſo ſapiente laudandum.* qi & concludit, *licere qandoqe uti arte dicendi, bonâ qidem, ſed qa malis artibus ſimillima ſit.* Certè qòd *mendacium* qandoqe dicturum virum bonum ſapientémqe ex Stoicorum ſententia, affirmavit, id diſertè Stobæus *tom. 1. l. 2. tit. 4. §. 8.* Λέγουσι δὲ, μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφόν. — τῷ μέντοι ψεύδει ποτὲ συγχρήσασθαι νομίζουσιν αὐτὸν κατὰ πολλοὺς τρόπους, κατὰ στρατηγίαν τῶν ἀντιπάλων, καὶ κατὰ τὴν τοῦ συμφέροντος προόρασιν, καὶ κατ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. *Mentiri qoqe ſapientem negant. — Mendacio tamen uti variis modis poſſe credunt, ut in militia contra*

F *hoſtes, avt aliâ neceſſitate.* Vide *ad l. 4. §. 49.* Plura iſtiuſmodi adjici poterant: ſed iſta ſuffecerint ad Marci mentem explicandam. vide & *l. 4. §. 19.*

Πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν] De alienis factis non eſt temerè pronunciandum. Gregorius Nazianzenus περὶ ἑυταξίας. Πολλὰ δεῖ γραφῆναι καὶ παθεῖν πρὶν ἄλλου καταγνῶναι δυσσέβειαν. *Multum diuqe ante verſandus atqe contorqendus eſt animus, multa ferenda, qàm ut alium impietatis damnemus.*

Ἀκαιρεῖ ὁ ἀνθρώπειος βίος] puncto minùs. Seneca *Ep. 49.* vide *l. 5. §. 24.*

Μετ' ὀλίγον πάντες ἐξεπάθημεν] qod *l. 7. §. 22.* Μετ' ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται. *Pavlò poſt utroſqe veſtrum morti conceſſuros.* vide *l. 4. §. 3.* & 48. ἐκτέτακται. In eandem ferè cum Marco ſententiam Evripides *Supplic.*

G

---- ὦ ταλαίπωροι βροτοὶ,
Τί κτᾶσθε λόγχας, καὶ καθ' ἁλῶν φόνους
Τίθεσθε; παύσασθ'. ἄλλα λήξαντες πόνων,
Ἄσῃ φυλάσσεθ', ἥσυχοι μεθ' ἡσύχων.
Σμικρὸν τὸ χρῆμα τοῦ βίου. τοῦτον δὲ χρὴ
Ὡς ῥᾷστα, καὶ μὴ σὺν πόνοις διεκπερᾶν.
— *Miſera gens mortalium,*
Qid arma, qid vos mutua cades juvant?
Qin abſtinete. liberas urbes metu,
Vacuas malorum, placida tutetur qies.
Humana vita res brevis. cura optima eſt,
Ut abſqe cura mollis ac facilis fluat.

H Grotius.

a Sup.§.11. Ἕβδομον, ὅτι a οὐχ αἱ πράξεις αὐτῶν ἐνοχλοῦσιν ἡμῖν.
b L.5.§.25. b ἐκεῖναι γὰρ εἰσιν ἐν τοῖς ἐκείνων ἡγεμονικοῖς. ἀλλὰ
c L.7.§.16. c αἱ ἡμέτεραι ὑπολήψεις. d ἄφες
d L.4.§.7. γοῦν, καὶ θέλησον ἀφεῖναι τῷ ὡς τοῦ δεινοῦ κρίσιν,
e L.5.§.22. καὶ e ἀπῆλθεν ἡ ὀργή. πῶς ἂν δρῶ; λογισάμενος,
f L.2.§.1. ὅτι f τοῦτο αἰσχρόν. ἐὰν γὰρ μὴ g μόνον ᾖ τὸ αἰσχρὸν
g L.2.§.11. κακὸν, h ἀνάγκη καί σε πολλὰ ἁμαρτάνειν, καὶ
h L.2.§.1. λῆσαι καὶ παντοῖον γενέσθαι.
i L.7.§.24. Ὄγδοον, i ὅσῳ χαλεπώτερα ἐπιφέρουσιν αἱ ὀργαὶ καὶ λύπας αἱ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἤπερ αὐτά ἐστιν
ἐφ' οἷς ὀργιζόμεθα καὶ λυπούμεθα.
k Sup.§.13. Ἔνατον, ὅτι k τὸ ἐυμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον
l L.1.§.15. ᾖ καὶ μὴ l στοργὲς, μηδὲ ὑπόκρισις. τί γάρ σοι ποιήσει
m L.3.§.11. σφ ὁ ὑβριστικώτατος, ἐὰν ἀγαπητὴς m ἐυμενὴς
αὐτῷ, καὶ, εἰ ἄτως ἔτυχε, πράως αὐθαιμεῖν καὶ

Septimò, non esse actiones aliorum, quæ nos conturbant, sunt enim hæ in mentibus ipsorum sitæ, sed opiniones tantùm nostras. istas igitur tolle, missóque de re ipsa, tanqam grave qiddam sit, judicio, ira protinus evanescet. sed qomodo tollam? reputando nihil tibi inhonestum contigisse. nisi enim malum id sit duntaxat qod inhonestum est, necesse futurum est, ut & tu multa pecces, & latro, vel qidlibet etiam, fias.

Octavò, cogita qantò graviora patiamur ex iracundia ac mœstitia, qàm de istis concipimus, qàm ex eis ipsis, qorùm cavssâ succensemus & angimur.

Nonò, mansvetudinem insuperabilem esse, si genuina fuerit, non personata & fucata. qid enim fecerit tibi, qi vel maximè contumeliosus est, si mansvetè adversùs illum te gerere perrexeris. & si occasio tulerit, placidè illum admonueris, &

ANNOTATIONES.

Οὐχ αἱ πράξεις.] vide *l.* 7.§. 16. & *l.* 8. §. 40. & *l.* 9. §. 13. & *suprà* §. 11. 16.

Οὐκ αἰσχρόν] Vide *l.* 2. §. 1. Musonius in *Orat.* qâ disserit, *an Philosophus debeat injuriarum agere*; apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 19. Ὁ μὲν ἁμαρτάνων εὐθὺς καὶ ἐν αἰσχύνῃ ἐστίν, ὁ δὲ πάσχων, ὥσπερ οὐχ ἁμαρτάνει, καθόσον πάσχει, ὅτως οὐδὲ ἐν αἰσχρῷ οὐδενὶ γίνεται. *Qi peccat, is turpitudini obnoxius est: qi verò patitur, qatenus ipse peccatum non admittit, eatenus neqe turpis alicujus indignitatis particeps dicendus est.*

Χαλεπώτερα ἐπιφέρουσιν αἱ ὀργαί] Graviora ab affectu suo patiuntur, qàm ab eis ipsis qibus irascuntur. Τὰ γὰρ ἔνδοθεν μᾶλλον βαρύνει, ὡς ῥίγωσις ἢ πυρετοῖς διακαιόμενοι τῶν ταῦτα πασχόντων ἔξωθεν ὑπὸ καύματος ἢ κρύους. *Interiora enim potius aggravat: qemadmodum qi rigent, aut epialis febribusve æstuant, graviorem sentiunt molestiam, ac deteriùs afficiuntur, qàm qibus eadem extrinsecus ab æstu aut gelu accidunt.* Plutarchus *de tranqill.* vide Senecam *de ira l.* 2. *c.* 35, 36. & Joannem Chrysostomum *infrà*. Theognis.

Οὐδὲν, Κύρν', ὀργῆς ἀδικώτερον, ἢ τὸν ἔχοντα
Πημαίνει, θυμῷ δεινὰ χαριζόμενον.
Irâ, Cyrne, nihil crudelius; ipsum ea habentem
Ladit, & excruciat tor miserabiliter.

Τὸ ἐυμενὲς ἀνίκητον] Apostolus *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ. *Ne vincitor à malo.* vide *l.* 6. §. 6, 26. & *lib.* 7. §. 22.

Καὶ μὴ στοργὸς] *adscititia.* Xylander *affectata.* Casavbonus *personata.* qemadmodum ille dixit, *Hæredis fletus sub persona risus est.* ab eis tractum qi vultu renident, dum animus tamen interim angitur & exæstuat: ut ille qi *Æn. l.* 1.

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

ut illi de qibus Apostolus *ad Cor. Ep.* 2. *c.* 5. *v.* 12. Οἱ ἐν προσώπῳ καυχώμενοι, καὶ οὐ καρδίᾳ. *Qi in facie gloriam captant, & non in corde.* vide *l.* 1. §. 15. & *suprà* §. 13. Expressit vim vocabuli Ammianus, cùm de Juliano dixit, *l.* 21. *amarum subridens.*

Τί γάρ σοι ποιήσει ὁ ὑβριστικώτατος] Τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς; *Et qis est qi malè accipias vos?* &c. Petrus *Ep.* 1. *c.* 3. *v.* 13.

Ἐὰν διατελῇς ἐυμενὴς αὐτῷ] Dio Siracusanus, referente Plutarcho *pag.* 979. *A.* Ἀνθρώπου δὲ πονηροῦ, εἰ καὶ χαλεπόν ἐστιν, οὐχ ὅτως ἄγριον εἶναι παντάπασι καὶ δύσκολον, ὥστε μὴ μεταβάλλειν χάριτι νικηθέντα ὑπὸ τῶν πολλάκις ἐυ ποιούντων. *Hominis improbitatem, qamvis aspera sit, non usqe adeo feram tamen esse omnino & morosam, qin frequentibus beneficiis sese invertat superatam. Vincit malos pertinax bonitas.* Seneca *de benef. l.* 7. *c.* 31. Idémqe *de ira l.* 2. *c.* 34. *Irascitur aliqis? tu contrà beneficiis provoca. Cadit statim simultas ab altera parte deserta. nisi par non pugnat. si utrinqe certabitur, ille est melior, qi prior pedem retulit; victus est qi vicit. vince in tῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. vince bono malum. ad Rom. c.* 12. *v.* 21. *Qàm pulcra ars, vincere in bono malum?* Gvigo *medit. c.* 15. Et Valerius Maximus *l.* 4. *c.* 2. *Speciosiùs aliqanto injuria beneficiis vincuntur, qàm mutuis odii pertinaciâ pensantur.* Et, *Bono vinci satius est, qàm malo more injuriam vincere.* Salustius *Jugurth.* Præclarè Joannes Chrysostomus *in Matth. Orat.* 18. *pag.* 229. *E.* Εἰ καὶ μεγάλα ἠδίκησαι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ἐυεργέτησον, ἵνα καὶ σαυτῷ λαμπρότερον ποιήσῃς τὸν στέφανον, καὶ τὸν ἀδελφὸν τῆς ἰσχάτης ἀπαλλάξῃς ἀρρωστίας. ἐπεὶ καὶ οἱ ἰατροὶ, ὅταν καὶ λακτίζωνται καὶ ὑβρίζωνται παρὰ τῶν μαινομένων, τότε μάλιστα αὐτοὺς ἐλεοῦσι καὶ παρασκευάζονται πρὸς τὴν ἐκείνου διόρθωσιν, εἰδότες ὅτι τῆς ὑπερβολῆς τοῦ νοσήματος ἡ ὕβρις ἐστί, καὶ σὺ τοίνυν ταύτην περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἴσχε τὴν γνώμην, καὶ ὅτα κέχρησο τοῖς ἀδικοῦσιν. ἐκεῖνοι γάρ εἰσι μάλιστα οἱ νοσοῦντες, καὶ τὴν βλάβην ὑπομένοντες. ἀπάλλαξον τοίνυν αὐτοὺς τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐπηρείας, καὶ δὸς ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν, καὶ δαίμονα ἐλευθέρωσον χαλεπὸν, τοῦ θυμοῦ. καὶ γὰρ δαιμονῶντας ἐὰν ἴδωμεν, δακρύομεν. οὐχὶ καὶ αὐλοὶ δὲ σπουδάζομεν δαιμονᾶν. τοῦτο καὶ ὧν ποιῶμεν ἐπὶ τῶν ὀργιζομένων. καὶ γὰρ ἐκείνοις ἐοίκασιν οἱ θυμούμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνων εἰσὶν ἀθλιώτεροι, μετὰ αἰσθήσεως μαινόμενοι. διὸ καὶ ἀσύγγνωστος αὐτῶν ἡ παραπληξία. μὴ τοίνυν ἐπίμβαινε κειμένῳ, ἀλλὰ καὶ ἐλέει. καὶ γὰρ ἂν ὑπὸ χολῆς τινα ἐνοχλούμενον καὶ σκοτοδινιῶντα καὶ ἐμέσαι ἐπαγόμενον τὸν ποιητὴν τῶνδε κυμῶν ἴδωμεν, χεῖρα ὀρέγομεν καὶ διαβασάζομεν σπαραττόμενον, κἂν τὸ ἱμάτιον μολύνωμεν, οὐκ ἀποστρεφόμεθα. ἀλλ' ἵν μόνον ζημιώμεν, ὅτως ἐκεῖνον ἀπαλλάξωμεν τῆς χαλεπῆς ταύτης συνοχωρίας. τοῦτο τοίνυν ἐπὶ τούτων ποιῶμεν, καὶ διαβασάζωμεν ἐμοῦντας καὶ σπαρασσομένους. μὴ δὴ πρόσθεν ἀφῶμεν, ἕως ἂν ἅπασαν ἐκθέσθαι τὴν πικρίαν. καὶ τότε σοι χάριν ἴσεσθαι μεγίστην, ἐπειδὰν παύσηται, τότε γνώσεσθαι σαφῶς ὅσης αὐτὸν ἀπήλλαξας ταραχῆς. καὶ τί λέγω τὴν παρ' ἐκείνου χάριν; ὁ γὰρ Θεός σε ἐυθέως σεφανώσει, καὶ μυρίοις ἀμείψεται καλοῖς, ὅτι σὺ τὸν ἀδελφὸν νοσήματος ἠλευθέρωσας χαλεποῦ. κἀκεῖνος δὲ ὡς δεσπότην τιμήσει, διὰ παντὸς αἰδούμενός σε τὴν ἐπιείκειαν. οὐχ ὁρᾷς τὰς τικτούσας γυναῖκας, πῶς θάλπουσι τὰς παρεσώσας, καὶ ὑκ ἀλγοῦσιν ἐκείνας; μᾶλλον δὲ ἀλγοῦσι μὲν, φέρουσι δὲ γενναίως, καὶ συναλγοῦσι ταῖς ὀδυνωμέναις καὶ διακοπτομέναις ὑπὸ τῆς ὠδῖνος. ταῦτα καὶ σὺ ζήλωσον, καὶ μὴ γίνου σὺ μαλακώτερος γυναικῶν. ἐπειδὰν γὰρ τέκωσιν αἱ γυναῖκες ἄστυ (γυναικῶν γὰρ εἰσὶ μικροψυχότεροι) τότε σε τὸν ἄνδρα ἴσονται. *Si omnino nimis lasus es, idcirco nihilominus beneficium refer nocenti, ut & tibi facias majorem coronam, & fratrem periculo gravissimi langvoris absolvas. Nam & medici qando injuriis & calcibus caduntur furentum, tunc illorum magis magisqe miserentur, tum maximè ad reddendam illis sanitatem parantur, scientes qod excellentiam morbi significet ea injuria. Et tu igitur de inimicis eandem teneto sententiam, sicqe tractes injurios. Illi namqe sunt maximè ægroti, omnémqe violentiam sustinentes. Libera eum à gravi isto dolore, & da operam ut iram remittat. Libera eum à sævissimo damone, propria scilicet mentis furore. Nam & cum aliqos à damone actos videmus, sape lacrymamur: non autem aginus, ut ipsi qoqe eadem illa patiamur. Hoc igitur etiam in ira percitis servemus: illorum enim sunt similes iracundi, imo illis longè miseriores, qi utiqe sensibus adhuc integris insaniunt. Propter qod veniam non meretur illorum dementia. Noli igitur insultare jacenti, qin imo miserere. Etenim si videamus aliqem horribiliter à bile vexatum, & vertiginis sua tenebris obtectum, qiqe etiam maligaum illum humorem urgeatur evomere, porrigimus manum, & supportamus huc illúcqe jactatum. Etsi vestimenta ille noster polluat, non aversamur, neqe abjicimus ægrotum: sed illud tantummodo unum requirimus, qemadmodum à tam grandi hac eum angustia liberemus. Hoc igitur etiam erga istos faciamus, ut & supportemus vomentes, & confoveamus ægros: nec eos usqiam relinqamus, priusqam totam prorsus amaritudinem penant: & tunc tibi gratiam, qi talis fuerit, exsolvet maximam. Qando enim ejusmodi ager à passione requieverit, tunc liqidò cognoscet: à qanta illum conturbatione sanaveris. Et qid dico ab illo tibi gratiam referendam? Deus te illico coronabit, & innumeris remunerabit bonis, qia fratrem tuum gravissimâ ægritudine liberasti: sed etiam ille te honorabit ut dominum, modestiam tuam per cuncta miratus. Nonne vides parientes fœminas, qemadmodum assistentes sibi sape commordeant, & tamen illa minimè dolent: imo dolent qidem, sed ipsum dolorem fortiter ferunt, ac dolentibus, & partus vexatione consciis maximè condolent. Has ergò etiam tu amuleris, & noli esse fœminis mollior. Qum enim pepererint mulieres illa, nam revera mulieribus magis sunt pusillanimes, tunc te virum esse cognoscent.* Adeò sanè præclara & eximia verba ista sunt ista, ut nec ipse describere gravatus sim, nec lectori pio tædium sperem legendo, proliziora licèt, oboriturum.

Πράως παραινῆς] Ità Plato *politic. l.* 9. Πείθωμεν τοίνυν αὐτὸν πράως. εἰ γὰρ ἐκὼν ἁμαρτάνει. ἐρωτῶντες, &c. *Proinde docemus illam placidè. non enim volens peccat, interrogantes,* &c. Parimodo qo Marcus istic, Isidorus Pelusiota *l.* 3. *Ep.* 397. Χρὴ τῇ παῤῥησίᾳ μαγγανεύειν τὴν προσήκουσαν. *Sermonis libertati suavitatem admiscere oportet.* & rursus: Πῶς παῤῥησιασόμεθα; ὑκ ἀπράλω

τῇ

& eodem ipſo, qo te lædere molitur, tempore qietus ipſe hominem meliora docueris; *Noli ſic agere mi fili; ad aliud nati ſumus. mihi qidem noceri neqit. ſed ipſe lederis, mi fili.* monſtraveris etiam ſcitè, & generatim oſtenderis, nec apes ità ſe gerere, nec eorum ullum, qæ gregatim agere nata ſunt, animantium. qin neqe irriſoriè faciendum hoc, neqe contumelioſè, ſed cum genuino amoris affectu; neqe animo qaſi attacto & exulcerato,

[a] μεταδιδάσκης ἐυσχολῶν περὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε κακὰ ποιεῖν σε ἐπιχειρεῖ; μὴ τέκνον. [b] πρὸς ἄλλο πεφύκαμεν. [c] ἐγὼ μὲν ἐ μὴ βλαβῶ, [d] σὺ δ' ἢ βλάπῃ, τέκνον. καὶ [e] δεικνύναι ἐναφῶς καὶ ὁλικῶς, ὅτι ἔστ ἔτως ἔχει, οὐ [f] δὲ μέλισσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδ' ὅσα συναγελαστικὰ πέφυκε. δεῖ δ' ε μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ ποιεῖν, [h] μήτε ὀνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοσόργως καὶ ἀδήκτως * τῇ ψυχῇ.

a L. 5. §. 28.
b L. 2. §. 1.
c L. 10. §. 33
d L. 9. §. 4.
e L. 10. §. 4.
f L. 9. §. 9.
g Sup. §. 13.
h L. 1. §. 10. 16.
* --τῷ f.

ANNOTATIONES.

τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενοι, ἀλλὰ κεράσωμεν αὐτὴν προσηνείᾳ. *Quam pacto liberè loqemur? non ut meam libertatem adhibeamus: ſed ut ipſam ſuavitatem temperemus.* Evripides *Bellerph.* apud Svidam:

Οἴ μοι, τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακόν.
Hev, fateor, huic qi agrotat iraſci, malum eſt.

Seneca *de conſtant. ſap. c.* 13. *Qis phrenetico medicus iraſcitur? qis febricitantis, & frigidâ prohibiti maledicta in malam partem accipit? hunc affectum adverſus omnes habet ſapiens, qem adverſus agros ſuos medicus: qorum nec obſcæna, ſi remedio egent, contrectare, nec reliqias & effuſa intueri dedignatur, nec per furorem ſavientium excipere convicia. ſcit ſapiens, omnes hos, qi togati purpuratique incedunt, valentes coloratòſqe, malè ſanos eſſe: qos non aliter videt, qàm agros intemperantes. Itaqe nè ſuccenſet qidem, ſi qid in morbo petulantiùs avſi ſunt adverſus medentem.* vide *Auguſtinum ad l.* 7. §. 22.

Μισαδιδάσκης] vide *l.* 5. §. 28. & *l.* 9. §. 11. Δεῖξον τὴν πλάνην καὶ ὄψει πῶς ἀφίστωσι τῶν ἁμαρτημάτων. *Oſtendito errorem, & videbis ut à delictis recedant.* Epictetus *l.* 1. *c.* 18.

Ἐυσχολῶν] *Vacans huic rei* Xylander. imò, *placidè, imperturbatè te habens.* Epictetus *l.* 3. *c.* 2. Ἐυσχολῶ, ἡσυχίαν ἄγω. *Otium ago, tranqillus ſum.* & *c.* 9. Ἐυσχολῶ. ἀπερισπάστως μου ἡ διάνοια. *Otium eſt, animus meus non diſtrahitur.* Marcus ipſe *l.* 4. §. 24. Ἐυσχολώτερος καὶ ἀπραγμονέστερος ἔσῃ. *A negotiis multò vacabit magìs, minúſqe perturbata eſt nobis futura vita noſtra.* vide & *l.* 12. §. 2.

Πρὸς ἄλλο πεφύκαμεν] πρὸς συνεργίαν. *Ad mutuas operas. l.* 2. §. 1.

Οὐ μὴ βλαβῶ] vide *l.* 2. §. 1. & *l.* 10. §. 33.

Σὺ δὲ βλάπτῃ] vide *l.* 9. §. 4.

Ἐναφῶς] *efficaciter* Caſavbonus. *aperté* Xylander. *aptè, ſcitè, dextrè, affabrè*, malim. Lucianus ὑποβάλλειν τὰς δακτύλους ἐναφῶς. *ſcitè digitos ſubjicere.* tractum à praxi Chirurgica; in qa multùm refert, qa manu vulnera colligenda, vel oſſa reſtituenda tractentur. Pindarus *Pyth.* 4.

Χρὴ μαλακὰν χεῖρα προσ-
βάλλοντα τρώμαν ἕλκος ἀμφιπολεῖν.
Oportet mollem manum adhibentem os ulceris curare.

Ab eadem arte tractum eſt, & Apoſtoli illud *ad Galat. c.* 6. *v.* 1. ubi de fratre in peccatum prolapſo, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραΰτητος. *Reconcinnate ejuſmodi hominem cum ſpiritu lenitatis.* eſt enim τὸ καταρτίζειν (qod & Beza & Strigelius adnotârunt) *membrum luxatum reconcinnare*, ſive, *loco ſuo reponere, & adaptando rurſus componere.* & καταρτισμὸς, μεταγωγὴ τῶν ὀστῶν ἐκ τῆ παρὰ φύσιν τόπυ εἰς τὸν κατὰ φύσιν. *Καταρτισμὸς eſt oſſium tranſlatio ex loco qi eſt contra naturam in eum qi eſt ſecundum naturam.* Galenus. reſpexit eódem & Plutarchus in *Catone minore p.* 791. *E.* ubi Catoni Statylium juvenem nimìs fervidum & præcipitem, Apollinidi Stoico ac Demetrio Peripatetico curandum tradenti hæc verba tribuit: Ὑμέτερον ἔργον ἐιδοῦλα τοῦτον μαλάξαι, καὶ καταρτίσαι πρὸς τὸ συμφέρον. *Veſtri muneris eſt tumentem mollire, atqe adducere ad id qod ex uſu ejus eſt.* Siqidem, ut Gregorius in *paſtore l.* 2. *c.* 6. *Sæpenumero deteriùs frangitur, cùm fractura incavtè colligitur, ità graviùs qis ſciſſuram ſentiat, ſi hanc immoderatiùs ligamenta conſtringent.* & qod Rad. Ardens, *Orat. Dom. poſt Trin.* 6. *Manſveta correctio peccatores emendat, intemperans etiam emendandos perturbat.* Certè, qod Seneca *de clement. l.* 1. *c.* 17. *Nullum animal eſt moroſius, nullum majori arte tractandum, qàm homo.*

Οὐδὲ μίλισσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδὲ ὅσα συναγελαστικὰ] Porphyrius *de abſtinent. ab animal. l.* 3. §. 11. Τὸ δὲ συναγελαστικὰ ὅπως τηρῆ τὸ δίκαιον τὸ πρὸς ἄλληλα, τίς ἀγνοεῖ; τοῦτο μὲν μυρμήκων ἔκαστον, τοῦτο δὲ καὶ μελιττῶν, καὶ τῶν ὁμοίων. *Qis autem neſcit qantum inter ſe invicem juſtitiam colant animantes gregales? Hanc ſcilicet cuſtodiunt formicæ omnes, & apes univerſæ, & ejuſmodi animalia.*

Μήτε ὀνειδιστικῶς] vide *l.* 1. §. 10. De Evphrate Philoſopho, Plinius minor *l.* 1. *Ep.* 10. *Inſectatur vitia, non homines. nec caſtigat errantes, ſed emendat.* Seneca *de clement. l.* 1. *c.* 17. *Agat princeps curam, non tantùm ſalutis, ſed & honeſtæ cicatricis.* Et Avguſtinus *Epiſt.* 159. *Sic ſuccenſe ſmiqitati, ut conſulere memineris humanitati.* vide & *lib.* 5. §. 22. & *ſuprà* §. 13.

Ἀδήκτως τῇ ψυχῇ] *atqe ità nè cor mordeatur* Xylander. *citra ſermonis aſperitatem* Caſavbonus. δάκνειν τὴν ψυχὴν, τὴν καρδίαν, dicunt Græci, qod *mordere & pungere cor alicus*, id eſt, *angere, divexare, cruciare*, Latini. & δάκνεσθαι τὸν θυμὸν, ἢ τὴν καρδίαν, *corde morderi.* i. e. *angi, cruciari.* Syneſius *de regno pag.* 2. Οἱ δὲ ἔτως ἄρα ἀσυμφῶς ἔχουσιν, — ὥστε, ἂν φασιν αὐτοῖς ἀποχρήσειν, εἴ τις ξυγχωρήσει μὴ πᾶσι τὰ πάντων ἐπαινεῖν τὰ βατιλέως καὶ βατιλία. ἀλλ' εἴπῃ παρεῖκοι, καὶ λυπήσειν ἀναλείνοντας, καὶ ἀπειλοῦσι δῆξασθαι τὴν καρδίαν, οὐκ ἐν χρῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέσην, εἰ ἄρα τὶς ἀνιαθεὶς ὠφελήσοιτο. *Hi autem adeò ſanè rigidi ſunt, ut ne ſatis qidem ſibi fore dicant, ſi qis non omnia omnino laudare, qa ad regem pertinent, regemqe ipſum permittat; ſed & moleſtiam inſuper intentent, ſeſcqe cor ipſum non ſtrictim duntaxat puncturos; ſed ad imum uſqe penetraturos comminentur, ſi ex ea ſorte triſtitia qiſqam adjuvari qeat.* Idémqe *de calvitie pag.* 63. Μέσην αὐτὴν δέδηγμαι τὴν καρδίαν. *Penitùs animo diſcruciari cœpi.* Libanius *Orat. de pacto.* Οὐ δεδηγμένος ἀπέρχεταί τις τὴν καρδίαν, εἰ ὁ χθὲς μαθητὴς, σήμερον ἐλέγχει γένηται; *Nonne cum animi morſu abit is, qi heri diſcipulus erat, hodie alterius factus eſt.* Ariſtophanes *Acharn. Act.* 1. *ſc.* 1. *n.* 1.

Ὅσα δὴ δεδήγμαι τὴν ἐμαυτῦ καρδίαν.
Qàm multa ſunt, qa aſſiduè cor mordent meum?

Et in *Nubib. Act.* 5. *ſc.* 2. *n.* 25.

— ὅμως δὲ τὸν θυμὸν δακών.
— *& tamen animum remordens.*

Indè θυμοδακὴς, *qod cor mordeat.* Julianus *Orat.* 2. *pag.* 178. Πολλάκις δὲ χρῆμα λοιδορία; ὡς θυμοδακὴς ἀληθῶς, καὶ ἀμύτσον ψυχὴν μᾶλλον, ἢ σίδηρος χρῶτα; *At cujuſmodi demum convicium eſt! qàm re verâ mordax! qámqe eò magìs animus, qàm corpus ferro, penetratur.* Sed & δάκνειν & δάκνεσθαι, & *mordere*, ac *morderi*, iidem ſimpliciter dicunt. Evripides *Theſ.*

Μή μοι νεηρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

Plutarchus *de Stoic contradict. c.* 9. Καί τοι πικρῶς ἐν τῷ γένει τούτῳ καὶ Πλάτωνα καὶ τοὺς ἄλλους τοῦ Χρυσίππου δάκνουσι. *Quamquam ille qidem hoc in genere Platonem, alioſqe qi ſunt Chryſippi acriter mordet.* Cicero *ad Attic. l.* 13. *Ep.* 12. *Valdè me momorderunt epiſtolæ tuæ: eadem tamen ſanaverunt.* Flaccus *l.* 1. *Ep.* 16.

— *Mordear opprobriis falſis?*

Terentius *Eunuch.* 3. 1.

— *Par pari referto, qod eam mordeat.*

Sidonius *l.* 5. *Ep.* 8. *vel pupugiſſe verſu gemello, vel mordiſſe diſticho.* qi & *ibidem, piperatam facundiam*, pro *mordaci* dixit. & *l.* 8. *Ep.* 11. *Epigrammata piperata.* i. e. *mordacia*, ut exponit ipſe; qæ *melleis* opponit: Hieronymum imitatus, qi in *Epiſt. ad* Evſtochium *ut te aliqid & piperis mordeat.* ſed & *acetum mordax*, eâdem mente Perſius *Sat.* 1. Indè δῆκτις λόγος, *mordax oratio.* Plutarchus *de amic. & adul. pag.* 55. *B.* Λόγῳ δήκτῃ καὶ παῤῥησίᾳ κηδεμονικῇ καθαπτόμενον. *Mordacem ſermonem, libertatemqe curatore dignam uſurpat.* Item δῆγμα, δηγμὸς, δῆξις. Idem *Sympoſ. l.* 2. *c.* 1. Δῆγμά τι πρόσεσι αὐτῷ τῷ σκώμματι. *Morſus ſalibus adeſt.* & mox: Τὰ σκώμματα μᾶλλον δάκνει, καθάπερ τὰ παρηγκιστρωμένα βέλη, πλείονα χρόνον ἐμμένοντα, καὶ λυπεῖ τὰς σκωφθείσας. *Magis autem ſales & dicteria mordent, qod inſtar hamatorum telorum diutius inhærent, moleſtiaqe eſt morſus.* ità enim reſcribendum pro eo qod μίλαι fenſu nullo codices exhibent. Idem *de amic. & adul. pag.* 56. *A.* Ἐλέγχῳ καὶ λόγῳ δηγμὸν ἐμποιῶν καὶ μιλάσεσιν. *Qicunqe reprehenſione ac vituperatione mordere, & ad pœnitentiam trahere cupit.* & *in Lycurg. p.* 48. *A.* Αἱ δὲ παιδιᾶν καὶ σκωμμάτων δήξεις, ὑδεῖν ἀμβλύτεραι τῶν μιλῶν σκυδῆς νυθεσημάτων. *Facetiarum aculei & dicteriorum nihilò erant ſeriis caſtigationibus obtuſiores.* Alia, nec pavca, ſuppeditabit Hadrianus Junius *cent.* 2. *adag.* 58. Indè ἄδηκτος, *morſu immunis*, qi oratione, ſive ſermone ejuſmodi mordaci perſtrictus non eſt. Evnapius *in Liban.* Οὐδεὶς τῶν συλλεγέντων Λιβανίῳ, καὶ συνουσίας ἀξιωθέντων ἀπῆλθεν ἄδηκτος. *Nemo omnium qi Libanio allecti & in familiaritatem accepti fuerunt, abiit à morſu immunis*, ità legunt vertúntqe, cùm Hadrianus Junius, tum & Federicus Morellius. ſed vera lectio, ἄδηλος, non ἄδηκτος. ſeqentia firmant ἀλλὰ τότε ἦθος ἐυθὺς οἷός τις ἦν ἔγνωσο, &c. *ſed ſtatim, qá eſſet indole, dignoſcebatur.* Verùm indè ἀδήκτως apud Plutarchum in *Pomp.* ubi Flora narrâſſe dicitur, ὡς οὐκ ἦν ἐκείνῳ συναναπαυομένῃ ἀδήκτως ἀπελθεῖν. *nunqam qiviſſe ſe à Pompeji conſvetudine ſine morſu aliqo diſcedere.* h. e. ut non aculeum qaſi aliqem in animo reſiduum perſentiſceret. qomodo Periclis dictio ità avdientium animos affeciſſe perhibetur ὡς τὸ κέντρον ἐγκαλαλιπεῖν, ut Evpolis *Tribubus.* Cæterùm hoc lo-

a L.10.§. 36. * ἀεί τοι Mer. ἀεὶ ὡς τινες ϖϱοιεςήκωσι. Xyl.

χὴ [a] μὴ ὡς ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλῳ ϖϱοσῇς θαυμάσῃ. ἀλλ' * ἤτοι ϖϱὸς μόνον, χὴ ἐὰν ἄλλοι ϖολλοὶ ϖαϱῇσιν.

neqe tanqam in ſchola, neqe ut aſtanti alicui ſis admirationi, ſed ità ſemper, ut cum ſolo agas, etiamſi alii forſan circumſtiterint nonnulli.

Τούτων τὴν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ὡς ϖϱοῖϱόν τινα δῶϱα εἰληφὼς, χὴ b ἄϱξαί ποτε ἄνθϱωϖον εἶναι, ἕως ζῇς c φυλακτέον ἢ ἐπίσης τῷ ὀϱγίζεσθαι αὐτοῖς, τὸ κολακεύειν αὐ[illegible]ός. ἀμφότεϱα γὰϱ ἀκοινώνητα, καὶ ϖϱὸς βλάβην φέϱ[illegible]. ϖϱόχειϱον δ' ἐν τοῖς ὀϱγαῖς, ὅτι d οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδϱικὸν, ἀλλὰ τὸ ϖϱᾴον καὶ ἥμεϱον, ὥσϖεϱ ἀνθϱωϖικώτεϱον, οὕτως καὶ θεϱαπευτικώτεϱον, καὶ ἰσχύος καὶ νεύϱων χὴ ἀνδϱείας τούτῳ μέτεστιν, ἢ χὶ τῷ ἀγαναχτοῦντι καὶ δυσαϱεστοῦντι. ὅσῳ γὰϱ ἀϖαθείᾳ ἔγγιον οἰκειότεϱον, τοσούτῳ χὴ δυνάμ[illegible]. ὡσαύτως τε ἡ λύϖη

b L.10.§.1. τ Μουσῶν δῶϱα εἰληφὼς. c L.12. §.1. c L.4.§.31. d Sup. §.9.

Capita novem iſta in mente repoſita habeas, tanqam dona qædam à Muſis accepta; atqe incipias tandem homo eſſe, dum vivis. Veruntamen ex æqo cavendum, ſicut nè iraſcaris eis, ità etiam nè aduleris. utrumqe enim ſocietatis jus violat, & ad damnum tendit. adverſùs iram verò præſtò ſit illud; iraſci havd virile eſſe; ſed manſvetum placidúmqe animi affectum, ut humanius qiddam, ità & maſculum magís. atqe is certè, qi ità affectus eſt, robur animi nervóſqe & fortitudinem penes ſe habet, non avtem is qi indignatur & offenditur. qò enim propiùs hoc ad immunitatem ab affectibus omnem prorſus, eò etiam ad potentiam propiùs accedit. qemadmodum avtem triſtitia,

ANNOTATIONES.

co ego, qid ἀδήκτως τῇ ψυχῇ velit, non ſatìs aſſeqor. màlim ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ. nec de reprehenſi, ſed de reprehendentis animo acceperim. nè ità vel redarguat, vel admoneat, ut animi injuriæ illatæ apprehenſione attacti & exulcerati indicium præ ſe ferat. hoc eſt enim qod poſtea de *ſuccenſente* dixit, τέτρωται, *vulneratus eſt, vulnus accepit.* Qanqam poteſt & ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ exponi, *animo non mordaci.* qomodo Dioſcoridi *l.* 1. *c.*28. ἔλαιον ἄδηκτον dicitur, i. e. *qod non mordeat*, ut Plinius *l.* 23. *c.* 4. & Plutarchus *de adulat. pag.* 55. *D.* Τὴν δὲ συνεχῆ ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τῷ πρὸς χάϱιν, ἄκϱαιϱον ἀεὶ καὶ ἄδηκτον ὁμιλίαν ὑποϖτεύειν. *Eam verò conſvetudinem, qæ continentibus blanditiis uſa omni morſu caret, vitiis ſuſpectam habeamus.* ἄδηκτον ὁμιλίαν dicit, qæ nihil mordax habeat. verùm prius illud arridet magís.

Μηδὲ ὡς ἐν σχόλῃ] *neve otio abuti videaris* Xylander. forſan, qia priùs ἐνσχολῶν dixerat. Ego ſimpliciter malim, tanqam in ſchola, hoc eſt, vel ὡς ϖαιδαγωγός τις, *padagogi cujuſdam inſtar*, qi imperioſe cùm agat, moleſtus eſſe ſolet, & gravis habetur. *l.* 5. §. 9. & *l.* 10. §. 35. unde ϖαῤῥησία ϖαιδαγωγικὴ, *libertas magiſtralis*, *ſuprà* §. 6. vel etiam *tanqam in ſchola*, ubi ingenii exercendi oſtentandíqe cavſſâ fieri aſſolent oratiunculæ. hoc eſt enim qod ſeqitur, μηδὲ ἵνα ἄλλος ϖαϱασὼς θαυμάσῃ. *Neqe ut adſtanti alicui ſis admirationi.* & *ſuprà* §. 13. Ὡς ἐϖιδεικνύμενος. *Ut qi ſis oſtentaturus.* vide *ad l.* 1. §. 16. σχολαστικός. *qaſi exercitationis cavſſâ.* Caſavbonus. Ambroſius *Offic. l.* 3. *c.* 16. *objurget, non jactantiæ ſtudio, ſed affectu charitatis.* qod Marcus hìc φιλοσόϱγως. Talia avtem, qalia Marcus hìc notat, Senecæ ſcripta Cajus Cæſar eſſe volebat. cùm *commiſſiones meras* eſſe diceret, referente Svetonio, *l.* 4. *c.* 53. i. e. λόγους ϖϱὸς τὰς ἐϖιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγϱαμμένους, ut ex Iſocrate *in eum locum* clariſſimus Caſavbonus. vel etiam ἀντολεξεῖ, ἀγωνίσματα. utì idem ex Thucydide *l.* 1. & Ariſtotele *Poët. c.* 9. ſed & Polybio; cujus avreum dictum digniſſimúmqe qod ubiqe, non ibi tantùm, legatur (ejuſdem habes τῷ μακαρίτῃ elogium) illud *l.* 3. *c.* 31. è codicibus Polybianis à vitio typothetarum incuriâ contracto ſic repurgatum. Ἰσοϱίας γὰϱ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ ϖῶς, καὶ ϖότε τίνος χάϱιν ἐϖϱάχθη, καὶ τὸ ϖϱαχθὲν ϖότεϱα ἴνλογον ἴσχε τὸ τέλος, τὸ καταλειϖόμενον αὐτῆς, ἀγύνισμα μὲν, μάθημα δὲ ϑ γίνεται. *Qippe ſi tollas ex hiſtoria, qare, qomodo, qo fine, qidqe fuerit actum, & qàm convenientem exitum res geſta habuerit: qod ſupereſt illius commiſſio mera eſt, non avtem opus ad erudiendum lectorem comparatum.* Qod Plinius *l.* 7. *Epiſt.* 17. *Hiſtoria non oſtentationi, ſed fidei veritatiqe componitur.* Nec multò ſecius Fabius, *l.* 10. *c.* 1. in viri clariſſimi commentariis fœdè depravatus: *Totum opus hiſtoria, non ad intuitum rei pugnámqe præſentem, ſed ad memoriam poſteritatis & ingenii famam componitur.*

Ἀλλ' ἤτοι ϖϱὸς μόνον] qod Chriſtus Matth. *c.* 18. *v.* 15. Ὕϖαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. *Ito, & argue illum inter te & ipſum ſolum.* Socrates in menſa cùm familiarem qendam vehementiùs pavlo increpuiſſet, Plato, οὐκ ἄμεινον ἦν ἰδίᾳ ταῦτα λελέχθαι; *Annon*, inqit, *hæc privatim dicta, præſtiterat?* cui ille viciſſim, Σὺ δὲ οὐκ ἄμεινον ἂν ἐϖοίησας, ἰδίᾳ ϖϱὸς ἐμὲ ταῦτα εἰϖών; *Annon & à te mihi privatim hoc dictum præſtiterat?* deeſſe avtem videtur disjunctionis membrum alterum, ſi recepta lectio admittatur, *vel ſolùm convenias, vel ut ſolus advertat*, (avt ejuſmodi qippiam) etiamſi plures adſtiterint. *ſed ut cum ſolo ità loqi debes* Xylander. acſi eſſet, ἀλλ' ὡς ϖϱὸς μόνον, ſive, ἀλλ' ὅτως ὡς ϖϱὸς μόνον. disjunctivæ certè rationem nullam habuit: ſed nec Caſavbonus qi vertit, *ſed ità ſemper ut ſolus conſciat.* ἀλλ' ἀεί τοι. qod mihi valde comprobatur. Optimè Plutarchus *de amic. & adul. p.* 70. *F.* Δεῖ γὰϱ, ὡς νοσήματος οὐκ ἐυτϱεπτοῦς, τῆς ἀμαϱτίας τὴν ϱαθϑτητα καὶ ἀποκάλυψιν ἀπόῤῥητον εἶναι, καὶ μὴ ϖαϱηγϱικὴν, μηδ' ἐϖιδεικτικὴν, μηδὲ μάϱτυϱας καὶ ϑεατὰς συνάγεται. οὐ γὰϱ φιλικὸν, ἀλλὰ σοφιστικὸν, ἀλλοτϱίοις ἐνδοκιμεῖν

A σφάλμασι, καλλωϖιζόμενον ϖϱὸς τοὺς ϖαϱόντας, ὥσϖεϱ οἱ χειϱουϱγοῦντες ἐν τοῖς ϑεάτϱοις ἰατροὶ ϖϱὸς ἐϱγολαβείαν. *Oportet tanqam morbi turpis, ita peccati etiam detectionem & ſanationem occultam eſſe, nihil pompæ, nihil oſtentationis habentem, neqe teſtes ſpectatoréſqe adducentem. Non enim amici intereſt, ſed rabula in alienis gloriam qærere peccatis, venditantem ſe oſtentatione ſuâ præſentibus. Sicut in theatris medici manibus geſticulantur, ut ſua opera conductores ſibi parent.*

Ὡς ϖαϱὰ τῶν Μουσῶν] qia pro numero Muſarum, monita *novem.* vide Plutarchum *Sympoſ. lib.* 9. *cap.* 14. de numero Muſarum.

B Ἀϱξαί ϖοτε ἄνθϱωϖος εἶναι] *humanitatem colamus, dum inter homines ſumus.* Seneca *de ira l.* 3. *c.* 43. vide *l.* 7. §. 22. & *l.* 10. §. 8.

Τὸ κολακεύειν] qod *l.* 4. §. 31. Μήτε τύϱαννος, μήτε δοῦλος. *Neqe tyrannus, neqe ſervus.* De Antonio Nicephorus Calliſtus *l.* 8. *c.*40. Πᾶσί δ' ἦν κεχαϱισμένον ἑαυτὸν ϖαϱέχων, ἐϖιμέλετο μήτ' ἀγϱοικίᾳ καὶ κόλακα εἶναι δοκεῖν, μήτε ϖϱὸς τύφον ἐξάγεσθαι τῷ διὰ ϖάντων τιμᾶσθαι, καὶ ὅς ἂν κελεύοι ϖείθεσθαι. *Et qum jucundum ſe omnibus præbuit, tum ne ſummiſſus nimium & adulator eſſe videretur: præterea ne ex eo, qod ab omnibus honore afficeretur, qódqe ei qos juſſiſſet, morem gererent, faſtu & arrogantiâ efferretur curavit.* Iſidorus Peluſiota *l.* 3. *Ep.* 121.

C Ὥσϖεϱ οὖν μὴ ῥᾳδίως κομιδῇ φθέγξασθαι ῥᾴδιον, τῷ δὲ μέσῳ τυχεῖν, μουσικῆς ἐστιν ἕξεως. οὕτω καὶ ϖεϱὶ τὸ ϖαῤῥησιάσασθαι, καὶ μὴ, λογιστέον. οἱ μὲν γὰϱ ϖ τῷ ὠφελῆσαι, ἀλλὰ τῷ ὑβϱίσαι γίνονται μόνοι. οἱ δὲ τῷ κολακεύειν, καὶ τὰ μὴ ϖϱοσόντα ἐγκώμια ὑφαίνειν. οἱ δὲ μέτϱῳ ἀϱίστῳ χϱώμενοι, ὥστε ὑβϱίζεσθαι, ὥστε ϑωπεύεσθαι, ἀλλὰ χειϱώσεως τῇ ϖαῤῥησίᾳ τὸν ἀϊδῶ καὶ τῇ ἐϖιλήμψει τὴν ϖϱοσήκουσαν, ὥστως ἐϖί τὸ ἄϱιστον τοὺς ἑαυτοῦ ἀγωνιῶντας ἔχοντας. *Qemadmodum acutè qidem avt perqam graviter loqi facile eſt, mediocritatem avtem tenere muſicis habitus eſt: eodem modo de loqendi libertate & timiditate ſentiendum eſt. Sunt enim qi non id agunt, ut proſint, ſed ut contumeliam duntaxat inferant. Sunt rurſum, qi hoc tantum ſibi propoſitum habent, ut adulentur, ac falſas laudes contexant. At qi optimâ mediocritate utuntur, ii nec contumeliam inferunt, nec adulantur, ſed verborum libertatem ac licentiam pudore, atqe objurgationem ſuavitate condientes, ita demum ad eos, qi ſus ignoratione laborant, curandos veniunt.*

Τὸ ϖϱᾷον καὶ ἥμεϱον, ὥσϖεϱ ἀνθϱωϖικώτεϱον, οὕτω καὶ ἀϱϱενικώτεϱον] Naſo, *art. l.* 3.

Candida pax homines, trux decet ira feras.

& *triſt. l.* 3. *Eleg.* 5.

Qò qiſqe eſt major, magìs eſt placabilis ira;
Et faciles motus mens generoſa capit.

E Ὥσϖεϱ τε ἡ λύϖη ἀνθϱωϖίνης, οὕτω καὶ ἡ ὀϱγὴ] *Iram doloremqe* copulat. Ἡ γὰϱ ὀϱγὴ μετὰ λύϖης. καὶ ὁ ὀϱγιζόμενος ϖᾶς λυϖεῖται. *Ira cum moleſtia, & qi iraſcitur, moleſtiâ afficitur.* Ariſtoteles *Rhet. l.* 2. *c.* 4. Utrumqe facit imbecillitatis indicium. Ità & Seneca *de ira l.* 1. *c.* 16. *Tantùm abeſt à magnitudine animi ira, quantùm à fortitudine audacia, à fiducia inſolentia, ab auſteritate triſtitia, à ſeveritate crudelitas. mihi videtur veternoſi & infelicis animi imbecillitatis ſibi conſcii, ſæpe indoleſcere. ut exulcerata & agra corpora ad ictus leviſſimos gemunt; ità mulièbre maximè & puerile vitium eſt. at incidit & in viros. nam viris qoqe puerilia ac mulièbria ingenia ſunt.*

F &, *de vit. beat. c.* 3. *Omnis ex infirmitate feritas eſt.* Menander apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 20.

Τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν ϖικϱὸν,
Δεῖγμ' ἐστὶν εὐθὺς ϖᾶσι μικϱοψυχίας.
Iraſci prompta amarulentáqe indoles
Indicium infirmi pectoris cunctis facit.

Muſonius apud Stobæum *Tom.* 2. *tit.* 19. Μικϱόψυχον γὰϱ τὸ ἀγαναχτεῖν καὶ ἐϖιλείϖεσθαι ϖεϱὶ τῶν τοιούτων. *Puſillanimitas enim eſt, has ob res indignari, & commoveri intenſius.* Juvenalis *Sat.* 13.

—— minuti

triſtitia, ſic & ira, imbecillis eſt animi. utraqe enim vulnus accepit, & ſuccubuit.

Qod ſi volueris, etiám decimum à Muſarum præſide donum accipe. velle, improbi nè peccent, inſaniæ eſt. id enim qod fieri non poteſt, appetit. tum concedere, ut adverſùs alios tales ſint, ſed nè in te peccent poſtulare, & ſtolidum eſt & tyrannicum etiam.

§. 19. Mentis affectiones qatuor potiſſimùm ſunt jugiter cavendæ, & ubi deprehenſæ fuerint, confeſtim inducendæ, de ſingulis earum ſic cenſendo: cogitatio iſta non eſt neceſſaria; iſta ſocietatis inimica; iſtud non à te dicturus es. aliqid enim non à teipſo dicere, in rerum abſurdiſſimarum numero

ἀσθενῆς. ἔτως καὶ ἡ ὀργή. ἀμφότεροι γὰρ πέπονθαν, καὶ [a] ἐνδεδώκασιν. a L.7.§.64.

Εἰ δὲ βέλει, καὶ δέκατον ἄνδρα ἐκ μουσηγέτου δῶρον λάβε. ὅτι [b] τὸ * μὴ ἀξιῶν ἁμαρτάνειν τὰς φαύλας μανικόν. [c] ἀδυνάτου γὰρ ἐφίεσθαι. τὸ δὲ συγχωρεῖν ἄλλοις μὲν εἶναι τοιούτους, ἀξιῶν δὲ μὴ εἰς σὲ ἁμαρτάνειν, [d] ἄγνωμον καὶ τυραννικόν. b L. 5.§.17. * ἀξιῶν μὴ c L.7.§.71. d L.6.§.27.

§. 19. Τέσσαρας μάλιστα τροπὰς ἐκ ἡγεμονικῆς ἀνθρωπίνου διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὰν φανερόσῃς, [e] ἀπαλειπτέον, ἐπιλέγοντα ἐφ' ἑκάστῳ ἔτως. ἔστο τὸ φάντασμα [f] οὐκ ἀναγκαῖον. ἔστο, [g] λυτικὸν κοινωνίας. ἔστο [h] οὐκ ἀπὸ σαυτοῦ μέλλεις λέγειν. τὸ γὰρ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἀποπωτάτοις νό- e Sup.§.16. f L.4.§.24. g L.9.§.23. h L.2.§.16.

ANNOTATIONES.

— *minuti*
Semper & infirmi eſt animi exiguique voluptas,
Ultio. continuò ſic collige, qòd vindictâ
Nemo magis gavdet qàm fœmina. —

Ammianus *Hiſt. l.* 27. *c.* 6. *Iram definiunt eſſe ulcus animi, naſci ex mentis mollitie conſvetum; ſd aſſerente argumento probabili, qòd iracundiores ſunt incolumibus langvidi, & fœmina maribus, & juvenibus ſenes, & felicibus arumnoſi.* Ariſtoteles *rhetor. l.* 2. *c.* 2. Κάμνοντες, πινόμενοι, ἐρῶντες, διψῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες, καὶ μὴ κατορθοῦντες, ὀργίλοι εἰσὶ καὶ ἐυπαρόρμητοι. *Ægrotantes, paupertate laborantes, amantes, ſitientes, omnino cupientes, & non rectè agentes iracundi ſunt, & qi concitentur idonei.* Plutarchus *de irac. cohib. pag.* 457. *A.* Ὡς γὰρ ὄιδημα μεγάλης ἐστὶν ἐν σαρκὶ πληγῆς πάθος, ἔτως ἐν ταῖς μαλακωτάταις ψυχαῖς ἡ πρὸς τὸ * λυπῆσαι *[λυπῆσαι] ἔνδοσις ἐκφέρει μείζονα θυμὸν ἀπὸ μείζονος ἀσθενείας. διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτερας, καὶ νοσοῦντες ὑγιαινόντων, καὶ γέροντες ἀκμαζόντων, καὶ κακῶς πράττοντες ἐυτυχοῦντων. ἔτως ἐν τῷ λυπεμένῳ μᾶλλον τῆς ψυχῆς καὶ πάσχοντος αἰσχρῶς μᾶλλον δὲ ἀσθένειαν ὁ θυμὸς, ὐχὶ νεύροις, ὡς τις εἶπε, τῆς ψυχῆς ἐοικὼς, ἀλλὰ ἐπιτάμασι καὶ σπάσμασιν ἐν τοῖς ἀμυντικοῖς ὀρμαῖς σφοδρότερον ἐξαισαμένης. *Sicut enim œdema naſcitur in carne à magno ictu: ſic in molliſſimis animis ad ladendum facta inclinatio majorem excandeſcentiam à majore profert imbecillitate. Itaqe & mulieres magis iracundæ ſunt qam viri, & agroti qàm ſani, & ſenes juvenibus, & rebus utentes adverſis proſperam habentibus fortunam. Itaqe maximè paſſo aliqid & dolore affecto animo, ob ejus imbecillitatem exſurgit ira, non (qod qidam dixit) nervis animi ſimilis, ſed intentionibus & convulſionibus in ulciſcendi cupiditatibus vehementiùs ſe efferentis.* qod avtem dicit ὡς τις εἶπε, Platonem tangit, qi ſicut Plutarchus idem, *de virt. mor. pag.* 449. *F.* refert, Νεῦρα τῆς ψυχῆς τὸν θυμὸν προσεῖπεν. *Iram nervos animi cognominavit.*

Ἀσθενῆς] τὸ γὰρ ἀσθενὲς ἐυπαθέστερον. Theophraſtus *de cauſſ. plant. l.* 4. *c.* 6. non ἀπαθέστερον, ut codices vulgati, etiam Heinſii editio, exhibent. ſic enim ipſe lib. eodem *c.* 12. Τὰ γὰρ ἀσθενέστερα δῆλον [ὡς] ἐυπαθέστερα. *Infirmiora enim facilius affici certum eſt.* & rurſus *c.* 14. Ἀσθενὲς παθητικώτερον. *Debile facilius affici neceſſe eſt.*

Ἀμφότεροι γὰρ τέτρωνται καὶ ἐνδεδώκασιν] *Uterqe vulnus accepit & herbam porrexit* Xylander optimè. ſive, *manus dedit, & victus eſt uterqe*, & qi iraſcitur, & qi dolet. Dio Pruſæus *Orat.* 16. *pag.* 245. Ἀλλὰ διανοίας ἰσχυρᾶς ἐσι χρεία, μάλιστα μὲν ἀτρώτου καὶ πρὸς μηδὲν εἰκούσης. εἰ δὲ, φάγε ῥᾳδίως, μηδὲ ὑπὸ τῦ τυχόντος τιτρωσκομένης. *Sed opus eſt animo firmo, & maximè impenetrabili, nulliqe cedente, avt certè havd facilè, qiqe non qalibet à re vulneretur.* ubi in membro poſteriori, defectus ſubeſſe videtur; ſupplendus hoc modo; εἰ δὲ [μὴ,] μάγε ῥ. &c. negativa iterata librarium vel oſcitantem, vel feſtinantem fefellit. Libanius *in vita ſua pag.* 53. *D.* Ἐκοίνωσα δὲ ὐδὲν αὐτὸς δεῖσθαι τοιούτων συμμάτων. ἔτως ὐκ ἐτετρώμην. *Id tamen operam dabam, ut nihil ipſis ejuſmodi commentis opus eſſet: ideo ſauciatus non fui.*

Παρὰ τῦ μουσηγέτου] *à duce ſive præſide Muſarum.* qia *decimum* addiderat. at qis iſte Marco *Muſarum ductor?* Mericus Caſavbonus *Herculem* vult. Herculem certè Evmenius in *oratione de ſcholis inſtavrandis, Muſageten, hoc eſt, comitem ducemqe Muſarum eſſe, accepiſſe* ait *Fulvium illum Nobiliorem; qi eadem Herculis Muſarum in circo Flaminio ex pecunia Cenſoria fecit, cùm in Gracia eſſet imperator.* Qin & Svetonius *l.* 2. *c.* 29. *Ædis Herculis Muſarum à Marcio Philippo* ſub *Auguſto extructa* meminit. Nam qod *Herculis & Muſarum*, legebatur, Iſaacus Caſavbonus, codicum veterum fidem ſecutus, copulativam ſuſtulit. qanqam Plutarchus in *qæſt. Rom.* communem fuiſſe aram qandam *Herculis ac Muſarum* apud Romanos, eſt avtor; inſtitutæ cavſſam, ex Jubæ traditione, fuiſſe, qòd Evandrum literas Hercules docuiſſet. Cæterùm Evmenius idem, *Herculem Muſarum tutorem potiùs & defenſorem*, qàm *ductorem & præcentorem* habitum innuit, cùm ſubjicit, *Camænarum ſigna novem ſub tutela numinis fortiſſimi ab eodem Fulvio conſecrata, qò mutuis operis præmiſſe juvari ornariqe ſignificaret, Muſarum qietem defenſione Herculis, & virtutem Herculis voce Muſarum.* De hoc *Herculis Muſarum*, an *Herculis Muſarúmqe* templo, Naſo *artis l.* 3.

Nec rubor eſt emiſſe palám: venire videmus
Herculis ante oculos virgineúmqe chorum.

& *Faſtor. l.* 6. *extremo.*

Dicite Pierides, qis vos addixerit iſti,
Cui dedit invitas victa noverca manus.
Sic ego, ſic Clio: clari monumenta Philippi
Aſpicis, unde trahit Martia caſta genus. &c.
Sic cecinit Clio. docta aſſenſere ſorores,
Annuit Alcides, increpaitqe lyrâ.

Verùm apud Græcos Apollinis potiùs, *Muſageta* titulus iſte; hoc munus eſt, *Muſarum chorum ducere eiſdemqe præcinere.* qod & ex Lutatii *Hiſtor. commun. l.* 1. Probus Grammaticus aſſerit. Syneſius *Dione pag.* 43. de philoſopho. Προσῆκαι δὲ δεῖ τὸ καὶ ἔχειν αὐτὸν ἴδιον ἔργον ὑπερκείμενον τῷ χορῷ, ὥσπερ τὸν Ἀπόλλω λόγος ἔχει, τῶν μὲν ταῖς Μούσαις συνάδειν αὐτὸν ἐξάρχοντα, καὶ ἐνδιδόντα ῥυθμὸν τῷ συνήμαλι, τῶν δὲ αὐτὸν καλὰ μόνας ᾄδειν. *Muneris acceſſione opus eſt, qod & ſibi peculiare habeat, & ſit caterarum choro ſublimius: qemadmodum Apollinem fama eſt nunc Muſarum cætui præeuntem, rhythmiqe præcentum auſpicantem concinere: nunc ipſum per ſeſe ſingulatim canere.* Cornutus an Phurnutus, *de deis*, *c.* 32. Ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ μουσηγέτης ἐκλήθη, καὶ παίζειν μετὰ τῶν Μουσῶν ἐνομίσθη.

Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ἐπιχθόνιοι βασιλῆες.

φησὶν ὁ Ἡσίοδος. διὰ τῦτο καὶ ἱερὸς αὐτῷ ὁ κύκνος, τῷ μουσικώτατον καὶ λευκότατον ἅμα εἶναι τῶν ὀρνίων. *Ab hac cavſſa Muſarum antiſtes dictus eſt, & jocos cum Muſis celebrare creditus eſt.*

Eximii cantu Muſis & Apolline nati
Sunt, decorátqe ipſos in terris regia virtus:

inqit Heſiodus. Hinc cycnus Apollini ſacer eſt, qod ſit vocaliſſimus, & omnium avium candidiſſimus. Pavſanias *Eliac. l.* 1. in Junonis templo, qod eſt Elide, Πεποίηνται Μοῦσαι μὲν ᾠδὴν, καὶ Ἀπόλλωνι ἐξάρχουσι τῆς ᾠδῆς. *Sunt & Muſæ canentes, modos præeunte Apolline.* Idémqe in *Attic.* diſertè, Ἀπόλλωνα μουσηγέτην καλοῦσι. *Muſarum ducem ſive præſidem vocant Apollinem.* cujus appellationis Apollini tributæ meminit & Plato, *de leg. l.* 2. Plutarchus *ſympoſ. l.* 9. *c.* 14. & *cur Pyth. metro oracula edere deſierit.* & Ariſtides *Orat. Platonic.* 1. ſed & Orpheus *hymno in Apollinem.* Julianus item *Orat. in ſolem.* Apollinem cùm μουσηγέτην, tum & μουσῶν ἡγεμόνα non ſemel nuncupat. Maximus Tyrius *Orat.* 21. Τὴν ἀληθῆ ἁρμονίαν, ᾄδει μὲν ὁ Μουσῶν χορὸς, ἐξάρχει δὲ αὐτῆς ὁ Ἀπόλλων ὁ μουσηγέτης. *Veram harmoniam Muſarum canit chorus, dux earum inchoat Apollo.* Libanius deniqe *Orat.* 2. Μὴ πρὸς τὸν μουσηγέτην τὸν πάντα ἰφοιῶντος, &c. *Non ſinamus iſtud fieri per Muſarum ducem, qi omnia conſpicit*, &c. Cæterùm Herculem, an Apollinem voluerit Marcus, parùm refert. Clemens verò noſter *Strom. l.* 6. etiam Domino Deo noſtro appellationem hanc tribuit. Sed & Philoſtratus Antonino illi, cui *vitas ſophiſtarum* inſcripſit; & Galliarum Regi Franciſco Magno Cl. Caſavbonus in *notis ad Marci noſtri vitam.*

Τὸ μὴ ἀξιῶν ἁμαρτάνειν τὰς φαύλας, μανικὸν] tranſponendæ ſunt voces primores. Τὸ ἀξιῶν μὴ ἁμαρτ. ſenſus exigit. idem prorſus habet *l.* 5. §. 17.

Τυραννικόν] ità *l.* 6. §. 27. ἀμόν πως. Verùm iſtìc tyrannicum potiùs, qia velle ſe ſolum lege communi exemptum, *tyrannidem* ſapit.

§. 19. Ἀπαλειπτέον] vide *ſuprà* §. 16.

Τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῦ λέγειν ἐν τοῖς ἀποπωτάτοις] Ex Marci mente, non à ſe loqitur, qi non ab animo, non à mente ſua. Ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάσεως καὶ ἀναλήθους τὶ ποιῇ ἢ λέ-

* συνειδήσεις f.
a L. 3. §. 3.
b L. 12. §. 19.
c L. 4. §. 41.

νόμιζε. τίμιον δέ ἐστι, καθ' ὃ σεαυτῷ * συνειδήσεις, ὅτι τοῦτο [a] ἡγεμονικὸν ἐστὶ καὶ ὑποκαθηκλινομένη τῷ θειοτέρῳ. [b] θνητὸν μέρος τῇ ἀπιμωτέρᾳ καὶ [c] θνητῇ μοίρᾳ τῇ σώματος καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἡδοναῖς.

habeto. qartum esto, qicqid conscientia tibi dictaverit, fore per illud, ut pars tui divinior devicta succumbat viliori, corpori nempe mortali ejusque crassis voluptatibus.

§. 20. Τὸ μὲν πνευματῶδές σου, καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν ὅσον ἐγκέκραται, καί τοι φύσει ἀναφερῆ ὄντα, ὅμως πειθόμενα τῇ τῶν ὅλων διατάξει, ἐνταῦθα ἐν τῷ συγκρίματι κατέσται ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ γεῶδες καὶ τὸ ἐν σοὶ πᾶν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καί τοι καταφερῆ ὄντα, ὅμως ἐγήγερται καὶ ἕστηκε τῷ ἰδίῳ ἐαυτῶν φυσικῷ· φάσιν. ἕτως ἄρα καὶ τὰ στοιχεῖα ὑπακούει τοῖς [d] ὅλοις, ἐπειδάν πε καταπαχθῇ σὺν βίᾳ, μένοντα, μέχρις ἂν ἐκεῖθεν πάλιν τὸ ἐνδέσιμον τῆς διαλύσεως

§. 20. Qicqid aëreum & igneum immixtum est tibi, etiamsi naturâ sursum feratur, utrumqe ut tamen universi dispositioni obseqatur, in massa composita istîc detinetur. qicqid itidem in te terreum & aqeum existit, etiamsi naturâ deorsum vergat, attollitur nihilominus, & stationem occupat non suam. usqeadeo etiam elementa universo obtemperant, dum ibi, ubi per vim dispositа sunt, manent, donec dissolutionis signum

d L. 3. §. 5.

de-

ANNOTATIONES.

γῃ τις. *Qum simulat, ac fictè vel falsò agit qicqam, loqitúrve.* l. 2. §. 16. qæ huic loco commentarii vicem præbent. nam aliud est ἀφ' ἑαυτῷ λέγειν. *Joan. c. 18. v. 34.*

Καθὸ σεαυτῷ ὀνειδίζῃς] *tibi ipsi exprobra* Xylander. *tibi ipsi exprobrabis* Casavbonus. τῷ καθὸ nevter rationem ullam habuit. ego malim συνειδήσεις, *secundum qod*, vel *in qo*, *conscius tibi futurus es.*

Ὑποκαθηκλινομένῃ τῷ θειοτέρῳ] Vide *l. 7. §. 55.*

§. 20. Πειθόμενα τῇ τῶν ὅλων διατάξει] Plutarchus *sympos. l. 1. c. 2.* Καὶ τὸν Θεὸν ὁρᾷς, ὃν ἀριστοτέχνην ἡμῶν ὁ Πίνδαρος προσεῖπεν, ὑ πανταχοῦ τὸ κοῦφον ἄνω τάττοντα, καὶ κάτω τὴν γῆν, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ χρεῖαι τῶν σωμάτων ἀπαιτῶσι,

Τοῦτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυμήτοις,
Ναὶ μὴν κηρύκων τε λιθορρίνων χελύνης,

φησὶν Ἐμπεδοκλῆς.

Ἐνθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν,

οὐχ ἧττ ἡ φύσις δίδωσι χώραν, ἀλλ' ἧττ ἡ πρὸς τὸ κοινὸν ἔργον ποθεῖ σύνταξις. *Ipsum adeò Deum vides, qem Pindarus nostер optimum artificem cognominavit, non ubiqe supra ignem, infra terram posuisse, sed in eo usum ac necessitatem corporum sequtum. Empedoclem audi:*

Inspice tergigraves conchas qandoqe marinas:
Buccinus, exemplóqe obducta chelys tibi saxo
Esse potest, summo ut videas in corpore terram.

hanc enim habent hac constitutionem, qam non naturalis locorum distributio, sed novi operis confectio exigebat. Idémqe pavlò secius, *de facie Lunar. pag. 927. E.* Οὐδὲν ἔοικεν ἄλλο μέρος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τάξιν ἢ θέσιν ἢ κίνησιν ἰδίαν ἔχειν, ἣν αὖτις ἁπλῶς κατὰ φύσιν προσαγορεύσειεν. ἀλλ' ὅταν ἕκαστον ἐκ χάριν γέγονε, καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ πεποίηται, τότ᾽ ἐπιτηδείως ἔχειν καὶ κεῖσθαι. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, ὡς εἴ τι τῶν ἄλλων ἕτερον, κατὰ φύσιν γεγονὼς, ἄνω μὲν ἔχει τὰ ἐμβριθῆ καὶ γεώδη μάλιστα περὶ τὴν κεφαλήν. ἐν δὲ τοῖς μέσοις τὰ θερμὰ καὶ πυρώδη. οὐδὲ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν ἄνω περὶ τὰ ὄμματα ἀκροτάτου κατὰ φύσιν ἐστὶ, τὸ δ' ἐν κοιλίᾳ καὶ καρδίᾳ παρὰ φύσιν. ἀλλ' ἕκαστον οἰκείως καὶ χρησίμως τέτακται.

Ναὶ μὴν κηρύκων τε λιθορρίνων χελύνης,
καὶ παντὸς ὀστέου φύσιν, ὥς φησιν, ὁ Ἐμπεδοκλῆς καταμαθὼν,

Ἐνθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν.

καὶ δὴ πιέζει τὸ λιθῶδες [τὴν ὑγρότητα, f. *humidum* Xylander) ἐπικείμενον, ὑδέτε πάλιν τὸ θερμὸν ὑπὸ κουφότητος εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀποπλέμενον ἴσχυσε. μέμικται δέ πως πρὸς ἄλληλα, καὶ συντέτακται κατὰ τὴν ἑκάστου φύσιν. ἕτως ἂν εἰκὸς ἔχειν καὶ τὸν κόσμον, ἐγγὺς δὲ ζῴου ἐστὶ πολλαχοῦ γῆν ἔχοντα, πολλαχοῦ δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα, ἐκ ἐξ ἀνάγκης κατατεθλιμμένον, ἀλλὰ λόγῳ διακεκοσμημένον. *Apparet nullam universi partem ipsam à se ordinem, situm, motúmve habere propria, qa absqe ulla conditione naturalia possint dici. Sed qando unumqodqe, si cujus rei gratiâ ortum factúmve est, ei se utiliter movendum accommodet, & vel ad agendum, vel ad patiendum, & afficiendum ita se prabeat, ut ejus saluti, pulcritudini, & facultati congruit: tunc videbitur natura convenienter collocari, moveri, affici. Etenim homo, qo non ulla rès magis juxta naturam est facta, in sublimi habet maximè gravia & terrestria, circa caput: in mediis calida & ignita. Neqe ignis, qi supra ex oculis emicat, secundum naturam est, contra naturam is, qi in corde & ventriculo: sed qodvis horum congruè est utilitérqe ordinatum. Qin omnium ostreorum considera naturam, atqe (ut utar verbis Empedoclis)*

Inspice tergigraves conchas qandoqe marinas:
Buccinus, exemplóqe obducta chelys tibi saxo
Esse potest, summo ut videas in corpore terram.

neqe lapidea opprimunt humorem, cui incumbunt, neqe contra calor levitate suâ sursum evolans perit: sed omnia sunt commixta, inter sqe composita, pro rei cujusvis natura. Qamobrem A *probabile est, mundum etiam, siqidem animal est, multis in partibus terram habere, in multis aqam, ignem, aërem: non necessitate aliqâ elisa hac eo, sed ratione ista disponente.* & *ibidem pag. 926. B.* Ὅρα καὶ σκόπει, ὦ δαιμόνιε, μὴ μεθιεὰς καὶ ἀπάγων ἕκαστον ὅπου πέφυκεν εἶναι, διάλυσίν τινα κόσμου ἐπάγῃς. *Proinde vide tu homo belle, ne transferens & abducens unumqodqe eo, ubi natura illi locum videtur adsignasse, qandam dissolutionem mundi admittas.* Mox *pag. 928. A.* post ea qæ superiùs posita sunt, de partibus corporis, oculo præsertim & corde. Οὐδὲ γὰρ ὀφθαλμὸς ἐνταῦθα τῷ σώματός ἐστιν ὑπὸ κουφότητος ἐκπεσθείς, οὐδὲ ἡ καρδία τῷ βάρει ὀλισθοῦσα πίπτωκεν εἰς τὸ στῆθος, ἀλλ' ὅτι βέλτιον ἦν ἕτερον ἑκάτερον τετάχθαι. μὴ τοίνυν νομίζωμεν, μήτε γῆν ἐνταῦθα κεῖσθαι συμπεσοῦσαν διὰ βάρος, μήτε τὸν ἥλιον εἰς τὴν ἄνω χώραν, ἀσπὶς δίκην, ὑπὸ κουφότητος ἐκτεθλίφθαι, μήτε τὰς ἄλλας ἀστέρας, ὥσπερ ἐν ζυγοσταθμῷ διαφορᾷ ῥίψαντας, ἐν οἷς εἰσι γεγονέναι τόποις, ἀλλὰ τῷ κατὰ λόγον κρατοῦντος. *Nam neqe oculus isthac in parte corporis est levitate eo compulsus suâ: neqe cor suâ gravitate in pectus delapsum est: sed utrumqe ita collocatum, qia hoc modo erat conducibilius. Non ergò putemus terram huc pondere suo prolapsam, solem utris in modum sursum levitate suâ elisum, aut reliqas stellas velut in bilance momento facto ea in qibus sunt loca occupavisse, sed ratione prævalente.* Vise sis qæ sequntur. Deniqe de anima ipsa idem *ibidem pag. 926. C.* Αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ ὑ παρὰ φύσιν τῷ σώματι συνέβρυτας, βραδεῖ ταχεῖα, καὶ ψυχρῷ πυρώδης, καὶ ἀόρατος αἰσθητῷ; *Ipsa anima annon contra suam naturam inclusa tenetur corpori tardo & frigido, ignea ipsa & cæteris, & sensu nullo videnda?*

Παρακεκράτεται ἐνταῦθα ἐπὶ τῷ συγκρίματος] Ὅλη γὰρ ἴσως ἡ σύσταις τῶν ζῴων ἐκ τοιούτων συνέστηκεν, ἃ διαφέρει τοῖς οἰκείοις τόποις. ὑδὲν γὰρ τῶν μερῶν ἔχει τὴν αὑτῷ χώραν. *Tota enim fortasse animalium constitutio ex talibus constat, qæ differunt propriis locis, nulla enim partium suam habet regionem.* Aristoteles *de cælo l. 2. c. 6.*

Τὸ ἐνδέσιμον τῆς διαλύσεως σημαίνῃ] Ἐνδέσιμον, vel à re *musica*, vel à re *navtica*, vel à re *militari* etiam forsan translatum videri qeat: In re musica usurpatur pro *modulationis exordio*, qo præcentor sive chori præfectus cantandi reliqis avspicium facit. Hesychius. Ἐνδέσιμον, τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς κιθάρισμα. Ἐνδέσιμον, *citharæ pulsata sonus ante cantum.* & apud Svidam nescio qis; Ὁ δὲ ψαλμὸς, ἴσως ἐνδέσιμος εἶναι τῆς ᾠδῆς. *Ille cantus erat novæ cantionis præludium.* Eò allusit Aristoteles *polit. l. 8. c. 5.* Περὶ δὲ μουσικῆς ἴσως, — ἵνα ὥσπερ ἐνδέσιμον γίνηται τοῖς λόγοις, ὕς ἂν τις εἴποιεν ἀποφαινόμενος περὶ αὐτῆς. *De musica verò qadam — ut tanqam consentanea fiant rationibus, qas qis de ea dicens ostendat.* Ejusdem nomine, *de mundo c. 6.* Μία μὲν ἐκ πάντων ἁρμονία συναδόντων καὶ χορευόντων καλῶ τὸν οὐρανὸν, ἐξ ἑνός τε γίνεται καὶ εἰς ἓν ἀπολήγει. καθάπερ δὲ ἐν χορῷ κορυφαίου καταρξαντος, συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν, ἴσθ' ὅτι καὶ γυναικῶν, ἐν διαφόροις φωναῖς, ὀξυτέραις καὶ βαρυτέραις, μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεραννύντων. ἕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ τὸ σύμπαν διήκοντος θείου. καλὰ γὰρ τὸ ἄνωθεν ἐνδέσιμον ὑπὸ τοῦ Φερωνύμως ἀν χορυφαίου προσαγορευθέντος, κινεῖται μὲν τὰ ἄστρα ἀεὶ, καὶ ὁ σύμπας οὐρανός. &c. *Qi verò ex omnibus concentus existit consonantibus in cælo, chorúmqe conficientibus, ut ex uno ille qidem oritur, ità in unum desinit. Qemadmodum porrò fit in choro, ut avspicanti præsuli aut præcentori accinat omnis chorus è viris interdum fœminisqe compositus, qi diversis ipsi vocibus gravibus scilicet & acutis concentum attemperant: eandem ipsi rationem statuimus & in Deo, qi universum mundum moderatur & regit. Et sidera enim semper, & universum ipsum cælum eos ad numeros movientur, qos Deus sursum qasi avspicando præcinendóqe emodulatur, qem à similitudine janè congrua corypheum mundi rectè appellaveris, qasi præsultorem ipsum, hujúsqe chori magistrum.* &c. hoc est, ut Plato *Euthyd. pag. 193. A.* Ὥσπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀποσυμῴησαντος.] *Qemadmodum chorus innuente magistro.* Julianus item Imperator *ad Jamblych Ep.*

42.

detur. an non iniqum eſt ergò, mentem tantùm tuam immorigeram eſſe, nec ſtatione ſuâ acquieſcere? & huic tamen nihil violentum injungitur, ſed ea ſola qæ ei ſecundùm naturam ſunt. nec ſuſtinet tamen, ſed in contrarium fertur. motus enim omnis ad injurias, luxus, dolores, formidines, nihil eſt aliud, qàm à natura defectio. qin & mens, qoties eventum aliqem ægrè fert, ſtationem tunc ſuam deſerit: ad æqanimitatem enim & pietatem eſt condita, non minùs qàm ad juſtitiam. ſiqidem & iſta ad communionem tuendam faciunt; imò actionibus juſtis antiqiora ſunt.

§. 21. Cui non unus idémqe ſemper vitæ ſcopus eſt,

σημήνη. [a] εἰ δεινὸν ἓν μόνον τὸ νοερὸν τῷ μέρει ἀπειθὲς εἶναι καὶ ἀγανακτεῖν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ; καὶ τοι [b] ἐδὲν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτέτακται. ἀλλὰ μόνα, * καὶ φύσιν ἔχει αὐτῷ. εἰ μὴ τοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν φέρει. ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀδικήματα καὶ τὰ ἀκολασήματα, καὶ τὰς λύπας, καὶ ἐς φόβους κίνησις, ἐδὲν ἄλλό ἐστιν, ἢ [c] ἀφιστάμενόν τῆς φύσεως. ἔστι δέ που καὶ τῶν συμβαινόντων δυσχερείᾳ τὸ ἡγεμονικὸν, [d] καταλείπον τότε τὴν ἑαυτοῦ χώραν. πρὸς [e] ἰσότητα γὰρ ἔστι [f] θεοσέβειαν κατεσκεύασται, οὐχ ἧττον ἢ πρὸς [g] δικαιοσύνην. ἔστι γὰρ [h] ταῦτα ἐν εἴδει ἐστὶ τῆς εὐηθινωμοσύνης, μᾶλλον δὲ [i] πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων.

§. 21. Ὦ, μὴ [k] εἷς ἔστι ὁ αὐτὸς ἐστὶν ἀεὶ καὶ βίου σκοπὸς,

a L. 9. §. 9.
b L. 5. §. 9.
* [ἃ] n.
c Sup. §. 8.
d Sup. §. 9.
e Sup. §. 4, 6.
f L. 7. §. 66.
g L. 9. §. 1.
h Sup. §. 13.
i L. 9. §. 1.
k L. 2. §. 7. & 16.

ANNOTATIONES.

42. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἡμῖν τῆς μέλλης τὸ ἐνδόσιμον μηνύεις, καὶ δίον Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας, φέρε σοι, καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύσοντι πρώσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄντικρυς φέροντας, ὕστερον κἀ ἡμεῖς ὑπὸ τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ εἰκὸς ἀντηχήσομεν, ὥσπερ οἱ τῷ χοροδιδασκάλῳ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τῆς φυλῆς συνομαρτοῦντες. *Verùm qando tu nobis ad canendum prass, & tanqam Mercurii virgâ nos moves atqe excitas dormientes, ecce ipsi qoqe, sicut qi Baccho thyasum pulsanti cum choreis & tripudatione occurrunt, sic ad plectrum tuum respondemus: perinde ut qi præsultorem ad numeri provocationem sequntur.* Et Libanius *Orat.* 3. *in Constantium & Constantem pag.* 150. D. Ὅτι νῦν τὰ σωφρονέστατα τῆς οἰκουμένης γένη, καθάπερ ἐν χορῷ, μίαν ἀρμονίαν ἐκτενάμενα, συνᾴδει, δύο κορυφαίοις ἐνδιδόντων τὸ μέλος. *Qia nunc temperantes ac modesta totius orbis nationes, tanqam in choro, concentum unum intendentes concinunt, duobus præcentoribus antistitibus melos ordientibus. In re nautica*, pro *celevsmate*, sive *carmine*, incondito plerumqe satis illo, qo *celevsta*, id est, *hortator*, sive *portisculus*, remigibus præit, eosdémqe ad opus suum exeqendum instigat. Philostratus minor *imag. l.* 1. in *Argo. pag.* 855. Ὁ δὲ οἱ τὸ ἐνδόσιμον τοῖς ἐρέταις ᾄδει. *Hic verò signum, sive exordium remigibus canit.* Avtor innominatus à Svida lavdatus: Οἱ δὲ κελευσταὶ τοῖς ἐρέταις τὸ ἐνδόσιμον ἐνίδοσαν. οἱ δὲ ἐπὶ τῇ ἐνδόσει ἀθρόοι τῷ ῥοθίῳ ἐπηλάλαξαν. *Hortatores remigibus adhortationis signum dederunt. Illi verò ob hanc adhortationem simul omnes remorum sonitu acclamárunt.* In re *militari*, etiam si nondum occurrat exemplum usurpationis istius, potest idem tamen eodem sensu usurpari, qo ἀναλητικὸν Svidæ exponitur, τὸ εἰς ἔφοδον scilicet. ut Pollux, *l.* 1. *c.* 10. §. 19. *classicum* illud, qo prælii ineundi signum datur. (siqidem & τὸ ἀνάκλημα τῇ ῥυθμῷ Julianus illud περιφράζει) qâ etiam statim post superiorem illam usus est imagine, avtor ille *de mundo*. Ὅταν δὲ ὁ πάντων ἡγεμών τε καὶ γενέτης, καὶ ἀόρατος ὢν ἄλλως πλὴν λογισμῷ, σημήνῃ πάσῃ φύσει μεταξὺ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς φερομένῃ, κινεῖται πᾶσα ἐνδελεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πέρασιν ἰδίοις. ἔοικε δὲ κομιδῇ τὸ δρώμενον, τοῖς ἐν πολέμῳ καιροῖς μάλιστα γινομένοις, ἐπειδὰν ἡ σάλπιγξ σημήνῃ τῷ στρατοπέδῳ. τότε γὰρ τῆς φωνῆς ἅπας ἀκούσας, ὁ μὲν ἀσπίδα ἀναιρεῖται, ὁ δὲ θώρακα ἐνδύεται, ὁ δὲ κνημίδας, ἢ κράνος, ἢ ζωστῆρα περιτίθεται. καὶ ὁ μὲν ἵππον χαλινοῖ, ὁ δὲ συνωρίδα ἀναβαίνει. πάντα δὲ ὑφ' ἕνα σημάντορα κινεῖται κατὰ πρόσταξιν τοῦ τὸ κράτος ἔχοντος ἡγεμόνος. ὕτω χρὴ καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος φρονεῖν. ὑπὸ γὰρ μιᾶς ῥοπῆς στρεφομένων ἁπάντων, γίνεται τὰ οἰκεῖα. *Itáqe ille omnium princeps, parénsqe, animi tantum sensu spectabilis, simul ac signum naturis dedit inter cælum terrámqe vehentibus: earum unaqaqe in orbibus suis jugi motu cietur. Qod verò in hisce rebus agitur, magnoperè simile est iis qa belli tempore inter homines factitantur. Námqe statim ut classicum exaudiri in exercitu cæptum est: alios ipse videas scuta sibi aptantes, loricam alios induentes, alios ocreas vel galeam sumere, vel balteo se cingere festinantes. Rursus videas qi frenatos eqos admittant, alios qi currus conscendant. Cùm interim sub uno ductore omnia moveantur, qi imperia & ipse significanda accepit ab eo, apud qem summa est imperii. Eodem modo nos & ipsos censere convenit de universo. Qum enim ab una vi impulsrice cieantur omnia: fit utiqe qod cuiqe commodum est & conveniens.* ad qod vocabuli significatum allusit forsitan Lucianus in *Lapithis*, cùm ait Cleodemo, qi Stoicos incessere avebat, ἐνδόσιμον præbuisse Hetæmoclis epistolam, qæ pugnis turbísqe mox consecutis classicum qoddam præcinebat. Potest & Marco videri (qia διαλύσεως, id est, *dissolutionis* signum dicitur) esse τὸ ἐνδόσιμον hoc loco, qod τὸ ἀναλητικὸν (prout & constanter id usurpatur) eidem *l.* 3. §. 5. idem enim planè utrobiqe argumentum agitur; atqe ità cùm Xylander, tum & Casavbonus acceperunt. Marci avtem mentem eximiè illustrant, qæ ex avtore illo *de mundo* adduximus: ex qo & ista, cùm eódem faciant cumprimis, subjunxisse non pigebit; Καθόλου δὲ, ὅπερ ἐν τῇ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ στρατηγὸς, ἐν οἰκίᾳ δὲ τοῦ οἰκοδεσπότου τὸ βουλητὸν καὶ τὸ ἐπιτακτικὸν, τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ. πλὴν καθ' ὅσον τοῖς μὲν καματηρὸν τὸ ἄρχειν, πολυκίνητόν τε καὶ πολυμέριμνον. τῷ δὲ ἄλυπον, ἄπονόν τε, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς ἀσθενείας. ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένῳ, πάντα κινεῖ, καὶ περιάγει ὅπῃ βούλεται καὶ ὅπως. --- ἡγεμόνα δὲ ἀκινήτου αὐτοῦ, καὶ ἀμελῶς ὁ σύμπας διοικονομεῖται διάκοσμος ὑρανοῦ καὶ γῆς. *Ut verò summatim jam loqamur: qod in navi gubernator est, qod in curru agitator, qod in choro præcentor, qod denique lex in civitate, & dux in exercitu: hoc Deus est in mundo. Nisi si hactenus interest, qòd labor & motus multiplex illos exercet, & cura angunt varia: cùm huic illaborata succedant omnia, omnis molestia expertia, citráqe corporis infirmitatem: qippe cui in loco stabili immotóqe collocato, omnia movere & circumagere pro arbitratu liceat, qo libitum est cunqe, & qo modo libitum est. --- Ejus enim auspiciis perenniter & composite præeuntis, universus hic cæli ordo regitur atqe administratur.*

Οὐ δεινὸν τὸ νοερὸν ἀπειθὲς εἶναι] de qerimonia ista, vide *ad l.* 9. §. 9.

Οὐδέν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάτταται] Nihil à Deo creaturæ rationali violentum injungitur, nihil qod naturæ ipsius adversum, nihil qod non eidem consentaneum planè sit. annon hoc est qod dominus Christus, Matth. *c.* 11. *v.* 30. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι; *Jugum enim meum facile est, & onus meum leve est.*

Ἀλλὰ μόνα, κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτῷ] legendum vel ἀλλ' ἃ μόνα κ. φ. vel, ἀλλὰ μόνα ἅ. κ. φ. vide Fabium ex *instit. l.* 12. *c.* 11. *ad l.* 12. §. 32.

Οὐ μέν τοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν φέρεται] *tamen ea non sustinet, sed in contrarium fertur* Xylander. rectè. Et hoc est, qod Apostolus *ad Tim. Ep.* 2. *c.* 2. *v.* 25. ἀντιδιατίθεται, sive ἐναντιοῦται. qem vide & *ad Rom. c.* 8. *v.* 7. nam qòd interpres Anglus τὸ ἀνέχεσθαι hìc *sursum ferri* reddidit, cùm ab usu vocabuli, tum & ab avtoris mente aberravit, & difficultatibus se supervacaneis implicuit.

Ἀφισταμένου τῆς φύσεως] ista enim omnia sunt humanitati, adeóqe humanæ ipsi naturæ repugnantia.

Καταλείπει καὶ τότε τὴν ἑαυτοῦ χώραν] itaqe λιποτάκτης γίνεται, *stationis deserta reus est.* ut *suprà* §. 9. certè enim *stationem suam* deserit, cum spiritibus illis desertoribus, Judæ, *v.* 6 qi non per omnia divinæ sponte se subjicit voluntati. vide *lib.* 10. §. 25.

Πρὸς ἰσότητα γὰρ καὶ θεοσέβειαν κατεσκεύασται] non ad *justitiam* magis, inqit, qàm ad *pietatem* conditus est homo; imò ad istam etiam multò magis. vide Pavlum apud Lucam in *Act. c.* 17. *v.* 26, 27.

Τῆς εὐηθινωμοσύνης] εὐηθινωμοσύνη (sicut *lib.* 1. §. 16. κοινονημοσύνη) vocabulum, qod havd temerè alibi reperias, affectionem illam designans propriè, qâ qis est εὐηθινώμων, ut Aristoteles *Ethic. lib.* 4. *c.* 1. sive εὐμετάδοτος καὶ κοινωνικὸς, ut Pavlus *ad Tim. Ep.* 1. *c.* 6. *v.* 58. *Communicare ac largiri sua proclivis.* Verùm Marco istìc passivitatis significatum magis obtinet, affectúmqe eum denotat, qo *promptus qis est ad communem fatorum legem subeundam*, eáqe omnia æqo animo perpetienda, qæ ad universi rationes conducere videbuntur. vide *suprà* §. 13.

Πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων] *antiqior*, inqit, *justitiâ* ipsâ est *pietas* & θεοσέβεια. vide *l.* 6. §. 30. qomodo ergò antiqissima omnium justitia, ex qa reliqæ virtutes universæ procedunt? *suprà* §. 10. Verùm ibi justitiam latiori sensu accepit, prout eam virtutem designat, qâ suum cuiqe, sive Deo, sive homini, tribuitur; istìc strictiore, qâ homini qod est suum elargitur, & pietati, qæ erga Deum est, ἀντιδιαιρεῖται. utriusqe vocabuli hujus usûs & significatûs creberrima in sacris etiam codicibus occurrunt exempla. Vide *ad lib.* 12. §. 1.

§. 21. Ὦ, μὴ εἷς, καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἀεὶ τοῦ βίου σκοπὸς] Casavbonus *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 60.

Est aliqid qò tendis?

ἔχεις τινὰ προθεὶς σοι τοῦ βίου σκοπόν; *finis ille ultimus est scopus,*

a L.1.§.8. ἕτερ- a εἰς καὶ ὁ αὐτὸς δι' ὅλης ζ βίς εἶναι ὑ δύναται. οὐκ ἀρκεῖ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ καὶκεῖνο προσθῇς, ὁποῖον εἶναι δεῖ ζ τὸν σκοπόν. ὥσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τ ὁπωσοῦν τελείσει δοκούντων ἀγαθῶν· ὑπόληψις ὁμοία ἐστὶν, ἀλλ' ἡ τῶν τοιῶν δέ τινων,

b L.5.§.16. τετέσι τῶν κοινῶν, ἕτω καὶ τὸν σκοπὸν δεῖ b τὸν

c L.9.§.23. κοινωνικὸν καὶ c πολιτικὸν ὑποτήσεσθαι. ὁ γὰρ εἰς ζ τὸν πάσας τὰς ἰδίας ὁρμὰς ἀναδήσων, πάσας

d Inf.§.27. τὰς πράξεις ὁμοίας ἀποδώσῃ, καὶ κ ζ τ d ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἔσῃ.

§. 22. Τὸν μὲν τὸν ὀρεινὸν, κ τὸν καπνικίδιον,

e L.7.§.3. κ c τὼ πλοίαν τέτε καὶ διαφόρησιν.

§. 23. Σωκράτης κ τὰ τ πολλῶν δόγματα, λα-

f L.2.§.12. μίας ὑπάλῃ, f παιδίων δείματα.

l.4.§.44.l.7. §.68. §. 24. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἐτίθεσαν. αὐτοὶ ᾗ ἔτυχεν ἐκαθέζοντο.

g L.7.§.66. §. 25. Τῷ Περδίκκᾳ g ὁ Σωκράτης ὠδὶ ζ μὴ ἔρ-

hic unus idémqe per vitam totam esse non potest. non est satis qod dixi, nisi illud etiam adjeceris, qalis scopus hic esse debeat. qemadmodum enim opinio eadem non est de omnibus qæ vulgò hominum qoqo modo bona videntur, sed de certis qibusdam, communibus nempe: ad eundem modum & scopum illum qi est civilis & communioni congruus proponi oportet. qi enim ad istum conatus suos omnes direxerit, is actiones suas omnes sibi similes præstabit, & hoc modo semper idem futurus est.

§. 22. Murem agrestem & domesticum cogita. hujúsqe pavorem ac trepidationem.

§. 23. Socrates plurimorum decreta *lamias* appellabat, puerulorum terriculamenta.

§. 24. Lacedæmonii in spectaculis suis, peregrinis in umbra sedilia collocabant, ipsi ubicunqe obtigerat, considebant.

§. 25. Perdiccæ accersenti excusabat se Socrates; qod

ANNOTATIONES.

pus, ad qem totâ vitâ collineandum: singula verò actiones instar sagittarum sunt, qas eódem jacimus. Philo de sacrific. Cain. & Abel. pag. 144. C. Σκοπῷ μὲν τὸ κεφάλαιον, βίλεσιν δὲ ἔοικεν ἡ κατασκευή. *Scopo enim summarium illud capitulum, telis ejus apparatus assimilatur. ità intellige sequentia Persii verba;*

— & in qod dirigis arcum.

Aptiùs tamen & singula facta & dicta sagittis assimilaveris qàm arcui. Virgilius *in Culice.*

— huc mittit, & omnes
Dirigit huc sensus, —

Vide *ad lib.* 2. §. 16. & *l.* 10. §. 37. *Collineandi* autem verbum, qo est usus ille, rei de qa agitur, eximiè competere videtur. oportet enim omnes vitæ totius actiones in fine illo unico ultimóqe concurrere, qemadmodum lineæ undiqaqe à circuli peripheria profectæ in centro definunt ac conveniunt universæ. Marcus alter, Eremita, non Imperator, Ἐν τῇ συμβελίᾳ, ἵνα σκοπὸν ὀφείλομεν ἔχειν ἐν πᾶσι καιρῷ, καὶ πράγματι. *In consiliis unum oportet nos habere scopum omni tempore, & loco, & negotio.* Mirum interim qòd Chrysippum Plutarchus asserit, *plures fines sive scopos statuisse.* qanqam, prout codices exhibent, Plutarchi hoc ipsius, non Chrysippi videatur. locum, qò restituam, altiùs repetam. sic itaqe legitur, *de commun. notion. c.* 20, & 21. Καὶ γὰρ ἄλλων ἕνεκα τὴν ἐκεῖ τῦ ἀνδρὸς ἐυρισιολογίαν ἄξιον ἐσεῖσθαι, πάντων ἁπλῶς πραγμάτων καὶ δογμάτων ἰκείαν ὁμῦ καὶ ἀλλοτρίαν ἀπιδῶσαι παρὰ τὴν ἔννοιαν. ἔστι δύο τέλη καὶ σκοπὸς προκεῖσθαι τῇ βίᾳ, καὶ μὴ πάντων ὅσα πράττομεν ἐφ' ἕν τι γίνεσθαι τὴν ἀναφοράν. *Nam cum alia, tum maximè hominis commenta cognitu digna sunt, de omnibus rebus ac sententiis tum suis, tum alienis contra notitias communes loqentis. Ut qum dicit duos fines ac scopos vitæ propositos esse: neqe omnia qæ agimus ad unum aliqid referri.* ubi pro ἀπιδῶσαι legendum, vel ἀφειδῶσαι, *nulli avt rei avt dogmati suo an alieno parcentem*; vel cum Turnebo ἀπαδῶσαι, *à rebus omnibus dogmatibúsqe, cùm suis, tum alienis, dissonantem, sive dissidentem.* tum periodi consummatæ notula ibidem figenda, ut illa παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι, novam periochen ordiantur. alioqi qod tanqam absurdum & à notione communi alienum notat, & Chrysippo appingit Plutarchus, Plutarchus ipse dixerit.

Οὗτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι' ὅλης τῆς βίυ ἰέναι ὑ δύναται] Seneca *Epist.* 20. *Vitium est hac vita diversitas, & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Etiamnum dicam unde sit ista inconstantia, & dissimilitudo rerum consiliorúmqe. nemo proponit sibi qid velit; nec si proposuit, perseverat in eo, sed transilit: nec tantùm mutat, sed redit, & in ea qa deseruit, & damnavit revolvitur.*

Τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινικὸν] vide *lib.* 5. §. 8, 16. & *l.* 9. §. 23.

Ἀεὶ ὁ αὐτὸς] vide *ad lib.* 1. §. 8, 16. Τὸ ἀεὶ ὅμοιον. & *infrà* §. 27. Elizabethæ nostræ, piæ ac beatæ beandæqe æternùm memoriæ, notum est nobile ac tantâ dignissimum heroinâ elogium, *Semper eadem.*

§. 22. Τὸν μῦν, τὸν ὀρεινὸν καὶ τὸν καπνικίδιον] Fabulam Æsopicam de *mure urbano* ad *agrestem* aliqando excurrente, & illo vicissim in urbem divertente, habes ab Horatio festivissimè descriptam, *Serm. l.* 2. *Sat.* 6.

Καὶ τὴν πλοίαν] Allusit eódem & *lib.* 7. §. 3. Μυϊδίων ἐκπεπληγμένων διαδρομαί. *Musculorum perterritorum discursus.*

§. 23. Τὰ τῶν πολλῶν δόγματα λαμίας ἐκάλει, παιδίων δείματα] Socrates certè apud Platonem in *Critone* multis ostendit, τὰς τῶν πολλῶν δόξας, esse nihili faciendas Idémqe in *Phadone*, pleróqe τὸν θάνατον φοβεῖσθαι, ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκεια, *timere mortem, ut pueri larvas & spectra.* & Epictetus eódem, opinor, respiciens, *Dissert. lib.* 2. *cap.* 1. Οὐ γὰρ θάνατος, ἢ πόνος φοβερὸν, ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον. — ἴδε μὴ ὦν [δ'] πρὸς μὲν τὸν θάνατον, τὴν φυγήν. πρὸς δὲ τὸ περὶ αὐτῦ δόγμα, τὴν ἀπιπερισψίαν, καὶ τὸ ἀφειδές, καὶ ἀδιαφόρητον. Ταῦτα δὲ ὁ Σωκράτης καλῶς ποιῶν μορμολύκεια ἐκάλει. ὡς γὰρ τοῖς παιδίοις τὰ πρόσωπεῖα φαίνεται δεινὰ, καὶ φοβερὰ δι' ἀπειρίαν, τοιῦτόν τι καὶ ἡμῖς πάσχομεν πρὸς τὰ πράγματα, δι' ἃ δεῖ ἄλλο, ἢ ὑπιρ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας. τί γάρ ἐστι παιδίον; ἄγνοια, ἀμαθία. θάνατος τί ἐστι; μορμολύκειν. *Non enim mors avt labor est terribilis, sed timor laboris avt mortis. Opponenda igitur [non] mortis erat fuga; sed opinioni de illa concepta neglectio, alacritas, & constantia. Has res Socrates rectè larvas nominabat. Ut enim pueris larva horribiles & metuenda propter imperitiam videntur; ita & nobis in rebus accidit, ob nihil aliud, nisi qod ut pueri, ita & nos larvis qibusdam movemur. Qid enim est puer? insciti a, ignorantia. Mors qid est? larva.* Socrates itaqe non *plebis dogmata lamiis larvisqe* conferebat, sed *idiotas* eorúmqe *dogmata puerulis, externa* ista, qæ illos terrere solent, *larvis.* Epictetus ipse pariter *lib.* 3. *c.* 21. Ὅταν οὖν τις διὰ τέτων αὐτὸν ἐκφοβῇ, λέγει αὐτῷ, Ὕπαγε, ζήτει τὰ παιδία. ἐκεῖνοι τὰ πρόσωπεῖα φοβερά ἐστιν. ἐγὼ δ' οἶδα, ὅτι ὀστράκινά ἐστιν, ἴσωθεν δ' οὐδὲν ἔχει. *Si itaque per illa terruerit illum, dic illi: abi, qare pueros; illis larva terribiles sunt: ego autem scio, testaceas esse, & instrinsecus nihil habere.* vide *ad l.* 2. §. 12.

§. 24. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα] Scilicet peregrinis advenisqe indulgebant ea Spartani, qæ concessa nolebant suis. Ideo, cùm Chii qidam Spartæ aliqando agentes, dum à cœna redeunt ebriati, in Ephorio vomuissent, & in Ephororum sellis etiam ventris onus deposuissent, comperto non cives suos, sed Chios contumeliæ illius avtores extitisse, præconis ministerio publico denunciabant, τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν. *Chiis sese, ut lasciviant, permittere.* Plutarchus in *Apoph. Lacon.* Cæterùm Ælianus *l.* 2. *c.* 15. pro *Chiis Clazomenios* habet, & *sellas fuligine tinctas* refert, edictúmqe ab Ephoris in hæc verba; ἐξέσω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν. *Clazomeniis licitum esto indecorè se gerere.* Advenis itidem, qi ad ludos solennes spectandi gratiâ Spartam convenerant, in umbra sedes collocabant; qod suis qos ad duritiem omnem sustinendam exercitatos volebant, nevtiqam permittebant. Verùm istud ævi inferioris fuisse videtur. siqidem primis reipublicæ illius temporibus advenas minimè admisisse videntur. Plutarchus in *instit. Lacon. pag.* 238. *D.* Ξενηλασίας δὲ οὐσηγήσατο, (de Lycurgo sermo habetur) ὅπως οἱ παρεισρέοντες μὴ διδάσκαλοι κακῦ τινος τοῖς πολίταις ὑπάρχωσι. *Qin & arcuit Spartâ peregrinos, ne in urbem illi se insinuantes malum aliqod cives docerent.* de Lacedæmoniis interim Tertullianus *Apologet. c.* 6. *primos* eos *penulam ludis excogitâsse, nè vel hyeme voluptas impudica* (qæ in theatris scilicet exercetur) *frigeret.* qod tamen ridendo dixisse Tertullianum contendit Rigaltius.

§. 25. Τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης] De Socrate Laërtius *l.* 2. *c.* 25. Ὑπερεφρόνησι δὲ κ' Ἀρχελάυ τῦ Μακεδόνος, κ Σκώπα τῦ Κραννωνίυ, καὶ Εὐρυλόχυ τῦ Λαρισσαίυ, μήτε χρήματα προσειμένυς αὐτῶν, μήτε παρ' αὐτῶν ἀπιλθών. *Archelaum præterea Macedonem, & Scopam Crannonium, Eurylochúmqe Larissæum aspernatus est magno animo, qum neqe ab eis missas pecunias accepit, neqe ad eos proficisci voluit.* De Perdicca nihil. Imò, qod de Perdicca Marcus, de Archelao Seneca, *de benef. l.* 5. *c.* 6. *Archelaus rex Socratem rogavit, ut ad se veniret: dixisse Socrates traditur, Nolle se ad eum venire, à qo acciperet beneficia, cùm reddere illi paria non posset.* Verùm sub-

nè peſſimo, inqit, *exitio peream, cùm gratiam collatam referre neqeam.*

§. 26. In ſcriptis Epicureis præcipitur, ut in mente ac memoria ſemper habeamus antiqorum aliqem eorum, qi virtutem coluerint.

§. 27. Pythagorei manè cœlum ſuſpicere præcipiebant, qò eorum commoneamur, qæ eundem perpetuò curſum ſervant, eodémqe modo peragunt opus ſuum; útqe ordinem eorundem obſervemus, & puritatem, & nuditatem. aſtri ſiqidem velamentum nullum eſt.

§. 28. Cogita Socrates qi fuerit pelle ſuccinctus,

χεσθαι παρ' αὐτὸν, ἵνα, ἔφη, μὴ τῷ κακίσῳ ὀλέθρῳ ἀπόλωμαι, τυτέστι, μὴ ἐν παθῶν ἀ δυνηθῶ ἀπαλλαγῆναι.

§. 26. Ἐν τοῖς τῶν * Ἐφεσίων γράμμασι, παραφύγμα ἔκρυπτο, συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῆς ἀρετῆς χρησαμένων. * Ἐπιχωρίων f.

§. 27. Οἱ Πυθαγόρειοι, ἔθος ἦν [a] εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾶν, ἵν' ὑπομιμνησκώμεθα τῆς [b] ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως τὸ ἑαυτῶν ἔργον διαγόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ [c] τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος. οὐδὲν γὰρ περικάλυμμα ἄστρῳ. a L.7.§.47. b Sup.§.21. 9.§.9. c L.10.§.1. l.12.§.2.

§. 28. Οἷος ὁ Σωκράτης τὸ κώδιον ὑπεζωσμένος,

ANNOTATIONES.

ſubjicit Seneca: *Primùm in ipſius poteſtate erat non accipere, deinde ipſe dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, & id dabat qod utiqe ille non erat Socrati redditurus. Etiamnum Archelaus daturus erat aurum & argentum; recepturus contemptum auri & argenti. non poterat ergò Archelao referre Socrates gratiam? & qid tandem erat accepturus, qantum dabat?* &c.

§. 26. Ἐν τοῖς τῶν Ἐφεσίων γράμμασι] Qænam iſta *Epheſia ſcripta?* avt *literæ* etiam *Epheſiæ?* nam Magicos neſcio qos characteres, & vocabula barbara ſub hoc titulo etiam proverbio celebrata, diſcimus ex Diogeniano in *paræmiarum collectaneis*; Heſychio; Svidâ; Evſtathio *ad Iliad. π.* Clemente Alexandrino, qi & *Strom. l.* 6. recenſet & explicat: & *l.* 1. ad *Dactylos Idaos* avtores & inventores refert. Verùm nihil illis videtur cum præceptis iſtiuſmodi, qæ ad mores componendos ſpectant, commune fuiſſe. forſan Marcus ſcripſerat ἐν τοῖς τῶν Ἐπιχωρίων, ſive τῷ Ἐπιχώρῳ γράμματι. Indè enim iſtiuſmodi aliqid Seneca, utì mox videbitur, adducit. Et *Epicurum* ſuprà lavdaverat Marcus ipſe *l.* 9. §. 41.

Συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῇ χρησαμένων] Seneca *Epiſt.* 11. *Aliqis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanqam illo ſpectante vivamus, & omnia tanqam illo vidente faciamus. Hoc Epicurus præcepit: cuſtodem nobis & pædagogum dedit: nec immeritò. magna pars peccatorum tollitur ſi peccaturis teſtis aſſiſtat. aliqem habeat animus, qem vereatur, cujus avtoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. O felicem illum, qi non aſpectus tantùm, ſed etiam cogitatus emendat! O felicem, qi ſic aliqem vereri poteſt, ut ad memoriam qoqe ejus ſe componat atqe ordinet! qi ſic aliqem vereri poteſt, citò erit verendus. Elige igitur Catonem. ſi hic videtur tibi nimis rigidus, elige remiſſioris animi virum, Lælium. elige eum, cujus tibi placuit & vita & oratio: & ipſius animum ante te ferens, & vultum; illum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem, vel exemplum. opus eſt, inqam, aliqo ad qem mores noſtri ſe ipſi exigant. niſi ad regulam, prava non corriges.* Idem *Ep.* 25. *Sic fac, inqit Epicurus, omnia, tanqam ſpectet Epicurus. Prodeſt ſine dubio cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & habere qem reſpicias, qem intereſſe cogitationibus tuis judices. hoc qidem longè magnificentius eſt, ſic vivere, tanqam ſub alicujus boni viri, ac ſemper præſentis, oculis. ſed ego etiam hoc contentus ſum, ut ſic facias qacunqe facis tanqam ſpectet aliqis. omnia nobis mala ſolitudo perſvadet. cùm jam profeceris tantùm, ut ſit tibi etiam tui reverentia, licebit dimittas pædagogum. Interim te aliqorum avtoritate cuſtodi. avt Cato ille ſit avt Lælius, avt cujus interventu perditi qoqe homines vitia ſupprimerent, dum te efficis eum, coram qo peccare non avdeas. cùm hæc effeceris, & aliqa cæperit apud te tui eſſe dignatio, incipiam tibi te permittere.* Idem *Epiſt.* 102. *Scias magnorum virorum, non minùs præſentiâ eſſe utilem memoriam.* Gemina habet his Theodoricus à S. Victore in *Epiſt.* qæ *Bernardi* nomen præfert, *ad Carthuſ. fratr. de Mont. Dei. Elige tibi tu ipſe hominem conſilio meo, cujus vita exemplar ſic cordi tuo inhæſerit, reverentia inſederit, ut qotiens recordatus fueris, ad reverentiam cogitati aſſurgas, vitam ordines, mores componas. hic præſens tibi ſit qandocunqe volueris: occurrat ſæpe & cùm nolueris. Omnia facta, cogitata tua ab eo videri cogitabis; ac ſi videat, ac ſi arguat, emendare cogêris.* Epictetus *Diſſert. l.* 2. *c.* 18. Θέλησον ἀρέσαι ἀυτός ποτε σεαυτῷ. θέλησον καλὸς φανῆναι τῷ Θεῷ. ἐπιθύμησον καθαρὸς μετὰ καθαροῦ σαυτοῦ γενέσθαι, καὶ μετὰ τοῦ Διός. εἶθ' ὅταν προσπίπτῃ σοι τὶς φαντασία τοιαύτη, Πλάτων μὲν, ὅτι * ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ Διῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἰκέτης. ἀρκῶν κἂν ἐπὶ τὰς τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνηγείας ἀποχωρήσας πρὸς τύτῳ γένῃ ἀντιξιτάζων, ἄν τε τῶν ζώντων τινὰ ἔχῃς ἄν τε τῶν ἀποθανόντων. *Velis tandem ipſe placere tibi? velis pulcer videri Deo? deſiderato purus cum teipſo puro eſſe, & cum Deo. Deinde ſi qod tibi viſum eſt ejuſmodi inciderit, Plato ire jubet ad prodigiorum expiationem, & ad Deorum, qi mala averruncent, ſana ſupplicem proficiſci. Satis etiam fuerit præſtantium virorum alicujus conſvetudinem te conſectari; apud illum eſto, tèqe cum eo comparato, ſeu viventium qempiam* * Plato *de legibus lib.* 9. *habeas, ſeu defunctorum.* Vide & Iſidorum Peluſiotam *lib.* 3. *Ep.* 91. Cæterùm, qod Clemens præclariſſimè *Strom. lib.* 7. *pag.* 719. *D.* Εἰ δὲ ἡ παρουσία τινὸς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, διὰ τὴν ἐντροπὴν καὶ τὴν αἰδῶ, πρὸς τὸ κρεῖττον ἀεὶ σχηματίζει τὸν ἐντυγχάνοντα, πῶς μᾶλλον ὁ συμπαὼν ἀεὶ ἀδιαλείπτως τῷ Θεῷ, οὐκ εὐλόγως ἂν ἑαυτῷ παρ' ἕκαστα κρεῖττον εἴη εἰς πάντα, καὶ τὰ ἔργα καὶ τὰς λόγους, καὶ τὴν διάθεσιν; τοιοῦτος δὲ ὁ πάντῃ παρεῖναι τὸν Θεὸν πεπεισμένος. πάντῃ τοίνυν παρεῖναι τὸν Θεὸν πεπεισμένοι, πάντα τὸν βίον ἑορτὴν ἄγοντες, γεωργῶμεν ᾀδοντες, πλέομεν ὑμνοῦντες, κατὰ τὴν ἄλλην πολιτείαν ἐντέχνως ἀναστρεφόμενοι. *Si autem alicujus viri boni præſentia, propter obſervantiam & reverentiam ejus, qod eſt præſtantius, eum, qicum verſatur, ſemper format & effingit: qomodo is, qi cum Deo ſemper eſt præſens, non jure ſe melior ſemper evadat in omnibus, & factis, & verbis, & affectionibus? Talis eſt is, cui eſt perſvaſum, Deum ubiqe adeſſe. Ubiqe ergo Deum adeſſe perſvaſi, per totam vitam diem feſtum agentes, agros lavdantes colimus, lavdantes navigamus, & ex omni alio vita inſtituto, ut decet, ex arte verſamur.* vide *ad l.* 6. §. 28.

§. 27. Ἔωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾶν] Monitum iſtud Pythagoricum cœlum ſingulis matutinis ſuſpiciendi, non abhorret à Platonico illo forſan, *l.* 7. §. 47.

Ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως] vide *ſuprà* §. 21. & *l.* 6. §. 30. Τὸ ὁμαλὲς πανταχοῦ. *In cunctis æqabilitatem.* Plinius minor *l.* 3, *Ep.* 1. *Me ut certus ſiderum curſus; ità vita hominum diſpoſita delectat.* Ariſtotelis nom. *de mundo c.* 6. Τῶν αἰσθητῶν τὰ τιμιώτατα, τὸν αὐτὸν ἐπίσχει τόπον, ἄστρα τε, καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, πάντα τε ἀράνια διὰ τῦτο ἀεὶ τὴν αὐτὴν σώζοντα τάξιν διακεκόσμηται, καὶ ἄποτε ἀλλοιωθέντα μετακινήθη. *Qæ maximè eximia ſunt inter res ſenſu perceptas, eundem illa locum obtinent, ut ſidera, ut ſol & luna. Unde fit, ut cæleſtia, concinno ordine digeſta, ſuas ipſa vices conſervent perennes & conſtitutas, nulliqe obnoxias mutationi.* De motùs avtem ſolaris cœleſtiſqe conſtantia, nullâ ratione avt creaturæ vi interrumpenda, Deus ipſe per Jerem. *c.* 31. *v.* 35, 36. & *c.* 33. *v.* 20, 23. cui conſtantiam in recto juſtóqe havd imparem à Pyrrho tributam Fabritio Romano, avtor eſt apud Svidam avtor innominatus; Οὐ δυσχερώτερον ἂν τις ἀποτρέψαι, τῆς δικαίας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἥλιον. *Qem à ſua virtute difficilius averteris, qam à conſveta via ſolem.* in vero, à Fr. Bonaventura Ingolſtad. Pontifici Romano, avtor eſt Petrus Marnixius, *de P. R. c.* 8. *Papa ſolis inſtar in eodem veritatis curſu permanet; neqe ab ea magis dimoveri poteſt, qàm terra à centro ſuo.* Cæterùm de hoc ipſe viderit. ἡμεῖς δὲ τοι οὐ ταχυπειθεῖς. *nos verò non citò perſvademur.* Talem certè ſapientem ſuum Stoici prædicabant. Ad hoc, qantum humana ferebat conditio, eniti ſuos Pythagoras volebat. Sed & Seneca *Ep.* 77. *Virtutem non flamma, non ruina inferiùs abducet; hac una majeſtas deprimi neſcit: nec proferri ultrà, nec referri poteſt. ſic hujus, ut cæleſtium, ſtata magnitudo eſt. ad hanc nos conemur educere.* Optimè Clemens *Strom. l.* 4. *p.* 530. *C.* Αὕτη γὰρ ἡ κατὰ δύναμιν ἐξομοίωσις πρὸς Θεὸν, τὸ φυλάττειν τὸν νῦν ἐν τῇ κατὰ τὰ αὐτὰ σχέσει. αὕτη δὲ νῦ σχέσις, ὡς νῦ. ἡ δὲ ποικίλη διάθεσις, γίνεται τῇ πρὸς τὰ ὑλικὰ προσπαθείᾳ. *Hæc eſt enim qa fit, qoad ejus fieri poteſt, Dei aſſimilatio, mentem conſervare in ea habitudine & relatione, qa ſit in iis, qa ſunt eadem: hæc eſt avtem mentis habitudo tanqam mentis. Varia avtem affectio fit per eam, qa eſt erga res materiales, affectionem.* Idémqe *l.* 2. *pag.* 383. *B.* Ἡ πίστις ὧν καὶ ἡ γνῶσις τῆς ἀληθείας, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν κατασκευάζουσι τὴν ἐλομένην αὐτὰς ψυχήν. *Fides ergò & cognitio veritatis efficiunt, ut qa eas acceperit anima, eodem modo & ſemper ſimiliter ſe habeat.*

Καὶ τῆς γυμνότητος] vide *l.* 10. §. 1. Aliâ ratione, de Deo, Seneca *Epiſt.* 31. *Deus nihil habet; nudus eſt.*

Οὐδὲν γὰρ περικάλυμμα ἄστρῳ] *Aſtris enim nullum eſt velamentum* Xylander. *Nullum aſtrum velamentum aliqod habet* Caſavbonus. havd incommodè uterqe. ἄστρων tamen ille legiſſe videtur.

§. 28. Οἷος ὁ Σωκράτης τὸ κώδιον ὑπεζωσμένος] Idem patraverat, utì videtur, Xanthippe, qod à mulieribus Athenien-

νῷ, ὅτι ἡ Ξανθίππη λαβοῦσα τὸ ἱμάτιον ἔξω προῆλθε. καὶ ἃ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδουμένοις καὶ ἀναχωρήσασιν, ὅτι αὐτὸν εἶδον ἄτως ἐσταλμένον.

qando Xanthippe veſte ipſius ſumptâ foras ſe proripuerat. qæqe amicis ſuis dixerit, pudore ſuffuſis pedémqe retrahentibus, cùm ſic indutum illum conſpicarentur.

§. 29. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν, ὑ πρότερον ἄρξεις, πρὶν ἀρχθῆς. Ἔτι

§. 29. Nec in ſcribendo, nec in legendo aliis præcipias, niſi priùs præceptum fuerit tibi. in

ANNOTATIONES.

ſibus factum fingit Ariſtophanes in Ἐκκλησιαζούσαις, ſive *concionem habentibus fœminis*. Hiſtoriam nuſqam legiſſe memini. At contrà Ælianus *hiſt. var. l. 7. c. 9, 10.* Phocionis uxorem narrat mariti veſte ſolà indutam, nullo alio vel amictu, vel ornatu adjecto, in publicum ſæpe prodiiſſe. qod & ille σωφροσύνης μεγάλης, *continentiæ magnæ*, indicium facit. Xanthippen verò Socratis, ad pompam ſpectandam viri veſte amictam prodire recuſâſſe; illúmqe dixiſſe, Ὁρᾷς, ὡς ἂ θεωρήσουσα, θεωρηθησομένη δὲ μᾶλλον βαδίζεις. *Vides te non tam ſpectaturam, quàm ſpectandam, proficiſci.* Ea interim videtur ſors fuiſſe Socratis, qæ & Epaminondæ fuerat; qem *l. 5. c. 5.* narrat Ælianus, ἕνα τρίβωνα, *unum* tantummodo *pallium* habuiſſe: qod cùm ad fullonem opus eſſet mundandum mittere, domi interim coactum ſeſe continere. refert & Joannes Chryſoſtomus *adv. vituperat. vit. monach. l. 2.* Eadem ſcilicet Imperatoris illius magni ſors, qæ ſubulcorum Ithacenſium, *Odyſſ. ξ. n. 513.*

Οἷς δ' πολλαὶ χλαῖναι, ἐπημοιβοί τε χιτῶνες.
— μία δ' ὅιη φωῖ ἑκάστῳ.
Qibus non multæ chlanæ mutatoriaqe tunica.
— *una avtem ſola viro ſingulo.*

qanqam inſtructior pavlò Epaminondæ pavpertas, qàm ſophiſtarum paris illius, Procreſii & Hephæſtionis, de qibus Evnapius, ἓν γὰρ ἀνῷοῖς ὑπῆν ἱμάτιον καὶ τρίβώνιον, καὶ πλέον οὐδέν. *unicam tantùm utriqe penulam communem fuiſſe*: itaqe alter cùm eâ indutus foras prodiret, alterum neceſſariò ſtragulis involutum in ædibus delituiſſe. qod avtem in Epaminonda pavpertatis fuit, id parcitati ſordidæ in qibuſdam adſcribit Theophraſtus, cùm inter alios τῷ ἀνελευθέρῳ *characteras* hunc ponat, ἔνδον μένειν, ὅταν ἐκδῶ θοιμάτιον ἐκπλῦναι. *Veſtem qando à ſordibus purgandam locavit, domi tantiſper ſe continere.* Penuriæ extremæ, incertum, an parcitati, tribuentem, de Telavge neſcio qo retuliſſe Æſchinem, avtor eſt apud Athenæum *l. 5.* Maſurius *in dialogo*, cui id nominis indidit, ἱματίῳ φορήσεως καθ' ἡμέραν ἡμιοβόλιον κνάφει τελέσαι μισθὸν, καθὸ ἐζωσμένον. *Qod ob veſtem ſordibus purgandam, qam geſtabat, qotidie fulloni dimidium obolum pro mercede ſolveret: villoſâ pelle cingeretur.* qomodo de Socrate Marcus iſtic.

Καὶ ἃ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδεσθεῖσι] Socrati nimirum ſolenne fuit, feſtivo aliqo commento eludere, qas alii ægrè ferebant, uxoris ſuæ in ſe admiſſas procacitates & protervias. Ejuſmodi enim fuerat, qod qærenti qomodo Xanthippæ rixas & convitia ſuſtinere poſſet, Καὶ σὺ μὲν χηνῶν βοὴν οὐκ ἀνέχῃ. *qomodo tu*, inqit, *anſerum tuorum ſtrepitus*: illóqe ſubjiciente, *at illi mihi ova pullóſqe pariunt*, regeſſit Socrates, *& illa mihi liberos.* Laërtius *l. 2.* ubi cur *gallinas* Eraſmus pro *anſeribus* ſubſtituerit, neſcio. Nec abſimile, qod Evthydemo, qem ad cœnam domum ſecum duxerat, indignanti, qòd illa per bilis æſtum, poſt contumelioſè dicta non pavca, menſam tandem evertiſſet, Παρὰ σοὶ δὲ ἡ πρώην ὄρνις τις εἰσπτᾶσα ταυτὶ τὸ τῦτο ἐποίησεν; ἡμεῖς δὲ οὐκ ἠγανακτήσαμεν. *Annon*, inqit, *nuper, cùm apud te eſſemus, gallina qadam involans idem ipſum fecerat? nec nos id moleſtè ferebamus.* Habet Plutarchus *de irac. cohib.* qi & geminum ferè qiddam de Pittaco refert, *lib. de tranqill.* ejuſdem avtem κόμματος qippiam videtur fuiſſe, & qod iſtà occaſione protulerat. Socratem certè à Xanthippe peſſimè ac procaciſſimè habitum, moderatè ac æqanimiter omnia tuliſſe, docent nos avtores havd pavci. Syneſius in *Dione*, ut cæteros taceam, *p. 58.* Αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ξανθίππη, φεῦ τῆς ὀλιγωρίας, ὡς ἐχρῆτο Σωκράτει; ἀλλ' οὐδὲν ἐκώλυεν Σωκράτην ἐυθυμεῖσθαι καὶ καταφρονέμενον. *Nam qod ad Xanthippam attinet, prob contemptum! ut Socrate utebatur! Nihil tamen eorum impediebat, qo minus ille in eo contemptu latiſſimè degeret.*

§. 29. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν] Hieronymus *ad Pavlin. de ſtud. ſacr. liter. Taceo de grammaticis, rhetoricis, philoſophis, geometris, dialecticis, muſicis, aſtronomis, aſtrologis, medicis; ad minores artes veniam, & qa non tam linguâ, qàm manu adminiſtrantur: agricola, cæmentarii, fabri, metallorum lignorúmve cæſores, lanarii qoqe & fullones, & cæteri qi variam ſupellectilem & vilia opera fabricantur, abſqe doctore non poſſunt eſſe qod cupiunt.* Gregorius Nazianzenus *Orat. 32. pag. 522. A.* Τάξις γὰρ οὐκ ἀρίστη, διδάσκειν πρότερον εἶτα μανθάνειν, μὴ ὅτι τὰ θεῖα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο τι τῶν μικρῶν καὶ τῦ μηδενὸς ἀξίων. *Neqe enim optimus ordo eſt prius docere ac poſtea diſcere, non dicam divina, & uſqe adeò magna & ſublimia, ſed ne aliud qidem qicqam parvum & contemnendum.* Idem *in Apologet. 1.* Ἀλλ' οὐδὲ ξένον τι καὶ ἀπὸ τρόπου τοῖς πολλοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν, ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἀναβαίνειν ἀπὸ τῦ ἄρχεσθαι, οὐδὲ ἔξω τῶν νενομισμένων τῆς φιλοσοφίας ὅρων, καὶ φέρον εἰς ὄνειδος, ὥσπερ οὐδὲ ναύτῃ

A τῶν ἐυδοκίμων τὸ πρωρατεῦσαι, καὶ πρῳρεῦ καλῶς τὰς ἀνέμους τηρήσαντι τὸ πιστευθῆναι τὰς ὅιακας. εἰ δὲ βέλει, στρατιώτῃ γενναίῳ τὸ ταξιαρχῆσαι, καὶ ταξιάρχῃ καλῷ, τὸ στρατηγῆσαί τε καὶ πολέμῳ παῖδας ἡγεμονίαν ἐγχειρισθῆναι. *Nec verò alienum ac præpoſterum eſt, multos ex iis, qi divinarum rerum ſtudio dediti ſunt, è ſubditorum claſſe atqe ordine ad imperium evehi, nec ab uſitatis philoſophi legibus remotum, ac cum probro ac dedecore conjunctum: qemadmodum nec probro navta proretam eſſe, nec proreta, qi ventos rectè & cum lavde obſervârit, clavum regendum ſuſcipere: avt, ſi lubet, forti ac ſtrenuo militi*
B *cohorti præeſſe, & ei, qi cohorti rectè præfuerit, exercitum ducere, totiúſqe belli principatum ſuſcipere.* Qod avtem de navtis hic dixit pleniùs expoſuit *Orat. in Baſil.* Ἐπαινῶ δὲ τὸν ναύτην νόμον, ὃς τὴν κώπην πρότερον ἐγχειρήσας τῷ νῦν κυβερνήτῃ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρῴραν ἀγαγὼν, καὶ πιστεύσας τὰ ἔμπροσθεν, ὅταν ἐπὶ τῶν ὁιάκων καθίζει, μεῖτα τὴν πολλὴν τυφθεῖσαν θάλασσαν, καὶ τὴν τῶν ἀνέμων διάσκεψιν. *Verùm lavdo navticam legem, qa gubernatori futuro primum remos tradit, deinde ad proram eum collocat: ſicqe prioribus muneribus ipſi commiſſis, tandem eum poſt diuturnam remigationem, ac ventorum*
C *obſervationem ad gubernacula conſtituit.* qam imaginem ab Ariſtophaneis in *Equitib. Act. 1. ſc. 3. n. 305.* illis mutuatam cenſet Muretus *var. lect. l. 18. c. 16.* (qæ tanqam Comici incerti in *excerptis* ſuis ex parte Grotius exhibet)

Ἐρέτην χρὴναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν παιδιαῖσιν ἐπιχειρεῖν.
Κἄτ' ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι, καὶ τὰς ἀνέμους διαβρῆσαι
Κἄτα κυβερνᾶν αὐτὸν αὐτῷ.
Remigem oportere ante eſſe aliqem, qàm clavum in pupe tenere:
Ac poſtea demum proretam agere, atqe obſervare aqilones,
Ac deinde gubernare ipſum ſeipſo.

D qod de militibus, havd multùm abludit ab eo qod Evpolis in *Amicis*;

Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβύτα, τὴν κατάστασιν
Τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.
Non prudenter, ô ſenex, egiſti, hunc ſtatum
Subito qi ſuſcepiſti, anteqam artem didiceris eqeſtrem.

Huc pertinet & Antiſthenis illud, qi Athenienſibus conſuluit, τοὺς ὄνους ἵππους ψηφίσασθαι. qod nec Ambroſius Laërtii interpres, nec Eraſmus in *apophthegmatum collectaneis* ritè cepit. cùm ille vertit, *aſinos ut eqos deligerent*; iſte reddidit, *aſinos æqè ac eqos ad agriculturam deligerent*: cùm potiùs dicendum eſſet, *ut aſinos eqos fieri decernerent.* i. e. pſephiſmate, ſive decreto ſancirent, ut aſini fiant eqi. qod cùm illi ἄλογον, abſurdum, &
E rationi contrarium eſſe dicerent; regeſſit, Ἀλλὰ μὴν καὶ στρατηγοὶ γίνονται παῦ' ἡμῶν, μηδὲν μαθόντες, μόνον δὲ χειροτονηθέντες. *Atqi imperatores veſtro ſolo ſuffragio fiunt, qi artis imperatoriæ nihil qicqam didicerunt.* q. d. tam decreto veſtro poſſunt ex aſinis eqi, qàm ex imperitis hominibus imperatores fieri. verùm non magis illi ſuffragiis ſuis id ſi ſciſcerent, efficere qibant ut imperatoris nomen eis decernerent, qàm perficere poterant, avt ut *aſinus equs*, avt ut *ſimia leo fieret.* qod Gregorius Romanus *1. in regeſt. l. 1. Ep. 5. ecce ſereniſſimus Dominus imperator fieri ſimiam leonem juſſit. & qidem proviſione illius vocari poteſt, fieri avtem leo non poteſt.* Itaqe ſcitè Gre-
F gorius Nazianzenus *Orat. à reditu*, qem & Gregorius ille alter forſan legerat, τὸ γὰρ τέταρτον τῆς εὐγενείας γένος τόλε ἀξιῶσω λόγῳ τὸ ἐν γράμμασι καὶ προστάγμασι, ὅλως καὶ κάλλος ἀποδείξαμαι τὸ ἐν χράμασι, καὶ πίθηκον αἰδεσθῶ λέοντα εἶναι κεκελευσμένον. *Nam qartum illud nobilitatis genus, qod in principum diplomatibus & edictis conſiſtit, tum ullo loco ac pretio habebo, qum pictam qoqe pulcritudinem lavdandam duxero, ſimiámqe ob id venerari cæpero, qod leo eſſe juſſa ſit.* Poterat & pro *ſimia canem* dixiſſe; cùm, ut Epiphanius etiam *hær. 57. §. 6.* κακῷ κυνὶ ὄνομα λέων, *peſſimo cani leonis nomen*, havd infreqenter inditur.

G Οὐ πρότερον ἄρξεις πρὶν ἀρχθῆς] Nihil hoc axiomate apud omnes omne genus avtores tritius. Solon apud Laërtium *l. 1. c. 60.* & Stobæum *tom. 2. tit. 46.* Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν, ἄρχειν ἐπιστήσῃ. *Impera, ubi prius didiceris parere. Regi enim cùm didiceris, ſcies regere.* Et Clitarchus apud Antonium *meliſſ. l. 2. c. 1.* Ἄρχεσθαι μὴ μαθὼν, ἄρχειν μὴ ἐπιχείρει. *Si parere non didiciſti, imperare ne aggrediter.* Iſocrates in *Nicocl.* Ἐὰν ἄρχεσθαι μαθῶσι πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνήσονται. *Ubi didicerint obedire, multò commodiùs poterunt imperare.* De ſe Tullius rex apud Dionyſium Halicarnaſſeum *l. 4. p. 239.* Πειράσομαι ποιῆσαι φανερὸν ὅτι καὶ ἄρχειν ἐπίσαμαι καλῶς, καὶ ἄρχεσθαι σωφρόνως δύναμαι. *Conabor declara-*

re

in vita multò magìs ſic ſe habet.

§.30. *Cùm liber havd ſis, jus loqendi non habes.*

πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ.

§. 30. [a] Δοῦλος πέφυκας, ὦ μέτεσί σοι λόγος. a *Tragic. N. Q. Philo* §. 31. *de boni libert.*

ANNOTATIONES.

re ſcire me & bene regere, & modeſtè ferre imperium. Plato *de legib. l. 6. pag.* 862. *E.* Δεῖ δὴ πάνϑ' ἅνδρα διαπεῖσθαι περὶ ἁπάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δυλεύσας ὑδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δυλεῦσαι μᾶλλον ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι. *Exiſtimare de omnibus hominibus id qiſque debet, qod qi nunqam ſervivit, is laude dignus eſſe dominus nunqam poterit. Ideóque gloriari qemque oportet magis qod bene ſervierit, qam qod bene fuerit dominatus.* Ariſtoteles *polit. l. 3. c. 4.* Διὸ καὶ λίγεται τὸ καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. *Qamobrem rectè dicitur, neminem bene imperare poſſe, qi non prius ſub imperio fuerit.* & ex eodem Joannes Climachus *ad Paſtor.* Οὐκ ἔστιν ἐν ἄρξαι, ἐὰν μὴ ἀρχθέντα. *Non bene eſt imperaturus, ſi ſub imperio non fuerit.* Idem *ibidem l. 7. c. 14.* Τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον. *Qi enim imperare velit rectè, oportere ajunt prius ſub imperio fuiſſe.* Seneca *de ira l. 2. c. 15. Nemo regere poteſt, qi non & regi.* Itaqe de Ageſilao Plutarchus hoc illi profuiſſe ad rem in imperio bene gerendam, Τὸ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἄρχειν, μὴ ἀπαίδευτον τῷ ἄρχεσθαι. *Veniſſe ad imperium, non indoctum ſub imperio eſſe.* Joſephus *antiq.* Πάντες οἱ ἄρχεσθαι καλῶς μεμαθηκότες, καὶ ἄρχειν ἐσονται, παρελθόντες εἰς ἐξουσίαν. *Omnes qi didicerunt bene parere, & imperare ſcient, ad imperium qum pervenerint.* Philo Judæus. Ὁ μαθὼν ἄρχεσθαι, καὶ ἄρχειν εὐθὺς μανθάνει. εἰδὲ γὲ εἰ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης τὸ κράτος ἀναψαίλό τις, ἄρχων ἂν εἴη πρὸς ἀλήθειαν, εἰ μὴ μάθη καὶ προπαιδευθείη τὸ ἄρχεσθαι. *Qi didicerit parere, & imperare ſtatim diſcet. Nam qi ſubjici non antea didicerit, & obedire inſtitutus fuerit, is neqaqam verus eſt princeps, licet totius terræ & maris imperium habeat.* Utrumqe exhibet Maximus *collect. c. 46.* Cicero *de legib. l. 3. Qi bene imperat, paruerit aliqando neceſſe eſt: & qi modeſtè paret, videtur, qi aliqando imperet, dignus eſſe.* Iſidorus Peluſiota *l. 5. Ep. 455.* Οὐοὶν ὕτω ποιεῖ νομίμως ἄρχειν, ὡς τὸ νομίμως ἦρχθαι. Ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἐν ὑπηκόοις, ἀγαθὸς ἔσαι καὶ ἐν ἡγεμόσι. οἱ δ' ἐν τῷ ἰδιωτεύειν, καὶ πρωτοστατεῖν πρόχειροι, ἢ πρὸς τὸ ἄρχεσθαι ἀνεπιτήδειοι, ὅλοι καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνεπιτηδειόταλοι. *Ad rectè aliis imperandum, nihil aqe valet, ut alteri legitimè paruiſſe. Qi cum rectè obedit, is imperando excellet. Faciles & vero proclives ſunt ad factiones, qi ſua respublica principes eſſe cupiunt.* qam ſententiam claram ſatis ſanè, & concinnè conceptam, interpres fœdiſſimè ut multas alias ejuſdem avtoris, depravavit. Vide eundem & *Ep.* 225. & 275. Ab alia mente, nec vera tamen certáve minùs, Plutarchus *ad princip. inerud. pag.* 780. *D.* Δεῖ δὲ, ὥσπερ ὁ κυβὸς, ἀυλὸς ἀσραβὴς γενόμενος καὶ ἀδιάστροφος, ὕτως ἀπευθύνει τὰ λοιπὰ τῇ πρὸς ἀυλὸν ἁρμογῇ καὶ παραβάσεσι συνεφομοιῶν, παραπλησίως τὸν ἄρχοντα πρῶτον αὐτὸν ἀρχὴν κλησάμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ καθευθύνοντα τὴν ψυχὴν, ἢ καθαρσησάμενον τὸ ἦθος, ὕτω συναρμόττειν τὸ ὑπήκοον. ὕτε γὰρ πίπτοντός ἐσιν ὀρθὸν, ὕτε διδάσκειν ἀγνοοῦντος, ὕτε κοσμεῖν ἀκοσμοῦντος, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντος, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένου. *Enimverò ſicut neceſſe eſt primò omnium ipſam regulam rectam & firmam eſſe, atqe ita deinde ea qibus applicatur, ipſa qoqe ſui ſimilia facere atqe ad rectitudinem perducere: ita oportet principem prius in ſeipſo imperium moréſqe rectè conſtituere atqe dirigere? poſtea ei ſubditos accommodare. Nam neqe cadentis eſt erigere, neqe componere incompoſiti, neqe ordinare inordinati, neqe imperare nulli imperio ſubditi.* ubi non poſſum probare qod Henricus Stephanus pro ὀρθὸν vult τρίχειν ſubſtitui: qem tamen M. Bernardus ſeqitur *var. lect. l. 3. c. 17.* hoc avtem fit, ut Plato *polit. l. 9.* Ὅταν ἑαυτῷ τις ὢν ἀκράτωρ, ἄλλον ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν. *Neqe enim exercitum continere poteſt imperator,* (avt populum princeps) *qi ſe ipſe non continet.* Cicero *ad Qint. frat. Tunc incipiet aliis imperare, cùm ipſe improbiſſimis dominis, dedecori & turpitudini ſervire deſierit.* Idem *parad.* 5. vide *l. 1. §. 15, 16. & l. 2. §. 2.*

Πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ] ſiqidem, *Ars eſt artium regimen vitæ.* Joannes Gerſon *de recidiv.* vide *ſuprà ad §. 5.*

§. 30. Δοῦλος πέφυκας] Jambus eſt τρίμετρος, à Philone adductus in *lib. de libert. viri boni pag.* 871. *C.* Ὅθεν, inqit, καὶ τὰ τρία μέτρα φιλοσόφως εἰρῆσθαι.

Οὐ γὰρ μετεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφη.

Καὶ πάλιν.

Δοῦλος πέφυκας, ὦ μέτεσί σοι λόγος.

Qamobrem laudantur illi ſenarii, ut conſoni philoſophorum ſententiæ:

Cum lege ſervus nullum habet commercium.

Rurſus alius.

Cùm liber havd ſis, jus loqendi non habes.

tria dixerat, ſed ubinam tertium? nuſqam comparet. legas, me avtore, τὰ τρίμετρα, non τρία μέτρα. Qòd avtem præfixâ cavſſali ſuperioribus annectit iſta Mericus Caſavbonus, qaſi ab ortùs nativi ratione argumentum duxerit Marcus; ideo ſcilicet diſciplinâ cuiqe ad virtutem opus eſſe, qia ſervus qiſqe natus ſit, hoc eſt, ſenſibus brutiſqe affectibus addictus, cognitione avtem ſolidâ, rationéqe rectâ deſtitutus; probare non poſſum. Primò ſiqidem Stoicis iſtud havd placet, vitia à natura, ſive A ingenita, eſſe; non magìs qàm virtutes. Tum non omnes in univerſum mortales, ſed ſervos ſolos ſpectare qod à poëta hìc dicitur, ex Philone liqet: & ſervos qidem ἀργυρωνήτους τε καὶ αἰχμαλώτους, *argento emptos & captivos*, æqè ac vernas οἰκογενεῖς, *domi natos.* Itaqe τὸ πέφυκέναι, hoc loco, non *natum eſſe* ſignificare videtur, ſed eodem ſumi ſenſu, qo in eodem ferè argumento, ab Evripide in *Hecuba*, ubi dixit;

Αἰ αἰ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' αἰεί;

Ah, ah, qàm mala ſemper eſt ſervilis conditio.

& à Theognide in illis;

Οὐποτε δουλείη κεφαλὴ ἰνθετὸς πέφυκεν,
Ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ, κ' αὐχένα λοξὸν ἔχει.
B *Nunqam ſervile corpus rectum eſt,*
Sed ſemper obliqum, & cervicem obliqam habet.

δοῦλος πέφυκας, i. e. δοῦλοί ἐι, *ſervus es.* Ubi nec ſpernendam planè duxerim Caroli filii conjecturam, qi inter iſta deſcribendum animadvertit ipſe, in priore verſiculo vocabulum idem hoc forſan reponendum, ut legatur,

Οὐ γὰρ μετεῖναι τῶν νόμων δούλοις ἔφυ.
Οὐκ ἔφυ μετεῖναι, ἀντὶ τοῦ, ὐ μέτεσι, ἢ μετεῖναι ὐκ ἔσιν.

qomodo Evenus apud Ariſtotelem *Ethic. Eudem. l. 2. c. 7.*

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ.
C *Ingratum eſt qicqid neceſſarium eſt.*

Et apud Herodotum *l. 7.* Theſſali; ὐδαμᾶ γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρίσσων ἔφυ. *Nunqam impotentiâ potior eſt neceſſitas.* Evripides *Oreſt. n.* 1610.

M. Ἄπαιρε θυγατρὸς φάσγανον. O. Ψευδὴς ἔφυς.
M. Ἀλλὰ κλαυσῆς μοῦ θύγατερ; O. Οὐ ψευδὴς ἔι'. ἴις.
M. *Amove enſem à filia.* O. *Mendax es.*
M. *Interficies meam filiam?* O. *Jam non es mendax.*

Idem valet ἔφυς & ἴις. Denique λόγος illic *rationem* non ſignificat; qaſi de *ſervis* dicatur, qod Homerus *Odyſſ. ε. v.* 322. & ex Homero Plato *de leg. l. 6.* & Athenæus *dipnoſ. l. 6.*

Ἥμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται ἐυρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, ἐυ' ἂν μιν καλὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.
D *Dimidium enim virtutis avſert latè ſonans Jupiter*
Viri, qando ipſum ſervilis dies occupat.

ſed *ſermonem*, ſive *orationem* deſignat, utì & Philo ipſe nos docet, qi verbis verſibúſqe illis ait νόμων μετουσίαν, qod priora ſpectant, καὶ ἰσηγορίαν, qod poſteriora reſpiciunt, id eſt, *lege agendi facultatem*, & *liberam ſuffragii cum reliqis ferendi poteſtatem*, vel etiam, latiùs ſumendo, *ſermonis libertatem*, eſſe ſervis denegatam. qomodo παῤῥησίαν eiſdem interdictam, Julianus *de cyniſm. Orat.* 2. Τῷ δούλῳ γὰρ ὁ νόμος ὐ μεταδίδωσι παῤῥησίας. qanqam ἰσονομίαν qam cum ἰσηγορίᾳ is confundere videtur, à παῤῥησίᾳ, ſed ſecius ſumptâ, diſpeſcit Iſocrates, in *Areopag. p.* 247. ubi ait, Ὥσθ' ἡγεῖσθαι τὴν μὲν ἀκολασίαν, δημοκρατίαν. τὴν δὲ παρανομίαν, ἐλευθερίαν. τὴν δὲ παῤῥησίαν, ἰσονομίαν. *Ut in petulantia democratiam, in legum neglectu libertatem, in confidentia aqalitatem eſſe poſitam exiſtimarent.* Vult nimirum ſenarius ille, verum eſſe de *ſervis*, qod de *egenis* Theognis,

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος, ὐδὲ τι εἰπεῖν
Οὐδ' ἔρδειν δύναται. γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.
Nam cui paupertas eſt addita, nil facere audet,
Nil fari. lingvam vincula ſæva premunt.

Hinc apud Longinum περὶ ὕψους neſcio qis, δουλείαν ἅπασαν, ψυχῆς γλωττόκομον καὶ δεσμωτήριον, διὰ τοῦ περικείμενον τοῖς τόμοις δεσμὸν, *ſervitutem omnem, cùm ori fiſcellam obducat,* F *eſſe anima capſulam ac carcerem qendam.* itaqe δοῦλον μηδένα γενέσθαι ῥήτορα, *ſervum neminem unqam rhetorem extitiſſe*; cùm aliæ tamen artes atqe inſtituta humaniora etiam in ſervos cadant. Verùm Svidas ubi Sibynnium qendam Theodectæ ſervum, οἰκετῶν πρῶτον ῥητορεῦσαι, *è ſervis primum omnium rhetoricam profeſſum* ait, plures deinceps idem factitáſſe ſubindicat. Meminit & Lucii Otacilii in *rhetoribus clariſſ.* Svetonius, qem *cùm ſervisſet, etiam oſtiarius in catena, à patrono, cui orationem ſcripſerat, manumiſſum, Cn. Pompejum docuiſſe, teſtatur.* Certè philoſophis eſſe ſervis licuit; qod multis exemplis docet Gellius, *l. 2. c. 18.* cur non rhetoribus licuerit? De parreſia interim iſtis negata occurrunt Tragicorum G illa, Sophoclis *Acriſio* apud Stobæum *tom. 2. tit.* 40.

Δοῦλον γὰρ ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνὴρ
Κῶλον πεδισθεὶς, πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγει.
Fugitivus arctis vinculis coercitus
Serviles artus, ſola fatur qa placent.

Evripidis in *Buſiride* apud Stobæum itidem.

Δοῦλῳ γὰρ οὐκ ἐόντι τἀληθῆ λέγειν
Εἰ δεσπόταισι μὴ πρέποντα τυγχάνοι.
Servo profari qàmlibet verum nefas,
Uſus heriles ſerre ſi verum negant.

H In *Phœniſſis*, ubi Polynices de exilii malis à matre reqiſitus, ait;

Ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
Primùm, loqendi nulla libertas adeſt.

Illa; Δοῦλα τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ.

§. 31. — a Ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ.

§. 32. b Μέμψονται δ' * ἀρετὴν χαλεπῆς βάζοντες ἔπεσσιν.

§. 33. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν, c μαινομένου. τοιοῦτος d ὁ παιδίον ζητῶν, ὅπου οὐκ ἔστι δοῦναι.

§. 31. — *at cor carum mihi rifit.*

§. 32. *Dura fuos fundendo inceſſent verba parentes.*

§. 33. Inſani eſt, ficum hyeme qærere. affidet huic, qi puerulum reqirit, cùm non ampliùs conceditur.

a *Homer. Odyſſ.* 1. *v.* 413.
b *Heſiod. Oper. lib.* 1. *v.* 186.
* ἄρα τὰς *Heſ.*
c *L.* 5. §. 17. Sup. §. 18.
d *L.* 9. §. 40.

§. 34.

ANNOTATIONES.

Servile certè hoc, non loqi qid ſentias.

Idémqe *Ione*;

Καθαρὰν γὰρ ἄν τις εἰς πόλιν πίστη ξένος,
Κἂν τοῖς λόγοισιν ὦσιν ἥ, τόγε σῶμα
Δοῦλον πέπαυται, κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
Hanc puram in urbem qiſqis externus venit
Qamvis vocetur civis, os ſervum tamen
Gerit, & loqendi non habet fiduciam.

qæ refutatum tamen eunt, Plutarchus *de exilio*, & Muſonius apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 40. ſed & Xenophon in *Athenienſium repub.* Ἰσηγορίαν, inqit, καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν, καὶ τοῖς μετοίκοις πρὸς τοὺς ἀστούς. *Æqalitatem qandam ſervis & liberis conceſſimus, itémqe advenis & civibus.* Cæterùm in eandem cum illis ſententiam conveniunt & Plavtina illa; *Epidic.* 1. 1.

— plus ſcire ſatius eſt qàm loqi
Servum hominem, ea ſapientia eſt. —

Et *Milite* 2. 5.

— plus oportet ſcire ſervum qàm loqi.

& *ibidem ſc.* 6.

— namqe hominem ſervum ſuos
Domitos habere oportet oculos & manus
Orationémqe —

Qin & Apoſtolus ipſe *ad Titum Epiſt. c.* 2. *v.* 9. ſervis interdicit, nè ſint τοῖς δεσπόταις ἀντιλέγοντες. *ne heris obloqantur*, Qod Socrates itidem apud Platonem *in Criton.* ὃ δίκαιον πρὸς δεσπότην ἢ πατέρα κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν. negat *juſtum eſſe adverſus herum patrémve, eum qi utrovis malè audierit, obloqi.* At Ariſtoteles *l.* 1. *c.* 9. illos redarguit, qi ſive rationis exercitium, ſive orationis etiam libertatem ſervis abjudicant, & juſſà herilia duntaxat excipere atqe exeqi, citra diſceptationem ullam omnino volunt. Λέγουσιν, inqit, ὡς καλῶς οἱ λόγῳ τοὺς δούλους ἀποστερεῖντες, καὶ φάσκοντες ἐπιτάξει χρῆσθαι μόνον. *Non bene dicunt, qi ſervos ſpoliant ratione, dicentes præcepto uti duntaxat.* Et videri poſſet trimetron illud, qod hîc Marcus poſuit, reſpexiſſe, niſi aliò potiùs ſpectare ex Philone diſceremus. cujus ex his qæ dicta ſunt mens, opinor, genuina liqidò ſatìs comparebit. Marcum avtem exiſtimo hæc ſeparatim poſuiſſe, & confuſaneè poetica qædam fragmenta congeſſiſſe, qæ animadverſione aliqà digna cenſebat; qemadmodum idem *ſuprà* fecerat *l.* 7. §. 38, 43. & §. 50.

§. 31. — *ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ*] Ex *Odyſſ.* I. *v.* 413. Ulyſſis ſunt verba narrantis, ut cordìtus riſerit, ſecum animo reputans.

Ὡς ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἐμὸν, καὶ μῆτις ἀμύμων.
Qod nomen decepiſſet meum, & inculpatum conſilium.

qam felici aſtu, nomine confiſto, Cyclopem illum immanem fefelliſſet. Iſta avtem ſegmenta in uſum ſuum chartis ſuis illeviſſe videtur Marcus, qòd utilius, ac ſublimius aliqid meditandi avt commentandi anſam atqe occaſionem dare poſſe viderentur. qa de re etiam ſuperiùs monitum dederat, *l.* 10. §. 33.

§. 32. *Μέμψονται δ' ἀρετὴν*] Heſiodi videtur, ex *op. l.* 1. *v.* 186. verùm ibi legitur,

Μέμψονται δ' ἄῤῥα τε —

τοκῆας ſcilicet de qibus & verſu præcedente,

Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
Celeriter verò ſeneſcentes contumeliâ afficient patres.

de hominibus ſeculi qinti loqitur impiis & nefariis. Avt exſcriptor itaqe Marci ſcripturam depravavit, cùm ſenſum idoneum è verbis elicere neqiret, avt Marcus ipſe παῤῥῳδήσας, cum inflexione aliqa extulit; qod non exiſtimo. Interim ex Marco Heſiodi noviſſima illa emaculari poſſe avtumo, qæ in codicibus vulgatis ſic leguntur, — *χαλεποῖς βάζοντ' ἐπέεσσιν.* cùm emendatius meliuſqe videatur, qod Marcus hîc exhibet, — *βάζοντες ἔπεσσιν.* iſtius enim formæ & qæ antecedunt, & qæ ſequuntur, ſunt omnia.

§. 33. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν] Ex Epicteto decerptum videtur, cujus hæc ſunt *Diſſert. lib.* 3. *c.* 24. Ὅταν τινὶ προσπάσχῃς, ὡς εὐδενὶ τῶν ἀναφαιρέτων, ἀλλὰ τοιούτῳ γένει, οἷόν ἐστι χύτρα, οἷον ὑάλινον ποτήριον. ἐν' ὅταν καταγῇ, μεμνημένος μὴν, μὴ ταραχθῇς. οὕτω καὶ ἐνθάδε, ἐὰν παιδίον σαυτῷ καταφιλῇς, ἐὰν ἀδελφὸν, ἐὰν φίλον, μηδέποτε ἐπιδῶς τὴν φαντασίαν εἰς ἅπαν, μηδὲ τὴν διάχυσιν ἐάσῃς προελθεῖν ἐφόσον αὐτὸ φίλει, ἀλλ' ἀντίσπασον, κώλυσον, ὅσον τοῖς ῥητορεύουσιν ἐφεστῶτες ὄπισθεν καὶ ὑπομιμνήσκοντες, ὅτι ἄνθρωπος εἶσι. τοιοῦτον τι καὶ σὺ ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὅτι ἀνητὸν φιλεῖς, οὐδὲν τῶν σαυτοῦ φιλεῖς. ἐπὶ τοῖς παρούσι σοι δίδοται, ὡς ἀναφαίρετον, οὐδ' εἰσάπαν, ἀλλ' ὡς σῦκον, ὡς σταφυλὴ, τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ τοῦ ἔτους. ἂν δὲ χειμῶνος ἐπιποθῇς, μωρὸς εἶ. οὕτω κἂν τὸν υἱὸν ἢ

A τὸν φίλον πότε ποθῇς, ὅτε οὐ δίδοταί σοι, ἴσθι ὅτι χειμῶνος σῦκον ἐπιποθεῖς. ὅλον γὰρ ἐστι χειμὼν πρὸς σῦκον, τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸν ὅλον περίστασις πρὸς τὰ κατ' αὐτὴν ἀναιρούμενα. *Cum aliqâ re afficeris, eâ ſic afficiaris, ut eripi illam poſſe ſtatuas, & ex eo eſſe genere, cujuſmodi eſt fictilis olla, avt vitreum poculum; ut eo confracto memineris perturbatione vacandum eſſe. Ità & hic ſe res habet: ſi filiolum tuum deoſcularis, ſi fratrem, ſi amicum, neqaqam omnem cogitationem in eo defigito, neqe affectum illum eò progredi ſinito qò ipſe volet, ſed retrahito, prohibeto, velut ſi qi triumphantibus à tergo aſſiſtunt, eóſqe mortalitatis ipſorum commoneſaciunt. Tale aliqid & ipſe tibi*
B *ſubjicito: te diligere mortalem, nihil eorum diligere qa tua ſunt: data tibi eſſe in præſentia, eripi poſſe, non perpetùò conceſſa eſſe, ſed ut ficum, ut uvam, ſtato anni tempore, qas ſi ſub brumam deſideres, ſtultus fueris. Eodem modo, filium avt amicum eo tempore deſideraris, qo tibi datus non eſt, ſcito te in bruma deſiderare ficum. Qalis enim eſt hyemis & ficus ratio, talis etiam eſt rerum univerſitatis ſtatus erga ea qa in illo tolluntur.* qibus gemina monet & *enchirid. c.* 3. Qod avtem de *ficu* Epictetus, idem de *roſa* ferè Seneca *Epiſt.* 122. *Non vivunt contra naturam, qi expectant ut pueritia ſplendeat tempore alieno? non vivunt contra naturam, qi hyeme concupiſcunt*
C *roſam? fomentóqe aqarum calentium, & calorum aptâ mutatione, brumâ lilium florem vernum exprimunt?* Gregorius item Nazianzenus *adv. Eunom. Orat.* 1. *bonum intempeſtivum* eſſe ait, ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι, παντελῶς ἄωρον. Sed & Nicetas Choniates de Alexandro Com. *lib.* 1. *c.* 8. qi miſerrimis tempeſtatibus ſplendidiſſimè ornatus procedebat, ait illum, χειμῶνος μέσου χάριτας ἐαρινὰς δρέπεσθαι, mediâ brumâ veris ſuavitatem carpſiſſe. Boëthius *conſolat. l.* 1. *c.* 6.

Nunqam purpureum nemus,
Lecturus violas, petas,
Cùm ſavis aqilonibus
Stridens campus inhorruit.

D Παιδίον ζητεῖν, ὅτε οὐκέτι δίδοται] *pueritiam qærere præteritam* Xylander. minùs ſanè. παιδίον *puerulus*, non *pueritia*. Sed nec minùs interpres Anglus, qi reddidit, *Pueros deſiderare, priuſqam dentur.* imò, *poſtqam ſublati ampliùs jam non exiſtunt.* Hoc eſt avtem qod proverbialiter dici ſolitum obſervat Scholiaſtes *ad Ariſtophan. Plut.* ab Hercule amiſſum Hylam deſiderante & inclamante tractum;

Ποθεῖν τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖν.
Deſideras abſentem & hunc fruſtrà invocas.

Plavtus *Perſ. act.* 4. *Sc.* 4.

E *— qid illum qaras, qi fuit?*

Vetatur idem & proverbio illo altero,

Ῥόδον παρελθὸν, μηκέτι ζήτει πάλιν.
Nè qaras iterum prateritam ſemel roſam.

Meminere Zenobius in *collect. adag.* 702. Svidas *adag.* 58. Apoſtolius *adag.* 1621. Scaliger *ſtromat. adag.* 827. Verùm apud Svidam & Apoſtolium vitioſè legitur, Ῥόδον παρελθόν. qod ſecuti Schottus in verſione *ſtromatei* Scaligeriani,

Nè qare, qando prateriſti, iterum roſam.

Pantinus apud Apoſtolium,

Qam prateriſti, nè ampliùs qaras roſam.

F Et Portas apud Svidam,

Roſam, qam praterieris, nè ampliùs qare denuo.

qæ à proverbii mente abeunt procul. In ejuſdem expoſitione Svidæ codices mutilati videntur. ἐπὶ τῶν κυδαινόντων τινὰ, inqit. deeſt, ἢ ὃν ἀπελθόντα, ἢ ἀπολιπόντα, ἢ ἀποθανόντα. *de eis qi celebrant aliqem, qi utiqe jam abiit, vel obiit, avt aliud* ejuſmodi. Zenobius, Ἐπὶ τῶν μεταμελομένων περί τι, καὶ μὴ δυναμένων τι αὖθις. qod Pantinus, apud Apoſtolium; qi utrumqe & Svidam & Zenobium tranſcripſit, ſic reddidit; *de negligentibus circa aliqid, qiqe nihil efficere poſſunt.* ἀμελουμένων legiſſe exiſtimarem, niſi τὸ μεταμέλεσθαι alibi pariter vertiſſe deprehendiſſem. vertendum potiùs, *de eis qi circa rem*
G *aliqam pœnitentiâ fruſtrà tanguntur, cùm nihil proficiant.* De *roſa* diſtichon apud eundem in notis.

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βραχὺν χρόνον. ἢν δὲ παρέλθῃ,
Ζητῶν ἐυρήσεις, οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.
Verna brevis roſa flore nitet: ſimul ille receſſit,
Non roſa qarenti, ſed rubus aſper erit.

Proinde, qi rerum iſtiuſmodi deſiderio intempeſtivo ſe torqet, miſeriam ſibi meram creat.

Ὅς γὰρ ἀπολαύειν βούλεται, ὧν ἀπολέλειπται
Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὐκ ἔστ' ἄθλιος;
Nam qi ea potiri concupiſcit, à qibus
Arcetur horis, qomodo non ſit miſer?

Menander *Ἀναγνῷ*, referente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 117.

§. 34.

§. 34. Filiolum deoſculanti præcipiebat Epictetus, intus apud ſe diceret, *Cras forſan morituras eſt.* at malè ominata ſunt iſta. mali ominis nihil eſt, qod munus naturale ullum deſignat. alioqi ſpicas etiam demeti, infavſtum fuerit.

§. 35. Uva acerba, matura, paſſa; mutationes ſunt omnia iſta, non in id qod non eſt, ſed in id qod nondum eſt.

§. 36. *Voluntatis latro nullus eſt*, inqit Epictetus.

§. 37. Artem aſſenſum præbendi inveniendam idem monebat. & conatus ità cohibendos eſſe, ut cum exceptione fiant, ut ſocietatis jus ſpectent, ut pro rei cujuſqe dignitate adhibeantur. & ap-

§. 34. Καταφιλῆντα τὸ παιδίον, ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος, ἔνδον ἀπαφήγγελος, [a] ἄυριον ὕστερον ἀποθανῆ, δύσφημα ταῦτα; [b] οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικὸν τινος ἔργον σημαντικόν. ἢ καὶ τὸ σάχυας [c] θερισθῆναι, δύσφημον.

§. 35. [d] Ὄμφαξ, σαφυλὴ, σαφὶς, [e] πάντα μεταβολαί, [f] ἐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.

§. 36. [g] Λῆσις προαιρέσεως ἀ γίνεται, τὸ δ' Ἐπικτήτου.

§. 37. Τέχνην ἔφη [h] περὶ τὸ συγκαταθέσεως εὑρεῖν. καὶ ἐν τῷ [i] περὶ πῶς ὁρμὰς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσσειν, ἵνα [k] μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ἵνα [l] κοινωνικὴ, ἵνα [m] κατ' ἀξίαν. καὶ [n] ὀρέξεως

a L. 10. §. 34.
b L. 2. §. 17.
c L. 7. §. 40.
d L. 9. §. 21.
e L. 5. §. 23.
f L. 4. §. 4.
g L. 8. §. 41.
h L. 7. §. 54.
i L. 8. §. 7.
k L. 4. §. 1.
l L. 7. §. 72.
m L. 8. §. 29.
n L. 10. §. 1.

ANNOTATIONES.

§. 34. Καταφιλῆντα τὸ παιδίον] Ex eodem Epicteti loco & iſta deſumpta ſunt. Τί κακόν ἐστι μειζόν, καταφιλοῦντα τὸ παιδίον, ἐπιψελλίζοντα λέγειν, Ἄυριον ἀποθανῆ; τῷ φίλῳ ἑαυτοῦ, Ἄυριον ἀποδημήσεις, ἢ σὺ, ἢ ἐγὼ, καὶ οὐκέτι ὀψόμεθα ἀλλήλους; ἀλλὰ δύσφημά ἐστι ταῦτα. καὶ γὰρ τῶν ἐπαοιδῶν ἔνια. ἄλλ' ὅτι ὠφελοῦσιν, οὐκ ἐπιστρέφομαι. μόνον ὠφελείτω. σὺ δὲ δύσφημα καλεῖς ἄλλα, ἢ τὰ κακοῦ τινος σημαντικά; δύσφημον δέ μοι λέγεις ὄνομα φυσικοῦ τινος πράγματος σημαντικόν; λέγε δύσφημον εἶναι καὶ τὸ θερισθῆναι τὰς σάχυας. ἀπώλειαν γὰρ σημαίνει τῶν σαχύων, ἀλλ' οὐ τοῦ κόσμου. *Qid mali in eo eſt, ſi inter deoſculandum puerum balbâ voce dicas, cras morieris; amico itidem, cras peregrè abibis vel tu vel ego, neqe alter alterum poſthac viſurus eſt? At mali ominis iſta ſunt. Etiam incantamenta qadam ejuſmodi ſunt: ſed qia juvant, non curo, modo juvent. Tu verò ominoſa nunqid alia vocas niſi ea qæ aliqid mali ſignificant. Tu verò ominoſam mihi vocem dicis, qa rem aliqam naturalem declarat? Dic ominoſum eſſe etiam demeti ſpicas: interitum enim ſpicarum ſignificas, non mundi.* Iſta avtem diſſertatio enata eſt forſan ex occaſione illius qod ab eodem dictum refertur, *enchirid. c. 3.* Ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς ἢ γυναῖκα, μίμησο ἐπιλέγειν, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς. ἀποθανόντος γὰρ ἀντοῦ ἢ ταραχθήσῃ. *Si filiolum, avt uxorem deoſculaberis, memento conſiderare, hominem à te diligi: nam eo mortuo non perturbaberis.* qod altanti forſan alicui minùs gratum avditu, maliqe ominis eſſe viſum eſt. vide *l.* 9. §. 3. & *l.* 10. §. 34.

Τὰς σάχυας θερισθῆναι] vide *ad l.* 7. §. 40. at Anglicanus interpres, σαφυλὰς legiſſe videtur; (contrà qàm ipſe Epictetus habet) qas θερίζεσθαι, i. e. *meti* vix dixeris. fefellit illum forſan qod de *uvis* ſequitur.

Δύσφημα ταῦτα] ità Seneca *ad Marc. c.* 9. *qis non tanqam dirum omen reſpuit?*

§. 35. Ὄμφαξ, σαφυλὴ] Et iſta indidem, ſed magìs acciſa. Pergit Epictetus. Λέγε δύσφημον καὶ τὸ φυλλορροεῖν, καὶ τὸ ἰσχάδα γίνεσθαι ἀντὶ σύκου, καὶ ἀσταφίδας ἐκ τῆς σαφυλῆς. (qod Theocritus, an qis alius, *Idyl.* 27. Ἁ σαφυλὶς σαφὶς ἐστι,) πάντα γὰρ ταῦτα τῶν προλίπων εἰσὶν εἰς ἕτερα μεταβολαί, οὐκ ἀπώλεια, ἀλλὰ τεταγμένη τις οἰκονομία καὶ διοίκησις. τοιοῦτον ἀποδημία, καὶ μεταβολὴ μικρά. τοῦτο θάνατος, μεταβολὴ μείζων, οὐκ ἐκ τοῦ νῦν ὄντος εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ οὐ νῦν μὴ ὄν. *Ominoſum dic foliorum qoqe defluxum, & caricam è ſicu, & aridas uvas è botro fieri: nam hæc omnia ex iis, qa antea fuerunt, in alia mutantur. Non interneccio iſta eſt, ſed certa qadam ratio atqe adminiſtratio. Hujuſmodi res eſt peregrinatio; abſentia, & parva qadam mutatio. Hujuſmodi mors; mutatio major, non ex eo qod nunc eſt in id qod non eſt, ſed in id qod nunc non eſt.* Apollonius Tyanæus *Ep.* 66. Τὸ γὰρ ὂν οὐκ ἀπόλλυται. διὰ τοῦτο ὄν, ὅτι ἴσαν διαπαιές. ἢ καὶ τὸ μὴ ὂν γίνεται. πῶς δ' ἂν γένοιτο, μὴ ἀπολλυμένου τοῦ ὄντος; *Qod enim exiſtit, non perit, cùm idcirco exiſtat, qod ſemper futurum ſit: avt certè qod non eſt, illud fit. Qomodo verò non alio qopiam qod ſit pereunte fiat.* vide *ad l.* 4. §. 4. & *l.* 5. §. 13.

§. 36. Λῆσις προαιρέσεως ἀ γίνεται] Epictetus ἀυτολεξεὶ, *l.* 3. *c.* 22. Λῆσις π. ἀ. γ. τύραννος ἀ. γ. Idem, *l.* 1. *c.* 18. Ἀλλ' ὁ τύραννος δήσει. τί; τὸ σκέλος. ἀλλ' ἀφελεῖ. τί; τὸν τράχηλον. τί οὖν, ἀ δήσει, ἀδ' ἀφελεῖ; τὴν προαίρεσιν. *At tyrannus vincier. Qidnam? Pedem. At avferet. Qidnam? Collum. Qid ergò non vinciet, non avferet? Voluntatem.* Et Clemens *Strom. l.* 4. *p.* 523. *D.* Τὴν ἀρετὴν οὐκ ἐπ' ἄλλοις τισὶν εἶναί φαμεν, ἢ πάντων μάλιστα ἐφ' ἡμῖν. τὰ μὲν ἓν ἄλλα ἔργων δύναμαί τις προσπολεμῶν. τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν οὐδαμῶς οὐδ' ἂν μάλιστα ἐνίσαιτο. θεόδοτον γὰρ τὸ δῶρον, καὶ οὐκ ὑποπίπτον ἄλλῳ τινί. *Virtutem non in aliis, ſed vel ex nobis maximè ſitam eſſe dicimus. Itaqe alia qidem poteſt qis arcere bellum gerens, qod avtem ſitum eſt in noſtra poteſtate, neqaqam, nec ſi maximè qidem inſtiterit. Eſt enim donum datum divinitus, & qod non alii cuipiam ſubjicitur.* vide Apoſtolum *ad Rom. c.* 8. *v.* 35, 39. Stilpo cùm Megarâ captâ à Demetrio rogaretur, numqis rerum ipſius qicqam abſtuliſſet, qò reſtitutio poſſet fieri, reſpondiſſe fertur, Οὐδείς. οὐδένα γὰρ εἶδον ἐπισάμενον ἀποφέρεσθαι. *Nemo qiſqam: neqe enim qenqam vidi, qi ſcientiam aſportaret.* Plutarchus in *Demetr.* vel ut idem *de puer. inſtit.* numqid amiſiſſet qærenti, ἀ δῆλα. πόλεμος γὰρ ἀ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν. *Nihil*, inqit, *qicqam: neqe enim bellum virtutem unqam depradatur.* Laërtius item *l.* 2. ait juſſum à rege catalogum ſive indicem eorum qæ amiſerat exhibere, dixiſſe, μηδὲν τῶν οἰκείων ἀπολωλέναι. παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξηνεγκέναι. τόν τε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην. *Nihil rerum ſuarum amiſiſſe ſe: neqe enim eruditionem qendam extuliſſe: rationémqe ac ſcientiam ſupereſſe ſibi.* deniqe ut Plutarchus *de tranqil. pag.* 475. *C.* μηδένα ἰδεῖν τὰμὰ φέροντα. *neminem*, inqit, *vidi, qi meum aliqid ferret.* qibus Stilponis verbis optimè ſubjungit idem *ibidem.* Καὶ τοίνυν τῆς τύχης πάντα τἄλλα λεηλατούσης καὶ περιαιρουμένης, ἔχομέν τι τοιοῦτον ἐν ἑαυτοῖς, *Iliad. ι. v.* 484.

Ὅιον κ' ἤτε φέροιεν Ἀχαιοὶ, ἤτ' ἂν ἄγοιεν.

Proinde ſortuna, ubi reliqa depradatur omnia, atqe adimit, habemus aliqid in nobiſmet tale,

Qod ferre avt agere immitis non poſſit Achivus.

qi & mox, δόξας χρησὰς, καὶ μαθήματα, καὶ λόγους εἰς ἀρετὴν τελευτῶντας, ἀναφαίρετον ὑσίαν καὶ ἀδιάφθορον, *bonas opiniones, diſciplinas, rationes in virtutem deſinentes, bona qa aboleri & corrumpi non poſſunt*, appellat. In caſu conſimili Stilponiani illius, poſt rei familiaris direptionem Æneas Gaza ad ſuos *Epiſt.* 5. Νῦν βεβαιότερον γνώσεσθε, ὅτι χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ περιφανεῖς ἐσθῆτες τοῖς μὲν πολλοῖς περιμάχητον, ἀβέβαιον δέ τι χρῆμα, καὶ οὐκ ἰσηκὸς, οὐδὲ τῷ ἔχοντος ὡς ἀληθῶς ἔγε τῷ βυλομένῳ διαρπάζειν ἔξεστι. τὰ δὲ μαθήματα, καὶ ἡ σοφία, τοῖς μὲν ἀνοήτοις καταγέλαστον, βέβαιον δέ τι κῆμα, καὶ πεπηγὸς, καὶ ἀνάλωτον, καὶ τὸ ὅλον κρεῖττον λῃστείας. *Nunc liqidius cognoſcetis, avrum & argentum ac ſplendidas veſtes, qa ſummâ contentione vulgò expetuntur, infirmam eſſe rem & minimè conſtantem, neqe reverà in poſſidentis poteſtate, ſiqidem qi vult diripere ac diſtrahere poteſt: doctrinas verò & ſapientiam, qa ab imperitis deridetur ac contemnitur, ſtabile eſſe bonum atqe fixum atqe inconſumptum, ac in univerſum ſuperbius ac præſtantius, qàm ut à latronibus eripi poſſit.* qi idcirco optimè ſubinfert; τοῦτο μᾶλλον αἰτίχετε. καὶ οὐκέτι πρὸς φυλακὴν δείσεσθε, ἀ τείχους, ἀχ ὅπλων, ἀ φυλακτήντων φάλαγγος. *In hoc magis incumbite, neqe amplius ad cuſtodiam vobis opus erit avt mœnitis, avt armis, avt cuſtodum acie.*

§. 37. Τέχνην δὲ ἔφη περὶ τὸ συγκαταθέσεως εὑρεῖν] Epictetus *Enchir. c.* 7. Ἆρον τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μεταθὲς ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τὸ παρόντος ἄνελε. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κούφως μέντοι, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως. *Averſationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, qa in nobis ſita non ſunt: atqe in eas transferes, qa natura eorum, qa noſtri arbitrii ſunt repugnant. Sed eò tantùm utitor motu animi, qò vel accedas ad eas res, vel ab iiſdem recedas: verùm leviter, & cum imminutione, & remiſſè.* Habes pleraqe hìc à Marco poſita; habes & apud Marcum ſparſim *artis* hujus regulas in locis ad marginem adnotatis. & cumprimis *lib.* 8. §. 7. verùm περὶ τῆ συγκαταθέσεως peculiariter *artem* qam dicit voluiſſe videtur qod propoſuit idem *Diſſert. l.* 3. *c.* 8. Ὡς πρὸς τὰ ἐρωτήματα τὰ σοφιστικὰ γυμναζόμεθα. ὅτω καὶ πρὸς τὰς φαντασίας καθ' ἡμέραν ἔδει γυμνάζεσθαι. προτείνυσι γὰρ ἡμῖν καὶ ἄυλας ἐρωτήματα. ὁ υἱὸς ἀπίθανός τῷ δεῖνος. ἀπόκρισις, ἀπροαίρετον, ἀ κακόν. ὁ πατὴρ τὸν δεῖνα ἀποκληρόνομον καθίστησι. τί σοι δοκεῖ; ἀπροαίρετον, ἀ κακόν. ἐλυπήθη ἐπὶ τέκνῳ. προαιρετικὸν, κακόν. γενναίως ὑπέμεινε. προαιρετικὸν, ἀγαθόν. κἂν ὅπως ἰθιζώμεθα, προκόψομεν. ἀδέποτε γὰρ ἄλλῳ συγκαθησόμεθα, ἢ ἂ ἡ φαντασία καλαπτική γένεται. *Qemadmodum adverſus captiones ſophiſticas exercemur, ita etiam contra viſa qotidie nos exercere debeamus: nam & ipſa qæſtiones proponunt. Illius filius obiit. Reſponde. Cum noſtri arbitrii non ſit, malum non eſt. Pater illium exheredavit. Qid tibi videtur? Non noſtri arbitrii eſt, ergò non malum. Rem illam ægrè tulit. Noſtri arbitrii eſt, & malum. Fortiter tulit. Noſtri arbitrii eſt,*

a L. 10.§. 25. ξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι. a ἐκκλίσαι δὲ πρὸς μηδὲν ἧκε ἐφ' ἡμῖν χρῆται.

§. 38. Οὐ περὶ τοῦ τυχόντος ἔφη, ἐστὶν ὁ ἀγών, ἀλλὰ περὶ τοῦ b μαίνεσθαι, * εἰ μή.

b L. 5.§.17. * ἢ μή.

§. 39. Ὁ Σωκράτης ἔλεγε. τί θέλετε; λογικῶν ψυχὰς ἔχειν, ἢ ἀλόγων; λογικῶν. τίνων λογικῶν; c ὑγιῶν ἢ φαύλων; ὑγιῶν. τί * οὖν ζητεῖτε; ὅτι d ἔχομεν. τί οὖν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε;

c L.10.§.35 * οὖν [ἃ] Xyl.Lug.
d L.4.§.13. l.5.§.28.

petitu quidem abstinendum prorsus; aversationem verò in re nulla adhibendam, qæ nostri juris non sit.

§. 38. Non est itaqe, inqit, de re vulgari certamen, sed de eo, utrum insaniamus, nécne.

§. 39. Socratis dictum. Qid vultis? rationalium, an irrationalium animas habere? rationalium. qorumnam rationalium? sanorum an pravorum? sanorum. qare ergò non qæritis? qia jam habemus. cur ergò pugnatis & contenditis invicem?

ANNOTATIONES.

& bonum. *His si assveverimus, proficiemus: neqe enim unqam alteri assentiemur. nihil enim aliud statues qàm qod phantasia ipsa renunciat.* ità enim restituendus est locus ille illustris, qi vitiosè vulgò legitur ἢ ἓν φ. κ.γ. clavsulâ novissimâ etiam à reliqo corpore divulsâ. Hæc est *assensûs cohibendi ars*, de qa Marcus istîc. vide ampliùs *ad l.* 8.§.49.

Ὀρίξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι] Epictetus *l.* 3. *c.* 12. è Marco istîc emendandus. Τίς γάρ ἐστιν ἀσκητής; ὁ μελετῶν ὀρέξει μὲν χρῆσθαι, ἐκκλίσει δὲ πρὸς μόνα τὰ προαιρετικὰ χρῆσθαι. *Qis enim sese exercet? Is qi in eo elaborat, ut ea sola appetat & aversetur qæ nostri arbitrii sunt.* lege meo periculo, ὀρίξει μὲν μὴ χρῆσθαι. sic enim ipse suprà, παιδευτὴν ἄφετε. & *Enchir. c.* 2.§.2. παιδευτὴν ἄνετε.

§. 38. Περὶ τοῦ μαίνεσθαι εἰ μή] Vitiosa scriptura, qæ & Xylandro imposuit, rescribendum (qod & Casavbonus vidit.) ἢ μή. *de hoc*, inqit, *agitur utrùm insaniamus necne.* Hoc est, scilicet Stoicorum placitum, Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. Cicero *Paradox.* 4. & Laërtius *l.* 7. *Zenon.* Πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. hoc est, ut Cicero *Tuscul. l.* 4. *Omnes stultos insanire.* Siqidem, ut idem *lib.* 3. *omnes perturbationes animi morbos esse. stultúmqe neminem his morbis vacare. unde sic concludunt: qi in morbo sunt, sani non sunt. omnes insipientes igitur insaniunt.* Epictetus *l.* 1. *c.* 28. Τίνες λέγονται οἱ παυτὶ τῷ φαινομένῳ ἀκολουθοῦντες; μαινόμενοι. ἡμεῖς οὖν τι ἄλλο ποιοῦμεν. *Qi esse dicuntur qi qamvis sequntur opinionem? Insani. Nunqid ergo nos aliud agimus.* qem locum interpres doctissimus perperam reddidit, dum avtoris mentem non attendit. Flaccus (qem & vise sis fusiùs ista prosecutum *Serm. l.* 2. *Sat.* 3.

Qem mala stultitia, & qemcunqe insciti veri
Cæcum agit, insanum hunc Chrysippi porticus & grex
Avtumat. —

vide & Epictetum *l.* 1. *c.* 22.

§. 39. Ὁ Σωκράτης ἔλεγε] ubi ista Socratis reperiantur ignoro. nec possum certò statuere, an scriptum fuerit [ὡς] ὁ Σωκράτης ἔλεγε; & priora illa istud respiciat. Socrates certè in Platonis *Alcib.* 2. *p.* 452. *C.* Πάντας ἂν ἓν φάντες ἄφρονας μαίνεσθαι, ὀρθῶς ἂν φαίημεν. *Si ergò omnes imprudentes insanire dixerimus, rectè dicemus.*

Τί οὖν ζητεῖτε] lego τί οὖν δὴ ζητεῖτε; ità & uterqe interpres.

Ὅτι ἔχομεν] Nemo scilicet id qærere & acqirere satagit, cujus compotem jam sese credit. In hanc mentem Dio Prusæus *Orat.* 68. *p.* 620. Ὁ μὲν ἀργυρίου δεόμενος, ἢ ἱματίων, ἢ οἰκίας, ἢ ἄλλου τοῦ, καὶ ἐπίσταταί τε καὶ ζητεῖ παρὰ τῶν ἐχόντων λαβεῖν. ὁ δὲ νῦν οὐκ ἔχων, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐπίσταται, ὅτι οὐκ ἔχει νῦν. *Qi argento qidem indiget, aut vestimentis, aut domo, aut alio qocunqe, & se indigere ipse sciat, qdqe qarit ab habentibus possit accipere, mente caret.* Dionysodorus apud Platonem in *Euthydem. p.* 193. *E.* Τῶν λαμβανόντων εἰσὶν οἱ μανθάνοντες, ἀλλ' οὐ τῶν ἐχόντων. *Discentes ex illorum numero sunt, qi capiunt, non ex eorum qi habent.* In eandem mentem & ex Platonis *Alcibiad.* 1. qædam lavdat Theodoretus *Therapevt. l.* 1. *Tom.* IV. *pag.* 478. *A.* cujus hæc sunt verba. Οὕτω τὸν Ἀλκιβιάδην πείθει ὁ Σωκράτης μαθεῖν, τὴν τῆς γνώσεως ὄιησιν πρότερον ἐξορίσας. πρότερον μὲν γὰρ αὐτὸν ἐξήλεγξεν οὐκ εἰδότα. εἶτ' ἐκεῖνος εἰρηκότος, Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐυρεῖν με ἠγῇ; ἐπήγαγε, καὶ μάλα γε, εἰ ζητήσειας. ἐκεῖνος δ' ἂν φάντος, εἶτα ζητῆσαί με οὐκ ἂν ὤιει; ὑπολαβὼν ἔφη, ἔγωγε, εἰ οἰηθείης γε μὴ εἰδέναι. ἀρχὴ ἄρα γνώσεως, τῆς ἀγνοίας ἡ γνῶσις. *Ita & Alcibiadem ad discendum hortatur Socrates, scientia opinione prius summotâ. Ante omnia enim ostendit illum nihil scire: deinde cùm dixisset ille, at non invenisse qidqam me putas? prorsus plane subjunxit, si qæsisses. Rursúsqe cùm diceret, annon qæsisse me putas? respondens ait, puto eqidem, si existimaveris te non scire. Principium itaqe scientiæ est ignorantiæ cognitio.* Plato certè in *Sophist. pag.* 162. *B.* Μαθεῖν οὐδέποτ' ἂν ἐθέλειν τὸν οἰόμενον σοφὸν εἶναι. *Nullum discere illa qæ scire se credit, affecturum.* Idémqe apud Antonium *meliss. l.* 2. *c.* 74. Δεῖ τῶν νέων ἐκπνευμαθεῖν [μᾶλλον] τὸ οἴημα καὶ τὸν τύφον, ἢ τῶν ἀσκῶν τὸν ἀέρα, τὴν ἐγχείαν τι βαλομένους χρήσιμον. (ità enim legendum, supplendum ex Plutarcho *de audiendo pag.* 39. *D.* non avtem τῷ ἢ loco cum Gesnero ὡς subsituendum.) εἰ δὲ μὴ, γίμονται ὄγκου καὶ φυσήματος, ἃ προσδέχονται. *Non minùs studiosè fastum ac spiritus elatos adolescentum ex animis, qàm aërem ex utribus excutiendum esse, si qid velis infundere: alioqi arrogantiæ pleni inflatiqe non admittunt.* Siqidem ut Socrates *ibidem* τοὺς μὲν ἀσκοὺς, τὸ πνεῦμα διίησι. τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ ὄιημα. *Ventus utres dirimit, & homines stultos scientiæ opinio.* A nec tam φυσιοῖ ἡ γνῶσις, *cognitio inflat*, ut Apostolus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 8. *v.* 1. qàm ἡ τῆς γνώσεως ὄιησις, ἢ ψευδώνυμος γνῶσις, *scientiæ opinio, & scientia falsò nominata*, utì idem loqitur *ad Tim Ep.* 1. *c.* 6. *v.* 20. Facit huc & illud Domini Matth. *c.* 9. *v.* 12. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. *Iis qi valent non opus est medico, sed iis qi malè se habent.* opinione suâ, non revera, sanos alloqitur. Clemens *paed. l.* 1. *c.* 1. Τοῖς νοσοῦσι τὸ σῶμα ἰατροῦ χρήζει. καὶ τοῖς ἀσθενοῦσι τὴν ψυχὴν παιδαγωγοῦ δεῖ. ὅσαι δ' ἐκ ἔσαι ὑγίεια καὶ νόσῳ. ἄλλ' ἡ μὲν μαθήσει, ἡ δὲ ἰάσει περιγίνεται. *Qorum corpus ægrotat, iis medico opus est; ita qorum æger est animus,* B *ii padagogo opus habent. Inter sanitatem & cognitionem permultum interest: nam hac qidem disciplinâ, illa verò curatione comparatur.* Naso *Ponti l.* 3. *El.* 4.

Firma valent per se, nullúmqe Machaona qærunt.
Ad medicam dubius confugit æger opem.

Optatus, *de Schism. l.* 1. *Sanitas non flagitat medicinam. ægroti est remedia qarere.* Cæsarius Arelatensis *Serm.* 37. *Non reqirit medicum, qi se non sentit ægrotum.* itaqe Gregorius Romanus *in Psal. pœnitent.* 4. *Nemo est insanabilior illo, qi sibi sanus videtur.* Siqidem, ut Joannes Chrysostomus *Edit. Savil. tom.* 6. *Orat.* 67. Ὁ τὴν νόσον ἀγνοῶν, ἀδεμίαν ποιήσεται τῆς ἀῤῥωστίας ἐπιμέλειαν. *Qi ignorat se ægrotare, nullam morbi curam habebit.* C Et Isidorus Pelusiota *l.* 2. *Ep.* 238. Τὸ ἐν νόσῳ χαλεπωλάτῃ τυγχάνοντα νομίζειν ὑγιαίνειν, μανίας λαμπρὰς καὶ ἀνήκεστος. πῶς γὰρ ὁ τοιοῦτος ἰατρὸν ζητήσει, μηδ' αὐτὸ τοῦτο ὅτι νοσεῖ ἐπισάμενος; *Qum qi in gravissimo morbo versatur, integrâ valetudine se esse existimat, perspicua hæc atqe incurabilis insania est. Qonam enim pacto hujusmodi homo medicum conqiret, qi ne hoc qidem cognitum habet, qod ægrotat?* vide Pharisæorum arrogantiam, Lucæ *c.* 18. *v.* 9. & Joannis *c.* 9. *v.* 40. sed & typum consimilium, typhum ecclesiæ Laodicenæ fastuosum illum apud Joannem *Apocal. c.* 3. *v.* 17. scitè Bio, ut Laërtius *l.* 4. Τὴν ὄιησιν, προκοπῆς ἐγκοπήν. *Opinionem* dicebat esse *profectûs impedimentum.* & de philosophis Clemens *Strom. l.* 1. *pag.* 313. *C.* Ἡ πρόληψις τῆς οἰήσεως ἀπιστεῖν ἀναπείθει. *Opinionis sua anticipatio persvadet ut non credant.* sed & Gregorius Nazianzenus *Apolog.* Τὸ οἴεσθαι τοῦ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται. καὶ μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον. *Opinionem plurimum de re ipsa avferre, inanisqe gloria studium hominibus magno ad virtutem impedimento esse.* Seneca *Epist.* 69. *Illud præcipuè salutem impedit, qòd citò nobis placemus. ideo mutare nolumus, qia nos optimos esse credimus.* & *Epist.* 50. De Harpaste fatua. *Incredibilem tibi narro rem, sed veram. subitò videre desiit,* & *nescit se esse cæcam.* D *hoc qod in illa ridemus, omnibus nobis accidere licqeat tibi. nemo se esse avarum intelligit, nemo cupidum. caci tamen ducem qærunt: nos sine duce erramus;* & *ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, qia nos ægrotare nescimus. nec qærimus qidem medicum; erubescimus discere bonam mentem.* Optimè ergò Epictetus *l.* 2. *c.* 11. Ἀρχὴ φιλοσοφίας, παρά γε τοῖς ὡς δεῖ, καὶ κατὰ τὴν θύραν ἀπλομένοις αὐτῆς, συναίσθησις τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας καὶ ἀδυναμίας περὶ τὰ ἀναγκαῖα. *Philosophiæ principium est apud eos qidem qi per januam ad eam ingrediuntur, animadversio imbecillitatis, atqe infirmitatis sua necessariis in rebus.* & mox: Τὴν ὄιησιν προσεκλήφαμεν. δι' ἃ γὰρ, φησὶν, ἐκ οἶδα E ἐγὼ τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρόν; ἐκ ἔχω ἔννοιαν αὐτοῦ; *Arrogantiam qoqe adjunximus. Nam cur, inqit, ego ignoro pulcrum & turpe? non habeo notionem ejus;* &c. & *ibidem c.* 17. Τὸ πρῶτόν ἐστιν ἔργον τοῦ φιλοσοφοῦντος, ἀποβαλεῖν ὄιησιν. ἀμήχανον γὰρ, ἃ τις οἴεται, ταῦτα ἄρξασθαι μαθάνειν. *Qod est primum philosophantis officium? Abjicere arrogantiam. Nulla enim ratio est, cur ea, qa scire te putes, discere incipias.* & in *fine dissertationis*: Ταύτην οὖν τὴν ὄιησιν τὴν τοῦ δοκεῖν εἰδέναι τι τῶν χρησίμων ἀποβαλλόντας ἐρχεσθαι δεῖ πρὸς τὸν λόγον. εἰ δὲ μὴ, οὐδ' ἐγγὺς ἐσόμεθα τοῦ προκόψαι, κἂν πάσας τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς συντάξεις διέλθωμεν. *Hac igitur arrogantiâ, qâ qid utile sit scire nobis videmur abjectâ ad institutionem veniendum est. Alioqi multum aberit ut proficiamus, tametsi omnia* F *collectanea, omnes commentarios perlegamus.* Qod Apostolus *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 3. *v.* 18. Εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. *Si qis sibi videtur esse sapiens, stultus fiat, ut fiat sapiens.* siqidem, ut Seneca, *de tranqill. c.* 1. *Multi ad sapientiam potuerant pervenire, nisi se putâssent jam pervenisse.* vide *l.* 1.§.7.

Τί οὖν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε] Sunt enim ista animi parùm sani indicia. vide *Jacobum c.* 4. *v.* 1.

LIBER

LIBER XII.

ISta omnia, qæ per ambages assèqi contendis, jam consèqi potes, nî tibi ipse invideas. hoc avtem fiet, si præteritum omne missum feceris, futurum omne providentiæ divinæ permiseris, & qod præsens est tantùm ad pietatis ac justitiæ normam direxeris: ad pietatis normam, dum qicqid destinatur tibi diligis; cùm & tibi hoc natura tulerit, & huic te: ad justitiæ, dum liberè & sine ambage ulla qæ vera sunt proloqeris, & qæ legi consentanea ac pro rei cujusqe dignitate sunt, facis: nec impediverit te, qo minùs sic te geras, avt aliena sive vitiositas, sive opinio, sive sermo, avt sensus etiam cingentis te massæ istius carneæ.

Πάντα ἐνεῖνα ἐφ' ἃ [a] ἀφὶ ἁπλῆς ἔυχῃ ἐλθεῖν, [b] ἤδη ἔχειν δύναῖ, ἐὰν μὴ σαυτῷ φθονῇς. τοῦτο δέ ἐστιν, ἐὰν [c] πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ [d] τὸ μέλλον ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ [e] τὸ παρὸν ἁπευθύνῃς [f] πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην. ὁσιότητα μὲν, ἵνα [g] φιλῇς τὸ ἀποτελούμενον. [h] σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε, καί σε τούτῳ. δικαιοσύνην δ', ἵνα [i] ἐλευθέρως καὶ χωρὶς περιπλοκῆς [k] λέγῃς τὰ ἀληθῆ, καὶ πράσσῃς τὰ [l] κατὰ νόμον, καὶ [m] καθ' ἀξίαν. [n] μὴ ἐμποδιζέτω δέ σε, μήτε [o] κακία ἀλλοτρία, μήτε [p] ὑπόληψις, μήτε φωνὴ, μηδὲ μέλη· [q] αἴσθησις δὲ περιτεθραμμένῃ σοι σαρκιδίῳ.

[a] L. 8. §. 1.
[b] L. 3. §. 14. l. 8. §. 55.
[c] Inf. §. 2. l. 6. §. 32.
[d] L. 7. §. 8.
[e] L. 3. §. 12.
[f] L. 11. § 20.
[g] L. 3. §. 16.
[h] L. 5. §. 8.
[i] L. 7. §. 31.
[k] L. 3. §. 16.
[l] L. 10. §. 11.
[m] L. 11. §. 37.
[n] L. 5. §. 34.
[o] L. 5. §. 35.
[p] L. 5. §. 3.
[q] L. 7. §. 15.

ANNOTATIONES.

§. 1. Ἐφ' ἃ διὰ περιόδου ἔυχῃ ἐλθεῖν] διὰ περιόδου, *posthac* Casavbonus. *per circuitus temporum* Xylander. Malim, *per ambages*, περιελθών. Flaccus *lib.* 1. *Epist.* 11.

Strenua nos exercet inertia: navibus atqe
Qadrigis petimus bene vivere. qod petis, hic est,
Est Ulubris; animus si te non deficit æqus.

Seneca *Ep.* 28. *Non peregrinaris, sed erras, & ageris, ac locum ex loco mutas; cùm illud qod qæris, bene vivere, omni loco positum sit.* Idémqe *Ep.* 31. *Qomodo, inqis, istò pervenitur? non per Pœnum Grajumve montem, nec per deserta Candavia: nec Syrtes tibi, nec Scylla, nec Charybdis, adeunda sunt; qa tamen omnia transisti procuratiuncula pretio. tutum iter est, jucundum est, ad qod natura te instruxit. Licet ad Philosophiam etiam sine viatico pervenire.* Idem *Ep.* 17. vide Mosem, *Deut. c.* 30. *v.* 11. — 14. & ex Mose Pavlum, *ad Rom. c.* 10. *v.* 6, 8. Non est itaqe necesse, qod ille apud Clementem *Strom. l.* 5. *pag.* 615. *B.*

Πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.
Qi qærit bonus esse, multum devius erret.

vel ἐυδαίμονα etiam. vide *ad l.* 11. & 16. & *l.* 5. §. 16. & *l.* 10. §. 33.

Τὸ μέλλον ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ] Idem suos monet Dominus Christus Matth. *c.* 6. *v.* 34. Μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον. *Nè igitur estote solicisi de crastino.* vide *l.* 4. §. 33, 34. & *l.* 7. §. 8. & *l.* 10. §. 11.

Τὸ παρὸν μόνον ἀπευθύνῃς] vide *l.* 3. §. 12. & *l.* 6. §. 2. & *l.* 8. §. 44. Pindarus *Pyth. od.* 3.

— τὸν δ' ἀμφίπολον ἀεὶ φρεσὶ
Δαίμον' ἀσκήσω, κατ' ἰμὰν
Θεραπεύων μαχαιάν.
— *Procurantem verò mihi eas semper animo*
Deum continuis exercitiis colam, pro meis
Honorans viribus.

& *ibidem* 8.

Πρὸ ποδὸς γὰρ ἄριστον αἰεὶ χρῆμα πᾶν.
Qod ante pedes est, semper est optimum.
Φρονεῖν δὲ τὸ παραπείμενον.
Cogitare id qod ante pedes est.

idem Nem. 3. Μὴ τοίνυν πολυπραγμόνει τὸ μέλλον. ἀλλὰ τὸ παρόντα πρὸς τὸ χρήσιμον διατίθεσο. τί γὰρ ὄφελος ἐκ τοῦ προλαβεῖν τὴν γνῶσιν; εἰ μὲν ἀγαθὸν ἔσται τὸ ἐσόμενον, ἥξει καὶν μὴ προγνῷς. εἰ δὲ λυπηρὸν, τί σοι τὸ κέρδος προδακρυάσασθαι τῇ λύπῃ. *Ne igitur curiosius futura indagato, sed præsentia ad utilitatem componito. Qid enim tibi proderit, longè ante præsisse? Si certè bonum erit, qod futurum est, veniet, licet non præmoveris: sin molestum, qid inde tibi lucri accedit, dum longè antequam acciderit, mœrore te conficis?* Basilius Cæsar. *in Esai.* & apud Simeonem Logothetam *Orat.* 21. vide *l.* 7 §. 7.

Πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην] Ità Zacharias Luc. *c.* 1. *v.* 75. Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ *Cum sanctitate & justitia*, & Paulus *ad Ephes. c.* 4. *v.* 24. Ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι. *Ad justitiam & sanctimoniam.* qarum altera Deum spectat, altera hominem. cùm tamen δικαιοσύνη laxiùs sumpta qandoqe utramqe comprehendat. ut Matth. *c.* 5. *v.* 20. & *c.* 6. *v.* 33. & *Luc. c.* 1. *v.* 6. vide *ad l.* 11. §. 10, & 20.

Ἵνα φιλῇς τὸ ἀποτελούμενον] vide *l.* 3. §. 15. & *l.* 10. §. 11, 20.

Σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε] Vide *ad l.* 3. §. 4. συνεμφέρεται τε καὶ συνεμφέρει. & *l.* 5. §. 8.

Χωρὶς περιπλοκῆς] Siqidem, ut Æschylus *armor. judic.* à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 11. laydatus;

Ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη.
Simplicia verba veritas simplex amat.

A Grotius. Et Evripides *Phæniss.*

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' οὐ ποικίλων δεῖτ' ὢν δίχ' ἑρμηνευμάτων.
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν. ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.
Simplex & infucata veri oratio est;
Nil indiget res aqa sermonum ambitu,
Manifesta per se: cavssa sed juris sui
Vitio laborans, qærit à verbis opem.

Grotius. Julianus Imperator *Orat.* 7. Λέγεται γὰρ ὀρθῶς Εὐριπίδου καλῶς,

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

Σκιαγραφίας γάρ φησι τὸν ψευδῆ καὶ ἄδικον δεῖσθαι. *Hoc enim rectè ab Evripide dictum est:*

Simplex sermo veritatis est.

Nimirum, inqit, adumbratione mendax, & injustus opus habet. & Theodoretus *therap. l.* 1. *tom.* 4. *pag.* 478. *C.*

Ἀληθὴς ἄρα ὁ τραγικὸς λόγος ἐκεῖνος.
— ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.
Vera illa igitur tragicæ sententia.
— *iniqa verò oratio*
In se ægra: pharmacis eget sapientibus.

Basilius Cæsar. *Orat.* 12. & Simeon Cancellar. *Orat.* 1. Ὁ μὲν γὰρ ἀληθὴς λόγος, καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν, ἁπλοῦς ἐστι καὶ μονότροπος. ὁ δὲ ποικίλος καὶ ἔντεχνος, πολὺ τὸ ἐπίπλοκον καὶ ἐγκαλλώπισμενον ἔχων, μυρίᾳ κατασχηματίζεται, καὶ σείφεται σοφὰς ἀμυθήτους. ὅταν γὰρ ἄλλως μὲν φύσεως ἔχῃ τὰ πράγματα, ἄλλως δ' οἱ λόγοι περὶ αὐτῶν ἀναπείθωσι, σοφή τίς ἐστι, μᾶλλον δὲ διαστροφὴ, ὑπὸ τοῦ λόγου περὶ τὴν ἀλήθειαν γινομένη. καὶ ὁ μὲν ἁπλοῦς φαινόμενος, ἄλλως δὲ ὢν καθ' ἀλήθειαν σοφαῖς οὐχρηται λόγοις, ἀπατῶν τοὺς συνόντας, ὥσπερ τοὺς κύνας λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες, ἑτέραν δεικνύοντες, καὶ ἑτέρᾳ τρεπόμενοι. *Nam sermo qidem verus, & ex mente procedens, sobrius ac simplex est, uniformis item. Varius verò & artificiosus, multum & circumvolubilitatis & apparatus habens, mille figurat atqe innectit involucra. Qando enim aliter res naturâ se habeat, alitérqe de his verba svadere videntur, conversio qadam, magis autem perversio verborum à veritate contexitur, ut qod verè non existit, verborum vertigine qadam ad decipiendos adstantes ostendatur. Qemadmodum lepores vulpésqe canibus aliam cursus monstrantes viam, aliam conversi tenent.*

Περιτεθραμμένῃ σοι σαρκιδίῳ] *altilis massa*, vel *molis carnea* Casavbonus. ità περὶ vacabit. nisi fortè intentionis vim habere censeatur. *circumdata tibi carnis* Xylander. ut περιτεθραμμένῃ legisse videatur. Illa scriptura si retineatur, malim vertere *concreta & coagmentata circum te carnis.* siqidem τὸ τρέφειν grammatici volunt aliqando significare τὸ πηγνύναι. & indè Hesychius Περιτρέφετο, περιεπήγνυτο. habetur illud *Odyss.* ξ. *v.* 477. ubi de nive, qæ scutis adhærebat, congla-ciatâ,

— αὖταρ ἔπειτα χιὼν γίνετ' ἤυτε πάχνη,
Ψυχρὴ, καὶ σακέεσσι περιτρέφετο κρυσταλλος.
— *At postea nix facta est veluti pruina*
Frigida, & scutis circumvertebatur crystallus.

Sed & *Iliad. ι. v.* 903. de lacte in caseum coaguli vi concrescente,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπηγόμενος συνέπηξεν,
Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα περιτρέφεται κυκόωντι.
Et perinde atqe agitatum coagulum lac album condensavit,
Liqidum cum esset, valdéqe velociter coagulatur miscenti.

Eam enim scripturam Herodianus restituit, & Evstathius approbat

a L.7. §.68. b L.7. §.16. c L.6. §.2. d L.2. §.12. * μὴ τὸ π. L.3. §.3. e L.10. §.1. f Inf. §.5.14. g Inf. §.26. h L.4. §.29. i L.6. §.44. k L. 8. §.15. l L.4. §.46. m L.9. §.26. n L. 11. §. 13. o L. 10. §. 38. p Inf. §.8.

a ἴψεται γὰρ τὸ πάσχον. ἐὰν οὖν b ὅτι δήποτε ὡς ἐξόδῳ γένῃ, πάντα τὰ ἄλλα καταλιπὼν, μόνον τὸ d ἡγεμονικόν σου, καὶ c τὸ ἐν σοὶ θεῖον τιμήσῃς, καὶ d * τὸ μὴ παύσεσθαί ποτε ζῆν φοβηθῇς, ἀλλὰ τόμε e μηδέποτε ἀρξασθαι καὶ φύσιν ζῆν. ἔσῃ ἄνθρωπος f ἄξιος τοῦ g γεννήσαντος κόσμου, καὶ παύσῃ h ξένος ὢν i τῆς πατρίδος, καὶ k θαυμάζων ὡς ἀπροσδόκητα l τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, καὶ m κρεμάμενος ἐκ τῶνδε καὶ τῶνδε

§. 2. n Ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ, γυμνὰ τῶν ὑλικῶν ο ἀγγείων καὶ p φλοιῶν

viderit enim id qod patitur. si igitur, cùm in exitu ferè jam sis, missis cæteris omnibus, id duntaxat, qod in te principatum gerit & divinum est, in pretio ac honore habueris; nec hoc metueris, nè vivere desinas aliqando, sed nè secundùm naturam vivere tandem occipias; mundo, qi te protulit, dignum te præstabis, desinésqe in patria tua peregrinus esse; eáqe qæ qotidie eveniunt tanqam inopinata admirari, & ex hac vel illa re suspensus teneri.

§. 2. Mentes omnes, vasis hisce corporeis, & corticibus, & sordibus Deus denudatas in-

ANNOTATIONES.

probat; & tum ad rem ipsam, unde imaginem eam mutuatus est poeta, tum & ad qam transtulit & accommodavit, vulneris scilicet celerrimam coalitionem & curationem magìs qadrat, qàm περιεῤῥίφετο illud, qod priùs legebatur. accedit, qòd & τροφαλὶς indè deducta ἐπὶ τυροῦ, de caseo, & pro caseo usurpatur, qod docent & Herodianus ab Eustathio adductus, & ex Antiphane atqe Aristophane aliisqe Athenæus *lib.* 10. & *l.* 14. Firmant insuper apud Marcum explicationem istam, cùm qòd Jobus etiam *c.* 10. *v.* 10. de humani corporis in utero compositione agens, à *lactis in caseum coagulatione* similitudinem adhibuit, ad id negotii illustrandum: vide *ad l.* 10. §. 26. tum qod Marcus ipse *l.* 7. §. 68. qo loco hoc eodem vocabulo utitur; sed φύραμα appellat qod istic σαρκίδιον. Cæterùm, si qis, qia περιτρίφομαι istud merè poeticum videtur, ad scripturam alteram illam potiùs inclinare voluerit, redditum malim, *qa circum te mutationibus obnoxia est, carnis.* ut sit τὸ τετραμμένον, τὸ ἐν ταῖς τροπαῖς συνεχῶς ὄν. qod *corpori* cumprimis competit. vide *l.* 7. §. 15.

Ὄψεται γὰρ τὸ πάσχον] *viderit ad qod patitur.* vide *ad l.* 11. §. 13. sic *l.* 7. §. 14. μίμψεται, *conqeratur*, & §. 16. μεριμνάτω, *cura habeat.* λεγέτω, *conqeratur.* & *l.* 8. §. 28. ἀποφαινέσθω, *id censeat.* & §. 40. ὑπολαβέτω, *opinetur.*

Τὸ πάσχον] *id qod patitur.* corpusculum vult, τὸ σαρκίδιον. verùm Cleanthes, referente Gregorio Nysseno *de anima pag.* 925. *D.* etiam animam unà cum corpore pati contendit. Συμπάσχει, inqit, ἡ ψυχῇ τῷ σώματι νοσοῦντι καὶ τεμνομένῳ, καὶ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ. *Anima simul patitur cum corpore agrotante, & cum secatur: & corpus cum animo cruciatur.* sed ψυχῆς nomine τὸ πνευμάτιον intelligit, qod ἀπὸ τοῦ νοῦ distingvit Marcus *infrà* §. 3.

Τὸ ἔν σοι θεῖον τιμήσῃς] vide *lib.* 5. §. 21. & *infrà* §. 18. 26. Cicero *offic. l.* 3. *Mente nihil homini dedit Deus ipse divinius.* Aristoteles *de gener. animal. l.* 2. *c.* 3. Λείπεται δὴ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. *Restat igitur ut mens sola extrinsecus accedat, eáqe sola divina sit.* Generaliùs Heraclitus *ad Amphid. Ep.* 1. Θεῖόν τι ἡ ψυχὴ. *Anima est divinum qid.*

Καὶ τὸ μὴ παύσεσθαί ποτε ζῆν φοβηθῇς] transpositis voculis lego καὶ μὴ τὸ παύσεσθαι. est avtem monitum præclarum. *Nè timeas, nè qando vivere desinas*; sed illud metuas, nè dum de die in diem differs, fiat ut rectè vivere nunqam incipias. hoc est, malè vivere magìs, qàm mori formides, Ἀλλ' ἡμεῖς παιδικόν τινα φοβούμεθα φόβον, θάνατον μὲν δεδοικότες, ἀμαρτίαν δὲ μὴ δεδοικότες. καὶ γὰρ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, προσωπεῖα μὲν δέδοικε, πῦρ δὲ οὐ δέδοικεν. ἀλλ' ἐὰν βαστάζόμενα τύχῃ παρὰ λυχνίαν λύχνου ἔχοντα, ἀπερισκέπτως τὴν χεῖρα ἐπαφήσει τῇ λυχνίᾳ καὶ τῇ φλογί. καὶ τὸ μὲν ἀνυπαφρόντου φρίττει προσωπεῖον. τὸ δ' ἀληθῶς φοβερὸν οὐ δέδοικε, τὸ πῦρ. οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, θάνατον μὲν δεδοίκαμεν, ὅπερ ἐστὶ προσωπεῖον ἀνυπαφρόντου. ἁμαρτίαν δὲ οὐ δεδοίκαμεν, ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς φοβερὸν, καὶ πυρὸς δίκην κατσθίει τὸ συνειδός. *Puerilem verò timemus timorem mortem timentes, peccatum verò non timentes. Pueri enim parvi larvas qidem timent, ignem verò non timent: sed si ad lucernam lumen habentem portari contingat, inconsideratè manum immittunt lucernæ & flammæ: & contemnendam qidem personam horrescunt, at verè timendum ignem non timent: sic qidem & nos timemus mortem, qa est larva contemptu digna: peccatum verò non timemus, qod est verè timendum, & ignis more conscientiam comedit.* Joannes Chrysostomus *edit. Savil. tom.* 6. *Orat.* 43. qibus gemina habet & Isidorus Pelusiota *l.* 2. *Ep.* 257.

Ἄξιος τοῦ γεννήσαντος κόσμου] *dignus mundo qi te genuit*, id est, Deo. vide *l.* 4. §. 23.

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.
Nam hujus progenies etiam sumus.

Aratus in *Phænom.* à Pavlo lavdatus *Act. c.* 17. *vers.* 28.

Avde, hospes, contemnere opes, & te qoqe dignum
Finge Deo. ---

Nemo alius est Deo dignus qàm qi opes contempsit. Seneca *Epist.* 18. qàm qi mortem qoqe. Marcus hìc. Idémqe *Epist.* 31. *Subsilire ad cælum ex angulo licet: exurge modò & te qoqe dignum finge Deo.* Huc phrases illæ in sacro codice freqentes: de eis qi Christo qicqam anteponunt, propinqos, parentes, victum, vitam; οὐκ ἔστι μου ἄξιος. *Non est me dignus.* Matth. *c.* 10. *v.* 37, 38. de iis, qi se à seculi sui inqinamentis intaminatos custodierint, Περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς· ὅτι ἄξιοί εἰσιν. *Ambulabant mecum albati: digni enim sunt. Apoc. c.* 3. *v.* 4. & de vita instituenda monita Apostolica; Ἀξίως τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου, καὶ τῆς κλήσεως, περιπατῆσαι. *Ut ambularetis sicut convenit Deo vos vocanti. ad Thess. Epist.* 1. *c.* 2. *v.* 12. *Col. c.* 1. *v.* 10. *Eph. c.* 4. *v.* 1. & Ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου Χριστοῦ πολιτεύεσθαι. *Ut convenit Euangelio Christi vos gerite. ad Philip. c.* 1. *v.* 27. Agapetus *paranes.* §. 3. Ὁ ἑαυτὸν γνοὺς, γνώσεται Θεόν. Ὁ δὲ Θεὸν γνοὺς, ὁμοιωθήσεται Θεῷ. ὁμοιωθήσεται δὲ Θεῷ, ὁ ἄξιος γενόμενος Θεοῦ. ἄξιος δὲ γένεται Θεοῦ, ὁ μηδὲν ἀνάξιον πράττων Θεοῦ, ἀλλὰ φρονῶν μὲν τὰ αὐτοῦ. λαλῶν δὲ ἃ φρονεῖ. ποιῶν δὲ λαλεῖ. *Qi seipsum novit, cognoscet Deum: Deum qi cognoscit, assimilabitur Deo, assimilabitur avtem Deo, qi dignus factus est Deo: dignus denique fit Deo, qi nihil Deo indignum patrat, sed qi cogitat, qa ipsius sunt, loqitur qa cogitat, & facit qa loqitur.* ubi in colo tertio vitium subesse videtur scribendúmqe, qò membra sibi invicem nexu gemino cohæreant; ὁμοιωθεὶς δὲ Θεῷ, ἄξιος Θεοῦ γενήσεται.

Παύσῃ ξένος ὢν τῆς πατρίδος] vide *ad l.* 4. §. 29. & *l.* 8. §. 14, 15.

Τῆς πατρίδος] id est, *mundi.* vide *ad l.* 4. §. 44. πόλις καὶ πατρίς.

Καὶ κρεμάμενος ἐκ τῶνδε καὶ τῶνδε] qod Plato in *Epitaph.* dixit; καὶ μὴ ἐν ἄλλοις αἰωρεῖται. *nec suspensa aliorum avt bona casu avt contrario, pendere ex aliorum eventis cogitur.* Cicero *Tusc. l.* 5. Galenus in *hortator. c.* 4. ἐξ ἐλπίδων ἐχέσθαι, *spe evehi*, eodem ferè sensu dixit.

§. 2. Ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ] indè καρδιογνώστης, *cordium cognitor* dictus Petro *Act. c.* 15. *v.* 8. & πάντων καρδιογνώστης, *qi corda omnium novit, ibidem c.* 1. *v.* 24. Ὅτι μονάστος οἶδε τὴν καρδίαν πάντων ἀνθρώπων. *Qia solus nosti corda omnium filiorum hominis.* ut Solomon rex *Histor. Reg. l.* 3. *c.* 8. *v.* 39. Idémqe in *Proverb. c.* 15. *v.* 11. Ἅδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ Κυρίῳ. πῶς οὐχὶ καὶ αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων; *Infernus & perditio coram Jehova sunt, qanto magis animi hominum? Solus itaque perfectè novit qid sit in homine, videns in eo & qod in se ipse non videt.* Bernardus *in Psal.* 90. *conc.* 15. Sed ἐμφατικώτατα Apostolus *ad Hebr. c.* 4. *v.* 12, 13. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐνοιῶν καρδίας. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. *Vivus enim est sermo Dei, & efficax, & penetrantior qovis gladio anciptiti: & pertingit usqe ad divisionem animæ simul ac spiritus, compagúmqe & medullarum: & dijudicat cogitationes & conceptus cordis. Neq est ulla res creata non manifesta in conspectu ipsius: imo omnia sunt nuda & intimè patentia oculis ejus qicum nobis est negotium.* Ad qem locum Scholiastes. Πάντα γυμνὰ παρ' αὐτῷ. καὶ ᾠδυνὶ προκαλύμματι ἢ προσωπείῳ τις ἑαυτὸν ὑπεκλίψαι δύναται τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνων. τετραχηλισμένα δὲ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν προβάτων τῶν ἐκ τῆς τραχήλου ἠρτημένων καὶ γεγυμνωμένων τῆς δορᾶς. *Omnia apud ipsum sunt nuda, & nemo ullo velamine vel larvâ seipsum oculis illis potest subducere.* Τετραχηλισμένα autem dicuntur *per metaphoram ab ovibus suspensis & corio nudatis petitam.* qibus gemina ferè Joannes Chrysostomus habet. Tractum, inqiunt *ab ovibus, qarum, pelle detractâ, corpora nudantur.* qò facit lepidissimus ille de lepore insigniter macilento jocus, apud Ælianum rusticum *Epist.* 11. Ἐπεὶ γὰρ ἐδάρη, καὶ τὸ δέρμα ἀπεδύσατο, φανερὸς τηνικαῦτα ἐγένετο. μᾶλλον δὲ (οὐ γὰρ ὀρθῶς λέγω) ἀφανὴς ἐστι νῦν ἢ τότε πλέον. *Postqam enim excoriatus est, & pellem exuit, tum maximè apparuit, imo (non enim rectè dico) magis nunc disparuit.* verùm ampliùs aliqod insinuare videntur verba illa Apostoli. Est enim proculdubio in tota illa dictione allegoria disertissima *à lanionum sive victimariorum ritu* dicta, à qibus *animalia immolanda* τραχηλίζεσθαι, dicuntur, *cùm non solùm à collo suspensa excoriantur, sed per dorsi spinam etiam resupinata finduntur, ut tota foris & intus oculis pateant*; utì optimè Beza. qò pertinet, qod Varin. Favorin. habet, τραχηλίζειν, τὸ δίχοτομεῖν, ἤγουν τὸ διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν. τραχηλίζειν, *in duas partes secare, vel à spina dorsi diffindere.* vide amplìùs *ad l.* 1. §. 3. & *l.* 11. §. 13.

Καὶ φλοιῶν] *corticum* nomine non extrema tantùm, puta ve-

intuetur. ſolâ enim mente ſuâ, illas à ſeſe demanantes & derivatas, attingit. hoc idem tu ſi feceris, multâ temet moleſtiâ liberabis. qi enim circumjectam ſibi carnem non reſpexerit, nec de veſtitu, domicilio, fama, avt apparatu inſtructúqe reliqo cogitando, negotium ullum faceſſet ſibi.

κὴ καθαρμάτων ἐρᾷ. μόνῳ γὰρ τῷ ἑαυτῆ νοερῷ μόνων [a] ἀπλεπαι τῶν ἐξ ἑαυτῆ εἰς ταῦτα [b] ἐῤῥυηκότων κὴ ἀπωχετευμένων. ἐὰν ὴ κὴ σὺ τῆτο ἐθίσῃς ποιεῖν, [c] τὸν πολὺν περισπασμὸν σεαυτῆ περιαιρήσεις. ὁ γὰρ μὴ [d] τὰ περικείμενα κρεάδια ὁρᾷν, ἤπε γε ἐσθῆτα, κὴ οἰκίαν, κὴ δόξαν, κὴ τὴν τοιαύτην περιβολὴν κὴ σκηνὴν θεώμενον, [*] ἀσχολήσεται). a L. 2. §. 12. b L. 2. §. 1. Inf. 26. c L. 2. §. 7. d Inf. §. 3. l. 10. §. 1. 38. * ἐυτχολ. f. ut l. 4. §. 18.

§. 3.

ANNOTATIONES.

veſtem, pompam, reliqum vitæ apparatum, ſed & corpus ipſum, κὴ τὰ κρεάδια, (utì mox loqitur,) & hæc præcipuè comprehendit. Varro pariter in *Tithono*; *ſic invitata matura anima corporeum corticem facilè relinqit.* Qin & *corticem* Nicander tam de *hominis cute*, qàm & de *anguis exuvio*, uſurpavit. ſic enim in Alexiphar. *v.* 302. de Marſya,

— ἦχί τι Φοῖβος ἀπὸ φλόα δύσαλο γήων.
— ubi à Phœbo nudatus pelle pependit.

& in Theriac. *v.* 355.

Ἐξότε γηραλέον μὲν ἀπὸ φλόον ἑρπετὰ βάλλει.
Inde feri ſenium ſerpentes pubere tergo Commutant.

& *v.* 392.

Ἔυτ' ἂν ἀπ' ἠελίοιο περὶ φλόον ἄψεα βάλῃ.
Exuviis puber poſitis renitenſque juventa.

vide *infrà* §. 8.

Τῶν ἐξ ἑαυτῆ εἰς ταῦτα ἐῤῥυηκότων κὴ ἀπωχετευμένων] *Animam* ſcilicet, *mentem* ſaltem, θεῖ ἀπόῤῥοιάν τινα opinabantur Stoici. Vide *ad lib.* 2. §. 1. Cicero *Tuſc. lib.* 4. *Humanus animus deceptus ex mente divina.* Et hanc igitur magìs attendit & intuetur potiùs qàm corpus, qod eſt iſtius integumentum tantùm & involucrum. Plutarchus *de tardit. vindict. divin. pag.* 562. *D.* Ἀλλ' ὁ θεὸς ὅτε ἀγνοεῖ δή πε τὴν ἑκάςε διάθεσιν, ἢ τε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθάνεσθαι πεφυκώς &c. *Sed Deus non ignorat cujuſqe ingenium & naturam, ut qi animam ſuapte natura magis qàm corpus ſentiat, &c.* & Samueli Deus ipſe, *Regum Hiſtor. l.* 1. *c.* 16. *v.* 8. *Non ſpecto, qod ſpectare ſolet homo. homo enim ſpectat qod eſt ob oculos: ſed Deus ſpectat qod eſt in animo.* γυμνὴν ἐσωθεν τὴν ψυχὴν βλέπων, *animam nudam intus inſpiciens.* ut Clemens *Strom. l.* 6. ſive αὐτῇ τῇ ψυχῇ, αὐτὴν τὴν ψυχὴν γυμνὴν, γυμνὸς αὐτὸς θεωρῶν, *animo ipſo nudum nudus ipſe inſpiciat.* utì Plato in *Gorgia pag.* 356. *F.*

Τὸν πολὺν περισπασμὸν σεαυτῆ περιαιρήσεις] qò ſcilicet μεριμνᾷς, κὴ τυρβάζῃ περὶ πολλά, *ſolicita es & conturbaris circa multa.* ut Marthæ Jeſus Luc. *c.* 10. *v.* 41. Vide *l.* 2. §. 7. & *l.* 6. §. 22. & *l.* 9. §. 31. Interpres nevter commodè ſatìs reddidiſſe videtur. De Diogene, Julianus *de cyniſm. Orat.* 1. Τὰς δὲ ἐκ τῆ σώματος ἐμπίπλοντας τῇ ψυχῇ θορύβες, ἅτε πολλάκις ἡμᾶς ἀναγκάζει τυτὶ τὸ περικείμενον αὐτῆ χάριν πολυπραγμονεῖν, ὑδὲ ἐν μέρει προσίετο. *Earum verò ſolicitudinum, ac tumultuum, qi in animam redundant è corpore; cujuſmodi videlicet curis circumfuſa iſta pars ſuapte nos cavſſá ſæpe numero vel invitos implicat, nullam partem admittebat.*

Ὁ γὰρ μὴ τὰ περικείμενα κρεάδια ὁρᾶν, ἤπε γε ἐσθῆτα, κὴ οἰκίαν, καὶ δόξαν, καὶ τὴν τοιαύτην περιβολὴν καὶ σκηνὴν θεώμενον, ἀσχολήσεται] Locus vitiatus: qemqe Lugdunenſis editor corrupit ampliùs ἀσχολήσεσθαι, exhibendo. prout in Baſilienſi concipitur, contrarium planè avtoris menti ſenſum nobis repræſentat: *eum* ſcilicet *qi circumjectum ſibi corpus non intuetur, veſtitum, domicilium, cæteráqe ad corporis uſum ſpectantia reſpiciendo, moleſtiam negotiúmqe ſibi comparaturum.* At Marci mens aliorſum abit. eum nimirum qi corporis curam non habet iſta multò minùs moraturum. Caſavbonus ἤπε γε legiſſe videtur, atqe ἢ illud disjunctivæ loco habuiſſe. vertit enim; *ſiqidem qi nec corpus ſuum, nec veſtitum ſuum, nec ejuſmodi adminicula ulla reſpicit, multum qietis otiiqe eum procurare ſibi neceſſe eſt.* Οἰκίαν καὶ δόξαν, prorſus omiſit. iſtam avtem interpretationem ſi admiſerimus, pro ἀσχολήσεται, legendum erit, ἐυσχολήσεται. qòd *l.* 4. §. 19. ἐυτχολώτερον ἕξαν dixit. tum ἐκ τῆ κοινῆ in poſteriore membro μὴ ſubintelligendum, qaſi μὴ θεώμενος diceretur. Ità *Pſal.* 9. *v.* 18. *Non enim oblivioni in æternum tradetur egenus; expectatio pavperum in perpetuum peritura eſt.* pro, *neqe expectatio pavperum in perpetuum peritura eſt.* & Pindarus *Pyth.* 10.

Ναυτὶ δ', ἅτε πεζὸς ἰών.

id eſt,

Nec navi, nec pedes iter faciens.

At Xylander erotematicè legit, ἤπε γε — ἀσχολήσεται, *Qi enim non aſpicit carnem circumjectam, iſne occupetur, in veſte, domo gloriáqe reliqiſqe exterioribus, ac qaſi tabernaculo contemplando?* forſan μήπε γε qod vel negandi vel interrogandi vim habeat. *nevtiqam occupabitur*: vel, *nuncubi occupabitur*: id eſt, *negotium faceſſet ſibi.* Vide Epictetum *l.* 3. *c.* 2. & 9. *ad l.* 11. §. 18. Qi idem & qod Marcus iſtic vult, ſcitâ ſatìs imagine nobis depinxit, *l.* 3. *c.* 26. dum *corpus aſello*, reliqa *vitæ inſtrumenta aſelli* hujus *inſtructui* confert. Ὅλον, inqit, τὸ σῶμα ὕτως ἔχειν σε δεῖ, ὡς ὑπάρχιον ὑπισαγμένον. A ἐφ' ὅσον ἂν ὀϊόντε ᾖ, ἐφ' ὅτον ἂν δίδωται. ἂν δ' ἀγγαρεῖα ᾖ, καὶ στρατιώτης ἐπιλάβηται, ἄφες, μὴ ἀντίτεινε, μηδὲ γόγγυζε. ὅταν δὲ πρὸς τὸ σῶμα ὕτως ἔχειν σε δέῃ, ὄρα τί ἀπολείπεται περὶ τὰ ἄλλα, ὅσα τῷ σώματι ἕνεκα παρασκευάζεται. ὅταν ἐκεῖνο ὑπάρχον ᾖ, τἆλλα γίνεται χιλιάρια τῷ ὑπάρχῳ, σχημάτια, ὑποδημάτια, κοιδιῷ, χίτι. ἄφες καὶεῖνα. ἀπόλυε θᾶττον καὶ ἐυκολώτερον ἢ τὸ ὑπάρχον. *Totum corpus ità te habere oportet ut aſellum clitellis oniſtum qatenus licuerit & datum fuerit. Sed ſi vis allata fuerit, & miles arripuerit, omitte, ne renitere, ne murmura. Qod ſi erga corpus te ſic affectum eſſe decet, vide qid de cæteris ſtatuendum ſit, qæ corporis gratiâ comparantur. Cum aſellus ſit corpus, cætera freni fiunt aſelli, clitellæ, ferreæ calces, bordeum, fœnum. Omitte illa etiam, abſolve citiùs & expeditiùs qàm aſellus.* B

Τὰ περικείμενα κρεάδια] vide *l.* 10. §. 1. 38. & *infrà* §. 3. ſed & Julianum *ſuprà*. Ambroſius *Hexam. l.* 6. *c.* 6. *Non igitur caro tu es. caro enim amictus eſt animæ.* & Varro *Andabatis*, citante Priſciano, *l.* 6. *ſed qidvis potiùs, ô homo, qàm caruncula.*

Τὴν τοιαύτην περιβολὴν] περιβολῆς nomine comprehendit, *qicqid exteriùs nos circundat*, ſive munimenti, ſive ornamenti nomine; metaphorâ ab *amictu* ductâ. Ità Herodianus *l.* 1. *c.* 2. §. 3. Οὔτε τὺς γένες μακραῖς διαδοχαῖς ἐυπατρίδας, ἅτε τὺς πλάτει περιβολαῖς λαμπρύς. *Neqe qi longam generis ſeriem præferrent, avt qi opes nimias oſtentarent.* Xenophon *œconom. pag.* 822. *D.* Τὰ μὲν ἐμὰ ἱκανά ἐς.ν ἐμοὶ παρέχειν τὰ ἐμοὶ ἀρκέντα. εἰς δὲ τὸ σὸν σχῆμα ὃ σὺ περιβέβλησαι, καὶ τὴν σὴν δόξαν, ὐδ' εἰ τρὶς ὅσα νῦν κέκτησαι προστένοιτό μοι, ὐδ' ὡς ἂν ἱκανά μοι δοκεῖ εἶναι. *Nimirum mea abundè mihi ſuppeditare poſſunt ea, qæ mihi ſufficiant: ad eam verò ſpeciem, qi tu indutus es, & tuam ad exiſtimationem, ne ſi plura qidem tibi accederent iis, qæ modo poſſides, ſatìs tibi fore puto.* Procop. *Gothic. l.* 4. Τὺς γὰρ δύναμιν περιβεβλημένυς μεγάλην, καὶ βραχέων τινῶν ἐχ ὁσίᾳ κλῆσις ἀφαιρεῖσθαι πολλάκις τὰ παρόντα αὐτοῖς ἴσχυσεν. *Magnâ enim inſtructos poteſtate, & pavcorum qorundam ſancta poſſeſſio ſæpius præſentia illis avferre non valuit.* C D

Καὶ σκηνὴν] *tabernaculum* Xylander. *ſcenam*, malim. Baſilius *in hexam. Orat.* 5. *pag.* 56. *C.* Ὁ δεῖνα περίβλεπτος ἐπὶ χρημάτων περιουσίᾳ. καὶ πλῆθος περὶ αὐτὸν κολάκων. δορυφορία φίλων προπομπῶν τὴν ἀπ' αὐτῆ χάριν ζηρευόντων. πλῆθος συγγενείας καὶ ταύτης καλεσχημαλισμένης. ἐσμὸς τῶν ἐφεπομένων μυζίων, τῶν τε ἐπὶ σιτίοις καὶ τῶν καθ' ἅλλας χρείας αὐτῷ προσεδρευόντων, ὃς καὶ προῖών, καὶ πάλιν ἐπαιρῶν ἐπισυρόμενος ἐπίφθονός ἐσι τοῖς ἐντυγχάνυσι. πρόσθες τῷ πλύτῳ καὶ τὴν πολιτικήν τινα δυναστείαν, ἢ καὶ τὰς ἐκ βασιλέων τιμάς. ἐθνῶν ἐπιμέλειαν. ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίαν. τὸν κήρυκα μέγα βοῶντα πρὸ αὐτῆ. τὺς ῥαβδούχυς ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαζυτάτην κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας. τὰς πληγάς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀπαγωγὰς, τὰ δετμωτήρια, ἐξ ὧν ἀφόρητος ὁ παρὰ τῶν ὑποχειρίων ἀθροίζεται φόβος. καὶ τί μετὰ ταῦτα; μία νύξ, ἢ πυρετὸς εἷς, ἢ πλευρίτις, ἢ περιπνευμονία, ἁνάρπαστον ἐξ ἀνθρώπων ἀπάγυσα τὸν ἄνθρωπον οἰκείας, πᾶσαν τὴν καθ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνώτασα. *Eſt qiſpiam ob amplitudinem patrimonii illuſtris & ſuſpiciendus, & adulatorum hominum copia, & ſatellitium circa ipſum verſatur, ſeptúſqe eſt fictis amicis qi gratiam ipſius venantur: magnâ qoqe catervâ ſanguine propinqorum, & ipſâ ſimulatâ, ſtipatus: innumera denique ſeqitur eorum hominum multitudo, qi partim alimonia emerendæ gratiâ comitantur, avt propter alios uſus ei adſunt: qos abiens domo, ſeſeqe recipiens domum ſecum trahens, invidioſus eſt occurrentibus. Adde divitias, ſi volueris, & civilem aliqam poteſtatem, vel etiam honores ex regibus, curam & adminiſtrationem gentium, imperatorium munus exercitus ductandi, præconem præſtantem & anteambulonem, ipſius qi exertâ voce reboet, lictores qi faſces præferant, & vel ipſo pragreſſu terrorem acerrimum incutiant, ſubditis imperio plagas ingerant, & irrogent* E *facultatum publicationes, abreptiones, carceres: è qibus intolerabilis ſubditorum motus emergit atqe accumulatur. Qid poſt hæc qæſo? Nox una, una febris, avt certè pleuritis, ſive peripneumonia abreptum hunc à medio hominium cœtu abit ſecum abducens hominem, omni prorſus, qæ eundem circumſtabat, ſcenâ ſpolians in veſtigio ac nudans.* Habes liberaliter delineatam *ſcenam* illam, de qa Marcus iſtîc. Sed & Seneca *ad Marc. c.* 10. *Qicqid eſt hoc, qod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & excluſorum clientium turbâ referta veſtibula, clara, nobilis, avt formoſa conjux, cæteráqe ex incerta & mobili ſorte pendentia; alieni commodatiqe appa-* F

§. 3. [a] Τρία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέστηκας, σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. τούτων τὰ μὲν λοιπὰ [b] μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν, σά ἐστι. τὸ δὲ τρίτον μόνον [c] κυρίως σόν. * ὃ ἐὰν χωρίσῃς ἀπὸ σεαυτοῦ, τυγχάνει, ἀπὸ τῆς σῆς διανοίας, [d] ὅσα * ἄλλα πείθουσιν ἢ λέγουσιν, * ἢ ὃ ὅσα αὐτὸς ἐποίησας ἢ εἶπας, καὶ [f] ὅσα ὡς μέλλοντα παρέσεσθαι *, καὶ ὅσα [g] τῷ σωματίῳ σοι προσκείμενα, ἢ [h] τῷ συμφύτῳ πνευματίῳ, ἀφεστάναι πρέπει, καὶ ὅσα ἡ ἔξωθεν περίρρευσις δίνη ἐλίσσει, ὥστε [i] τῶν συνειμαρμένων ἐξῃρημένῳ καθαρὸν τὸν νοερὸν δύναμιν * ἀπόλυτον, ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν, [k] ποιοῦσαν τὰ δίκαια, καὶ θέλουσαν τὰ συμβαίνοντα, καὶ [l] λέγουσαν τ' ἀληθῆ, ἐὰν χωρίσῃς, φημὶ, τῷ ἡγεμονικῷ τὰ περισπώμενα ὑπ' [m] αὐταπαθείας,

§. 3. Tria sunt, ex qibus constas, corpusculum, animula, mens. horum priora duo hactenus sunt tua, utpote qorum cura commissa est tibi. tertium tantummodo propriè tuum est. proinde si à te, hoc est, à mente tua sejunxeris, qæcunqe alii dicunt faciúntqe; & qæcunqe ipse aliqando dixeris feceríseqe; & qæcunqe te tanqam futura conturbant, & qæcunqe vel circundati tibi corpusculi, vel huic coalitæ animulæ, arbitrii tui non sunt; deniqe qæcunqe externa rerum vertigo jugis volvit, ità ut mens tua rebus fato obvenientibus exempta, pura ac libera apud se vivat, justa faciens, destinata volens, ac vera proloqens. si à mente, inqam, aut hæc sejunxeris, qæ ex affectu vehementiore ei adhærere solent,

&

a L. 2. §. 2.
b L. 5. §. 33.
l. 10. §. 2.
c L. 10. §. 38.
* διὸ
d L. 4. §. 18.
* ἄλλοσε
* καὶ
e L. 6. §. 32.
f L. 7. §. 7.
* -σσει σε
g Sup. §. 2.
h L. 2. §. 2.
i L. 4. §. 26.
* [καὶ] ἀπ.
k L. 10. §. 12.
l L. 2. §. 17.
m L. 5. §. 1.

ANNOTATIONES.

ratus sunt. nihil horum dono datur: collatitiis, & ad dominos A redituris instrumentis scena adornatur. Idémqe *de beneficiis*, *l.* 6. *c.* 31. *Ingentia super se & suos regna fregerunt, nec intellexerunt in illa scena, & vanis & citò diffluentibus bonis resulgente, ex eo tempore ipsos nihil adversi expectare debuisse, ex qo nihil veri audire potuerunt.* Vide *l.* 11. §. 6. *scena* pro *apparatu.* Synesius *de regno. pag.* 14. Τὴν περὶ τὸ βασιλικὸν σῶμα σκηνὴν καὶ θεραπείαν. *Qantam in Imperatore prope scenicus ornatus cultúsqe corporis.* De *corpore* Simocattus *Epist.* 25. Οὕτως ἐλύπει τὸν φιλόσοφον τὸ θνητὸν τοῦτο περιστάτιον. *Adeò molestè philosophum habebat hoc mortale integumentum.* qod & σκῆνος ἐπίγειον, *tabernaculum terrestre.* Pavlus Apostolus *ad* B *Cor. Ep.* 2. *c.* 5. *v.* 1. & σκήνωμα, *tabernaculum*, Petrus *Ep.* 2. *c.* 1. *v.* 13.

§. 3. Τρία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέστηκας] Vide *l.* 2. & *l.* 3. §. 16.

Τἄλλα μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν, σά ἐστι] μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι. hoc est qod eleganter Synesius *Ep.* 11. Τοσοῦτον ὁμιλήσας φροντίσιν, ὅσον ἀφοσιώσασθαι τῷ μετὰ σώματος βίῳ. *Tantum vitæ curis & molestiis tribui, qantum ad eam, qæ in hoc corpore degitur, vitam satis esset.* neqe enim corporis, avt animæ etiam, qà rationis est expers, cura omnis abjicienda est. Vide *l.* 10. §. 2. Crates Cynicus *Epist.* 3. Μελέτω ὑμῖν τῆς ψυχῆς. τοῦ δὲ σώματος, ὅσον ἀνάγκη. τῶν δ' ἔξω, μηδ' ὅσον. *Cura sit vobis animus. Corpus tantum, qantum necessitas postulat. Externa etiam non tantum.* Ex Platone *polit. l.* 3. Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 481. *D.* Ἐπιμελεῖσθαι σώματος δεῖν, ψυχῆς ἕνεκα ἁρμονίας, ἣ δὲ βιοῦντί ἐστι, καὶ ὀρθῶν βιῶν. *Oportere curam gerere corporis propter harmoniam animæ, per qod licet & vivere & rectè vivere.* & mox *pag.* 483. *A.* de externis illis: Τάχιστα δὲ ἀνθετέον, ἃ δὴ αὐτά. ἀλλὰ διὰ τὸ σῶμα. ἃ δὲ τῷ σώματος ἐπιμέλεια διὰ τὴν ψυχὴν γίνεται, ἐφ' ἣν ἡ διαφορά. *Hæc sunt ergò retinenda, non propter se, sed propter corpus: habetur autem cura corporis propter animam, ad qam fit relatio.* Gregorius itidem Nyssenus *de anim. pag.* 930. *A.* Χρεία καὶ τῇ ψυχῇ τῆς ἐπιμελείας τοῦ σώματος, ἵνα κατασκήνωμα αὐτὸ ὄργανον ἐπιτήδειον ἑαυτῇ. *Opus est animo cura corporis, ut comparet sibi instrumentum sibi aptum.* Et Tertullianus *de anim. c.* 38. *Certè domus anima caro est, & inqilinus carnis anima: desideravit itaqe inqilinus ex cavssa & necessitate hujus nominis profutura domui, toto inqilinatûs sui tempore: non ut ipse substernendus, nec ut ipse loricandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus: qia non aliter contineri possit qàm domo fultâ.* Seneca *Ep.* 92. de viro bono: *Corporis qoqe, velut oneris necessarii, non amator, sed procurator est: nec se illi, cui impositus est, subjecit.*

Τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν] vide *l.* 8. §. 56. & *l.* 10. §. 38. Ambrosius *hexam. l.* 6. *c.* 7. *Aliud enim sumus nos; alia sunt nostra; alia qa circa nos sunt. nos sumus, hoc est anima & mens. nostra sunt corporis membra & sensus ejus. circa nos pecunia est, servi sunt, & vita istius apparatus.*

Ὃ ἐὰν χωρίσῃς ἀπὸ σεαυτοῦ] lege διό. & mox, pro ὅσα ἄλλα, ὅσα ἄλλοι. pro παράσσεις, παράσσει σε. nihil mutavit editor Lugdunensis, cùm ex Xylandri versione tamen satis advertere potuisset.

Τῷ περικειμένῳ σοι σωματίῳ] ut *suprà* §. 2. & *l.* 10. §. 1.

Τῷ συμφύτῳ πνευματίῳ] vide *l.* 2. §. 2. & *l.* 5. §. 4. & *l.* 6. §. 15.

Ἡ ἔξωθεν περιρρέουσα δίνη] vide *l.* 4. §. 43. & *l.* 2. §. 14. ἀνακυκλήματα. ad *vertigimem* interim illam respexisse videtur, qâ raptari videntur corpora cœlestia, à qibus pendent inferiora ista.

Καθαρὸν τὸν νοερὸν δύναμιν ἀπόλυτον] desiderari videtur copula [καὶ] ἀπόλυτον. Ità de Domino Christo, qem Christianis imitandum proponit Clemens Alexandrinus *padag. l.* 1. *c.* 2. Ἀπόλυτον εἰς τὸ πάντελὲς ἀνθρωπίνων παθῶν. *Ab omnibus animi perturbationibus est liber.*

Ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν] id est, ἑαυτῇ ἀρκουμένην, *seipsâ contentum*; qod felicitatem suam attinet. Πάντα ἔχουσαν παρ' ἑαυτῆς τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. *Apud se habentem qicqid ad vitam con-* C

ducit. *l.* 4. §. 29. non ut sibi soli vivat. *necesse est enim ut vivat & alteri qi vult sibi.* Seneca *Epist.* 48. & τὸ ἀκοινώνητον nusqam non damnat Marcus. Vide *l.* 8. §. 48. & *l.* 9. §. 6. & *l.* 10. §. 1. & *l.* 11. §. 1.

Τὰ περιστρεμένα ὑπ' αὐταπαθείας] *qæ ei* (menti scilicet) *consensu qodam natura adhærent* Xylander. *qicqid per sympathiam ei possit adhærere* Casavbonus. ut προσπάθεια idem hic sit, qod συμπάθεια, de qa *l.* 5. §. 26. Verùm nec συμπάθεια illa excuti prorsus qeat, ut ibi ostensum est; & aliud qiddam sonat ἡ προσπάθεια, *affectionem* nimirum eam, *qâ rei alicui addicti sumus, eámqe qodammodo deperimus.* hoc est enim τὸ προσπάσχειν. Ità qod Basilius Cæsariensis an Evstathius Sebastiensis in *ascetic.* Αὐθῆναι δεῖ τῶν ἀτόμων τῆς προσπαθείας τοῦ βίου, τόν γε ἀληθινῶς ἀκολουθεῖν μέλλοντα τῷ Θεῷ. *Hominem, qi Deo à pedibus verè est futurus, oportet solvi vinculis, qibus vitæ addictus est.* Id Dionysius Areopagita citante Budæo; Ὅτιοι γὰρ οὐκ ὀφείλουσι τοῖς γηίνοις προσπάσχειν. *Sancti terrenis non debent immodicè affici.* Idémqe *Epist.* 10. Ἐπειδὴ ἀληθείας ὄντες ἐρασταὶ, τῆς προσπαθείας ἀναχωροῦσι τῶν ὑλικῶν ἀγγελοπρεπῶς ἐν μέσῳ ἀνθρώπων πολιτευόμενοι σὺν ἀπαθείᾳ πάσῃ. *Qod amando veritatem ab omnium rerum materialium affectu procul recedant, inter homines angelico more conversantes, cum omni tranqillitate animi.* Synesius *Dione pag.* 50. Καὶ δῆλα τῶν ἀρεσκόντων ὅταν τις, τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς ὑλικῆς προσπαθείας. *Et qidem id ex virtutibus utilitatis sibi aliqid conscíverit, qod ab omni materia affectione liberetur.* Obiter asteriscum tollo minùs necessarium ex Socratis *historia editionis Stephanianæ, l.* 1. *c.* 10. Πολλὰ παραλείπουσιν, ἢ πρὸς * πάσχοντές τισιν, ἢ προσώποις χαριζόμενοι. *Multa prætermittunt, vel propterea qod malè affecti sunt erga qosdam, vel ut certis hominibus gratificentur.* lege meo periculo, defectûs notâ furcillatâ, προσπάσχοντές τισιν. Cicero *ad Attic. l.* 2. *Ep.* 19. se nimium τῷ καλῷ προσπεπονθέναι, *bono addictum fuisse*, profitetur. Isidorus Peluseota *l.* 1. *Ep.* 310. Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδερκεῖ. ἀνθρωπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ. *Affectus addictus cæcatit; adversus planè cæcus est.* Evstathius *ad Il.* β'. Εἰώθαμεν ἄνθρωποι ἐν ὕπνοις ἐκεῖνα ὡς ἐπιπολὺ φαντάζεσθαι, * ὡς [ὅις f.] προσπαθῶς πως ἔχομεν. *Solemus homines in somniis ea mente plerumqe concipere, qibus certo qodam modo addicti sumus.* Epictetus etiam *l.* 3. *c.* 24. *ad l.* 11. §. 33. adductus: Ὅλων τινὶ προσπάσχῃς, ὡς ἀδυνὶ τῶν ἀναφαιρέτων. *Cùm aliqâ re afficeris, eâ sic afficiaris, ut eripi illam posse statuas.* Idémqe *l.* 2. *c.* 16. *ad l.* 10. §. 27. repræsentatus; πρὸς μόνον τὸν Θεὸν ἀποβλέπουσα, ἐκείνῳ μόνῳ προσπεπονθυῖα. *Nisi ad solum respicias Deum, eiqe soli sis addictus.* Restituenda Athenagoræ eadem vox *de resur. mort. in fine.* Καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀμαθέστεροι καὶ σφοδρότεροι τοῖς τῇδε προσπεπονθόσι, (perperam vulgati, περσπεπ.) ἄσχοινοι τούτου διαλιλῶσιν. *Tametsi vulgus hominum acrius & vehementiùs rebus, qa istic sunt, jam antea affecti nihil curant, & respiciunt istiusmodi finem.* Clementi Alexandrino *Strom. l.* 1. *p.* 273. *D.* Μὴ προσπαθείᾳ νικᾶσθαι, μὴ φόβῳ δουλοῦσθαι, μὴ ἡδονῇ ἐκκαίεσθαι. *Nec ab affectione vinci, nec qæstui servire, nec voluptate efferri.* Idémqe *l.* 7. *pag.* 747. *A.* explicans illa D. Christi, Lucæ *Evang. c.* 14. *v.* 26. Ἐὰν μὴ μισήσῃ τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, προσέτι δὲ καὶ τὴν ἰδίαν ψυχήν. *Nisi odio habuerit patrem & matrem, & præterea propriam qoqe* F *animam.* Τάς τε γὰρ, inqit, προσπαθείας τὰς σαρκινὰς, πολὺ τῆς ἡδονῆς τὸ φίλτρον ἐχούσας, μεμίσηκεν, &c. *Carnales affectiones, qa voluptatis maximas habent illecebras, odit,* &c. qi & *l.* 2. *pag.* 407. *A.* de affectibus istiusmodi, Προσπασχαλοῖ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν, τοῦτο μὴ ἀφορίζοντος καὶ ἀποσυρομένου ἑαυτὸν τῶν παθῶν. *Corpori affigit animam ejus, qi se non separat ab animi perturbationibus, eáque cruci affigit.* qod *l.* 4. *pag.* 481. *A.* vocat ἀπροσπαθῶς βιῶν. *Vivere citra ullam ad ea affectionem.* Et rursus ἀπροσπαθῶς ἀπολιπεῖν. *Relinqere citra ullam ad ea affectionem.* Vide *ad l.* 2. §. 3. Itaqe Synesius *de insomn. pag.* 156. ἰσχυρὰς συγκαταθέσεις, καὶ προσπαθείας conjungit. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς διακείμεθα περὶ τὰ θεάματα. ἀλλὰ ἰσχυρᾷ μὲν αἱ συγκαταθέσεις τε καὶ προσπάθειαι. ἀποσυγκ-

& temporis qicqid vel præteritum vel futurum eſt; feceríſqe te talem, qalis mundus hic Empedocli dicitur,

Orbis habens inſtar jugi vertigine gavdens.

illúdqe tantummodo, qod vivis, hoc eſt, qod impræſentiarum adeſt, vivere ſategeris; poteris tandem, qod ſupereſt vitæ tuæ, ad mortem uſqe, tranqillè, generoſè, genióqe tuo propitius tranſigere.

§. 4. Sæpenumero ſum miratus, qî fiat, ut cùm ſeſe præ cæteris omnibus diligat unuſqiſqe,

κἂ a ἓ χρόνῳ τὰ ἐπέκεινα, ἢ τὰ παρωχηκότα, a Sup. §. 1.
ποιήσῃς τι σεαυτὸν, εἷς ὁ Ἐμπεδόκλεις,

b Σφαῖρος * κυκλοτερὴς * κοινῇ περιήθει b L. 8. §. 41.
γαίων. * Σφαῖρ'
ὡς Salm.
μόνον τε ζῆν ἐκμελετήσῃς c ὃ ζῇς, τυτέτι, d τὸ * δίνῃ περιπαρὸν, δυνήσῃ τόγε μέχρι ἓ ἀποθανεῖν e ἐτοιμότα- γίῃ Idem.
μενον, ἀπαρεμπόδιστως καὶ εὐμενῶς, καὶ f ἵλεως τῷ σαυ- c L. 2. §. 14.
ἓ δαίμονι ἀγαθιῶναι. f. 3. §. 10.
d L. 8. §. 44.
e L. 7. §. 46.
§. 4. Πολλάκις ἐθαύμασα, πῶς ἑ- 56.
αυτὸν μὲν ἕκαστος μᾶλλον πάντων φιλεῖ, f L. 3. §. 16.
τιμῶ

ANNOTATIONES.

συγχέμεν δὲ οὐχ ἥκιστα. *Neqe enim erga ea, qa videmus, affectu caremus, ſed partim vehementer aſſentimur & adhæreſcimus, partim non minus averſamur.* ubi vides etiam opponi ſibi invicem τὸ προσπάσχειν καὶ τὸ ἀποσυγχεῖν. qemadmodum Evagrius, τὴν προσπάθειαν καὶ τὴν ἀνυπαθειαν, *hiſt. Eccleſ. l.* 1. *c.* 15. Ὡς καὶ παρὰ Χριστιανῶν θαυμασθῆναι, τῶν μὴ προσπαθείᾳ, ἢ ἀντιπαθείᾳ κρινόντων τὰ ὁρώμενα. i. e. vertente Joanne Chriſtophorſono, *ut admirationi etiam eſſet Chriſtianis, bis ſcilicet qi nec amore, nec odio ducti, de rebus judicare ſolent.* De Syneſio loqitur, qi & idem *Epiſt.* 57. Εἰ δυνατὸν ἦν ἀγγέλῳ συνεσταθεωπίσασι μηδὲν ἀπολαῦσαι τῶν τῆς ὕλης κακῶν εἰς προσπάθειαν. *Ac ſi angelus poſſet cum hominibus ita conſveſcere, nullâ ut ex infima fece rerum contage affectus inficeretur.* qod mox explicans. Ἀλλ' ἴσι περιουσία δυνάμεως, ὁμιλοῦντα τοῖς χείροσι μηδένα τρόπον παθαίνεσθαι. *Sed eſt virium abundantia, inter deteriora verſari, & nullo modo infici.* Et rurſus: Τὸ προσιηκέναι δέ ἐσι τὸ δεινόν. *Affici autem & adhæreſcere penitùs hoc demum malum eſt.* ità τὸ προσπεποιθέναι eſt παθαίνεσθαι καὶ προσιηκέναι. prout & Marcus *l.* 5. §. 1. Ὅταν προσπαθῶσιν, συγκαταληκόντας τοῖς καθ' ἑαυτὰς ἔργοις. *Ubi rebus addicti fuerint, iiſdem etiam intabeſcunt.* Nec illud prætereundum qod Plutarchus prout in *Pompejo pag.* 643. *D.* Τοῖς μειρακίοις προσαρῶσθαι. *Applicare ſe ad adoleſcentulos.* ità in *amator.* idem τοῖς ἐρασταῖς προσπεποιθέναι, pro *addictum eſſe & affectu adhæreſcere* dixit. Sunt itaqe τὰ προσηρημένα ἐν προσπαθείαις, *ea, qibus ex affectûs propenſione nimia animus adhæreſcit.* Epictetus *l.* 3. *c.* 28. Μή τι προσήρηταί σοι τῶν ἐκ τῶν, μήτι προσπέφυκε, μήτι ὀδυνήσει σ' ἀποσπώμενον. *Ne qid adhæſerit tibi non tuum, ne qid agnatum ſit, ne qid cum dolore tuo ſit avellendum.* Qin & affectus ipſos, τὰ πάθη, προσαρτήματα nuncupare, Baſilidæ ejusqe aſſeclis ſolenne fuiſſe, docet Clemens *Strom. l.* 2. adducto ex Iſidori περὶ προσφυοῦς ψυχῆς inſigni teſtimonio; qod ad Marci mentem illuſtrandam etiam non parùm conduxerit. Qin & (ut Henrici Stephani Theſavro avctarium leviuſculum ſaltem contribuamus) τὸ προσάρτημα gemino ferè ſenſu uſurpavit Galenus *de Hipp. & Plat. placit. l.* 4. *c.* 10. Cæterùm neqe τὸ ἁπλῶς προσηρτῆσθαι ταῦτα: de qibus Marcus hîc, in vitio habetur; iſtud enim à natura eſt, verùm τὸ προσηρημένοις προσπεποιθέναι. Itaqe de Diogene Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Πάντα ἴυλυτα εἶχε, πάντα μόνον προσηρτημένα. *Omnia habuit ſolutiſſima, omnia à ſeipſo pendentia.* non & προσπεφυκότα. qod *ſuprà* dixerat. vide *l.* 3. §. 5. & *l.* 4. §. 44. & *lib.* 8. §. 30. Adjici poſſunt Porphyrii illa, *de abſtinent. l.* 1. §. 30. Ἃ μὲν ἐκ τῆς ὑγιοῦς προσειλήφαμεν φύσεως, ἀποθέσθαι πάντα μετὰ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας. *Quæcunqe ex mortalis natura nobis adſcivimus, una cum omni ad ea inclinatione deponere.* Et mox §. 31. Μετὰ τῶν ἔργων ἀποτιθέσθω καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας, καὶ πάθους. τί γὰρ ὄφελος τῶν ἔργων ἀφισάμενον ταῖς αἰτίαις, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἔργα, προσηλῶσθαι. *Ut non ſolum factis, ſed & cupiditate iis abſtinendum ſit. Qid enim prodeſt factis abſtinere, cæuſſis interim, à qibus actiones prodeunt, qaſi clavis affixi adhæreſcere.* ubi vides τὴν προπάθειαν etiam ἀπὸ τῦ πάθους diſtingvi. Ponantur ergò diſtinctionis cavſſâ, tanqam gradus qidam, qibus ἀπὸ τῆς ἀπαθείας in partem ſeqiorem fiat declinatio, προπάθεια, πάθος, προσπάθεια. Eſt itaqe ἀπάθεια *integra & abſoluta ab omni affectione vitioſa immunitas*; qod pro *ſummo bono* habebant Stoici. προπάθεια *leviſſima ab hac declinatio.* & *affectûs* vitioſi qaſi *præludium* qoddam. πάθος *affectus vitioſus*, ſive *morbus ipſe.* Hieronymus *in Matth.* c. 5. v. 28. *Inter* πάθος & προπάθειαν. i. e. *inter paſſionem & propaſſionem, hoc intereſt; qòd paſſio reputatur in vitium, propaſſio licèt vitii culpam habeat, non tenetur in crimine. Ergò qi viderit mulierem, & anima ejus fuerit titillata, hîc propaſſione percuſſus eſt. Si verò conſenſerit, & de cogitatione affectum fecerit, de propaſſione tranſivit ad paſſionem.* προσπάθεια deniqe *ubi morbus invaluerit, & affectus radices adeò altas egerit, ut nec ex animo evelli facilè qeat, nec avelli à re deſiderata, cui* προσηλῶσθαι qodammodo videtur.

Καὶ χρόνῳ τὰ ἐπέκεινα] *qa ultrà ſunt.* qod ſuprà dixerat, ὅσα ὡς μάλιστα παράσχει σι. Flaccus, *carm. l.* 1. *Ode* 16.

Latus in præſens animus, qod ultrà eſt
Oderit curare.

vide *l.* 6, §. 32. & *l.* 7. §. 7.

Τὰ ἐπέκεινα ἢ τὰ παρωχηκότα] Seneca *Ep.* 78. *circumciden-*

da ergò duo ſunt, & futuri timor & veteris incommodi memoria. hoc ad me jam non pertinet; illud nondum.

Ὅιος ὁ Ἐμπεδόκλειος, σφαῖρος κυκλοτερὴς κοινῇ περιήθει γαίων] Ad verſum qendam, qem Empedoclis eſſe vult, alluſit. ut & antè non ſemel *l.* 8. §. 44. & *l.* 11. §. 12. Eum Parmenidæ videtur tribuere Stobæus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 18. Stobæanorum excerptor Grotius ſaltem. Sub cujus nomine iſta apud hunc repræſentantur:

Ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἶσος ἐὼν, καὶ πάμπαν ἀπείρων,
Σφαῖρος κυκλοτερὴς, μιμὶης περιτίθη χαίρων.
Undiqe hic æqalis atqe infinitus ubiqe
Eſt globus atqe orbis, vaſto ſub pectore gavdens.

poſteriorem verſum & ibi, & apud Marcum, iſtîc fœdiſſimè depravatum nemo viderit, medelam Grotius conatus eſt, reſcribendo,

Σφαίρης κυκλοτερῆς μιμήμαθ' ὑπέρλαμπα χαίρων.

Verùm hæc à ſcripturæ veteris veſtigiis longiuſculè abſcedunt. Salmaſius feliciùs refinxiſſe videtur in *exercit. Plinian.* ad Marci codices propiùs ſic accedens:

Σφαῖρος κυκλοτερὴς δίνῃ περιηγίῃ γαίων.

Τὸ σφαῖρος autem vocabulum cùm non alibi, niſi in Marci iſtis bis, legatur, qanqam poſſit, inqit Salmaſius, dici σφαῖρα & σφᾶρος, ut σκύρα & σκύρος. poſſit & σφαιρὸς pro σφαιρόεις, *rotundus ut ſphæra.* hæc tamen ſi minùs placuerint, forſitan non diſplicebit, qod aliqando mihi venit in mentem ſcribendum, Σφαῖρ' ὡς κυκλοτερὴς, &c. ſic Λίαν ὡς, apud poëtam & alia multa. ex illo, Σφαῖρ' ὡς, inepti librarii fecerunt Σφαῖρος. idem igitur valet ac κυκλοτερὴς ὡς σφαῖρα. Mihi verò iſtud perplacet. Sic de *Echino* qem alluſiſſe Marcum diximus *lib.* 7. §. 28. Evſtathius Antioch. (ſi is ſaltem) *in Hexaemer. pag.* 41. Ὡς σφαῖρά ἐσι τῷ σώματι, καὶ ὁ τῶτός ἐσιν αὐτῷ ὁλόκυκλος. *qaſi pila corpore tegitur pèr omnes partes ſpinis hirſuto.* ὡς σφαῖρα dixit, qod σφαιρηδὸν Clemens *Strom l.* 5. ὥσπερ οἱ ἐχῖνοι σφαιρηδὸν εἰλύμενοι. hanc autem ſcripturam ſi admiſerimus, in illis ὅλος ὁ Ἐμπεδόκλειος ſubintelligendum erit κόσμος. qalem orbem ſive mundum deſcribit Empedocles; & Parmenides itidem utì eſt ſuprà indicatum. De *viro bono* pariter Avſonius *Idyll.* 16.

Securus, mundi inſtar habens, teres atqe rotundus,
Externa nè qid labis per lævia ſidat.

Horatium imitatus; qi de *ſapiente* dixit; *Serm. l.* 2. *Sat.* 7.

In ſeipſo totus teres atqe rotundus.

Vide *l.* 8. §. 48. Cæterùm Viri Cl. primum illud ipſe omnino admittendum exiſtimaverim, qia apud Evſtathium Homeri εἰσηγητὴν *ad Odyſſ.* ζ. σφαῖρον Ἐμπεδόκλειον reperio in uſu communi olim freqentem extitiſſe. Παρὰ τὴν σφαῖραν, inqit, ἣν παρώνυμον ὁ Ἐμπεδόκλειος σφαῖρος, &c. qod & Arati Scholiaſtes confirmat, qi iſtud tamen Heſiodo tribuit, dum σφαῖρον huic τὴν σφαῖραν dictam ait, ſicut Homero ἔσπερον τὴν ἑσπέραν. idem pro eo qod κοινῇ Marci codex, & δίνῃ Salmaſius, μονῇ exhibet, & μιῇ. Verùm iſta qia alibi latiùs excuſſimus, actum hîc agere ulteriùs nolumus.

Μόνον τε ζῆν ὃ ζῇς] vide *lib.* 2. §. 14. & *infrà* §. 26. Seneca *Epiſt.* 101. *ſi vita noſtra non prominebit, ſi in ſe colligetur.*

§. 4. Πολλάκις ἐθαύμασα] Eis maximè placere & approbare nos ſtudemus, qos imprimis diligimus ac ſuſpicimus. mirum igitur Marco, nec immeritò, videtur, homines, cùm ſemetipſos maximè diligant, aliis potiùs qàm ſibimetipſis approbatos ſe velle.

Ἑαυτὸν μὲν ἕκαστος μᾶλλον πάντων φιλεῖ] Evripides *Creſphonte* à Scholiaſte *ad* ejuſdem *Medeam* lavdatus:

Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ' ὅπερ πάντες βροτοί.
Φιλῶν μάλισ' ἐμαυτὸν, οὐκ αἰσχύνομαι.
Mihi hoc, qod cunctis inſitum eſt mortalibus,
Amare meipſum maximè, non me pudet.

Siqidem, qi φίλων legunt, qod codices vulgò exhibent, ſenſum corrumpunt prorſus; qod nec Grotius advertit, cùm vertit,

Minimùm, inter omnes, qos amo, noceo mihi.
— τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;
— *namqe qis bonus neqam ſibi?*

Sophocles *Oedip. Colon.*

Οὐδ' ἔσιν ὅδις, ὅσις οὐχ αὑτὸν φιλεῖ.
Nemo eſt, amicus ipſe qi non ſit ſibi.

a L. 2. §. 6. ᾳ τῷ ᾗ ἑαυτῷ πρὸ ἀυτῷ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττωνι λόγῳ τίθεται, ἢ τῷ τ' ἄλλων. ἐὰν γάρ τινα θεὸς ἐπισᾷ, ἢ διδάσκαλος ἔμφρων, κελεύσῃ, μηδὲν καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι ᾗ διανοεῖσθαι, b ὃ μὴ ἅμα γε γινώσκων ἐξοίσει, ἀδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν ἔτι ὑπομενεῖ. ὅτω τοὺς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα τί ποτε πρὸ ἡμῶν φρονήσουσιν, ἢ ἑαυτούς.

b L. 3. §. 4.

§. 5. Πῶς ποτε πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διατάξαντες οἱ θεοὶ, ἔτι μόνον παρεῖδον, τὸ ἐνίους τ' ἀνθρώπων καὶ πάνυ χρησίους, καὶ σπουδαίους πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβόλαια ποιησαμένους, ᾗ ὅλη σπουδαίως δι' ἔργων ὁσίων ᾗ ἱερουργιῶν c συνήθεις τῷ θείῳ γενομένους, ἐπειδὰν ἅπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι ἄνθρωποι γένωνται, μηκέτι ἔτι ὦσιν, ἀλλ' εἰς τὸ παντελὲς d ἀπεσβηκέναι; ἔτω δὴ ἅπερ ᾗ ἔτως ἔχει, ἐν ἴσθι, ὅτι e εἰ [ὡς] ἑτέρως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν. εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἂν ᾗ δυνατόν. ᾗ εἰ κατὰ φύσιν, ἦνεσυαν tamen de se existimationem minoris faciat, qàm alienam. itaque si vel Deus vel præceptor prudens qis astans præceperit cuiqam, nè qid apud se cogitet mentéve agitet qod non simul ac conceperit proferat, nê ad diculam qidem id sustineret. ità proximos magìs, qid de nobis sentiant, veremur, qàm nosipsos.

c L. 5. §. 27, l. 10. §. 1. Inf. §. 23.

d L. 4. §. 21.

e L. 9. §. 35.

§. 5. Qî fit, ut Dii, qi pulcrè ac cum singulari erga genus humanum amore dispoſuerunt universa, hoc unum neglexerint, curare nempe, nê homines, boni cumprimis, qíqe freqentissima cum ipsis qasi commercia habuerint, atqe per opera pia sacráqe ministeria qàm maximè familiares ipsis extiterint, ubi semel defuncti sunt, non exisserent ampliùs, sed omnino extingverentur? hoc verò si siqidem sic se habet, pro certo scias, aliter facturos eos fuisse, si aliter fieri oporteret. Si enim justum erat, & fieri poterat, & si juxta naturam, id

ANNOTATIONES.

Et Evripides *Med.*

Τίς δ' οἶδε θνητῶν ἄρτι γινώσκει τόδε.
Ὡς πᾶς τις ἀυτὸν τῶν πέλας μᾶλλον φιλεῖ;
Qis istud nempe non novit mortalium,
Diligere sese cateris plùs qemlibet?
Φιλεῖ δ' ἑαυτῷ πλέον ἕτερος ἕτερα.
Nec qisqam charior alteri qàm ipse est sibi.

Τὴν δὲ ἑαυτῷ περὶ ἀυτῷ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται] *Nam qoto cuique eadem honestatis cura secretò, qa palàm? multi famam, conscientiam pauci verentur.* Plinius minor *l.* 3. *Ep.* 20. Hinc & illa Pelagii *ad Demetriam querela. Non cogitamus qid ipsi simus, sed qid alteris esse videmur. unde eò perducta res est, ut neglectâ veritate meriti, de sola opinione curemus, qi testimonium vitæ nostræ, non à conscientia nostra, sed à fama petimus.* Nec dissimilis Bernardi qerimonia, *de gradibus humil. & superb. part.* 2. *gr.* 6. *Qi de omni alia re plùs sibi credit, qàm aliis; de se solo plùs aliis credit, qàm sibi.* Adversus morem morbúmqe malum hunc, salutare monitum ab Apostolo habemus, *ad Galat. c.* 6. *v.* 4. Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος. καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ ὐκ εἰς τὸν ἕτερον. *Opus autem suum probatum reddat unusqisqe: & tunc in semetipso solo gloriationem habebit, & non in alio.* De se Cicero, verè, necne, ipse viderit, *ad Attic. l.* 12. *Ep.* 27. *Mea mihi conscientia pluris est, qàm omnium sermo.*

Ὁ μὴ ἅμα γε γινώσκων ἐξοίσει] Vide *ad l.* 3. §. 4.

Τὸς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα] contrà nimirum monitum illud Pythagoricum in *aur. carm.*

— Πάντων δὲ μάλις' αἰσχύνεο σαυτόν.
Tu plùs qàm cunctos alios te disce vereri.

cui consonat Democriticum illud monitum, qod *suprà* cum aliis ejusdem notæ attulimus *ad l.* 2. §. 6. vide & *ad l.* 11. §. 26. & *l.* 10. §. 9.

§. 5. Ἐπειδὰν ἅπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι ἄνθρωποι γένωνται] Ità de animæ statu post mortem incertus fluctuat passim Marcus. de corporis resurrectione multò magis assensionem cohibiturus. qod, nihil est itaqe mirum, si δόγμα ξένον nec παράδοξον, tantum, sed, παράλογον etiam, Stoicis Athenienssibus est visum, prædicante Pavlo, *Actor. c.* 17. *v.* 18, 19. Nos meliùs edocti, eâ bonitate præditum novimus esse Deum nostrum, universi conditorem, ut nolit servorum suorum, qi fidele ipsi obsequium in hac vita præstiterint-, vel animas, vel corpora in morte prorsus intercidere, sed præmiis futuris utrumqe reservari.

Εἰ γὰρ δίκαιον ἦν] καὶ δίκαιον εἶναι, sacra attestatur Scriptura. Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ. *Siqidem justum est apud Deum.* Apostolus *ad Thess. Epist.* 2. *c.* 1. *v.* 6. &, δικαιοσύνης στέφανον ἀποδώσει ὁ δίκαιος κριτής. *Justitiæ coronam reddet mihi justus ille Deus. ad Tim. Ep.* 2. *c.* 4. *v.* 8. &, ὁ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τῆς ἐργασίας ὑμῶν, καὶ τῆς κόπου τῆς ἀγάπης. *Non enim injustus est Deus, ut oblivisscatur operis vestri, & laboriosæ charitatis. ad Hebr. c.* 6. *v.* 10. Nec tamen hinc sequitur, qod Pontificii statuunt, hominum opera bona dignitatis suæ ratione vitam æternam, gloriámqe cœlestem ità promereri, ut Deus injustus futurus sit nisi eam illis rependat. prout Rhemenses nostri *annot. in Luc. c.* 21. *v.* 35. *ad Thess. Ep.* 2. *c.* 1. *v.* 5. & *Hebr. c.* 6. *v.* 10. Ut omittam enim τὸ ἀξιοῦσθαι, qod illi tantopere urgent, aliud planè sonare, prout norunt qi lingvam Græcam vel primoribus tantùm labiis degustârunt. Rectè Durandus *in sent. l.* 2. *dist.* 27. *q.* 2. *Meritum de condigno strictè & propriè sumptum, videlicet pro actione voluntaria, propter qam operanti debetur merces ex justitia sic, qòd si non reddatur, ille ad qem pertinet reddere, injustè facit, & est simpliciter & propriè injustus, non est hominis ad Deum.* qod ille

A cùm multis argumentis confirmâsset, concludit tandem, *sentire & dicere oppositum esse temerarium sev blasphemum. Qòd si qid,* inqit, *pro bonis operibus nostris datur vel redditur, potius & principaliùs est ex liberalitate Dei dantis, qàm ex merito nostri operis. Etsi dicatur, qòd qamvis Deus non constituatur nobis debitor ex aliqo nostro opere, constituatur tamen debitor ex sua promissione: sciendum est, qia qod redditur ex promissione præcedente, non redditur ex merito operis de condigno, sed solùm vel principaliter ex promisso.* Unde patet responsio ad id qod justum esse dicitur. Siqidem ut piè pariter ac præclarè Bernardus *de grat. & lib. arb. Justum apud Deum est ut reddat qod* B *debet; debet autem qod pollicitus est. promissum qidem ex misericordia, sed ex justitia jam præstandum. juste enim & ex debito reqiritur, qodcunqe vel gratis promittatur.* Et Bellarminus ipse *de pœnit. l.* 3. *c.* 4. explicans Joannis verba illa ex *Ep.* 1. *c.* 1. *v.* 9. πιστὸς ἐστι καὶ δίκαιος. *Verba illa,* inqit, *fidelis est & justus, referuntur ad promissionem divinam. ideo enim Deus justus & fidelis dicitur, qia stat promissis, nec fidem fallit.* qod & *de justific. l.* 5. *c.* 15. confirmat ex illis Nehemiæ *c.* 9. *v.* 8. verbis. *Implesti verba tua, qoniam justus es.* Siqidem *veritas sive veracitas pars* est *justitiæ.* ut ex Cicerone *de invent.* Thomas Aqinas *sum. part.* 2a 2æ *q.* 109. *art.* 3. Denique potest aliqid justo atqe æqo consentaneum esse, qia justitiæ nullâ ratione repugnat, qod tamen nihil injusti, si non fiat, inducat. justum fuit qòd Solomon rex à Shimejo mandati violati de Hierosolymis continendo se, pœnas exegit: *Regum hist. l.* 3. *c.* 2. *v.* 46. qibus tamen remissis, nihil injusti admisisset. justum & æquum, qòd Abiatharo læsæ majestatis reo, patris cavssâ vitam condonavit. *ibidem v.* 26. qem tamen si sustulisset, adversus justitiam nihil peccâsset.

Ἦν ἂν ᾗ δυνατόν] Τί ἄπιστον κρίνεται, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; *Incredibile judicatur apud vos qod Deus mortuos sustitet?* Pavlus, *Act. c.* 26. *v.* 8. Athenagoras *de resurrect. pag.* 42--50. Ἢ ὅτι ἀδύνατον, ἢ ὅτι ἀβέλτιστον. ἀλλ' οὔτε ἀδύνατον, οὔτε ἀβέλτιστον, εἰ ἀδύνατον, ἢ ἐκ τοῦ μὴ γινώσκειν τὸ γενησόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύνασθαι ἀρκοῦσαν μὴ ἔχειν πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ ἐγνωσμένον. ἀλλ' ὅτ' ἀγνοεῖν τι τὸν Θεὸν δυνατόν. ᾗ τὴν δύναμιν, ὡς ἱκανὴ ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυται ἢ τούτων αὐτῶν γένεσις. ὐκ ἀδύνατον ἄρα. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀβέλτιστον. εἰ γὰρ ἀβέλτιστον, ἢ ὡς ἄδικον, ἢ ὡς ἀνάξιον. ἀλλ' ὐκ ἄδικον. δίκαιον γὰρ συναμφότερον, τὴν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον παντῶν γίνεσθαι τῶν πεπραγμένων ὑπόδικον, τήν τε ἐπὶ τούτοις δίκην τιμὴν, ἢ τιμωρίαν. οὔτε ἀνάξιον. εἰ γὰρ τὸ χεῖρον ὐκ ἀνάξιον, τοσούτῳ, τὸ φθαρτὸν ποιῆσαι σῶμα, καὶ παθητόν. πολὺ μᾶλλον τὸ κρεῖττον ὐκ ἀνάξιον, ὅπερ ἐστὶν, ἄφθαρτον καὶ ἀπαθές. ἔνδηλον δὲ ὅτι καὶ δυνατὸν, καὶ βέλτιστον, καὶ δίκαιον, καὶ ἄξιον, ἢ τῶν διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασις. *Vel qod non possit, vel qod non velit. Sed neqe illi est impossibile, neqe voluntas deest. Si impossibile, impotentia alicujus inde deprehenditur, si aut ignoret qid faciendum sit, aut si norit, imbecillior sit viribus qàm ut probè efficiat. Atqi non est possibile ut Deus ignoret. Et vires Dei sufficere ad corporum restitutionem indicat vel ipsorum procreatio. Non itaqe est impossibile. Sed neqe illi voluntas deest. Si enim illi voluntas deesset, foret vel injustum, vel* D *indignum Deo. Non est autem injustum. Justum enim est utrumqe, dum homo ex anima & corpore constat, esse obnoxium & participem omnium ab illo factorum in ob illa avserendis præmiis, vel sustinendis pœnis. Neqe est indignum Deo. Si enim qod deterius est, mortale scilicet & patibile corpus condere non indignum Deo visum est, multò minus indignum erat qod præstantius est & immortalitate & impatibilitate donatum in rerum naturam producere. Satis ergò manifestum est, restitutionem corporum extinctorum talem esse qa digna sit Deo, & qam velit & possit efficere.* verum de mente sola satagit Marcus; de

E

F

cor-

id natura protuliſſet. vel hinc ergò, qòd aliter ſe habet, ſi aliter ſaltem ſe habet, compertum habeas, fieri non oportuiſſe. vides enim, qòd in hujus rei indagatione de jure cum Deo diſceptas. non avtem de jure cum Diis diſceptaremus, niſi optimi illi ac juſtiſſimi forent. qi ſunt avtem iſtiuſmodi, nihil in mundi diſpoſitione injuſtè atqe irrationabiliter neglectum inſuper habuiſſent.

§. 6. Illis etiam aſſveſce, qæ fieri poſſe deſperas.

γκεν ἂν αὐτὸ ἡ φύσις. ἐκ δὴ τ μὴ ἄτως ἔχειν, ἅπερ ἐχ ἄτως ἔχϕ, πισάθω σοι τὸ μὴ δεῆσαι ἄτω γίνεσθ. ὁρᾶς χὰρ κὴ αὐτὸς, ὅτι τᾶτο ὠθϕάζητῶν δικαιολογῆ πρὸς τὸν θεόν. ἐκ ἂν δ' ἄτω διελεγόμεθα τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἄριστοι χ δικαιότατοί εἰσιν. [a] εἰ ἦ τᾶτο, ἐκ ἂν τι πλεῖδον ἀδίκως χ ἀλόγως ἠμελημένον τῶν ἐν τῇ διοικησμέσϕ. a L. 7. §. 41.

§. 6. [b] Ἔθισε καὶ ὅσα ἀπογινώσκεις. b L. 6. §. 19. & l. 10. §. 22.

ANNOTATIONES.

corpore nihil ſolicitus, qod nec ſe, nec ſuum, nec ſui qicqam A à qoqam cenſeri volebant Stoici.

Ἐκ δὴ τ μὴ ἄτως ἔχειν] Æqior certè erga numen divinum Marcus, licèt Ethnicus, qi nihil injuſti avt iniqi Deo vult imputari, etiamſi viros bonos in morte prorſus intercidere pateretur, qàm Papicolæ, qi Deum injuſtitiæ diſertè καὶ γυμνῇ καφαλῇ, qòd ajunt, incuſatum eunt, niſi ipſis ob labores miſellos in hac vita decurtatiſſima exantlatos, tanqam probiſſimè pleniſſiméqe commeritis, præmia æterna retribuat.

Πισάθω σοι τὸ μὴ δεῆσαι] Idem hoc, cum illo à Marco cumprimis lavdato, *l.* 11. §. 6. Ἔχει λόγον καὶ τᾶτο. *Hujus etiam conſtat ratio.*

Δικαιολογῆ πρὸς τὸν θεόν] Hoc eſt qod Apoſtolus *ad Rom. c.* 9. *v.* 20. Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; *Imo verò ô homo, tu qis es, qi ex adverſo reſponſas Deo?* vult [περὶ ἀπάντων τῷ Θεῷ (id eſt, ὑπὲρ τ Θεοῦ) ἀπολογεῖσθαι, cum Epicteto *l.* 2. *c.* 16. Περὶ μηδενὸς δικαιολογεῖσθαι πρὸς τὸν Θεόν. *De nulla re diſceptare cum Deo.* Ità pii priſci, etiamſi conturbabantur nonnunqam, cùm bonis hic malè eſſe, malis bene, animadverterent; illud tamen pro certo ac immoto ſtatuunt fundamento; *Attamen Deus corde rectis bonus eſt. Pſal.* 73. *v.* 1. &, *Tu certè, Domine, juſtus es.* Jeremias *c.* 12. *v.* 1. Apoſt. *ad Rom. c.* 9. *v.* 14. Τί οὖν ἐρῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο. *Qid igitur dicemus? Num injuſtitia eſt apud Deum? Abſit.* & *ibidem c.* 3. *v.* 4. 5. Μὴ ἄδικος ὁ Θεός; μὴ γένοιτο. γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται, ὅπως ἂν δικαιωθῆς ἐν τοῖς λόγοις σ, χ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. *Num Deus eſt injuſtus? Abſit: imo eſto Deus verax, omnis avtem homo mendax: ſicus ſcriptum eſt, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas qando tu judicas.* ex *Pſal.* 51. *v.* 4. vide *infrà* §. 12.

Οὐκ ἂν δ' ἄτω διελεγόμεθα τοῖς θεοῖς] *non avderes ità cum eis diſſerere* Caſavbonus. malim, *non ità diſſereres*, & de æqo juſtóqe cum eis ageres, niſi optimos juſtiſſimóſqe eſſe præſumeres.

§. 6. Ἔθισε καὶ ὅσα ἀπογινώσκεις] qid eſt enim qod uſus & induſtria non poſſit? Horſum ſpectant tot poetarum illuſtrium monita. Menandri, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 29.

— πάντα γὰρ
Ταῖς ἐντελεχείαις κατασκευῆται πράγματα.
— *rerum omnium*
Nihil eſt qod non conficiat aſſiduus labor.

Alexandridis,

Τὸ συνεχὲς ἔργον, παντὸς ἐυρίσκει τέλος.
Ubiqe finem aſſeqitur continuus labor.

Philemonis,

Ἐκ τῦ φιλοπονεῖν γίγνετ', ὧν θέλεις, κρατεῖν,
Datur laboris capido qidvis aſſeqi.

Antiphanis,

Τῆς ἐπιμελείας ἅλλα πάντα γίγνεται.
Labori aſſiduo, nihil eſt qod non ceſſerit.

Sophoclis *Oedip. rege.* à Plutarcho lavdatum *de fortun.* & à Clemente *Strom. lib.* 5.

— πᾶν δὲ τὸ ζητούμενον
Ἁλωτόν. ἐκφεύγει δὲ τ' ἀμελούμενον.
— *qicqid qæritur,*
Spes deprehendi eſt. omne neglectum perit.

& huic vicinum incerti alicujus:

Ἁλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ
Ἅπαντα. —
Laboriosa diligentia aſſeqi
Nihil eſt negatum. —

& ad Marci verba proximè, Menandri, in *moroſo*,

— ἐθίνος χρὴ πράγματος,
Τὸν ἵν ποτ' ὄλως ἀπογιᾶναί ποτε.
— *qem laborum non piget,*
Nihil arbitrari is debet inſperabile.

Socrates Alcibiadi miranti, qî poſſet Xanthippen tam rixoſam ſuſtinere, & intolerandam eſſe dictitanti, Ἀλλ' ἔγωγε συνήθισμαι. καθάπερ τὰ τροχιλίας ἀκούων συνεχῶς. *At ego*, inqit, *aſſvetus ei ſum: nec me magis offendit, qàm rota ſtridor aqam educentis eos qi aſſiduè avdiunt.* Nec ſileri dignum hîc Æſchyli illud, à Plutarcho *de legend. poet.* & *de project. indic.* à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 29. & *tit.* 117. à Cælio Rhodigino *antiq. lect. l.* 8. *c.* 7. Lilio Gyraldo *de poet. l.* 6. Eraſmo *apophth. l.* 6. relatum: qi dum in Iſthmiis pugilum certamen ſpectabat, cùm altero eorum frontem percuſſo, corona tota exclamaret; Ioni Chio, qi proximè aſſidebat, latus fodiens, Ὀξᾶς, ἆρα ἀσκησίς ἐστιν; ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ. οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσιν. *Vide*, inqit, *qanta ſit vis exercitationis? ictus ipſe ſilet: ſpectatores verò vociferantur.* ubi νύξας malui, *latus fodiens*, Flaccum imitatus, 1. *Epiſt.* 6. 51. vertere; qàm, *avrem vellicans*, cum Pavlo Leopardo; qi *emend. l.* 2. *c.* 21. & 22. Stobæum hîc emaculat, Cælium, Lilium, Eraſmum caſtigat. De Cyro Xenophon *lib.* 1. *pag.* 14. *B.* Οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἐκ τῦ ἡττᾶσθαι, εἰς τὸ μὴ ποιεῖν ἃ ἠττᾶτο. ἀλλ' ἐκυλινδεῖτο, ἐν τῷ πειρᾶσθαι αὖθις βέλτιον ποιεῖν. *Qod ſuperaretur, havd qaqam defugeret illa denuo facere, qibus inferior fuerat; ſed verſaretur iterum atqe iterum in experiundo, rurſus ut idem rectiùs faceret.* Verum Marco gemina prorſus Plutarchus *de tranqill. pag.* 476. *C. D.* Δεῖ μηδὲν ἀπογινώσκειν, μηδὲ ἀπιστεῖν, ἀλλὰ θαυμάζοντα καὶ ζηλοῦντα καὶ συνεθιζομένους, πεῖραν ἅμα λαμβάνειν ἑαυτῦ καὶ κατανόησιν, ἐν τοῖς ἐλάττοσι πρὸς τὰ μείζονα, μὴ φεύγοντα, μηδὲ ἀπωθοῦντα τῆς ψυχῆς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν, μηδὲ διαδράσκοντα. τάχα δὲ οὐδὲν ἔσῃ δυσχερέστερον. ἀνίαν γὰρ ἐμποιεῖ καὶ μαλακίαν ἀγύμναστον ἡ περὶ τὸ ῥᾴδιον ἀεὶ διατρίβουσα, καὶ πρὸς τὸ ἥδιστον ἐκ τῶν ἀβελήτων ἀναχαιτίσασα γλυκυθυμία τῆς ψυχῆς. ἡ δὲ χ νόσε, καὶ πόνε, καὶ φυγῆς μελετῶσα φαντασίαν ὑφίστασθαι, καὶ προβιαζομένη τῷ λογισμῷ πρὸς ἄκαιρον, ἐυρήσει πολὺ τὸ κατεψευσμένον καὶ διάκενον καὶ σαθρὸν ἐν τοῖς δοκοῦσι χαλεποῖς καὶ φοβεροῖς. *Neqe de ullo deſperandum avt diffidendum eſt: ſed admiratione horum atqe æmulatione, & qaſi divini cujuſdam inſtinctus ſocietate impulſi periculum de nobis facere in mimoribus rebus demum, qomodo ſimus ad majora affecti: non fugere avt averſari hanc animi accurationem. Mihi qidem videtur hoc ſtudium non uſqe adeo difficile. Etenim animi oblectatio ſubducens ſe à rerum adverſarum cogitatione, & circa facillima & ſvaviſſima identidem verſans, ſatuitatem qandam & imperitam molliciem ingenerat. Qi verò morbi etiam, doloris, exilii ſpeciem meditatur, ac rationis imperio ſe ad iſta ſuſtinenda componit animus, multa is inveniet falſa, inania & putrida eſſe in his, qa gravia vulgò ac terribilia videntur.* Diogenes deniqe referente Laërtio, *l.* 6. §. 70. 71. Διτλῆν ἄλγος εἶναι τὴν ἄσκησιν. τὴν μὲν ψυχικὴν, τὴν δὲ σωματικήν. ταύτην καθ' ἣν ἐν γυμνασίᾳ συνεχῶς γενόμενον φαντασίαν, ἐυλυσίαν πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἔργον παρέχοντα. παρεπίθετο δὲ τερπνότητα τῷ ῥᾴδιος ἀπὸ τῆς γυμνασίας ἐν τῇ ἀρετῇ καταγίνεσθαι. ὁρᾷ τε γὰρ ἔντε καὶ τὰς τέχνας, καὶ τοὺς βαναύσους κὴ τοὺς ἄλλους, ἃ τὴν τυχοῦσαν ὀξυχειρίαν τὰς τεχνίτας ἀπὸ τῆς μελέτης πεποιημένους. τούς τε αὐλητὰς κὴ τοὺς ἀθλητὰς, ὅσον ὑπερφέρουσιν ἑκάτεροι τῇ ἰδίᾳ πονήσει τῇ συνεχεῖ. καὶ ὡς ἔτοι, οἱ μετήνεγκαν τὴν ἄσκησιν καὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν, ἐκ ἂν ἀνωφελῶς καὶ ἀτελῶς ἐμόχθησαν. ὠδίν γε μὴν ἔλεγε τὸ παράπαν ἐν τῷ βίῳ χωρὶς ἀσκήσεως κατορθοῦσθαι. δυνατὴν δὲ ταύτην πᾶν ἐκπονῆσαι. *Duplicem dicebat eſſe exercitationem; alteram animi, corporis alteram. Hanc, ſecundum qam in exercitio crebræ fiunt imaginationes, qæ præſtant ad virtutis opera qadam adminicula. Adjiciebatqe argumenta, qod ad virtutem facilè exercitio proficiatur. Cernere enim ſe in artibus mechanicis, & aliis, opifices ex conſvetudine operis non minimam operandi celeritatem ſuiſſe conſequutos. Tibicines item & athletas inter ſeſe eminere tanto intervallo, qanto majore ſtudio & labore verſati fuerint. Atqe ſi qidem iſti exercitationem ad animum tranſtuliſſent, neqaqam inutiliter avt imperfectè laboraſſent. Nihil dicebat in vita omnino abſqe exercitatione perfici, eam verò omnia exſuperare poſſe.* Vide *ad l.* 3. §. 6. Seneca *Ep.* 50. *Nihil eſt, qod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura: robora in rectum qamvis flexa, revocabis; curvatas trabes calor explicat; & aliter nata in id finguntur, qod uſus noſter exigit. qantò faciliùs animus accipit formam, flexibilis & omni humore obſeqentior?* & *Ep.* 80. de athletis agens. *Illud maximè revolve mecum, ſi corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam poteſt, qâ & pugnos pariter & calces non unius hominis ferat, qâ ſolem ardentiſſimum in ferventiſſimo pulvere ſuſtinens aliqis, & ſanguine ſuo madens, diem ducat: qantò faciliùs animus corroborari poſſit, ut fortuna ictus invictus excipiat, ut projectus & conculcatus exurgat?* Idem *de ira l.* 2. *c.* 12. *Nihil eſt tam difficile & arduum, qod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio: nullique ſunt tam feri & ſui juris affectus, ut non diſciplinâ perdomentur.* Mox, ubi varia hujus rei exempla

καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ἡ ἀριστερὰ πρὸς τὰ ἄλλα ἀφὶ τὸ ἀνύθιτον λόγος ἔσα, ℰ χαλινῷ ἐρρωμενέστερον ἢ ἡ δεξιὰ κρατεῖ. τοῦτο γὰρ [a] εἴθισεν.

a L. 10. §. 22.

§. 7. [b] Ὁποῖον δεῖ καταληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου ℰ θανάτῳ καὶ σώματι καὶ ψυχῇ, [c] τὸν βραχύτητα ℰ βίου, [d] τὸν ἀχάνειαν ℰ ὀπίσω καὶ πρόσω αἰῶνα, [e] τὸν ἀσθένειαν πάσης ὕλης.

b L. 2. §. 11. l. 3. §. 5. l. 11. §. 3.
c L. 5. §. 24.
d L. 4. §. 3. 48.
e L. 9. §. 33. 36.

§. 8. [f] Γυμνὰ τῶν φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη. [g] τὰς ἀναφορὰς τῶν πράξεων. [h] τί πόνος. [i] τί ἡδονή. [k] τί θάνατος. [l] τί δόξα. [m] τίς ὁ ἑαυτῷ ἀσχολίας αἴτιος. πῶς [n] οὐδεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται. ὅτι ὁ πάντα ὑπόληψις.

f Sup. §. 2.
g L. 10. §. 37.
h L. 7. §. 33.
i L. 5. §. 26.
k L. 7. §. 33.
l L. 6. §. 16.
m L. 9. §. 26.
n L. 5. §. 34.

§. 9. Ὅμοιον δ' εἶναι δεῖ ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει, [p] παγκρατιαστῇ, ἀχὶ μονομάχῳ. ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος, ᾧ χρῆται, ἀποτίθεται, καὶ ἀναιρεῖται. ὁ δὲ τὴν χεῖρα [q] ἀεὶ ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ συνρέψαι αὐτὴν δεῖ.

o L. 2. §. 15.
p L. 7. §. 61.
q L. 7. §. 8.

§. 10. * Τοιαῦτα [r] τὰ πράγματα ὁρᾶν, [ſ] ἀφωρᾶντα εἰς ὕλην, αἴτιον, ἀναφοράν.

*Ποῖα αὐτὰ
r L. 2. §. 12.
ſ L. 7. §. 29.

§. 11. Ἡλίκην ἐξουσίαν ἔχει ἄνθρωπος, [t] μὴ ποιεῖν ἄλλο, ἢ ὅπερ μέλλει [v] ὁ θεὸς ἐπαινεῖν, καὶ [x] δέχεσθαι πᾶν, ὃ ἂν νέμῃ αὐτῷ ὁ θεός.

t L. 8. §. 29.
v L. 10. §. 1.
x Sup. §. 1. 3.

nam & ſiniſtra manus, cùm ad alia opera per deſvetudinem inepta ſit, frænum qàm dextra validiùs tenet; qia huic operi aſſvevit.

§. 7. Cogita qalem te, tum corpore, tum animâ, à morte deprehendi oporteat: vitæ etiam hujus brevitatem; ævi retrorſum prorſúmque vaſtitatem immenſam: materiæ deniqe cujuſqe imbecillitatem.

§. 8. Formas corticibus nudatas contemplare: actionum item intentiones: qid dolor; qid voluptas; qid mors; qid gloria: qis cuiqe moleſtiarum avtor: qomodo nemo ab alio qopiam impediatur: qòd deniqe opinione conſtant omnia.

§. 9. In decretorum uſu, pugili, non gladiatori ſimilem eſſe te oportet. iſte enim enſe, qo utitur, poſito, ſtatim interficitur. ille avtem manum ſemper præſtò habet, qâ vibratâ duntaxat opus eſt.

§. 10. Res ipſas qales ſint intuere, in materiam, formam, finem dividendo.

§. 11. Qanta eſt hominis potentia, in cujus ſitum eſt arbitrio, ut nihil faciat, niſi qod Deus ipſe comprobaturus eſt, & qicqid Deus illi aſſignaverit, libens excipiat?

§. 12.

ANNOTATIONES.

protulerat; *Mille ſunt alia, in qibus pertinacia impedimentum omne tranſcendit, oſtenditqe nihil eſſe difficile, cujus ſibi ipſa mens patientiam indiceret.*

Ἡ χεὶρ ἡ ἀριστερὰ] Τὴν δεξιὰν τῆς ἀριστερᾶς φύσει κρείττονα εἶναι, *Dextrum ſiniſtro naturâ melius eſſe*, multis locis inculcat, multíſque rationibus contendit Ariſtoteles *de partib. animal. l. 3. c. 4.* & *l. 4. c. 8. de animal. inceſſ. c. 4. ethic. Nicom. l. 5. c. 7.* & *Eudem. l. 4. c. 5.* & *in problem. l. 21. q. 12,* & 13. & 19. & 31. At Plato, (qem & hoc nomine is notat, *polit. l. 2. c. 10.*) *de legib. l. 7. pag. 884. A.* hoc tanqam delirium exagitat, Ὡς ἄρα τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ διαφέροντά ἐσθ' ἡμῶν φύσει πρὸς τὰς χρείας εἰς ἑκάστας τῶν πράξεων, τὰ κατὰ χεῖρας. *Qod videlicet dextra à ſiniſtris, qod ad manus pertinet, differre jam videantur in ſingulis operationibus natura.* qod & refutare conatur primò membrorum reliqorum exemplo, ἐπεὶ τάχ' περὶ πόδας τι καὶ τὰ κάτω τῶν μελῶν οὐδὲν διαφέροντα εἰς τὰς πόνους φαίνεται. *Pedes enim inferioréſqe partes ad opera nihilo differre videntur.* qod idem de oculis avribúſqe dici poterat; & nutricum matrúmqe maximè inſcitiæ uſuíqe pravo adſcribit. Τὰ δὲ κατὰ χεῖρας * ἀνοίᾳ [ἀγνοίᾳ alii] τροφῶν καὶ μητέρων ὅλον χωλοὶ γεγόναμεν ἕκαστοι. τῆς φύσεως γὰρ ἑκάτερον τῶν μελῶν σχεδὸν ἰσορροπούσης, αὐτοὶ διὰ τὰ * ἤθη [*ἴθη forſan] διάφορα αὐτὰ πεποιήκαμεν, οὐκ ὀρθῶς χρώμενοι. *Manibus avtem matrum nutricúmqe ſimul ignorantiâ qaſi clavdi facti ſumus. Nam qm natura fere ad utramqe partem aqè ſe habeat, ipſi per conſvetudinem non rectè utentes differentiam fecimus.* Dein rejicit etiam operum qorundam inſtantiis: Ἐν ὅσοις μὲν γὰρ τῶν ἔργων μὴ μίαν διαφέρει, λόγχα μὲν ἐν ἀριστερᾷ χράμενον, πλῆκτρον δὲ ἐν δεξιᾷ, πεζὸν ὠδίν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. τούτοις δὲ παραδείγμασι χρώμενον, καὶ εἰς ἄλλα, μὴ, δίον, ὥστε χρῆσθαι σχεδὸν ἄνοια. *Siqidem in qot qibúſqe operibus utrâ utamur nihil refert, ſicut inter lyram tangendam, lyram ſiniſtrâ, plectrum dextrâ, an è converſo teneamus, nullius momenti res eſt. aliáqe ejuſdem rationis, qicunqe animadverterit, is his exemplis edoctus, ni ad alia etiam negotia, ubi oportebit utráqe pariter citra diſcrimen uſus fuerit. inſano certè parùm diſtabit.* qæ verba ideò lubentior verto, cùm qia Serranus ità reddidit, ut ſenſum avtoris havd clarè ſatìs expreſſerit; tum ut locum ab interpunctione priùs laborantem reſtituam explicémqe. demum ratiocinatur à ritu gentium qarundam. Ἔδειξε δὲ ταῦτα ὁ τῶν Σκυθῶν νόμος, ὃς ἐν ἀριστερᾷ μὲν τόξον ἀπάγων, ἐν δεξιᾷ δὲ ἰόντὸν προτανύων μόνον. ἀλλ' ὁμοίως ἑκατέραις ἐπ' ἀμφότερα χρώμενος. *Hac ita eſſe lex Scytharum oſtendit. Non enim ſiniſtrâ ſolum arcum, dexterâ ſagittam tenent; ſed utriſqe ſimiliter ad utrumqe utuntur.* qibus accenſeri poſſunt & Benjamitæ illi funditores ἀμφιδέξιοι, inſigni in eo genere artificio præditi. *Judic. c. 20. v. 16.*

Διὰ τὸ ἀνίθιτον] ità Plato ſuprà, διὰ τὰ ἤθη, vel ἴθη, potiùs.

Τῷ χαλινῷ ἐρρωμενέστερον ἢ ἡ δεξιὰ κρατεῖ] Neqe hoc Plato penitus tacuit. Πάμπολλα δ' ἕτερα τοιαῦτα παραδείγματα ἐν ἡνιοχείαις τέ ἐσι καὶ ἐν ἑτέροις. ἐν ὅσοις μαθεῖν δυνατὸν, ὅτι παρὰ φύσιν κατασκευάζουσιν οἱ ἀριστερὰ δεξιῶν ἀσθενέστερα κατασκευάζοντες. *Multa exempla hujuſmodi in avrigarum aliorúmqe operibus reperiuntur. Ex qibus intelligere licet, eos qi dextris ſiniſtra imbecilliora reddunt, prater naturam id facere.*

Τοῦτο γὰρ εἴθισεν] Itaqe Plato, διαφέρει δὲ πάμπολυ μαθὼν μὴ μαθόντος, καὶ ὁ γυμνασάμενος μὴ γεγυμνασμένου. *Multum intereſt inter eum, qi utrâqe manu uti didicerit, aſſveveritqe, & eum qi alterùtri tantùm.* qod & à re *athletica*, & à *militari*, mox comprobat. Ideo avtem uſus obtinuit, ut *ad frænum ſiniſtra* adhibeatur, qò dextra vel virgæ, qâ equs regitur, vel armis qæ geſtanda ac urenda fuerint, putà enſi haſtæve exerendis, exercendíſqe immunis relinqatur. Xenophon *de re eqeſtri.* Ὁ ἱππεὺς τῇ μὲν ἀριστερᾷ ἄγει τὸν ἵππον, τῇ δὲ δεξιᾷ τὸ δόρυ ἔχει. *Eques ſiniſtrâ qidem agit equum, dextrâ verò haſtam tenet.* qanqam poſſet & alia aſſignari ratio, cur frænum fortiùs ſiniſtrâ teneatur; ſi verum foret, qod Solinus habet, *polybiſt. c. 1. Parti dextræ habilior aſcribitur motus, lævæ firmitas major.* Verùm in hoc Solinum rejicit meritò Cl. Salmaſius. qem viſe ſis in *exercitationum* theſavro illo πολυμαθεστάτῳ.

§. 7. Ὁποῖον δεῖ καταληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου] qalem ipſe ſe velit à morte deprehendi. Vide *l. 6. §. 30. ad finem.* éſtqe hæc lectio ſatìs commoda. non celabo tamen ſuſpicionem meam; legi poſſe non minùs commodè καταληφθῆναι, *qalem te à morte relinqi oporteat*; ſive *neceſſe ſit*, & *qod animum*, & *qod corpus attinet.* ſiqidem qales nos, qoad corporis ſtatum, mors deprehenſura ſit, τῶν ἐφ' ἡμῖν οὐκ ὄντων, ut cum Stoicis loqamur.

Τὴν βραχύτητα τοῦ βίου] vide *ad l. 2. §. 17.* & *l. 4. §. 26.* & *l. 5. §. 24.*

Τὴν ἀχάνειαν] vide *ad l. 4. §. 3. 50.*

§. 8. Γυμνὰ τῶν φλοιῶν] vide *lib. 3. §. 11.* & *ſuprà §. 2.* Matthæus Caſimirus Lyric. *l. 3. od. 12.*

Si primum vacuis demere corticem
Rebus, Fuſce, velis, catera diſſiluunt,
Verna more nivis, qa modò nubium
Leni tabuit halitu.

Τίς ὁ ἑαυτῷ ἀσχολίας αἴτιος] Forſan [πῶς πᾶς] τις, vel [ὅτι πᾶς] τις. qia ſeqitur, πῶς οὐδεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται. (de qo vide *l. 5. §. 34.*) hoc eſt, qod ille apud Plutarchum *de tranqill. pag. 477. A.*

Οὐτις ἐμοὶ τῶν ἄλλων ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός.
Horum non alius, mihi ſum cauſſa ipſe, malorum.

ità enim legendum, non ἄλλων. vide *lib. 7. §. 16.*

§. 9. Παγκρατιαστῇ, ἀχὶ μονομάχῳ] *pugili*, ſive *pancratiaſtæ, non gladiatori.* qia alter armis nativis καὶ προσφύσει, *lib. 10. §. 38.* alter depugnat adſcititiis. itaqe alter gladium ſi depoſuerit, ſtatim occiditur; alter manum præſtò ſemper habet; nec qicqam ampliùs, niſi ut dextrè utatur, eſt opus.

Ἀεὶ ἔχει] De virtute pariter Antiſthenes, Ὅπλον ἀναφαίρετον, ἀρετή. *Virtutem arma eſſe qa tolli non poſſunt.* Laërtius *l. 6. c. 12.* at qod de *baculo* Ariſtoteles *de motu animal. c. 8.* idem de enſe, vel alio qovis telo, dici poteſt. Γίνεται ὥσπερ ἀφαίρετον μέρος, ἡ βακτηρία. *Fit ut ſeparabilis pars ipſe baculus.* vide *lib. 11. §. 36.* ſed & Cleanthis placitum *ibidem lib. 7. c. 128.* in *Zenone.* Διαπαντὸς χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ ἀναπόβλητος γάρ ἐσι. καὶ πάντοτε τῇ ψυχῇ χρῆται ὅστε τελείᾳ ὁ σπουδαῖος. *Virtute ſemper utendum eſſe. Amitti enim non poteſt, ſempérqe animo, qi perfectus eſt, utitur ſapiens.*

§. 10. Τοιαῦτα τὰ πράγματα] lego ποῖα αὐτὰ τὰ πράγματα. *qalia ſint ipſa per ſe nuda.* ut *ſuprà §. 8.* & *l. 8. §. 11.*

Διαιρῶντα] de *diſtributione* iſta, vide *lib. 2. §. 12.* & *l. 4. §. 21.*

§. 11. Ἡλίκην ἐξουσίαν] Vide *lib. 7. §. 53, 54.*

§. 12.

§. 12. Qicqid naturæ conſentaneum contingit, de eo nec Dii ſunt incuſandi; nihil enim vel ſponte vel inviti peccant: nec homines: nihil enim & ipſi ſponte. nulli ergò ſunt incuſandi.

§. 13. Qàm ridiculus & peregrinus eſt, qi qicqam eorum qæ in vita hac fiunt, miratur?

§. 14. Avt eſt neceſſitas fatalis, & ordo inviolabilis, avt providentia placabilis, avt confuſio temeraria, & rectoris orba. ſi neceſſitas inviolabilis, qorſum reniteris? ſin providentia, qæ placari poſſit, avxilio divino dignum te præſta. ſi deniqe confuſio rectoris orba, ſat habe, qòd in æſtu iſtiuſmodi rectricem qandam intra te mentem habes. qòd ſi te æſtus corripuerit; carunculam, animulam, cætera alia abripiat: mentem duntaxat nè abripiat.

§. 15. An cùm lucernæ lumen, uſqedum extingvatur, luceat, nec ſplendorem amittat ſuum; tu admiſſurus es, ut in te veritas, juſtitia, temperantia ante extinctum temet extingvatur?

§. 16. Ubi obrepſerit tibi cogitatio, pec-

§. 12. Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει, [a] μήτε θεοῖς μεμπτέον. [b] οὐδὲν γὰρ ἑκόντες ἢ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι. μήτε ἀνθρώποις. [c] οὐδὲν γὰρ ἀχὶ ἄκοντες. ὥστε [d] οὐδενὶ μεμπτέον.

§. 13. Πῶς [e] γελοῖον καὶ [f] ξένον, [g] ὁ θαυμάζων οὐδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ γινομένων;

§. 14. [h] Ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμένη, ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἱλάσιμος, ἢ φορμὸς * εἰκαιότητος ἀπροσοράτητος. εἰ μὲν ἀπαράβατον ἀνάγκη, τί ἀντιβλέπεις; εἰ δὲ πρόνοια ἐπιδεχομένη τὸ ἱλάσκεσθαι, [i] ἄξιον αὐτὸν ποίησον [k] τῆς ἐκ θεοῦ βοηθείας. [l] εἰ δὲ φορμὸς ἀνηγεμόνευτος, ἀσμένιζε, ὅτι ἐν τοιούτῳ τῷ κλύδωνι αὐτὸς ἔχεις ἐν σαυτῷ τινὰ νοῦν ἡγεμονικόν. κἂν σωφέρῃ σε ὁ κλύδων, σωφερέτω τὸ σαρκίδιον, τὸ πνεύμάδιον, τἄλλα. [m] τὸν γὰρ νοῦν οὐ παροίσει.

§. 15. [n] Ἢ τὸ μὲν ἐν λύχνῳ φῶς μέχρι σβεσθῇ, φαίνει, καὶ τὼ αὐγὼ ἐκ ἀποκάλει. [o] ἢ ἐν σοὶ ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, καὶ σωφροσύνη σωσαπησέσῃ);

§. 16. Ἐπὶ δὲ φαντασίαν σωσχέσθης, ὅτι ἡμαρ-

τε

a L.3.§.4.
b L.2.§.11.
c L.7.§.62.
d L.8.§.17.
e L.8.§.15.
f Sup.§.1.
g L.1.§.15.
h L.4.§.27. Inf. §.24.
* ἀκιόλαστος Lug.-ώλαστος Ann.
i Sup.§.1.
k L.9.§.40.
l L.9.§.28.
m Sup.§.3. l.3.§.10.
n L.6.§.29. l.7.§.70.
o L.3.§.1.

ANNOTATIONES.

§. 12. Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει μήτε θεοῖς μεμπτέον] τὸ illud D. A magis, qia ſata illi nulla agnoſcebant.

Bootius vult eſſe caſus primi. ut ſit τὸ ἐξῆς τῇ φύσει, clavſula, ſuperioribus periocham iſtam annectens, ſenſumqe hunc exhibeat; *Qod ex rei natura ad ea qa ſuprà poſita ſunt conſequitur.* At interpres uterqe in caſu qarto accepit. *Qod ad naturam conſequitur* Xylander. *Qicqid in ſerie ac ſeqela eventuum naturalium ordinaria contingit* Caſavbonus. Ego malim, *qicqid contingit naturæ conſentaneum, de eo nec Dii culpandi nec homines.* hoc eſt, nulla de re. πάντα γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ὅλου φύσιν. *omnia ſunt enim ſecundum naturam totius.* τὸ ἐξῆς τῇ φύσει. ſicut *lib.* 7. §. 54. τὸ ἐξῆς κατασκευῇ. *qod eſt conditioni ipſius conſentaneum.* Idem qod *lib.* 2. §. 9. τὸ ἀκόλουθον τῇ φύσει. *qod eſt naturæ illi conſentaneum.* Syntaxis avtem eſt, qalis apud Gregorium Nazianzenum *in Baſil.* Τί τοῦτο οὐκ ἐπαινετόν· μᾶλλον, ἢ μεμπτόν; *Cui hoc non eſt potius laudandum qàm vituperandum?* vide *ſuprà* §. 5.

Ἄκοντες] Vide *lib.* 11. §. 18. *conſid.* 3. Δεῖ δ' ὃς ἂν κακουργῇ ἄκων, συγγνώμην ἔχειν. *Non ſponte peccanti ignoſcendum eſſe.* Hippias apud Platonem *pag.* 258. *D.*

Οὐδενὶ μεμπτέον] Epictetus *l.* 3. *c.* 26. Οὐ δεῖ μέμφεσθαι θεοῖς, ἐγκαλεῖν θεοῖς, προσοφείλεσθαι δὲ τῇ διοικήσει τῶν ὅλων. *Ut nemo accuſandus ſit, ſed aſſentiendum gubernationi univerſitatis rerum.* ità enim legendum, non προσοφείλεσθαι. Et *ibidem c.* 10. Μὴ θεὸν μέμψασθαι, μὴ ἄνθρωπον. *Non Deum culpare, non hominem.* Idémqe *Enchir. c.* 5. Ἀπαιδευσία ἔργον τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς. ἠρχμένος παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένος, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μηθ' ἑαυτῷ. *Alios accuſare in calamitate ſua hominis eſt inerudit: ſeipſum ejus, qi eruditi cœpit: nec ſe, nec alium eruditi.*

§. 13. Πῶς γελοῖον] Plavtus Trucul. 2. 1.

Vertit ſeſe rota viciſſim: Stultus eſt, qi id admiretur.

Ξένον] Vide *l.* 4. §. 29. & *l.* 8. §. 15. Antiſthenes apud Laërtium *l.* 6. τῷ σωφῷ ξένον οὐδέν, οὐδ' ἄπορ. locus mendi manifeſtus, in qo tollendo fruſtrà operam poſuerunt viri magni. Ambroſius Camaldunus *novum*, qaſi καινὸν legerit. qidam, οὐδ' ἀποσυξίρωτον. qod Henricus Stephanus non probat. ἄπορ tolerari poſſe putat; ſed ſuſpectum tamen habet. Iſaacus Caſavbonus, qid ſi ἄπον legatur? ut ſapienti *nihil deeſſe velit.* verùm hoc, ut aliqid videatur, non ſatisfacere tamen ipſe profiterur. havd infeliciior iſtis ſaltem forſan futura eſt conjectura noſtra, ſi οὐδ' ἀπροσδόκητον reſcribamus. conjunxit hæc certè Marcus noſter *ſuprà* §. 1. Ξένον ἂν τῆς παλαιᾶς καὶ θαυμάζων, ὡς ἀπροσδόκητα, τὰ καθ' ἡμέραν γιγνόμενα. *In patria peregrinus, eaqe qa qotidie eveniunt tanqam inopinata admirans.*

§. 14. Ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμένη ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἱλάσιμος] Caſavbonus *avt fatum*, (*idqe vel neceſſitas abſoluta, & decretum inevitabile, vel placabilis flexibiliſqe providentia.*) *avt confuſio fortuita:* &c. ut videatur legiſſe, ἤ τοι εἱμαρμένη, [ἢ ἤ] ἀνάγκη [καὶ] ἀπ. τ. &c. At Xylander *avt neceſſitas fatalis, atqe ordo inevitabilis*, ut [ἢ] alterum tantùm inſertum voluerit, cui accedo potiùs, qanqam malim ἀπαράβατον *inviolabilem*, qàm *inevitabilem* reddere. Certè fato τὸ ἱλάσιμον nullo modo convenit. Maro *Æn. l.* 6.

Deſine fata Deûm flecti ſperare precando.

ad qem locum Servius: *locutus eſt ſecundum Epicureos qi dicunt;*

Nec bene promeritis capitur, nec tangitur irâ.

Eſt Lucretii *l.* 1. qanqam & Stoicos adjicere potuerat, & hos

Φορμὸς εἰκαιότητος] *confuſio inanis* Xylander. *confuſio merè fortuita* Caſavbonus. ſive *temeraria. Φορμὸς εἰκαιότητος, confuſio temeritatis*; qo vocabulo uſus eſt Marcus & *l.* 2. §. 13. ἀντὶ τοῦ εἰκαῖος, *temeraria, fortuita.* Lugdunenſis editor φορμὸς ἀκιόλαστος. pro qo Annotator ἀκιώλαστος ſubſtituit; vertitqe *confuſio duriſſima.* Heſychius certè, Ἀκιώτατοι, ἄπτηστοι. κὶς γὰρ θηρίον γένος. *Duriſſimi, qi putrefieri neqeunt.* Κὶς enim eſt fera genus. ex Heſiodi *Oper. l.* 1. *v.* 433.

Δαφνῆς δ' ἢ πελέης ἀκιώλαστοι ἰσοδοῆες.
E lavro avtem vel ulmo firmiſſimæ ſtivæ ſunt.

B Verùm τὸ ἄκιον iſtic non magis locum habet, qàm οἱ κῖες, avt etiam θρῖπες καὶ ἵπες, vermiculi illi ſcilicet à qibus vocabulum id deſumptum eſt. *confuſio* nimirum *dura* planè, *qam corrodere coſſi neqeunt.* Ego ſi qid mutandum (qod nihil eſt neceſſe) videretur, εἰκαιόταλος mallem. qod optimè convenit cum eo qod ſeqitur, ἀπροσάτητος. ſiqidem, qæ rectore carent, temerè feruntur.

Ἀπροσάτητον] id eſt, χωρὶς τοῦ προσάτου, ſive ἀνηγεμόνευτος. utì ipſe ſe mox explicat. Heſychius ἀπροσάτευτος, ὁ μὴ ἔχων προστασίαν τινός. *cui nemo præeſt*; vel etiam, *qi nulli.* utrovis enim modo ſumi poſſunt Heſychii verba. verùm iſtic ἀπροσάτητος paſſivè ſumitur; qomodo eidem ἀνεπισάτητον eſt C ἀφύλακτον, ἀνεπίσκοπον, *cui curator & inſpector nullus eſt.*

Εἰ μὲν ἀπαράβατος ἀνάγκη] Seneca *Ep.* 16. *Qid mihi prodeſt philoſophia, ſi fatum eſt? qid prodeſt, ſi Deus rector eſt? qid prodeſt, ſi caſus imperat? nam & mutari certa non poſſunt: & nihil præparari poteſt adverſus incerta, ſi avt conſilium meum Deus occupavit, decrevitqe qid facerem, avt conſilio meo nil fortuna permittit. Qicqid eſt ex his, vel ſi omnia hæc ſunt, philoſophandum eſt. ſive nos inexorabili lege fata conſtringunt, ſive arbiter Deus univerſi cuncta diſponit, ſive caſus res humanas ſine ordine impellit & jactat, philoſophia nos tueri debet. hæc adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter reſiſtamus: hæc docebit, ut Deum ſeqaris, feras caſum.*

D Ἄξιον αὐτὸν ποίησον τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ βοηθείας] vide *ſuprà ad* §. 1. & *l.* 9. §. 28.

Ἀσμένιζε] *gratum habe, gratulare tibi.* Caſavbonus *contentus eſto.* Xylander *ſat habeas.* vide *l.* 5. §. 9. ἀσμενίζειν εἰς τὰ πλείω. *Pluribus contentum eſſe.*

Κἂν περιφέρῃ σε ὁ κλύδων] Melius ſaniúſqe conſilium, qàm Marcus hic, ſuggerit nobis Avguſtinus *de diverſ. ſerm.* 19. *Tranſeunt omnia cum diebus; noli tu tranſire cum illis. eſt qò te teneas, ut non tranſeas. res humanæ tanqam fluvius decurrit, tene te ad lignum nè trahâris. qo me teneo? verbo Dei, qod manet in æternum.* Petrus *Ep.* 1. *c.* 1. *v.* 23, 25. & *ibidem ſerm.* 24. F *Vis comprehendere verbum manens? noli ſeqi flumen carnis. qis comprehendat verbum manens, niſi qi in ipſo manet?* Idémqe *de verb. Apoſt.* 4. *In Deo ſtem pone. ſi poſueris ſtem in ipſo ſpiritu, qo homo es,* (qod Marcus hìc monet) *iterum ſpiritus tuus in carnem relabitur, qia non dediſti eum illi à qo ſuſpendatur. ut contineas te, noli remanere in te, tranſcende te; in illo te pone, qi fecit te.*

§. 15. Τὸ μὲν τοῦ λύχνου φῶς] collatio gemina Chriſti illi, Matth. *c.* 6. *v.* 22, 23.

§. 16. Ὅτι ἥμαρτέ τις. ut τις excriptori minùs cavto exciderit, dum in τί, qod proximè ſeqebatur, oculum intendit.

Τί

* -τί[τις] τι *τί δαὶ οἶδα, [a] εἰ ἔστι ἁμάρτημα; εἰ ἦ κ ἥμαρ-
a L.9.§.38. ηεν, ὅτι [b] κατέκρινεν αὐτὸς ἑαυτόν. κ ὕτως ὅμοιον
b L.8.§.10. ἔστι τῷ [c] καταδρύπτειν τὸν ἑαυτῦ ὄψιν. ὅτι [d] ὁ μὴ
c L.6.§.20. d L.4.§.6. θέλων τ φαῦλον ἁμαρτάνειν, ὅμοιός τῶ μὴ θέλον-
τι τ συκῆν ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν, κ τὰ βρέφη
κλαυθμυρίζεσθαι, κ τ ἵππον χρεμετίζειν, κ ὅσα
ἄλλα ἀναγκαῖα. [e] τί γὰρ πάθῃ τ ἕξιν ἔχων τοιαύ-
e L.8.§.14. f L.10.§.30. την; εἰ δ' ὀργὴν εἶ, [f] ταύτην θεράπευσον.
g L.5.§.3. §. 17. [g] Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς. [h] εἰ μὴ
h L.3.§.16. ἀληθές ἐστι, μὴ εἴπῃς. ὃ γὰρ ὁρμή σε ἔσω *.
* Vid.Not.

câsse aliqem, hæc tu tibi, Unde novi, an peccatum hoc sit; avt si peccavit, an peccati ipse se reum peregerit? hoc enim perinde est, acsi faciem sibi dilacerâsset: tum illud memineris, eum qi improbos delinqere non vult, parem esse illi, qi ficum in ficubus succum acrem gerere; & infantes vagire, & equm hinnire, aliáqe ejusmodi, qæ necessaria sunt, nolit. qid enim fecerit, qi sic affectus fuerit? hunc tu, si tantùm posse te putas, sana.

§. 17. Nî decorum sit, nè feceris; nî verum sit, nè dixeris. ad ista enim duo semper intentio tua tendat.

§. 18.

ANNOTATIONES.

Τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα] Vide *l.* 11.§.18. *considerat.* 5.

Εἰ δὲ καὶ ἥμαρτεν] etiamsi peccârit qis, pœnitentiam satisfactionis justæ loco haberi postulat. vide *l.* 1.§.7. Arrianus *de gest. Alex. l.* 7. *p.* 504. Μόνη γὰρ ἐμοί γε δοκεῖ ἴασις ἁμαρτίας ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα, καὶ δῆλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μεταγιγνώσκοντα. ὡς τοῖς παθοῦσίν τι ἄχαρι, ὃ πάντα καλεπὰ τὰ παθήματα φαινόμενα, εἰ ὁ δράσας αὐτὰ ξυγχωροίη, ὅτι ὰ καλὰ ἔδρασεν. *Unicam enim peccati medicinam esse censeo peccati agnitionem & confessionem, manifestúmque pœnitentiæ documentum edere. Nam qi injuriam accepit, non ita graviter lasum se judicat, si is qi lasit perperàm sese feciss fateatur.* Petronius *Satyr. Sævi qoqe implacabilesque domini crudelitatem suam impediunt, qando pœnitentia fugitivos reduxit; & deditittis hostibus parcimus.*

Καὶ κρίνειν αὐτὸς ἑαυτὸν] qod Galenus *de affect. corrig. c.* 4. κατηγορὰς ἑαυτῦ, *sese detestatus.* vide *lib.* 8. §. 10. Juvenalis *Sat.* 13.

Exemplo qodcunqe malo committitur, ipsi
Displicet autori. prima est hæc ultio, qòd se
Judice, nemo nocens absolvitur. ——

Ὅμοιον τοῦτο τῷ καταδρύπτειν τὴν ἑαυτῦ ὄψιν] Plutarchus *de sanit. conserv. pag.* 114. *F.* Ὁ γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων ἀναλογισμῶν δηγμὸς ἀμύττει τὴν μνήμην. *Morsus enim hujusmodi ratiocinationum memoriam saviat.* Et *de tranqill. pag.* 476. *E. F.*

Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος,

(ex Evripidis *Oreſt.* i. e. τὸ συνειδὸς, ut Stobæus explicat *tom.* 2. *tit.* 24.) ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν καλαμέλεαν, ἁμάστησαν ἀεὶ κ νύστησαν ἐναπολείπει. *Malè factorum conscientia, veluti ulcus in carne, in animo pœnitentiam relinqit, pungentem subinde atqe saviantem.* Seneca *de ira l.* 3. *c.* 26. *Maxima est facta injuria pœna, fecisse: nec qisqam gravius afficitur, qàm qi ad supplicium pœnitentia traditur. Nulla major pœna neqitia est, qàm qòd sibi displicet.* Idem *Ep.* 42. Est avtem δρύπτειν καὶ καταδρύπτειν de arboribus propriè dictum, ἐπὶ τῶν ἐπιλεπτιζομένων δένδρων, ut Grammatici volunt, qibus *cortex dilacerando detrahitur.* nam qod Etymologus addit, de hominibus victùs gratiâ, cùm glandibus primò vescerentur, ad mutuam usqe sui dilacerationem secum invicem depugnantibus, qod verbo originem dederit; merum est nugamentum. Indè ad homines traductum & ἐπὶ θηρίων plurimùm usurpatum. Ὅταν τις ἑαυτὸν καταΐλλῃ ἐπὶ θρήνῳ. *Qando qis in luctu scipsum convellit.* Hesychius. De athletis usurpavit Marcus *l.* 6. §. 19. & Apollonius ibi relatus. de hastâ vulnerato, Homerus. *Iliad.* π'. *v.* 324.

—— πρυμνὸν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ
Δρύψ' ἀπὸ μυώνων. ——
—— *extremum avtem brachium hasta cuspis*
Amputavit à musculis.

de navfrago ad scopulum allisо, *Odyss.* ε'. *v.* 426.

Ἔνθ' ἀπὸ ῥινός τε δρύφθη.
Ibi sanè cutem lacerasset.

de aqilis, sese invicem, an eos, qorum ora involaverant incertum, lacerantibus; *Odyss.* β'. *v.* 153.

Δρυψαμένω δ' ὀνύχεσσι παρειὰς ἀμφί τε δειρὰς.
Lacerantes verò ungvibus maxillas, circum avtem collum.

de mulieribus luctu & mœrore correptis, Hesiodus in *scut. Herc. v.* 243.

—— καλὰ δ' ἰδρύπτοντο παρειάς.
—— *lacerabantsqe genas.*

de Hecuba Evripides;

—— δρύπτουσά τε παρειὰν,
Δίαιμον ὄνυχα τιθεμένη σταγαγμοῖς.
—— *dilaniatqe genas,*
Ungvem cruentum lacerationibus adhibens.

Et in *Epigram. Anthol.*

—— καλαδρύψασα παρειάς.
—— *cum genas lacerasset.*

Indè,

Ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος, sive γυνή.
Ambabus genis lacerata uxor.

Il. β'. *v.* 700. cui

—— ἀμφίδρυφοί εἰσι παρειαί.
Utrasqe lacerata, sive *laniata, genas.*

Il. λ'. *v.* 393. ut Maro *Æn. l.* 12. *v.* 606.

Et roseas laniata genas.

Καταδρύπτειν itaqe τὴν ὄψιν est, qod Silius *bell. Pun. l.* 8.

Ora manu lacerans. ——

Et Naso *Metam. l.* 11.

Ora, comam, vestem lacerans. ——

qæ omnia in luctu fieri assolent. sed nec in pœnitentiæ remorsu, ubi acriùs is urget, minús. Sic enim de Alexandro post Clitum interfectum, Curtius *l.* 8. *c.* 2. *laniare deinde os ungvibus.* havd ineptè ergò Marcus pariter ait habere se, si pœnituerit, ac si id fecisset, qod per doloris vim à pœnitentia obortam, fieri etiam non raro solet.

Τῷ μὴ θέλοντι τὴν συκῆν ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν] Ità *l.* 4.§.6. θέλει τὴν συκῆν ὀπὸν μὴ ἔχειν. Ad Marci mentem Seneca *de ira l.* 2. *c.* 10. *Non irascetur sapiens peccantibus. qare? qia scit neminem sapientem nasci, sed fieri. scit pavcissimos omni ævo sapientes evadere. qia conditionem humana natura perspectam habet: nemo avtem natura sanus irascitur. qid enim si mirari velit, non in sylvestribus dumis poma pendere? qid si miretur, spineta sentésque non utili aliqá fruge compleri? nemo irascitur, ubi vitium natura defendit.* Illud verò ἐν σύκοις suspectum forsan alicui esse possit, tanqam ab interpolatoris cujuspiam manu, non à Marco ipso extiterit. cùm non tam in fructu ficûs ὀπὸς iste, qàm in frondibus & stirpe ipsâ deprehendatur. Synesius *de provident. l.* 2. *p.* 126. Καὶ τῆς συκῆς ὁρῶμεν γλυκύταλον μὲν τὸν καρπόν. φύλλα δὲ καὶ φλοιὸν καὶ ῥίζαν κ τρίμυον, ἅπαντα ὀπωδέστερα. *Ficus svavissimum qidem fructum, foliorum verò, corticis, radicis, caudicisqe succum amarissimum experimur.* Plutarchus item *Sympos. l.* 5. *c.* 9. Γλυκὺς ἔστω καρπὸς ἀπὸ δένδρου φύσεως πικροτάτου. τῆς γὰρ συκῆς τὸ ξύλον ὀπῶδές ἐστιν. ὥστε καιόμενον μὲν ἐκδιδόναι δριμύταλον καπνὸν, καλαυθεῖσαν δὲ τὴν ἐκ τῆς τίφρας κονίαν ῥυπλικωτάτην παρέχειν ὑπὸ δριμύτητος. *Ita dulcis fructus ex amarissima nascitur arbore. Nam & ficus lignum succi plenum est, edit crematum fumum acerrimum, & cinis ob acrimoniam summa est ad tergendum vi præditus.* verùm nec fructus qoqe lacteo isto humore, anteqam maturitatem consequatur, immunis est; qem ideo *pomi infantiam* vocat Plinius *l.* 15. *c.* 19. Idémqe *ibidem c.* 28. *succus lacteus in capite ficis, in corpore non item.* & *l.* 23 *c.* 7. *Exprimitur ante maturitatem pomi.* Plutarchus ipse *ibidem l.* 6. *c.* 10. Τὸ φυλλὸν ἀπάνθων ὀπωδέστατον. ὥστε κ τὸ σῦκον αὐτὸ, κ τὸ ξύλον, κ τὸ ἔργον ἀναπεπλῆσθαι. legendum κ τὰ φλοιὸν, vel κ τὸ θρίον ἀναπεπλῆσθαι. *Est arbor hæc omnium plantarum succi plenissima, qo & ficus ipsa, & lignum, & cortex plenus est.*

Ἡ τὰ βρέφη κλαυθμυρίζεσθαι] Seneca *de ira l.* 2. *c.* 9. *Si irascteris juvenibus senibúsqe qòd peccant; irascere infantibus, qòd peccaturi sunt. Nam qis irascitur pueris, qorum ætas nondum novit rerum discrimina? major est excusatio, & justior hominem esse qàm puerum.* qod avtem *de infantium vagitu* Marcus, idem de *gruum clangore* Libanius *Orat.* 12. *pag.* 400. *C.* Ὥσπερ οὐκ ἂν ἐκόλασε γεράνους διὰ τὴν κλαγγήν. ὥσπερ οὐδὲ ἐκείνους [διὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὕβριν.] *Sicuti non punivisset grues propter clangorem: ita nec illos propter factionem & insolentiam.*

Τί γαρ πάθῃ] qod *l.* 10. §. 30. τί γὰρ ποιήσει; *qid enim faciat?* Lucianus *ad eum qi dixerat, Prometheus es.* τί γὰρ πάθοιμι; ἐμμενετέον γὰρ οἷς ἅπαξ προειλόμην. *qid enim faciam? permanendum enim est in iis, qa semel proposui.* Idemqe in *speculantib.* τί γὰρ ἂν πάθοι τις, ὁπόταν φίλος ἀνὴρ βιάζοιτο; *qid enim faciat qis, ubi vir amicus urserit?* Laco apud Ælianum *l.* 9. *c.* 27. qòd lacrymas mitteret, reprehendenti, τί πάθω; ὃ γὰρ ἐγὼ αἴτιος τούτου. ἀ φύσις δὲ μοι ῥεῖ. *Qid facerem? Non enim ego in caussa sum, sed natura mea qa fluit.* Joannes Chrysostomus *in* 2. *Ep. Cor. Orat.* 1. Καὶ τί πάθω. ὅτι μαρτυρίου καιρὸς ὁ πάρεστι νῦν; *Qid faciam, cùm martyrii jam tempus non sit?* Galenus *Method. l.* 10. Τί οὖν ἔστι τις πάθοι πρὸς ἀνθρώπους μήτε ἔργῳ μήτε λόγῳ πεισθῆναι δυναμένους; *Qid igitur faciat qis hominibus, qi neqe opere neqe sermone persvaderi possunt?* Terentius *Heavtontim.* 4. 1.

Qid cum illis agas, qi neqe jus, neqe bonum atqe æqum sciunt?

Εἰ δ' ὀργὴν εἶ] *si igitur trux es* Xylander. imò, *si acer ipse validúsqe es.*

§. 17. Εἰ μὴ καθήκει] vide *ad l.* 3. §. 6, 7. sed & Epictetum *Dissert. l.* 1. *c.* 2.

Ἡ γὰρ ὁρμή σε ἔσω εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾷ] Sententia defecta.

Ca-

§. 18. Considera semper, qid illud sit, qod cogitationem tuam afficit; curæqe sit tibi hoc ipsum in formam, materiam, finem, & tempus, intra qod desiturum sit, distingvendo explicare.

§. 19. Sentias tandem aliqando, aliqid esse in te præstantius ac divinius eis qæ affectus in te excitant, & qasi fidiculis qibusdam distrahunt te. qæ mihi nunc dicas tibi mens est? num metus? num suspicio? num libido? num aliud aliqid istiusmodi?

§. 20. Primò vide, neqid temere, avt absqe certo aliqo fine. secundò, nè ad ullum alium finem, qàm qi societati conducat, referatur.

§. 21. Cogita tecum, brevi fore, ut nec ipse ullus usqam futurus sis, nec qicqam eorum qæ vides, nec horum qisqam qi nunc vivunt. omnia enim mutare ac verti & interire nata sunt, ut nova alia serie perpetuâ producantur.

§. 22. Omnia in opinione sita sunt: & hæc ipsa in te. qandocunqe ergò volueris, opinionem tolle, & sicut promontorium prætervecto tranqillitas, sic stabilia tibi futura sunt omniâ, & sinus æstu immunis.

§. 18. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾶν, [a] τί ἐστιν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τὴν φαντασίαν σοι ποιῆν, καὶ [b] ἀναπύσσειν ἀφιέναι, εἰς τὸ ἄπτον, εἰς τὸ ὑλικὸν, εἰς τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸ χρόνον, ἐντὸς ὃ πεπαύσθαι αὐτὸ δεήσει.

a L. 3. §. 11.
b Sup. §. 8. 10.

§. 19. Αἰσθοῦ ποτὲ, ὅτι [c] κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ, τῶν τὰ πάθη ποιούντων, καὶ καθάπαξ [d] τῶν ὑδροσπασούντων σε. [e] τί μοι νῦν ἐστὶν ἡ διάνοια; μὴ φόβος; μὴ ὑποψία; μὴ ἐπιθυμία; μὴ ἄλλό τι τοιοῦτον;

c L. 5. §. 21.
d L. 2. §. 2.
e L. 5. §. 11.

§. 20. Πρῶτον, τὸ [f] μὴ εἰκῆ, μηδὲ ἄνευ ἀναφορᾶς. δεύτερον, τὸ [g] μὴ ἐπ' ἄλλό τι, ἢ ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος τῶν ἀναγωγίων ποιεῖσθαι.

f L. 2. §. 16.
g L. 5. §. 16.

§. 21. Ὅτι [h] μετ' ὀλίγου πολὺ, οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, οὐδὲ τούτων τι ὧν νῦν βλέπεις, οὐδὲ τούτων τῶν τῶν νῦν βιούντων. [i] πάντα γὰρ μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθείρεσθαι πέφυκεν, [k] ἵνα ἕτερα ἐφεξῆς γένηται.

h L. 9. §. 28.
i L. 7. §. 23.
k L. 7. §. 25.

§. 22. Ὅτι [l] πάντα ἡ ὑπόληψις. καὶ [m] αὐτὴ ἐπί σοι. ἆρον ἄν, ὅτι θέλεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ, [n] ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν [o] γαλήνη, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων.

l Sup. §. 8.
m L. 6. §. 52.
n L. 8. §. 40.
o L. 5. §. 2.

§. 23.

ANNOTATIONES.

Casavbonus, *Teneas semper propositum tuum ab omni necessitate ac coactione liberum.* acsi scriberetur. ἡ ὁρμή σου ἀβίαστος ἔσω. At Xylander hæc seqentibus conglutinat. *Tui animi motus ità sint compositi, ut omnia circumspicias.* mihi nec istud placet, nec, qod censeam sentiámve, probabile aliqid impræsentiarum occurrit. forsan ἡ γὰρ ὁρμή σου ἴσω εἰς [τάδε] πάντη. *etenim conatus tuus ad ista,* τὸ καθῆκον scilicet, καὶ τὸ ἀληθὲς, *omnino tendat.* ut τὸ ἀεὶ ὁρᾶν ad seqentia pertineat. vel etiam si ἀβίαστος illud admittere libuerit; ἡ ὁρμή σου ἀβίαστος εἰς τὸ πᾶν. *impetus enim,* sive *conatus tuus non est coactioni aut vi ulla ex parte obnoxius,* qò minùs ab eis abstinere te possis; vel qæ officio tuo adversantur, agendis, vel qæ veritati repugnant, dicendis. vide *l.* 10. §. 33.

A

§. 18. Τὸ τὴν φαντασίαν σοι ποιεῖν] *qod se obicit tibi* Casavbonus. *qod cogitationem tuam commovet* Xylander. imò, *qod phantasiam tibi afficit.* ut *l.* 3. §. 11.

Ἀναπύσσειν διαιρεῖσθαι] vide *suprà* §. 8. 10.

§. 19. Κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον] Τὸ ἔν σοι θεῖον, *qod in te divinum est. suprà* §. 1. & *l.* 11. §. 19. Τὸ ἔν σοι θεῖόν μέρος. *Pars tui divinor.* vide Julianum *infrà ad* §. 26. Epictetus *l.* 1. *c.* 3. Τί γάρ εἰμι; ταλαίπωρον ἀνθρωπάριον καὶ τὰ δύσποτά μου σαρκίδια. ἀλλ' ἔχεις τι καὶ κρεῖσσον τῶν σαρκιδίων, τί οὖν ἀφεὶς ἐκεῖνο, τούτοις προσέθηκας; *Qid enim sum? Misellus homuncio, & calamitosum corpusculum. Verè qidem calamitosum. Sed & prastantius qiddam corpusculo habes. Qid ergò illo omisso, isti affixus es?* lego προσέθηκας. de qa voce vide Synesium *Ep.* 57. *suprà ad* §. 3. & Marcum *l.* 10. §. 24.

B

Τῶν τευροσπασούντων σε] vide *ad l.* 2. §. 2. & *l.* 10. §. 38. Clemens *Strom. l.* 4. *pag.* 505. *B.* Δεῖ γὰρ κύριον εἶναι τὸν κριτὴν τῆς ἑαυτοῦ γνώμης. μὴ τευροσπασούμενον, ἀψύχων δίκην ὀργάνων, ἀφορμὰς ἴσως μόνον παρὰ τῆς ἔξωθεν αἰτίας λαμβάνοντα. *Oportet enim judicem in sua potestate habere sui animi sententiam, non qi instar eorum, qi destituuntur animâ, qodammodo trahatur nervis, ut qi ab externa fortasse solùm causa capiat occasiones.*

Τί μοι νῦν ἐστιν ἡ διάνοια] vide *l.* 5. §. 11. & *l.* 10. §. 24.

§. 20. Τὸ μὴ εἰκῆ] vide *l.* 2. §. 16. & *infrà* §. 24.

Ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν] vide *l.* 5. §. 16. & *l.* 7. §. 55. & *l.* 8. §. 34. & *l.* 11. §. 21.

§. 21. Μετ' ὀλίγου πολὺ] vide *l.* 9. §. 28. 32. & *l.* 11. §. 18. *consider.* 6.

Ἵνα ἕτερα ἐφεξῆς γένηται] vide *l.* 7. §. 23. 25. & *infrà* §. 23. Avgustinus *confess. lib.* 4. *cap.* 11. *Ecce illa discedunt, ut alia succedant, & omnibus suis partibus constet infima universitas.*

§. 22. Πάντα ἡ ὑπόληψις] vide *ad l.* 2. §. 15. & *l.* 3. §. 9.

Καὶ αὐτὴ ἐπί σοι] ἐφ' ἡμῖν ὑπόληψις. *In nostra potestate est opinio.* Epictetus *Enchir. c.* 1.

Ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν] ἄκραν κάμπτειν, qod Plutarchus in *collat. terr. & aqat.* ἀκρωτήριον κάμπτειν. *promontorium pratervehi.* nos dicimus, to double the cape. solent avtem prominentia loca istiusmodi plùs aliis esse undis infesta, ventis exposita, procellis obnoxia, eóqe nomine magis periculosa: indè proverbium de *Maleo*, sive *Maleis* Laconico promontorio.

C

Μαλέας δὲ κάμψας, ἐπιλάθῃ τῶν οἴκαδε.
Maleas legens, qa sunt domi oblivisceris.

Eystathius *ad Odyss.* γ'. Ulysses *Odyss. i. v.* 80.

Ἀλλά με κῦμα ῥόῳ τε περιγιγάμπτοντα Μάλειαν
Καὶ βορέης ἀπέωσε. ——
Sed me unda fortassis, æstúsqe circumflectentem Maleam
Et boreas abjecit.

Et Nestor de eodem *ibidem* γ'. *v.* 289. juxta Maleam navigantes habuisse se συγερὴν ὁδὸν, *invisum iter.*

—— λιγέων τ' ἀνέμων ἄυτμενα ——
Κύματά τε τροφόεντα, πελώρια, ἴσχε ὄρεστιν.
—— *stridulorúmqe ventorum flatum effudit,*
Fluctúsqe intumescentes, ingentes, æqales montibus.

Libanius *Orat.* 31. *pag.* 652. *C.* inter cætera navtis molesta, καὶ πέτρων προβεβλημένην, περὶ ἣν δεῖ κάμψαντας ὄρθ τυχεῖν, *rupem objectam, qâ flexu evitatâ portum appellere fas est.* & *Orat.* 3. *pag.* 138. *C.* Καὶ ταυτὸ συνέβαινε, ὅπερ ἐπὶ τῶν προβόλων, ἐπειδὰν ἡ θάλαττα ποικίλοις ἐλαυνομένη πνεύμασιν εἰς συνέχειαν ἐγείρηται κυμάτων. ἐκεῖ γὰρ περὶ καθαρὸν τὸ πρῶτον κῦμα περὶ τὰς προβόλους ῥαγῆναι, τὸ δεύτερον ἐγκαλαμβάνει, καὶ τὸ τρίτον ἄυθις. καὶ τοῦτο διατελεῖ γιγνόμενον, ἕως ἂν λήξῃ τὰ πνεύματα. *Idémqe his usu venit qod in obicibus, qando mare variis impulsum ventis continuatos fluctus decumanos excitat. Ibi priusqam prior fluctus ad oppositos obices fractus sit, secundus occupat, & tertius demceps: isqe motus non intermittit, donec venti cessent.*

D

Γαλήνη] Ità *l.* 5. §. 2. Ἐν πάτῃ γαλήνῃ. *In summa tranqillitate.* & *l.* 8. §. 28. Ἀιθρίαν καὶ γαλήνην. *Serenitatem & tranqillitatem.* qalem animi statum delineat. Plutarchus *de virt. mor. P.* 446. *D.* verbis illis Homericis ex *Odyss. ε. v.* 391.

Δὴ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο. ἡ δὲ γαλήνη
Ἔπλετο νηνεμίη. κοίμησε δὲ κύματα δαίμων.
Tum venti posuere, qies tranqilla per alta
Incubuit latè, fopsivit cærula numen.

Eodémqe alludens Sextus *adv. Ethic. c.* 5. Εὐδαίμων ἐστὶν ὁ ἀταράχως διεξάγων, καὶ, ὡς ἔλεγεν ὁ Τίμων, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαληνότητι καθεστώς.

—— πάντῃ γὰρ ἐπέσχε γαλήνη.

Καὶ

Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησ' ἐν νηνεμίῃσι γαλήνης.

Felix qidem est ac beatus, qi vitam traducit absqe perturbatione, & ut dicebat Timon, qi est in qiete & tranqillitate.

—— *omni enim ex parte eum tenuit tranqillitas.*

Et,

Postqam eum vidit in tranqillitate à ventis placida.

vide *ad l.* 2. §. 4.

Σταθερὰ πάντα] vide *ad l.* 6. §. 10. Lucianus in *Scytha extremo.* Ἦν γὰρ τῦθ' ὑπάρξῃ, ἔνδια πάντα, καὶ πλοῦς ἤρεμος, καὶ λειοκύμων ἡ θάλαττα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον. *Qâ si potiamur, placida sunt omnia, navigatio secunda, tranqillum mare, & in propinqo portus.*

E

Καὶ κόλπος ἀκύμων] qod Dio Prusæus *Orat.* 74. ἄκλυστον λιμένα, *tranqillam listus*, qalis Maronianus ille, dixit, *Æn. lib.* 1.

—— *ubi omnis ab alto*
Frangitur, inqe sinus scindit sese unda reductos.

ex poëta avtem aliqo traducta hæc, Mericus Casavbonus nec frustrà, opinor, avtumat. etiam βίον ἀκύμονα, *vitam tranqillam* dixit Plutarchus in *Galba.* &, ἴλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς διάθεσιν, *clementem & sedatam animæ dispositionem* Synesius alicubi, Idémqe *de regn.* αἰδῦς ἀκύμονα διάθεσιν, *sedatam verecundiæ dispositionem.*

§. 23. Μία καὶ ἡτισοῦν ἐνέργεια καλῶς παυσαμένη, [a] ἀδὲν κακὸν πάσχει, καθὸ πέπαυται. ἀδὲ ὁ πράξας τὴν πρᾶξιν παύτην, κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπαυται, κακόν τι πέπονθεν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐκ πασῶν τῶν πράξεων σύστημα, ὅπερ ἐστὶν ὁ βίος, ἐὰν ἐν καιρῷ παύσηται, [b] ἀδὲν κακὸν πάσχει κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπαυται. ἀδὲ ὁ καταπαύσας [c] ἐν καιρῷ τὸν εἱρμὸν τοῦτον, κακῶς διέθηκε. [d] τὸν δὲ καιρὸν, καὶ τὸν ὅρον δίδωσιν ἡ φύσις, ποτὲ μὲν καὶ ἡ ἰδία, ὅταν ἐν γήρᾳ, πάντως δὲ ἡ τῶν ὅλων. [e] ἧς τῶν μερῶν μεταβαλλόντων, [f] νεαρὸς ἀεὶ καὶ ἀκμαῖος ὁ σύμπας κόσμος διαμένει. [g] καλὸν δὲ ἀεὶ πᾶν καὶ ὡραῖον τὸ συμφέρον τῷ ὅλῳ. ἡ ἄρα κατάπαυσις τὰ βίῳ, ἑκάστῳ [h] ἀ κακὸν μέν, ὅτι ἀδὲ αἰσχρόν. ἔστιν δὲ καὶ ἀπεραίρετον, καὶ [i] ἀκ ἀκοινώνητον. ἀγαθὸν δὲ, ἔστιν [k] τῷ ὅλῳ καίριον, καὶ [l] συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. ἔτω γὰρ καὶ θεοφόρητος,

§. 23. Operatio unaqæqe, qæ tempore ſuo deſinit, nihil indè mali patitur, qia deſiit: nec avtori ejus, ceſſationis hujus ratione, mali qicqam contingit. pari ergò modo actionum omnium complexio, qæ vita dicitur; ſi tempore ſuo deſierit, nihil indè qicqam mali patitur, qia deſiit. nec qi tempore opportuno ſeriem hanc terminavit, malè ideo afficitur. tempus avtem & terminum aſſignat natura: eáqe qandoqe peculiaris, ut in ſenectute fit; ſemper verò communis, cujus partibus aſſiduè mutantibus novus perpetuò vegetúſqe mundus permanet univerſus. bonum avtem ſemper ac tempeſtivum eſt, qod univerſo conducit. proinde vitæ ceſſatio non eſt malum cuiqam, qia nec inhoneſtum: ſiqidem nec optionis ſit noſtræ, nec communitatis legibus adverſetur. imò bonum eſt; ſiqidem univerſo tempeſtivum, eidémqe conducens & congruum. ità numine divino fertur,

a L. 9. §. 21.
b L. 5. §. 29.
c Inf. §. 35.
d Inf. §. 36. l. 6. §. 20.
e Sup. §. 21.
f L. 7. §. 25.
g L. 4. §. 23. l. 5. §. 8.
h L. 2. §. 11. l. 8. §. 1.
i L. 7. §. 72.
k L. 10. §. 20, 21.
l L. 2. §. 3.

ANNOTATIONES.

§. 23. *Μία καὶ ἡτισοῦν ἐνέργεια*] idem planè argumentum habetur. *l.* 9. §. 21.

Τὸν δὲ καιρὸν καὶ τὸν ὅρον δίδωσιν ἡ φύσις] ſic *l.* 6. §. 49. *ἀφώρισας*. hoc eſt, qod Solomon *Eccleſ. c.* 3. *v.* 1. לכל זמן ועת *τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος, καὶ καιρὸς παντὶ πράγματι.* ubi rectè זמן *tempus determinatum*, ſive, *præſtitutum*, ex Eſth. *c.* 9. *v.* 26, 31. Ezræ *c.* 10. *v.* 14. & Nehem. *c.* 10. *v.* 34. reddit Pilcator; & exponit, prout & Junius prior, *determinatum à Deo.* etſi locus ille à pleriſqe aliter, ſed perperam, accipitur. hoc eſt etiam, qod Job *c.* 7. *v.* 1. צבא לאנוש *tempus præfinitum eſt homini ſuper terram.* ità enim malim cum Pagnino & Mercero, qàm, cum vulgatæ avctore, *militiam*, vertere. atqe ità etiam *ibidem c.* 14. *v.* 14. Junius & Tremellius verterunt, ubi de vita humana uſurpatur. nec de verſione ambigere patitur Job ipſe. qi *c.* 14. *v.* 5. *Præciſi ſunt dies ejus, terminos ſive limites illius ſtatuiſti, qos tranſgredi non datur.* Jaſon Siracides *c.* 18. *v.* 8. *præfinitum cuiqe eſt obdormiendi tempus.* Indè & Æſchyli illud apud Plutarchum de Homero.

Ἀλλ' ὅτι πολλὰ τραύμαι' ἐν στέρνοις λαβὼν,
Θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρίχῃ βίου.
Οὐτ' ἐν στέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ,
Φεύγοι τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον.

Non tela ſi qis pectus intra acceperit,
Morietur, avi fata niſi dent terminum:
Nec ſi larem qis ſervet, aſſiduus foco,
Effugiet horam, Parca qam decreverit.

Grotius. Et Phalaris *Ep.* 147. Ἴσθι γὰρ, ὡς μηδεὶς τύραννος κλονήσει τὸν Φάλαριν ἕξω τῆς ἰδίας μοίρας, ἣν ἀπὸ νεότητος ἔχομεν καθ' ἑαυτῶν. *Sic enim tibi perſvaſum habe, neminem Phalaridi vitam erepturum eſſe contra proprium fatum, qod à primis annis nobis eſt definitum & conſtitutum.* forſan καθειμαρμένην. atqe ità interpres, *definitum & conſtitutum.* Solon item apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 9.

— τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
Οὔτε τις ἀιστὸς φύσεται, οὐθ' ἱερὰ,
Οὐθ' οἱ Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργον ἔχοντες
Ἰητροὶ, καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος.
Πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος.
Κοὐκ ἄν τις λύσαιτ' ἤπια φάρμακα δούς.
Τὸν δὲ κακαῖς νόσοισι κυκώμενον ἀργαλέαισί τε,
Ἀψάμενος χειροῖν, αἶψα τίθησ' ὑγιῆ.
Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει, οὐδὲ καὶ ἐσθλόν.
Δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.

— *fato qacunqe manet ſors,*
Non hanc avertet victima; ſed nec aves;
Nec qi Paonias agris mortalibus herbas
Sape erraturam ferre laborat opem.
Sape dolor tenuis morbos produxit acerbos,
Tollere qos nullis ſit medicaminibus:
Sape diu ſævo jactatum corporis æſtu,
Contactu ſanum reddidit una manus.
Sic fato ſors lata venit, contraria fato:
Nec vitarè datur, qæ placuère Deis.

Grotius. Indè Propertio *l.* 3. *eleg.* 3. *mortis dies parca*, hoc eſt, πεπρωμένη, ut rectè Scaliger. vide ad *l.* 2. §. 4. & *ad l.* 4. §. 23. & *ad l.* 8. §. 20. & *infrà* §. 36.

Ποτὲ μὲν καὶ ἡ ἰδία] Datur hinc conciliatio dictorum illorum, qæ adverſari ſuperioribus videri poterant: *homines violentia deditos, non dimidiaturos dies ſuos*, hoc eſt, nè dimidium qidem dierum ſuorum exacturos eſſe, Pſal. 55. *v.* 23. qoſdam etiam *defungi* בלא יומו Job. *c.* 15. *v.* 32. hoc eſt, ἐν ἀκ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ Septuaginta. *in die non ſua* Vatablus & Pagninus: & בלא עת Jobus *c.* 22. *v.* 16. id eſt, ἀώρως Septuaginta. *ante tempus ſuum* Vulgatus. ſiqidem ſi naturæ propriæ rationem habemus,

Qota pars moritur tempore fati?

Seneca *Herc. Oet.* 2. 2. qia, *pauci ad ſenectutem perveniunt.* Cicero *de ſen.* pauci eum vitæ terminum aſſequntur, qem conſtitutionis nativæ virtute poterant, ſi ſiniſtri nihil interveniſſet. verùm, ſi *naturæ communis*, utì Marcus loqitur, hoc eſt, numinis divini diſpoſitionem ac diſpenſationem ſpectamus; *nemo niſi ſuo die moritur* Seneca *Ep.* 69. etiam qi immaturus maximè obiiſſe videtur,

tulit ſuum, — metáſqe dati pervenit ad ævi.

Idem *ad Marc. c.* 20. ex *Æn. l.* 10. Itaqe non fuit neceſſe, ut Servius qò Virgiliana duo illa conciliaret, *Æn. l.* 10.

— *Stat ſua cuiqe dies.* —

& de Didone *l.* 4.

— *nec fato, meritá nec morte peribat,*
Sed miſera ante diem; —

ad illud confugeret, *poetas ſecundum Sectas varias loqi; illud ex Stoicorum, hoc ex Epicureorum ſententia protuliſſe.* Videmus enim, Marco avctore, utrumqe etiam Stoicorum placitis eſſe ſatìs conſentaneum. alia Servii conciliatio videri poterit *ad l.* 4. qam qia prolixior eſt, nec ad noſtri mentem, omitto.

Νεαρὸς ἀεὶ] vide *ſuprà* §. 21. & *l.* 7. §. 25.

Καλὸν δὲ ἀεὶ πᾶν καὶ ὡραῖον] vide *l.* 4. §. 23. & *l.* 10. §. 20.

Οὐδὲ ἀώρως] vide *l.* 2. §. 11. & *l.* 4. §. 3. & *l.* 8. §. 1.

Συμφέρον καὶ συμφερόμενον] vide *l.* 2. §. 11. & *l.* 3. §. 4. *συνεμφέρεται καὶ συνεμφέρει.* verto avtem iſtic; *conducens, & congruum. συμφέρεσθαι convenire, congruum eſſe.* Libanius *Orat.* 11. Θαῦμα τοίνυν ἕτερον ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας παραπλήσιόν τε καὶ ὁ παραπλήσιον τῷ προτέρῳ τῷ μὲν γὰρ εἶναι περὶ θεοὺς συμφέρεται. τῇ δὲ τῶν ξένων δεῦρο μεταστάσει διέστηκε. *Aliud ſub eodem regno miraculum contigit, priori geminum, nec geminum tamen. in hoc enim convenit, qòd circa Deos fiebat: in hoc diſcrepat, qòd in Deis peregrinis iſtuc tranſlatis:* cùm prius nimirum in patriis reſtitutis exhibeatur. at Federicus Morellius hîc, ut alibi ſæpenumero, non dormitavit, ſed altum dormivit; cùm vertit, *Regi enim circa Deos, ad cultum confert hoſpitum: huic avtem eſt, qod peregrinarum migratione diſtet.*

Θεοφόρητος ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ θεῷ] iſta cum ſequentibus Xylander vertere neglexit; vitiata ſuſpicatus, an de ſenſu ambiguus, incertum. θεοφόρητος, qemadmodum & θεόληπτος in ſeqiorem partem ſumitur havd rarò, pro *arreptitio*, ſive *lymphatico.* itaqe apud Plutarchum adulator, qò eum cui ſe accommodat, *δεισιδαίμονα ὄντα, ſuperſtitionibus conſtrictum*, hac etiam in parte ſuperare videatur, θεοφόρητον, ſive *arreptitium* ſe ſimulat. ut τὸ θεοφόρητον, ſit etiam τῷ δεισιδαίμονος exceſſus, avt affectus ſaltem illo vehementior. Verùm à Marco accipitur in meliorem partem, pro eo, *qi numini ferendum agendum ſe totum permiſerit.* nec aliter ferè à Philone Judæo, & Dionyſio illo, qi Areopagitæ titulum præfert, uſurpatur. eſt avtem tralatio ab eis deſumpta, qi inſtinctu qodam divino agitantur; cujuſmodi vates ſunt, καὶ οἱ ἐνθεοι. ità de Æſchine Philoſtratus *vit. ſophiſt. pag.* 510. Τὸ θεῖος λέγειν, ὅπω μὲν ἐπεσκωμάσατο σοφιστῶν σκιδαῖς. ἀπ' Αἰσχίνου δ' ἤρξατο, θεοφορήτῳ ὁρμῇ αὐτοσχεδιάζοντος, ὥσπερ οἱ τὰς χρησμὰς ἀναπίοντες. *Divina enim oratio in ſophiſtarum gymnaſio nondum uſitata fuerat. Ab Æſchine igitur divini numinis afflatu pronuntiante, perinde atqe ab his qi cæleſti ſpiritu oracula reddunt, talis oratio ſumpſit initium.* Indè θεοφορία. de Scopa Calliſtratus in *imagin.* 2. Οὐ ποιητῶν δὲ καὶ λογοποιῶν μόνοι πνέοντες τέχνας ἐπὶ γλώττας ἐκ θεῶν θεσμῷ πεσόντος. ἀλλὰ καὶ τῶν δημιουργῶν αἱ χεῖρες θεοπνεύστων πνευμάτων ἐράνοις ληφθεῖ-

tur, qi eâdem, qâ Deus, viâ fertur, mentéque ſuâ ad eadem fertur.

§. 24. Tria hæc in promptu habenda ſunt. in eis qæ agis, neqid fruſtra, avt ſecùs fiat, qàm jus ipſum feciſſet. in eis verò qæ extrinſecùs eveniunt, vel fortè fortunâ qodqe vel providentiâ obvenire. atqi nec de fortuna conqerendum eſt, nec providentiam incuſandum. ſecundum, qalenam unumqodqe ſit à ſatione uſqe ad animationem, ab animatione uſqe ad animam emiſſam. item ex qibus conflatur, & in qænam reſolvitur. tertium, ſi in ſublime ſubvectus res humanas deſpiceres, ubi varietatem earum qanta eſſet perſpexiſſes, ſimúlqe uno conſpectu comprehenderes, qantum undiqaqe aëriorum & ætheriorum ſedes ſuas habeat,

a ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ θεῷ, καὶ ἅτε ταὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος. a Sup. §. 5. l. 7. §. 53.

§. 24. Τρία ταῦτα δεῖ πρόχειρα ἔχειν. ἐπὶ μὲν οὖν πράξεις, εἰ b μήτε εἰκῇ, μηδὲ ἄλλως ἢ ὡς ἂν c ἡ δίκη αὐτὴ ἐνήργησεν. ἐπὶ δὲ τῶν ἔξωθεν συμβαινόντων, ὅτι d ἤτοι κατ' ἐπιτυχίαν, ἢ κατὰ πρόνοιαν. e ἔτι δὲ τῇ ἐπιτυχίᾳ μεμπτέον, f ἔστε τῇ προγενείᾳ ἐγκλητέον. δεύτερον, τὸ g ὁποῖον, ἕκαστον ἀπὸ * σπέρματος, μέχρι ψυχώσεως, καὶ ἀπὸ * σπερματος, vel σπορήματος, μέχρι δὲ τῆς ψυχικῆς ἀποδόσεως, καὶ h ἐξ οἵων ἡ σύγκρισις, καὶ i εἰς ὅσα ἡ λύσις. τρίτον, k εἰ ἄνω μετέωρος ἐξαρθεὶς κατασκέψαιο τὰ ἀνθρώπεια, καὶ τὴν πολυτροπίαν ὅση κατανοήσεις. συνιδὼν ἅμα, καὶ ὅσον τὸ περιοικοῦν, ἀεροειδῶν καὶ ἀεριοειδῶν. [καὶ] b Sup. §. 20. c Sup. §. 1. d Sup. §. 14. e L. 8. §. 17. f Sup. §. 12. g Sup. §. 10. 18. * σπερματος, vel σπορήματος. h L. 3. §. 11. i L. 11. §. 17. k L. 7. §. 48. 49.

ANNOTATIONES.

λαβεῖσαι, κάτοχα καὶ μετὰ μανίας προφητεύσαι τὰ ποιήματα. ὁ γὰρ δὴ Σκόπας ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας κινηθείς, εἰς τὴν τῶν ἀγάλματος δημιουργίαν τὴν θεοφορίαν ἐφῆκε. *Non ſolùm poetarum & oratorum artes inſpirantur divino afflatu in linguas cadente, ſed etiam artificum manus divinorum flatuum beneficio affecta, à numine inſtincta & divina enavrant poemata. Scopas ſanè, uti inſpiratione qadam commotus ad ſtatuam faciendam numinis adflatum admiſit.* Θεοφόρητος perinde Marco, qi non lingvam tantùm, ſed & manum mentémque ſuam ad nutum numinis divini per omnia prorſus ità contradidit regendam dirigendámqe, ut nihil aliud agat, dicat, cupiat, cogitet, qàm qod Deo ipſi viſum fuerit. Indè Clementi *Strom. l. 7. pag. 748. C.* Θεῖος ἄρα ὁ γνωστικὸς καὶ ἤδη ἅγιος θεοφορούμενος καὶ θεοφορούμενος. *Divinus ergò eſt is, qi eſt praditus cognitione, & jam ſanctus, qi Deo afflat, & afflatur.*

Ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ τῷ θεῷ] *qi viâ eâdem qâ Deus fertur.* i. qi Deo conſentit, convenit. Epiphanius *l. 1. tom. 3. hæreſ. 38.* τὰ μὲν κατὰ τὰ αὐτὰ φερομένην, τὰ δὲ διηλλαγμένην. *partim cum illis convenientem, partim ab eis diſcrepantem.*

Ἐπὶ ταὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος] qod Epictetus *l. 2. c. 16.* Deum ipſum alloqendo, ὁμογνωμονῶ σοι. *Ejuſdem tecum ſim animi.* vide *l. 10. §. 21.*

§. 24. Ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνέργησεν] *neqid aliter qàm juſtitia agitaſqe exigit.* Caſavbonus. minùs plenè. meliùs Xylander. *neqid ſecius qàm juſtitia ipſa egiſſet.* formula diſerta, & ἀκριβοδίκαιόν τι inſinuans.

Οὔτε δὲ τῇ ἐπιλυχίᾳ μεμπτέον] vide *l. 8. §. 17.*

Οἱονοῦν ἕκαστον ἀπὸ σπέρματος] *Qale unumqodlibet à privatione fuerit* Xylander. ut idem ſit τὸ σύρημα, qod ἡ σύρησις. cujus exemplum fruſtrà qæro. Caſavbonus, *cujuſmodi corpora noſtra ſint adhuc rudia & imperfecta.* unde qid legerit havd ſatìs liqet. ego σπέρματος omnino legendum cenſeo. vel, ſi cui id minùs arridet, σπερήματος. qod propiùs accedit ad ſcripturam priorem, & apud Nicandrum reperitur (ſi pro *ſemine* ibi ſumi, qod qidam cenſent, compertum haberetur) vel σπορεύματος etiam, ſive σπερματώσεως (ut τῇ ψυχώσει reſpondeat ἡ σπερμάτωσις) qæ *actum ipſum ſeminandi* deſignant. ſenſus patet; idémqe eſt, qodcunqe ex iſtis legere libuerit, qod Tertullianus *ex ſeminis ſparſione* dixit, *apologet. c. 9.* Nec ſilentio prætereundum videtur, qod Plutarchus nos docet *de commun. notit. c. 31.* Stoicis avtoribus, qi in notationibus plùs ſatis ineptire ſolebant, τὸ μὲν σπέρμα τὴν ἐπὶ μικρὸν ὄγκον ἐκ πολλῆς σπείρασιν ὠνομάσθαι. τὴν δὲ φύσιν ἐμφύσησιν οὖσαν, καὶ διάχυσιν τῶν ὑπ' αὐτῆς ἀνοιγομένων καὶ λυομένων λόγων καὶ ἀριθμῶν. *Semen etiam è magna mole pavlatim in parvum diſperſum qia ſit nominari: naturam, qod qaſi inflatio ſit qadam diffuſióqe ab ea apertarum & diſſolutarum rationum ac numerorum.* qo loco miror ego, qid Lipſium impulerit, ut pro ἐμφύσησιν ἐν φύσεσιν legi voluerit, &, *in ſpiritibus & inflationibus*, verterit. *Stoic. phyſiolog. l. 3. c. 6.* cùm locus ſincerus ſit, ſenſúſqe proclivis ſatìs. *Semen ideo dictum, qòd in eo qaſi conſpiratione & colligatione qadam in exiguam molem vis virtutiſqe multum compingatur; naturam verò, qòd ejus ope operáqe, qaſi inſufflatione qadam, vis virtúſqe illius excitetur, diffundatur, & ex potentia in actum producatur & prodeat.* verùm hoc ἐν παρέργῳ. *A ſemine*, inqit Marcus, *ſive ſeminatione, uſqe ad animationem.* σπέρμα itaque ſive σπερμάτωσις (id ſi ſcripſerat) idem eſt hic Marco, qod σπέρματος καταβολὴ Apoſtolo, *ad Hebr. c. 11. v. 11.* Vide *ad l. 4. §. 36. & l. 10. §. 26.*

Μέχρι ψυχώσεως] qod in ipſo partu fieri avtumabant Stoici. qi & fœtum ad partum uſqe animal eſſe negabant, ſed utero muliebri, tanqam plantam telluri, adfixum, vel potiùs tanqam arbori fructum, agnatum, veluti partem ejuſdem, ab eo cúmqe eo nutriri cenſebant. Plutarchus *de placit. philoſ. l. 5. c. 15.* Οἱ Στωικοὶ μέρος εἶναι αὐτὸ τῆς γαστρὸς, ὡς ζῷον. (contra planè qàm Plato, *ibidem*) ὥσπερ γὰρ τὰς καρπὸς, μέρη τῶν φυτῶν ὄντας, πεπαινομένας ἀποῤῥεῖν, οὕτω καὶ τὸ ἔμβρυον. *Stoici partem ventris, non animal: utqe fructus, qi ſtirpium partes ſunt, ubi maturuere, defluunt: ita rem qoqe habere de fœtu.* Idémqe *de Stoic. contradict. c. 38.* de Chryſippo locutus; Τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φυτόν. ὅταν δὲ τεχθῇ ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ τομώμενον, τὸ πνεῦμα * μεταβάλλειν [* μεταβάλλειν Salmaſius *ad Epict. & Simpl.*] καὶ γίγνεσθαι ζῷον. ὥστε οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὀνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν. *Fœtum hominis in utero putat à natura ali tanqam plantam. Partu avtem editum ab aëre refrigerari & durari, & mutato ſpiritu fieri animal. Itaqe animam non abs re ψυχὴν à refrigeratione dici.* Et Philo eódem reſpiciens, *lib. de inſomn. pag. 570. A.* Γινόμενον ἐυτὸς, ἢ ἐξωθεν εἰσκρίνεται, ἢ ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ἡ ἔνθερμος ἐν ἡμῖν φύσις, ὅια σίδηρος, ἐκ χαλκίως πεπυρωμένος ὕδατι ψυχρῷ, πρὸς τὸ κρατιώτερον τομῆτας; διότι καὶ παρὰ τὴν ψύξιν ὠνομάσθαι δοκεῖ ψυχή. *Innaſcitúrne an infunditur? an à circumfuſo aëre ipſa ſuapte natura calida, tanqam ferrum in officina ignitum, & in frigidam merſum temperatur, ſolidatúrqe: unde Gracum nomen* ψυχὴ παρὰ τὴν ψύξιν. Vide *ad l. 6. §. 16.* Tertullianus *de anim. c. 25. Sunt qi præſumunt, non in utero concipi animam, nec cum carnis figulatione compingi atqe produci; ſed & effuſo jam partu, nondum vivo infanti extrinſecùs imprimi. Caterùm ſemen ex concubitu, muliebribus locis ſeqeſtratum, compingveſcere in ſolam ſubſtantiam carnis; eam editam, & de uteri fornace fumantem, & calore ſolutam, ut ferrum ignitum, & ibidem frigida immerſum, ità aëris rigore percuſſam, & vim animalem rapere, & vocalem ſonum reddere. hæc Stoici cum Æneſidemo.* Addit idem ex medicis idem ſenſiſſe *Hiceſium, & naturæ & artis ſuæ prævaricatorem.* Sed & *Platonem* alicubi dixiſſe. *Perinde animam extraneam aliàs, & extorrem uteri, primâ adſpiratione naſcentis infantis adduci, ſicut expiratione noviſſimâ educi. incertum tamen, an ex ſententia fixerit*, (ità legit Rigaltius) *an ex alterius perſona id protulerit.* Abſurda ſanè ſententia, qæqe plurìbus refutetur, indigna. Itaqe Septimius, dogmatis iſtius patronos, παράδοξόν τι, & à ſenſu communi diſſitum, *in eo affectaſſe*, contendit; ſed qod à mulierculis qibuſvis poſſit refelli. *Puduit*, inqit, *opinor, illos hoc ſtatuere qod fœmina agnoſcerent. at qanto roboratior exitus à fœminis revinci, qàm probari?* Lactantius *de opific. c. 17. Anima non eſt* (qod Varro dixerat) *aër ore conceptus; qia multò priùs gignitur anima, qàm concipi aër poſſit. non enim poſt partum inſinuatur in corpus, ut qibuſdam philoſophis* (Stoicis ſcilicet) *videtur, ſed poſt conceptum protinus, cùm fatum in utero neceſſitas divina formavit.* Verùm varias noſtrorum hac de re ſententias videas licèt apud Hironymum *adv. Ruffin. apolog. 2.* Ruffinum *in apolog. Pamphili nom. pro Origen.* vide & *l. 2. §. 2.*

Ἄνω μετέωρος ἐξαρθεὶς] vide *l. 7. §. 49. & l. 9. §. 28.* nam de *ſurſum elato animo* Xylander fruſtrà hæc accepit.

Τὴν πολυτροπίαν, ὅση] qod *l. 7. §. 48.* τὸ συμπιγές.

Ὅσον τὸ περιοικοῦν ἀεροειδῶν καὶ ἀεριοειδῶν] ſcilicet univerſas mundi totius regiones ætheriam, aëriam, aqatilem, terreſtrem, incolis ſuis refertas cenſebant, cùm Stoici, tum & Platonici. Alcinous *de doctrin. Platon.* Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καλοῖεν ἄν τινες γενητοὺς θεούς, καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων, οἱ μὲν ὁρατοὶ, οἱ δὲ ἀόρατοι, ἐν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι. ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζωῆς κρείττονος ἐνητῆ φύσει. *Sunt verò & alii dæmones, qos qis nominaret deos genitos, in ſingulis elementis, hi qidem viſibiles, illi qidem inviſibiles, in æthere, & igne, & aëre, & aqâ, ita ut nulla mundi pars ſit animâ expers, neqe vitâ meliore mortali natura.* Apulejus *de deo Socratis. Qid igitur? tanta vis aëris, qa ab humillimis Lunæ anfractibus uſqe ad ſummum Olympi verticem interjacet, vacabitne animalibus ſuis atqe erit iſta natura pars mortua ac debilis? & nè volucres cogites, qi aërem pervolant, ipſa enim, inqit, aves, ſi ſedulò advertas, terreſtre animal, non aëreum, rectiùs perhibeantur. eſt enim*

a L. 9. §. 28. [καὶ] ὅτι ὁσάκις ἂν ἐξαρθῇς, a τ' αὐτὰ ὄψῃ, b τὰ
b 6. §. 37. ὁμοειδῆ, c τὸ ὀλιγοχρόνιον, ἐπὶ τέτοις, d ὁ τύ-
c L. 7. §. 1. φος.
d L. 6. §. 13.

e Sup. §. 22. §. 25. e Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν, σέσωσαι. τίς ἂν ὁ κωλύων ἐκβάλλειν;

§. 26. f Ὅταν δυσφορῇς ἐπί τινι, ἐπελάθῃ ἔτι,
f L. 5. §. 8. ὅτι f πάντα κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν γίνεται. καὶ ἔτι,
g L. 4. §. 26. ὅτι g τὸ ἁμαρτανόμενον ἀλλότριον. καὶ ἐπὶ τέτοις
h L. 7. §. 1. ἔτι, ὅτι h πᾶν τὸ γινόμενον ἔτως ἀεὶ ἐγίνετο, i καὶ
i L. 8. §. 4. γενήσεται, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται. ἔτι, k ὅση ἡ
k L. 3. §. 4. συγγένεια ἀνθρώπῳ πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γέ-
l L. 2. §. 1. νος. l ἢ γὰρ αἱματίῳ ἢ σπερματίῳ, ἀλλὰ νῷ κοι-
m L. 5. §. 10. νωνία. ἐπελάθῃ ὅτι καὶ ἔτι, ὅτι m ὁ ἑκάστου νοῦς θεὸς,
n Sup. §. 1, 2. καὶ n ἐκεῖθεν ἐρρύηκε. ἔτι, ὅτι o ἐδὲν ἴδιον ἐδενός.

qòd qotieſcunqe ſubvectus eſſes, eadem ſemper occurrerent. ejuſdem enim generis ſunt omnia, & ævi brevis. & de his tamen inſoleſcimus.

§. 25. Opinionem ejice; ſalvus es. ejicere avtem ecqis impediat?

§. 26. Quando moleſtè fers qicqam; oblitus es, omnia ſecundum univerſi naturam fieri. item peccatum alterius nihil ad te. ad hæc qicqid fit, ità ſemper factum, ſempérqe futurum, & nunc etiam ubiqe fieri. porrò, qæ homini cuivis cum toto genere humano intercedat cognatio. neqe enim tam ſangvinis avt ſeminis, qàm mentis exiſtit communio. oblitus es, & mentem cujuſqe Deum eſſe, & divinitùs defluxiſſe. &, nihil eſſe cujuſqam pro-

prium;

ANNOTATIONES.

ſemper illis omnis victus in terra. ibidem pabulum, ibidem cubile. tantùm qod aëra proximum terræ volitando tranſverberant. Cæterùm cùm illis feſſa ſunt remigia pennarum, terra cev portus eſt. Itaqe aëri damonas attribuit, tertia qadam, ut loqitur, animalia, neqe tam brutæ, qàm terreæ, neqe tam levia qàm atheria. Porphyrius item *de abſtinent. l.* 3. §. 14. ζῶα λογικὰ, *animalia qæ rationem participant*, diſtribuit in qatuor claſſes, ἰναιθήρια, ἐναέρια, ἔνυδρα, ἐπίγεια, *in illa, qæ atherem, qæ aërem, qæ aqam & qæ terram incolunt.*

Καὶ ὅτι ὁσάκις] καὶ iſtud παρέλκει, & inducendum videtur. nam ὅτι, ad τρίτον refertur. qam dictionis ſeriem non advertentes interpretes, alter Marci mentem pervertit, alter ad rem minùs pertinentia infercit.

Ταὐτὰ ὄψει] *eáqe te viſurum.* Xylander. *eadem te viſurum.* ταὐτὰ, non ταῦτα.

Ἐπὶ τέτοις ὁ τύφος] Lugdunenſis erotematicè legit. ἐπὶ τέτοις ὁ τύφος; *biſne ſuperbimus?* Caſavbonus enunciativè. rectiùs, opinor. *hæc ſunt, de qibus tantoperè ſuperbimus.* forſan tamen deeſt aliqid. Οἷος ὁ τύφος. ut ὅτου τὸ περιοικεῖν. ut vel de rebus ipſis intelligatur, ſitqe idem hîc ὁ τύφος qod *l.* 6. §. 13. Ἡ ἱστορία ἐφ' ᾗ σεμνύεται. *Pompa narrationis, qâ evehi ſolent.* qam & τύφον *ibidem* nuncupat. ità Xylander *tum qis in eis faſtus.* vel de hominibus, qi iſtorum ratione inſoleſcunt. qod *lib.* 11. §. 18. Μετ' ὀίης τύφου. *Qantâ cum prudentia opinione.* & *l.* 9. §. 34. Ὅσῃ ὄιησις. *Qanto cum faſtu id faciunt.* Sed illud mavelim. Apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 4. Socrates: Τῷ τῶν ἀπαιδεύτων βίῳ καθάπερ ὑποκριτῇ, πολλὰ τύφου μετενδύματα περίκειται. *Indoctorum vita, tanqam hiſtrio, multa faſtus & arrogantiæ gerit indumenta.* lego ἐπενδύματα, vel etiam μετενδύματα. Sic enim Lucianus *necyomant. pag.* 335. Τὴν τυραννίδα μετενίδυσε. *Datâ tyrannide viciſſim veſtivit.* qo loco tamen in vulgatis μετενίδησε perperam editur. eſtqe qod Syneſius *de provident.* μεταμφιέσασθαι dixit. vide *ad l.* 4. §. 1.

§. 25. Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν] Vide *ſuprà* §. 22. & *l.* 4. §. 7. & *l.* 8. §. 40.

§. 26. Ἐπιλάθῃ] Ità Avtor *ad Hebr. c.* 12. *v.* 5. ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως. *obliti eſtis adhortationis.* Scilicet, qod Bernardus *de conſider. lib.* 2. *Sic ſe habent corda mortalium. qod ſcimus cùm neceſſe non eſt, in neceſſitate neſcimus.*

Πάντα κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν] Vide *l.* 5. §. 8, 10. & *l.* 8. §. 4.

Τὸ ἁμαρτανόμενον ἀλλότριον] vide *l.* 9. §. 38.

Πᾶν τὸ γινόμενον ἔτως ἀεὶ ἐγίνετο] vide *lib.* 7. §. 1. & *l.* 8. §. 46.

Ὅση ἡ συγγένεια] Ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ ἐκὼν καὶ ἄκων πᾶς ἐστι συγγενής. *Omnis homo homini nolens volens cognatus eſt.* Julianus Imperator in *Epiſt.* ἀκεφάλῳ. vide *ad l.* 2. §. 1. & *l.* 3. §. 4.

Ὁ ἑκάστου νοῦς θεὸς] Hermes *Pœmand. c.* 12. Ὁ νοῦς ἐν ἀνθρώποις, θεός ἐστιν. *Mens in hominibus Deus eſt.* Atqe indè Syneſius in *calvit. encom. pag.* 70. *C.* de capite. Ἐκεῖ νόμιζε κατεσκευάσθαι τὸν νοῦν ἑκάστου τὴν κεφαλὴν ἡγοῦ γὰρ νοῦν τοῦ θεοῦ. *Sic habeto, illud & prudentia domicilium, & divinitatis eſſe templum. Dei templum caput,* qia mentis ſedes. Cicero *offic. l.* 3. §. 44. à Lactantio lavdatus *inſtit. l.* 7. *c.* 24. *Cùm verò jurato dicenda ſententia ſit, meminerit Deum adhibere teſtem; id eſt, ut ego arbitror, mentem ſuam.* Evripides apud Theon. Soph. in *progymn.*

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.
Mortalium cuiqe ſua mens eſt Deus.

qod Panegyriſta Conſtantinianus vertit,

Sua cuiqe prudentia Deus eſt.

Menander apud Plutarchum in *Platon. qæſt.* 1.

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. —
Mens qippe noſtra Deus eſt.

Idémqe in *Adelph.* citante Juſtino *de Monarch. pag.* 109. *A.*

— θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
Ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις.

— Numen eſt verè bonis ſemper
Mens ipſa, ſic cenſentibus doctiſſimis.

Hinc Nemeſius *de natur. homin. c.* 44. Εὐριπίδης δὲ καὶ Μένανδρος ἐν ἑνίοις τὸν νοῦν τὸν ἐν ἑκάστῳ φασὶ προνοεῖν ἑκάστου, θεὸν δὲ μηδένα. *Evripides & Menander qibuſdam locis mentem, qa in qoqe ſit, cuiqe providere aſſerunt, Deum verò neminem.* Verùm plus forſan Nemeſius affingit & affigit illis qàm volebant ipſi: qi nihil aliud, opinor, innuebant, qàm qod Senarius ille,

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.
Dei inſtar habere mentem & conſcientiam

in homine debere, ejuſdémqe dictamen bonum qemqe tanqam oraculum qoddam ſeqi. At Epictetus *l.* 2. *c.* 8. Οὐκ οἶδας ὅτι θεὸν τρέφεις; θεὸν γυμνάζεις; θεὸν περιφέρεις, τάλας, καὶ ἀγνοεῖς; δοκεῖς με λέγειν ἀργυροῦν τινὰ ἢ χρυσοῦν ἔξωθεν. ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτὸν, καὶ μολύνεις οὐκ αἰσθάνῃ, ἀκαθάρτοις μὲν διανοήμασι, ῥυπαραῖς δὲ πράξεσι. καὶ ἀγάλματος ἂν τῷ θεῷ παρόντος, οὐκ ἂν τολμήσαις τι τούτων ποιεῖν, ὧν ποιεῖς. αὐτῷ δὲ θεῷ παρόντι ἔσωθεν, καὶ ἐφορῶντι πάντα, καὶ ἐπακούοντι, οὐκ αἰσχύνῃ ταῦτα ἐνθυμούμενος καὶ ποιῶν, ἀναίσθητος τῆς σαυτοῦ φύσεως, καὶ θεοχόλητε. *An neſcis te Deum alere? Deum exercere? Deum circumferre miſer ignoras? Num me argenteum extrinſecùs aut avratum aliqem dicere putas? In te ipſo fers, teqe eum inqinare non animadvertis, cum impuris cogitationibus, tum ſordidis actionibus. Nam Dei qidem ſimulacro præſente, non auderes qicqam eorum facere qa facis: ipſo avtem Deo intrinſecùs præſente, & omnia tum intuente, tum audiente, non verecundaris eadem cogitare & facere, ignare natura tua, & Diis inviſe?* vide *lib.* 2. §. 2. & *l.* 3. §. 5. & Apulejum *ad l.* 7. §. 17.

Ἐκεῖθεν ἐρρύηκε] vide *ſuprà* §. 2. & *lib.* 2. §. 4. Cur avtem ἐκ τούτου potiùs qàm ἐκεῖθεν legi velit Annotator Lugdunenſis, nec ego qicqam video, nec ipſe (puto) facilè dixerit. Naſo, *art. l.* 3.

Eſt Deus in nobis; ſunt & commercia cæli:
Sedibus ætherеis ſpiritus ille venit.

Et Faſtor. *l.* 6.

Eſt Deus in nobis, agitante calescimus ipſo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

hoc eſt qod Syneſius *Epiſt.* 101. Τῷ θεῷ σπέρμα ὁ νοῦς εἰς ἀνθρώπους ἦκει. *Dei ſemen qoddam hominibus inſita mens eſt.* Julianus *de Cyniſm. Orat.* 1. Ὅτι τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἐν ἡμῖν θεῷ, τοῦτ' ἐστι, τῷ νόῳ, ταῦτα ἐστιν ἀπόῤῥητα. *Qod illa rationi, & ei, qi ineſt in nobis, interdicta ſint Deo, videlicet mentis.* mox tamen qaſi corrigens qod priùs dixerat; Τοῦτο δὲ μάσωμεν τὸ θηρίον (affectum vult) καὶ πείσωμεν ὑπακοῦσαι τῷ παρ' ἡμῖν θεῷ, μᾶλλον δὲ θείῳ. *Iſtam ipſam edomitam habeamus belluam, eiqe perſvaſerimus, ut domeſtico noſtro Deo, ſive divina anima noſtra parti obtemperare velit.* vide *ſuprà* §. 19. Cæterùm de Stoicis Laërtius *lib.* 7. *c.* 119. in *Zen.* Θείους τε εἶναι τοὺς σοφούς. ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν. τὸν δὲ φαῦλον, ἄθεον. *Divinos qoqe eſſe ſapientes, qod in ſeipſis qaſi habeant Deum. Malum verò impium & ſine Deo eſſe.* qod de Epheſiis in ſtatu naturali conſtitutis Apoſtolus, *ad eoſdem c.* 2. *v.* 12.

Οὐδὲν ἴδιον ἀδενός] Lucilius *l.* 27. *cùm ſciam nihil eſſe in vita proprium mortali datum.* Piè Tertullianus *de patient. c.* 7. *& qod noſtrum videtur, alienum eſt. nihil enim noſtrum; qia Dei omnia, cujus ipſi qoqe nos.* Expreſſit nimirum pavcis, qod pluribus Rex David, *Pſalm. lib.* 1. *c.* 29. *v.* 11, - 16. vide *l.* 5. §. 33. & *l.* 10. §. 14. Præclarè etiam Evripides *Phœniſſ.*

Οὗτοι τὰ χρήματ' ἴδια κἰκτήνται βροτοί.
Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα.
Ὅταν δὲ χρῄζωσ' αὖτ', ἀφαιρεῦνται πάλιν.
Non poſſidemus propria mortales bona.
Sed jus Deorum, noſtra diſpenſatio eſt;
Et commodata, cùm volunt, repetunt Dei.

Grotius. Pulcrè in eandem ſententiam & Seneca *ad Marc. c.* 10. *Qicqid eſt hoc qod circa nos ex adventitio fulget, liberi,*

he-

prium; sed & filiolùm, & corpusculum, & animulam ipsam indè prodiisse. sed &, opinione constare cuncta. & qod tempus deniqe præsens tantùm cuiqe & vivitur, & amittitur.

§. 27. Eos apud te crebrò recolas qi de re aliqa vehementer indignati fuerint, qi vel in summa gloria, vel in insigni miseria, inimicitia, fortunâ qalibet extitere. tum scisitare, *ubi ista nunc sunt omnia?* fumus utiqe sunt, & cinis, & fabula, vel nè fabula qidem. succurrat tibi simul & qicqid est ejusmodi, qale est Fabius Catulinus in agro, Lucius Lupus & Stertinius Bajis, Tiberius Capreis, & Velius Rufus; omnisqe omnino cum existimatione in re ulla eminentia. qámqe vile sit omne in qod studium tantopere impenditur. qantóqe sit philosophiæ magìs consentaneum in oblata sibi materia justum, temperantem, Deis obseqentem se simpliciter præstare. fastus dein de fastûs contemptu inflatus omnium est maximè intolerabilis.

ἀλλὰ καὶ τὸ τεκνίον, καὶ τὸ σωμάτιον, καὶ αὐτὸ τὸ ψυχάριον [a] ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν. Ἴσθι, ὅτι [b] πάντων ἐστὶν ὑπόληψις. Ἴσθι, ὅτι [c] τὸ παρὸν μόνον ἑκάστῳ ζῇ, καὶ τοῦτο ὀλιγοχρόνιον.

§. 27. Συνεχῶς ἀναπολεῖν, [d] τοὺς ἐπί τινι λίαν ἀγανακτήσαντας, [e] τοὺς ἐν μεγίσταις δόξαις, ἢ συμφοραῖς, ἢ ἔχθραις, ἢ ὁποιαισοῦν τύχαις ἀκμάσαντας. εἶτα ἐφιστάνειν, [f] ποῦ νῦν πάντα ἐκεῖνα; [g] καπνὸς, καὶ [h] ἀποδὸς, καὶ [i] μῦθος, ἢ ἧττον μῦθος. συμπεριπλέκεσθαι δὲ καὶ τὸ τοιοῦτο πᾶν, οἷον, Φάβιος Κατυλλῖνος ἐπ' ἀγροῦ, καὶ [*] Λούσιος Λοῦπος, καὶ Στερτίνιος ἐν Βαΐαις, καὶ Τιβέριος ἐν Καπρέαις [*], καὶ Οὐήλιος Ῥοῦφος, καὶ ὅλως ἡ περὶ ὁποῦν [k] μετ' οἰήσεως ἀλαζονεία. καὶ [l] ὡς ἐντελὲς πᾶν τὸ κατεντεινόμενον. καὶ ὅσῳ φιλοσοφώτερον, [m] τὸ ἐπὶ τῇ δοθείσῃ ὕλῃ ἑαυτὸν δίκαιον, σώφρονα, [n] θεοῖς ἑπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. ὁ γὰρ [*] ἐπὶ ἀτυφίᾳ [*] τύφος τυφόμενος, πάντων χαλεπώτατος.

[a] L. 4. §. 23.
[b] Sup. §. 22.
[c] L. 2. §. 14.
[d] L. 7. §. 58.
[e] L. 3. §. 3.
[f] L. 10. §. 31.
[g] L. 2. §. 17.
[h] L. 4. §. 48.
[i] L. 8. §. 25.
[*] Λεύ-ιος Xyl. Mer.
[*] -περίαις
[k] L. 9. §. 34.
[l] L. 2. §. 12.
[m] L. 7. §. 58. 67.
[n] L. 10. §. 11.
[*] ἐπὶ, vel [*] -φίας

§. 28.

ANNOTATIONES.

honores, opes, ampla atria, & excluforum clientum turbâ referta vestibula, clara, nobilis, aut formosa conjux, cateraqe ex incerta mobilique sorte pendentia, alieni commodatique apparatus sunt. nihil horum dono datur collatitiis, & ad dominos redituris scena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur: pauca usqe ad finem perseverabunt. ususfructus noster est; cujus tempus ille arbiter muneris sui temperat. nos oportet in promptu habere, qa in incertum diem data sunt, & appellatos, sine qerela reddere. pessimi est debitoris, creditori facere convitium. omnes ergo nostros, & qos superstites lege nascendi optamus, & qos præcedere justissimum ipsorum votum est, sic amare debemus, tanqam nihil nobis de perpetuitate, imò nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Sape admonendus est animus, amet ut recessura, imo tanqam extemplò abiturum possideat. Verùm illa à dispensatoris officio ducta collatio cùm in scripturis sacris tum in exoticis etiam est freqentissima. Siqidem eò spectat parabola illa, περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας, *de dispensatore injusto*, Lucæ; *c.* 16. *v.* 1, 9. Petri monitum illud, *Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 10. Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ. *Ut qisqe accepit donum, ita alius in alium illud subministrantes ut boni dispensatores variæ Dei gratiæ.* Indè Marcus Eremita *de leg. spirit.* §. 158. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου οἰκονομικῶς ἐπέρχεται. καὶ οἱ φέροντες αὐτὸ, εἰσὶν ἀγαθοὶ διάκονοι. *Omne bonum more dispensatorum rei familiaris à Domino venit: qi hoc asserunt, sunt ministri boni.* Indè Hieroni Pindarus *Pyth.* 1. Πολλῶν ἔσσι ταμίας. *Est dispensator multorum.* Et Alexander Severus Imperator *dispensatorem publicum* se profitebatur. Lampridius.

Ἐκεῖθεν ἐληλυθέναι] Ità *lib.* 6. §. 36. Πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται. *Omnia illinc veniunt.* vide *l.* 4. §. 23. & *l.* 10. §. 14. Πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Omnia sunt ex Deo. ad Cor. Ep.* 2. *c.* 5. *v.* 18. *A te omnia.* David *Paral. l.* 1. *c.* 29. *v.* 14.

Πάντων ὑπόληψις] *suprà* §. 8. 22.

Τὸ παρὸν μόνον] Vide *lib.* 2. §. 14. & *suprà* §. 3.

§. 27. Πῶ νῦν τὰ πάντα ἐκεῖνα] Vide *l.* 3. §. 3. & *l.* 4. §. 3. & *l.* 6. §. 47. & 59. & *l.* 10. §. 31.

Καπνὸς καὶ σποδὸς] Allusum ad ritum corpora defunctorum cremandi. vide *ad l.* 4. §. 48.

Μῦθος] *sermo* Xylander. *fabula*, malim. Pers. *Sat.* 5. *v.* 132.

— *cinis, & manes, & fabula fies.*

qod mutuatum illum vult, Cl. Casavbonus ab Horat. *carm. l.* 1. *ode.* 6.

Jam te premet nox, fabulaqe manes.

Verùm ibi, *fabula manes*, sunt *manes fabulosi*, sive *manes*, qi *fabula mera* sunt. qomodo Juvenalis *Sat.* 2. *v.* 149.

Esse aliqos manes, —
Nec pueri credunt. —

Joannes Chrysostomus *in Matth. Orat.* 17. de mortuis. Οὐδὲν ὁρῶ πλὴν ὀστέων, καὶ σηπεδὼν, καὶ ἀράχνης. πάντα ἐκεῖνα γῆ. πάντα ἐκεῖνα μῦθος. πάντα ὀνὰρ καὶ σκιὰ, καὶ διήγημα ψιλὸν, καὶ γραφή. *Nihil video prater ossa, & tineas, & aranearum telas, cuncta ista terra sunt, cuncta ista fabula, cuncta somnium & umbra, & narratio nuda, & pictura.* Itáqe Gregorius Nazianzenus *adv. Arian.* Ἐγώ σε ἀφίημι τοῖς τάφοις μεγαλοφρονεῖν, ἢ τοῖς μύθοις. *Ego te qidem ob sepulcra vel fabulas magnificè de te existimare sino.* ad eos qi de majoribus suis gloriabantur.

Ἡ ὀδὶ μῦθος] Vide *lib.* 4. §. 33. & *lib.* 8. §. 25.

Φάβιος Κατυλλῖνος ἐπ' ἀγροῦ] *Q. Fabius Catullinus* sub Adriano Consul reperitur in *Fastis* ad annum U. C. 885. qam in Græcis à Scaligero editis, non Κατυλλῖνος sed Κατυλλῖνος. *Catulinus* non *Catullinus* is dicitur.

Λούσιος Λοῦπος] *Lucius Lupus* Xylander & Casavbonus, ut sit legendum, Λούκιος. Xylander *Lucius Lupus in hortis obiit.* ἐν κήποις. at Casavbonus *Lucius Lupus & Stertinius Bajis.* nec necessarium est istic illud, *obiit.* Cæterùm lectionem receptam adserit Isaacus Casavbonus *ad Spartiani Hadrian.* (ubi mentio *Lusii* cujusdam Senatûs jussu, vel Hadriani etiam, ut Dio vult, in itinere occisi) sed ità, ut de *Lusio Lupo* isto parùm sibi liqere profiteatur.

Στερτίνιος ἐν Βαΐαις] *Stertinii*, qi per Tiberii tempora sub Germanico copias duxit, meminit Tacitus *annal. lib.* 2. verùm is sit qem Marcus velit, avt qid is Bajis, mihi planè incompertum. *Stertinius* item Philosophus Stoicus Horatii temporibus sub Avgusto floruit. meminit hujus Flaccus *l.* 2. *Ep.* 12.

— *an Stertinii deliret acumen.*

& *scrm, lib.* 2. *Sat.* 3. *sapientum octavum*, ludibundus appellat. verùm nec istum istic designatum crediderim.

Τιβέριος ἐν Καπρέαις] Καπρέαις potiùs, *Capreis. Capreæ insula, trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disjuncta.* Tacitus *Annal. lib.* 4. *Tiberii principis arce nobilis*; Plinius *Hist. nat. lib.* 3. *c.* 6. qi eò secesserat, qò libidinibus suis indulgeret liberiùs. unde & palam ac vulgò ab insulæ illius nomine *Caprejus* dicebatur. Sveton. *l.* 3. *c.* 42, 43. ità enim malim, qàm *Caprium*, vel *Caprinum*; qorum alterum saltem pro *Caprineo* repositum vult Casavbonus.

Οὐήλιος Ῥοῦφος] *Rufi Helvii*, qi miles gregarius cùm esset, coronam civicam sub Tiberio meruit, meminit Tacitus *Annal. lib.* 3. *Vettii* etiam *Rufi*, qi sub Marco ad annum U. C. 931. consulatum gessit, *Fastis* meminere. Verùm *Velius Rufus* iste qis existat, mihi nondum occurrit. Sed nec locus satis integer videtur, cùm nec ubi *Stertinius* avt *Rufus* iste egerint, qod in reliqis disertè expressum est, qicqam dicitur.

Ἡ πρὸς ὑτιοῦν διαφορὰ] διαφορὰ, *eminentia, excellentia, discrepantia* ab aliis *insignior*, sive *studium in re aliqa diligentius positum*, qàm ab aliis poni solet. Ità Plato *Epist.* 7. de Athenis; Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετήν. *Sunt enim & ibi viri virtute ab omnibus discrepantes, omnium hominum præstantissimi.* Terentius *Andr.* 1. 1.

Horum nihil ille egregiè prater cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

hoc est ὀδὲν μετὰ διαφορᾶς.

Μετ' οἰήσεως] qod *l.* 11. §. 18. μετὰ τύφου. vide *suprà* §. 24. malè enim, *opinionis caussâ*, Xylander. Apud Theodoretum *therap. l.* 2. *pag.* 489. Timon in *silis*;

Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἵμπλεοι ἀτκοί.
Homines, utres vanâ existimatione pleni.

Πᾶν τὸ κατεντεινόμενον] vide *lib.* 4. §. 2. μὴ κατεντείνου.

Τὸ ἐπὶ τῇ δοθείσῃ ὕλῃ] vide *l.* 4. §. 1. & *l.* 7. §. 58, 67.

Θεοῖς ἑπόμενον] vide *l.* 7. §. 31. & *l.* 10. §. 28. & *infrà* §. 31.

Ὁ ὑπὸ ἀτυφίᾳ τύφος τυφόμενος] legendum, vel ὑπὸ ἀτυφίας, vel potiùs ἐπὶ ἀτυφίᾳ. par mendum sustulimus *l.* 6 §. 12. ubi ὑφ' ἧ σεμνύεται scriptum fuerat: cùm σεμνύεσθαι ὑπό τινι Græcum non sit. Est avtem gnome ista notatu dignissima, pessimum esse fastûs genus illud omniumqe minimè tolerandum, qando è *fastu spreto fastus* enascitur. & de hoc ipse superbit sesèqe effert animus, qòd superbiam conculcâsse videatur. Avgustinus *confess. l.* 10. *c.* 38. *Sape homo de ipso vana gloria contemptu vanius gloriatur; ideóqe non jam de ipso*

§. 28. Πρὸς τὰς ἐπιζητούσας, ποῦ γὰρ ἰδὼν τοὺς θεοὺς, ἢ πόθεν καταληφθεὶς ὅτι [a] εἰσὶν, οὕτω σέβεις; πρῶτον μὲν κ᾽ ὄψει ὁρατοί εἰσιν. ἔπειτα μέν-

§. 28. Interrogantibus, ubi Deos conſpicatus, avt unde eſſe compertum habens, hos ità veneraris, reſponſum ſit. Primò etiam viſu percipi poſſunt.

a L. 2. §. 11.

ANNOTATIONES.

gloria contemptu gloriatur. non enim eam contemnit, cùm gloriatur intùs. Idémque *Epiſt.* 59. *qaſt.* 7. *Fit enim miris modis in anima hominis, ut de falſa humilitate magis infletur, qàm ſi apertiùs ſuperbiret.* Notavit vitium hoc Socrates in Antiſthene: qem tamen ἐν τῇ ἀτυφίᾳ *ſummum bonum* ſtatuiſſe vult Theodoretus *therap. l.* 11. qiqe Platonem ὡς τετυφωμένον ἔσκωπτεν. unde & ægrotum inviſens, cùm pelvim conſpicaretur, in qem Plato vomuerat, χολὴν μὲν ὁρῶ ἐνταῦθα, τύφον δὲ οὐχ ὁρῶ. *Bilem qidem,* inqit, iſtic *video, faſtum verò non video.* qaſi bile ſe liberâſſet, faſtu non item. Cæterùm ipſe cùm laceram pallii partem ad obviorum conſpectum obverteret, Ὁρᾷς σε διὰ τρίβωνος κενοδοξίαν. *Per palliſ ſciſſuras,* ajebat Socrates ſeſe *Antiſthenis vanitatem intueri.* Laërtius *l.* 2. & *l.* 6. ſive ut Ælianus refert *lib.* 9. *c.* 35. ἐ παύσῃ ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν. *Annon deſines,* inqit, *oſtentare te nobis?* latet argutia, qam latinè vix commodè expreſſeris, in voce καλλωπίζειν, qæ *ornatùs* ſignificationem habet; qamqe in eodem argumento uſurpavit Epictetus *enchir. c.* 45. Ὅταν ἰυτελῶς ἠμφιεσμένος ᾖς καλὸ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ. *Si corpus frugaliter curare didiciſti, ne ob id tibi placeas.* Notavit & Plato in Diogene, qi cùm Platonis ædes ingreſſus, ſtragula pretioſiora conculcaret, adjecto, Παλῶ τῇ Πλάτωνος κενοσπουδίαν. *Calco Platonis vanitatem* ſive *ſtudium inane*; regeſſit Plato, Ὅσον, ὦ Διόγενες, τῇ τύφῳ διαφαίνεις, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι; *qantum faſtûs, ô Diogenes, oſtendis ipſe, dum minimè faſtuoſus ambis videri?* Sive, ut alii referunt; Πατῶ τὸν Πλάτωνος τύφον. *Calco Platonis faſtum*; ille: Ἑτέρῳ γε τύφῳ. *Calcas, ſed alio faſtu*; iſte. Laërtius *l.* 6. Non erat itaqe qòd Julianus orationem *de Cyniſmo* ſuam tam atrociter ordiretur. Ἄνω ποταμῶν, τῦτο δὴ τῆς παροιμίας. Ἀνὴρ Κυνικὸς Διογένη φησὶ κενόδοξον, *In fontes retro flumina, vetus ut proverbium uſurpem. Homo ecce Cynicus Diogenem vanitatis accuſat.* Neqe enim *Diogenes vanitatis arceſſitus*, novum adeò avt inavditum. qi & qærenti πῶς ἄν τις ἔνδοξος γένοιτο, reſpondit (ut Lucianus *pro imag.* refert) εἰ δόξης καταφρονήσειε. *per gloriæ contemptum ad gloriam muniendam viam* aliis monſtravit, eandémqe ipſe ingreſſus eſt. Qin & Flaccus Ariſtippum inducit ſic Diogenem alloqentem, *l.* 1. *Epiſt.* 17.

Scurror ego ipſe mihi, populo tu. —

havd fruſtrà ſané. ſcurram enim agebat ille, improbum admodum ſæpenumero & impurum, nec ab obſcœnitate havd ſermonis duntaxat, ſed actûs etiam ipſius, alienum. vitium idem hoc in Lacedæmoniis qoqe Cynicus idem notavit; ſiqidem in Olympia cùm Rhodios qoſdam ſplendidè veſtitos videret, τύφος τῦτό ἐστι. *Hoc faſtus eſt*, dixit. mox, ubi in Laconas tunicis vilibus ſordidiſqe amictos inciderat. Ἄλλος ἔντος τύφος. *Alius*, inqit, *iſte factus eſt.* Ælianus *l.* 9. *c.* 34. Suum ipſius utiqe in illis morbum animi deprehendit, atróqe carbone notavit imprudens. Qem itaqe non immeritò taxans Petrus Bleſenſis in *invectiv. Melior*, inqit, *eſt purpurata humilitas qàm pannoſa ſuperbia.* Optimè Plutarchus *de profectûs indicatura. pag.* 82. *B.* Ἄχρι δὲ ἄν τις ἐπιδεικνύμενος ῥύπον ἢ κηλίδα χιτῶνος, ἢ διερρωγὸς ὑπόδημα, καλλωπίζηται πρὸς τοὺς ἐντὸς, ἀτυφίαν κενὴ διασκώπτων αὐτὸς ἑαυτὸν ὡς μικρὸν, ἢ ὡς κυρτὸν, ὄιεται νεανιεύεσθαι, τὰ δ᾽ ἐντὸς ἄισχη τῆς ψυχῆς, καὶ τὰ περὶ τὸν βίον ἐγκλήματα, καὶ φθόνος, καὶ κακοηθείας, καὶ μικρολογίας, καὶ φιλησδονίας ὄψεις ἥλη, περιείλλων καὶ ἀποκρύπτων, ὐδένα ὄιγεται, ὐδὲ πρασιδεῖν ἐᾷ, δεδιὼς τὸν ἔλεγχον, ὀλίγου αὐτῷ προκοπῆς μίτεσι, μᾶλλον δὲ ὐθέν. *Ubi verò ſordes aliqis maculámve oſtentans veſtis, avt ruptum calceum, venditat ſe aliis, exiſtimátqe ſe præclari aliqid præſtare, ſi vanâ faſtus vacuitate ſuam ſtatura humilitatem avt curvitatem ipſe dicteriis notet: interim verò anima turpitudinem, & ulcera, puta vitæ offenſas, invidiam, malignitatem, avaritiam, libidinem velat atqe occultat, metúqe reprehenſionis neminem videre avt contrectare patitur, certè hunc parum avt nihil potiùs profeciſſe cenſendum eſt.* qo loco (ut id obiter adnotem) etiamſi Stephanus *ἐγκρέμματα* legat, qod exponit, cùm in aliqem excreamus; ſuſpicor tamen *ἐγχρίμματα* potiùs fuiſſe, qod *offenſiones* & *incurſationes* deſignat: ſiqidem χριμφθῆναι, ἐνορμῆσαι, & ἐγχρίπτεσθαι eſt ἐμπίπτειν. Heſychius. qod avtem ait Plutarchus διασκώπτων ἑαυτὸν, ὡς κυρτὸν, ad Cratetem reſpexit, cujus & vitam conſcripſit, teſte Juliano. illi etenim iſtud ſolenne fuit. Laërtius *l.* 6. & Julianus *de Cyniſm.* cui tamen Tatianus adverſus Græcos *pag.* 144. etiam ἔντυφον γλωσσομανίαν, *ſuperbam & inſanam loqacitatem*, non veretur objicere. Adjicere non abs re fuerit, qod de Pyrrhone Sceptico Ariſtocles *de philoſoph. l.* 8. ab Evſebio *præpar. l.* 14. *c.* 17. lavdatus: Αὐτὸς δὲ τῦτον τὸν τύφον περιβαλόμενος, ἄτυφον ἑαυτὸν ἐκάλει. *Faſtûs immunem jactitabat ſe cùm totus faſtu amictus eſſet.* Ἐμοὶ γὰρ inqit, μόνοι τετυφῶσθαι, μᾶλλον δὲ μεμηνέναι μανίαν ἐῤῥωμένην δοκοῦσιν, οἱ τοιαῦτα ληρῦντες. *Rationem banc unam, qa tam abſurda loqatur, delirare avt potiùs vehementer furere ſtatuo.* Scitè Jo. Climac. *ſcala grad.* 21. de typho iſto; ab Antonio adductus. Χαλεπὸν διαφυγεῖν τὸν τῆς κενοδοξίας δαίμονα. ὁ γὰρ

A ποιήσει τις καθαιρήσαι αὐτὴν, τῦτο ἀρχὴ κενοδοξίας ἑτέρας γενήσεται. νηστεύων, κενοδοξῶ. κατακλύω, ἵνα μὴ γνωσθῶ. ὡς φρόνιμος, πάλιν κενοδοξῶ. λαμπρὰ περιβαλόμενος, ἡσθήσομαι ταύτην. καὶ ἐντελῆ ἐξαλλάσσων, πάλιν κενοδοξῶ. ὡς ἂν ῥίψῃς τὴν τρίβολον ταύτην, ὀρθὸν τὸ κέντρον ἕξεται. *Difficile eſt inanis gloria dæmonem effugere: qod enim feceris detrahenda illius cauſſâ, id erit inſtium alterius inanis gloriæ. Jejunans gloriæ inanis cupidus ſum, abdo me ut ignotus ſim, tanqam prudens rurſus gloriam appeto. Splendidè veſtitus ab illa vincor: vili habitu tectus rurſus gloriam cupio. Utcunqe projeceris iſtum tribulum, aculeus ſtat rectus.* Nec immeritò itaqe Plato, refe-
B rentibus Evagrio *Hiſt. eccleſ. l.* 1. *c.* 21. & Nicephoro Calliſtrato *l.* 14. *c.* 50. Τὴν κενοδοξίαν, ὡς τελευταῖον χιτῶνα, ἡ ψυχὴ πίφυκεν ἀποτίθεσθαι. *Inanem gloriam, tanqam tunicam poſtremam animus ſolet exuere.* Unde Athenæus *dipnoſoph. l.* 11. *pag.* 507. *D.* Ἦν ὁ Πλάτων καὶ φιλόδοξος, ὅστις ἔφησεν ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδύσεσθαι. *Plato cupidior gloriæ erat, & dixit poſtremum exuturum ſe gloriæ tunicam ſub exitum vitæ.* Philo etiam ab Antonio itidem lavdatus. φασί τινες, ὅτι ὕστατον ἀποδύεται τὸν τῆς κενοδοξίας χιτῶνα ὁ σοφός. id eſt, vertente Tacito, *hiſtor. l.* 4. *etiam ſapientibus gloriæ cupido noviſſima exuitur.* Crates certè in ſectæ ſuæ in-
C ſtitutum ludens ipſe de *pera Cynica* ſic παιῳδεῖ, referente Laërtio *l.* 6. *c.* 85.

Πήρη τις πόλις ἐστι μέσῳ ἐνὶ δίνοπι τύφῳ.
Eſt qadam medio conſtructa urbs Mantica faſtu.

vel ut Demetrii Phalarei nomen qi præfert, exhibet.

Πήρη τις γαῖ ἐστι μέσῳ ἐνὶ δίνοπι τύφῳ.

Atqe ità Homerus, qem is imitatus eſt, *Odyſſ. τ. v.* 172.

Κρήτη τις γαῖ᾽ ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.
Creta qadam terra eſt medio in nigro ponto.

qanqam is *peram Cynicam*, vel *urbem*, vel *inſulam* eſſe voluit, qæ ipſa ἄτυφον, *faſtu pompáqe omni deſtituta* exiſteret;
D cùm illis tamen tanqam aqis marinis omni ex parte cingeretur.

§. 28. Καὶ ὄψει ὁραῖοι] Dii nimirum Stoicorum ſunt viſui etiam corporeo obvii. ſiqidem *Mundum* ipſum pro *Deo* habebant. vide *ad l.* 4. §. 23. *corpora cæleſtia* etiam in *Deorum* numero ponebant. *v. l.* 8. §. 19. & *ad l.* 9. §. 33. qò ſpectat & Menandri illud apud Clementem Alexandrinum in *hortat.*

Ἥλιε, σὲ γὰρ δῶ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν,
Δι᾽ ὃν θεωρεῖν ἐστι τοὺς ἄλλους θεούς.
Sol, namqe Deorum colere te primùm decet,
Cujus beneficio alios ſpectamus Deos.

Grotius. Qin & Apulejus *de Deo Socratis*, Deos in ordines
E duos diſpertitur, *viſibiles* & *inviſibiles. Deos cælites partim viſu uſurpamus; alios intellectu veſtigamus. ac viſu qidem cernimus clariſſima mundi lumina, Solem, Lunam, Stellas, Sydera. Eſt aliud genus Deorum, qod natura viſibus noſtris denegavit; nec non tamen intellectu eos rimabundi contemplamur, acie mentis acriùs contemplantes.* & rurſus: *Pars eorum obtutu hebeti viſuntur, ut ſydera. Cæteri ſolo intellectu, neqe promptò, noſcuntur.* Verùm Deus noſter, Deus verus, vivus, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, *lucem habitans inacceſſam*, id eſt, ὃν οὐδεὶς εἶδεν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, *qem nemo unqam vidit; neqe videre potuit*, Pavlus *ad Timoth. Ep. c.* 6. *v.* 16. &
F Joannes *Evang. c.* 1. *v.* 18. & *Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. unde & ἀόρατος Pavlo dicitur *Ep. eadem c.* 2. *v.* 17. Rectè itaqe hac ratione Avgvſtinus *de diverſ. Serm.* 12. dicentibus Ethnicis, *Oſtendite nobis Deum veſtrum*, reſpondet; *ſi oſtendi poſſet, Deus non eſſet.* Tertullianus *Apolog. cap.* 17. *Inviſibilis eſt, etſi videatur; incomprehenſibilis, etſi per gratiam repræſentetur; inæſtimabilis, etſi humanis ſenſibus æſtimetur: ideo verus & tantus eſt. cæterùm qod videri communiter, qod comprehendi, qod æſtimari poteſt, minus eſt, & oculis qibus uſurpatur, & manibus qibus contaminatur, & ſenſibus qibus invenitur.* Et Minutius Felix: *Hic nec videri poteſt, viſu clarior eſt; nec comprehendi, tactu purior eſt; nec æſtimari, ſenſibus major eſt: infinitus, immenſus, & ſoli ſibi tantus, qantus eſt notus. nobis verò ad intellectum pectus anguſtum eſt, & ideo ſic eum dignè æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus. Magnitudinem Dei qi ſe putat nôſſe, minuit: qi non vult minuere, non novit.* & poſtea: *At enim qem colimus Deum, nec oſtendimus, nec videmus. Imò ex hoc Deum credimus, qòd eum ſentire poſſumus, videre non poſſumus. in operibus enim ejus, & in mundi omnibus motibus, virtutem ejus ſemper præſentem adſpicimus; cùm tonat, fulgurat, fulminat, cùm ſerenat.* Theophilus item *ad Autolyc. l.* 1. Ἐρεῖς μοι,
H Σὺ ὁ βλέπων, διήγησαί μοι τὸ εἶδος τῦ Θεῦ. ἄκυε, ὦ ἄνθρωπε. τὸ μὲν εἶδος τῦ Θεῦ ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁρασθῆναι. δόξῃ γὰρ ἐστιν ἀχώρητος, μεγέθει ἀκαταλήπτος, ὕψει ἀπεριόνητος, ἰσχύι ἀσύγκριτος, σοφίᾳ ἀσυμβούλευτος, ἀγαθωσύνῃ ἀμίμητος, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. *Dicas igitur, tu qi videns es, obſecro, Dei formam mihi enarrato. Avdi ô homo: Dei qidem forma nobis occulta explicari havd qit, nec corporeis oculis videtur. Nam eâ*

animi

sunt. deinde, animam meam, cùm nullus unqam viderim, in honore tamen habeo. pari igitur ratione & Deos, cùm eorum potentiam jugiter experiar, propterea & esse compertum habeo & veneror.

§. 29. In hoc vitæ salus sita est, ut unumqodque qid sit in universum discernas; qídqe materiæ, qid formæ habeat. atqe ex animo toto justa facias, & vera dicas. qid enim supereſt, nisi vitâ frui, bonum bono ità adnectendo, ut nè minimum qidem intervallum bono vacuum relinqatur.

§. 30. Unum solis est lumen, licèt parietibus, montibus, aliis innumerabilibus dispescatur: una materia communis, etiamsi corporibus peculiaribus affectionibus distinctis innumerabilibus dispescatur: una anima, etiamsi naturis innumerabilibus, & circumscriptionibus peculiaribus dispescatur. una anima rationalis, etiamsi dirimi videatur. aliæ ergò rerum dictarum particulæ, formæ nempe & materiæ sensûs expertes, necessitudinis vinculo uno connectuntur sibi invicem. & ista tamen mens universi continet, & facultas illa cujus vi eodem loci τοι ἀδὲ τῷ ψυχῷ τῷ ἐμαυτῷ ἐώρακα, καὶ ὅμως [a] πιμῶ. ἄτως ἂν καὶ τὰς θεὰς, ἐξ ὧν τῆς δυνά- a L.3.§.9.
μεως αὐτῶν ἑκάστοτε πειρῶμαι, ὀπ τούτων ἔνι τί εἰσι καταλαμβάνω, καὶ αἰδοῦμαι.

§. 29. [b] Σωτηρία βίου, [c] ἕκαστον δὲ ὅλου αὐ- b L.7.§.2.
τοῦ τί ἐστιν ὁρᾶν, τί μὴν αὖ τὸ ὑλικὸν, τί δαὶ τὸ c Sup. §.18.
αἰτιῶδες. [d] ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς [e] τὰ δίκαια ποιεῖν, d L.3.§.4.
καὶ ταληθῆ λέγειν. τί λοιπὸν, ἢ [f] ἀπολαύειν e Sup.§.1.3.
ζῆν, [g] συνάπτοντα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθὸν, ὥστε f L.3.§.6.
[h] μηδὲ τὸ βραχύτατον διάστημα ἀπολείπειν; g L.5.§.6.
h L.3.§.13.
i L.9.§.8.
§. 30. [i] Ἓν φῶς ἡλίου, κἂν [k] διείργῃ τοί- k L.8.§.33.
χοις, ὄρεσιν, ἄλλοις μυρίοις. [l] μία οὐσία κοινὴ, l L.4.§.40.
κἂν διείργῃ [m] ἰδίως ποιοῖς σώμασι μυρίοις. [n] μία m L.9.§.25.
ψυχὴ, κἂν φύσεσι διείργηται μυρίαις, καὶ ἰδίαις n Inf.§.32.
ἑκάστων περιγραφαῖς. [o] μία νοερὰ ψυχὴ, κἂν διάφορα o Sup.§.26.
κεῖσθαι δοκῇ. τὰ μὲν οὖν ἄλλα μέρη τῶν εἰρημέ-
νων, οἷον πνεύματα καὶ ὑποκείμενα, ἀναίσθητα * τὸ νοῦν f.
καὶ ἀνοικείωτα ἀλλήλοις. καί τοι κἀκεῖνα p L. 10. §.
* τὸ νῦν συνέχει, καὶ [p] τὸ * ἔπειτα αὐτὰ βέλτιον. 26
* ἐπὶ τὰ f.

διά-

ANNOTATIONES.

animi parte, qâ opinamur, percipi non potest, nec magnitudo ejus comprehendi, aut altitudo mente valet capi, fortitudine nemini est conferendus, ejusque sapientia planè censetur incomprehensibilis, bonitate nemo est qi eum possit imitari, sumusque imbecilliores, qàm ut ejus beneficentiam nostris lingvis explanare possimus. Qin & à nostra qoqe religione extranei, *Dei invisibilitatem* agnovere nobiscum. Hinc illud Evripidis, ut Clemens in *hortat.* an Philemonis, ut Justinus *de Monarch.*

Θεὸν δὲ ποῖον, εἶπε μοι, * νοητέον;
Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν οὐκ ὁρώμενον.
Dic, qaso, qalem fas putas credi Deum?
Qi cuncta spectat, ipse non spectabilis.

Orpheus item à Justino *ibidem* lavdatus:

--- οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾷται.
--- *conspicit ipse*
Cunctos mortales, nec qisqam conspicit ipsum.

Aristotelis nomine Avtor *de mund. c. 6.* ἀόρατος ὢν ἄλλως, πλὴν λογισμῷ. hoc est, qod Seneca *qæst. nat. l. 7. c. 30. Effugit oculos: cogitatione visendus est.* Non est ergò prorsus inconspicabilis tamen; siqidem ut Apostolus *ad Rom. c. 2. v. 20.* Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. *Ipsius invisibilia jam indè à condito mundo ex iis, qæ fecit, mente perpensa pervidentur, æterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.* unde non inscitè Calvinus *institut. l. 1. c. 5. §. 1. Deum mundum condendo, invisibilis cùm esset, visibili qodam ornatu insignem in conspectum prodisse.* Et Seneca *de benefic. l. 4. c. 8. Qocunqe te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi; nihil ab illo vacat, opus suum ipse implet.* Sed & nobis in Christo suo cumprimis conspiciendum se præbet: ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, *qi est imago Dei invisibilis. ad Colosſ. c. 1. v. 15.* qiqe ideo Philippo; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. *Qi vidit me, vidit patrem.* Joannes *c. 14. v. 9.* Verùm fidei oculo, non corporis; sed nec mentis aut intelligentiæ nativæ mero, salubriter videtur alteruter.

Οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ ἑώρακα] Si anima invisibilis, animæ conditor multò magis. Minutius in Octav. *Deum oculis carnalibus vis videre, cùm ipsam animam tuam, qâ vivificaris, & loqeris, nec aspicere possis, nec tueri?* vide & Avgustinum *de Trinit. l. 5. c. 1.* vide *l. 10. §. 26.*

Ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἑκάστοτε πειρῶμαι] Theophilus *ad Avtolyc. l. 1. pag. 72.* Καθάπερ γὰρ ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ ὑ βλέπεται, ἀόρατος οὖσα ἀνθρώποις; διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ἡ ψυχή. ὕτως ἔχοι ἂν, καὶ τὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων, διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. *Ut anima in humano corpore non videtur invisibilis existens, verùm ex corporis motu cognoscitur: sic nec Deus humanis & corporeis oculis videri potest, cæterùm ex providentia, qâ singula ordinat, suisqe operibus aspicitur & apprehenditur.* Avtor *de mundo c. 6.* Ἡ ψυχὴ δι' ἧς ζῶμέν τε, καὶ πόλεις καὶ οἴκους ἔσχομεν, ἀόρατος ὑσα, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὁρᾶται. πᾶς γὰρ ὁ τοῦ βίου διάκοσμος ὑπὸ ταύτης ἔυρηται, καὶ διατέτακται, καὶ συνέχεται. ταὐτὰ χρὴ καὶ περὶ Θεοῦ διανοεῖσθαι, δυνάμει μὲν ὄντος ἰσχυροτάτου; κάλλει δὲ ὑπερπερεσάτου, ζωῇ δὲ ἀθανάτου, ἀρετῇ δὲ κρατίστου. διότι πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. *Nam & anima ipsa qâ vivimus, qâ urbes, qâ domos habitamus, cum haudqaqam sub aspectum nostrum sita sit, operibus tamen ipsis videtur: omnisqe vita cultus nitorqe, ut ab ea inventus est & descriptus, ita ex eo tenorem suum servat. Proinde hac etiam de Deo sentienda nobis sunt: illo qidem, si vim*

* νομιστέον Just.

A *spectes, valentissimo: si decorem, formosissimo: si vitam, immortali: denique, si virtutem, præstantissimo. Qapropter cùm sit inconspicabilis omni naturæ interituræ, ipsis nihilo secius ipse cernitur ab operibus.* Sive, ut Apulejus paraphrasticè reddidit. (nam merus paraphrastes iste illius est) *De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fateamur omnes necesse est, hujus operâ omnia, qæ per hominem præclara fiunt, provenire: neqe animæ ipsius qalitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestarum rerum intelligi qalis & qanta sit. omne qippe humanæ vitæ præsidium ingenio ejus est paratum. Nisi forte tam injustas rerum æstimator*
B *potest esse qi hæc eadem de Deo neget, qem videat esse viribus exuperantissimis, augustissimâ specie, immortalis ævi, genitorem virtutum ipsamqe virtutem. Unde nihil mirum est si mortales oculi ejus non capiunt aspectum, qando divinorum operum vestigiis sit perspicuus atqe manifestus.* Minutius. *Nec mireris, si Deum non videas, vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur; & sub oculis tamen non venit ventus & flatus.* Apulejus *Florid. 2. Deûm forma invisitata, vis cognita: qorum potestates licet sentire, non datur cernere.* Epictetus *l. 1. c. 6.* Ἀφ' ἑκάστων τῶν ἐν κόσμῳ γινομένων ῥᾴδιόν ἐστιν ἐγκωμιάσαι τὴν πρόνοιαν, ἂν δύο τις ἔχῃ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ, δύναμίν τε συνοπτικὴν τῶν γεγονότων ἑκάστῳ, καὶ τὸ εὐχάριστον. *Ex*
C *singulis, qæ in mundo fiunt, rebus providentia lavdari facilè potest, si cui duo hæc insunt: unum, facultas naturam cujusqe rei perspiciendi: alterum gratus animus.* & qæ sequntur. vide & eundem *l. 1. c. 16.*

§. 29. Σωτηρία βίου] qod *l. 4. §. 21. Extrem.* Ἱστορία τῆς ἀληθείας. *Notitia veritatis.* Plato *Protag. pag. 247. C.* Τίς ἂν ἡμῖν σωτηρία εἴφανη τοῦ βίου. *Qanam nobis potissima vitæ salus esset.* Et mox: Ἡ ἐπιστήμη σηλώσασα τὸ ἀληθὲς, ἔσωσεν ἂν τὸν βίον. *Scientia aperiens veritatem servaret vitam.*

Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς] Vide *ad l. 3. §. 4.*

D Ἀπολαύειν τοῦ ζῆν] *Vitâ frui.* Ità Martialis *l. 10. Ep. 61.*
Vivere bis, vitâ est posse priore frui.
Seneca *Epist. 61. Paratus exire sum; & ideo fruor vitâ, qia qamdiu futurum hoc sit, non nimis pendeo.* ubi Lipsius *fruor vitâ, securus, & lætus.* vide *ad lib. 3. §. 6.* & *l. 9. §. 26.* & *l. 10. §. 33.*

Συνάπτοντα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ] Vide *ad l. 5. §. 6.* & *l. 6. §. 6.* & *l. 3. §. 13.* Varro περὶ εὐετηρίας. *Legendo & scribendo vitam procudito.* i. e. *producito.* Nonius.

§. 30. Ἓν φῶς ἡλίου] Vide *l. 8. §. 57.* & *l. 9. §. 8.*

Μία οὐσία] vide *l. 4. §. 40.* & *l. 7. §. 9.*

Μία ψυχὴ] vide *l. 4. §. 40.* & *l. 9. §. 8.*

E Πνεύματα καὶ ὑποκείμενα, ἀναίσθητα καὶ ἀνοικείωτα] πνεύματα καὶ ὑποκείμενα, sunt *formæ & materiæ formis qasi substratæ & subjectæ.* interpres Anglus ἀισθητὰ legisse videtur: cui accedere non possum. verùm ab interpunctione locum laborare opinor; & post ἀναίσθητα collocandam distinctionem, ut series dictionis sic procedat; *reliqa dictarum rerum partes, forma* scilicet *& materia sensûs expertes, sunt etiam à necessitudine mutua aliena.* *Spiritus* pro *forma*, ut Marco, ità Pomponio *ad l. 9. §. 1.* exhibito. qi *corpus continuum* definit, *qod continetur uno spiritu.* (i. e. unâ formâ) *ut homo, tignum, lapis.*
F ex subjectis speciebus *tigni lapidisqe*, non *animal*, sed *formam, spiritûs* nomine denotâsse, liqidò patet. vide *ad lib. 6. §. 13.* & *ad l. 10. §. 2.* sic *l. 9. §. 36.* ἡ ὑποκειμένη ὕλη & τὸ πνευματικὸν Marco ἀνηδιαιρῶντας. Hoc idem videtur, qod πνεῦμα ὑλικὸν Tatianus *adv. Græc.* nuncupat; nec *stellis* tantùm, aut *animantibus stirpibusqe*, sed *aqis* etiam inesse vult.

Κἀκεῖνα τὸν νῦν συνέχει, καὶ τὸ ἔπειτα αὐτὰ βέλτιον] lege

κἀ-

a L. 3. §. 11. Διάνοια ἢ ἰδίως [a] ἐπὶ τὸ ὁμόφυλον γίνεται, καὶ
b L. 9. §. 9. συνίσεται, καὶ [b] ἡ διείργῃ τὸ κοινωνικὸν πάθος.

§. 31. Τί ἐπιζητεῖς; τὸ διαγίνεσθαι; ἀλλὰ τὸ αἰσθάνεσθαι; τὸ ὁρμᾶν; τὸ αὔξεσθαι; τὸ λήγειν
c L. 3. §. 6. 16. αὖθις; τὸ φωνῇ χρῆσθαι; τὸ διανοεῖσθαι; [c] τί τούτων πόθῳ σοι ἄξιον δοκεῖ; εἰ ἢ ἔκαστα
d L. 2. §. 12. [d] εὐκαταφρόνητα, πρόσιθι ἐπὶ τελευταῖον, τὸ [e] ἕπεσθαι τῷ
e L. 3. §. 12. f Sup. §. 27. λόγῳ [f] καὶ τῷ θεῷ. ἀλλὰ [g] μάχεσθαι τῷ τιμᾶν παῦτα, τὸ ἄχθεσθαι, * ἢ [h] μὴ τὰς τεθνηκέναι σεβήσεταί τις αὐτῶν.
g L. 9. §. 1. * εἰ
h L. 10. §. 28.

§. 32. [i] Πόσον μέρος ἡ ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς
i L. 5. §. 24. k L. 5. §. 23. αἰῶνος ὁποτμεμέρισται ἑκάστῳ; [k] τάχιστα γὰρ ἀναλ-
l L. 5. §. 24. m L. 6. §. 14. ναφανίζεται τῷ ἀιδίῳ. [l] πόσον ἢ τῆς ὅλης οὐσίας;
n L. 3. §. 10. πόσον ἢ [m] τοῦ ὅλης ψυχῆς; [n] ἐν πόσῳ ἢ ὁ βωλα-
o L. 6. §. 36. p L. 6. §. 58. q L. 10. §. 2. r L. 10. §. 14. 21. ρίδιον [o] εἰμὶ τοῦ ὅλης γῆς ἕρπεις; [p] πάντα παῦτα ἐνθυμοῦμενος, μηδὲν μέγα φαντάζου, [q] ἢ τὸ [r] ὡς μοὶ ἡ σὴ φύσις ἄγῃ, πρᾶττειν, [r] πάσχειν ἢ, ὡς ἡ κοινὴ φύσις φέρει.

s L. 10. §. 24. t L. 3. §. 9. v L. 2. §. 12. x L. 10. §. 31. §. 33. [s] Πῶς ἑαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικόν. [t] ἐν παντὶ τοῦτο τὸ πᾶν ἐστί. τὰ ἢ λοιπὰ, εἰ περαίρεται ἐστιν, [v] ἢ ἀπεραίρετα, νεκρὰ καὶ [x] καπνός.

y L. 9. §. 41. §. 34. Πρὸς θανάτου καταφρόνησιν ἑτοιμότατον, [y] ὅτι καὶ εἰ τοῦτο ἡδονῶν ἀγαθὸν

feruntur. intellectus verò adversùs contribulem suum peculiariter afficitur; eidémque consociatur, nec potest communionis appetitus prorsus revelli.

§. 31. Qid expetis? num existere? num sentire, movere, crescere, denasci? an rursus voce uti, cogitare? ecqid horum tibi desideratu dignum videtur? si ergò contemptu digna fatìs ista videntur omnia, ad illud perge, qod ultimum restat, Deo nempe ac rationi obseqi. atqi instituto huic repugnat, si qis ægrè ferat, qòd istis morte privandus sit.

§. 32. Qantula pars infiniti ac immensi ævi unicuiqe assignatur? ab interminato enim qàm celerrimè absorbetur. qantula item totius materiæ? qantulum & animæ universæ? in qantula etiam telluris totius glebulâ repis? hæc omnia cùm cogitaveris, nihil magnum reputa, hoc solo excepto, ut ea facias ad qæ natura tua te ducit, ea sustineas qæ natura communis infert.

§. 33. Vide, qo modo se mens utatur tua. in hoc enim sunt omnia. reliqa, sive arbitrii tui sint, sive non sint, cadavera sunt & fumus.

§. 34. Nihil magìs ad mortem contemnendam incitaverit, qàm si consideres, etiam eos qi voluptatem

tem

ANNOTATIONES.

καὶ κεῖνα τὸ νοῦν συνέχει, καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βρῖθον. *& tamen ista etiam* (licèt sensûs ac rationis expertia) *mens* (universi scilicet) *continet, & facultas interior*, sive *forma illa, cujus vi eòdem loci feruntur.* Vide *l.* 10. §. 26. Τὴν βρίθουσαν. *Vim, qâ corpora deorsum feruntur.* & *l.* 4. §. 16. Τὸ αἰτιῶδες. *Formam.* Τὸ νοῦν ἀντὶ τοῦ ὁ νοῦς. sicut & Aristoteli *Ethic. l.* 9. *c.* 4. Δόξειε δ' ἂν τὸ νοῦν ἕκαστος εἶναι, ἢ μάλιστα. *Unusqisqe verò id qod intelligit esse videretur.* vide *l.* 10. §. 38. Verùm τὸ νοῦν istis est, ἡ νοερὰ ψυχὴ, de qa *suprà.* i. e. *Deus* ipse. de qo & *l.* 10. §. 1. συνέχει πάντα. sive, *spiritus Dei*, τὸ συνέχον τὰ πάντα. Sap. Solom. *c.* 1. *v.* 7. Laërtius *Zenon. l.* 7. *c.* 135. Ἓν τε εἶναι θεὸν καὶ νόον καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία. *Unum qoqe Deum esse & mentem, & fatum, & Jovem.* Apostolus *ad Colosss. c.* 1. *v.* 16, 17. Περὶ λόγου. τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἔκτισαι. καὶ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ συνέστηκε. *Omnia per eum condita sunt, & omnia per eum consistunt.* Clemens *Stromat. l.* 5. Σφίγξ ἔχ ἡ τῶν ὅλων σύνδεσις, ἡ τῷ κόσμῳ καλὰ τὸν ποιητὴν Ἄρατον περιφορὰ, ἄλλα τάχα μὲν ὁ διήκων πνευματικὸς τόνος, καὶ συνέχων τὸν κόσμον. *Sphinx non est intelligentia universorum, & ex Poëta Arati sententia mundi conversio: sed fortè fuerit qidam spiritualis tenor, qi pervadit mundum.* Cicero *de natura deorum. l.* 2. *Natura est, qa continet mundum omnem, atqe ea qidem, non sine sensu & ratione.* & rursus: *Mundum & ejus partes naturâ sentiente teneri, in qa ratio perfecta insit. qam vim animum esse dicunt mundi, eandémqe esse mentem sapientiámqe divinam.* Habes hic apertè Marci τὸ νοῦν. Idem *de divinat. l.* 2. *Hæc ità fieri omnibus inter se convenientibus mundi partibus profectò non possent, nisi ea uno divino ac continuato spiritu continerentur. Totam mundi hujus molem*, inqit, *mens divina continet, ut anima corpus.*

Διάνοια δὲ ἰδίως ἐπὶ τὸ ὁμόφυλον] Homo magìs ad sibi congenerem fertur, tum qia liberam habet electionem, tum qia τὸ νοῦν illud peculiarem in homine operationem exercet, exeritqe. Laërtius *Zenon. l.* 7. *c.* 138. Εἰς ἅπαν τὸ κόσμον μέρος διήκειν ὁ νοῦς, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν ἡ ψυχή. ἀλλ' ἤδη δ' ὧν μὲν μᾶλλον, δι' ὧν δὲ ἧττον. δι' ὧν μὲν γὰρ, ὡς ἕξις κεχώρηκεν, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν, καὶ τῶν νεύρων. δι' ὧν δὲ ὡς νοῦς, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ. *Mens per omnes mundi partes pertingit, sicut & in nostra anima contigit, sed per has magis, per illas minus. Per qasdam enim veluti habitus recessit, ut per ossa ac nervos: per alias, veluti mens, ut per principale.*

§. 31. Ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ] Plutarchus *de audiend. pag.* 37. *D.* Ταυτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ. *Idem est Deum seqi & parere rationi.* Et Apulejus *de philosoph. Sapientem pedisequum & imitatorem Dei dicimus, & seqi arbitramur Deum, id est,* λόγον. At de Juliano Gregorius Nazianzenus *Stelitevt.* 1. Ὁδηγῷ λόγῳ, καὶ μὴ θεῷ χρώμενος. *Qi humanam rationem ducem, non Deum seqitur.* qasi ista sejuncta à se invicem existant. Et Socrates apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 3. Μόνῳ τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπιτρόπῳ σώφρονι, παρακαλεῖσθαι τὸν βίον. *Soli rationi, tanqam consultissimo tutori, vitam omnem credere convenit.* ità solam rationem vult ducem adhiberi ad vitam instituendam. verùm proclivis satis est solutio. rationis rectæ, qalis est initio condita, ductus, à religionis Deíqe regulis nusquam deviat. Cæterùm qà jam corrupta & vitiata est, à legis divinæ tramite in qamplurimis abscedit, suíqe seqaces ut plurimùm abducit. vide ampliùs *ad l.* 7. §. 31. & *l.* 10. §. 11, 12.

Τὸ ἄχθεσθαι, ἢ διὰ τοῦ τεθνηκέναι] lege εἰ διὰ τοῦ τ. sensus exigit. vide *l.* 9. §. 1.

§. 32. Πόσον μέρος ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς αἰῶνος] vide *l.* 4. §. 50. & *l.* 5. §. 24.

Πόσον δὲ ὅλης οὐσίας] Epictetus *l.* 1. *c.* 12. Οὐκ οἶσθα, ἡλίκον μέρος εἶ πρὸς τὸ ὅλας; *Non nosti, qanta pars sis universi.* Lucretius *l.* 6.

Et qota pars homo sit terrai totius unus.

Τῆς ὅλης ψυχῆς] vide *suprà* §. 30.

Ἓν πόσῳ δὲ βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἕρπεις] ità *l.* 6. §. 36. Ἄθως βωλάριον. *Athos glebula.* at *l.* 3. §. 10. & *l.* 4. §. 3. in eodem argumento γωνίδιον, *angulum exiguum*, dixit. Plato *Phadon. pag.* 81. *A.* Ἔτι δὲ καὶ πάμμεγά τι εἶναι αὐτὸ (τὸ ὅλον) καὶ ἡμᾶς οἰκεῖν καὶ μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ, ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας, ἢ βατράχους, περὶ τὴν θάλασσαν οἰκοῦντας. *Præterea ingentem esse terrarum orbem, nosqe à Phasíde ad Columnas Herculeas habitare, in parva qadam ejus particula, ceu formicas atque ranas circa paludes atqe mare.*

Ὡς ἡ σὴ φύσις ἄγει] Fabius *instit. l.* 12. *c.* 11. *Natura nos ad mentem optimam genuit: adeòqe discere meliora volentibus promptum est, ut verè intuenti mirum sit illud, magìs malos esse tam multos. nam ut aqa piscibus, ut sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit: ità certè facilius esse oportebat secundum naturam, qàm contra eam vivere.* Nihil scilicet istis de nativo vitio suboluerat.

Ὡς ἡ κοινὴ φύσις φέρει] vide *l.* 3. §. 4. & *l.* 5. §. 8.

§. 33. Πῶς ἑαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικὸν] vide *l.* 5. §. 11. & *l.* 10. §. 23. & *suprà* §. 19.

Ἓν γὰρ τούτῳ τὸ πᾶν] vide *l.* 3. §. 9. & *l.* 7. §. 38. Ex Rufo *de amicit.* Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. Τῶν ὅλων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ θεὸς, τὰ δ' οὐκ. ἐφ' ἡμῖν μὲν, τὸ κάλλιστον, καὶ σπουδαιότατον, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν. τοῦτο γὰρ ὀρθῶς γιγνόμενον, ἐλευθερία ἐστὶ, ἔυροια, εὐθυμία, εὐσέβεια. τοῦτο δὲ καὶ δίκη ἐστὶ, καὶ νόμος, καὶ σωφροσύνη, καὶ σύμπασα ἀρετή. *Qadam in nostra potestate Deus posuit, qadam non posuit. In nostra qidem potestate posuit id, qod optimum est, qóqe beatus ipse censetur, usum imaginationum. Siqidem is rectè usurpatus libertas est, & animi tranquillitas, nec non lex, temperantia & qavis virtus.*

Τὰ δὲ λοιπὰ εἰ προαιρετά ἐστιν, ἢ ἀπροαίρετα] lege εἴτε, sive.

Νεκρὰ] vide *l.* 2. §. 12.

Καὶ καπνός] Ità *l.* 10. §. 31. καπνὸς καὶ τὸ μηδέν.

§. 34. Οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν] Epicureos notat, qi summum bonum etiamsi in voluptate, summum malum in dolore constituerant, mortis tamen contemptum profitebantur, & prædicabant. Vide Epicurum ipsum, *suprà l.* 9. §. 41. cujus & illa dogmata sunt apud Laërtium *l.* 10. *c.* 125. ex *Epist. ad Menaceum.* Μηδὲν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον. ἐπεὶ πᾶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐν αἰσθήσει. στέρησις δὲ ἐστιν αἰσθήσεως ὁ θάνατος. ὅθεν γνῶσις ὀρθὴ τοῦ μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς τὸν θάνατον, ἀπολαυστὸν ποιεῖ τὸ τῆς ζωῆς θνητόν. οὐθὲν γὰρ ἐστιν ἐν τῷ ζῆν δεινὸν, τῷ καταληφότι γνησίως, τὸ μηδὲν ὑπάρχειν ἐν τῷ μὴ ζῆν δεινόν. τὸ φρι-

πω-

tem in bonis, dolorem in malis habent, eam tamen contempſiſſe.

§. 35. Cui illud tantummodò qod tempeſtivum eſt, bonum habetur; nec intereſſe putat, plures an pavciores rationi rectæ conſentaneas actiones ediderit, mundúmqe longiori an breviori temporis ſpatio contemplatus ſit; huic nec mors formidabilis eſſe poterit.

§. 36. In hac magna civitate verſatus es, homo. qid tuâ refert, ſi qinqe duntaxat annos, etenim qod ſecundùm leges fit, id omnibus æqale eſt. ecqid igitur grave pateris, ſi te non tyrannus, nec judex iniqus, ſed natura, qæ induxit, emittat: perinde ac ſi hiſtrionem prætor qi conduxerat,

κὴ τὸν πόνον κακὸν κρίνοντες, ὅμως τᾶτ' καλεφρόνησαν.

§. 35. [a] Ὦ, [b] τὸ ἔυκαιρον μόνον ἀγαθὸν, κὴ ᾧ τὸ πλείως κ' λόγον ὀρθὸν πράξεις ἀποδῦναι τῷ ὀλιγοτέρας, ἐν ἴσῳ ἐσὶ, κὴ [c] ᾧ τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλείονι ἢ ἐλάσσονι χρόνῳ ὁ ΔΔαφέρει, τᾶτῳ ὐδὲ ὁ θάνατ@ φοβερόν.

§. 36. [e] Ἄνθρωπε, [d] ἐπολιτεύσω [e] ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει; [f] τί σοι ΔΔαφέρει εἰ πέντε ἔτεσι; τὸ γὰρ κ' τὰς νόμως, ἴσον ἑκάστῳ. τί ὦν δεινὸν, τῆς πόλεως ἀποπέμπ σε ὁ τύραννο@, ὐδὲ δικασὴς ἄδικο@, ἀλλ' [g] ἡ φύσις, εἰσαγαγοῦσα; ἴσον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει [h] τῆς σκηνῆς

a Sup. §. 23.
b L. 8. §. 2.
c L. 9. §. 37. Inf. §. 36.
d L. 10. §. 1.
e L. 3. §. 11.
f Sup. §. 35.
g L. 8. §. 20.
h L. 11. §. 6.

ANNOTATIONES.

κωδίκατον ὧν τῶν κακῶν ὁ θάνατος, ὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. ἐπειδή περ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος ὐ πάρεσιν. ὅλως δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς ὐκ ἐσμέν. ὥτε ὧν πρὸς τοὺς ζῶντας ἐσιν, ὥτε πρὸς τοὺς τετελευτηκότας. ἐπειδή περ περὶ ὧς μὲν ὐκ ἔτ' ἐσίν. *Nihil ad nos pertinere mortem. Bonum enim omne ac malum in ſenſu eſt: ſenſus autem privatio mors eſt. Unde recta cognitio eſt, qod nihil ad nos ſit mors, id efficit ut mortali qod in vita eſt fruatur. Nihil enim in vita mali eſt es, qi verè comprehendit nihil eſſe in vita privatione mali. Itaqe, qod malorum horrendum maximè, mors nihil ad nos: qoniam cum nos ſumus, mors non adeſt; cùm verò mors adeſt, nos jam non ſumus. Neqe igitur ad viventes, neqe ad mortuos pertinet. Nam apud iſtos illa non eſt; hi verò non ſunt amplius.* Lucretius *l.* 3.

Nil igitur mors eſt, ad nos neqe pertinet hilum.

Et mox:

Multò igitur mortem minus ad nos eſſe putandum,
Si minus eſſe poteſt, qàm qod nihil eſſe videmus.

Qo etiam telo pugnat & Cicero *Tuſcul. l.* 1. *Natura verò ſic ſe habet, ut qomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors: qæ ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, ſic nihil poſt mortem pertinebit. in qo qid poteſt eſſe mali, cùm mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli ſunt, alteros non attingit.* Seneca *Ep.*70. *Plus à ſe qiſqe exiget, ſi viderit hanc rem etiam à contemptiſſimis poſſe contemni.* & *Ep.*4. *Difficile eſt, inqis, animum perducere ad contemptum animæ. non vides, qàm ex frivolis cavſſis contemnatur? alius ſe præcipitavit à tecto, nè dominum ſtomachantem diutiùs audiret; alius nè reduceretur è fuga, ferrum adegit in viſcera. non putas virtutem hoc effecturam, qod efficit nimia formido?*

§. 35. Τὸ ἔυκαιρον μόνον ἀγαθὸν] Pindarus *Pyth.* 9.

— ὁ καιρὸς
Παντὸς ἔχει κορυφάν.
— *opportunitas*
Cujuſvis rei habet caput.

Gregorius Nazianzenus *ad Eunom. Orat.* 1. Καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, ὡς Σολομῶντι κάμοὶ δοκεῖ. κὴ τὸ καλὸν, μὴ καλὸν, ὅλως μὴ καλῶς γίνηται, ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄωρον, κὴ γυναικὶ κόσμος ἀνδρείας, ἢ γυναικεῖος ἀνδράσι, κὴ πόνθ' γεωμετρία, κὴ πότῳ δάκρυον. *Suum cuiqe negotio deſtinatum eſt tempus, ut ego cum Solomone cenſeo, cùmqe ea, qa per ſe bona ſunt, niſi bene tractentur, boni gratiam perdant, non aliter atqe hyeme intempeſtivi ſunt flores, nec mulieribus virilis, nec viris muliebris ornatus convenit, nec luctui geometria, nec convivio lacryma.* Verùm Marcus iſtîc τὸ ἔυκαιρον accipit eo ſenſu, qo & Solomonem locutum monuimus, *ſuprà ad* §. 23. vide *l.* 4. §. 23. Plutarchus ad Apollonium *p.* 111. *B.* Τὴν γὰρ ἐυκαιρίαν μᾶλλον ἢ τὴν ἐυγηρίαν πανταχῆ καθορᾶμεν πρωτίυσαν. *Videmus enim qavis in re priores partes tribus non ætati longæ, ſed maturitati.*

Τὸ πλείως καλὰ λόγον ὀρθὸν πράξεις] vide *ad l.* 3. §. 7, 8. & *l.* 8. §. 32. & *l.* 11. §. 1.

Τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλείονι ἢ ἐλάσσονι χρόνῳ] vide Menandrum *in ſuppoſititio ad l.* 2. §. 14.

§. 36. Ἐπολιτεύσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει] vide *ad l.* 3. §. 11. & *l.* 6. §. 42.

Τὸ γὰρ καλὰ τὰς νόμως ἴσον ἑκάστῳ] vide *l.* 7. §. 31. & *l.* 8. §. 5, 6. & *l.* 10. §. 6.

Ἀποπέμπει σε, ὁ τύραννος, ὐδὲ δικασὴς ἄδικο@] *Emittit te*, inqit, *ex hac vita, non tyrannus, aut judex iniqus aliqis*, etſi occidat te ille, addicat iſte, *ſed* per illum iſtúmve, *natura*, ſive *Deus* ipſe, *qi & in vitam te prior miſerat.* Hoc eſt qod Jobus *c.* 1. *v.* 21. *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* cùm junctis operis Chaldæi Sabæíqe ſervos trucidâſſent, armenta & jumenta abegiſſent, diabolus etiam liberos ædium ruinâ oppreſſiſſet. *Non dixit, Dominus dedit, diabolus abſtulit. ſed Dominus dedit, Dominus abſtulit. qia nihil abſtuliſſet diabolus niſi permiſiſſet Dominus. noluit etiam gloriam diabolo dare, ut aliqid potuiſſet tollere, qod Dominus non permiſiſſet æverre.* Avgustinus *in Pſalm.* 31. & 90. & *in ſerm. ſolemn.* 241. *non tentatori tribuit, ſed autori.* Gregorius Romanus in *Job. l.* 18. *c.* 1. *non abſtuleras diabolus, qi nocendi habuit voluntatem; ſed Dominus, qi dederat poteſtatem.* Hugo Victorinus, an qis alius, ſub Avgustini nomine *de patient. c.* 13. vide *l.* 8. §. 20. 23.

Οἷον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει τῆς σκηνῆς] *Vitam dramati* confert, & iſtic, & alibi. *l.* 10. §. 27. & *l.* 11. §. 6. Epictetus *Enchir. c.* 17. Μίμησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλ@. ἂν βραχὺ, βραχέ@. ἂν μακρὸν, μακρόν. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα κὴ τᾶτον ἐυφυῶς ὑποκρίνῃ. ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γάρ τᾶτ' ἐσὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνεσθαι πρόσωπον καλῶς. ἐκλέξασθαι δ' ἄυτὸ, ἄλλων. *Actorem eſſe fabulæ talis, qalis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi brevis, brevis: ſi longa, longa. Si mendicum agere te voluerit: fac qoqe eam perſonam ingenioſè repræſentes. Ita ſi claudum, ſi principem, ſi plebejum. Hoc enim tuum eſt, datam perſonam bene effingere: eam autem eligere alterius.* qibus paria habet & *Diſſert. l.* 4. *c.* 7. Sed & Ariſto Chius apud Laërtium *l.* 7. in *Zenon. c.* 160. Εἶναι ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφὸν, ὃς ἄντε Θερσίτου, ἄντε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἑκάτερον ὑποκρίνεται προσηκόντως. *Eſſe ſapientem bono hiſtrioni ſimilem, qi ſive Therſitæ, ſive Agamemnonis perſonam ſumat, utramqe decentiſſimo geſtu imitatur.* Contrà planè qàm Philippus Macedo, qem poſt inſignem de Athenienſibus partam victoriam, victorum captivis cùm per ebrietatem contumelioſiùs illuderet, liberâ voce Demades verbis iſtis increpuit; Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοι περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς ὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου; *Qando perſonam Agamemnonis fortuna tibi Rex induit, Therſitæ facta repræſentare nonne te pudet?* Diodorus Siculus *l.* 16. *c.* 88. Teles item Pythagoricus lib. περὶ αὐταρκείας, (pro qo perperam apud Lælium Biſciolam *horar. ſubſeciv. l.* 1. *c.* 1. ἀναρχίας habetur.) à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 5. lavdatus. Δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν, ὃ, τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τᾶτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς. ὥτω κὴ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὃ, τι ἂν περιθῇ ἡ τύχη. κὴ γὰρ αὕτη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὁτὲ μὲν πρωτολόγυ, ὁτὲ ὑστερολόγυ περιτίθησι πρόσωπον. κὴ ὁτὲ μὲν βασιλέως, ὁτὲ δὲ ἀλήτυ. μὴ ὧν βάλλ' δυστερολόγος ὢν, τὸ πρωτολόγυ πρόσωπον. εἰ δὲ μή, ἀνάρμοσόν τι ποιήσεις. *Ut bonum biſtrionem, qamcunqe ei poëta dederit perſonam, ejus decorum ſervare decet: ita bonum virum, qamcunqe fortuna dederit. Nam & ipſa, ut Bion inqit, velut poetria, nunc primi, nunc ultimi actoris locum nobis tribuit, alias Regis, alias mendici perſonam. Ne igitur, ſi partes tibi contigerint actionis ultimæ, primas occupare velis. Aliter indecorum te dabis.* Idémqe in *lib.* περὶ περισάσεων apud eundem *ibidem tit.* 105. Ἡ τύχη, ὥσπερ ποιήτριά τις ὖσα, παντοδαπὰ ποιεῖ πρόσωπα, ναυαγᾶ, πλωχᾶ, φυγάδος, ἐνδόξυ, ἀδόξυ. δεῖ ὧν τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, πᾶν ὅ, τι ἂν ἄυτὴ περιθῇ, καλῶς ἀγωνίζεσθαι. *Fortuna, ceu poëtria qædam, multas inducit perſonas, navfragi, mendici, exulis, glorioſi, obſcuri. Itaqe decet virum bonum rectè agere, qamcunqe ei ſors dederit perſonam. Ibidem. tit.* 1. Muſonius, opinor: Ὥσπερ ἀγαθὸς ὑποκριτὴς, ἓν κὴ τὸν πρόλογον, ἓν κὴ τὰ μέσα, ἓν κὴ τὴν καταστροφήν. ὥτω κὴ ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ ἓν κὴ τὰ πρῶτα τᾷ βίῳ, ἓν κὴ τὰ μέσα, ἓν κ' τὴν τελευτήν. *Sicut bonus biſtrio, bene prologum, bene medium fabulæ, nec non bene etiam cataſtrophen agit: ita bonus vir qoqe primordia vitæ rectè, & media probè, finémqe congruentem his adminiſtrat.* & *tit.* 92. ex Arriani *protreptico*, Socrates Archelao: Εἰ γὰρ μὴ ἱκανὰ τὰ ὄντα ἐμοὶ, ἀλλ' ἐγὼ τούτοις ἱκανὸς, κ' ὥτω κἀκεῖνα ἐμοί. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι ὐκ ἐυφωνότερον ᾠδὴν, δι' ὧν ὁ Πῶλος τὸν τύραννον Οἰδίποδα ὑπεκρίνατο, ἢ τὸν ἐπὶ Κολωνῷ ἀλήτην κὴ πλωχόν; εἶτα χείρων Πώλυ ὁ γενναῖος ἀνὴρ φανεῖται, ὡς μὴ πᾶν τὸ περιτεθὲν ἐκ τᾶ δαιμονίυ πρόσωπον ὑποκρίνασθαι καλῶς; ᾠδὲ τὸν Ὀδυσσέα μιμήσεται, ὃς κὴ ἐν τοῖς ῥάκεσιν ᾠδὴν μεῖον διέπρεπεν, ἢ ἐν τῇ ἁλῇ χλαίνῃ τῇ πορφυρᾷ; *Nam ſi res meæ mihi non ſufficiunt, at ego ipſe ſufficio, & ſic etiam ipſa mihi. Annon vides, qod Polus biſtrio perſonam Oedipi tyranni non concinnius expreſſerit, qàm eundem Oedipum in Colono exulem & mendicum. Vir autem ingenuus eritne Polo deterior, ita ut non qamvis à numine ſibi diſtinatam perſonam decorè poſſit agere? Neqe imitari poterit Ulyſſem, qi etiam laceris pannis indutus, non minus decora gravitatis præ ſe ferebat, qàm ubi criſpam & purpuream læna*

ὁ παιδαγωγὸς σφαιρικός. ἀλλ' οὐκ εἶπον τὰ πέντε μέρη, ἀλλὰ τὸ τέλεια. καλῶς εἶπας. [a] ἐν μέν τοι τῷ βίῳ τὸ τέλεια ὅλον τὸ δρᾶμά ἐστι. τὸ γὰρ πόλεων σκέπειν ὁρίζει, [b] ὁ τότε μὲν τῆς συγκρίσεως, νῦν δὲ τῆς ἀπολύσεως αἴτιος. σὺ δὲ αἰτίως ἀμφοτέρων. [c] ἄπιθι οὖν ἵλεως. καὶ γὰρ ὁ ἀπολύων ἵλεως.

è scena dimitteret. sed actus fabulæ qinqe nondum absolvi. rectè dicis. cæterùm in vita etiam tres actus fabulam integram faciunt. terminat enim hanc, qi ejusdem olim componendæ cùm fuerit, nunc & dissolvendæ avtor est. nevtrum avtem horum à te est. discede ergò propitius. nam & qi te dimittit, propitius est.

a L. 9. §. 37.

b L. 11. §. 20.

c L. 2. §. 3.

ANNOTATIONES.

gestabat? Synesius *de provident. l. 1. pag.* 106. Ἅπας γὰρ βίος ἀρετῆς ὕλη. καθάπερ δὴ ἐπὶ σκηνῆς ὁρῶμεν τοὺς τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὰς, ὅσις καλῶς ἐξήσκησε τὴν φωνὴν, ὁμοίως ὑποκρινεῖται, τόντε Κρέοντα καὶ τὸν Τήλεφον. καὶ ὃδὲν τἀλυργῆ τῶν ῥακίων διοίσει, πρὸς τὸ μέγα καὶ καλὸν ἐμβοῆσαι, καὶ καταλαβεῖν ἠχοῖ τῷ μέλει τὸ θέατρον. ἀλλὰ καὶ τὴν θεράπαιναν, καὶ τὴν δέσποιναν μετὰ τῆς αὐτῆς ἐπιδείξεται μουσικῆς. καὶ ὅ, τι ἂν περιῆπται πρόσωπεῖον, τὸ καλῶς αὐτὸν ὁ χορηγὸς τῷ δράματι ἀπαιτεῖ. ὕτως ἡμῖν θεὸς ἡ τύχη περιτίθησιν, ὥσπερ πρόσωπεῖα, τοὺς βίους ἐν τῷ μεγάλῳ τῷ κόσμῳ δράματι. καὶ ὃδέν τι μᾶλλον ἕτερῳ ἑτέρου βίῳ βελτίων ἢ χείρων. χρῆται δὲ, ὡς ἕκαστος δύναται. δύναται δὲ ὁ σπουδαῖος ἀπταίστως καλῶς διαγίνεσθαι, κἂν τὸν πλούσιον, κἂν τὸν μόναρχον ὑποκρίνηται. διοίσεται δὲ ὃδέν περὶ τῦ προσωπείου. ἐπεὶ καὶ ὁ τραγῳδὸς γέλοιος ἂν γένοιτο, τὸ μὲν φεύγων, τὸ δὲ αἱρόμενος. ἡ γὰρ ἐν τῷ τῆς γραὸς ἐυδοκιμῶν, σεμνῦται τε ἡ κηρύττεται, ἡ ἐν τῷ τὸ βασιλέως ἀσχημονῶν, κλώζεται, καὶ συρίττεται. *Universa enim hominum vita virtutis materia est: qemadmodum in scena fabularum actores cernimus, qorum qi voci diligentissimè servierit, is Creontem avt Telephum nullo discrimine agere potest: neqe ad præclaram vehementemqe vocis intensionem, avt ad theatrum svavissimâ carminis emodulatione detinendum plurimum interevit purpureásne an pannosas vestes gerat; sed sive ancillam, sive heram eadem gratiâ & concinnitate referet, vel si qam aliam personam induerit, rectè eam uti gerat, ab eo choragus postulat: ita nobis in maximo illo mundi totius actu vitas, qasi personas, Deus & fortuna circumposuit, neqe aliud altero vita genus potius est, nec deterius, sed ususqisqe perinde ut potest eo utitur. Ac qi bonus est, ubicunqe honestè degere potest, non mendicum, seu monarcham assimulet, nec de persona plurimam contendet; qandoqidem & tragœdiarum actor is ridiculus fuerit, qi hanc renuat, aliam verò potiùs eligat: præsertim qum qi unum præclarè, ac cum laude egerit, corona & præconis voce celebretur, qi verò regis personam indecorè sustinuerit, omnium sibilo & procaci oris sonitu excipiatur.* Dio deniqe Prusæus *Orat.* 38. *pag.* 479. *ad Nicomedienses.* Ἡδὺ ποτὲ θέας μεταλάβετε, μᾶλλον δὲ μονονυχὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν θεᾶσθε. ἆρα ἂν εἰκὸς τις ὑμῖν ἀληθῶς εἶναι δοκεῖ βασιλεὺς, ἢ τύραννος, ἢ θεός; καί τοι πάντα ταῦτα καλοῦντες. καὶ οὐκ ὀνόματα μόνα ἔχουσι θεῶν, ἀλλὰ καὶ πρόσωπα, καὶ στολὰς, καὶ κιλτύνους πολλὰ ὡς ἐκεῖνοι. τῷ δὲ ποιήματος συντιλεσθέντος, ἀπίασι τὸ μηδὲν ὄντες. *Jam nuper spectacula recepistis, imo non tantum singulis diebus spectatis -- Num igitur qis illic vobis verè videtur esse rex, avt tyrannus, avt Deus? Atqe ita vocantur: & non nomina tantum Deorum habent, sed etiam personas & vestes, multáqe præcipiunt, ut illi: actâ autem fabulâ, abeunt, nihilqe sunt.* Vide ampliùs *ad l.* 4. §. 1. Petronium item aliósqe *ad l.* 11. §. 6. videatur & Aristides *in Eteon. ad l.* 6. §. 46. Verùm illi de agendi modo maximè, Marcus de termino præcipuè hîc agit.

A

Οὐκ εἶπον τὰ πέντε] Allusit ad actuum in dramatibus numerum, de qo, Flaccus in *arte.*

Neve minor, nev si sit qinto productior actu,
Fabula, qa posci vult, & spectata reponi.

Nam qod Donatus, *personam eandem* negat *plùs qinqies prodire in proscenium*: refutat id Julius Scaliger *poet. l.* 1. *c.* 9.

Ἐν μέν τοι τῷ βίῳ τὰ τρία ὅλον τὸ δρᾶμα] vide *l.* 3. §. 8. & *l.* 11. §. 1. Seneca *Epist.* 77. *Eam viam ingressi sumus, qam peragere non est necesse. iter imperfectum erit, si in media parte, avt citra petitum locum steteris. vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicunqe desines, si bene desinis, tota est.* & *ibidem. Non finitur officiorum certas numerus, qem debeas implere.*

B

Τὸ γὰρ τέλειον ἐκεῖνος ὁρίζει] qod *suprà* §. 23. Καιρὸν καὶ ὅρον δίδωσι. *Tempus & terminum assignat.* Ità Jobus *c.* 14. *v.* 4. χρόνον ἔθου, ὃ οὐ μὴ ὑπερβῇ. ὅρους meliùs reddidissent. nam Hebraicum חקו idem hoc loco valet qod גבול de mari usurpatum, *Psal.* 104. *v.* 9. *terminos, limites descriptos, qos non transgrediatur.* Scilicet qod Seneca *ad Marc. c.* 10. *Tempus ille arbiter muneris sui temperat.*

C

Ὁ τότε μὲν τῆς συγκρίσεως] Hoc est, qod Solomon *Eccles. c.* 3. *v.* 2. tam *nascendi*, qàm *denascendi tempus, cuiqe* esse *à Deo præstitutum.* vide *suprà* §. 23.

Σὺ δὲ αἰτίως ἀμφοτέρων] Non es, inqit, mortis tuæ arbiter magìs, qàm ortûs tui fueras. David, *Psalm.* 31. *v.* 16. בידיך עתותי *In manu tua sunt tempora mea.* & *Psal.* 68. *v.* 20. *Domini Dei* למות תוצאות *mortis sunt exitus*, nec potest qisqam avt sibi ipsi, avt alteri, citra ipsius permissionem ac voluntatem, vitam eripere. Potest interim tamen mortis, vel sibi, vel alteri conscitæ homo ipse havd *dvaítios.* id est, *insons* esse. qod nec Marcus ipse diffitebitur.

D

Ὁ ἀπολύων ἵλεως] vide *l.* 2. §. 3.

Ἄπιθι οὖν ἵλεως] imò non semper ἵλεως, hoc est, *propitius, placatus. placidus* sanè semper in se Deus, qia immotus, & immutabilis; non qoad illos tamen semper, qos hinc abripit, *propitius.* necesse est ergò, dum hîc vivunt, sibi concilient ipsum mortales, si in morte propitium experiri voluerint. neqe enim ἵλεως ipse, id est, *placidus lætúsqe* defungi poterit, nisi qi Deum sibi ἵλεον, id est, *propitiam*, qia in Christo suo reconciliatum, habuit. τῦτο ἂν ἐυφυνεσθήτω μοι (ut Marci nostri verbis utar, ex *l.* 6. §. 30.) ἐπιεσῇ ἡ τελευταία ὥρα. *mihi itaqe sic affecto, idqe mihi probè consciо, supervenias hora novissima. hora*, inqam, *illa decretoria*, (uti Seneca vocat *Epist.* 102.) qam senio jam confectus ferè, cum Jobo, *cap.* 14. *vers.* 14. *qotidie expecto.* Et tu, Domine Jesu, ὁ Ἀμήν, voto servuli tui, inutilis licèt, *Amen* tuum subjicere nè dedigneris.

E

FINIS.

MER-

JOANNI SELDENO,

Juriſconſulto, Philologo,

VIRO MAXIMO,

MERICUS CASAUBONUS,

ISAACI FILIUS

S. D.

IMperatoribus olim hodieque ſolenne, vir inſigniſſime, ſine δορυφόροις hinc inde ſtipantibus, & aliquo de primariis aulæ comitatu, in publicum non omninò aut rarò prodire. quæ partim ad pompam, partim ad terrorem, partim verò ad tutelam corporis ab ipſis inſtituta ſunt. MARCUS ANTONINUS Imperator priora duo quanti vivus fecerit, & qo loco habuerit, ſi quis ipſi de ſe ſcribenti minùs credit, at veterum teſtimonio fidem non abrogabit, qi talem eum deſcribunt, qualem ab omni memoriâ omnibus omnium gentium monumentis replicatis & excuſſis alium vix reperiamus: qui vel eorum quæ ſplendidiſſima habentur inter homines, & quorum gratiâ cœlum terræ miſcere non verentur, tantus & tam conſtans contemptor fuerit; vel qui bonitatem, clementiam, manſuetudinem (divinas virtutes) erga ſubjectos, ſimpliciore animo & flagrantiore ſtudio exercuerit. Sed nec haſtatorum qi latus cingerent & vitæ caverent, opus illi, cui cùm, triſtiſſimis & afflictiſſimis temporibus, orbis Romani, id eſt univerſi ferè, tutela à ſupremo Mundi Rectore commiſſa eſſet, ſic eam adminiſtravit, ut in ejus vitâ & incolumitate ſuas fortunas, ſuam ſalutem omnes, minimi maximi, verti crederent. Nos igitur, cùm noſter hic redivivus ANTONINUS in lucem proditurus eſſet, parum de tali comitatu, qualem diximus, illi comparando ſolliciti, de tali comite, ſeu *amico* (quo titulo inſigniores quoſdam temporum ſuorum Juriſconſultos maximos olim Imperatores dignatos eſſe non ignoras) aſciſcendo cogitavimus, qui tum imperitam multitudinem non vi aut imperio, ſed ſolâ ſui nominis authoritate ſubmoveret; tum verò doctos undique viros & intimâ admiſſione dignos, ipſe longè latéque celebris, alliceret. Quem verò potiùs quàm te, SELDENE præclariſſime, qui præſtantiſſimis ingenii tui monumentis patriam tuam magis ornaveris, an majus apud exteros decus tibi privatim paraveris, haud facilè dixerim. Ea certè tum domi apud cives & populares tuos; tum foris apud exteros, ubicunqe literis ſuus conſtat honos, nominis tui fama & celebritas

lebritas, ut eruditum, quicquid illud ſit, & laude dignum, quod SELDENI nomen præfixum habet, non docti tantùm qui tua legunt & intelligunt, quod paucorum eſt; ſed & de plebe literariâ homines protinus affirmaturi ſint. Hæc igitur tui nominis hic inſcribendi cauſſa publica. Sed nec privata defuit, tua erga me jam olim perſpecta mihi benevolentia, & de me ſtudiiſque meis benè merendi ſtudium: quo nomine tantò me plus tibi debere judico, quantò pauciores in hoc regno, qui hæc ſtudia tractent, aut tractantes aliquo loco numerent. Vale, vir præſtantiſſime, & me amare, ſtudiiſque meis favere perge.

IN

MERICI CASAUBONI,

ISAACI FILII

IN

MARCI ANTONINI

De ſeipſo & ad ſeipſum libros

NOTÆ.

IN

MARCI ANTONINI ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ LIBROS XII.

Et hanc editionem,

PROLEGOMENA.

QUæ Marcus Antoninus, Imperii & rerum geſtarum magnitudine glorioſiſſimis Imperatoribus annumerandus; vitæ verò ſanctitate & ſolidâ eruditione veterum Philoſophorum vel laudatiſſimorum nulli inferior, *De ſeipſo* ſibi ſcripſit, ea poſtquam ſemel typis excuſa prodierunt in lucem dudum eſt cùm certatim à doctiſſimis quibuſque viris, qui reipublicæ literariæ promovendæ ſuam navarunt operam, laudantur & meritiſſimis elogiis celebrantur: at qui ſcriptum ut excellentiſſimum, ita & obſcuriſſimum, ſeu Notis ſeu Animadverſionibus, ſeu Commentariis uberioribus illuſtrandum ſuſciperet, quò tam reconditæ ſapientiæ ad plures utilitas perveniret, ex omni doctorum numero nemo unus hactenus, quod ſciam, repertus eſt. Interim verò qui mortalibus imperitis & incautis falſo Antonini nomine illuderet, & viliſſimos in comparatione fætidiſſimoſque pannos, pro pretioſiſſimâ purpurâ ſacrilegâ fraude circumferret, pridem repertus eſt *Antonius Guevara* Hiſpanus, homo non contemnendi prorſus ingenii, niſi alios ipſe, tantæ impoſturæ fiduciâ, adeò contempſiſſet; eruditionis autem quæ aulicum potius, quam Epiſcopum; & circumforaneum aretalogum, quàm genuinum Philoſophum deceret. Sed nec ego talem ab omnibus pridem doctis exploſum contemptumque tanti facerem, ut hîc ejus meminiſſe dignarer, niſi tanti putarem quàm ſint homines, quæ ſtulta, ficta, falſa, putida, præ iis quæ ſolida ſinceraque ſunt amplecti proniores, & quæ χολοβάφια iis quæ verè ſunt aurea præponere, tam luculento & illuſtri exemplo demonſtrare. Solis enim ſacris Bibliis exceptis alium vix ullum librum extare puto, qui tot in linguas, Gallicam, Italicam, Anglicam, Germanicam, alias, opinor, omnes Europæ linguas ſemel iterumque tranſlatus: qui repetitis editionibus toties excuſus ſit. Cùm verò per multos annos intra vulgares has linguas tantæ ſe continuiſſet impoſturæ fæditas, & jam quodammodo ſuppreſſa videretur: ecce tibi triginta plus minùs ab hinc annis *Joannes Wanckelius* quidam nomine, natione Germanus exortus eſt, qui magnum operæ pretium, à principibus etiam viris invitatus, facturum ſe credidit, ſi egregium hoc *Horologium* (is enim libro titulus) Latinè verſum, & Notis adornatum, ab oblivione vindicaret. Hujus ego Latinæ verſionis IV. editionem *in folio*, ad paginas propè ſeptingen-

ptingentas, prȩter longiſſimas præfationes plures, & copioſum Indicem, diffuſam; ſed & poſteriorem aliam *in quarto* ad rei monſtroſæ (mihi certè) fidem ſervo. O iniquam ſortem mortalium! quid enim profectò fiet in profundà barbari, quale jam non unum, ſæculi caligine, melioribus literis proſcriptis & extinctis omnibus; cùm tam eruditâ ætate tam multi reperiantur, qui *σύρματα αἱρῦνται μᾶλλον ἢ χρύσιον*, & frugibus inventis glande veſci gratum habent? Et memini cùm ante quinquennium in prodigioſum quendam librum, in Angliam tum primùm advectum, *Etruſcarum Antiquitatum* titulo, multiſque æneis tabulis ſpectabilem fortè incidiſſem, primo ſtatim conſpectu fraude deprehenſâ, ad quam deprehendendam nulla non pagina libri, ne dicam linea, ſufficiat; indignationem publicè teſtatum eſſe, & originem fraudis in quodam qui tum fortè ſub prælo erat de *Uſu & conſuetudine* commentariolo detexiſſe. Comperi tamen poſtea fuiſſe qui longè aliter ſentirent, & tam bellas & ſpecioſas *Antiquitates* tam duriter acceptas dolerent: imò non defuiſſe, qui contempto noſtro aliorumque de illis veriſſimo judicio, ad loca ipſa fideli tanti depoſiti cuſtodiâ venerabilia, per mare, per terras magno ſtudio, quò res tam ſacras oculis uſurpaſſe ſuis, & manibus contigiſſe poſſent aliquando gloriari, contenderent. Sed ut ad *Antoninum* redeamus; Annus à parto Salutis Authore 1558. agebatur, cùm primùm *Guilielmus Xylander* Auguſtanus, divinum hunc Antonini fœtum, à Conrado Geſnero ex Bibliothecæ Palatinæ latebris erutum, protulit in lucem; & ut erat induſtrius, & in vertendis Græcis aſſiduus, Latinè vertit, brevibuſque Notis illuſtravit. De ejus verſione plura mox dicemus: ſed hoc in anteceſſum, ne viro docto pro ingenti beneficio gratias indignas rependamus; parum candidè & ingenuè facturum, qui poſt tot in hoc genere labores *Xylandri*, tot elucubratas majorum vigiliarum, & voluminoſiorum ſcriptorum verſiones, ex hac unâ ſcripti tam puſilli, aliàs quidem fateor inæſtimabilis & non ex mole pendendi, ſed puſilli tamen unius verſione de meritis ejus & eruditione pronuntiare velit. Fateor illum in aliis quoque operibus non rarò impingere, nec in exprimendis quos interpretandos ſuſcepit, ſemper litare Mercurio: ſed id potius tamen viri laborioſiſſimi, & ad alia ſemper properantis feſtinationi, quàm linguæ Græcæ, cujus ut & Latinæ fuit ille peritiſſimus, ignorantiæ tribuendum cenſeo. In Antonino alia fortaſſe ratio: ad cujus intelligentiam non tam Græcæ linguæ peritia, quàm veteris & inprimis Platonicæ Philoſophiæ cognitio neceſſaria. Certè quàm non fæliciter optimo viro verſionis hujus ſuſceptus ab eo labor aggredienti ceſſerit, ut non ignoravit ipſe, ita nec diſſimulavit, ut tum Præfationes ejus (quæ prima præcipuè,) tum Notæ teſtes. in quorum altero ſagacitatem ejus, (*ἀμφότερα ἦ καλὰ, καὶ τὸ ὅπου μὲν ἰσμὸν εἰδέναι. καὶ τὸ γνῶναι ἃ μὲν ἴσμεν*· dicebat olim Hierocles:) etiam ubi minus ſagax; in altero ingenuitatem meritò laudemus. Sed quod in Græci ſui codicis defectum culpam ſæpè rejicit, id ut ipſum verè credidiſſe concedamus, ita credendi cauſſas nullas idoneas habuiſſe certò perſuaſum habemus, & facilè, ſpero, lectori, cùm de eo agemus, non moroſo perſuadebimus. Cæterùm cùm princeps hæc editio, Latina præcipuè Xylandri verſio, Typographorum incuriâ tot ſcateret mendis, ut vel eo nomine Xylandrum vehementer ejus pœniteret & puderet; ſecundâ meliori, novem plus minus annis interjectis, prioris illius maculas & dedecus eluere conatus eſt. Ea Baſileæ anno Domini 1568. adornata eſt. Sed viro doctiſſimo & occupatiſſimo ne hîc quidem pro voto aut induſtriæ merito reſpondit eventus. In verſione ſiquidem mendas typographicas haud paucas ſuſtulit: at quæ propria erant ipſius *παροράματα*, typographicis longè moleſtiora, pleraque reliquit. In Græco verò contextu qui nullâ re magis quàm perturbatiſſimà interpunctione laborabat, quo is melior eſſet, parum aut nihil præſtitit. Multis poſt annis, anno quippe Domini 1626. Lugduni (Galliæ Celticæ urbe) nova

nova prodiit Antonini editio: commodâ ſanè formâ, & typis non inelegantibus: cæterà verò, Xylandrinâ utraque longè depravatior. Non enim ex ſecunda meliori (quam videntur ignoraſſe qui hanc procuravêre) Baſilienſi, ſed priore Tigurinâ expreſſa eſt: & cùm pleraque menda typographica primæ ac præcipitatæ illius editionis (qualia, *certum* pro *cœtum*: *neque*, pro *uſque*: *ſubeſſe*, pro *ſubſtantiæ*: *ſomnus*, pro *ſenſus*: *fatum*, pro *fœtum*: *aut*, pro *autem*: *mon*, pro *modò*: & id genus alia non pauca) retineat; propriis & ipſa cumulata eſt, in Græcis præcipuè, maculis: ut tota ἕλκεσι βρύειν meritò dici poſſit. ut omittam Notas additas; ſi Notæ ſunt dicendæ, hominis (ne quid dicam gravius) audaciſſimi (ut cum τὸ ἀμεῖνον λόγον, quaſi inauditum & barbarum quid, emendari vult τὸ κρεῖττονα λόγον: cùm pro τροπῇ, Platoni & Stoicis tam familiari verbo, τρόπῳ ſubſtituit, & ejuſdem farinæ alia) mera deliria. Iſtæ ſunt omnes, quæ quidem ad meam pervenêre notitiam, Antonini editiones. Quis verò in tantâ virorum doctiſſimorum, quantam noſtra hæc & ſuperior ætas tulit, annonâ: tantâ Commentatorum, qui alii ſuper alios veteres quoſque ſcriptores certatim arripuêre turbâ, unius ferè Antonini id peculiare fatum fuiſſe non miretur, ut incultus, impolitus, ἀνεξήγητος per tot ad hunc uſque diem jaceret annos? Dicerem fortaſſe difficultatem operis, toties à Xylandro commemoratam, pleroſque ab incepto deterruiſſe, niſi arroganter id à me dictum videri poſſet, quod à me ſuſceptum ſit, (nam præſtitum non dicam) id ab aliis ne ſuſciperetur, perficiendi difficultatem potiſſimùm obſtitiſſe. Ego certè cùm ante annos jam decem totos Auguſti hujus operis non anteà mihi viſi, ſed expetiti dudum, compos eſſem factus, & in lectione progreſſus eſſem quantum ad guſtum libri ſufficeret, ſic eorum quæ legeram & intelligebam admiratione, pari delectatione junctâ, protinus obſtupui, ut nullum non laborem libenter ſuſcepturus fuerim, nulli non oneri ſubiturus, quò ad cæterorum, ad quæ mentis acies nondum penetraverat, intelligentiam pervenirem. Magna tum memini ſpes animum pertentabat, ſi fortè exemplar Antonini, quo b. m. parens uſus fuerat, adipiſcerer, haud pauca in eo reperturum me ad oras (quæ in pleriſque veteribus legendis ejus ſedulitas & diligentia) notata, quæ magno futura eſſent auxilio. ſed eum cum humaniſſimi juxta ac eruditiſſimi viri *Patricii Junii*, Bibliothecæ Regiæ præfecti digniſſimi operâ conſequutus eſſem, quàm ſpe meâ fruſtratus ſim, ipſum illum teſtor, optimæ fidei, nec minoris in his judicii teſtem, omni exceptione majorem. loco enim emendationum aut conjecturarum quas expectabam plurimas, plurimi ſe ſingulis ferè paginis ὄβελοι ac χιασμοὶ, quibus quæ pro mutilis aut corruptis haberet notare ſolebat, obtulerunt. Ait Ariſtoteles, & verè ait, ut mea fert ſententia, quod & hodierni Itali vulgari jactant proverbio) μᾶλλον ἕκαστα κρίνουσι καὶ ἐξακριβοῦσι, οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες. cùm igitur lecto ſemel iterumque libro, novâ ſemper cum voluptate ad novam lectionem redirem, factum tandem eſt ſæpè legendo, ut quæ prius ἄβατα καὶ ἀνέφικτα tenebriſque plus quàm Cimmeriis obvoluta videbantur, ea pleraque, pauciſſimis exceptis, adeò plana & expedita ſe præberent, vix alius ut ſit ex veterum omnium librorum numero liber, quem mihi magis notum perſpectumque, crederem. Qua ex re cùm gaudium pro priori meo ſtudio deſiderioque quantum par erat perciperem, re tamen ipſâ, quod à viris ſapientibus obſervatum memini, tunc expertus ſum, nullum tantum bonum eſſe, cujus privata & ſolitaria poſſeſſio ſi non ingrata, certè pro rei merito jucunda ſit. Quare cùm fictitium illum, ſtramineum, volgivagum Guevaræ *Marcum Aurelium* etiam Anglicè verſum eſſe comperiſſem; cùm mihi privatim pro munere ſuſcepto nihil deinceps ex uſu magis quàm linguæ Anglicæ promptus uſus, cujus non inutiliter excolendæ hæc opportunitas ſeſe offerebat; cum denique Latinorum & Græcorum librorum editiones

(præcipuè qui Cantuariæ, à typographis & bibliopolis omnibus longè ſubmotus, ſedem fixam haberem) non ſine multâ difficultate hic in terris procurari viderem; de vertendo in linguam Anglicam eximium hoc opus, magnâ ſpe conceptâ fore ut multis prodeſſet, ſi ſic verteretur ut à multis intelligi poſſet, paucos poſt menſes quàm ipſe videram & legeram, apud me conſtitui: nec ante deſtiti, quàm quod animo propoſueram, Deo ceptis aſpirante, confeciſſem. De iſtâ verſione non aliud dicam, niſi viris in hoc regno (quod non unus coram teſtatus eſt) à dignitate, ſed & ab eruditione ſummis haud paucis rem feciſſe me gratiſſimam. Cùm autem non pauci verſione delectati de Græcis edendis ſæpiùs interpellarent, dudum profectò eorum voluntati morem geſſiſſem, niſi quòd dum vacationis ab aliis negotiis & Londinenſis ad tempus commorationis opportunitatem expecto, interim non unius indicio ad me pervenit *Thomam Gatakerum*, virum eruditionis apud Anglos opinione celebrem, Græcè, ut perhibebant ipſi, peritiſſimum, eam in ſe provinciam à longo jam tempore ſuſcepiſſe, ac propè jam defunctum eſſe. Ego cùm quod amicis inſtantibus opponerem jam haberem, & otii quantum ſatis eſſet ægrè mihi pollicerer, moleſtiæ autem plus ſatis in mundo præſentiſcerem, facilè in animum induxi ut ab incepto deſiſterem. Verùm poſt plurium annorum irritam expectationem cùm jam dubitare, qui ſpem excitaverant, animadverterem; cúmque ea incidiſſent tempora Reipublicæ ut animum tum munire optimis præceptis, tum à triſtiſſimis cogitationibus avertere quacunque ratione laborarem, memor quantâ cum animi voluptate in verſione Anglicâ verſatus eſſem, ad Græco-Latinam Antonini editionem cum Notis, quæ non multæ quidem, pro ſucciſivi temporis ratione, eſſent; ſed quæ nihil tamen, dignus ubi vindice nodus, intactum relinquerent, mentem cæpi convertere. Sed priuſquam manum operi admoveo, virum illum doctiſſimum, de ſolâ dum famâ mihi notum, conveniendum mihi credidi. Superioris anni Majus tum menſis agebatur. Quid multa? Poſt multos ultro citroque de Antonino ſermones, tandem oſtendit mihi vir humaniſſimus ſcriptos manu tomos in quarto, (ut loquimur vulgò) binos, bene ſpiſſos, quorum alter ipſum Antonini contextum cum Latinâ verſione continebat: prolixos alter in Antoninum Commentarios: utroque eâ curâ deſcripto, ut editioni paratos res ipſa loqueretur. paratos autem plures jam annos ita fuiſſe idem qui oſtendit aſſeverabat: at quando prodituri eſſent in lucem, cùm quæ hactenus obſtiterant, eadem nunc quoque eſſent impedimento, nihil aſſeverare ſe, aut in ſe recipere poſſe profitebatur. Cùm ego viciſſim conſilium ei meum de Xylandri verſione interpolandâ, & brevibus Notis addendis aperuiſſem, adeò non improbavit, ut laudaret etiam, & ultrò cohortaretur. Ab eo tempore quicquid ab aliis ſtudiis & negotiis liberi temporis obtigiſſet, id huic uni curæ curandæ, donec confecta res eſſet, à me deſtinatum. Quid autem nobis hac editione propoſuerimus, id demum ſupereſt ut paucis hic exponamus. Ab ipſo, quod præcipuum eſt, Antonini *contextu* incipiemus. qui quidem, ſi Xylandro credimus, vix Antonini contextus dici mereatur. Eſt enim ubi non Antonini hoc ipſius opus, ſed ἐκλογὰς duntaxat ex Antonino; ut in poſterioris editionis præfatione: eſt ubi *mutilos miſeréque decurtatos*, hos libros; ubi *librum mutilum & pleriſque locis interruptum interpolatumque*, ut in prioris: ubi denique *pleraque lacera*, ut in Notis ἀποτόμως pronuntiat. Hujus autem aſſertionis & judicii ſi quis à Xylandro cauſſam requirat, hæc nimirum eſt, ſententiarum obſcuritas & incohærentia. De poſteriore ut primùm dicam: Eorum quæ ἀφελεστικῶς à veteribus per ſectiones & capitula tradita ſunt eam eſſe rationem, ut ſectiones, ſeu capitula, nullâ, niſi caſu, vel argumenti, vel orationis ſerie copuláque cohæreant inter ſe, quis ignorat? Eam autem ἀμέθοδον μέθοδον veteribus ſapientiæ magiſtris probatam & uſurpatam maximè ut ex Solomonis, Theognidis, Phocylidis, alio-

aliorumque Gnomologicis monumentis facilè discimus; ità recentioris ævi viros acutissimos non defuisse video, qui ordini vel exactissimo certas ob caussas (quas non est hîc examinandi locus) anteponerent. Cùm igitur tam certum sit quàm quod certissimum, hæc ἀθρόως & ἀφορισπικῶς (qualia & *Epicteti* quod vocatur *Enchiridii* pleraque, nisi si quis ingenii subtilitate fretus ἀσύγκλωστε κλώθειν aggrediatur) ab Antonino congesta esse, nec aliam quærendam seu verborum seu sensuum ἀλληλουχίαν, quam quæ in singulis sectionibus; magna pars obscuritatis sublata fuerit, si sectiones (quæ nostri laboris pars non minima) rectè secreveris, & diremeris. Sectionibus rectè ritéque discretis ac diremptis, si quæ alia supereſt obscuritas, inde potissimum est, quod Antoninus in veterum lectione tritissimus, eorum verba suis crebrò, tacitis ipsis, sic intertexat; ad intertexta (aut quæ interdum in animo tantùm habebat) suis sæpè verbis tacitè sic alludat & intendat; ut hæc animadvertere & dijudicare singula vix cujusquam fortasse sit etiam diligentissimi: qui verò in veterum, Philosophorum præcipuè, lectione bene versatus non sit, is nihil mirum si in tam crebro τῆς ἀρχαιότητος in sensibus & verbis πίνῳ crebriùs offendat & hæreat. Præterea, quis ab eo qui secum loquatur & sibi scribat uni, eam sermonis expectet perspicuitatem, quam ab eo qui aliis, ut legatur, & prosit, jure meritoque requiramus? Sed quicquid hujus sit, ne quis ultra sit huic exceptioni locus, asserere non verebimur, pauciſſima (quis autem liber antiquus tam planus & perspicuus ut Oedipo aliquo nullibi egeat? ut nodos etiam doctissimis inenodabiles nullos habeat?) in his libris esse, quæ non integra modo, sed & ad explicandum facilia præstare non possimus. Refutatâ obscuritatis & ἀναπολυθίας calumniâ, cur imperfecti sint hi libri, nullum, quod sciam, aliud argumentum. cur autem perfecti judicandi sint, & optimæ notæ codicem eum fuisse quo Xylander usus est, & expressit typis, credibile sit, cùm alia possunt afferri, tùm illud inprimis, quod quæcunque extant apud Suidam (quæ mihi quidem hactenus reperta) Antonini *Fragmenta*, quæ paulò post inter Testimonia reperientur: quæcunque in *Excerptis* (de quibus in Notis, initio) nomen *Epicteti* II. præferentibus Hæschelianis, ea cum editione Xylandri, variantibus aliquot lectionibus exceptis, per omnia congruunt. Qui igitur codici Xylandrino, ut optimæ notæ codici, multum deferremus, & Xylandrinam editionem ex illo (nisi quod ex Notis ejus quædam in textum, nescio an ipso authore, temerè recepta) fideliter expressam esse non levibus argumentis adducti judicaremus, & ipsam fideliter ut hîc, quoad ejus potuit, solis mendis typographicis, & minutioribus exceptis, exhiberemus, præcipuè curavimus. Sed cùm secundæ ac melioris Xylandrinæ editionis nullum exemplar quod excudendum typographo traderemus suppeteret, Lugdunensis editionis exemplar quod suppetebat, priùs tamen à me collatum, & ad meliorem illam editionem quàm potui diligentissimè correctum, tradere coacti sumus. Non mirum tamen si quædam nostram, præcipuè cùm mens toties aliis longè curis & sollicitudinibus interpellaretur, fugerunt diligentiam: quæ pleraque aut in Notis aut in Erratis indicata sunt. Depulsâ imperfectionis invidiâ, non abs re fortasse fuerit & illis hîc paucis occurrere, si qui futuri sunt, qui de *redundantia* questuri sunt. Negari certè non potest, eadem sæpius his libris (iisdem quidem planè verbis non multa, at non multùm diversis haud pauca) ingeri & inculcari. Hoc igitur objecturis quod universè respondeamus hoc præstò nobis est, Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά: aut quod alicubi rectè Seneca, *Numquam nimis dicitur, quod nunquam satis discitur.* Sed Antoninum præterea & hoc peculiariter excusat, quòd, ut de obscuritate modò dicebamus, hoc quicquid est operis, non id aliis, ut in vulgus emanaret & publicè prodesset, adornavit: sed sibi privatim, (quanquam & aliis, dum sibi,

tanto Domino, & Exemplo) ut in virtute proficeret, commentatus est. ut hinc quidem quid ille sibi ipsi, conscientiæ suæ sedulus ac severus scrutator, apprimè utile ac necessarium judicaverit, addiscere possimus: judicio ejus aut memoriæ irasci, quòd ab iisdem repetendis & inculcandis, quæ ad profectum virtutis prima & summa haberet & quotidie experiretur, haud abstinuerit, sine summâ iniqitate nequeamus. Ad *versionem* quod attinet, eum Xylandro libenter honorem habuimus, ut ejus versionem, nisi ubi res ipsa aliter postulabat, & sententiæ ipsius intererat, ubique retineremus. Ingenuè, certè, & candidè ab illo factum est, quòd *in quibusdam* (nec falsum dixisset, si in multis dixisset) *coactum se divinare, & audacter à codice Græco discedere*, agnoscit ipse. sed & in aliâ præfatione, quam posteriori editioni primam præfixit, non minùs ingenuè & verè, *quædam in Antonino esse, quæ prorsus non attingere præstitisset, quam conjiciendo aliena pro Antoninianis fortassis ingerere.* Hoc sane verè dicere possumus, plurimas esse sectiones, nec illas è brevissimis, in quibus Antoniniànæ mentis & sententiæ in Xylandrinâ versione neque vola, neque vestigium: ut illas omittam, in quibus quod erat ita contrarium, ut nihil magis esse possit, expressit, aut potius, ut ipse in Notis alicubi loqitur, ariolatus est. quæ à nobis eò dicuntur, non ut viro docto νεανικῶς insultemus; cujus memoriæ, ut cætera ejus merita omittamus, vel hoc nomine quod Antoninum illi debeamus, ita favemus, ut ejus par est memoriæ, qui maximo nos obstrinxerit beneficio: sed ut si qui nostri in hac interpolandâ & recensendâ versione laboris & instituti parum candidi futuri sunt interpretes, eis aliquid opponeremus. Mutatæ verò versionis, ubi dubitandi caussa erat, in Notis rationem reddidimus. ubi non erat, ut labori parceremus putido, & ne obtrectandi materiam quæsiviisse videremur, libenter abstinuimus. Quod si non in promptu caussa semper, quæ me movit (etsi fieri potest ut in qibusdam me quoque ratio fugerit) ut mutarem, Lectorem minùs intelligentem oratum velim, ne quorum ipse rationem statim non assequitur, ea statim nullâ ratione niti pronuntiet, aut planè judicet. Sic exempli caussâ, ipso statim initio, quod Xylander verterat, *Existimatione parentis mei*; maluimus nos, *Existimatione genitoris mei.* Erunt fortasse qui ad τὸ γεννήσαν[τος], quasi id meliùs *genitor* quàm *parens*, aut elegantiùs, (quo quid puerilius?) verteretur, respexisse suspicabantur. Ego verò τὸ γεννήσαντα, *parentem* Latinè vulgò optimè reddi non magis dubito, quàm τὸ γεννήσαντα & τὸν πατέρα idem vulgò sonare. sed ut hoc loco τὸ γεννήσαντα consultò dixit Antoninus, ut naturalem patrem, qui genuerat, ab eo quem πατέρα lib. 1. cap. 16. περὶ δ πατρὸς, &c. nuncupat, qui scilicet adoptaverat, distingueret: ita, *qui genuit*, hîc, vel *genitorem*, quàm *parentem*, cùm *parentis* latior interdum soleat esse (quo sensu Capitolinus in vita Marci, *Omnibus parentibus suis tantam reverentiam*, &c. capiendus) significatio, ad Antonini mentem propiùs accedere credidi. De *Sectionibus* seu *Capitulis* jam diximus aliquid. sed est porrò quod dicamus, quia in eorum divisione & partitione multum situm est. Nobis in hac quam hîc exhibemus partitione non id propositum fuit, ut singulos κανόνας, seu singula quæ vocat Antoninus κεφάλαια, & interdum ὑποθέσεις, seorsim repræsentaremus, sed ut ea (plura an pauciora essent) eisdem sectionibus includeremus, quæ conjuncta perspicuitatem, obscuritatem divulsa peperissent. In plurimis autem, ubi sententiæ nihil interest, sive conjuncta legantur, sive separata, arbitrio meo usus sum, nulli legem impositurus, quin aliter per me liceat ipsi disponere. Hoc tamen præmonitum velim lectorem, temerè facturum qui non semel iterumque lecto toto libro, & attente lecto, de novo cogitabit ordine. quid enim in singulis sectionibus ubi aliqua difficultatis aut obscuritatis suspicio, spectaverimus illi demum intelligent, qui frequenti lectione totum illum adeò sibi familiarem reddiderint, ut de singulis partibus ex toto, quod toti maximè conveniat, judicium facere possint.

Exempli

Exempli cauſſâ, lib. IV. c. 6. ubi nos novæ ſectionis initium facimus, Ταῦτα ἅπαντα ὑπὸ τῶν πολλῶν, &c. erunt fortaſſe qui connecti cum ſuperioribus iſta debuiſſe, nihil ultrà providentes, ſola quæ ſunt ante oculos cogitantes, cenſebunt. qui eadem fortaſſe cum ſequentibus iſtis, ὅλως δ' ἐκεῖνο μέμνησο, &c. &, Ἄρον τὴν ὑπόληψιν, &c. conjuncta eſſe non minùs improbabunt, quod ratio cohærentiæ non appareat. At iidem ſi cogitaverint Antonino ſolenne eſſe quoties ad alienam improbitatem patienter ferendam ſe hortatur, & neceſſariis præſidiis (quod facit ille ſæpiſſimè, neque aliud puto fuiſſe, quod magis ipſum exercuerit) ante munit, duplicem neceſſitatem ponere; aliam generalem, reſpectu mundi, cujus ordini maximè conſentaneum eſſe (ita quidem ille, nec ille ſolus, ſed alii plures tum philoſophi, tum Theologi veteres Chriſtiani pluribus adſtruunt) ut improbi permittantur, aſſerit: aliam particularem, quod iſtis opinionibus poſitis, tales mores, tales actiones conſequi (unde & illud ſequitur, invitos quodammodo peccare, qui opinionibus abrepti peccant) neceſſe ſit: ut autem neceſſitatem, ita & ævi brevitatem, ut præſentiſſimum ad compeſcendam iram remedium paſſim inculcare: eundem denique omnes iraſcendi cauſſas, ad falſas & imaginarias (quibus indulgere ſtultum ſit, quaſque admittere vel excludere noſtri ſit arbitrii) opiniones referre ſolere: qui hæc inquam cogitaverit, illa omnia quæ ſectionis iſtius ambitu comprehendimus, eodem pertinere, nec ſeparari debuiſſe confeſſurus eſt. Quid nobis propoſuerimus, & quibus addúcti rationibus, hactenus præfati ſumus. Sed propoſitum tamen adhuc reſtat primarium καὶ τὸ δεχιπκτικὸν πλῶ, indictum nobis, quod uno verbo expediam, *prodeſſe*, & iis potiſſimùm gratificari, quibus virtus & vera pietas cordi eſt, & vitæ finis. Ego illum, quicunque tandem ſit, optimè Antoninum intelligere exiſtimabo, quiſquis ita leget, ut per eum in vitâ proficiat. Hoc tibi, Lector quiſqis es, opto voveoque ex animo: ſi & tu mihi, non aliud à te meæ qualiſcunque induſtriæ præmium poſtulo. Vale.

DE

MARCO AURELIO ANTONINO,

Principe multis nominibus incomparabili ; tum ſingulari ejus eruditione, ſcriptiſque variis, veterum quorundam ſcriptorum, ſed & recentiorum nonnulla

TESTIMONIA.

Athenagoras, philoſophus Athenienſis, in legatione pro Chriſtianis, Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ καὶ Λυκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον, φιλοσόφοις, *Marco Aurelio Antonino, & Lucio Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, & quod maximum eſt philoſophis,* inſcripta:

Κἀγὼ οὐχ ὡς ἐπιδεικνύειν τὰ δόγματα τῶν Φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβεῖς, ἔτως ἂν εἰρήκαμι πρὸς ὑμᾶς, διέξειμι. οἶδα γὰρ ὅτι ὅσον συνέσει καὶ ἰσχύϊ τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε, τοσῦτον καὶ τῷ πάσαν παιδείαν ἀκριβῶν, πάντων κρατεῖτε ἔτω καθ' ἕκαστον παιδείας μέρος καταρθούντες, ὡς ἐδὲ οἱ ἐν αὐτῆς μόνον ἐπιτεμνόμενοι. *Neque verò ut accuratam philoſophicorum dogmatum cognitionem oſtentaturus, varias illorum de Deo opiniones commemorare apud vos nunc aggredior. Novi enim vos quantum prudentiâ ſimul & imperio præſtatis omnibus, tantum etiam exquiſitâ ſcientiarum cognitione excellere : Ita in ſingulis pariter ſapientiæ partibus eximiè verſatos, ut qui unam duntaxat aliquam ſibi excolendam delegerunt, etiam illos in hac ipſâ parte ſuperetis.*

Herodianus initio hiſtoriæ:

Τὰς θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τῶν συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τὸν γένους μακρᾶς διαδοχαῖς ὑπερέχοντας, οὐδὲ τὸν πλούτου περιβολαῖς λαμπρύνοντας, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. τοῦτο γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. ἀρετῆς δὲ πάσης ἐμέλλεν αὐτῷ. λόγων τε ἀρχαιότητος λῦ ἐρασθὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ὑπολείπεσθαι, δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτόν, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἐρχομένοις ἑαυτὸν ἀπλοῦν καὶ μέτριον βασιλέα, τάς τε προσόδους δεξιούμενον, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ὑποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας. μόνον τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπεδείξατο. *Filias porro, cum adoleviſſent, optimis ex ordine Senatorio viris collocavit. Neque enim qui longam generis ſeriem præferrent, aut qui opes nimias oſtentarent, ſed qui morum probitate, atque modeſtiâ, vitæque innocentiâ præcellerent, eos ſibi generos deligendos putabat. Hæc enim ſola animi bona certa eſſe ſtabiliáque ducebat. Virtutem nullam non magnopere exercuit: adeò literarum antiquitatis ſtudioſus, ut nemini ſit in eo genere Romanorum Græcorúmque ſecundus. Argumento ſunt permulta quæ ab illo dicta atque conſcripta ad nos uſque pervenerunt. Adeò verò civilem ſeſe, & commodum omnibus principem præſtabat, ut adeuntium cuivis dextram placidè daret, neminémque à ſuis cuſtodibus prohiberi aditu pateretur : ſolúſque imperatorum ſapientiæ ſtudium non verbis aut decretorum ſcientiâ, ſed gravitate morum vitæque continentiâ uſurpavit.*

Suidas, *in voce* Μάρκος.

Tria diverſorum ſcriptorum profert teſtimonia, unico Dione in ultimo nominato : unde eſt, quod

quod priora duo Anonymis à quibusdam adscribantur, cùm tamen alioqui notissimi sint scriptores è quibus & illa promuntur. De singulis igitur, quia testimonia ipsa integra hic transcribere, quòd tum ipsi fontes, tum tradux exscriptorque Suidæ omnibus sint pervii pateantque, minimè necessarium judicavimus, paucis hic agemus. Primum igitur quod incipit, Μάρκος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος βασιλεὺς Ῥωμαίων, *ex Philostrato, in vitâ Herodis, nobilis illius sophistæ, sumptum est; paucis initio & fine verbis, quæ vexissimile est ipsius esse Suidæ, duntaxat exceptis. Sed in paucis illis observanda de duodenario librorum horum numero verba;* Οὗτος ἐγεγράφει ἃ ἰδίᾳ βίβλοις διεγωγὴν ἐν βιβλίοις ιβ'. *Secundum quod incipit,* Μάρκος βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ σωφρονέστατος, *&c. est pura puta Eutropii* μετάφρασις, *aut* παράφρασις *potius. Quæcunque enim Latinus ille Breviator Historiæ stylo contractiore, & inde sæpius, sed & ob acumen sophisticum nonnunquam, obscuriore; hic Græcè sic reddantur, ut non pauca passim verba suppleantur, quæ sententiam clariorem ac pleniorem reddant. In uno tamen & altero loco mentem Eutropii non satis assequutus est hic (quicunque) paraphrastes. Cæterùm è duobus, quorum notitia ad nos pervenit, Eutropii Græcis interpretibus, Capitone, cujus non solus Suidas meminit; & Pæanio, cujus translatio pridem in lucem prodiit; utri horum tribuenda sint hæc, si quis quærat: etsi Pæanium videre mihi non hactenus contigerit, ex iis tamen quæ de ejus versione viri doctissimi, Josephus Scaliger, b. m. parens Isaacus Casaubonus, Valesius, aliique qui legerunt, passim pronuntiant, non Pæanio, sed Capitoni, ut & antiquiori & longè præstantiori adjudicanda esse facilis est conjectura. Sunt enim hæc quoque talia, quæ auctoris sui non vulgare ingenium, & in veterum lectione diligentiam testentur. Tertium quod incipit,* Μάρκος βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθείς, *&c. è Dione, (quem à Suidâ nominari jam diximus) hodieque in Xiphilini Epitomâ salvum & superstes in Marci vitâ, totum sumptum est. Sed hic illud videndum, unde illa initio verba (non à Dione certè)* ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθείς. *proprium enim illud Antonini qui Adriano successit, & hunc nostrum adoptavit, cognomen esse, quis nescit? Suidas quidem certè non potuit ignorare; sed nec per errorem memoriæ quod ad* Marcum *pertinebat, ad* Pium *transferre, qui testimonium hoc è Dione (ubi palam non in Pii, sed Marci vitâ) describere se profitetur. Crediderim igitur imperitum aliquem Suidæ lectorem, cum priora illa testimonia ad Marcum pertinere perspexisset, neque Pium à Suidâ præteritum probabile putaret, hoc tertium & ultimum, addito proprio cognomine, vindicare illi voluisse. Quod si est, suam ignorantiam non uno nomine prodidit. Ut enim Dionem taceam, quem si consuluisset homo temerarius, vanitatem suæ ariolationis statim deprehendisset; jam antea Suidas in* Ἀντωνῖνος *(quæ tamen in postremâ Suidæ editione adeò confusè, Antoninis & Antoniis pluribus ac diversis, sub uno* Antonini *nomine dispositis, sunt edita, ut incautus lector vix animadversurus sit) Pii elogium ex eodem Eutropio, ab eodem (sive is Capito, seu alius) paraphraste, ut ex stylo liquet, in Græcam linguam translatum, in suam Saturam, sive farraginem, contulerat. A quibus autem & quâ ratione* Pii *titulus Antonino nostro delatus reperiatur, alibi fusè disputaturi sumus.*

Nicephorus Eccles. Hist. lib. III. cap. 31. fine,

Πλὴν γε εἰδέναι χρεών, ὡς ὁ Μάρκος Ἀντωνῖνος ἔτος καὶ βιβλίον παιδείας τῷ παιδὶ Μάρκῳ συντάττει, πάσης κοσμικῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μεστόν. *Illud scire convenit, Marcum Antoninum filio suo Institutionis Imperialis librum à se compositum reliquisse, omnis generis profanorum exemplorum, & disciplinæ,* (prudentiæ sæcularis & eruditionis omnigenæ) *plenum.*

Antoninus ipse de seipso, lib. III. c. 14.

Μηκέτι πλανῶ. ἔτι γὰρ τὰ ὑπομνήματά σε μέλλεις ἀναγινώσκειν, ἔτι τὰς τῶν ἀρχαίων Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων πράξεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν συγγεγραμμένων ἐκλογὰς, ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπέλιπες. σπεῦδε οὖν εἰς τέλος, καὶ τὰς κενὰς ἐλπίδας ἀφεὶς, σαυτῷ βοήθει εἴπερ σοι μέλει σαυτοῦ, ὡς ἔξεστιν. *Ne diutius evageris. Neque enim futurum est, ut commentarios tuos perlegas, aut Romanorum ac Græcorum priscorum res gestas, aut ex autoribus variis excerpta, quæ, quo in senectute usui tibi essent, reposuisti. Ad finem itaque festina, & spes vanas mittens, si rationem tui ullam habes, tibi consule, quod licet.*

Aurelius Victor (*quem* juniorem *seu* posteriorem; vulgatum *alii, aut* Victorium *vulgò nominant, ut ab altero illo Victore, quem V. Cl. Andreas Schottus diu ignotum, primus in lucem protulit, distinguant*) in Epitomâ:

De hoc Victore, quod vulgò sit doctorum hominum judicium, non ignoro. Mihi tamen perplacet hæc vita; adeò quidem, ut non solum integram hic apponere, sed & notis aliquot illustrare non pigeat.

Marcus *autem Antoninus imperavit annos decem & octo. Iste virtutum omnium, cœlestisque ingenii exstitit, ærumnisque publicis quasi defensor objectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset,*

Marcus autem Antoninus:] scribe, *Marcus Aurelius Antoninus.* Vide notata in Anton. lib. I. cap. 15. pag. 18. lin. 7. Παράλληλοι Μαξίμῳ, &c.

Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profectò] Vide si dubitas, tum alios qui vitam scripserunt, tum Aristidem in oratione Panegyricâ, qui providentiæ numinum pulcherrimis verbis acceptum fert, quod talis tali & tam necessario reipublicæ tempore summæ rerum præfectus sit. Zonaras etiam in eandem sententiam: Ἐγένετο δὲ μᾶλλον θαυμάσεως ἄξιος αὐτὸς, ὅτι καὶ ἀλλοκότοις καὶ ἐξαισίοις χειμάρροις πράγμασιν, αὐτὸς τε περιεγένετο, καὶ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. *Hinc verò potius aliquis illum miraretur, quia, ubi negotiis peregrinis & iniquis obiisset, & ipse superfuerit, & imperium servaverit.*

Hinc

eſſet, profectò quaſi uno lapſu ruiſſent omnia ſtatus Romani. Quippe ab armis nuſquam quies erat, perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella fervebant; terræ motus non ſine interitu civitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locuſtarum ſpecies agris infeſtæ, prorſus ut prope nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, dici ſeu cogitari queat, quod non illo imperante ſævierit. Credo divinitus attributum ut dum mundi Lex, ſeu natura aliudve quid hominibus incognitum ea mala gignit, rectorum conſiliis tamquam medicinæ remediis leniatur. Is propinquum ſuum Lucium Annium Verum, ad imperii partem novo benevolentiæ genere aſcivit. Qui Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens ictu ſanguinis, quem morbum Græci ἀπόπληξιν vocant, undecimo imperii anno extinctus eſt. Carminum maximè [Tragicorum] ſtudioſus, ingenii aſperi atque laſcivi. Poſt cujus obitum Marcus Antoninus Rempublicam ſolus tenuit. A principio vitæ tranquilliſſimus, adeò ut ab infantiâ [vultum] nec ex gaudio nec ex mœrore mutaverit. Philoſophiæ ſtudens, literarumque Græcarum peritiſſimus. Hic permiſit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu, quo ipſe, & miniſtris ſimilibus exhiberent. Hic cum ærario exhauſto, largitiones quas militibus impenderet, non haberet, neque indicere provincialibus, aut ſenatui aliquid vellet: inſtrumentum regii cultus, factâ in foro Trajani ſectione, diſtraxit, vaſa aurea, pocula cryſtallina & murrhina, uxoriam ac ſuam ſericam & auream veſtem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menſes venditio habita eſt, multumque auri redactum. Poſt victoriam tamen emptoribus pretia reſtituit, qui reddere comparata voluerunt: moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere. Hujus tempore Caſſius tyrannidem arripiens, extinctus eſt. Ipſe anno vitæ quinquageſimo nono apud Vendobonam morbo conſumptus eſt. De ejus morte nuntio Romam pervecto, confuſâ luctu publico urbe, ſenatus in curiâ veſte tetrâ amictus, lachrymans convenit. Et quod de Romulo ægrè creditum eſt, omnes pari ſenſu præſumpſerunt, Marcum cœlo receptum eſſe. Ob cujus honorem templa, columnæ, multaque alia decreta ſunt.

Hinc illud Ammiani Marcellini de funeſtiſſimis & turbulentiſſimis Imperii Romani temporibus: *Eo tempore* (inquit) *quo etiam ſi imperium Marcus regeret Antoninus ægrè ſine Collegis ſimilibus, & magnâ ſobrietate conſiliorum lenire luctuoſos Reipublicæ poterat caſus.*

Lex mundi] Eleganter & ex intimâ philoſophiâ; pro, fatum. Græci pariter νόμον, eodem ſenſu: ut apud hunc noſtrum non ſemel. Hoc ipſum Seneca, & iiſdem ferè verbis; (quæ fortaſſe tum Victori huic, aut undecunque Victor, in mente) Nat. Quæſt. III. c. 29. *Origo mundi* (explicabimus in Anton. lib. IX. p. 263. ad lin. 16.) *non minus Solem & Lunam, & vices ſiderum, & animalium ortus, quàm quibus mutarentur terrena*, (i. e. non minùs quibus mutarentur terrena, quàm Solem & Lunam & vices ſiderum: ut peculiari idiotiſmo, ne dicam κακοζηλίαν, Senecam loqui amare pluribus exemplis, quibus hoc meritò addatur, contra temerarios correctores pridem docuere viri doctiſſimi) *continuit. In his fuit inundatio, quæ non ſecus quàm hyems, quàm æſtas lege mundi venit.*

Aliudve quid hominibus incognitum] Lucretius l. V. v. 1232.

Uſque adeò res humanas vis abdita quadam
Obterit, & pulchros faſces, &c.

Quod autem Lucretius *vim abditam*; alii liberiùs, *invidiam numinis*, τὸν φθόνον τῶν θεῶν: quæ maleſana opinio mentibus antiquorum, cujuſque generis, cujuſcunque profeſſionis, ità penitùs inoleverat, ut etiam viris piis, quibus vera lux affulſerat, voces exciderint interdum parum piæ, & ἀπευκταί, teſtes veteris ſuperſtitionis.

Ictu ſanguinis quem morbum Græci ἀπόπληξιν vocant.] Non parum negotii faceſſivit hic locus viris doctis, Eliæ Vineto, & Andreæ Schotto Jeſuitæ: qui fruſtra adhibitis in conſilium medicis, & omnibus tentatis, cùm aliàs expedire ſe non poſſet, ad ultimum illud, *ure, ſeca*, confugere coactus, voces illas *Ictu ſanguinis* expungi voluit. Sed rectè aſſeruit & explicavit vir ſummus Claudius Salmaſius, harum literarum magnum decus, Commentariis in Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores præclariſſimis. Ego miror quid in his verbis (in quorum ſcripturâ cum Victore, Eutropius & Miſcellæ Hiſtoriæ collector conſentiunt) viris doctis adeò vel inſolens, vel improprium, aut obſcurum denique viſum ſit. Nam *ictus*, ſi verbi ipſius vis attendatur, non alia certè vox ἀπόπληξιν meliùs exprimat. Quod tamen ſi non eſſet, at ob ſymptomatum, repentinam ἀφωνίαν, aliaque, fulguritos inter (qui vulgò *fulmine icti* dicuntur) & apoplectico morbo correptos, affinitatem, non inſulſa tamen eſſet aut abſurda metaphora. Inde enim, quod unum idemque *attonitorum* utriſque, tam iis qui morbo corripiuntur, quàm qui fulmine feriuntur, apud Latinos (ut optimus Latinitatis auctor Cornelius Celſus nos docet) commune nomen. Cur *ſanguinis* autem quamvis non omnis apoplexia ab impetu ſanguinis, *ictus* dicatur, ſufficit, quod inter generales morbi illius cauſſas à medicis præſtantiſſimis vis ſubita ſanguinis recenſetur. Ut taceam quod πληθος ἰχῶρος huic ipſi Lucio fatale fuiſſe, vetus apud Suidam ſcriptor; & ejus patrem Lucium Commodum ἐγκαλαληφθῆναι (pro quo vitioſè in Xiphilino meo ἐγκαλαλειφθῆναι) ὑπὸ τῦ αἱματος πολλῦ τε καὶ ἀθρόυ ἐκπεσόντος, Dio in Adriani vita teſtis eſt; quod quid aliud eſt, quam *ictu* ſeu *impetu ſanguinis*;

Vultum nec ex gaudio] Ex Capitolino & hoc Victor: niſi verius utrumque, ut alia pleraque, ex aliquo vetuſtiore. Meminit & Gregorius Nazianzenus in Julianum Σηλιν. δευτ. his verbis: Ὅτι τοσῦτον ἀόργητος ἦν, καὶ τῶν παθῶν ὑψηλότερος κατὰ τὸς τῶν πώποτε βασιλέων ἀτρίπτους καὶ ἀκινήτους, καὶ μηδ' ἂν εἴτι γένοιτο τῦ προσώπυ τι παρατρέψαντας, ἃ πάθος ἴχνος ἐπιτημάνοντας, &c. *Quod adeo ab ira alienus erat, ac turbulentis animi permotionibus ſublimior, inſtar nimirum eorum regum, qui tranquillitatis & conſtantiæ laude quondam florebant: nec, etiamſi quid moleſtiæ ipſis accidiſſet, vultum tamen ullo modo immutabant, aut perturbationis veſtigium oſtendebant,* &c.

Ut convivia eodem cultu] Hæc eſt illa κοσμοκομοτάτη (fructus certè ejus è pluribus unus) quam à patre ſuo Pio didicerat Antoninus. Ad eandem & illa Eutropii referenda, *hic cum omnibus Roma æquo jure egit, ad nullam inſolentiam elatus eſt imperii faſtigio,* &c. quæ doctiſſimus, & elegantiſſimus Eutropii paraphraſtes apud Suidam non benè ad Antoninum adhuc privatum refert. Ita enim ille pluribus exequitur. Τότε γὰρ ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἴσον, ὐδὲν τῇ εἰσποιήσει τῦ γένυς ἀλλοιωθείς, καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, &c. *Vitam autem privatam ſic egit, ut ſe nihil efferret ſupra cæteros de plebe Romana cives: ſed pari dicendi libertate frueretur, nihil ob illam generis adoptionem mutatus. Et poſtquam ad principatum eſt progreſſus,* &c. Atqui Antoninus ipſe lib. I. cap. 13. ideam imperii καὶα ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν gubernati inter ea ad quæ fratris exemplum ipſi profuerat, commemorat. Hæc generalis verborum expoſitio, quam ad Victoris mentem potiſſimum hic facere ex ordine narrationis perſuaſum habeo: ad Capitolini verò mentem, ex quo Victor hauſit, non item. Peculiaris enim ratio, quæ Antoninum movit, ut id permitteret: quam ad Capitolinum fuſè explicat venerandæ mihi memoriæ pater Iſaacus Caſaubonus.

Ipſe vita anno quinquageſimo nono apud Vendobonam] De annis vitæ Marci & loco mortis, aliter Tertullianus, Dio, Capitolinus, alii, qui nec ipſi in omnibus inter ſe conſentiunt. Eorum rationes nic expendere, longum eſſet; & minimè neceſſarium, cùm jam ab aliis ſatis accuratè præſtitum ſit.

Marcum cœlo receptum eſſe] i. e. cœlitibus adſcriptum & Divum, imò Deum factum. Vide Antoninum lib. IV. c. 14. & quæ nos ibi.

Julius Capitolinus in vita Marci.

Erat enim ipſe tantæ tranquillitatis ut vultum nunquam mutaverit mœrore, vel gaudio philoſophiæ deditus Stoicæ, quam & per optimos quoſdam Magiſtros acceperat, undique ipſe collegerat.

Vulcatius Gallicanus in vitâ Avidii Caſſii.

Nec defuere qui illum Catilinam vocarent: quum & ipſe ſe ita gauderet appellari, addens futu-

futurum ſe Sergium, ſi dialogiſtam occidiſſet, Antoninum ſignificans: qui tantum enituit in philoſophiâ, ut iturus ad bellum Marcomannicum, timentibus cunctis, ne quid fatale proveniret, rogatus ſit non adulatione, ſed ſerio, ut præcepta philoſophiæ ederet: nec ille timuit, ſed per ordinem paræneſeos, hoc eſt, præceptionum, per triduum diſputavit.

Iſaacus Caſaubonus ad iſta Capitolini, *Vix autem matre agente*, &c.

Fauſtina autem filio Marco, non luxuriæ magiſtra, ſed vitæ tenuiter ac ſobriè inſtituendæ. Nam ait filius doctum ſe à matre, τὸ λιτὸν καὶ τὸ διαιτᾶν, καὶ πόρρω τῆς πλουσιακῆς ἀγωγῆς. victu ſimplici, & qui opulentorum more ac inſtituto cedat quàm longiſſimè contentum eſſe. *Propterea vir illa divinus neque ſatis unquam vel cognitus vel laudatus, alio loco diis gratias agit, quod cum lege fatorum matri ipſius cita mors immineret, poſtremos ſaltem annos, unà cum ipſa egerit, vel potius illa ſecum; ſic enim ait,* ὡς ἐκείνη τὸν θεῶν τὸ μέλλουσαν νέαν πλουτίζειν τὸν πένεσθαι, ὁμοίως οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὸ πλουτεῖα ἔτη. Diis acceptum fero, quòd mater mea, quamvis juvenis eſſet ceſſura, mecum tamen noviſſimos ætatis annos tranſegerit.

Idem ibidem ad iſta, *ridens res humanas*, &c.

Non ridere, ſed rite ac ſuo pretio æſtimare res humanas ſolitus vir hic ſapientiſſimus. Hoc ille nos docet divinis illis ſuis libris: velut cum ait in ſecundo: non enim tempero mihi, quin mellitiſſima graviſſimi doctoris verba adſcribam.

Canterus Nov. Lection. lib. VII. c. I.

Marcus Aurelius Antoninus, imperator optimus, atque idem philoſophus tantus, ut hoc meruerit proprium cognomen, duodecim conſcripſit de officio ſuo libros maximæ pietatis, humanitatis, temperantiæ, eruditionis, aliarum rerum præclararum teſtes pleniſſimos; & cum quibus multorum philoſophorum operoſa præcepta collata meritò ſordere poſſint. Quocirca nemo, ſpero male collocatum tempus putabit, &c.

Cum plures abhinc annos collectionem locorum Antonini qui apud Suidam (non omnium ſanè, ſed qui Lexicum ejus ſeu Collectanea pro re natâ verſanti ſe obtulerunt) fecerim, quæ ſecundæ Antonini Anglicæ editioni præfixa eſt: eandem hic quoque multò magis exhibendam credidi: ſed & locos integros ut apud Suidam hodie extant (quod tum factum non eſt) apponendos, ut ex collatione de fide & bonitate Codicis MS. quem Xylander expreſſit, & Antoniniani (ſaltem à Suidæ uſque ævo) textus integritate, contra eorum opinionem qui XII. *hos libros amplioris & perfectioris operis Excerpta duntaxat Eclogaſque cenſuerunt, Lectori conſtare poſſit. Hinc quoque haud pauca in Suidâ corrupta corrigere quivis poterit.*

Ἀκενόσπουδον, ὡς ἀπὸ Διογνήτου ἔμαθον τὸ ἀκενόσπουδον καὶ τὸ ἐπιστητικόν, φησι Μάρκος ὁ φιλόσοφος Βασιλεύς. *Apud Diognetum didici contemptionem rerum inanium, & ſcientiarum parandarum rationem, ait Marcus imperator Philoſophus.* Antonin. lib. I. cap. 6.

Ἀκέραιον. ἐκ τοῦ Μάρκου Ἀντωνίνου συγγραφῆς, κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσεσθαι μέλλῃς καὶ τοσαυτάκις μύρια, ὅμως μέμνησο ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ ὃν ζῇ. ἢ ἄλλον ζῇ. ἢ ὃν ἂν ἀποβάλλῃ. εἰς ταὐτὸν ἓν καθίσταται τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ. τὸ γὰρ παρὸν, πάντιν ἴσον. καὶ τὸ ἀπολλύμενον ἀκ ἴσον, καὶ τὸ ἀπολλύμενον ὅτως ἀκαιρεῖαν ἀναφαίνεται. ἔτι γὰρ τὸ παρωχηκὸς, ὅτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἄν τις ὁ γὰρ ἀκ ἔχει, πῶς ἂν ἔτό τις αὐτοῦ ἀφέλοιτο; Ἀκέραιον. *Ex Marci Antonini ſcripto. Etiamſi ter mille annos victurus eſſes, & totidem inſuper myriadas, illud tamen meminiſſe debes, nec ullam aliam vitam ab ea, quam degit, amittere quemquam; vel aliam ab ea, quam amittit, degere. Eodem ergò redit longiſſimum ætatis ſpatium cum eo quod eſt breviſſimum. Præſens ſiquidem tempus eſt omnibus æquale: & quod amittitur non eſt æquale omnibus. eadémque ratione id quod amittitur, momentaneum tantum eſſe conſtat. neque enim aut præteritum, aut futurum amittere quis poteſt. nam quis cuiquam id, quod non habet, abſtulerit?* Antonin. lib. II. cap. 14.

Ἀποφαινεῖν. ἐὰν τὶς αὐτὸ μόνον εἰδῇ, καὶ τῷ μεγέσμῳ τῆς ἐννοίας ἀφελύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, ἐκέτι ἄλλο τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἶναι ἢ φύσεως ἔργον. φύσεως δ' ἔργον εἴτις φοβεῖται, παιδίον ἐστι. ἔτο μέν τοι καὶ μόνον φύσεως ἔργον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ. πῶς ἅπτεται θεῶν ἀνθρωπος καὶ κατὰ τὶ ἑαυτῆς μέρος. *Si quis rem ipſam per ſe intueatur, cogitationéque ab illa ſummoverit ea omnia, quibus tanquam larvis horrendis inſtructa imaginationi noſtræ ſe objicit, nihil eſſe aliud comperiet quam opus naturæ. Opus autem naturæ ullum quiſquis expaveſcit, puer eſt. Verùm enim verò non eſt opus tantum naturæ, ſed quod eidem & conducat. Ejuſdem denique facultatis fuerit, conſiderare, homo Deum quomodo, & quâ ſui parte contingat.* Antonin. lib. II. cap. 12.

Ἄσχολος. ὁ μὴ εὐκαιρῶν. σχολὴ γὰρ ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ συνηθείᾳ εὐκαιρία. μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρός τινα, ἢ ἐν ἐπιστολῇ γράφειν, ὅτι ἄσχολος εἰμι. μηδὲ διὰ τοιούτου συνεχῶς ὑποδιτεῖσθαι τὰ κατὰ τὰς πρὸς τὰς συμβιώσας σχέσεις καθήκοντα, προβαλλόμενον τὰ ἐπιεσῶτα πράγματα. Ἄσχολος. *Negotioſus, qui non habet opportunam, commodámque negotiorum conficiendorum occaſionem.* Σχολὴ *enim i.e. otium eſt ea, quæ in conſuetudine i.e. communiter & vulgo vocatur* εὐκαιρία *i.e. commodum rei gerendæ*

tempus. Néve si necessitate adactus, aut dicto aut scripto significem alicui, non vacare me: néve hoc modo sub negotiorum distinentium prætextu officia ea, quæ vitæ hujus necessitudo à nobis exigit solens deseram. Antonin. lib. I. cap. 12.

Ἀψικάρδιον. εἰ δὲ ἰδιωτικὸν φάρμακον ἀψικάρδιον ἐθέλεις, ἐρήσεται ταχέως τ καρδίας ἀπτόμενον. Ἀψικάρδιον. *Si autem vulgare vis pharmacum, quod cor tamen attingat, mox tibi dicet cor tangens.* Antonin. lib. X. cap. 3.

Ἄψικορον. Ὠμεταβλήτως ἢ ὁ ταχέως καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαι κορεννύμενον. εἰδὼς τ νομάδων, &c. καὶ αὖθις. συντηρητικὸν δεῖ εἶναι πρὸς τὰς φίλας, καὶ μηδαμῶς ἀψίκορον. Ἄψικορον. *Qui facilè mutatur, vel qui statim satiatur, simul ac cibum tetigit, qui statim rerum aliquarum fastidio afficitur. Cùm novisset Numidarum, &c. Et rursus. Oportet erga amicos constantem esse, nec ullo modo fastidiosum.* Antonin. lib. I. cap. 13. Vir doctus qui hæc Polybio adscribit, haud dubiè fallitur.

Γραός. γράος. ἡ δυσοσμία τ τράγων, καὶ γράος ἄνθρωπος ὁ δύσοσμος. τῷ γράοντι μὴ ὀργίζου. Γραός. γράος. *Hircorum malus odor. Et γράος ἄνθρωπος, homo male olens, fœtidus. Hircum olenti ne irascaris.* Antonin. l. v. cap. 28.

Δαίμων. ἡ ἑκάστου τύχη. Ἀριστοφάνης, &c. καὶ Σοφοκλῆς,

Γενναῖος ὡς ἰδόντι σοὶ πλὴν τ δαίμονος.

τυτέστι τ τύχης. Οὐδὲν ἀθλιώτερον τ πάντα κύκλῳ περιεχομένου καὶ τὰ νέρθεν γῆς ἐρευνῶντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τ πλησίον λογᾷ τεκμαίρεσθαι ζητοῦντος, μὴ αἰσθανομένου ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτ δαίμονι εἶναι, καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν. θεραπεία δὲ αὐτοῦ καθαρὸν πάθους διατηρεῖν καὶ κακοπραγμοσύνης, καὶ δυσαρεστήσεως τ πρὸς τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. τὰ μὲν γὰρ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων φίλα διὰ συγγένειαν. ἔστι δ' ὅτε καὶ τρόπον τινὰ δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἐλάττων ἡ πώρωσις αὐτὴ τ στερεμνίου τὰ λευκὰ καὶ μέλανα. Δαίμων. *Cujusque fortuna. Aristophanes, &c. & Sophocles,*

Generosus es, ut intuenti conjicere licet, exceptâ fortunâ tuâ.

Τὸ δαίμονος, τῆς τύχης i. *fortuna. Nihil homine illo miserius est, qui omnia undique pervagatur, & cùm ea quæ subter terram sunt scrutatur, tum quæ in animis alienis, conjecturâ nititur indagare; nec intelligit interim sufficere sibi, ut cum eo, quem intra se gerit, genio versetur, eúmque legitimè colat. Colet autem, si affectibus & vitio immunem custodierit, nec offensum re aliquâ, quam vel dii vel homines egerint. Divina enim & humana facta, cognationis ratione sunt amica. Interdum autem hæc cæcitas quodam modo propter bonorum & malorum ignorationem est major illa, quæ alba & nigra internoscere prohibet.* Antonin. lib. II. cap. 13.

Ἐπιλαμβάνεσθαι. γενικῇ. μέμφεσθαι. μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τ βαρβάρων, ἢ σόλοικον, ἢ ἄπηχές τι προενεγκαμένων. Ἐπιλαμβάνου. *Genitivo. corripere. Non probrosè excipere, si quis barbarum quid, vel solœcum, vel absonum protulerit.* Antonin. lib. I. cap. 10.

Εὐαναχλήτως. συμπαθῶς. καὶ πρὸς τὰς χαλεπήνασας καὶ πλημμελήσασας εὐαναχλήτως ἔχων. εὐαδιδάκτως, ἐπειδὰν αὐτοὶ ἐπανελθεῖν θέλωσι. Εὐαναχλήτως. *Exorabiliter, placabiliter, cum commiseratione. Ut placabilis & reconciliatu facilis essem, adversus eos, qui offensionis causam dederint, aut deliquerint aliquid, simulátque illi in gratiam redire vellent.* Antonin. lib. I. cap. 7.

Εὔλυτος. Μάρκος Ἀντωνῖνος φησὶν ἕτοιμον ἀναμένων τὸ ἀναχλητικὸν ἐκ βίου εὔλυτος, μήτε ὅρκου δεόμενος, μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος. Εὔλυτος. *Facilis solutu. Expeditus. Ut Marcus Antoninus dicit, expecta expeditus, donec è vita receptui canatur; nec jurejurando, nec ullo homine teste indigens.* Antonin. lib. III. cap. 5.

Εὐμάρεια. ἡ εὐκολία. λέγεται καὶ ἡ εὐκοσμία περὶ Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ ἐν ἐπιγράμματι, &c. Εὐμάρεια. *Facilitas. Sic vocatur & modestia apud Marcum Antoninum & in epigrammate.* Antonin. lib. IV. cap. 3.

Ὀρθὸς. λέγεται καὶ ὄρθιος. Μάρκος. ὄρθον εἶναι, καὶ μὴ ὀρθούμενον. Ὀρθὸς *dicitur & ὄρθιος. Rectus, Erectus. Marcus. Rectum, non surrectum esse.* Antonin. lib. III. cap. 5.

Ὀρτυγοκόπος. παιδιά τις. ἐν ᾗ ὄρτυγας ἱστᾶσιν ἐν γύρῳ ἐς τύπτεσθαι εἰς τ κεφαλήν. καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ γύρῳ, &c. μήδε ὀρτυγοκοπεῖν. μὴ δεῖ τὰ παιδικὰ ἐκπλήττειν. Ὀρτυγοκόπος. *Ludus quidam est, in quo coturnices in orbem collocant, quorum capita feriunt. Qui autem in gyro, &c. Neque coturnices feriendæ, neque hujusmodi rerum admiratione obstupescendum.* Antonin. lib. I. cap. 6.

Ὠσικῶς, τὸ μὲν βίας καὶ ὠθισμοῦ. μηδὲ ὠσικῶς καὶ μετὰ βίας πρὸς θάνατον ἔχειν. Ὠσικῶς. *Pellendo, trudendo. Per vim & propulsionem. Nec impetu, nec per vim ruendum est in mortem.* Antonin. lib. IX. cap. 3.

Παράπηγμα. κανών. καὶ εἰδός τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ, εἰ δὲ ἰδιωτικὸν φάρμακον ἀψικάρδιον ἐθέλεις πρὸς τ θάνατον εἶπω. Παράπηγμα. *Regula. Et quoddam instrumenti astronomici genus. Ut. Si verò vis plebejam regulam, quæ cor tangat, adversus mortem dicam.* Antonin. lib. IX. cap. 3.

Περιλαλοῦσιν. ἀντιπαλικῇ. ἀντὶ δὲ περιττολογοῦσι, φλυαροῦσι. τοῖς περιλαλοῦσι μὴ ταχέως συγκαλίπτεσθαι. Περιλαλοῦσιν. *Accusativo. Pro περιττολογοῦσι, supra modum loquuntur, garriunt. Ut, ne celeriter assentiaris quibusvis garrulis.* Antonin. lib. I. cap. 7.

Πρασιανός. ὅτι πρασιανὸς λέγεται καὶ βενεπανὸς, καὶ παλμαριάριος, καὶ σκυτάριος περὶ Μάρκου Ἀντωνίνου. Πρασιανός. *Prasianus & Palmularius & Scutarius dicitur apud Marcum Antoninum.* Antonin. lib. I. cap. 5.

Προσε-

Προσοχή. ἀκριβὴς ἐπιμέλεια ἀρούσης. ⸀τοῦ ἰδίου σώματος ἐπιμελητικῶς δεῖ ἔχειν ἰμμέτρως. ὅτι ὡς ἄν τις φιλόζωος, ὅτε πρὸς καλλωπισμὸν, ὅτε μὲν ὀλιγώρως, ἀλλ' ὥστε ἀρὰ τὴν ἰδίαν προσοχὴν εἰς ὀλίγα πάνυ ἰατρικῆς χρήζειν, φαρμάκων, καὶ ἐπιθεμάτων ἐντὸς καὶ ἐκτός. Προσοχή. *Accurata victus ratio. Corporis curam probè attemperatam oportet gerere, ut nec vitæ avidus videaris, aut elegantiæ ſtudioſus: nec neglectui tamen id habeas; ſed per tuam ipſius diligentiam efficias, ut perpaucâ indigeas medicinâ, & pharmacis, & epithematibus internis & externis.* Antonin. l. 1. cap. 16.

Συμβαίνοντα. συμφωνοῦντα. τὸ συμβαίνειν λέγομεν ὡς τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσι, καὶ ἐν τοῖς πυραμίσι συμβαίνειν οἱ τεχνῖται λέγουσι, συναρμόζειν ἀλλήλοις τῇ πρὸς ἕδος. Συμβαίνοντα. *Conſentientia, coagmentata.* Συμβαίνειν *dicimus, ut lapides quadratos in mœnibus aut pyramidibus convenire dicunt artifices, cùm ſibi invicem ſcitè compoſiti coaptantur.* Antonin. lib. v. cap. 8.

Τερατεία. ψαδολογία, ψαδοδοξολογία. τοῖς ὑπὸ τῶν τερατολογουμένων, καὶ γοήτων, καὶ ἐπῳδῶν, καὶ δαιμονίων ἀποπομπῆς. Τερατεία. *Falſiloquium. Oratio portentoſa, remota à communi mortalium opinione, qualis ſolet eſſe eorum, qui res prodigioſas dicunt, & præſtigiatorum de incantatione, & dæmoniorum averruncatione.* Antonin. lib. 1. cap. 6.

Haud paucæ præterea voces & phraſes, ut ἀνανεωσάμενος, ἔκτρεψον, ἐκτέον, εὐσυνείδητος. καὶ νῦν, τὸ παρὲν ἐν πίθεσθαι, *&c. in quarum explicatione Suidam ad certa Antonini loca reſpexiſſe veriſimile puto: quia tamen affirmare non poſſum, cum neque nominet Antoninum, neque plura proferat, ex quibus certò liquere poſſit, labore colligendi libens ſupersedeo.*

Poſtremo *loco libet hic ſubjicere quod extat apud Suidam veteris cujuſdam ſcriptoris de Theoſebio philoſopho teſtimonium, quod ad Antoninum noſtrum, aut hos ſaltem ejus libros pertinere dudum eſt cùm peculiari commentatione Viro Clariſſimo harum literarum ſtudioſo & intelligenti inſcriptâ haud levibus argumentis adductus conjeci potiùs quàm aſſerui. Nunc autem ut aſſerere penè audeam, facit authoritas Fragmentorum quorundam Antonini manu Davidis Hæſchelii, viri doctiſſimi, ex Auguſtanæ Bibliothecæ veteri codice tranſcriptorum, nuper mihi viſorum, quæ Epictetum præferunt auctorem. Unde τῷ μακαρίτῃ Hæſchelio, priuſquam Antoninum vidiſſet. (nam viſo illo poſtea ſententiam mutavit) de Theoſebio auctore primò ſuſpicio, præfixis Fragmentis iſtis, ad prælum paratis, hoc titulo,* Epicteti Enchiridion 11. ſive, Theoſebii Epicteteæ doctrinæ Syngramma: ex Auguſtanâ Bibliothecâ Græcè nunc primùm à Davide Hæſchelio Auguſtano editum. *Hanc commentatiunculam cum primum vacabit relegere & abſolvere, publici juris faciam. Rem interim me doctioribus in medium propono, de quâ cogitent; non hic tantum, ſed quacunque aliâ in re certiora docentibus herbam promptus alacriſque porrecturus. Hoc modò minus cautos & peritos in anteceſſum monebo; ne ex Latinâ Franciſci Porti tranſlatione ferant ſententiam, quam longè à Græcis (quæ tamen ipſa ſemel iterumque mendoſa) non uno loco hic abire σὺν θεῷ docturi ſumus.*

Ἐπίκτητος ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος, δοῦλος ἦν Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος. πηρωθεὶς ἦν τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος ἐν Νικοπόλει τῆς νέας ἠπείρου ᾤκησε, καὶ μακρεύνιος μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου ἔγραψε πολλά. ὅτι θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος ἔλεγε πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν, τὰ ἦν καὶ αὐτὸς ἐπεχείρησε τῆς ἠθοποιοῦ μουσικῆς, ἱκανὰ πείθειν καὶ δυσωπεῖν τὰς ψυχὰς τὰς μὴ παντάπασιν ἀτέγκτους καὶ ἀπερμόνας. ἀπαλύνεσθαι ἦν τὰ ἀμείνω καὶ μεταδιώκειν, καθόσον οἷόν τε ἦν. ἀποτρέφεσθαι ἦν καὶ ἀποδιδράσκειν τὰ χείρω τῆς ζωῆς εἴδη καὶ δύναμιν. τοιγαροῦν καὶ ἐν συγγράμμασι καταλέλοιπε τοιούτοις ποσὶ τὰς ἑαυτοῦ νουθετήσεις οἷς ὁ Ἐπίκτητος πρότερον. καί μοι δοκεῖ ἀνὴρ γεγονέναι ἄνυδρος (ὡς ἕνα πρὸς ἕνα ἀντιβαλεῖν) ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς χρόνος Ἐπίκτητος. ἀλλὰ μέντοι τῶν Στωϊκῶν δοξασμάτων. ὁ γὰρ Θεοσέβιος οὐδενὸς τοσοῦτον, ὅσον τοῦ Πλάτωνος ἀληθείας ἠπάζετο, καὶ ἐθαύμαζε. καὶ δήπου καὶ συνεγράψατο μικρὸν βιβλίδιον, περὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ τῇ μεγάλῃ κεκοσμημένων, τῶν ἀπὸ τῶν θεῶν ἤκουσαν θεοσοφίαν ἐξαίρων λόγῳ. ταύτην γὰρ διαφερόντως ἐτίμα, καὶ ἔσεβεν. ἀεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἠθικωτέροις φιλοσοφήμασι διαλέγεσθαι ἐφαίνετο. καὶ γὰρ οὐ ἐπιφυκὸς πρὸς ὄζωΐαν μᾶλλον, ἢ ὀπισήμιλον, οὐδὲ ταύτῃ ἠσυχάζουσαν, οὐδὲ ἐν μίναις τῶν φαντασίαις γυμναζομένην, ἀλλὰ ζῶσαν ἱκανῶς ἐπ' αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν. εἰ μὴ γὰρ καὶ τὸ δημόσιον ἐπολιτεύσατο τρόπον, ἀλλὰ τὸ ἴδιον, οὗ καὶ Σωκράτης ἐκεῖνος, καὶ ὁ Ἐπίκτητος, καὶ πᾶς σοφρόνων μετεχειρίζετο, τὸ ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ πολιτείαν διακοσμῶν. ὅτι μὲν πρῶτον, ἔπειτα καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν μέρει καθήκασον ἰδίᾳ συνιστάμενον πρὸς τὸ βέλτιστον. *Epictetus, ex Hierapoli Phrygiæ urbe, philoſophus. Servus autem Epaphroditi, unius de ſatellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit. Et vitâ productâ uſque ad Marcum Antoninum multa ſcripſit. Theoſebius autem philoſophus multa ex Epicteti ſcholis deſumpta dixit. Alia verò & ipſe excogitavit ſententiarum enuntiandarum genera, quæ ſunt Muſæ mores formantis documenta, ad perſuadendum apta, & ad animos non prorſus inexorabiles & indomitos flectendum & exorandum idonea. Amplecti verò meliora & ſectari ſolebat, quantùm fieri poterat. Averſari verò, & fugere deteriora vitæ genera pro viribus conſueverat. Quamobrem etiam ſuas admonitiones in libro oratione ſolutâ ſcripto reliquit quibuſdam hujuſmodi viris, qui tales erant, qualis fuerat ille prior & antiquus Epictetus. Et (ut unum cum uno conferamus) hic noſtri temporis Epictetus mihi videtur fuiſſe manifeſtè talis, qualis fuit antiquus ille Epictetus, ſine tamen Stoicis opinionibus. Theoſebius enim nullius ſcriptoris opiniones tam amplectebatur, & admirabatur, quàm Platonis veritatem. Quinetiam quendam libellum conſcripſit de rebus in magna politia eleganter dictis, divinam ſapientiam à diis venientem, verbis*

extollens. Hanc enim vehementer honorabat & colebat. Semper enim in moralibus philoſophiæ ſtudiis apertè verſabatur. Nam bene natus erat ad bonam vitam colendam potius, quam ad ſcientiam ſectandam, eámque non otioſam, nec in ſolis imaginibus exercentem: ſed in ipſis rebus, & perpetua bonarum rerum actione ſatis viventem. Quamvis enim publicum illud vivendi genus, quod in rerum civilium adminiſtratione verſatur, non fuerit ſectatus: ſed privatim vitæ genus coluerit, quod & ille Socrates, & Epictetus, & quilibet ſanâ mente præditus tractat, ſuam & in ſeipſo ſitam politiam exornans, tamen hoc quidem privatum præclaræ vitæ genus exercebat primum, deinde verò & illud, quod in mutua conſuetudine, & officiis erga ſingulos exercendis, & ad optimum vitæ finem homines deducentibus verſatur.

MERICI CASAUBONI
ISAACI FILII
IN
MARCI ANTONINI
De ſeipſo & ad ſeipſum Libros,
NOTÆ.

NOTÆ IN LIBRUM I.

A'ρχὴ Ἀνλωνίνυ τῶν εἰς ἑαυτόν] *Philoſophi* titulum, quem Marco noſtro plerique veteres, Chriſtiani Gentileſque, non ut proprium cognomen, ſed ut meritum virtutis elogium tribuunt, quod hic omiſerimus, cùm Xylander, utcunque addendum crediderit, non in Manuſcripto tamen inveniſſe ſe codice ingenuè profiteatur, non eſt quòd factum pluribus excuſemus. Si quis tamen hoc non contentus, alias omittendi cauſſas requirat, adeat b. m. parentis in Julium Capitolinum Notas, & Emendationes, initio vitæ Marci: quibus nos quod addamus non habemus. Quæ autem vis ſit & ſententia horum verborum, *τῶν εἰς ἑαυτὸν*, quòd rectè intellecta, cætera luſtraturis, ex alto ſuſpenſæ lampadis, aut prælatæ facis inſtar eſſe poſſint, utcunque breviores in cæteris, diligenter expendemus. Certè quàm parum diligenter incomparabile hoc ſcriptum hactenus à pleriſque verſatum ſit, vel inde conſtare poſſit, quòd plerique, etiam doctiſſimi, in ipſo titulo, tanquam limine, malo omine, ſoleant impingere. Quotus enim quiſque eſt, qui cùm aliquid ex his libris promunt, Antoninum *De Vitâ ſuâ* non laudant? Certè, Marcum Antoninum, maximorum virorum, ex ipſis etiam Imperatoribus non unius exemplo, *De Vitâ ſuâ* commentarios reliquiſſe, ſunt qui aſſerant, & Ælium Spartianum, aut Lampridium teſtes appellent. Ego ingenuè profiteor, neque in Spartiano, neque in Lampridio, (quos tamen non oſcitanter legi) tale quid, ſed nec in alio quoquam veteri ſcriptore, de Marco noſtro meminiſſe. Sed demus ſcripſiſſe; quid tum? An ideò, *τὰ εἰς ἑαυτὸν*, *De Vitâ ſuâ*? An hic quicquam Marcus Antoninus (pauca excipio, quæ obiter & aliud agens libro primo) vel de vitâ ſuâ, dum privatus adhuc; vel de rebus à ſe geſtis, poſtquam Imperator? An quiſquam unquam fuit, qi præcepta philoſophiæ, & ſecum colloquia (poſteri ſoliloquia dixere) ad mentis animique cultum ſpectantia, *De Vitâ ſuâ*, (præſertim qui maximus Imperator eſſet) inſcriberet? Scripſerat Cæſar Auguſtus De vitâ ſuâ libros XIII. Hodie non extant hi libri: ſed tamen hodiéque ſuperſunt fragmenta quædam, quæ cujus argumenti fuerint, ſi titulus non docet, indicare queant. Nempe res à ſe publicè privatímque geſtas iis libris ſummus Imperator complexus erat. Unde & illa tituli, *De Vitâ ſuâ*, apud Suidam Græca metaphraſis, *περὶ τῆ ἰδίυ βίυ καὶ τῶν πράξεων*. Septimii quoque Severi *De Vitâ ſuâ* Commentarii olim extabant; de quibus Ælius Spartianus in ejus Vitâ meminit his verbis: *Vitam ſuam privatam publicámque ipſe compoſuit ad fidem*: Aurelius autem Victor Spartianum ita expreſſit; *Abs ſe texta* (malunt ibi viri docti, *geſta*, legi) *ornatu ac fide paribus compoſuit*. Meliùs igitur illi multò, qui *τὰ εἰς ἑαυτὸν*, *τῆ ἰδίυ βίυ διαγωγὴν*, ut vetus apud Suidam ſcriptor, aut ipſe potius Suidas; vel *De officio ſuo*, ut doctiſſimus Canterus exponunt. Ad inſtitutum vitæ, fateor, & doctrinam de Officiis referri poſſunt pleraqe quæ hic tractantur, & ſcopus hic in iſtis libris quin Antonino noſtro præcipuus fuerit non abnuo. Sed nec iſta tamen, ut quæ vim vocis *ἐμφαντικωτάτης* & præcipui momenti non ſatis exprimant, mihi ſatisfaciunt. Ut enim qui *τὸ ὄν*, *ἁπλῶς* & *καθ' ἑξοχὴν*; vel *τὸν ὄντα*, (ut Plato non uno loco) dicit, *Deum* quidem intelligit; nec tamen interpres admittendus, qui *Deum* Latinè reddat; cùm quod iſta *Dei* periphraſi ſapientiſſimè innuitur, eum vitæ fontem eſſe, *in quo ſint, vigeant & moveantur* (*Act.* 17. 28.) omnia; imò verò, quod altioris adhuc eſt ſapientiæ, ſolum illum verè eſſe & exiſtere; cætera præter illum, quæcunque fluxæ ſunt naturæ & mutationibus obnoxiæ, verè ea (quod tum alii pulchrè probant Philoſophi; tum Plutarchus inter alios eximiè, peculiari de Delphico ei tractatu) non eſſe, aut vivere; id totum ſimplici & vulgari Dei nuncupatione deperdatur: Ita hic, qui, *τὰ εἰς ἑαυτὸν*, *De officio-vitæ*, aut *inſtituto* vertat, rem quidem dicat ipſam, ſi ſola libri materia quæritur; à tituli tamen ipſius proprietate, & præſtantiâ longè abeſt, quo, præter argumenti indicium, omnium vitæ quàm latè patent officiorum; omnis civilis & moralis philoſophiæ fons & origo, nempe Sui ipſius cognitio, excellenter aperitur. Hinc Delphicum illud tantæ celebritatis oraculum, *Γνῶθι σεαυτὸν*. *Noſce teipſum*; de quo tam multa apud veteres Gentiles, alioſque: quò pertinet & illorum philoſophorum ſubtiliſſima diſputatio, qui virtutes omnes; juſtitiam puta, fortitudinem, alias; ad unam propriæ mentis animique curam revocabant: quorum ſententiam Gregorius Thaumaturgus, ut Theologus, ita & Philoſophus eximius, Oratione in laudem Origenis, ipſo dignâ, pluribus explicat. Sed ex innumeris illis quæ apud veteres Græcos Latinoſque ſcriptores paſſim occurrunt Delphici iſtius præcepti interpretationibus, binas hic, Ciceronis ambas, utcunque prolixiores, alteram certè, quòd tum titulum, de quo nunc quærimus, apprimè illuſtrent, tum librorum omnium ſcopum materiamque nervoſè pariter & luculenter exponant, apponere viſum eſt. Ita igitur Cicero, Tuſcul. Quæſt. lib. 1. *Eſt illud quidem vel maximum, animo ipſo animum videre; & nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet ut ſe quiſque noſcat. Non enim, credo, id præcipit, ut membra noſtra aut ſtaturam, figuramve noſcamus: neque nos corpora ſumus: neque ego tibi dicens hoc, corpori tuo dico. Cùm igitur, noſce te, dicit, hoc dicit, noſce animum tuum; nam corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Hunc igitur noſſe, niſi divinum eſſet, non eſſet hoc acrioris cujuſdam animi præceptum, ſic ut tributum Deo ſit: hoc eſt, ſeipſum poſſe cognoſcere.* Idem de Legibus lib. 1. *Hac enim* (philoſophia, ſcilicet) *una nos cum cæteras*

teras res omnes, tum quod eſt difficillimum docuit, ut noſmetipſos noſceremus; cujus præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, ut ea non homini cuipiam, ſed Delphico Deo tribueretur. Nam qui ſe ipſe norit, primùm aliquid ſentiet ſe habere divinum, ingeniumque (*genium*, fortaſſe: ſed fortaſſe tantùm, dico: adi, ſi placet, Anton. lib. III. c. 4. p. 70. & quæ nos ibi) *in ſe ſuum ſicut ſimulachrum aliquod dedicatum putabit; tantoque munere deorum ſemper dignum aliquid & faciet & ſentiet: & cùm ſe ipſe perſpexerit, totumque tentarit, intelliget quomodum à naturâ ſuborn atus in vitam venerit, quantaque inſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamque ſapientiam: quoniam principiò rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illuſtratis ſapientia duce bonum virum* (ſcribo, *verum*. Vide Antonin. lib. v. cap. 12. Ὁποῖά τινά ἐστι τὰ τοῖς π. &c. Item Platonem, tum alibi, tum VI. de Repub. toto;) *& ob eam ipſam tranſſam cernat ſe beatum fore. Nam cùm animas cognitis perceptiſque virtutibus à corporis obſequio indulgentiaque diſceſſerit, voluptatemque ſicut labem aliquam decoris oppreſſerit, omnemque mortis doloriſque timorem effugerit; ſocietatemque charitatis coierit cum ſuis, omneſque natura conjunctos ſuos duxerit, cultumque deorum & puram religionem ſuſceperit, & exacuerit illam, ut oculorum ſic ingenii aciem ad bona deligenda & rejicienda contraria, quæ virtus ex providendo eſt appellata prudentia; quid eo dici aut cogitari poterit beatius? Idemque cùm cælum, terras, maria, omniumque rerum naturam perſpexerit; eaque unde generata, quò recurrant,* (alii, *reditura*;) *quando, quo modo obitura; quid in iis mortale & caducum, quid divinum æternumque ſit viderit, ipſumque ea moderantem & regentem penè prehenderit, ſeſeque non unis circumdatum mœnibus populârem alicujus deſiniti loci, ſed civem totius mundi, quaſi unius urbis agnoverit: in hâc ille magnificentia rerum, atque in hoc conſpectu & cognitione naturæ, dii immortales, quàm ipſe ſe noſcet, quod Apollo præcepit Pythius! quàm contemnet! quàm deſpiciet! quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur ampliſſima!* Hactenus Cicero, cujus verbis nihil opportunius ad Antonini mentem ſcopumque fieri poſſe, qui cum curâ legent, & lecta contendere non gravabuntur, agnoſcent. Quod igitur Xylander ipſe olim (rationem non aſſequutus, unde eſt quòd poſtea rejecit) rectè: quod ὁ μακαρίτης parens meus, (cujus judicii magna apud me filium, jure meritoque ut filium; ſed non minor, hic quidem certè, ſi non filium, eſſet authoritas) non uno loco præfert, *De ſeipſo*: id ego omni alii interpretationi ſimpliciter anteponendum duxi. Sed ne ſic quidem plenè ſatis reddi crediderim, quod Græca verba continent, aut continere certè poſſunt. Refert Diogenes Laërtius lib. 6. §. 3. Antiſthenem olim interrogatum, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, *quem potiſſimum ex Philoſophiæ ſtudio fructum percepiſſet*, reſpondiſſe, τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν, *mecum colloqui poſſe*. Hinc vox αὐτολαλήτης, quæ apud eundem in Pyrrhone; ſoliloquum Latinè dicas. Hinc illud Ciceronis Tuſcul. v. Demoſthenis Oratoris factum neſcio quod improbantis; *Apud alios loqui didicerat, non multum ipſe ſecum*; quibus verbis hominem notat, qui plus operæ poliendo ſermoni, quàm moribus excolendis poſuerit? Solonis ſcriptum, εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας, inſcriptum, memorat Diogenes Laërtius in ejus vitâ: Hermetis autem, vetuſtiſſimi illius & genuini, qui Τρισμέγιστος ob admirationem ſapientiæ dictus eſt; πρὸς τὸν ἴδιον υἱόν, beatus Cyrillus libro 2. contra Julianum. Quare cùm τὰ εἰς ἑαυτὸν, tam, *ad ſe ipſum*, quàm, *de ſe ipſo*, verti poſſet, & in utroque multum ponderis ineſſet, utrumque non malè conjungi poſſe, imò verò debere exiſtimavi. Hæc igitur ratio noſtræ, *De ſeipſo & ad ſeipſum*, verſionis. Porrò per ἑαυτὸν, philoſophos, Platonicos, Stoicoſque, animum ſeu mentem cujuſque intellexiſſe, nemo opinor, (ut allatum modò Ciceronis ex Tuſcul. Quæſt. locum omittam) ignorat, qui non in ipſorum libris hoſpes planè: præſertim cùm Ariſtoteles etiam ſubſcribat, & rationem in Ethicis non uno loco reddat. Hinc illa graviſſima quæſtio, an Homo ſit quiddam ex corpore & anima compoſitum; nobiliore illâ quidem compoſiti parte, ſed parte tamen: an verò eſſentia ejus tota, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ſit in animâ ſolâ, quæ corpore utatur ut organo ſibi circundato. Platonicæ & Stoicæ Philoſophiæ hoc immotum fundamentum, cui cætera pleraque ſuperſtructa ſunt hominem καλὰ τὴν ψυχὴν ὑπειλῆφθαι. Simplicius in Epictetum. Παιδεύει δὲ τὸν ἄνθρωπον ὡς καλὰ ψυχὴν λογικὴν ὑποκείμενον, τῷ σώματι χρώμενον ὡς ὀργάνῳ. *Doctrina ejus*, inquit, *hoc præſupponit, hominis eſſentiam in ſolâ ejus anima conſiſtere, qua corpore utatur ut organo.* Miras tenebras offundit Latinus interpres, vir alioqui doctiſſimus, dum vertit, *Omnis autem doctrina hæc natura humanæ fundamento innititur, qua poſita ſit in ratione & mente, quæque corpore ita ut artifex inſtrumento quopiam utatur.* Vide Antoninum lib. VIII. cap. 40. & decimi libri, ſectione ultima: Plutarchum etiam contra Colotem, præſtantiſſimæ editionis in octavo, pag. 2051. Plenior hujus tituli explicatio ex diverſis Antonini locis peti poteſt: iis præcipuè (quæ non pauca) quibus vox ἑαυτοῦ, non ſine peculiari ἐνεργείᾳ, aut δεινότητι uſurpatur. Memini V. Cl. Thomam Gatakerum in nupero illo meo (de quo in præfatione ad Lectorem diximus) cum ipſo colloquio, quod ego vel non legeram, vel certè legere non memineram, monuiſſe me, virum doctiſſimum Lylium Gyraldum alicubi in hiſtoriâ Poëtarum alio titulo hos Antonini libros citare; τῶν καθ' ἑαυτὸν ſcilicet: qui quoque titulus ex ipſo Antonino commodè poteſt exponi. Sed cùm priorem illum fide Manuſcripti Xylandrini freti pro vero & genuino tueamur, cur de iſto laboremus non eſt. At aliud tamen eſt, quod in Gyraldi verbis obſervandum nobis eſt. Ait enim vir doctus, *Ejus certe librum Græce ſcriptum legi, cujus titulus*, Μάρκου Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν; *ex quo variam & multiplicem illius ſapientiam facilè colligere poſſumus.* Quid illud *ex* ſibi velle dicemus? Hos libros prolixioris operis, (ſive alterius cujuſpiam poſterioris, ſive Antonini ipſius, aliis ſuis negotiis hâc ratione conſulentis operâ) Excerpta, vel Epitomen eſſe? An potiùs, non hos ipſos quos hic exhibemus libros; (unde fortaſſe, quod illorum numerus qui in hâc noſtra ἐπιγραφῇ, cujus etiam Suidas meminit, ab ipſo ſiletur) ſed quædam ex eis Excerpta à Gyraldo lecta eſſe? Id eò veriſimilius mihi fit, quod ante menſem unum aut alterum quàm hæc ſcriberem, indicio V. Cl. de literis & literarum amantibus omnibus indefeſſâ induſtriâ meritiſſimi, Patricii Junii; beneficio verò Johannis Pricæi, Anglo-Britanni, (cujus extant in Apuleji Apologiam Obſervationes eruditiſſimæ) apographum ex Manuſcripto Bibliothecæ Auguſtanæ Codice, celeberrimi illius Davidis Hæſchelii manu tranſcriptum, Excerpta ex Antonino noſtro ſub nomine *Epicteti, Enchiridii Secundi*, ad capita XLIII. continens, nactus ſum. Vix unum de plurimis Antonini libris (ſecundo & ultimo ſolis exceptis) æquant omnia illa capita. Ipſiſſimus eſt ubique textus Antonini, quem hic exhibemus; non interpolatus, non ullibi (locum unum aut alterum excipio, ubi culpâ fortaſſe tranſcribentis, ſive Hæſchelii, ſive alterius cujuſcunque deficiunt aliquot lineæ) decurtatus; niſi quod magna lectionum, ſed quæ plerumque nullius aut minimi momenti, varietas; cujus, cùm tanti erit, in Notis Lectorem pro re natâ monebimus. Cæterùm quid Excerptor hic quicunque fuerit ſibi propoſuerit, non in promptu conjicere. Non enim vel quæ præcipua ſimpliciter, & maximè admiranda in his Antonini libris; vel quæ maximè fundamentalia videri poterant dogmata, præceptáve: non denique quæ unius eſſent argumenti, congeſta hic collectáque dicere quis poſſit. Nulla capitum iſtorum inter ſe non magis quam ſectionum Antonini cohærentia. Nihil mihi probabilius occurrit, quàm quibus maximè capiebatur, (quæ palatorum diverſitas eſt) in unum collegiſſe hunc Excerptorem. Quid ſi tamen, ut furtum faceret, & vel ſibi vindicaret, aut alii cuipiam (ut multi ſunt ad fraudes & impoſturas, vel minimâ de cauſſâ, proclives) adſcriberet? Sed alius erit de his ampliùs quærendi locus, in Commentatione de Theoſebio, cujus initio libri ad allatum ex Suidâ teſtimonium mentionem fecimus.

Pag. 2. lin. 4. Πόῤῥω τῆς πλησιαιτάτης διαγωγῆς.] Viri doctiſſimi corrigunt ἀγωγῆς, correctione valdè probabili fateor, an omninò neceſſariâ dubito. ἀγωγὴ, proprie, de educatione; διαγωγὴ, de vita communi & conſuetudine. De educatione Antoninum loqui ideò probabilius, quia matris meminit; de conſuetudine tamen & inſtituto vitæ adultioris ſi exponamus, eadem erit ſententia.

Ibid. lin. 5. 6. τὸ μὲ εἰς δημοσίας διαλεχθῆς] Xylandri utraque editio, τὸ μὴ εἰς δημ. quod ideo monco, quia Xylandri editionem II. per omnia ſolis erratis minutioribus & typographicis exceptis, exhibituros promiſimus, ut ſi contrà quid in uno aut altero loco contigerit, de eo in Notis monituri ſimus. Illud autem μὲ, cùm qui de Marco ſcribunt uno omnes ore (inter illos etiam Anonymus apud Suidam, cujus & Xylander verba ſuæ editioni præfixerat) planè contrarium teſtentur. erratis typographicis haud illibenter annumeraſſem, niſi verſio Xylandri, vel ab ipſo, quod non puto, Xylandro, vel à Manuſcripto quo uſus eſt ipſe codice, manaſſe fidem feciſſet.

Pag. 3. lin. 1. 2. μήτε πραιτωρίοις μήτε:] Pro στεμματίοις, legendum στεμματέοις, ut magnus Turnebus (decus Galliæ dum vivebat) pridem correxit in Adverſariis: Lipſio etiam in libro de Gladiatoribus aſtipulante. Cæterùm de coloribus & factionibus, ſive Circi ſive Amphitheatri, quæ ſunt aliis obſervata pridem; aut ejus generis alia ſi quæ deinceps ſe nobis offerent, non omnibus fortaſſe nota, notata tamen aliis haud paucis, & quærentibus obvia, ne quis à nobis in noſtris hiſce Notis expectet. Non enim alios tranſcribere mihi animus. Et quis tandem obſervandi, ſeu commentandi finis, ſi quæ ſcriptoribus antiquis pleriſque communia, ea ad ſingulos ingerenda & congerenda ſunt?

Pag. 4. lin. 3. τὸ ἀπιστηλικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν παραλυομένων] De epodis, in genere, quæ nullo non tempore apud pleraſque gentes in uſu, trita jam ſunt omnia, neque hic à nobis, ut modo monebamus, expectanda. At de dæmonum ἀποπομπῇ quorſum, & quos hic intelligat Antoninus, operæ pretium quærere. Ἀποπομπὰς, ſeu ut vulgò loquebantur, ἐξορκίσεις τῶν δ. à Judæis potiſſimùm ad Romanos manaſſe crediderim. Mira narrat in hoc genere Joſephus Antiq. Judaic. lib. VIII. quæ Eleazarus quidam Judæus exorciſta, coram Veſpaſiano Imperatore & plurimis aliis, ipſo quoque ſe præſente & ſpectante, patraverit. Poſt Judæos Ægyptii hâc arte (ſeu maleficio potius, cùm de illis loquimur, dicendum eſt) tum maximè celebres: qui tamen exorciſantes, formulis ut plurimùm Judaicis utebantur, ut ex Origene contra Celſum lib. I. pag. 17. diſcimus. In cujus verbis, iſta, πολλαχοῦ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπαγγελλομένοις ἐνεργεῖάν τινα ἐνίσταρίαν μαθήμασι: à Latino (qualia ſexcenta in illa verſione animadvertimus) interprete, *frequenter ſunt interſperſa Ægyptiorum diſciplinis efficacioribus*, ineptiſſimè & imperitiſſimè vertuntur. Verte, *in libris Ægyptiorum quæ de miraculoſarum operationum & exorciſmorum arte tractant & diſciplinâ, interſperſa reperiuntur.* Confer cum gemino ejuſdem Origenis loco qui lib. 4. pag. 189. σαφῶς δ' ὅτι καὶ γενεαλογοῦντας, &c. Ex his duobus Origenis locis conjunctis Juſtinus Martyr interpretandus, cujus non verba tantùm mendoſè ſunt edita, ſed in longè aliam, quam quæ fuit auctoris, ſententiam vulgò trahuntur. Is poſtquam negavit ullos exorciſmos à Judæis adhibitos efficaces (ſi tamen ulli ſunt; dubitanter enim loquitur) eſſe, qui non in nomine Dei Abraham, Dei Iſaac, & Dei Jacob, concipiuntur; ita pergit: Ἤδη μέντοι οἱ ἐξ ὑμῶν ἱστορικοὶ τῇ τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι, καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις χρῶνται εἰπεῖν. Hæc Juſtini verba ita vulgò accipiunt, Serrarius in Tobiam, aliique, quaſi Juſtinus id ſui temporis Judæis

dæis Exorciſtis objiceret, eos jam à majorum ritu in exorciſmis faciendis deſciviſſe, & novam exorciſandi artem per *ſuffitus* & *vincula*, à gentilibus didiciſſe. Quod quàm falſum ſit, vel ex uno, quem laudavimus, abundè conſtat Origene. Præterea, quis qui vel Tobiam legerit, credat θυμιάματα Judæos, in exorciſmis, & ſuffiendi ritum à gentilibus accepiſſe? Ad *vincula* quod attinet, miror viris doctiſſimis non intellectam vocem ſignificationis non adeò reconditæ: ſunt enim καλάδεσμοι, ſolennes adjurationum formulæ, (*carmina*, Latinè dicas) in Exorciſmis adhibitæ. Sed in Juſtini verbis mendum certiſſimum: legendum enim, καλαδέσμοις χρ. ἐπῶν, non, εἶπον; cui verbo nullus ibi locus. Verto igitur, *Jam ſiquidem*, (vel *pridem enim*) *exorciſta veſtri hâc arte*, (in nomine Dei Abrahami, Iſaaci, & Jacobi exorciſandi ſcilicet) *ut & gentiles* (Ægyptii nimirum) *utuntur*; *ſuffitus adhibentes & ſolennes adjurandi formulas*. Apud Chriſtianos denique inter ordines Eccleſiaſticos Exorciſtarum peculiarem claſſem fuiſſe nemo ignorat: Sed præter hos legitimos, quin errones alii, (quales illi περιερχόμενοι Ἰουδαῖοι, Actorum XIX. 13.) præſtigiis ad ſuum quæſtum utentes, dubium mihi non eſt. Ad quos ni fallor, ut & Judæos Ulpiani verba potiſſimùm pertinent: *Medicos fortaſſis quis accipiet etiam eos, qui alicujus partis corporis vel certi doloris ſanitatem pollicentur; ut puta ſi auricularius; ſi fiſtulæ, vel dentium: non tamen ſi incantarit, ſi imprecatus eſt, ſi* (*ut vulgari verbo impoſtorum utar*) *exorciſavit. Non ſunt iſta medicinæ genera, tametſi ſunt qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment.* D. lib. 50. tit 13. lib. 1. pag. 3. Sed & philoſophos illorum temporum hoc artificio celebres (an infames?) fuiſſe, certum eſt. Apollonium dæmonas abegiſſe, narrat in ejus vita Philoſtratus. Porphyrium, Jamblichum alioſque taceo, quia ævi poſterioris, cum jam Magia in ſummo honore & pretio. Atqui jam Auguſti tempore philoſophos magiæ deditos paſſim, aut ſaltem magos tum fuiſſe, qui falſo philoſophorum nomine ſe venditarent, liquet ex Mecænatis verbis apud Dionem Caſſium Rom. Hiſt. lib. 52. Ut non immerito b. m. parens, Modeſtini verba, *Si quis aliquid fecerit, quo leves hominum animi ſuperſtitione numinis terrerentur, divus Marcus hujuſmodi homines in inſulam relegari reſcribit*, ad illos, quos *ſub philoſophorum ſpecie Rempublicam vexaſſe*, narrat Capitolinus in Marci vitâ, referri poſſe cenſuerit. Id enim ipſum totidem ferè verbis & Mecænas prædicto apud Dionem Caſſium loco. Ex omnibus his, quibus τῶν περιερχομένων καὶ γοήτων titulus & appellatio pari jure competit, quos peculiariter Antoninus hic notet, an indifferenter omnes, arduum definire. Cæterùm verba illa, τὸ ἀπιστηλικὸν, ita capio, non ut omnes omninò ἐνεργείας & miraculoſas operationes pro incredibilibus habuerit; ſed ut quæ vulgò narrabantur in hoc genere, ſuſpecta pleraque habuerit, nec temerè (quæ verbi Græci ἀπιστῶν ſæpe vis eſt: ut & Cicero alicubi vertit) crediderit: ut denique & animo & judicio alienior ab iis fuerit. Hic locus erat Acta illa apud Metaphraſtem, (de quibus conditor Annalium Baronius ad annum Chriſti 163.) miraculoſam Lucillæ, Marci filiæ, à dæmone obſeſſæ, per Abercium Hierapolitanum Epiſcopum, ſanationem narrantia, expendendi; & cum his Antonini verbis conciliandi: Sed & illa περιοδήλα de legione κεραυνοβόλῳ: ut & quod narrat Lucianus in Alexandro Pſeudomante de Antonino, impoſtori nequiſſimo credente, turpiter ab eo decepto. Sed iſta cum accuratè tractari poſtulent, his anguſtiis includi non poſſunt.

Pag. 4. lin. 4. ἀπιστητικὸν] In loco Joſephi (qui Antiq. Jud. l. VIII. Græco-latinæ edit. p. 257.) τὸ ἐνδέμενοι vertunt, *cedentes*, quaſi eſſet ἐνδιδόντες ab ἐνδίδωμι, cùm ſit ab ἐνδέομαι, & vertendum ſit *ligati*, vel, *vincti*. Suidam vide in Ἀναδέμενοι, & alibi. Sed nec in voce ἐνέργεια ſoli impingunt Origenis interpretes. Simplicius in Epict. p. 219. μεταλαμβάνει καὶ αὐτὰ τῆς θείας ἀγαθότητος, ὡς καὶ θείας ἐνεργείας ἐπιδείκνυσθαι. vertunt, *illuſtrationis divinæ fiunt & ipſa participes, ita ut divina conſpiciatur efficacitas*. Verte, *divinæ bonitatis fiunt & ipſa participes, ut miraculoſi interdum* (*Deo operante*) *conſequantur effectus*. Quod Simplicio hic θεία ἐνέργεια, id aliis ἐνέργεια vel ἐνέργειαι, ἁπλῶς, pro miraculoſâ præter ordinem naturæ operatione. Athenagoras in Apol. pag. 25. A. Τὸ μὲν δὴ κατὰ τόπους καὶ πόλεις καὶ ἔθνη γίγνεσθαί τινας ἐπ' ὀνόματι εἰδώλων ἐνεργείας ὑδ' ἡμῶν ἀντιλέγομεν. *Fieri quidem in diverſis locis, & civitatibus, & populis aſiquos ab idolis eorumque nomine miraculoſos præter ordinem naturæ effectus, nos etiam non negamus.*

Pag. 6. lin. 2. τὸν ἀσκητικὸν ἢ τὸν ἐνεργητικὸν] Rectè Xylander hic in Notis ἐνεργητικὸν, pro ἐυεργετικὸν reſtituit. Horum autem verborum clariſſima explicatio ex Epicteti capite LXX. ὅταν ἐντελῶς ἠρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, &c. petenda eſt: ſed non, hic quidem, Epicteti à Simplicio, qui in verborum iſtorum, μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε, *ne ſtatuas amplectere*, expoſitione inſigniter hallucinatur. Certè non uno exemplo didici de rebus antiquis non ſemper antiquis credendum. Atqui ſunt hodiéque, (quod in tam clarâ luce mirum) qui Simplicium ſequantur: cujus teſtes mihi Notæ neſcio cujus, non uno loco corrigendæ, quæ in Epictetum Lugd. Bat. ex Officina Joh. Maire. A. D. 1634. prodierunt. Περιλαμβάνειν τοὺς ἀνδριάντας, quid ſit, docebunt, præter Arrianum, Diogenes Laërtius in vita Diogenis; & Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Περὶ ἀσκήσεως, in genere, conſulendus Arrianus in Epict. lib. 3. cap. 12. & 14.

Pag. 7. lin. 1. τὸ μὴ ἐν σολῇ] Lege, qui hæres, b. m. parentem in iſta Capitolini, *Viſus ſanè eſt ab amicis & cum privatis veſtibus*.

Pag. 8. lin. 1. ἐυδιαλείπλως] Lege, ἐυδιαλλάκλως: quod & Xylander in Notis monuit.

Pag. 10. lin. 8. ἀνειρήτως παραπίμποντα] Metaphora ſumpta à pertuſo dolio; quod & in proverbium abiit. Id Lucretio, *Laticem pertuſum congerere in vas*. Lucianus in Anthologia Gr. εἰς ἀχαρ. eleganter,

Φαῦλον ἀνὴρ πίθον ἐσὶ τελεσμένον. εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀπλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.
Malus vir dolium eſt pertuſum, in quem omnia
Hauriens beneficia, fruſtrà effudiſti.

Seneca Epiſt. 99. *Acquieſcamus his quæ jam hauſimus, ſi modò non perforato animo hauriebamus, & tranſmittente quicquid acceperat.*

Pag. 12. lin. 2. καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν ὁμοίων] Xylander in Notis ingenuè, ideò non interpretatum eſſe ſe, quia non intelligebat, fatetur. Sed eandem ubique legem ſi ſibi dixiſſet, quàm multa paſſim, quæ omittere illum oportuit? Vertimus nos in textu, *nec intempeſtivum*, &c. Quod ſic etiam fortaſſe non malè, *Nec intempeſtivè illos, qui ex opinione vitam inſtituunt, theorematibus exagitare*, vel, *obtundere*. Magnum & perpetuum fere hoc vitium erat ſectatorum philoſophiæ Stoicæ, ſemper crepare theoremata; nullo loco, nullo tempore ab iis oggerendis ſibi temperare. Inde illud Epicteti, μὴ λαλεῖν τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων. Sed omninò conſulendus A. Gellius, & apud illum Arrianus, Noct. Att. l. 1. c. 2. quibus nihil dici poſſit accommodatius ad hunc locum. Τὸ ἀθεώρητον, hic accipio ut apud Diogenem Laërtium in Zenone l. 7. §. 90. ubi virtutes aliæ dicuntur θεωρηματικαὶ αἱ ἕξιν τὴν σύνεσιν ἐκ θεωρημάτων; *ſpeculativæ, quæ ex ſpeculationibus conſtant*; aliæ, ὅτι μὴ ἔχουσιν, &c. *ſpeculatione vacantes, quæ non habent*, &c. Ὄιησις apud Græcos haud rarò, ἁπλῶς, pro vana falſaque quavis (ut Antoninus lib. 4. cap. 12. ἀπό τινος οἰήσεως, & lib. 9. cap. 34. ὅση οἴησις!) opinione: ſed ut plurimùm, pro falſâ opinione ſcientiæ, quam δοκησισοφίαν, aliter vocant. Hinc illud Bionis apud Laërtium lib. 4. §. 50. ἡ οἴησις, πρόκοπῆς ἐγκοπή, *falſa ſcientiæ opinio profectûs impedimentum*, quod & Plutarchus, Περὶ τοῦ ἀκούειν, ut alios omittam, egregiè docet. Eadem erat & Zenonis ſententia apud Laërtium lib. 7. §. 23. μηδὲν εἶναι τῆς οἰήσεως ἀλλοτριώτερον πρὸς καλλιψυχίαν τῶν ἐπιστημῶν. *ad percipiendas ſcientias nihil inconvenientius eſſe jam acquiſitæ eruditionis opinione*. In omnibus Laërtii editionibus, quas ego quidem vidi, imperitiſſimè (quod & interpretes Latini, aliique, muſis averſiſſimis inficetiſſimè ſequuntur) editum eſt, ποιήσεως, pro οἰήσεως. Opponit ibi Zeno τὴν οἴησιν, τῇ κοσμιότητι, *falſam ſcientiæ opinionem modeſtiæ*, (quam Chriſtiani θαπεινοφροσύνην vulgò dicimus) de qua in ſuperioribus lineis dictum fuerat. Etſi Poëta non ego ſum, nec ut eſſem, valde unquam laboravi, hanc tamen de poëſi benè merendi opportunitatem libenter amplexus ſum. Porrò ut nomen οἴησις, ita & verbum, οἴεσθαι, ἁπλῶς, non rarò pro ſtultè, & arroganter putare. Ita accipio lib. 9. cap. 29. ὡς ὄιεται φιλοσόφως πράττειν: nec multò aliter apud Ariſtotelem Ethicorum IV. οἰόμενος θαυμάζεσθαι, οἰόμενοι ποιεῖν, οἰόμενοι ὑπερέχειν, uno eodemque capite.

Pag. 14. lin. 2. τὸ ἀνεπίπληκτον] Concinnior erit ſententia ſi τὸ ἀνεπίπληκτον, paſſivè, pro ἀνεπίληπτον, ut tum Heſychius, tum Suidas interpretantur, accipimus; ut id dicat, Alexandrum cùm ſermonis eſſet adeò caſtigati ipſe, nemo ut illum jure poſſet reprehendere, non tamen alios illum, qui minùs accurati ſermonis erant, unquam reprehendere ſolitum: quæ, in homine Grammatico, rara laus.

Ibid. lin. 10. ὅια ἡ τυραννικὴ βασκανία] Dubium, *invidiam* paſſivè, an activè, (quam Cicero propriè *invidentiam*, diſtinguendi cauſſâ, ſolet appellare) intelligat; utrique enim pariter obnoxii tyranni: ſed ſequentia verba, ποικιλία & ὑπόκρισις, de invidentia ſumi debere ſuadent; nec fortaſſe aliter Horatius, quanquam aliter vulgò exponatur, in iſtis,

Invidiâ Siculi non invenere Tyranni
Tormentum majus,

uſurpavit. Quod mox de *Patriciis* Antoninus, non aliud ille, quam quod omnes omnium ætatum ſcriptores queſti ſunt, & quotidiana firmat experientia, *veras* (ut Ciceronis utar verbis; veros affectus dicit hic Antoninus) *amicitias difficillimè reperiri in iis, qui in honoribus, rèque publicâ verſantur*. Fortaſſe alludit Antoninus ad etymologiam verbi εὐπατρίδας: Ea quippe maxima apud Poëtas immanitatis exaggeratio, quæ à feris parentibus, tygridibus leæniſque ducitur: Qui igitur εὐπατρίδας vocati, (i. e. *bonis ortis parentibus*) illi ſi verè quod vocantur, eſſent, diſſimillimos eos eſſe, id eſt, mitiſſimos eos & manſuetiſſimos, verum erat.

Pag. 16. lin. 3. παρὰ τῷ ἀδελφῷ μου Σευήρῳ] Viris maximis aſſentior, Scaligero, Baronio, Salmaſio, tum hic, tum apud Galenum, *Verum* pro *Severo* reſtituentibus. At quod idem Baronius a. d. 177. 7. in Ulpiano, ubi editiones omnes aut pleræque, *Divi Severus & Antoninus*, ipſe, ne monito quidem lectore varietatis lectionis, *Divi Verus & Antoninus*, exhibet, non laudo. Etſi enim ſunt viri docti, qui ita malint; ſunt tamen & alii non minùs docti, qui non levibus moti rationibus, vulgatam lectionem retinendam putant.

Pag. 17. lin. 2. τὸ ἀμελὲς καὶ τὸ ὀμοίονοι] Non id puto voluit Antoninus, curis eum (neque enim potuit) omnino vacuum fuiſſe, ſed in maximis curis & occupationibus, ſtudia philoſophiæ, ut Ciceronis utar verbis, non intermiſiſſe. Vide infra lib. 9. cap. 36. Τὸ μὴ ἀφίεσθαι φιλοσοφίας, &c. Vocem non adeò alioquin obſcuram, conſultò tamen hic expoſui, ne quis τὸ ἐυμοιον καὶ τὸ ἀμελὲς, lib. 6. cap. 23. cùm leget, ſuſpectam haberet, & temerè ſollicitaret.

Pag. 18. lin. 7. Παράκλησις Μαξίμῳ] Turbat hic contextum orationis vox παράκλησις non unâ ratione. Expende ſequentia & intelliges. Præterea, conſtanter Antoninus hoc toto libro, quoties ad diverſas perſonas tranſit, à præpoſitione παρὰ, ſermonem ſuum auſpicatur. Mihi non dubium, quin ſcripſerit Antoninus, (fortaſſe

taſſe & ita reperit in Manuſcripto Codice Xylander, & imprudens mutavit) Παρὰ κλ. Μαξίμῳ, compendioſè, pro, Παρὰ Κλαυδίῳ Μαξίμῳ. Capitolinus in Marci vitâ: *Audivit & Sextum Cheronenſem Plutarchi nepotem, Junium Ruſticum, Claudium Maximum, & Cinnam Catulum, Stoicos.* Haud multò aliter in Epitomâ Aurelii Victoris: *Marcus autem Antoninus*; pro, *Marcus Aurel. Antoninus*, editum vulgò; ut vir doctiſſimus in Notis pridem monuit. Errare autem illos puto, qui hunc Cl. Maximum Stoicum, cum Maximo Tyrio Platonico, confundunt. Nam quod Euſebius Maximum Tyrium inter Marci præceptores numerare creditur, id à vitioſâ Græci contextus (ex meliori Latinæ Hieronymi verſionis interpunctione corrigendâ) diſpoſitione profectum eſt, non ab ipſo, auſim dicere, Euſebio. Quæ proximè ſequuntur, τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ, &c. de rigore animi laudabili, qui vitioſæ συμπεριφορᾷ & obſequio opponitur, accipitur. Sed & ἀυτοκράτορες illi, ſive ἑαυτῶν κρατοῦντες, (cujus apud Platonem, οἱ ἑαυτῶν ἀκράτορες, contrarium) οἳ καὶ μηδὲν περίφοροι dici poſſunt, qui τὰ πάθη καὶ τὰς ἐπιθυμίας proprias habent in poteſtate, nec ullis vel temporum neceſſitatibus, vel opportunitatum illecebris adduci poſſunt, ut à recto virtutis tramite vel tantillùm deflectant, & ſibi indulgeant. Vide & infrà, lib. 3. cap. 6. ἀυλισαθῆσθαι γὰρ τῷ λογικῷ

Pag. 22. lin. 7. καὶ ἡ κοινονημοσύνη] Xylandri verſionem quia non plane abſurda, non correxi; ſed lectorem moneo, elegans hoc verbum à b. m. parente in iſta Capitolini in vitâ Marci, *Summovendo amicos à ſocietate & convivis*, &c, ſed & à præſtantiſſimo Salmaſio, in eadem verba, pleniùs & certiùs exponi. Videri poſſit Antonini proprium verbum, quia alibi nunc non reperias. Eſt tamen hoc levius argumentum. Quot enim voces penitùs intercidiſſe putamus cum tot veterum quæ pridem periere monumentis? Quot alias, nunc raras & paucis notas, quæ communes & vulgares fuiſſent, ſi tot ſcriptores veteres longa ætas nobis non invidiſſet? Ut à pluribus olim uſurpatam vocem, & vulgò ſatis notam fuiſſe credam, movet me Juvenalis, qui ad verbum interpretatus eſt, *ſenſum communem.* Ejus ſunt Satyra VIII.

Hæc ſatis ad juvenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit, & inflatum, plenumque Nerone propinquo.
Rarus enim fermè ſenſus communis *in illa*
Fortunâ —

Græcam vocem habebat in animo Juvenalis, quem non mirum qui illam ignorabant, Juvenalis interpretes, non intellexiſſe.

Pag. 24. lin. 1. καὶ ἐπίμονον, ἀλλ' ὦ τὸ προσπίεσι] Non conſtat ſyntaxis verborum. B. m. parens in Capitolinum pag. 176. ita ſcribit, καὶ τὸ ἐπίμονον. ἀλλ' ὦ τὸ, Προσπίεσι τῆς ἐρεύνης, &c. Ego jam olim Notis Anglicis ita quoque non malè ſcribi poſſe putabam: καὶ ἐπίμονον ἄλλω. Οὐ προσπίεσι, &c. An ut rectè dicitur, ἄχρι τοῦ ἔρχεσθαι, & ἄχρι ἔρχεται vel ἦλθε: ita dici poſſit &, πρὸ ἀπίεσι? Certè ſi hoc admitteretur, quin hæc vera lectio eſſet, καὶ ἐπίμονον ἄλλως πρὸ ἀπίεσι, &c. nemo dubitaret.

Ibid. lin. 9. 10. ταμιευλικὸν τῆς χορηγίας; καὶ ὀπομνηστικὸν] Xylander verterat, *ſumptus procurabat, neque verebatur de iis rebus cauſſam dicere*: quæ nobis meritò diſplicuerunt; ſed nec iſta nunc minùs, *impenſarum rationes colligebat*, quæ nobis aliud agentibus exciderunt. Nempe, de *Rationario imperii* (quod ſi placeret, mallem tamen, *in tabulas publicas referebat*) cogitabam; quale illud Auguſti; quod, ut Dionis utar verbis, τότε τῶν χρατιστῶν, καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν λ ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθ῀ τῶν ἐν θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα πρὸς τὴν ἡγεμονίαν φέρον λα, *ſummam militum, redituum, impendiorum publicorum, pecunia in theſauris, aliaque id genus ad principatum pertinentia*, complectebatur: aut de *Edicto*, quale illud Trajani, Plinio in Panegyrico laudatum his verbis, *Itaque non tam pro tua gloria, quam pro utilitate communi, edicto ſubjeciſti, quid in utrumque veſtrum eſſet impenſum. Adjueſcat Imperator cum Imperio calculum ponere; ſic exeat, ſic redeat, quaſi rationem redditurus. Edicat quid abſumpſerit: ita fiet ut non abſumat, quod pudeat edicere.* Sed alia verbi ταμιεύεσθαι vis eſt, ab his calculi rationibus aliena. Verto igitur, *ſumptus parcè diſpenſabat*; vel, ſi quis id malit, *pecuniam, quæ ex vectigalibus & publicis Imperii reditibus obveniebat parcè erogabat.* Τὸ ταμιεύεσθαι, ſive proprie capias, pro θησαυρίζειν; ſive metaphoricè, ut cùm Græci dicunt eleganter, ταμιεύεσθαι τὰς τύχας, vel τὰς ὁρμὰς, vel τὸν πόνον, & id genus alia; ſententiæ parum aut nihil intererit: quæ, puto, clarior erit ſi cum ſequentibus teſtimoniis conferatur. Lampridius in Alex. *Aurum & argentum rarò cuiquam niſi militi dederit: neſas eſſe dicens, ut diſpenſator publicus, in delectationes ſuas ſuorumque verteret, id quod provinciales dediſſent.* Vopiſcus in Aureliano: *Vellemus quidem devotiſſimis R. P. viris, multo majora deferre compendia, ſed facit rigor* (an non *rigor* hic, quod Antonino τόνοι?) *publicus, ut accipere de provinciarum oblationibus ultra ordinis ſui gradum, nemo plus poſſit.* Sed & in voce χορηγία, ambiguitas: quam ſi propriè accipias, tum vertendum erit, *ſumptus in ſcenicos* (vel *in ſpectacula*) *parcè faciebat.* Lampridius in Alex. Sev. *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit; pretioſas veſtes*, &c. Et ibidem poſt paginam unam aut alteram; *Spectacula frequentavit cum ſummâ donandi parſimoniâ, dicens & venatores, & ſcenicos & aurigas*, &c. De hoc ipſo Antonino, Capitolinus in ejus vitâ, *Salaria multis ſubtraxit, quos otioſos videbat accipere*, &c. Quomodocunque vertas, hoc certum, minùs popularem Pii ſive parſimoniam ſive frugalitatem hic tangi, quam notat etiam Dio, lib. 70. pag. 799. D. his verbis; Λέγεται δὲ ὁ Ἀν λωνῖν῀ ζητλικὸς γενέσθαι, καὶ μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόν λα τῆς ἀκριβολογίας ἀφίεσθαι. ὥθεν αὐτὸν οἱ σκώπ λοντες καὶ κυμινοπρίστην ἐκάλεσι. *Fertur Antoninus in quærendo fuiſſe diligens, ac ne quidem in rebus minutis & vulgaribus ab exacta rimatione deſtitiſſe. Unde qui eum irridebant, cuminiſectorem appellabant.* quod nec Julianus prætermiſit in Cæſaribus; ut non mirum, Antoninum obtrectationum meminiſſe, quas Pius pater eo nomine, tanquam rigidus aut avarus, incurrebat. Vocem τόνου, de immoto animi rigore, & invicta pertinacia, non obviam, luculenter explicat Arrianus in Epictetum lib. 2. c. 15. Πρὸς τὰς σληρὰς τινῶν, (Wolfius conjiciebat pro τινῶν, τισι, corrigendum; ſed obſtat, τὸ, ὦν, quod ſequitur: ego potiùs pro, ἐμμένον λας, ſcripſerim ἔχον λας: nam mox quoque, ἔχον῀ ἀυ λῦ τῆς ἀποχῆς, novè, pro ἐχομένῃ) ὧν ἔκριναι ἐμμένον λας. *Ad eos, qui pertinaciter in iis quæ decreverant perſeverant.* Illud poſtremò addam, in iſtis, τῆς ἐπὶ τῶν τοιούτων τόνων κα λαιτιάσεως, ſuſpicari me veram lectionem eſſe, τῆς ἐπὶ τῶν τοιούτων τόνων τινῶν κατατιάσεως: excidiſſe verò τὸ τινῶν, ob ſcripturæ ſimilitudinem cum præcedente τόνων.

Pag. 25. lin. 9. 10. μήτε ὅτι σοφιστὴς, μήτε ὅτι οἰκογενὴς ὑερνάκλ῀ μήτε ὅτι σχολαστικὸς] De *Sophiſta* & *Scholaſtico*, nullus erit opinor doctis ſcrupulus, qui quàm honorifici per illam ætatem tituli fuerint, & à φιλοδόξοις appetiti, non poſſunt ignorare. De *vernaculo*, & οἰκογενεῖ, videamus. *Verna* propriè, qui domi; ſed latiori ſignificatione etiam quicunque in urbe nati. Hinc apud Senecam *urbani*, & *verna* conjuncti, ac montanis & ruſticis, qui *ex confragoſo* (ut ipſe loquitur) *veniunt*, oppoſiti. Gloſſæ quoque veteres, *vernilem*, πολιτικὸν exponunt. *Vernaculus*, Martiali Senecæque idem quod *verna*, ſeu *vernula*: & quod Senecæ, *vernilitas*, id aliis *vernacula urbanitas.* Ut igitur Senecæ, *vernilitas*, obſequium, ſeu ἀρίσκεια: ita hic *vernaculus*, planè eſt ἀρεσκ῀: aut ut Arrianus interpretatur, (non enim meliorem verbi Antoniniani interpretem vel optare poſſimus) ἡδὺς τοῖς συνοῦσιν; vel ſimpliciter, ἡδὺς ἄνθρωπ῀: lib. IV. capite περὶ συμπεριφορᾶς. Ἐι γὰρ κρεῖσσον (inquit) τὸ αἰδήμονα εἶναι καὶ κόσμιον, τῷ εἰπεῖν τινὰ, Ἡδὺς ἄνθρωπ῀! &c. *Nam ſi præſtat verecundum eſſe ac modeſtum, quam ab aliquo dici, ô lepidum caput!* &c. Quod de *vernilitate* Arrianus, id Seneca non diſſimilibus verbis de eruditionis (quam tum Sophiſtæ ſibi vendicabant) commendatione: *Magno impendio temporum, magna alienarum aurium moleſtiâ laudatio hæc conſtat: O hominem literatum! Simus hoc titulo ruſticiore contenti! O virum bonum!* Verbum οἰκογενὴς haud immeritò ſuſpicetur aliquis è margine irrepſiſſe; quid enim *vernaculus*, (non hoc quidem loco; ſed ſi verbi proprietas attendatur) quàm οἰκογενὴς? Si cui tamen ſeverior hæc expungendi medicina non placet, in promptu quod dicamus. Inter primas Æliani Sophiſtæ (ubi obiter & illa mihi nota, ὐδὲ ἐκήρθη ὑπὸ τῷ ὀνόματ῀ ὥτω μεγάλω ὄν῀, *neque ſuperbiam ex tanti nominis honore conceperit*) laudes iſtam Phiſoſtratus de vit. Sophiſt. pag. 618. D. ponit, quòd Romæ natus Græcè adeò purè loqueretur, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι, *quàm vel mediterranei Athenienſes.* An aliud οἰκογενὴς? Sed audiamus Platonem in Menone, pag. 415. F. Ἕλλην μέν ἐσι καὶ ἑλληνίζει; *Græciſne eſt, & Græcè loquitur?* neſcio quis interrogat, reſpondetur; πάνυ γὰρ σφόδρα οἰκογενής. *in domo mea genitus eſt atque educatus.* Hactenus de ipſis verbis & titulis; ſed & illud non omittendum, non conſtare è verbis Antonini, id velit, patrem ſuum nunquam ab aliis his elogiis ornatum; an alios ipſum nunquam iis ornaſſe. Non enim laus hæc minor, fortaſſe & major; in Imperatore certè. Magnum enim viri ſapientis & generoſi indicium, nunquam quenquam ab his vulgaribus & externis, fortunâ puta, vel ingenio; ſed à ſolâ bonitate & ſapientiâ commendare. Arrianus in Epictetum 4. cap. 4. Μηδέποτε ἀπὸ τῶν κοινῶν μή' ἐπαινέσῃς, μήτε ψέξῃς, ἀλλὰ ἀπὸ δογμάτων. ταῦτα γὰρ ἐσὶ ἴδια τὰ ἐκάσου. τὰ δὲ τὰς πράξεις αἰσχρὰς ἢ καλὰς ποιοῦντα; *Nunquam è communibus iſtis vel vituperationes vel laudationes petenda ſunt, ſed è decretis. Hæc enim ſunt cujuſque propria, quæ actiones quoque vel turpes vel honeſtas efficiunt.* quod alibi quoque iiſdem penè verbis repetit; ſed & fuſius proſequitur ejus libri cap. 8. Verum huic interpretationi maximè obſtat, quod de Antonino libro VI. cap. 30. reperitur, ὦ ψοφοδεὴς, ὦχ ὑπόπ λης, ὦ σοφιστής. *non meticuloſus, non ſuſpicioſus, non ſophiſta.*

Pag. 27. lin. 5. εἰς ὀλίγιστα ἰα λρικῶν χρήζειν] Suidam vide, in voce Προσοχή. Scripſerat Antoninus fortaſſe, εἰς ὀλίγιστα ἰατρικῶν χρῆζειν, ἤτε φαρμάκων ἐντὸς, ἤ ἐπιθ. ἐκτός.

Pag. 28. lin. 14. καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις] Senſum quidem expreſſiſſe me in verſione; ſed vocem tamen unam aut alteram deeſſe puto; fortaſſe & aliæ tranſpoſitæ. Scriberem, ἀνθρώποις πραχθῆναι ταῦτα, πρὸς ἀυτὸ δὲ τὸ δέον διδορκότος ἀυ λῦ ὅ πρὸς, &c. Aut ſi hoc nimis eſt, minori mutatione, ſed eadem manente ſententia, διδορκότος ἀυτῦ. ὅ πρὸς, &c. Erunt fortaſſe qui minori negotio omiſſâ particulâ δὲ, pro ἀνθρώποις, legant ἀνθρώπῳ; aut pro διδορκότος, ſcribant διδρακότος; quæ mihi quoque veniebant in mentem, ſed (etſi fateor hunc verbi διδορκότ῀ uſum minimè uſitatum eſſe) probata non ſunt. Argumentum hoc non fucatæ bonitatis & beneficentiæ præcipuum, id in benefaciendo ſpectare, hominem te ei qui homo ſit id præſtare, non uno loco monet in ſequentibus Antoninus. Vide lib. IX. cap. 42. pag. 287. lin. 2. τί γὰρ πλέον θέλεις, &c. Seneca: *Hominibus prodeſſe natura jubet. Servi liberine ſint; ingenui aut libertini: juſta libertatis an inter amicos data; quid refert? ubicunque homo eſt, ibi beneficio locus.*

Pag. 29. lin. 1. ἢ ἀπὸ Λυρίε τολῆ ἀνάγωσα] Hunc locum, quem plus quàm probabile eſt eſſe corruptum, viri docti, qui Auguſtæ Hiſtoriæ Scriptores notis & obſervationibus immortalitate dignis illuſtrarunt, non uno modo reſtituere & interpretari conati ſunt. Ego quamvis effeciſſe eos quod conati ſunt, affirmare non poſſum; non tamen tantum mihi tribuo, ut poſt illos, vires meas experiri

ſuſtineam. Sed & eò libentiùs abſtineo, quia nihil hîc philoſophicum aut dogmaticum; ſed totum quicquid eſt, ad ſingularem aliquam Antonini Pii, nec eam publicam, ſed privatam, ſive actionem, ſive conſuetudinem, ſive denique reſponſionem pertinet; cujus ignoratio non eſt cur nos admodum torqueat. Illud tamen dicam, in poſtremis verbis, τὸ, φελώνῃ ſubſtitui, ideò minùs probare me, quòd publicanos, de publicis malè redemptis queri, remiſſionemque petere ſolitos, ex Cicerone aliiſque notum eſt. Xylandri verſionem etſi palam vitioſam retinuimus, quia quid rectum non eſſet, videre facilius; quàm quod rectum eſſet invenire nobis erat.

Pag. 32. lin. 7. καὶ τῇ διὰ τοῦτο ταπεινότερον.] Scribo, καὶ, τῇ Δίᾳ, μὴ διὰ τοῦτο. vel omiſſo τῇ Δίᾳ, (quod tamen nolim) καὶ μὴ διὰ τοῦτο. Cæterùm, an κόμπον hîc Imperatorum proprium, (qui inter *inſignia Imperii* ab aliis recenſetur) Antoninus intelligat: an verò lautorum & beatorum temporis iſtius, (cùm nihil in his ab Antonino memoratis, quod communi ab aliis deſcripto luxui non poſſit æquè convenire) communem; haud immerito quis dubitet. Ego in hanc olim partem potiùs propendebam: quod ex Anglicis Notis apparet. Multa tamen afferre nunc poſſim, cur magis probabile de *inſignibus Imperii* hæc accipienda. Sed breves hîc eſſe cogimur. Pro, σημειωδῶν quod hic, ex meliori Xylandri editione, σημειωλῶν corrigendum.

Pag. 33. lin. 6. καὶ συλλήψεσι καὶ ἐπινοίαις] B. m. pater, ſæpe jam nominatus, ſæpe deinceps (ut ex cujus unius elaboratiſſimis lucubrationibus plus auxilii ad hoc penſum pertexendum, quàm ex omnibus aliorum quorumcunque muſicis operibus; abſit invidia verbo; comparaverim) nominandus; in Dionem Chryſoſtomum, Oratione primâ De regno, non in hoc Antonini quidem, cujus ibi non meminit; ſed in Dionis, & Longini locis ſimillimis, ἐπίνοιαν, non ἐπίνοιαν, ſcribi debere contendit. Idem tamen in alio Dionis ejuſdem loco, ἐπίνοιαν, ut genuinum aſſerit. Sanè non cujuſvis eſt iſta rectè ſemper diſtinguere, præcipuè cùm θεῖ ἐπίνοιαν etiam apud Ariſtophanem inveniamus. Cæterùm, quàm φιλοσοφικῶς hæc ab Antonino dicantur, egregiè docebit inſignis & ipſe Plutarchi in Coriolano pag. 229. D. E. locus, qui quia prolixior eſt, parte ejus contenti hic erimus. Diſputat ibi Plutarchus quâ Deus humanas voluntates flectere ratione dici, concipíve poſſit; ac tandem concludit, ἢ γὰρ ἀπαλλακτέον ὅλως τὰ θεῖα πάσης αἰτίας καὶ ἀρχῆς τῶν καθ' ἡμᾶς, ἢ τὶς ἂν ἄλλῳ εἴη τρόπῳ ᾧ βοηθοῦσι ἀνθρώποις καὶ συνεργοῦσιν; ἃ τὸ σῶμα δήπου πλάττοντες ἡμῶν, οὐδὲ τὰς χεῖρας ὡς δεῖ μεταλιθεύοντες οὐδὲ καὶ τοὺς πόδας, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὸ πρακτικὸν καὶ προαιρετικὸν ἀρχαῖς τισι καὶ φαντασίαις καὶ ἐπινοίαις ἐγείροντες, ἢ τανταῖον ἀποσείφοντες καὶ ἰσάντες. *Aut enim adimenda ſemel diis erit omnis cauſſa & primordium noſtrarum rerum: aut quanam ſuperſit ratio alia qua juvent mortales, & eorum adſint conatibus? Neque enim corpus illi noſtrum componant, neque manus & pedes, ut res requirit, verſent: at agendi vim, quæ eſt in animis noſtris, & voluntatem principiis quibuſdam & viſionibus atque imaginationibus excitent, aut contra avertant comprimántque.* Etiam hic in Plutarcho (ſi quidem in Antonino) ἐπιπνοίαις, non ἐπινοίαις legendum eſſe nemo credo dubitaverit. Etiam illud monendum, ἀπολείπεσθαι δὲ, non ἢ ἀπολείπεσθαι, in ſequentibus Antonini verbis eſſe ſcribendum. Malè diviſa particula ἤδη, pro quâ in priore Xylandri editione excuſum eſt, ἢ δὴ, alterius hujus ἢ inſerendi (Xylandro an alii neſcio) cauſſa fuit. In ſecunda editione τὸ, ἤδη rectè, unâ voce: at poſterius illud, ἢ, nihilominus à Xylandro retentum; non in textu tantùm, ſed & in verſione.

Pag. 34. lin. 1. τὸ δι' ὑπερόπτων] Vide quæ ad lib. v. pag. 146. lin. 7. notamus.

Ibid. lin. 3. καὶ τοῦτο ἐν Καιήτῃ ὥσπερ χρήσῃ] Scribo cum Xylandro in verſione, (ſed Notis ejus adverſantibus) καὶ τοῦτο ἐν Καιήτῃ, ὥσπερ Χρύσῃ. Cajeta, urbs maritima; & littora Cajetana, notiſſima. Solitum autem Antoninum littora (quà procul à tumultu ſcilicet, & turbâ) frequentare, ipſe alibi libro IV. cap. 3. & lib. x. cap. 23. innuit. Ibi votum aliquod (virum θεοσεβέστατον, de quo aliàs pluribus σὺν Θεῷ) magno ardore concepiſſe, cujus ſe reum factum eſſe poſtea credidit, mihi veriſimile eſt. Hinc igitur illa Chryſæ, Apollinis ſacerdotis, mentio, qui ab Homero,

Παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
In littore multiſtrepentis maris,

orans, & mox exauditus, primo Iliados verſ. 34. inducitur. Talia Antonino, tali ac tanto viro, præter ordinem naturæ communem θεόθεν obtigiſſe minùs mirabitur, quiſquis ſimilia & aliis haud paucis, Antonino minimè comparandis, quorum teſtes Hiſtoriæ ſacræque profanæque, & omnis omnium ætatum experientia, non ignorat accidiſſe. Unum præter alios Ariſtidem libenter nominarem; venuſtiſſimi & cultiſſimi ſermonis Sophiſtam: ſed adeo, (quod ex ſcriptis liquet) tum ſuperſtitioſum, tum φιλόδοξον, ut fidem illi, ὑπὸ θεῶν quod ajunt μάρψαι, talia multa de ſe narranti, arbitrari religio mihi ſit.

Pag. 37. lin. 8. 9. λύθρος καὶ ὀστάρια καὶ κροκύφαντος:] Sanguinem, oſſa, pellem, ut ex quibus præcipuè conſtet humanum corpus, enumerat: res utique per ſe partim viles, partim tales, ut aſpectus eas horreat humanus, (unde eſt quod λύθρον maluit dicere, quàm αἷμα) potiùs quàm aveat, innuens. Conferenda ſunt hæc cum iis quæ lib. IX. cap. 36. τὸ σαπρὸν τῆς ἐκάστῳ ὑποκειμένης ὕλης. ὕδωρ, κόνις, ὀστάρια, γράσος. *Quam putida eſt ſubjecta rei cuique materia? aqua, pulvis, oſſicula, ſordes.* Aqua, inquit, & pulvis: ex horum autem mixturâ, lutum. ex luto, pro variâ ejus temperatura; vel oſſa, vel γράσος, id eſt, caro, fœtida res, & putreſcere facilis. Quò pertinet quod homo, πηλὸς ἔμπλεως περιφυρμένος à quibuſdam, ab aliis, πηλοῦ φύραμα, per contemptum dictus.

Item cùm iis conferenda quæ lib. VIII. cap. 37. γράσος πᾶν τοῦτο καὶ λύθρον ἐν θυλάκῳ. *Fœtor hoc eſt omne, & ſanies in ſacco.* θύλακον intellige, eâ notione quâ rarum illud patientiæ exemplum, Anaxarchus, in voce fortiſſimâ, & generoſiſſimâ, Πίσσα, πίσσα τὸν Ἀναξάρχου θύλακον. Ἀνάξαρχον ὑ πίσσας. *Tunde, tunde Anaxarchi ſacculum. Anaxarchum non tundis.* Seneca, Conſol. ad Marciam cap. 24. *Hæc quæ vides oſſa circumvoluta nervis, & obductam cutem vultumque & miniſtras manus & cætera quibus involuti ſumus, vincula animorum tenebraque ſunt.* Mox Antoninus, ὧδε ἀπονοήθητι; ubi τὸ, ἀπονενοῆσθαι, contrariâ planè notione à vulgari. Sed cùm non pauca iſtius generis compoſita, ut ἀπολαμβάνειν, ἀποκλείειν, ἀποκληροῦν, &c. contraria vulgò ſignificent, non auſim mutare; ſi quis tamen malit ἐπινοήθητι, probem magis.

Pag. 39. lin. 1. καθ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον νευροσπαςηθῆναι] Tum de verbo νευροσπαςεῖν, tum de re ipſa, multa b. m. parens in Perſium, ubi Antonini locum non unum laudat & exponit. In quibuſdam tamen Antonini locis nimia feſtinatio fraudi ipſi fuit: ut cùm ἀκοινώνητον ὁρμὴν interpretatur, *vim non communem*; cùm *impetum diſſociabilem*, ſeu, *ſocietati contrarium*, (nec unquam Antoninus alia notione voces has κοινωνικὸς & ἀκοινώνητος, quæ toties apud illum occurrunt, uſurpat) debuiſſet dicere. Iterum cùm iſta lib. x. cap. ultimo, ἐκεῖνο ῥητορεία, ἐκεῖνο ζωή, ἐκεῖνο, εἰ δεῖ εἰπεῖν, ἄνθρωπος: de profeſſione eloquentiæ alii prælata profeſſioni, &c. accipit: cùm id velit Antoninus, τὴν προαιρετικὴν δύναμιν, ſeu quod eôdem redit, dogmata & opiniones cujuſque, à quibus pendet ἡ προαίρεσις, ῥητορείαν rectè poſſe nuncupari, ut quæ plus poſſint ad impellendos in hanc vel illam partem animos, quàm ῥητορεία quævis: cujus alioqui virtuti quantum paſſim tribuant ſcriptores antiqui, ex multis eorum querelis notum eſt. Rem fuſè docet Arrianus in Epictetum lib. 2. cap. 23. Περὶ τῆς τοῦ λέγειν δυνάμεως. *Quantum tribuendum ſit eloquentiæ.* Vide & ejuſdem libri cap. 2. Περὶ ἀταραξίας: ubi notanda verba, quæ fortaſſe cogitabat (perpetuus Arriani imitator) Antoninus, cùm hæc ſcriberet, Τοῦτό σοι προοίμιον. (inquit) τοῦτο διήγησις. τοῦτο πίστις. τοῦτο νίκη. τοῦτο ἐπίλογος. τοῦτο ἐνδοξότης. *Hoc tibi exordium eſt, hæc narratio, hæc confirmatio, hæc victoria, hæc peroratio, hæc gloriatio.* Huc facit & Senecæ de verâ fortitudine loctus, quem laudamus in notatis ad pag. 298. lin. 3. Οὗτοι γὰρ ὦ λῆσαι, &c.

Ibid. lin. 6. Πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ.] Videri poſſit Scholiaſtes ille cujus verba laudat V. Cl. Fredericus Morellius in Dionem Chryſoſtomum, legiſſe hic, πάντα ἄνωθεν ῥεῖ: non ἐκεῖθεν. Σύμφωνον τοῦτο, inquit ille, τὸ τοῦ αὐτοκράτορος Μάρκου, *Huic convenit dictum Marci Imperatoris.* Πάντα ἄνωθεν ῥεῖ, σοφῶς εἰρηκότος. Hæc certè verba, Πάντα ἐκεῖθεν, ſæpius ab Antonino (lib. 6. cap. 36. Πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται: lib. 12. cap. 26. ἐκεῖθεν ἐρρύηκε; &, ἐκεῖθεν ἐλήλυθε) repetuntur: ſententia verò verborum ſæpiſſime: ut nihil in ore familiarius illi fuiſſe, crediderim. At vocem ἄνωθεν ipſum ullibi in hanc ſententiam uſurpare non memini. Sed præterquam quod Antonini mens ex ipſius contextu manifeſta eſt, ipſius etiam verbi ἐκεῖθεν ſeorſim ſumpti ea vis eſt, ut idem planè quod ἄνωθεν, ſeu ὑπερθεν, ſignificare poſſit. Ita & τὸ ἐκεῖ, ſimpliciter & abſolutè, de alterâ vitâ ſtatúve mortuorum qualicunque poſt mortem, eleganter haud rarò ponitur. Sed & ταῦτα, & ἐκεῖνα, non vulgari ſæpe ſenſu; quæ non intellecta, magnas verſionum obſcuritates, ne dicam abſurditates, pepererunt.

NOTÆ IN LIBRUM II.

Pag. 41. lin. 2. Προθεσμίαν λαβὼν] Ita utraque Xylandri editio, quod credidi, crederémque porro, ſi per Xylandri notas liceret, eſſe ſphalma typographicum; aut certè non tale, quod notari mereatur. Simplicius in Epictetum pag. 323. Ἐὰν τοίνυν ῥαθυμῇς, ἢ διὰ τῆς ἀμελείας προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν ποιῇς, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, &c. *Quod ſi ceſſas, aut per incuriam aliud atque aliud tempus, aliam atque aliam diem tibi præfinis,* &c.

Pag. 43. lin. 14. ἓν γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ] Puto unam vocem aut alteram deſiderari. Scripſerat Antoninus fortaſſe, ἓν γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ πας' ἑαυτῷ: vel ἀιδεμένῳ ἑαυτόν.

Pag. 45. lin. 4. οἱ κεκμηκότες τῷ βίῳ] Antonino ſolenne ad verborum ἑτυμολογίαν, vel diverſam ſignificationem tacitè reſpicere. Βίος Græcis, *vita*, vel *arcus*, ſolâ accentus varietate diſcerniuntur. Fallor, aut alludit hic Antoninus. Fortaſſe & Ariſtophanes cùm ἐκλοξεῦσθαι βίον in Pluto dixit. Sed verbis omiſſis, in rebus ipſis ea ſimilitudo, ut in omni linguâ à jaculantibus & ſagittantibus ad vitam communem traductæ metaphoræ ſint uſitatæ. Porrò, in nullo fœcundior, aut facundior argumento Seneca, quàm in hoc mentis ſeu ῥόμβῳ, (*turbinem, volutationem, jactationem, fluctuationem*, & interdum *fluctum* ipſe vocat) ſeu languore deſcribendo, & arguendo. Ad hæc autem, quæ hîc Antoninus, proximè accedunt iſta, in Epiſt. 3. *Utroſque reprehendas, & eos qui ſemper inquieti ſunt, & eos qui ſemper quieſcunt. Nam illa tumultu gaudens, non eſt induſtria, ſed exagitata mentis concurſatio: & hac non eſt quies, qua motum omnem, moleſtiam judicat, ſed diſſolutio & languor.*

Pag 48. lin. 6. 7. μὴ δυναμένη δὲ] Quorſum ſpectent hæc, & quàm piè ſapienterque ab Antonino ita ſtatuantur, intelligunt illi, qui frequentes philoſophorum veterum & recentiorum cujuſcunque diſciplinæ; ſed & hiſtoricorum aliorumque ſcriptorum, de materiæ, quam Deus emendare non potuerit, (ita enim paſſim loquuntur) imbecillitate & pravitate querelas obſervarunt. Ex an-

tiquioribus, (nam ab illis opinor cæteri plerique) Platonem in Timæo, & Locrum ipsum περὶ φύσεως nominasse sufficiat. Senecam vix excuso, qui toties id ingerit, cujus pudere sanæ mentis philosophum debuit.

Pag. 50. lin. 5. πᾶς ἄπλεγμα θεῦ ἄνθρωπος] Xylander vertit quasi scriptum esset, πᾶς ἄπλεγμα θεὸς ἀνθρώπου. Certè de Dei συναφείᾳ tam passivâ (de qua & Antoninus lib. 12. cap. 2. quod fortasse Xylandrum movit, ut ita verteret) occultâ Dei ipsius in humanas mentes operatione; quàm activâ, per homines ipsos, virtuti & philosophiæ operatos; multa eximiè, philosophi Platonici; Porphyrius, aliique. Si editam lectionem retinemus, ita vertendum: *Quomodo Deum homo contingat, & quâ sui parte & qualiter affecta.* Græca ita scribo; καὶ ὅλον πᾶς ἔχῃ, ἢ διακείται τὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο μόριον. Ὅλον πᾶς ἔχει, ut apud Aristotelem Magnorum Moralium lib. 2. cap. 10. Ἀλλ' ἴσως εἴπῃ τις ἂν ὅλως πᾶς ἔχουσι τὰ πάθη ὑ κωλύουσι, ἢ πότε ὕτως ἔχουσιν; ὐ γὰρ οἶδα. *Verum fortassis dixerit quispiam, quomodo affectus habuerint, cùm non impedient? ac quandonam ita habebant? nescio enim.* Τὰ πῶς ἔχοντα, à ποιοῖς quomodo differant, subtiliter traditur à philosophis, tum etiam Platonicis, Plotino, Simplicio, aliisque, qui consulendi. Latina lingua has subtilitates non capit. Τὰ μόρια quæ partes animæ proprie, & quot sint, docebit Aristoteles Ethic. Nicom. lib. 6. cap. 1. & 2.

Pag. 51. lin. 2. καὶ τὰ νέρθεν γῆς φησὶν] Utraque Xylandri. καὶ τὰ νέρθεν γᾶς; ut & Plato in Theæteto; qui & auctorem verborum Pindarum nominat: istorum dico, τὰ νέρθεν γᾶς: quæ Platoni, τάλε γᾶς ὑπένερθε. Nam quæ sequuntur apud nostrum, sint Antonini, sive alterius cujuspiam, Pindari non esse liquet ex Platone. Haud dissimilis & Euripidis locus, Clementi Alexandrino Stromat. 5. circa finem laudatus: certè, si verba spectes ipsa; nam scopus Euripidi diversus, & magis ad Antonini mentem, quàm qui Pindari videtur apud Platonem fuisse.

Pag. 53. lin. 4. εἰς τοῦτο] A Lugdun. edit. hoc, & nostrâ, dum recensemus, ἀπροσεξίᾳ. Corrige ex meliori Xylandrinâ, sed & ex Suidâ, in ἀκέραιον, εἰς ταὐτὸ ἰὸν, &c.

Pag. 54. lin. 7. πρὸς τὸν κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενον] Scriptum aliquod Monimi innuit, opinor, Antoninus, in quo personæ plures interloquentes & disputantes introductæ. Nisi malis corrigere, πρὸς τῷ κυνικῷ Μονίμῳ λεγόμενα, id est, quæ sunt à Cynico Monimo disputata, seu scripta. Ita enim loqui Græcos vel ex Herodiani de Marco nostro testimonio, quod initio libri præfixum est, intelligas. De hujus autem Monimi Scriptis idem etiam Diogenis Laertii, apud Laertium lib. 6. §. 83. quod hìc Antonini, judicium: ὅλος μὲν (inquit) ἐμβριθέσταλος ἐγένετο, ὥστε δόξης μὲν καταφρονεῖν, πρὸς δὲ ἀληθειαν παρορμᾶν. γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῇ λελεληθαμένα, &c. *Adeo quidem gravis ac constans fuit, ut contemptâ gloriâ solam virtutem appeteret. Scripsit autem ludicra sententiis seriis permista,* &c. Interpunctio textus Antonini corrigenda, τῷ λεγομένῳ, ἰὰν τις ἀυλῷ, &c.

Pag. 57. lin. 2. Ἡ δὲ ψυχὴ ῥόμβος] Ita prior editio Xylandri; nec aliam fuisse scripti manu codicis lectionem agnoscit ipse in notis; qui tamen aliam lectionem βέμβον ad oram notatam præfert. Ego à Xylandro dissentio, & τὸ ῥόμβον retinendum censeo, quod *turbinem*, seu *turbonem*, i. e. βέμβικα, interpretor. Elegantissimè animi νευροσπαστεία (de qua toties in his libris) hac similitudine exprimitur. Quemadmodum enim *tortus sub verbere turbo*, ita animus assiduis phantasiis & appetitibus agitatus huc illuc raptatur & per eadem volvitur. At Senecæ de Vit. Beat. c. 28. hâc ipsa in re (nec id minus appositum) *turbo*, non βέμβιξ, sed λαίλαψ, aut τύφων. Vir doctus in Historiæ Augustæ scriptores hæc Antonini eleganter ita vertit: *Vita humana tempus, punctum est: natura, fluxus: sensus, obscurus: corporis universi concretio, facilis putrescere: animus, vagus:* (verto, *animus, turbo:*) *fortuna, res impervestigabilis: fama, res incerta: & ut verbo dicam, omnia corporis quidem, fluvius: animi verò, somnium & fumus: vita, bellum, & hospitis in peregrina urbe mora: fama post obitum, oblivio.*

Pag. 58. lin. 3. τὸ παραπέμπειν δυνάμενον] Παραπέμπειν, vox elegantissima, quàm plenè, ut hic usurpat Antonius, vix ulla Latina exprimat. Non enim solùm honoris caussâ deducere, sed & necessario commeatu, & viatico instruere significat: eadem etiam de officio, quod mortuis impenditur, usurpatur. Hæc omnia ni fallor voluit hic Antoninus philosophiæ, veræ & germanæ, tribuere. Conatus est exprimere Seneca, *At illud ex se ortum* (gaudium) *fidele firmumque est, & crescit, & ad extremum usque prosequitur.* Eleganter & plenè Julianus Imperator in Cæsaribus, postremis verbis: Σοὶ δὲ, πρὸς ἐμὲ λέγων ὁ Ἑρμῆς, δέδωκα τὸν πατέρα Μίθραν ἐπιγνῶναι. σὺ δὲ αὐτῷ τῶν ἐντολῶν ἔχου, πεῖσμα καὶ ὅρμον ἀσφαλῆ, ζῶντί τε σεαυτῷ παρασκευάζων, καὶ ἡνίκα ἂν ἐντεῦθεν ἀπιέναι δέῃ, μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος, ἡγεμόνα θεὸν ἐυμενῆ καθίσα σεαυτῷ. Quæ Latina vir præstantissimus, Petrus Cunæus, ita fecit: *Tibi verò*, inquit, *hoc dedi, uti Solem agnoscere patrem: cujus tu præcepta sequere, atque ita te para, uti is perfugium tibi, tutusque portus in omni vitâ sit; post autem, ubi emigrandum illinc erit, plenus bona spei hunc tibi deum fac propitium via ducem.*

Pag. 59. lin. 14. τὰ ἐν Καρνύντῳ] Καρνύντῳ, non Καρνούντῳ, ut perperam editum est. Cæterùm ex his verbis, ut & illis, quæ lib. 1. τὰ ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανούᾳ, discimus hos libros, priores hos saltem duos, tempore Marcomanicæ expeditionis in Pannoniâ scriptos esse. Prioris, an posterioris expeditionis tempore, cui fortissimus Imperator immortuus est, non hinc constat. Sed cùm Faustinæ uxoris suæ tum lib. 1. ut viventis; tum verò lib. 9. cap. 3. ut prægnantis, (nisi γενικῶς, & ὑποθετικῶς illa dici quis malit; quod ego non probo) meminerit: ad priorem referenda esse necessariò sequitur.

NOTÆ IN LIBRUM III.

Pag. 62. lin. 1. τὰ προφαινόμενα διαρθροῦν] τὰ προφ. δ. non quod expressit Xylander, (cujus versionem tum hic, tum alibi vitiosam, non correximus, quòd in Notis verba pluribus explicare propositum haberemus) sed, τὰς προλήψεις καὶ τὰς ἐννοίας ἐξετάζειν καὶ ἐφαρμόζειν τοῖς ἐπὶ μέρους: *præconceptas notiones, & φαντασίας, seu visa oblata, ex rei veritate, & habitâ ratione circumstantiarum, personæ, loci, temporis, aliarum, examinare & expendere.* Fusè & doctè rem & verbum explicat Arrianus in Epictetum lib. 2. cap. 17. Seneca de Benef. lib. 2. c. 26. *Nihil per se quenquam decet: refert quid, cui, quando, quare, ubi & cætera, sine quibus facti ratio non constabit.*

Pag. 65. lin. 5. 6. πάθος καὶ ἔννοιαν] Etsi hanc lectionem secutus sum in versione, puto tamen Antoninum non ἔννοιαν, sed ἐνοίαν scripsisse. Ita quoque vulgò, γίγνεσθαι τὰ παρόντα, vel, τὰ γινόμενα dicimus, quæ πάθους, & φυσικῆς ἐνοίας vox est.

Ibid. lin. 12. τὸ ἐν παισὶν ἀφροδίσιον] Malim, καὶ τὸ ἐν πᾶσιν ἀφροδίσιον. *quod in unaquaque re pro ætatis & naturæ ratione pari modo venustum.* Vel certè τὸ, καὶ, ita accipiendum, ut idem valeat ac, ὡς ἧσσον ἢ: quod præferendum puto. Nam alioquì formosi pueri mentio prorsus ἀπροσδιόνυσος, & huic loco non apta; cùm id agat Antoninus, ut in iis etiam quæ vulgò deformia, aut aspectu terribilia, naturalem inesse pulchritudinem doceat. An scripsit Antoninus fortasse, τοῖς ἑαυτοῖς, pro τοῖς ἀυτοῖς: *iisdem oculis, quibus,* &c.

Pag. 68. lin. 1. τὸ χείροσι τῷ ἀγγείῳ ἢ περίεσι] τὸ, περίεσι, ad animæ immortalitatem, quod Xylandri in versione, minimè pertinere puto. Aliud enim suadent tum præcedentia, si quis attentè consideret, tum sequentia verba. Optima sententia, si levi correctione faciamus, ὅσῳ περίεσι: *quanto quod servat est excellentius. Est enim hoc mens & genius: illud autem,* &c. Cùm autem, τὸ περίεσι, diversa significet, nec sine ratione factum putem, quod Antoninus loco τοῦ, ὅσῳ κρεῖττον, quod magis obviam erat, τὸ, ὅσῳ περίεσι, maluerit, subtilius aliquid aliud præter id quod expressimus in animo eum habuisse facilè crediderim. Sed nos quod simplicissimum videbatur indicasse contenti, si quid aliud præterea latet occultum, id aliis explorandum cogitandumque libenter relinquimus.

Ibid. lin. 7. ἤτοι γὰρ ἄλλως ἔργου σέρη] Scribe, ἤτοι καὶ ἄλλως ἔργου σέρη. Non omnem in hoc genere, de aliorum seu factis seu dictis, curiositatem sibi interdicit Antoninus, sed hac primùm exceptione, cùm publici commodi nihil interest: præterea, cùm ab alio quod magis expedit & πραγματίεσθαι, *melius*, est, mentem avocat. Quare beatus Chrysostomus, acerrimus alioquin τῆς πολυπραγμοσύνης & ἀλλοτριοπραγίας, *solicitudinis de multis negotiis & quidem ad nos nihil pertinentibus, & curæ alienarum rerum*, censor, est tamen ubi commendare videatur, & illos increpare, qui sua se solum curare velle profitebantur. Μὴ γάρ μοι ἐκεῖνο τὸ ῥῆμα λέγε, τὸ πολλῆς γέμον ἀναλγησίας. τί δέ μοι μέλει; τὰ ἐμαυτοῦ μεριμνῶ. τότε γὰρ μάλιστα μεριμνήσεις τὰ σὰ, ὅταν τὰ σὰ ζητῇς ἐν τῷ τοῦ πλησίον συμφέροντι. *Non enim hoc mihi verbum dicit, plenum multa stupiditatis. quid verò mihi cura est? quæ mea sunt curo. tunc enim curabis potius quæ tua sunt, cùm quæ tua sunt in iis quæ tibi proxime sunt utilia quæsiveris.* Eos autem alloquitur qui ruentibus in peccatum quodcunque, obicem, quacunque poterant, non ponebant. Non igitur Antonino vitio vertendum quasi parum instituti sui memori, quod in vita ejus, *fama sua eum curiosissimum* fuisse, scriptores antiqui memoriæ prodiderunt. Non enim tam quid fecerit, quàm quorsum fecerit; si verè judicare volumus, spectare debemus. Quorsum autem ille? ipsos audiamus: *Erat fama sua curiosissimus, & requirens ad verum, quid quisque de se diceret, emendans quæ benè reprehensa viderentur.* Julius Capitolinus in vitâ Marci.

Pag. 69. lin. 8. ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων] Hæc & quæ in eandem sententiam alibi apud Antoninum non uno loco, accuratè expendimus & explicamus in Diatriba de Theosebio; quam, σὺν Θεῷ, primo quoque tempore publicabimus.

Pag. 70. lin. 1. χρώμενον καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτῷ] Jam suprà, lib. 2. cap. 13. πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι, &c. *ut cum eo, quem intra se gerit, genio versetur,* &c. & infrà, hoc lib. cap. 6. τῷ ἐνιδρυμένῳ ἔν σοι δαίμονι, *genio in te collocato.* Sed quia sæpius hæc vox in his libris occurrit, de re semel dicam. Δαίμων notio (quæ quidem huc pertineat) apud veteres duplex. Ponitur aliquando pro animo, sive ut Aristoteles 11. de Gener. Anim. cap. 3. loquitur, τῷ θύραθεν νῷ, *mente, quæ extrinsecus accedit*; quem χωρισὸν, ἀμιγῆ, καὶ ἀπαθῆ, rectè sancit alibi. Antoninus ipse expressè, lib. 5. cap. 27. Ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προσάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. ὅτι δὲ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. *Genius, quem sui particulam à se avulsam Jupiter cuique attribuit, præsidem ducemque eidem futurum. hic autem cujusque mens est & ratio.* Apulejus, De Deo Socratis. *Quodam significatu & animus humanus etiam nunc in corpore situs, dæmon nuncupatur:* & ibidem mox, *Eum nostrâ linguâ, ut ego interpretor, haud sciam an bono, certè quidem meo periculo* (atqui non primus Apulejus animum humanum sic indigitavit) *poteris Genium vocare: quod is Deus, qui est animus sui cuique, quanquam sit immortalis, tamen quodam modo cum homine gignitur.* Senecæ quoque, *mens, animus, ratio, Divini pars spiritus;* & interdum, *Deus:*

Deus: ut & Antonino, lib. 12. cap. 21. Et hæc quidem de animi humani naturâ generatim dicuntur. At videtur interdum Seneca cùm de animo, ut *Deo*, vel *Divino* loquitur, ad *bonos* animos hominesque restringere: ut Epist. 41. initiò: & Epistolis 31. & 73. extremis. Hactenus de primâ verbi notione. Secundâ notione, δαίμων accipitur pro Angelo (cur enim abstineam voce, quam si non veteres, hoc sensu, pro bono dæmone scilicet; at posteriores, Aristides, Porphyrius, Simplicius, aliique non pauci scriptores usurparunt Philosophi?) cuique homini assignato, ut custode & vitæ præside. Sed audiamus iterum Apulejum: *Ex hac sublimiori Dæmonum copiâ Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint arbitri omnium non modo actorum, verùm etiam cogitatorum.* An de illis separatim Seneca sit intelligendus, tum alibi, tum Epist. 41. *Sacer intra nos spiritus sedet*, (ἵδρυται, Antonino) *malorum, bonorumque nostrorum observator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat*: an verò illos, ut & Antoninus interdum, cum animo confundat; non certò dixerim. At Epist. 110. distertè meminit *genii*, qui diversus ab animo; sic tamen ut planè non affirmet. Sed ipsum præstat audire: *Sepone in præsentia quæ quibusdam placent: Unicuique nostrorum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait, de plebe Deos. Ita tamen hoc seponas volo, ut memineris majores nostros qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse. Singulis enim & genium & Junonem dederunt.*

Pag. 71. lin. 8. 9. ἡ γὰρ ἐκάστῳ νεμομένη μοῖρα συνειφέρεται] Id, opinor, vult Antoninus, cujusque μοῖραν, non ex iis tantum constare, quæ sunt ἀπροαιρέτως νεμόμενα, (ut alibi loquitur) i. e. quæ mera fati necessitate, nulla nostra culpâ meritóve contingunt; sed partim ab arbitrii libertate pendere, & ex eo partim quasi conflari. Plutarchum lege de Plac. Philosophorum, lib. 1. cap. 27. Περὶ εἱμαρμ. Sed & Antoninum, lib. 5. cap. ultimo. Certè, fatum omnes asserebant Stoici: at in fati explicatione, longè alia erat eorum doctrina, quàm quæ vulgò illis adscribitur. Quis nescit Epictetum, Stoicæ Philosophiæ magnum decus & præsidium, hoc doctrinæ suæ fundamentum primum, ac propè unicum ponere, opiniones, appetitiones, actiones, τῶν ἐφ' ἡμῖν esse, in quæ nulli externæ vi aut imperio potestas sit? Sed quid Epictetum nomino, cùm non aliud, quod studiosiùs aut frequentiùs inculcent quicunque Stoicæ philosophiæ præcepta tradiderunt. Quis insolentissimas, insanissimas super hâc voluntatis potestate & independentia jactationes in Stoicorum scriptis sæpius occurrentes non observavit? *Est aliquid*, inquit Seneca, *quo sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio, non suo, sapiens est. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Incredibilis vis est philosophiæ*, &c. Nec semel dixisse contentus, iterat alibi non uno loco. Quò pertinet quod preces, rem stultam & inanem idem sancit. *Facis rem optimam & tibi salutarem, si ut scribis perseveras ire ad bonam mentem: quam stultum est optare, cùm possis à te impetrare. Non sunt ad cælum elevandæ manus*, &c. Epist. 41. Sed & Catoni, laudatissimo illi Stoico, Diis gratias agi, rebus benè gestis, non placebat, ne quid virtuti de debitâ laude decederet: quâ de re, videat, qui volet, epistolam ejus, ad Ciceronem perscriptam, quæ Epist. Cicer. ad Famil. lib. 15. extat. Epictetus denique apud Arrianum, lib. 1. cap. 17. pronuntiare non veretur, si libera jurisque sui non esset hominis voluntas, Οὐκέτι ἂν ἦν θεὸς, εἰδ' ἐπιμελεῖτο ἡμῶν ὃν δεῖ τρόπον. *Desineret esse Deus, neque nos eo, quo deceret, modo curaret.* Scio jam olim hoc illis objectum, tollere eos τὸ ἀνυπεύθυνον, & eadem operâ virtutis, & vitii discrimen omne tollere & confundere: sed eos suis scriptis & rebus ipsis hanc calumniam fusè refutasse, scio quoque. Quasi verò non & Aristoteli, quo nemo τὸ ἐφ' ἡμῖν nervosiùs aut constantiùs asseruit, id objectum, eum fato & necessitati omnia tribuere? Quæ autem ab Aristotele Ethic. lib. 3. ut τὸ ἐφ' ἡμῖν asserat, fusè disputantur; ea contra Stoicos ab illo disputari, non tam probatu facile, quàm facile à quibusdam nullâ, quod sciam ego, ratione nixis asseritur. Quare vulgi erroribus (quo tamen in errore doctos etiam non paucos versari miror) hanc de fato Stoico, quod homines in truncos stipitesque convertat, opinionem accensendam judico. Quod si in explicanda τῇ ἀντεξουσίᾳ καὶ τῆς εἱμαρμένης concordia se non expediverunt Stoici, Chrysippus aliive, & doctrinam suam dum hinc fato, ne quid providentiæ decedat, omnia submittunt; inde libertatem arbitrii, ne quid virtuti, pari studio tuentur, inextricabilibus contradictionibus involverunt, non est in re tam abstrusa quod id miremur, nec id solis accidit Stoicis. Notanda de Chrysippo verba Ciceronis. *Ac mihi videtur cùm duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum, una eorum qui censerent, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret; in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit: altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii: Chrysippus tanquam honorarius arbiter medium ferire* (alii libri, *medium se ferre*; meliùs) *voluisse: sed applicat se ad eos potiùs, qui necessitate motus animos* (scribo, *animi*) *liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus.* Antoninus autem, Stoicus, & constans alioqui liberæ voluntatis assertor; (vide vel l. VIII. cap. 48. & lib. X. cap. 32. 33.) ab isto tamen eorum furore, & impia superbiloquentia quantum abfuerit, ex lib. 1. cap. 17. & lib. IX. cap. 40. quo de precibus agit, & Divino ad adipiscendas virtutes auxilio, abundè colligas. Ad hanc de fato disputationem pertinet quod vetus nescio quis Poëta Latinus pridem dixerat, *Fabrum esse suæ quemque fortunæ*; cujus dicti cum alii veteres meminere, tum præter alios insigni loco Salustius, aut quisquis verus auctor orationis, De republica ordinanda, ad Cæsarem. Quò magis dolendum, tam insignem locum ineptissimâ & insulsissimâ glossâ deformatum ita vulgò legi, ut à paucis intelligi putem. At ille; *Antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare, item alia quæ per mortales avidè cupiuntur: quia & apud indignos sæpe erant, quasi per libidinem data; neque cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse quod in carminibus Appius ait; Fabrum esse suæ quemque fortunæ.* Imperiti homines, qui non intelligebant, *obtinebat*, positum esse pro, opinio obtinebat, sive, vulgò credebatur; cùm aliquid deesse persuasum haberent, ex ingenio quod maximè probabile visum, suppleverunt, duobus his verbis, *Pop. Romanus*, initio præpositis: quæ duo verba clarissimam aliòquin & illustrissimam sententiam tenebris plusquam Cimmeriis involverunt. Hinc & illa quarundam editionum falsissima & insulsissima interpunctio, *Populus Romanus antea obtinebat regna atque imperia*: (fallor aut Tacitum cogitabant, qui primi ita distinxere, cujus hoc initium; *Urbem Romam à principio reges habuere*) *fortunam dono dare*, &c. Quare non mirum, si *mendis scatere* hoc exordium questi sunt nonnulli. Comparetur hoc initium cum Belli Jugurthini præclarissima illâ & lectu dignissimâ præfatione, & eandem utrobique materiam (fusiùs illic, brevius hic, tractatam) eundem, ni fallor ego, genium scriptoris utrobique deprehendet, quisquis attentus leget.

Pag. 82. lin. 8. 9. τῷ κεκολασμένῳ καὶ ἐγκεκαθαρμένῳ] Cùm ἀκόλαστος & ἀκάθαρτος voces in vulgus infames fuerint, postremæ vilitatis hominibus objici solitæ; quas nemo, non prostituti pudoris & ἀπονενοημένος, libenter admittat: hinc, ni fallor, ansam arripit Antoninus de re ipsâ disputandi, ut si rem potiùs ipsam, (quod sapientis est) quàm verba moramur, quid enitendum sit, ne nobis hæc probra competant, intelligamus. De voce ἀκόλαστος, A. Gellius in Noctibus Atticis: quæ vera autem κάθαρσις, in Phædone Plato consulendus.

Pag. 83. lin. 9. 10. ἄντη δὲ ἀπροκοπωσίαν] Viri doctissimi maluere, ἀπροσκοπωσίαν, à προσπίπτω; quàm ἀπροκοπωσίαν, a προπίπτω. Ita vir summus vulgata Lexica sequutus, in inæstimabili Thesauro, ubi Diogenes Laertius laudatur in Zenone. At in Diogenis editionibus quibus usus ego sum, etiam Stephanicâ, Anni 1570. non in Zenone tantùm, sed & in Pyrrhone, ubi vox iterum occurrit, non ἀπροσκοπωσίαν, sed ἀπροκοπωσίαν, excusum reperio. Sed & ita debere scribi liquet ex Stobæi Ethicis, ubi τὸ, προπίπτειν, πρὸ καταλήψεως, (petitime hæc in Genevensi quâ utor editione, sunt confusa, & ab interprete Latino prætermissa) συγκαθίστασθαι exponit: & ne quis & ibi προσπίπτειν, proclivi in verbis tam affinibus errore, reponendum censeat, opportunè τὸ, προπετῆ, mox additur, ut ab eadem origine; cujus verbi tam constans scriptura est, quàm certa derivatio. Semel hic monendum putavi, quia vox non semel in his libris occurrit. De hac autem ἀπροκοπωσίᾳ & ἀμεταπτώτῳ ἐπιστήμῃ væsanas Stoicorum quorundam μεγαληγορίας, multis jam olim exagitatas, apud Plutarchum reperire est non uno loco.

Pag. 86. lin. 6. τῷ κατ' ἀξίαν συνεχάζομαι] Verte, *Simul autem in rebus mediis & indifferentibus, in quamque pro cujusque dignitate plus minusve studis consfero*: vel, *in rebus mediis quanti quæque sit, verâ, quoad ejus possum, æstimatione perpendo.* Spectant hæc ad doctrinam τῶν ἀδιαφόρων, & celebrem illam, τῶν προηγμένων, & ἀποπροηγμένων distinctionem. Sed in genere, prima, secundùm Aristonem Chium, moralis philosophiæ pars hæc est, *inspectio suum cuique distribuens & æstimans quanto quidque dignum sit*: teste Senecâ, Epist. 89. Idem ibidem: *impetus ex dignitate rei cujusque concipitur, perinde remissus acriorve, prout illa digna est petî.* In superiori linea ἴσως, non, ἰσοῦς, in utraque Xylandri (quod & à veteribus agnoscitur) editione.

Ibid. lin. 9. καὶ μηδὲν παρεμποδευομα] Fortè, παρεμποδεύσῃ, vel παρεμποδίσομαι: aut certè aliquod verbum (ut passim solet) à παρεμπίπτω puta, παρεμβάλλω, παραφέρω, aut tali aliquo, quod incipiebat a præpositione παρὰ, flexum, excidit. Vir Cl. Patricius Junius nihil deesse, sed τὸ, ἐπερχῆς, ἀπὸ κοινοῦ supplendum censebat.

Ibid. lin. 11. ἐὰν τοῦτο συνάπτῃς] Scribe, ἐὰν τούτῳ συνάπτῃς: *si illi adhæreas*: vel, *si aptus* (Græcâ notione, ut apud Ciceronem sæpe) *ex illo pendeas.* Proxima linea παρύτῃ, lege.

Pag. 88. lin. 8. Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς:] *Corpus, anima, mens*: quorum verborum versio nescio quo casu etiam à Xylandro præterita.

Pag. 90. lin. 1. καὶ τῶν ποιούντων] Asteriscum retinuimus quem Xylander hic appositi, quasi loco imperfecto. Ego ellipsim hîc esse malo; ut cætera Antoninus, modestiæ causâ, reticuerit; & dum reticet, turpissima quæque nobis cogitanda reliquerit. Quibus hæc non satisfaciunt, cogitent an pro ποιούντων, τὸ πορευόντων, vel πορευόντων scribendum sit. Certè πόρνῳ latè, ut *impurus* apud Latinos, pro sceleste quovis. Vide lib. V. c. 10. & 28.

NOTÆ IN LIBRUM IV.

Pag. 91. lin. 1. 2. πρὸς τὰ ἡγούμενα μεθ' ὑπεξαιρέσεως] In rebus mediis externisque (quas alioquin indifferentes, id est, neque bonas verè neque malas asserebant) hoc discrimen admittebant Stoici, ut alias præ aliis optare sapienti cuivis, & eligere liceret: sed tamen hac (quòd quicquid optaretur, incertus esset eventus) conditione, ut omnis in hoc genere optio, omnis ὁρμὴ & ἀφορμὴ, cum prævia *exceptione* susciperetur: nempe, ut si aliter lex fati requireret, quod illi magis gratum, id & nobis, κατὰ δεύτερον πλοῦν, esset acceptius eo, quod initiò, re adhuc integra, proposueramus. Quare cum libertatem optandi relinquerent etiam

ſapienti, nihil tamen invito illi, hac *exceptione* munito, accidere poſſe tuebantur. Epictetus Enchiridii cap. VII. *μόνῳ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῷ, κἄφας μόνοι καὶ μετ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνεπικωλύτως. Sed eo tantùm utitor motu animi, quo vel accedas ad eas res, vel ab iiſdem recedas: verùm leviter, & cum immutatione, & remiſſe.* Mirum in hujus vocis *ὑπεξαιρέσεως* explicatione Simplicio, doctiſſimo Philoſopho, oculos adeò caligaſſe. Nam auctorem Notarum in Epictetum, quæ Lugduni Batavorum haud ita pridem ſunt excuſæ, cæcum ducem *ἀδιστασίως* tanquam omnia ex tripode loquentem ſequi, minùs miror. Ut tamen & imperitis conſulamus, Senecam Simplicio, philoſophum philoſopho, Latinum Græco, in Græcæ vocis expoſitione, non pigebit opponere. *Non mutat* (inquit ille) *ſapiens conſilium*, &c. *ad omnia cum Exceptione veniet. Si nihil inciderit quod impediat: ideò omnia illis ſuccedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere, quia præſumit animo, poſſe aliquid intervenire, quod deſtinata prohibeat*: De Benef. lib. IV. cap. 34. Antoninus rem vocemque pluribus inculcat locis, ut vel eo nomine ſemel accuratiùs explicare debuerimus.

Pag. 93. lin. 2. *πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλύσαι.*] B. m. parens in Perſium ex occaſione hunc Antonini locum citans, ex antedictis ſive ſupplet, ſive corrigit, (ad rem enim parum intereſt) *πᾶσαν ψυχὴν ἀποκλύσαι.* Eſt ſanè ante aliquot lineas vox *ψυχὴ*: quam tamen remotiorem eſſe, quàm ut commodè ſubaudiri hîc poſſit, verborum ſerie ſyntaxique benè conſideratâ, judico. Ego perſuaſum habeo Antoninum ſcripſiſſe, *πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλεῖσαι.* Qui norunt ejus vocis (*αὐτὴν* intelligo) apud Poëtas celeberrimos uſum frequentiſſimum, ne cogitari quidem vocem aliam Antonini ſcopo magis aptam, (*θέρυβον* alii dicunt in eandem ſententiam, tritiore vulgò verbo) fatebuntur. *Γαλήνην* ei opponit alibi. Vide notata in pag. 219. lin. 1. ubi & de verbo *ἀποκλεῖσαι.* Apud Plutarchum *περὶ εὐθυμ.* pag. 476. C. fortunæ ſapiens his verbis (nec alia magis noſtram correctionem confirment) oppedit: *Προκαλείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφῆρημαι παρείσδυσιν, οὐ μοχλοῖς, οὐδὲ κλεισὶν, οὐδὲ τείχεσιν ἐθάρρυνεν ἑαυτὸν, ἀλλὰ δόγμασι καὶ λόγοις. Anteverti te ô fortuna, omneſque tibi ad me aditus obſtruxi: non is vectibus, clavibus aut muris fidens hoc dixit, ſed doctrina & rationibus.*

Pag. 95. lin. 1. *τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούντων*] Fortaſſe, *τῶν ἡμῖν δοκούντων*: quod videtur Xylander in verſione ſequutus. Vel, *τῶν ἐνδοκιμούντων: qui opinione virtutis & hominum prædicatione celebres.* Confer cum cap. 33. lib. 5. ubi *τὸ ἐνμετάβλητον*, & *ἐνδοκιμεῖν.* Sed præſtat fortaſſe nihil mutare: & *τὰ ἐφ' ἡμῖν* hîc, ut apud Epictetum cap. 1. *quæ ſunt in noſtra poteſtate*; appetitiones nimirum, & opiniones, & id genus alia, quæ quanquam noſtri juris eſſe ſentiant philoſophi Stoici, iidem tamen, niſi magna cautio & aſſidua cura adhibeatur, facilè corrumpi, & extra veri metas abripi pronuntiant.

Pag. 99. lin. 1. *σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων*] Scribo *σύγκρισις καὶ διάκρισις, ἐκ τῶν αὐτῶν*, &c. Similis terminatio vocum (quod oſcitantium ſcribarum perpetuum flagitium) alteri earum fuit extrudendæ. De re, vide Plutarchum de plac. philoſ. lin. 1. c. ult. *Περὶ φύσεως.*

Pag. 101. lin. 8. *τῆς βασιλικῆς καὶ νομοθετικῆς λόγου*] Non abſurda per ſe Xylandri verſio, qui ad *τὸ ἡγεμονικὸν*, toties in his libris, ſed nunquam tamen ſyntaxi *θηλυτικῇ* repetitum: (quod & Senecæ, *Regium principale*: & Saluſtio, *Dux & Imperator vitæ*;) mentem ſcilicet, refert. Non abſurda, dico, per ſe; ſed falſa tamen, & à verbis Græcis aliena: quæ ita potiùs vertenda; *ut id tantum agat, quod regia & legiſlatrix artis ratio ſuggerat ad utilitatem hominum*, neceſſariò enim ſubaudienda vox, *τέχνη. Λόγου τῆς τέχνης*, locutio alibi quoque Antoniniana; ut lib. 6. c. 26. *Βασιλικὴ* autem *τέχνη* ſenſu Socratico, quid ſit, diſcas ex Xenophonte, Memor. lib. 4. pag. 794. A ubi iſta legas: *Οὐ δήπου, ὦ Εὐθύδημε, ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐφίεσαι, δι' ἣν ἄνθρωποι πολιτικοὶ γίγνονται, καὶ οἰκονομικοὶ, καὶ ἄρχειν ἱκανοὶ, καὶ ὠφέλιμοι τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ ἑαυτοῖς*; *Num fortaſſis illam expetis virtutem, mi Euthydeme, per quam homines rerum civilium & adminiſtrationis domeſticæ periti fiunt, & ad imperandum idonei, & utiles cum cæteris hominibus, tum ſibimet ipſis?* & mox; *Νὴ Δία, τὴν καλλίστης ἀρετῆς καὶ μεγίστης ἐφίεσαι τέχνης. ἐγὼ γὰρ τῶν βασιλέων αὐτὸ, καὶ καλεῖσθαι βασιλικήν. Ergò tu virtutem profectò pulcherrimam, artemque maximam expetis. Nam regum hæc propria eſt, ac regia vocatur.* Socrati igitur, *τέχνη βασιλικὴ*, eſt prudentia civilis; quæ bene facere, & prodeſſe quamplurimis, ut præcipuum ſcopum fructumque ſapientiæ ſibi proponat. Ratio appellationis, quam Xenophon indicat, ſed non explicat, ex Ariſtotele reddi poteſt hæc; *ὅτι βασιλεῖ πρὸς τοὺς βασιλευομένους φιλία ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας. εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους*, &c. *Regi amicitia erga illi ſubjectos in beneficiis ſuperemmentia. bene facit enim iis qui ſub regno ſuo ſunt*, &c. Ethic. lib. VIII. cap. 13. Item ex Cicerone, *At mihi quidem videntur hæc omnia eſſe referenda ab iis qui præſunt aliis, ut ei qui eorum in imperio erunt ſint quam beatiſſimi*, &c. & ibidem mox, *Eſt autem non modò ejus qui ſectis & ſervibus, ſed etiam ejus qui ſervis, qui mutis pecudibus præſit, eorum quibus præſit commodis utilitatique ſervire*: Epiſt. ad Q. F. lib. 1. Epiſt. 1. Ut non ſine cauſſâ maximâ Reges, *Εὐεργέται* ſint à pluribus olim nominati, ut ex Regum Rege, Chriſto, Luc. 22. v. 25. diſcimus. Quò ſpectat & illud Terentii Poëtæ, in Phormione, 2. 2. 24.

Imò etiam nemo ſatis' pro merito gratiam Regi refert.

Sed & illud Antiſthenis, ab Antonino noſtro libro ſeptimo laudatum, *Βασιλικὸν μὲν πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν.* Nec aliò crediderim Sanctum quoque Jacobum (utcunque aliter exponi vulgò non ignorem) ſpectaſſe, cùm præceptum *τῆς ἀγάπης, βασιλικὸν νόμον* indigitat. *Νομοθετικὴν* porrò vocat Antoninus hanc *τέχνην*, vel metaphoricè, quod ut *ἡ νομοθετικὴ*, civilis omnis prudentiæ (*ἀρχιτεκτονικὴν φρόνησιν* ideò vocat Ariſtoteles) apex eſt ſupremus; ita & beneficentia, virtutum omnium moralium: vel propriè, & ad etymologiam verbi alludens, quia bonitas & beneficentia ſuprema quædam lex eſt, quæ tanquam vitæ modimperatrix, leges aliis virtutibus imponit omnibus, à nullâ autem accipit. Hinc illa *τῆς ἀγάπης* in Sacris Scripturis notiſſima & præſtantiſſima elogia; Rom. 13. & primæ ad Corinth. cap. 13. alibique. Sed nec illud Lectorem celavero, *τέχνην βασιλικὴν*, de qua non pauca diximus in ſuperioribus, alio quoque ſenſu (de quo non hic quærendi locus) in Xenoph. Memor. lib. 2. videri poſitum; pro tolerantiæ temperantiæque diſciplinâ ſcilicet: aut certè, pro morali, generatim, philoſophiâ.

Pag. 103. lin. 1. *τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν:*] *Λόγοι σπερματικοὶ* (quorum tam obſcurus intellectus, quàm frequens apud eos mentio) ſub duplici apud veteres notione capiuntur. Nam vel Deo, vel rebus creatis tribuuntur. Cum Deo, parum differunt à decantatiſſimis illis Ideis Platonicis. Sunt enim certæ quædam in Divinâ mente mundum & quicquid in mundo futurum, ſecum, id eſt, cum Ratione: quondam, ſimul & ſemel, irrevocabili lege concipiente, deſcriptæ futurarum rerum formæ, notiones & potentiæ, immutabiles, æternæ, ortuum omnium temporalium, & eventuum cauſſæ & origines. Antoninus ipſe diſertiſſimè, nec alibi tam plenè definitos invenias, lib. 9. c. primo, poſtremis verbis. *Λόγοι σπερματικοὶ* quo ſenſu rebus creatis tribuantur, dilucidiſſimè exponit Origenes, apud Hieronymum Epiſt. ad Pammachium, his verbis; *Eſt ſingulis ſeminibus ratio quædam à Deo artifice inſita, qua futuras materias in medulla principiis tenet. Et quomodo tanta arboris magnitudo, truncus, rami, poma, folia non videntur in ſemine; ſunt tamen in ratione ſeminis, quam Græci σπερματικὸν λόγον vocant, & in grano frumenti, &c. ſic & in ratione humanorum corporum*, &c. Seneca Nat. Quæſt. lib. 3. cap. 29. *Ut in ſemine omnis futuri hominis ratio comprehenſa eſt, & legem barbæ & canorum, nondum natus infans habet, totius enim corporis & ſequentis ætatis in parvo occultoque lineamenta ſunt; ſic origo mundi*; & cætera, quæ jam ſuprà, ad Aurelii Victoris de Antonino teſtimonium operi præfixum. Interdum *λόγος* abſolutè, pro *λόγος σπερματικός*. Hinc Plotinus 2. Ennead. 12. *Ὁ ἄνθρωπος, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἀνθρώπου γίνεται. Homo ex hominis ſemine naſcitur.* Interdum, *σπέρμα καὶ λόγος*, pro, *σπερματικὸς λόγος*. Timæus Locrus, in antiquiſſimo, tantique ab antiquis æſtimato, de Anima mundi ſcripto pag. 1093. D. *Τοῦ δὲ σώματος ἀρχὰν μὲν καὶ ῥίζαν μυέλῳ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἡγεμονία. ἀπὸ δὲ τούτου ἀπόχυμα ῥεῖ διὰ τῶν ναοίων σπονδύλων τὸ λοιπὸν ἕξ ᾧ εἷς σπέρμα καὶ λόγον μερίζεσθαι. Jam verò cerebrum eſt principium & radix medulla, in eoque etiam eſt anima principatus. Ab hoc autem diffuſio quædam manat per dorſi vertebras, quaſi prono alveo, ut indè ad mentem genitricem diſtribuatur.* Ita antiquiſſimæ Platonis editiones: & qui conferat, (ut quæ jam à nobis allata taceamus) cum iis quæ Diogenes Laërtius in Zenone, *τοῦ σπέρματος περὶ*, (quæ viro doctiſſimo & de his literis optimè merito, Juſto Lipſio, Phyſiol. Stoicæ lib. 3. cap. 6. fruſtra ſuſpecta, quia non intellecta, fuerunt) ita rectè habere intelliget. At qui recentiores Platonis editiones accurarunt, cùm non intelligerent, (qualia multa in optimis auctoribus, utinam non & ſacris, ex ignorantia paſſim committuntur) *τὸ, λόγον*, mutarunt in *γόνον*; *ἐξ ᾧ εἰς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεσθαι.* Sed & Stoici in octimembri illa animæ humanæ diſtributione, de quâ D. Laërtius in vita Zenonis, propriam quandam ſeu partem, ſeu facultatem animæ, *σπερματικὸν λόγον* indigitabant. Antoninus autem tum hic, tum poſthac aliquoties, *σπερματικοὺς λόγους* cùm dicit, priori notione accipit; in quos omnia ſcilicet, ipſa etiam elementa, per *ἐκπύρωσιν*, ex Stoicorum doctrinâ, ſunt aliquando reſolvenda. Cæterùm, qui quæ in ſacris ſcripturis de rerum omnium tum per *λόγον*, tam *προφορικὸν*, Gen. 1. quàm *ὑσιώδη* & *ὑποστατικὸν*, Joh. 1. creatione: tum in eumdem *λόγον* (Epheſ. 1. 10. alibique) *ἀνακεφαλαίωσιν*, cogitabit, non eſt quin manifeſtas veræ lucis ſtricturas & veſtigia non obſcura in *σπερματικοῖς* his antiquorum *λόγοις* deprehendat. Expende & Sancti Petri verba 11. Epiſt. 3. v. 5. 6. 7. ſed ut ſcripta ſunt ab illo Græcè, moneo, & à Græcis ſcriptoribus expoſita; non ut à multis verſa & expoſita. Expende, inquam, & confer cum Dio. Laërtii verbis in Zenone, de *λόγῳ θεῷ, δημιουργῷ τῶν πάντων*; & de *σπερματικοῖς λόγοις*, in aquis reſidentibus, & ex aquis omnia generantibus. Sed & alia ratione Dei *λόγος προφορικὸς, σπέρματι*, unde & *σπερματικὸς* hac quoque ratione non malè dici poſſit, ab Iſaia propheta, cap. 55. v. 10. 11. comparatur.

Ibid. lin. 6. *Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν θεὸς αὐτοῖς δόξει*] Notum illud Ariſtotelis 1. Politic. *ἢ θεὸς, ἢ θηρίον*; cujus interpretatio ab ipſo petenda. Eò Antoninum reſpicere, certum eſt. An verò Dei appellatio ad Imperatorum ſolennem poſt mortem *ἀποθέωσιν*, an ad divinos, etiam viventibus, honores haud rarò tributi ſolitos, referri debeat, incertum mihi eſt. Ad apotheoſin ſi referas, haud abſimile prorſus illud Tertulliani, *Taceo quod ita rudes adhuc homines agebant, ut cujuſlibet novi viri aſpectu quaſi divino commoverentur, cùm hodiè jam poſiti, quos ante paucos dies luctu publicò mortuos ſint conſeſſi, in Deos conſecrent*: Apologet. cap. 10. Sed præſtat fortaſſe *θεὸν* hic, hyperbolicè capere, ut apud Terent.

Facio te apud illum Deum: virtutes narro:

ut non aliud hic velit Antoninus, quàm quod iſtis alibi, *ὅσοι δὲ ἐκπεπτώκασιν ἔσως τῶν σε, τάχιστα ψέξουσι.* lib. 9. cap. 25. Quicquid hujus ſit, Antoninum his verbis vulgo judiciorum temeritatem & inconſtantiam exprobrare voluiſſe, & ſe contra detractores, & pu-

publicæ, ſi quando, famæ iniquitatem munire, minimè dubitandum eſt. Certè, quàm parum æqua quorundam de Antonino noſtro judicia fuerint, ut Caſſii convitia omittam, teſtis in ejus Vitâ Capitolinus; in his; *Sane quia durus ex philoſophia inſtitutione Marcus ad militia labores, atque ad omnem vitam, graviter carpebatur: ſed male loquentium dictis vel literis, vel ſermone reſpondebat.* Antonini verba etiam ex his Arriani clariora; Ὁρᾷς ὅτι σχολαστικόν σε δεῖ γενέσθαι. τοῦτο τὸ ζῷον, ὃ πάντες καταγελῶσιν, εἴπερ ἄρα θέλεις ἐπίσκεψιν τῶν σαυτοῦ δογμάτων ποιεῖσθαι. *Vides ergò ſcholaſticum oportere te fieri, id ſcilicet animal quod deridetur ab omnibus, ſi modò decreta tua examinare volueris.* in Epictetum lib. 1. cap. 11. In his Arriani verbis obiter obſervabis, *Scholaſtici* titulum, qui aliàs, ut plurimum, cultioris ſermonis & multiplicis eruditionis, (ut anteà dicebamus) elogium continebat; interdum iis quoque tribui ſolitum, qui ſolâ vitæ auſterioris, & à vulgari conſuetudine remotiſſimæ diſciplinâ differebant à cæteris: quales qui non uno loco deſcribuntur à Platone genuini Philoſophi. De iis quale vulgi judicium fuerit, ex Epicteto diſcas amplè, Enchir. cap. 29.

Pag. 105. lin. 1. τὴν φυσικὴν δόσιν] Virtutem, & quicquid laudabile, Dei, ſeu naturæ munus eſſe, etſi fuere qui negarent, laudatiſſimi tamen agnovere philoſophi: Homero, philoſophorum Apolline, non uno loco ſuccinente; aut potiùs præcinente. Multa paſſim in his libris, quæ Antoninum noſtrum in eandem ſententiam (Stoicis alioquin dogmatibus contrariam) propendiſſe fidem faciant. Ita φυσικὴν δόσιν exponere hic poſſumus. Fateor tamen pridem ſuſpicatum eſſe me, pro, φυσικὴν δόσιν, φυσικὴν δεῖξιν legendum eſſe; ut id dicat Antoninus; τὸν ἔπαινον, ſi quis ex rei naturâ pronuntiet, aut ex naturâ petitis argumentationibus uti velit, aliud nihil eſſe (quod iterat ſæpiùs) quàm κρότον γλωσσῶν. Οἰκονομία in præcedentibus verbis quid valeat ſi dubitas, intelliges ſi conſulas quæ in pag. 311. lin. 13. 14. ſed & 169. lin. 3. notamus.

Pag. 106. lin. 3. ἐπιδιαμονὴν μεταβολή] Placeret, ſi & aliis, ſcribi, ἡ τῶν μετὰ πόσην τινὰ ἐπιδιαμονὴν μεταβολή. Ut ſepulta corpora, ſeu cadavera, poſtquam aliquandiu integra permanſere, mox in terram cæteraque elementa reſoluta cadaveribus aliis loco cedunt; ita animæ, &c. ταῖς προσυνοικιζομέναις, id eſt, animis, quæ corporis hactenus contubernales, nunc morte ſeparatæ per ſe ſubſiſtunt. De ἐπιδιαμονῇ animarum quid Stoici cenſuerint, Diogenes Laërtius aliique conſulendi; ſed Plato ante omnes, in Phædone.

Pag. 111. lin. 5. πόλι φίλι διος;] Operarum properantium παρόραμα corrigendum ex Xylandri editione, ὦ πόλι φίλη Διός.

Ibid. lin. 7. Μή ποτε ἄμεινον τ' ἀναγκαῖα] Lectio Manuſcripti Xylandrini, (ut ex ejus notis diſcimus) pro quo Xylander nimis confidenter, μηδὲν ἄμεινον τῶν. Antoninus autem, ni valde fallor, ipſe ſcripſerat, Μή ποτε μηδὲν ἄμεινον τῶν. aut, quod magis probo, Μή ποτε ἄμεινον τ' ἀναγκαῖα, ut in Manuſcripto codice. Elegans hic uſus iſtius particulæ, cujus vel unus Ariſtoteles exempla μύρια ὅσα quod ſuppeditat. Ethic. Nicom. l. x. c. 1. Μή ποτε δ' οὐ καλῶς τοῦτο λέγεται. *Videndum autem ne non rectè hoc dicatur.* cap. 3. Μή ποτ' οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον. *Videant ne non dicant cauſſam hujuſce rei.* c. 9. Ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μή ποτε οὐκ ἂν ἅπασιν ἰσχύῃ. *Oratio verò & doctrina videndum eſt nunquid non in omnibus vim habeat.* Theognis ita intelligendus.

Μύναρχος δὲ πόλει μή ποτε τῇδε ἄδοι.
Rex verò civitati nunquam illi placeat.

Omnibus his locis aliquid ſubaudiendum eſt, ut oratio ſit perfecta. Ita & Matth. xxv. 9. Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι λέγουσαι, μή ποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν. *Reſponderunt autem prudentes illæ, Nequaquam, ne non ſufficiat nobis & vobis.*

Pag. 112. lin. 18. συμβέβηκέ σοι τί καλῶς;] Vitioſa interpunctio; quæ Xylandrum decepit. Corrige (ſenſum in verſione reddimus) συμβέβηκέ σοι τί; καλῶς. Συμβαίνειν, ut plurimùm, ἐπὶ τῷ κακῷ, de iis quæ contra votum. Id Senecæ, *accidere*, propriè: cui τὸ, *contingere*, opponit: Epiſt. 110. *Adhibe diligentiam tuam, & intuere quid ſint res noſtræ, non quid vocentur, & ſcies plura mala contingere nobis, quàm accidere.* Acutiſſimè. hoc dicit Seneca; Si res ipſas ex eventu, non ex opinione noſtrâ judicamus, ex iis quæ invitis nobis, quod in malis haberemus, *acciderunt*, plura, *contigiſſe*, id eſt, fœliciter nobis eveniſſe; quàm verè *accidiſſe*, id eſt, in malum noſtrum ceſſiſſe fatebimur. Ita ſe explicat ipſe in ſequentibus: nec tamen aſſecuti videntur explanatores Senecæ. Sed & alia, hâc ipſâ paginâ, mendoſa, ex meliori Xylandri editione corrigenda. In his ipſis, ἐκ τῶν ὅλων, ἀπ' ἀρχῆς, legendum: ſectionis verò 27. ultimis verbis, πάντων διακεκριμένων καὶ διακεχυμένων, quorum alterum in Lugdunenſi editione typothetarum incuriâ prætermiſſum fuerat.

Pag. 117. lin. 7. ὁ μὲν χωρὶς χιλῶνος φιλ.] Scitum illud Ariſtotelis, & univerſim verum, Ethic. lib. 1. cap. 9. Ἀδύνατον, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα. *Fieri enim non poteſt, vel non facilè fit, ut cui neceſſaria non ſuppetunt, is bona atque honeſta agat.* Nec ſcitum minùs & verum illud Comici. Hecyr. 3. 3. 20.

Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni & humiles ſumus.

Homerus primus, ante iſtos certè, ſapientiſſimè, in notiſſimis verſibus: ſed qui vulgò, etiam à doctiſſimis, longè aliter exponi ſolent: quæ cauſſa cur hic prætereamus. De iis aliàs fortaſſè pluribus. Hæc & ſi vera generaliter; Antoninus tamen de Cleanthe peculiariter quin hæc dixerit, (ita omnia conveniunt) minimè dubito. Diogenes Laërtius in ejus vitâ lib. 7. §. 168. de ejus infimâ paupertate; Διεβοήθη δ' ἐπὶ φιλοπονίᾳ, &c. *Memoriæ proditum eſt ipſum laborioſiſſimum fuiſſe*, &c. & mox §. 169. de *nuditate*, & *tunicâ*; ὑπὸ ἀνέμου παραγυμνωθῆναι, καὶ ἀφθῆναι ἀχίτωνα. &c. *Venti flatu denudatum eſſe, ac ſine tunica apparuiſſe*, &c. & poſt aliquot paginas §. 174. de libris, Τοῦτον φασὶν εἰς ὄψιν καὶ βοῶν ὁμοπλάτας γράφειν ἅπερ ἦκεν παρὰ τοῦ Ζήνωνος, ἀπορίᾳ κεχρᾶσθαι τῶν ἀνήσασθαι χαρτία. *Ajunt illum quæ à Zenone audiverat teſta boumque oſſibus inſcribere ſolitum, cùm nummulis careret quibus chartas emeret.*

Pag. 123. lin. 1. Θεώρει διηνεκῶς πάντα] Scribe, Θεώρει διηνεκῶς πῶς πάντα, &c.

Ibid. lin. 3. ὅτως φιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις] Libro 8. cap 5. Ἡ τῶν ὅλων φύσις τοῦτο ἔργον ἔχει, &c. Neque aliud eſt, quod ſæpiùs inculcat Antoninus; quod non memoriæ vitio, ſed certo conſilio ob inſignem θεωρίας iſtius fructum ita ab illo factum eſſe diſcas ex lib. 10. cap. 12. πῶς εἰς ἄλληλα, &c. Seneca, Epiſt. 71. *Nobis ſolvi, perire eſt: proxima enim intuemur: ad ulteriora non proſpicit mens hebes & quæ ſe corpori addixerit. alioquin ſortius finem ſui ſuorumque pateretur, ſi ſperaret omnia illa ſic in vitam mortemque per vices ire, & compoſita diſſolvi, diſſoluta componi: in hoc opere æternam artem cuncta temperantis Dei verti.*

Ibid. lin. 6. μόνα σπέρματα φαντάζει] Scribo, φαντάζῃ, vel, φαντάζεις. De re, Plinius in Panegyrico, pulcherrimo, pulcherrimè, *Habet has vices conditio mortalium, ut adverſa ex ſecundis, ex adverſis ſecunda naſcantur. Occultat utrorumque ſemina Deus, & plerunque bonorum malorumque cauſſa ſub diverſâ ſpecie latent.* Adi & lib. 7. cap. 9. & quæ nos ibi.

Pag. 124. lin 8. 9. ὁ γὰρ κατὰ τῷ κατὰ φύσιν βιῶντι] Scribo, ὁ γὰρ καὶ τῷ κατὰ φύσιν, καὶ τῷ παρὰ φύσιν βιῶντι. Seneca, Epiſt. 87. *Quod contemptiſſimo cuique contingere, ac turpiſſimo poteſt, bonum non eſt.* Opes autem & leoni & laniſtæ contingunt, *ergo non ſunt bona.* Idem, Epiſt. 92. *E contrario vilia ſunt, quæ ſæpe contingunt pleniora viliſſimis, crus ſolidum, & lacertus, & dentes, & horum ſanitas firmitaſque.* Sed & in, Quare bonis multa mala, cap. 5. multa in eandem ſententiam præclarè.

Pag. 127. lin. 16. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν ἐπιλανθανομένων] Notum aliquem Poëtæ Comici locum his verbis Antoninum reſpicere ſuſpicor, & de ſententia ἐπίχω, donec fontes ipſos inſpicere contingat. Quæ mox ſequuntur, καὶ ὅτι ᾧ μάλιστα διηνεκῶς ὁμιλοῦσι λόγῳ, &c. ob ambiguitatem verbi λόγος diverſimodè poſſunt exponi. Si pro, *ſermone*, accipias, (nec obſtat quod in his obiter inſertis, τὸ τὰ ὅλα διοικοῦντος λόγος, pro *ratione*, ſubintelligi neceſſario debeat: non enim novum, ut idem verbum in eadem ſententia ſub differenti notione diverſis ejus partibus inſerviat:) ſenſus erit, *Sermonem qui maximè conciliat homines inter ſe, eundem contentionis & diſcordiæ inſtrumentum eſſe præcipuum.* Si pro, *ratione*, tum ſenſus erit, *Homines quibus aſſiduum cum ratione* (motu mentis & agitatione ſcilicet, quæ ſtunquam acquieſcit) *commercium*; *eoſdem tamen à ratione* (rectâ & ſanâ; τῷ αἱρέντος λόγου: vel ratione, id eſt fato; providentiâ; τῷ τὰ ὅλα διοικοῦντος λόγῳ, ut ipſe videtur explicare, dum ſcilicet τὰ γινόμενα καὶ τὰ συμβαίνοντα, μεμψίμοιροι minùs æquo ferunt animo) *maximè diſſidere.* Haud pauca etiam apud ſanctos Patres ex ambiguâ τῷ λόγῳ ſignificatione dicta acutè occurrunt, quæ in argumento tam ſancto magis ingenioſa fortè, quàm ſolida.

Pag. 128. lin. 5. καὶ ὅτι ὑ δεῖ παῖδας τοκέων] Hæc quidem verba quò ſpectent, non eſt ambiguum: verba tamen ipſa rectè habere, fidem meam non obſtrinxerim. Meo judicio clariora ſi vocula deleatur, ὧν. ὡς παῖδας τοκέων. τοῦτ' ἔστι, κατὰ ψιλ. &c. Aut fortaſſè τὸ, καλὰ, loco migravit, & ita reſtituendus locus, καὶ ὅτι ὑ δεῖ κατὰ π. τοκέων, ὧν, &c. Alius fortaſſè aliter corriget; aut rectè quod editum eſt retineri poſſe judicabit. Per me liceat; modò de re conſtet ipſâ, in hanc ſententiam; Neque in credendis, neque faciendis, tales eſſe debere nos, ut παῖδες τοκέων, ſive, τῶν πατέρων τὰ παιδία meritò audiamus: quales vulgò, quicquid eſt πατροπαράδοτον, ἀβασανίστως, κατὰ ψιλόν, Καθότι παρειλήφαμεν, amplectuntur, & imitantur. De factis, ſi quæris, & moribus paternis, vide (ut alios omittam) feſtivam Ariſtotelis narrationem, Ethic. 7. cap. 6. De opinionibus à majoribus acceptis, crebræ apud omnis generis ſcriptores querelæ: ſacros præcipuè. Vir diſertiſſimus, Lactantius Firmianus. *A quibus ſi perſuaſionis ejus rationem requiras, nullam poſſint reddere, ſed ad majorum judicia confugiunt, quod illi ſapientes fuerint, illi probaverint, illi ſcierint quod eſſet optimum, ſeque ipſos ſenſibus ſpoliant, ratione abdicant, dum alienis erroribus credunt.* Symmachus in Relatione: *Sequendi ſunt nobis parentes, qui ſecuti ſunt fæliciter ſuos.*

Pag. 132. lin. 4. τὸ γὰρ ὅλα κατιδεῖν] Scribe, τὸ γὰρ ὅλον: ut alibi non ſemel in his libris. Mox; καὶ ἐχθὲς μὲν μυξάριον, ἄυριον δὲ τάριχος, ἢ τέφρα: his verbis *duos modos ſepeliendi mortuos* (cremationem ſcilicet & humationem, quod Platoni, καίεσθαι ἢ κατορύτεσθαι) Antoninum *alludere*, ad oram ſui Codicis ὁ μακ. Pater annotavit. Multa nos olim in hunc locum occaſione urnarum Romanarum quæ plurimæ circa illud tempus, quædam etiam cum inſcriptionibus, ex agro quodam, qui Cantuariâ Londinum proficiſcentibus, quinto aut ſexto ſupra decimum à Cantuariâ lapide, ad dextram ſitus eſt; (*Newington* pagum ipſum vulgò vocant) erutæ ſunt.

Pag. 135. lin. 10. τ' ἄλλα, ἃ συμπαρόντων] Ita utraque Xylandri editio, ſed errore tamen, ut puto, typographico; pro, τ' ἄλλα, ὧν συμπαρόντων, ut & in Manuſcripto Hæſcheliano: niſi quod ibi, ὧν συνόντων: & in margine, ex alio Manuſcripto, παρόντων.

Pag. 138. lin. 8. στρατείας καὶ οἰκονομίας καὶ κωμῳδίας] De verbo κωμῳδία, conſulatur Suidas in κωμῳδός. Οἰκονομίαν alibi in xi. ad pag. 333. lin. 12. explicamus. στρατείαν aut στρατεύεσθαι, hoc ſenſu, non memini alibi legere, apud profanum aliquem ſcriptorem: apud Sanctum Jacobum haud abſimili, memini. Πόθεν, inquit ille,

ille, *πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; ὅθεν ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; Unde bella & pugnæ inter vos? nonne hinc, nimirum ex voluptatibus veſtris, quæ militant in membris veſtris?* In Platone quoque in Phædone, pag. 50. D. eadem planè ſententia, ſed non idem tamen, de quo quærimus hic, verbum, *Καὶ γὰρ πολέμους, καὶ στάσεις καὶ μάχας, οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. Nam ad bella, ad ſeditiones, ad pugnas nihil aliud quàm corpus, ejuſque cupiditates impellunt.* Ad Antonini mentem proximè accedunt iſta Senecæ; *Eſt & illa ſollicitudinum non mediocris materia, ſi te anxiè componas, nec ulli ſimpliciter oſtendas: qualis multorum vita eſt, ficta & oſtentationi parata. Torquet enim aſſidua obſervatio ſui, & deprehendi aliter quàm ſolet metuit.* Et poſt pauca, *Satius eſt ſimplicitate contemni, quàm perpetuâ ſimulatione torqueri.* Hactenus Seneca. Si cui minùs placet vox *στρατεία*, quia ſine exemplo, cogitet an, *ἀσθένεια*, vel *τερθρεία*, vel tale quid præferendum ſit.

NOTÆ IN LIBRUM V.

PAg. 139, lin. 1. *Ὄρθρου ὅταν δυτόκως ἐξεγείρῃ*] *Ὄρθρον*, hoc loco non tam *manè* quam tempus quod *manè* præcedit, ſignificat. Certè, *dormire in lucem*, ut Horatius loquitur: (quod eidem alibi, *primam ſomnus in horam*: id eſt, ſeptimam, ſi noſtro more loquamur) & *ſomnum extendere in partem diei*; ut Seneca; non hominis olim, *ἔ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος*, aut quem aliqua ſuæ exiſtimationis cura tangeret; nedum ut in Antoninum tale probrum caderet. At hodie, proh pudor, quàm aliter vivitur! Cautè tamen vox *ὄρθρου* hic accipienda, cùm longè alia ſit *ὄρθρου* hyberni, & æſtivi ratio. Præterea, quod Antoninus hic de *lecto dormitorio*, cave cum *lectis lucubratoriis*, quorum tam crebra & honeſta apud antiquos mentio, quàm planè diverſus uſus, & diverſa ſtructura confundas.

Ibid. lin. 11. *τὸν καθ' αὐτὰς συγκοσμήσας κόσμον*] Nemo qui Græca intelligit, qui non ſimul intelligat, hæc ſervatâ verborum proprietate & elegantia, in aliam quamlibet linguam transferri non poſſe. Xylandri verſio, *ſingula hæc ſuo intenta officio*, quàm jejuna, quàm frigida, ſi Græca attendantur? Ego *συγκοσμεῖν κόσμον*, *mundi curſum & officium conſummare*, ex Seneca non malè reddi poſſe credidi: *τὸν καθ' αὐτὰς κόσμον*, *propriè mundi curſum*; vel, *pro ſui quaſque ratâ portione.*

Pag. 142. lin 8. *μέχρι πεσὼν ἀναπαύσομαι*] Explicanda homonymia vocum ut res intelligatur. *Πίπτειν*, & *cadere* & *mori*, (unde *πτῶμα* Græcis, ut & *cadaver* à cadendo Latinis) ſignificat: *ἀναπαύομαι* pariter, & *mori* & *ceſſare*, ſeu *requieſcere.* Id igitur dicit Antoninus, inoffenſo pede in officio perrecturum ſe, & in propoſito ſibi conſtiturum, donec fati neceſſitate *cadat*; non priùs ceſſaturus, quàm moriturus. Scopus Antonino, ut ex ipſâ vi & proprietate verborum (in quibus perſequendis multi ſolebant eſſe Stoici) id probet & inferat, adverſis ſuccumbere, vel benè agendo defatigari, non eſſe viri, qui quid verè vivere ſit, non ex vulgi opinione, ſed ex naturæ ipſius veritate intelligat.

Ibid. lin. 13. *εἰς τοσαῦτα ἀποχρώμενον ἑαυτῷ.*] Moneo minùs cautos, *τὸ, ἀποχρῆσθαι*, (ut nec Latinum *abuti*) ſemper in malam partem non ſumi; ſed ut hîc Antonino, pro, liberè & pro libitu, ad quoſcunque uſus uti.

Ibid. lin. 14. *Δριμύτητά σου*] *Δριμύτης* hic, non *auſteritas*, ſed naturalis ingenii bonitas & præſtantia, quæ habiles ad percipiendas diſciplinas reddit. Plato Polit. VII. pag. 705. E. *Δριμύτητα, ὦ μακάριε, ἔφην δεῖν αὐτοῖς πρὸς τὰ μαθήματα ὑπάρχειν, καὶ μὴ χαλεπῶς μανθάνειν. πολὺ γάρ τοι μᾶλλον ἀποδειλιῶσι ψυχαὶ ἐν ἰσχυροῖς μαθήμασι, ἢ ἐν γυμνασίοις. Acumen, inquam, facilitatemque ingenii oportere ad doctrinarum perceptionem adeſſe. Magis enim abſterret animum diſciplinarum, quàm exercitationum corporis, difficultas.*

Pag. 144. lin. 1. *εἰ ἄρα ὡς βραδύτερος*] Scribo, *μόνον δὲ εἰ ἄρῃς ὡς βρ. ſi ſuſtineas*, &c. & mox, *ἐμφιληδῆναι*, malè excuſum, pro *ἐμφιληδονῆναι.*

Pag. 145. lin. 14. *τὸ δὲ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ*] Quæ præcedunt in hac ſectione omnia, clara, & præclara, ut nihil magis. Hæc quæ deinceps ſequuntur, (niſi à præpoſitione *παρὰ* in *παρεκδέχεσθαι*, *παραγεσθαι*, *παρὰ τοῦτο*, & *παραλιπεῖν*, acutius aliquid, vix Antonino dignum, captatum,) fateor ego me non ſatis capere. Pro, *τὸ δὲ νῦν*, olim, *τὸν δὲ νῦν τῶν λεγομένων* placebat; ſed nihil id ſententiam adjuvat; neque utcunque neceſſarium. *Τὸ, συνεῖναι*, (quod fortaſſe *τῷ παρεκδέχεσθαι*, oppoſitum) tum intelligere, tum conſcium ſibi eſſe, (quod ideò moneo, non ut ignotum; ſed ut utriuſvis ſignificationis optionem lectori relinquens) ſignificat.

Pag. 146. lin. 3. *Εὐχὴ Ἀθηναίων.*] Quod Antoninus hic velit, non ambiguum; ſed Athenienſes laudet, ut qui non privatim ſibi, ſuiſque; ſed univerſæ ſimul, cujus pars ipſi, Reipublicæ bona optarent: an vituperet, quod ſuæ tantùm Reipublicæ non univerſæ hominum communitati, & humano ſimpliciter generi; ambiguum puto. Xylander in Notis, Athenienſes ab Antonino vituperari cenſet, cum tamen Herodoti locus, ab ipſo prolatus, quo Perſarum mos, per quem neias ulli privato niſi pro communi Perſarum omnium, ſolo Rege nominato, ſalute ſacra facere, laudatur, contrarium ſuadere videatur. Quod enim Perſis ſingulis univerſa Perſia, quæ ſub unius erat Imperio; id Athenienſi cuilibet non univerſa Græcia, cujus plures erant Reſpublicæ, tum legibus & moribus adeò diverſæ, tum ſtudiis & affectibus inſeſtæ ſibi mutuò, ut quod bonum unius eſſet, alterius eſſe non poſſet; ſed Athenienſis Reſpublica, cujus ad ditionem quicquid pertinebat, *τῇ ἀρούρᾳ τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων* hic comprehenditur. Præterea, fieri non poteſt, ut eadem pluvia locis omnibus, quorum pro diverſo ſitu cœloque diverſa ratio, tempeſtiva ſit: quò pertinet illud veteris poëtæ;

— *οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς*
Οὐθ' ὕων πάντως ἀνδάνει, οὐδ' αἰέχων.
— *nec enim Jupiter*
Neque pluens omnibus placet, neque ſuſtinens.

Sed utcunque ſe res hæc habeat, reſpicere Antoninum crediderim ad hiſtoriam aut fabulam potiùs veterem, cujus apud Suidam non uno loco mentio. Dirâ enim per totum orbem peſtilentiâ ſæviente, tradunt à Græcis ſimul & barbaris Apollinem conſultum, omnibus ubique reſpondiſſe, non priùs deſituram, quàm Athenienſes, ſive *δῆμον Ἀθηναίων, ὑπὲρ πάντων*, pro omnibus univerſim ſupplicia peregiſſet. Quo facto, peſtem ubique ceſſaſſe, & legatos undique Athenas gratulatum miſſos.

Pag. 146. lin. 7. *ὅτι συνέταξεν*] *Συντάττειν* hoc ſenſu, ſi vim vocis ſpectemus, propriè & eleganter Latinè vertas, *imperare*: ut plurimis exemplis in promptu probare. Nos tamen *conſtituere* reddidimus, ut diſcrimen quod *τάττειν* inter & *συντάττειν* ab Antonino ſtatuitur, *ἀντισφόφῳ* verbo poſſemus exprimere. Nam ita & Cicero, aliâ quamvis in re, videtur inter *ſtatuere* & *conſtituere*, in Fragmento quodam Orationis apud Priſcianum, diſtinguere. *Hoc judicium*, ait ille, *ſic expectatur ut non uni ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur.* Cæterùm, *τὸν Ἀσκλήπιον* hîc *κοινῶς* pro quovis medico nihil vetat accipere, cùm ita & Maximus Tyrius in eodem planè argumento, Diſſert. 30. uſurpet. Ibi enim *Ἀσκλήπιος* & *ἰατρὸς*, pro eodem, ut ſynonyma, eadem paginâ non ſemel. Ut tamen propriè potiùs pro Æſculapio, famigerato illo Medicinæ inventore, Apollinis filio, accipiam, facit inſignis Ariſtidis Sophiſtæ, Antonino æqualis, locus, cujus verba ut hic non adſcribam, nihil ſuave meritum eſt. Ita igitur ille Oratione (*λαλιὰν* ipſe nuncupat) ad Æſculapium, quæ tomi primi ſexta eſt; *Καὶ μὴν τόγε παραδοξον*, inquit, *πλεῖσον ἐν τοῖς ὁράμασι τῷ Θεῷ. οἷον, τὸν μὲν γύψῳ πίνειν. τὸν δὲ, γυμνοῦσθαι, καὶ λούειν ψυχρῷ, θέρμης ὄντος ὅλως, ὡς ἄν τις δόξαι, δεομένου.* Quæ doctiſſimus Interpres Canterus, ita vertit; *Maximè verò admiranda ſunt quæ mittit ſomnia, quibus jubet alios gypſum bibere, quoſdam cicutam, nonnullos etiam nudos* (rectè Canterus, ſi *γυμνοῦσθαι* propriè de toto corpore accipias; ſed nec malè fortaſſe, ſi per Synecdochen, pro *γυμνοποδεῖν*, ſeu *ἀνυποδετεῖν*; ut idem planè dicat, quod Antoninus iſtis, *ἀνυποδησία* & *ψυχρολουσία*: ut in iſtis Juvenalis Sat. IV.

Nuda ac tremebunda cruentis
Ereptat genibus;

nudam, doctiſſimi viri exponunt, *nudis pedibus*: ſed utcunque accipias, idem certè in utriuſque verbis refrigerandi corporis conſilium, & ſi non eadem planè refrigerandi media) *frigidâ lavari, nec omnino calore, quemadmodum quis putaret, indigere.* Cæterùm, de more veterum ſomnia captandi in Templis, (quod *incubare* propriè dicebant, ut docet nos Servius in iſta Virgilii,

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit)

ſive ad morborum remedium, ſive ad futurorum (quam *τὴν δι' ἐγκοιμήσεως μαντικὴν* appellabant) cognitionem, quia multi paſſim, (inter alios & Hieronymus in Eſai. cap. 65. v. 4.) libens ego prætereo. Sed & vulgarium (quæ non captata, vulgaribus in locis accidebant, intelligo) ſomniorum magnam, qui olim *δεισιδαιμονίστεροι* rationem (quod vel unus, qui de illis ſcripſit, abundè nos docet Artemidorus) habebant. Quare de ſacris & captatis; an de vulgaribus & *αὐτομάτοις* ſomniis Ariſtidis Antoninique verba capienda ſint, ut magni non intereſt, nec certò definire poſſim. Vide & lib. 1. cap. 17. pag. 34. lin. 1. & lib. 9. cap. 27.

Pag. 147. lin. 4. *ἔταξε τοῦτο πρὸς τοῦτο*] Corrige ex Manuſcripto Hæſchelii, *ἔταξε τούτῳ τοῦτο ὡς καλὰ ἀλλήλοιν*, & mox, *τέτακται πῶς αὐτῷ καλὰ ἀλλήλοιν* deleto *τῷ*, *πρὸς*: cui inſerendo ſuit lectionis, *πρὸς τὴν ὑγίειαν* & *πρὸς τὴν εἱμαρμένην*, (quæ hodiéque Manuſcripti iſtius ſcriptura eſt, non *εἰς τὴν ὑγίειαν*, & *εἰς τὴν εἱμαρμένην*, ut hîc) in margine notata varietas; quæ in textum poſtea recepta.

Pag. 150. lin. 7. *πρὸς τὸ σπογγάριον*] Theodoretus Therapeut. lib. 4. pag 527. C. *Τῇ σπογγιᾷ τῷ λόγῳ καθαιρομένῃ* (hîc quoque in Antonino proximè, *καθαιρόνησις*) *τῆς ἀπιστίας τὸ πάθος: Incredulitatis veſtræ morbum orationis noſtræ ſpongiâ perfundimus.* ad hanc alludens conſuetudinem.

Pag. 152. lin. 3. *ὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν ἔδοξε ἢ παντάπασιν*] Unde ſit iſtud *ἤ*, aut quò ſpectet, cùm eo ablato, perfecta ſit oratio: ſervato, manca; non video. An inde fortaſſe, quod cum in textu prius aliquis reperiſſet, *πάντα πᾶσιν*, diverſitatem lectionis in margine notavit, *ἤ, παντάπασιν*? Res ipſa *τῆς ἀκαταληψίας* rerum, aut contrà; fuſè tractatur à Cicerone in Lucullo: ſed fuſiùs à Sexto Empirico, magno & eruditiſſimo illius patrono; Pyrrhonicarum Hypotypoſeon libris 3. & Adverſus Mathematicos unico, ſed prolixiſſimo: bonæ frugis pleniſſimis libris, & ad intelligentiam veteris philoſophiæ utiliſſimis.

Pag. 155. lin. 1. 2. *τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγ.*] Etiam Sancti Patres interdum in rebus graviſſimis ad populi voces ex naturali *προλήψει* ortas ſolent provocare. Veteribus Dramaticis poëtis, is ſcopus erat propoſitus, *διδάσκειν*, (quod verbum propriè de illis uſurpatum fuiſſe nemo neſcit) & populo *τοῦ καλοῦ*, ſeu virtutis amorem inſtillare. Porrò, quàm teneræ vulgi ſpectatoris aures eſſent interdum, ſi quid contra bonos mores & vulgares *ἐνοίας τοῦ καλοῦ* diceretur, vel ex una Senecæ narratione diſcamus, de fremitu & tumultu populi ob laudes pecuniæ ab hiſtrione recitatas; Epiſt. 115.

Ibid.

Ibid. lin. 16. τὸ τὸν κεκλημένον αὐλὸν] Scripsit ad oram sui codicis ὁ μακαρίτης parens, *locus Aristophanis.* Mihi in Aristophane non inventus; sed nec quæsitus adeò diligenter, ut inveniri posse negare audeam. Certe non unus fuit Aristophanes, qui Socratem aliosque temporum illorum philosophos jocis id genus & dictis impurissimis populo deridendos objicerent. Ex omnibus autem philosophiæ seu Platonicæ seu Stoicæ placitis, nullum minùs ad vulgi palatum, nullum magis vilissimi cujusque bipedis sannis & ludibriis expositum, quàm πολυθρύλλητον illud, ὅτι Αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν, *quod seipsâ contenta virtus ad beatè vivendum*; & illud affine, consequensque, ὅτι Μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. *Quod solus sapiens est dives.* Ad ista quod attinet, ὑπὸ τῆς ἀπορίας, &c. haud absimile illud veteris Comici Straboni memoratum, ἀγρὸν εἶχ' ἐλάττω γὴν ἐπισολῆς Λακωνικῆς: *Agrum habuit terram minorem epistola Laconica.* & illud Gorgiæ Sophistæ apud Platonem, pag. 332. B.

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκαλοικήσεις δόμοις.
Unde vacua habitanda domus sunt.

Pag. 157. lin 12. ἢ καὶ ἀφαιρεμένά τι τούτων] Scribo, ἢ καὶ ἀφαιρεμένά τινα τούτων. vel, ἀφαιρεμένός τι τούτων. quod eodem redit.

Pag. 161. lin. 6. 7. ἂν ὀργισθὲν τῷ βλάπτοντι τὴν πόλιν] Scribo, ἂν ὀργισθὲν τῷ μὴ βλάπτοντι τὴν πόλιν: & verto: *Sin civitas damno nullo affecta est, ne ei succense, qui civitati nullâ re nocuit.* Contule hujusce libri cap. 35. Ἐὰν μήτε κακῖσαι, &c. & lib. 10. cap. 33. postremis verbis, ὅλως δὲ μέμνητο, &c. Civitatem autem, mundum hic, ut alibi sæpiùs, intellige: cujus ea ratio (in quo Summi opificis infinita sapientia multis antiquis prædicata) ut quicquid parti obesse videtur, toti prosit: quod author libri de mundo, Aristoteli inscripti, docet elegantissimè. Cæterùm παραδοξότερα hæc, nec in vulgus sine debitis cautionibus efferenda. Nam alioquin, ne puniendos quidem improbos, hinc temerè aliquis inferat. At facilis ex ipsis Stoicis responsio, si liceret immorari. Quæ sequuntur, Τί τὸ παρορώμενον; etsi scopus hoc toto capite unus idemque Antonino, malo tamen ad sequentia, quàm priora verba referre. Ita enim passim solet Antoninus, iræ & indignationis vel alioqui justissimæ eruptionem objectâ mortalis ævi fragilitate compescere. Vide lib. 4. cap. 6. & quæ in Præfatione ad illud caput, ubi de capitum divisione in genere.

Ibid. lin. 13. καὶ τὸ παρεγγὺς τόδε ἄπειρον] Malè in utraque Xylandri editione, καὶ τὸ παρίγγυς. τὸ δὲ ἄπειρον, &c. Credidi παρόραμα vel calami, vel præli properantis: ut aliter nunc credam, facit versio Xylandri priùs mihi non animadversa, qui ista, καὶ τὸ παρεγγὺς, connectens cum superioribus, *aut sui simile*, verterat. Ego, καὶ τὸ παρεγγὺς τὸ δὲ ἄπειρον, verto, *quod instat infinitum ævum*: & ad ævi mortalis brevitatem refero. Quò pertinent ista alibi, Μικρὸν, καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου: *Propè adest tempus, quo morituras sum, omniaque mihi transitura.* lib. 8. cap. 2. & lib. 7. cap. 21. ἐγγὺς μὲν ἡ σὲ περὶ πάντων λήθη. ἐγγὺς δὲ ἡ πάντων περὶ σε λήθη. *Instat tempus, quo tu omnium oblitus eris; instat, & quo omnes tui.* Cæterùm, etsi parum aut nihil sit discriminis inter ἄπειρον, & ἀχανὲς, ut vel ex pluribus Antonini locis, quibus vocibus illis utitur, collatis apparere potest: videtur tamen aliquando τὸ, ἄπειρον, propriè vitæ humanæ, & memoriæ quæ post mortem contingit vel longissimæ brevitati opponere: ut lib. 10. cap. 31. cùm dicit, μάλιστα ἐὰν συμμνημονεύσῃς, ὅτι τὸ ἅπαξ μεταβαλὸν ἀκέστι ἔσαι ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ. σὺ δὲν ἐν τίνι; τί δ' ἂν ἀρκέσῃ τὸ βραχὺ τοῦτο, &c. *Si simul fueris recordatus, quicquid semel mutatum, per spatium temporis infinitum non esse amplius futurum. Tu verò spatii illius quantulum occupas? cur ergò tibi non sufficit spatium hoc tam breve*, &c. Quare non aliud fortasse voluit his verbis, τὸ παρεγγὺς τόδε ἄπειρον, Antoninus, quàm quod alibi, τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης: nam & ibi sequitur, καὶ τὸ χάος τῶν ἐφ' ἑκατέρα ἀπείρων αἰώνων. Nisi quis malit ut τὸ ἀχανὲς hoc loco substantivè sumatur, (quasi & hic τὸ χάος dixisset) cui τὸ ἄπειρον adjiciendum sit. Utrumvis horum malo, quàm quicquam temerè sollicitare. Quod alioqui, si cui non satisfaciant hæc, facto facillimum: nempe si pro ἀχανὲς, vel χάος scribas, vel αἰῶνος.

Pag. 164. lin. 8. 9. Οὔτε τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη] Magnam Antonino cum seipso conflictationem super aulica vitâ fuisse, & de abdicando imperio, secessuque aliquo privato sæpe eum cogitasse, ex pluribus locis, quibus se ad stationem fortiter tuendam hortatur, certum est. Vide hoc ipso libro, cap. 16. & lib. 10. cap. 23. Ἐναργὴς ἔσω, &c. Prima sectionis hujus verba ex aliquo veteri scriptore, aut è medio fortasse petita, vim adagii videntur habere, & ad commendationem secessus adducuntur. Crates Thebanus apud Laërtium l. 6. §. 85. & Clementem Alexandrinum Pædag. 11. 10. in festivâ peræ Cynicæ, quam urbem, joci causâ, fingit esse, descriptione,

Εἰς ἣν ὅτέ τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μῶρος παράσιτος,
Οὔτε λίχνος πόρνης, ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν.
Quam nullus parasitus adit, stolidúsve penetrat,
Deditus aut quisquam damnosis ganeo scortis.

Affine & illud apud Ciceronem, proverbii quoque vim habens, *Ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam*: Epist. ad Fam. lib. 7. 30. Vulgari huic verbo, seu adagio, secessum suadenti & solitudinem, opponuntur ab Antonino quæ sequuntur in hac sectione; quæ quanquam brevitas orationis obscuriora fecit, sic tamen à nobis versa sunt, ut à quovis intelligi possint.

Pag. 166. lin. 4. Διὰ τί συγχίσιν ἄτεχνοι] Divinus hic locus, ad unicam Dei Opt. Max. cognitionem sapientiam omnem referens & eruditionem, incredibiliter adeò me delectat, ut operam melius collocare non posse me putem, quàm si planè geminum huic sapientis illius Heracliti effatum pessimè vulgò acceptum, & à pauCis intellectum, pietatis ergò ab infrunitis, insulsis interpretationibus vindicavero, & illustravero. Diogenis Laërtii de eo verba initio vitæ sunt, Μεγαλόφρων δὲ γέγονε παρ' ὁντινοῦν καὶ ὑπερόπτης. ὡς καὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ δῆλον, ἐν ᾧ φησι, Πολυμαθίη νόον ἔχειν οὐ διδάσκει. Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε, καὶ Πυθαγόρην, αὖθίς τε Ξενοφάνεά τε καὶ Ἑκαταῖον. εἶναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν, ἐπίστασθαι γνώμην ὅτε οἰ ἐκυβέρνησέν πάντα διὰ πάντων. *Fuit autem ultra cæteros alto animo & contemnente omnes, ut ex ipso ejus opere ostenditur, ubi ait. Multa peritia mentem non docet. Hesiodum siquidem docuisset, & Pythagoram, rursúsque Xenophanem atque Hecataum. Unam quippe sapientiam esse scire animum, quando & quomodo gubernentur omnia in omnibus.* Unius Dei mundi gubernatoris assertor Heraclitus, Homero (de quo proximis verbis, τοῦτε Ὅμηρον ἔφασκεν, &c.) Hesiodóque τῆς πολυθείας præcipuis authoribus, sed & aliis nonnullis à πολυμαθίᾳ celebribus nescio quas ob caussas offensior, multiplicem quâ cluebant isti eruditionem ad veram sapientiam parum prodesse affirmabat, Ἓναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν, ἐπίστασθαι, &c. Omnem enim sapientiam in eo consistere uno, ut Deum agnoscamus unum, qui omnia, minima maxima nutu suo temperat, & (quod aliis verbis dicebat Anaxagoras, τὸν νοῦν διακοσμεῖν, καὶ πάντων εἶναι αἴτιον, *mentem omnia constituere, & omnium esse caussam.* vide & Antoninum lib. 8. cap. 35. Ὥσπερ τὰς ἄλλας, &c.) providentiæ suæ rationibus accommodat. In his verbis auro contrà, & si quid auro pretiosius, haud caris, id potissimum decepit interpretes, quòd γνώμην, *Deum* significare non intellexerunt. Quod quò minus miremur, apud eundem Diogenem in Platonis vitâ, his verbis, ἐπεὶ δ' αἰτίαι εἰσὶ δύο, τὰ μὲν διαμονὴν, (scribe, διὰ γνώμην,) τὰ δ' ἐξ ἀναγκαίας αἰτίας (φησὶ) λεκτέον: id est, *Quandoquidem duæ sunt caussa, quædam à divinâ proficisci providentiâ dicendum est; quædam verò à necessitate*: etiam doctissimis undequaque viris, Græcæ verò linguæ εἰς ἄκρον peritissimis, (nam Diogenis interpretes, proletariæ sortis homines, ad incitas hic redactos nihil mirum) aquam hæsisse video. At nobis nihil factu facilius, quàm tum correctionem, tum versionem nostram ex ipso Platone, sed & aliis multis scriptoribus certissimis argumentis (si liberet excurrere) confirmare. Vide Notas in ista lib. 11. cap. 11. μὴ δυναμένη δὲ, &c. Sed ut ad Heraclitum & Antonini verba redeamus; de Heraclito Plutarchus etiam, de Philos. placitis, lib. 1. cap. 28. testatur, eum τὴν εἱμαρμένην, λόγον τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα, *fati substantiam, rationem quæ per universi naturam transeat*, definiisse: quæ si quis cum Diogenis Laërtii verbis conjungat, & conjuncta cum his Antonini componat, facilè, credo, nobis ut verisimile concedet, si non hæc ipsissima sint Heracliti verba quæ laudat hic Antoninus, eum saltem ad Heracliti verba sententiamque his verbis alludisse. Cur planè non asseram, Plato facit, apud quem simillima plura, non uno loco. Vide vel infrà, quæ ex illo ad pag. 193. lin. 20. protulimus. Conferat etiam Lector pietatis studiosus hæc Antonini & Heracliti, cum sancti prophetæ Jerem. cap. 9. 23, 24. verbis.

Pag. 169. lin. 3. τὸν τοῦ θρίπτου ῥόμβον ἀπῄτει μεμνημένος.] Marcus Antoninus, (& institutione philosophiæ, & ipso naturæ genio, si quis unquam, factus ad gravitatem & mundi contemptum) justitiæ rigidus ubique custos; in aliis quæ magis ἀδιάφορα, (τὰ μέσα vocat hic) nisi moribus aliorum se quadam tenus accommodasset, & proprii genii severitatem mirâ συγκαταβάσει temperasset, haud dubium quin γῆν πρὸ γῆς, quod ajunt; aut quidvis aliud agere potius saltem, quàm regnare, pridem coactus esset. Sane malè sibi interdum ab ejus philosophia metuisse fæcem Romuli testantur Historici. *Fuit enim hic sermo* (ait Capitolinus) *quum suscitasset ad bellum gladiatores, quod populum sublatis voluptatibus vellet cogere ad philosophiam.* Atqui notant iidem Historici Marcum nostrum *eâ fuisse vitæ indulgentiâ* (ἐναρμοσίᾳ τῶν τρόπων, ut illic rectè notatum) *ut cogeretur nonnunquam vel in venationes pergere, vel in theatrum descendere, vel spectaculis interesse.* Porrò συγκαταβάσεως hujus pars non minima, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus; hactenùs saltem, ut utrisque quæcunque civilis requirit consuetudo, præstes officia. At cavendum tamen esse sapienti monet hic Antoninus, ne dum vulgi moribus civili hac indulgentiâ ἐν τοῖς μέσοις se accommodat; & quod alii faciunt ipse facit: etiam quod sentiunt, quasi verè lugenda essent aut contrà quæcunque lugent aut gaudent idiotæ, verè & ex animo sentiat. Huc aptat locum poëtæ cujusdam seu Comici seu Tragici. Vir gravis & senex ab alumno suo discessurus, *rhombum* ejus (inter crepundia puerilia etiam *rhombus*, ut in Orphei versibus apud Clementem Alexandrinum Protrept. ad Gentes, videre est) in ejus memoriam, ut rem pretiosissimam servaturus, magnâ verborum pompâ postulans înducitur. Ista, μεμνημένος ὅτι ῥόμβος, *quid rhombus tamen sit, & quanti per se faciendus, haud ignarus*; Poëtæ, an Antonini verba sint, non magni refert. Quæ sequuntur, Ἐκεῖ τί (ita enim legendum centeo, non, ἐπεί τοι) γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων; ita verto: *Nam quid tibi vis bis pro rostris clamoribus & querelis?* & ad usitatam mortuorum *pro rostris* laudationem refero. Hoc officium decessori tuo Pio, optimo principi; sed & uxori non optimæ, Antoninum præstitisse memorant historici: fortasse & aliis, quorum non meminere: aut si non aliis ipse, quin tamen aliis præstantibus adfuerit sæpius, & multa quæ affectus, non ratio (pro more lugentium aut laudantium) dictabat, invitus audire coactus fuerit, ne incivilis esset, haud dubium. Καλῶν, pro, ἀναβοῶν, simplex pro composito; qualia multa passim. Sed & τὸ καλεῖν, pro *invocare*, Hesychio notatum & Suidæ. Γίνεσθαι, verò, ἐπὶ τῶν ἐμβόλων, *præsentem pro rostris se sistere*: cujus syntaxeos obvia passim exempla prætereo.

Ibid. lin. 8. Ὅταν δή ποτε καταληφθεὶς] Scribe, καταληφθεὶς: ὑπὸ θανάτου, scilicet ut lib. XII. cap. 7. Vide & XI. cap. 1.

τῷ

τῷ ἰδίῳ τέλει, &c. & mox, ὅπου ἂν καταληφθῇ, &c. Adi, ſis, & in lib. III. pag. 71. lin. 8. 9. de fato; notata.

NOTÆ IN LIBRUM VI.

PAg. 171. lin. 8. κὴ ἡ τοι ἐκθυμιαθήσεται] Ita ſcribendum, non ἐκθυμιασθήσεται; ut perperam editum eſt. Εἴτε ἥνωται ἡ οὐσία, ita verti, ut qui de generali rerum omnium per ἐκπύρωσιν in Deum ipſum reſolutione, (de quâ tum Stoici paſſim, tum Origenes contra Celſum, cujus verba Latino Interpreti non intellecta, ut alia paſſim apud eruditiſſimum illum ſcriptorem, alibi fortaſſè aliquando ſumus explicaturi) verba Antonini intelligerem. vide lib. X. cap. 7. ὥστε κὴ ταῦτα ἀναληφθῆναι, &c. Quia tamen Antoninus, non ἐκπύρωσιν, ſed ἐκθυμίασιν hîc ponit, verius fortaſſè fuerit ad quotidianam mutatarum rerum ἀναθυμίασιν (quam τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδὸν vocabat Heraclitus) verba ejus referre. Certè, etiam ante ἐκπύρωσιν, unam mundi totius eſſe ſubſtantiam, ſciſcit Antoninus lib. XII. cap. 30. & lib. VII. cap. 10. Ubi cum dicit πᾶν τὸ ἴνυλον ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ, *materiale omne in univerſi ſubſtantiam quam celerrimè evaneſcit*, non aliud videtur dicere, quàm quod hic. Vertamus igitur, *& aut per halitum (ſiquidem una eſt rerum omnium ſubſtantia) reſolvuntur; aut diſſipantur.*

Pag. 172. lin. 11. ἢ ἴξις ἀπηρτημένη.] Xylander, *foris ſuſpenſam*. Ego malim (nam utrumque τὸ, ἀπηρτημένην, ſignificare, monendus opinor non eſt lector) *foris ſolutam, & vagam*; aut, *independentem*: ut lib. IV. cap. 45. καταρίθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρτημένως: *numerum independentem*, reddidimus.

Pag. 174. lin. 4. ἐξίσασο τῷ ῥυθμῷ] ἐξίστασθαι τῷ ῥυθμῷ hîc, quod lib. VII. ἐκβῆναι τὸ ῥυθμῷ: cui contrarium, βαίνειν ἐν ῥυθμῷ apud Longinum περὶ ὕψους, alioſque. Plato de legib. II. τάξεως κίνησιν uni homini conceſſam docet: duplicem autem τάξιν ille conſtituit: aliam τῆς κινήσεως τάξιν, quam ῥυθμὸν propriè indigitat: aliam τῆς φορᾶς, quam vocat ἁρμονίαν. Ἐκβῆναι τὸ ῥυθμῷ Ciceroni, *extra numeros moveri*. Ab hac eadem ſaltandi metaphora vox elegans ἐξορχεῖσθαι, pro, *prodere myſteria*, quæ à viris doctis explicata dudum: nos actum non agemus.

Pag. 175. lin. 1. κὴ ἡ περιπόρφυρος, τρίχλα προβάλλει] Confer cum lib. IX. cap. 36. Cæterùm, inter ea quæ vulgariæ plebis ſeu mentes inſolitâ majeſtate percellere, ſeu oculos ſplendore maximo præſtringere olim ſolita, primus apud ſacros profanoſque paſſim ſcriptores purpureæ veſti, (quæ Caſſiodoro *ſacra veſtis imperatoria*) locus defertur. Meo animo, nihil in terris ſpecioſius illo lumine, aut quod ad cœleſtium ſiderum pulchritudinem propius accederet. Sed de veterum purpurâ, quæ dudum penitùs ignota eſt, multa multi. Tanta certè ejus olim reverentia, ut Gregorio Nazianzeno alicubi ἡ ἀλυργὶς (de colore ipſo, pannóque ibi ſermo, non imperio, metaphoricè, ne quis erret) μίγα κὴ μίγιστον τῶν ὄντων, *purpura res magna, imo omnium maxima*, (in Julian. Orat. I. pag. 100. B.) non ex propria quidem, ſed illorum, qui ſe nihil minùs quàm vulgus putarent opinione, dicatur. Nec multo aliter Chryſoſtomus aliique paſſim. Non igitur temerè & nullâ ratione Antoninus, hoc potiſſimum exemplo rerum apud homines pretioſiſſimarum vilitatem perſtringit. Quod autem ſoli lanæ tinctura hujus honorem tribuit hîc Antoninus, (ut & Optatus Afer contra Parmen. lib. V. *ſic alba lana regalem tranſit in purpuram*, &c.) non id præciſe & ſine exceptione ſumendum eſt. Nam & *ſerica* purpurâ tingi ſolita, exertè docemur Cod. IV. tit. 40. lib. I. *Fucanda atque diſtrahenda purpura vel in ſerico, vel in lanâ, qua oxyblatta, atque hyacintha dicitur*, &c. Boëthius de Conſol. phil. lib. II. Metr. 5. n. 8.

Nec lucida vellera Serum
Tyrio miſcere veneno.

Sed & Caſſiodorus in eleganti veſtis hujus Imperatoriæ deſcriptione, ut lanam, ita & ſericum commemorat. lib. I. Epiſt. 11.

Pag. 176. lin. 2. Ὅρα γᾶν ὁ Κράτης.] Quis hic Crates, (plures enim fuerunt hujus nominis) aut quæ fuerint ejus verba, dicerem ſi ſcirem. At eum fuiſſe Xenocratem, in quem τύφου, ſive, ut alibi Antoninus, σεμνοτυφίας ſuſpicio maxime caderet, ex Diogene Laërtio, qui σεμνὸν eum & σκύθρωπον fuiſſe, imò verò (quod hic Antonini verbum eſt) & ἀξιόπιστον σφόδρα, in ejus vita commemorat, facilè quivis intelliget. Hinc & vetus proverbium, Σεμνοπροσωπεῖσιν ὑπὲρ τὰς Ξενοκράτους εἰκόνας. *Modeſtiâ vultus compoſitis Xenocratis effigiem ſuperant.*

Ibid. lin. 5. 6. τὰ ὑπὸ ἕξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα.] In hâc rerum diviſione vox ἴξις non obvia vulgarique notione; ſed antiquâ tamen illa, & in hâc re legitimâ. Rem pluribus explicat Philo Judæus, aut quiſquis auctor libri, de Mundo, inter ejus opera extantis: pag. 1154. E. τῶν σωμάτων, inquit, τὰ μὲν ἐνεδύσαντο ἕξιν. τὰ δὲ, ψυχήν. τὰ δὲ, λογικὴν ψυχήν. Λίθων μὲν οὖν κὴ ξύλων, ἃ δὴ τῆς συμφυΐας ἀκίνητος, δεσμὸν κρατιώτατον, ἕξιν εἰργάσατο. ᾗ δὲ ἔστι πνεῦμα διατεῖνον ἐφ' ἑαυτό. ἄρχεται μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν μίσων, &c. *Corpora quædam habitum, quædam naturam, quædam animam, quædam denique animam rationalem induiſſe. Lapidum igitur & lignorum, qua abſtracta ſunt à coalitu, vinculum validiſſimum Deus fecit habitum, qui ſpiritus eſt converſa reflectens in ſeipſum. Incipiens enim à mediis*, &c. In his, iſta, ἃ δὴ τῆς συμφυΐας ἀκίνητος, malè vertit qui raro quicquam malè, ὁ πάνυ Budæus, *qua abſtracta ſunt à coalitu*: niſi τὸ, *coaleſcere*, ad ea quæ propriè aluntur, ut ſtirpes & animalia, ex vi τῆς ἐτυμολογίας, contra uſum loquendi, per quem & lapides *coaleſcere* dici poſſint, reſtringas. Ego verterem, *qua nullâ naturâ continentur*: vel, *qua natura* (non latè ſumptæ; ſed pro naturâ vitali, aut animali, propriè) *ſunt expertia*. Συμφυΐα enim hoc loco (etſi vulgò latius vox uſurpetur) propriè τῇ ἕξει, vel ψιλῇ ἕξει, ut apud Sextum Empiricum, opponitur: ut & Plutarchus in eodem argumento loquitur, τὰ ἡνώμενα, καὶ συμφυῆ, (inquit) καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. *Spiritum* lapidibus, ne quis miretur, etiam Pomponius lib. 30. ad Sabinum, Dig. lib. XLI. tit. 1. *rerum* tribuit: & Galeno definitur ἕξις, πνεῦμα συνέχον κὴ συγκρατοῦν τὰ μέρη; *ſpiritus, qui partes compingit & continet*. à Cononе autem, cujus verba ad pag 270. lin. 1. proferemus, πνεῦμα σώματος συνεκτικόν. Sed ἕξις quid ſit, cum de hâc rerum ſeu corporum diviſione agitur, optime diſcas ex Simplicio, ubi docet quæ Stoicorum περὶ τῶν ἕξεων doctrina fuerit; his verbis: Οἱ Στωϊκοὶ τὰς ποιότητας ἕξεις λέγοντες ἐπὶ τῶν ἡνωμένων. μόνοι ἕξεις ἀπολείπουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ συναφὴν, οἷον νεὼς, κὴ ἐπὶ τῶν κατὰ διάστασιν, οἷον στρατὸς, μηδὲν εἶναι ἐκτὸς, μήτε ἐνορίσκεσθαι πνευματικόν τι ἐν ἐκείνοις, μηδὲ ἕνα λόγον ἔχον, ὥστε ἐπί τινα ὑπόστασιν ἐλθεῖν μιᾶς ἕξεως. Quæ vir doctiſſimus ſic vertit: *Stoici qui qualitates ἕξεις dicunt, in his ſolum ea collocant, quæ ſunt unita. Quæ autem ſunt copulata per contiguitatem, ut navis; & per diſtantiam, velut exercitus, in his nullum reperiri poſſe ἕξιν, nec unum aliquid ſpirituale ſupra omnia, quodve unam rationem habeat, ut in unam ſubſiſtentiam veniat unius habitus.* Conferantur hæc cum Pomponii verbis, quibus hinc, in obſcuro loco, lux opportunè non parva. Multus in hujus vocis & diviſionis explicatione vir ſummus, in Comment. Simplicii in Epictetum: ſed in non paucis auſim ad ſecundas ejus cogitationes appellare. Vide & in pag. 270. lin. 1. notata, & ibi Achillis Statii locum præclariſſimum.

Pag. 178. lin. 1. Ὡς τὰ φυτὰ τίμιον ὕστε τὸ διαπνεῖσθαι] Contendantur hæc cum iis quæ à philoſophorum principe Ethic. I. cap. 7. vel ut alii, 6. ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον λέγειν, &c. *Sed fortaſſe ſi dicamus, fœlicitatem optimum eſſe*, &c. diſputantur. In re graviſſimâ planè iiſdem fundamentis innititur vir acutiſſimus, ut in quo ſita ſit hominis vera fœlicitas, oſtendat. Non tamen opinor Ariſtotelem ſecutus hîc Antoninus; ſed uterque potiùs Socratem, à quo primùm, (ut ex Platone & Xenophonte liquere poſſit) ea manavit argumentatio. vide & lib. V. cap. 16. & lib. VI. cap. 39. Seneca, Epiſt. 76. *Omnia ſuo bono conſtant: vitem fertilitas commendat*, &c. mox. *Id in quoque optimum eſt, cui naſcitur, quo cenſetur. In homine optimum quid eſt? Ratio*, &c.

Pag. 180. lin. 9. Ἄνω, κάτω, κύκλῳ φορᾷ] Confer, ſuadeo, cum Jobi cap. 28. cujus divini capitis ſummam paucis verbis hîc expreſſam habes: ſi tamen auream concluſionem quæ caput illud claudit, ex aliis Antonini locis hic ſuppleas. ex libri V. puta, cap. 33. τί ἀρκεῖ; τί δὲ ἄλλο, ἢ θεοὺς μὲν σέβειν κὴ εὐφημεῖν. ἀνθρώπους δ' εὐποιεῖν; *Quid dum vivis ad beatitudinem tibi ſufficit? Quid aliud, quàm Deos venerari, & celebrare: hominibus autem benefacere?* vel ex hujus ipſius VI. libri, (juvat enim tam ſancto argumento immorari) cap. 30. βραχὺς ὁ βίος. εἷς καιρὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς, διάθεσις οὐσία, κὴ πράξεις κοινωνικαί. *Vita brevis eſt: mortalis ævi fructus hic unicus, animus ſanctus, & actiones bono publico conſulentes.* Vide & ſuprà in lib. V. pag. 166. lin. 4. Διὰ τί συγχίνουσιν, &c.

Pag. 181. lin. 5. τῇ κεφαλῇ ἐρράγεις πληγὴν ἐποίησεν] lego, τὴν κεφαλὴν ἐράγης. πληγὴν ἐποίησε, ἀλλ' ὕστε, &c. *Aliquis in palæſtrâ, aut unguibus te laceravit, aut fregit caput.* [Quid tum?] *Plagam inflixit: non ideò tamen tumultuaris*, &c. Fortaſſe, τῇ κεφαλῇ ἐράξας πληγὴν ἐποίησε, ab ἀράττω ſcilicet quod non minùs placet. Cæterùm, gladiatorum, ſeu athletarum exemplum hâc in re commendat & Seneca, de Ira. lib. I. cap. 11. & lib. III. cap. 14. ſed paulo aliter, quàm facit hic Antoninus. non enim eorum æquanimitati, ſed arti & tempeſtivæ prudentiæ adſcribit, quod pugnantes iram cohibeant: quod iram differre, aut diſpenſare verius dixeris, quàm non iraſci, aut patientem eſſe.

Pag. 184. lin. 1. 2. ἐχεῦσι γὰρ κὴ τρεῖς ὧραι τοιαῦται] Vide lib. XII. cap. 31. 34. Negat Ariſtoteles. *Μία χελιδὼν*, inquit ille, *ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα. ὕστω δὲ οὐδὲ μακάριον κὴ εὐδαίμονα μία ἡμέρα, οὐδὲ ὀλίγος χρόνος. Ver una birundo, neque unus dies facit: ita quoque beatum & fœlicem hominem neque unus dies, neque breve aliquod tempus efficiet.* Ethic. lib. I. cap. 7. Si tamen vel longiſſima vita cum æternitate comparata, quod alibi docet Antoninus, momenti vix rationem habeat; aut nulla omnino (quod verius eſt) mortalis ævi vera fœlicitas eſt, aut in diſcrimine temporis, quod tam breve eſt etiam cùm longiſſimum, parum aut nihil erit ad veram fœlicitatem momenti.

Pag. 185. lin. 10. μήτι κατιντεινόμ. προοίσῃ] Lego, μήτι κατ. ἃ προοίσῃ. Arrianus etiam (quem unum maximè imitatus eſt Antoninus) in Epictetum lib. II. cap. 3. ſed & lib. I. cap. 12. ex arte ſcribendi, proprii & ipſe nominis uſus exemplo, morales elicit concluſiones. Sed ante illum & Socrates apud Xenophontem Memorabilium lib. IV.

Ibid. lin. 18. Πῶς ἀμόν ἐστι] Neſcio an admirationi locus hic ſit: & non potius per interrogationem legendum ſit. Πῶς οὐκ ἀμόν, &c.

Pag. 186. lin. 6. Θάνατος, ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας] Locus elegantiſſimus, quem ſi non pari elegantiâ, at non paulo tamen fideliùs quàm Xylander, ita poſſis vertere: *Mors, ceſſatio eſt impreſſionis ſenſuum; raptationis appetituum; agitationis intellectûs; & ſervitii, quod corpori exhibetur.* Ἀντιτυπίαν hîc accipio, ut cùm ἀντίτυπος (quod ſæpe fit) pro ſimplici τύπος accipitur; nullâ præpoſitionis (cui alioquin contrarietatis aut diſſidentiæ vis plerunque ineſt) habitâ ratione. Id ita judico, quia jam ſuprà Antoninus (hoc ipſo l. cap. 16. & lib. III. cap. 16.) cùm idem vellet, opinor, quod hîc, ſimplici τυπῶσθαι uſus eſt. Quia tamen

tamen vulgaris is quoque & elegantior vocis ἀντίτυπος (nec ſubſtantivum ἀντιτυπίαν aliter uſurpatum temerè reperire eſt) uſus eſt, quo præpoſitio ſuam vim obtinet; non repugno ſi quis malit ita vertere, ut fecit exquiſiti vir ingenii & judicii Commentar. in Perſ. pag. 437. *Mors quies eſt pugnantium inter ſe ſenſuum, & in contraria agitationis ad res ſuſcipiendas, & diſcrepantium mentis diſcurſuum.*

Pag. 192. lin. 1. ᾧ οἷος μὲν ἐν τῷ μίχρι] Scribo, ᾧ οἷος ἦν ἐν τῷ μ. &c. Et mox, παρὰ τὴν σ. ὤ. χρήζειν. nempe ut ita ſuppleas quaſi dixiſſet, καὶ ὅτι τοιοῦτος ἦν οἷος, &c. Niſi quis malit ut illud οἷος admirantis ſit; ᾧ οἷος ἦν, & qualis, quàm admiratione dignus in eo, quod, &c.

Pag. 192. lin. 10. ᾧ ἐξυπνισθεὶς πάλιν] videtur, τὸ πάλιν, hic redundare; quod tamen agnoſcit & Hæſchelianus codex.

Pag. 193. lin. 20. ᾗ δεινὸν εἰ ὁ ἀρχιλέκτων, ᾧ ὁ ἰατρὸς] Iniquius hoc Antonini, æquiſſimi Imperatoris, de medicis (ut Architectonicos taceam) judicium videri poſſit, qui *ſordidis* eos artificibus, ut Xylander verterat: aut *vulgaribus*, ut nos emollivimus, accenſeat: me certè judice, qui ab ineunte adoleſcentia infirmiſſima uſus valetudine non uni Medico vitam ſecundùm Deum acceptam fero. Occurrit hic diſtinctio, Medici Dogmatici, & Empirici. Occurrit & illud Hippocratis, ἰητρὸς, (verus & genuinus) φιλόσοφος, ἰσόθεος; quo quid magnificentius? aut cui potius hoc elogium competat, quàm ipſi Hippocrati, cujus ſcripta reconditiſſimæ ſapientiæ præceptis, tanquam totidem oraculis, non ſine ſacro horrore legendis, paſſim ſunt interſperſa? Sed iniquum ſit, Antonino noſtro vitio vertere, quod Platonicus partim, partim Stoicus, cum Platone Stoiciſque locutus ſit, quibus quicquid ad moralem philoſophiam, aut θεολογίαν ſive Dei cognitionem non pertinet, vulgare ſordidumque. De priore, Seneca Epiſt. 88. *Pueriles ſunt & aliquid habentes liberalibus ſimile ha artes, quas ἐλευθέρας Graci, noſtri liberales vocant. Sola autem liberales ſunt, imò (ut verius dicam) libera, quibus cura virtus eſt.* De poſteriore, divinus Plato; in Sympoſio, pag. 1194. B. Καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα (de Deo & Dæmonibus illic ſermo) σοφὸς, δαιμόνιος ἀνὴρ. ὁ δὲ ἄλλό τι σοφὸς ὤν, ἢ περὶ τὰς τέχνας, ἢ χειρωνάξ τινας, βάναυσος. *Quicunque harum rerum peritus eſt, δαιμόνιος, id eſt, felix vir & ſapiens nuncupatur: qui verò alias artes & facultates, quæ manibus explentur, callent, βάναυσοι, id eſt, mercenarii nominantur.* Vide & quæ ſupra, ad pag. 166. lin. 4. Celeberrimum Medicinæ artis elogium, doctiſſimi Imperatoris verbis conceptum, & in codicem Theodoſianum relatum, in gratiam Medicorum, de me, ut dixi, benè meritorum libet hic coronidis loco apponere: Τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν, τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὸ καὶ ταύτην ἐξ ὑραυῦ δικαίως πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. Τὸ γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀῤῥωστημάτων ἐπανορθῶται διὰ ταύτης. *Scientiam medicam hominibus eſſe ſalutarem evidentia neceſſitatis teſtatur. Ideoque illam ex cælo veniſſe meritò prædicant philoſophorum filii. Naturæ enim noſtræ imbecillitas, & morbi inſuper accedentes per illam corriguntur.*

Pag. 192. lin. 4. τῷ κοινῷ ἡγεμονικῷ ὁρμήσαντα] Scribe, ὁρμήσαντος. i. βουλεύσαντος: ut paulo poſt. cap. 44. Vide & lib. VII. cap. ultimum, Ἡ τῷ ἄλλῳ φύσις ἐπὶ τὴν κοσμ. ὥρμηται, &c.

Ibid. lin. 17. διὰ τὴν τοπικὴν κίνησιν] Κίνησιν, non κίνησιν, utraque Xylandri editio: qui tamen poſtremum iſtud in verſione ſecutus eſt. Ego verò κίνησιν, an κόλλησιν legi malim, nondum apud me ſtatui. Vocis κολλήσεως latus apud Græcos uſus; de quâ nonnulla non protrita, ὁ μακ. parens in Athenæum lib. x. cap. 19. Τὰ ἐξῆς, propriè & philoſophicè quæ dicantur, Metaphyſ. lib. XI. vel ut alii lib. XIII. cap. ultimo, tradit Ariſtoteles. Sed magis ad rem Diogenis Laërtii, in vita Zenonis, lib. 7. §. 140. verba: ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ἡνῶσθαι ἀυτὸν. τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν ὑρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια συμπνοιαν καὶ συνῳονίαν. *Porrò nihil in mundo eſſe vacuum, ſed inter ſe mirabili eſſe unitate devinctum. Id enim cogere cæleſtium ad terrena concordiam & congruentiam.* Antoninum ita verto: *Hoc quicquid eſt, alteri conſequens eſt, per motum* (vel, ſi κόλλησις magis arrideat, *adhæſionem*) *localem, conſpir.* &c. Confer cum lib. VII. cap. 7. Πάντα ἀλλήλοις, &c. & notatis in hujus libri pag. 171. lin. 7.

Pag. 195. lin. 7. ἔχει σοι πάντα κατὰ νῦν.] Syntaxis verborum, ἔχειν, non ἔχει, poſtulat, quæ & MSti. Hæſcheliani lectio eſt. Venuſtè autem ludit in verborum καλὰ νῦν ambiguâ ſignificatione; quæ vel, *ſecundum Mentem*, ſeu *Deum*: *ut Deo gratum eſt*: vel, *ut tibi ipſi cordi*; ſeu, *gratum*: *ad animum tuum*, verti poſſunt. Suidas in καλὰ νῦν conſulendus. Quæ ſequuntur, Ἔχει δ' ὅτῳ καὶ τῷ πανλί κατὰ νῦν τὰ ἑαυτῦ, cùm τῦ παντὸς ambigua ſit acceptio, poſſis etiam ita vertere: *Ita & cuilibet alii rei in iis quæ propria ſunt ipſius, fælicitas ſua conſtat.* Tale quid & Ariſtoteles Ethic. IX. cap. 8. πᾶς γὰρ νῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ. *Mens enim omnis, quod ſibi optimum eſt, eligit.* Vide & quæ ſuprà in pag. 178. lin. 4. Ὡς τὰ φυλὰ, &c. notata, & ibi Senecam.

Pag. 195. lin. 18. σῆναι φάσιν πολεμίᾳ] Scribe πολέμῳ.

Pag. 196. lin. 11. οἷος ὁ ἰυλελὴς καὶ γελοῖος ςίχος] Chryſippi verba, Plutarcho περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν referente, hæc ſunt: Ὥσπερ αἱ κωμῳδίαι ἐπιγράμματα (quod Antoninus hic ςίχον) γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἴσι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προσίθησιν. ὕτως ψέγειας ἂν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν. τοῖς δ' ἄλλοις ὐκ ἄχρηςός ἐσι. *Sicut enim comœdiæ inſcriptiones ferunt ridiculas, quæ pro ſe nullius pretii, toti poëmati tamen aliquid venuſtatis addunt: ita ipſum quidem pro ſe vitium vituperaveris, ad alias res inutile non eſt.* Hæc utcunque Plutarchus acerrimè ut fatua & ſtolida exagitet; Chryſippo tamen in promptu patroni, viri maximi, Chriſtiani gentileſque, ſi hoc nunc ageremus.

Pag. 199. lin. 5. ὅσα ἀνθρώπῳ ἢ ἱλέοις ἀνθρώποις] Confer cum cap. 10. lib. IV. Ὅλι πᾶν τὸ συμβαῖνον, &c. Idem hîc velle Antoninum, quod ibi, vel τὸ, παραφυλάξας fidem faciat. Sed manca ſunt hîc ejus verba, integrâ, ni conjecturæ fallor, lineâ. Fortaſſe haud malè ita reſtituas: παραφυλάξας. ὅσα ἑκάςῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ αὐτῷ συμφέρει ὡς ἀνθρώπῳ, ἢ ἑλέοις ἀνθρώποις.

Pag. 203. lin. 10. Ἐι κυβερνῆσαι οἱ ναῦται] Doctiſſimo Cantero non aſſentior, κυβερνῆσαι, &c. corrigenti. Sententia ſine hac mutatione plana; & optima; Qui ſapiunt, eos ad vitæ finem omnia referre: de eo uno eos eſſe ſolicitos, cujus unius (ut æterni Salvatoris utar verbo) χρεία ἐσι: cætera quæcunque pro indifferentibus eos habere. Ἄυλος, *ipſe*, in proximis verbis eleganter pro *gubernatore*, & *medico*; καθ' ἐξοχὴν; de quo Suidas, Euſtathius, aliique Grammatici.

Pag. 206. lin. 11. Διαδορατισμοὶ] Per διαδορατισμὸς hîc figuratè ſervidiora circa honores & imperia contendentium & contra nitentium ſtudia innui puto. q. d. *digladiationes*, ut & lib. IV. pag. 93. lin. 10. διαδορατισθέντες ἐκλέταυλαι, *digladiationibus elati.* Ubi Xylander, *conſoſſi perierunt*, verterat. Ego cum cætera ad animum pertineant, hoc quoque ad animum, non ad corpus, referendum credidi. Utrovis accipias modo, dignus Platonis, etiam Longino laudatus, eſt locus Polit. IX. pag. 738. A. Βοσκημάτων δίκην (inquit) κάτω ἀεὶ βλέποντες καὶ κεκυφότες εἰς γῆν, καὶ εἰς τραπέζας, βόσκοντας χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες καὶ ἔτεκα τῆς τύτων πλεονεξίας λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλως σιδηροῖς κέρασίν καὶ ὁπλαῖς ἀποκτιννύασι δι' ἀπληςίαν. *Veluti pecora humum proni ſpectant, ventrique obedientes paſcendo coëundoque ætatem conterunt, proque his rebus uberius potiundis calcibus inter ſe, & cornibus ferreis, unguibuſque decertant, ſeſe invicem ob inexplebilem libidinem trucidantes.*

NOTÆ IN LIBRUM VII.

Pag. 209. lin. 10. καὶ ἡ σύνδεσις ἱερὰ] De re vide lib. V 1. c. 37. In verbis his alluſio ad vetus illud. Ἡράκλειον ἄμμα, *Nodus Herculeus*; qui olim ſacer. Conſulantur Adagiographi. Plotinus Ennead. III. lib. 1. Περὶ εἱμαρμένης, de hac τῶν αἰτίων ἐπιπλοκῇ, καὶ τῷ ἄνωθεν, ut ipſe vocat, εἱρμῷ, multa ſubtiliter. Vide & ſuprà in pag. 123. lin. 7.

Pag. 211. lin. 8. ἄπω σε καλαληπλικῶς] Confer cum lib. V. cap. 6. ἴδιον γάρ φησι, &c. Et hujus VII. cap. 24. τὸ ἐπίκολον, &c. Quæ à nobis illic exponuntur. Cautum te volui, ne cum lib. IX. p. 286. hâc ipſa in re καλαληπλικῶς invenies, hic quoque cenſeres eſſe neceſſarium.

Pag. 212. lin. 13. ᾗ φοβεῖ ἑαυτὸ εἰς ἐπιθυμίαν] Scribo ᾗ φοβεῖ ἑαυτὸ, ὐκ ἄγει ἑαυτὸ εἰς ἀθυμίαν. niſi fortaſſe ἐπιθυμία latiori notione, pro πάθει qualicunque; ut cùm ψυχὴ ἐπιθυμητικὴ, in genere opponitur τῷ λογικῇ. Ita in loco Platonis de quo ſupra in IV. ἀὶ τῦ σώματος ἐπιθυμίαι.

Pag. 213. lin. 6. τὸ περὶ τύτων ὅλως ὑπολαμβάνον] Hîc recolendum, quod ſæpius Antoninus inculcat, mentis unius eſſe prout his aut illis dogmatibus imbuta eſt, τὰς κρίσεις, & ὑπολήψεις formare; à judiciis & opinionibus pravis & falſis oriri τὰ πάθη, metum, luctum, alia, ἐν τῇ ψυχῇ, vel ut hic loquitur, ἐν τῷ ψυχαρίῳ; id eſt, in parte animæ ſenſitivâ & irrationali. His ita conſtitutis, de verbis cenſeo; τὸ περὶ τύτων ὅλως ὑπολαμβάνον ἀδὲν, ἀδὲν ἂν πάθῃ. (vel, ἀδὲ μὴ πάθῃ) ἀδὲ γὰρ ἄξεις εἰς κρίσιν τοιαύτην, &c. legendum eſſe. Ἄγειν εἰς κρίσιν, ut libro primo, ἄγειν εἰς ἔννοιαν, & alia id genus. Verto, *Animula autem, quæ timere, quæ dolere ſola poteſt; quæ verò de timendi vel dolendi cauſſis nihil omninò poteſt opinari, nec illa quicquam patietur. non enim illam in tale judicium* (vel, *opinionem*; ut dolendi ſcilicet aut timendi cauſſas habeat) *induces.* Hinc Stoicis, τὰ πάθη, κρίσεις, id eſt, opiniones. Servius in Virgilium Æn. VI. *Varro & omnes philoſophi dicunt quatuor eſſe paſſiones, duas à bonis, duas à malis opinatis rebus. Nam dolere & timere duæ opiniones malæ ſunt; una præſentis, alia futuri. Item gaudere & cupere, opiniones bonæ ſunt; una præſentis, altera futuri.*

Ibid lin. 12. Ἐυδαιμονία ἐσὶ, δαίμων ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθὸν] Puto ſcribendum, ἢ ἀγαθῶν, bonum faciens: ut κακῶν, malum faciens; lib. IX. cap. 4. Suidas (aut alius quiſquis eſt apud illum) in Ἐυδαιμονία, pluribus proſequitur, & vim argumenti ab ἐτυμολογίᾳ petiti notat. Ex Platone Alcinous, de Doct. Platon. cap. 27. & Apulejus, de Deo Socratis derivatum confirmant. Cicero apud Ammianum Marcellinum δαίμονα, *fortunam* videtur interpretari. *Fælicitas* (inquit) *eſt fortuna adjutrix conſiliorum bonorum; quibus qui non utitur; fælix nullo pacto eſſe poteſt.* Haud multò aliter & Theognis,

Ὀυδεὶς ἀνθρώπων ὄτ' ὄλβιός, ὄτε πενιχρὸς,
Ὀυτὲ κακὸς, νόσφιν δαίμονος, ὄτ' ἀγαθός.
Nemo hominum neque dives, neque pauper,
Neque malus ſine fortuna, neque bonus eſt.

At Seneca credo magis ad Antonini mentem, *Beatus cui nullum bonum malumque ſit, niſi bonus malusque animus.* Vide & lib. X. cap. 13. poſtremis verbis. De vocis δαίμονος variâ notione, vide ſupra in lib. III. pag. 70. lin. 2.

Pag. 215. lin. 3. Τὸ ἐπίκολον, &c.] In hac ſectione quædam in textu præter inſtitutum correcta, quæ operis typographicis adſcribi vetat Xylandri verſio. Moneo igitur te lector, ᾗ τὸ τελευταῖον: & mox, ᾗ συναίσθησις τῦ ἁμαρτάνειν, utramque Xylandri editionem exhibuiſſe. Confirmandæ verò correctioni verſionique noſtræ en tibi locum unum aut alterum ex Senecâ. Epiſt. 90. poſtremâ: *Multum autem intereſt, utrum peccare aliquis nolit, an neſciat*, &c.

& mox, *Virtus non contingit animo niſi inſtituto & edocto, & ad ſummum aſſiduâ exercitatione perducto. Ad hoc quidem, ſed ſine hoc naſcimur; & in optimis quoque antequam erudias, virtutis materia eſt, non virtus.* De Clem. II. 2. *Quid ergo eſt propter quod bene factis dictiſque quàm familiariſſimum eſſe te cupio? ut quod nunc natura & impetus eſt, fiat judicium.* De vita beat. c. 5. *Poteſt beatus dici, qui nec cupit nec timet, beneficio rationis. Quoniam & ſaxa timore & triſtitia carent, nec minus pecudes; non ideo tamen quiſquam fœlicia dixerit, quibus non eſt fœlicitatis intellectus.*

Pag. 218. lin. 13. ὅτι πάντα νομιστὶ] Quò ſpectent hæc Antonini, ex his Diogenis Laërtii lib. 9. §. 44. in Democriti vita verbis, intelligimus. Δοκεῖ δ' αὐτῷ τὰ δὶ. ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων ἀτόμους, καὶ κενόν. τὰ δ' ἄλλα πάντα νενομίσθαι δοξάζεσθαι. *Sunt autem quæ ille opinatus eſt iſta. Principia omnium eſſe atomos atque inane: cætera omnia opinandi incertitudine niti.* Et ibidem rurſus pagina ſequenti; Ποιητὰ δὲ, νόμιμα εἶναι. φύσει δὲ, ἄτομα καὶ κενόν. *Quæ verò fiant eſſe legitima; naturâ verò atomos atque inane.* Hoc opinor vult Laërtius, Democritum credidiſſe, fortuitum atomorum concurſum (ô inſanum! ſi verè credidit) primam rebus originem dediſſe. exinde, quæcunque facta ſunt, & accidunt, ordine & ratione (providentiam intelligo) diſpenſari. Fortaſſè ſcripſerat Antoninus, ὅτι π. νομιστὶ ἔχει. εἰ δ' ἄτομα τὰ στοιχεῖα. vel, εἰ δὲ μόνα τὰ στοιχεῖα; quæ caſu ſcilicet & concurſu atomorum; *at ſufficiat id tibi meminiſſe,* (cupidus aſſertor providentiæ, undique libenter arripit quod ſuæ ſententiæ faveat) ὅτι τὰ π. νομιστὶ ἔχει, ἢ δὴ λίαν ὀλίγα, *aut pauca ſaltem quæ ſecus*; ut Xylander in Notis & verſione.

Pag. 219. lin. 1. ἢ σκεδασμὸς, ἢ ἄτομοι] Scribo, ἢ σκεδασμὸς, εἰ ἄτομοι. εἰδ' ἕνωσις, ἤτοι σῴσις, ἢ μετάστασις. Solet Antoninus τὰς ἀτόμους, & τὴν ἕνωσιν, ut contraria principia opponere. Vide lib. VI. cap. 4. & 10. Ἤτοι κυκεὼν, &c. Ibi vides, (ut & alibi ſæpe) poſitis atomis σκεδασμὸν inferri. Nam ſi vita, contextus, ſeu concurſus (συγκριμάτιον alicubi nuncupat) atomorum; ſequitur ut mors mera ſit atomorum earundem diſperſio & diſſipatio. Si verò ἕνωσις ſtatuitur; & mundus, unum corpus, quod à Deo certis legibus adminiſtratur; tum mors vel σῴσις, (ſi vera illorum opinio, qui quamvis agnoſcebant providentiam, animam tamen ſtatuebant eſſe mortalem) & ſpiritus extinctio; vel μετάστασις, ſeu tranſlatio, ſi ſecundùm alios ſit anima corpori ſuperſtes. Vide lib. V. cap. 33. τί ὢν περιμένεις, &c. & lib. VIII. c. 25. τούτων ὧν μεμνῆσθαι, &c. Mox, ἀπόληψιν vocat obſtirmatam animi conſtantiam, quâ doloribus corporis fortiter obnititur, & aditus ad ſe quaſi præcludit omnes. Plenior vocis explicatio, à Medicis petenda, quibus hac occluſionis notione in uſu crebro. Nec aliter illa lib. IV. pag. 94. lin. 7. ἐπειδὰν ἅπαξ ἑαυτὴν ἀποκλάσῃ: *poſtquam ſemel ſe occluſerit*; vel ut ſignificantiùs, quàm Latinius loquar, *cùm ſemel, omni interdicto ſibi cum corpore commercio, ſe ſequeſtraverit.* Hinc etiam, ut obiter moneam, confirmatur noſtra (de quâ ad pag. 93. lin. 2.) conjectura, pro αὐτὴν ἀποκλύσαι, αὐτὴν ἀποκλεῖσαι legentium, cùm ἀπόληψις, & ἀπολαμβάνειν, à medicis & aliis, per ἀπόκλεισιν, & ἀποκλεῖσαι exponantur: & τὴν ἑαυτῆς γαλήνην κατὰ ἀπόληψιν διατηρεῖν, quod hìc; non aliud, quàm quod ibi πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλεῖσαι.

Pag. 222. lin. 7. καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ] Ita Lugdunenſis editio, ex priore Xylandrinâ, ut alibi diximus, expreſſa. Quæ de illâ in præfatione monuimus non hic repetemus. Corrige igitur ex II. & meliori Xylandrinâ, (nam ita in Platone) καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα ἢ κακοῦ: *& officiumne faciat viri boni, an ſecus*: ut Xylander verterat.

Pag. 224. lin. 3. ὥσπερ πόθεν ἄνωθεν κάτω] Omiſſa neſcio quo caſu in textu verborum iſtorum interpretatio: *Tanquam ex ſuperiori aliquo loco intuendum eſt, &c.* Xylandri utraque editio ἄνωθεν κατὰ ἀγέλας, &c. quod ſi quis malit, quàm τὸ, κάτω quod hìc editum, judicio ſuo fruatur. Senſum certè nos expreſſiſſe, ex aliis ſimilibus locis præſtare poſſumus; ut lib. IX. cap. 30. Ἄνωθεν ἐπιθεωρεῖν ἀγέλας μυρίας, &c. *Intuere deſuper armenta innumerabilia*, &c. & lib. XII. cap. 24. Τρίτον, εἰ ἄνω μετίοιμι ἐξαρθεὶς ματαπτίψαιο τὰ ἀνθρώπεια, &c. *Tertium, ut velut in altum procul à terra ſubvectus humanas res deſpicias*, &c.

Ibid. lin. 7. καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκοσμούμενον] Mundum ex contrariis conſtare, pulchra Oratorum & Poëtarum obſervatio eſt. Et vulgò quidem de elementis exponunt: ut Ovidius, Metam. I. fab. VIII.

Quippe ubi temperiem ſumpſere humorque calorque,
Concipiunt; & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.

Credidi aliquando pro, *vapor humidus, calor humidus*, in Ovidio ſcribendum eſſe: ſed poſtea non Lucretium tantùm qui ſæpiſſimè; ſed & alios quoque melioris notæ ſcriptores animadverti, *vaporem* pro *calore* non raro ponere: unde & *vaporare*, Lucretio, pro, ardere; & Horatio pro, calefacere. Ut Ovidius hìc, ita plerique alii in elementis diſcordem hanc concordiam oſtendunt. Quàm verò latè pateat hæc obſervatio, doceat vel unus in aureo (digniſſimo certè ob exquiſitam ſapientiam, niſi vetaret argumenti ſublimitas, quod vulgò notius eſſet) Metaphyſicorum Fragmento Theophraſtus. Ibi cum τὴν ἅπασαν ὑσίαν ἐξ ἀντικειμένων, his aut ſimilibus aliis verbis, conſtare non ſemel pronuntiet, eò & Euripidis de virtutis & vitii, proſperorum & adverſorum in vitâ humanâ vinculo & viciſſitudine notiſſima verba, cap. 7. referri poſſe cenſet. Sed verba Euripidis, quæ manca apud illum leguntur, ex Plutarcho, qui non uno loco laudat, ita reſtituenda ſunt.

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
Ἀλλ' ἐστὶ τις σύγκρασις, ὥς' ἔχειν καλῶς.

Sejungier non poſſunt à bonis mala.
Sed eſt eorum, ut res habeant ſatis benè,
Commixtio quædam.

Atque hìc (quod ut bonâ Lectoris cum veniâ mihi liceat oro) libet aliquantiſper non tam præter argumentum, quàm præter inſtitutæ brevitatis rationem excurrere. Non Antonino ſanè, non malo ſapientiæ magiſtro, navabitur hæc opera; ſed ipſiſſimo tum ſapientiæ omnis, tum ſalutis auctori fontique CHRISTO: à quo atrox convitium, quod Chriſtiani hominis & Jeſuitæ, non malitia, (abſit) aut impietas, ſed importuna ſuſpicio ſacratiſſimo ejus Nomini impegit, Ethnicorum ope & auctoritate inſtructi depellemus. Themiſtius, Orator Ethnicus, Orat. XII. Jovianum, Chriſtianum Imperatorem ob ſancitam lege, Religionis libertatem laudans, hæc inter alia habet, ut Pariſienſis a. d. 1618. editio ea exhibet: Ἄγασθαι μὲν οὖν καὶ τὰς ἄλλας τῷ νόμῳ προσήκει τὸν θειότατον εὐλογράτορα. μάλιστα δὲ, οἷς οὐκ ἐφῆσται μόνον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς θεσμὰς ἐξηγεῖται ὁ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέης, ὃ μὰ Δία ἐκείνῳ τῷ παλαιῷ. οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ἁπάτη καὶ φενακισμὸς παραπέπηγε, καὶ ὑποδύεται μεγαλοπρέπειαν μαγγανεία, καὶ ἐνοίβειαν ἀγυρτία. καὶ διὰ τοῦτο, τὰς μὲν προάγει, τὰς δὲ κωλύει, &c. *Atque cùm cæteros omnes divinum Imperatorem noſtrum amare de ea lege plurimùm oporteat, tum eos potiſſimùm, quibus non modo libertatem tribuit, ſed & jura ipſorum explicat, nihilo ſanè Empedocle deterius,* (*non veterem illum Empedoclem intelligo.*) *Rectè enim illud novit, unicuique humanorum bonorum fraudem ac fallaciam in propinquo eſſe poſitam, ita ut & magnificentia perſonam præſtigia & impoſturæ pietatis aſſumant. Propterea cùm alias promoveat, alias tamen prohibet*, &c. Hìc Petavius Jeſuita, Themiſtii editor & interpres, queſtus in Notis de loci obſcuritate conjecturam hanc proponit, Chriſtum à Themiſtio per Empedoclem deſignari, *quaſi ſe ille perinde ut Empedocles Deum haberi voluerit, eoque ipſo ſuo conatu mortem ſibi arceſſiverit*, ὅτι μὴ θεὸς ὢν τοῦτο ὅπερ ἔλεγεν εἶναι (quæ Tatiani de Empedocle verba) κατεψεύδετο. Hâc ſuâ conjecturâ propoſitâ, *Atque utinam* (concludit Petavius) *aliam hac qua dicit ſententiam pati poſſint. Magno quippe redemptum velim, ut ne tam conſceleratum dictum elegantiſſimis biſce ſcriptis illigatum fuerit.* Gaudeo hanc mihi occaſionem oblatam de viro non optimè de Caſauboniano nomine merito benè merendi. Nullum in rebus humanis ſincerum bonum eſſe, cui malum vel apertum & manifeſtum, vel ſpecie boni fallens annexum non ſit, ex adverſo (τὴν τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχίαν, *rerum humanarum oppoſitum invicem ordinem*, eleganter vocat Plutarchus, ad illam de quâ diximus elementorum contrarietatem fortaſſè alludens) oppoſitum; eamque vetuſtiſſimam fati ſeu providentiæ legem eſſe, tot ex antiquis ſunt qui obſervant, ut quis non dixerit, quàm quis dixerit, invenire difficilius ſit. Ut igitur Platonem, Theophraſtum, Dionyſium Halicarnaſſeum, Diodorum Siculum, Dionem Chryſoſtomum, Longinum, & Ethnicos alios Græcos; ut Procopium, Chriſtianum, aut ſemi-Chriſtianum potiùs; ut Græcos Patres; ut Latinos Patres, alioſve cujuſcunque generis omnes omittam: Themiſtius ipſe jam ſuprà Orat. III. aliis verbis eandem ſententiam complexus erat; ubi ait: (Latinis autem Petavii Interpretis brevitatis cauſſâ contenti hìc erimus) *Sanè unumquodque eorum quæ in hominum vitâ ſunt bonorum, periculo ſemper aliquo tectum & obvolutum videtur, nullumque eſt contrarii penitus expers ac ſincerum: Nec abſurdè quidam ſcenicus poëta dixit, Nullum in vita bonum eſſe, quod Radice ab unâ, qualis arbor, prodeat; Sed ſemper illi quod malum eſt, adnaſcitur.* Laudat igitur Themiſtius Imperatoris Edictum, non eo ſolùm nomine, quod religionis optionem liberam reliquerit, ſed quod eâdem lege quâ id permittebat, grande iſtud arcanum (θεσμὸς ipſe vocat appoſitiſſimo vocabulo) ab Empedocle, veteri philoſopho, primùm animadverſum & literis proditum, de boni malique confinio, & indiſſolubili nexu diſertis verbis executus ſit; aut ſi non diſertis illo verbis, at ipſo tamen effectu propoſitoque legis (ſaltem ut Themiſtius propoſito ſuo ſerviens interpretatur) inſinuaverit. De Empedocle, Plutarchus, Περὶ εὐθυμίας, pag. 473. F. teſtis; Παλίντροπος, inquit, ἁρμονίη κόσμε, ὥσπερ λύρης καὶ τόξου. καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἀμιγές. *Ut enim lyræ aut arcus nervi, ita mundi quoque concentus viciſſitudine quadam intenditur ac remittitur: & in rebus humanis nihil ſinceri, nihil puri eſt.* Et mox poſt laudatum Euripidis eundem quem laudat & Theophraſtus in eam rem locum, pergit, pag. 474. B. Οὐ γὰρ (ὡς ὁ Μένανδρός φησιν)

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός.

ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς Ἐμπεδοκλῆς) δίστασί τινες ἑκάστοις ἡμῶν γενόμενον. παραλαμβάνουσι καὶ παλαίχθονας μοῖρας καὶ δαίμονες. *Non enim verum eſt, quod dixit Menander:*

Unicuique, in lucem cùm primò editur,
Genius bonus vitæ magiſter totius
Adſiſtit.

Sed Empedoclis probanda potiùs eſt ſententia, qui unumquemque noſtrûm, poſtquam eſt natus, arripi gubernarique à duplicibus fatis geniiſque docet. Et poſt prolatos Empedoclis verſus (verbis, ut pleraque ſunt Empedoclis, non utitatis quidem, ſed id tamen ipſum quod Themiſtius hìc, non obſcurè, ſi quis attendat, innuentibus) ita pergit: Ὡς τούτων ἑκάστῳ σπέρματα τῶν παθῶν ἀναπεφυκότα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς γενέσεως, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχούσης: *Quarum omnium ſemina cùm ortus noſter ſecum tulerit, ideóque vitæ magna ſit inæqualitas*: cætera apud ipſum legantur. Themiſtii ſententiâ ſic expoſitâ, & extra controverſiam poſitâ, de verbis videamus; quæ etſi longè aliter accipienda quàm voluit interpres, minimâ tamen & ferè nullâ mutatione ſic ſcribenda cenſeo;

seo; Ἀγασθαι μὲν ὦν χρὴ τῶν ἄλλων (ita malo quàm τοὺς ἄλλους; quod tamen ferri potest, nec sententiæ quam volumus incommodat) τῷ νόμῳ προσήκει τὸν θαυμαστὸν αὐτοκράτορα μάλιστα δὲ οἷς (id est, τούτων, vel ἐκείνων, οἷς) ὐκ ἐφίεσι, &c. *Dignus*, inquit, *Imperator, quem venerantes admiremur, tum ob alia quæ lege illa continentur, tum præcipuè quòd non solùm religionis libertatem indulgeat, sed & æternas illas leges à Deo latas non minùs peritè, non ille* (Imperator scilicet) *per Jovem*, (elegans hæc ἀναδίπλωσις, seu ἐπίζευξις est dicenda, non intellecta præcipuè decepit interpretem) *quàm vetus ille Empedocles explicet.* Sed ad Antonini verba ut redeam, vim τῷ συγκοσμήσαντι hoc loco pleniùs intelliget, qui conferet cum iis quæ multa scribit in hanc sententiam author libelli quantivis pretii, (Aristoteli vulgò adscripti) De Mundo, quibus nihil dici potest venustius & elegantius. Vide ibi tum alibi non uno loco, tum præcipuè cap. 5. Διὰ τί ὁ κόσμος ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν συνεστηκὼς, οὐ διαφθείρεται. *Propterea mundus ex principiis contrariis constitutus non corrumpitur.*

Pag. 225. lin. 6. Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι] Xylandri utraque editio. Καὶ εἵτοισι καὶ πότοισι, (11. ed. πόλοις) καὶ μαγγανίυμασι. Nos quod editum est (quod tamen in textum receptum nollemus) ex Plutarcho in Παραμ. πρὸς Ἀπολ. prompsimus. Euripidem laudat authorem Plutarchus: sed in Euripide mihi non hactenus reperta.

Ibid. lib. 11. καββαλικώτερος] Plutarchus in Apophth. Laconicis, ultimo: Λάκωνί τινι ἡττωμένῳ ἐν Ὀλυμπίᾳ εἰπέ τις, Ὁ ἀντεγωνίσης, ὦ Λάκων, ἐγένετό σε χρείσσων. Ὀυμενοῦν, ἔφη, ἀλλὰ καββαλικώτερος. *Laco quidam ad Olympiam victus, dicenti, colluctator tuus te fuit melior, nequaquam, inquit, sed dejiciendi peritior.* Affinia apophthegmata, unum aut alterum, in eadem Plutarchi collectione reperias.

Pag. 228. lin. 8. 9. ὅτι χρὴ διάφορον ἐφ' ᾧ ἡ πρᾶξις] Dubito an sensum sim assecutus; certè vocem διάφορον longe aliter exponj posse non ignoro: sed ut hic magis quadret, quì possit exponi non video. Alius cogitet.

Pag. 229. lin. 2. συνετὸν] Erit aliquis fortassè qui malit συνετοὺς: quod mihi non displicet. Nihil tamen temerè mutandum censeo.

Pag. 230. lin. 4. εἰ βλέπων] Scribe, ἐμβλέπων: ut & in Manuscripto Hæscheliano cap. 17.

Pag. 231. lin. 6. ὅτι γὰρ καθὸ ὑλική ἐστιν] Scribendum puto, (quod & verti) λογικὴ, non ὑλικὴ. Passim ista, τὸ λογικὸν, (sive, νοερὸν) & τὸ κοινωνικὸν, (seu, quod perinde est, πολιτικὸν) conjungit Antoninus. Ita paulo post, cap. 68. ἀεὶ γάρ μοι τὸ παρὸν ὕλη ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς. *Etenim semper mihi præsens res omnis materiam præbet virtutis rationalis & socialis.* Et lib. VIII. cap. 2. τί πλέον ἐπιζητῶ, εἰ τὸ παρὸν ἔργον ζῶῳ νοερῷ καὶ κοινωνικῷ, καὶ ἰσονόμῳ (quatenus & Deus λόγος, & λόγῳ mundum gubernans) Θεῷ; *Quid ergò expeto ulterius, quàm ut illud quod impræsentiarum ago, opus sit animantis rationalis, socialis, eadémque cum Deo ipso lege agentis.* Vide & hoc ipso lib. cap. 72. Ὃ ἂν ἡ λογικὴ, &c.

Ibid. lin. 16. πρὸς τὰς ἀπανθρώπους] Dubito vulgari sensu ἀπανθρωπίαν hìc velit Antoninus; an ut Plato in Phædone explicat. Si vulgari, non dubium quin legendum sit, οἷον οἱ ἀπάνθρωποι πρὸς τὰς ἀνθ. Cave (inquit) ne dum malis (quod vulgò laudi datur: unde illud Plauti,

Nam bona bonis ferre reor æquum maximè; Ut mala malis:

quò pertinet & lex talionis veteribus philosophis probata) malus es, & inhumanis inhumanum te præbes, odio illorum unus ex illis ipse evadas.

Pag. 236. lin. 6. ἢ ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριώτατα ἔστιν] Scribe, ἢ ἃ λογικὰ (vel, ἢ τὰ λογιστικὰ) τὰ κ. quomodo & vertimus. Possis etiam ita, ἢ ἃ λογιστικὰ καὶ τὰ κυρ. *vel quæ ratione prædita, & (inter Dei creaturas) præcipua, ea sunt utique circa quæ*, &c. Sed meo judicio non ita benè.

NOTÆ IN LIBRUM VIII.

IBid. lin. 12. φιλόσοφον] De multiplici vocum φιλοσόφου & φιλοσοφίας apud Græcos scriptores acceptione quædam in Notis Anglicis pridem monuimus; sed multò plura parata habemus, ex quibus non parva lux haud paucis authorum locis vel obscuris vel à Latinis interpretibus malè acceptis inferri possit. Partem occupavit nuper vir Clar. (quem honoris & observantiæ caussâ nomino) Desiderius Heraldus, in doctissimis *Rerum Judicatarum* libris: non pauca tamen aut levia supersunt, quibus alibi fortassè locus erit.

Pag. 237. lin. 3. ὅσα δήποτε ὡς ἡ φύσις] Editum priùs, ὅσον δήποτε ἡ σὴ φ. ζ. βιώσειν: pendente & imperfectâ sententiâ. Sensum rectè Xylander (nisi quod ὅσον δήποτε, *quantumcunque id erit*, plus minúsve scilicet, omisit) expressit. Ita & lib. VII. cap. 56. τὸ λοιπὸν ἐκ τῆς π. ζῆσαι κατὰ τὴν φύσιν.

Pag. 238. lin. 18. ὅσων πρόσεισι, καὶ δυλεία πόσων.] Lego, ὅσων παράεισι, καὶ δυλεία τόσων. vel, ὁσονοῦν ἀνοίας (vel, ἀγνοίας) καὶ δυλείας τόσον: in eam sententiam quam in textu expressissimus. Lib. VII. cap. 66. de Socrate, μηδὲ μὴν δυλεύειν τινὸς ἀγνοίᾳ, &c. Similes apud Ciceronem & Senecam quorundam qui vel fortunæ sublimitate, vel rerum bello gestarum magnitudine per illustres, cum philosophis comparationes elegantissimæ non sine fructu comparandæ, quibus animus & otium.

Pag. 240. lin. 25. συλλ. τὰ πάντα τῷ δὶ] Xylandri utraque editio, τὰ πάντα. τῷ δὲ πρὸς αἰθ. male; sed longè pejus, quod in versione secutus est. Corrige, τὰ πάντα τῷδε πρὸς, &c. Sed & superiori lineâ, μὴ εἰ τὸ ἓν πρὸς τὸ ἕν, non ut ex Xylandro editum, μὴ εἰ τὸ πρὸς ἕν, legendum.

Pag. 242. lin. 12. Διηνεκῶς καὶ ἐπὶ πάσης] Totum hoc caput quod Xylander adeò pro deplorato habuit, ut asteriscò notaret ut imperfectum, solâ pravæ interpunctionis emendatione (ut plurimæ alia passim) sanavimus: his tantùm exceptis, quod pro θαυμαστὸν ἢ ξένον. ut in utraque Xylandri editione, θαυμαστὸν ἢ ξένον, &c. edimus: & pro μίμησο ὅτι ὥσπερ, &c. (quod tamen etiam in Hæscheliano codice repertum nobis) μεμιήσομαι ὅτι, &c. correximus: ut & Xylandrum in manuscripto libro quo usus est reperisse, tum ex versione ejus (*cogitabo*, &c.) tum ex verborum istorum, μεμιήσομαι ὅτι ἀναγκάζεται ὅτως ποιεῖν, importunâ illâ quidem nec ferendâ, sed quæ tamen fortassè à verâ lectione manavit, in Tigurinâ editione repetitione, non improbabilis suspicio.

Pag. 243. lin. 10. εἰ μὲν γὰρ δύνασαι] Defectus in his, qui supplendus ex Hæscheliano (cujus alibi meminimus) exemplari, cujus hæc scriptura: εἰ μὲν γὰρ δύνασαι, διόρθωσον. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δύνασαι, τόγε πράγμα αὐτὸ. εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, πρὸς τί ἔτι συμφέρει τὸ μ. &c. Nec puto, hic quidem, aliter Xylandrum in suo codice reperisse; sed ab operis typographicis quibus locata prima editio, primò hoc detrimentum commissum; ab iis, ad secundam editionem, quæ fœdissimè & ipsa contaminata est, ex incuriâ & inadvertentiâ transmissum. Fundus mihi hujus suspicionis tum ipsa Xylandri versio, cui in his verbis planè cum Hæscheliani codicis scripturâ convenit; tum verò quod alibi quoque idem accidisse comperi; de quo plura dicemus ad libri IX. initium. Vide & ad ejusdem libri cap. 40.

Pag. 248. lin. 5. εἶτα ἔπιθι τὰς ἄλλας, μὴ] Scribo, εἶτα ἔπιθι τὰ ἄλλα μὴ, &c. *Percurre alia ejusmodi, in quibus non unius hominis mors spectanda proponitur: exempli caussâ Pompejos.* Neque multò aliter Xylander in primæ editionis versione; quam secundis ejus cogitationibus præferendam censui. in posteriori liquidem quod antea verterat, *Defecit tota Pompejorum gens*: mutavit, *ut urbs Pompeji perierunt.* Sanè de Pompejis, urbe, jam antea lib. IV. cap. 48. Antoninum egisse, πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι, &c. non me latet: at huic loco tamen aptius, me judice, ut ad Pompejorum familiam verba referamus, quæ in Cnæo & Sexto Pompejis, Magni filiis, extincta fuit. Familiam dico, non nomen, aut gentem; ex quâ viri magni & illustres, etiam post illos extinctos.

Pag. 250. lin. 14. τῷ μέρος τάξιν ἀπολαβεῖν ἐποίησεν] Legendum (quod qui superiora considerate leget, agnoscet) ἀπολαβεῖν ἐπέτρεψεν: cujus lectionis vestigium exhibet Epictetus Hæschelianus, in quo non ἀποῤῥαγεῖν, sed (quod & hic restituendum) ἀποῤῥαγήσῃ: ut quod cum ἐπέτρεψεν scilicet, non cum ἐποίησεν (quod vetat syntaxis) copulandum sit.

Ibid. lin. 21. ἕκαστον τῶν λογικῶν σχεδὸν ὅσον] Locum hunc potius imperfectum quàm corruptum suspicetur aliquis, & sine ope melioris codicis incurabilem. Ego verò minimâ mutatione plenum & perfectum ita reddo: δυνάμεις εἰς ἕκαστον τῶν λ. ἐσκέδασεν ἡ τῶν λ. φ. Verbo σχεδάζειν, alludit Antoninus ad fatalia illa dolia quæ poëtarum ingeniosissimus & sapientissimus alicubi describit; sed magis ad celebrem illam Pandoræ pyxidem, in cujus narratione tum Hesiodus, author fabulæ; tum alii verbo σκεδάσαι solent uti. Caussâ voculæ, εἰς, omittendæ, præcedens dictio in εἰς. desinens: omissâ illâ, quia non constabat sententia, tentata cætera & corrupta. Sed & ita non malè fortassè, Ὥσπερ τὰς ἄλλας δυν. διένειμε ἑκάστῳ τῶν λ. σχεδὸν ὅσον, &c. Τῷ διένειμε omittendi eadem hìc quoque caussa fuerit, scripturæ cum præcedente δυνάμεις affinitas.

Pag. 251. lin. 8. Μήτι νῦν παρακάθηται] De Pantheâ, mariti loculo, seu (ut Petronius) *arcâ* assidente, fusè Xenophon. De cæteris quos nominat hìc Antoninus, nihil habeo quod dicam.

Pag. 252. lin 1. βλέπε κρίνων φησὶ, σοφωτάτοις] Fortassè, σοφός τις, vel σοφώτατα. Confer cum lib. III. cap. 15.

Ibid. lin. 19. εἰ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις] Vox ὁρμὴ propriè de motu animæ sensitivæ. Sic lib. III. cap. 16. Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς. σώματος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὁρμαὶ, νοῦ δόγματα. *Corpus, anima, mens, corporis sensus sunt, animæ affectus, mentis decreta.* & hoc ipso cap. primis verbis, Ἐμποδισμὸς ὁρμῆς ὁμοίως κακὸν ζωϊκῆς φύσεως. *Porrò & vegetativæ animæ quicquid impedimento est.* ζωτικὴν autem, à φυσικῇ & νοερᾷ diversam constituit. At interdum tamen ὁρμὴ & ὁρμῆσαι de rationalis mentis agitatione, etiam divinæ: ut libri præcedentis ultimo capite: Ἡ τοῦ ὅλου φύσις ἐπὶ τὴν κοσμοποιΐαν ὥρμησεν: *de mundi creatione secum deliberavit.* Vide & supra ad pag. 192. lin. 3. Dicit igitur Antoninus; Ὁρμήσεως tibi aliquid accidit quod ὁρμῇ tuæ obstaret? Sanè si ὡς λογικὸς, vel ὐκ ἀπροαιρέτως, (tale enim aliquid subintelligendum est) ἀνυπεξαιρέτως (i. e. sine legitimâ ὑπεξαιρέσει & exceptione: vide quæ supra ad lib. IV. cap. 1.) ὥρμας, jam verè quatenus es rationalis aliquid mali passus es. Εἰ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις; si verò τὴν ὁρμὴν, & ὁρμῆσαι, ut vulgò, accipis, nihil mali, &c. Possis etiam ad τὸ ἔντημα referre. Si verò τὸ ἔντημα populari notione intelligis, &c.

Pag. 253. lin. 2. 3. ὅταν γένηται σφαῖρ] Cum mens aut animus σφαῖρ sive σφαιροειδὴς semel est, idem semper est, nec ullâ vel internâ, (τῶν παθῶν) vel externâ fortunæ vi de statu suo dejicitur. Vide lib. XI. cap. 12, & lib. XII. cap. 3. & quæ ibi dicentur.

Pag. 254. lin. 18. ταπεινωμένη, ὀρεγομένη, συνδυομένη, πλυρομένη] Ad morem demississimè supplicantium alludit opinor Antoninus prioribus duobus verbis. Non enim solum in terram abjicere se, sed & corpus totum porrigere (ut alibi fusè peculiari de Adoratione

ne tractatu, docemus) ſoliti, qui demiſſiſſimè, ritu tamen non tam Romano, vel Græco, quàm barbaro, ſupplicabant. Τὸ συνδυομένη, quod Xylander ita reddit, quaſi συνδουλζομένη reperiſſet, *contractus*, vel *ſuppreſſus* verti poteſt. Seneca. *In amiſſione cariſſimorum neceſſarius morſus eſt, & firmiſſimorum quoque animorum contractio.* Idem alibi, *Qui ſe latis rebus non inflavit, non adverſis contrahit.* Sed hoc potiùs συςέλλεται, quam συνδύεται. At idem alibi cum *ſupprimere ſe ac deſcendere* dicit, τὸ συνδύεσθαι videtur in animo habuiſſe. In ſapientem, &c. cap. 10. *Non dubiè enim contemptum ſe judicat, & hic morſus non ſine humilitate quadam animi* (ταπεινώσει τῆς ψυχῆς: nam ταπεινοφροσύνη Chriſtianis aliud) *evenit, ſupprimentis ſe ac deſcendentis.* Hæc autem quatuor verba ad unum idemque τῶν δυσχεραινόντων καὶ σχετλιαζόντων τὸ πάθος exprimendum, ut ex contextu colligas, ab Antonino hic adducuntur. At idem alibi τὸ ἐκτείνεσθαι (quæ propria τοῦ ὁρίγεσθαι ſignificatio) τῷ ἴσω συνλέχειν καὶ συνιζάνειν (l. XI. cap. 12. Σφαῖρα ψυχὴ, &c. opponit. Confer & cum lib. VIII. cap. 51. Μήτε ἐν ταῖς πράξεσι ἐπισύρεσθαι, &c.

Pag. 258. lin. 8. φύε σεαυτὸν] Malim, φύσι σεαυτὸν, non enim τὸ φύεσθαι, quod ſciam, ſolet activè ſumi.

Ibid. lin. 12. ὁ δὲ μὴ εἰδὼς ὅ, τι πέφυκεν] Τὸ πρὸς, quod operarum negligentiâ præteritum, ex utravis Xylandri editione revocandum, ὁ δὲ μὴ εἰδὼς πρὸς ὅ, τι πέφυκεν. *Qui cur mundus factus ſit non intelligit*, &c. Proximâ lineâ, ὁ δὲ ἔν τι: vel ὁ δὲ ἔν τινι τούτων: vel, ᾧ δὲ ἔν, τι τούτων ἀπολείπει, corrigendum.

Ibid. lin. 15. τῶν προλόντων ἔπαινον φεύγων ἠδίων] Scribo, τῶν προτόντων ἔπαινον φεύγων ἢ διώκων, &c. Φεύγειν καὶ διώκειν tum apud hunc noſtrum alibi non ſemel, tum apud alios plurimos ut τεχνικὰ in hoc argumento vocabula conjungi ferè ſolita. Dixit autem eleganti βραχυλογίᾳ, τὸν ἔπαινον φεύγων καὶ διώκων, pro ψόγον φεύγων ἢ ἔπαινον διώκων: ut 1. ad Cor. 4. 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ: & *tunc laus erit unicuique à Deo.* ἐπαίνου ſolius meminit Apoſtolus, cùm ἔπαινος ἢ ψόγος ſententia poſtulet. Si quis ἔπαινον hic τῶν μέσων, quæ tam in malam quàm bonam partem capi poſſunt, eſſe malit, (Heſychius certè, ἐπαινὴν, ἐπαινετὴν, vel δεινὴν & φοβερὰν interpretatur) exemplum requiro: nam quod ἐπαινεῖν aliquando pro recuſare aut averſari ponitur, id aliunde eſt.

NOTÆ IN LIBRUM IX.

PAg. 262. lin. 6. πρεσβυλάτην τῶν θεῶν. ἡ γὰρ τῶν ὅλων] Deficit hic integra linea & ſententia in utraque Xylandri editione, quam nos ex Hæſcheliano exemplari poſtliminiò revocabimus. Scribe igitur, πρεσβυλάτην τῶν θεῶν. Καὶ ὁ ψευδόμενος δὲ ἀσεβεῖ παρὰ τὴν ἀυλὴν θεὸν. ἡ γὰρ τῶν ὅλων, &c. Hunc autem defectum, non à manuſcripto Xylandri codice, ſed ab operis primæ editionis (quem in ſecundâ editione non animadverſum & ſuppletum, malum factum) conſtructoribus aut extruſoribus potius, manaſſe, ex ipſâ Xylandri verſione, quæ cum Græcis plenis & perfectis καλὰ πόδα conſentit, conſtare contendenti queat. Vide & ſuprà in lib. VIII. pag. 243. lin. 10.

Ibid. lin. 14. φερόμενος παρ' ἑαυτὸν] Τὸ παρὰ hic αἰτιατικὸν eſt, ut infrà cap. 6. παρὰ τὴν ἑκάς (ut in Notis ibi correximus) αἰτίαν. & c. 30. παρὰ τὴν ἐκ σὲ αἰτίαν. Ita & Plutarchus τὸ παρ' ἡμᾶς. De plac. philoſ. cap. 27. Περὶ Εἱμαρμ. Quod igitur in his ἐκ τὰναντία (ita enim debuit excudi) φ. π. ἑ. valet τὸ φερόμ. παρ' ἑαυτὸν, id alibi reperias, τῇ γνώμῃ φερομ. i. e. proprio conſilio, ſeu, proprii arbitrii vi & impulſu, nullâ fati neceſſitate: lib. XII. c. 23. poſtremis verbis.

Pag. 263. lin. 16. λέγω δὲ τὸ χρῆσθαι τούτοις] Talem creationis ἀρχὴν conſtituebant Stoici, cui tanquam ſemini rerum omnium naturalium ortus & occaſus, mutationes & viciſſitudines qualeſcunque, vis omnis denique & ratio irrevocabili naturæ neceſſitate incluſa fuerit. Hanc ἀρχὴν, *mundi originem*, Seneca nuncupat loco quem ad Victoris de Antonino teſtimonium inter Teſtimonia operi præfixa adduximus. Vide & quæ ſupra lib. IV. in pag. 103. lin. 3. de λόγοις σπερματικοῖς. Antoninus igitur hic verbo χρῆσθαι præſenti ſic uſus quaſi Deus hodieque ſuper his occuparetur, vulgatam loquendi conſuetudinem ad ſcita philoſophica revocans & exigens, hæc addit de ἀρχῇ Stoicâ, quæ cum aliorum de illâ familiâ placitis & definitione adamuſſim congruunt. Sed hæc utcunque Antoninus hoc loco ἀποδόμω; & ſine cunctatione ex Stoicorum mente; non tamen eum planè ſic credidiſſe, ſed animo vacillaſſe, & ad particularem quotidianamque, ut ita loquar, Dei providentiam magis propendiſſe, ex lib. VII. c. ultimo: Ἡ τοῦ ὅλου φύσις. &c. & lib. VI. cap. 44. Εἰ μὲν οὖν ἐβουλεύσατο, &c. & ſimilibus aliis locis certò colligimus. Simplicius in Epictetum in eximiâ de divina providentia diſputatione. Καὶ ὑφ' ἅπαξ πολὺ ταῦτα μηχανησάμενος (Deus nimirum) ἐν ἀρχῇ τινι χρόνου ἀπέστη τοῦ προνοεῖν, ὥσπερ ἄν τις ἄνθρωπος ἀρκεσθεὶς τῇ νομοθεσίᾳ. ὥλε γὰρ, &c. *Neque cùm hac initio ſemel commentatus eſſet, tempore quodam à providentia receſſit: ſicut homo leges tuliſſe contentus eſt. Neque enim*, &c. nuperæ editionis pag. 242. Sed obiter lectorem moneo corrigendam ibi vitioſam Græci textus interpunctionem, & vitioſiorem Græcorum verſionem.

Pag. 262. lin. 24. Χαριεσίρα μὲν] Xylander vertit quaſi ſcriptum eſſet, Χαριέστερον μὲν ἦν ἂν, ἄγευστον, &c. quæ fortaſſe vera lectio.

Pag. 265. lin. 9. μὴ ὀλοσχερῶς μηδ' ὠσικῶς] Vox ὠσικῶς Suidæ explicata μελὰ βίας: rectè. Τὸ ὁλοσχερῶς, ambiguum; cui interdum τὸ καλὰ λεπτὸν, interdum τὸ ἀκριβὲς opponitur. Poſſis igitur & hic ſi velis, vertere, *negligenter: incuriosè: temerè.*

Pag. 266. lin. 6. ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικάρδιον.] Hæc minùs uſitata verba ex Axiocho Platonis, aut quicunque (antiquiſſimus ille certe, quicunque, & facundiſſimus) verus auctor eſt, explicanda ſunt. Ibi igitur poſt quædam de morte, quaſi quæ verè nihil, & ideò timenda non ſit, ſubtiliter illata, ita argutias illas explodit Axiochus Edit. Serran. Tom. 3. pag. 369. D. E. Σὺ μὲν ἐκ τῆς ἐπιπολαζούσης ταυτῶν λεσχηνείας τὰ σοφὰ ταῦτα ἔρηκας (ἐκεῖθεν γάρ ἐσιν ἥδε ἡ φλυαρολογία πρὸς τὰ μειράκια διακεκοσμημένη) ἐμὲ δὲ ἡ ςίρησις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ. καὶ πιθανώτερος τούτων λόγος ἄρτι προῆκται, ᾧ Σώκρατες. ὃν ἐπαίει γὰρ ὁ τῆς ἀποπλανώμενος εἰς ἐυπειθεῖς λόγους, ὑδὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ἐμοχρολίας, ἀλλ' εἰς μὲν πομπὴν καὶ ῥημάτων ἀγλαϊσμὸν ἀνύτει, τῆς δὲ ἀληθείας ἀποδεῖ. τὰ δὲ παθήματα, τῶν σοφισμάτων ὐκ ἀνέχεται, μόνος δὲ ἀρκεῖται τοῖς δυναμένοις καθικέσθαι τῆς ψυχῆς. *Hæc tu quidem erudita atque exquiſita depromis ex garrula illa arte quæ ſubtilibus concluſiunculis nunc ſpecioſa eſt* (*illinc enim petuntur nuga ineptiæque verborum ad adoleſcentium animos eludendos comparata*) *at me illud angit atque excruciat, quod vitæ commodis deſtituar: atque utut probabiliorem hac orationem crepueris, Socrates, hic me ſemper ſcrupulus urit. Mens enim gravioribus cogitationibus diſtracta, ornata orationis ſplendore minimè capitur: neque hæc ipſa quidem eodem quaſi colore apta ſunt inter ſe, ſibique conſtant: ſed quantò magis ad oſtentationem ornatumque orationis ſunt compoſita, tantò longiùs abſunt à veritate. Morbi verò illarum concluſiuncularum decipulas ferre nequeunt, ſed in iis demum acquieſcunt, quæ ad animum poſſunt penetrare.* Ab iſtis igitur ἅπτεται τῆς ὁμοχροίας, & καθικέσθαι τῆς ψυχῆς, fluxit Antonini ἀψικάρδιον. Sed quid ἅπτεσθαι τῆς ὁμοχροίας; Nam quod interpretes, *eodem quaſi colore apta ſunt inter ſe*, id huic loco ineptiſſimum judico. Scio quid viri Græcè doctiſſimi de ſignificatione hujus vocis. At non ab illis, ſed ab Hippocrate petenda, quæ huic loco conveniat interpretatio. Illi ὁμόχροια eſt externa corporis ſuperficies, cutis, & quidvis aliud, quod interiora continet, & illis opponitur. Sunt qui συνάφειαν vel συνέχειαν, exponant. Hinc & Herodoto lux, cujus verba ab editoribus & Lexicographis qui non intelligebant depravata. Ait Herodotus de Lydorum & Medorum in firmandis fœderibus ritu, lib. I. pag. 33. E. ἐπειὰν τὰς βραχίονας ἐπιλάμωνται εἰς τὴν ὁμοχροίην, τὸ αἷμα ἀναλείχωσι ἀλλήλων. *Poſtquam brachiorum ſummam cutem ſecuerunt, mutuum ſanguinem delingunt.* quod eadem de re loquens, lib. IV. pag. 279. C. τύψαντες ὑπείαι ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος. *Percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulum corporis.* Eſt igitur εἰς τὴν ὁμοχροίην, non profundè & cum periculo internarum partium facto vulnere, ſic tamen ut ſanguis eliciatur; quod Angli vulgò dicunt, *to the quick*, Apage igitur imperitam correctionem, εἰς αἱμαῤῥοίην. Sed & de voce ὑπείαι, de qua parum ſibi conſtare fatentur interpretes, quæ mea ſententia ſit exponerem, niſi aliò feſtinarem. Ἀψικάρδιον, Senecæ, *quod in partem interiorem animi; quod in præcordia ima*; vel ut alibi, *quod in pectus uſque deſcendit*: cui opponit, *qua ſummam tantùm cutem ſtringunt*, vel, *rumpunt.* Etiam vox Antoniniana παράπηγμα, ex hoc eodem, aut valdè fallor, Dialogo prompta. Inter alia enim quæ ibi Socrates, ſunt & iſta, καὶ τὰ τοῦ κόσμου παθήματα παρωκήξασθαι εἰς τὸν ἀιῶνα. Serrarius verò quàm pueriliter in iſtorum verborum verſione labitur! Sed nos non id nunc agimus.

Ibid. lin. 10. ἡ ἐμπεφυρμένη] Ἐμπεφυρμένη ſubſtantivè, ut εἱμαρμένη: niſi fortaſſe ſubſtantivum ψυχὴ, quod exciderit, reſtituendum ſit. Plato in Phædone, pag. 50. C. ὅτι ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῖν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ. *Quamdiu corpus habemus, animiſque noſter tanto malo erit admixtus.*

Pag. 267. lin. 11. 12. πρὸς πᾶν τὸ π. τὸ ἐκ τῆς αἰτίας σ.] Scribo, πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὴν ἐκτὸς αἰτίαν συμβαῖνον, Infrà, cap. 31. ἀταραξία μὲν περὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμβαίνοντα, &c. *Mentis tranquillitas tibi ſit in eis, quæ ab externa cauſſa proficiſcuntur*, &c. Vide & ſuprà in pag. 262. lin. 14. φερόμενος, &c.

Pag. 268. lin. 8. 9. ὅσα ὀρ. καὶ ἔμψ. πάντα. Ὅσα] Malim, ὅσα ὀρ. καὶ ἔμψυχα. Πάντα ὅσα, &c.

Pag. 268. lin. 17. πᾶν τὸ κοινῆς νοερᾶς φύσεως] Expende ſequentia, & ſenſum poſtulare, ni fallor ego, judicabis ut ſcribatur, πᾶν τὸ κοινῆς ἀλόγου ᾗ ν. φ. vel, τὸ κοινῆς ψυχῆς ᾗ ν. φ. Confer cum lib. VII. cap. 14. εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς, &c. & lib. XII. cap. 30. μία νοερὰ ψ. &c. Verte igitur, *Itaque omne quod communis alicujus ſive animæ ſive mentis eſt particeps*, &c.

Pag. 270. lin. 1. καὶ ἐκ διεσηκότων τρόπον τινὰ ἕνωσις] Non ἁπλῶς, ἕνωσις, ſed τρόπον τινὰ ἕνωσις, ait Antoninus: cautè & doctè, ut omnia. Nam propriè & præciſè loquendo τὰ ἐκ διεσηκότων σώματα ex veteris philoſophiæ placitis illis opponuntur, quæ ἡνωμένα proprio titulo nuncupata. Plutarchus in Γαμικοῖς παραγγ. Τῶν σωμάτων οἱ φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεσώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ σόλον καὶ σρατόπεδον. τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν. τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐσὶ τῶν ζώων ἕκασον. Quorum Latina interpretatio ex Pomponio ad Sabinum, Dig. lib. 41. t. 3. l. *rerum*, peti poteſt: cujus hæc verba; *Tria autem genera ſunt corporum. Unum quod continetur uno ſpiritu*, (vide quæ jam ſuprà, in pag. 176. lin. 5. 6.) & *Græcè ἡνωμένον, i. unitum vocatur, ut homo, lignum, lapis*, & *ſimilia. Alterum quod ex contingentibus*, h. e. *pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον*, i. e. *connexum vocatur, ut ædificium, navis, armarium. Tertium quod ex diſtantibus conſtat, ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubjecta, velut populus, legio, grex.* Hinc Aſtronomis ἀσὴρ & ἄσρον diſtincta, quorum illud σῶμα ἡνωμένον; hoc autem ἐκ διεσώτων; ut apud Achillem Statium in Aratum tradit

Conon

Conon ὁ μαθηματικὸς, i. e. Aſtronomus: (quæ apud veteres, interdum, Græcos Latinoſque verbi *Mathematici* notio) ſeu aſtrologus. Sed quia magni in veterum ſcriptorum lectione uſus eſt vetus hæc rerum corporumve diviſio, & adeò non obvia, ut etiam doctiſſimis interdum viris parum perſpecta videri poſſit, ipſa Statii, ſive Cononis potiùs, verba præſtat hic apponere. Παρελήφησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικὸς σώματα λέγεσθαι ὅσα ὑπὸ μιᾶς ἕξεως ἡνωμένα κρατεῖται, οἷον λίθος, ξύλον. ἔστι δὲ ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικόν. συνημμένα δὲ, ὅσα οὐχ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως δέδεται, οἷον πλοῖον, καὶ οἰκία. τὸ μὲν γὰρ ἐκ πόλλων σανίδων. ἡ δὲ ἐκ πόλλων λίθων σύγκειται. διεστῶτα δὲ, ὡς χορὸς. τῶν δὲ τοιούτων δίττας αἱ διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἐξ ὡρισμένων σωμάτων καὶ ἀριθμῷ λεπτῶν, ὡς χορὸς. τὰ δὲ ἐξ ἀορίστων, ὡς ὄχλος. ἕν ὂν ὁ μὲν ἀστὴρ, σῶμα ἡνωμένον. τὸ δὲ ἄστρον, ἐκ διεστώτων καὶ ὡρισμένων. ἀριθμὸς γὰρ ἀστέρων ἐφ' ἑκάστου δείκνυται. *Conon mathematicus obſervavit corpora dici, quæ uno habitu unita continentur, quale lapis, lignum. habitus verò eſt ſpiritus corpus conſtringens. compacta autem quæcumque uno habitu non vinciuntur, quale navis & domus. illud enim ex pluribus aſſeribus, hæc verò ex pluribus lignis compingitur. diſtantia verò ut chorus. talium autem duæ ſunt differentiæ. nam illa quidem ex corporibus definitis & numero parvis, ut chorus. illa autem ex indefinitis, ut populus. ſtella igitur eſſet corpus unitum. ſidus autem ex diſtantibus & definitis. numerus enim ſtellarum per ſingulas ſit manifeſtus.*

Pag. 273. lin. 22. νεκρὸν βαστάζοντα, ὥστε] Suprà IV. cap. 41. ψυχάριον εἰ βαστάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος ἔλεγεν. *Animula es, cadaver geſtans, ut dicebat Epictetus.* Cætera quò ſpectent, compertum non habeo. An ita fortaſſe meliùs, ὥστε ἐνεργέστερον κροκτεῖν. Τὸ, &c. *Ut tantò cadant* (unde & πτώματα, *cadavera*) *operoſiùs.* Hoc ſi placet, Τὸ τῆς νεκύας aliquid alludit, quod vel in Homericâ νεκύᾳ, vel in notâ aliqua ſolennique nænia.

Pag. 277. lin. 1. Ὡς ἐντελῆ καὶ τὰ πολιτικὰ ταῦτα] Erunt fortaſſe quibus obſcuriora videbuntur, quæ hoc toto capitulo, ac proinde ſuſpecta. Ego quod hic mihi præcipuè propoſitum, textum integerrimum in me recipio: ſenſum autem ſi non obvium, certum tamen eſſe, & qui clariſſimus, ſi in illum vacaret hic inquirere, reddi poſſit.

Pag. 279. lin. 12. 13. γινομένων, συγγινομένων, ἀπογινομένων] Πραγμάτων, an ἀνθρώπων? hoc malo. Vide lib. x. cap. 13. & 17. Quod ſi ad homines referas, tum τὸ συγγίνεσθαι ad mores & converſationem pertinet. Vide & lib. XII. cap. 24. καὶ τὴν πολυτροπίαν, &c.

Pag. 280. lin. 2. καὶ τὸν ἀίδιον αἰῶνα] Ità rectè puto habere; & ut ita putem, ſimilia Antonini loca collata faciunt. Neſcium tamen te nolo, lector, in utraque Xylandri editione καὶ τὸν ἴδιον αἰῶνα, excuſum eſſe.

Pag. 282. lin. 7. ἀλλὰ πρὸς τοὺς θεούς] Cenſeo Antoninum ſcripſiſſe πρὸς τῶν θεῶν, *per deos*; uſitatâ (etiam Arriano ſæpe) adjurationis formula. Nam alioquin cùm nihil de hominibus præceſſerit, de ſimplicitate erga Deos ut hîc agat non opportunum ſatis videtur. De ἁπλότητι verò & χρηστότητι erga homines, vide IV. cap. 37. & X. cap. 32. Μηδενὶ, &c. Opportunè autem per deos adjurat, quia perfecta χρηστότης illis præcipuè competit. Lib. VIII. cap. 34. Ἀλλὰ σκέψαι τὴν χρηστότητα, &c. & lib. IX. c. 11. ὅτως εἰσὶ χρηστοί.

Ibid. lin. 17. ὑποκρίνῃ, συναγελάζει, βόσκῃ] Scribo, ἀποκρίνει, συναγελάζεται, βόσκεται; aut συναγελάζει, βόσκει; abſolutè & intranſitivè, ut vulgò loquuntur, qualia innumera apud Græcos Latinoſque. Etiam lib. VI. cap. 16. συναγελάζεσθαι, & τρέφεσθαι, & ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα, ut naturâ affinia ſimul poſita.

Pag. 283. lin. 1. 2. ἢ θηριώσαι δ'.] Næ θηρίον & merum prodigium vox θηριώσαι hoc loco, ſive ſententiam, ſive ſyntaxin & verborum contextum reſpicias. Si conjecturis locus eſſet, multa in mentem (ut αἰσθριάσαι, ἐλευθερῶσαι, &c.) veniunt, quæ non incommoda videri poſſint. Sed conjectura plus quàm probabilis, vocem totam ut ſpuriam & irreptitiam, εἰς κόρακας ablegandam. Primò, contextus non requirit; imò quicquid ſubſtituas, tale erit, ut melius abeſſe poſſit, ſi ſequentia expendas. Secundò, Xylander in ſuo codice non videtur invenîſſe, ut ex verſione conjicio. Tertiò, in Manuſcripto Codice Hæſchelii non omninò comparet, cujus hæc ſcripturâ eſt, Ἤτοι ἠδὴν δύναται οἱ θεοὶ, ἢ δύναται. Valeat illa ſanè, dices fortaſſe; ſed quid tamen hùc illam primùm intruſerit, libenter ſcirem. Dicerem, ſi divinus eſſem; dicam tamen quod in mentem, non ut omninò verum, ſed ut à vero non alienum mihi venit. Scripſerat fortaſſe aliquis ad oram tàm inſigni loco vulgare illud Græcorum Grammaticorum Σημείωσαι. cætera quivis facilè conjiciet.

Pag. 285. lin. 4. 6. καταφρεάζεσθαι] Metaphoricè dictum puto de eo, qui oculos ſibi oblini, & obnubi patitur, totumque ſe facit alieni juris. Heſychius καταφρεάζεις ψυχὰς, τὰς ἐπισκοτισμένας, καὶ μὴ τὸ μέλλον εἰδυίας, *animas obtenebratas, & quod futurum eſt neſcientes*, (quod ab hoc quod diximus non valdè remotum eſt) interpretatur. Ad ægrotos autem meritò transferatur, qui Medicis per omnia (unde & *in medicorum poteſtate* tales *eſſe* dicuntur à Latinis) morigeri ſunt & obſequentes. Poſſis etiam fortaſſe ad vincula & ligaturas; & id genus alia ſeu medicorum ſeu chirurgorum propiori ſignificatione referre. Porrò ejuſdem argumenti apud Diogenem Laërtium extat Epiſtola, quam morlens Epicurus ad Idomeneum quendam ſcripſiſſe perhibetur: de quâ quod Ciceronis jàm olim judicium fuerit, digna res eſt, quæ à prudenti lectore, ne ſibi ab infami impoſtore verba dari patiatur, diligenter animadvertatur. Extat illud Tuſcul. Quæſt. lib. V. *An Epicuro qui tantum induit perſonam philoſophi*, &c.

NOTÆ IN LIBRUM X.

Pag. 288. lin. 4. 5. τῆς φιλητικῆς καὶ στρεπτικῆς διαθέσεως] Pro στρεπτικῆς haud dubito fore qui στρεκτικῆς præferant, quod nec mihi improbatur, ſi affectum illum animi, quo φιλεῖν & σίργειν τὰ παρόντα καὶ τὰ συμβαίνοντα (de quo toties Antoninus) dicimur, intelligamus. Poteſt tamen & vulgata lectio retineri, ſenſu non minus probo, qui ex collatione cum lib. V. cap. 15. Οὐδ' ἂν ὁ ἐλαττωτικὸς ἑαυτῷ, &c. & lib. III. c. 5. Ἐν δὲ τὸ φαιδρόν, &c. apparebit.

Pag. 290. lin. 22. Εἴτε ἄτομοι, εἴτε φύσεις] Ita utraque Xylandri editio; ita citant & viri maximi; ſed omninò ſcribendum, Ἤτοι ἄτομοι, ἢ φύσις. Ita conſtanter Antoninus iſta opponit. lib. IV. cap. 3. ἀναπεσσάμενον τὸ διεζευγμένον, ἤτοι πρόνοια, ἢ ἄτομοι, &c. *reduc tibi in memoriam diſjunctivum illud, aut nummis providentiâ, aut atomorum concurſu*, &c. Lib. XI. cap. 18. ἄναθες δὲ ἔτι καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ, Εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἢ τὰ ὅλα διοικοῦσα. *quin & altius rem repete, vel atomos obtinere, vel naturam univerſa diſponere.* Vide & lib. IX. cap. 34.

Pag. 292. lin. 22. τῷ ἰδίως ποιῷ ὑδεῖ ὄνῃ] Senſum in verſione expreſſi, quem è verbis commodiſſimum elicere potui. Qui Origenis objectiones contra vulgatam de corporum *in individuo*, ut loquuntur, reſurrectione opinionem apud Methodium, & Epiphanium legerunt, non locupletiorem alium deſiderabunt horum verborum enarratorem. Quod enim Antoninus hîc paucis, id Origenes apud illos pluribus proſequitur & confirmat verbis. Verba ſic non malè ſcribi poſſe conjicio: πρωτπλέκει. τῷ ἰδίως ποιῷ ὑδεῖ φύνῃ (vel ὄνῃ, id eſt, ὄντως, *reverâ*) πρὸς τὸ νῦν ληγόμενον. Quid ni enim, ut φθίνον & φθινόμενον, δύνον καὶ δυνόμενον & id genus alia non pauca nullo diſcrimine, ita & ληγόμενον (etſi non occurrat exemplum) pro eo quod magis uſitatum λῆγον? Si cui tamen hoc nimis audax & temerarium videatur, poteſt & τὸ λειγόμενον, (*de quo nunc agitur*) in eandem ſententiam non malè retineri.

Pag. 293. lin. 4. 5. καὶ ἀπολλύες ταῦτα τὰ ὀνόματα.] Scribo, καὶν ἀπολλύεις ταῦτα τὰ ὀνόματα ταχέως, &c.

Pag. 298. lin. 3. ἤτοι γὰρ ἃ λῃσαὶ, ἐὰν τὰ δόγματα ἐξετάζῃς] Sarmatici belli, ab Antonino fœliciter confecti, gloria quanta fuerit, (unde & illi Sarmatici titulus) docent Hiſtorici. Porrò re benè geſtâ quam ſoleant victores milites *ad ſuperbiam ferociamque & immodicum*, ut apud A. Gellium Cato, *modum* inſoleſcere neminem latet. Vanam igitur illorum ſuperbiam & inſolentiam ridet hic fortiſſimus idemque prudentiſſimus Imperator: non quòd quicquam veris militibus, qui juvandæ patriæ aut juſtitiæ inter homines tuendæ cauſſa ſtipendia mereantur, (quid enim vel ad præſens tempus, vel ad omnem poſteritatis memoriam glorioſius?) & propriam ſalutem publico poſtponunt bono, detractum velit; ſed quòd eis plerique qui caſtra ſequuntur ſint moribus, ut prædam potiùs venari, quam quid æquum aut iniquum, quid publicè proſit aut obſit, ſpectare videantur. Quod ait Antoninus, *ſi dogmata eorum ſpectes*, indè eſt, quia non è factis, ſed ex opinionibus quæ ad faciendum impellunt, pendet vera laus, aut vituperatio: ut tot locis inculcat Arrianus. Nemo igitur verè fortis, niſi qui veris dogmatibus imbutus ad pericula ſubeunda non impetu temerario aut naturali temperamento, ſed certâ ratione promptus & paratus eſt. Hinc & Seneca de fortitudine, Epiſt. 85. *Non eſt enim fortitudo inconſulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio. Scientia eſt diſtinguendi, quid ſit malum, & quid non ſit; diligentiſſima in tutela ſui fortitudo eſt, & eadem patientiſſima eorum, quibus falſa ſpecies malorum eſt.* Cæterùm ut olim *latro*, qui nunc miles apud Latinos; ita in ſacro Codice, Gen. x. 9. גבר-ציד, *robuſtus venator*, (quod Græcis Bibliorum Interpretibus γίγας κυνηγὸς) pro ſtrenuo bellatore. Quæ fortaſſe ipſa fuere verba veteris Phœniciæ Inſcriptionis, quæ verbis Græcis apud Procopium Vandalic. II. ita redditur: Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου τοῦ λῃστοῦ, υἱοῦ Ναυῆ. *Nos fugimus à conſpectu robuſti bellatoris, filii Nave.* Certè λῃστεία ſive captura hominum, venationis ſive θήρας ſpecies & ab Ariſtotele Politic. l. I. cap. 50. conſtituitur. Vide & Habac. cap. I. verſ. 15, 16. ubi *hamus, ſagena*, & *rete*, de numeroſo qui omnia longè latéque vaſtet & perdat exercitu. Venatio autem ferarum, ad efferandos, an mitigandos animos hominum & à mutuis cædibus avertendos plus conferat, diſpurat, ſi bene memini, Plutarchus tractatu, Terreſtria an aquatilia animalia ſint φρονιμώτερα, ipſo initio.

Pag. 299. lin. 8. 9. ἐυμενῶς] Ἐυμενῶς, an, ἐν μόνῳ, vel, τὸ ἓν μόνῳ ſcripſit Antoninus? vide lib. VII. cap. 7. Vide tamen & XI. cap. 9. ubi in eadem re vox ἐυμένεια.

Ibid. lin. 14. ἄριστον γὰρ καταξυγχάνειν τούτῳ] Puto Antoninum vel ad proprietatem verbi ἁμαρτάνειν intendere, quod aberrare à ſcopo propriè ſignificat; vel ad uſum forenſem formularum iſtarum κατατυγχάνειν, & ἐκπίπτειν, ſeu ἀποπίπτειν τῆ δικαίᾳ, pro cauſſa ſuâ cadere, &c.

Pag. 302. lin. 2. οἷοι ἀνδρονομέμενοι καὶ γαυρώμενοι] Ἀνδρονομᾶσθαι verbum non alibi mihi repertum: qualia quamvis in Antonino noſtro plura, eò tamen inclino, ut ἀγοραναμᾶσθαι non ἀνδρονομεῖσθαι, tam facili ex altero in alterum librariis oſcitantibus lapſu, ſcripſiſſe putem. Major enim ſoni (neque tamen illa magna) quàm ſcripturæ, ſi quis attendat, ſimilitudo. Dionyſius Halicarnaſſeus de Ædilibus Rom. Antiq. Rom. lib. VI. pag. 411. Ἐπιτέτραπται δὲ αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα, καὶ σχεδὸν ἁπάντων ὡς κατὰ τὸ πλεῖστα τοῖς πάρ' Ἕλλησιν ἀγορανόμοις. *Commiſſa verò*

eis ſunt multa ac magna res; ſuntque maxima ex parte Græcorum ἀγορανόμοις, id eſt, fori & rerum venalium arbitris, ſimiles. Præterea Ædilitatem non ſplendidiſſimum tantùm & latiſſimi per ſe imperii magiſtratum fuiſſe, ſed & ad ſummos honores viam ſtraviſſe, notum eſt. *Ædilitatem gerere* proverbialiter à Plauto dictum alicubi pro, imperioſum eſſe. Idem in Captivis, Act. IV. Scen. 2. n. 43.

Euge edictiones (alii, *dictiones*) *adilitias hic habet quidem:*
Mirúmque adeò eſt, ni hunc fecere ſibi Ætoli agoranomum.

pro quo paulò antea dixerat, n. 31.

Baſilicas edictiones, atque imperioſas habet.

Pag. 303. lin. 4. 5. *μήτι δ' ὕτω*] Scribe, *Μήτι δ' οὐχ' ὕτω.*

Pag. 304. lin. 7. 8. *τὰ τῦ Πλάτωνος, Σηκὸν ἐν ὄρει*] Plato in Theæteto. Citat & Theodoretus, Epiſc. Therapeut. lib. 1. & ultimo. *Σηκὸς*, eſt purum putum Hebraicum סך vel סככה: quod ideo moneo, quia radix Hebraica סכך optimè convenit cum Græci verbi quod hic eſt, *περιβάλλεσθαι*, ſignificatione. In ſequentibus verbis elegans alluſio ad ambiguam verbi *βάλλειν* ſignificationem, quod ut propriè (nec id aliunde quàm ex monte aut loco edito commodius) jacere, & jaculari ſignificat; ita metaphoricè tum ad cogitationes animi, ut hoc ipſo libro, cap. 11. *ἓδ' εἰς νῦν βάλλεται*; tum ad ſermonis uſum transfertur: unde *πρόβλημα*; pro quo ſimplex hic *βλῆμα* poſuit Antoninus. De ſcopo Antonini in his verbis, vide quæ notamus ſuprà, in lib. 5. pag. 164. lin. 8. *Οὔτε τραγῳδὸς*, &c.

Pag. 307. lin. 11. *ὅμοιον καὶ ὁ οἰμώζων*, &c. *τὴν ἔνδεσιν*] Manuſcriptum Hæſchelii meliùs *ὅμοιος*. Non aliam autem hic *ἔνδεσιν* intelligit Antoninus quàm quæ Sancto Paulo vocem magni affectus expreſſit, *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τῦ σώματος τῦ θανάτυ τύτυ*; *Ærumnoſus ego homo: quis me eripiet ex iſto corpore mortis?* Rom. 7. v. 24. De hâc animæ alligatione multa paſſim philoſophi; ſed ut rivuli tamen omnes ab uno fonte, divino Platone, derivati. Totus ferè Phædon hujus eſt argumenti; pauca ex multis, quæ ſufficiant huic loco, proferemus. *Παραλαβοῦσα τὴν ψυχὴν ἡ φιλοσοφία ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ ὥσπερ δι' εἱργμῦ* (quod Sanctus Paulus, *δι' ἐσόπτρυ ἐν αἰνίγματι*, 1 Cor. 13. 12.) *διὰ τύτυ σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα, ἀλλὰ μὴ αὐτὴν δι' αὐτῆς, καὶ ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κυλινδυμένην, καὶ τῷ εἱργμῷ τὴν δεινότητα καλλιδῦσα, ὅτι δι' ἐπιθυμίας ἐστὶν, ὡς ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλλήπτωρ εἴη τῷ δεδέσθαι. ἠρέμα παραμυθεῖται καὶ λύειν ἐπιχειρεῖ, ἐνδεικνυμένη, &c.* quorum verborum hæc ſumma eſt: *Animam corpori alligatam, & agglutinatam, in eo quaſi in ergaſtulo vinctam & captivam degere; in ejuſmodi ergaſtulo ignorantia tenebris, quæ ex innatis corporis cupiditatibus & libidinibus oriantur, obſeſſam, non tam res ipſas quàm rerum umbras & falſas ſpecies, oculis, non ſuis, ſed corporeis & fallacibus aſpicere. Animæ ſic laboranti & oppreſſæ, quæ conſoletur, & pro virili ſuccurrat, occurrere philoſophiam.* Idem ibidem verbo *ἐνδεθῆναι* (unde Antoninianum hic *ἔνδεσις*) non ſemel utitur. *Alligationem* autem, verſionem Xylandri retinui, quod *alligandi* verbum Senecæ de vinctis & captivis uſitatum. At idem alibi, *alligatos* inter, *adſtrictos*, & *aſtrictos* hâc ipſâ in re ſubtiliter diſtinguit: ſed nobis has verborum minutias excutere non hic animus. Ad rem quod attinet ipſam, non eò trahendus Antoninus, quaſi rideret illos, quibus grave hoc fragilitatis humanæ jugum, ut ſuſpiria illis & querelas exprimat; cui enim magis quam ipſi Antonino, ut ex his ejus libris agnoſcimus? ſed ut illos, qui queri contenti, & iniquitatem fati miſerabiliter accuſare, animo deſpondent ignavi, & auxilia à ratione & philoſophiâ verâ, quibus in libertatem ſe aſſerant, petenda, nulla ſibi provident: qui de ordine mundi malè exiſtimant, & *emendare* (quod alicubi Seneca) *malunt Deos, quàm ſe.* Κλινίδιον autem eſt *lecticula lucubratoria*, ut Suetonius in Auguſto loquitur; de quâ conſulantur ibi, ſi quis plura de eâ noſcere velit, eruditiſſimi commentatores.

Pag. 311. lin. 14. *καὶ ὁ πάσχων αὐτὸ*] Scribo, *καὶ ὁ πάσχων αὐτὸς*; non *αὐτὸ*.

Ibid. lin. 25. *Τῷ δεδηγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογμάτων*] Ita ſcribo cum priori Xylandri editione, non ut in ſecunda (repugnante tamen & illic ipſa Xylandri verſione) *δεδηγμένῃ*. Longa mihi per literas cum viro amico & docto, ſed *ἰχνογνωμονεστέρῳ*, ſuper hoc loco velitatio fuit, cum ille multa comminiſceretur, & quidvis potius, ſi *δεδογμένῳ* non placeret, quàm *δεδηγμένῳ* reſcribi debere acriter contenderet: ego contra non minore confidentia, non modo hanc veram eſſe lectionem, ſed nihil in toto Antonino hoc verbo, & hâc alluſione vel acutius vel elegantius occurrere. Cùm enim rabidi morſus ea vis ſit, & ex tantilla cauſſâ tam prodigioſi ſæpe conſequantur effectus, ut inter arcana naturæ nihil prope ſit, quod magis admiratione dignum ſit; non potuit Antoninus ſanæ rationis & philoſophiæ ſummam ad immutandos & quaſi transformandos animos vim & efficaciam aptiori alia ſimilitudine declarare. Sed & antea jam lib. VI. cap. 57. error & ignorantia quantum poſſint in vita communi docturus, hoc ſimili uſus eſt. Addebam præterea non Antoninum ſolum ſic loqui, adducto Luciani (aut quiſquis autor eſt illius Dialogi) ex Philopatride, ſeu *Διδασκομένῳ* loco, *Ἐδήχθην γὰρ τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις, ὡς ὑπὸ κυνὸς λυτ]ῶν*. *Morſus enim ſum verbis à te modò dictis, perinde ut à cane rabioſo.* Sed hæc & id genus alia hominem adeò non movebant, ut nova multa comminiſci non ceſſaret, quibus ſententiæ meæ, ut rebatur ipſe, abſurditatem argueret. Quare cum neuter alteri perſuaderet, aliud tandem agere coacti ſumus. At ecce tibi poſt aliquot annorum inter nos hâc de re ſilentium, bonum factum, veniunt inexpectatò literæ, quibus errorem ſuum agnoſcit, & herbam, quod ajunt, ultrò porrigit, nuper enim incidiſſe ſe in ipſiſſimum (qui mihi in mentem non venerat) Platonis locum, quem Antoninus his verbis reſpexiſſe minimè dubitet. Platonis quem indicavit locus hic eſt, in Convivio extremo, pag. 1203. F. *Ἔτι δὲ τὸ τῦ δηχθέν]ος ὑπὸ τῦ ἔχεως πάθος καὶμὲ ἔχει*; quo expoſito, pergit; *ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρυ, καὶ τὸ ἀλγεινότατον* (Serranum enim interpretem non audio, qui *ἀλγεινοτάτυ* in margine corrigit; multò minùs quod in verſione ſecutus eſt, amplectendum cenſeo) *ὧν ἄνλις δηχθείη. τὴν καρδίαν γὰρ ἢ ψυχὴν, ἤ ὅ, τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἷ ἔχουσιν ἐχίδνης ἀγριώτερον, νέα ψυχῆς καὶ μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται, καὶ ποιῶσι δρᾶν τε καὶ λέγειν ὁτιῶν. καὶ ὁρῶν ἂν Φαίδρυς, &c. Præterea, ut qui à vipera morſi ſunt, haud aliter & ego affectus ſum, &c. Ego igitur & ab eo quod acerbius afficit, morſus; & ea parte morſus qua una acerbiſſimis eſt obnoxia maximè doloribus, ſive cor, ſive animum, ſive quomodocunque id appellandum ſit, ſaucius cupiditate in philoſophia ſermonum, qui acrius quàm vipera mordent, & occupant, ſi quando aſtigerint juvenilem animum, qui non penitus ignarus ſit: compellantque ad quicquid tandem ſit faciendum atque dicendum, ac imtuens Phædros*, &c. Similitudinem quam Plato duxit à morſu viperæ, Antoninus à canis rabioſi (eſt enim *λύσσα* & *ὑδροφοβία* de morſis à cane rabioſo, propriè; ut ex Galeno conſtat & Dioſcoride) morſu petere maluit, ſed eadem utrobique ratio ſimilitudinis, eadem verbi *δηχθῆναι* metaphora. Ita factum eſt, ut qui prius ſententiæ meæ acerrimus oppugnator, idem nunc opportuno hoc Platonici loci indicio confirmator eſſet *ἀνακλίρωτος*. Cæterùm ratio ſimilitudinis clarior erit, ſi verba Antonini ita ſuppleantur; Ut qui à cane rabioſo morſus eſt, niſi tempeſtivè curetur, his inter alia argumentis affectum ſuum prodit, quòd ſolito triſtior & pavidior (*vigilia & ſomnus perturbatus, timor ſine cauſſa*, ait Sennertus inter ſigna diagnoſtica. *Demorſus ſolito triſtior & cogitabundus eſt, hominum conſuetudinem conſpectumque fugit*, &c. Palmar. de morbis contagioſis. *κοπρὸν βλέπει καὶ συγγένεσι τὸ συνήθους; torvum ac ſolito triſtius intuetur*, & mox quibuſdam de *ὑδροφοβίᾳ* interjectis, *καὶ τινὲς μὲν φίνγυσι τὸν αὐχένα, τινὲς δὲ τρύχονται συνεχῶς. ex hoc mali genere correptis ſunt qui ſplendorem lucis refugiant, alii aſſiduo dolorum cruciatu conficiuntur.* Dioſcor. *Θηρ.* c. 1.) evadat, tandemque morbo confirmato in *ὑδροφοβίαν* incidit, ut aquam, liquida & pellucida omnia, ad furorem & inſaniam horreat & fugiat, ita, &c. Porro ad *ἀφοβίαν* & *ἀλυπίαν* quantum momenti ſit in humanæ fragilitatis conſideratione, docent & illa ſancti prophetæ: *Quis tu ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcit?* Eſ. 51. 11, 12. & alibi: *Quieſcite ab homine* (ne vos odio gratiáve ſuâ vehementiùs afficiat) *cujus ſpiritus in naribus eſt: nam quanti* (qui talis) *eſtimandus eſt?*

Pag. 313. lin. 1. 2. *ἐπιφημῶντα*] Manuſcriptus Hæſchelii *ἐπιν-φημῶντα*.

Pag. 314. lin. 7. *Οὐδεὶς ἐφ' ὅτως ἔυτοτμος.*] Quàm verus hic vates & ad extremum vitæ ſpiritum adeóque in extremo ipſo agone ſpirituque, propoſiti tenax Antoninus fuerit, teſtis (ſi ſtamus ejus teſtimonio) locuples Dio, qui narrat Antoninum non ex morbo quo laborabat ipſo, periiſſe, ſed medicorum, qui Commodo ſucceſſuro gratificari ſtudebant, immani ſcelere & perfidia: Antoninum autem morientem, cùm quid ageretur non ignoraret, non tantùm diſſimulaſſe, ſed ne filii parricidio ſublatus videretur, militibus & tribuno poſtremis verbis ipſum commendaſſe. Dionis verba ſunt hæc lib. 71. pag. 814. E. *Τῇ ἐπταικαιδεκάτῃ τῦ Μαρτίυ μετὰλλαξεν, οὐχ' ὑπὸ τῆς νόσυ ὢν καὶ τότε ἐνόσησεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. ὡς ἐγὼ σαφῶς ἤκυσα, τῷ Κομμόδῳ χαριζομένων. μέλλων ὧν ἀποθνήσκειν, τῦτόν τε τοῖς στρατιώταις παρασκατέθετο, (εἰ γὰρ ἤθελε δοκεῖν ὑπ' αὐτῦ θνήσκειν) καὶ τῷ χιλιάρχῳ τὸ σύνθεμα αὐτῦτι ἔφη, Ἀπέλθε πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα. ἐγὼ γὰρ ἤδη δύομαι. Deceſſit è vita decimo ſeptimo Martii die, non morbo quo laborabat, ſed (ut ego certò acceperi) peremptus à medicis, qui Commodo gratificabantur. Quùmque eſſet morti proximus, Commodum militibus commendavit, (nolebat enim videri, ut mors ſibi ab illo afferretur:) tribunoque militum teſſeram poſtulanti reſpondit; abi ad orientem. Ego enim jam ad occaſum commeo.*

Pag. 315. lin. 13. *ἐκεῖνο ῥητορικὸν*] Vide quæ ſupra ad pag. 38. lin. 3. *Μηκέτι καθ' ὁρμὴν*, &c. notavimus.

NOTÆ IN LIBRUM XI.

Pag. 318. lin. 12. *Ὡδῆς ἐπιτερπῶς καὶ ἐρχ. καὶ π.*] Capitolinus in vita Marci; *Amavit pugilatum, luctamina & curſum, & aucupatus, & pilâ luſit apprimè, & venatus eſt*; non exercitii tantùm cauſſâ; ut cenſent ibi viri docti, ſed oblectationis, & voluptatis, ut ex his ejus verbis in promptu colligere eſt. Non enim eo nomine ſibi ipſe ſuccenſuiſſet, aut de remediis (quod facit hic) cogitaſſet, ſi tuendæ modò valetudinis cauſſâ illa adhibuiſſet. Antonini mentem melius intelliget, qui cum Senecæ non diſſimili, alia quamvis in re, conſilio conferet. Ita ille de ira lib. II. cap. 28. *Maximum remedium eſt ira, mora. Nec ab illa pete initio ut ignoſcat, ſed ut judicet: deſinet, ſi expectat. Non univerſam illam tentaveris tollere: graves habet impetus primos: tota vincetur, dum partibus carpitur.* Alibi de paupertate loquens, vocat hoc, *artificium diducendi, cùm ſingula ſuſtineri poſſunt, quæ collata non poſſunt.* Vide & decimo libro, cap. 29. *Κατὰ μέρος*, &c.

Pag. 319. lin. 5. *μὴ κατὰ ψιλὴν παράτυξιν, ὡς οἱ Χριστιανοὶ*:] *Obſtinationem* Chriſtianis Martyribus à gentilibus objici vulgò ſolitam, notum vel ex Tertulliano. *Illa ipſa obſtinatio quam exprobratis*, ait ille Apologetico extremo. Idem ad Nationes lib. I. cap. 18.

Re-

Reliquum obſtinationis in illo capitulo collocatis, quod neque gladios, neque cruces, neque beſtias veſtras, non ignem, non tormenta ob duritatem ac contemptum mortis animo recuſemus. Idem de Spect. cap. 1. *Sunt qui exiſtiment Chriſtianum expeditum morti genus, ad hanc obſtinationem abdicatione voluptatum eruditi*, &c. Primus, quod ſciam, Plinius objecit in Epiſtola (quæ lib. x. 97.) ad Trajanum notiſſimâ. Arrianus autem & ipſe Chriſtianorum (quos Galilæos ille vocat) exemplum in eundem planè quem Antoninus hîc adducit finem: ſed quod Antoninus obſtinationi, ille conſuetudini tribuit. lib. IV. cap. 7. περὶ ἀφοβίας. Παράλαξιν etiam apud Euſebium de Chriſt. Martyribus, ſed in bonam partem, legere memini: pro quo ibidem ἔνστασις ſæpius occurrit.

Pag. 322. lin. 10. Μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία:] Plane quod Horatius, poſt Theſpidem & Æſchylum, veteres poëtas Tragicos, commemoratos,

Succeſſit vetus his Comœdia, non ſine multa
Laude; ſed in vitium libertas excidit & vim
Dignam lege regi.

Vir ſummus & illuſtris inter doctos jam pridem famæ, qui iſta omnia in Horatio confuſa & tranſpoſita tanto contendit opere, quid Antonino reſponſurus ſit, ipſe ſi vacat & liber, videbit: ego non video.

Pag. 324. lin. 4. § Ὁμοθαμνεῖν μὲν, μὴ ὁμοδογματεῖν δὲ] Poterant hæc cum ſuperioribus conjungi, & in unum caput concludi, quæ nobis hic bina: eſt enim quædam argumenti inter iſta cohærentia, aut ſaltem non abruptus tranſitus. Maluimus tamen, ut in aliis non paucis, diſtinguere; quòd diverſa res hic agatur, nec ita verbis cohæreant, ut ſine detrimento ſenſus ſeparari nequeant. Compoſita vox ὁμοθαμνεῖν, non obſcura illa quidem, non tamen hactenus alibi mihi reperta. Malui autem, *ex eodem ſenticeto*, quàm aut arbuſto, aut arbore dicere, quòd alluſio Plautina, *τὸ ſentire ex ſenticeto*,

Non enim es in ſenticeto, eò non ſentis:

Capt. Act. IV. ſc. 2. n. 80. derivans, ut ut feſtivior quàm verior, ad rei tamen ipſius explicationem non intempeſtiva videretur. Magna enim in re ſimilitudo, cogitationibus hinc inde variis ac conſertis haud ſecùs in animo, quàm ramis in arbore, aut ſurculis, in arbuſto pullulantibus. Hinc apud Hebræos (quorum lingua proprietates rerum maximè conſectatur) eadem radix שׂעף & ramum ſignificat & cogitationem.

Pag. 326. lin. 2. οἷον ὁ Φωκίων ἐκεῖνος] An ad Phocionis peculiare aliquod dictum factúmve; qualia ſingulari bonitate condita Phocionis Plutarchus haud pauca commemorat; an ad totam ejus vitam & mores univerſos, cùm adeò bonitate ſpectabilis fuerit, ut boni, id eſt, χρηστοῦ cognomen inde meruerit; reſpiciat Antoninus, haud facile dixerim. Ego de totâ vitâ potius intelligo.

Ibid. lin. 8. ἄνθρωπος τεταμένος] Ita prior Xylandri editio: at in poſteriori mutatum in τεταγμένος. Ego illud, ut ἐμφαλικώτερον, ita & verius credidi. Eodem verbo jam prius, hâc ipſâ in re, l. VII. cap. 5. uſus eſt; ὅ, τι γὰρ ἂν δι' ἐμαυτοῦ, ἢ σὺν ἄλλῳ ποιῷ, ὧδε μόνον χρὴ συντείνειν, εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον καὶ εὐάρμοστον. *Quicquid enim, vel per me, vel cum alio fecero, ad id duntaxat tendere jus eſt, quod eſt ſocietati utile & congruum.* Si cui τὸ τεταγμένος (quod & apud Epictetum cap. 29.) magis arrideat, de ſe ut Imperatore loqui, cujus hoc præcipuum munus, bonum publicum promovere agnoſcat, intelligendus Antoninus. Paulò ſuprà τὸ ἐπὶ τῇ φύσει, ſcribo, τὸ ἐφ' ᾗ τῇ φύσει. ut τὸ, pro ὅ, (de quo Grammatici) poſitum ſit.

Pag. 326. lin. 4. γεγράφθαι ὀφείλει εὐθὺς ἡ φωνή] Scribo, γεγράφθαι ὀφείλει. εὐθὺς ἡ φρὴν (ex quo notior vox φρὴν, quæ nihili vox hîc eſt, manavit) τοιοῦτον ἔχει, εὐθὺς, &c. Seneca ſimiliter de Benef. II. cap. 25. *Verba ceſſent licet, ſi quemadmodum debemus, affecti ſumus, conſcientia eminebit in vultu. Conſcientia,* Senecæ; quod Antonino φρήν.

Ibid. lin. 9. ἐπιτῆδευτις δὲ ἁπλότητος σκάλμη ἐστὶν] Quæ Xylander in hunc locum notavit, conſultò prætereo. Σκάλμη ex Heſychio vel Julio Polluce, gladiolum ſeu pugionem interpretor. Antoninus ſimulationem ſimplicitatis, pugionem vocat, morem illorum reſpiciens, qui inſidias aliis molientes, pugionem (nam alioquin σιδηροφορεῖν erat prohibitum) è cervicibus dependentem circumferebant. Λυκοφιλία verò quid ſit, optimè docebunt Æſopicæ fabulæ ab Iſaaco Nicolao Neveleto primùm (nec ſcio an quis alius poſtea) editæ; dignæ certè quæ correctiores legerentur. Nos γύμαλος χάριν, unicum ἐπιμύθιον (quia Neveletus in Notis fruſtra tentavit) correctum hic apponemus. erit id fabulæ 234. quæ editionis noſtræ pag. 276. Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ κακόεργοι ὅταν περὶ (γρ. παρὰ) τοῖς εἰδόσι πονηρεύονται, ἀνόητοι τῶν τεκτονημάτων (γρ. ἀνόητοι τῶν τεχνασμάτων) καθίστανται. *Sic hominum doloſi, cum apud ſcientes malignè agunt, machinamentis ſuis inutiles fiunt.*

Pag. 330. lin. 12. πολλὰ γὰρ καθ' οἰκονομίαν γίνεται] Etſi nihil hoc uſu verbi apud Græcos ſcriptores ſive ſacros, ſive gentiles, qui res tractant philoſophicas paſſivius; quia tamen ſunt qui in re tam clarâ offendant, audiant Arrianum in Epict. lib. III. cap. 14. ſic diſtinguentem: Τῶν πραττομένων τὰ μὲν προηγουμένως πράττεται. τὰ δὲ κατὰ περίστασιν. τὰ δὲ κατ' οἰκονομίαν. τὰ δὲ κατὰ συμπεριφοράν. τὰ δὲ κατ' ἔνστασιν. quæ Hieronymus Wolfius ita vertit: *Eorum quæ aguntur partim præcipuè ſpectantur*, (malim, *ipſa propter ſe aguntur*) *partim fiunt ratione temporis, partim de induſtria, certoque conſilio partim obſequii cauſſâ, partim ex inſtituto vitæ*: malim, *ex obſtinata, animi*, vel, *propoſiti tuendi firmitate*, ut idem ſit Arriano κατ' ἔνστασιν, quod Antonino ſupra, κατὰ παράταξιν. Vide quæ nos ibi. Anaſtaſius Sinaita ἐν Ὁδηγῷ, ſeu, *Duce vitæ*, Cap. II. §. ultimo, περὶ οἰκονομικῶν: Λέγομεν πάλιν οἰκονομικῶς καὶ ὅτι γίνεταί πράγμα ἐξ ἁπάντως ὀφέλιμον γενέσθαι, γίνεται δὲ διὰ συγκαταβάσιν, καὶ σκοπὸν σωτηρίας τινῶν. *Secundò, per diſpenſationem aliquid fieri dicimus; quando fit quidpiam, quod non oportebat omnino fieri. fit autem, quia quis inſtituto ſalutis ad aliorum imbecillitatem ſeſe demittit & accommodat.* Hinc illa Stoicorum, non verè aut vitioſè mentiri qui κατὰ στρατηγίαν τῶν ἐντιπάλων, ἢ κατὰ τὴν τῆς συμφέροντος προόρασιν, ἢ καθ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλὰς, *in militia contra hoſtes, aut aliâ aliquâ neceſſitate*, quod falſum eſſe ſciunt, compoſitò aſſeverant ut verum: ut Stobæus tradit in Ethicis.

Pag. 335. lin. 8. Τίσσαρας μάλιστα τροπὰς] Τροπὴ eſt verbum Platonicum, *mîſeor*, quod tam in bonam (ut hîc ex. cap. lib. III. cap. 8. extremis verbis; alibique) quàm malam partem ſumitur. *Inclinationem* aut *converſionem*, (quod apud Ciceronem de mutatione in pejus) Latinè reddi poſſe puto. Nam *affectus, ſtatus, temperamentum*, & id genus alia, διάθεσιν potiùs exprimant. Xylander *motus* verterat, non malè fortaſſè, ſi *motus* pro ſimplice motione capiatur: ſed quia ut plurimùm, cùm animo tribuitur, motum vehementiorem ſeu perturbationem ſignificat, ideò ob ambiguitatem vitavi. Quod mox (ex vitioſâ Lugdunenſi editione) ἀπαληπτέον, aut ἀπαλειπτέον, (ut in utraque Xylandri) corrigendum; aut, quod ego germanum puto, ἀπολητπτέον ſcribendum. Vide quæ jam ſupra in pag. 219. lin. 1. & pag. 93. lin. 2. notata ſunt. At lib. x. pag. 296. lin. 8. ubi 1. Xylandri editio (quod & in hanc noſtram incautis nobis ex illa tranſlatum) ἀπολείψεται, ex II. corrigendum eſt, ἀπαλείψεται. Eſt quidem fateor & ἀπολείπεσθαι verbum probum, & Antoninianum; ſed non hujus loci.

Pag. 337. lin. 3. ἀλλὰ μόνα κατὰ φύσιν] Scribe, ἀλλὰ μόνα ἃ κατὰ φύσιν.

Ibid. lin. 10. ὁσιότητα καὶ θεοσέβειαν] Scribe, ὁσιότητα καὶ θεοσέβειαν. Ὁσιότης καὶ θεοσέβεια hîc ἰσοδυναμοῦσι: quibus ἡ δικαιοσύνη non ut adverſa, ſed diverſa opponitur; ut & lib. XII. cap. 1. πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην. Quid autem per utrumque intelligat, ibidem explicat ipſe; ut & lib. VIII. cap. 66. Ὁσιότητα autem καὶ δικαιοσύνην, verti, *ſanctitatem & religionem*; quod *pietatis* vulgò latior eſſet ſignificatio. ſæpe enim pro clementiâ, aut charitatis affectu naturali ponitur. Ciceroni tamen eſt ubi θεοσέβεια proprie *pietas*, ut de Nat. Deor. lib. I. *Eſt enim pietas juſtitia adverſus Deos.* Eidem ibidem *ſanctitas* definitur *ſcientia colendorum Deorum.* Quod mox Antoninus τὴν ὁσιότητα καὶ θεοσέβειαν, πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων eſſe contendit, non aliud iſtis eum verbis voluiſſe credo, quàm pietatem erga Deos, juſtitiæ inter homines quaſi baſin & fundamentum eſſe. Nec multò aliter & Cicero de Nat. D. lib. II. *Qua contuens animus, accipit ab his cognitionem Deorum, ex quâ oritur pietas, cui conjuncta eſt juſtitia, cæteraque virtutes.* Per δικαιοπραγήματα crediderim Antoninum *cæteras* & ipſum *virtutes* intellexiſſe. Juſtitiâ enim cæteræ omnes virtutes συλλήδδην comprehenduntur, ut notat Ariſtoteles ex veteri paroemiâ, (ita vocat ipſe) Ethic. Nic. V. cap. I. Poſſumus tamen illa, πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων ſubtiliùs exponere, lib. XI. cap. 1. quod lectori expendendum relinquo.

Pag. 338. lin. 3. 4. Ὥσπερ γὰρ ἐχ' ἡ πάντων] Verborum Syntaxis obſcurior, ſed confer cum lib. IX. cap. 22. Τρέχε, &c. & l. x. cap. 6. Εἶτε ἄλλοι, &c.

Ibid. lin. 18. Τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης] Archelaum fortaſſè voluit dicere. Vide Senecam de Benef. lib. V. cap. 6.

NOTÆ IN LIBRUM XII.

Pag. 349. lin. 3. σφαῖρος κυκλοτερὴς κοπῇ περ.] Jam pridem vir maximus Adrianus Turnebus, in Adverſariis corrigebat, δίνῃ περιήγει γ. optimè ſine dubio ad mentem ſcopumque verborum. Horatius Satyr. lib. II. 7.

Quem neque pauperies, neque mors, &c.
Fortis & in ſeipſo totus teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per læve morari.

Præſtantiam τῆς σφαίρας Plato in Timæo, & de anima mundi, prolixè exequitur. Vide & ſupra lib. VIII. cap. 41. poſtremo, & lib. XI. cap. 12. De verbo tamen κοπῇ, (aut metri cauſſâ κόπῃ) pro quo Turnebus τὸ δίνῃ ſubſtituit, aſſenſum cohibeo; quia Heſychius, aliâ quamvis ille notione, agnoſcit; & quia jam ſupra in Antonino lib. VI. cap. 38. κόπησις; quod fortaſſè & ibi quamvis non intellectum præſtet retinere, quàm mutare notiori. Achilles Statius (aut Tatius potius) in Aratum cap. 6. Περισχήματος κόσμε, laudat & ipſe Empedoclem verſus iſtius authorem, & ita ſcribit: Σφῖρος κυκλοτερὴς μένῃ περιηγεῖ χαίρων.

Pag. 350. lin. 11. πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ σ. θεμ.] Haud aliter multò Sanctus Pſaltes pſalmo 50. (vel ut Græci 49.) v. 5. Συναγάγετέ μοι τοὺς ὁσίους αὐτῷ, τοὺς διαθιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις, *qui icerunt fœdus meum per ſacrificium*, vel ut alii, *qui pepigerunt pactum meum cum ſacrificio.*

Pag. 351. lin. 5. εἰ μὴ ἄρισοι καὶ δικαιόταλοι] Δικαιότατοι, i. e. clementiſſimi, χρηστότατοι: quâ notione δίκαιος, Matth. I. v. 19. Sed ſcriptoribus ſacris V. T. nihil uſitatius. Sanctus Hieremias, hâc ipſiſſimâ qua Antoninus occaſione, XII. 1. Δίκαιος εἶ Κύριε, &c. Vide Olympiodorum in Jobi cap. 28. nuperæ Londinenſis (quam Bibliothecæ Bodlejanæ inſtructiſſimæ & eruditæ V. Cl. de me dudum optimè meriti Patricii Junii φιλοπονίᾳ debemus) editionis, pag. 566. & ibidem Origenem pag. 568.

Pag. 352. lin. 18. Τοιαῦτα τὰ πραγ.] Fortaſſè Δεῖ αὐτὰ τὰ πρ.

Pag. 353. lin. 7. Ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμ.] Confer, ſuadeo, cum Senecâ, qui totidem fere verbis idem, Epiſt. 16. *Sive nos inexorabilis lege facta conſtr.* &c. Vide & ſupra, pag. 290. lin. 22.

Pag. 354. lin. 1. 2. εἰ δὲ καὶ ἥμαρται, ὅτι καθίκρινεν] Scribo, (ut in

in verſione reddidi) ὅτι μὴ καλέκρινον ἑαυτὸν: & ad internos malæ conſcientiæ aculeos & lancinationes, ſive ut Tacitus, *laniatus & ictus*, quibus nihil vel optari poſſit infœlicius; refero. Seneca de Ira l. III. c. 25. *Si iratus, demus illi ſpatium, quo diſpicere quid fecerit poſſit. Se ipſe caſtigabit. Denique dabit pœnas. Non eſt quod cum illo paria faciamus.* & ibid. cap. 26. *Maxima eſt enim facta injuria pœna, feciſſe: nec quiſquam gravius afficitur, quàm qui ad ſupplicium pœnitentia traditur.* Plura in eandem ſententiam Plutarchus, Περὶ ἐυθυμίας. Sed & Ariſtoteles de malæ conſcientiæ tormentis in genere præclariſſimè Ethic. Nicom. lib. IX. cap. 4.

Pag. 354. lin. 10. ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔσω] Superioribus, contra quam eſt in utraque Xylandri editione, annecto, & ſententiam in his finio. Vide lib. VIII. cap. 41. & 48. Quod ſequitur, Εἰς τὸ πᾶν αἰὼ ὁρᾷν, ita capio, ut cum dicit in Theæteto Plato, εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν. i. e. *univerſum mundum animi cogitatione complecti.* & ibidem εἰς ἅπασαν τὴν γῆν βλέπειν. Si cui tamen vulgata lectio, ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔσω εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾷν, &c. in hunc ſenſum, *Is ſit animi tui impetus*, (i. e. hoc tibi propone, ut præcipuum in vitâ) *cujuſque rei naturam rectè perſpicere*; *Quid illud*, &c. magis arrideat, non valde repugnabimus, cùm non unus Antonini locus huic interpretationi faveat. Vide cap. 24. hujus libri; & lib. IV. c. 14.

Pag. 356. lin. 17. ᾗ συμφέρον καὶ συμφερόμενον] Sunt hæc ſic ſatis obſcura, in Græcis; ſed non tam obſcura tamen ad intelligendum, quàm ad vertendum in aliam linguam difficilia. Ait Antonino nihil non eſſe bonum ea ratione, quatenus univerſo (quo nobis, ſi verè πολιτικοὶ ſumus, nihil antiquius) eſt καίριον & συμφέρον; tempeſtivum ſcilicet & utile. Hoc idem alibi dixerat non ſemel. Hæc obvia & uſitata verbi ſignificatio. at alia erit τῷ συμφέρον, ſi verbi veriloquium potiùs quam uſus communis attendatur, ſignificatio: ad quod tacitè reſpiciens Antoninus, ait, quicquid accidit, id non ſolùm συμφέρον eſſe, ſed & συμφερόμενον. συμφέρον, quaſi dicas, *conducens*, & à nobis ultrò oblatum, dum ſic animo comparati ſumus, ut nihil malimus accidiſſe, quàm quod accidit; συμφερόμενον autem, reſpectu Dei, ſeu fati, quod id ita accidere, longâ cauſſarum ſerie ab initio conſtituit. Vide lib. III. p. 71. lin. 9. ἡ γὰρ ἐκάστῳ νεμομένη μοῖρα συνεμφέρεταί τι καὶ συνεμφέρει: & quæ nos ibi. Pergit porrò Antoninus in alluſione. Θεοφόρητοι vulgò (qui aliàs φοιβόληπτοι) dicti, qui ſeu mali ſeu boni dæmonis inſtinctu correpti divinant, aut quidvis aliud mentis ſuæ non compotes agunt: καταχρηστικῶς, etiam de Poëtis & Oratoribus uſurpatur. At Antonino hic, illi demum verè Θεοφόρητοι, qui voluntatis æquitate, cum fati neceſſitate concurrunt; quicquid ab illo eſt libenter amplectentes. Sed hic quoque in verbi γνώμη ambiguitate ludit. Græcis enim γνώμη, ſententia, conſilium, frequentiſſimè: at interdum, mens, ὁ νοῦς: Deus. Epictetus c. 38. initio, primas partes veræ pietatis eſſe docet, τὸ ἕπεσθαι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολυθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελυμένοις. *Et omnibus iis quæ fiant acquieſcendum: & ſequenda ultro, ut quæ à mente præſtantiſſima regantur.* Vide quæ jam ſuprà in pag. 166. lin. 4. Διὰ τί συγχέουσιν, &c. Simile acumen in iſtis, pag. 195. lin. 7. ἔχει σοι πάντα καλὰ νοῦν: ut ibi notamus.

Pag. 361. lin. 18. 19. &c. καί τοι καίκεῖνα τὸν νοῦν συνέχει, &c.] Eſt locus hic ex obſcuriſſimis & depravatiſſimis qui ſunt in toto Antonino. Nam & ipſa per ſe verborum ſententia non vulgaris & obvia: tum verba partim apertè mendoſa; partim, ut ſuſpicor ego, manca. Nos nihil hic tanquam ex tripode promittimus, ſed nec deſperamus tamen ita tractari rem poſſe, ut æquo lectori fiat ſatis. Sed priuſquam rem aggredimur, rogandus eſt nobis lector ut ad Antoninum ipſum, lib. VI. cap. 13. ab iſtis, Τὰ πλεῖστα, &c. & lib. IX. cap. 8. Εἰς μὲν τὰ, &c. ad finem uſque capitis, recurrere, & utriuſque capitis doctrinam diligenter advertere, tum quæ in utrumque ſcripſimus, haud gravetur. Res igitur quæcunque ſunt in rerum natura, vel inanimes ſunt, & vel ἕξιν continentur, vel φύσιν; vel animâ præditæ, eáque vel rationali, vel irrationali. Ita docet Antoninus lib. VI. c. 13. ubi nos in Notis ex Philone, & aliis obſervamus, quibus ἕξιν propriè tribuit Antoninus, ea ab aliis πνεύματι ſeu ſpiritu contineri traditum eſſe. Etiam à Galeno & Achille Statio, cujus meminimus antea in lib. IX. cap. 6.) definitur ἕξις, πνεῦμα σώματος συνεκτικὸν, vel ut Galenus loquitur, πνεῦμα συνέχον, vel συγκρατοῦν τὰ μέρη. Porrò ſancit Antoninus lib. IX. c. 8. omnia naturalia inanima, ſive ſimplicia ſive compoſita, etſi propriè ſociabilia non ſint, vi tamen quadam naturæ conjungi cupere, κοινῇ πρὸς τὰ ὁμογενῆ tendere, vel, quod idem, συρρεῖν: quæ vero ſunt ἔμψυχα & anima ſive rationali, ſive irrationali prædita, ea palam κοινωνικὰ eſſe, & συναγελαστικὰ, ſeu ſocietatis appetentia: ut pluribus ibi proſequitur. Jam ut ad hoc caput veniamus & quam hic inſtituit diviſionem; ſub generali κοινῆς οὐσίας notione, inanima omnia quæ vel ἕξει ſola, vel φύσει continentur, comprehendit: ψυχῆς autem, quæ ſunt animâ prædita, ſed brutâ & irrationali: νοερᾶς denique ψυχῆς, quæ rationem participant. Hæc per modum προλάτεως. Jam in ἀποδόσει, ſive redditione, τὰ πνεύματα καὶ τὰ ὑποκείμενα, ea intelligat neceſſe eſt, quæ partim ἕξει, partim φύσει continentur, & animatis opponuntur. Nam ſi, quod quis ſuſpicari poſſit, per πνεύματα, τὰ ἄλογα ψυχικὰ voluiſſet, non ἀναίσθητα & ἀνοητείωτα ea pronuntiaſſet, ut ex lib. IX. cap. 8. liquere cuivis poſſit. Quæ ſequuntur hic de iiſdem, καίτοι καίκεῖνα τὸν νοῦν συνέχει, καὶ τὸ ἕπεσθαι αὐτὰ βρῖθον; ſcribo, καίτοι κ. τὸ συννοῦν ἔχον (vel συνέχει) καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βρῖθον. Τὸ συννοῦν hic planè quod lib. IX. cap. 8. τὸ συρρεῖν (vel τὸ σύρρουν, ſi nomen eſſe mavis,) bis ibi repetitum. Utrunque autem pluribus exponit ipſe, cum addit hic, καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βρῖθον: quod in verſione Latinè reddidimus. Hæc ſi nobis concedantur, (nec video quid opponi poſſit) tum lacunam inter hæc & quæ proximè ſequuntur eſſe, & verba aliquot, quibus de ψυχικῶν ἀλόγων κοινωνίᾳ & ſocialitate (quæ tamen à perfectiore τῶν λογικῶν κοινωνίᾳ multùm abeſſet) egerat, deſiderari certum puto. Si quis pro συννοῦν à συνέω, malit συνεῦον à συνεύω, vel ἰνοῦν ab ἰνόω, quia jam lib. IX. cap. 8. σύνευσις & ἔνωσις, de eo non magnoperè laboraverim.

Pag. 362. lin. 4. 5. τὸ λήγειν ἄνθις, τὸ φωνῇ χρῆσθαι] Τὸ λήγειν ἄνθις, quid hic ſibi vélit, aſſequi non poſſum, nec alius puto quiſquam, cui verborum ſcopus rectè perſpectus erit. Quid enim τὸ λήγειν ἄνθις ad vitam & vitæ munera, quæ ſummatim hic percurrit Antoninus? Xylander verterat, *deſinere*. De ἀναβιώσει certè (de quâ Antoninus alibi) & novâ vitâ ſi verba hic eſſent, diceremus τὸ λήγειν ἄνθις, iterum mori, (cui tamen inter vitæ partes, τὸ ἄυξεσθαι καὶ τὸ φωνῇ χρῆσθαι minimè locus eſſet) ſignificare. Planè perſuaſum habeo ſcripſiſſe Antoninum, τὸ λεσχηνεύεσθαι, quod *fermocinari, confabulari*, &c. ſignificat. Apud Hippocratem vox ſæpiùs occurrit: ſed & aliis veteribus, opinor, non minùs familiaris fuit. Τὰς τοῖς ἀγάλμασιν ἐυχομένας, ſimiles eſſe iis qui τοῖς δήμοις λεσχηνεύονται, celebre dictum Heracliti ab Herodoto commemoratum; ab Origene, Clemente Alexandrino, aliiſque, gentilibus Idololatris olim objectum. Λεσχήνεια vox, in Axiochi Dialogo, ex quo quædam prompſiſſe Antoninum ſuprà docuimus. Jam voce λεσχηνεύεσθαι ab imperito ſcribâ (cui, utpote rarior, ignota erat) in λίσχειν ἴυεσθαι (quorum utrumque per ſe Græcum eſt, etſi non hujus loci) ſemel diviſâ, quàm facilè poſtea in λήγειν ἄνθις tranſierit, judicent qui in librorum manuſcriptorum lectione verſati ſunt. Quod ſequitur, τὸ φωνῇ χρῆσθαι, ut merum gloſſema τῷ λεσχηνεύεσθαι expungendum judico. Certè ad oras MS. Hæſcheliani, ſæpius jam nobis dicti, talia ſive σχόλια, ſive γλωσσήματα non pauca deprehendi. Quod ſi pro τὸ φωνῇ χρῆσθαι, τῇ γλώσσῃ dixiſſet, originem verbi Hebraicam (quam nemo linguæ iſtius peritus ſtatim non agnoſcet) indicare eum, quicunque ſcholii illius author fuit, voluiſſe credidiſſem.

Ibid. lin. 19. τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ προαιρετά ἐστιν ἢ ἀπροαίρετα] Scribo, τὰ δὲ λοιπὰ, ἀπροαίρετά ἐστιν. εἰ ἀπροαίρετα, &c. Senſum expreſſimus in verſione: ſed ibi tamen quod excuſum, *Cætera omnia intra*, corrige & lege, *Cætera omnia extra*. In hanc autem ſententiam plurima paſſim Antoninus, ut non opus ſit hic immorari nobis, velis remiſque dudum feſtinantibus ad metam.

FINIS.

ANNO-

ANNOTATIONES
GUILIELMI XYLANDRI
IN LIBROS
MARCI ANTONINI
De ſeipſo & ad ſeipſum.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

ANNOTATIONES GUILIELMI XYLANDRI IN LIBROS MARCI ANTONINI

De ſeipſo & ad ſeipſum.

ANNOTATIONES IN LIBRUM I. & II.

PAg. 1. lin. 1. *ab avo meo Vero didici.*] Παρὰ τῷ πάππῳ Οὐήρῳ. Verbum ἴσως, aut aliquid tale, ſubintelligitur: idemque in omnibus ſequentibus particulis. Ego addendum de meo ſingulis periodis aliquod verbum cenſui. Nam (niſi fallor) voluit hoc libro oſtendere, quâ potiſſimum in re ſingulos ſuorum cùm neceſſariorum, tum familiarium admiratus, imitatuſque eſſet.

Pag. 3. lin. 1. *ne auriga praſinus.*] Quatuor genera fuerunt aurigarum apud Romanos diſtincta coloribus, albo, rufo, praſino (qui eſt porraceus, nimirum viridis) & veneto. Patet hoc ex Dionis Nerone.

Pag. 4. lin. 2. *à Diogneto.*] *Operam praterea pingendo ſub magiſtro Diogeneto* (fortè Diogneto) *dedit.* Julius Capitolinus.

Pag. 5. lin. 1. *neque animi cauſſâ coturnices.*] ὀρτυγοτροφεῖν. Hæc ipſa verba ſunt apud Suidam in voce ὀρτυγοκόπος: non tamen explicata. Ludi quidem genus ibi deſcribit; in quo coturnices in gyrum collocatæ percuterentur, &c. Citatque locos è Platone illius ludicri mentionem continentes. Exiſtimo igitur τῆς ὀρτυγοτροφίας, aut ὀρτυγοκοπίας verbo proverbialiter omnia ludicra, & inania exercitia autores intellexiſſe. Vide Plutarchum de audiendis poëtis, & ibi à nobis indicata.

Ibid. lin. 12. *de contemplationibus.*] περὶ θεωρημάτων. Qualia ſunt in Phyſicis ac præſertim Mathematicis, ubi nullus uſus & effectio, ſed cognitio tantùm requiritur.

Pag. 6. lin. 2. *exercitiis dediti, ac laborioſi.*] τὸν ἀσκητικὸν, ἢ τὸν ἐνεργητικὸν, fortè ἐνεργητικόν. Senſui tamen videor conſuluiſſe.

Ibid. lin. 3. *& Aſtrologia.*] In Græco quidem eſt ἀστρολογίας: quod eſt, *facetiis, & urbanitate in dicendo.* Ego tamen ἀστρολογίας legi ac verti; nam videtur loqui de diſciplinis iſtis, quæ eo nomine malè audiebant, quod plus oſtentationis & inanis ſtudii ac laboris, quàm fructus & veræ utilitatis haberent; in quibus numeratam fuiſſe ἀστρολογίαν, & adhuc à doctis multis numerari, ſatis notum eſt. Nunc ſanè ἀστρολογίαν retinerem, & nimis exquiſitæ in dicendo venuſtatis affectatum ſtudium, (wozt gebzeng) intelligerem, quod neque decet magnos viros, & ſæpe de elegantibus ridiculos facit.

Pag. 8. lin. 1. *alloquio facilitatem.*] Legitur enim ἐυδιαλίκτως. Atqui ego nunc lego ἐυδιαλλάκτως; verſio ne ſic quidem malè congruit. Poſt, περιλαλεῖν, *alios deferre, de aliis malè loqui*, intelligo, fortè ſcripſerat, περὶ ἄλλων, aut περὶ ἀυτῶν λαλεῖν ut ii intelligantur qui ſeipſos prædicant.

Pag. 9. lin. 1. *certamque conſtantiam.*] ἀναμφιβόλως ἀκύβευτον. Cubus alioquin conſtantiæ ſignum eſt apud philoſophos: ideoque in Timæo Platonis cubo terra confertur, ut elementorum ſtabiliſſimum. Sed quia teſſeris luditur, ac multiplices ſunt, variique earum caſus; ea ratione inconſtantiæ τὸ κυβεύειν tribuitur: ut ſit ἀκύβευτον, quod conſtanter perſiſtit, neque facilè movetur aut circumvolvitur. Itaque etiam D. Paulus monet, ut κυβείας τῶν ἀνθρώπων caveamus; hoc eſt, ne omni vento doctrinæ circumagi nos, & in errores abripi patiamur.

Pag. 19. lin. 10. *in Sexto.*] Ξίστῳ pro Σίξτῳ. Sextus philoſophus, quo uſus eſt plurimum Antoninus, fuit patriâ Chæronenſis, nepos Plutarchi.

Pag. 12. lin. 2. *erga privatos.*] Quod in Græco ſequitur, καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν οἰομένων, convertiſſem, ſi intellexiſſem. Malui itaque aſteriſco notare, quam arroganter aliquid facere. Suſpicor velle eum loqui de vacuitate faſtus & arrogantiæ.

Pag. 16. lin. 5. *per eundem cognovi Thraſeam.*] Egregia virtutum ac conſtantiæ exempla. De Thraſea eſt apud Tacitum, Dionem, Suetoniumque, ut & de Helvidio. Reliquorum vitæ ſunt apud Plutarchum.

Pag. 24. lin. 8. *adulationem compeſcebat.*] ἐπ' ἀυλῶ ταλαῦναι. Credo ſcriptum fuiſſe, συταλαῦναι.

Pag. 28. lin. 14. *quippe vir, quid ex uſu.*] καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις, vitioſè: lego, καὶ τοῖς τοιούτοις, ᾧ ἀνθρώπῳ.

Ibid. lin. 16. *non utebatur alieno tempore.*] Divinavi hoc loco, in Græco (ἐκ ἐυκαιρεῖ λύσης, quod eſt fortè à λύω) ſicut & in ſequenti periodo: ubi quidem pro τόπῳ, τρόπῳ legi. & ubi eſt, *Ad ſudorem uſque*, ſuſpectum habeo: ſunt enim ſalebroſa hæc.

Pag. 34. lin. 3. *ſicut Chreſa.*] ὥσπερ χρήσῃ. ſoleo aſteriſco notare, quæ manca ſuſpicor. Fortè eſt, *quomodo uteris*, χρήσῃ. mutilus eſt locus.

Ibid. lin. 9. *hæc in Quadis.*] Puto ſolitum annotare, quibus in locis ſingula eſſet commentatus. Sic ad finem libri ſecundi eſt, *Carnunti ea eſſe ſcripta.* Sequentia cum prioribus non cohærent.

ANNOTATIONES IN LIBRUM II.

PAg. 41. lin. 2. 3. & hîc initium videtur deeſſe, & ubi eſt ὃ χρὴ ἀυταῖς: nihil adeſt, ad quod illud ἀυταῖς referri poſſit. Cæterùm verbo ἀπαιθριάζειν uſus eſt metaphoricè. Suidas enim & alii docent, id eſſe, *pulſis nubibus ſerenitatem facere.*

Pag. 55. lin. 2. *ſi quis eatenus ejus ſuaviratem.*] τὸ νόστιμον eſt in Græco, quod vocabulum *dulcedinem* ſignificat. νόστος enim eſt reditus in patriam, quâ nihil eſſe dulcius, Homerici Ulyſſis teſtimonio receptum eſt. Et cum Homerus νόστον vocet μελιηδέα, inde factum eſt, ut dulcia vocentur νόστιμα, ut Euſtathius docet; & νόστος ὁμονύμως, ἢ ἠδύτης. Utitur eodem modo Lucianus περὶ πένθους: τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγιασμῶν καὶ ἀυτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν νοστιμώτατον τῶν παρασκευασμένων ὁ καπνὸς παραλαβὼν, ἄνω οἴχεται τὸν ἀέρα οἴχετον. *Nam de parentalibus ipſi quoque, ni fallor, videtis quod ex apparatu potiſſimum ad nos redire debuerat, id fumo correptum, ſurſum in cælum abire.*

Pag. 57. lin. 2. *anima vaga eſt.*] ἡ δὲ ψυχὴ ῥόμβος. Eſt autem

altera lectio annotata, *ῥίμβος*, quam probavi & secutus sum: neque enim videtur philosophicum esse, animam *Rhombo* (quæ est figura quatuor æqualium laterum, non tamen rectangula) comparari. At *ῥίμβος vagus est*, & *ῥιμβεῖσθαι*, *vagari*, & *incuriè rebus uti*. Quo vocabulo ipse suprà usus est sub initium libri hujus: *καὶ πάσῃ ῥιμβόμενος*, *ac vagari desine*. Plutarchus Pompejo, *ῥιμβόμενον ἐν τοῖς πράγμασι τὸν Περσίνναν καταμαθὼν*, *animadvertens Perpennam vagari & incuriè rem gerere*. Idem in Fabio, *ῥιμβόμενον ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς*, *qui sæpe à castris aberat vagans abiò*, ad scortum nimirum suum commeans identidem. Idem in lib. *de Communibus notitiis* pag. 1063. E. planè sic est usus, ut hic noster. *Νήφειν γὰρ οὐδὲ εἷς ἐστι πρὸς ἀρετὴν*, *ἀλλὰ ῥιμβόμεθα πάντες ἀσχημονοῦντες καὶ κακοδαιμονοῦντες*. *Nemo enim ad virtutem sobriè se confert: sed vagamur omnes, Jupiter agentes & miserè viventes*. Porro autem adjectiva masculini generis, substantivis fœmininis addi Græco more, non est insuetum; suntque multa à Budæo annotata ejus rei exempla.

Pag. 58. lin. 1. *insomnii & fumi.*] *ὄνειρος καὶ τύφος*. Scio *τύφον* esse factum superbiamque inanem: sed ea significatio huc non quadrat. Verti ergo *fumum*: id enim videtur *τύφος* propriè significare, seu *caliginem ab igne provenientem*: cui vana elatio animi atque fastus quam sit simillimus, commodissima translatione *τύφος* Græcis dicitur, ac definitur *ἄναψις καρδίας ἢ ἐγκέφαλος κενόφρων*. Ignis non fit sine fumo. Frequenter autem res leves ac fluxæ fumo comparantur; atque in psalmo etiam Davidis est, *sicut fumus dies mei*. Cæterùm, etsi non recordor *τύφον* me pro *fumo* legisse: tamen id quod dixi, verbo *τύφειν* satis testatum relinquitur, cujus est apud poëtas Græcos usus. Adducam unum exemplum quod in præsentia succurrit, ex Apollonio *Ἀργοναυτικῶν β.*

— Ἐπικρὸ δὲ λιγυόεντι
Καπνῷ τυφόμενα πετρῆς ἰκὰς ἀίσσουσι.
— Sed instantius flammeolo
Suffita fumo evolant à rupe.

De apibus loquitur. Ibi Scholiastes; *καπνῷ τυφόμενα*, *ἀντὶ τοῦ καπνιζόμενα*. (& sic paulo suprà exposuerat *τὸ τυφόμενα*) *σημαίνει δὲ καὶ τὸ καιόμενα*. Si cui tamen hoc non probatur, is pro *fumo*, *inanem ostentationem* aut *fastum* reponat.

Pag. 59. lin. 14. *Carnunti.*] Urbs Pannoniæ fuit, olim celebertima; hodie (ut existimatur) Passaw.

ANNOTATIONES IN LIBRUM III.

Pag. 62. lin. 2. *tempus sit vitam relinquendi.*] *ἐξαίρειον αὐτὸν*. Est autem *ἐξάγειν ἑαυτὸν*, *sibi ipsi mortem consciscere*, apud Græcos scriptores. Quæ significatio, quia huc parum quadrare videbatur, mollioribus usus sum verbis.

Pag. 64. lin. 6. *olivis maturissimis.*] In Græco legitur *δρυπέπωσι*, scribendum *δρυπεπέσι*. Sed & *δρυπεπέσι* legi potest, (quæ lectio erat in margine annotata) ut sint olivæ præ maturitate jam de arbore decidentes; quarum similitudine usus est infrà libro quarto.

Pag. 65. lin. 1. *leonis supercilium.*] *ὀφρυόνιον*. Scholiastes Homeri exponit *τὸ συνοφρύωμα τῷ μετώπῳ*, quod est, *superciliorum in fronte commissuram*: aitque hinc verbum *σκύζεσθαι*, quod est *irasci*, deductum. Nam Homerus leonem iratum describens, Iliad. ρ. ita habet.

Πᾶν δὲ τ' ὀφρυόνιον κάλλω ἕλκεται ὄσσε κάλυπτον.
Totumque supercilium deorsum trahit, oculos tegens.

Vide Eustathium.

Ibid. lin. 13. *castis oculis.*] Secus quam Sophocles, qui apud Ciceronem à Pericle reprehenditur ob formam pueri laudatam, quod oculos abstinentes non haberet. 1. Officior.

Pag. 67. lin. 1. *Democritum pediculi.*] Non memini me hunc exitum Democriti legere apud ullum idoneum autorem: de Pherecyde quidem Syro Philosopho legitur. Forte est lapsus memoriâ. Et quod est *Σωκράτην ἄλλοι φθεῖρες*, falsum est. Ego historiam secutus sum.

Pag. 69. lin. 1. *declinanda est vanitas.*] *περιΐστασθαι*. atque haud scio, an in hac significatione usi sint Græci autores antiqui. Pro *fugere & declinare* etiam D. Paulus usurpavit, ad Timotheum poster. cap. 2. *Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περίϊστασο*. *Prophanos autem istos de rebus inanibus clamores fuge*.

Pag. 83. lin. 10. *à temeritate alieni.*] *ἀπροπτωσίαν*, *vacuitatem temeritatis*. *προπτωσίαν* enim *προπέτειαν* dicit: sic infrà lib. IV. *ἀπρόπτωτος* est, *circumspectus*, *non temerarius*.

Pag. 88. lin. 1. *itaque ad finem.*] *εἰς θίλον*. lego, *εἰς τέλος*.

Pag. 89. lin. 23. *androgynis.*] Hoc est, *iis qui ambiguo* (ut Livius loquitur) *inter marem & fœminam sexu sunt nati*. Græcum retinui, quia est & appositum, & Latinis autoribus, ipsique Ciceroni etiam usurpatum; alias *Hermaphroditos* vocat.

Ibid. lin. 5. *nihil non turpe.*] Desunt hæc in Græco.

ANNOTATIONES IN LIBRUM IV.

Pag. 91. lin. 1. 2. *cum exceptione quadam.*] Nimirum ut agat, quantum homini fatum & res permittet proposita *μετ' ὑπεξαιρέσεως*. Porrò *ὑπεξαίρεσιν* rectè verti *exceptionem*, ut ex loco Plutarchi patet in vita Numæ, ubi scribit, quorundam sententia pontifices à potentia seu potestate denominatos, quod vocabulum haberet vim exceptionis (*ὑπεξαίρεσιν* ibi leges) indicandæ; quod scilicet pontifex rem sacram, quantum ejus omninò fieri posset, perageret; nec ei fraudi esset, si grave aliquod impedimentum incidisset, quò minùs sacra perpetraret.

Pag. 103. lin. 1. *ad mentem eam quæ est reliquarum omnium.*] *λόγον σπερματικόν*. Paulo infra clarius dicet de hoc.

Pag. 104. lin. 11. *ac qui secundum bonum.*] *κατὰ τὸν ἀγαθόν*. Fortè *Ἀγάθωνα*, quod maximè videtur confirmare articulus *τὸν* masculinus; & verba quæ sequuntur omninò videntur ex aliquo poëta desumpta. Agathonem verò fuisse poëtam, satis constat ex multis scriptoribus idoneis, citanturque ejus versus ab ipso Aristotele, lib. *ἠθικῶν Νικομ.* 6. Porrò quid sit *μέλαν ἦθος*, *nigri mores*, infrà ipse describit.

Pag. 104. lin. 13. *nisi ratione cujusdam dispensationis.*] Locus est depravatus, atque ideò obscurus.

Pag. 111. lin. 7. *nihil eo plus confert.*] *Μήποτε ἄμεινον τ' ἀναγκαῖα*. Nisi fallor, sensus ipse ostendit esse legendum, *μηδὲν ἄμεινον τοῦ*.

Pag. 127. lin. 16. *ejus quoque exemplum recolendum.*] Hæc comparatio est interpolata; nec cohærent inter se quæ sequuntur.

Pag. 128. lin. 4. *non tanquam si dormitemus.*] Sensus est; Perficiendum strenuè, quod recto consilio agendum susceperimus: neque in medio actu desistendum, aut titubandum. Nam in somnis sæpe imaginamur nobis aliquid agere, nihil tamen efficimus, sed (ut pulcherrimè expressit Maro)

— In mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur.

Pag. 130 lin. 2. *quot urbes mortua.*] Ita Servius Sulpitius in consolatoria ad M. Tullium Epistola, de Corintho, Athenis, & Megaris loquitur: *Quum uno loco tot urbium cadavera projecta jaceant.*

Pag. 131. lin. 1. *Helice.*] Urbs fuit Achajæ in sinu Corinthiaco sita. Hanc à mari absorptam testatur Polybius lib. 2. Plinius Nat. Hist. lib. 2. cap. 92. & Ovidius 15. Metamorph.

Si quæras Helicem & Burin Achaidas urbes,
Invenies sub aquis, &c.

Pompeji & Herculanum oppida fuerunt Campaniæ, haud procul à Vesuvio monte: ut Plinius ostendit lib. 3. cap. 5. quorum de interitu nihil habeo compertum, nisi forte conflagratione Vesuvii montis (quæ accidit Titi Vespasiani ætate, & in ejus vita à Dione describitur) perierint. Fit quidem etiam infrà lib. 8. Pompejorum interitus mentio.

Pag. 132. lin. 6. *quod heri fuit piscis.*] In Græco est *μυξάριον*. piscem aliquem innui, ex eo quod *τάριχος* sequitur, conjicio: certi nihil habeo.

Pag. 133. lin. 6. *similis esse debes promontorii.*] Hâc similitudine Cicero eleganter usus est, ad Papirium Pætum scribens de fortuna: *Quam existimo levem & imbecillem, ab animo firmo & gravi, tanquam fluctum à saxo frangi oportere.*

ANNOTATIONES IN LIBRUM V.

Pag. 143. lin. 2. *indignari, cunctari.*] *γλισχρύνεσθαι*. *γλισχρὸν* est *lentum, tenax*; itaque suprà ad finem libri prioris, *γλίσχρως ἐνδιατρίβειν τῷ ζῆν*, dixit *diu vivere*. Quare hic *γλισχρύνεσθαι* vertendum putavi, *cunctari*, hoc est, ægrè ac nulla cum alacritate suum officium facere: quod vitium suprà etiam damnavit.

Ibid. lin. 3. 4. *levem esse.*] *περιπερεύεσθαι*. Suidas exponit *προπετεῖν*: & *περιπέρειαν*, *βλακείαν καὶ προπέτειαν*, hoc est, *stultam & inanem temeritatem*, seu *levitatem*, ubi non ut ex usu est, sed ostentationis vanæ gratiâ quicquam agitur. D. Paulus 1. Corint. 13. *ἡ ἀγάπη οὐ περιπερεύεται*, *Charitas non est levis*, aut *nugax*.

Pag. 146. lin. 3. *Athenienſium erat hoc votum.*] Etsi locus non est plenus, tamen satis apparet eum voluisse improbare commune illud & damnosissimum vitium quo plerique tantum ea curant, expetunt, & optant, quæ sibiipsis privatim prosint: nihil soliciti de communi bono. Id verò vitium, omnium ferè quæ sunt in rebus publicis malorum caussa est & origo. At plerique hodiè tales esse laborant, qui suram quàm genu longius abesse dicant (ut est apud Theocritum) & quorum hoc sit votum, *Αὐτῷ μοί τι γένοιτο*, *mihi ipsi aliquid boni contingat*: Secùs, quàm ab animali ad societatem civilem nato fieri debeat. Præclara fuit apud Persas lex ea de re lata, quam Herodotus his verbis refert: *ἑαυτῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι ἰδίῃ μούνῳ*, *ἢ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθά*. *Ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται ἐν γίνεσθαι*, *ἢ τῷ βασιλέϊ*. *ἐν γὰρ τοῖσι ἄλλοισι Πέρσῃσι ἢ αὐτὸς γίνεται*. Hoc est; *Persa, cùm rem sacram facit, sibiipsi privatim aliquid boni precari religio est. Cæterum omnibus Persis, ac regi, prosperitatem optat: quippe inter universos Persas, ipse quoque unus est.* Et divina est apud Euripidem Menœcei se pro patria devoturi sententia, quam adscribam, ut hic Antonini locus rectè intelligatur:

Εἰ γὰρ λαβὼν ἕκαστος, ὅ, τι δύναιτό τις
Χρηστὸν, διίλθοι τοῦτο, κ' εἰς κοινὸν φέροι
Πατρίδι, κακῶν ἂν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
Πειρῶμεναι, τὸ λοιπὸν ἐντυχοῖεν ἄν.

Id est,

Si quilibet, quantum queat boni, libens
Patriæ offerat, donetque publica rei,
Haud totidem evenient civitatibus mala,
Sed accident in posterum res prosperæ.

Itaque

Itaque Athenienſes injuſtè & illiberaliter ſuis tantum agris pluviam & fertilitatem poſcebant: qui ſi omnibus hominibus fœlicitatem ac ſucceſſa omnia optaſſent, & humanæ rationem ſocietatis habuiſſent, neque communi proſperitate excluſi fuiſſent.

Pag. 149. lin. 14. *totum enim mutilatur*] πυρῶσαι γὰρ τὸ ὁλόκληρον; non, πυρᾶσαι.

Pag. 150. lin. 6. *neque tibi eſt ad philoſophiam.*] Senſus hujus loci habet nonnihil obſcuritatis: videtur autem hæc eſſe ſententia; Si quid inſtitueris agere ſecundùm rectam rationem, & eventus conſilio tuo non reſponderit, non debes idcirco tuum propoſitum damnare; ſed potius cogitare, quàm multa in rebus humanis ſint, & accidere queant, quæ obſtent, quo minus id quod quæris, conſequaris. Itaque conſcientia boni propoſiti, & rationum rectè ſubductarum animus eſt confirmandus; ferendumque quod ſors fert humana, & rerum caducarum conditio. Hæc tibi in promptu ſunt habenda, jam multo ante ex philoſophiâ petita, atque ad uſum præparata: ne tum demum conſilium, & præceptum velis petere à philoſophia; cùm eo ſit utendum. Eſt enim hoc parum prudentis. Ita qui lippitudine laborant, aut alio morbo, remedia habent præparata & inſtructa, quibus ingruente malo utantur; non tum demum ea quærunt, aut circumſpiciunt, cùm eorum uſus eſt. Et in prælio aut dimicatione non emitur neque acuitur gladius, ſed uſurpatur. Videturque omninò id velle Antoninus dicere, quod eſt apud Plutarchum (Problematum Rom. 85.) his verbis; *δεῖ γὰρ παρασκευασμένα πράττειν, ἀλλὰ μὴ παρασκευάζεσθαι πράττοντας. ὡς Μύσων πρὸς Χίλωνα τὸν σοφὸν εἶπεν, ὃν χειμῶνι θρίνακα τεκταινόμενον.* Hoc eſt, *Præparatis quæ ex uſu ſunt, agendum eſt, non inter agendum præparanda ea quibus opus eſt: idque Myſo Chiloni, ei qui ſapiens eſt uſurpatus, dixit, hyeme ventilabrum fabricans.*

Pag. 151. lin. 10. *quod non ſub hac referatur.*] Verba in Græco non cohærent. Loqui videtur de vulgi depravato judicio, ea quæ videntur, neque ſunt tamen bona, veris bonis præferenti. Id fit ex imperitia. Idemque accidit his, quod Plato alicubi ex Steſichoro citat; Trojanos, cum veram Helenam non cognoſcerent, de idolo ejus ſive inani figura decertaſſe. Quod idem fabula Ixionis, cum nube, quam Junonem putabat, concumbentis, Poëtæ delineant.

Pag. 156. lin. 1. *ex forma & materia.*] Formam dixi, quod autor τὸ εἰδητικὸν, id eſt, *id quod cauſſa vim & naturam habet.* Cæterùm materiam, quaſi patiendi, formam (quæ τὸ τί ἦν εἶναι, εἶδος, ἐνέργεια, ἐντελέχεια, philoſophis dicitur) agendi & efficiendi vim habere, notum eſt ex Phyſicis. Porrò autem de rerum caducarum perpetuitate, quam habent continenti formarum naturalium in materia ſucceſſione perpetuiſque rerum mutationibus, copioſè eſt ab Ariſtotele, cum alibi, tum in libris *de Ortu & Interitu* diſputatum.

Pag. 156. lin. 11. *ratio & rationalis.*] Oſtendit, in rebus humanis non eſſe eam, quæ eſt in ſcientiis & artibus, certitudinem atque conſtantiam & perfectionem. Hoc ipſum eſt quod Ariſtoteles initio ſuorum ad Nicomachum Ethicorum, tam accuratè docet atque monet; Non eſſe eandem quæ eſt in aliis, in philoſophia morali demonſtrationum & præceptorum certitudinem requirendam, ſed ratione materiæ ſubjectæ omnia examinanda. Adſcribam verba Platonis, eandem rem optimè explanantia, idque Latinè; *Diſſimilitudines*, inquit, *cum hominum, tum actionum, rerumque humanarum tanta, ut nihil fere in his ne uno quidem momento quieſcat ac perſtet, inconſtantia efficiunt, ne qua de iis omnibus ars, & qua omnibus temporibus congruat, tradi poſſit.* His infert Antoninus: Conſequens ergo eſſe, ut finis hominis non in rebus extra ipſum poſitis, ac non verè bonis ac mutabilibus collocetur. Quod autem κατορθώσεις *rectas effectiones* converti, Ciceronem ſequutus ſum autorem, qui ita extulit libro *de finibus bonorum & malorum* tertio.

Pag. 159. lin. 11. *eumque ferre.*] ἀναχτίον. Legi, ἀνεκτίον.

Pag. 163. lin. 9. *& qui hircum olet.*] γράσσοι eſt ſcribendum, non θράσσοι. γράσσος eſt fætor ille, qui *hirſutis* (ut eſt apud Horatium) *cubat gravis hircus in alis.* αὐτὸν ἡμῶν τὸ γράσσον οὐχ ὑπομενοῦσι, *ne axillarum quidem ipſarum fatorem ſufferent*, milites Alexandri de Perſis, pugnam inituri. Plutarchus Apophthegmat. §. 26.

Pag. 166. lin. 3. *æquum te præbuiſti.*] οἷς ὅσους δὲ ἀγνώμονας ἀγνώμων ἐγένου. Ego ἐυγνώμων lego: quid enim erat laudis, malis ſe malum præbuiſſe? præſertim quum ſæpius jam monuerit, vitia hominum nobis eſſe ferenda.

Pag. 167. lin. 1. *climatibus terræ.*] Alludit ad verſus Heſiodi, α. ἔργων, quos adſcripſiſſem, niſi ſatis notos eſſe putarem.

Pag. 168. lin. 3. *cum hominis, omniſque rationis, præditi animalis.*] Loquitur ex ſententia philoſophorum, qui λογικὸν ζῶον, animal ratione inſtructum, non ſoli homini, ſed Deo etiam, dæmonibus & heroibus genus conſtituerunt: de quo multa legi poſſunt hinc inde apud Plutarchum, præſertim verò in lib. περὶ τῶν ἀκαλλοπίστων χρησηρίων.

ANNOTATIONES IN LIBRUM VI.

PAg. 173. lin. 1. *quam ut in terram utcunque redigar.*] Non enim tantum ſacræ literæ docent, hominem eſſe ex limo creatum, foréque ut in eundem redigatur: ſed & antiquiſſimi philoſophi originem noſtram eòdem retulerunt. Hinc Prometheus dicitur è limo formaſſe hominem, de quo nullus non mentionem facit poëta. Et apud Homerum Menelaus Græcis duellum contra Hectorem detrectantibus iratus, mortem eis ignobilem imprecatur his verbis,

Ἀλλ' ὑμᾶς μὲν πάντας ὕδωρ καὶ γαῖα γένοιτο,
Vos in aquam & terram cunctos convertier oro.

Itaque ἄκια hîc tuli, neque volui, quod poteram, ad alium ſenſum cogitando divertere.

Pag. 180. lin. 13. *vide quid agant homines.*] Queritur de iniquo hominum judicio, qui cum aliis præſentibus laudem meritam teſtimoniumque virtutis invideant, ipſi ab iis quos non viderunt, laudari volunt: cùm nihil inde fructus poſſint ferre, jam ante mortui. Facit hoc egregiè ad famam contemnendam.

Pag. 182. lin. 1. *non indignamur.*] ὅτε ἐνισχυμενόμεθα. In malam partem uſum vocabulo hoc, & ipſe puto, & ſententia teſtatur. Non recordor me apud vetuſtiores autores hoc vocabulum in ſumptum legiſſe. Appianus quidem Alexandrinus, haud inerudituſ ſcriptor, eodem modo uſurpavit l. 5. Ἐμφυλίων de milite loquens, qui ludis in ſubſellia equitum aſcenderat. ὁ δῆμος ἐνισχυμένατο, καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν στρατιώτην ἀνέστησεν. *Populus murmure indignitatem rei teſtatus eſt, & Cæſar militem inde abduxit.*

Pag. 185. lin. 18. *inhumanum eſſe videtur.*] Hic locus idem, ſed paulò obſcurius, videtur docere, quod Cicero ad Lentulum de Platonis ſententia his verbis monet. *Id enim jubet ille Plato, quem ego autorem vehementer ſequor: Tantum contendere in Republicâ, quantum probare civibus tuis poſſis; vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere.*

Pag. 186. lin. 12. *vide ne à præſenti ſtatu dejectus.*] In Græco eſt, Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, μὴ βαφῇς. poſterius eſt; *Ne mergaris.* Quid autem ſit, ἀποκαισαρωθῆναι (ſi, quod non judico, Græcum eſt, aut omnino non depravatum vocabulum) neſcio. Neque vereor nè ſignificet, *imperio aut ſumma rerum deponi*, ἀπὸ τῦ Καίσαρος. Neque enim vel etymologia hæc auditu digna, vel ſenſus loci eſſet ullus: itaque liberè mea verba ſuppoſui.

Pag. 191. lin. 2. *Antonini diſcipulum.*] Pii ſcilicet, qui anteceſſerat eum in imperio.

Ibid. lin. 4. *qua vultus ſerenitas.*] τὸ ἰυόδιον τῦ προσώπυ. Legi, ἴυδιον.

ANNOTATIONES IN LIBRUM VII.

PAg. 206. lin. 11. *velitationes.*] In Græco eſt διαδορατισμοὶ quod tamen vocabulum fateor me non ſatis intelligere. δόρυ quidem *haſtam* eſſe, vel pueri ſciunt; item δόρατος eſſe ejus patrium caſum; ut διαδορατισμὸς videatur eſſe *haſtiludium*, (quod barbari vocant) id eſt, concertatio haſtis quædam inita. Sed haud ſcio quam huc id quadret. Videtur autem, his omnibus humanæ vitæ varietatem voluiſſe demonſtrare.

Pag. 208. lin. 18. *quam multi quondam fuere.*] Aliunde huic loco videntur hæc à librario eſſe intercalata; incommodè profectò, cum alioquin ſequentia optimè cum prioribus cohæreant, in quibus oſtendit; nonnunquam ubi propriæ nos vires deſtituunt, auxilium aliorum non aſpernandum eſſe, dummodo noſtrum officium faciamus. Etenim & Homericus ille Diomedes, ſocio adjuncto ſperabat ſe propoſitum negotium rectiùs confecturum, unde eſt illud, Σύν τε δύ' ἐρχομένω, uſitatum bonis autoribus, explicatumque ab Ariſtotele lib. 8. Ethicorum de amicitia diſputaturo.

Pag. 211. lin. 5. *membrum.*] In Græco eſt μάλος, & pro *parte* μέρος. Porrò non fallit eruditos, membrum reſpectu totius & reliquorum membrorum majore devinciri neceſſitate, quàm totius partes qualeſcunque. Eſt enim omne membrum pars, non contrà. Multò ergo rectiùs ſocietatem humanam & univerſi conjunctionem intelligit, qui membrum ſe, quàm qui partem generis humani dicit. Diſcrimen hoc diviſionis, εἰς μάλη & μέρη, etiam Strabo ſuæ rei accommodavit, lib. 2.

Pag. 218. lin. 14. *divina.*] δαίμονα, legendum δαίμονες, aut ſaltem δαιμόνια.

Ibid. lin. 15. *pauca ſecus.*] ἢ δηλίων. lego, ἢ δὴ λίαν. Sunt autem paſſim permulta, in quibus ariolo magis quam interprete opus ſit.

Pag. 220. lin. 22. *nam rebus.*] Promiſcuè & mutilatè huc poëtica quædam ſunt congeſta: partim infrà lib. xi. repetita.

Pag. 222. lin. 2. *Platonica. Ego.*] Ex apologia Socratis hæc ſunt.

Pag. 223. lin. 3. *credens iis qui dicunt.*] ταῖς γυναιξὶν, in Græco. Sanè Hector Homericus Iliad. ζ. ſuam uxorem hâc ipſa ratione conſolatur, verſu 487. & eſt minimè muliebris hæc ſententia apud Poëtas paſſim inculcata.

Pag. 225. lin. 10. *eſt aliquis te peritior.*] Adnotatum eſt hoc loco à librario non eſſe hic novæ initium tractationis: ſed cohærere cum his quæ ante ea quæ ex Platone ſunt huc tranſlata, præcedebant. Sed quia illa ipſa erant mutila, id quidem non video quale ſit. καθάλιον *luctatorem* dici puto, παρὰ τὸ καταβάλλειν, *dejicere.*

Pag. 230. lin. 6. *omnis animus, inquit ille.*] Nimirum Plato in Protagora.

Pag. 232. lin. 2. *Salaminium.*] Leonem nomine, quem ad cædem ab eo duci Critias tyrannus volebat. Vide Apologiam Socratis apud Platonem, & Diogenem Laërtium in vita Socratis.

ANNOTATIONES IN LIBRUM X.

PAg. 296. lin. 7. *peſtis, bellum.*] Pro *peſtis* in Græco eſt μιμος, *mimus*; quod non quadrare puto. Sunt autem pleraque lacera.

Pag. 303. lin. 2. *expetit quidem.*] Alludit ad verſus Euripideos, quorum mentio eſt etiam apud Ariſtotelem initio octavi Moralium ad Nicomachum: ſunt autem, ſi quis dextrè accipiat, quod hic fit, præclari. Refert integros Athenæus libro δεἰπνοσοφ. XIII.

ANNOTATIONES IN LIBRUM XI.

PAg. 319. lin. 5. *ſimplici obſtinatione.*] Ψιλὴν πεῤῥάϛαξιν ita verti, neque tamen intelligo, cur hoc vel ſic Chriſtianis voluiſſet impingere crimen Antoninus, jam provectâ ætate; qui quid aliàs de iis ſcripſerit, non eſt ignotum. Sed iſta aliò pertinent.

Pag. 324. lin. 4. *oportet igitur.*] Divinare ſum conatus. Quod ſi ſententia hæc fuit Antonini, certè eſt aurea, iis in rebus adhibita in quibus pietas ſinit. *Oportet*, inquit, *in eadem arbore eſſe, etſi non idem cum omnibus ſentias.*

Pag. 327. lin. 9. *inſidiæ tectæ.*] Σκάλμη. Mihi ſubit ſuſpicari, σκαληνὴ legendum, ſchlimm. Nam & Plutarchus obliquam & diſtortam viam, σκαληνὴν ὁδὸν alicubi vocat. λυκοφιλίαι quid ſint, explicare adhuc non ſatis poſſum.

FINIS.

IN-

INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ, qæ in Commentariis his lavdantur, explicantur, vel illustrantur.

Genes. cap. 1. v. 2. תהו ובהו p. 114. b. G.
v. 11. *Herbascat terra herbas.... edentes fructum in species suas* p. 243. a. A.
v. 26. 27. *Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundùm similitudinem nostram* p. 89. a. G.
v. 27. *Marem & feminam creavit eos Deus* p. 89. a. G. b. A.
cap. 2. v. 7. *Finxit Deus hominem è limo terræ* p. 233. b. A.
v. 24. דבק p. 140. b. G.
cap. 3. v. 19. *In terram reverteris* p. 173. a. A.
v. 21. *Fecit Jehova Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas* p. 288. a. E.
v. 22. *Nunc igitur ne extendens manum suam accipiat...* p. 111. b. G.
cap. 4. v. 9. *Numquid ego custos sum fratris mei?* p. 72. a. G.
cap. 5. v. 24. ויתהלך את האלהים p. 163. a. F.
cap. 9. v. 4. *Sanguis est anima ipsius* p. 177. b. D.
cap. 10. v. 9. גבר ציד p. 415. F.*
cap. 11. v. 4. *Ne dispergamur in superficiem totius terræ* p. 111. b. G.
cap. 15. v. 2. *Qid dares mihi, cum ego incedam liberis carens?* p. 248. b. D.
cap. 17. v. 13. *Omnino circumciditor natus domi tuæ* p. 25. b. G.
cap. 20. v. 6. *Ego te cohibui, ne peccares* p. 31. a. C.
cap. 27. v. 19. *Dixit Jacobus patri suo, Ego sum Esavus primogenitus tuus* p. 431. a. C.
cap. 31. v. 2. 5. בתמול ושלשום p. 292. b. C.
cap. 38. v. 9. *Sciebat Onan non fore suum semen illud* p. 305. b. D.
cap. 42. v. 4. *Qia dicebat, ne obveniat ei exitium* p. 111. b. G.
cap. 47. v. 9. *Dies annorum peregrinationis meæ* p. 58. a. G.
cap. 49. v. 11. *Lavat in sanguine uvarum operimentum suum* p. 174. b. E.
cap. 50. v. 2. *Ut condirent aromatibus patrem suum* p. 133. a. E.

Exod. cap. 1. v. 5. *Fuerunt omnes animæ, qæ è Jacobi femore prodierunt, septuaginta* p. 166. a. E.
cap. 20. v. 10. לאתעשה כל מלאכה p. 78. a. D.
cap. 34. v. 10. בכל הגוים p. 78. a. E.

Levit. cap. 15. v. 16. *Qum ex eo exibit concubitus semen* p. 305. b. D.
cap. 17. v. 11. *Anima cujusqe carnis in sanguine est* p. 177. b. D.
cap. 19. v. 2. Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἅγιος ἐγὼ Κύριος p. 296. a. D.

Num. cap. 16. v. 3. Ἔχεσθε ὑμῖν p. 135. b. F.
cap. 23. v. 10. *Moriatur anima mea morte justorum, sitqe finis meus, qalis illius est* p. 192. b. B.

Deuter. cap. 2. v. 27. *Non recedam dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. a. D.
cap. 5. v. 8. *Non facies tibi similitudinem omnium qa in cælo sunt* p. 78. a. E.
v. 32. *Ne recedatis dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. a. D.
cap. 6. v. 5. בכל לבבך ובכל נפשך p. 118. b. G.
v. 13. *Dominum Deum tuum adorabis, eidémqe servies* p. 35. a. E.
cap. 10. v. 4. *Inscripsit tabulis illis eadem decem verba* p. 93. a. C.
cap. 12. v. 8. *Non ingressi estis ad possessionem illam, qam Jehova Deus dat tibi* p. 202. b. C.
cap. 17. v. 11. *Secundùm illud judicium qod dixerint tibi facito* p. 73. b. C.
v. 11. *Ne recedito ab ea sententia dextrorsum avt sinistrorsum* } p. 104
v. 20. *Ne recedat ab hoc præcepto dextrorsum avt sinistrorsum* } a. D.
cap. 19. v. 6. אמתמול ושלשום p. 292. b. C.
cap. 22. v. 1. *Fratris bovem avt pecudem devios ad fratrem reduces* p. 286. a. B.
cap. 28. v. 4. פרי בטנך p. 317. a. A.
v. 14. *Non recedes ab his verbis dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. a. D.
cap. 29. v. 19. *Qò addat ebrietati sitim* p. 263. b. B.
cap. 30. v. 11–14. *Præceptum hoc non est occultum à te... sed propinqua est tibi valdè* p. 345. a. B.
cap. 32. v. 14. *Sanguinem uvarum bibisti merum* p. 174. b. E.
cap. 33. v. 5. 29. *Hostes tui mendaciter se dedent tibi* p. 279. a. B.

Josh. cap. 1. v. 7. *Ne recede ab eo dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. a. D.
cap. 8. v. 15. *Tunc finxerunt se plaga affici Joshua & totus Israël ante eos* p. 331. a. A.
cap. 23. v. 6. *Ne recedatis ab eo dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. a. D.
cap. 24. v. 15. *Si malum in oculis vestris colere Jehovam.... ego & familia mea colemus Jehovam* p. 202. b. A. 212. b. D.

Judic. cap. 11. v. 37. *Ah, ab filia mea, omnino depressisti me* p. 248. b. D.

1 Reg. cap. 2. v. 29. *Honorasti filios tuos supra me, ut saginaretis vos...* p. 253. b. A.
cap. 3. v. 13. *Qia maledictionem sibi inferentibus filiis, non repressit eos* p. 253. b. A.
v. 17. *Ipse Jehova est: faciat, prout ipsi bonum videbitur* p. 122. a. C.
cap. 4. v. 7. אתמול ושלשום p. 292. b. C.
cap. 6. v. 12. *Neqe declinabant ad dextram vel ad sinistram* p. 104. a. D.
cap. 10. v. 11. אתמול ושלשום p. 292. b. C.
cap. 16. v. 7. *Homo spectat qod est ob oculos, sed Jehova spectat qod est in animo* p. 326. b. C.
cap. 25. v. 31. *Ut tibi hoc non sit titubationi, avt offensioni animi* p. 33. b. C.

2 Reg. cap. 2. v. 19. & 21. *Nec declinabat eundo ad dextram avt ad sinistram* p. 104. E.
cap. 3. v. 36. *Populo rectum videbatur, qicqid rex fecerat* p. 19. b. F.
cap. 10. v. 12. Κύριος ποιήσει τὸ ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ p. 122. a. C.
cap. 13. v. 15. *Odit eam Amnon odio magno valdè* p. 24. a. F.
cap. 15. v. 26. *Faciat me Dominus, qod illi visum fuerit* p. 118. b. E.
cap. 16. v. 12. *Iste maledixit, qia Dominus edixit* p. 85. b. A. 162. b. C. 182. b. D.

3 Reg. cap. 1. v. 6. *Qem pater ejus nunqam dolore afficiebat* p. 253. b. A.
cap. 3. v. 25. *Scindite natum istum qi vivit in duas partes* p. 331. a. A.
cap. 4. v. 5. *Nabud Nathanides regis amicus* p. 16. a. F.
cap. 8. v. 39. *Tu nosti solus animum omnium filiorum hominis* p. 346. b. C.
cap. 12. v. 7. תהיה עבד לעם הזה p. 239. a. F.
v. 24. *A Domino extitit illud* p. 85. a. G.
cap. 19. v. 4. *Ubi expetebat apud se mori* p. 154. a. D.

4 Reg. cap. 5. v. 13. *Allocuti sunt eum servi ejus dicentes pater mi* p. 117. a. E.
cap. 8. v. 13. *Num tu servum tuum canem esse avtumas?* p. 296. b. B.
cap. 10. v. 19. *Sacrificium magnum est mihi sacrificandum Babali* p. 331. a, A.
cap. 13. v. 5. כתמול שלשום p. 292. b. D.
cap. 22. v. 2. *Neqe recedens dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. E.

1 Annal. cap. 11. v. 2. כתמול שלשום p. 292. b. C.
cap. 29. v. 12. *Divitiæ & gloria à facie tua sunt* p. 358. b. F.
v. 14. *A te omnia* p. 358. b. F.

2 Annal. cap. 1. v. 11. *Non petisti animam osorum tuorum* p. 119. b. A.
cap. 19. v. 3. *Bona in te inveniuntur* p. 268. a. C.
cap. 34. v. 2. *Neqe recedens dextrorsum avt sinistrorsum* p. 104. a. E.

Esdr. cap. 7. v. 27. *Indidit eam rem animo regis Deus* p. 33. a. C.

Nehem. cap. 2. v. 12. *Qid Deus meus inderet animo meo* } p. 33. a.
cap. 7. v. 5. *Indente Deo meo in animum meum* } C.

Esth. cap. 1. v. 5. *Rex fecit convivium qi inventi sunt Susis* p. 269. a. C.
cap. 5. v. 8. *Veniat Rex & Haman ad convivium qod paravero eis* p. 331. a. C.

Job. cap. 1. v. 31. *Dominus dedit, Dominus abstulit* p. 85. b. A. 246. b. B.
cap. 2. v. 10. *Bonum à Domino acceperimus, & non malum etiam laturi simus* p. 85. b. A.
cap. 3. v. 18. *Qibus mortem postulantibus non adest illa* p. 260. b. E.
cap. 6. v. 14. *Fratres mei sefellerunt, sicut torrens* p. 258. a. E.
cap. 7. v. 1. *Annon est tempus prastitutum homini?* p. 42. a. A. 58. a. D.
cap. 10. v. 9. *Manus tuæ figurarunt me sicut argillam* p. 233. b. A.
cap. 14. v. 5. *Præcisi sunt dies hominis, & penes Deum numerus mensium ejus* p. 42. a. B.
v. 14. *Utinam disponeres mihi determinationem* p. 42. a. A.
cap. 15. v. 21. *Sonus paveris avribus ejus jugiter insonat* p. 191. b. F.
v. 32. *Defungi die non sua* p. 356. a. F.
v. 33. *Violenter Deus illos avferet uva acerba instar* p. 137. a. B.
cap. 22. v. 16. בלא עת p. 356. a. F.
cap. 23 v. 12. *Non recessi à mandatis ejus: verba oris ejus prætuli demenso meo* p. 247. a. C.
cap. 24. v. 13. *Tenebras optant & avcupantur...* p. 80. b. D.
cap. 28. v. 28. *Revereutia Domini est sapientia* p. 190. a. F.
cap. 30. v. 23. *Domus destinata cuiqe vivenți* p. 200. b. B.
cap. 38. v. 28. *Estne pluvia pater?* p. 146. a. D.

Psalm. 1. v. 3. בעתו כי p. 270. b. D.

Psalm.

Pſalm. 8. v. 4. *Cùm reſpicio cælos tuos, opus digitorum tuorum...* p. 244. b. C.
Pſalm. 12. v. 1. *Deſit beneficus: defecerunt veraces ex filiis hominum* p. 243. a. C.
Pſalm. 14. v 4. *Omnes defecerunt: omnes ſimul putidi facti ſunt* p. 243. a. C.
Pſalm. 18. v. 20. Ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμόν p. 279. b. D.
v. 32. כי מי אלוה מבלעדי יהוה
v. 35. מלמד ידי למלחמה ונחתה קשת } p. 202. b. C.
v. 40. *Accingis me robore ad bellum* p. 246. b. B.
v. 45. *Alienigenæ mentiuntur mihi*
v. 46. *Dum decidente eis animo, è conclavibus coborreſcunt* } p. 279. a. A.
Pſalm. 19. v. 1. *Cæli enarrant gloriam Dei fortis* p. 244. b. C.
Pſalm. 22. v. 15. *In pulverem mortis reduces me* p. 173. a. A.
Pſalm. 31. v. 6. יהוה־אל אמת p. 262. b. B.
v. 9. *In patente poſuiſti pedes meos* p. 279. b. D.
v. 16. בידך עתתי p. 364. b. B.
Pſalm. 34. v. 2. *Benedicam Jehovæ omni tempore: jugiter laus erit in ore meo* p. 172. b. D.
Pſalm. 36. v. 3. *Noluit intelligere* p. 144. b. C.
Pſalm. 37. v. 5. גול על יהוה דרכך p. 118. b. E.
v. 10. *Adhuc pavlulum, & improbus non erit* p. 239. b. E.
v. 20. כלו בעשן p. 171. b. B.
Pſalm. 38. v. 13. *Qos ego tanqam ſurdus non audio* p. 182. b. D. 299. a. A.
Pſalm. 39. v. 6. כל הבל כל אדם p. 120. b. E. 309. b. A.
v. 9. *Obmutueram, ſilentiúmque mihi indixeram, qia tu Domine illud feceras* p. 85. b. A.
Pſalm. 44. v. 1. *Majores noſtri narraverunt nobis, qod opus ſis operatus temporibus illorum* p. 246. b. B.
Pſalm. 49. v. 11. *Animus illis, domos ſuas in ſeculum: habitacula in qamqe generationem ſtatui* p. 249. a. E.
v. 12. *Homo ſimilis eſt jumentis* p. 155. a. B. b. C. D.
v. 18. *Cùm tibi beneſeceris, collavdabunt te homines* p. 228. a. E.
Pſalm. 50. v. 16. *Improbo dicit Deus: qid tuá ut enarres decreta mea* p 296. a. A.
Pſalm. 51. v. 6. *En in iniqitate formatus ſum...* p. 263. a. E.
v. 11. *Animum mundum crea mihi Deus* p. 170. a. C.
Pſalm. 55. v. 6. *Adeo ut dicam: ô ſi qis mihi daret alam columba?* p. 137. b. C.
v. 22. השלך על יי יהבך p. 118. b. E.
v. 23. *Homines ſangvinarii & doloſi non perducent ad dimidium dies ſuos* p. 356. a. F.
Pſalm. 55. v. 4. *Ego inter immanes leones ſum...* p. 137. b. C.
Pſalm. 58. v. 3. *Abalienant ſe improbi inde à vulva...* p. 263. a. E.
Pſalm. 62. v. 10. *Opulentia ſi abundet, ne apponatis animum* p. 177. a. E. 309. b. A.
Pſalm. 65. v. 11. *Porcas ejus irrigando, deprimendo liras ejus, imbribus diſſolvis eam* p. 146. a. D.
Pſalm. 66. v. 3. *Mendaciter ſe dedunt inimici tui* p. 279. a. A.
v. 10. *Conflaſti nos ut conflatur argentum* p. 311. b. A.
Pſalm. 68. v. 20. וליהוה אדני למות תוצאות p. 364. b. C.
Pſalm. 73. v. 1. *Attamen Deus corde rectis bonus eſt* p. 351. a. B.
v. 3. *Qum inviderem inſanientibus...* p. 263. a. A.
Pſalm. 74. v. 19. *Tu ſcidiſti fontem & torrentem* p. 244. b. C.
Pſalm. 77. v. 1. 2. *Vox mea ad Deum fertur, qum exclamo...* p. 202. b. C.
Pſalm. 78. v. 36. *Qamvis conarentur eum decipere ore ſuo, & lingvá ſuá mentirentur ei* p. 296. a. A.
Pſalm. 81. v. 16. *Oſores Jehovæ mendaciter ſe dediſſent ei* p. 279. a. A.
Pſalm. 82. v. 6. *Dii eſtis: attamen tanqam è plebe qilibet pariter eſtis occubituri* p. 184. b. B.
Pſalm. 87. v. 3. *Honorificentiſſima ſunt qacumqe prædicantur de te, ô civitas Dei* p. 111. a. F.
Pſalm. 90. v. 2. מעולם עד עולם
Pſalm. 100. v. 5. *In ſeculum &*
Pſalm. 103. v. 17. *A ſeculo in ſeculum* } p. 276. a. D.
Pſalm. 104. v. 9. *Terminum poposuiſti, qem non tranſeant* p. 364. b. D.
v. 19. *Statuit lunam in ſtata tempora, ſolem agnoſcentem occaſum ſuum* p. 244. b. C.
Pſalm. 109. v. 18. Ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον p. 36. a. C.
Pſalm. 112. v. 1. *Beatus qi in mandatis Jovæ delectatur valdè* p. 247. a. C.
Pſalm. 116. v. 1. אהבתי p. 202. a. E.
Pſalm. 118. v. 23. *A Domino factum eſt illud* p. 85. a. G.
Pſalm. 119. v. 18. *Aperias oculos meos* p. 88. a. E.
v. 67. *Qm nondum affligerer, errabam...*
v. 71. *Bono fuit me affligi, ut diſcerem ſtatuta tua* } p. 311. b. A.
v. 75. *Novi, Domine, recta eſſe judicia tua, juſtéqe te afflixiſſe me* p. 100. b. D.
v. 139. *Juſtus es, Domine, juſtáqe ſunt judicia tua* p. 100. b. D.
v. 142. תורתך אמת p. 262. b. D.
v. 176. Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός p. 286. a. E.
Pſalm. 120. v. 5. *Hei mihi! qia peregrinor tamdiu, habito tanqam ſcenitæ Kedareni* p. 137. b. C.
Pſalm. 127. v. 5. *Beatus vir ille, qi pharetram ſuam iſtis impleverit: non confundentur...* p. 41. b. E.
Pſalm. 132. v. 11. *Ex fructu ventris tui* p. 317. a. A.
Pſalm. 139. v. 5. *Retrò & ante obſides me* p. 89. a. G.
v. 13. *Tu obtegebas me in utero matris meæ: maſſam meam viderunt oculi tui* p. 305. b. F.
v. 14. *Mirum in modum* p. 306. a. F.
v. 15. *Ex qo factus ſum in abdito* p. 306. b. D.
Pſalm. 140. v. 3. Ἠκόνησαν γλώσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ὡς ἀσπίδων... p. 155. a. D.
v. 9. *Ne concedas improbo deſiderium ipſius... alioqi efferent illi ſeſe* p. 41. b. F.
Pſalm. 144. v. 3. אדם להבל דמה p. 120. b. E.
Pſalm. 145. v. 15. *Suſtentat Jehova omnes cadentes, & erigit omnes incurvatos* p. 303. a. A.
v. 17. *Juſtus eſt Dominus in omnibus viis ſuis, ſanctuſqe in operationibus ſuis* p. 100. b. D.
Pſalm. 146. v. 4. *Qo die ſpiritus eorum receſſerit, ad terram ſuam reverturtur* p. 172. a. A.
Pſalm. 147. v. 4. *Annumerans poſteris ſtellas, ac ſidera ad nomen expungens* p. 201. a. A.
v. 20. *Non ſic fecit* לכל גוי p. 78. a. E.
Parœm. cap. 1. v. 7. *Sapientia* ראשית *eſt reverentia Jehovæ* p. 190. a. F.
v. 22. *Qouſqe ô fatui amabitis fatuitatem?* p. 144. b. C.
cap. 4. v. 23. *Pra omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: inde enim prodit vita* p. 228. b. E.
v. 27. *Ne declinato dextrorſum aut ſiniſtrorſum* p. 104. a. D.
cap. 6. v. 6. *Abi ad formicam, ô piger; aſpice vias ejus, & ſape* p. 193. a. D. E. F.
cap. 9. v. 10. *Sapientia* תחלת *eſt reverentia Jehovæ* p. 190. a. F.
cap. 11. v. 17. *Benefacit ſibi ipſi vir beneficus* p. 320. a. B.
cap. 13. v. 1. *Filius ſapiens auſcultat eruditioni patris* p. 117. a. D.
cap. 14. v. 15. *Fatuus credit omni verbo* p. 129. a. A. 296. a. C.
v. 31. *Qi opprimit egenum, probro afficit opificem ejus* p. 262. a. D.
cap. 15. v. 11. Ἅιδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ τῷ Κυρίῳ. πῶς οὐχὶ αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων p. 346. b. C.
v. 20. *Filius ſapiens exhilarat patrem* p. 221. a. C.
cap. 16. v. 3. גול אל יי מעשיך p. 118. b. F.
v. 32. *Potior eſt qi in animum ſuum imperium obtinet, expugnante civitatem* p. 19. a. C.
cap. 17. v. 5. *Qi ſubſannat pauperem, probro afficit opificem ejus* p. 262. a. D.
v. 21. *Qi ſtolidum gignit, gignit merum mœrorem ſibi* p. 221. a. D.
cap. 18. v. 10. *Turris robuſtiſſima eſt nomen Jovæ* p. 256. b. E.
cap. 19. v. 11. *Decus eſt homini injuriam illatam præterire* p. 182. b. D.
cap. 23. v. 5. *An oculos conjicies in ea qa ne ſunt qidem? nam omnino comparant alas divitia...* p. 177. a. E.
v. 15. *Fili mi, ſi ſapit animus tuus, lætabitur animus meus* p. 221. a. C.
cap. 24. v. 24. *Dicentem improbo, juſtus es, execrabitur populus: corripientibus vero illos...* p. 41. b. F.
cap. 25. v. 22. *Nam velut prunas coacervabis ſuper caput ejus* p. 172. a. B.
cap. 30. v. 16. *Ignis non dicit, obe* p. 91. b. D.
v. 20. *Terra qatuor ferre non poteſt, ſervum cum regnat...* p. 302. b. A.
v. 27. *Aranea manibus prehendit* p. 139. b. A.
Eccleſ. cap. 1. v. 2. הבל הבלים הבל הבל p. 120. b. E.
v. 4. *Generatio vadit una, venit altera* p. 312. b. C.
v. 9. *Eſtne aliqid, de qo dici poſſit, Ecce hoc novum eſt? imò jam fuit per ſecula...* p. 205. a. C.
Bonus verè eſt, qi conditioni ſuæ reſpondet p. 195. a. A. B. *qi intus talis* p. 326. b. C. *ſacerdos is & ſervus Dei* p. 69. b. F. G. *athleta* p. 70. a. C–H. *pancratiaſta* p. 352. b. D. *aſpera multa exercitii cauſſâ, citra offenſionem, ſubiturus* p. 181. a. F. G. H. 182. a. A. B. C. b. D–G. *virtute altè intinctus* p. 70. b. F. G. *nec mutatu facilis* p. 71. a. G. b. A. B. C. *rupis inſtar, immotus* p. 133. a. F. G. 134. a. & b. *mente bonâ oblectatur* p. 274. a. B. *rectè factis contentus, lætus, agit* p. 76. a. F. G. 102. b. B. 232. b. B. 235. b. F. 237. b. B–F. 247. a. B. C. 317. a. A. B. *ſponte obſequitur* p. 303. b. A. B. *huic regendum, agendum totum ſe dat; ſuiqe diſpenſanda permittit univerſa* p. 77. a. F. G. 118. b. E. F. 122. a. G. 225. b. F. 232. b. B. C. 356. b. E. F. 357. a. A. B. *præſentibus, conceſſis, deſtinatis acqieſcit* p. 34. b. B. C. 39. a. G. 59. b. A. 71. b. D. 90. b. B. 171. b. A. 197. b. F. 216. b. C–F. 267. b. E. F. 288. b. B–F. 289. a. B. 349. a. G. *ut neceſſariis* p. 39. b. E. 121. a. A. *juſtis* 100. D. E. *bonis* p. 71. E. 197. b. B. *congruis* p. 110. a. D. 147. a. B. D. 194. b. E. *commodis* p. 111. a. A. B. *tempeſtivis* p. 111. a. A. *divinitùs diſpenſatis* p. 121. a. C. 226. b. E. *rationi conſentaneis* p. 221. b. E. *in eiſqe rectè excipiendis virtutem exercet ſuam* p. 86. a. F. G. 162. b. C. 171. a. B–G. 220. a. E. b. A–D. 285. b. D. E. 345. a. C. D. E. *nec lege indiget* p. 75. a. H. b. A. B. C. *nec teſte* p. 75. b. E. F. 278. a. E–H. b. A. B. *nec juramento* p. 175. a. B–H. *nihil numen poſcit, qod alios latere velit* p. 80. b. E. F. G. *nihil clàm agit, qod palàm innoteſcere nolit* p. 297. b. D–G. *& ſolus, & cum aliis pariter ſe gerit* p. 81. b. B. C. *vitam, ut Deo conſors, divinam agit* p. 43. b. D. E. 163. a. F. G. 289. a. E. F. b. A. B. C. 346. a. F. G. *aliorum de ſe judicia, dicta, nihil moratur* p. 298. b. B–F. *ſereno, placido, compoſito ſemper eſt animo* p. 42. a. C–F. 75. b. G. 355. b. C. D. E. *nec numen incuſat, nec homines* p. 353. a. B. C. *de vita vel productiore vel contractiore nihil ſatagit* p. 82. a. B. b. E. F. G. 83. a. A. 136. a. G. *mortem nec metuit, nec optat* p. 81. a. D. E. *malis eſt padagogi inſtar* p. 314. b. A. B. *qia vita illis cenſura eſt* p. 314. b. C. D. E.
Calamitas virtutis exerenda, exercenda, occaſio p. 92. a. A. B. 228. a. D. E. 231. b. D. 257. b. A. 271. b. B–E. *rectè ferre, virtutis & felicitatis eſt* p. 134. b. G. 135. a. A. B. 136. a. E. F.
Calumniatores averſandi p. 4. a. C. D. E. *pediculis, vermiculis, viperis pares* p. 67. a. D. E.
Carnuntum, urbs Pannoniæ p. 428. D.
Cenſurq examen ſedulum ſequatur p. 24. a. A–D.
Circulus eſt rerum omnium p. 53. b. D–G. *cujus particula orbis inſtar rotantur* p. 274. b. C. D. 275. a. B–H. b. A–H. 276. a. A–D.
Civilitas in magnatibus laude digna p. 23. a. E. b. C. 32. a. F. b. A.
Coactum nihil gratum p. 73. a. E. F. 179. a. A.
Cœlum civitas, patria noſtra p. 98. a. D.
Cogitatorum ratio habenda p. 2. a. C. *Deo reddenda, qem non latent* p. 2. a. D–G. *reos faciunt* p. 2. a. C. *animum tingunt* p. 78. b. A. *facti crimen habent* p. 2. a. D. *affectuum, ſermonum, actuum fontes, radices* p. 112. b. A. B. *vitanda vana* p. 69. a. A. B. C. *recidenda non neceſſaria* p. 112. a. F. b. A. *cogitandum nihil, qod proloqi pudeat* p. 69. a. D–G. b. A–D.
Comitas ſeveritati juncta qantum valeat p. 13. a. E. F.
Comœdia vetus, media, nova; qatenus utilis p. 322. b. D. E.
Conatus etiam effectu deſtitutus, inanis non eſt p. 255. a. E. F. b. A–F.
Conſcientia ſua cuiqe maximè verenda p. 46. a. E. *fama (cum pavcis) præferenda* p. 28. a. F. *huic qò conſulas ſuſtinenda infamia* p. 142. a. A. B. 171. a. A. 328. a. B–F. *hac contentum agere oportet* p. 102. b. F.
Conſtantia in bono tenenda p. 116. b. C. 212. b. D. 240. a. A. *aliud ea à pervicacia* p. 21. a. A. B. b. E. F. G. 22. a. A. B. *hac nihil fœdius, nocentius* p. 101. b. G.
Continentia ſui, virtus eximia p. 19. a. B–G. 30. a. B.
Corpus, è luto effictum p. 233. b. A. *ex ſe cadaver*

daver merum p. 125. b. G. 126. a. *A.* B. *terra & ſanies* p. 37. b. C. D. 68. b. *A.* 251. b. C. *ſacculus, utris, folliculus* p. 251. b. D. E. F. 252. a. *A. B.* C. *anima amictus* p. 247. b. B. *qualis* p. 37. b. D. *vagina* p. 266. a. C--F. b. *A.* B. C. *vaſculum & quale* p. 316. b. B. C. *huic ergo inſervire natum* p. 67. b. G. H. 68. a. *A.* B. C. *hanc qatenus afficiat* p. 124. a. C. D. E.

Corporis habitus & geſtus gravis & fixus p. 228. b. F. G. *nec affectatus tamen* p. 229. a. B. C. D. *ut ſpeculum mentis ſit* p. 229. a. D--G. b. *A. reſtitutio non impoſſibilis Deo* p. 350. b. C--F.

Creationis ἀρχὴν qualem conſtituerint Stoici p. 412. F.

Cunctatio, & dilatio, in vita rite inſtituenda damnoſa p. 41. a. B--F. b. *A.* 69. b. E. F. 88. a. *A.* 103. b. D. E. 246. a. C--F. b. *A.* 288. a. *A.*

Curioſitas qatenus licita p. 393. E. F.

Deus ſummè bonus p. 47. a. D. *à qo nihil mali qi dicatur, qum tamen corrigendo & puniendo aſpera inſtigat* p. 47. a. B. D--H. *mala ordinat, non facit* p. 170. a. C. D. b. *A*--D. *natura prima* p. 111. b. C. *mens incorporea* p. 125. a. D. *corpus priſcis qà notione dictus* p. 125. b. *A. viſibilis, inviſibilis qatenus* p. 360. b. D--H. 361. a. *A. B.* C. *unde innoteſcat* p. 361. a. D. E. F. b. *A.* B. C. *mundi qaſi anima* p. 110. a. D--G. b. E. F. G. 125. a. D. *omnia permeat* p. 160. a. C. D. 259. a. *A.* B. b. E. F. *temperat* p. 160. a. C. *ubiqe adeſt, omnia intuens* p. 90. a. B. C. b. *A. nudas etiam mentes ipſas* p. 346. b. C--G. *res humanas curat* p. 47. b. B--H. *ſingulorum etiam* p. 48. a. C. D. 197. b. C. *ab ipſo, per ipſum, in ipſo, ad ipſum omnia* p. 141. a. C. D. *ipſius providentiâ, ab initio deſignata* p. 112. b. E. F. 113. a. *A.* B. C. *diſpenſantur* p. 85. a. F. G. 170. b. D. 218. b. B. C. D. 219. a. *A*--F. 245. a. C. D. 359. a. C. *eidemqe inſerviunt univerſa* p. 195. b. B. *pra omnibus verendus* p. 190. a. E. F. G. b. *A*--G. *per omnia tam minoris, qàm majoris momenti negotia, cogitandus* p. 172. b. *A*--E. *& reſpiciendus* p. 87. b. C. *qocunqe ducit, ſeqendus* p. 83. b. F. 218. a. F. b. *A. ſtatio, qam ille aſſignaverit, tuenda, tenenda* p. 222. b. D. E. *ad omnia advocandus* p. 183. b. E. F. 184. a. *A*--E. *in omnibus agnoſcendus* p. 31. a. C. D. 34. b. *A.* B. 246. b. B. *de omnibus celebrandus* p. 172. b. *A*--E. 195. a. D. E. *huic qò ſalvi ſimus, ut medico, gubernatori, avſcultandum jugiter* p. 203. a. F. b. *A*--F. *patiens eſt, ad pœnas tardus* p. 253. a. G. b. *A*--D. *malis & ingratis benignus* p. 234. b. G. 235. a. *A.* B. C. 258. a. B. C. D. 271. a. B. *non adulationem, ſed imitationem exigit* p. 296. a. D--G. b. *A. injuſtè nihil agit* p. 351. a. B. C.

Dextrum ſiniſtro naturâ melius eſt p. 353. a. *A*--E.

Diſpenſatio qalis licita p. 135. b. *A.* B. C. 330. b. F. G. 331. a. *A*--H. b. *A*--E.

Documenta pauca ſufficient p. 43. a. F. G. *brevia & ſummaria* p. 92. a. B. C. *in promptu modò ſint* p. 87. a. D. E. 92. b. C. 101. a. C.

Dolor, longus, levis; gravis, brevis p. 219. b. C--H. 220. a. *A.*

Ellipſis freqens p. 111. b. E. F. G.

Emendatione opus habere ſe, non emendatur, qi non credit p. 5. b. D. *nemo qærit, qod jam nactum ſe putat* p. 344. a. D--G. b. *A*--G.

Epiſtola qales eſſe debeant p. 7. b. E. F.

Error multiplex p. 210. a. E. F. G. b. *A*--E. *erroris admonitus, corrigere ſit promptus* p. 183. a. *A.* D. E. F. b. *A.* 243. a. G. b. *A*--E. *errantem reducere conandum* p. 286. a. *A.* B. *ſed placidè* p. 333. a. D. 334. b. B.

Examen ſui, primùm, ſedulum, juge prodeſt p. 314. b. C. D.

Examinanda ſunt ſingula, tum qa admittenda, tum qa non admittenda p. 73. a. G. b. *A.* B. C.

Exempla qantum proſint p. 181. a. *A.* B. *viva valeant* p. 9. b. H. 10. a. *A.*

Exorciſta Judæi, Ægyptii, Romani p. 384. b. G. H.

Externa qaqe bonis, malis pariter obveniunt p. 49. a. C. D. 153. b. E. F. *media ergò* p. 49. a. E. F. *vilia* p. 153. b. E. F. 246. b. B. C. 252. a. *A.* B. C. *caduca* p. 49. b. B. 138. a. B. 153. b. D. *diurna, non diutina* p. 122. a. G. H. b. *A*--G. 132. b. *A.* B. C. 271. b. F. *ad ævum retrò, porrò, anguſtiſſima* p. 138. a. B. *ut perituris utendum* p. 343. a. *A.* B. *tragica larva, ſcenica inſtructura eis demenda* p. 49. b. D--F. 175. b. D. E. 234. a. *A.* 245. b. *A.* B. C. 347. b. D--G. 348. a. *A. modeſtè habenda, placidè linqenda* p. 249 b. *A.* B. C. *in pretio habere, invidentia, injuſtitia, impietatis eſt radix* p. 180. a. *A.* B. 195. a. C--F. b. *A.*

Fama, extra nos p. 202. b. F. *alienum, non noſtrum* p. 236. a. *A.* B. *inane qiddam* p. 94. b. C. 120. b. D. E. F. 121. b. *A.* 179. b. B. C. *judicii expers* p. 57. b. B. 94. b. C. *inconſtans* p. 94. b. C. *ſectari ſtolidum* p. 13. b. D--G. 102. b. F. 235. b. F. 236. a. *A.* B. *ſuperſtes, res nihili* p. 84. b. *A.* B. *qàm anguſta* p. 95. a. E--H. *evanida* p. 58. b. B. 94. b. C. 100. a. C. 120. b. C. D. *de ea ſolicitum agere, qatenus futile* p. 104. a. F. b. C. D. *aucupantium iniqitas, vanitas* p. 180. b. B.

Fatum qid p. 147. b. D. E. 194. b. F. 290. b. B. C. *an philoſophia ſtudium inane faciat* p. 353. b. C.

Feſtivitas qatenus adhiberi qeat p. 7. a. *A*--F. 73. b. D--G.

Fides habita fidelem facit p. 18. a. E. *fidem fallere nihil adigit* p. 80. a. D--G. b. *A.*

Filius ſapiens, parenti res læta p. 221. a. C. D.

Fluxu iſtic univerſa; conſiſtens nihil p. 56. b. E. F. G. 57. a. *A.* B. b. B--E. 461. b. B--E. 177. a. D. *his ergò affici ſapientis non eſt* p. 161. b. F. 162. a. *A*--D. 177. a. E. F. b. *A. ſed qarere, hac inter fluctuantia, qò ſe contineat* p. 353. b. D. E.

Fors incerta p. 57. a. G. H. b. *A. fortuita divinitus diriguntur* p. 39. b. *A.* B. *fortunam fingit quiſque ſibi* p. 170. a. *A.* B. b. *A.*

Fratres diſſidia non decent p. 37. a. E.

Frons animi index eſſe debet p. 18. a. F. 327. a. D. E.

Fructum nihil non fert, & ſuum quodqe p. 270. b. F. *his onuſta ſpecioſiſſima* p. 64. a. G. b. *A*--E. *fugientia gratiſſima* p. 64. a. G.

Futuri ut nihil certum p. 84. a. C. D. E. *præſagiri tamen multa poſſunt* p. 224. b. B--F. *fruſtra torqent* p. 209. b. D. E. F. 251. a. C. D. E. *aut ſolicitos habent* p. 345. a. C. D. E.

Gloriam de ſpreta gloria avcupari vaniſſimum p. 359. b. E. F. 360. *A*--H. b. *A.* B. C.

Gravitate affectatâ, faſtuoſâ, nihil gravius p. 11. b. G. H. 12. a. *A.* 43. a. *A.* B. C. 279. a. C. D.

Homo corpore, animâ, mente conſtat p. 37. a. F. 88. b. *A.* 348. a. B. *homines omnes cognati* p. 35. a. D. E. 51. b. D. 214. b. D. 274. b. *A.* 358. a. E. *ſemine cœleſti pariter oriundi* p. 35. a. E. b. *A.* B. 98. a. C. 117. a. F. *rationis ejuſdem participes* p. 72. a. F. *luce communis fruentes, aere ſpirantes* p. 268. a. B. *corporis ejuſdem membra* p. 211. b. B. C. D. *ad opem mutuam nati* p. 36. b. B--F. 93. a. F. b. *A.* B. 139. a. *A.* 320. a. B. *qa ſit omnibus præſtanda* p. 72. a. F. G. b. *A.* B. 77. a. G. *ut in commune boni ſint* p. 39. a. B. C. 73. a. G. *homo neminem odiſſe debet* p. 36. b. *A.* B. *nec peccantes* p. 214. a. C. E. F. b. *A. ſed mitis eſſe etiam immitibus* p. 231. b. C. D. *non ad otium natus eſt* p. 138. b. C. *nec ad voluptatem* p. 139. a. B. C. D. *ſed ad opus* p. 139. b. F. *prout & alia univerſa* p. 244. b. A. 296. b. B--F. *hominis munus, Numen venerari, celebrare, homines juvare, ſervare* p. 196. b. C--F. *opus, cœleſtia contemplari* p. 223. a. D--G. b. A. B. 247. a. D. b. A. *humanitatem colere* p. 334. b. B. *ars, bonum fieri* p. 320. a. C. *hac qi non præſtat, nec hominis nomine dignus eſt* p. 296. b. B. *hominem enim internum, exteris exutum, conſiderare oportet* p. 280. a. C. *nec ab homine aliud, qàm qod eſt hominis, exigitur* p. 157. a. A. B. C. *nihilqe homini deſpondendum poſſe, qod homo potuit* p. 144. b. A. B. 180. b. C--F. 181. a. A. B. 351. a. D--G. b. A--G. *aut perferre, qod homo pertulit* p. 158. b. E. *nec impotentia ignavia pratexenda* p. 142. b. E. 143. a. A--D. 144. a. B. G. 180. b. C--F. 181. a. A--D. *nec affectui huic indulgendum, ſed uſu & induſtriâ contrà pro viribus obnitendum* p. 144. a. F. G. *homo animal ephemeron.* p. 122. a. G. b. D. E. *anima cadaver geſtans* p. 125. b. F. G. *ipſe, & humana omnia, vanitas mera* p. 58. a. D. 237. a. G 238. a. A. B. *bullarum inſtar* p. 245. a. D E. F. *mortales natos* p. 99. a. F. G. b. A. *pacem invicem colere, non diſſidia fovere, nedum iras & inimicitias immortales gerere decet* p. 100. a. A--F. 332. a. B. *divulſus à corpore, cui coaluerat, reſtitui poteſt* p. 350. b. C--F.

Icti fulmine M. C. Teſt.

Ictus ſanguinis M. C. Teſt.

Ictericis mel amarum p. 204. a. B--E.

Ignis natura p. 91. b. C. D. *principibus prælatus* p. 32. a. B. C. D.

Imaginativa vis qalis p. 88. b. B--G. 89. a. D. 179. a. E. F. b. A.

Imitatio dextra rerum ingratarum, grata p. 65. a. F. G. b. A.

Impatientia malorum omnium mater p. 167. b. A. B. 231. b. A.

Imperceptibilia qibus omnia habeantur p. 152. a. A--H. b. A--H. 153. A. B. *perceptu difficilia pleraqe qibus* p. 153. a. C--G. b. A. b. D.

Imperiti peritis ferendi p. 12. a. F. G.

Impius omnis injuſtus, mendax, laſcivus, mollis p. 262. a. A--E. b. A. B.

Impoſſibilia ſectari, velle, inſanum p. 158. a. A--D.

Ingenii tecti amicitia anxia p. 18. a. G. b. A--D.

Inimicorum laudes pernicioſa p. 15. a. A. B.

Injuria fructus in læſi ſenſu p. 101. a. B.

Injuſtitia, jus non exequi p. 267. a. F. b. A--E.

Inſani, ſtulti qiqe p. 344. a. B. C.

Invidia amulationis proles p. 27. a. D--G. *fumo comparatur* p. 91. b. D. E.

Ira ira non reponenda p. 185. b. C. D. *injuriâ plus ladit* p. 332. a. A. B. *vincere iram, res virilis* p. 334. b. E. F. 335. a. A. B. C. *ejus remedium, mora* p. 417. H. *cogitatio mortalitatis* p. 100. a. A--F. b. A.

Iraſci an liceat p. 213. b. D. E.

Jupiter omnibus placere non poteſt p. 401. A.

Juſtitia, virtutum omnium genetrix p. 324. b. D. E. *ad ſuperos hinc abiit* p. 166. b. C--F. 167. a. A--D. *rediſſe qando habita* p. 167. a. B. C.

Juſtum eſt, bonis rependi bona p. 350. a. D. E. F. b. A. B. C.

Labori aſſveſcendum p. 271. a. B. C.

Ladere qenqam, niſi ipſeſe, nemo poteſt p. 35. b. F. 36. a. A. B.

Latro, miles p. 415. F.

Lavs à bonis, non à qibuſvis p. 72. b. D. 73. a. B. C. *aliena qid ad nos?* p. 104. b. E. F.

Lectio accurata prodeſt p. 8. a. C. *varia diſtrahit* p. 40. a. F--E.

Lege certâ obveniunt omnia p. 356. a. A--E.

Legi parendum p. 305. a. A--E.

Lex mundi M. C. Teſt.

Liberalitas profuſione diſtat p. 226. a. B.

Libido & voluptas non minùs qam labor & dolor moleſta p. 67. a. D. E. F.

Literatura profeſſoribus ſalaria liberaliter aſſignanda p. 2. b. E. F. G. 3. a. A--D.

Loco nullo non bene vivere licet p. 32. a. A. 157. b. F. 158. a. A. B. C. 254. a. E. F. 304. b. 345. a. A. B.

Lotio intempeſtiva, noxia p. 28. b. A. B.

Magnates ἀσφγότεροι p. 15. a. B. C. 16. a. G.

Mali ſemper fuerunt, ſemper erunt p. 205. a. A. B. C. *miſeratione magis qàm indignatione digni* p. 51. b. D--G. 52. a. A--H. b. A. B. b. A. B. 461. B--E. *juvandi & ſuſtinendi* p. 159. b. E. F.

Malum nihil niſi inhoneſtum p. 36. a. C--G. *habenti ſoli noxium* p. 259. a. C--F. b. A. *nihil ergò ladit, qod verè bono non deſtituit* p. 36. a. C. 100. b. C. 123. b. A. *malo abſtinere, ubi nil obſtat, virtutis eſt; ex metu mero, non eſt* p. 330. b. A.

Malus an volens qis p. 230. b. F. G. 231. a. A. B. C. *ſe non diligit* p. 140. a. G. b. A. *malum qenqam nemo, nec Deus fecerit* p. 36. a. C. 47. a. C.

Mare guttula p. 193. b. D. E. 194. a. A.

Materia univerſi qalis p. 170. a. A. B. *varias ſubinde formas induit* p. 214. b. C. D. E. 215. a. A. B.

Mediocritas in cunctis obſervanda p. 22. b. D.

24. a. F. G. b. A. B. 25. a. D. 27. a. B. 29. b. F. G. 32. b. D. E. F. 191. b. A--D. 234. b. C--F.

Mendacio ſapiens qatenus immunis p. 135. b. A--D.

Mens divinitus derivata p. 35. b. *B*--E. 107. a. D--H. 163. b. A--E. *hanc prater noſtrum nihil* p. 162. b. D. *eſt ipſe qiſqe* p. 212. a. E. 315. b. C. D. E. 348. a. E. *ſola eſt in homine æſtimatione digna* p. 83. a. D. 160. a. D. E. 180. a. *B. principatum obtinens* p. 90. a. A. 160. a. C. *ſervire corpori avt cupidini non debet* p. 38. a. D--H. b. A. *hac Deum attingimus* p. 50. b. A--F 90. b. *B. numinis ſeu damonis inſtar habet* p. 51. a. G. b. A. 59. a. E. F. 94. a. C. 154. a. E. 160. a. E. 213. a. C. D. E. b. A. *fons vitæ* p. 228. b. D. E. *affectuum, dogmatum* p. 247. b. C. *hæc inprimis curanda, coleuda* p. 51. b. *B*. C. 86. b. E. 90. b. *B*. 160. a. D. E. 180. a. *B. pura ſervanda* p. 190. a. C. D. *huic ſananda aſperum nihil non ſuſtinendum* p. 147. b. G. 148. a. A--H. b. A--H. 149. a. A. *huic nihil præferendum* p. 318. b. D. *hanc contra nihil admittendum* p. 78. a. *B*. C. *huic nihil impervium* p. 317. a. C--G. b. A--F. *omnia permeat & perluſtrat* p. 223. b. C. D. E. *vaga nè ſit* p. 45. a. *B*--F. 87. b. D. *alia ſcrutando ſæpe ſe negligit* p. 51. b. C. *viſis temerè nè concedat* p. 163. a. D. E. F. *rectè ſemper fertur* p. 180. a. C--F. *nec impeditur* p. 45. b. E. F. 159. b. *F*. 255. a. C. D. *quia cum exceptione aggreditur* p. 91. a. A. *B*. C. *& obſtantia qaqe in rem ſuam vertit* p. 90. a. *B*. 160. a. A. 257. a. E. b. A. *motu levi avt aſpero non afficitur* p. 94. b. A. 162. b. D. *E. invicta ſit, ubi aliis ſubducta, ſuâ ſe virtute involverit* p. 217. b. A. B. C. *F*. G. 253. a. D. 325. a. D. 348. a. *E*. 349. b. *E. ſe intuetur, ſe pro libitu artat, ſe fruitur* p. 316. a. A. *B*. b. A. *B. moleſtiam ſola ſibi faceſſit* p. 352. b. C. D. *hujus morbi graviſſimi* p. 52. b. *F. cacitas* p. 52. a. *E. F*. G. b. A. *B*. 116. b. *E. F. penuria* p. 118. a. G. b. A--D. *de mentis ſede ſenſa varia* p. 95. b. D--H. 96. a. A--H. b. A--H. 97. a. A. *B*. C.

Methodus recta plurimi in cunctis habenda p. 13. a. G. b. A.

Migratio freqens minus commoda p. 28. a. C.

Mimica qa, nec inutilis p. 322. b. G. 323. A--*F*. b. A.

Minima non negligenda p. 24. b. C. D. 56. a. C. D. 78. a. *F*. G. 92. a. C.

Mirari, philoſophiæ initium p. 19. b. G. 20. a. A--D.

Mirum ſapienti nihil p. 20. D. 292. a. *B. qi miratur ſtultus eſt* p. 353. a. C.

Miſer eſt nemo niſi ſuo vitio p. 259. b. D. *E.*

Miſericordiam ſapienti qatenus negent Stoici p. 51. b. G. 52. a. A--H. b. A. *B*.

Mores, candidi p. 115. b. G. H. *nigri* p. 115. b. G. 116. a. A. *B*. C. *præfractis* p. 115. b. G. 116. a. *E. F. moroſi* p. 116. a. G. *ferini, pecuini* p. 116. b. *B*. 145. b. C. 155. b. D. *pueriles* p. 116. b. *B*. 145. b. C. *muliebres* p. 116. b. *B*. 145. b. *C*.

Moroſitas, & in docente, & in diſcente, officis p. 10. a. D

Mors non eſt malum p. 49. a. D. 99. a. *F*. 272. b. *C. ſed malè mori* p. 136. a. D. *E. vitâ turpi melior* p. 264. a. D--G. b. A. *B. C. natura opus* 50. a. *E*. 59. b. D. *E*. 74. b. C. 99. a. *C. debitum* p. 103. b. *E. non timenda* p. 50. a. *E. F*. G. 413. A. *nec erubeſcenda* p. 99. a. *E. F. nec contemnenda; id qatenus* p. 265. a. A. *B*. 362. b. *E*. 363. a. A. *B. C. nec faſtuoſè* p. 266. a. *B. nec faſtidioſè* p. 266. a. *B. nec negligenter* p. 265. b. *B. nec præcipitanter* p. 265. b. *C*--G. b. A. *nec rabidè* p. 265. a. D. *E. F. nec jactanter* p. 300. b. *E. F. nec diſcupienter* p. 264. a. D--G. *nec reluctanter* p. 307. a. *E. F. ſed conſideratè* p. 265. a. *B*--G. *compoſitè* p. 82. a. *C*. D. *facilè* p. 74. b. *C*. D. 82. a. B. 314. b. E. *placidè* p. 40. b. D. 59. b. B. *lubenter* p. 207. b. G. H. *qod pavci faciunt* p. 136. a. D. E. 137. a. A. B. *C. decenter* p. 82. a. F. *gratulatoriè obeunda* p. 133. b. E. *expectanda* p. 167. a. F. *excipienda* p. 40. b. D. E. 133. b. E. *admittenda* p. 207. b. G. H. *conſciſcenda* p. 165. a. B. *C. qod qibus de cauſis permitebant Stoici* p. 62. b. A--E. 165. b. A B. *C*. 255. b. F. 256. a. A. B. *ſed jure rejicitur & refellitur dogma iſtud* p. 62. b. F. G. H. 63. A. *B. ritè mori, res magna* p. 319. b. G. *mori non poſſe, volenti miſerum* p. 260. b. *C*--F. 261. a. A--F. *mors migratio* p. 46, b. E. F. 47. a. A. 256. a. A. 319. a. A. B. D. E. *tranſitus* p. 47. a. A. *exitus* p. 47. a. B. 256. a. A. *exceſſus de corpore* p. 47. a. B. *diſceſſus* p. 319. a. B. *dimiſſio* p. 319. a. *C. præmiſſio* p. 47. a. B. *C. reditus rei ad principium ſuum* p. 103. a. A. *compagis diſſolutio* p. 59. b. B. C. 315. a. B. *reſolutio in elementa prima* p. 99. a. C. D. E. 225. a. *A*--F. 233. b. C. D. *in eodem ſtatu ponere, qo retro fueramus, nonnullis (ſed falſo) viſum* p. 108. a. C--H. 245. a. F. b. *A. portus* p. 67. E--H. a. 165. a. F. *requiem dat* p. 67. b. B. C. D. E. F. 142. a. D. E. *meſſis* p. 221. a. E. F. G. b. *A*--D. 343. a. C. *imperatores, magnates, medicos, mathematicos, philoſophos, poetas, artifices pariter tollit* p. 66. a. F. G. b. *A*. B. C. 120. b. D. 129. b. C--F. 200. B. C. D. 201. a. E. F. 246. b. D. E. 247. a. *A*. B. 248. b. *A*. B. C. *omnes æqat* p. 204. a. B. *hanc nemo ratione ullâ effugerit* p. 173. a. *A*--H. b. *A*--H. 174. a. *A*. 223 a. *A*. B. C. *mortis dilatio, res ferè nihili* p. 129. a. D. E. F. b. *A*. B. 138. a. *A*. 294. b. *A*--G. 295. a. *A*--D. *mors verè nulla nonnullis* p. 99. a. *A*. B. *rerum omnium aliis* p. 272. b. B--E. *urbium etiam* p. 131. a. F. G. H. b. A--H. *ortus unius, mors alterius* p. 127. a. *B*--F. b. *A*--E.

Mucidus, fatuus p. 278. a. *A. B*.

Multis immiſcere ſe haud expedit p. 74. a. *A. B*. C. 111. a. F. G. *ſupervacuis præſertim, mimuſqe neceſſariis* p. 111. b. G.

Mundus civitas Dei p. 111. a. E. F 115. b. G. 116. a. E. F. *qaſi animal*, p. 124. b. *A*--G. *eſt omnium hominum patria* p. 198. b. *B*--G. 199. a. *A. B. corpore uno, animâ unâ pradito, conſtans* p. 125. a. *A. B. licèt, cinni inſtar*, p. 224. a. *A. B*. C. *ex natura ſua diſcordibus*, p. 115. a. C--H. b. *A. B*. C. 224. a. C--F. b. *A. B. ſcitè admodum compacto & concinnato* p. 119. a. F. G. H. b. *A--F. cujus membra ad congenera ſibi ſponte ferun*- p. 367. a. *A*--E. *cedunt ſibi invicem in totius uſum* p. 336. a. *B*--F. b. *A. B*. C. E. F. 337. a. *A*--F. *homo ſolus ex omnibus hîc officio ſuo deeſt* p. 337. b. D. *mundus civitas quadam* p. 56. a. E. F. G. b. *A. B*. C. 84. b. D. E. F. 94. a. F. 98. a. C. D. 111. a. E. F. 198. a. *B*--G. *ſcena inſtar* p. 321. *a. F*. G. H. b. *A*--H. 322. a. *A*--D. *malis moribus fœtus* p. 243. a. B--G. *mutationibus obnoxius* p. 97. b. G. 98. a. A. B. C. 216. a. C. D. 240. a. B. *eiſdémqe conſiſtens* p. 40. a. C. D. E. 50. b. A. 59. b. D. 177. a. E. 213. b. E. 216 a. B--E. *mundana omnia qàm nihili* p. 301. b. E. *pereuntia & peritura* p. 49. b. C. *mundi conflagrationes* p. 66. b. D. 156. b. B. C. D. 318. a. C. D. E. b. *A*. B. C.

Nihil ex nihilo, in nihilum p. 98. a. E. F. b. *A*--F. 156. a. C. 244. a. *A*--G. b. *A*.

Nominibus qa gerimus, re reſpondendum p. 293. a. B--H. b. B.

Novum inſolenſve nihil p. 53. b. C--G. 116. b. C. D. 205. a. *A*. B. C. 255. b. C. *ſapienti fortive* p. 121. a. B. *ſtultis ſecùs* p. 128. a. C. D. E. 234. b. *A*. B.

Obſtinatio mera Chriſtianis immeritò objecta p. 318. a. F. G. b. *A*--F. 417. H.

Occupationes fingere, ineptum p. 6. b. E. F. 15. a. E. F.

Oculorum continentia p. 65. b. D--G.

Officia pro relationibus & perſonis præſtanda p. 15. a. F. G. *officii divini humaniqe ratio pariter in qibuſqe habenda* p. 87. a. B. C. D.

Opinio qantum valeat p. 54. b. *A*. F. G. 55. a. *A*. B. 83. a. D. 98. C. 212. a. F. G. b. *A*. B. C. 290. a. B. *ea nos, non res ipſa, turbat* p. 97. b. F. 231. a. E. 254. b. C. D. 256. b. F. 257. a. *A*--D.

Orbi qibus miniſteriis demereantur p. 204. b. D--G. 205 a. *A*. b. C. b. *A*. B. C.

Oſtentatio vitanda, hujuſqe vanitas p. 6. a. E. F. 22. a. B. 28. a. *B*. E. 228. a. F.

Otium, uti neſcis, negotio moleſtius p. 111. b. *B*. C. 231. b. *A. B*. C.

Parentum virtus ad eandem proli calcar p. 2. a. *A*. 191. a. C. D. *horum veſtigiis, citra examen, non inſiſtendum* p. 128. b. D.

Parere prius qàm imperare p. 340. b. G. 341. a. *A*--F.

Parma p. 3. a. G.

Παῤῥησία ferenda p. 5. a. *B*.

Parſimonia juſta, etiam in principe, probanda p. 28. b. C. *Vide* Publica.

Pater familias qare dicatur; qalis eſſe debeat p. 11. a. *A*--H. b. *A. B*. C.

Patria ſapienti nulla non terra p. 198. b. *B*--G. a. 199. a. *A. B*.

Pax ſubdola qalis p. 328. a. *B*--E.

Peccandi malis ſatietas nulla p. 263. a. *A. B*. C.

Peccantes citra iracundiam avt aſperitatem corrigere conandum p. 164. a. *A*. b. C. 185. b. C. D. 186. a. F. 332. b. F. 333. a. A. *juvandi & ſuſtinendi* p. 167. a. G. b. A. B. *vel corrigendi, vel ferendi* p. 261. a. G. *peccant neſcii, inviti, qatenus* p. 329. b. *F*. 330. a. A--D. *peccare nemo coegerit* p. 154. a. G. b. A. B.

Peccat omnis homo p. 153. b. B. *ei qi invitus peccat, venia parata eſt* p. 230. a. A--G.

Peccata Stoicis paria p. 46. a. C. *graviora, qa à libidine, qam qa ab ira* p. 46. a. D. *aliena placidè ſuſtinenda* p. 35. a. B. *nobis non obſunt* p. 112. b. E. 162. a. *F*. b. A. 218. a. E. 259. b. D.

Peccati abſtinentia à procuratione divinâ p. 31. a. C. D.

Peritia verè bonum avt ſapientem non facit, nec plurimi ex ſe habenda p. 10. a. *F*. G, b. A--D.

Perſa pro communi omnium, ſolo Rege nominato, ſalute ſacra faciebant p. 400. b. H,

Perſeverantia jugis in vita rectè inſtituenda p. 190. a. D. E.

Pertinacia faſtus, inſcitiæ, ſtultitiæ proprium p. 21. b. E. *F*. G.

Philoſophiæ ſtudio ætas nulla non incumbere debet p. 38. b. B. C. D. *huic aliis miſſis vacandum* p. 83. b. *F. nec aliud qicqam pra principali hoc intendendum* p. 86. a. *F*. G. *ſenecta occupato præcipuè* p. 38. b. C. D. *non in ſermone conſiſtit* p. 301. a. B--*F*. b. *A*--D. *hanc profeſſi pleraqe titulo, non re tales* p. 26. b. G. 236. b. *A*. B. a. *A*--G. 277. a. *B*--H. b. *A--F*. 301. a. *B--F*. b. *A*--D. *hujus partes qa* p. 242. a. D.

Philoſophari licet, ſine tunica p. 117. a. G, b. *A*--E. *ſine libro* p. 117. b. E. *F. ſeminudo* p. 117. b. G. 118. a. *B. ſine commeatu* p. 118. a. *F*.

Phocionis indoles qalis p. 326. a. *B*. G. b. *A. B*.

Pietas juſtitiæ juncta p. 345. a. E. *hac antiqior etiam* p. 337. b. F.

Platonis politia p. 278. b. B--F.

Plavſus nec avcupandus, nec importunè exhibendus p. 13. b. D. E. F.

Præceptoribus qantum debeamus p. 15. b. E. F. G. 16. a. A. B. C.

Præſentem imaginari, qem vereare, prodeſt p. 339. a. B--F. b. A. B.

Præſtantioribus viliora concedere & inſervire nata ſunt & debent p. 158. a. D. E. 160. a. E.

Præſtantiſſima qaqe eligenda, proſeqenda, tenenda p. 77. b. F. G. 79. b. C. D. E.

Præviſa minus afficiunt p. 229. b. E. F. G.

Prece nil à Deo petendum, qod homines latere velis p. 69. a. F. G. b. A. *verè bona inprimis petenda* p. 283. b. E. F. G. 284. a. A. *precibus praxis pro viribus jungenda* p. 284. b. D. E. F. b. A--D.

Principia duo, cauſſa & materia p. 110. a. A. B. C.

Progreſſus in bono perpetes p. 78. a. F. G. *qos faciamus, obſervandum* p. 78. a. G. *modici non ſpernendi, ſed fovendi* p. 278. b. F. G.

Proprium qicqam qatenus nemo habeat p. 358. b. F. 359. a. A. B. C.

Publica privatis, cum pavcis, præferenda p. 22. a. E. F. G. b. A--D. *publici ſumtus moderandi* p. 24. b. E. F.

Punctum temporis p. 56. b. C. D.

Rectâ ſemper accuratè, qaſi ad lineam ductam, progrediendum p. 104. a. C. D. 110. a. D. 141. a. C.

Redeundum properè, ubi deviâſſe ſenſeris p. 150. a. E. F. *reditus is firmabit magis* p. 174. b. A. B.

Refectiones neceſſaria, ſed modicè & ſobriè habenda p. 113. b. F. G. H. 114. a. D--E. 140. a. A. B.

Regibus philosophantibus beantur regna p. 17. a. E--H. b. A--H. 18. a. A--E. *ejusmodi subditis patrum instar* p. 11. a. A--H. b. A. B. C. *libera satis sub isdem servitus* p. 16. b. F. G. a. A--D.
Regnum ipsum servitus p. 239. a. E. F. G. b. A. B.
Religio citra superstitionem p. 192. a. E. F. G.
Res ipsa, formis & apparatu sepositis, perpendenda p. 97. a. D.
Rhombus inter puerilia crepundia p. 403. a. G.
Romana, gravitas, strenuitas p. 42. b. E. F.
pro Rostris mortui laudabantur p. 403. a. H.
Sapere se solum qi putat, desipit p. 22. a. F. G. b. A. B. C.
Sapientiæ gradus qis, lapsum moneri velle p. 101. a. C--H. b. A--H. 102. a. A--G. b. A.
Scelera lucem aversantur p. 80. b. B--G.
Secessus per se parum prodest p. 92. a. D. E. F. *in se secedere prosit* p. 92. b. A. B. D. E. *secessus amœnus conscientia proba* p. 92. b. D. *horridus mala* p. 92. b. E.
Scholasticus qis p. 398. b. B.
Scimpodium p. 5. b B.
Semina accepta vis occulta effingit p. 305. b. C--G.
Seni ab actu non desistendum p. 186. b. A--D.
Sententia temerè non ferenda p. 191. b. A--D. *aliena meliori cedendum* p. 21. b. E. F. G. 192. a. B--E. 283. a. A--F. b. A.
Servi fors qalis p. 341. a. E. F. G. b. A--H. 342. A--D. *servitia speciosa* p. 28. b. E. F.
Sigilla, *Sigillaria*, *Sigilliola* } *parva sunt signa* p. 207. b. A. B.
Socrates undè magnus p. 232. a. A. C. D.
Somno, avi somnio similis plurium vita p. 128. a. F. G. b. A. B. *somniorum spectra mera sunt, qa nos perturbant* p. 57. b. F. G. H. 58. A. 192. b. F. G. 193. A.
Somnus, cum pecude nobis communis, actionem intercipit p. 242. a. A. B. C.
Sophistæ qales p. 5. b. E. *F.* G. b. A--*F.*
Sors communis non recusanda p. 227. b. C--*F.* 228. a. A. B. C.
Spes Christiana qalis p. 108. b. G. H.
Temerè nihil admittendum, agendum p. 73. a. G. b. A. B. C. 76. b. C. D. 79. b. *F.* G. 128. a. D. 208. a. B.
Temperamentum probum animi, morum, motuum, laude dignum p. 13. a. E. *F.* b. B. C. 20. a. D. 22. b. D.
Tempus præsens, qo solo utimur, fruimur, sedulò advertendum, ritè disponendum p. 42. b. G. 86. a. *F.* 111. a. *F.* G. b. A--D.
Terra tota ad universum puncti instar p. 95. b. A. B. C.
Tragœdia unde dicatur p. 320. a. E. *unde sit orta* p. 320. a. *F.* G. *an comœdiâ antiqior* p. 320. a. D--G. b. A. B.
Tranquillitas benè agendo, non nihil agendo, acquiritur p. 112. a. C.
Transitio à numero ad numerum p. 41. b. 117. a. A. B C. 202. b. C. D. *à persona ad personam* p. 117. a. D. E. 202. b. C. D. 242. b. D.
Tyranni iidem aliis, aliis servi p. 119. b. C. D. *fastuosissimi, qi è servitio emerserint* p. 302. a. E. *F.* G. b. *A.* C. D. *tyrannorum hypocrisis* p. 14. b. E. *F.* G. 15. a. A. *invidentia* p. 14. b. C. D. *tyrannum regemqe qantum interfit* p. 14. a. *F.* G. b. A. B. C.
Unionis genera varia p. 211. a. B--E.
Urbes integræ qasi morte sublatæ & sepultæ p. 130. a. B--H. b. A. B. *C.*
Usus qantum valeat p. 351. a. D--G. b. A--G. *gravia primitus levia, ingrata grata facit.* p. 303. b. E. *F.* G. 304. a. A--E.
Utile nihil, nisi honestum p. 86. a. G. b. A--D. 241. b. D. E. *F.*
Varietas juvat p. 199. a. *F.* G. b. A--G.
Velle sanari sufficit p. 259. A. B. *C.* 300. a. D. E.
Veniam qatenus admittant Stoici p. 20. b. B--*F.* *peccantibus haud difficulter habenda* p. 8. a. A. B. 20. b. D--G. 216. b. A. *ab eis præsertim, qi ipsi eâ opus habent* p. 216. b. B. *C.* 330. a. D. E. *F.* *invitè delinquentibus debetur* p. 73. a. E. *F.* 230. a. A--G. 353. a. B. *ignaris qatenus* p. 52. a. *C--F.*
Venter qàm vorax p. 109. a. A--H. b. A.
Verbositas vitanda p. 74. a. A.
Veritas una p. 210. a. B--G. b. A--E. *res divina* p. 262. b. B. *hujus sermo simplex* p. p. 345. a. F. b. *A*--D. *eâ nemo volens destituitur* p. 230. b. F. G. 231. a. *A.* B. C.
Verna p. 389. a. B.
Vernaculus p. 26. a. A. *C.* D.
Vernilitas, *Vernula* } p. 26. a. B.
Vernularum dicacitate delectantur domini p. 26. a. *A.* B. C.
Vestis familiaris à forensi alia p. 7. a. H. b. *A.* B. C. *citra splendidam in aula agere licet* p. 32. a. F. b. *A.*
Victûs ratio valetudini conducit; tenuis potior p. 2. a. G. b. *A.* 4. a. *A.* B.
Vindicta modus optimus p. 171. b. B--G. 172. a. *A.*
Vir verè qis p. 97. a. E. F. G. b. *A*--E.
Viribus majora non molienda p. 208. a. C--E. b. *A.*
Virtus sola in pretio habenda, & studiosè asfectanda p. 77. a. F. 121. a. *A.* 179. b. D. E. F. 201. b. *A.* B. C. *sola permanet immota* p. 77. b. B. *sola ad posteros, ad superos transmittit* p. 58. b. B--H. 59. a. *A*--D. *rectâ semper fertur* p. 180. a. D. *viâ per se, vitii viâ minùs arduâ, minùs molestâ* p. 151. a. E. *masculæ* p. 42. b. E. F. 74. a. D. *nisi gratuita, nulla* p. 102. b. C. *ipsa sibi sufficit* p. 218. a. *A. ipsa pretium & præmium est sibi* p. 28. a. F. 286. b. D. E. 287. a. *A*--D. *virtutes in aliis agnoscere & suspicere, candoris est* p. 115. b. F. G.
Vita brevis p. 43. b. G. 44. a. *A*--H. b. *A.* B. 103. a. B. 113. a. D--H. b. *A.* 138. a. D. E. F. *incerta* p. 238. b. B. *puncti instar ad ævum* p. 113. b. B. C. 162. a. E. F. 280. a. B. D--F. *præsens tantùm vivitur, & hoc punctum insecabile* p. 53. a. C. D. G. b. *A.* 59. b. C. 84. a. *A.* B. C. 113. a. E. *fugit* p. 42. a. F. G. b. *A*--D. 44. a. *A*--D. 113. b. B. *redit denuò* p. 42. b. B--D. 44. a. E--H. b. *A. indies diminuitur* p. 60. a. *A*--D. b. *A.* B. 63. b. C. D. *peregrinatio* p. 58. a. G. H. b. *A. navigatio* p. 63. b. D. 67. a. E--H. *militia* p. 58. a. E. F. *lucta* p. 229. b. D. E. *molestiis referta* p. 137. a. F. G. b. *A.* B--G. *cum dissentientibus transigenda* p. 266. b. E. F. *fabula* p. 321. a. F. G. H. b. *A*--H. 322. a. *A.* B. C. 363. a. *A*--F. 364. a. *A*--D. *in qa personam & terminum assignat choragus deus* p. 363. a. *F.* 364. b. C. *non qam longa, sed qàm benè acta interest* p. 83. a. B. *sibi per omnia debet esse consentanea* p. 9. b. B--H. 13. a. B. C. 17. a. *A.* 23. b. D. 30. a. *A--F.* 191. a. D. E. *F. sibi, naturæ, rationi, legi, numini consentanea, eadem* p. 11. b. D. E. *F.* 72. b. C. 83. a. E. 86. a. *F.* 142. a. C. 210. b. *F.* 362. a. D. E. *vitæ scopus certus aliquis proponendus, nè vaga sit* p. 55. b. *A--F.* 315. a. C. 337. b. *F.* 338. a. *A.* B. C. E. *fructus qis verus* p. 190. b. G. 191. a. *A.* B. *malè acta morte pejor* p. 346. a. D. E. *vita spatium à deo præstitutum* p. p. 42. a *A.* B. 356. a. *A*--E. *eo contentus agere qisqe debet* p. 200. a. B--*F.* *dies ultimus jugiter cogitandus* p. 43. a. C. D. 46. b. C. D. 86. b. *F.* G. 218. a. B. C. D. *tanqam ultimus qisqe habendus* p. 164. b. C. 218. a. C. D. 227. a. E. *F.* b. A. B. 234. b. B. C. 317. a. B. *qalem in eo deprehendi oporteat* p. 192. b. C. D. E. *vitæ satietas* p. 263. a. E. b. *A.* B. C.
Vitii contages p. 264. b. D--G. *inconstantia* p. 73. a. D. 258. b. E.
Vocabula olim usitata, post obsoleta p. 120. a. *A--F.*
Voluptas bonum qare non sit p. 193. a. C. D. E. 241. b. *F.* 252. a. E. b. *A. æqè ac dolor differt, distrahit* p. 67. b. D. E. *F. eâ pessimi etiam fruuntur* p. 193. a. C. D. E.
Vulgus inconstans, mutabile p. 94. b. C. 103. a. E. *F. hujus censura nihili habenda* p. 272. a. B--E. b. *A.* 274. a. E. *F.*
Vultus species affectata, genuinam exterminat p. 215. a. *F.* G. a. *A*--E.

THOMÆ GATAKERI
OPUSCULA PHILOLOGICA,
SIVE
DISSERTATIONES TRES,
In qarum I. differit de
DIPHTHONGIS,
SIVE
BIVOCALIBUS.
II. DE
NOMINE TETRAGRAMMATO JEHOVAH.
III. DE
BAPTISMO INFANTIUM.

HENRICUS STEPHANUS

In EPISTOLA ad

JACOBUM GILLOTUM,

APOLOGIÆ pro

AULO GELLIO

PRÆFIXA.

Tyrannus potentiſſimus eſt Error communis ille *qi* jus facere *diei ſolet. Hinc fit, ut eorum qæ ab illo recepta ſunt, intacta manere plurima videamus. qum enim ἀβασανίστως ea receperit, poſtea βασανίζεσθαι non permittit.*

THOMÆ GATAKERI

DE

DIPHTHONGIS,

SIVE

BIVOCALIBUS;

Deqe Literarum qarundam ſono germano, naturâ genuinâ, figurâ novâ, idoneâ, ſcripturâ veteri, veráqe;

DISSERTATIO PHILOLOGICA.

LECTORI CANDIDO.

HAbes hîc alterum otii, per morbum nuper non indulti, ſed indicti, fœtum. *Tricas apinaſqe ſemper?* forſan dixeris. Ignoſcas, qæſo. Inter medicorum παρεγγέλματα ὑγιεινὰ habetur, *Infirmis, qæ animum remittant, leviora condonanda; qæ intendant, gravioribus abſtinendos.* Qod avtem de ſuis olim ille,

[a] *Hæc mihi charta nuces, hæc eſt mihi charta fritillus,*

& in morbo, & extra morbum, ſola ferè. Sed nec uſui nulli apinæ iſtæ. neqe enim inutile prorſus qicqam, qod veritati eruendæ, reíve literariæ promovendæ qoqo modo conducat. Et gravioribus ſubſeciva duntaxat fuiſſe, fieri poteſt, ut deinceps ratione aliqâ pateſiat. Illud unum à te avferre ambio, (nec iniqum avtumo petere) ne qæ hîc dantur, qia [b] παράδοξα videbuntur, idcircò παράλογα etiam habeantur. Ad rationis verò rectæ amuſſim obruſſamqe ubi exiguntur, nî probare ſe potuerint; non recuſo, qui minùs, cum Avguſti *Ajace*, [c] *in*

[a] *Martial. lib. 13. Ep. 1.*

[b] Παράδοξα μὲν ἴσως, ἃ μὴν παράλογα. *Cleanthes apud Arrian. l. 1. c. 1.* Πολλὰ γὰρ τἀληθῆ παράδοξα φαίνεται. *Ibid. l. 1. c. 27. Paradoxa qæ appellantur iſta, mihi videntur eſſe veriſſima. Cic. parad.*

[c] *Sueton. l. 2. c. 85.*

ſpongiam incumbant; & ſi [a] *litura multa* emendare neqiverit, *una expungat.* Me certè mea etiam ipſius, lingvâ qoqe manúve propria, velut

[b] *Lugdunenſem rhetor ad aram,*

delere, nemo qiſqam proclivior promptiórqe fuerit; ſicubi â veritate (qæ mihi, nuſqam non, nunqam non, [c] *avrichalco* dicam? imò [d] *avro Vphaz contra, non cara*) deſciviſſe fuerint deprehenſa. Iſta interim ſi faventer habuiſſe te intellexero, otii hujuſce fructus (modò ne per preli magiſtros, qos penes eſt, vel imprimendi, vel ſupprimendi, arbitrium, obſtiterit) uberiores, utiliores qoqe (utpote qæ ſacræ paginæ illuſtrandæ uſui eſſe poſſint) poſthac aliqando (in me certè nihil eſt futurum, qo minus etiam propediem) cum Deo bono, expectaveris. *Vale.*

[a] *Non poſſunt noſtros multa Favſtine litura*
Emendare jocos; una litura poteſt.
Mart. lib. 4. Epigr. 10.

[b] *Juvenal. Sat. 1. verſ. 44. de qo loco videndus Joſ. Scalig. emend. temp. lib. 5.*

[c] *Plaut. Curcul. 3. 1.*

[d] *Dan. 10. 5.*



THO.

THOMÆ GATAKERI
DE
DIPHTHONGIS,
SIVE
BIVOCALIBUS
DISSERTATIO.

Diphthongos neſcio qas, ſive (uti appellant, qi accuratiùs loqi amant) *Bivocales*, jam olim nobis procuderunt, fuíſqe obtruſerunt, rei Grammaticæ Magiſtri. Mitto qi *triphthongorum*, ſive *trivocalium* qoqe portenta confinxerunt, qia rari ſunt admodum reperti, qibus commentum hoc ſuum iſti, avt probare, avt perſvadere etiam, potuerunt. Cæterùm in illorum, dictata hæc, tanqam dicta qædam Pythagorea, citra diſqiſitionem (uti videtur) exqiſitiorem ullam, non ſciolorum tantummodo turba imperita, ſed eruditorum qoqe literata cohors, ulnis obviis amplexa, tota ferè, ſententiam pedibus ivere. Ita longè latéqe diffuſa & graſſata traditio iſta, cum neminem offenderet, qi vel impetere, vel obſiſtere, vel ad examen etiam evocare ſuſtineret, in *ſcholas* paſſim omnes penetravit, & in lingvæ cujuſqe *Inſtitutionibus Grammaticis*, locum, haud ultimum eum, avt ignobilem, occupavit: nec *epidemius*, ſed *œcumenicus*, jam *error* evaſit.

Adverſus dogma minus ſolidum iſtud, uſu tam longo latéqe patenti propalatum, probatum, propagatúmqe, primus, (qod norim) ſolus etiam, (qem viderim) ſeculo tandem hoc noſtro (qo in priorum ſcita ceptum eſt acriùs altiúſqe inqiri) opponere ſe avſus eſt, Danus qidam eruditus, Jacobus Matthiæ. Is in *Tractatus*, qem *de Literarum Doctrina* edidit, libro ſecundo, in qo *de diverſa incommodis* diſſerit, inter alios, qos redarguit, hunc *de Diphthongis* errorem detexit, breviterqe pro inſtituti operis ratione perſtrinxit. Huic ego *σύμφωνον ἢ σύμψηφον* cum me profitear, qod ille ſtrictim pavcis eſt executus, fuſius paulò proſeqi, *Diſſertatione* iſta inſtitui.

Hoc eſt igitur, qod contendimus uterqe, *Diphthongos* iſtiuſmodi, ſive *Bivocales*, *nullas dari: nec poſſe plures in eandem ſyllabam convenire ac coaleſcere vocales.* Hoc utiqe præ *conſonis* habent *vocales*. qod ſonum integrum, ſive vocem integram, (*ſyllabam* * cum nonnullis nullus dixerim. qî enim ſyllaba, ubi nulla *συλλῆψις*?) poſſit vocalis ſola conficere; qod conſona nec una, nec plures valent. at præ *vocalibus* iſtud *conſonæ*, qod poſſunt hæ plures in ſyllabam unam compingi, qum illæ plures ad unam eandemqe conſtituendam neqeant concurrere.

Iſtud, qo clarius eluceſcat, duo cumprimis præſtandi videtur incumbere neceſſitas. alterum, ut *opinionis diverſæ ortus* ſive *occaſio* aperiatur; alterum, ut *literarum* qarundam, ex qibus *bivocales* ſuas illi conficiunt, *vis* atqe *poteſtas vera* ac *genuina* eruatur.

Prius illud qod attinet, *Erroris origo*, *occaſio* ſaltem, ab Hebræorum uſu emanaſſe videtur: apud qos literæ י *jod* & ו *vav*, prout figurâ non multum abſimiles; altera enim productior pavlò facta alteram producit) & naturâ etiam affines ſunt: unde natum, ut ſecum invicem crebrò permutentur: qod patet in היה & הוה *eſſe*, חית & חוה *ivere*, ילד & ולד *puer*, aliiſqe non pavcis: ita in hoc qoqe conveniunt, qod nunc *vocalis*, nunc *conſona* munus utraqe ſuſtineat. Hos avtem cùm Græci, qi ab illis literas ſuas (id qod elementorum nomina ipſa indicant) ſunt mutuati, tum & Græcos, à qibus totam ferè linguam ſuam (qod alibi oſtendimus) Latini, imitati; utriqe, I ſuum & Y illi, I ſuum & U iſti, cùm characterum varietas nulla ſuppeteret, nunc pro *vocalibus* eaſdem, nunc pro *conſonis* uſurparunt. Inde factum, ut I & Y Græcorum, I & U Latinorum in literarum combinationibus illis *αι*, *ει*, *οι*, Græcis, & qæ rariora tamen occurrunt, *ai*, *ei*, *oi*, Latinis; & rurſus in illorum *αυ*, *ευ*, *ϰ*, *ψ*, iſtorum *au*, *eu*, *ou*, *ui*, pro *vocalibus*, cum tamen reverâ *conſonæ* eſſent, à pleriſqe haberentur. Vidit hoc, nec advertit tamen ſatis, (qod in ſeqentibus indicabitur) vir Cl. Joannes Voſſius cum artis Grammaticæ l. 1. c. 15. ſic ſcripſit, *Omnis erroris fons caputqe eſt, qod* I *&* V *vocalis & conſonantis, idem ſit nomen, figuráqe eadem: adeo ut eodem modo ſcribi ſoleant, volui à volo & volui à volvo.* Cui adjici poteſt, qod itidem *objicio* & *ſubjicio*, (prout & * Gellio eſt obſervatum) *per duo ii ſcribunt*; qaſi eadem figura, cum natura ſonuſqe diverſus ſit, prioremqe conſonantem eſſe *ex præverbio productio* pateat. *verum nevtiqam*, inqit ille,

* *Videatur Chariſius inſtit. Gram. l. 1. c. 1.*

* *Noct. Attic. l. 4. c. 17.*

le, *diſpiciendum*, *qid factum ſit*, *verum qid fieri oportuerit.*

Atqe hoc ad alterum illud, qaſi manu nos ducit, qod ſecundo loco præſtandum propoſuimus. *Conſonas* itaqe, non *vocales* in iſtis has eſſe, res ipſa liqidò demonſtrabit, ſi *ſonum* earundem, in eis vocibus, eiſqe locis, in qibus *conſonæ* & ſunt & eſſe conſtat, non qidem vulgo uſurpatum, ſed genuinum & primigenium, penſiculatius adverterimus. Etenim ſi *ſonum* eundem *vimqe* & *poteſtatem* eandem, in iſtis exerere patebit, qam in illis obtinent, ecqid cauſſæ fuerit, cur non tam *conſonæ* in iſtis qam in illis cenſeantur? avt cur non tam in illis qam in iſtis contra, non pro *vocalibus* reputentur, ſi parilis planè utrobiqe *ſonus* percipiatur; par utrobiqe deprehendatur *vis* atqe *poteſtas*?

Ut à priore ordiamur. In linguis tribus illis, Hebraicâ, Græcâ, Latinâ, ubi ex communi literatorum conſenſu *conſonæ* vim habere agnoſcitur, ecqem ea ſonum obtinet? Eam planè, qam *y* ſive ꝑ noſtrum; cujus qidem nomen germanum, non *phya*, avt *hya*, qod nonnullis viſum refert Voſſius art. gram. l. 1. c. 32. nec *wii*, ſive *wei*, uti noſtri ferè nuncupant, ſed ꝑe. Ita Hebræorum *jod* à peritioribus accuratioribuſqe (Judæis ipſis qoqe aſtipulantibus) nunc dierum profertur. Nec ſeciùs Latinorum I, conſonantis ubi induit naturam. de cujus tamen pronunciatione, mirum meritò videatur, tam altum apud avtores illos, qi de iſtis tam accuratè egerunt (inter qos Juſtus Lipſius & Joannes Voſſius) deprehendi ſilentium. Verum eruditorum uſus, exterorum præſertim (nam apud noſtros prolatio corruptior adhuc obtinet) id qod diximus comprobat atqe confirmat. Sic enim illi Hebraica יותם יתר יה יור enunciant, acſi noſtris literis *yod*, *yah*, *yether*, *yotham* ſcriberentur, & Latina pariter illa, *jacio*, *jeci*, *jocus*, *juro*, &c. acſi noſtris characteribus *yacio*, *yeci*, *yocus*, *yuro*, exararentur. ita illis planè conſona J in iſtis id ſonat, qod ꝑ noſtris, in ꝑarow *milleſolium*, ꝑate *janua*, ꝑe, *vos*, ꝑeꝑ, *imo*, ꝑello *flavum*, ꝑore, *olim*.

Idipſum verò nec aliud qicqam ſonat cum *iota* Græcum in Græcis illis αι, ει, οι, tam & Latinorum I, in Latinis illis, *ai*, *ei*, *oi*, qam ꝑ eadem nobis, in ꝑay, *via*, ꝑay, *fanum*, ꝑay, *ſolvere*, ꝑꝛay, *precari*, ꝑꝛey, *præda*, ꝑoy, *puer*, ꝑoy, *latitia*, & ſimilibus. In prioribus avtem, ubi ſyllabam inchoat *y*, qin ſit *conſona*, ambigi non poteſt. ecqare ergò non & in iſtis, qibus voculam claudit, tamqe ubi vocalem ſubſeqitur qam ubi eandem præcedit, eadem eſſe agnoſcitur; qum idem prorſus utrobiqe *ſonus* audiatur? etiamſi enim nos charactere *diverſo* in qibuſdam uti conſvevimus, ut cum ſcribimus, ꝺay, *dies*, & cum ꝺainty, *opiparum*, cum May, menſis *Majus*, & cum Maiden, *virguncula*, cum ꝑay, *ſolvere*, & cum ꝑain, *pœna*, cum ſtay, *morari*, & cum ſtain, *inficere*; avrem tamen ſi conſulueris, *ſonum* qod attinet, nihil qicqam intereſſe deprehendes. Noſtri avtem qod *j* conſonum in Latinis (præter Belgarum aliorumqe qorundam morem) vulgo enunciant, qaſi *dg* illud noſtrum foret, qo in eꝺg, *acies*, ꝺꝛeꝺg, *miſcela*, ꝺꝛuꝺg, *mediaſtinus*, juꝺg, *judex*, ſcribendo proferendoqe abutimur: id nobis ideò eſt familiare magis uſu factum, qia & eandem eodem modo, qo & G literam in qibuſdam (v. g. in German, *Germanus*, Generall, *Imperator*, Gives, *Vincula*, Ginger, *Zinziber*) paſſim pronunciamus; uti videre eſt, in Jacob, James, *Jacobus*, jeſt, *jocus*, jolly, *jucundus*, juſt, *juſtus*, & innumeris aliis. horum avtem utrumqe à gentium barbararum, ſeptentrionalium maximè, ritu eſt tractum; Latinitas antiqa & genuina certè nevtrum unqam agnovit. Qum igitur *j* conſonans *y* noſtro reſpondeat, eundemqe planè cum iſto in eis, qæ pro *Bivocalibus*, venditantur, *ſonum* præ ſe ferat, cur iſtic potius qam alibi *vocalis* cenſeatur, ratio hactenus nulla comparet. Nec intelligo ſatis (qod ſit hic obiter adnotatum) qa ratione * vir Cl. reiqe Grammaticæ peritiſſimus, *tres* eſſe *mutas* ſtatuerit, *qibus Græcos ſuperant Latini*, F. *jod*, *vau*. ſiqidem *y* noſtri ſonus viſqe idem planè ſe prodit, in Ἄιας, qi in *Ajax*, in Τροία, qi in *Troja*, in ἄιω, qi *ajo* diſyllabo percipitur. ut Græcos hac in parte à Romanis ſuperari, cur viro Cl. dicatur, nihil video; præſertim cum idem ipſe agnoſcat, * *eandem* eſſe *utrobiqe eadem in voce pronunciationem.* qin nec de *vav*, ad qam jam tranſeundum nobis, id verè dici, mox docebitur.

Et *Vav* itaqe Hebræorum, & Υ Græcorum, & *U* Latinum, tam *conſonantis*, qam & *vocalis* officio fungi, vix eſt ut qiſqam ambigere poſſit. De Hebraico & Latino liqido patet. De Græco Salmaſius ὁ πάνυ (contra qam ſupra Voſſius) agnoſcit & adfirmat in Notis ad *Inſcript. Attic.* ubi de *Digamma Æolico* agit. Υ *Græcis*, inqit, *interdum vocalis, interdum conſonantis ſedem occupat, ut* δάϜιον *eſt* δάνιον, αἰϜὼς, αἰὼς. cæterum non tam de literæ hujuſce in tribus illis lingvis officio gemino, qam de *conſonantis* ſono diſſenſus eſt. Ego plane, ſicut J *conſonanti* Υ noſtri, ita *U* conſonanti *W* noſtri ſonum ac poteſtatem in eis omnibus tribuerim. Ac de *Vau* qidem Hebraico patrocinantem habeo virum illuſtriſſimum *Joſephum Scaligerum*, qi in Annotatis ad *Euſebii* Chronica, literam eam *Wau* indigetat, qo etiam in loco *V digammon* & *W Tevtonicum* pro eiſdem habet. qin & tam in *Canonibus Iſagogicis*, qam & in *Annotationibus*, *Animadverſionibus*, *& Temporibus emendatis*, qoties & Hebraica, avt huic affinium lingvarum vocabula, characteribus Latinis exprimere viſum eſt, qalia מרואן מעוה ואתק וליד אחשורוש ושתי & ſimilia, loco ו Hebræorum *w* noſtræ & Germanorum (eſt enim ea litera genti utriqe cum aliis qibuſdam communis) figuram conſtanter uſurpat ſcribendo, *Waſhti*, *Ahaſweros*, *Walid*, *Wathak*, *Mamjah*, *Marwan*, *&c.* id qod & virum doctiſſimum Sixtinum Amamam in *Antibarbaris* ſuis pariter obſervantem deprehendi. De *V* Latinorum ſuffragantes habeo complures. Et poteram qidem hîc ad antiqitatem provocare, & Dionyſium Halicarnaſſenſem in partes arceſſere, qi Antiq. Rom. l. 1. p. 16. *Priſcos Græcos* ait *ſolitos à vocali incipientibus* τὸν ὑ συλλαβὴν, ἐνὶ στοιχείῳ γεγραμμένην, *ſyllabam ov elemento*, ſive charactere, *uno* (id *digamma* eſt *Æolicum*, cui F figuram tribuit) *deſignatum præfigere.* qos Latini imitati, prout illi Φελένη & Φάναξ, ita iſti *veliam* qod ὑελίαν ille ſcribit, dixerint. Cui aſtipulatur conſtans ferè Græcorum uſus; qi pro *Valerio*, *Virginio*, *Veientibus*, *Volſcos*, ὐαλήριον, ὐεργίνιον, ὐεντανὺς, ὐολύσκους, nobis paſſim repræſentant. ita ex Dionyſio, reliqiſqe Græcis ſcriptoribus habemus F Æolicum & *V* Latinum idem ſonuiſſe, (unde & Gellius noct. Attic. l. 14. c. 5. *ad hunc ſonum* in divus, rivus, clivus *declarandum*, *repertam* ait *novam literam*, *qa digamma appellabatur*) tum & utrumqe ſonum τῦ, υ, Græci ferè exhibuiſſe; ad qem proximè is, qi à nobis datur, accedit; qum is, vulgò qi tribuitur, ab eadem longiſſimè recedat. Perperam avtem inde colligit Dionyſius Petavius in Annot. ad Julian. *V id ſi ſonat*, *conſonantem eſſe non poſſe*; *qod Grammatici tamen omnes eſſe conſentiunt.* qum potius iſtinc concludere debuiſſet, in υ illo, ſive *digammo*, conſonantis vim eſſe, ſed qæ citra vocalem adhibitam exprimi neqibat.

Verum antiqitate miſſâ, ad propiora nobis deſcendamus. Primus igitur (qod ego norim) ex noſtri ſeculi ſcriptoribus, literæ hujus pronunciationem eam, qæ per ſecula aliqot obtinuerat, & adhuc paſſim obtinet, ſpuriam ac vitioſam eſſe animadvertit, verámqe ac genuinam (ſed pavidus, nec ita palam profiteri, cum adverſus uſus tam longi torrentem connitendum eſſet, avſus) in lucem protulit, vir πολυμοχθώτατος pariter ac πολυμαθέστατος, Deſiderius Eraſmus. Is in Dialogo *de rectâ Latini Græciqe ſermonis pronunciatione*; *Qid* de hac re *cenſeret*, percontanti reſpondet; *Cenſor eſſe non avſim*: *at divino*, *veteribus U conſonans ſonuiſſe*, *qod apud Æoles digamma*; *id propemodum qod apud nos hodiè ſonat u u geminum.* id colligit ex vocabulis, qæ à Romanis acceptæ popu-

* *Voſſ. art. gram. l. 1. c. 15.*

* *Ibid. l. 2. c. 2.*

populares ſui adhuc retineant, Weck *Vicus*, Wein *Vinum*, Gewelt *violentia*, Wind, Windich, *ventus, ventoſus*, Waken *vigilare*, &c. Cunctari qidem videtur Deſiderius noſter. *divinare* tantum ait ſe; & *propemodum*, dicit. At, qi huic ſuccenturiabitur, criticus celeberrimus, Jodocus an Juſtus Lipſius, in Dialogo *de recta pronunc. ling. lat.* c. 12. qod cunctanter ille deprompſit & propoſuit, fidentius adfirmat, variiſque argumentis confirmatiſſimum dedit. *Literam*, inqit, *v cum pro conſonante eſt, priſci qaſi w proferebant. qod dico, talis eſt.* Vinum, vallum, ſervum *ita pronunciabant, ut V illud conſonans, ſive digamma, ſonum talem haberet, qalis eſt in* Quare, Quis, Quando, Suavis, Anguis, Aqua. *qo modo à Latinis integra ſumpta enunciant Germani & Belgæ*, Vinum, Vallum, Vicum, Vannum, Ve, Wein, Wall, Wieck, Wan, Wei, *& infinita alia.* Eiſdem calculum dat ſuum, rei Grammaticæ Avtor accuratiſſimus, cenſorqe acerrimus, Joannes Voſſius, *Artis Grammat.* l. 1. c. 26. *V*, inqit, *qi ejuſdem credunt poteſtatis eſſe ac F, falluntur. Fallit eos vulgaris corruptuſqe ejus litera ſonus; cum pronunciari debeat, ut apud nos W. qod multis comprobarem, niſi ſufficere putarem, qa de hac re ſcripſere Joſephus Scaliger, & Juſtus Lipſius. Qippe ex noſtra ſententia V conſonum, ſive Vau, idem ſonuit, ac in Germanico* Win, Wint: *nec aliter extulere Latini* Vinum, Ventus, *qam* Winum, Wentus. Et ejuſdem lib. c. 24. *Olim V efferebant, ut Germani W. nempe pronunciabant Winum, Wallum, Widua, Wacillare*, &c. *unde noſtrum* Wein, Walle, wtouwe, waggelen, &c. Deniqe ibidem c. 28. *At Vau* (qod *v* Latino nomen hæſiſſe ex Grammaticis priſcis havd unis monent critici noſtri) *ut ſemel iterumqe diximus, ſonuit ut W. neqe hac parte tantum erratur in pronunciandis Latinis & Æolicis, ſed etiam Hebræis, apud qos ſextum elementum tanqam* Wau, *debet pronunciari.*

Hæc illi, qos, mirum mihi fit, non vidiſſe, qod exertâ nobis manu expanſaqe planè porrigunt. Cur enim Hebræum ו *Vau* potius qam *Vaw* ſcribunt? cum *litera ſonus* utrobidem, tam in calce nominis, qam in capite, par prorſus exiſtat; qin nec figura diſcrepet. Sed qo diſceptationi huic lux clarior affulgeat, ad paradigmata deſcendamus. In צוה themate, ſive radice, *Vav* litera mediæ *conſonans* eſſe agnoſcitur. pronunciandum ergo ex magnorum illorum ſenſu ac ſententiâ *Tſavah*. In futuro avtem primo, ſive imperandi formula gravi ו *Vav* eadem radicalis qum ſit, *conſona* pariter eſt futura. itaqe enunciabitur *Tſav*. jam qæro, ecquid, ſonum qod attinet, inter *Vav* alteram in וו & iſtam in ו interſit: nam figuram literæ eandem eſſe oculus ipſe indicabit) niſi qod vocalis ſubſcripta in illa productior, in iſtâ contractior, exiſtat; qod ad conſonæ ſonum nihil facit. avt ſi qantitas prætexitur, à קוה *delineare*, nomen qod lineam ſignificat, nunc קָ per *kamets*, ſive longam vocalem, nunc קַ per *patach*, ſive curtam, ſcribitur & effertur. jam qæro, cum in קוה *matrice*, *Vav* per *W*, *kavah*, dicendo, enuncient, cur in nomine inde deſcendente, ſive productam, ſive correptam habeat ſubſcriptam vocalem, non proinde, *kaw*, ſed *kav* (qaſi alius hic ab illo ſonus, aut figura etiam foret diverſa) ſcribant, vel cum Judæis hac in parte βαρβαρίζωσι *kaf* proferant. Deniqe literarum Hebraicarum, qoſdam (in qibus eſt Petrus Martinus) magiſtros lubens percontarer, qare *Kamets* cum *Vav* magis qam *Patach* cum *Vav*, *diphthongum* ſive *bivocalem* conſtituant: avt qare *Vav* aliter in עשו *Eſav*, שוא *vanitas*, qam in שולה *pravitas*, מוֹת qod & à מוֹת *mors* eſt traductum, ſit proferenda. qanqam fruſtra qoqe hîc eſt Guilielmus Coddæus, qi Martinium redarguendo, *vocalem* in iſtis *Vav* eſſe affirmat. Qum itaqe nulla diſcrepantiæ iſtiuſmodi, vel à ſcripturâ, vel à prolatione, ratio juſta qeat aſſignari, tam in iſtis qibuſqe qam in illis, tamqe in elementi nomen clavdente, qam in inchoante, *Vav conſonam* eſſe, poteſtatemqe eandem obtinere, omninò cenſendum videtur.

De *Vav* וֵ *Tſeri* ſubjuncto eadem prorſus eſt ratio; idemqe proinde ſtatuendum, in בְּמֵלוֹ (menſis id nomen) & שְׁלוֹ *tranqillus*. qod in שְׁלוֹ qoqe confirmat forma pluralis שְׁלֵוִים *ſhlavim* (qo modo à שְׁלוֹ *ſhlav*, *coturnix*, שְׁלֵוִים *ſhlavim*, *coturnices*) & שְׁלוֵי *ſhalve* contractius, *tranqilli*: in qibus *Vav* cum ſyllabam ſeqentem ordiatur, *vocalis* vim obtinere non valet. Nec diſpar ratio וֵ *Vav* in צִיוֵ *Tſiv* (menſis & id nomen) & in וֵי *os ejus*. nam Judæos hîc qod mòremur, qi tanqam F Latinum, vel Φ Græcum enunciant, nihil eſt; cum ab eruditis qibuſqe id ſit jam dudum explosum. Hæc ubi chartis jam illeveram, animadverti paria in his mecum ſentire, inſignes duos literarum Hebraicarum profeſſores, Nicolaum Clenardum, & Johannem Druſium. Etenim iſte in tractatu *de recta lect. ling. ſanct.* cap. 29. cujus titulus, *Non eſſe diphthongum proprie in eis, qæ Jod avt Vav terminantur*: in diſſertatione eâ de re ſuâ, Clenardum lavdat probatqe, qi ſcripſerit, *Jod in fine poſt kamets, patach, holem, ſhurec, cum ſit conſonans, in præcedentem ſyllabam coaleſcere, in* פָּנַי *facies mea, diſyllabo*, אֵלַי *ad me, diſyllabo*, גֵּוִי *gens, monoſyllabo*, גָּלוּי *patefactus, diſyllabo.* addit ipſe, *Vav ſimiliter poſt kamets, tſeri, ehi ic magnum, & patach, in* פְּנֵיו *facies ejus, diſyllabo*, גֵּו *tergum, monoſyllabo*, זִיו *menſis nomine, monoſyllabo*, קֵו *linea, monoſyllabo. non dicimus*, inqit, *diphthongos hic eſſe, ſed jod & vav coaleſcere videri in præcedentem ſyllabam, tanqam vocalis in diphthongo.* hoc avtem *nihil verius* eſſe concludit. rationes, qibus id confirmat, ab ipſo, qi volet, petat licet. Adjicere his virum Cl. Joannem Buxtorfium liceret, qi *Theſavri Grammatici lib.* 1. *cap.* 3. *Diphthongum duas pluresve vocales in lingua Hebræa conſtituere* negat. Et cap. 4. concludit, *Diphthongos veras Hebræos non habere.* Verum vir ille præſtantiſſimus (ut qod verum eſt fatear, & bonâ cum veniâ dictum velim) mihi in negotio hoc ἀλλοπρόσαλος eſſe videtur, fundamentis certè qibuſdam innititur, qæ ipſe minus probare poſſim. Altero Judæorum praxi vitioſâ, qâ *Vav* tanqam F proferunt. ſuo altero ſcito, qo *conſonam* eſſe eam cenſet, etiam ubi *qieſcit* omnino; ut in דְּבָרוֹ *verbum ejus*. qo modo enim *conſona* eſt, qæ non conſonat? avt qomodo conſonat, qæ qieſcens omninò ſilenſqe nihil ſonat?

Anſam interim dabit iſtud viri Cl. placitum, objectioni obiter occurrendi, qæ à *Diphthongis* ſive *Bivocalibus*, qas appellant, *impropriis* deſumpta, adverſus nos torqeri poſſit. In *ae* & *oe* ſcilicet, qæ hoc in cenſu ponuntur, utramqe illam, qæ neutra tamen ſit *conſona*, eandem in ſyllabam coaleſcere, in *Muſæ proelium*, & ſimilibus. Qibus verbulo uno reſponderi poterit. Iſta ſi priſco modo, ſed politioribus ætatibus obſoleto enuncientur, ut *ai* Græcum in altero, *oi* in altero exprimatur, vel conjunctim id fiet, ut *Muſaj* διουλάϊος, *proilium* τροιουλάϊος, (qod in Plavti Menæch. Muretus obſervat var. lect. l. 6. c. 4.) proferatur; & tunc altera, *j* utiqe, *conſonans* fuerit, ut eſt ſupra demonſtratum: vel diviſim, ut *Muſai* triſyllabum Ennio, & *proilio* qadriſyllabum, juxta qoſdam, Plavto: ita *vocalis* planè utraqe fuerit, nec *bivocali* tamen ullus locus; ſin eò modo enuncientur, qo *Evropa totius populi* qiqe hodiè proferre perhibentur, qemqe *veterem* qoqe (ævo ſaltem politiore) *rectumqe* eſſe tuetur * Janus Rutgerſius. hoc eſt, *ut e ſimplex*; (medium avtem inter horum utrumqe qi dederit, per me Phyllida ſibi habeat) *bivocalis* nulla prorſus eſt ratio futura. qum in alterâ *a*, *o* in alterâ, muta planè, nihil ſonet; ſicut & *Vav* Hebræorum, ubi penitus qieſcit. qomodo enim *bivocalis* fuerit, ubi altera nec vocalis eſt? avt φωνήεσσα qomodo, qæ φωνὴν nulla emittit? neqe enim magis exavditur *a* in *Æneas*, *o* in *Oeneus*; licet ita deſcribantur, qo *utriuſqe* origo à Græcis Αἰνείας & Οἰνεὺς indicetur; qam in goate noſtro *a*, in people *o*, etiamſi pari forſan de cavſſa ſcriptura recepta utramqe repræſentet: *bivocalis* utrobiqe prorſus nulla.

Iſtis porrò de Hebræorum *Vav* ſalebris emerſi, ad Græcorum Υ tranſiliemus. Hanc illi reſpondere & ἀνάλογον eſſe, vix qenqam opinor negaturum. Qum igitur *Vav* Hebræorum *conſonam* eſſe, in eis, qæ *diphthongi* ſive

* *Var, lect. l.* 3. *c.* 4.

ſive *bivocales* hactenus vulgo ſunt habitæ, idemqe valere, qod nobis *w* noſtrum, liqido ſatis ſit demonſtratum, ecqid obſtat qo minus & υ Græcum in *αυ*, *ευ*, *ηυ*, qæ *bivocales* eſſe pariter exiſtimantur, eandem naturam vimqe obtinere cenſeamus? Et noſtris qidem, qibus *w* litera familiaris eſt in ſonis illis exprimendis, facilius eſt iſtud dare confirmatum. Proinde *αυ*, in *αὐδῶ*, *αὔξω*, *καύσω*, *κλαύσω*, &c. qid aliud ſonat, qam *av* Latinorum, in *avdeo*, *avdio*, *avgeo*, *clavdo*, *plavdo*, & ſimilibus. id qod Gellio impoſuit, dum ob ſoni parilitatem, *av* in *avfero*, & *avfugio*, contra [a] Ciceronis ſententiam, [b] *αὐ* Græcorum eſſe exiſtimavit. Ecqid avtem τῦ *v* ſonus in Latinis iſtis à ſono diſtat ejuſdem in *ſvadeo*, *ſvaſus*, *ſvavis*; imò (prolatione priſcâ qam diximus, admiſſâ) in *vaco*, *vaſtus*, *valeo*, *validus*, *&c.* niſi qod *v* in iſtis vocali *a* præit, cui illic ſubjungitur? Apud nos ecqem alium ſonum agnoſcis, cum dicimus, awe *pavorem*, awfull *pavidum*, maw *ingluviem*, daw *carniculam*, paw, *leonis urſive pedem*, claw *unguem*, raw *crudum*, pawn *pingus*, dawn *illuceſcere*; qam cum auger *terebram*, maund *corbem*, naught *neqam*, fraught *refertum*; avt cum Latina pene illa, audience, audacity, autority, &c. Charactere qidem, uti videre eſt, in his diverſo uti conſvevimus; ſed qem vocis ipſius ſoniqe vi geminâ (an genuinâ dicam) germanâ evicti, in non pavcis, nunc awl, nunc aul, pro *ſubula*, nunc hawk, nunc hauk, pro *accipitre*, nunc hawty, nunc haughty, pro *elato*, ſive *faſtuoſo*, ſcribentes, promiſcuè uſurpamus. qo modo & in qibuſdam, qæ à Latinis traximus, qod illi *per v*, nos *per w*, ſcribimus, uti in ſwade à *ſvadeo*, unde perſwade, in ſweet à *ſvavis*; videre eſt; qum tamen ſonus utrobiqe idem exiſtat. Qin nec diſparem ſonum, in ew *oricula*, ew-tree *taxus*, ewer *gutturnium*, dew *ros*, few *pavci*, ab eo qi in Eucharift, Euſebius, (qæ ſunt noſtris etiam *nomina* recepta) feverfew *febrifugium*, lieu *loco*, ſive *vice*, adieu *vale*, (qod à Gallis utrumqe traximus) avditur, qiſqam unqam deprehenderit. Proinde havd conſultè ſatis [c] vir doctiſſimus *Hebræorum Vav* (conſonum) à *Græcis in U vocale*, *mutari*, in Eva *ſive* Chava Εὐα, Ninive, Νινευΐ, Levi Λευΐ, David Δαυΐδ. Siqidem idem plane eſt in iſtis utrobiqe *ſonus*, ſi rite, imò ſi eodem, qo vel ipſe poſcit, ritu, h. e. tanqam *W* noſtrum, horum qorumlibet utrumqe enuncietur. de primo liqidò patebit, ſi nomen Hebraicum qomodo efferre debeat adverterimus. Hebraicum eſt יהוה qod ratione literam geminantis puncti eſſet, non *Chava*, ſed *Chavva* ſcribendum, & juxta viri ipſius doctiſſimi ſcitum, tanqam ſi *Chawwa* eſſet, proferendum. ecqis avtem alius ſonus τῦ *Vav* in *Chav* ſic enunciati, qam τῦ υ in *ἀυ*, ubi idem ſonat, qod ew noſtris in ew *oricula*? in noviſſimo avtem, Δαυΐδ nempe, *αυ* idem prorſus ſonat, qod in δάυιον, cujus ſupra meminimus; ubi conſonum eſſe ex V. Cl. Salmaſio ibidem oſtendimus. de reliqis hîc adductis eſt ratio parilis: tamqe in Græcis, qam in Hebræis ac Latinis etiam illis *v* unam eandemqe *conſonantis* vim atqe naturam obtinet, cum ſonum in eis omnibus eundem omnino habeat. Unicum tantummodò argumentum ſubjiciam, qo eundem plane ſonum τῦ υ in *αυ* Græco, & *v* conſonæ apud Romanos fuiſſe, utrumqe *w* noſtrum expreſſiſſe, clariſſime demonſtrabitur. Καδυ opidum eſt Cariæ; cujus meminit Strabo Geogr. l. 14. hinc advectæ caricæ *Cavneæ* dicebantur: has qi venales habebat, cum *Cavneas* clamitaret, ad bellum proficiſcenti Craſſo omen minus favſtum objeciſſe habebatur, qaſi *Cave ne eas*, contractius dixiſſet. refert Cicero de divinat. l. 2. Atqi non poterat is id dixiſſe videri, niſi *v* in *caveo* idem qod in *Cavno* ſonaret. in *caveo* avtem qin ſit *conſona*, negari non poteſt. in *Cavno* igitur pariter exiſtat, neceſſe eſt, qum idem ſonet in utroqe. Tum in *Cavno*, tam Græcis, qam & Latinis idem prorſus qod *w* noſtrum valet. & in *caveo* itaqe, ubi *conſonam* eſſe pro comperto confeſſoqe habetur, tantundem

a *In Orat.* b *Noct. Attic. l. 15. c. 3.* c *Voſſ. art. gram. lib. 1. cap. 15.*

planè, nec aliud qicqam, & ſonabit, & valebit.

Proinde nec conſideratè ſatis [a] Vir doctiſſimus *V conſonam in vocalem tranſire* ſtatuit, *cum à* lavo, *vel* lavatum *fit* lavtus, *à* caveo *vel* cavitum, cavtus. qum ſonus idem utrobiqe tam in verbo, qam in nomine, nec in *cavto* alius qam in *Cavno* exiſtat. ſed nec poſſum intelligere, qâ ratione [b] vir ſummus avt *Germanos* notarit, tanqam *havd ſatis Romane loqentes*, qia *ſangvis*, *lingva*, *tingvo pene per digamma Æolicum proferant.* qum tamen in *ſvadeo V* agnoſcat ipſe *ad conſonantis lineamenta propius accedere.* avt de *Græcis* ambigat *αυ & ευ bene pronuncient*; *à qibus intelligas priorem vocalem*, *alteram avtem ſono ſimiliorem conſonantis Æolica.* ad hanc enim, cum ſit *Hebræorum Vav*, & *Teytonici W* vim habeat (qod τῦ πατρὸς τὸ παιδίον, vir illuſtriſſimus ſupra monuerat) qo accedunt propius utriqe, eo literæ ſonum genuinum ſervant & obſervant magis.

Ου avtem eorundem qod attinet, qo & Latinum *v* conſonantem exprimere conantur in ὑάρ, ὑαλήϊ, ὑαλία, ὀχυρώσ, &c. nec ea Hebræis unqam nota fuit, & Latinis eſſe in uſu jam olim deſiit. Nunqam enim in Hebraicis *holem* & *ſhurck*, avt *kibbuts* in eandem ſyllabam coaleſcunt. Latini verò etiamſi ſeculo rudiori ac ruſticiori admiſerant; unde in ævi vetuſtioris ruderibus *lovmen*, *novncius*, *jovs*, *jovſtitia*, *Ovſens*, *Ovſentina*, &c. at ætas poſterior, politior ea elegantiorqe, hiatum, qem ea faciunt, vaſtiorem averſata, rejecit prorſus atqe repudiavit. qod idem & noſtros in multis admodum, antiqitus pari modo enunciatis, feciſſe deprehendimus. Denique ε Græcorum illud ad *w* noſtri ſonum, qem & manifeſtiſſimè includit accedere propius ſupra monuimus. certe nihil aliud ſonat υ Græcum in ε qam *ow* noſtrum; ε ipſum, qam *ow* noſtrum. nec alium qiſqam in Græcorum οὖρον *urina*, κοῦρος *juvenis*, οὐλος *cicatrix*, &c. ſonum deprehenderit, qam in noſtris cow *vacca*, ſow *ſus*, vow *votum*, plow *aratrum*, aliiſqe ejuſmodi percipiatur.

Reſtat υ Græcorum, qam *biſonis* an *bivocalibus* accenſent pariter. Unde & [c] Voſſius inter *bivocales Latinas*, τῷ *ui*, tam in Græcis, qæ civitate Romanâ ſunt donata, qalia *Harpuia*, *Ilithuia*, *Orithuia*, qam & in ſuis, *cui* & *huic*, qando ſunt monoſyllaba, adverſus tum Chariſium, qem ex profeſſo impugnat, tum & Servium, qocum tamen ſentire profitetur, locum eſſe concedendum contendit. Egò verò etiamſi Chariſio non accedam, [d] qi *i* in è Græco ſermone mutuatis illis *conſonantis vice* poni exiſtimat, (neqe enim, qod Voſſio viſum, *vocalem utramqe* agnoſcit) & *ad ſyllabam ſeqentem pertinere* opinatur; nec viro tamen Cl. aſſentiri poſſum, avt υ Græcum in ὑὸς & εἰλείθυια, avt *u* etiam in Latinis illis, *huic* & *cui* μονοσυλλάβως prolatis, *vocalis non conſonæ* vim obtinere. Adverſum planè evincunt monoſyllaba illa. ecqid enim aliud ſonat *cui*, vel *cvi* potius, uno flatu ſimul prolatum, qam *Qi*? qod ex Fabio rectè monet [e] Angelus Baſſus. in *Qi* verò qid incluſum *v*, qam *w* noſtrum? qod eſt multis ſupra demonſtratum. Nam qod de *huic* objicit vir doctiſſimus ideò *vocalem* ibi *u* eſſe, qia *v conſonum aſpirari non poſſit.* primò qærere juxta licet, cur *v* Latinum aſpirationem non æqè ac ρ Græcum ferat. tum qare non tam fallere qeat regula iſta, *de conſona non aſpiranda*; qam recepta pariter altera illa, *v fieri conſonantem, qoties in eapſe ſyllaba altera ſeqitur vocalis.* certè pari jure illam iſtic reſpuere licuerit, qo iſtam vir Cl. hic ipſe revellit. Nihilo me magis movent, nedum de ſtatu dimovent, qæ capite proximo adverſus Groſippum an Schoppium objectat, qi in Inſtitut. Grammat. ratione pari, *ai*, *ie*, *ii*, *io*, *iu*, & *ua*, *ue*, *ui*, *uo*, *uu*, in diphthongorum claſſem recipienda cenſuerat, in *Janus*, *jento*, *abjicio*, *jocus*, *juſtus*, & in *vaſtus*, *veſtis*, *viſus*, *votum*, *vultus*; (qo in errore hæſit & Schoppio prior; à qo forſan is havſit, [f] Thomas Smithus noſter, dum in *noſtris yate porta*, pet, & pit *tamen*, poke *jugum*, pung *juvenis*,

a *Voſſ. de analog. l. 2. c. 5.* b *Jul. Scalig. de cauſſ. ling. Lat. l. 1. c. 8.* c *Att. l. 2. c. 2.* d *Inſtit. gram. l. 1.* e *Miſcel. c. 89.* f *In rect. & emend. ling. Angl. ſcript. c. 9.*

juvenis, & in waſt *vaſtus*, wel *puteus*, wil *velle*, wo *ve*, wul *lana*, qæ per u is pingit, diphthongos ſomniat) figunt imò me, firmantqe magis. qod enim *j* & *v* in iſtis *conſonantes* eſſe contendit, (prout ſunt reverâ etiam ƿ & w in noſtris) id utraqe manu lubens arripio, ulniſqe ambabus amplector; viroqe diligentiſſimo pariter atqe accuratiſſimo ſuggerendum ſubinde exiſtimo, qem *v* Romano vim ſonumqe genuinum toties aſſeruerit. id enim ſi attendiſſet, nec tam latum utique diſcrimen inter *v* in illis, ſed & in *qatio*, *qeror*, *qibus*, *qoniam*, *qum*, *equs*, & in iſtis, *Harpvia* nempe, & *hvic* monoſyllabo ſtatuiſſet; cum utrobiqe ſonus τῦ *w* noſtri clarè ſatis ſe prodat. nec verò ſic argumentaretur, ut diceret, ideò *V vocalem in iſtis eſſe*, qia *eundem habet ſonum, ac in Græco ὑὸς*. certè enim in Græco ὑὸς ſonus *w* noſtri, (qod & à Smitho noſtro jam olim animadverſum) planiſſimè deprehenditur. Idem utique prorſus, qem in noſtris whte *qare*, which *qis*, whin *ſpinæ* genus, whine *qeritari*, white *candidum*, whip *flagellum*, whiſtle, *fiſtula*, &c. nos protinus agnoſcimus. intereſt duntaxat, qod aſpirationem, qam illi υ ſuo præfigunt, nos *w* noſtro (qod præfigi tamen [b] Smithus æqè poſſe cenſet) ſubjiciendo adfigimus. qo modo & Latini in literâ illâ alterâ conſveverunt: qum qod Græci Ῥόδον, *Rhodum* illi dicunt. utri rectius, alii viderint. Certè tàm in Ὀφρύηα & εἰλαφρύηα, qam in ὑὸς, in qibus idem prorſus valere agnoſcitur, τὸ υ ſpiritum aſperum habet in eadem ſyllabâ præeuntem: nec ſecus qicqam ſonat, qam *w* nobis in noſtris illis, thawk *pulſare*, thwart *adverſari*, thwight *acuere*, Thwaights, nomen gentilitium. idem avtem eſſe conſtat *w* in thwight ac in wight ζῶον, in Thwaights atqe in weights *ponderа*: ubi *conſona* qin ſit ambigi neqit. Accedit qod vir doctiſſimus Groſippum eo nomine reprehendit, qod in *pitvitæ*, qando fit triſyllabum, ut Flacco; *fviſſe*, qando diſyllabum, ut Lucilio; *V vocalem* putat, ſubjectâ verbis hiſce reprehenſionis ratione; *Nam in his locis V in* fuiſſe *pronunciatur*, *ut in* vis; *in* pitvita, *ut in* vita. Et in Addendis; *Par*, inqit, *ratio*, *qando V ponitur poſt* T, *ut in* mutvatur *triſyllabo*, *Auſonio*; *ubi effertur*, *ut in* vates; *vel* D, *ut in penteſyllabo* dvodeviginti, *eidem*, (verba ipſa alio loco dabuntur) *ubi* V *pronunciatur*, *ſicut in* votum. in qibus *w* noſtrum valere ſuperius non ſemel monuerat. Et reverâ pariter omninò ſonat, in *pitvita*, ſicut in noſtris twins *gemelli*, twain *duo*, twine *plectere*, twiſt *torqere*; in *dvodeviginti*, ut in ſwoln *tumefactum*, a ſwel, *tumere*; in *mutvatur*, ut in twattel *garrire*. Qin & *triphthongos*, ſive *trivocales*, poſt Cornutum, introducentem eundem, *vai*, *vei*, *voi*, in antiqis illis, *qvai* pro *qæ*, *aqvai* pro *aqæ*, *qvei* pro *qi*, & *qvoi* Catulliano pro *cui*; (qod idem delirium & Smithus noſter deliravit, in noſtris wap *via*, watt expectare, wound *vulnus*, &c.) eodem hoc telo vir Cl. oppugnat, qia *V* in iſtis *conſonum ſit*. Adjicere poterat; *j*, in *qaj*, *qej*, *qoj*, perinde ac *v* in illis alteris conſonum eſſe. Nec ego qidem capio, qid voluerit [c] vir ſummus, ubi Eraſmum taxans, qod *falſo putarit V eodem modo ſubjici ipſi* C, *ſicut & ipſi* G, *in exemplo pronominis cui*: *Eſt enim*, inqit, *ibi V vera vocalis*, I *avtem conſonans*; *ut ſuo loco dictum eſt*. Ut enim de veteri ſcripturâ nihil dicam, qâ *cv* loco Q creberrimè uſurpabant; qod ex Nonio confirmat [d] Voſſius. qem ex ſerie literarum patet, *Cverela* & *Cvis*, pro *Qerela* & *Qis* ſcripſiſſe. nec inſtem in *cvi*, ubi μονοσυλλάβως effertur, *v* conſonam eſſe planè, qo modo & in *Qi* literæ Q incluſam, qocum *idem olim ſonuiſſe* [e] ipſe ὁ πάνυ concedit; atqe ita legendum accipiendúmqe contendit, in Maroniano illo, Eclog. 4.

---- *qi non riſere parentes.*

Etiamſi in *cui* diſyllabo *u* vocalis vera exiſtat, & in hoc exemplo proinde lapſus fuerit Eraſmus: at *i* in *cui*, ſive ſyllabam unam abſolvat, ſive in duas diſcedat, conſonantem eſſe, qî qeat defendi, non video. Inculcat qidem idem hoc ὁ πάνυ denuò cap. 12. verum qod evincat, adducit nihil. *I* inqit, *non ſolum*, *cum incipit ab eo ſyllaba*, *ut dixere*, *conſonans erit*, *ſed etiam*, *qod omiſere*, *qum terminabit*, *conſonans eſſe poſſit*: *ut in* Maijus, Pompeijus, *cum juxta antiqam ſcripturam per geminum ij ſcribuntur*; *qorum prius priorem clavdebat ſyllabam*; *alterum avtem ſeqentem inchoabat*. Nihil verius, nihil diſertius dici poterat, ad *bivocalium* rationem tollendam planè in μοῦσα, ἅμαι, Αἴας, *Ajax*: qod in noſtris hep *fænum*, gap *nitidum*, plap *ludere*, prap *precari*, Anglus qivis confeſtim deprehenderit. Si enim *i* utraqe in iſtis conſonans fuerit, ſonum certè in utraqe ſyllaba eundem ſortiatur oportet. idem ſonabit *i* in *Mai*, qód nos pariter Map dicimus, & in *jus*, qod noſtri pus ſcriberent: idem in *pei*, qod nos pep ſcriberemus; (ſic enim Pompejum, terminatione Latinâ inſuper habitâ Pompep; qo modo & vocativum [a] Flaccus extulit,

Pompej, *meorum prime ſodalium*,

appellamus) & in *jus*; qo repetito nihil eſt opus. ecqid avtem aliud ſonat. vel in *σαι*, ubi τὸ μοῦσα clavdit, qam in ſap, *dicere*, vel in *μαι*, ubi τὸ ἅμαι, qam in *Maj* Latino, vel in Map noſtro, ſive menſem id *Majum*, ſive *licentiam* denotet? Luculentam ergò habemus à viro ſummo de *j* literæ in iſtis vi & poteſtate confeſſionem, qæ è vocalium cœtu eam penitus excludat. Sed pergit in ſua ipſius ſcita impingere vir ſummus. *Sic etiam*, inqit, *ut ſupra dictum eſt*, *clavdit tertium caſum relativi cui*. Si loco *Cui Qoi* Catullianum poſuiſſet, (qo ſe puero uſos refert [b] Fabius ut à *Qi* diſtingveretur) ego pedibus ambobus in viri incomparabilis ſententiam conceſſiſſem. jam cur nec alterum promovere poſſim, ſupra eſt indicatum. Avdiamus tamen, qid hîc afferat, qo placitum iſtud tueatur. *Qin etiam*, inqit, *ſeqente conſonante*, *ut in pronomine* Huic. *neqe enim* u *hic eſt conſonans. aſpiratur enim. neqe eſt diphthongus. atqe eſt monoſyllabum. & idem* i *eſt*, *qod fuit in ſecundo caſu hujus*; *ſicut in* cui *eſt*, *qod erat in* cujus. Hæc ibi. *I* qidem conſonantem eſſe poſſe, etiam ſeqente conſonante, non negabitur. eſt enim in μεῖσις, in πμαῖς, in *ejs* monoſyllabo, in *avrejs* diſyllabo. ſed nec eſſe diphthongum ullam, vel in *huic*, vel in *cui* etiam promptiſſimè concedetur. Sed qare negat ipſe eſſe *diphthongum* ὁ πάνυ? Certè qi in ὑὸς *bivocalem* eſſe ψ cenſet, cur non de *ui* in *huic* idem ſtatuat, ego cavſſam nullam video. ecqid enim inter duo hæc intereſt, niſi qod illud ſit Græcum, Latinum iſtud? ac recte proinde Smithus noſter, *hvic* in Virgiliano illo Bucol. Eclog. 6.

Huic aliud dabitur,

[c] *nihil aliud ſonare* affirmat *qam* whte, *more noſtro* prolatum; [d] ψ in ὑὸς Græco qam noſtrum wht. Nam qod monoſyllabum eſſe ait. & de ψ in ὑὸς conſtat idem; & eſſe perpetuò, avt in *huic*, avt in *cui*, id verò nondum liqet. ubi avtem fuerit alterutrum, ecqid eſt neceſſe, vel ut *u* vocalis, vel ut *i* conſonans ſit? *V conſonans non eſt*: *aſpiratur enim*, de hoc ſcito ſupra vidimus. nec cramben eam hîc denuò reponere eſt opus. Verum *idem eſt* i *in* huic, *qod in* hujus, *in* cui *qod in* cujus *fuerat*. *at illic conſonans fuerat*. *& iſtic eſt ergo*. Imbellis ratio. Cur enim non ex adverſo pariter argumentari licuerit? *Idem eſt* v *in* cui, *ubi fuerit monoſyllabum*, *qod in recto* Qi (q *litera vi*) *includebatur*. *at* v *illud fuit conſonans*; ut eſt ante demonſtratum. *Et iſtic eſt ergo*. *& rurſus*; *Idem eſt* i *in* cui, *qod in* qi *recto*. *at vocalis ibi fuerat*, *& iſtic eſt ergo*. Cæterum res ipſa verè ſic habet. Nec *u* nec *i* in *ſynæreſi* vim rationémve eam habent, qam in *diæreſi* ſortiuntur. Atqe hoc eſt, qod [e] vir doctiſſimus agnoſcit, *V conſonum interdum abire in U vocale*: *idemqe ipſi qoqe J conſono evenire*. cujus exemplum dat *in adverbio* Jam, *qod Comicis nunc incipit ab I vocali*, *nunc conſono*. Tam in *huic* ergo, qam in *cui*, ſi ſeorſim enuncientur) ſicut in [f] Martialis illo,

a *De ling. Græc. pronunc. l. 2. & de ling. Ang. Script. c. 9.* b *Ibid.* c *Jul. Scalig. de cauſ. ling. Lat. l. 1. c. 8.* d *Art. Gram. l. 1. c. 28.* e *Scal. lib. 24.*

a *Carm. l. 2. ode 7.* b *Inſtit. l. 1. c. 7.* c *De rect. & emend. ling. Angl. Script. c. 9.* d *Idem de ling. Græc. pronunc. l. 2.* e *Voſſ. art. gram. l. 1. c. 15.* f *Lib. 1. Ep. 105.*

Sed norunt, cui ſerviant leones.

(qæ & primigenia videtur fuiſſe vocum earum prolatio) utraqe tum *u*, tum & *i vocalis* erit. qod nemo inficiari poterit. ſin in ſyllabam unam conveniunt & coaleſcunt, altera *conſonans* futura eſt, *vocalis* altera; & *v* qidem *conſonans*, *i vocalis*, ut ad eandem redeat illa naturam, qam in *Qi*, ad eandem iſta, qam in *Hic* habuit. eodem enim prorſus modo enunciabitur, altera qo in *dvo* monoſyllabo, *dvellum* diſyllabo; utraqe qo in *Dvillius*, ubi τετρασυλλάβως effertur; imò qo in *hvi*, ubi uno flatu; qod apud Comicos haud ſemel fit. in qibus omnibus, qin *v* conſonans ſit, idemqe ſonet prorſus, qod *w* noſtrum in **dwarf** *pygmilio*, **dwel** *habito*, **dwindel** *flacceſco*, ambigi non poteſt.

Porro tam *j* conſonæ, qam & *v* ſonum verum ac genuinum arguunt clarè ſatis συγχείσεις ἢ Διαχείσεις dictæ illæ, qibus nunc è conſonis literæ iſtæ à ſyllabarum ſuarum compage reliqâ reſolutæ in vocalibus aliis commiſſæ in conſonarum naturam è vocalibus deformantur. Harum utriuſqe exempla paſſim ſunt obvia. qod *i* atqe *j* attinet, *ſynæreſeos*, in illis Maronis, Æneid. l. 1.

---- *pendent lychni laqearibus aureis.*

ejuſdem in Eclog. 3.

--- *rejce capellas.*

(fruſtra enim ſunt, inter qos & Servius, qi pedem proceleuſmaticum hîc ſomniant; prout & in illo Æn. l. 2.

--- *intexunt abjete coſtas.*

& l. 11.

--- *tranſverberat abjete pectus.*)

Lucretii, l. 5.

---- *ambjens multa peruſſit.*

Diæreſeos, in illis, Maronis Æn. l. 9.

--- *dives pictai veſtis, & auri.*

Senecæ in Hypolyt. 2. 4.

Siqa ferventi ſubjecta cancro.

Martialis, lib. 9. Ep. 94.

Pervigil in pluma Cajus ecce jacet.

Tò **U**, atqe **V** qod attinet;

Diæreſeos; in illis Flacci, Epod. 13.

Nunc mare, nunc ſylvæ.

Plauti, Ciſtell. Act. 2. Sc. 1.

Qod dedi, datum non vellem; qod relicuum, non dabo.

Lucretii, lib. 1.

---- *confringere ut arcta*

--- *portarum clavſtra cuiret.*

Naſonis, Epiſt. 12.

Debuerant fuſos evoluiſſe ſuos.

Tibulli, lib. 1. Eleg. 7.

Stamina non ulli diſſoluenda Deo.

Synæreſeos: in illis, Maronis, Æn. l. 5.

Genva labant. ----

Plauti, Captiv. Prolog.

Domi dvelliqe dvellatores optimi.

Lucretii, l 2.

---- *eqorum dvellica proles.*

Auſonii, Parent. 24.

Duodeviginti functus Olympiadas.

Ejuſdem Epiſt. 23.

Mutvatur ad Græcam fidem.

Lucilii, l. 4. apud Nonium;

Compernem avt varam fviſſe Amphitruonis ἄκουσιν.

Flacci, lib. 1. Epiſt. 1.

---- *niſi cum pitvita moleſta eſt.*

Ennii deniqe apud Ciceronem de divinat. l. 1.

Cedunt de cælo ter qatvor corpora ſancta

Avjum. ---

de qo loco videndus Voſſius artis Gram. l. 1. c. 43. qi & idem rectè monet l. 2. c. 14. in *ſva* apud Maronem Eclog. 7. ubi legitur,

Strata jacent paſſim ſva qæqe ſub arbore poma

V ſonare, ut primam in *Svavis* diſyllabo. ſed qare, vir optime, non *ut & alteram*? cum utriuſqe, te qoqe cenſente, ſonus ſit idem, nempe *w* noſtri. jubeas Anglum ſcribat, qomodo ipſe proferri vis, *w* utrobiqe exhibebit.

A Verum fruſtra eſſe videtur eodem loci Vir doctiſſimus, qum *diphthongum* ſomniat in *Oilei* diſyllabo magis, qam in *ajo* & *rejce* pro *rejice* pariter diſyllabis, (de qibus idem videri poterit, ibid. c. 19.) avt in *abjete* triſyllabo; qum ratio eadem utriuſqe exiſtat, ſonus idem utrobiqe ſe prodat. Verum his miſſis; ecqis avrem ubi leviter etiam conſuluit, non ſtatim intelligit, in literarum commiſſionibus & diſſolutionibus eis qas diximus; dato *j* conſonanti ſono *y* noſtri, *v* verò noſtri *w*; lubricam admodum ac proclivem à *vocali* ad *conſonam*, & vice verſâ ab hac ad illam, lapſum fore; qum aſperior multò duriórqe ac difficilior tranſitus hinc illinc futurus ſit, ſi ſonos, qi vulgò
B obtinent, barbaros eiſdem attribuerimus, qorum alter eſt literæ F genuinus, uti nos alibi demonſtravimus. Ex his ergò qæ dicta ſunt, liqidò patet, (criticis etiam celeberrimis ac peritiſſimis vel exemplo, vel calculo ſuo id diſertim comprobantibus) literarum I & U, ubi conſonantis munus obeunt, ſonum genuinum in tribus illis lingvis eundem eſſe, illius nempe qi **ƿ**, iſtius qi **ꝩ** noſtri: nec alium in eis, qæ pro *bivocalibus* habentur, ſonum exhibere, cùm rationibus variis, tum & avrium ipſarum teſtimonio, qo nullum in negotio hoc certius argumentum, eſt luculentiſſimè demonſtratum. ut nihil amplius ad *bivocalium*
C iſtarum exterminium juſtum opus adjecto videatur.

Cæterum ex occaſione iſtâ, qæſitis duobus, qæ à nonnullis ſunt propoſita, qid reponendum exiſtimem, pavcis exponam.

Alterum eſt de vocum earum lectione ac prolatione, in qibus, tam exteris, qam & noſtris, literæ iſtæ occurrunt. Siqidem cum ſcripto peculiari de *Nomine Tetragrammato* nuper emiſſo, vocis *Jehovah* uſum receptum approbârim, & confirmare etiam anniſus ſim; qæſitum eſt à qibuſdam, qî id nominis, inter legendum enarran-
D dumqe, pronunciandum cenſeam, ſentiam ſaltem. neqe enim hac in parte per totam diſſertationem illam qicqam videri definitum. hoc avtem forſan eò magis à me expectatum iri jam ſuſpicor, qia literarum conſonantium, qæ in nomine illo præcipuæ ſunt, (de punctis enim vocalibus duntaxat eſt in ſcripto priore diſceptatum) aliam à vulgatâ receptáqe pronunciationem, tanqam rectam & genuinam, hîc aſſertum eam.

Qæſito iſti qò plenius ſatisfiat, tum generalia nonnulla præmittenda, tum & diſtinctiones qædam neceſſariò adhibendæ videntur. neqe enim in omnibus una eadémqe,
E ſive lex, ſive regula, figi poteſt.

Ac primò lingvarum, de qibus qæritur, ratio diverſa eſt. aliæ namqe ſunt, qæ in uſu vulgari eſſe deſierunt; aliæ, qæ adhuc perſtant. Ad claſſem priorem pertinent, Hebraica, Græca, Latina. In iſtis avtem, cùm terminos jam olim defixos ac definitos habeamus; nec niſi apud eruditos ac literatos ferè in uſu ſint; ad priſcam & primigeniam, qantum poteſt, prolationem, qæ qoad lingvæ illæ in puritate ſuâ viguerunt, obtinebat, ut qàm proximè accedatur, annitendum videtur: ſonúſqe ad
F ſcripturam, qæ certiſſima in iſtis eſt norma, qantum avt uſus præſens patitur, avt obtinere etiam potior valet, eſt omninò exigendus. ſcripturam avtem cùm pro norma illiuſmodi propono; eam velim intelligi, non qæ à pictoribus, ſculptoribus, artificibus imperitis qibuſqe profecta, in veterum monumentorum ruderibus relicta deprehenditur, (qanqam & ab his etiam ad rem iſtam qæ in manibus eſt, lux aliqa, ſed judicio adhibito, nec contemnenda ea, accedere qeat) ſed qæ ab eruditis rerúmqe harum peritis, qorum ad nos opera judiciáqe ſcripto conſignata pervenerunt, prodita ac comprobata reperitur. qæqe in eis habetur, qæ diſtinctis diverſiſqe cha-
G racteribus depinguntur. neqe enim fit veroſimile, ſonum unum eundemqe, literarum avt avtores primos, avt ſcriptores priſcos, figuris pluribus, deſignatum voluiſſe. qanqam ubi elementum, qod unum idemqe ferè ſonare videbatur, in vocum flexionibus, ſyllabarúmqe commiſſuris, nunc conſonæ munus, nunc vocalis obiret; factum eſt, per varietatis juſtæ defectum, ut ſonus duplex, ſed alter alteri affinis, qiqe alter in alterum invicem

cre-

creberrimè transiret, [a] uno eodemqe charactere qandoqe designaretur. qod in illis duntaxat, qas diximus, literis duabus, usu venisse compertum est. In istis avtem, avt pro soni usúsqe varietate, characteres distincti, nec multum discrepantes tamen, adhibendi sunt; avt regulæ saltem statuendæ, qibus sonus earum vísqe genuina, pro locis eis, in qibus inter legendum se obtulerint, à legentibus dignosci qeat.

Atqe in Hebraicis qidem charactere proprio exarandis, scripturam qod attinet, cùm sacrosancta duntaxat oracula idiomate illo, puro saltem, conscripta habeantur, tum immutari in eis qicqam religio vix patitur; tum nec hoc facto opus esse videtur, qum ad lingvam intra fines tam angustos concluſam, adversus errorem, qi hinc emergere posset, omnem muniendam, regulæ paucæ admodum suffecerint. Sed nec in eisdem charactere Latino describendis, necesse est, ut literæ *Vav* loco novus character, *w* nempe noster, usurpetur, (qod viris magnis factitatum monuimus) ab eis præsertim, qi genuinum *V* Latini sonum agnoscunt; nisi forsan, qo eorum vel inscitiæ occurratur, vel inadvertentiæ consulatur, qi vitiosæ ejusdem prolationi soli assveti, eam figurâ illâ indicari opinarentur.

Cæterum non possum illorum hac in parte (qod tamen viros summos, qiqe in lingvæ sanctæ studiis promovendis, insignem præ aliis plerisqe, qibusqe forsan verè dixerim, nec felicem minus operam navârunt, admisisse video) praxin probare, qâ Judæorum hodiernorum prolationem corruptam secuti, (qam & exemplo suo ratione istâ comprobare videantur, nisi si à calamo lingva discrepet) in Hebraicis charactere Latiali depingendis, pro *Tav S*; pro *Beth*, in dictionibus syllabisve extremis F, in mediis *V* substituunt. unde nobis barbara planè illa, pro בית *beth*, *bes*, pro בראשות *breshith*, *bresis*; pro מדות *middoth*, *middos*; pro ארחת *orchath*, *orchas*; pro אגרת *iggereth*, *iggeres*; pro הלכות *bilcoth*, *bilcos*; pro הליכות *halicoth*, *halicos* & rursus; pro רב *rab*, *raf*; pro טוב *tob*, *tof*; pro זהב *zahab*, *sahaf*; pro נתיב *nathib*, *nathif*. deniqe pro אבות *aboth*, *avos*; pro בבא *baba*, *bava*; pro בבלי *Babeli*, *Baveli*; aliaqe ejusdem κόμματος, ὅσα ψαμαθὸς πόνις τε. Neqe verò Judæorum morem ritúmqe hic obtendere valebit; non magis qam Italorum, ubi de sermone Latino agitur. Memini me qondam, eqite affini, qi filiolum habebat, qem literis humanioribus imbutum averet, officii id à me flagitante, Italum qendam unâ cum illo convenisse, qi nobilium liberos aliqot lingvam Latinam edocendos susceperat. Is evocatos hos in re Grammatica aliqid percontarer rogabat, qò profectus apud se sui specimen aliqod exhiberent. Ego cum inter minutiora qædam, ab eorum uno postulassem, præteritum daret verbi *Cano*, ille *Chechini* retulit. idqe magistro, qi ita institueraṭ, probante. qi qâ ratione inductus, ita proferret, sciscitanti, regessit, *Italos sic pronunciare: ab Italis avtem dictionis Latinæ proferendi normam esse desumendam.* Et sanè, tam ab illis, opinor, Romanæ, qam à Judæis hodiernis Hebraicæ; qum non minus à priscâ & genuinâ lingvæ olim suæ prolatione istos, qam illos, constet desciviſse.

Idem hoc & de Græculis hodiernis admonitu opus esset; nisi qod absurdæ barbaræqe prolationes illæ (qas tamen apud Cantabrigienses nostros, edicto publico, avthoritate suâ interpositâ, adversus Thomam Smithum & Johannem Checum, qi post Erasmum, monstra illa oppugnatum ac profligatum in aciem prodierant, sub pœnis etiam gravissimis, retinendas usurpandasqe, tam in re literariâ qam in religiosâ, tyrannum agens, Præsul ille Vintonienſis sancivit;) qibus [b] *αι ab ε, οι & υι ab ι sonis non distingvuntur*; *η ι υ sono uno eodemqe proferuntur*: Βῆτα, non *Beta*, (qo modo [c] priscis) sed *vita*: *υ* in

A diphthongis (qas nuncupant) tanqam *f* avt *v* nostrum: *π post μ*, tanqam si *b nostrum* foret; *τ post ν tanqam d* enunciantur; aliæqe ejusmodi, qarum Græci hodierni plurimum tenaces existunt; apud eruditiores qosqe, tam exteros, qam nostros, jamdudum explosæ, & jam ferè prorsus abolitæ sunt.

In hoc tantum apud nostros plerosqe peccatur; qod *I* vocalem tanqam si Ει, *Υ* tanqam si Ευ esset, enunciamus. alioqi *I* & *Υ* consonæ utriusqe sonum geminum germanum plerique retinemus. Nec figurâ diversa adhibitâ multum hîc opus est, (etiamsi I consona pingi possit
B productior pavlò, prout in αι plerunqe pingitur) qum regulâ unicâ res hîc absolvi possit, I scilicet cum α ε ο prægressis, *Υ* ubi cum α ε ο ω præfixis, avt ι insecutâ, in syllabam unam coalescunt. alibi passim *vocalem* esse utranqe.

De Latinis consideratio curaqe ulterior ac uberior necessaria videtur, tam qoad prolationem, qàm & qoad scripturam. Qoad prolationem; qia lingva hæc, prout in communi, priore utraqe illâ amplius, est usu, ita corruptelis pluribus obnoxia est facta. A nostris avtem plerisqe in Latinis proferendis, præ exteris compluribus,
C plurimum peccatur. Siqidem nec *I* nec *U*, avt vocali, avt consonæ; nec *F* in ullis; nec *G*, avt *C*, in nonnullis; nec *T* in aliis; sonum damus genuinum. *I* vocalem, qasi *ej* esset; *U* qasi Ευ vel *Ju* foret, efferimus. *J* consonæ sonum damus eundem, qem & *G*, (perperam utrique) ubi *E* vel *I* sequitur. pari nempe modo proferimus *J*, in *Jacio*, *Jecur*, *Injicio*, *Jocus*, *Justus*, qo *G*, in *Gens*, *Genus*. *Georgius*, *Gigno*, *Corrigitur*. Igitur *V* consonam pronunciamus, qo modo *F* oportuit: *F*, tanqam *PH* avt Φ Græcum foret; qod in Græculo risisse Ciceronem Fabius [a] refert. *C*, ante E & I, *in Cera*, *Cerno*, *Nescire*, *Poscere*, *Cicer*, *Cicur*, *Circus*; & *T*, ante *I* purum, uti appellant; h. e. ubi vocalis ulla syllabam eam sequitur, qam id claudit, uti in *Titio*, *Petitio*, *Primitiæ*, *Propitius*; tanqam *S*, utrumqe enunciamus; acsi
D nihil interesset, inter *Cedo* & *Sedo*, *Cepi* & *Sepi*, *Cellam* & *Sellam*, *Cilicem* & *Silicem*.

Horum avtem in plerisqe cum vicini nobis Belgæ, exteríqe alii complures, accuratiùs emendatiúsqe plerique nostri loqantur, cúmqe lingvæ istius in conventibus conventionibúsqe publicis præcipuus ac freqentissimus sit usus: voti itaqe ac desiderii justi res merito fuerit, ut prisca illa ac primigenia Latina pronunciandi ratio apud nostros posset postliminio revocari; utqe in Academiis nostris, cum operam sedulam, tum & authoritatem, qâ pollent, ei qorum id interest, ad id procurandum adhiberent. Cur enim non ad errores qoscunqe tollendos, rectámqe rei cujusvis rationem figendam firmandámqe, usui necessario justoqe ea nunc possit esse & debeat, qæ ad illos qidem fovendos fulciendósqe, istam verò opprimendam supprimendámqe olim iniqissimè est adhibita? Qa in re & eò magis elaborandum videtur, qia prolationis vitiosæ ritus iste retentus, facit ut apud exteros qi eundem repudiârunt, ab eis nostri qandoqe deridiculo habeantur, qos eruditione tamen solidâ, bonisqe literis atqe artibus, parasangis ipsi non pavcis anteeunt. Cæterum donec istud obtineri possit, sequendum necessariò Sapientis scitum illud, *Loqendum cum multis*, *sapiendum cum pavcis*. & qod summus ille de se in Oratore orator, qi *avrium convicio veritatem sibi extortam* conqestus, *usum* ait *populo concessisse*, *scientiam sibi retinuisse*.

Ac de Latinis, prolationem qidem qod attinet, ista suffecerint. De scribendi ratione aliqid adjecto opus videtur. Qum itaqe *I* & *U* Latinorum sonum geminum,
G vimqe sint duplicem adeptæ; unde fiat, ut nunc in *consonantium*, nunc in *per se sonantium* classem concedant, támqe multiplex & varius consonantium harum sit usus, ut sub regulas certas reducere, eásve inter legendum ob oculos jugiter habere, havd cuivis ita promptum ac proclive fuerit; idcirco veteres Vossius [b] non immeritò castigat, qod *ista cum soni natura discrepent*, *non & figuris*

(qod

a *Litera una pluribus sonis propter inopiam inservire potest: sonus unus in Variis literis non potest contineri. Tho. Smithus de ling. Græc. pronunc. l.* 2. b *Edicti Vintonienſis verba.* c *Martial. l.* 5. *Epigr.* 17. *Isidor. Origin. l.* 17. *c.* 10.

a *Instit. l.* 1. *c.* 4. b *Art. Gram. l.* 1. *c.* 15.

(qod facilè poterant) *diverſis ſignarint.* Horum itaqe cum ut indiligentia compenſaretur, tum & legentium commoditati conſuleretur, ab accuratiùs iſta tractantibus procuratum eſt, uſúqe ferè jam receptum, ut diſtinctionis juſtæ cavſſâ, literæ iſtæ, ſicut ſonis diſpeſcuntur, ita characteribus diverſis qoqe repræſentarentur. Unde natum, ut *conſona J j, V v*; *vocales, I i, U u*, pingantur.

Cæterum non immeritò reqiſiverit qiſpiam, qare non conſtanter, ubicunqe ſonus idem deprehenditur, figura ab his eadem uſurpetur. hoc enim ſi accuratè obſervaretur, *bivocalium* vanitate falſitatéqe liqidò patefactâ, commentum illud confeſtim concideret, & ipſum per ſe evaneſceret. qare in qibuſdam eum, qem vocali deſignandæ deputarunt, characterem admittant retineántve, in qibus aliud qam *conſonans* eſſe non poteſt. v: gr. cur *ſuadeo, ſuavis, ſuetus, quis, quare, quum, quorſum* ſcribant, cum nec *u* vocali ulli ita præfixâ, ut in eandem cum eâ ſyllabam coaleſcat, poſſit eſſe *vocalis* ipſa: (neqe enim, apud Latinos ſaltem, agnitæ ſunt unqam *bivocales* iſtiuſmodi; qod adverſus Schoppium eruditè diſputat Voſſius) nec eundem cum *u vocali* in vocabulis iſtis (qorum in nonnullis utraqe etiam reperitur) ſonum edere ſit compertiſſimum. qare in *æquum, equum, antiquum, reliquum, tinguunt, ſtinguunt*, charactere *vocalis* peculiari; contra, in *ervum, cervum, nervum, ſervum* figurâ *conſonantis* indice, ad literam priorem exprimendam abutantur; cum tam in illis, qam in iſtis mera *conſonans* exiſtat. avt ſi, ubi *conſona* eſt, ſonum non unum ſortiatur, qare non, pro ſoni varietate, characterem qoqe diverſum habeat aſſignatum. qare deniqe in *aut, haud, autem, audeo, audio, auris*, & ſimilibus, non eodem, qo in *vaco, vado, vago, valeo*, utantur charactere, cum eundem utrobiqe, ꝟ utiqe noſtri, ſonum agnoſcant. verum hoc typothetæ operiſqe typographicis præfecti viderint. eruditi verò, in ſuis edendis, prout ipſis viſum, procurarint. Nos ad reliqa, qæ diſceptanda propoſuimus, pergemus.

Hactenus itaqe de lingvis eis diſpeximus & diſpunximus, qæ in vulgari eſſe deſierunt. reſtat ut de eis aliqid adjiciamus, qæ in uſu vulgari adhuc perſtant, qas & *vernaculas* appellamus. In iſtis omninò, prolationem qod attinet, ſeqendum tenendumqe, qod uſus probat. Valet ſiqidem iſtic, qod Fabius tradit, inſtit. l. 1. c. 10. *Conſvetudo certiſſima loqendi magiſtra. utendúmqe planè ſermone, ut nummo, cujus publica forma eſt.* Proinde ſi vox *Jehovah* qomodo enuncianda ſit, qæritur, conſiderationem qæſita res geminam cum admittat, reſponſione conſeqenter geminâ eſt opus. Si enim de voce hac, qâ Hebraica eſt, qæritur, pronuncianda erit, ac ſi charactere noſtro Jehowah ſcriberetur. eam enim Hebraica efferendi rationem rectam ac genuinam eſſe, in antegreſſis eſt demonſtratum. at ſi pro Anglicanâ, qæ Hebraicæ illi reſpondeat, habeatur, non Jehowah, ſed Jehovah planè proferetur, eo utiqe prorſus ſono qo *J* & *V* literæ *conſonantes* apud noſtros ſonant. ſiqidem qibus illorum *Jod* & *Vav* ſonos exprimamus, alios habemus diſtinctos ac peculiares characteres, qibus iſtic non abutimur. neqe eſt neceſſe, ut vocabula Anglicana, qæ Hebraicis interpretandis ſive lingvâ noſtrâ exprimendis adhibentur, ad illorum proloqendi ritum modulúmqe exigantur. hæc eſt enim lingvæ cujuſqe prærogativa, ut aliunde mutuata ad morem proprium uſúmqe defingat. Exemplis aliqot, qid velimus, dilucidiùs patefiet. Si qis Hebraicè peritus, contextus ſacroſancti periochen aliqam recitaret, nomina illa אחשורוש דויד יעקב ישראל (rectam proloqendi normam ſecutus) proferret utiqe ac ſi Jiſrael, * Jaacob, Dawid, Aſhweros, literis noſtris pingerentur. at idem, ſi ſcripturas eaſdem lingvâ noſtrâ enarraret, nomina eadem idqe citra juſtam reprehenſionem Iſrael, * Jacob, Dabid, Aſſuerus, prout vulgo efferuntur, enunciaret. Aliud adjiciemus. Chriſti domini noſtri nomen Hebraicum idem omninò fuit, qod & ducis illius Judaici, qi in terræ eidem olim promiſſæ poſſeſſionem Dei populum immiſit, יהושוע utiqe, ſive *Jehoſhua*. inde יש׳ *Jeſhua* enatum, Syrum magis qam Hebræum (qanqam & Syriaca qandoqe [a] Hebraica dicitur; qia hujus tradux; ſed inter derivandum fonte, unde profluxit, corruptior effecta) nec niſi à populo è Babylone reduce, ubi linguæ Syriacæ ([b] ea enim eſt revera, qam Chaldaicam nos dicimus) aſſveverant, uſurpatum. hinc in Græcam lingvam tranſeundo, nomen geminum evaſit. ſiqidèm Græcis priſcis Ἰησοῦν Ἰάσων, poſterioribus ἰᾶσθαι ζειν etiam Ἰησοῦς dicebatur. Nos Hebraica impræſentiarum miſſâ, de reliqis, in qibus diſcrepantiæ vix qicqam comparere videtur, videamus. Ἰησοῦς ergò, ſive *Jeſus*, qomodo enunciandum ſit, ſi qis qæſierit, hoc à me reſponſum feret. Græca qidem vox Ἰησοῦς ita erit proferenda, ac ſi eſſet noſtro depicta charactere Jeſows: qia I Græcis hîc *vocalis*, Y *conſonans* eſt. *Jeſus* verò Latina, aeſi Yeſus ſcriberetur. qia *J conſonans*, (qæ illis [p] noſtrum ſonabat) *u vocalis* eſt. Anglicana vero Jeſus; prout nos J *conſonam* noſtram proferre conſvevimus. Nec de alterâ illâ, hac antiqiore multò, ſecius ſtatuendum. Vox Græca Ἰάσων τε σύλλαβος prolata noſtris figuris eſſet Jaſon; qia I in ea *vocalis* eſt: Latina *Jaſon*, Δούλαβος (poëticas enim diæreſes hîc mittimus) noſtro charactere, Yaſon: qia [p] nobis ſonat qod *J* conſona Latinis: Anglicana vero Jaſon; eodem plane modo prolatâ primâ, qo J noſtrum ubi conſonans eſt, aſſolet. qod & in [c] codicis ſacri contextu recitando à qibuſqe paſſim obſervatur. Nec eſt igitur neceſſe, ut à nominis Jehovah pronunciatione vulgari, (prout nec à Jacob vel Dabid, vel Jeſus, vel Jaſon) in ſermone vernaculo diſcedatur.

Illud potius iſtic optandum venit, ut prolationem, qæ obtinet, ſcriptura ſeqatur. Rectiſſimè Smithus noſter, [d] *Æquum eſt, ſcripturam ſonos ſeqi, ut picturam corpus: teſtentúrqe ſcriptura ſonum ætatis, ut avlæa formas veſtium.* Qorſum namqe elementorum figuræ, avt ſunt primitus excogitatæ, avt etiamnum adhibentur, niſi ut qem in ſermone communi literæ qæqe ſonum edunt, eis commodè deſignetur? Certè & ætatis tenerioris noſtris, & lingvæ noſtræ ediſcendi ſitientibus peregrinis, compendium hinc non contemnendum accreſceret; ſi & figuras ſono cuiqe diſtinctim exprimendo deſtinatas, eaſdemqe ad ſonum proprium accommodatas & reſtrictas haberemus. Hoc eſt enim, qod ſortis utriuſqe qoſvis, in noſtris ediſcendis, conturbat havd parum, de qo & exteros avdivi non ſemel conqerentes; qod Gallis utiqe, inter alia, qæ nolo dicere, exprobrari conſveverat; *aliter legere nos qam ſcribamus, aliter pingere qam proloqamur.* Nec reverâ noſmetipſos (niſi ſi φιλανθίας ἕνεκα διφθογγίας ἐσχάτης reatum adſciſcere velimus) culpâ omni hac in parte immunes prorſus poterimus diffiteri: qum literas toties ſupervacaneas vel infercimus, vel affigimus; alio, qam qo proferri debeant, ordine diſponimus; elementis à ſono ſuo nomina diſſonantia planè tribuimus; uno eodemqe charactere ſonos à ſe plurimum diſcrepantes pingimus; & ex conſeqenti, ſonum eidem nec certum, nec ſuum damus. Ex. gr. Cur in people ſcribendo, o interſerimus, qod envnciatum tamen nolumus; e conſonæ l poſtponimus, qod loco priore, licet raptim, proferimus? Cur thin *tenue*, & thine *tuum* literâ initiali eadem depingimus, cum th potius qam t ſonus in altero ſe prodat? qod proinde h apice ad ſpinæ inſtar trajecto Saxones priſci exprimebant. Cur Gerbaſe per G ſcribimus cum Jerbas, avt Jarnig enunciatum velimus? Cur G ipſum Jee ſive Ji nuncupamus, cum in gate, gil, give, good aliter prorſus proferamus? Cur C literam ſee ſive ſi nominamus, cum tanqam ſi K eſſet (prout

* *Literâ mediâ forſan illâ miſſâ, cujus ſonus vel ignotus vel incertus cum ſit, nunc inſuper habetur, ut in* עמוס Amos, *nunc per* G *exprimitur ut in* עמרה *Gomorra; ab aliis nunc ut* ng *in* בנג malum, *nunc ut* gn *in* עץ lignum, *effertur.*

a *Act.* 22. 2. b *Exr.* 4. 7. *Dan.* 2. 4. c *Act.* 17. 5. 6. *Rom.* 16. 21. d *De reftâ & emend. ling. Angl. ſcript.* c. 9.

(prout eſt reverâ; & alterum itaqe ſuperfluum) efferamus, in tare, tore, tur, ture? Cur non eiſdem elementis proceed & feed ſcribimus, cum idem in utroqe ſonus percipiatur? Cur action, potion, poxtion, petition exaramus, cum atſion, poſion, poxſion, petiſion legamus? Latinam ſi qis originem obtenderit; in promptu eſt reſponſio. In Latinis qidem *actio*, *potio*, *portio*, *petitio*, cum ſcriptio recta ac legitima exiſtat, nihil eſſe immutandum; ſed ad ſcripturam, qæ proba ac probata ſit, prolationem eſſe accommodandam. at in noſtris, cum voces vernaculæ, ſonis conſtent ab illâ planè diverſis; ſonúmqe *t* in *s* demutando facta fuerit derivatio; ad vocabuli ſonum conformandam eſſe ſcripturam; neqe enim id eſt in deductitiis avt mutuatitiis neceſſarium, avt congruum etiam, ut elementum cum ſono mutetur. neqe verò nos id ipſi conſtanter obſervamus. v. gr. à voce Latina *declinatio* derivata gemina habemus; artis vocabulum utrunqe; mathematicæ alterum, declination, Grammaticæ peculiare alterum, declenſion. ecqid avtem obſtiterit, qò minus, qamvis Latia, mater utriuſqe vox per *s* ſcribatur, & rite qoqe proferatur, non per ſ tamen tam illa qam iſta deſcribatur; cùm hujus in utraqe ſonus avdiatur, t literæ in neutrâ? Ecqis enim Gallis vitio verterit, qod *Oraiſon* & exarent & enuncient, cum ab *oratio* tamen Latino ea vox deſcendat; avt illis qod *faſhon*, noſtris qod faſhion, (non faction, qod aliud utriſqe deſignat) cùm Latinorum tamen vocabulo *factio* natales ſuos debeat utrumqe? Ecqis Latinos vituperet, qia *reſinam*, non *retinam* ſcribant, cum Græcis ea ῥητίνη ſit; qod *ſciſſum*, non *ſchiſtum*, qum Græcis ſit σχιστόν; qod *cutis*, non cuſtis, quum Græcum ſit κύτις; *perna*, non *pterna*, cum Græcis πτέρνα; *purum putum*, non *puſtum*, qod Græcis eſt πυστόν; *oſſa*, non *oſta*, qod ὀστᾶ Græci; & alia ultra cenſum iſtiuſmodi? Certè, qam nulla non lingva in vocabulis aliunde derivandis tranſferendiſqe libertatem ſibi ſumit, noſtræ nullo jure, nulla ratione, à qoqam poterit denegari.

Iſtis avtem cum qæſito priori ſatiſſeciſſe nos avtumemus, ad alterum tranſibimus. De *Q* literâ itaqe, ejuſdemqe poteſtate ac uſu â praxi meâ occaſione ſumptâ, coorta eſt qæſtio. Cum enim in meis Latinè ſcriptis, ac in publicum emiſſis, *v conſonam*, an *vocalem* eam, huic ſubjungere deſtiterim, ſæpenumero ſum hac de re à viris doctis compellatus, qærentibus utiqe, qâ ratione inductus id uſurpem, qâve avtoritate ſubnixus, ſcripturam novitiam introductum eam.

Et ratio qidem, qæ nondum lecto avtore eâ de re ullo, in ſcriptis privatis compendia captantem, ad id primitùs impulerat, prompta pronáqe ſatis fuerit, qod ſuperflua planè adjecta vulgò altera illa videretur: qum utriuſqe ſonum, qæ duplex foret, litera ea per ſe ipſa includeret. Siqidem tam *Q*. qam *X* Latinum, Ψ Græcum, non ſimplex litera, ſed compoſita eſt. Conſtat enim ex C & *V*. qod Capella monuit de nupt. philolog. l. 3. c. 7. ex C, inqam, & *V*, non *vocali* eâ, qod Scaliger cenſuit de cauſ. ling. Lat. l. 1. c. 7. (ne fruſtra ſis) ſed *conſona* illâ (qod ex Velii ſententia tuetur Voſſius lib. 1. cap. 22.) cujus vis in *Angvis*, *Sangvis*, *Svavis*, *Svaſus*, ſe prodit. itaqe nec *Cu*, ſive *Qu*, i. e. juxta ſcripturam vulgarem *Quu* qod Voſſio tamen l. 1. c. 32. placuiſſe video, eſt genuinum literæ hujus nomen, ſed CVE, ſive QE, (qod eodem recidit) ſicut ECS τὸ X; non incluſâ, qæ utrobiqe nulla eſt, ſed qo proferri poſſit utraqe, neceſſariò, in altero præfixâ, in altero ſubjectâ, vocali illâ, qæ conſonis qibuſqe exprimendis conſvevit adhiberi. Ergo qo modo *X* ex C & *S*, Ψ ex Π & Σ; ita *Q* ex C & *V* eſt coalita & conflata. Rectèqe idcirco, cum Julius pater, de cauſ. ling. Lat. l. 1. c. 10. *ineptire* eos pronunciat, *qi Q cum C eandem eſſe* contendunt; tum & Joſephus filius, in diatriba de var. liter. pronunciatione, *delirare Varronem*, qi *nullam* ajat eſſe *inter Q & C differentiam. eam enim eſſe proportionem in voce hac* Qvos *ad* Cos, *qa eſt in* Lingvas & Lingvis *ad* Lingas & Lingis. uterqe τὸ *U litera poteſtatem in Q ipſo contineri* adfirmat.

A Unde & notat Voſſius l. 1. c. 32. eos, *qi ſemper poſt Q adſcriptum eum V.* etenim *hoc appoſito nihil ſupereſſe prater C ſimplex.* qod de *Q* ſentire Scaliger alter *ineptum*, *delirum* alter cenſuit. Proinde ſicut fruſtra τῷ X τὸ S ſub. jungeretur, ut *exſeo*, *exſedo*, *exſpio*, *exſplodo*, *exſploro*, pro *exeo*, *exedo*, *expio*, *explodo*, *explero*, ſcriberemus: alia enim eſt ratio, cum à *ſpecto exſpecto* potius qam *expecto*, qaſi à *pecto* eſſet compoſitum, Grammatici (qod Fabius l. 1. c. 7. docet) ſcribendum cenſuerint. qia ſ ibi non eſt præpoſitionis, ſed verbi ſeqentis; ſicut & in *exſcribo*, *& exſurgo*; & nominis verò, in *exſors* & B *exſul*, ut recte [a] Voſſius. ita fruſtra τῷ q τὸ *v* ſubjeceris, cum ipſius *v* vis integra duplicis illius ſono jam incluſa habeatur. Etenim, qod ὁ κάππα de litera *K*; ſi qis cum Scavro, *nomina, in qibus à ſecunda eſſet ſtatim ſede, per K eſſe ſcribenda putârit, qod Ka nomen includit vocalem illam, nullam ſanè vocalem addendam in contextu dictionis.* & eâ qidem de cavſſâ priſcos obſervat Voſſius l. 1. c. 17. *a* poſt *K* omittere ſolitos, cum ſcriberent *Klenda*, *Klumnia*, *Krus*, *Kartago*, pro *Calenda*, *Calumnia*, *Carus*, *Cartago*, qia *K* utiqe C & *a* in ſe contineret. pari certè ratione tam *V* poſt *Q* qam & *S* poſt *X*, eſt prorſus ſupervacanea, C cum compoſitis ſuis iſtis utraqe illa, & qidem integra, jam ſit comprehenſa.

Ratio igitur clara ſatis ſuppetit, cur τῷ *Q* ſubjunctâ ſive *U*, ſive *V*, nihil ſit opus. Nec deſunt qi patrocinium hac in cavſſâ ſuum ſponte deſerant, viri cum literati, tum & inter literatos ſortis ſediſqe havd infimæ. In his eſt, qem & ſuperius pavlò adduximus; Vir Cl. Scaliger filius. Is loco ibi deſignato: *V poſt Q nullum habet ſonum. ſed qi ſonus avditur, in ipſius vi eſt, qa ſine V potuit probari.* Accedit huic, ſed qi tempore, puto, anteceſſit Avtor havd ignobilis, licet de nomine ignotus, D cujus *de Lingva Gethica* commentariolum edidit Bonaventura Vulcanius; in qo iſta habentur. *Q eadem eſt cum C, niſi qod U includit. qare ubi hac ſubjicitur, ſuperflua eſt. Malè igitur ſcribunt Latini.* Quotidiè, Quis, Quia, Quoniam, *recte Getha, qui u includunt, ſcribentes* Qotidie, Qis, Qia, Qoniam. *Cum enim Q comprehenderet u, putabant ſuperfluum, ſi preterea annotaretur. qod monendum erat, ne qem in novo idiomate novitas offenderet. Tum u exprimendum ſit. ſi dictio per x ſcriberetur, qomodo Graci faciunt, qi loco q x uſurpant,* Κυίντ & *ſcribentes pro Qintus. Errant verò, qi u geminum* E *ſubjiciunt; qum ſimplum ſatis ſit; avt unicum, ſi alia vocalis ſeqatur.* Hæc ille diſertiſſima. Cæterum ne Getas Gothóſve, gentes barbaras, Latinæ vel ſcripturæ vel loqelæ magiſtros facere videamur. Virum clariſſimum, antiqitatis omnis indagatorem ſagaciſſimum, rerúmqe iſtarum peritiſſimum, Joannem Voſſium avdiamus. Is (neqe enim in partes hic vocatus comparere recuſabit) Artis Grammaticæ l. 1. c. 22. Cujus inter alia ſummarium; *Veteres ſcripſiſſe*, Aqa, Equs, Qis, *& ſimilia, abſqe V. Non tantum*, inqit *eſſentia & poteſtatis ratione Q compoſita dici poteſt*; (qod Capellæ ac F Diomedis avtoritate firmat, qi ex C & *V* conſtare affirmant) *ſed etiam figura: qia, qod & Velius Longus obſervavit, ipſa nota, qâ ſcribitur, oſtendit* C & V *pariter literas in ſe confuſas. Atqe inde eſt, qod in Veteribus Codicibus alterum V, tanqam in Q contentum, pratereatur. Ita in eis legere eſt* Equs *pro* Equus. *ac in antiqis etiam inſcriptionibus interdum hic occurrit ſcribendi modus.* Velii verba qæ vir Cl. adſcripſit, hæc ſunt. *Multi Q literam excluſerunt, qoniam nihil aliud eſt qam* C & V; *& non minus poſſit ſcribi* Quis *per* C & V & I & S. *ideóqe nonnulli* Quis, *&* Quæ, *&* Qid, *per* Q & I & S *ſcripſerunt, &* G *per* Qæ, *&* Qid; *qoniam ſcilicet in Q eſſet* C & V. Hæc ubi ex Velio Voſſius, *Nec obſtat*, inqit, *qod Probus adverſus eos diſputat*, qi Seqi *in preterito ſcribebant ex* Seco, *avt* Aqi *ab* Acuo. *nam in his ratio diſpar. qia* C *ad aliam qam i ſyllabam pertinet: contra qam ſit in* Seqi *a* Seqor, *avt nomine* Aqa, *& ſimilibus.* Qibus adjici

a *Art. Gram. l. 1. c. 43.* b. *Jul. Scalig. de cauſſ. ling. Lat. l. 1. c. 10.*

poteſt, qod & ipſe pavlò poſt, ex eodem avtore ſuggerit, *V conſonam* in his eſſe, *cujus vis ac poteſtas Q littera includitur*, *non* prout in alteris illis, *vocalem* qod & Voſſius ipſe contra Diomedem, Priſcianum, adeoqe Fabium ipſum tueri ſuſtinuit. Idem deniqe libri ejuſdem c. 29. *Oecumenico errore à recentioribus, imo & penè omnibus antiqis, poſt Q ſcribitur V, cum Q nihil aliud ſit qam C pingvius ob ſeqens V. Sane ſi poſt Q geminam vocalem ſcribere viſum, nihil fortaſſe Q fingere opus erat. ſin Q ad ſoni pingvedinem indicandam adhibere placuit, V omnino in Q intelligetur; qia Q erit nota duplicis litera C & V. Rectius igitur aliqi, Qa, Qi, Qo ſcripſere; qam alii* qua, qui, quo; *cum in his V poſt Q redundet, ac ſapiens naturam inſeqi ſoleat, qa nihil facit fruſtra.* Hæc heroes illi. ex qibus liqido patet parétqe, ſcripturam hanc, qâ *V* poſt *Q* expungitur, nec novitiam nuperriméve inductam, ſed Latinis priſcis uſurpatam, nec verò avt ratione juſtâ eſſe, avt avtoritate etiam deſtitutam.

Et ad qæſitum geminum illud iſta ſuffecerint. Dictionis reliqæ ſummam pavcis ſic habeas. *Diphthongi*, ſive *bivocales*, ſunt, in qibus *vocales dua in ſyllabam unam coaleſcunt.* Hæ vel ſunt *impropriè*, vel *propriè* ſic dictæ. *Improprie* ſunt, in qibus, etſi *dua pingantur*, *altera* tantum *profertur.* hujuſmodi ſunt apud Græco, ᾳ, ῃ ῳ, qibus *iota* eſt ſubſcriptum; in Latinis *ae* & *oe* in *Æneas*, *Oeneus*, &c. de iſtis non laboramus, qia *ἀκύρως καὶ καταχρηστικῶς bivocales* dicuntur. h. e. dicuntur, & non ſunt. *Propriæ* ſunt, in qibus *vocalis utraqe profertur.* hujuſmodi habentur, in qibus *i* & *u* (qæ *bivocalium* matrices exiſtimantur) vel *aliis vocalibus adjuncta*, vel *ſecum* invicem *commiſſa.* aliis *adjecta*; *i*, in *ai, ei, oi*; *u*, in *au, eu, ou.* in iſtis verò *i* & *u conſonas* eſſe, non *vocales*, oſtendimus. habere enim ſonum eundem planè, qi *j* & *v* conſonarum genuinus eſſe, vel agnoſcitur, vel evincitur; *i* nempe *τὸ y*, *u* avtem *τὸ w* noſtri utriuſqe. *nullam* itaqe in iſtis *bivocalem* eſſe; cum *vocalis* altera nulla ſit. reſtant, in qibus, *ſecum* invicem *commiſſæ*, *ꝫ* Græcorum, in *υἱὸς* & *ἔρπυσα*, *ui* Latinorum, qæ ſit illi analoga, in *huic* & *cui* monoſyllabis. in his viri magni *i conſonam*, *u vocalem* eſſe contendunt. ego contra *u conſonam*, *i vocalem. bivocalis* intercidit, utralibet detur.

Nulla ergò *Bivocales.*

THO-

THOMÆ GATAKERI

DE

NOMINE TETRAGRAMMATO DISSERTATIO,

QUA VOCIS

JEHOVAH,

APUD

Noſtros receptæ uſus defenditur, & à qorundam cavillationibus iniqis pariter atqe inanibus vindicatur.

L

qan
de
oran
Ea
aliq
acri
ab
tero
crin
die
sup
oti
ris
re.
bui
d q
ris
pro
gis
Ora
Co
ner

LECTORI CANDIDO.

NOtum eſt [a] Cenſoris graviſſimi dictum, Tam otii qam negotii rationem eſſe reddendam. Hoc ipſe qo ex parte aliqâ [b] præſtem, paucis hiſce te conventum velim. Cum morbo, qi me nuper habuit, (habuit enim magis me ille, qam illum ipſe) necdum penitus reliqit, domi concluſus, lecto etiam partem maximam affixus, diſtinerer, dum otii tædio (qod mihi nunqam non grave) ex libris levamen aliqod reqiro, in Viri cujuſdam clariſſimi de Nomine Tetragrammato Orationem apud ſuos habitam incidi, ad cujus oram in codice meo (pro more mihi non inſolenti) nonnulla olim adnotaram. Ea jam repetita & relecta, animum impulere, ut de argumento hoc molirer aliqid; qo vocis Jehovah uſum apud nos ([c] nec ſolos tamen) receptum, qem acrius pavlò avtor ille impugnat, & inſectatur acerbius, qâ poſſem, tutarer, & ab illius cum cavillis, tum & calumniis vindicarem; idqe eo magis, qia ab altero qoqe notæ etiam primariæ viro, Anglos noſtros, hoc eodem nomine, qaſi crimini graviori affines, nominatim perſtrictos offenderem. Hoc intra pavcos dies ubi abſolveram, juris publici facere viſum eſt. Qæ ſi cui forſan otioſa ac ſupervacanea videbuntur; ut aliud nihil dicam; illud primò habeat, eſſe hunc otii, nec ultrò accerſiti, ſed neceſſitatis lege qadam imperati, fœtum tum veteris dicti meminerit, qo pronunciatur, ſatius eſſe, otioſum eſſe, qam nihil agere. Cogitet deniqe iſta, qaliacunqe fuerint, viros etiam ſummos exercitos habuiſſe. Tu ſicubi lapſum deprehenderis (qod cum à morbo, tum & ab ætate, [d] qi morbus alter eſt, laboranti proclive fuerit) manum ſi porrexeris, amice feceris, gratiamqe apud me eo nomine ampliorem iniveris, qam paria te mecum ſentire profeſſus: ſiqidem hac ratione forſan confirmatiorem, illâ (qod eſt optandum magis) emendatiorem reddideris. *Vale.*

[a] Catonis majoris, ex Origen. l. 1. meminit Cicero Orat. pro Planc. (imitatus & ad Attic. l. 5. Ep. 20.) & Columel. l. 2. c. 22.

[b] Libet non minus otii, qam negotii præſtare rationem, Symmach. l. 1. Epiſt. 1.

[c] Videatur Druſii ipſius confeſſio ad oram ſcripti hujus prope finem adſcriptam.

[d] Τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. Apollodorus. Itaqe Philemon. Μηδὲ ποτ' ἐρώτα τὸν γέροντα πῶς ἔχει, ἢ γεραὸν λυ'. ἴσθι δ' ἰυθὺς, ὅλα κακὰς ἔχει. Senectus ipſa morbus eſt. Terent. Phorm. 4. 1. Senec. Ep. 108.

THOMÆ GATAKERI

DE

NOMINE TETRAGRAMMATO DISSERTATIO.

DE nomine Tetragrammato, ejuſdemqe ſive vivâ voce, ſive per ſcripta exprimendi ratione germanâ atqe genuinâ, grandis graviſqe inter eruditos orta eſt hiſce temporibus controverſia. Eam non ſine ardore utrinqe aliqo, & vehementiâ (uti mihi qidem videtur) minus neceſſariâ, proſecuti ſunt viri magni, Joannes Druſius in Tetragrammato, de rect. lect. ling. ſanct. c. 32, & 33. & in Annot. ad Pentateuch. l. 2. c. 5. Nicolaus Fullerus noſter Miſcellan. l. 2. c. 6. & in Append. Apologet. Ludovicus Cappellus in Oratione de nomine Tetragrammato & ejus pronunciatione, & Sixtinus Amama in diſſertatione de eodem. nam Gilbertum Genebrardum hominem maledicum καὶ μανικὸν inter heroas iſtos ne nominare qidem ſuſtinuerim. Ego, non qo inter tantos viros, tanqam arbiter conſideam, ſed qo ad rem ipſam de qâ diſceptatur conſtituendam ſymbolam ſaltem conferam, meam de lite hac totâ, & qid parti utriqe concedendum exiſtimem, citra cujuſqam offenſionem, ſententiam liberè proponam; idqe qam commodè potero pauciſſimis abſolvam.

Primò itaqe יה & יהוה duo eſſe Dei veri, eaqe à ſe invicem diſtincta, ſed qæ rationem eandem habeant, nomina peculiaria, pro conceſſo confeſſoqe ſumetur. De illo, conſtat ex Hymno 68. v. 5. *Celebrate illum in nomine ſuo* יה. de iſto ex Hymno 83. v. 19. *Ut norint te cujus nomen eſt* יהוה. Diſtincta eſſe à ſe invicem, nec alterum alterius formam contractiorem (qod nonnulli tamen ſunt arbitrati) inde patet; qod utrumqe ſimul poſitum reperiatur ביה יהוה Eſaiæ c. 26. v. 4. Sed & qod diverſos, uti mox videbitur, habeant natales. Eandem plane cum notionem, tum & notationem habere liqet, etiamſi à radice non eadem prorſus oriantur; qia à verbis admodum affinibus, & ejuſdem planè ſignificationis, deſcendunt. Sicut enim חוה & חיה unde primæ parenti nomen, Gen. c. 3. v. 20. ita היה & הוה idem utrumqe ſignificat, & illud qidem *vivere*, hoc *eſſe* utrumqe. ab היה avtem יה (priore ה ſicut in לך ab הלך abjectâ) ab יהוה חוה deductum, extra omnem eſt controverſiam, ita יה pariter & יהוה utrumqe τὸ ὄν, ſive τὸν ὄντα, deſignat. Rationem nominis utriuſqe Moſi Deus ipſe, cujus nomen utrumqe eſt, dedit, Exod. c. 3. v. 14. ubi dixit, אהיה אשר אהיה Qo loco & tertium habemus Dei nomen, ab utroqe illo diſtinctum, ſed cum utroqe mentis & ortus qoqe plane ejuſdem; idqe juxta interpretes nonnullos iteratò ibidem exhibitum. Siqidem, pro eo qod alii cum Hieronymo, *Sum qi ſum*; vel *Sum qod ſum*; qod noſtri conſtanter uſurpant; alii cum Pagnino, *Ero qi ero*, ſive *Ero qod ero*, qod αὐτολεξεὶ verba ſonant; atqe omninò retinendum Oleaſtrius contendit; Piſcator, (ſolus opinor) *Ero qi eram*: Junius à reliqis aliorſum abiens, reddidit, *Ehjeh, qia ſum*, ut יהוה prius ſacroſanctum ſit, & pro nomine (prout & in clauſulâ proximâ) habeatur; alterum (ut Hebræi loquntur) ſit profanum, & verbi (cujus & formam gerit) naturam retineat; הוה avtem non pronominis relativi, ſed conjunctionis cavſſalis (qod nec rarò fit) uſum ac ſignificatum hîc obtineat; à qo ſenſu nec longè Vatablus abſceſſit, qum vertit, *Era, qia ero*: & mox ἑρμηνευτῶς, *Ero*; *ero enim*. ut eis verbis Dominus Deus & Moſi de nomine ſuo percontanti reſponderit; & nominis editi ſimul etiam rationem reddiderit. nam de tempore connotato parum intereſt; cum ea apud Hebræos crebenrimè, promiſcua habeantur; qod variis exemplis * alibi oſtendimus. De loci mente videri poterit Vir Cl. Joannes Druſius Obſerv. l. 16. c. 10. ſed & ex exteris Plutarchus de El Delphico; qod is eſſe vult hominis Deum compellantis, naturamqe divinam agnoſcentis vocem (qaſi Ei, *Es*, diceret) qi propterea propriè veréqe ὄντως eſſe ſolus dicatur, qia ſolus mutationis omnis ſit expers. nos ad alia properamus.

Secundò, nominis alterius illius יהוה pronunciationem genuinam, cum primis temporibus, tum & per inſecuta deinde ſecula plurima, vulgò cognitam fuiſſe, clariſſimè liqet. Et primis qidem parentibus innotuiſſe patet ex Evæ, qo partum primum ſuum excepit, elogio, *Acqiſivi virum* אֶת יהוה *Deo*. Deinceps avtem in ore ac ſermone, communi etiam, itidem fuiſſe, patet inter alia, ex nominibus locis perſoniſqe de ſpeciali aliqâ ratione avt occaſione impoſitis, qibus nomen id integrum continebatur. Sic enim monti, in qo Iſaak immolandus ſiſtebatur, יהוה יראה nomen indidit Abraham. Geneſ. c. 22. v. 14. unde & orta refertur dictio παροιμιώδης, qæ in celebri uſu fuerit בהר יהוה יראה *In monte Deus videbitur*. coactius enim pavlò Junius, *In monte Jehova providebitur*. Moſes qoqe ad tropæi inſtar erectam de Amaleko fuſo aram, יהוה נסי nuncupavit. Exod. c. 17. v. 15. uti & Gedeon alteram in proſperi ſucceſſus futuri omen, יהוה שלום Jud. c. 6. v. 24. Qin & Jerem. c. 23. v. 6. Chriſtus Dominus יהוה צדקנו nominatur. Eademqe appellatio eidem ipſi an urbi, eccleſiæ utiqe ipſius, incertum, attribuitur, ejuſdem prophetiæ, c. 23. v. 16. utriqe certè (certum ſatis id) competere poteſt, & illi, qo qid ſuis ſit, & iſti, qo unde id ei qod is ſuis eſt, adſit, eo nomine denotetur. Verum citra con-

* *In explicatione verborum arioli. Num.* 23. 21.

controverſiam urbi reſtitutæ nomen datur יהוה שמה in Ezekielis Vaticinio extremo. Qorſum avtem perſonis lociſve nomina, niſi qo eis in ſermone ſcriptoqe, prout occaſio, deſignentur? In ſermone verò communi qî id poteſt ab eis, qi proferre ea avt neſciunt, avt neqeunt? Accedit ſolennis illa juramentorum concipiendi formula חי יהוה qod qadragies minimùm in ſacrâ paginâ reperitur: qum in eiſdem citra nomen iſtud bis אלהים ſemel אל tantùm, occurrat. Qin nec exteris etiam ethniciſqe ignotum prorſus fuiſſe Dei nomen hoc, ex codicibus ſacris clariſſimè patet. Idipſum enim hoc proferunt, cum Laban & Bathuel Eleazari Abrahæ famulo, Gen. c. 24. v. 50. tum & Pharao Rex Moſi, Exod. c. 5. v. 2. & regis ſui nomine non ſemel Rabſhake Ezechiæ, Eſai. c. 36. v. 7. 10. Nec certè in uſu vulgari eſſe videtur deſiiſſe, qamdiu apud Dei populum prophetiæ ſeries continua perſtiterat, avt Spiritus ſancti amanuenſes ulli extiterant, qi oracula θεόπνευστα, in populi illius uſum communem, ſcripto conſignarent. qorſum enim illi qicqam in uſum communem, avt vivâ voce ederent, avt ſcripto proderent, qod ab eis, qorum in gratiam propalabant, ne avribus qidem percipi, avt proferri, avt legi etiam, nedum ut intelligi, vellent? avt qis cuiqam dicti ſcriptive uſus, qem nec avditu percipere poſſit, nec proferre ipſe noverit? Proinde nullo pacto eſſe poteſt rationi conſentaneum, ut exiſtimemus, Vates ſacros in vaticiniis ſuis id nominis toties inculcaſſe, qod prolatum tamen lectumqe ab eis nollent, qibus ea tradidere. Imò qamdiu ordo ſacerdotalis eos habuit, qi erant legis divinæ obſervandæ religioſi, non poterat nominis illius prolatio inſuper haberi, nedum ut penitus intercidere, avt in oblivionem etiam devenire. Cum enim formulâ à Deo in lege per Moſem perſcriptâ Num. c. 6. v. 24--27. populo publicitus benedicere tenerèntur, fieri non poterat, qum eam qotidie uſurparent, qin & nomen hoc proferrent ipſi, & in populum ſimul qoqe propalarent. Porrò ſi in benedictione ſolenni illâ & ſacerdoti proloqi, & populo avribus percipere liberum licitumqe fuerat, ecqid obſtiterit, cur non & alias qoqe, vel in ſacris ſcripturis legendis, vel in ſuppliciis publicis concipiendis idem faciendi parilis, ſive libertas, ſive licentia, exiſteret?

Nam qòd Judæuli inepti, horumqe veſtigiis inſiſtentes, [a] ex verbis illis noviſſimis, Num. c. 6. v. 27. *Et ponetis nomen meum ſuper filios Iſraël*, [b] eliciunt, *tum demum licuiſſe nomen illud effari, qum benedictionem illam pronunciarent.* ſed & ex verbis illis, Exod. c. 3. v. 15. qæ ſcripturæ ſacroſanctæ textum ipſum corrumpendo legunt, הוא שמי לעלם *hoc eſt nomen meum ad occultandum*, cum textus ipſe לעלם *in æternum*, habeat; nomen iſtud ſupprimendum, nec in vulgus propalandum colligunt. Ac proinde [c] *ſacerdotem in benedictione illâ conferendâ*, ita *raptim & ſubmiſſâ voce* (per muſſitationem qandam [d] magicæ non abſimilem, qali in miſſæ ſuæ ſecretis abutuntur hodiè Pontificii) ejuſdem *verba illa protuliſſe, ut ne* prolatio hujus nominis *à qoqam exavdiri poſſet.* Deniqe [e] *Moſis etiam tempore* prolationem illius *interdictam* fuiſſe verbis illis, Lev. c. 24. v. 15, 16. *Qicunqe maledixerit Deo ſuo, ille feret iniqitatem ſuam,* [f] *at qi pronunciaverit nomen* יהוה *morte morietur. qibus verbis Deus mortem interminari videatur, non illi modo, qi Deo maledixerit, ſed & illi* (è vulgo nimirum) *qi nomen illud effatus fuerit.* Hæc remoram nobis hîc cur objiciant, nihil qicqam eſt cavſſæ; qum ſint reverâ farfari foliis leviora; liguſtri etiam floſculis viliora nugamenta. itaqe mirum mihi valdè fit virum inſigniſſimum tam putidis commentis [g] *veri ſpeciem* ſaltem *aliqam* tributum ire voluiſſe. Cum primum norit nihil fundi à ſacro textu habere. neqe enim ſeqitur, ut, qia in ſolenni benedictione illâ imperatum, ideò alias fuerit interdictum. qum in aliis alibi hymnorum, votorum, profeſſionum, juramentorum formulis creberrimè uſurpatum occurrat; imò in nonnullis, nec pavcis qidem illis, præceptum etiam ac præſcriptum reperiatur. videantur Deut. c. 21. v. 8. & c. 26. v. 7. 10. Jer. 4. 2. Secundum eſſe textus codicis ſacroſancti depravationem manifeſtiſſimam, negari non poſſit. Tertium cum Judæis doctoribus etiam primariis agnoſcat ipſe, [a] *mandato divino adverſari*: & ex Majmonidis avtoritate definiat, *præceptum eſſe, ut altâ voce conciperetur ſacerdotalis illa benedictio.* In qarto, aſſumentum merum eſſe neſcire neqiverit illud, *è vulgo nimirum.* qod ſi ſuſtuleris, admiſſâ interpretatione iſtâ, nec ſacerdoti nomen illud effari licebit; ſin admiſeris, cum legis ejuſdem datæ latæqe membra ſint gemina, qorum alterum alterius ἐξυγγικὸν tantum, ſupplicii ſpeciem ac rationem explicatius deſignans, pleriſqe cenſetur; priori etiam inciſo ἐκ τῆ κοινῆ idem fuerit aſſuendum. ita aliis qam è plebe & populi fæce licitum fuerit, qo modo nomen illud venerandum proloqi, ita & numini maledicere. Nec interpretum, opinor, ſaniorum ac ſolidorum qiſqam, niſi in execrationis ſignificatione verbum נקב in interdicto illo unqam ſumendum pronunciavit. Verum iſta ut mittamus, qum qod morentur nihil ſit: ſatis clarum videtur, & ante Moſem, & ſub Moſe, & à Moſis temporibus per ſecula qam plurima, nominis hujus prolationem in uſu communi extitiſſe: imò ex Dei ipſius mandato (è Judæorum Magiſtris primariis qoqe ipſis id agnoſcentibus) ſolennem ejuſdem prolationem, populi turbâ totâ aſtante, & qantum per locorum intervalla poterat, avribus percipiente, clarâ voce fieri ſolitam. ex qâ ſolâ occaſione, etiamſi nihil aliud acceſſiſſet, per tot ſecula illa fieri non poterat, ut non eſſet ea in vulgus etiam hominum notiſſima.

Tertiò, ex ſuperſtitione qadam, ſeculis inſecutis, & ſeqioribus illis, cum Spiritus ſancti amanuenſes illi è populo illo jam defecerant, nec ordo ſacerdotalis cultus ſinceri rituſqe priſci tenax extiterat, (qamdiu enim iſta obtinuere, uſus priſtinus ceſſare, avt aboleri non poterat) à nomine iſto proloqendo abſtineri ceptum eſt: eoqe tandem deventum, ut pro piaculo immani haberetur, nomen illud effari; cum à Magiſtris ſcilicet denunciatum jam eſſet, [b] *partem non habiturum in futuro ſeculo, qiſqis nomen illud pronunciare præſumeret*: qod tamen per ætates retro ab orbe condito antegreſſas proferre, non licitum tantummodo, ſed & pium ac lavde dignum habebatur.

Ex ſuperſtitione, inqam, uſurpatum hoc; & merâ qidem: ecqid enim aliud ſubeſſe poterat? Obtenditur *religio*, & nominis ſacroſancti venerandus reſpectus; cui ut honos illibatus conſervaretur, nec avt uſu profano leviculoqe evileſceret, avt exteris etiam, qi abutendo pol. luerent, innoteſeret, vel eſt [d] *vulgi* ipſius ἰυλαβείᾳ *qadam ſuſceptum*, vel *magni Synedrii ſanctione publicâ interdictum*, ut nomine illo proloqendo deinceps abſtineretur.

Specioſi ſiqidem prætextus iſti; ſed ſuperſtitionem eluere impotes planè. Siqidem, 1. cur de iſto potius nomine, qam de altero illo, qod ejuſdem eſſe valoris oſtendimus, ut de cæteris nihil dicam, tam ſoliciti ac curioſi extiterant? an qia uberior iſtius qam illius ſanctitas? amplior atqe avguſtior hujus qam alterius illius majeſtas? at literis ſyllabiſqe ipſis ſanctitatem ac majeſtatem tribuere, eſt inſignita planè ſuperſtitio; eiqe gemina, qam nos Pontificiis de nomine *Jeſu*, circa qod illi perinde ferè ſe habent, non immeritò objicimus. an qia nomen יה aliáve Dei nomina, etiamſi vel à ſuis, vel ab exteris, profanè, leviuſculè, impiè haberentur, tanti id neutiqam futurum foret? Atqi nihil abſurdius, qam hoc animum inducere, Dei majeſtatem non perinde à mortalibus, qicunqe ii fuerint, qantum in ipſis eſt, lædi, violari, pollui, ſub qocunqe tandem nomine divino deſignatum id fuerit. qaſi Deus, ubi *nomen ſuum* lege latâ *temerandum* prohibuit, Exod. c. 20. v. 7. avt ubi

a Ludovicus Cappellus *Orat. de Tetragram. pag.* 322. b *Idem ibid. p.* 320. c *Ibid. p.* 322. d *Eſai.* 8. 19. e *Idem ibid.* 203. f Hebræi & Junius *itaqe.* g *Ibidem* 320.

a *Ibid.* 322. b Ex lib. Juchaſin Druſius *annot. in tetragr. c.* 9. & Galatinus *de arcan. cathol. verit. lib.* 2. *cap.* 10. c Ludovicus Cappellus *de tetragr. p.* 319.

ſanctione horrenda, *tremendum* inſuper ac *venerandum* interdixit, Deut. c. 28. v. 58–61. de hoc ſolo, vel uno aliqo nomine reliqis poſthabitis, religioſè habendo, cavtum voluerit. Tum an non iſtud, non ſuperſtitionis jam dico meræ, ſed præſumptionis fuerit, arrogantiæqe extremæ, Moſe, Prophetis, piis priſcis qibuſqe, imò Deo qoqe ipſo, ejuſqe ſpiritu, cujus ex afflatu motuqe immediato oracula ſacra, cum ore edita, tum & ſcripto ſunt prodita, prudentiores pioſqe magis cenſere ſe? ut qod illi palam omnibus innoteſcere, nec exteros etiam celatum voluerint, illum ipſum iſti, acſi religioſius hoc eſſet, qodqe ad honorem divinum conduceret magis, ſilentio tegendum ac ſupprimendum prorſus ſancirent.

Cavillum vero eſt frigidum, ac calumnia mera, ideo nos [a] *ſuperſtitionis Judaicæ accuſare Patres antiqos, & ex Evangelicis doctiſſimos qoſqe* qi nominis hujus loco ſolent aliud aliqod ſubſtituere, qia à merâ ſuperſtitione ritum illum apud Judæos primitus ortum affirmamus. cum hoc ab iſtis aliâ ratione uſurpari potuerit nimirum, cum nominis illius prolationem forſitan, avt neſcirent ipſi omninò avt non certam haberent, avt à pleriſqe non adverti admittive, obſervarent, ritum jam receptum, uſuqe diuturno comprobatum retinere commodiſſimum videbatur. novimus multa ex ſuperſtitione merâ primitùs orta, (cujuſmodi diebus hebdomadatim recurrentibus, à planetis, menſibus qibuſdam à numinibus ritibuſve ethnicis inditæ appellationes,) citra ſuperſtitionis ullius reatum aliis de cavſſis à pleriſqe uſurpari.

Qartò, deſvetudine iſtâ factum eſt tandem, ut nominis iſtius genuina & primigenia prolatio in oblivionem & ignorantiam planè devenerit. Nec in hoc firmando multis futurum eſt opus. qum & Judæi ipſi ſuam hîc inſcitiam agnoſcant: nec qi certi qicqam præſtare polliceatur, hactenus qiſqam ferè comparuerit.

Qintò, puncta (uti appellant) vocalia, qæ hujus nominis conſonis in textus ſacroſancti codicibus Hebraïcis appinguntur, eſſe reverâ vocis vel *Adonaj*, vel *Elohim* propria, qæ Maſorethæ nimirum, Judæorum ſui temporis ritum ſecuti, qo loco nominis Tetragrammati, cujus prolatio jam vel deſita, vel ignota etiam extiterat, iſtorum alterutrum ſubſtituere ſolebant, literis illis adjecere, mihi qidem nullo modo negandum videtur.

Conſtans certè punctorum vocis אדני adſcriptio, niſi ubi hanc ipſam comitem τὸ יהוה haberet, vocis אלהים ubi id fiebat, ne אדני utiqe iteratò legeretur, iſtud mihi validè ſatis evincit.

Sextò, vocabulum *Jehovah*, qod ex punctis illis vocalibus, qæ ſunt vocis *Adonaj* genuina, cum nominis iſtius conſonantibus commiſſis eſt conflatum, etiamſi non poſſit pro certo præſtari, prolationem nominis יהוה priſcam ac primigeniam exactè exhibere; nec tamen hanc non repræſentare, pro comperto qiſqam facilè probatum dederit; avt etiam qin ad eam accedat prope, negari probabiliter poſſe videtur.

Non ſeqitur, inqam, dato eſſe hæc vocis אדני puncta vocalia, idcirco τὸ יהוה qoqe non eſſe. qum vocabulorum à ſe invicem conſonis totis diſcrepantium, eædem tamen poſſint eſſe, ſintqe creberrimè vocales. ut conceſſo etiam priore illo, qod à viris doctis molimine tanto incaſſum contenditur, poſterius tamen iſtud inde non neceſſariò conſeqatur; nec obtinetur itaqe qod contentione tantâ evincere moliuntur, non eſſe iſta nominis tetragrammati puncta genuina.

Cæterùm ad verum germanumqe nominis hujuſce ſonum propius accedere, non ſvadent tantum, ſed adigunt, coguntqe etiam, uti mihi qidem videtur, in nominibus propriis, (horum avtem in ſacris literis numerus havd contemnendus occurrit) qæ ex hoc ipſo nomine cum aliis vocibus commiſſo conflata ſunt, reliqa adhuc clara ſatis ejuſdem veſtigia. Hujus generis ſunt

A יחוזרן יהושפט יהוצרק יהונדב יהושדה יהורם יהונתן יהודיב aliaqe ejuſdem modi. qæ & contractiore pavlo formâ qandoqe leguntur יונתן יוריב יורם יושפט יוצדק יונדב & de cæteris pariter. qomodo filius Nun Moſis ſucceſſor, nunc יהושוע, nunc יושוע, nunc הושע, & Jacobi filius minimo proximus, nunc יהוסף nunc יוסף qâ eadem ratione & qod *Jehovah* aliis, aliis eſt *Jova*, (prout Juda nobis, qod Hebræis Jehuda) ad qod proximè accedit Romanorum *Jovis*.

Hoc avtem etiamſi viri docti qidam, qi ex adverſâ nobis hjc parte conſiſtunt, eludere conantur, negando nomina iſta à nomine tetragrammato ſumere qicqam; at qi & ex eiſdem pariter exiſtunt; cum vir pectoris candidiſſimi, [a] Sixtinus Amama, veritatis clarè ſatis emicantis luce viqe adactus evictuſqe, ingenuè agnoſcit; tum & qi in iſtis præfractior pavlo, ipſe Joannes Druſius, in cogitationibus ſecundis, qæ ut ſedatiores, ita ſapientiores eſſe ſolent, [b] *ex nomine contracto Jova hujuſmodi nomina videri compoſita, ultimâ ſyllabâ, ut ſit, eliſâ & extritâ*, concedit.

Nec deſunt qi hac in parte eis nobiſcum ſuffragentur, ex ipſis qoqe [c] Magiſtris Judæis. Et certè qi in יהונתן יהוצדק יהויכין יהוידע יהוחנן יהואחז יהושפט יהושבע יוצדק ex nomine tetragrammato ſive יהו ſive יו illud eſſe negaverit; idem in חבניה אחזיה מתתוה מתיה נתניה נדביה יכוניה יקמוה ידעיה אלודע אלנתן אלחנן שפטיה צדקיה illud יה; in אל אלישבע אל ושפט אליקים illud, ex nominibus Dei eſſe (qum idem planè cum illis nomina iſta polleant) pari jure inficias iverit. Imò qi, ſemoto affectu omni ac præjudicio, ſeriò ſecum perpenderit, qam freqens ac familiare priſcis illis fuerit, tanqam pietatis teſſeras avt pignora qædam, è divinis nominibus aliqid ſaltem, ſuorum appellationibus intexere, (qod in אל & יה tam crebrum, tam clarum eſt, ut ambigi neqeat. ut de שדי [d] in צורי שדי & עמישדי nihil adjiciam, qæ cum עמיאל & עזריאל idem pollent) qamqe ſtudioſè id egiſſe, (ut ne dicam, etiam ambitioſius pavlo affectaſſe) videantur; næ is havd facilè animum inducet ut credat, tertium iſtud, qod utroqe illo temporibus illis non minus in uſu communi ac qotidiano conſtat extitiſſe, in negotio iſto poſthabitum & præteritum prorſus fuiſſe.

His momenti nonnihil, imò plurimum etiam, accedere videtur à Latinorum, qem diximus, *Jove*: qod & ad Hebræorum יהוה deſumptum, *τῶν πάνυ* non pavcorum qi & rei criticæ peritiſſimi, & antiqitatis cum indagandæ ſtudioſiſſimi, tum & dignoſcendæ ſagaciſſimi fuerint, in qibus [e] par primarium, Hugo Sandfordus & Joannes Seldenus, noſter uterqe, conſtans eſt opinio.

Nihili enim ſunt planè, qæ ex adverſo opponuntur. utpote [f] qod *Jupiter à juvando* juxta Varronem, *qaſi juvans pater*, ſit dictus. ideò *per duplex p ſcribi, ne prima corripiatur: qod non opus eſſet, ſi à* יהוה *in* יה *contracto deſcenderet.* qin id ſi foret *in recto caſu Jova, non Jovis, in obliqis Jova & Jovam dixiſſent.*

Siqidem, primò notæ ſatis ſunt eruditis Varronis in notationibus halucinationes. Tum neqe eſt neceſſe, ut *Jupiter* qaſi יה *pater* nobis nuncupatus dicatur, etiamſi *Jovis* nomen à יהוה profluxiſſe ſtatuamus. eſt enim reverâ nihil aliud *Jupiter*, [g] qam *Joviſpiter*, ut *Marſpiter*, *Dieſpiter*, *Diſpiter*; tum contractius, prout priſcis efferebatur, *Joupiter*; demum *Jupiter*, ſiqidem thema ipſum antiqis *Jovis* fuiſſe, (unde Dijovis & Vejovis) ex Varrone diſcere Vir doctiſſimus poterat. tam avtem in *Jovis o*, qam *u* in *Juvo*, corripitur. Porrò neqe

a Ludovicus Cappellus *p.* 315.

a De *Tetragram. p.* 544. b *Annotat. ad Tetragram. ſui c.* 12. c Videatur Joannes Buxtorfius *de nominibus Dei* ſect. 24. d Vide Joannem Buxtorfium *de Nomin. Dei* Hebr. Theſ. 50. e Videatur alter *de deſcenſu ad inferos l.* 1. alter *not. ad Purchaſ. peregrin.* f Ludovicus Cappellus *p.* 329. g Vide Gellium *Noct. Attic. l.* 5. *c.* 12.

neqe conſeqitur ideò non à יהוה deſcendiſſe, qia prima correpta ſit ; unde poetæ, qo metro conſulatur, ut *repperit*, ſic *Jupiter* dicant. Neqe enim avt primam in Jupiter correptam eſſe doctiſſimus facilè probabit, & in contrarium faciunt avtoritates ; qas facilè foret plenâ manu exhibere: Nec in deductitiis, ſuis etiam, qantitatem ſemper obſervant Latini : qm à *duco ducem* corripiant, & à *rego* contra *regem* producant : & in peregrinis multo minus. habent namqe à κρηπὶς, κρηπῖδος, κρηπῖδα, *crepido*, vocali primâ correptâ; *crepida*, & alterâ; à μήδομαι, *medeor*; à μορέα, μόρον, *morus*, *morum*, o producto ; à λάγυνον, *lagena*; ab ῥέω, *ruo* ; ab ἑνὸς, ἕν, *unus*, *unum*; ab ἔθω, ἔθος, *mos*, *usus*, ὁ πλάγιος, *obliqus*, τὸ μέθυ, *temetum*, utrâqe productâ; ποιητὴς, *poeta*; φήμη, *fama*, brevi ultimâ ; & ejuſmodi innumera. rurſuſqe ex חניבעל *Hannibal*, ex שופט *ſufes*, ex חנה *Anna*, ultimâ brevi utraqe ; ex טמא *tama*, *tamino*, unde *uva taminia*, è qâ vinum, qod à tincturâ *taint* dicimus ; aliaqe havd pavca. Deniqe cur *Jovis* potius, qam *Jova* dixerint, ratio in promptu eſt. tam Latinis ſcilicet qam & Græcis, in uſu fuerat, nominibus advenis eas terminationes dare, qæ apud ſuos maximè familiares exiſterent ; hac ratione Græcis חניבעל Ἀννίβας, חסרובעל Ἀσδρύβας, יוסף Ἰωσῆς, ישוע Ἰάσων, קרן κέρας, שק σάκκος, Latinis זכי qi Græcis Ζαχαῖος, Sichæus, שופט ſufes; & ſicut ארני Adonis, ita יהוה Jovis.

De qo ex ipſo etiam Varrone luculentum habemus, Avguſtino exhibente, teſtimonium. *Varro*, [a] inquit, *Deum Judaorum Jovem putavit.* Et mox : *Nam qia nihil ſuperius ſolent colere Romani qam Jovem, eumqe Deorum omnium regem arbitrantur, cum animadverteret Judæos ſummum Deum colere, nihil aliud potuit ſuſpicari qam Jovem.* Ex qibus conſtat, *Jovem* à Judæis pariter atqe à Romanis coli, Varronem cenſuiſſe: & verò ex nominis affinitate, an identitate, (ut cum ſcholâ loqamur) potius, qam ex eâ, qam Avguſtinus putat, ratione, id illum veriſimile eſt avtumaſſe.

Verum urget maximè, qod Vir Cl. [b] *non facilè ſibi perſvaſum iri profitetur, Deum voluiſſe eouſqe laxare Satanæ habenas, ut ſacroſanctum illud nomen, qod unicum in Scripturâ ſacrâ eſt Deo proprium Apoſtata ille ſibi uſurpaverit.* Qod tamen nullius prorſus momenti eſſe deprehendetur, ſi accuratiùs perpendatur. Siqidem primò, Dei proprium nomen *unicum* eſſe hoc, non probatur. ſed nec poteſt probari. tam enim יה qam יהוה eſt ex propriis numinis divini nominibus. Tum utrum, qæſo, eſt ſceleſtius & execrabilius, Dei nomen an unum, titulum an honorem & cultum, appellationem unam aliqam, an poteſtatem majeſtatemqe totam atqe integram, ſibimet qemqam arrogare ? atqi eouſqe *Satanæ hqbenas Deum laxare*, iſta omnia ſibi ut uſurpet & arroget, præter ſacras ſcripturas, gentium omnium monumenta, & ætatis cujuſqe experientia tam clarè teſtatur, ut nemo id vel negare, vel ambigere etiam poſſit, niſi qi ſole, mero meridie, cœlo ſudo ac ſereno, radios undiqe diffundente, noctem altam tenebraſqe Cimmerias univerſa occupare affirmare ſuſtinuerit. De hoc avtem, qod eſt altero illo tanto deteſtabilius, qi havd difficulter ſibi perſvaderi paſſus fuerit, cur ad illud hæſitet, ratio nulla comparet. Deniqe Vir Cl. ipſe eadem in diſſertatione affirmat, *nominis* hujus ipſius ſacroſancti [c] notitiam *à Judæis ad vicinos Tyrios & Sidonios*, ab iſtis ad Græcos (& qidni ab his etiam ad Romanos?) *tranſiiſſe*, ſub nomine Ἰαὼ, qod ex [d] *Diodoro Siculo* confirmat. De hoc avtem [e] oraculum ex Macrobio citat, qo conſultus Apollo reſponderit, Deum ſummum (qem reverâ ipſum ſe Apollinem ſive Solem eſſe volebat) unum reverâ eundemqe eſſe, etiamſi pro variis anni tempeſtatibus, qem is pro arbitrio ſuo regat & moderetur, varias ſortiatur appellationes; dum vere Ζεὺς, avt Dorico ritu Δεὺς, Διὸς ; æſtate Ἥλιος. i. *Sol* ; avtumno Ἰαὼ unde & [a] Ἴαχχον dictum volunt ; hyeme Ἀδης, ſive Ἀιδωνεὺς, ut alibi ; (qod ab Adonaj efformatum nemo non videt) qi & idem Latinis Dis appellatur. nam qod [b] ad *Bacchum*, tanqam à *Jove* avt *Apolline* ipſo alium, nomen id tranſtuliſſe Dæmonium, exiſtimaſſe videtur ὁ πάνυ ; in eo certè oraculi mentem, avt non cepit, avt non rite dedit. qod & à Macrobio ipſo diſcere potuerat, qi [c] eodem loci in Orphei ſacris (qos is appellat) verſibus *Solem* inter cætera ait Ἰαὼ vocari. ad qod probandum etiam oraculi verba iſta producit ; ex qibus Labeonem qoqe colligere, *Liberum patrem & Solem*, utpote qi iidem ſint, ea voce ſignificari ; & Orphei etiam verſum alium illum, qi eodem faciat, εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀιδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος, qo paululum immutato, & *Apollini* eidem attributo, εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀίδης, εἷς Ἥλιός ἐστι Σάραπις, μίαν Ἥλιε τὴ Διὸς δύναμιν, *unam eſſe planè Solis Joviſqe poteſtatem*, hoc eſt, unum eundemqe utrumqe Deum eſſe, Julianus confirmatum it, oratione in *Regem Solem*. Verum de hoc non laboramus: neç qod multis agamus, eſt opus. Ex eis ipſis qæ hîc protulit Vir Cl. ipſe, claram ſatis apertamqe habemus illius rei ipſius, qam ægrè adeò perſvaſum iri ſibi profeſſus eſt, non confeſſionem vi extortam, avt fidiculis elicitam, ſed profeſſionem ultroneam, *Deum* nempe *Satana eouſqe* aliqando *habenas laxare voluiſſe* (qod enim feciſſe aliqando, & voluiſſe non negabitur) *ut ſibi*, an ex conſortibus ſuis alicui, (utrivis enim fuerit, res eodem redibit) *nomen illud ſacroſanctum attribueret.* Nihil ergo eſt à viro doctiſſimo hactenus objectum, qo minus nomen hoc, qod per Phœnices ad Græcos pertingens in Ἰαὼ ſe prodidit, per Græcos etiam ad Romanos tranſiens, in horum *Jove* ſe exeruerit. Tamqe nobis pro *Jehovah* noſtro à Romanorum *Jove*, qam & viro doctiſſimo [d] pro *Jahvoh* ſuo à Græcorum Ἰαὼ (hoc eſt enim, qod primarium habet, commenti ſui præſidium) argumentum petere licebit. Sed nominibus eis, qæ ſacra pagina ſuggerit, nos hac in cavſſâ præcipuè nitimur, licet acceſſoria iſta nec reſpuimus prorſus nec ſpernimus etiam: ex eis avtem nominis hujus partem aliqam (etiam qi vocabulum hoc oppugnant nonnullis, & primariis qidem illis, non diffitentibus) elicitam habemus ; יהו *Jeho* ſcilicet in nominibus illis diſerte repræſentatum.

Iſtic avtem ſi ſiſteremus gradum, nec de clavſulâ extremâ qicqam ſubjiceremus, liqidò tamen ſatis comprobatum dediſſe videmur, (niſi ſiqis in adverſam partem niti animum ultro obfirmarit) non longè à nominis יהוה germanâ lectione, hoc de qo nunc agitur, vocabulum diſcedere. At verò de ſyllaba extremâ, ſive terminatione, qam appellant, minùs forſan laborabitur. Siqidem nomen יהוה ab verbo הוה deſcendere, habetur extra controverſiam. à verbis avtem in ה exeuntibus deducta, qotqot pariter finiuntur nomina, avt per *ſegol*, ut à עלה *aſcendere* עלה *frons*, à קנה *poſſidere*, מקנה *poſſeſſio*; avt per *Kamets*, qo modo à עלה *aſcendere* עליה *aſcenſus* & עולה *hoſtia*, à היה *vivere* היה *animal*, à חוה חוה *Eva*, proferuntur univerſa. ut è duabus his altera ſaltem genuina ſit & יהוה terminatio. cumqe iſta illâ longe freqentior occurrat; probabile eo fit, hanc qam damus potius eſſe germanam, ut in a ſcilicet non in e nomen hoc exeat. Nam qod vir doctiſſimus [e] יהוה *Jahavoh* avt יהוח *Jahvoh*, (ad formam utiqe יעקב ſive יעקב) qam יהוה *Jehovah* mavult; eſt ab analogiâ omni Grammaticâ prorſus alienum. etiamſi enim in nominibus, qæ à verbis analogis atqe integris deducuntur, ea forma non ſit inſolens; at in eis, qæ ab anomalis ac deficientibus,

a Avguſtinus *de conſenſ. Evang. l.* 1. *c.*22. b Ludovicus Cappellus *p.* 325. qod & Sixtinus Amama ſed omiſſâ voculâ *unicum* urget, *p.* 339. c Ludovicus Cappellus *ibidem p.* 339. d *Ibidem p.* 329. e *Ibidem.*

a Videatur H. Sandf. *de deſcenſ. ad infer*, *l.* 1. *Sect.* 17. b Ludovicus Cappellus *pag.* 330. c *Saturnal. l.* 1. *cap.* 18. d Ludovico Cappello *p.* 329. e Ludovicus Cappellus *p.* 329.

in ה desinentibus, descendunt, qorum in censu τὸ πτερυγάμματον esse consentiunt (qod sciam) universi, qæ eo modo finiantur, nulla penitus comparent. ita nulla planè ratio apparet, qare suum illud vir doctissimus nostro isti prætulerit; nisi qod

Cvivis placere maximè suum solet.

Qod avtem adversus hoc ex Abrahâ Esdraide objicitur, & apud Virum clarissimum, Hebraicarum literarum in Academiâ Basileensi professorem celeberrimum, *Joannem Buxtorfium*, τῦ πατρὸς τὸ παιδίον, reperio, in eruditissimâ illâ *de Nominibus Dei Hebraicis* diatribe, qæ ad manus meas non prius pervenerat, qam ista ad umbilicum jam ferè produxissem. [a] *Havd esse* scilicet *conveniens majestati divinæ, ut nomen ipsius in terminationem exeat fœmininam*; qam leviculum & nugatorium sit plane, facile foret ostendere, ex tot nominum masculeorum tam amplâ ex sacro codice convectâ congerie, ut paginas totas implere posset havd pavcas. mirumqe non advertisse, cum hoc scriberet, virum doctissimum, nominis יה qod huic adeò est affine, ut parum admodum intersit, nec defuerint, qi alterius alterum abbreviaturam esse meram censuerint, hunc ipsum eundem esse, qem in hoc rejicit, affectum; atqe eo sanè etiam magis probabile sit, hanc esse γνήσιον planè nominis יהוה terminationem, qia affinis sui esse constat; ut qemadmodum *he* consonâ, sic *Kamets* vocali, utraqe fuerit concluſa. Ita hoc saltem obtinuisse videmur, à nominis יהוה prolatione germanâ nostrum istud havd multum abesse: ut ne adjiciam, (qod forsan jure possim tamen) genuinam eamqe ipsam fuisse, à verisimilitudine aliqâ non prorsus abhorrere. Et mihi qidem qo rem ipsam serio seduloqe magis mecum perpendo, subit animum, havd improbabile videri, potuisse (hominum studia atqe instituta divinâ qadam sic moderante providentiâ) contingere, ut per superstitionem, usumqe an legem inde manantem, in eadem ipsa, cum aliud vellent, puncta vocalia inciderent, qi hæc moliebantur, qæ omnium minimè intendebant; eamqe nobis ut punctationem, ita prolationem repræsentarent, qam ipsi modis omnibus suppressum ac sublatum jbant.

Septimò, necessarium planè videtur, ut vocabulum peculiare aliqod nomini huic designando habeatur. alioqi qo modo avt rite legi, avt commodè reddi poterunt loca illa, in qibus nomen hoc ipsum, qasi in tabulas publicas relatum, solenni modo disertim ac nominatim indigetatur, atqe adeò tanqam peculiare qoddam à reliqis qibusqe modo qodam secernitur? in his enim, nisi ratione istiusmodi aliqâ, avt si qâ aliâ Dei appellatione exprimatur, nec id avdietur, qod lectio sacra suggerit; & sensus ipse avt nullus, avt falsus est futurus. V. gr. Hymno 83. v. 19. Sive cum Judæis *Adonaj* substitutum legeris; sive cum Græcis, Γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σοι Κύριος; avt cum Vulgato, *Ut cognoscant, qia nomen tibi Dominus.* etiamsi id qod verum est, dixeris; non tamen id qod Vates, sed aliud qid, dicis. At verò Exod. c. 6. v. 3. in Dei ipsius Mosem alloqentis verbis illis, ושמי יהוה לא נודעתי להם si pro יהוה Judæorum more אדני substitueris; avt si cum Græco reddideris, καὶ τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς: vel cum Latino Vetere, *Et nomen meum Adonaj non indicavi illis*: non illud tantum dixeris, qod Deus non dixit; sed illud etiam, qod vero non est omninò consentaneum. Proinde aliqo omninò opus esse videtur, qod huic peculiariter respondeat, vocabulo; nisi si velimus istas sacri codicis periochas, nec recitatas unqam, nec lingvis aliis qam Hebraicâ redditas, silentio perpetuo prorsus addici. etenim subticere ac supprimere potius certè fuerit, qam sensum, avt alienum, avt falsum etiam affingere.

Deniqe cùm necessariò vocabulum ejusmodi aliqod usus exigat, qo nomen istud exprimatur, illud mihi qidem commodissimè admissum iri videtur, qod nec

A à nominis ipsius genuinâ ratione multum abscedat, & apud populum Christianum usu etiam ipso jam diu receptum sit. Nomen avtem *Jehovah*, qin ejusmodi, & solum qidem id, sit, cui utrumqe hoc competat, qî avt negari, avt ambigi etiam possit, non video.

Verum ex adverso hic insurgit, magnoqe se cum impetu opponit Vir præstantissimus. [a] *Qi*, inqit, *puncta illa esse vocis Adonaj propria nescit, qi putat, qi credit ea esse Tetragrammati vera puncta, ille certè excusandus; nec mirum cuiqam videri debet, avt qenqam offendere, si ille legat Jehova, at qi agnoscit, qi non diffitetur, puncta illa esse vocis Adonaj, non Tetragrammati propria, & pergit nihilominus legere Jehova, na ille ultrò & sciens prudens crassè & fœdè βαρβαρίζει. Et rursus,* [b] *Si certò teneremus veras Tetragrammati vocales, omninò per consonas illis junctas esset efferendum, nec cavssa fortè esset, cur qis Judæorum religione, vel superstitione vinctus ab ejus pronunciatione abstineret. Sed qando jam vocales nominis illius proprias ignoramus, omninò præstat ejus loco aliud divinum nomen, qale est Adonaj, usurpare, qam incongruè alienarum vocalium admixtione, atqe inde exurgente fœde barbarismo, tam sacrosanctum nomen qasi commaculare & dehonestare.*

Dicta sanè atrocia. sed rigida forsan præcepsqe nimis, ab animi æstu vehementiori excussa, sententia. Siqidem primò, qod & suprà monitum; non est necesse, ut qi puncta, qæ in codicibus nostris à Massorethis habemus, esse vocis *Adonaj* agnoscit, & hujus etiam, qâ à Massorethis, qi hoc legi volebant, ita propria, ut non illius haberentur; idem neget idcircò ea vocis יהוה esse omninò; qum & utrumqe simul constare, ut & vocis אדני genuina sint, & vocis יהוה pariter primigenia fuerint; & utrumqe hoc idem D possit opinari & credere. perperam itaqe Vir Cl. qod non est necessarium, tanqam sit ejusmodi, præsumit; & qæ sunt disjungenda conjungit.

Secundò, dato non esse has easdem illas prorsus, qibus nomen illud primitus efferebatur, nec de eis etiam constare satis: at qam atrox, qæso crimen? qamve *crassus ac fœdus barbarismus*, si in voculâ aliqâ vocali fortè unâ, avt alterâ etiam, aberratur? An qia literarum qarundam vis nativa, sonusqe genuinus havd certò satis dignoscitur, ergò satius fuerit, Hebraica nec omninò legere, qam fœdâ barbaraqe prolatione E dicta sacrosancta dehonestare? Ut in Dei ipsius appellatione aliqâ, & qidem in consonantis prolatione diversâ instemus; nominis יה litera prima qam longè à se invicem dissitis sonis profertur, dum alii ut j nostrum, alii ut y efferunt? cum alter duntaxat genuinus sit, & esse qeat. num igitur avt nomine illo proloqendo abstinebitur prorsus & interdicetur? avt si ritu illo, qi genuinus ut non sit, passim tamen obtinet, & in sacris, apud nostros saltem, ubiqe ferè usurpatur, prolatum fuerit, num ideò *fœdo barbarismo commaculatum & dehonestatum* dicetur *sacrosanctum Dei nomen*? F nam qî sacrosanctum magis illud qam istud dicendum sit, ego certè nullus video. Vocales avtem qod attinet; qam illæ in nominibus ex Hebraico sermone in lingvas exteras transferendis mutare consveverunt, qi vel mediocri lingvarum earum cognitione fuerit imbutus, neminem planè latere potest. Hinc חוה Εὕα, Eva, חנוך Ἐνώχ, נוה Νῶε, מלכי-צדק Μελχισεδὲχ, בלעם Βαλαὰμ, מרים Μαρίαμ & Μαριάμ, אחזיה Ὀχοζίας, עבריה Abdias, זפניה Σοφονίας, עזיה Ὀζίας, & alia ἀναρίθμητα. Ecqis tamen, qæso, censor tam rigidus, qi *crassi fœdique barbarismi* reos peragat G eos omnes qi ista secus, qam Hebræis sonant, enunciat? qis vitio cuiqam verterit, qod Domini matrem (Evangelistam secutus) *Mariam*, non cum Mosis sorore *Mirjam* appellat? qum idem tamen utriqe nomen fuerit? qis Evangelistæ, avt Apostolo, qod Mosis in populi regimine successorem, *Jesum*, non *Joshuam*, avt *Jehoshuam*: cum istud potius nomen illius sonet Hebræis? De Domini

a Joannes Buxtorfius *de Nom. Dei sect.* 20. *rat.* 1. *n.* 4.

b Ludovicus Cappellus *p.* 327. b *Ibidem.*

mini Christi appellatione peculiari duntaxat adjiciemus: עמנואל nuncupandum prænunciat Esaias c. 7. v. 14. hoc Evangelista commemorans, Matth. c. 1. v. 23. consonâ initiali insuper habitâ, vocali primâ i mutatâ, Ἐμμανουήλ reddidit; nec ideò tamen *nomen* hoc (si quod aliud) *sacrosanctum barbarismo Evangelistam dehonestasse, nedum crasso fœdove, qisqam contaminasse pius dixerit.* Esto; non easdem esse planè vocales has qibus primitus enunciabatur. qod qî evincere tamen qis possit, non intelligo. at, ipso Viro clarissimo censente, havd ab eis longe discreditur. Siqidem inter *Jahvoh*, [a] qod ipse rectum esse censet, & *Jehovah*, sive *Jovah* nostrum, havd ita multum interest. *patach scheva holem* esse vult ille; scheva holem kamets nostri. qantillum intercedit? literulæ metathesis ferè conciliabit. Illud fidenter dixerim, fieri vix posse ut inter יהוה priscum, qæcunqe ei vocales fuerint adscriptæ, & *Jehovah* nostrum diserepantiæ amplius intercedat, qam inter, אחשורוש & Χέρξης, ארתחשסתא & Ἀρταξέρξης, avt Assuerus, נבוכד-נצר & Ναβυχοδονόσορ, דריוש & Darius, אלעזר & Λάζαρος, ישעיהו & Ἡσαΐας, חרו & India, ירושלם & Ἱεροσόλυμα. deniqe inter nostrum *Jehovah*, & *Jahavoh* tuum, qam inter Ἱεροσόλυμα & Ἱερουσαλήμ, nec idcirco tamen avt tam gravis eis labes impingitur, qi vocabula illa usurparunt; aut Evangelistis, qi istis promiscuè sunt usi, barbarismi nota inuritur, licet neutrum voci Hebraicæ per omnia exactè respondeat.

At [b] *cum de vocalibus genuinis non constat, omninò præstat nomen Adonaj potius substituere.*

Perpetimne substituere? num etiam Exodi c. 6. v. 3. ubi Mosi Deus, ושמי יהוה לא נודעתי להם imò & hîc, (etsi non disertè) inqit. hoc enim havd obscurè insinuat, qando adversus nominis hujusce usum disserendo, [c] cum vulgatum hîc lavdat interpretem, qi eo loci reddiderit, *Nomen meum Adonaj non indicavi eis*: tum & Græcos, qi, Ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς.

Ego verò, vir præstantissime, (qod bonâ cum tuâ veniâ dictum velim) in contrariâ prorsus esse me sententiâ, liberè profiteor. malimqe, optio si detur, avt Samaritarum Ἰαβέ, sive *Jave*, (qo modo דויד Δαβίδ) ex Epiphanio adv. Archont. hæres. 40. & Theodoreto in Exod. qæst. 15. qod [d] *germanum esse* Drusius *conjicit*; & [e] *reliqis* omnibus *præfert*: avt Græcorum Ἰαώ; qod ex Diodoro Siculo lib. 1. part. 2. Macrobio, Saturn. l. 1. c. 18. & Origen. Adv. Cels. l. 6. [f] ex יהוה *per contractionem* יהו ultimâ abjectâ; (יהו Ἰαώ, ut ביה Βαιᾶ) enatum vult Drusius: & ipse *omninò Hebræorum* יהוה *esse*, cum Theodoreto, tam fidenter statuis; ut [g] *nihil manifestius, nihil expressius dici posse* concludas: avt Clementis Alexandrini Ἰαώ, ex Stromat. l. 5. avt Irenæi *Jaoth*, ex adv. hæres. l. 2. c. *ult.* qod est idem cum *Jaoh*, prout Goliah Γολιάθ: avt Hierombali (sive ירובעל is est, ut ירושלאם Ἱεροσόλυμα, חבקוק Ἀμβακούμ, אבובא ambubaja) Ἰευώ: qod ex Sanchumiathone Philo Bybliensis; ex Philone Porphyrius contr. Christian. l. 4. ex Porphyrio Eusebius præpar. Evang. l. 1. c. 9. & Theodoret. therapeut. lib. 2. avt Thomæ Lydiati nostri *Jeve*; qod ille citra punctorum adjectorum opem (qæ ille cum Joanne Cheradamo [h] supervacanea censebat) ex literis ipsis ajebat emergere, cum *he* vocalem esse avtumaret. avt *Jehovah* nostrum; qod Petro Galatino probatur, de arcan. cathol. verit. l. 2. c. 10. qem & [i] *primum* hujus *parentem* esse volunt: sive *Jova*; qo Castellio usus est: qodqe Drusius, [a] *si electio detur, prælaturum se illi* profitetur; qo loco & Galatinum notat, qod *immeritò eam contractionem flagellat*: (& reverâ eodem utrumqe recidit, qum *Jehovah* & *Jova* idem sint prorsus; nec magis à se invicem agebant, qam *Jehuda* & *Juda*, *Jehoseph*, & *Joseph*) avt tuum deniqe ipsius etiam *Jahvoh*, sive *Jahavoh*; qod tu verò proximum esse putas. Horum, inqam, omnium qodlibet malim, qam Adonaj. qia illud qodcunqe legendo, finitimum saltem aliqid proferrem (& qod in voce peregrinâ reddendâ, præsertim ubi vestigia minus clara suppetunt, ferri possit) hoc, falsum. illud, nostrum saltem, legendo literas ipsas, consonas eas an vocales, exprimerem; istud, nec vocales, te judice, nec consonas. Eum certè qi *Adonaj* legerit, Scripturam sacrosanctam depravare ac corrumpere est certissimum; qum nihil ejusmodi avt sonet, avt significet, qod in contextu habetur. neqe enim יהוה eô loci est *Deus* ipse qi id loqitur, sed *nomen id Dei*. At ex illis aliqod qi legerit, etiamsi vocabuli sonum avt scitè parum, avt minus peritè dederit, non ideò tamen scripturam ipsam depravare verè dixeris; qum de sensu demutet nihil. neqe enim voculæ alicujus avt minus dextra, avt vitiosa etiam, avt ab eo qod πρωτότυπον ipsum habet, qoqo modo diversa prolatio, textum sacrum necessariò depravat; præsertim, ubi qoqo modo legatur, de sensu reqe ipsa, qæ eâ voce designetur, nihilominus constiterit. alioqi & Apostolus ipse paginam sacram depravasset, qum à serpente Εὐαν *Evam* (non Ἄναν, avt Χάναν, qod poterat tamen, qo חוה Hebraicum exprimeret) seductam dixit, ad Cor. Ep. 2. c. 11. v. 3. & tota itidem populi Christiani turba, dum pro sermonis patrii ritu usuqe vario, *Jacobi* utriusqe in Evangeliis nomen Galli *Jaques*, Hispani *Jago*, nos *James*, aliud alia gens, legunt. Frustra ergò barbaries hîc objicitur, & ei qô caveatur, falsi, imò mendacii manifestarii crimen admittitur. qi enim *Deum nomine*, vel Κύριος, vel *Adonaj*, eq qo ipse eo loci sensu loqitur, *priscis illis cognitum* negaverit, næ ille, non adversus hominem, sed adversus Dominum ipsum, testimonium falsum perhibuerit. Malim ergò ego, id qod Deus voluit, (qo qid voluerit aliqo modo denotetur,) cum aliter neqeam, barbarè repræsentare; qam qo barbarismi notam effugiam, falsi crimen, in sacris præsertim, incurrere; & dum id illi ultrò sciens prudens, an imprudens dicam, affingo, qod ne voluisse qidem certus sciam, splendidè mentiri.

Sed [b] *qi Adonaj loco Tetragrammati dixerit, is Patrum omnium, & qotqot extiterunt, antiqorum sacrorum Bibliorum Interpretum (in qibus Lxx illi, Græciqe reliqi, cum Chaldæo Paraphraste utroqe) adeoqe Apostolorum sequetur vestigia.*

De *Judæis* superstitiosis satis superius est dictum, nec adjecto qicqam opus est. *Patres* qod attinet; Hebraicarum literarum cum plurimum essent ignari, versionem Græcam sunt secuti: nec adverterunt forsan, qid locis hisce veritas Hebraica exigeret; vel si cum adverterent, secus tamen legebant, culpâ penitus absolvi qî possint, non intelligo. *Apostoli* Græcè cum scriberent, sed & qæ Græcis cum Judæis communia esse volebant, usum in Græcam versionem admissum secuti sunt. eô magis, qia Græco sermone havd ita promptum esset id nominis exprimere; sed & qod exprimeret, ejusmodi futurum erat, ut Judæis etiam forsan peregrinum existeret. At apud Christianos nunc dierum secus planè se res habet, cum per lingvarum peritiam, & Hebraicæ cumprimis, longè qam seculis antegressis, ampliorem ac freqentiorem Hebraica jam familiaria magis sint facta; & vocabulum sit in usum communem apud plebem etiam receptum, qo id commodè satis exprimatur.

Deniqe qæritur hîc, non qid ob cavssas jam dictas ab aliis factum fuerit, avt etiam qid aliis in locis, vel vertendis,

a Ludovicus Cappellus *p.* 329. b Ludovicus Cappellus *p.* 327. c *Ibidem p.* 309. d Drusius *ad Exod. cap.* 5. e *Annot. ad Tetragr. c.* 1. f *Annotat. ad c.* 12. g Ludovicus Cappellus *p.* 322. h Is *in Alphabeto ling. sanct.* voculationes Rabbinorum commentum merum censet, qo prolationem priscam corruperint, instar in דריוש Δαρεῖος, Darius & יון Ἰων, Jon. in qo tamen ex Josepho refellitur, qi *Antiq. lib.* 1. *cap.* 7. Ἰαυὰν exhibet. i Drusius *Tetragr. c.* 19.

a *Annotat. ad Tetragr. c.* 12. b Ludovicus Cappellus *p.* 328.

vertendis, vel legendis, (abſit modò ſuperſtitio) vel licuerit, vel etiamnum liceat: ſed qid in locis eis, qæ ſunt ſupra allata, ſit neceſſariò legendum, qo veritatis aſſerendæ ratio habeatur, Dei mens, qam voluerit ipſe, ſincerè exprimatur, ſcripturæ ſacræ ſenſus illibatus aſſervetur, nec gloſſemate ſuppoſititio obfuſcetur, falſo etiam corrumpatur. qod ne fiat, neceſſariò rejiciendam hic eſſe illam τῦ *Adonaj* ὑποκολιμαίαν ſubſtitutionem, tantum non clamat res ipſa. Aliqid dixiſſet, egiſſet etiam, vir doctiſſimus, ſi Apoſtolos probaſſet, locum iſtum, avt ipſos eo modo citaſſe, avt ſic conceptum calculo ſuo comprobaſſe. qod nec feciſſe unqam liqet, nec facturos etiam fuiſſe, qiſqis ea qæ diximus ſeriò perpenderit, qiſqam animum, opinor, facilè inducet ut credat.

Nam qod vir celeberrimus, cujus ſupra meminimus, [a] *Chriſtum ipſum hanc eandem conſvetudinem retinuiſſe & imitatum* adfirmat. qod nullâ tamen aliâ ratione confirmatum it, niſi qod *Evangeliſtæ ſic Domini verba Moſen Pſaltenqe citantis exhibuerint.*

Nec ſi daretur, cavſſam qam nos hic tuemur, attingeret magis, qam Apoſtolorum, de qâ diximus, praxis. & imbecillis eſt admodum, qâ fulcitur, deſtina. qum ex eis qæ Græcè reddiderint Evangeliſtæ, non magis pateat, qid Chriſtus Syriacè avt Hebraicè locutus fuerit, qam qid Moſes avt Pſaltes Hebraicè ſcripſerit uterqe.

Verùm ut lectori tandem ulterius eſſe moleſtus deſinam: ſumma eorum, qæ hactenus dicta ſunt, huc redit: Qum vocabulo aliqo opus eſſe videatur, qo nomen πτραγεγράμματον יהוה exprimatur, utpote abſqe qo ſacræ paginæ loca qædam, nec commodè, vèc verè, avt verti, avt proferri poſſint; nomen avtem *Jehova*, ſive *Jova* etiam, (utrumvis enim dixeris, ciccum havd intererit) etiamſi ejuſdem prolationi priſcæ exactè reſpondere non conſtat, ad eam tamen prope admodum accedere, ſit perſpicuum; idqe, à qocunqe primò prodierit, jam ſit cum [a] à viris doctis in verſiones, commentationes, diſſertationes, exercitationes ſuas admiſſum, tum & à piis pleriſqe, qâ paſtoribus, qâ & pebejis uſu longo [b] lateqe patente receptum; nihil cavſſæ videri, qî non poſſit retineri; & multo etiam minus, cur tanqam craſſi fœdiqe barbariſmi nomine, explodi furcillariqe debeat.

a Joannes Buxtorfius *de nomin. Dei Sect.* 20. *rat.* 2.

a Primus in hunc errorem induxit Galatinus. qem ſecutus eſt Fagius; & deinde alii multi ſine numero: Cajetanus, Lipomanus, Hieronymus ab Oleaſtro, Marianus Victorius, Marcus Marinus, omneſqe ad unum ferè Theologi religionis reformatæ; in qeis Tremellius & Beza. Druſius *in Tetragram. c.* 12. *& annot.* b Res eo adducta eſt, ut veritas non amplius terram conſpiciat: cœlum undiqe & undiqe pontus. Druſius *ibidem.*

THO-

THOMÆ GATAKERI DISSERTATIONIS DE NOMINE TETRAGRAMMATO SUÆ, A D. LUDOVICI CAPPELLI,

In Diatribæ de eodem ſuæ Defenſione nuperâ, adverſus eandem objectis, Vindicátio.

ANte qinqennium, dum per morbum difficilem ac diuturnum, (à qo penitus nondum convalui, nec verò per ætatem devergentem integrè convaliturum unqam, ſexennium ultra à ſeptuageno emenſus, ſpem alere poſſum) lecto adhuc affixus agebam, *de Nomine Tetragrammato diſſertatiunculam* conſcripſi, qæ havd ita multo poſt in publicum prodiit. In eâ, qo receptum paſſim; à viris tam eruditis, qam & plebejis, vocabuli *Jehovah* uſum, (iſte ſiqidem primarius fuerat ſcriptionis hujuſce ſcopus) pro viribus tutarer, nonnulla examini ſubjeceram, qæ de ſubjecto hoc Vir Clariſſimus *Ludovicus Cappellus* in *Oratione* qadam ſuæ *de Punctorum Vocalium & Accentuum apud Hebræos verâ & germanâ Antiqitate Diatribæ* adjectâ, diſſeruerat. Pro eis avtem adverſus eandem, *Defenſionem* à ſe adornatam, *Criticæ Sacræ* ſuæ nuper editæ Vir Doctiſſimus ſubjunxit: cui qod reponere viſum fuerit, cum Deo bono, iſtic dabitur.

In *Defenſione* ſuâ Vir Doctiſſimus ita methodum inſtituit, ut primo loco, in qibus utrinqe *conſenſum* haberi agnoſcat, indicaret: tum *diſſenſum* in qibus ſubeſſe deprehenderit, ſubjungeret. qæ qidem agendi ratio mihi cum Oratore, *de Finibus lib.* 2. qam maximè probatur; qo *qid concedat, qid abnuat qiſqe*, commodiùs clariúſqe intelligatur, nec de eis intercedat rixa non neceſſaria, de qibus utrinqe convenit.

Cæterum hoc in negotio non tam ingenuè avt integrè Vir Clariſſimus egiſſe videtur, cum in eis qandoqe *conſenſum* præſumat, in qibus is diſertiſſimè abnuitur; in eis contrà nonnullis *diſſenſum* comminiſcatur ubi nullus planè intervenerat.

Siqidem primò qod [a] *de Nominis hujus pronunciatione à Moſis tempore ſaltem, (etſi forte non à primo mundi exordio ad Moſem uſqe) tum & per inſecuta deinde ſecula plurima vulgo (Judæorum) cognitâ*; inter utrinqe conceſſa recenſet; eſt hoc ex eis, παρέν θετα illa qod attinet, in qo à Viro Doctiſſimo diſſentiam, diſſenſionemqe meam, unâ cum rationibus ejuſdem adjectis, eis ipſis in paginis, ad qas digitum is intendit, diſertè profiteor. Id ipſum enim eo loci ago, ut oſtendam, *vocabuli iſtius prolationem genuinam à mundi ipſius exordio, longè ante Moſis tempora, cognitam fuiſſe, cum in uſu communi foret; & deinceps etiam, non Judæis ſolis, ſed exteris etiam uſurpatam.* qod utrunqe teſtimoniis (uti mihi ſaltem videtur) luculentis, è paginâ ſacrâ petitis adfirmo. ad qæ Vir Doctiſſimus iſtic nihil qicqam regeſſit.

Tum in conſenſionis Articulo tertio, de pronunciationis iſtius ſupprimendæ origine; qòd, *ex ſuperſtitione*, qidem *aliqâ (etſi forte eâ non vituperandâ, vel ex nimiâ Magiſtrorum Judaicorum* ἐυλαβείᾳ, *ſev profanationis metú & cavtione) ſeculis inſecutis, à nomine iſto abſtinere ceptum eſſe; eoqe tandem deventum, ut pro immani piaculo haberetur nomen illud eſſari*; in iſtis inqam, qòd ſibi me, mihi ſe σύμφωνον καὶ σύμψηφον profitetur; id verò, qatenus *ſuperſtitionem* eam, non extenuare

[a] *p.* 713.

nuare tantùm, ſed excuſare connititur, eſt à meâ mente, qam & in *Diſſertatione* illa liberè ac apertè profeſſus ſum, qam longiſſimè diſſitum.

Accedit huc, qod in *Oratione*, qâ de agitur, qo ſuperſtitioni iſti patrocinium ferat, ex putidis Talmudicorum lacunis Scripturæ dictionem pervertentium, & in ſenſus alienos abſurdoſqe, ad commenta ſua ſtabilienda, pro libitu depravantium ac detorqentium, Scriptiſqe Sacris ſic perperam habitis, probatum it, [a] *ab ipſo Moſis tempore interdictam fuiſſe vulgo nominis illius pronunciationem, non alienum à vero videri poſſe.* Qin & in *Defenſione* iſtâ, [b] ita *ſuperſtitionis* nomen hîc admittit, ut *in bonam partem* ſumatur; & *pro* εὐλαβείᾳ *qadam ex reverentiâ & veneratione qadam non uſqeqaqe damnanda* accipiatur. atqe *hinc primò ortum habuiſſe ultroneam in vulgari ſermone à nomine iſto proloqendo abſtinentiam, non uſqe adeo damnandam; qæ in ſuperſtitionem minimè probandam verſa ſit, ubi ceptum eſt exiſtimari piaculum & grande nefas nomen illud qomodocunqe proloqi.*

Ubi mitto qærere, qam ἀσύστατα exiſtant iſta, qando ritus iſtius ortus, nunc ſpontaneæ uſurpationi, nunc ex lege latâ inhibitioni tribuitur. Tum an non *piaculum & grande nefas* meritò habendum ſit, qod admiſſum, ex ſanctione divinâ, niſi admittentis morte expiari neqeat. Sic enim Viro Clariſſimo [c] viſum eſt vertere illa Moſis verba Levit. cap. 24. v. 16. *At qi vel pronunciaverit nomen* יהוה *morte morietur; qia pronunciavit nomen, morietur.* interpretatio reverâ Judæuli alicujus ſuperſtitioſi, non Chriſtiani ſani cerebro digna. Ego verò (ut cum Viro Clariſſimo liberiùs pavlò agam) cujuſvis conſcientiam hîc appello, utrum *claris rationibus* (qas à me [d] exigit) Vir Clariſſimus in his agat; imò an non mangonium exercere, & *offuciam facere* meritò dicatur, cum falſis atqe ſuperſtitioſis Talmudiſtarum interpretamentis, arceſſitis etiam eo fine, tanqam fuco avt tectorio qodam, Græcorum verſionibus, *veri ſpeciem* ſaltem *aliqam* induere [e] molitur; & an illo digna ſint, qi parti adverſæ *offucias* [f] exprobrat, & *offuciis* (qæ qid velint, gnarum minùs ego me fateor) rem geri vetat. Verum iſtic cum de conſenſione mutuâ duntaxat noſtrâ agatur, mitto (Lectorem ne repetitis onerem) ea denuò apponere, qæ de locis his perperam habitis in *Diſſertatione* priore diſſerui; qæqe Vir Doctiſſimus ſilentio hîc tranſmittit univerſa. Illud tantùm moneo, tam longè me à Viro Clariſſimo in iſtis diſſenſionem profeſſum meam, ut *non ſuperſtitionis meræ, ſed præſumptionis arrogantiaqe extremæ* arceſſam, qi qod Moſes, Prophetæ, Deus ipſe, omnibus palàm innoteſcere, nec exteros etiam celatum voluerit, (qod [g] Virum Doctiſſimum ipſum alibi agnoſcentem deinceps dabimus) illud ipſum ei ſilentio tegendum ac ſupprimendum ſancirent. Ac meliore ſanè ratione à Viro Doctiſſimo qæſierim, an non *Deo* ipſo *Deiqe Spiritu ſapientiores* ſe faciant, qi religionis prætextu iſtud moliti ſint; qum ille (poſt Druſium [h]) ab eis, qos in lite præſenti habet ſibi adverſantes, an [i] *Moſe ſapientiores eſſe velint*, qaſi *à Moſe* utiqe *edocti ſtatuiſſent iſta Magiſtri*, qia Galatinus ſcilicet (qem illi tanti non faciunt, qum pro plagiario inſigni habeant) ejuſmodi aliqid agnoſcat. Atqe hæc ideo, ne in ea cum Viro Doctiſſimo conſenſiſſe reputemur, in qibus multis paraſangis ab invicem diſtare nos profeſſi ſumus, nec à ſententiâ priſtinâ diſcedere poſſe liberrimè profitemur.

Ad ea jam progredimur, in qibus diſſenſum Vir Doctiſſimus ipſe præ ſe fert. Diſſenſionis itaqe caput primum [k] ita proponit & explicat, ut per lacinioſam planè, minúſqe neceſſariam diſſertationem, utpote qæ nihil qicqam, inter nos ſaltem, controverſi habeat, qâ paginam in folio integram utrinqe implevit, ubi diſſenſionis rationem figat, conjicere havd proclive ſit. Affirmaverat utiqe Vir Clariſſimus verbis conceptis, [a] *luce meridianâ clariùs liqere, puncta, qibus Tetragrammaton eſt in ſacro textu affectum, eſſe vocis Adonaj propria puncta.* Hoc ego illi *nullo modo negandum* dixeram. Jam qo litis mihi ſecum materiam aliqam hîc procudat, *alio ſenſu* confingit ſua iſta *cepiſſe me*, qum de ſenſu ne verbulum qidem adjecerim.

Cæterùm, qo diſſenſus hac in parte ſpeciem ſaltem aliqam extundat, trahit [b] huc qod longè pòſt, paginis 17. avt 18. interſitis, dixeram; *havd improbabile prorſus videri, divinâ qadam ſic moderante providentiâ, contingere potuiſſe*, ut Maſſoretæ, aliud cum agerent, *in puncta Tetragrammati genuina inciderent, eamqe nobis uti punctationem, ita prolationem repræſentarent, qam vel per ſuperſtitionem, vel per ritum inde primitùs ortum, modis omnibus ſuppreſſum ac ſublatum ibant.* Et ſuſpicionem qidem meam hanc confirmant mihi, qæ (nullâ licet à me datâ occaſione) Vir Doctiſſimus iſtic diſſerit, [c] *Shevah* utiqe *ſimplex, qod τῷ Jod in Tetragrammato ſubjecerunt, & cum Patach compoſitum, qod τῷ Aleph in Adonaj ſupponitur, ſono manifeſto à ſe invicem diſtingvi*; qum hinc fiat manifeſtum, illud ſcripſiſſe eos, qod legi vetabant, illud pronunciatum noluiſſe, qod ipſi ſcripſiſſent. *Shevah* ſiqidem *ſimplex* adſcripſerant, *qod cum Patach compoſitum* efferri volebant. id qod cum Viro Doctiſſimo non invitus, imò, qum cavſſam meam juvet potiùs, liberrimè ac libentiſſimè agnoſco. Sed nec infirmat qicqam, [d] qod Vir Doctiſſimus qærit, *cur providentia eadem illos deſtituerit, ubi puncta* ֱ *Elohim τῷ* יהוה *ſubſcribebant.* Pari enim ratione de Caiphâ qæri poterit, cur Spiritus propheticus, qo adactus mortem Chriſti pro gente ſuâ oppetendam prædixerat, Joan. c. 11. v. 51. eundem deſtituerit, ubi Chriſtum illum ipſum blaſphemiæ reum pronunciabat. Mat. c. 26. v. 65. Qin ulteriùs etiam ſuſpicioni meæ fomitem ſubminiſtrat, qod qi *Segol ſhevatum* locis illis ſubſcripſerint, non & *Patach ſhevatum* iſtic appinxerint, cum æqe proclive hoc illis atqe illud exiſteret; nec cur omiſerint, cum ſic legi vellent, juſta avt probabilis ratio ulla comparere videatur. Etenim qod Vir Doctiſſimus obtendit, [e] *compendio ſtudentes* hoc feciſſe; cujus in voce *Elohim* rationem eandem non habuerint, qia *τῷ Adonaj* junctum Tetragrammaton rarius occurrat; id verò nullius planè hîc momenti videtur, qum & compendii parilis exemplum deſideretur, & nomen *Elohim* aliâs pariter ac Tetragrammaton creberrimè occurrat. Cæterùm, uti illis non aſſentior, qi *Jehovi* ideò legerint, qia ֱ *Elohim* puncta eis in locis *τῷ* יהוה ſubjecta reperiebant, cum qi illa ſubjecerant, *Elohim* legi velle, ex ſubjectis illis indicarent: ita mirum mihi ſit, profiteri Virum Clariſſimum *neſcire ſe an cuiqam probari poſſit, ut Jehovah legat, ubi* יְהוִה ſcribitur, qum neſcius eſſe neqeat, tot inſignes eruditione pariter ac pietate viros, *Jehovah*, ſive *Jova* (qod idem eſt) paſſim citra diſcrimen legere, ubicunqe locorum *πτοιγεάμματον* occurrit.

Tandem poſt velitationem an vitiligationem benè longam, (qo diſſenſum, ubi nullus habebatur, ne diſceptatio tam prolixa gratis inſtituta videretur, confingat,) concludit, [f] *Certum eſſe, propriè loqendo, puncta iſta, puncta vocis Adonaj vocalia non eſſe reverâ.* id qod nec ego affirmaveram, nec aliter admiſeram, qam qo modo ipſe dixerat, à qo in pluribus, qam ex uſu eſſet, diſcedere non eſt viſum. Diſſenſus ergò iſtic eſt merè imaginarius; & diſceptatio tota hæc ἀπροσδιόνυσος prorſus. Nam qod adjecit, in [g] *Oratione, non eſſe*, [h] in *Defenſione, non poſſe eſſe, Tetragrammati puncta genuina*; in qo Viri Clariſſimi Druſii ſui veſtigia premit, qi eo etiam fidentiæ iſtic proceſſit, ut profeſſus ſit, [i] *tam liqere ſibi, eos, qi Jehovæ*

a *p.* 320. b *p.* 730. c *p.* 320. d *p.* 737. e *Orat. pag.* 320. 321. f *pag.* 324. *Defenſ. pag.* 737. g *Epiſt. ad D. Volph.* h *Tetragr. cap.* 19. i *Orat. pag.* 316. k *pag.* 715. 716.

a *Orat. p.* 324. b *p.* 716. c *pag.* 714. 715. d *p.* 716. e *Orat. p.* 325. f *p.* 716. g *p.* 324. h *p.* 716. i *Tetragr. c.* 12.

Jehova legunt, malè legere, qam bis duo esse qatuor; id verò nevter eorum hactenus probavit; nec etiamsi in adversum enixè contendendo ingenii nervos ruperit, probatum unqam (opinor) est daturus Vir Doctissimus.

Secundum proinde dissensus caput, partim à nondum evicto, partim ab eo, qod ad rem, qâ de agitur, nihil faciat, orditur. *Probatum est*, inqit, [a] *puncta illa non esse utriusqe nominis genuina; neqe verò ea esse vera Tetragrammati puncta.*

Probavit reverâ, qod nemo est inficiatus, *Shevah simplex non esse, propriè loqendo, vocis Adonaj punctum genuinum.* Sed puncta ea, qæ nomini Tetragrammato supposita habentur, *Shevah* nempe *simplex*, *Cholem*, *Kametz*, non esse Tetragrammati puncta genuina, non probavit; nec qo id firmetur ratio probabilis, nedum ut demonstratio, est ab ipso ulla adducta. Siqidem qicqid vel ab [b] ipso, vel à Drusio, cujus argumenta in *Orationem* suam transtulit, & in [c] *Defensione* suâ istâ denuò reponit, est ab eis vel particularum præfixarum, vel vocabulorum inseqentium affectionibus ductum, qas eorum, qi Adonaj loco יהוה vel legebant, vel legi volebant, ritus postqam est introductus, cum ab initio non fuisset, juxta receptas leges regulasqe Grammaticales, exigere videbatur; qod tanto cum molimine, vel fastu etiam ab utroqe proponitur & venditatur, ut imperitiæ, avt stupiditatis, avt ἀυθαδείας notam eis omnibus inurant qi suis in hac parte rationibus adducti, in ipsorum de nomine *Jehovah* non ulteriùs usurpando sententiam protinùs non concedant; hoc totum, inqam, ad id, qod est in manibus, nihil qicqam omninò facit. Evincit qidem, qod non qæritur, nec qisqam, qod ipse norim, est unqam inficiatus, per secula aliqa jam proximè antegressa, nomen *Adonaj* loco *Jehovah* lectitatum fuisse; at non evincit vocalia ista non esse Tetragrammati genuina, avt non fuisse istam primitùs nominis divini hujusce prolationem, qæ ante ritum istum, superstitionis pariter ac præsumtionis sobolem, cujus natales ævo primitivo illo seculis multis posteriores esse agnoscunt ipsi, conceptum ac in lucem editum obtinuerit. Istic itaqe qod Stoicus ille olim dixerat, περιττὸν tantum, strepitúmqe ingentem incassum cient.

Sed ad rationes accedit Vir Clarissimus qibus adductus existimem, *punctationem hanc, ad verum germanúmqe nominis hujus sonum propiùs saltem accedere.* Prior fuit *à nominibus propriis, qorum compositionem nomen hoc ingrediatur.* altera, qam huic *accessoriam* dixeram, *à Jovis* Latinorum appellatione.

His Viro Doctissimo visum est Ὀμηρικῶς ὕστερον πρότερον respondere. [d] Posteriori ergò huic *respondisse* ait *in Diatribâ suâ; in quâ dicta qia vellicaverim, ea istic adversus redargutiones meas propugnanda* denuò proponit.

Ego verò (ne logis longioribus Lectorem detineam, minutiisqe illis minus necessariis denuò repetitis onerem) qæ de *Jovis* Latini etymo atqe origine, vel sunt illic utrinqe disputata, vel istic etiam adjecta, citra disceptationem ampliorem avt ulteriorem ullam, rei Criticæ peritis, qi de istis censuram ferre sunt maximè idonei, simpliciter dijudicanda deferam. arbitri ei, per me licet, in lite hac inter nos sedeant, & probabiliora uter attulerit decernant. Eis certè non minùs deridiculo erit *Jupiter* qasi *juvans Pater*, qam Varroniana itidem illa, *canis* à *canendo*, & *calix* à *caldâ*. Sed nec *hybrida vox* est *Jovispiter*, magis qam *Vejovis*, avt *Marspiter*, avt *Dispiter*. neqe enim minùs (qod hic objicitur) est vox Latina *Jovis*, qam avt *Mars*, avt *Dis*, avt *canis*, avt *calix*, licet è lingvis peregrinis tam illud qam ista deducta sint. Qod avtem Vir Doctissimus poscit avdire, qibus rationibus adducti Duumviri literatissimi, qos advocaveram, illi, *Jovem* Latinorum à Judæorum יהוה profluxisse statuerint, consulat licet alterum eorum Virum πολυμαθέστατον D. Joannem Seldenum, in scripto illo *de Diis Syris* accuratissimo, eruditionisqe reconditioris cum primis fœto, *Syntagm. 2. cap. 1.* à *pag. 109.* ad *pag. 121.* fusissimè simul & clarissimè differentem. qanqam demonstrationes Mathematicas in istis non expectat (spero) Vir Doctissimus qi nec probationes Dialecticas exhibet ipse.

Cæterum qod Vir Doctissimus urget, [a] *non facilè sibi persvasum iri, voluisse Deum eousqe laxare Satanæ habenas, ut Sacrosanctum illud nomen, qod unicum in Scripturâ sacrâ est Deo proprium, Apostata ille sibi usurparet.* adversus ista, duo exceperam.

Primò, *non esse unicum hoc Dei proprium nomen.* Ad qod regerit hic Vir Doctissimus 1. [b] *cum varia sint in Scripturâ Dei nomina, decem Judæi numerent*; (de qo commento cum alibi fusiùs disseruerimus, nihil istic adjecto futurum est opus) *unum hoc esse proprium, cætera esse appellativa.* id qod hinc ostendatur, qia *Jod heemanticum præponi non solet nisi ad nomina propria.*

Atqi 1. *solet* illo interjecto opus erat. Subjicit enim statim Vir ipse Doctissimus appellativa qædam, qæ characterisiticon hoc ipsum in fronte præfixum gerant. nec *proprium* ergò esse necessariò hinc probatur. Tum si *proprium* esse detur, (qod nemo opinor, negaverit, nec ratione tamen istâ evincitur) ecqid hoc ad id qod agitur, qodqe Vir Doctissimus tam fidenter asseverat, nempe *hoc unicum esse Dei nomen proprium, reliqa* (qotqot fuerint; neqe enim de numero constat) *appellativa* esse universa? Qalis enim est argumentatio ista; יהוה *est nomen proprium Dei: cætera ergò omnia sunt appellativa.* An sic rationem instituentem fustinuerit ipse? *Esav est nomen proprium filii Isaaki majoris: ergò Edom nomen proprium ejusdem non est.* avt, *Jakob minoris nomen proprium est: ergò Israël non est.* avt, *Domini Christi servatoris nostri Jesus est nomen proprium: ergo Emmanuel non est.*

Adhæc qam inepta planè & viro tanto indigna est ratio ista? שדי אלהים אל [c] *non habent Jod formativum præfixum: ergò non sunt propria nomina.* Ergò nec *Adam*, nec *Evah*, nec *Noach*, nec *Moses*, nec *Simeon*, nec *Benjamin*, nec alia qæ passim occurrunt innumera, nomina propria fuerint. [d] Hac tamen ratione Vir Doctissimus denuo in *Jah* abutitur. *Jod in* יה non *est heemanticum: ergò non habet formam nominis proprii*; (qasi nominis proprii cujusqe ea propria sit affectio, ut *Jod* servile in fronte præferat) *nec est reverâ proprium ut* יהוה: Et rursus, qasi sæpius inculcando id confirmaretur, *est qidem*, inqit, *Dei nomen* יה *Psal. 68. 5. non tamen proprium nomen, qo modo nomen proprium ab appellativo distingui solet.*

At verò, ô Vir πολυμαθέστατε, ex Grammaticorum scitis indoctiores atqe imperitiores nos edoceas, qæso, ecqid illud in יה sit, qod prohibeat, qo minùs pro nomine proprio propriè sic dicto habeatur. Qin & אהיה nomen esse Dei ex Exod. c. 3. v. 14. cum constet, (asserente id qoqe Abrahâ Esdraide, astipulante verò etiam adversus Burgensem Drusio) proprium & hoc qin exstat qid obstet? Sed *non est*, inqit, *proprium* ut יהוה. At qid interfit, proprii nominis notionem qod attinet, inter duo ista nomina, nullus dicis. qod dictum tamen & indicatum, si obtinere placita tua ista volueras, omninò oportebat. Esdræ certè filius in Mosis locum dictum, qatuor statuit πτυέλια, (à Drusio tuo *Tetragr.* c. 1. ex Esdraide & à Buxtorfio non tuo, de *Nomin. Dei* §. 12. ex Ephodæo, recensita etiam & agnita) qibus inter שם העצם sive nomen *proprium*, qod *substantiale* appellat, & שם אדני הוה id est, *appellativum*, qod *formale* indigitat, in Hebraicis distingvatur. primum est, qod ab illo verbum formari neqeat, ab isto qeat. alterum, qod illud possit pluraliter efferri, istud non possit. cujus loco tamen Buxtorfius substituit, qod pronomina affixa non recipiat. tertium, qod illi articu-

a *p.* 717. b *Tetragr. cap.* 14. *p.* 316. 317. c *p.* 715. 716. d *p.* 717.

a *Orat. pag.* 325. b *Defens. pag.* 719. c *p.* 719. d *p.* 719.

lum præfigi insolens sit, isti solens. qattum, qod regimen respuat illud, istud admittat. hæc autem, qibus nomen proprium dignosci vult, omnia יה cum primis conveniunt, qod & ideò nomen proprium esse (Drusio tuo hîc itidem calculum adversus te dante suum) omninò concludit. Et sanè litigiosus si qis in istis esse ambiret, meliore forsan jure contenderet, יה & שדי esse potiùs pro nominibus propriis qam יהוה habenda. Siqidem יהוה æqè ac אלה appellativè usurpatum qandoqe deprehendi. nempe Deut. cap. 6. v. 4. verbis illis, יהוה אלהינו יהוה אחד Qemadmodum enim vocabulum אדם constat nunc esse שם עצם *nomen substantiæ*, sive *proprium*, nunc verò שם הדבר *nomen rei*, sive *appellativum*: ita יהוה eo loci, priore vice *nominis proprii*, alterâ *appellativi* rationem notionemqe obtinere videtur: qo modo & in Zachariæ verbis illis cap. 14. v. 9. יהוה *rex futurus est super terram universam*: *in die illo* יהוה *unus erit*. ut sensus sit, de qo & alibi disseruimus, יהוה *Deus noster, est* יהוה *unus*. h. e. unicus solúsqe à se & in se verè existens Deus. qin & in Syntaxi eâ, qæ tam freqenter occurrit, יהוה צבאות de qo deinceps dicendi etiam locus denuò dabitur, vocem יהוה cum regimen obtineat, appellativè usurpari, Criticus celeberrimus ille Magister Judæus agnoscit. At nec יה saltem, nec שדי forsan, usqam (opinor) sic usurpata deprehenderis, (tametsi nomen שדי semper esse שם תואר nomen יהוה nunc שם עצם nunc שם תאר esse Magister ille ad hunc ipsum de qo agimus locum decernit) ut istud alterum saltem, si non alterutrum, potiùs qam יהוה pro Dei nomine proprio habendum videri possit, si argutiolis istiusmodi agere liberet. qæ tamen solidiores forent, viréqe meritò majores obtinerent, qam commentitia illa, qæ Vir Doctissimus istic proximè subjungit.

Qum enim argumenta *clara*, qalia à parte adversa exigit, Virum Clarissimum destituant, ad *Allegorias* se confert, & mysteriola, qæ è singulis nominis hujus literulis elicit. Qibus ego qidem tantum tribuo, qantum insulsis ac insubidis Manassis Israëlidæ de hoc ipso nomine nugamentis, qæ in *Conciliatore* suo ὅλῳ τῷ ϑυλάκῳ, qod ajunt, ad navseam usqe congessit: utqe liberè loqar, tantilli facio, ut nec recitatione, nedum refutatione, digna existimem. qum eodem planè loco habeam, cum Judæuli impuri impiiqe frivolis putidisqe commentis eis, qæ ex commentario in Mosem, inepto, inficeto, insipido illo, cui *Zohar* titulum dedit, interpretanda atqe explicanda Vir Doctissimus scripto peculiari suscepit. Ea autem, cum figmenta mera sint & pigmenta fucata, paginæ verò sacræ detorsiones & depravationes tam manifestariæ, ut lectori pio cuivis stomachum possint meritò movere; mirum mihi, nec soli, sed aliis istic havd pavcis fit, potuisse Virum Doctissimum animum unqam inducere, ut deliriis istiusmodi, qibus Scripturæ Sacræ veritas, non illustratur, sed offuscatur, simplicitas corrumpitur, Orbi Christiano exponendis, incrustandis etiam, operæ tantum impenderet. Utinam in sacris, non semis duntaxat, ludere desinerent aliqando, homines fidem pietatemqe Christianam professi, nec Judæulos impuros atqe inficetos Oracula sacra irreverenter atqe irreligiosè divexantes, dum in sensus alienos absurdosqe varios distrahunt, hac in parte imitandos sibi proponerent, nedum ut aliis insuper commendandos censerent.

Sed, *Deus ipse*, inqit, [a] *sibi fecit nomen istud* יהוה *proprium ac singulare, qum Mosi dixit*, Nomen meum יהוה non manifestavi illis. *&*, Hoc erit nomen meum לעלם in æternum. &, *in benedictione Sacerdotali*, Ponetis, *inqit*, nomen meum super populum meum Israël. *qod de hoc nomine intelligitur, qod ter ibi ponitur: deniqe in laminâ Sacerdotali inscriptum erat hoc nomen. qo satis apertè significabatur, nomen hoc proprium esse Dei nomen; non enim aliud ei inscriptum erat.* [b] Concludit tandem, *ex his videre est nomen hoc pre reliqis esse singulariter Dei proprium.*

At ista omnia nunqid evincunt, *hoc unicum esse Dei proprium nomen, reliqa omnia esse appellativa*? hoc est enim, qod Vir Doctissimus asseveraverat, probandumqe sibi fuscéperat. Verum aristas istas confricemus pavlisper, ut qid grani inde excuti qeat, videamus. Primò illud Exod. c. 6. v. 3. ושמי יהוה לא נודעתי להם qod attinet; appello Viri Doctissimi conscientiam, an non sit vitiosa verborum istorum, qam lectori obtrudit, versio, *Nomen meum* יהוה *non manifestavi illis*. Loci verba ἀυτολεξεὶ sic habent; *Apparui Abrahæ, & Isaqo, & Jacobo in El Shaddai* (h. e. nomine, sive notione, *El Shaddai, Dei Omnipotentis*, vel *Omnisufficientis*, si ita loqi liceat) *&*, sive, *sed, nomine meo* יהוה *non sum notus factus eis*. Ubi נודעתי esse formæ notionisqe passivæ, nec posse pro versionis suæ ratione in שמי transire, norat satis Vir Doctissimus, nec qo fine vertere sic visum fuerit, potest cuiqam obscurum esse, qi ad superiùs à Viro Doctissimo posita, animum adjecerit. Ea verò verba qomodo intelligant exponantqe interpretes orthodoxi pleriqe apud Avtores ipsos, in Commentariis, qi passim prostant, cuivis advertere promptum est. Vix reperiuntur, opinor, qi inde eruunt, qod Vir Doctissimus supra, qasi ambigendo suggessit, *nomen Dei istud ante Mosis tempora Dei populo non innotuisse*. Adjicere possem non neminem extare, [a] qi verba Mosis novissima illa, non enunciativè, sed interrogativè proferenda existimat, rationibus etiam variis, qibus id firmet, adductis. in qo, sensum qod attinet, è Judæis qoqe nominis celeberrimi [b] Magistris habet sibi consentientes, qi qamvis enunciativè legant, tamen vocem לבדו *tantummodo* supplendum censent. qo modo Gen. c. 32. v. 28. *Non amplius vocaberis Jacob* [tantummodo, utiqe] *sed nomen tuum erit* etiam *Israël*. Verum de hoc aliisqe notæ parilis locis alibi differendi occasio dabitur. nunc id, qod in manibus est, agamus. Secundò itaqe, ex hoc ipso loco patet, tam אל שדי qam יהוה nomen esse Dei. qin avtem proprium dicatur, ecqid, qæso, obstabit? Deniqe, si nomen יהוה sit *unicum Dei proprium nomen*, nec ante Mosem innotuerit, sequetur hinc, Deum ab Orbe condito ad Mosem usqe nullo nomine proprio cuiqam innotuisse.

Sequitur locus secundus ex Exod. c. 3. v. 15. Eum tam à Græcis, qam & à Latino Interprete Vulgatæ editionis avtore, qos in priore illo, licet vitio non immunes, secutus est, sed & ab aliis omnibus; qos ego hactenus oculis usurpavi, discedens, Vir Doctissimus sic vertit, *Hoc erit mihi nomen in æternum*. qasi ante non fuisse insinuaretur. Verba sic habent; יהוה *Deus patrum vestrorum, Deus Abrahæ, Deus Isaaki, & Deus Jaakobi, misit me ad vos: hoc* [*est*] (ita supplent Interpretes dicti) *nomen meum in æternum*; *& hoc memoriale meum per generationes qasqe*. Mitto, qod in *Oratione* [c] ex impuris Rabbinorum cloacis monet, scribi לעלם defectè sine *Vav*, qasi legendum esset לעלם *ad occultandum, ut eo innuatur, nomen hoc esse occultandum, ne legatur, scilicet prout scribitur*. qæ est insignis Scripturæ depravatio textúsqe corruptela turpissima. Ecqid hîc dicitur, prout & ipse reddidit, qod de יה & שדי dici neqeat? nisi si cum Judæorum Magistellis ineptientibus, locumqe Zacar. c. 14. v. 9. illum ubi dicitur, יהוה *unum fore, unumqe nomen ejus*, huc trahentibus, dixerimus, ista cum reliqis Dei nominibus absqe יהוה universis, seculis insecutis, uti sub Messiâ illi, esse supprimenda, & vel celanda vel cessatura. Tum, an non hoc potiùs eo loci verbisqe eis innueretur, fore nimirum, ut Deum verum patrum ipsorum, Abrahæ; Isaaki, Jaacobi Deum extitisse, per secula omnia innotesceret, idqe professum se prædicaretur? Deniqe, si hoc nomen suum esse Deus ipse profitetur, qo per secula

a *p.* 719. b *p.* 720.

a Jo. Georgius Dorscheus, *dissert. de Nom. Jehovah.* §. 7. b Saad. haggaon, Abr. Esdraid. & Isak. Abarb. c *p.* 320.

ſecula qæqe commemorandum ſe diſertè conſtituit, videant, qam perverſè, qam impiè egerint agantqe, qi contra mentem divinam hac in parte liqidò patefactam; [a] *qi eo nomine voluit deinceps ſaltem à ſuo populo vocari*, (verba Viri Doctiſſimi ipſius habes) nominis id, qantum in ſe eſt, ſuppreſſum, mentionemqe ac memoriam illius omnem ſublatum, avt iverint, avt etiamnum eant.

Qod de populo Dei à Viro Doctiſſimo agnitum dixi, idem de exteris qoqe, non conceſſum duntaxat, ſed fuſiùs diſſertatum, ſeriò aſſertum, ſedulò firmatum, ſtrenuè etiam propugnatum ab eodem ipſo exhibebimus. In *Epiſtolâ ad D. Volphium Tigurinum*, qàm *Defenſioni* ſuæ iſti attexuit, hæc habet: [b] *Non poſſum tecum ſentire, nominis illius pronunciationem ad Gentes unqam dimanaſſe. Nec puto veteres Hebræos ante tempora captivitatis eadem, qâ poſteriores Judæos, religione, vel, ſi mavis ſuperſtitione, circa nominis illius pronunciationem fuiſſe illigatos, ut fas ſibi eſſe non credideriint nomen illud effari, imò forte vulgaris & promiſcua fuit inter eos ejus pronunciatio. Nempe hoc nomen Deus ſibi proprium eſſe voluit, qo, uti homines alii ab aliis proprio ſibi nomine diſtingvi ſolent, ſic ipſe avguſto hoc nomine ab omnibus falſis Diis & commentitiis Numinibus diſcerneretur, proprioqe nomine à populo ſuo in votis & precibus compellaretur. Ac qomodo Gentem illam Judaicam, qam ſibi in peculium ex omnibus terræ populis delegerat, voluit eſſe ſupra reliqas Orbis terrarum Gentes celebrem atqe illuſtrem; ita & Numen, qod ab eâ colebatur, ſupra omnia falſa Numina voluit eſſe celebratiſſimum, famamqe ejus qaqa verſum ſpargi, ut ſic homines tanti Numinis celebritate excitati, ad ejus cultum & notitiam pelliceretur, avt certè ſic magis ἀναπολόγητοι* vedderentur, *ſi ejuſmodi famâ excitati, de Numine ipſo penitiùs inqirere negligerent. Sic voluit Templi à Salomone extructi famam per omnes terrarum partes divagari; propterеâqe procuravit, ut magnificentiſſimum & ſplendidiſſimum extrueretur, & qidem ita, ut ſplendore & magnificentiâ ſtructuræ omnia Idolorum Gentilium delubra longè ſuperaret. Cur, niſi ut Numinis iſtic culti fama ad omnes perveniret? Eſtne itaqe vero ſimile noluiſſe Deum nomen ſuum illis innoteſcere, qos ſui famâ & celebritate voluit eſſe perfuſos? Qod ſi libera & ſoluta fuit populo Judaico nominis illius divini pronunciatio, potuitne eſſe ignota Gentibus vicinis, qibuſcum freqens fuit & qotidianum penè Judæorum commercium, indeqe ad remotiſſimas qaſqe dimanare?* Hæc diſertiſſimè verbis totidem Vir Doctiſſimus, qæ prolixiora licet, tranſcribere viſum eſt, qo liqidò pareret, tum qo jure merito *præſumtionis impiæ* illos arceſſiverim, qi Dei populum id celatum contenderint, qod exteris qoqe Deus ipſe (Viro Doctiſſimo atteſtante) innoteſcere ambierit; tum & Virum ipſum Doctiſſimum tam in *Oratione*, qam & in *Defenſione* iſtâ, qæ diſſerit, non ex animi ſententiâ, ſed τῇ ὑπολήψει δυλεύοντα, profari; cum *non aliena à vero videri*, veriqe *ſpeciem ſaltem aliqam* habere alibi pronunciat, qæ ut *nec vero ſimilia*, iſtic multis redarguit.

Verum (ut ne diutiùs in iſtis hærendo, Lectori ſim tædio) nec iſta, de qibus vidimus, nec qæ iſtis ſunt à Viro Doctiſſimo ſubjuncta, de *Nominis hujuſce uſurpatione in benedictione ſolenni, inſcriptione in lamina ſacerdotali*, avt ſingula avt juncta etiam, eatum ſunt virium, ut ex nominum proprietum albo appellationes Dei reliqas omnes expungant; qod Viro Doctiſſimo demonſtrandum incumbebat.

Atqe hæc de eis qæ regeſſit Vir Doctiſſimus adverſus id, qod negaveram יהוה eſſe, non qidem *nomen*, avt *proprium* etiam (ecqis enim hoc alterutrum unqam dixerit?) ſed *unicum Dei nomen proprium eſſe*; qod Vir Doctiſſimus ſolus, qod ſciam, affirmat. in eo avtem firmando qid præſtiterit, aliorum qorumlibet judicium eſto.

Ad illud progredimur, qo [c] *havd facilè perſvaſum ſibi* profitetur, *Deum eouſqe voluiſſe frena Satanæ laxare, ut nomen Dei proprium iſtud ſibi uſurparet.*

Ad iſtud excipiendo viſum eſt qærere; [a] *utrum ſceleſtius & execrabilius exiſtat*, Dei *nomen an numen, titulum an honorem & cultum, appellationem nudam aliqam, an poteſtatem majeſtatemqe totam atqe integram ſibi qenqam arrogare. atqi eouſqe Satanæ habenas Deum laxare, ut iſta omnia ſibi uſurpet & arroget. de hoc, qod eſt altero illo tanto deteſtabilius, qi havd difficulter ſibi perſvaderi paſſus fuerit; ad illud cur hæſitet, rationem nullam comparere.* His qo occurrat Vir Doctiſſimus à me qærit viciſſim, [b] *an neſcius ſim, inter homines olim fuiſſe, & etiamnum eſſe, qi Regum & Principum gratiâ & favore abutentes, vel malis artibus ad Regnum graſſantes, totam regiam potentiam & dignitatem ſibi uſurpant, atqe ita ſe gerunt, ac ſi revera Reges eſſent, omnia enim pro libitu adminiſtrare, & pro arbitrio regere atqe imperare, (connivente ad hæc atqe diſſimulante Rege vel populo, ſive ex metu, ſive ex ignaviâ atqe imbecillitate) qi tamen à Regis nomine, titulo, throno, diademate abſtinent. — Unde planum fiat ex gratiâ & indulgentiâ, vel ex metu & imbecillitate, non rarò fieri, ut aliqis totam ad ſe trahat & uſurpet regiam poteſtatem & avtoritatem, abſtineat tamen à nomine & titulo ac diademate, & cum revera regia dignitas illi conceditur, nomen tamen & titulus non conceditur.* Tum qaſi qæſtioni à me propoſitæ hac ex adverſo oppoſitâ ſatis dediſſet, & conſcientiæ propriæ nexibus, ita conſtrictum, ut effugium nullâ daretur, teneret; rogat, *Cur ergò mirum mihi videatur, qod Deus, non qidem ex amore, gratiâ, favore, benevolentiâ, neqe etiam ex metu, ignaviâ, vel imbecillitate, ſed certo & arcano conſilio ſuæ ſapientiæ, paſſus ſit & patiatur Satanam inter homines, qi non ſectantur dilectionem veritatis, ſed mendacium perſequntur & amant, ita ſe gerere in hoc mundo, acſi Deus eſſet, & ab illis velit coli Dei ipſius inſtar, neqe tamen patiatur, ut ille* ἀντίθεος *titulum, appellationem, & nomen illud Dei veri proprium, ſingulare & avguſtiſſimum ſibi aſſumat.*

Qæ omnia qam nullius planè momenti exiſtant, aliis malim ego dijudicanda relinqere, qam argumentationis cum re propoſitâ tam parum convenientis infirmitatem multis oſtendere: qum clariſſimum ſit, tam *titulos* Satanam, qam *honores cultuſqe* divinos (contra planè qam magnates illi) in idolis vicariis ſuis palam ac diſertè ſibi arrogaviſſe; nec ea poſſe in numen divinum competere agnoſcat ipſe, illa qibus adducti, vel adacti etiam, Reges terreni iſta ſuſtinuerint, cum iſta, forſan qia nec petebantur, nec expetebantur etiam, non conceſſerint; nec cordato cuiqam mirum videri poſſit, ſi Deus, qi affectibus recenſitis illis omnibus immunis eſt prorſus, qod minus eſt ſceleſtum & deteſtabile permiſerit, cum illud qod eſt longè deteſtabilius & permiſerit & permittat. Ecqa enim ratio dari poterit, cur non tam illud qam iſtud permiſerit, (præſertim cum ad illos adverſus veritatis clarè emicantis lucem ſponte conniventes occæcandos & in errore ultrò ſuſcepto firmandos efficax æqè utrunqe ſit) niſi ſi cui ſuperſtitioſolo prodigioſa illa admittere libuerit, qæ de nomine iſto confingunt & fabulantur Talmudiſtæ & Cabaliſtæ Judæi; qorum commentis fœta nimis eſt Viri Doctiſſimi *Oratio*, eiſqe tanqam deſtinis, ſed putidis putridiſqe illis, in pleriſqe fulcitur; qum tamen [c] *non eſſe ſe hac in parte* profiteatur, *vel ſuperſtitioſum Judæum, vel Cabbaliſtam, avt, ut veriùs dicat, Magum, qi rebus iſtiuſmodi externis ſanctitatem & divinitatem aliqam tribuat, qæ aliqo hominum lapſu & errore inficiatur & dehoneſtetur.* Cæterum ex eis qæ ſunt dicta, clarè ſatis exiſtimo poſſe cuivis patere, nec qæſtio meo Virum Doctiſſimum qicqam omninò reſpondiſſe; nec interrogatione ex adverſo propoſitâ, qod Lectori cordato ſatisfacere poſſit, regeſſiſſe.

Sed qorſum ego ratiocinatione ullâ, nedum diſceptatione prolixiore, id evincere connitor, qod Vir Doctiſſimus licet (renitente interim conſcientiâ) repellere

a *p.* 716. b *p.* 738. c *Orat. p.* 325.

a *Diſſert. p.* 56. 57. b *p.* 720. c *p.* 724.

ac refellere totis viribus hîc conetur, pòſt pavlò tamen, ubi ad rem ſuam facere avtumat, ultroneus admittit & agnoſcit ipſe? Siquidem primò, tum in [a] *Oratione* tum & in [b] *Epiſtolâ ad D. Volphium* ſuperiùs lavdatâ, affirmat, *nominis hujus Tetragrammati notitiam à Judæis ad vicinos Tyrios, ab iſtis ad Græcos tranſiſſe:* id qod & Diodori teſtimonio confirmat, qi *Judæorum Deum* Ἰαὼ dictum ajat. Tum ex Macrobio adducit Apollinis Clarii Oraculum, qo Ἰαὼ iſte qis ſit, qærenti reſponderit, non *Bacchum avt Liberum eſſe Patrem, qi Avtumno præſideat*, prout præter mentem Oraculi, avt non rite perceptam, avt ſponte (qod nolim opinari) detortam, Vir Doctiſſimus expoſuit; ſed *Deum ſummum* (hoc eſt, reverâ ipſummet ſe) *eſſe*; utpote qi pro variis anni tempeſtatibus, ſive *Horis*, prout Græcos imitatus Naſo nuncupat, qibus præſideat, qaſqe unus idemqe ipſe regat & temperet, varias ſortiatur appellationes, qum *Hyemis* reſpectu Ἀΐδης, *Veris* Ζεὺς, *Æſtatis* Ἥλιος, *Avtumni* Ἰαὼ dicatur. Ita Apollo, qi non eſt alius qam Satanas (dum ſub Solis, qem pro Deo ſummo Gentes Orientales habebant pleræqe, notione deliteſcens, divinos ſibi cultus appetebat & arrogabat) ipſum hoc nomen, qod eſſe Judæorum Tetragrammaton genuinum Vir Doctiſſimus contendit, aſſumit ipſe ſibi; vel (ut Viro Doctiſſimo qod avt minùs intellexerat, avt intelligere noluerat, concedamus) ſodali ſuo (qi tam *Jupiter*, ſive *Joviſpiter*, qam *Liber Pater* eſſe potuerit) havd minùs impuro ac deteſtando aſſeruit. Utrum enim ex iſtis eligere libuerit, ciccum havd interierit; cum ex utroqe, Viro Doctiſſimo ipſo etiam agnoſcente, prorſus comperiatur, qod iſtic tam difficulter ſibi perſvaſum iri profitetur, & diſceptatione benè longâ evertere atqe amoliri conatur, *Deum Satanæ frana eouſqe laxaſſe, ut venerandum & avguſtum ac ſingulare maximeqe proprium ſibi arroget atqe aſſumat nomen.* Ita Vir Clariſſimus partium ſtudio affectuqe abductus abreptuſqe, ubi adverſus ſententiam ſuam opponitur, ſtrenuè oppugnat, qod tamen, ubi cavſſæ ſuæ putat poſſe favere, havd minùs ſedulò firmare ac propugnare conniitur.

Qod avtem Vir Doctiſſimus iſtic proximè ſubjungit, [c] *in Diatribâ ſuâ reſpondiſſe; etiamſi Jovis nomen ab Hebraico nomine illo deductum eſſet, non ſeqi tamen inde ut Jehovah magis vera pronunciatio, qam Jahvo, vel Jahveh fuerit; cum in nominum derivationibus nulla penè vocalium, ſed conſonantium ferè tantùm ratio habeatur: ad hanc avtem reſponſionem ſilentium meum videri cavſſam eſſe, cur huic rationi meæ à Jovis nomine & etymo ductæ firmiter non innitar, utpote qam infirmam tacitus apud me agnoſcam.*

Ut nihil dicam, qam parum commodè Viri Clariſſimi dictio hîc cohæreat. Ego verò cum aliis, qos hac in parte vel duces, vel comites habeo, viris eruditiſſimis, *vires* habere argumentum iſtud *non ſpernendas* exiſtimo; etiamſi in eo illius, qam tuemur, cavſſæ nec fundamentum, nec firmamentum præcipuum collocemus. Qod avtem ad periochen iſtam nihil regeſſerim, in cavſſâ fuit, qia in diſceptatione antegreſſâ, de *Jovis etymo* ſatis à me dictum avtumabam. Nunc verbulo reſpondeo, ideò probabilius qod nos opinamur videri, qia (qod in notationibus multum valet) ad ſonum vocabuli receptioris hujus *Jovis* nomen accedat propiùs, qam ad peregrina uſuqe minùs recepta iſta, qæ Vir Magnus (pavcis, puto, aſtipulantibus) iſtic proponit: præſertim, qum primam ſyllabam qod attinet, cum nominibus illis tam exacte conveniat, à qibus, utpote Tetragrammati nomen, ex conſenſione univerſali, in ſe concluſum gerentibus, argumentum primarium in hac cavſſâ noſtrum, cui *acceſſorium* duntaxat hoc profitemur, deducitur. Nec reverâ tam eruditorum illorum, qos objicientes hîc ſibi introduxerat, argumentationis ſuſpecta agnitave infirmitas, qam reſponſionis hujus à Viro Doctiſſimo redditæ meritò, uti mihi videbatur atqe etiamnum videtur, reputata imbecillitas atqe improbabilitas, ut ſilentio tranſirem tacituſqe tranſmitterem, ne legentium judicio in re tantillâ diffidere viderer, invitabat. At Vir ipſe Clariſſimus qæ nunc ego illi denuò regerere cogor, cur in *Defenſione* ſuâ tacitus planè præterierit, cum tamen id qod prius affirmaverat, contra animi ſui ſenſum, uti ex jam allatis clariſſimè patet, non recocta tantùm iteratò apponat, ſed anxiè propugnet, qid in cavſſâ exiſtat, legentem qemlibet apud ſe ſtatuere, qam ipſum me malim conjectari.

[a] De *Nominibus in Sacrâ paginâ* occurrentibus, *qorum compoſitionem nomen Tetragrammati ex* parte *ſaltem* ingredi habeatur, qæ præmiſeram, qod à [b] *Fullero meo mutuatum me* ait. poteram ego illi pariter, & jure forſan potiori regerere, [c] commentum ſe futile illud de *Deus* & *Doius*; in qo tantopere ſibi placuit, ut toties repetitum daret, [d] à Druſio ſuo mutuatum eſſe. cæterum non eſt reverâ Fullerus noſter, à qo me peritiores longè aliqid mutuari diſpudeat: de qo Amamam ſuum, qid pronunciet ac prædicet etiam, avdiat, in ipſo *Diſceptationis* cum eodem initæ primordio. *Nicolaus*, inqit, *Fullerus, vir extra controverſiam eruditiſſimus, Miſcell. lib. 2. & 4. multa egregiè de Nomine Tetragrammato ex priſcorum monumentis eruta, ediſſerit. Idem ad calcem Miſcell. poſter. in Cl. Druſium Apologiam edidit, in qâ ſententiam ejus de nomine Tetragrammato obiter perſtringit.-- Si Cl. Druſius Reſponſum ejus legiſſet, avt fallor valdè, avt eum ſui caloris pœnituiſſet.* qod idem de Viro Doctiſſimo optarim ipſe, qi caloris nimium in hoc argumento ſpirat paſſim. Qin nec poteſt eſſe neſcius vir lectionis tam multiplicis, Fulleri ſolius hoc non eſſe, ut ab illo mutuum ſumſiſſe neceſſe fuerit, qod ante viſum lectumve Fulleri qicqam jam diu adverteram animoqe agitaveram; qum tam paſſivum (ſi cum Septimio loqi licuerit) exiſtat, ut è totâ literatorum cohorte vix qiſqam, ſi qis omninò ſaltem, poſſit deprehendi, qi appellationes has pleraſqe, de qibus agitur, nomen divinum incluſum gerere, non animadverterit, exiſtimaverit, admonuerit, agnoverit. Ita nec ego Fullerum magìs hîc ſeqor, qam Druſium avt Amamam ipſe, qi adverſus Fullerum ab ipſius partibus conſiſtunt; qos tamen, qia hac in re patrocinium ſibi ſuum accommodare recuſant, unâ cum Magiſtris Judæis, levi brachio, qaſi nihili faciendos, amandat. Ego verò hîc, prout Romanus ille nobilis, meritò poſſim regerere; *Nomen Dei Tetragrammaton nomina hæc ingredi affirmant, ut Magiſtros Judæos præteream, Doctores Chriſtiani, antiqiores, recentiores ætatis cujuſqe, etiam qi de Jehovah D. Cappello conſentiunt, ubi ſedatiùs avt conſideratiùs agunt, Druſius & Amama; ſolus, ferè, Ludovicus Cappellus,* (*nullo vis alicujus adducto, qo ſententiam ſingularem ſuam firmet, argumento*) *reclamat & remittitur; Iſti an illis creditis?* Neqe enim alicujus exiſtunt momenti, qæ ex *Diatribæ* ſuæ *editione alterâ*, qam non vidiſſe me verè monet, Vir Doctiſſimus iſtic ſuggerit, [e] *Nomina Jaakob, Judah, Joſeph, Joram, Jehoſhua*, non incluſum habere nomen Tetragrammaton, *ſed à verbis Hiphil avt Hophal deduci; ac perinde itaqe nomina iſta Jehoachaz, Jehochanan, Jehojada, Jehojakim, Jehojacin, Jehonadab, Jehonathan, Jehotſadak, Jehoſhaba, Jehoſhaphat, &c. ſimplicia pariter eſſe.* Ita enim concludit Vir Magnus. qæ ratio nullius planè eſt conſecutionis neceſſariæ, imo nec probabilis etiam; qum verba, à qibus horum nonnulla deducta eſſe non negetur, in formâ illâ, à qâ deduci vult Vir Clariſſimus uſurpata nuſqam deprehendantur, nec characterem eum in formulis illis, eas ſi haberent, admittant, qi in appellationibus illis conſpicitur.

Tum, qod comminiſcitur *ὁ πάνυ, fieri poſſe*, ut יהו illud *in initio nominum iſtiuſmodi non ſit ex Tetragrammato, ſed ex* יה *derivatum, vav avtem adjectum*, qo יה illud cum reliqâ *dictione coaleſcere qeat; qo modo in fine dictionis adſciſcit ſibi literam eandem cum puncto ſhurek*: qæritqe, tanqam ſi inſolubile aliqid objeciſſet, *ecqid hîc dicet*

a *p.* 330. b *p.* 739. c *p.* 721.

a *p.* 41-47. b *p.* 721. c *Orat. p.* 326. *Defenſ. p.* 723. & 724. d *Tetragr. c.* 16. e *p.* 722.

dicet V. D? Nihil ego certè amplius dico, qam adeo mihi iſtud futile videri, ut nec compoſitionis tam inconcinnæ exemplum poſſe reperiri, nec erudito cuiqam (avtore excepto) commentum hoc probatum iri exiſtimem. Proinde & iſtud ſilentio libens iſtic tranſmiſiſſem, ne legentium judicio diffidere, nî futurum ſuſpicarer, ut Vir Doctiſſimus pro more ſuo, uti ille apud Theodoretum loqitur, τὸν σοφὸν μὲν συγχώρησιν interpretaretur.

Concludit tandem, [a] *ex dictis ſatis pro comperto probaſſe ſibi videri contra me, vocem Jehovah veram Tetragrammati pronunciationem non repræſentare, nec ad eam propiùs accedere qam Jahveh ſuam.*

Atqi illud nec avt probavit, avt probare unqam poterit, qum *incertam & incognitam* eam eſſe profeſſus non ſemel fuerit: nec iſtud qod ſecundo loco contra me probaſſe dicit, in ſuperioribus ego uſpiam attigeram. Affirmaveram duntaxat, [b] *ad ſonum nominis illius genuinum propiùs* (pro qo *proximè* Vir Clariſſimus alibi ſuppoſuit) *accedere.* h. e. ab eo havd ita longè abſcedere (prout *comparativa pro abſolutis vulgò uſurpari*, monet Fabius. [c]) nam de Viri Doctiſſimi commento novitio iſto nihil hactenus dixeram, nedum ut collationem alterius cum altero ullam inſtituerim. id qod Viro Doctiſſimo qi [d] *vocalium nullam ferè rationem haberi* in his poſtulat, [e] cum *conſonæ omnes omninò citra mutationem avt metathefin ullam retineantur ac repræſententur*, nullâ ratione diffitendum videtur. *propiùs* verò, qam ipſius *Jahveh*, qod ego tamen nullus dixeram, accedat necne, hocqe an ipſum ipſe in præmiſſis probatum dederit, aliis ego qibuſvis dijudicandum ac decernendum dimittam. Certè contra id qod Dialectici dicere ſolent, *Concluſionem partem ſeqiorem ſeqi*, Viri Clariſſimi concluſiones præmiſſis, ut fidentiores, ita valentiores multò exiſtunt plerunqe, acſi præmiſſis vires addere potiùs, qam ab eis acqirere, natæ eſſent.

Atqe hæc de ſecundo diſſenſus capite diſceptatio fuerat. ad tertium tranſit Vir Doctiſſimus. [f] *Dixi*, inqit, *poſt Cl. Druſium, vocem Jehovah eſſe barbaram & ſolœciſmum redolentem; non ſecùs qam ſi qis Latinè diceret Doius pro Deus, commiſcendo vocales vocis Dominus cum literis ſev conſonis vocis Deus. Non poteſt V. D. id concoqere, avt æqo animo ferre; rigidam vocat præcipitémqe nimis hanc ſententiam.*

Imò, O Vir Magne, [g] *qo minùs punctis illis vocalibus cum Tetragrammati literis combinatis legamus Jehovah, obſtare affirmas vitioſam, peregrinam, incongruam, & inconcinnam vocalium cum alienis literis commixtionem, ſive combinationem, qa inter loqendum paris barbariſmum craſſum, fœdum, intolerandum, utpote qo ſacroſanctum nomen Dei qaſi commaculatur & dehoneſtatur.* Ecqis avtem moderati ingenii homo æqo animo iſtud accipere poſſit? cum *barbariſmo craſſo, fœdo, intolerando commaculati ac dehoneſtati nominis divini* culpâ an crimine obſtrictos teneri, ejuſdemqe ex Viri Doctiſſimi [h] cenſurâ ſententiâqe decretoriâ reos peragi legerit, qantum eſt ferè per Eccleſias Chriſti reformatas eruditorum hominum verbiqe divini adminiſtrorum ipſorum, univerſos. idqe (qod confidentiam ad miraculum uſqe ſapiat) nullo prorſùs allato argumento, qo vel *incongruentia*, vel *inconcinnitatis*, vel *ſolœciſmi*, vel *barbariſmi*, etiam leviſſimi, nedum *craſſi, fœdi* atqe *intolerandi* vocabulum iſtud arguatur.

Nam de *Doius* legendo pro *Deus*, qia vox *Dominus* eas vocales obtinet, tam eſt futile & ineptum, ut Virum Doctiſſimum in eo ſibi vel placere vel ſatisfacere potuiſſe, ſtupendum ſit planè. *Doius* enim cur citra barbariſmum non legatur, ratio patet; non qia ſunt eæ vocales vocis *Dominus* propriæ, ſed qia *Doius* eſt vox nihili, notumqe ſatis exiſtit vocales eas vocis *Deus* non eſſe. at *cominus* abſqe barbariſmo & ſcribimus & legimus, etiamſi eadem ſint vocabuli *Dominus* vocales. Hoc eſt avtem

a *p.* 722. b *p.* 717. c *Inſtitut. l.* 9. *c.* 3. d *Orat. p.* 326. e *Defenſ. p.* 721. f *p.* 723. g *Orat. p.* 326, 327, 328. h Videatur Druſius in *not. ad Tetragram. c.* 12.

qod contendimus, (nec id neſcius eſſe poteſt Vir Doctiſſimus) qodqe Viri Doctiſſimi fabricam maximâ ex parte diruit totam, non ſeqi, *qia puncta illa, Shevah, Cholem, Kamets, ſunt vocis Adonaj puncta*, (qod tamen propriè loqendo eſſe jam negat) *ergò non eſſe Tetragrammati puncta.* Ecqis enim mentis compos ſic argumentationem inſtituerit, *Shevah ſimplex, Cholem, Kamets ſunt vocis* דבורה *qa apem denotat, puncta genuina: ergò non ſunt vocis* לבונה *qa thus ſignificat, puncta genuina?* Neqe idcircò *perperam dixi* (qod Vir Clariſſimus [a] ſed ratione nullâ redditâ concludit) *Diſſertationis meæ* pag. non 31. ſed 81. *Virum Doctiſſimum perperam, qod non eſt neceſſarium, tanqam ſit ejuſmodi, præſumere, & qa ſunt disjungenda conjungere*: qando utiqe præſumit, *ideò non poſſe iſta eſſe* ה יהוה *puncta, qia* ה *Adonaj exiſtant*; eaqe ſecum invicem componit, qæ à ſe invicem qàm longiſſimè diſtant.

[b] Tum, *Sic*, inqit, *prima ejus reſponſio* concidit.

At qænam eſt tandem ea, O Vir Eximie, *reſponſio mea*, qam *ſic concidiſſe* affirmas? Ecqid enim *reſponſionis meæ*, avt attuleras, avt attigeras; niſi qod *cenſuram rigidiorem, ſententiam præcipitem*, ſive Druſianam, ſive tuam, non ſine cavſâ juſtâ, conqeſtus ſum? Sed qâ ratione, ut conciderit, factum eſt? *Qia*, inqis, *id ponit, qod nondum probavit.* At ego, Vir Clariſſime exiſtimaveram hactenùs, reſpondenti non incumbere onus probandi. nec poteſt eſſe neſcius Vir πλυμαθέστατος dicti Rabbinici, עליו הראיה ומפיו מוכרו Sua itaqe confirmandi negotium ad Virum Doctiſſimum pertinere avtumabam.

[c] *Sed qod pono, verum non eſſe demonſtravit.* Qid illud? *Puncta* utiqe *iſta non eſſe Tetragrammati propria, neqe adeò eſſe poſſe.* hoc enim *adverſus me oſtendiſſe* ſupra dixerat. Ego verò nec tam *Tetragrammati propria* ſive peculiaria, avt dico, avt dixi unqam, ut non ſint vel eſſe poſſint, vocabulorum aliorum qoqe communia: verum genuina eſſe poſſe vocabulorum plurium communia: qemadmodum vocales *o i u* ה *Dominus* & ה *Cominus*, dictionis utriuſqe genuinæ ſunt vocales; & puncta hæc eadem, de qibus agimus, ſunt tam דבורה qam & לבונה uti ſuperius eſt dictum, genuina puncta vocalia. *non poſſe* avtem eſſe *dictionis utriuſqe* & יהוה & אדני qod qæritur, *communia & germana puncta vocalia*, nec oſtendit hactenus Vir Doctiſſimus nedum avt demonſtravit, avt eſt unqam demonſtraturus.

Tum qod qæro, [d] *qam atrox crimen, qamve craſſus ac fœdus barbariſmus exiſtat, dato vocales iſtas non eſſe eaſdem, qibus nomen id primitùs efferebatur, nec de eis conſtare ſatis, ſi in voculâ aliqâ vocali unâ avt alterâ etiam aberratur.* Reſpondet Vir Clariſſimus [e] *non crimen id eſſe, barbariſmum duntaxat eſſe dixiſſe à lingvæ Hebraicæ genio & ingenio alienum.* tum inter *crimina* & *barbariſmos* qid interſit, pluribus oſtendere conatur. & de *Deus* & *Doius* qod dixerat, denuò inculcat, qo *barbariſmus* evincatur.

Atqi primò *criminis* nomine, pro vocis origine à Græcorum κρίμα latiuſculè ſumpti, *dicam*, ſive *accuſationem* qamlibet comprehendi, notum eſt ſatis. Tum *Nomen Dei tam ſacroſanctum, tam ſingulare barbariſmo craſſo, fœdo, intolerando dehoneſtatum & commaculatum ire velle*; [f] qam ille dicam eis omnibus intentat, *qi puncta illa vocalia vocis Adonaj propria eſſe non diffitentur, & Jehovah tamen legunt*, an non *crimini*, & *atroci* etiam, *intolerando* namqe, affines ab ipſo habeantur, alii viderint. De *Deus* & *Doius* verò futile illud qòd attinet, in qo tamen tantopere ſibi placuit, ut tertiâ vice jam, in [g] *Orat.* ſemel, in *Defenſ.* [h] bis, appoſuerit; meminiſſe debuerat, aliud eſſe lingvæ alicujus vocabulum, de cujus literulis conſtat, lingvam illam uſurpantem proferre, aliud idem lingvâ alienâ exprimere, in qo genere citra notam iſtiuſmodi mutationes inſignes fieri [i] Vir Doctiſſimus agnoſcit; avt ubi genuina prolatio incerta

a *p.* 723. b *ibid.* c *ibid.* d *p.* 82. e *p.* 723. f *Orat. p.* 327. g *p.* 327. h *p.* 723. i *p.* 726.

certa eſt; ad eam, qam conjecturâ proximè accedi poſſit, etiam ſi non exactè attingatur, experiri.

Sed, *barbariſmum in eo non eſſe*, inqit, *qî probat Vir Doctus?* Imò, *eſſe* inqam ego, *qî probat Vir Doctiſſimus? Actori* ſiqidem, ſive accuſatori ac delatori, qod priùs dictum, *probandi onus incumbit.* Hoc avtem Vir Clariſſimus niſi ſimpliciter affirmando, & freqenter inculcando, nec probare hactenùs anniſus eſt, nedum ut probaverit.

Mitto, qæ *de Vocabulis qibuſdam Deiqe nominibus aliter longè vel ſcriptis vel prolatis* adjeceram, *qam Hebraica lingva recepta jam locutio, vel ratio Grammatica etiam admittat, dum ad lingvæ ſuæ normam, ſermoniſqe vernaculi leges rituſqe, vocabula peregrina, vel Graci, vel Latini, vel alii qiqe deſingunt; qibus tamen utantur etiam ſcriptores ſacri, non ſint ideo barbariſmi hujuſmodi arceſſendi, nec eis abſtinere uſurpandis urgendum qenqam, ne avt nomen divinum, avt ſcripta ſacra barbariſmis fœdis polluat.* Nec eſt animus in campum illum cum Viro Doctiſſimo deſcendere, (in qo latè ſpatiatur, an

Ludit exultim, metuitqe tangi,

ut [a] ille loqitur, aliorum cenſuras partim jam expertus, partim expectans ulteriùs) [b] *de variis antiqitùs vocabulorum avt punctationibus*, avt per punctorum abſentiam prolationibus; qâ ille præſcriptione à *barbariſmi* notâ abſolvere horum nonnulla conatur. Illud duntaxat attingo, qod huic diſceptationi, tanqam ἐπεισόδιον intercalare, ſubinde infercit, *craſſum & fœdum barbariſmum in vocis hujus mala conformatione, adverſus omnes lingvæ & Grammaticæ leges admitti*: qòd hoc, inqam, qm nuſqam hactenùs, in qo compareat oſtenderit, magnâ tamen, miraqe mihi qidem admodum, cum confidentiâ, ſic tandem concludit; [c] *Jam non puto incertum & dubium eſſe, an benè & convenienter & congruè lingvæ Hebraicæ genio & proprietati dicatur Jehovah, niſi illi, qi ultro & ſponte vult id neſcire.* Nunqid fungos ac ſtipites, avt adverſarios hac in lite habere credebat, avt lectores etiam habiturum ſperabat, qi ex ipſius aſſeveratione merâ, crebriùs duntaxat ac vehementiùs repetitâ, nullâ ratiocinatione valentiore expectatâ, cujus vi virtuteqe ad animi ſui ſenſa priſtina deponenda adigerentur, in ſententiam ſuam, à mente propriâ antè forſan alienam, proni confeſtim ultroneiqe deſcenderent?

Verum ſubjunctis ex *Oratione* ſuâ nonnullis, liberaliùs (uti videri vult) in hæc verba conceptis; [d] *Nulli tamen præſcribo; tantùm de vitio pronunciationis illius moneo. legat qiſqe, prout illi libuerit, non repugno. qid,* [e] inqit, *mollius dici potuit?*

Imò, inqam ego, præmiſſis illis in lite iſtiuſmodi, qam *non eſſe rem uſqeadeo in ſe magni momenti* pronunciat [f] ipſe, *ut propterea acriùs à qoqam decertari oporteat*, qid aſperius? neqe vero in his ipſis tam molliter, niſi mollitiem qæ minùs ſpirabant, (cavtè an callidè dicam?) reſecuiſſet. Siqidem ſtatim ab illis, *Qi agnoſcit, qi non diffitetur, puncta illa eſſe vocis Adonaj, non Tetragrammati puncta, & pergit nihilominùs legere Jehovah, na ille ultro & ſciens prudens craſſè & fœdè βαρβαρίζει. Nulli tamen*, inqit, *præſcribo; tantùm de vitio pronunciationis moneo. Si qem pudet dediſcere qæ malè didicit, & inolitam conſuetudinem, avt non poteſt deponere, per me licet fruatur judicio, (ſuo*, deeſt opinor) *legat qiſqe, prout illi libuerit, &c.* An non aculeata, & ſupercilioſa etiam, ſatis ſunt iſta? Si Viri Clariſſimi *mollia*, imò (ut ipſi videtur) *molliſſima*, iſtiuſmodi ſint, duriùs atqe aſperiùs agere ubi viſum fuerit, qalia ab illo expectabimus? Cæterùm miſſis hiſce, illud tantummodo adjecerim, qod tot viri inſignes, nec D. Ludovico Cappello forſitan lingvæ Hebreæ peritiâ inferiores, vocabulum iſtud in ſcriptis ſuis paſſim uſurparint, non facturi, credo, ſi tam *craſſum fœdumqe* in eo *barbariſmum* advertiſſent. ut Viro Doctiſſimo tam mirum videri nevtiqam debeat, ſi mihi meiqe ſimilibus in eâ lingvâ ſciolis, nondum iſtud tam clarum fuerit. Nam qod in ſeqentibus havd ſemel monet, [a] de nominibus aliter in textu Hebraico, aliter in lingvis exteris, ac Scripturæ ſacræ per conſeqens Verſionibus legendis; nihil ampliùs dicit, qam qòd in *Diſſertatione de Bivocalibus*, qæ unâ ferè cum illâ *de Tetragrammato* prodiit, eſt à me priùs obſervatum.

Qod dixeram, *inter illius Jahvoh & Jehovah* (non *meum* qidem, uti ille loqitur, licet cum aliis havd pavcis probem) *havd ita multum intereſſe, & literula metatheſin poſſe nos conciliare: Cogitet*, inqit, *V. D. an non illa vocalium metatheſis plurimùm immutet genuinam nominis illius pronunciationem.* Tum, *Putas ne*, inqit, [b] *parùm intereſſe, an qis Latinè dicat Jupiter, an verò Jepitur, vel Jipetur, an verò Jeputir, vel Jiputer? qis ferat in Latio nomen ſic efferentem? qis avres non occluderet ad tam præpoſteram ejus prolationem?*

Et qis, inqam, virum gravem ſic argumentantem, fluctuſqe tantos in ſimpulo cientem, ferat? Niſi enim *Jahvoh* ſuum (*ſuum*, jure merito appello, an alterius cujuſqam ſit neſcius) genuinam exhibere (qod præſtare nullus avſit) nominis Tetragrammati pronunciationem probaverit; qomodò de *Jupiter* Latino conſtat, (niſi qod *Juppiter* in *Oratione* ſcribi volebat, qod in [c] *Defenſione* nunc ſimplici *p* pingit) inane planè ſunt hæ verborum ampullæ, (eis geminæ qæ de *Deus* & *Doius* ſuprà ſæpiùs appoſuerat) & qæ in aërem abeundo evaneſcant ſtatim. Hoc avtem ubi probatum dederit, nemo (opinor) pius prudenſqe hac ſaltem in parte ei refragabitur. Jam, cum mox agnoſcat ipſe *de Vocalibus genuinis non conſtare*, qam parum ad rem, de qâ agitur, attineant iſta, ecqis non ſtatim animadverterit? Interim ut Gallum cum Gallo componam, inter Viri Clariſſimi D. Cappelli *Javo*, & Viri Illuſtriſſimi D. Picherelli *Jova*, qam minimum interſit, qivis facilè viderit: adeò certè ſunt affinia, ut ſi illud tam *craſſum fœdumqe* habeat *barbariſmum*, vero ſimile ſit ſaltem, à fœdo craſſoqe barbariſmo iſtud havd longè recedere, nec hoc minus qàm illud *tolerandum* exiſtere.

Sed ad qartum tandem *diſſenſus* titulum devenitur; in qo reverâ de re momenti inſignioris agitur, ad qam *Diſſertatiuncula* mea tota collineabat. *Cum de vocalibus*, [d] inqit Vir Clariſſimus, *non conſtet, præſtat omninò Adonaj ſubſtituere?* Hîc ego qæro, *Perpetim ne ſubſtituere?* num etiam Ex. *c.* 6. *v.* 3. *ubi Moſi Deus*, להם ושמי יהוה לא נודעתי qod ego cum non verterim, Vir Doctiſſimus iſtic, prout priùs etiam, reddidit, *Nomen meum* יהוה *non notificavi illis.*

Conſtrictum hîc teneri ſenſerat ſe ὁ πάνυ. Reſpondet itaqe, [e] *Aliam eſſe poſſe loci hujus ſingularis rationem, aliam reliqorum, in qibus nomen iſtud occurrit. Nam qia eo loco nomen hoc ſingulare & novum, (qod Deus priùs non revelaverat, & qo voluit deinceps à ſuo populo vocari) ſignanter exprimitur, ſanè docendi gratiâ, ut aliqatenùs (qantum à nobis fieri poteſt) nomen illud qale ſit indicetur, non abnuerim*, inqit, *ut iſtic per conſonas ſuas efferatur, adjectis vocalibus, ſi non veris (qia incerta ac ignota ſunt) at qibuſcunqe ſaltem, ut Lectori conſtet, qibus literis ſive conſonis ſcribatur illud nomen, nimirum qatuor illis* י ה ו ה. *Neqe velim hîc qenqam Judæorum religione vel ſuperſtitione uſqeadeò ſcrupuloſe teneri, ut nefas omninò ducat nomen illud per conſonantes ſuas adhibitis qibuſdam vocalibus efferre.*

Atqi, ut miſſa faciam, qæ de verſione vitioſâ ſupra monueram; nec adhuc intelligere, ſciolus in iſtis cùm ſim, qa ratione נודעתי *manifeſtavi*, vel *notificavi* ſignificet; nec neſcire verò interim, reprehenſum ab Eſdraide, qi נודעתי pro הודעתי hîc poſitum voluerat: ea etiam præteream, qæ adverſus id qod de nomine hoc non

a Flaccus *carm. lib.* 3. *od.* 11. mente eadem, qa idem alibi, *metuente ſolvi*, *lib.* 2. *od.* 2. dixerat. b *p.* 725. c *p.* 724. d *p.* 327. e *p.* 725. f *p.* 735.

a *p.* 725. b *p.* 725, 726. c *p.* 325. d *Orat. p.* 327. e *Defenſ. p.* 726.

non ante revelato hîc denuò inculcatur, in [a] *Diatribe* meâ fusiùs disserui; qæ Vir Doctissimus in *Defensione* silentio alto transmittit planè; ne iteratis sæpiùs eisdem Lectorem onerem. Ecqid hoc est aliud, qæso, qam qod ipse dixeram? [b] *Malle me*, utiqe, *optio si detur, avt Samaritanum* Ιαϐὲ, *sive Jave, avt Græcum* Ἰάω, *avt Clementis* Ἰαὼ, *sive Jaoth, avt Hierombali* Ἰάω, *avt Lydiati Jeve, avt Jehovah nostrum, sive Castellionis Jova, avt Viri Doctissimi Javoh, sive Jahavoh, qam Adonaj; qum istud ibi qi legerit, Scripturam sacram depravare & corrumpere sit certissimum; à qo crimine immunis sit, qi illorum qodlibet legerit, etiamsi vocabuli sonum, avt scitè parum, avt minùs peritè dederit, qum de sensu demutet nihil.* Avt qantulum ex parte præcipuâ ab his abit, qod Vir Doctissimus ipse ad mea ista subjicit? *Neqe verò ego*, inqit, [c] *invitus admodum abnuerim*, (ubi tamen fortè, *adnuerim*, scripserat; sed de mente constat) *in loco Exod. 6. 3. propter rationem modò redditam, ubi tamen mallem Jahvoh vel Jehovah, qam reliqa à V. D. adducta: & Jahvoh qidem, qia illud videtur vel ipsum Tetragrammaton rectè exprimere, vel propiùs videtur ad illud accedere: Jehovah verò, propter vocales illas ei à multis seculis per Massorethas additas, & ob receptum usum & inolitam apud multos sic pronunciandi consvetudinem.* Atqi aliud sensisse, censuisse ac pronunciasse saltem Vir Clarissimus videtur, [d] ubi Hieronymum Græcosqe probat, qorum ille *Adonaj*, isti Κύριος apud Mosem hîc reddiderunt.

Sed hoc loco excepto, de aliis havd itidem statuit.

At primò, in locis aliis havd pavcis nominis alicujus istiusmodi usurpandi par paret necessitas. [c] Certè qi Exod. cap. 15. v. 3. *Adonaj nomen ejus*, legerit, avt Hymn. 83. v. 18. *ut norint te, cujus nomen est Adonaj.* avt Esaiæ c. 43. v. 8. *Ego sum Adonaj, hoc est nomen meum.* avt alibi locorum, ubi de hoc ipso Dei nomine agitur, is loci sensum disertè pervertit, nec sensum eum qem Deus voluerat reddit. Adverterat hoc Vir Doctissimus ipse. Proinde etiamsi hoc in loco, ne in sententiam nostram avt protinùs concessisse, avt penitùs consensisse videretur, loci istius *peculiarem* ab aliis *rationem* hac in parte habendam censuerit: at post pavlò liberaliùs aliqanto nobiscum agit. Concedit enim, disertéqe agnoscit, *Totum illud* (qod *pag. 96.* dixeram) *verum esse locumqe habere, ubi animus & consilium scribentis est nomen ipsum exprimere, & qale sit docere & indicare.* id qod locis allatis, cum aliis havd pavcis, competit plane.

Deniqe, si necessitate justâ ad id adigente, vocabulum istiusmodi in locis istis admittere fas fuerit, ecqid, rogo, obstiterit, qo minùs idem alibi passim, ubicunqe occurrerit, cum familiare jam sit factum, admittere atqe usurpare licuerit, qo nomina Dei sacrosancta à plebe etiam imperitiore distingvi clariùs à se invicem possint? Istud interim cum Vir Doctissimus nobis concesserit, etiamsi in loco illo Mosaico *Jahvoh* suum qam *Jehovah* malit, nolim ego cum illo contentionis ferram hac in parte reciprocando, vel ipsi vel lectori etiam, ulteriùs molestus esse; nec suum hoc qidem, ubi obtinuerit, si id unqam contigerit, qod ipse etiam, opinor, vix sperare potest, respuendum ego censuerim.

Proinde qæ in hoc qarto *Dissensus* capite Vir Clarissimus fusiùs prosequitur, cum id qod primariò volebam obtinuerim, & vel nolenti extorserim, vel ultrò concessum habeam, rem ipsam exigere, ut vocabulum aliqod istiusmodi, qod & *Jehovah* esse possit, eis in locis usurpetur, ubi Spiritus sancti animus est nomen illud ipsum Tetragrammaton exprimere, possent maxima ex parte penitùs transiliri; eoqe ipse libentissimè concederem, nisi qod ex silentio ἀνυπαταίτῳ pronunciaturus Vir Doctissimus videretur, siqa tacitus præterissem.

Ea siqidem toties recocta, & itentidem istic repetita, de *præpostera, corrupta, depravata, barbara, inconcinna, absona pronunciatione, fœdo & crasso contra lingvæ Hebraicæ leges, naturam, genium, ingenium, proprietatem, barbarismo: peccato* deniqe *adversus τὸ πρέπον, qod in homine literato reqiritur. qod πρέπον si qis nihil faciat & securè contemnat, sit ille* (inqit stomachabundior pavlò V. D.) *insicetus, horridus, hispidus, incultus, qantum libuerit, non intercedo.* Hæc, inqam, qæ Viro Doctissimo bilis splendida suggessisse videtur, qæqe ipse pro molliusculis habet, avres nobis eousqe jamdudum pulsarunt, ut ad ea jam occalluerint, strepitumqe duntaxat merum cieant, qm citra rationem ullam, nedum justam aliqam, oggerantur.

[a] Nec certè majoris est momenti, qod ex hypothesi factâ subtexit; ubi hoc utiqe dato, *Romanos Romuli Conditoris sui nomine suppresso, Qirinum ejus loco dici jussisse, nomen verò ipsum pavcis, Pontificibus puta, &c. cognitum, in Tabulis publicis historiisqe solis consonarum figuris R M L S scribendum* sanciviſſent; hoc, inqam, suppositio, à me qærit, *utrum satius ac convenientius putem, apud Livium aliosqe legere nomen illud ignotum per qalescunqe vocales, dicendumqe vel Rimilis, vel Rimales, vel Rumalas, vel Rimolos, &c. qam Qirini nomine notissimo, ubicunqe R M L S scriptum occurreret, appellare.*

Qod qidem commentum geminum planè est illis, de *Doius*, & *Jipetur*, &c. supra havd semel allatis. Cui ego (etiamsi sua ipsius superius [b] adducta Viro Doctissimo objicere possim) tunc respondendum censuerim, ubi eos produxerit, qi parem eam de sacris Oraculis leges sanciendi, qam illi de Conditoris sui nomine vel eloqendo, vel subticendo, avtoritatem jure obtineant. Interim à Viro Doctissimo ego vicissim qæsierim, cum ex ipsius placitis incertum sit, utrum *Nebuchadnetsar*, prout Codices Hebræi nunc habent, an *Nabuchodonosor*, qod Græci exhibent, sit vera & genuina appellationis illius punctatio, num ideò satius ac convenientius existimet, alio aliqo titulo sive epitheto, qam nomine illo alterutro Regem illum Babylonium, ubicunqe nomen illius literis illis נבוכדנצר exaratum occurrit, designare. Istic interim, qod Vir Doctissimus ipse postulat, [c] *judicium sit penes æqum, non morosum, scrupulosum, avt superstitiosum lectorem.*

Sed, qod [d] *Scripturæ corruptæ, falsiqe adversus Numen divinum testimonii* eos arcessam, *qi in loco illo Mosaico vel cum Judæis ac Latinis Adonaj, vel cum Græcis* Κύριος *legendo Deum nomine* Κύριος *vel Adonaj, eo qo ipse eo loci sensu loqitur, priscis illis cognitum fuisse, avt ipsi negaverint, avt Deum ipsum negantem fecerint.*

Hîc [e] *me potiùs* pronunciat V. Cl. *nimii rigoris, & præcipitis atqe præfracta fine justâ cavssâ sententiæ accusari & insimulari posse.* At ecqare? qæso. nunqid qia σκαφὴν ἢ σκαφὴν λέγω? Ecqid enim falsum dicetur, istud nî fuerit? negare utiqe, Deumqe ipsum in Oraculis etiam sacrosanctis suis negantem introducere, nomine suo *Adonaj* priscis suis illis innotuisse. Verum ecqod ulceri tam manifestario à Viro Peritissimo non tam medela adhibetur, qam velamentum obducitur?

Neqe S. Hieronymus, inqit, [f] *neqe LXX hoc voluerunt dicere, qod fingit V. D. Deum non fuisse cognitum Patribus per nomen* Κύριος *sive Adonaj, avt verò* Κύριον *vel Adonaj esse nomen illud Dei singulare, qod proprium Deus sibi tum fecit, qodqe ante hominibus non revelaverat: neqe eorum verba id sonent, nisi vexata, & contra mentem eorum accepta.*

Mitto, qæ frustrà toties inculcata, de nomine יהוה priscis illis prorsùs incognito, adversus testimonia è scripto sacro clarissima in *Dissertatione* à me in contrarium allata, ad qæ nihil respondit, hîc denuò infercit. An non sponte suâ citra vexationem ullam, sonant hoc, qod ipsissimis syllabis literisqe loquuntur, *Nomen meum Adonaj non indicavi eis*, Deum priscis illis, de qibus loqi-

a *p.* 11, 12. b *Dissert. p.* 91, 92. c *p.* 727. d *Orat. p.* 329. e *p.* 727. *prop. fin.*

a *p.* 728. b *Ex p.* 726. c *p.* 728. d *p.* 99, 100. e *p.* 729. f *p. Ibid.*

loqitur, per nomen *Adonaj* cognitum non fuiſſe? Avt qibus tandem præſtigiis nos effaſcinaturum, effectumqe daturum ſperat ſe Vir Peritiſſimus ut oculi nobis id qod vident ne videant, avres id qod avdiunt ne avdiant, mentes ea qæ percipiunt ne percipiant etiam?

Sed, [a] *non ſunt*, inqit Vir Doctiſſimus *illa ipſiſſima Dei verba Hebraica, è rubo ad Moſem prolata, ſed ſunt eorum interpretamentum ab illis hominibus ad uſum & loqendi morem Judæorum ſui temporis accommodatum. acſi qis Cæſaris Commentarios in vernaculam noſtram Gallicam converteret, & Gallos, Galliam, Allobrogas, Æduos, Seqanos, Armoricos, &c. non veteribus illis, ſed hodiernis recentibus nominibus appellaret; an jure qis illi falſi & mendacii crimen imputaret, ideò qod loci & populi illi non illis nominibus tempore Cæſaris appellarentur? qis illum hominem non rideret? Videat V. D. ne pariter ſe ridendum præbeat, cum falſi & mendacii crimen impingit S. Hieronymo & LXX interpretibus, eorumqe verſionem falſi arguit, ideo qod nomen Adonaj & Κυρίου non ſit ipſum nomen Tetragrammaton, qo Deus ſe appellavit, qum Moſem de rubo alloqeretur. Qis enim pavlò aqior & rerum peritus, non ſatis percipiat, qid ſibi velint, qidqe ſonent eorum verba, nempe, verba illa Adonaj & Κύριον poſita eſſe illic loco & vice nominis illius Dei, qod Judæis ſub illis appellationibus notiſſimum erat avt fuerat?*

At, inqam ego, videat Vir Eruditiſſimus an non ridendum ſe præbeat, qi errori tam craſſo, ut in oculos ſtatim ſe ingerat, qo obvelet, fucum adeò tenuem illitum it, ut laternæ Punicæ inſtar pelluceat. *Non ſunt*, inqit, *ipſiſſima Dei verba Hebraica è rubo ad Moſem prolata.* Et ecqis iſtud, non dixit, dico, ſed vel ſomniavit unqam? Nec ſunt *Hebraica*; *Adonaj* ſi exceperis. qis neſcit? Sed nec *è rubo ad Moſem* à Deo *prolata.* Sunt illa Exod. cap. 3. v. 16. at non ſunt iſta, de qibus agitur, Exod. cap. 6. v. 3.? qem is locum, qia urget torqetqe nimis ipſum, attingere forſitan ſubveretur. Verum σφάλμα μνημονικὸν hoc fuerit potiùs. Sed qid ſunt tandem, ſi *ipſiſſima Dei verba*, qandocunqe, ubicunqe, undecunqe prolata, non ſint? *Sunt eorum interpretamentum*, inqit; hoc eſt, ſi ego Viri Magni verba ritè capio, in lingvam exoticam ex Hebraicâ verſio. Verſio avtem an non debet Textui Originali, ut archetypo apographon, examuſſim reſpondere? Certè verbum verbo etiamſi qi non jugiter reddiderit, interpretis tamen fidi elogium eſt ubi jure commereatur: at qi ſenſum avtoris verbis adverſum planè dederit, infidi notam ut defugiat non eſt. ne interpretis qidem nomen, qi ſic agit, meretur; fidi verò multo minùs. *Maledicta*, ajunt, *gloſſa, qæ corrumpit textum.* qid interpretatio, ſive verſio, qæ geminum prorſus admittit?

Sed, *qi Cæſaris Commentarios in vernaculam lingvam Gallicam verterit, non eſt falſi avt mendacii accuſandus, ſi nominibus recentioribus aliiſqe populos appellaverit, qam qibus per Cæſaris ætatem appellabantur.*

Et qænam iſtic parilis ratio? Cæterùm, O Vir Eximie, ſive Cæſarem qis vertendo, ſive ipſe commentando, ubi de *Britonibus*, qi nunc vocantur, agens, dixerit; *Britones*, qi nunc dicuntur, & per ſecula aliqot ita ſunt nuncupati; at priſcis Gallis *Armoricorum* nomine nunqam innotuerunt: avt de *Burgundionibus*, qi hodiè appellantur; *Burgundionum* qidem per ætates aliqot retroactas nomen geſſerunt; *Heduorum* verò nomine nec priſcis innotuerant. (Ignoſcat Vir Doctiſſimus ſi in ſuorum appellationibus lapſus fuerim) avt de popularibus meis verba faciens; dixerit; *Anglorum* qidem nomine priſcis innotuiſſe, *Britannorum* havd itidem. avt ad paginæ ſacræ Hiſtoriam nos conſtringendo, ſi qis de *Bethaven* apud Hoſheam differens, dixerit; *Bethelem* qidem olim dictam, ſed *Luzi* nomine antiqitùs non innotuiſſe: an non falſi & mendacii manifeſtarii reus meritiſſimè perageretur? Ecqid avtem ab iſtis diverſum exhibent, qi Deum verbis diſertis negant, ipſumve negantem confingunt, nomine ſuo *Adonaj* priſcis patribus illis unqam innotuiſſe? *Verba qid ſonent intelligere*, non eſt reverâ, avt *peritiâ* multâ, avt *eruditione* etiam mediocri opus. opus eſt certè artificio havd mediocri, qo falſi crimen à nominibus ſplendidis illis abſtergatur, qi ritui ſuperſtitioſo, mentiqe divinæ (V. D. ipſo, [a] ſi hîc arbiter ſedere velit, ita cenſente) ex diametro repugnanti obſecuti, non illud duntaxat reddere neglexerunt, qod Deus ipſe dixerat, ſed adverſam planè dictioni divinæ ſententiam in paginam ſacroſanctam interſeruerunt. Avdias, qæſo, Vir Eximie, Druſium tuum in *Additamento* ad *Tetragrammaton* ſuum, de LXX interpretatione loci hujus Moſaici illâ, Τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς, his ipſis verbis cenſuram ſuam ferentem, *Qa interpretatio apertè falſa eſt; niſi per Κύριος intelligas nomen κύριον.* qo modo Philonem monet reddidiſſe, Ὄνομά μου τὸ κύριον οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς. h. e. ut ille vertit, *Nomen meum proprium non indicavi eis.* qanqam ne ſic qidem falſi notâ liberabitur; qod variis è ſacrâ paginâ eſt à me teſtimoniis indicatum, ad qæ nec μὺ nec γρῦ, qod ajunt, Vir Doctiſſimus regeſſit. Cæterùm Æqivocationibus Pontificiis, Scriptorumqe ſacrorum verſionibus vitioſiſſimis, vel introducendis januam latam ſpatioſamqe ſatis aperiunt, vel admiſſæ ubi jam fuerint, excuſandis ferendiſqe ſpecioſos exhibent prætextus, qi tricis techniſqe iſtiuſmodi ad nævos non tollendos, ſed oblinendos & obducendos abutuntur.

Merus proinde eſt verborum ſtrepitus ampullis tumidis inturgeſcens Concluſio illa, [b] *Nullum hîc ergò falſi crimen, nullum ſplendidum mendacium, nulla Sacræ Scripturæ corruptio avt depravatio; ſed mera V. D. hallucinatio, & in pravum atqe alienum ſenſum contorſio, qæ homines ingenuos & candidos non decet, ſed rixoſos, contentioſos, litigioſos, κυμινοπρίστας, qibuſcum contendendi nullus eſt finis.*

An non, Lector candide, qiſqis es, qaſi è plavſtro, qod dicitur, convitia funditantem avdire videris? Stomachum utiqe, uti conjicere licet, moverat illi Moſis locus ille, adverſus id qod definierat ipſe, intortus; qem levare aliter non poterat, niſi ut bilem vitream in partis adverſæ faciem egereret, atqe hoc ipſum ipſe faceret, qi [c] *contumeliis ne geratur*, intercedit, interdicit ipſe.

In eo qod ſeqitur, verba mea, avt non ſatis advertit, avt advertere ſciens prudenſqe noluit. *Qod ego*, inqit, [d] *dixi, de Judæorum, Paraphr. Chald. Apoſtolorum, & S. Hieronymi more, (qi pro* יהוה *Adonaj uſurparunt, vel κύριον) V. D. redarguit, & conatur oſtendere, non eo excuſari eos, qi hodiè illum ſequuntur.*

Acſi ego neminem excuſatum velim, qi *Adonaj* avt *Dominum* hodiè legerit uſqam ubi יהוה reperitur. qum ego de locis eis duntaxat loqar, in qibus ex Viri Doctiſſimi ipſius ſententiâ antè repræſentatâ, vocabulum aliud aliqod reqiritur, qod τῷ יהוה reſpondeat. de qibus etiam duntaxat eò loci differebam. Itaqe *Patres* qod attinet, excuſari poſſe non abnuebam, *ſi cum literarum Hebraicarum plurimùm eſſent ignari, verſionem Græcam ſecuti dum non advertunt, qid locis hiſce* (de qibus agebatur) *Veritas Hebraica exigeret.* Subjungo tantùm, *ſi cum adverterent, ſecùs legebant, culpâ penitùs abſolvi qî poſſint, non intelligere.* De *Apoſtolis* pariter rationes do varias, qibus addúcti morem eum in verſiones Græcas admiſſum retinuerint. adjecto duntaxat, *hodiè ſecus rem habere, qam illorum ſeculo fuerit. Deniqe*, inqam, *qæritur hîc, non qid aliis ob cavſſas jam dictas ab aliis factum fuerit, avt etiam qid aliis in locis, vel vertendis, vel legendis, abſit modò ſuperſtitio*, (nam de *Judæis ſuperſtitioſis* ad ea qæ antè dixeram retuleram me; uti Vir Doctiſſimus & novit & agnoſcit hîc ipſe, ſicut mox videbitur) *vel licuerit, vel etiamnum liceat; ſed qid in eis locis, qæ ſunt ſuprà allata, ſit neceſſariò legendum, qo veritatis aſſerendæ ratio habeatur, Dei mens, qam voluerat ipſe, ſinceriè exprimatur, Scripturæ ſacræ ſenſus illibatus aſſervetur, nec avt gloſſemate ſuppoſititio obfuſcetur, avt falſo etiam corrumpatur.* Atque hæc neſcire qm neqiverit Vir Doctiſſimus an calumniæ notam

a *p.* 729, 730.

a *Vide verba ipſius ex Epiſt. ad Volph. ſup. p.* 64. b *p.* 730. c *p.* 737. d *p.* 730.

notam hîc defugere poſſit, ipſe viderit. Miror interim, cum dictionem hoc loco ita inſtituerit ſuam, ut ubi *Apoſtolorum* etiam mentionem fecerat, qibus *Hieronymum* (qem Sancti tamen titulo eo, qem Apoſtolis nullus tribuit, exornat) ſubjecerat, me ajat *conatum oſtendere, non eo excuſari, qi hodiè illum*, (non & *Apoſtolos*, cum hoc potiùs debuerit) *ſequntur*. Siqidem Hieronymum *ſeqi*, niſi ubi errore immunis præſtari poſſit, culpâ ſanè non caret. de *Apoſtolis*, qm non ἀξιόπιστοι tantùm, ſed ἀνυπόπτοι ſint, errore iſtiuſmodi immunes eſſe præſumitur. Verum conſcientiæ propriæ monitu ſufflaminatus forſitan dictionem ſuam ſic concinnaſſe Vir Doctiſſimus videatur, cum hoc conſcius eſſet ſibi, noſſe ſe, illud in diſceptatione iſtâ ſubjeciſſe me; *Aliqid dixiſſet, egiſſet etiam; ſi Apoſtolos probaſſet locum iſtum* (Ex. 6. 3.) *avt ipſos eo modo citaſſe, avt ſic conceptum calculo ſuo comprobaſſe.* Ea itaqe Vir Doctiſſimus hîc attribuit & affingit mihi, qæ nec volueram ipſe, ſed nec voluiſſe me ignarus eſſe non poterat.

Verum iſta tranſiliens, id arrodendum arripuit, qod in periochæ iſtius veſtibulo dixeram, *De ſuperſtitioſis Judæis ſatis ſuperiùs eſt dictum. Qid avtem illud eſt?* inqit? Tum recitat qidem è meis qædam, ſed ſegmenta duntaxat, malignè decurtata. *Nempe*, inqit, (*p.* 27.) *dixit, ex ſuperſtitione qadam ſeculis inſecutis & ſeqioribus, illis à nomine iſto proloqendo abſtineri ceptum eſt.* Et, (*pag.* 29.) *Ex ſuperſtitione, inqam, uſurpatum hoc, & merâ qidem, ecqid enim aliud ſubeſſe potuit?* Et hæc ego dixi qidem, ſed nec ſola, nec ſolitaria. neqe enim *ſuperſtitionis ſolius*, ſed *præſumptionis* etiam *arrogantiæqe extremæ* Judæos arceſſo Magiſtros: nec id nudè affirmo, ſed rationibus allatis confirmo, (qas ſicco pede Vir Clariſſimus cum illic, tum & iſtic tranſilit) [a] *qod nomen utiqe illud ſupprimere conati ſint, qo Deus apud ſuos innoteſcere, qoqe apud eos inſigniri, appellari, compellari volebat.* addo jam, ex Viri Clariſſimi ipſius ſententiâ, *qod Gentibus* etiam *innoteſcere voluit, qas ſui famâ & celebritate perfuſas eſſe volebat.*

Sed qid ad iſta parte retracta & repoſita jam Vir Clariſſimus? *ut Religionis*, [b] inqit, *ſic & Superſtitionis, & αἱρέσεως etiam vocabulum, modò in bonam, modò in malam partem uſurpatur. eſt enim Superſtitio interdùm ἐυλάβεια qadam ex reverentiâ & veneratione qadam non uſqeqaqe damnanda. Atqe hinc ortum ſuum habuiſſe primò videtur abſtinentia ultronea & ſpontanea à proloqendo nomine iſto in vulgari uſu & ſermone; qæ qamdiu intra certos fines ſe continuit, non videtur fuiſſe uſqeadeò damnanda. ubi ceptum eſt exiſtimari piaculum & grande nefas eſſe, nomen illud qomodocunqe proloqi, verſa eſt illa ἐυλάβεια in ſuperſtitionem minimè probandam. neqe verò etiam ea mihi probatur, neqe velim qenqam ejuſmodi religione teneri; ſi certò teneremus & indubitatò, qanam ſit vera Tetragrammati pronunciatio, liberum omninò* [c] *exiſtimarem cuilibet pio & fideli, illud efferre, maximè ſub N. T. ſub qo major eſt per Chriſtum ad Patrem recedendi & eum compellandi libertas & fiducia, qam ſub V. Ad cujus jugi partem aliqam ſorte pertinere potuit ſpontanea illa à vulgari & communi nominis illius prolatione abſtinentia ex ἐυλαβείᾳ ſive reverentiâ, honore & veneratione initio profecta.*

Hæc adverſus me, pro Judæis, qorum cavſſam agit hîc, V. C. ego verò, qod iſtic Vir Doctiſſimus αἱρέσεως vocabulum in partem meliorem ſæpiſſimè ſumi, unde Galeno Libri περὶ τελῶν αἱρέσεων, & περὶ τῆς ἀιρέσεως αἱρέσεως inſcripti, de qo & alibi eſt à me diſſertatum, non ignoro. Sed & *Religionis* nomen in partem ſeqiorem rapi obſervo, tam in Lucretiano illo.

Tantum relligio potuit ſvadere malorum; qam & in illo apud Gellium,

Religentem eſſe oportet, religioſum nefas. Superſtitio ubi in partem probam uſurpetur, nondum comperi. Cicero certè Latinitatis avtor optimus, *de Naturâ Deor. lib.* 1. *Horum ſententiæ, non modo ſuperſtitionem tollunt, in qâ ineſt timor inanis Deorum, ſed etiam religionem, qa Deorum cultu pio continetur.* Idemqe *l.* 2. *Non philoſophi tantùm, verum etiam majores noſtri Superſtitionem à Religione ſeparaverunt.* (qæ verba ex eodem citat Avguſtinus *de Civit. Dei l.* 4. *c.* 30.) Et mox; *Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo; alterum vitii nomen, alterum lavdis.* Idemqe *de Divinat. l.* 2. *Non tollitur religio ſuperſtitione tollendâ.* Verum miſſis tricis criticis hiſce, obſervet licet hîc, qiſqis eſt, Lector cordatus, qam Judaicarum ſuperſtitionum ac præſumptionum favtorem ac fotorem ſedulum, patronum ac propugnatorem ſtrenuum Vir Doctiſſimus ſe exhibeat. Qod in [a] *Oratione*, ἐυλαβείᾳ *avt ſuperſtitione, in Epiſt. ad D. Volph.* [b] *religione, vel ſi mavis ſuperſtitione*, dixerat; id qaſi vel imprudenti excidiſſet, vel invitus conceſſiſſet, ſolicitè iſtic, qaſi ſcholio adjecto, cavet, ne vox ea, cum notæ notioniſqe minùs probæ habeatur, in partem ſeqiorem accipiatur. ἐυλάβειαν vult intelligi *non uſqe adeò damnandam*, utpote qæ *ad jugi illius partem aliqam fortè pertineat*, ſub qo priſci illi continebantur. qaſi verò è rituum per Moſem populo illi divinitùs indictorum, (qos jugi appellatione deſignant Apoſtoli, Act. c. 15. v. 10. Galat. c. 5. v. 1.) numero & iſtud fuerit; & interdictio ejuſdem etiam à Deo ipſo lege latâ aliqâ ſit ſancita: qod & *non alienum à vero videri poſſe*, [c] in *Oratione* dixerat. Qin &, ut mittam qærere, utrum ſit vero ſimilius, plebem primitùs iſtud ſponte uſurpaſſe, an magiſtros ſuos eorumqe placita & decreta hac in parte ſecutam. Eſto à plebe primitùs ceptum, *ex veneratione qadam* ab hoc nomine proferendo abſtinere: Lubens ego à Viro Clariſſimo qæſierim, an non ſuperſtitioſum fuerit venerationem ſingularem iſtiuſmodi nomini ipſi huic potiùs qam nominibus אדני שדי אל יה aliiſqe Dei ejuſdem appellationibus exhibere: & an non geminum ſit hoc ritui illi vano nulloqe nixo fundamine, qem de nomine *Jeſu* uſurpant Pontificii, qibus eo nomine ſuperſtitionis notam jure merito nos inurimus. Certè, qod de Cicerone Avguſtinus loco ſuperiùs indicato, *Qis non intelligat eum conari religionem lavdare majorum, eamqe à ſuperſtitione velle ſejungere?* idem liceat de Viro Doctiſſimo dicere. Qis non animadvertat eum, hanc qam hîc prædicat, Judæulorum neſcio qorum ἐυλάβειαν (uti ipſe indigetat) probare, eamqe à ſuperſtitionis notâ velle ſejungere? Avdiat deniqe Vir Clariſſimus popularem ſuum piæ memoriæ D. Joannem Calvinum de Judæorum ritu illo ſententiam ſuam ferentem, in *Comment. ad Exod.* 6. Certè, inqit, *qod Judæi nec proferre, nec ſcribere avdent, ſed ſubſtituunt nomen Adonaj, putida eſt ſuperſtitio.*

Sed ad ulteriora pergamus. Tandem ergò, poſt dictionem diu ultra ſcammata productam, qaſi incertus planè ubi pedem figat, *Malo*, [d] inqit, *& ſatius duco; cum Judæis, non hodiernis ſuperſtitioſis, ſed cum veteribus illis* ἐυλαβέσι, *qi ultrò à nominis illius pronunciatione abſtinebant*; (*etſi non ex eadem cum illis* ἐυλαβείᾳ) *cum veteribus Interpretibus Bibliorum*; (*etſi non eadem cum illis de cavſſâ*) *cum Apoſtolis deniqe ipſis; ab ejus prolatione abſtinere, & ejus loco Adonaj legere, potiùs qàm pravè & perperam & barbarè illud efferre.*

Ita *cum Judæis antiqis* ἐυλαβέσιν illis neſcio qibus, qi qinam fuerint, nec ipſe (puto) novit; & *cum veteribus Bibliorum interpretibus*, convenire, nec convenire ſe, Vir Doctiſſimus profitetur. qod idem & de Apoſtolis ſubjungere potuerat; cur non adjecerit, ipſe viderit. Certè avtem, qi eiſdem cum aliis inſiſtunt veſtigiis, nec eiſdem tamen cum illis de cavſſis ſemitam eandem terunt, nec culpâ abſolvi qandoqe poſſunt, qâ immunes tamen illi fuerint; nec eandem contrahere ſemper neceſſe eſt, etiamſi illi aliqâ non vacaverint. De notis noviſſimis & notiſſimis jam illis, qibus tanqam teſſellis ſpecioſis, *Endo pavimento atqe emblemate vermiculato*, ſubinde interſitis, ſuam jugiter exornat dictionem, cum paſſim occurrant, Lectoris ſtomacho qo conſulam, iteratò adjicere qicqam ſuperſedebo.

a *Ep. ad Volph. p.* 738. b *p.* 7. c *p.* 731.

a *p.* 319. b *p.* 738. c *p.* 310. d *p.* 731.

Cæterum fruſtrà demum concludit (illud admordens, qod de Judæulis illis, qos εὐλαβεῖς hîc appellitat, eorumqe prætenſionibus dixeram, [a] *Specioſi qidem prætextus iſti, ſed ſuperſtitionem eluere impotes plane*) verbis hiſce; [b] *Non ſpecioſi modò prætextus, ſed & legitima cauſſa hac omni æqo & cordato Lectori videbitur eluenda omnis de ſuperſtitione ſuſpicionis, contra qam V. D. (p. 33.) videtur. Itaqe qæ V. D. inde ad p. 35. habet adverſus ſuperſtitioſam nominis illius abſtinentiam omitto, tanqam otioſa, nihilqe ad nos, ſed ad ſuperſtitioſos Judæos attinentia.*

Atqi, primò ego qidem, Vir eximie, nuſqam dixi, *ſpecioſos illorum prætextus, qi cum Apoſtolis malunt à nominis* יהוה *prolatione abſtinere, qam pravè, perperam & barbarè illud efferre, eſſe ſuperſtitionem eluere impotes.* Hoc dixi duntaxat (qod & ipſe ſatis noſti) de *ſpecioſis* εὐλαβῶν illorum, qos nullo adducto hiſtorici alicujus teſtimonio è cerebro tuo ipſe confingere videris, *prætextibus*, qi praxi eorum ſuperſtitioſæ à teipſo obtenduntur; idqe allatis rationibus, qibus reſpondere, officii tui, qi patrocinium eorum ſuſceperas, ego qidem fuiſſe exiſtimaſſem.

2. Conſideratè minùs ratione non unâ agere videris, cum ea qæ à me afferuntur, qo prætextuum ſpecioſorum illorum hac in parte *impotentiam* per paginas aliqot evincere connitor, *otioſa* eſſe pronuncias, *nihilqe ad vos, ſed ad ſuperſtitioſos Judæos attinentia.*

Siqidem 1. hoc dicto calumniæ notam à me tibi objectam agnoſcis, tuoqe te indicio, ſoricis inſtar illius, qi in diverbio habetur, prodis.

2. *Superſtitioſos Judæos* hîc nuncupando, *ſuperſtitionem* eis exprobras, qos εὐλαβεῖς modò nuncupari & haberi volebas, qoſqe notâ illâ liberare ſupra ſatagebas.

3. Fruſtrà, *tanqam otioſa, nec ad te attinentia*, omittere te dicis, qum ea qæ illorum *ſuperſtitionem* retundunt, non ad ipſos ſolos *attineant*, ſed ad illos etiam, qi eorundem ſuperſtitioni ſuppetias ferunt, patrocinium commodant, qorum è numero ſi te, qi excuſas, probas, lavdas, (qod ex ſupradictis liqet ſatis) exemtum ire volueris, meritò exiſtimaberis, qod diverbio antiqo dicitur, *Artem pudere proloqi qam factites.*

3. Qod tam fidenter præſumis, tibiqe nimium forſan vel adblandiendo, vel indulgendo polliceris, *non prætextum tantum ſpecioſum, ſed & cauſſam legitimam hanc eluendæ omnis de ſuperſtitione ſuſpicionis æqo cuiqe & cordato Lectori viſum iri.* Ecqid, rogo hoc eſt, qod tam efficax videri debeat, & neceſſe ſit eſſe? *num, ſi malis cum Judais illis εὐλαβέσιν, interpretibus, Apoſtolis, à nominis hujus pronunciatione abſtinere potiùs, qam pravè, perperam, & barbarè illud efferre?*

At 1. meminiſſe debueras, qibus de locis hoc loco agatur. de eis nempe, *in qibus conſilium & animus ſcribentis eſt nomen hoc exprimere*, qod & pag. 727. agnoveras ipſe.

2. Probandum adhuc ſupereſt Apoſtolos te duces prævios his in locis habere.

3. *Barbaram pravamqe*, qo nomine vocem *Jehovah* paſſim σημαίζεις & ſcilicet ſpiritum, prolationem, ejuſmodi eſſe, qalem ipſe qaſi è cathedrâ eſſe pronuncias, demonſtrari ſibi æqus qiſqe & cordatus Lector poſtulabit, priuſqam ad ſententiam pro te ferendam accedat.

Deniqe, Lectores ſperes & præſumas neceſſe eſt, vel præjudicio obſtrictos, vel minùs ſaltem conſideratos, qos pro te hac in parte pronunciaturos tam fidenter pronuncias; qum tamen ab eis aliis de cauſſis aliiſqe rationibus, qas interim qænam ſint ſubtices, qàm illi habebant, qorum ſub nominibus ſplendidis, tanqam ſub Ajacis clypeo deliteſcens, tutelam tibi cauſſæqe tuæ patrocinium juſtum expectas, ut in praxi cum illis conſpires, adductum te profiteris. qomodo enim à ſuperſtitionis notâ te in hac praxi abſolvent, qi facti rationem nevtiqam intelligunt? avt ſuperſtitionis ſuſpicionem qo pacto à ſe amolietur, qi facti ſui fundum diſertè proloqi non ſuſtinet; eas duntaxat à ſe cauſſas ſemotum it, qibus illi inducti idem fecerant, qos ſibi in hac cauſſâ imitandos proponit, qorvmqe exemplis atqe avtoritate praxin ſuam à *ſuperſtitione*, ejuſdemqe *ſuſpicione* omni *immunem* pronunciari poſtulat?

4. Diſpiciat ſecum pavliſper ſeriò Vir Doctiſſimus affectu ſepoſito, an ipſi ſecum iſtic conveniat ſatis.

1. *Malle* hîc profitetur *cum veteribus Interpretibus, à nominis illius prolatione abſtinere, ejuſqe loco Adonaj legere potiùs, qam pravè & perperam, atqe barbarè illud proferre.* Atqi Vir idem Clariſſimus p. 726. *non abnuere* profitetur, *ut Exod. 6. 3. nomen iſtud per conſonas ſuas efferatur, adjectis vocalibus qibuſcunqe ſaltem, ut Lectori conſtet, qibus literis, ſive conſonis ſcribatur.* imò, qod *Diſſertationis* meæ p. 40. dixeram, *Malle me ejuſmodi qodlibet, qam Adonaj in loco illo Moſaico*; ratione qare id velim adjectâ, *Totum illud verum eſſe locumqe habere* agnoſcit, *ubi animus & conſilium ſcribentis eſt, nomen ipſum exprimere, & qale ſit dicere & indicare.* qod ſecùs factum interpretibus illis, qibuſcum tamen in hoc ſibi convenire iſtic profitetur.

Ad hæc, qod tanqam *pravum barbarumqe* cum iſtic tum & alibi paſſim explodit, tamen eſt ubi poſt *Javoh* ſuum reliqis omnibus præfert; *malleqe* profitetur [a] ſe *locis illis Jahvoh vel Jehovah, qam reliqa à me adducta:* in qibus fuerat & *Jave* Samaritarum, qod Druſius *germanum eſſe conjicit*, & *reliqis* omnibus *præfert.* Ecqis ergò *æqus & cordatus Lector* pro Viro Clariſſimo hac cauſſâ ſolâ ſubnixo, hîc pronunciabit, cujus infirmitatem agnoſcentem ipſummet adverterit?

Sed pergit Vir Doctiſſimus ad ſuperiora reverſus, qod p. 34. dixeram, ſub incudem reducere atqe exagitare. Dixeram, *cavillum eſſe frigidum, & calumniam meram, ideò nos ſuperſtitionis Judaica accuſare Patres antiqos, & ex Evangelicis doctiſſimos qoſqe, qi nominis hujus loco ſolent aliud aliqod ſubſtituere, qia à merâ ſuperſtitione ritum illum apud Judæos primitùs ortum affirmamus, cum hoc ab illis aliâ ratione uſurpari potuerit.*

Ad hæc qid Vir Clariſſimus? *Reſp.* inqit, [b] *Neqe à nobis etiam id ex ſuperſtitione Judaicâ fieri, ſed propter rationes ſupra explicatas. non poteſt itaqe nos ſuperſtitionis Judaicæ inſimulare, qin & illos & Apoſtolos etiam eâ ſimul involvat.*

Propter rationes, inqit, *ſupra explicatas.* At illæ qænam? qæ non ſint, utiqe ſupra dixerat; qæ ſint verò, nec verbulo meminit, nedum ut explicatas dederit. niſi de *prolatione barbarâ* qod dixerat, velit: qæ qam ſit cauſſa minùs idonea, ex ipſius conceſſis liqidò ſatis oſtendimus.

Verum urget hîc acriùs, vehementiúſqe inſurgit, & qaſi habenis vel effuſis vel excuſſis, liberiùs inſectatur atqe invehitur. *Malignitatis* utiqe me vel *ſtuporis* arceſſit. & hoc qidem ego qàm illud mavelim. Videndum tamen an utroqe immunem præſtare me poſſim.

Avt malignè, avt ſtupidè, inqit, [c] *non animadvertit V. D. me hîc non argumentari, ſed retorqere argumentum, qo ipſius ſimiles ſolent gravare ſententiam, qam poſt Druſium & alios ego tueor. Factum noſtrum ſolent illi inſimulare Judaicæ ſuperſtitionis, qaſi aliunde eſſe non poſſit, qod qis à pronunciatione vocis Jehovah abſtineat. Si illud verum eſt, ut ipſi præſupponunt adverſus nos, ergò, inqam, accuſandi etiam ſuperſtitionis Judaicæ Apoſtoli, Patres antiqi, hodieqe multi doctiſſimi viri, qi ab illâ pronunciatione abſtinent.*

Atqi, O Vir diſertiſſime, ſtupori, qæſo, ignoſcas meo, ſi *mei ſimiles* qos hîc dicis, ſive ei, *qi vulgatam & vitioſam* (uti tibi nuncupare viſum) *illam nominis Tetragrammati pronunciationem tuentur*, (prout in [d] *Oratione* locutus es) qid velint avt cenſeant, non ſim ſatis aſſecutus. Ritum hunc à voce יהוה proferendo abſtinendi, & *τὸ Adonaj* ejus loco ſubſtituendi, *non niſi à ſuperſtitione primitùs profluxiſſe* contendunt. At verò ubi *ſuperſtitionis Judaicæ eos omnes inſimulant, qi nomen iſtud ejus loco uſurpant, avt qi vocabulum Jehovah non admittunt;*

a *p.* 33. b *p.* 731.

a *p.* 727. b *p.* 731. c *ibid.* d *p.* 315.

tunt; nuſqam ego apud horum ullum hactenùs comperi. Tu qi illis hoc affingis, niſi obſignatis tabulis egeris, verbaqe vel mea, vel *mei ſimilium* diſerta hunc in ſenſum produxeris, nondum me tam craſſus *ſtupor* obſedit, qin reverâ non tam *argumentari* qam *calumniari* iſtic intelligam. Hoc enim certè niſi potueris, calumnia manifeſtaria fuerit. Cæterum aliqid Viro Doctiſſimo comminiſcendum fuit, de *ſcandalo* à neſcio qibus *poſito*, uti in [a] *Orationis* veſtibulo profitetur, *qi nomen Tetragrammaton aliter qam Jehovah efferentem non ſuſtineant*; cujus occaſione, ſub prætextu ſpecioſo, tanqam Legi divinæ *de ſcandalo coram caco* (pro qibus me meiqe ſimiles habet) *vel non ponendo, vel poſitum non ſubtrahendo*, obſecutus, in nomen iſtud uſurpantes licentiùs graſſaretur, & *craſſo, fœdo, intolerando barbariſmo nominis divini dehoneſtati & commaculati reos ageret.* Calumniam avtem hanc (ita meritò dixerim, donec notam eam meliùs, qam eſt hactenus aggreſſus etiam, abſterſerit) qod attinet, tantùm abeſt ut eâ liberarit ſeſe *Defenſione* iſtâ, ut ampliùs etiam dilatarit. Siqidem *Defenſionis* hujus pag. 726. *Hæc eſt*, inqit, *plerorumqe, ne dicam omnium ferme eorum, qi Tetragrammaton efferunt per Jehovah ſententia, ut deſiniant hanc eſſe veram & legitimam ejus pronunciationem, præter qam nefas ſit aliam uſurpare, nec alios ferre poſſunt aliter illud efferentes, avt Adonaj illius loco proferentes, nec patienter, & ſine indignatione avdire eos poſſunt ſic loqentes.* At tu, Vir præſtantiſſime, aliqot ſaltem, qæſo, ex his omnibus, qos tam acriter oppugnas, tam graviter inſimulas, nominatim nobis exhibeas, qi vel *ſuperſtitionis Judaicæ eos univerſos arceſſant*, vel *minimè ferendos eſſe cenſuerint*, qicunqe ullis in locis ullâve de cavſſâ *nomen Adonaj loco* יהוה *uſurparint*, *vel nomen Jehovah non admiſerint.* Ex eis, qi de voce iſtâ è parte alterâ conſiſtunt, ut Pontificios ſileam, qibus tu hac in lite velificaris, te poſſim ſic affectum nominare, qi *intolerandum* eſſe vocabuli *Jehovah* uſum pronuncias, contumeliiſqe tam crebris, tam variis, tam gravibus qacunqe occaſione inceſſis, hoc ut ſtudio cumprimis habuiſſe videaris, ut nemini ferendum, qantum in te eſt, faceres. Cui adjungere liceat [b] Druſium tuum, qi (ex Viri Clariſſimi D. Dorſhei fide loqor) eo eſt lapſus, ut exiſtimaret, *ſalvâ conſcientiâ neminem pium Deiqe metuentem eo uti poſſe.*

Cæterum qorſum ego de aliis, qos hoc nomine inſimulas, litem tibi intendam, & calumniæ notam aſpergere contendam, qum de meipſo poſſim nominatim tibi dicam indicere, qem *ſeveritatis* (uti appellas) *ac moſitatis* hujuſce arceſſis, pag. 735. *Qi eos*, inqis, de me verba habens, *ſuperſtitionis Judaicæ, & qidem meræ damnat, qotqot Jehovah renuunt pro Tetragrammato genuino recipere.* Hæc tu de me ipſe; & qo lectori fucum faceres, qaſi *αὐτολεξεὶ* ipſiſſima verba mea recitaſſes, accuſationis an criminis materiam qæ continebant, diverſo à tuis charactere depingi procuraveras. Mea avtem iſta ſicubi deprehenſa in lucem aliqandò protuleris, induci potero, ut credam idem ab aliis, qorum impræſentiarum neminem qenqam novi, admiſſum. Me interim hîc calumniatum certus ſum, idqe fidenter aſſeverare poſſim: de aliis ipſe videris.

Calumniam itaqe non injuriâ, & *calidam* qidem ſatis, hanc dixerim. *Cavillum* avtem havd *frigidum* minùs, qod ex hac noſtrâ de ritus iſtius origine ſententiâ, vis omnes eos à nobis *ſuperſtitionis* reos peragi, qi eum unqam uſurparint. Stupidum ſatis ut non diffitear me, utpote cui unâ cum corpuſculi vireculis exhavſtis ferè, animi qoqe facultates mentiſqe vigor plurimùm emarcuerint: at nondum ego meiqe ſimiles, per Dei gratiam, adhuc adeò obſtupuimus, qin ut ab illo ad iſtud, à ritus utiqe alicujus ortu ſuperſtitioſo, ad morem eundem aliis de cavſſis uſurpatum, ratiocinari, ſive in argumento primitùs intorto, ſive in retorto id fiat, ineptum & invalidum planè ſentiamus exiſtere. qod & variis rationibus atqe inſtantiis oſtendo, eo ipſo qem Vir Doctiſſimus indicat ſimul & impetit, loco. idemqe ipſe in ſeqentibus agnoſcit, & ulteriùs etiam, operâ minùs hîc neceſſariâ, (qorſum enim?) confirmat. Itaqe qamvis fruſtra, extra oleas (qod ajunt) divagatus ſit, qum extra limites ſubjecti in loco præſenti controverſi conſiſtere neſcius eſſe neqeat, qæ de *Patribus & Apoſtolis* ſtylo fuſiùs expatiante & excurrente diſſerit, in qibus *ſeveritatis* ſupradictæ & *moroſitatis rigidæ* notam *mihi meiqe ſimilibus & ſeqacibus*, ob dicam ſibi ſuiſqe ſine cavſſâ juſtâ dictam, inurere conatur; eis tamen Lectorem ubi diutiùs detinuit, tandem ad id qod agitur, cujus hactenus oblitus planè videri poterat, qaſi memoriâ refricatâ, denuò regreſſus, concludit, [a] *nullam in loci Moſaici Exod. 6. 3. verſione Hieronymianâ Græcanicâve, avt corruptionem, avt depravationem, avt mendacium* haberi, *uti à ſe demonſtratum eſt.* de qo ad ea qæ ſunt ab illo hoc fine propoſita, & à me contrà repoſita, Lectorem ego lubentiſſimè remitto.

Concluſio mea ſic habuerat: *Qum vocabulo aliqo opus eſſe videatur, qo nomen* יהוה *exprimatur, utpote abſqe qo ſacra pagina loca qædam nec commodè, nec verè, avt verti, avt proferri poſſint; nomen avtem Jehova, ſive Jova etiam, etiamſi ejuſdem prolationi priſcæ exactè reſpondere non conſtet, ad eam tamen prope admodum accedere ſit perſpicuum; idqe, à qocunqe primò prodierit, jam ſit cum à Viris doctis in verſiones, commentationes, diſſertationes, exercitationes ſuas admiſſum, tum & à piis pleriſqe, qâ paſtoribus, qâ plebejis uſu longo latéqe patente receptum; nihil cavſſæ videri, qî non poſſit retineri, & multo etiam minùs, cur tanqam craſſi fœdiqe barbariſmi nomine explodi furcillariqe debeat.*

Ad hanc Vir Doctiſſimus hæc reponit. [b] *Primò, ſi de verâ Tetragrammati nominis pronunciatione conſtaret, non interceſſurum, qo minùs ubicunqe occurrerit, in verſionibus vernaculis illic compareat. Cum avtem (Deo ſic providente pro ſuo arbitrio) nos lateat, non magnopere utile, multò minùs neceſſarium eſſe putare, ut aliqod nomen ejus literis, ſed alienis vocalibus, conſtans, in ejus locum recipiatur, cum abſqe eo Scripturæ loca commodè ſatis & verè etiam verti & pronunciari poſſint.*

Atqi, Vir Clariſſime, num *omnia commodè veréqe ſic verti & pronunciari poſſunt*? hoc eſt enim, de qo qæritur, meiſqe ſi contraire & contradicere volebas, *Negativæ Particulari*, ex legibus Dialecticis, *Affirmativa Univerſalis* opponi debuerat. In hac avtem parte, ad ea qæ ſunt ſuperiùs utrinqe dicta & diſceptata me refero; ubi inclinatiorem in hac lite Virum Doctiſſimum habuimus.

[c] Sed *Anglicanam verſionem noviſſimam* hîc appellat; in qâ *vocabulum LORD loco Tetragrammati ubiqe, excepto Ex. 6. 3. comparet, literis majuſculis deſcriptum, qo indicetur iſtic in Hebræo textu eſſe nomen Tetragrammaton.*

At verò, 1. havd diligenter ſatis Biblia noſtratia Vir Clariſſimus evolvit. in aliis enim comperiſſet, extra illum qem citat, locis, nomen *Jehovah* Interpretes noviſſimos noſtros repræſentaſſe, nempe Geneſ. c. 22. v. 17. Exod. c. 17. v. 15. Hymn. 83. v. 18. In loco avtem Moſaico illo, unanimi qaſi conſenſu conſpirantes, editiones, verſioneſqe, qæ proſtant, univerſæ, Tindaliana antiqiſſima, Epiſcopalis, qæ dicitur & Genevenſis, intermediæ, Jacobina noviſſima, uno ore teſtimonium adverſus Virum Doctiſſimum exhibent: ut qos patronos ſive favtores advocabat, ſententiam facto ferentes contra ſe habeat. cum præſumi meritò poſſit, verſionum harum Avtores, à recepto priùs more non fuiſſe receſſuros, ſi verè commodéve ſic verti potuiſſe loco illo, lociſve illis, qibus aliter vertere, exiſtimaſſent.

Tum videat Vir Clariſſimus Druſium, qem in his ſeqi profitetur, qàm ex adverſo hîc argumentantem habeat. Is *in Exod. Commentar. c. 13.* ubi non ſine ſtomacho (cui nimius nonnunqam indulget) pronunciaverat, *Circa hoc nomen graviter peccari ab eis qi Jehova legunt; qa lectio*, inqit, *nihili eſt.* mox aceto acri noſtros

a *p.* 314. b *De Nomine Jehova* §. 12.

a *p.* 41. b *p.* 734. c *p.* 734 *p.* 135.

ſtros perfundens; *Qocirca miror*, inqit, *Anglos, qi eo uſi ſunt interdum.* qaſi verò Angli ſoli admiſſi hujus tam gravis ſint rei. cum neſcius ipſe non eſſet, imò diſertè agnoſcat ad *Tetragrammati cap. 12. Fagium, Cajetanum, Lipomanum, Oleaſtrium, alios ſine numero*; *uſqe ad unum ferè Theologos religionis reformatæ*; *in qeis Tremellium & Bezam*, (nam *Junium* per affectum ſeqiorem nec nominare ſuſtinuit; Calvinum verò cur omiſerit, cum Bezam poſuerit, ariolari neqeo) vocem iſtam Tetragrammati loco uſurpaſſe. Sed magiſterialiter ſatis, *Nollem factum*, inqit. Nec erat qod Interpretes noſtri vellet necne Vir Clariſſimus multùm laborarent, cum ad illius tribunal nec citari jure potuerint, nec ſe ſiſtere neceſſe haberent. Cæterum contra qam iſtic Vir Doctiſſimus rationem ineuntem D. Druſium avdiamus. *Avt genuina eſt lectio*, inqit, *avt corrupta. Si genuina, cur non ſemper utuntur? ſi corrupta, cur aliqando? nam qod corruptionem habet, exulare penitùs debet à literis myſticis. Forte nolebant nomen prophanum, qod ſacrum eſſe putabant, nimium prophanare. Ego ſic ſentio, cum non habeat proprias vocales, non poſſe legi ſuis conſonantibus.*

Atqi, O Vir eximie, qi noſtros tam acriter perſtringis, & dilemmate tuo tam arctè conſtrictos tenere te avtumas; ego à te primo loco qæſierim, genuina an corrupta ſit pronunciatio, legere, pro עזיה *Oziæ*, pro ישעיהו *Eſajas*, pro עמרה *Gomorrha*, pro אלישבע *Elizabeth*, pro עזה *Gaza*, pro אשדוד *Azotus*. qod ſi genuina eſſe negaveris, & corruptionis qadantenus ſaltem arceſſiveris; *qod avtem corruptionem habet, à literis myſticis exulare penitùs debet*; certè è ſcriptis Evangelicis eradenda fuerint iſta, qæ à genuinâ vocum Hebraicarum, qibus exprimendis uſurpantur, abſcedunt longiùs pleraqe, qam à יהוה poteſt *Jehovah*. Imò cur non è ſacris voluminibus expungi poſtulas, nomina illa, *Beliar, Boſor, Sichar, Boanerges* aliaqe havd pavca, qæ in *Commentar*: *ad voces N. T.* corruptionem aliqam habere agnoſcis ipſe? Iſta avtem, qamvis à pronunciatione genuinâ, de qâ in pleriſqe conſtat ſatis, diſcedant, ſi licitè tamen uſurpari qeant; ecqid obſtat, qo minùs iſtud, etiamſi puncta genuina non exactè repræſentaret, (qod tamen nec probas, nec probari etiam poterit) ubi de genuinâ ipſâ prolatione non conſtat, non parem vel licentiam vel libertatem obtineat.

Tum eundem Virum Clariſſimum libens percontarer, ſi in ſuperis foret, utra *gravior* ſit habenda *corruptio*, vocabuli an ſenſus. at eſt ſenſus corruptio (uti eſt ſupra demonſtratum) eo loci, qem commentatur is, id legere, cum Vulgatâ, qod ipſe poſcit; voculæ tantùm, qod noſtri repræſentant. nam de Græca τῶ LXX qid ipſe cenſuerit, ſupra vidimus.

Illud interim obſervatum velim, qam nomine non uno viri Magni iſti à ſe invicem abeant. Admiſerat D. Cappellus locis qibuſdam *vocem aliqam ex nominis* יהוה *conſonis cum vocalibus licet alienis conflatam.* At D. Druſius, *qia corruptionem habeat*, vocem iſtiuſmodi à contextu ſacro *penitùs exulare* debere contendit. Tum D. Cappellus Anglos probat, qod illo duntaxat loco (in qo lapſum tamen oſtendimus) exhibuerint, aliud alibi paſſim ſubſtituerint. at D. Druſius vitio vertit culpatqe, qod genuinum cum avtumarent, non ubiqe exhibuerint. qin & ſuperſtitionis ratione hac reos facit, qaſi crebrâ nominis hujus repetitione profanatum iri nomen illud vererentur, cum ſacrum eſſe opinarentur. eſſetqe id reverâ metus inanis, ſuperſtitione non immunis. eâdem ſiqidem ratione nomen illud ipſum prophanaſſent Vates ſacri, cum in Vaticiniis concionibuſqe ſuis idipſum identidem tam freqenter inculcarent. Sed Druſio dimiſſo, ad Defenſorem revertamur.

[a] Qod de *Gallis* ſuis ſubjicit Vir Doctiſſimus, qi *Æterni* nomine, cum apud Moſem, tum & alibi paſſim nomen iſtud exprimunt.

Ut alia mittam; illud duntaxat reſpondeo; minùs qidem accuratè hac in parte qam noſtros, populares ſuos egiſſe, cum attributum nominis proprii loco ſubſtituunt: in hoc tamen ſaltem cum noſtris conſentire, qod fœdam craſſamqe loci Moſaici illius perverſionem devitarint, qam in Græcis & Latino Vetere Vir Doctiſſimus probat.

Sed [a] *ſi vocabulo ejuſmodi aliqo opus eſſet, ad exprimendum Tetragrammaton, ad id*, inqit Vir Doctiſſimus *non magis conduceret Jehovah, qam qodlibet aliud Javeh, Jevoh, Jaoh, Jahvoh*, vel Ἰαώ.

An *magis conducat* propiúſve accedat, ex priùs dictis colligat licet Lector cordatus. Imò ſi *non conducat magis*, ecqid, qæſo, in cauſſâ fuerit, qare, ubi ego *horum qodlibet malle qam Adonaj* in loco Moſaico illo dixeram, Vir ipſe Doctiſſimus [b] *Jehovah malle ſe* pronunciavit, *qam reliqa à me adducta?* Cur enim hoc qam reliqa illa malebat, ſi malle ſui rationem nullam juſtam habebat? Verum perpendat Lector conſideratus, qam ἀπροσωπόληπτος paſſim Vir Clariſſimus exiſtat, qam parum penſi habeat, ὑπὲρ τῶν παθῶν ἀνθελκόμενος, qid malle, vel nec malle profiteatur, modò parti adverſæ adverſum aliqid proferat. Rationes ab ipſo redditas ibi videat Lector, ob qas id tunc maluerit, qod citra rationem aliqam aſſignatam nunc iſtic retractat.

[c] *Extra Scripturam* tamen, *qo minùs in virorum Doctorum Commentariis, Diſſertationibus, Exercitationibus uſurpetur Jehovah, (qia multo uſu receptum eſt) non ad exprimendam veram & genuinam* יהוה *pronunciationem, ſed duntaxat docendi cavſſâ, ad indicandum qalitercunqe nomen illud, qum occaſio poſtulat, non intercedere ſe*, ait: *nec qin ſit liberum cuiqe, prout voluerit, hoc vel alio aliqo vocabulo uti. neqe enim rem eſſe uſqeadeò magni momenti, ut propterea acrius decertari à qoqam oporteat.*

Qod eſt idem prorſus ac ſi qis diceret de nomine *Eſajas*; *Extra Scripturam, ſi non uſurpetur ad exprimendam veram & genuinam* ישעיהו *pronunciationem, ſed duntaxat docendi cavſſâ, ad indicandum qalitercunqe nomen illud, qum occaſio poſtulat non intercedere qò minùs in Virorum doctorum commentariis locum habeat.* Hoc avtem qī diceret, an non is innuere meritò cenſeretur, non probare ſe, ſi nomen *Eſajas* in Verſionibus vel Græcis, vel Latinis, vel aliis qibuſvis uſurpetur? Ecqis avtem, excepto Viro Doctiſſimo de nomine iſto iſtud diceret? At, qo alio fine nomine hoc Evangeliſtæ ac Apoſtolī utuntur, qàm qo *Jehovah* noſtri, ſive in verſionibus, ſive in aliis ſcriptis? qum tamen longiùs multo à genuinâ ישעיהו pronunciatione abſcedat *Eſajas*, qam à יהוה *Jehovah* vel abſcedit, vel abſcedere etiam poteſt.

Qod ſubjungit deniqe [d] *de uſu magno vocis Jehovah, à pleriſqe qâ paſtoribus, qâ plebejis recepta, non facere, qo minùs illa pronunciatio ſit juxta linguæ Hebræa naturam genium & proprietatem, fœdus & craſſus barbariſmus.*

Cur non & [e] *intolerandum*, qod alibi dixerat, adjecit? Ecqid avtem obſtiterit, qo minus de nomine *Eſajas* idem pronunciaret? eademqe adverſus nomen iſtud uſurpantes intorqeret, qæ *de peccato adverſus τὸ πρέπον* contra nomen *Jehovah* adhibentes, ſupra [f] declamitando intonabat? *qod πρέπον ſi qis nihili faciat, & ſecurè conteminat*, (dum *Jehovah* utiqe legere pergit) *ſit ille inficetus, horridus, hiſpidus, incultus qantum libuerit, non intercedo.* Certe niſi adverſus τὸ πρέπον in illo magis qam in iſto peccari oſtenderit, qo minùs gemina de utrumqe uſurpantibus pronunciet prædicetqe, ego qid obſtet nihil video. Verum toties repetitam habuimus cuculinam cantionem hanc, paſſim inculcatam, nuſqam demonſtratam, ut ad eam planè nunc obſurdeſcamus.

Cæterum poſt *Concluſionem* ſic utrinqe definitam, non eſt viſum Viro Doctiſſimo V. Dum ſic dimittere. Ad ſuperiora itaqe δοχαδῶ παυλοδρόμως inſtar paſſibus repetitis regreſſus, *Ad ultimum*, inqit, [g] *veniamus diſſenſum, qi inter me & V. D. intercedit.* Dixerat utiqe in *Diatribâ, ex Diodori & Pythii Apollinis* (qem contra ſe minùs

a *p.* 735.

a *Ibid.* b *p.* 727. c *p.* 735. d *Ibid.* e *Orat. p.* 326. f *p.* 728. g *p.* 735.

nùs cavtè advocasse supra ostendimus) Ἰαὼ, *& Irenæi Jaoth, videri, primam, antiqam & genuinam* & יהוה *tum punctationem, tum pronunciationem* esse, יהוה *Jahvoh*, ad formam nominis proprii יעקיב.

Hoc, regessi ego mihi ideò minùs probabile videri, *qia sit ab omni analogiâ Grammaticâ penitùs alienum. etiamsi enim in nominibus (omnibus*, de suo Vir Doctissimus nescio qo fine, avt cui bono infercit) *qæ à verbis analogis atqe integris deducuntur, ea forma non sit insolens; at in eis qæ ab anomalis & deficientibus, in* ה *desinentibus, descendum, qæ eo modo finiantur, nulla penitùs compareant.*

Vult ergo, inqit, [a] *& putat V. D. nomina qæ fiunt & deducuntur à verbis qiescentibus in* ג. ה *terminari qidem in Segol vel Camets, ut in exemplis ab eo in p. 66. adductis; at nulla inveniri qæ in Holem finiantur, qæ le volo esse* יהוה *sed proculdubio fallitur V. D. Possum enim objicere* ערו pro ערה *propheta nomen à* ערה &c. Longum enim contexit catalogum nominum propriorum, cum locorum, tum hominum in *Holem* terminantium: qorum tamen cum pleraqe (qod in propriis usu sæpiùs venit) originis sint incertæ; qædam, nec pavca hæc, aliundè potiùs deducta videantur, in qibus sunt גילו & שילו (qo utroqe insistit, cum istic, tum & in *ad D. Volphium Epistolâ*) & ערו etiam istud, qod in acie primâ hîc collocat, qum à ערר ortum habuisse potiùs, verosimile sit; demptis hisce, pavcula qæ restabunt illa, pro anomalis non immeritò haberi poterunt. præsertim cum terminationes à me positæ, tam in appellativis, in qibus analogia qam maximè comparet, qam in propriis, in qibus sæpenumerò negligitur, tam freqentes passim occurrant? ecqid est enim *anomalia*, qam à formulâ plerunqe usitatâ defectio? Nec verò, avt è Grammaticæ Magistris deprehendi posse existimo, qi analogos alios in verbalibus istiusmodi fines posuerit, qàm qos à me designatos Vir Clarissimus agnoscit, avt appellativi ejusmodi alicujus, cujus de origine constat, sic uti ipse vult exeuntis, exemplum posse produci. Si qod extaret, nec virum diligentissimum atqe in istis versatissimum (opinor) fugisset; nec qod sedulò anxiéqe ruspando uspiam deprehendisset, taciturum fuisse, qisqam (puto) crediderit. Verùm hac de re (cum tanti non sit) nolo ego cum Viro Doctissimo contentionis funem ulteriùs protrahere. Adversus *Jahvoh* ipsius exceptio ista (si eruditis minùs probabitur) invalida per me licet prorsùs habeatur. Imò de *Jahvoh* suo illi concesserim, ubi viris eruditis (de nullo siqidem hactenus id compertum habeo) comprobatum intellexerim. tum enim agnoscam, qod *invidiosè* à me dictum esse [b] cavsatur, non ideò tantùm *Jahvoh* suum sibi arridere, qia

Cuivis placere maximè suum solet: sed *rationem* (uti ipse affirmat) *manifestam* (qæ mihi ab oculis laboranti forsan nondum tam liqidò paret) *apparere*, utpote qæ alios etiam comprobantes habeat, *cur Jahvoh suum Jehovah nostro prætulerit.*

Adversus terminationem vocis *Jehovah* qod objecerat Vir Clarissimus Joannes Buxtorfius, qòd *Majestati divinæ minus conveniat, ut nomen hoc ipsius in formam exeat fœmininam*; *hoc*, inqam ego, *qàm leviculum & nugatorium sit planè, facile fuerit ostendere, ex tot nominum masculeorum tam amplâ ex codice sacro convectâ congerie, ut paginas totas implere posset havd pavcas.*

Hoc avtem adversus exceptionem illam reposuisse cum sufficere adverteret, nec posset id nescius esse Vir Doctissimus, silentio tamen supprimens, illud duntaxat arrodendum selegit, qod ἐν ᾧ παρόντι adjeceram; *Mirumqe non advertisse, cum hoc scriberet, Virum Doctissimum, nominis Jah, qod huic adeò est affine, hunc ipsum eundem esse, qem in hoc rejicit affectum.*

Atqe hîc Vir Doctissimus [c] *Hoc* inqit, (qod D. B. utiqe exceperat) *si leve & nugatorium videtur, non minùs leve & futile est id, qod illi objicit & reponit.* At ecqid illud? num qod de nominibus masculeis in formam eam exeuntibus regesseram? imò, illud cum refelli negarive non posse probè sciret, eo tacito, cui censuram meam illam inniti maximè videret, id admordendum arripit, qod de nomine *Jah* subjunxeram. *An nescit V. D.* inqit, *nominum fœmininorum in* ה *terminantium* ה *esse qiescens, non verò mobile? in* יה *avtem est mobile, utpote mappicatum, non verò qiescens; ac propterea formam habet nomen illud masculinam, ut* אב *pater, ab* אבה *ita ut jure illi reponi possint sua ipsius verba, Mirum hoc non advertisse, cum hoc scriberet, Virum Doctissimum.* Tum repetito, *justiùs multo leviculum & nugatorium dici posse hoc meum*; *An non*, inqit, *meliori jure concludere possem, qia* יה *terminatur* ה *mappicato, sic &* יהוה *debere terminari? qod an admissurus sit V. D. vix puto, certè qi dixerit (qod sciam) nemo est.*

Ego verò, ut de ה *mobili* & *muto* nihil dicam; qod etiamsi *mappicatum* validiùs spirare agnoscam, an reverâ tamen uspiam qiescat merè, mutumqe sit planè, adhuc ambigo. Mirum mihi, Virum Doctissimum avt non meminisse, avt non advertere, etiam ה *mappicatum* in formæ fœmineæ pronomine, sed & in appellatione muliebri חפציבה Reg. lib. 4. cap. 21. vers. 1. & Esajæ cap. 61. vers. 4. perinde ac in nomine יה reperiri. cum nullum interim produxerit, avt producere etiam (opinor) potuerit (hoc excepto de qo agitur) nomen masculum, qod in ה mappicatum *Kamets* præeunte exeat. mirumqe mihi amplius, qid in mentem Viro Doctissimo venerit ut in אב ab אבה instaret istic, qasi avt ה avt *mappic* etiam אב nomen haberet.

Qod avtem *vix admissurum putat* me, (ita enim Viri Clarissimi verba, licet aliâ nescio qâ formulâ concepta, capio) *ut in* ה *mappicatum terminetur Tetragrammaton*, mentis fieri potest ut ignarus fuerit, certus (sat scio) esse non potuit, meæ. certè si qis hac de re litem movere voluerit, non deessent forsan rationes, qibus hoc havd ita minùs probabile, atqe Vir Clarissimus censet, argueretur. nam in adversum qid posset adduci, vix asseqor. E reliqis verò qibus conjici posset illud, hoc unum fuerit, qia in formulâ illâ יהוה צבאות in qâ *notionem appellativam* (qod supra memineram) induere (Judæis Magistris etiam idem censentibus) habetur; qum in regimine existat, uti interpretibus plerisqe agnoscitur; formam tamen non mutat, prout illa solent, ubi regimen obtinent, qæ in *Kamets He* non mappicato terminantur, qibus *Kamets* in *Patach*, *He* in *Vav* transit. ut non sit necesse vel cum Judæis Magistris nonnullis ἓ מלך vel cum nostris qibusdam ἓ אלהי *ellipsin* facere, ubicunqe ea formula occurrit. Qod si objicere qis velit, יהוה verbum, unde Tetragrammaton deduci convenit, ה mappicatum non habere; prout eruditis illis qi vocem אלה vel ab אלה Hebr. *jurare*, *adjurare*, vel ab אלה Arab. *colere*, *adjurare* deducunt, opponit Vir Clarissimus qi [a] *de Nominibus propriis* in paginâ sacrâ repertis scriptum peculiare evulgavit, nevtrum horum verbum ה mappicatum habere, cum אלה habeat. in promptu fuerit reponere, יה cum ה mappicato scribatur, à היה verbo deduci, in qo tamen mappic nullum agnoscitur. Verum non est mihi animus eis insistere, in qibus solitarium forsan contigerit incedere, avt qæ animo penitiùs nondum insederint. Præsertim cum ad exceptionem, qam Vir Clarissimus adduxerat, Rabbinicam enervandam, retundendam, elidendam, opprimendam, prorsùs abunde suffecerit seges tam copiosa nominum propriorum, qæ in *Kamets He* absqe puncto illo terminantur. Ista itaqe, qod supra dixeram ἐν ᾧ παρόντι adjecta sint, qibus præstandis ego obstrictum me nolim.

De punctatione Masoreticâ, in eâqe dirigendâ dispositione

a *p.* 735. b *p.* 736. c *p.* 736.

a *Greg. Franc.*

tione divinâ, ſuſpicionem meam qod attinet, [a] qam Vir Doctiſſimus hîc denuò vellicat, ad ea me refero, qæ ſuperiùs repoſui, ubi (qamvis & illic extra locum ſuum) Vir Clariſſimus attigerat.

[b] Concludit deniqe Vir Doctiſſimus *hæc eſſe præcipua, qæ ad Diſſertationem meam animadvertenda eſſe exiſtimaverit & ad Diatribæ ſuæ defenſionem reponenda; ne bonam cavſſam dereliqiſſe, & qaſi injuſtam prodidiſſe videatur: qæ ſi minùs probabuntur, poſſe me, ſi libet, contra agere, modò id fiat claris & apertis rationibus, non offutiis, non vitilitigationibus, non contumeliis.*

Atqe hæc ſunt itidem, qæ mihi ad Viri Clariſſimi *Defenſionem* in *Diſſertationis* meæ *Vindicationem* regerere viſum eſt. In qibus *cavſſam* (uti mihi qidem videtur) *bonam*, nec *privatam* eam, ſed *publicam*, nec *populariorum meorum peculiarem*, ſed *Theologorum religionis reformatæ ad unum ferè* (ex adverſâ parte qi conſiſtunt, id agnoſcentibus) *communem*, ſicut primitùs ſuſcepiſſe, ita nunc ulteriùs propugnatum iſſe, affectu ſeqiore nullo adductum, conſcientia mihi ſuggerit & atteſtatur mea: eidemqe proinde, Deo Opt. Max. vitam protrahente, vireſqe ſuppeditante, ſi occaſio dabitur, & expedire videbitur, nec in poſterum defuturum ſpero. Cæterum, qum in eo, qod primariò mihi propoſitum dixeram, qodqe momenti alicujus eſſe ducam, Virum Doctiſſimum ipſum, prout in *Diſſenſus* penultimi diſcuſſione indicatum jam habeam; de reliqis momenti minoris particulis, cum eodem ampliùs contendere minùs allubeſcit. Qanqam ſiqid ad iſta viſum fuerit iteratò reponere; ad mea ſingula, qatenùs veritati conſentanea videbuntur, ſarta tecta tutanda, in arenam denuò deſcendere nullus refugiam: ita tamen ut veritati indicatæ agnitæqe concedere nevtiqam unqam ſuppuduerit. Qod avtem Viro Clariſſimo *offutiis*, (qas neſcio qas, non mihi, ſed parti adverſæ in genere priùs [c] objecerat) *vitilitigationibus, contumeliis* agi non placet; nec huic culpæ in illis, qæ hac notâ aſpergere Vir Doctiſſimus hîc videtur, affinem fuiſſe me ſpero, nec futurum verò ſpondeo. ipſe viderit, an non in utroqe ſcripto ſuo, & *offutiis* & *contumeliis* rem crebriùs egerit. Ego verò Lectori cuivis, non præjudicio mero, partiumve affectu præoccupato, cenſendum libens detulerim, utrum adverſus Virum Clariſſimum, qem eruditionis variæ nomine ſuſpicio, cujuſqe in meis alibi mentionem honoratam facio, avt contumelioſiùs, avt etiam immodeſtiùs me geſſerim. In *Vindicatione* iſtâ ſi qid avt liberiùs, avt aſperius pavlò excidiſſe viſum fuerit, meminerit, ſive Lector, ſive Vir Clariſſimus ipſe, dicti veteris, à cothurno, an à ſocco primitùs profecti, (qidam enim Ariſtarcho, Chæremoni alii tribuunt, ad Menandrum alii referunt.)

Ταὐ' ἐκ ὑπαίχοιλ', αἰδὰ λμαχέμενον, vel ἀμυνόμενον potius; qod ſcena Latialis ſic reddidit,

Reſponſum, non dictum, eſſe ej qi læſit prior, ut primò ceptum, ita nunc receptum, opus an onus hoc, non ut me, (ecqis enim ſim, obſcurus homuncio, in gurguſtiolo deliteſcens, nec de nomine forſan, nedum ſcripto priùs Viro Clariſſimo notus, utpote qi Latinis avribus ante *Diſſertationem* illam nihil dederim) ſed ut Viros ſummos illos, qos & in *Oratione* illâ, & in *Defenſione* iſtâ exagitat, & inclementer immeritos habet, à *calumniis* & *contumeliis*, qibus paſſim eos onerat & inſectatur, vindicem.

Duo ſuperſunt duntaxat, de qibus, priuſqam manum de tabulâ, cum Viro Clariſſimo pavcis velim diſpicere.

Alterum eſt, qod in Orationis veſtibulo, qo adverſus partem adverſam apud Lectores minus conſideratos præjudicium creet, *Apud multos*, inqit, [d] *fruſtrà reclamantibus & obnitentibus doctioribus, obtinuit, atqe dum obtinet, adeóqe obtinebit porrò, ut* יהוה *ſic efferatur Jehova.*

Ubi *multorum* nomine qales voluerit, partim ex

a *p.* 737. b *p.* 737. c *Orat. p.* 324. d *p.* 314.

[a] *Dictionis Euſebiana* interpretatione, ad qam οἱ πολλοὶ Græcis *vulgus* eſſe adnotat, partim ex adjunctâ *doctiorum* antitheſi, colligere licet, avt *vulgus* nempe hominum *plebemqe* imperitam, avt literatorum ſaltem turbam indoctiorem minuſqe peritam, qibus *doctiores reclamaſſe & reniſos affirmat.* Ita imperitiæ notam vocis *Jehova* uſurpandæ patronis avt favtoribus havd obſcurè allinit inuritqe. At qi illi? qot qantiqe? *Ad unum fere religionis reformatæ Theologi.* Druſii ſui, non mea, verba Vir Clariſſimus agnoſcet, loco ſupra indicato. Videat ergò, ut Pontificiis iſtic gratificetur (qo ſymmyſtis ſuis in hoc negotio à ſe diſſentientibus odium faciat) qi Theologis noſtris (licet contra veritatis lucem in contrarium clariſſimè emicantem, qod & eorundem modeſtiores pavlò agnoſcere coguntur) imperitiam objicere aſſolent. In qo Druſium etiam prævium habuit, qi nomen *Jehovah* uſurpantes, nunc [b] *impietatis*, nunc *imperitiæ*, arguit, *doctiſqe ſe deridendos propinare* inſinuat. Verum havd ita multo poſt, qo qod dixerat firmet magis, advocat Vir Clariſſimus [c] *ut Pontificios omittat, doctiſſimos qoſqe ex Evangelicis, qi ſuperiore ſeculo Lingvæ Hebraicæ inſtavratores vel excultores celeberrimi fuere.* nominatim verò citat *Mercerum, Tremellium, Scaligerum, Martinium, Caſavbonum, Cevallerium, Schindlerum*, &c. *qorum teſtimoniis, ſi in hanc rem proferre liberet, multas paginas implere poſſe ſe* ait. Verùm ambiguè nimis loqitur iſtic Vir Clariſſimus [c] cum, *in hanc rem*, inqit. In qam rem enim, avt qorſum velit, non immeritò qæritur. an qod ex eorum numero eſſe velit, qi adverſus vocabuli *Jehovah* uſum *reclamaverint*; & enixè contenderint, qod paginâ prægreſſâ dixerat. an qod de *Patribus antiqis* verbis proximis præmiſerat, *qorum in ſcriptis nomen hoc nullibi compareat.* an (qo forſan ſuffugio hîc elabi cogitaverit) *qi agnoſcant puncta vocalia Tetragrammato appoſita, non eſſe nominis illius, ſed vocis Adonaj.* (id qod ipſe modo ait, modo negat, ſi qis propriè loqi velit) ita enim poſt iſtorum nomina recenſita, cum *Buxtorfium* adjeciſſet, *eandem*, inqit, *cum illis ſententiam amplectitur, agnoſcitqe puncta vocalia nomini Dei Tetragrammato appoſita, non eſſe nominis illius, ſed vocis* אדני *propria.* Cæterum ſi Vir Clariſſimus horum, qorum nominibus ſplendidis Lectorum oculos præſtringere ſatagebat, vel dicta recitaſſet, vel loca ſaltem indicaſſet, in qibus id, qod inſinuatum volebat ipſe, egiſſent, patere poterat, qid hac in cavſſâ protuliſſent ſinguli; & qatenus uſum vocis *Jehova* vel improbaſſent, vel adverſus eum reclamaſſent & obniterentur. Nam (ut Pontificios cum Viro Clariſſimo præteream, qorum tamen inſigniorum, qi in adverſâ illi parte iſtic conſiſtunt, catalogum D. Druſius pertexuit) Buxtorfius qidem loco ab ipſo indicato, oſtendit, (qod nemo opinor, inficiatur, niſi forſan Vir Doctiſſimus ipſe, ubi litem ſupervacaneam mecum inire geſtiebat) *puncta illa eſſe vocis Adonaj puncta, ideò ſubjecta ut Adonaj legeretur.* refert etiam, *apud priſcos Hebræos in majori reverentiâ, longèqe ſanctius habitum nomen hoc fuiſſe, qam reliqa Dei nomina*, (qod eſſe meræ ſuperſtitionis in *Diſſertatione* oſtendimus) *& pio qodam ſtudio ab eo pronunciando abſtinuiſſe.* (in qo cum Viro Doctiſſimo reverâ convenit, qi εὐλαβείας nomine hoc excuſat, qod *præſumptionis* tamen nomine improbandum meritò, demonſtravimus) ingentem deniqe congeriem nugamentorum futilium & figmentorum impiorum è ſcriptis Rabbinicis coacervat, qæ partim *ſuperſtitionis*, partim *falſitatis, mendacitatis, in Chriſtum blaſphemiæ*, nomine damnat ipſe. de nomine *Jehovah* hoc duntaxat obiter habet, *ante Galatinum* non fuiſſe in uſu. Reliqos verò ut præteream, qos impræſentiarum ad manum non habeo: Mercerus & Cevallerius, (qicqid alibi habeant) *in Additamentis Paguini Theſavro* interjectis, tantum ab eo abſunt, qod vocabuli hujus uſum damnant avt improbant, ut poſt mentem ſuam in hæc verba indicatam.

a *p.* 319. b *Præfat. ad Lectorem Tetragram. c.* 13. & 19. c *p.* 315.

tam, *Si litera* יהוה *legerentur* יְהֹוִה *efferendum erat, ſicut ſe Deus ad Moſem appellat* אֶהְיֶה ſubjungunt ſtatim, *Verum hac in re ſuum cuique liberum judicium relinquendum eſt.* tum, ubi de *myſteriis, qæ quamplurima in hoc nomine poſuiſſe Judæos*, monuerant, concludunt demum *à ſuperſtitione cavendum.* His ſi aſſenſus fuiſſet Vir Clariſſimus, nulla nobis cum ipſo in iſtis lis interceſſiſſet. Tremellius denique, & Schindlerus qem noviſſimo loco lavdat, nomen *Jehovah* uſurpant ipſi; ille *in verſione*, Druſio ipſo [a] atteſtante; iſte in *Lexico Pentaglotto*, *radic.* הוה *p.* 429. in interpretatione verborum Dei Exod. 3. 15. ita qam parum iſti de nomine *Jehovah* improbato, Viro Clariſſimo ſuffragentur, qorum nominibus iſtic abutitur, nonnulli ſaltem, liqidò ſatis comparet.

Alterum, qod cum Viro Clariſſimo aliis etiam perpendendum propoſuerim, hoc eſt. In Orationis ejuſdem, ſive *Diatribæ* exordio, τὸ κρινόμενον, ſive ſtatum qæſtionis controverſæ conſtituendo, *Incumbit*, inqit, [b] *mihi probandum, Nomen Dei Tetragrammaton perperam efferri Jehova; melius eſſe, ſi per Adonaj proferatur. Id qod duplici argumentorum genere à ſe iri* ait *demonſtratum.* 1. *totiùs Antiqitatis perpetuâ praxi ac conſvetudine. tum rationibus, primò ex Grammaticâ & lingvæ hujus proprietate, deinde ex hiſtoriâ petitis.*

Atqi primò, τὸ προκείμενον iſtud nevtrâ ex parte *Antiqitatis* veræ ac antiqiſſimæ *avtoritate* comprobavit, niſi ſi qis verſiones & interpretationes Judaicas, qas nec ipſe præſtare avſit, nec poſſit etiam, admiſerit, adverſus qas, qemadmodum adverſus Pontificios *Antiqitatem*, præ primaria, novellam nuperamqe crepantes, Septimianum in *Præſcript. adverſ. Hæret.* illud regerimus. *Qod priùs traditum, Dominicum & verum; qod poſteriùs immiſſum extraneum & falſum.* imò, qod Druſius in hac cavſâ ipſe, [c] *Vetuſtiſſimum qod eſt, veriſſimum.* Sed & qod Buxtorfius minor, nobis itidem in hac cavſâ adverſus, [d] *Eam ſolam eſſe veram antiqitatem, qæ prima: cætera omnia, etiam vetuſtiſſima, eſſe nova, ſi non ſint prima.* Ad *Antiqitatem* veram provocamus. ad eam, qam proxime poſſumus, accedere connitimur. *Antiqitatem* verò contra ſe facere, in eo qod hîc *melius eſſe* contendit, & *antiqitatis totius, teſtimonio atqe avtoritate, praxi ac conſvetudine, demonſtraturum* ſe pollicetur, ipſummet ſe agnoſcentem habemus. Ecqid enim aliud ſonant Viri Clariſſimi iſta in [d] *Epiſtolâ ad D. Volphium* de negotio hoc datâ & ab ipſo editâ? *Non puto veteres Hebræos ante tempora Captivitatis Babylonicæ, eâdem, qâ poſteriores Judæi, religione, vel, ſi mavis, ſuperſtitione, circa nominis illius pronunciationem fuiſſe illigatos, ut fas ſibi eſſe non crediderint nomen illud effari; imò fortè vulgaris & promiſcua fuit inter eos ejus pronunciatio.* Iſtud avtem temporis, qod ritum, qem tuetur iſtic, non antevertiſſe ipſe exiſtimat, qàm ab antiqitate primævâ ſit longè diſſitum ecqis non intelligat? *Antiqitatis* ergò præſcriptio hîc nulla; *demonſtrationis*, nec poſſibile, nedum probabile, firmamentum.

Tum de *Hiſtoriâ*, qam loqitur, ut nihil dicam, qæ aliuſmodi, qam qalis *Antiqitas* illa, eſſe non poteſt: E *Grammaticæ lingvæqe proprietate*, qî, qæſo, uſqam per totam, avt *Diatribam* illam, avt *Defenſionem* iſtam, vel probavit, (niſi ſi affirmare duntaxat, & identidem inculcare demonſtrationis loco habeatur) vel probare etiam conatus eſt, יהוה *Jehova perperam efferri*, ſive *per Adonaj meliùs efferri*? qod & *ex Grammaticæ regulis* poſſe *demonſtrari*, miror ego ſi cui unqam potuerit perſvaderi.

Avdiat interim Vir Clariſſimus Sixtinum Amamam, non noſtrarum qidem partium in hac controverſiâ hominem, ſed qi in eâ modeſtiùs & moderatiùs longè, qam avt Druſius avt ipſe, licet iniqiùs etiam pavlò qandoqe, dum Druſio Præceptori ſuo addictior, ſe gerit. *Is diſputationis* de hoc ſubjecto *Theſin* 66. his verbis clavdit. *Aliud eſt dicere* poteſt legi; *aliud*, debet legi. *Certè ſi ipſam vocem* יהוה *nudè poſitam conſideras, nec vocalium, nec conſonarum numerus, nec ulla Grammaticorum regula iſti lectioni* Jehovah *adverſatur; nec enim novum eſt, Jod Heemanthicum per ſcheva efferri; nec inſolens eſt, nomen proprium maſculini generis in* ה *deſinere; ecce enim exemplum in* יְהוּדָה Jehudah.

Cæterum utrum geminâ illâ Argumentorum acie, qâ inſtructum ſe prædicat, utrunqe hoc, qod *demonſtrandum* ſuſceperat, præſtandumqe ſibi *incumbere* agnoverat, vel in ſcripto priore, vel in præſente, vel in utroqe etiam junctim præſtiterit, (qod & nî fecerit idqe *claris atqe apertis rationibus*, qales in hoc negotio exigit [a] ipſe, cavſâ, qam tuetur ipſo etiam arbitrante, concluderit neceſſe eſt) ſed & an *ſolidæ Demonſtrationis*, qo *Diſſertationem* ſuam in *Oratione* illâ habitam titulo [b] inſignivit, nomen ea mereatur, ipſe Lectori cordato, nec partibus addicto, cuivis, ex eis, qæ utrinqe iſtic & illic dicta & diſceptata ſunt, ſtatuendum relinqo.

a *Tetragram. c.* 17. & *ad c.* 12. b *p.* 314. 315. c *Præfat. ad Lect.* d *Exercit. de Cœn. Dom. §.* 4. e *p.* 738.

a *p.* 737. b *p.* 313.

FINIS.

F DE

D E

BAPTISMATIS INFANTILIS

VI ET EFFICACIA

DISCEPTATIO,

Privatim habita,

Inter Virum Celeberrimum

Dnum SAMUELEM WARDUM,

Theologiæ Sacræ DOCTOREM, ejuſdémque in Academiâ *Cantabrigienſi* PROFESSOREM,

ET

THOMAM GATAKERUM,

Th. S. B. Eccleſiæque *Londinum* propter *Rotherhithienſis* PASTOREM.

Ea qibus partibus conſtet, pagina averſa ſigillatim indicabit.

Exhibentur iſtic, uno qaſi faſciculo comprehenſa & colligata,

I.

D^ni D^ris SAMUELIS WARDI
Theſis,

II.

THOMÆ GATAKERI
ad eandem Exceptiones,

III.

D^ni SAMUELIS WARDI
ad eas Reſponſio,

IV.

THOMÆ GATAKERI
ad hanc Replicatio.

LECTORI PIO,

ΚΑΙ

ΦΙΛΑΛΗΘΕΙ

Salutem in CHRISTO.

NOli, qæſo, gravatim ferre, qod ad limen, ſive in veſtibulo, præter moris boni uſum, te pavliſper detineo; dum ſcripti hujuſce, qod apud me ultra annos jam viginti delituit, in publicum tandem extrudendi rationem tibi redditum eo. Interceſſerat antiqitus inter me Virumqe celeberrimum *D. Samuelem Wardum* neceſſitudo ac familiaritas mutua; coætanei ferè cum eſſemus, & per ſtudii Theologici tyrocinia prima, in Academiâ eadem Cantabrigienſi, licèt Collegiis diſcreti, conveniendi invicem occaſiones freqentes ſatis haberemus. Avctior ea arctiorqe facta eſt, poſtqam ad Collegii illius præfecturam eſt evectus, in qo Socius ipſe pridem extiteram. Illud, dum filii occaſione, qi ſtudiis ibidem operam navabat, inviſo, qum Virum amiciſſimum conveniſſem, de *Theſi* ſuâ, qam jam typis excuſam & emiſſam video, verba mecum habuit, eamqe aſſidenti integram perlegit ipſe. Senſum avtem de eâ meum ſciſcitanti, cum mihi nondum liqere, liberè profiterer; rogabat, ut per otium cogitationem de eâ ſeriam ulteriùs inſtituerem, & qod viſum foret, ſcripto ſibi ſignificarem. Eo inſuper fine *Theſeos* ſuæ exemplar, per filium, cui deſcribendum tradiderat, ad me tranſmittendum procurabat. Qin & per filii Tutorem *D. Richardum Dugardum*, cujus adhuc penes me literas habeo, ne officii id detrectarem, cum cunctantiorem animadverteret, perurgebat. *Theſin* itaqe cum impulſione iſtiuſmodi acceptam, ubi diligentiùs pavlò excuſſeram, *Exceptiones*, ſive *Animadverſiones* qaſdam ſubitaneas qidem illas ac tumultariè congeſtas, cum ultra privatos parietes nunqam prodituras ſperabam, qas ſub *Cenſuræ* titulo nunc proſtare comperio, ad Virum Clariſſimum unà cum literis retuleram; in qibus veniam præfatus ſum, qod onus iſtiuſmodi, ipſo licet perpellente, alioqi vix avſurus, in me ſuſcepiſſem. Eas is gratanter accipere ſe per literas Februarii 23. 1629. ad me datas his verbis reſpondit: *Animadverſiones tuas* ſolutas (looſe ipſe nuncupaveram) *ego non reputo. Verum opportunitatem, qam reverâ ex qo acceperim nondum habeo, habiturum ſpero conſideratiùs perluſtrandi; idqe animo veritati cedere parato.* Anno interim elapſo, ad *Exceptiones* meas *Reſponſionem*, qam & in publicum nunc prodiiſſe video, ad me tranſmiſit, cum *Cenſuræ* titulo meis præfixo; de qo apud ipſum per literas conqeſtus ſum, offenſionem utiqe aliqam apud eum, qem tanti ſemper habueram, utpote qi in eo cenſuram agere virgulamqe cenſoriam arripuiſſe exiſtimarer, ex opere iſtoc ſuſcepto contraxiſſe ſubveritus. Ad qas ille ingenii Vir candidiſſimi, qo offenſionis ſuſpicionem omnem amoliretur, in ſuis Martii 2. 1630.

iſta regeſſit; *Nihil cavſſæ eſt cur hac de re anxius exiſtas. id qod egiſti, & me poſcente, nec abſqe lubentiâ meâ geſtum eſt. anſamqe præbuit in dogma iſtud accuratiùs pavlò qam feceram inqirendi. Qamvis avtem* Cenſuræ *vocabulum uſurpem, velim tamen illud in acceptione molliſſimâ ſumi; neqe enim aliter ipſe ſumpſeram. Animadverſiones vero tuæ (pro certo habeas) tam mihi gratæ futuræ ſunt, qam & approbatio foret; cum ad veritatem eruendam inſtitui, ſemper perſvaſum habeam.* De nonnullis ſimul monuit, qæ in *Theſi* ſuâ, vel interſerenda vel expungenda etiam ex ſecundis cogitationibus poſtulabat; de qibus ſuis in locis dicetur. His ego receptis, Viriqe Præſtantiſſimi candore ac moderatione perſpectis, aliqantulum denuò recreatus, ulteriuſqe animatus, ad *Replicationem* concinnandam me protinus accingebam. Cumqe Virum Clariſſimum *Scriptorum* tum antiqorum, tum & recentiorum *teſtimonia* in *Reſponſionis* ſuæ firmamentum adſciviſſe animadverterem; eadem & mihi in hoc negotio methodo inſiſtendi neceſſitatem juſtam incumbere avtumabam: eoqe id magis, ne ſolitarius incedere, & in congreſſu tam impari cum notæ tam meritò inſignis Viro, ingenii proprii priviqe vireculis nudis fretus, in certamen temerè nimis deſcendiſſe cenſerer. Hanc ubi confectam ad Virum Clariſſimum dederam, is per literas accepiſſe agnito; *otium* adjecit *impræſentiarum non ſuppetere ſcriptum illud alterum priore multo jam prolixius factum evolvendi: facturum (Deo favente) qamprimùm facultas data foret: interim ſpem alere ſe, futurum, ut ex Reverendi Epiſcopi ad ſe datâ* (qam per filium exſcriptam ante communicaverat) *Epiſtolâ ſerio perlectâ ſeduloqe perpenſâ, de eis ſatisfieret, in qibus adhuc hæſitarem.* Qum avtem ad *Replicationem* meam nihil amplius deinceps repoſitum daret, diſceptatio noſtra non eſt ulteriùs protracta. Mihi intereà cum *Reverendi Epiſcopi Epiſtola*, & ſæpius relecta & accuratiùs penſitata, nihil minùs, qam qod Vir Clariſſimus ſperabat, effectum dediſſet; viſum eſt à capite ad calcem artuatim an articulatim diſſectam, diſqiſitioni atqe examini juſto ſubjicere; in qod etiam tempus operamqe, otium nactus, impendi. Scriptum verò utrunqe, & hoc & illud, cum negotium hoc privatim inter nos agitatum fuiſſet, apud me, ne foras emanarent, continui. Qin poſtqam Viro Doctiſſimo *D^no Ruddo* qi in *D. Wardi* viciniâ gregem dominicum paſcebat, ea qæ inter nos agitata fuerant, ex familiarium qorundam relatione à Viro Clariſſimo communicata reſciveram; vix uni & alteri idem à me flagitantibus hactenùs duntaxat annueram, ut utrinqe diſceptatorum capita qædam indicarem, nec ulteriùs eo ſuperſtite unqam proceſſeram. Ab illius obitu, è *Theologis illis* qi in *Conventu* publico à Regni Proceribus evocati conſederant, uni, uniqe ſoli, cujus judicium plurimi faciebam, evolvendum cenſendumqe tradidi. Is ut ederem, inſtigabat, ſed in formam contractiorem redactum, cum Teſtimoniorum numeroſitas prolixitatem peperiſſet qæ Lectori tædium procreatura videbatur. urgebant idem & qibus ratione aliqâ res inter nos agitata innotuerat. Mihi aliter viſum; cum controverſiam eam jam ſopitam *ἀναζωπυρεῖν*, ætate præſertim iſtâ, qâ *Baptiſmus Infantilis* à Sectariis novellis molimine tanto oppugnatur, ex uſu nevtiqam fore exiſtimarem. Proinde in ſcriniis privatis concluſum diſtinere, qam in publicum emittere, ſatius & conſultius ducebam. In hoc propoſito perſiſtenti, rumor en avres perculit, prodiiſſe typis excuſa de ſubjecto hoc *D. Wardi* ac *D. Davenantii* nonnulla. Id itaqe negotii genero meo erudito *D. Fr. Taylero*, qi apud me tunc temporis agebat, dedi, ut codicem in qo ea haberentur, mihi qamprimum compararet. Is per officinas fruſtra ſcrutatus, nihil inventum renunciabat. Ab illius verò diſceſſu contigit, ut familiaris meus qidam Vir doctus in *D. Baxteri de Baptiſmo Infantili* ſcriptum qoddam incidiſſe ſe moneret, in qo is ab alterâ ſe parte Anabaptiſtis, qi eum penitùs tollunt, opponit; ab alterâ verò *Bedfordo* cuidam, qi efficaciam eidem nimiam,

miam, uti ipsi videbatur, attribuit. Ego protinus, cum *D. Baxterum* illum, licet de facie ignotum, ex eis tamen ipsius qæ jam videram scriptis, & eruditionis & pietatis nomine insignem admodum haberem, cum amico agebam, ut ipsius operâ scriptum utrunqe obtinerem: qod & ab illo havd ità multò post est præstitum. Ita libri Bedfordiani compos factus, deprehendi statim *Exceptiones*, an *Animadversiones* illas in *D. Wardi Thesin* ad ipsum à me datas, sub *Censuræ* titulo, qem Vir Præclarissimus ipse reverâ præfixerat, me inscio protsus, evulgatas. Eas itaqe, unâ cum Viri Præstantissimi ad easdem *Responsione* qum in publicum jam erupisse conspicarer, officii mei esse ratus sum, ne veritatis patrocinio deesse meritò censerer, *Replicationem* hanc, qæ tamdiu apud me in tenebris hactenùs delituerat, in lucem clariorem emittere. Qo avtem controversiæ totius status dilucidiùs se proderet, & disceptationis utrinqe habitæ series clariùs compareret, nec Lector studiosus qicqam desideraret, qod alibi qærendo, molestiam minùs necessariam, frustraneam etiam forsan, ubi codex alter non habebatur, subire cogeretur; visum est *Thesi* ipsâ in particulas discerptâ, & cum particulis illis *Exceptionibus*, *Responsione* & *Replicatione* in unum qasi σύσημα successivè coagmentatis sibiqe invicem intersitis, dissertationem integram per membra singula filo perpetuo simul contextam exhibere. Numeros qos Vir Clarissimus adscripserat, ideò retinui, qia ad eosdem ipse se sæpe rejecerat. Sectiones tamen, qas ex usu magis fore opinabar, adjeci, qia numeri illi havd commodè satis distincti videbantur. *Testimonia* nonnulla, amicorum consulta secutus, vel decultavi vel resecui, ubi luxuriari forsitan existimarentur. nec deerunt fortean, qi recisionis falcem non ulteriùs adhibitam conqerantur. Sed nostrorum consensum unanimem indicari eo necessarium magis ducebatur, qia eorum toties avtoritate hac in cavssâ urgemur & premimur. Ista verò, qaliacunqe fuerint, si ad *veritatem* in hoc *Dogmate*, vel explicandam, vel illustrandam, vel firmandam contulisse qicqam intellexerim, fieri poterit, ut qas ad Viri Illustrissimi *D. Dⁿⁱˢ Davenantii Propositiones novellas* (ita nuncupo, qia novâ methodo, notionibusqe ante, credo, inavditis, rem gerit) penes me habeo, *Exceptiones* juris publici facere (venerabilibus Symmystis meis, qorum fidem judiciumqe compertum habeo, id consilii probantibus) his qæ nunc edo succenturiaturas, non sim gravaturus. Deus Opt. Max. nos suosqe omnes in *fide veritateqe Evangelicâ* intra terminos in *Verbo* suo *Scripto* defixos contineat, in eademqe indies ampliùs confirmet. Votum hoc juge assiduumqe

Tui in Domino communi conservi
immeriti emeritiqe

THOMÆ GATAKERI.

D. SA-

D. SAMUELIS WARDI THESIS.

Omnes baptizati Infantes ſine dubio juſtificantur.

SECTIO I.

QAeritur in præſenti de effectu quodam Baptiſmi in parvulis; ſcilicet an hunc effectum ſine dubio habeat in parvulis, ut valeat ad peccati originalis reatus ſolutionem.

Num. 1. & 2.

Ubi primò aſſerimus, Certum eſſe; Chriſtum Sacramentum Baptiſmi inſtituiſſe in remedium originalis peccati, & ad reatus ejuſdem veram ſolutionem.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 1.

Qod pro certo aſſeritur, *Chriſtum Sacramentum Baptiſmi inſtituiſſe in remedium originalis peccati, & ad reatus ejuſdem ſolutionem*;

1. De ſenſu qæro, qo id vel dicatur, vel dici qeat. Siqidem primo *remedium* propriè loqendo id dicitur, qod adverſus morbum, & ad eundem vel coercendum, vel tollendum adhibetur. Morbus avtem originalis peccati, non juſtificatione, ſed ſanctificatione duntaxat tollitur. At ſanctitatem in Baptiſmo dari *Theſis* ipſa non affirmat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Etſi remedium *ſtrictè ſumptum ſit remedium alicujus morbi, tamen* remedium *etiam illud dici poteſt, qod malum qodvis tollit; ſive illud fuerit culpæ, ſive pœnæ, ſive etiam obligationis ad pœnam, qæ reatus dicitur. Sic Theologi dicunt, Chriſtum veniſſe* in remedium peccati, *tam reatum per ſatisfactionem in cruce, qam culpam per gratiam ſanantem tollendo. Sic Avguſtinus* de peccat. merit. & remiſſ. lib. 2. cap. 3. Tales itaqe nos Dominus futuros [*peccatores*] prævidens, qædam ſalubria remedia contra reatum & maculam peccatorum, etiam poſt Baptiſmum dare ac valere dignatus eſt, opera ſcilicet miſericordiæ. *Baptiſmus ergò juxta Avguſtinum, inter ſalubria remedia contra reatum & vincula peccatorum recenſendus eſt.* Et lib. 3. cap. 4. *ait*, Parvulos--per medicinam Sacramentorum poſſe à peccati peſte ſanari. *Idem eſt Sacramentum Baptiſmatis dici* medicinam *&* remedium. *Sic* Hypognoſt. 5. *Sed & videndus Tertullianus* lib. de Bapt. c. 5. *ſub finem. Fulgentius* de Verit. Prædeſtin. lib. 1. Deus parvulo vitale noluit largiri remedium. *Avtor* de Spir. & animâ, (falſo enim Avguſtino aſſcribitur) *ſæpius Baptiſmum* remedium, *&* remedium ſalutare *appellat*; *etiam*, qod vinculum reatus ſolvit, & expiat peccatum originale. cap. 41. 42. *Beda*, Homil. de Circumciſ. Dom. *ſic habet*; Maſculus, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, --- qia pactum vitæ in Paradiſo hominibus mandatum Adam prævaricante tranſgreſſus eſt, in qo omnes peccaverunt, peribit de cœtu Sanctorum, ſi non ei fuerit remedio ſalutari ſubventum. Utraqe ergò purificatio, & Circumciſionis in Lege, & in Evangelio Baptiſmatis, tollendæ prævaricationis primæ gratiâ poſita eſt. *Hîc Beda vult Circumciſionem in Vet. Teſtamento fuiſſe remedium ſalutare inſtitutum ad tollendum reatum prævaricationis primæ; ſimiliter & Baptiſmum in N. Teſtamento. Hoc ſenſu vox* remedii *ſumitur apud Bernardum*, Epiſt. 77. *Hugonem de S. Vict. Lombardum, & paſſim apud Scholaſticos. Atqe hoc ſenſu rectè dixi Sacramentum inſtitutum fuiſſe in remedium originalis peccati, qatenus ejus reatum tollit.*

Sed nec inficias eo Baptiſmum in remedium ipſius morbi ordinatum eſſe. Sed non neceſſe habui, ut de remedio eo ſenſu qicqam dicerem, cum Theſis *ad alterum ſenſum avocaret.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

In remedium, &, *ad ſolutionem*, exiſtimaveram duo à ſe invicem diſtincta deſignare potuiſſe: præſertim, cum tanqam duo diſtinctionis ejuſdem membra à ſe invicem diſcreta proponi viderentur. Itaqe qo ſenſum animi tui explicatiùs expoſitum haberem, præſcriptionem eam adhibui. Qanqam nec efficax ſatis adverſus malum illud innatum *remedium* videatur, qod non *vitium* ipſum unâ cum reatu amoveat. Verùm rectè Whitakerus *de Bapt. qæſt. 4. c. 3. ad* 5um, *Remedium eſt Chriſtus, non Baptiſmus.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 2.

Solutio reatus vera, niſi ex pretio juſto repræſentato non videtur haberi; qæ in Baptiſmo ipſo non intervenit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

In Baptiſmo eſt pretii juſti, ſangvinis Chriſti repræſentatio, oblatio, exhibitio & applicatio ex parte Dei, cum abluitur baptizatus: ac in parvulis (qibus originalis reatus nondum eſt remiſſus) cum nullum impedimentum ex parte ſuſcipientis interveniat, Spiritu adjuvante, applicatio ejuſdem

dem meriti sit ex ordinatione divinâ ad veram reatus originalis solutionem.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Nusqam reperio in sacrâ paginâ, Sacramenta esse eo fine instituta, ut meritum illud nondum apprehensum applicarent, sed ut applicatum vel applicandum obsignarent.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

At contra: 1. *Omnis parvulus in peccato conceptus & natus est* [*ordinariè*] *qod de sese fatetur David*; *Psal.* 51. 7. *ex immundo semine*; *Job.* 4. 4. *filius iræ*; *Eph.* 2. 3. (*i. e.*) *reatu originali implicatus.*

At parvulo hujusmodi, ubi Sacramento Baptismatis initiatus fuerit, promissio fit remissionis peccatorum. Act. 2. 38. 39. Baptizetur unusqisque vestrum in remissionem peccatorum — vobis enim & liberis vestris facta est promissio. (*remissionis scilicet peccatorum*) *Ubi semini Israëlitarum baptizato promissio fit remissionis peccatorum*; *& semini piorum circumciso protectionis singularis, sub qâ continetur promissio remissionis peccatorum, Gen.* 17. 7. Ero Deus tuus & seminis tui. *&* v. 10. Hoc est fœdus meum inter me & te & semen tuum; Circumcidetur in vobis omnis masculus.

Ergò Sacramentum initiationis offert, porrigit, exhibet, & applicat ex parte Dei rem ipsam promissam, scilicet remissionem originalis reatus, juxta promissionem divinam, anteà non applicatam. Suscipiens autem parvulus nihil opponit, qin susceptivus est, & suscipit rem ipsam exhibitam & applicatam.

Ergò Sacramentum ipsum meritum Christi nondum apprehensum, absqe qo nulla facta est aliqando remissio peccatorum, ita exhibet & applicat, ut reipsâ ejusmodi parvulis ordinariè applicetur.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Adversus meum istud varia proponuntur Argumenta; qæ sigillatim ordine suo discutientur.

Argumentum primum à Sacramentis initiatoriis deductum, sic videtur formari:

Ubi ex parte Dei exhibetur atqe applicatur Christi sangvis, ad veram peccatorum reatus solutionem, nec ullum ex parte suscipientis intervenit impedimentum, ibi vera reatus solutio existit.

At in Sacramentis initiatoriis, Baptismo utiqe & Circumcisione sangvis Christi, tanqam justum pretium, ad veram peccatorum reatus solutionem, ex parte Dei, qi eam dare promisit, Act. 2. 38. 39. *& Gen.* 17. 7. 10.. *exhibetur & applicatur; nec ullum ex infantis baptizati avt circumcisi parte intervenit impedimentum.*

Ergò in talium baptismo ac circumcisione vera solutio reatus existit.

Propositionem qod attinet, ego certè in se simpliciter consideratam, verissimam & certissimam esse, libens concesserim, etiamsi exceptio illa, de *impedimento non interveniente* abesset. Nusqam enim ex Dei parte reipsâ exhiberi atqe applicari cuiqam Christi sangvinem existimo; qin reverâ reatus solutio necessariò consequatur. cum sangvis ille divinitùs applicatus, tollat necessariò qicqid impedimenti possit intercedere, qo minùs efficax evadat. Thomas Bradwardinus, *de cavss. Dei, l.* 2. *c.* 32. *in coroll. Dices, qod Deus offert cuilibet gratiam, & qidam non ponunt obicem gratiæ, sed potius eum tollunt, & ideò accipiunt gratiam eis oblatam, alii ponunt eum positivè, non tollunt, qare ipsi neqaqam eam accipiunt. Sed qicqid obex dicatur, nullus potest hunc obicem tollere nisi Deus; & si ipse eum voluerit tollere, irresistibiliter tollitur.*

2. Exceptionem illam qod attinet, dogma illud Scholasticum respicere videtur, qo *Sacramenta* asseruntur *ex opere operato vim suam exerere & exercere, ubi obex non ponitur.* De qo etiam rigidè forsan satis Reverendus Episcopus Robertus Sarisburiensis, *adverss. Thomson. diatrib. c.* 7. *Nescio qâ fronte, tanqam Catholicæ fidei dogma, proponitur, Papisticum illud Scholasticorum pronunciatum, qod operis operati fundamentum est, Sacramenta semper conferre suum effectum non ponenti obicem.* Et Calvinus, *Institut. l.* 4. *c.* 14. *§.* 14. *Scholasticæ Scholæ tradiderunt, Sacramenta Novæ Legis justificare & conferre gratiam, modo non ponamus obicem peccati mortalis. Qæ sententia dici non potest, qam sit exitialis & pestilens, planè certè diabolica est. nam dum justitiam citra fidem pollicetur, animas in exitium præcipites agit.* Nec multò mitiùs Whitakerus noster; qanqam & ipse, *de Sacram. q.* 4. *c.* 1. *monstrum dogmatis* appellat; *nuperum Scholasticorum inventum, prisca olim Ecclesiæ invaditum, qod non tam verborum, qam sententiæ ipsius solœcismum contineat intolerabilem.* Ego tamen de axiomate ipso nolim contendere, si *Sacramentorum effectus* is tantum intelligatur, ad qem à Deo instituta sint, *obexqe* sensu latiusculo accipiatur, pro eo omni, qicqid tandem fuerit, qod effectum illum suum qo minùs sortiatur Sacramentum, impedimento esse possit.

2. Assumptionis membra, & firmamenta, qod attinet.

1. Nego constare, *in Baptismi ritu percipiendo Christi sangvinem exhiberi atqe applicari semper ex parte Dei ad veram peccatorum reatus solutionem.* Danæus *adverss. Bellarm. de Bapt. c.* 4. *rat.* 4. *Fallitur qi putat applicationem ipsam Christi & ejus beneficiorum fieri per signum aqæ qod illius tantùm applicationis est obsignatio.* Nec aliter sumendum, qod Bucanus, *in Institut. Theolog. loc.* 23. *qæst.* 24. *Qomodò nobis applicatur Passio Christi? Verbo, Fide, & Sacramentis. Verbo enim qasi manu Dei, offertur: Fide, veluti manu hominis, accipitur: Sacramentis obsignatur.*

Negationis ratio, partim ex eis, qæ ad propositionem primo loco responsa sunt, partim hinc constare poterit; qod eis, qorum priùs sunt remissa peccata, qam ad Sacramentum hoc accesserint, non possit propriè loqendo dici in Baptismo applicari sangvis ille ad solutionem, qæ nondum sit, conseqendam; sed intinctionem tantùm fieri ad solutionem, qæ jam collata sit, obsignandam.

Adjicere libet illud Calvini, ex *Institut. l.* 4. *c.* 14. *§.* 14. *Rursum admonendi sumus, ut isti vim Sacramentorum enervant, usumqe prorsus evertunt; ita ab adverssâ parte stare alios qi arcanas nescio qas virtutes Sacramentis affingunt, qæ nusqam illis à Deo insitæ leguntur.* Tum, ubi de axiomate illo disseruerat, *Ex qo*, inqit, *conscitur, non pendere ex Sacramenti perceptione salutis fiduciam, acsi justificatio illic sita foret, qam in uno Christo repositam, nihilo minùs Evangelii prædicatione, qàm Sacramenti obsignatione nobis communicari scimus, ac sine hac posse in solidum constare.* Et *ibidem §.* 17. *Qamobrem fixum maneat, non esse alias Sacramentorum, qàm Verbi Dei partes; qæ sunt offerre nobis & proponere Christum, & in eo cœlestis gratiæ thesavros: nihil avtem conferunt avt prosunt, nisi fide accepta. — Cavendum præterea ne in errorem hujus affinem nos abducant, qæ ad amplificandam Sacramentorum dignitatem pavlò magnificentiùs à Veteribus scripta sunt; ut scilicet arbitremur, latentem aliqam virtutem Sacramentis adnexam affixamqe esse, qæ ipsa per se Spiritus Sancti gratias nobis conferat, qemadmodum vinum in cratere propinatur: qum hoc tantùm illis divinitùs injunctum sit munus, testificari nobis ac sancire Dei in nos benevolentiam; nec ulteriùs proficiant, nisi accesserit Spiritus Sanctus, qi mentes & corda nostra aperiat, nosqe hujus testimonii capaces reddat. Sacramenta enim id sunt nobis à Deo, qod ab hominibus rerum latarum nuncii, vel arrha in pactis sanciendis; utpote qæ non à se qidem largiantur aliqid gratiæ, sed renuncient & ostendant, qæ divina largitate nobis data sunt.* Qibus paria ferè Petrus Martyr, qi *ad Rom.* 4. *pag.* 124. ubi de *Obice* disseruerat, *Hoc fixum & constitutum maneat oportet, nihil Sacramentis plus concedendum esse, qod ad salutem faciat, qàm Verbo Dei.* Idemqe *ad Rom.* 11. *Prorsus negamus, ulla Sacramenta conferre gratiam. offerunt qidem eam illa; sed in significatione. nam in Sacramentis, & verbis, & visibilibus*

ſignis proponitur nobis promiſſio Dei per Chriſtum facta: qam ſi fide apprehendimus, & gratiam conſeqimur majorem, qam ea fuit, qam ante habuimus, & donum, qod fide complexi fuimus, ſigillo Sacramentorum obſignamus. Whitakerus etiam, *de Sacram. q. 4. c. 2.* adverſ. Bellarm. contendit, *eodem modo operari Verbum & Sacramenta.* Atqi nec Verbum ipſum eſt eo fine inſtitutum, ut merâ prolatione, Abſolutionis Papiſticæ ritu, peccata remittat, eiſdemve remittendis Chriſti ſangvinem applicet; ſed ut corda nobis Spiritu cooperante renovet, fidemqe in nobis producat, qæ Chriſti ſangvinem ad remiſſionem peccatorum apprehendat, eamqe nobis eâ ratione, vel apprehenſam, vel apprehendendam ſaltem confirmet. ut nec illud ipſum Sacramentum ullum efficiat, nec obſignet etiam, niſi tum demum ratum futurum, cum Spiritus Sancti operâ corda nobis fuerint immutata, cujus operatio ejuſmodi in parvulis ad Baptiſmi momentum non videtur reſtringenda. Qin & Danæus, *adv. Bell. tom. 2. l. 2. c. 4.* prope fin. *Chriſtus fide à nobis apprehenſus juſtificat; non avtem fides ipſa noſtra. nam illa Chriſtum duntaxat (noſtram juſtitiam, noſtrumqe juſtificatorem, Rom. 4. 25. 1 Cor. 1. 30.) nobis applicat. non avtem cavſſat & efficit in nobis juſtitiam. tanto minùs igitur eam, avt gratias Dei ſpirituales, in nobis efficiunt Sacramenta, qæ non ſunt immediata, ſed mediata, non proxima, ſed remota Chriſti nobis applicandi & applicati ſigna. Verùm fides eſt & immediatum & proximum Chriſtum percipiendi Chriſtoqe fruendi medium, organum & inſtrumentum.* Qi idem videndus & *ibidem ad c. 3. arg. 2.* qod infra exhibebitur. Idem inſuper *ibidem c. 4. p 324. Baptiſmatis aqa, neqe ut cavſſa efficiens, neqe ut inſtrumentalis reqiritur, ſed duntaxat ut obſignatorium ſigillum.* Zvinglius deniqe diſertiſſimè, *declar. de pecc. orig. pag. 121. Vitium originale ſolo Chriſti ſangvine tollitur: & lavacro Baptiſmi tolli neqit.* Et mox; *Baptiſmi lavacro nullum peccatum tollitur.* propriè ſcilicet loqendo.

2. Qod *nullum ex Infantis parte impedimentum intervenire* dicitur; certè qo minùs effectum, qoad parvulos à Deo deſtinatum, ſortiatur Sacramentum, nullum planè intervenit.

Verùm *reatus ſolutionem* qod attinet;

1. Qo minùs *reatus ſolutio* obtineatur, ſi Chriſti ſangvinem baptizato cuiqam, ſive non baptizato, parvulo an adulto applicare Deus dignatus fuerit, impedimentum nullum poterit intervenire.

2. Qo minùs externi Baptiſmi vi obtineatur *reatus ſolutio*, gratiaqe illa, qam illi conferri opinantur, ubi obex non intervenit; mitto dicere cum Calvino, *in Antidot. Conc. Trident. ſeſſ. 7. can. de Sacr. Qaſi verò non ipſa per ſe ſatis magnum obſtaculum ſit infidelitas.* Videtur nonnihil eſſe, qod Walæus, *de Bapt. theſ. 26. Externa hæc ſigna gratiam conferre volunt ex opere operato, i. e. ex ipſâ vi actionis externæ, modò non ponatur obex mortalis peccati. qæ reſtrictio, vel ex ipſorum hypotheſi, ineptè ponitur; qia & infantes ante qam ſunt regeniti, peccato mortali omnes ſunt obnoxii, & adulti nondum regeniti, neceſſariò adhuc ſub peccati regno ſunt; niſi dicant, avt peccatum originale, avt peccati regnum in homine, mortale non eſſe, contra principia ſua.* Reverendus Epiſcopus Gregorius Derenſis *de perſev. c. 12. §. 5. Docent & ipſi Pontificii Sacramenta gratiam non conferre, in reatu mortalis peccati ad Sacramentum percipiendum accedenti, vel ut ipſi loquntur, ponenti obicem mortalis peccati. Sed omnes qi ad Baptiſmum accedunt percipiendum rei tenentur, niſi priùs fuerint juſtificati, mortalis peccati; nec adulti tantummodò qi originali peccato tranſgreſſiones perſonales ſuas adjecerunt; ſed infantes etiam qi præterqam qod originalis vitii reſpectu ſunt naturâ in peccato mortali, etiam tranſgreſſionis illius Adami graviſſima rei tenentur; qod peccatum proculdubio erat mortale.*

3. De *Sacramentis initiatoriis*, deqe *promiſſione divina* eis annexâ, qod aſſeritur, probatum itur,

1. De *Baptiſmo*, tum de *Circumciſione.*

De Baptiſmo, *remiſſionem reatus originalis parvulo baptizato promitti*, probatio ducitur, ex Act. 2. 38. 39.

A Verùm 1. de Infantibus baptizandis nihil qicqam eo loci reperitur.

2. Qod jubentur, *reſipiſcere & baptizari in remiſſionem peccatorum*, geminum eſt prorſus illi Domini Chriſti enunciato, *Qi crediderit & baptizatus fuerit, ſalutem conſecuturus eſt.* Marc. 16. 16. Et credenti ſiqidem & reſipiſcenti remiſſa ſunt, priuſqam ad lavacrum acceſſerit, peccata; ut λυτρὸν illud ſalutare reatus remiſſionem priùs exhibitam obſignet, non ſangvinem Chriſti eo fine applicet, qo ſolutio, jam habita, conferatur. Sclaterus noſter, in Rom. 2. 25. *Locorum Act. 2. 38. & 22. 26. ſenſus*
B *hic eſt recipiendum Baptiſmum, tanqam ſigillum, in venia certitudinem ampliorem. An non enim Judæi crediderant, & Pavlus reſipuerat, priuſqam baptizarentur? Qis avtem neſcit ad credentes veréqe reſipiſcentes remiſſionem ex promiſſione divina pertinere? Qarè ergò ſunt baptizandi? ad confirmationem ampliorem, dum Sacramentum accipiunt, tanqam teſtimonium reconciliationis ſuæ cum Deo.* Calvinus, in Act. 2. *Tametſi in contextu verborum Baptiſmus remiſſionem peccatorum hîc præcedit, ordine tamen ſeqitur; qia*
C *nihil aliud eſt qam bonorum qæ per Chriſtum conſeqimur, obſignatio, ut in Conſcientiis noſtris rata ſint. Qia avtem Baptiſmus ſigillum eſt, qo Deus hoc nobis confirmat; adeoqe arrha & pignus adoptionis noſtræ, meritò dari in remiſſionem peccatorum dicitur.* Qæ Calvini verba ubi recitaverat Chamierus; *Panſtrat. tom. 4. lib. 2. c. 3. §. 17. Sic*, inqit, *Calvinus. & cur non ex vera perpetuaqe natura Baptiſmi, hæc interpretaretur Apoſtoli verba, qæ Papiſtæ ſua freti avdacia torqent alio?* Piſcator, *in Act. 2.* Εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. *i. e. in teſtimonium remiſſionis peccatorum ut habeatur ſcilicet teſtimonium divinum, qod Deus vobis remiſerit peccata propter Chriſtum, in qem creditis. Metonymia ſubjecti. non avtem ad conſeqendam remiſſionem peccatorum per hoc*
D *medium ſive inſtrumentum.* Et mox: *Non eodem modo exponenda ſunt hæc verba*, in remiſſionem peccatorum, *in verbis Apoſtoli*, Baptizetur unuſqiſqe veſtrum in remiſſionem peccatorum, *qo in verbis Domini*, Hic eſt ſangvis meus, qi pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. *nam ſatis eſt utrobiqe notari finem præpoſitione eis. at interim certum eſt, alium eſſe finem effuſionis ſangvinis Chriſti; alium verò Baptiſmi cæterorumqe Sacramentorum. nam ſangvis qidem Chriſti effuſus eſt ad remiſſionem peccatorum promerendam; at Sacramenta inſtituta ſunt, ad meritum illud nobis teſtificandum, atqe ita fidem noſtram confirmandam.*
E Malcolmus, *in Act. 2.* Baptizetur unuſqiſqe veſtrum in remiſſionem peccatorum, *i. e. accipite Baptiſmum, ſignum remiſſionis peccatorum, ſigillum etiam electis in ſangvine Chriſti.* Petrus deniqe Martyr, *in ad Rom. 11. de Juſtificat. pag. 608. De Sacramentis non ſemel docuimus, qomodo illis attribuenda eſt Juſtificatio. Ea enim ita ſe ad illam habent, ut prædicatio Evangelii & promiſſio de Chriſto, qæ nobis offertur ad ſalutem. Sapiſſimè verò in Sacramentis, id qod eſt rei, adſcribitur Sacramento. Et qoniam Baptiſmus remiſſionem peccatorum promittit per Chriſtum, eamqe ſignificat, & in illis qi tin-*
F *guntur, obſignat, idcircò Hieronymus ex omnibus aliis Sacramentis illi ſoli hoc attribuit.*

3. *Donum Spiritus Sancti*, de qo Apoſtolus ibi, non tam *remiſſio peccatorum*, qàm *donorum ſpiritualium collatio*, ex baptiſmo obtinenda, nonnullis videtur, prout & freqenter tunc temporis contigiſſe legimus. Ita Calvinus, *Qoniam admiratione tacti fuerant, qum viderent Apoſtolos alienis Lingvis repente loqi cepiſſe; Petrus ejuſdem doni ipſos fore compotes dicit, ſi ad Chriſtum tranſierint. — Neqe enim de Sanctificationis gratiâ, qæ generaliter piis omnibus confertur, debet hic locus intelligi. Do-*
G *num ergò Spiritus illis promittit, cujus ſpecimen in Lingvarum diverſitate cernebant. ideò hoc propriè ad nos non ſpectat.*

4. *Promiſſio* itidem, tam liberis ipſorum, qam & ipſis præſtanda, ſunt qibus exiſtimatur, non eſſe de *peccatis remittendis*, ſed de *donis* illis *ſpiritualibus conferendis*, de qâ ex Joel. 2. 29. ſuperiùs v. 17. 18. locutus fuerat. Ita Piſcator; ἡ ἐπαγγελία, hæc promiſſio. *nempe pavlò ante à me allata ex Joele ſupra v. 17.*

5. Etiamſi

5. Etiamsi latiùs extendatur *promissio* illa, ut & *remissionem peccatorum* comprehendat, & ad universam insuper fidelium progeniem pertingat; non tamen beneficium hoc eis aliter ulteriusve promittitur, qàm prout in fœdere gratiæ illud constitutis qibuscunqe promitti perhibetur. qo fœdere contineri etiam, qi Baptismi immunes istinc demigrarint, fidelium infantes, nostrum saltem nemo negaverit. ut ad Baptismi perceptionem restringenda minimè videatur. Nec reverâ *semini baptizato*, qod hîc dicitur, sed *semini fidelium resipiscentium*, sive baptizati illi fuerint, sive etiam sine baptismo decesserint, nullâ hîc factâ distinctione, *promissio*, qæcunqe ea tandem fuerit, facta dicitur.

6. Ad *promissionis* adeptionem, tam *resipiscentia*, qam *baptismi perceptio*, hoc saltem loco exigitur; ut non possit hinc *promissio* infantibus, ubi baptismo initiati sint, *remissionis peccatorum* facta probari, nisi simul etiam resipuerint.

2. De *Circumcisione* qod obtenditur, ex Gen. 17. 7. 10. *semini circumciso promissionem* pariter fieri *remissionis peccatorum*; (ut controversiam omnem semoveam, de sensu verborum illorum, *Ero Deus tuus, & Deus seminis tui*) concessum hoc id qod controvertitur, non evincit.

Siqidem, 1. potest semini circumciso promitti, qod tamen circumcisionis ratione, qasi medium sit qoddam, qo Christi meritum ad id consequendum applicetur, non promittitur. Verbi gratiâ. *Pavperibus regnum cœlorum* promittitur; Luc. 6. 20. nec tamen hoc eis *pavpertatis ratione* promittitur, qasi medium sit qoddam, qo Christi meritum ad id adipiscendum applicetur. Potest *circumciso remissio peccatorum* promitti, ut tamen circumcisioni non promittatur.

2. *Semini circumciso*, qâ circumciso, ea promissio non datur; sed cum semine universo fœdus initur. Fœderis summa est, *fore se illis Deum.* esto, *protectione singulari*; esto, *peccatorum remissione.* Fœderi sub hac pollicitatione concepto adjungitur sigillum, non qo, avt protectio singularis, avt peccatorum remissio, eo qasi medio sive instrumento conferatur; sed qo veritas promissionis divinæ de beneficiis istis conferendis obsignetur. ideò *signum* & *sigillum fœderis* nuncupatur, Gen. 17. 11. Rom. 4. 11.

Non avtem *circumciso semini*, qâ circumciso promitti, patet.

1. Qia pactum ipsum principale, non cum gente una tantùm Judæa, cui soli circumcisio est imperata, sed cum eis omnibus, qibus Abraham promittebatur Pater futurus, pangebatur. Gen. 17. 4. 5. 7. h. e. cum *semine universo*, qod tam ex Hebræis, qàm & ex Ethnicis Evangelium amplexis consistit. Rom. 3. 29. 30. & 4. 12—16. 17. Gal. 3. 7. 14. 16. qo modo & ipse illud accipis, Act. 2. 29. Pavlus Ejtzenius, *in Gen.* 17. *Pavlus clare monstrat hanc primam partem fœderis pertinere, non ad unam tantum gentem Judaicam, sed ad totam universalem Ecclesiam ex omnibus gentibus, & esse universalem illam promissionem sev pactum, de gratuita justificatione sev benedictione per semen promissum J. C.* Et mox: *Hanc promissionem Evangelicam vocat hic Dominus fœdus sev pactum suum cum Abraha & omnibus fidelibus. — & in promissione Abraha nomen mutat, ut ipsum nomen promissionis universalitatem confirmet.* Denique, *diligenter notandum est, nomen Abrahæ mutatum esse ante institutionem Circumcisionis, ut liqidò constaret, pactum promissionis, non tantùm ad unam gentem circumcisam, sd ad multas gentes pertinere, — ad totam nimirum Ecclesiam.*

2. Qod ad Hebræos sive Israëlitas attinet, qibus ritus ille tunc imperabatur;

1. Qia cum *toto semine* fœdus initur; qo semine fœmellæ etiam continebantur, ad qas tamen Sacramentum illud non pertingebat. Musculus, *in Gen.* 17. *part.* 2. *qæst.* 1. *Sic etiam sentiendum est de fœmellis, qæ licet circumcisæ non sint, nihilo tamen minùs sunt in fœdere & populo Dei. Participem enim divini fœderis reddit, non signum, sed gratia eligentis Dei, qi dixit,* Ego sum Deus tuus, & semini post te. *&,* Pono fœdus meum inter me & te & semen tuum post te. *Hæc sunt generalia, & tam fœmellas qàm masculos, de semine Abrahæ descendentes, fœderis & populi Dei participes reddunt. circumcisio verò præputii non est generalis, sed specialis; utpotè masculis tantùm & non fœmellis imposita.* Hinc & Justinus infert, *disput. cum Tryph. p.* 47. ὅτι εἰς σημεῖον ἡ περιτομὴ δέδοται, οὐχ εἰς ἔργον δικαιοσύνης.

2. Nec *masculis ante diem octavum*, qi Circumcisioni destinabatur, *obeuntibus*, promissio illa minùs avt facta, avt etiam præstita creditur, qam *die octavo circumcisis*: nisi seqiore conditione usum sexum præstantiorem, qem & Messias ipse suscepit gessitqe, (qod rationi minimè consentaneum fuerit) statuere velimus: ut masculus, qia statim ab ortu, vel abortu etiam expiraverit, à promissionis beneficio exclusus sit, cum fœmella interim eo gavisa fuerit, licet ab utero ad urnam confestim transierit. Calvinus, *in Gen.* 17. 7. *Nihil certius est, qam Deum fœdus suum paciscì cum filiis Abrahæ, qi naturaliter gignendi erant. communis enim erat omnibus promissio.* Et, *ad vers.* 14. *Colligimus nihil infantibus nocuisse suum præputium. satis enim ad eorum salutem efficax erat nuda Dei promissio. neqe sic eam obsignavit externis sigillis, ut ipsis virtutem suam adstringeret. Sciamus ergò salutem generis Abrahæ in illo verbo fuisse inclusam,* Ero Deus seminis tui. — *Qamvis avtem Circumcisio vice confirmationis accesserit, non tamen fecisset, qin vis & effectus verbo constaret.* Ursinus, *Tract. Theolog. de Sacr. c.* 1. *p.* 490. *Infantes item olim è vitâ prius evocati, qam circumcidi, avt nunc anteqam ablui baptismo potuerint, non minùs qàm circumcisi & baptizati, promissione illâ comprehensi sunt,* Ero Deus tuus, & seminis tui; *ac circumcisi & baptizati sunt Christi Spiritu & sangvine.* Whitakerus, *de Bapt. q.* 2. *c.* 3. *arg.* 1. *Sicut omnes Abrahæ liberi erant in fœdere; sic nostri omnes: & sicut Deus omnibus ejus liberis erat Deus, etiam ante octavum diem, imò ut primum nati sunt, qia dixit,* Ero Deus tuus, & seminis tui; *sic & nostris liberis ante Baptismum. Et cum illa promissio, confitente Bellarmino, sit remissionis peccatorum & vitæ æternæ ergò promissio hæc ad omnes Christianorum liberos, qoscunqe Deus elegerit, vi fœderis pertinet.* Amesius, *adv. Bellar. tom.* 3. *disput.* 12. *de Bapt. qæst.* 1. *thes.* 5. *Filii eorum, qi participes sunt benedictionis Abrahæ, sunt filii Dei, etiam qum primò nascuntur.* Et mox; *Baptizantur propriè homines, qia pro filiis Dei habentur non ut incipiant esse filii. alioqin ratio nulla esset, qare filii infidelium non æqè baptizarentur, ac filii fidelium.*

3. Nec eos omnes, qi per tot annos *in eremo* oberrabant, *circumcisionis exortes*, vel à fœdere alienos, vel beneficiorum illorum exortes, de qibus fœdus inibatur, avt ratio, avt religio opinari suspicarive patitur: non magis qam qod & Paschæ celebrationem per totum ferè id tempus omiserant; de qo utroqe rectè monet Willetus noster, *ad Gen.* 17. 14. Videatur & Chrysostomus, *in ad Rom. Orat.* 6.

4. Nec *circumcisi omnes reatus remissionem* eo Sacramento *consecuti* sunt. Qâ de re Reverendi Episcopi Roberti Sarisburiensis verba potiùs avdias velim qam mea. Is *adv. Thomson diatr. c.* 2. hæc habet; *At verò Circumcisionis diligenter animadversa ratio sententiam ejus luculenter refellit. Jacob & Esav gemelli ab Isaako oriundi; uterqe circumcisus. sed alterum dilexit Deus, alterum odit: & qem odit, non justificavit, non sanctificavit, non renovavit; ut manifestum sit, justificationem cum circumcisione non semper fuisse conjunctam.* Et Chamierus, *Panstrat. tom.* 3. *lib.* 13. *cap.* 21. §. 34. *Negamus unqam reapse remitti peccata eis, qi non pertinent ad æternam electionem, qomodo Esav unqam remissa fuerunt, etsi is circumcisus fuerit; nempe qia exosus erat Deo, jam anteqam nasceretur.*

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

2. *Deus jussit parvulos fidelium baptizari. jussioni annexuit*

nexuit promissionem remittendi reatum originalem; quod est primum beneficium & primarium, cujus infans capax est, id quod ipsum symbolum ablutionis designat.

At non jubet Deus baptizari nisi eos qi capaces sunt simul & indigi beneficiorum Baptismi. Parvulis insuper sufficienter sunt dispositi ad capessendam rem signatam per baptismalem ablutionem. Rite autem dispositis Sacramenta sunt signa gratiæ, qam designant veracia, & verè exhibitoria & applicatoria ex parte Dei.

Ergò Infanti, cum baptizatur, ex ordinatione divinâ, res signata ordinariè confertur. Est autem illa, non sola certioratio & obsignatio remissionis originalis reatus applicandæ parvulo, cum adoleverit, & per fidem ac pœnitentiam conversus fuerit; sed & ipsa applicatio prima remissionis originalis reatus anteà non remissi, dum ipsa Sacramentalis ablutio perficitur.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Qia intersperguntur hic varia, præter Argumenti ipsius summam substantiamqe, qæ discussione aliqâ non indigna censeantur, malui membratim, prout proponitur, describere, descriptumqe discerpere, qam in formam strictiorem arctioremqe compingere: idqe eo magis, qia interspersa ista accuratius pavlò discussa, ad promtiorem expeditioremqe responsionem, qæ seqentibus reponatur, viam munitura videantur.

1. *Jussionem* de *fidelium infantibus baptizandis* qam velis, vellem speciatim designasses. Etiamsi enim ex Circumcisionis analogiâ; & Sacramenti hujusce ipsius naturâ, qâ initiationi destinatur; infantium fœdere gratioso comprehensione, &c. Pædobaptismum Ecclesiam cum priscam usurpasse, tum hodiernam usurpare jure, meritò credam; *jussionem* tamen hac de re specialem nullam hactenus comperi.

2. *Baptismo infantium promissionem annexam de reatu originali remittendo*, nusqam lego. Valet autem hic mecum illud. *Qod non lego, non credo.*

3. Hoc esse *primum & primarium beneficium, cujus infans est capax*, (ne disceptationes, qæ ad rem ipsam parum faciunt, admittantur) havd abnuerim. *Primum* esto & *primarium. solum* tamen, aut *solitarium* non est. Tam est capax *renovationis* & *regenerationis* infans, qàm est *justificationis* & remissionis peccatorum. Nec minùs illam qam istam infanti conferre, aut Deus ipse potest, aut Spiritus Dei, aut Christi sangvis exhibitus & spiritualiter adspersus.

4. *Ablutionis symbolum hoc designare*, qod dicitur; sive *reatus remissionem*, sive *remissionis* in baptizato *capacitatem* designare dicatur; ut designare havd negaverim; ita designare ex æqo saltem, si non *primò* & *primariò*, *renovationem* internam, *regenerationem*, *mortificationem*, *vivificationem*, qæ in Symbolo isto clarissimè non adumbrantur tantum, sed & depinguntur, tum res ipsa clamat, tum pagina passim sacra disertissimè attestatur. Rom. 6. 3--6. Col. 3. 11, 12. Tit. 3. 5. Eph. 5. 25. Magister ipse, *lib. 4. dist. 3. L. Cavssa institutionis Baptismi est innovatio mentis; ut homo qi per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptismi renovetur; qod fit depositione vitiorum, & collatione virtutum. Sic enim fit qisqe novus homo, cum abolitis peccatis, ornatur virtutibus. abolitio vitiorum pellit fœditatem; appositio virtutum affert decorem. & hæc est res hujus Sacramenti, scilicet interior munditia.*

5. *Non jubere Deum baptizari nisi beneficiorum baptismi capaces & indigos*, qod dicitur, accuratius perpendendum videtur.

1. *Capacitatem* qod attinet;

1. Habent infantes *capacitatem beneficiorum omnium percipiendi in baptismo obsignatorum*, ex speciali Spiritus Sancti gratiâ, eadem illâ, qam infantibus electis omnibus, intra ætatem illam infantilem hinc demigrantibus impertitur; etiamsi non habeant capacitatem eam, qæ in adultis rationis usu jam præditis, vel vi & virtute naturali reperitur, vel lege ordinariâ reqiritur. Reverendus Episcopus Joannes Sarisburiensis *in ad Col. 2. 12. Si loqamur de fide actuali, de actuali studio & professione mortificationis & vivificationis, illa Scripturæ loca qæ hæc reqirunt in baptizatis, ad adultos esse restringenda dicimus. qò infantes autem qod attinet, qia peccatores sunt, non proprio actu, sed hæreditario habitu, sufficit, qod peccati mortificationem & fidem habeant, non proprio actu sese exerentem, sed in habituali principio gratiæ inclusam. Spiritum autem Christi principium hoc habituale gratiæ in illis efficere posse & solere, nemo sanus negaverit.*

2. Habent *capacitatem* in se ex lege ordinariâ, etsi non beneficiorum omnium, qæ in Baptismo adumbrantur & obsignantur, tamen beneficii illius, ad qod Sacramentum illud qoad ipsos institutum est; fœderis nimirum illius obsignandi, qo ante Baptismum acceptum comprehendebantur, in futurum ipsorum bonum, si ubi adoleverint, pactis ipsi steterint, in parentum solatium fideiqe de ipsis firmamentum, si minorennes diem extremum obierint. Idem qi supra Reverendus Episcopus, ubi supra; *Non est necesse, ut Sacramenta eo ipso momento, qo administrantur, efficiant ea omnia, qæ figurant. imò concedentibus ipsis Scholasticis, Pactio dilatoria locum habet, cum in ipsâ susceptione obex ponitur. Jam verò in infantibus ipse defectus rationis qoad actum, est impedimentum, qo minùs habere possint actualem fidem vel actuale studium mortificationis. Præterea etsi fides & pœnitentia actualis reqiratur ab adulto, anteqam signum fœderis accipiat; tamen à fidelium infantibus non reqiritur in actu, qia esse fœderatum sufficit ad accipiendum signum fœderis: infantes autem eodem fœdere continentur cum parentibus.* Whitakerus, *de Sacr. q. 1. c. 4. ad 5um. Etsi in præsenti tempore non percipiant promissiones; tamen si detur illis vita longior, possunt percipere; atqe ita in futurum tempus baptizantur Dei jussu, ut cum adoleverint, fructum baptismi percipiant.* Calvinus, *Instit. l. 4. c. 16. §. 9. Neqe enim sancta hæc Dei institutio, qâ fidem nostram eximiâ consolatione juvari sentimus, supervacanea meretur dici. Siqidem Dei signum puero communicatum velut impresso sigillo promissionem pio parenti datam confirmat, ac ratam esse declarat, qod Dominus non illi modò, sed semini ejus in Deum sit futurus.* Danæus, *adv. Bell. tom. 2. contr. 2. cap. 13. arg. 4. Baptismus non datur fidelium infantibus, ut eorum infantium fides confirmetur, impræsentiarum scilicet, sed ut fides parentum fidelium, qi hos infantes genuerant, corroboretur*, qibus Deus promittit, *Gen. 17. 7. se, ut ipsorum patrum qia credunt, Deus est, sic se fore seminis eorum i. e. infantium, qi ex his nascuntur, Deum, teste & interprete Pavlo*, 1 Cor. 7. 14.

3. Nec fideles ipsi, qi ad Baptismum accedunt *adulti*, sunt impræsentiarum *capaces*, ex lege ordinariâ, *omnium* in universum *beneficiorum*, qæ in Baptismo repræsentantur. Reverendus Episcopus idem ubi supra. *Mortificatio illa & sepultura peccati, qæ Sacramentaliter uno momento peragitur in actione baptismi, realiter per Spiritum gratiæ in baptismo acceptum, per totam vitam Christiani protenditur.* Et mox; *habet suos progressus, qoad ipsum opus in homine perficiendum, qamvis qoad sacramentalem repræsentationem & obsignationem ejusdem nihil desit.*

4. Nec *remissionis peccatorum capaces* sunt ulli ex lege ordinariâ ordinationeqe divinâ, absqe regeneratione & sanctificatione, si non præviâ, sociâ saltem. Jer. 31. 33. 34. Ezek. 36. 25. 26. 1 Cor. 1. 30. & 6. 11. Col. 2. 12. 13. *Duo enim hæc beneficia sunt semper nexa & juncta inter se.* Reverendus Episcopus Sarisburiensis *ad Col. 2. 12.* Et *ibidem ad vers. 13. Sed & istud addendum, cum hac condonatione peccatorum, qæ animam vivificat, intelligi simul oportere semper connexam esse infusionem gratiæ sanctificantis, qæ etiam alio sensu vivificat. Cum enim peccatum remittitur, non reatus solus tollitur, sed voluntas deordinata per peccata & occisa, per gratiam vivificatur & reordinatur. infusio itaqe gratiæ semper conjuncta est cum condonatione culpæ.*

2. In-

2. *Indigentiam* qod attinet;

1. Nulli cuiqam reverâ jussit Deus Sacramentum illud tribui, qi non opus eodem habeat. hoc est, qi non opus habeat signo aliqo aspectabili, qodqe in sensum incurrat, eorum commonefieri, qæ symbolo illo adumbrantur, vel saltem, qi non sigillo solenni opus habeat, qo fœdus inter Deum ipsumqe jam initum firmetur & obsignetur. Ad Bellarmini dilemma illud, *de Sacram. l. 2. c. 7. ad arg. 2. resp. rat. 2. Hinc colligimus Sacrificia non valuisse ad expiationem peccati. nam vel qi offerre jubebatur, justus erat, vel injustus. si justus, non egebat remissione; si injustus, nihil valebat ejus sacrificium.* respondens Whitakerus, *de Sacr. q. 5. c. 3. p. 130. Si justus, non egebat remissione peccatorum; ergò non sacramento remissionis. non sequitur. Etsi enim non novâ remissione, tamen signaculo hujus remissionis opus habet. eget enim perpetua confirmatione & majori perfvasione remissionis sua, ut hæc illi luculentius constet. — Qod ait, si injustus erat, nihil ejus valuisse sacrificium, falsum est. nam si injustus suam injustitiam ex animo confitebatur, & peccata sua agnoscebat, eorumqe illum pœnitebat, sacrificium ejus acceptum fuit, & illi remissionem peccatorum obsignabat. Verum Bellarminiano huic dilemmati nos simile referemus. Si justus fuerit, qi nostra Sacramenta recipit, non eget remissione peccatorum, & sic non eget Sacramentis. qare ergò homines justi ad Evchariſtiam accedunt, avt ad ullum Sacramentum? hoc est contradicere Christo, qi vult credentem, i. e. justum, baptizari. Marc. 16. 16. & sic Apostolus Petrus voluit Cornelium jam justum baptizari. Act. 10. 2. 35. 48. & Apostolos Christus jussit cœnam frequentare, qi erant justi. Luc. 22. 19. Hoc est qod Augustinus ait, super Lev. q. 84.* Cornelius & qi cum eo erant, cum jam invisibiliter sanctificati essent, tamen baptizati sunt; nec superflua judicata est visibilis sanctificatio, qam invisibilis jam præcesserat. *Et idem alibi* *, In Cornelio præcessit sanctificatio spiritualis in dono Spiritus Sancti, & accessit Sacramentum regenerationis in lavacro Baptismi. *Jam de altero membro dilemmatis dicamus. Si injustus qis fuerit, qi ad Sacramenta nostra accedit, ei Sacramenta non proderunt ad justificationem & remissionem peccatorum. nam indignum est Theologo dicere, Sacramenta afferre justitiam ei qi est ipse injustissimus.*

2. Verùm *Baptismum* Deus multis *dari jussit*, qi *non indigent* penitus *beneficiis* qibusdam, eisqe *primariis* etiam, in Sacramento illo designatis. Adultus enim fidelis qivis ad fontem sacrum accedit, peccatorum retrò admissorum omnium remissionem plenariam & regenerationem internam jam consecutus; ideoqe nec illius, qoad peccata præterita, nec istius etiam, cujus compos jam factus est, indigus. Nec obstat, qod nondum plenè & perfectè renovatus existit, qo minus id assecutus dicatur, qod est è *primariis Baptismi beneficiis*, ut *regenerationis* adhuc indignus censeatur. Sicut enim *remissio* reipsâ *unica* est; unde *remissa peccata redire* negantur: ita *regeneratio*, propriè loqendo, cum sit vitæ spiritualis, prout generatio vitæ naturalis, principium primum, meritò & ista *unica* censetur, ut sicut nec renatus denasci, ita nec iteratò renasci qeat.

Non itaqe fidelis ad Baptismum eo fine admittitur, ut qasi *remissionis* avt *regenerationis* adhuc *indigus*, eo qasi medio, utriusqe istius compos evadat; verùm ut remissionem & regenerationem jam perceptam, signo qasi publico propalatam, & sigillo solenni obsignatam habeat. Chamierus, *Panstrat. tom. 4. l. 5. c. 4. §. 8. Justificatio simul & semel datur, partibus omnibus suis perfecta.* Et, *l. 2. c. 6. §. 2. Sacramentum non efficit justificationem in eo, qi jam antè justificatus est.* Tzegedinus, *loc. com. de Sacram. tab. 2. Sacramenta non conferre gratiam: qia sancti prius justificati receptiqe in gratiam, qam initiati sint sacramentis.* Petrus Martyr, *ad 1 Reg. 8. fol. 74. Justificatio ex baptismo non pendet, sed antecedit.* Et post; *Cæterùm fortè dixeris, Qorsum ergò baptismus eis traditur, si ante rem baptismi habuerunt? Primùm, qia Deo paremus, qi baptismi opus nobis præcepit. Deinde promissionem & donum, qod accepimus, obsignamus. Præterea ibi à Spiritu Sancto per verbum & externa symbola fides confirmatur. Et cum de his cogitamus, Spiritus Dei excitat in cordibus nostris fidem, qâ etiam atqe etiam amplectimur divina promissa, atqe ita justificatio amplificatur, dum fides in credentibus avgetur. Deus utiqe signis à se constitutis assistit. non enim sunt profana sev vacua signa. ideò baptismi fructus non est momentaneus, sed per totam vitam extenditur. qâ de causâ qi tinguntur, neqe ludunt operam, nec actum agunt.* Whitakerus, *de Sacr. q. 2. c. 2. arg. 3. ad obj. 3. Non omnes in reatu nascimur. nam qidam in utero sancti sunt, ut Joannes Baptista & Jeremias.* Et, *ad obj. 4. Gratiæ munere possunt aliqi nasci filii Dei, ut Jacob, Joannes Baptista, Jeremias, & alii hujusmodi.* Et, *cap. 3. arg. 2. Si rectè Augustinus scripserit, dicamus necesse est, qosdam nasci sanctos.* Idem, *ibidem q. 4. c. 1. arg. 5. Qi fidem & justitiam & primam gratiam habet is habet jam gratiam. qomodò ergò conferunt ei Sacramenta gratiam, cum conferre sit ei dare, qi non habet?* Et mox: *Qi fidem habet, is gratiam & justitiam habet; qomodò ergò hæc ei per Sacramenta conferuntur?* Et, *ibidem c. 3. p. 83. Si anteqam circumcisus fuit Abraham justificatus est, non potuit ex Sacramento justificari.*

6. *Parvulos sufficienter dispositos esse ad capessendam rem signatam per baptismalem ablutionem*, qod asseritur;

1. Ex se sunt certè, non ἀδιάφθορα planè modò, sed & ἀνυπαίτια; tantum abest ut *sufficienter dispositi* mihi videantur ad rem illam capessendam, qæ baptismali ablutione designatur. Ad Sacramentum capessendum sunt *sufficienter dispositi*, qod fœdere divino comprehendantur, sintqe *fidei candidati*; ut eleganter Tertullianus, *de monogam.* & ex Tertulliano Hieronymus, *ad Ocean. de Episc. digam.*

2. *Baptismali ablutione* illâ, non reatus tantùm absterſio, sed & labis internæ expurgatio, eaqe non inchoata, sed consummata designatur, ut ex Reverendo Episcopo supra monuimus.

7. *Rite dispositis Sacramenta esse signa gratiæ, qam designant, veracia, & verè exhibitoria & applicatoria ex parte Dei*, qod dicitur;

1. Possunt esse *signa veracia*, etiamsi non sint rei designatæ eodem ipso, qo adhibentur, momento *exhibitoria*. Christi παθήματα repræsentabant ritus paschales, & αἱ περὶ ἁμαρτίας, verùm exhibenda suo tempore nondùm exhibita: qod idem & de gratiâ dici potest. Chamierus, *Panstrat.* tom. 4. l. 2. c. 1. §. 27. *Moralis signi usus est promiscuus, ad effecta, tum præterita, tum futura. Sigilla in rebus politicis confirmant, tum pacta jam statuta, tum promissa in futurum.*

2. Etiam *ritè dispositis Sacramenta non exhibent* reipsâ *qicqid designant*; nec ut exhibeant, avt opus, avt usus est.

1. Evchariſtiæ participatio adumbrare videtur coepulationem nostram cum Christo in Regno Cœlorum, de qâ Luc. 14. 15. & 22. 30. Math. 26. 29. Unde forsan & Tertullianus in *apologet.* dixit, *summum esse futuri judicii præjudicium*, à sacris hisce arceri.

2. Designatur in Baptismo, *non mors tantùm peccati, sed & sepultura, qâ vis corporis peccati ita enervatur, comprimitur, obruitur, ut qasi cadaver terrâ obrutum, non possit amplius movere.* Verba sunt Reverendi Episcopi Sarisburiensis *in Col. 2. 12.* Qis tamen adultus, etiamsi qam fieri potest præparatissimè & religiosissimè dispositus ad sacramentum hoc percipiendum accesserit, gratiam istam ex perceptâ tinctione consequitur, avt consecuturum se speret? Attamen, si ex parte Dei exhibeatur, ecqid impediverit, præsertim ubi consequendi, in baptizato voluntas promtissima, desiderium ardentissimum fuerit, qo minùs sic affectus eam gratiæ amplitudinem consequatur? Bucerus, *in Rom. 6. de Bapt. myst. p. 324. Novi Testamenti Sacramenta salutem dant per Christum in carne jam perfectam; & hanc perfectionem Sacramenta Veteris Testamenti nondum dabant, sed promittebant*

* *Contr. Donat. l. 4. c. 24.*

bant. ſicut Sacramentis N. Teſt. ſalus in regeneratione perficienda promittitur tantùm, non exhibetur. Sacramenta Symbola promiſſionum ſunt. unde nulla plenè exhibent ea qæ promittunt. Zvinglius, *ad Luther. confeſſ. reſp. fol.* 477. *Nullum Sacramentum unqam fuiſſe invenitur, qod illud ipſum nobis præſens facere poſſit, qod per illud ſignificabatur: ſed hoc uniuſcujuſqe Sacramenti opus & munus eſt, ut illud qod denotet, præſens eſſe ſignificet duntaxat & teſtetur. Sic circumciſio neqaqam filios Dei fecit illos, qi in V. Teſt. circumcidebantur; ſed qi jam ante juxta promiſſionem filii Dei erant, circumciſionem, tanqam ſignum fœderis, in qo erant, recipere ſolebant. ---- Sic Baptiſmus filios Dei non facit; ſed qi jam ante filii Dei ſunt, ſiliorum Dei teſtimonium, ſignum, vel teſſeram recipiunt.*

3. *Exhiberi res ſignata* duobus modis dici poteſt;

1. Qoad actualem collationem: & ita Sacramenta qæ ſignificant non eodem ſemper momento exhibent.

2. Qoad vel collationem jam factam, vel de collatione futurâ promiſſionis, ſive abſolutæ, ſive conditionatæ, confirmationem; & hoc modo *exhibitoria* dicere ſolent noſtri rei ſignificatæ Sacramenta univerſa. Chamierus, *Panſtrat. tom.* 4. *l.* 2. *c.* 9. *§.* 18. *Conſentiunt Sacramenta eſſe ſigna exhibentia id qod ſignificent. Qid eſt avtem exhibere promiſſiones præcedentes, niſi eaſdem re confirmare qa priùs erant ſolis verbis concepta? Eſt enim ea ſigillorum natura, ut qa diplomata in membranâ ſunt, fiant efficacia, ſortianturqe effectum plenum.* Gregorius de Valentiâ, *t.* 4. *diſp.* 3. *qaſt.* 3. *punct.* 1. *Dupliciter intelligi poteſt, Sacramenta illa vetera contuliſſe ſive exhibuiſſe gratiam; uno modo impropriè, qatenus fuerunt viz. velut pignora avt etiam ſigilla qædam, qibus eſt obſignata & firmata apud homines divina promiſſio, cujus vi atqe efficaciâ conferebatur etiam tunc gratia propter paſſionem Chriſti futuram. ut ſi dicamus v. g. ſigillum principis contuliſſe ſive exhibuiſſe alicui præfecturam urbis, avt aliud officium, qoniam literas & ſententiam principis obſignavit, virtute cujus officium eſt collatum.* Idem prorſus, ſubſtantiam rei qod attinet, de utriuſqe Teſtamenti Sacramentis dictum ſit.

8. *Rem ſignatam in baptiſmo infantium non eſſe ſolam certiorationem & obſignationem remiſſionis originalis reatus applicandæ parvulo, cum adoleverit, & per fidem ac pœnitentiam converſus fuerit*, qod aſſeritur;

1. *Res ſignata in Baptiſmo* qolibet, ſive infantis, ſive adulti, eſt cum *remiſſio reatus* omnis, tum & interna *renovatio*, eaqe numeris omnibus abſoluta; non harum altera tantummodò, avt alterutra inchoata tantùm. Calvinus, *Inſtit. lib.* 4. *cap.* 16. *§.* 31. *Obtendit Servetus, Chriſti ſymbola, ut ſunt perfecta, exigere etiam perfectos, vel perfectionis capaces. Atqi ſolutio eſt expedita, Baptiſmi perfectionem, qa ad mortem uſqe extenditur, perperam reſtringi ad unum temporis articulum.* Whitakerus, *de Bapt. q.* 4. *cap.* 1. *Nos in Baptiſmo duplicem gratiam conſeqimur; 1. eſt remiſſio peccatorum. 2. eſt regeneratio inchoata, propter peccati reliqias.* Et poſt; *Baptiſmus Sacramentum eſt qidem mortificationis: ſed hac mortificatio non ſtatim perficitur, ut baptizamur, ſed aliqandò perficietur.*

2. *Obſignatur remiſſio*, vel jam collata baptizato, vel conferenda deinceps, ſive cum adultus actualiter converſus crediderit, ſive priuſqam hinc diſceſſerit, ſi parvulus adhuc obierit. Neqe enim neceſſarium eſt, ut eouſqe dilatam aſſeramus, qia in ipſo baptiſmi momento datam aſſerere non avdemus. Reverendus Robertus Epiſcopus Sariſburienſis *adv. Thomſon. cap.* 7. *Sacramenta, prout ſigilla ſunt gratiæ & promiſſionis divinæ, ita in illis tantùm vim ſuam ſpiritualiter exerunt, qi ſunt filii promiſſionis & hæredes gratiæ. ---- Qanqam neqe illis Sacramenta ſunt uno modo efficacia, ſed appoſita medicina citiùs in aliis effectum ſuum, in aliis operatur ſeriùs; & habetur nonnunqam Baptiſmus, ut diſtingvit Avguſtinus, multo anteqam utiliter & ſalubriter habeatur; prout ei viſum fuerit, qem penes unum effectus eſt. --- Neqe enim credimus, otioſam Pavlo fuiſſe Circumciſionem: & tamen credimus, non profuiſſe, priuſqam vocaret eum Deus per gratiam ſuam, & revelaret in eo Filium ſuum, in qo veram illam, non literæ, ſed Spiritus, non carnis, ſed cordis & animæ Circumciſionem conſecutus eſt. Qanqam qi Jeremiam ab utero ſanctificavit, & inter Jacob & Eſav in ipſo utero inimicitias fecit, & Joannem Baptiſtam nondum natum tanto gavdio perfudit, idem qoqe infantulos pro arbitrio ſuo Spiritu Sancto imbuit & gratiâ, cujus ab ipſis ferè incunabulis mira interdum effecta cernuntur; ut de illorum regeneratione dubitandum non ſit, qibus longiorem vitæ uſuram negat.*

9. Denique, *applicationem primam remiſſionis reatus anteà non remiſſi, in ipſâ ablutione ſacramentali peragi*, qod affirmatur;

1. At ſi *fœderis vi* id fiat, anteceſſit fœdus ablutionem non ſacramentalem; nec ab iſtâ pendet illius efficacia; non magis qàm à ſigillo adhibito donationis veritas.

2. Sin à *fide* & *converſione actuali* pendet efficacia hæc; ea, cum nondum ſit, non poterit illud adhuc actu peragi, ad qod ut actu exiſtat, id qod nondum exiſtit, exigitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

3. *Ipſe ritus circumcidendi præputium parvulorum in V. T. à Deo præſcriptus Gen.* 17. 10. *non obſcurè innuit, imò plane docet ante actum circumciſionis, ubi haberi poteſt & adhibetur, ipſum reatum originalem manere & parvulis imputari; & poſt circumciſionem avferri & non imputari. id qod pariter pronunciandum de Baptiſmali ablutione; qa itidem denotat, ante ablutionem, reatum originalem manere, & imputari parvulo; poſt ablutionem avferri, nec ampliùs imputari.*

Ergò *ipſum Sacramentum ad remiſſionem reatus originalis meritum Chriſti primitùs applicat anteà non applicatum. Cum omne Sacramentum rite percipientibus ſimul efficit qod figurat, ut rectè Calvinus in Eph.* 5. 26.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Reſpondeo. 1. *Ritus circumcidendi præputium* docere potius videtur, manere reatum, tam *ubi haberi poteſt & adhibetur*, qam & ubi haberi non poteſt & non adhibetur, donec internâ circumciſione circumciſum cor fuerit. Bucerus, *ad Rom.* 3. *de uſu cerem. pag.* 150. *Illa qa in carne adhibebatur circumciſio, in membro generationis miniſtro, ſignificabat, naturam totam hominis ſic à primo ortu infectam & impuram, ut fœderis divini & vitæ Dei particeps evadere non poſſit, niſi per Deum de integro renovata, reciſo atqe rejecto, qicqid eſt à primâ generatione.*

2. *Calvini* ſententiam qod attinet, qâ firmatur poſterius antecedentis membrum, in qo vis Argumenti præcipua conſiſtit, etſi ſuperiùs de eâ ſatis dictum videatur, dictis tamen iſta adjiciantur, qæ Calvini ſententiam pleniùs exponant.

1. Qod *efficere Sacramenta qa figurant* dicit; laxè nimis parumqe perſpicuè loquntur ſæpenumerò, tum priſci patres, tum noſtri recentiores, de Sacramentis ubi agunt, ut interpretatione commodâ opus habeant; qam & ipſi ſibi qandoqe adhibent, nobis exhibent, qo qid velint ſentiantqe dilucidius pateſcat. Chamierus, (qanqam nec ipſe forſan explicatè ſatis, mihi ſaltem, qæ mea eſt mentis hebetudo) *tom.* 4 *l.* 5. *c.* 4. *§.* 9. *Sententia noſtra eſt, utriqe huic parti* (tum juſtificationi, tum ſanctificationi) *adhibitum eſſe Sacramentum* (baptiſmum ſcilicet) *ſignificandæ atqe efficiendæ; qo modo aliàs diſputata eſt efficacitas Sacramentorum. Calvinus diſertè in Catechiſmo. Qa eſt Baptiſmi ſignificatio? Ea duas partes habet. Nam ibi remiſſio peccatorum; deinde ſpiritualis regeneratio figuratur. Pavlo poſt: Sic figurata eſſe ſentio, ut ſimul annexa ſit veritas. Neqe enim ſua nobis dona pollicendo, nos fruſtratur Deus. Proinde & peccatorum veniam & vitæ novitatem offerri nobis in Baptiſmo, & recipi à nobis certum eſt. Inſtitut. lib.* 5. *cap.* 13. *§.* 1.

Tria

Tria adfert fidei noſtræ Baptiſmus. 1. qod nobis à Deo proponitur, ut Symbolum ſit noſtræ purgationis & documentum, vel (ut melius explicem qod volo) inſtar ſignati cujuſdam diplomatis, qo nobis confirmet peccata noſtra omnia deleta eſſe, &c. §. 5. 2. qia noſtram in Chriſto mortificationem nobis oſtendit & noſtram in eo vitam. Rom. 6. 4. nempe qod per Baptiſmum Chriſtus nos mortis ſuæ participes fecerit, ut in eum inſeramur; & qemadmodum ſurculus ſubſtantiam alimentumqe deducit à radice cui inſitus eſt, ita qi Baptiſmum eâ qâ debent, fide accipiunt, verè efficaciam mortis Chriſti ſentiant in mortificatione carnis ſuæ, ſimul etiam reſurrectionis in vivificatione Spiritus. §. 6. 3. qod certò nobis teſtificatur non modò in mortem & vitam Chriſti nos inſitos eſſe, ſed ſic Chriſto ipſi unitos, ut omnium ejus bonorum participes ſimus. Chamierus idem *ibidem §. 10. Juſtificationem in Baptiſmo ſignificari, i. e. effici, nevtri negant. Conſtat & hoc ſaltem utrinqe poni, ſanctificationem i. e. novitatem vitæ conferri.* Et, *ibidem c. 6. §. 4. Deniqe ſumma hæc eſt, per gratiam Dei peccata remitti pœnitentibus. ejus gratiæ Sacramentum eſſe Baptiſmum. Itaqe hujus vim exeri non tantum in præcedentia, ſed etiam in omnia ſubſeqentia.* Et, *§. 8. Si nulla efficacia eſſet Baptiſmi in futurum, ergò ſanctificatio qæ ſignificatur in Baptiſmo non eſſet in futurum. at hoc falſum eſt. ergò & illud. Major clara eſt: qia ſignificatio eſt efficacia baptiſmi: ac proinde ſanctificatio, pars ſignificationis, eſt pars efficaciæ.* Sed &, *de Sacram. in gen. l. 2. c. 7. §. 24. & 25. Sacramenta manifeſtum eſt non ſemper in præſenti operari ſanctificationem. ---- non in infantibus qibus nullus eſt uſus rationis ---- qare in his ſanctificationis efficacitatem oportet differri in id tempus, cum acqirent uſum liberi arbitrii. Ibidem c. 6. §. 16. Sacramenta juſtificant ſuo modo, i. e. Sacramentaliter, qod qid ſit docet Pavlus in Circumciſione, nimirum eſſe σφραγίδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως.* Ita Calvino etiam in partes advocato Chamierus, qi & ulterius videri poterit *ad Argum. 11. reſp. 1.* Uterqe licet alicubi ambiguis locutionibus utantur, alibi tamen qid velint, liqidò ſatis oſtendunt, cum Sacramentis *efficacitatem* tantùm *Sacramentalem*, h. e. ex Apoſtoli mente, *ſignificantem atqe obſignantem* attribuunt. Calvino & Chamiero concinunt Profeſſores Lugdunenſes. Rivetus *diſp. 43. de Sacrament. theſ. 29. Calumniam patimur, qaſi ſigna nuda, vacua & prorſus inefficacia ſtatuamus; cum præter ſignificationem, ex inſtituto Dei, ſuam etiam exhibitionem, ſed modo Sacramentis apto, & obſignationem promiſſionum divinarum, ipſis attribuimus.* Et, *theſ. 30. Finis Sacramentorum eſt, ut obſignent fidelibus promiſſionem Evangelii, & fidem confirment; qoniam, ut verbum, ita Sacramenta ſunt organa, per qæ Deus operatur & movet corda credentium.* Et Walæus, *diſp. 44. de bapt. theſ. 24. Unio Sacramentalis ſigni cum re ſignatâ eſt σχετικὴ tantùm, ſev relativa, conſiſtens in mutuo illo reſpectu, qo ſignum rem ſignatam credenti ob oculos ponit & obſignat; & res ſignata à cavſſâ principali ſub conditione fidei & reſipiſcentiæ præbetur & offertur.* Et *theſ. 27. Rejicimus etiam ſententiam qorundam Ubiqitariorum, qi vim regeneratricem Spiritus Sancti ita aqæ externæ in baptiſmo alligant, ut vel ea ipſi aqæ inſit, vel ſaltem non niſi in ipſo baptiſmi actu regenerationem inchoet. pugnat enim hoc cum omnibus Scripturæ locis, in qibus fides & reſipiſcentia, ac proinde regenerationis initium ac ſemen in baptizandis præexigitur: cavſſa avtem efficiens effectu ſuo poſterior eſſe non poteſt.* Et *theſ. 29. Efficaciam ergo baptiſmi non alligamus ad momentum illud, qo aqa externa corpus tingitur: ſed in omnibus baptizandis fidem & reſipiſcentiam cum Scriptura præreqirimus, ſaltem ſecundum charitatis judicium.* Et *theſ. 31. Qando propriam baptiſmi externi vim in obſignando dicimus conſiſtere, duo ſignificamus; 1. certiorationem gratiæ promiſſæ, & à cavſſa principali collatæ avt conferendæ. 2. ejuſdem confirmationem & avgmentum.* Et *theſ. 32. Hoc vero reſpectu concedimus eſſe rei promiſſæ exhibitivum.* Bucerus, *in Rom. 6. de Bapt. myſt. p. 322. Semper qidem Sacramento Baptiſmatis remiſſio exhibita eſt peccatorum. ---- Et in baptiſmatis, qibus primum fœdus Domini conferebatur, vera ſemper regeneratio collata eſt.* Loqitur de baptiſmatis illis, de qibus 1 Cor. 10. 2. Heb. 9. 10. Exod. 19. 10. Num. 19. 19. 20. Poſt, *pag. 324. Et Sacramenta Novi Teſt. ſalutem non niſi ſignificando & promittendo exhibent; ut qæ ad confirmationem verbi fidei uſurpentur; unde & Symbola fidei dicuntur.* Calvinus deniqe, in eo ipſo, qi adducitur, loco; *Interna & arcanæ ſanctificationi, addit etiam externum Symbolum; qia in hoc conſpicua eſt illius confirmatio; ac ſi diceret, illius ſanctificationis pignus baptiſmo exhibitum fuiſſe. Pignus ſanctificationis, ſymbolum externum, confirmatio,* aliud ſunt ab ipſâ *ſanctificatione*, ejuſdemve etiam *effectione. Efficaciam verò, ſignificationem & obſignationem* exponunt; idqe vel datæ, vel dandæ etiam gratiæ. eandemqe *efficaciam* Sacramento huic attribuunt, qæ *pignoris*, qæ *ſignorum*, qæ *ſigillorum* eſt, qæ *diplomatibus* annecti ſolent. Alioqī ſtrictè ſi ſumatur, *Sacramenta effectum dare, eo ipſo qo dantur momento, id qod ſignificant, faciendo ut exiſtat qod nondum exiſtebat*, id ſupra rejectum & refutatum eſt, *ad Arg. 2. enunc. 5. memb. 1. reſp. §. 2. & ad memb. 2. reſ. 2.* & *ad enunc. 7. reſ. §. 2.* Et avtores ipſi illi conſtanter id pernegant.

2. Calvinus, loco adducto, non *in rite percipientibus*, ſed *in electis tantùm*, *Sacramenta* dicit *id qod figurant efficere.* Sic enim *ibidem. Neqe enim affixa eſt Dei ſignis gratia, qin citra adminiculum ſigni libere eam diſtribuat ſi velit. Deinde multi ſignum recipiant, qi tamen gratiæ non ſunt participes. qia ſignum omnibus eſt commune, hoc eſt, bonis indifferenter & malis: ſpiritus avtem non niſi electis confertur. atqi ſignum, ut diximus, abſqe Spiritu eſt inefficax.* Tum, ſi dixiſſet, *rite percipientibus*, de adultis fide præditis intelligendus fuerat, prout ipſe ſe loco à Chamiero allato explicat; de qibus etiam Apoſtolus in eâ periochâ qam explicandam ſuſceperat, agit, ſi Calvini ſaltem interpretationem admittimus, qi per *verbum* eo loci intelligit *myſterii ad populum explicationem*, qæ ad infantem ipſum baptizatum nec intelligentem nihil facit, non magis qam ad plebem lingvæ peregrinæ ignaram demurmuratio Pontificia. Adjici poterant, qæ Calvinus idem habet in *Commentariis ad Rom. 6. 4. & Col. 2. 12.* Sed ad mentem illius clarè ſatis explicandam iſta qæ dedimus, abunde ſuffecerint.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

4. *Meritum Chriſti non eſt applicatum Davidi parvulo octo dierum ante Circumciſionem, ſiqidem ipſe fatetur ſe in peccato & conceptum & natum fuiſſe.*

At in Circumciſione Davidis applicatum eſt ei meritum Chriſti. ſiqidem Circumciſio erat Sacramentum proprii nominis; ac proinde ex inſtitutione divinâ medium erat divinitus ordinatum, in qo Deus Davidi rite ſuſcipienti offerebat & exhibebat & applicabat Chriſti meritum ad remiſſionem originalis reatus, qæ eſt res promiſſa.

Habemus ergò meritum Chriſti nondum apprehenſum Davidi parvulo in Circumciſione reipſâ applicatum ad reatus originalis ſolutionem.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At 1. *non fuiſſe prius applicatum*, affirmatur tantummodò, non probatur.

Nam 1. ex gratiâ ſpeciali, potuit ante octiduum, putâ, ipſâ nativitatis die, vel horâ etiam, Chriſti meritum tum ad juſtificationem, tum ad ſanctificationem applicari. qo etiam non deſunt qi trahant illa Davidis de ſe pronunciata, *Pſal. 22. 10. & 71. 6.* (vide Avguſtinum *Epiſt. 120. c. 12.* Bernardum *Ep. 174.* Chamierum *de Bapt. l. 5. c. 10. §. 9.*) etiamſi in peccato prognatus fuerit. 2. Ex tuâ ipſius ſententiâ non ſeqitur, ideò nondum fuiſſe juſtificatum qod *in peccato natus*, i. e. ut Calvinus rectè, *in Pſal. 51. ab utero matris totus corruptus, & qaſi vitiis delibutus fuerit.* qum *Reſponſ. num. 28.* ſtatuas, *Certum eſſe*

ex

ex ſententia antiqorum, ſanctificationem non eſſe neceſſariam ad acceptationem perſonæ parvuli.

2. Ex lege ordinariâ non fuit neceſſe, ut *in Circumciſione applicaretur.* Neqe enim reapſe applicatum avt fuiſſe, avt non fuiſſe, videtur qicqam occurrere, qod cogat credere. nec ſi fuiſſe concedatur, evicerit id, *circumciſion m eo fine inſtitutam*, ut ex lege ordinariâ id operaretur in circumciſo qolibet. Reverendus Robertus Epiſcopus Sariſburienſis *adv Thomſon. c. 7. At verò Circumciſionis diligenter animadverſa ratio ſententiam ejus (in Circumciſione remiſſionis peccatorum & juſtificantis gratiæ influxum eſſe) luculentiſſimè refellit. Poſtqam enim Circumciſionem acceperat Abraham, ſigillum juſtitiæ fidei, circumciſus eſt Iſmaël, circumciſus & Iſaac; ſolus avtem Iſaac natus ſecundum ſpiritum, Iſmaël tantummodò ſecundum carnem. Iſmaël ergo qanqam circumciſus, non eſt tamen juſtificatus, ſervus tantùm ex ancilla, nunqam aſſcitus in promiſſionem, nunqam in libertatem filiorum Dei. Qod ſi excipias, Iſmaëlem in circumciſione non fuiſſe infantem*; (*qanqam exceptio havd ſatis valida ſit*) *oppono gemellos ab Iſaaco oriundos, Jacob & Eſav, qorum uterqe circumciſus*; *ſed alterum dilexit Deus, alterum odit, Mal. 1. 2. 3. Rom. 9. 13. Et qem odit non juſtificavit, non ſanctificavit, non renovavit. ut manifeſtum ſit juſtificationem cum circumciſione non ſemper fuiſſe conjunctam. Alioqi verum non eſſet, qod exprobravit Deus totam domum Iſraël fuiſſe corde incircumciſam, Jer. 9. 16. qia corde circumciſos neceſſario fuiſſe oportuit, h. e. juſtificatos, renovatos, qotqot carne ſunt circumciſi. Qin & Apoſtolus Pavlus, ſegregatus qidem ab utero per beneplacitum Dei; ſed non juſtificatus; qi eo fine credidit in Chriſtum, non ut juſtificationem repararet in circumciſione perceptam, ſed ut juſtificaretur per fidem Chriſti; Gal. 2. 16. ante qam naturali adhuc conditione ſe filium iræ fuiſſe fatetur.* Itaqe ex lege ordinariâ, nec Pavlo magis qam Iſmaëli circumciſionis ipſius tempore applicabatur meritum Chriſti ad præſentem efficaciam; nec Davidi magis qam Pavlo applicatum tunc fuiſſe, occurrit, qod cogat credere.

3. *Sacramenta eſſe media divinitus ordinata ad applicandum Chriſti meritum*, qoad res promiſſas, eas obſignando ſcilicet, fidemqe faciendo, vel de datis jam, vel de dandis etiam, conceditur. Verum an *ad applicandum Chriſti meritum nondum* ullâ ex parte vel *applicatum*, vel *apprehenſum inſtituta* fuerint, hoc eſt ipſum τὸ κεκτήμενον, qod probandum proponitur, nec dum probatur.

4. *Circumciſione* figurabatur, tam interna *cordis circumciſio*, qa corpus peccati mortificatur & qaſi reſecatur, qam *ſolutio à peccati reatu*, Devt. 10. 16 & 30. 6. Jer. 4. 4. & 9. 25. 26. Ezech. 44. 7. 9. Rom. 2. 28. 29. Col. 2. 11. 12. deqe labe hac internâ, præcipuè locutus videtur David Pſal. 51. 5. ut patet ex antitheſi verſ. 6. nec iſta minus, qam illa reatus ſolutio, promiſſione divina continetur. Proinde niſi de iſtâ etiam conſtare poſſit, ad eam efficiendam & peragendam, inſtitutum fuiſſe Circumciſionis Sacramentum, nec de illâ etiam idem conſtare hinc poterit. Bucerus *ad Rom. 3. de uſu cerem. p. 151. Si jam Pavlo dicuntur circumciſi, qi Chriſto per baptiſma inſiti ſunt, qia baptiſmate conſecuti ſunt expoliationem corporis peccatorum, h. e. infectæ naturæ innovationem, abunde patet, hanc expol. corp. pecc. innatæ ſcilicet perverſitatis, Apoſtolo non modo circumciſionis propriam haberi, ſed etiam ſic in eâ præcipuam, ut ſicut eos qi hanc nacti ſunt, etiamſi externè præputium eorum reciſum non ſit, verè tamen circumciſos cenſet; ita illos reputet incircumciſos, qi hac immutatione & innovatione ingenii noſtri donati non ſunt.* Et poſt multa in eundem ſenſum adjecta; *Devt 30. 6. Nemo non apertè cernit, cordis renovationem id eſſe, qod Dominus circumciſione ſuis exhibe e voluit.*

5. *Promiſſiones* hæ, qæritur, qibuſnam & qo modo factæ fuerint; (neqe enim Sacramentum meritum Chriſti obſignare avt applicare cuiqam poterit ad promiſſa conſeqenda, niſi cui, & huic etiam qatenus promiſſiones illæ factæ ſunt.) Si ſemini univerſo abſolutè factæ dicantur, qia fœdere univerſi continebantur, etiam ad non circumciſam ſobolem, fœminas putâ, ad nondum circumciſam, tertiâ putâ qartâve tantùm adhuc luce fruentes mares, pertingebant; harumqe beneficio fruebatur ſtatim ab ortu tota ſoboles, ſive nondum circumciſa, ſive nunqam circumcidenda, ſive ea ſexus incapacis conditione, ſive mortis intervenientis neceſſitate excluſa. itaqe nihil promiſſum conferebat circumciſo circumciſionis Sacramentum, qo non priùs fruebatur; obſignabat tantùm, & qaſi ratum faciebat, qod originis reſpectu, non circumciſionis, promiſſum fuerat. ſin ſemini tantùm ſecto, interius circumcidendo, Spirituſqe divini gratia in Chriſtum inſerendo, promiſſiones ſunt factæ, certè iſtis tantummodò, & vel ſic jam affectis, vel ſuo deinceps tempore afficiendis, (de renovatione dico actuali & inſitione in Chriſtum) promiſſiones abſolutè obſignabat & obſignando exhibebat circumciſio. Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis ubi ſupra: *Neqe verò gratia limitem promiſſionis excedit, qa facta eſt Abrahæ & ſemini ejus; & utriqe Sacramento circumciſionis obſignata. Qod ſi de ſemine Abrahæ qæramus, reſpondet Apoſtolus, non eſſe omnes Iſraël, qi ſunt ex Iſraël; neqe qia ſemen ſunt Abrahæ; ideò eſſe filios; ſed, in Iſaac, inqit, vocabitur tibi ſemen; hoc eſt, inqit, non qi filii carnis, ii ſunt filii Dei, ſed filii promiſſionis cenſentur in ſemine. Ergo jam non omnes ſecundum carnem nati facti ſunt filii; & tamen circumciſi omnes promiſcuè. Non ergo circumciſi omnes ſunt juſtificati, non omnes facti filii Dei; imò qamplurimi tantum ad numerum gentis aſſcripti, non ad peculium hæreditatis; nec propter bonum ſuum, ſed propter bonum electi ſeminis in populum Dei carnali titulo cooptati. Perinde ergo ſentiendum eſt, non mox juſtificatos & ſanctificatos, qicunqe ſecundum carnem baptiſmo aqa conſignati ſunt; ſed in communitate Sacramenti, tantùm ad filios promiſſionis pertinere Baptiſmi vim & gratiam, & intus Deo tinctos non niſi illos, qos per omnes gentes Deus ſe Abrahæ daturum teſtatus eſt.*

6. *Rite percipientes* qod attinet, ſi de adultis agatur, nemo rite ſuſcipit, niſi qi fide pœnitentiaqe præviâ prædītus acceſſerit. ſic avtem affecto cuiqe res promiſſa de peccatorum remiſſione jam præſtita eſt, in baptiſmo obſignanda tantùm. Petrus Martyr, ad 1 *Reg. 8. fol. 73. rat. 10. Certè, qi adulti ſunt, priuſqam tinguntur, credant oportet; qi ſi credunt, jam ſunt juſtificati.* Idemqe *ad 2 Reg. 13. fol. 238. Juſtificatio non tum primum confertur, cum aqâ fideles tinguntur; ſed antecè illis conceditur, qam baptiſmate abluantur. ſiqidem Baptiſmus eſt obſignatio qædam promiſſionis acqiſitæ, ac ſigillum jam impetratæ regenerationis.*

Sin de parvulis rationis uſu deſtitutis, in ſuſceptione merè paſſivi ſunt, imò renituntur etiam nonnunqam & reluctantur, qod Avguſtinus etiam obſervavit, nec diverſa ratio deprehenditur, ſed eadem planè eſt partis utriuſqe, tam eorum ad qos promiſſiones pertinent ſua tempeſtate efficaces futuræ, qam & eorum qi a promiſſionibus illis alieni prorſus fuerint.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

5. *Media ordinaria applicandi meritum* Chriſti, *non ſunt alia qam verbum & Sacramenta ex parte Dei.*

At parvulo, qi baptizandus ſiſtitur, verbum non applicat Chriſti meritum primitus, (ſiqidem verbum non applicat, niſi intellectum) nec aliud Sacramentum qam Baptiſmus.

Ergo vel nullum datur medium ordinarium, qo meritum Chriſti parvulis ex parte Dei applicetur ad ſalutem, avt Sacramentum baptiſmatis erit illud medium. non enim aliud ordinarium medium ex parte Dei in Scripturis reperitur.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Duo hîc pro conceſſis ſumuntur;

1. Par-

1. *Parvulo cuique, qi ad fontem ſacrum ſiſtitur, applicare Deum meritum Chriſti.* qod probandum eſt.

2. *Aſſignandum eſſe neceſſariò medium aliqod externum qo meritum Chriſti parvulis ad ſalutem applicetur.* qod non eſt neceſſarium. Nam & ante Circumciſionem non conſtat medium ullum fuiſſe, cujuſmodi circumciſio fuiſſe præſumitur; nec durante Circumciſionis ritu medium aliqod extabat, qo ſeqioris ſexus parvulis Chriſti meritum applicabatur. Rivetus, *Iſagog. ad ſcript. Sacr. c.* 27. §. 5. ad illud Becani; *Judai fide credebant fœmellas concipi in peccato originali — Ergò fide credebant, illas ſalvari non poſſe, niſi per aliqod remedium à Deo inſtitutum. Reſpondeo, conſeqens eſſe falſum, ſi intelligatur de remedio aliqo ſenſibili, avt ſacramento ſpeciali: nec id unqam probabit Becanus.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

6. *Illud actu applicatur parvulo in Baptiſmo, qod in Sacramento illo offertur, porrigitur, & exhibetur ex parte Dei.*

At meritum Chriſti in actu baptizandi parvulo verè offertur, porrigitur, & exhibetur ex parte Dei ad reatus originalis ablutionem.

Ergò meritum Chriſti actu applicatur parvulo in Baptiſmo ad reatus originalis ablutionem.

Major probatur; qia qod offertur, porrigitur & exhibetur ex parte Dei, illud etiam actu applicatur, ubi nullum impedimentum opponitur ex parte ſuſcipientis.

Minor probatur; Vel meritum Chriſti offertur, porrigitur & exhibetur in Baptiſmo ad reatus originalis remiſſionem, vel duntaxat ad reatus originalis remiſſi avt remittendi obſignationem.

At non duntaxat ad reatus originalis remiſſi avt remittendi obſignationem.

Ergò meritum Chriſti offertur, porrigitur & exhibetur ad ipſam reatus originalis remiſſionem.

Major patet; qia tertius finis (principalis ſaltem) non datur.

Minor probatur; qia Sacramentum Baptiſmatis non obſignat propriè loqendo remiſſionem peccati ſive originalis ſive actualis, niſi adulto credenti, qi conditionem fœderis præſtitit, & ſe præſtitiſſe certò novit. neqe enim obſignatio propriè fit niſi intelligenti ſe conditionem fœderis præſtitiſſe.

At nullus infans qamdiu infans eſt, actu credit; multo minus actu reflexo ſe credere novit, cum atas infantilis non ſit capax actualis obſignationis.

Ergò Baptiſmus nulli infanti, durante infantili atate, proprie obſignat, avt peccatum anteà remiſſum eſſe, avt poſteà remittendum fore.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Poſſent alii fines aſſignari; & aſſignantur etiam ab eis, qi regeneratricem in Baptiſmo gratiam dari contendunt. Verum illi reverâ utramqe ſimul datam defendunt. Mitto ſiqidem noſtrum qendam, qi ad *Spiritum Sanctum conferendum* inſtitutum vult Baptiſmum, *qi collatus* tamen, *nec ſanctificet actu, nec juſtificet* etiam.

2. *Obſignatio reatus*, vel jam remiſſi, vel remittendi, *fieri poteſt* etiam *non intelligenti*, qid, avt qâ ratione ſibi illud obſignetur. Certè *ſigillum fœderis*, fuiſſe *Circumciſionem*, Gen. 17. 7--11. Rom. 4. 11. eſſe *Baptiſmum*, inter cætera, de reatu condonando, parvulis fidelium, inter omnes in confeſſo eſt. Sigilli avtem munus qodnam tandem fuerit, niſi pactum aliqod obſignare? Id qod de beneficio futuro ac ſub conditione certâ promiſſo, parvulo cuivis, (etiam propriè loqendo) fieri poteſt; etiamſi obſignatio parvulo ipſi uſui eſſe non poſſit, donec adoleverit, conditioneſqe ex parte ſuâ pactas præſtiterit. imò poteſt illi in beneficium cedere, anteqam idipſum notum habere potuerit.

3. Nec obſtat, etiamſi de *adultis* ita ſe haberet, ut *credenti ſoli & credere ſe intelligenti obſignaret*, qin in parvulis rationis uſu deſtitutis ſecus ſe habere poſſit; qum hi pactum obſignare niſi alienâ operâqe vicariâ non poſſint, nec pacti, qod ipſorum nomine initur, conſcii exiſtant. Bonaventura, *ad 4. diſt. 1. q. 2. §. 23. Signum duplicem habet comparationem, & ad illud qod ſignificat, & ad id cui ſignificatur. prima eſt eſſentialis, & habet ipſam ſemper in actu: ſecundam avtem habet in habitu. & à primâ dicitur ſignum, non à ſecundâ. Sicut etiam parvulo ſufficit fides aliena, ita ſufficit, qed ſignificet ipſi parvulo in alio. unde qamvis non ſignificet ipſi in ſeſe, ſignificat tamen in alio:* Calvinus *Inſtit. l. 4. c. 16. §. 20. Etſi infantes, qo circumcidebantur momento, qid ſibi vellet ſignum illud, non comprehendebant; verè tamen circumcidebantur in naturæ ſuæ corruptæ ac contaminatæ mortificationem, qam adulti poſteà meditarentur.* Et Ameſius, *adv. Bell. tom. 3. diſp. 2. q. 4. theſ. 16. reſp 2. Non fruſtra lavabatur Petrus, cum Dominus ipſe dicebat,* Qod ego facio, tu neſcis nunc, cognoſces avtem poſteà, *Joan.* 13. 7.

4. Etiam *adultis nondum credentibus*, multo magis *credentibus*, verum fidem ſuam forſan *nondum apprehendentibus, ſigilla fœderis divini* ſunt Sacramenta: atqe illis qidem promiſſiones obſignant, tum demum ubi crediderint, efficaces futuras, iſtis verò effectum ſuum jam ex parte fortitas, etiamſi ipſis vel fides infirmior id nondum firmaverit, vel aſtus maligni contrarium ſuggeſſerit, & vehementius etiamnum ſuggerat. Neqe enim Sacramentorum naturam immutat humana avt perfidia, avt imbecillitas; licet illa ad beneficium omne prorſus, iſta ad ſolamen, ſaltem pro tempore reddat inefficacia. Hinc eſt qod Avguſtinus, *de bapt. contr. Donat. l. 1. c.* 12. qod & habetur apud Gratianum, *de conſecr. diſt. 4. c. Tunc valere.* & apud Magiſtrum, *ſent. l. 4. diſt. 4. c. Qi veró. Ut non denuò baptizetur, qi ad baptiſmum fictus acceſſerat, ſed ut qod ante datum eſt, tum valere incipiat ad ſalutem, cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit.* Et Martyr, *ad Rom. 4. Imo vero Sacramenta affirmamus eſſe Sacramenta, qantumvis avt infirma, avt etiam nulla ſit fides tua. Et Avguſtinus optimè ſenſit de eo, qi Sacramenta carnaliter uſurpet. qid? inqit, non propterea deſinit eſſe ſpirituale, ſed tibi non eſt ſpirituale. Sacramentum baptiſmatis etiam in eis verum eſt, qi non ſunt in veritate manſuri.* inqit Proſper, *ad object. Gall. ſent. 2.* Imò, inqam, in eis verum eſt, qi veritatem ex animo nunqam ſunt amplexi, nec ſunt unqam amplexaturi. Rectè Ameſius, *ubi ſupr. theſ. 11. Non ſunt teſtimonia completa & abſoluta niſi credentibus.* & Whitakerus, *de Sacr. q. 4. c. 2. ad claſſ. 6. rat. 5. p. 78. Fides noſtra non facit ut ſint Sacramenta. nam ut ſint Sacramenta, à Deo habent, non à nobis. — Sacramenta ſemper ſunt, propter Chriſti inſtitutionem: ſed nunqam proſunt ſine fide. ita qoad ſubſtantiam Sacramenta non pendent à fide; qoad fructum & beneficium, pendent.*

Inſerere iſtic non abs re fuerit, qæ Vir Clariſſimus in ſuis ad me, poſt tranſmiſſas ad *Exceptiones* meas Reſponſiones has ſuas, literis, in hæc verba adjecit; *Eſt qod in noviſſimis ad te meis ſignificatum, avt potius in Reſponſionis meæ loco aliqo interſitum, oportebat; hoc nempe, qod qamvis dicam qandoqe, Baptiſmum, infantibus in infantiâ non propriè obſignare remiſſionem peccatorum; propterea qòd obſignatio ejuſmodi propriè loqendo eis fiat, qi diſcretionis annos attigerint, & pacta conventa jam præſtent, idqe facere ſe norint; non ambigo tamen, qin, qemadmodum latifundia & hæredia infantibus donatione ſimplici conferri & confirmari poſſunt; ita in cœleſti inter Deum & infantem tranſactione, fœderis gratioſi beneficia, infantibus in infantia, per ablutionem baptiſmalem* [b] *conferri & aſſecurari & confirmari poſſint.* Qod conceſſum & *Reſponſionem* meam ad *Argumentum* hoc firmat, & *Argumentationis* iſtius ſaltem vim penitus elidit; ſed nec ſeqentis etiam non imminutam relinqit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

7. *Parvuli nunc rite baptizantur, ſicut olim circumcidebantur ex præcepto Dei.*

At

a *Conveyed.* b *Conveyed & aſſured.*

At parvulo baptizato in infantia morienti baptiſmus non obſignat meritum Chriſti ante applicatum, utpote qi incapax ſit actualis obſignationis.

Ergò ſi aliqo modo efficax fuerit ejuſmodi parvulo, ſolummodò ei applicat meritum Chriſti ante non applicatum. Quod ſi nihil avt applicet, avt obſignet, reſpectu talis parvuli, non erit niſi nudum illi & inane ſignum, utpote cui nihil præſtat.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Non eſt *incapax infans obſignationis actualis*; etiamſi avt ipſe actu non obſignet, avt à Deo obſignari ſibi ſalutem ac remiſſionem reatus non intelligat. Ubi qis ſibi filioqe ſuo adhuc infantulo, fundi alicujus uſumfructum comparaverit, eumqe utriqe pro vitæ terminis ſub certis conditionibus fundi Dominus vendiderit, pactum ſcripto commiſſum ſigillo appenſo obſignaverit, infantuloqe illi in ampliorem facti confirmationem coram teſtibus eo fine adhibitis in manum ſigillum id tradere placuerit, an non actualis fuerit infantulo facta iſta obſignatio, etiamſi de eâ nihil infans intelligat, reſciſcat nihil?

2. Concluſionis diſjunctio havd ſufficiens videtur. poteſt enim alio modo *efficax* eſſe qam iſtic ponitur; meritum Chriſti ſcilicet prius applicatum obſignando; qem in Baptiſtâ locum habuiſſe circumciſionem ego certè nullus ambigo. Verùm hoc ut non ſit ordinarium; at morienti in caſu qi ponitur, ſi ſalutem adeptus fuerit, obſignabit Chriſti meritum tunc applicandum, cum ad internam renovationem idem ipſum applicatur. Neqe enim avdeo à ſe invicem ſejungere, qæ connexa & indiviſa eſſe, ex paginæ ſacræ luce clarâ, noſtri paſſim profitentur. Neqe hoc tamen ita accipi velim, qaſi inficias eam, qod etiam in ipſo actu baptizandi Chriſti meritum ad utrumqe beneficium poſſit applicari, avt qod unqam applicetur; verùm unde conſtet eo fine inſtitutum eſſe ſacramentum iſtud, ut manus hoc applicandi ordinariè obtineat, hoc eſt qod mihi nondum comparere profiteor.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

8. *Sacramenta adultis, ex omnium conſenſu in recto uſu applicant meritum Chriſti ad gratiæ prius donatæ avgmentum & incrementum, avt etiam obſignationem.*

Ergò Sacramentum initiationis parvulis nondum initiatis initialem gratiam promiſſam, ſcilicet remiſſionem originalis reatus applicat, qod eſt primum beneficium cujus infans capax eſt.

Conſeqentia probatur. ſiqidem Sacramentum initiationis promiſſionem aqè habet conferendi & applicandi gratiam initialem remiſſionis originalis reatus parvulis, qibus nondum remittitur; atqe utrumqe Sacramentum habet promiſſionem conferendi & applicandi meritum Chriſti ad gratiæ prius donatæ avgmentum & incrementum, avt etiam obſignationem.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Sacramenta in adultis*, niſi jam renatis & renovatis, *non applicant Chriſti meritum, avt ad gratiæ incrementum, avt ad reatus remiſſi obſignationem.*

2. Non valet conſeqentia; nec probatio, qæ adducitur, ſatis firma videtur. Efficacia ſiqidem Sacramentorum, qâ valent adultis ad gratiæ incrementum, & obſignationem, qoad ipſos actu certiores reddendos de reatu remiſſo, non pendet à promiſſione ſpeciali, qæ utriſqe tum parvulis, tum adultis communis ſit; ſed partim à naturâ ipſius inſtituti, qâ aptum eſt fidem exuſcitare & fovere; uti Chamierus, *tom. 4. l. 2. c. 5. §. 43.* & alibi ſæpe; partim à rationis uſu, fideiqe ipſius, cujus beneficio ad hunc finem adhibendi inſtitutum illud facultas tribuitur. de qo videri poterit Petrus Martyr, *ad Rom. 4 11.* adductus ſupra in *Replic. ad Reſp. Arg. 1. Aſſump. membr. 1.* Ejuſdem avtem defectus in infantibus impedimento eſt, qo minùs Sacramentis ad finem parem ſimilemve utantur. de qo videndus Reverendus Sariſburienſis *ad Coloſſ. 2. 12.* adductus ſupra *ad Arg. 2. enunc. 5. memb. 1. art. 2.*

3. Si valeret conſeqentia à gratiæ incremento ad inchoationem ejuſdem; *gratiam initialem* eam potius concluderet, qæ in adultis ex Sacramenti uſu avgetur. Ea verò peccatorum remiſſio non eſt. in iſta ſiqidem non ſunt gradus.

4. Concludi potiùs ſic forſan poterat;

Sacramenta, ex communi noſtrorum conſenſu, gratiam non inchoare, ſed confirmare nata ſunt.

Ergò initialis nulla in Baptiſmo confertur.

Vel; Sacramenta, ex communi noſtrorum conſenſu, ex opere operato gratiam non inchoant.

Ergò in parvulis nullam inchoant.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

9. *Evchariſtia meritum Chriſti ad communionem cum Chriſto arctiorem, avctiorem & firmiorem anteà non habitam, & ad novam alimoniam animæ & corporis offert, porrigit, præbet, applicat.*

Ergò, qidni Baptiſmus pariter meritum Chriſti applicet ad reatus originalis in parvulis nondum ablutis ablutionem; abſqe qâ nulla unio avt communio cum Chriſto haberi poteſt?

Conſeqentia patet. Ut enim ſe habet Evchariſtia ad collationem communionis arctioris & avctioris & firmioris, & novæ alimoniæ; ita ſe habet Baptiſmus parvulorum ad gratiam remiſſionis, qæ removet reatum prohibentem & impedientem primam noſtram in Chriſtum inſitionem & unionem cum illo pro ſtatu parvuli.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Evchariſtia* non *applicat* cuiqam *meritum Chriſti ante non applicatum*; ſed nec *communionem* ante non habitam exhibet; ſed prius habitam amplius provehit.

2. Qo minùs id efficere poſſit in parvulis baptiſmus, nihil prohibet, ſi eo fine illud Sacramentum Deus inſtituiſſet. Verùm de hoc qæritur, nec adhuc conſtare videtur.

3. Sine ablutione interna à vitio ipſo, *nulla* itidem *cum Chriſto unio avt communio* habetur. Neqe enim niſi Spiritu intercedente habetur; nec Spiritus Sanctus niſi ut mundet & renovet, intercedere poſſe videtur.

4. Non pariter ſe habet *Baptiſmus* qoad *infantes*, atqe *Evchariſtia* qoad *adultos* fideles, qi fidei ope id præſtare poſſunt, qod infantes neqeunt. Whitakerus, *de Sacr. q. 1. c. 3. voc. 1. Sacramenta non modo movent, ut cogitemus de Chriſto, ſed fidem noſtram ad Chriſtum apprehendendum, eoqe fruendum excitant, ut in Chriſtum inſeramur arctius, ab eoqe vitam havriamus.* Qo & illud Bonaventuræ, *ad 4. d. 1. q. 2. §. 21. Medicina corporalis non prodeſt, niſi præparetur percipiens: Sic neceſſe eſt fieri ſpivitualiter. fides diſponit hominem, ut ei ſint ſalutaria ſacramenta, & motus fidei excitatur per exhibitionem ſigni, at reqirat ſignatum: ac per hoc homo diſponitur ad curationem.* Proinde qoad ſignificationem & obſignationem, licet pariter ſe habeat Baptiſmus ad gratiam initialem, atqe ſe habet Evchariſtia ad avctiorem eandem; tamen nec Baptiſmus ipſe idem in parvulis, qod in adultis operatur; nec in iſtis etiam gratiam illam initialem producit, ſed productam jam firmat, corroborat, & provehit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

10. *Idem probatur ex Analogiâ ſacramentali. Sacramentum enim omne inſtitutum eſt tam ad exhibitionem qam ad obſignationem rei ſignatæ. Ut enim aqa & ejus aſperſio vel immerſio abluit ſordes corporis; ita ſangvis Chriſti & ejus aſperſio in baptiſmo abluit reatum originalem. Hac juſta analogia, & qidem potior, certè prior, qam hac, Ut aqa vel aqæ aſperſio obſignat ablutionem ſordium; ita ſangvis Chriſti & ejus aſperſio in baptiſmo certò obſignat ablutionem*

tionem reatus originalis. Neqe enim res ſignata in baptiſmo tam eſt remiſſio reatus obſignata, præſertim in parvulis, qam eſt ablutio & remiſſio actualis.

Vel aliter ſic. Idem probatur ex Analogiâ Sacramentali, ſev ſcheſi elementi externi ad rem cœleſtem, qa rem cœleſtem dictat exhiberi rite ſuſcipientibus externum elementum, ſuppoſita inſtitutione divina. Ut enim aqa vel ejus aſperſio vel immerſio abluit ſordes iis qi ſordibus volutantur: ſic ſangvinis Chriſti aſperſio abluit reatum originalem rite ſuſcipientium hoc Sacramentum; qales ſunt parvuli ſuſcipientes Baptiſmum.

Ergò vi Sacramenti ex inſtitutione divina meritum Chriſti nondum apprehenſum parvulis applicatur.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Sacramenta non ſunt eo fine inſtituta, ut rem ſignatam ſemper actu exhibeant. Vide *ad Arg. 2. enunc. 7.*

2. *Res ſignata in Baptiſmo* eſt potius interna *animæ purificatio* per Spiritum Chriſti. Joan. 3. 3. 5. Eph. 5. 26. Tit. 3. 5. *res obſignata* eſt *reatus remiſſio* per ſangvinem Chriſti. Marc. 1. 4. Act. 2. 38. licet à cruce Chriſti reverâ virtus utraqe dimanet, & utraqe ſimul juncta ſit. 1 Cor 6. 11. Poteſt enim Sacramentum eſſe rei alterius *ſignum*, *ſigillum* alterius. qemadmodum maſſa cerea diplomati regio annexa, regiâqe imagine inſignita, eſt ſymbolum ſive typus perſonæ ipſius regiæ, eſt ſigillum regiæ donationis; illam repræſentat, iſtam obſignat. Pari modo in Evchariſtiæ Sacramento, panis & poculum, cum ſacris ritibus circa utrumqe adhibitis, Chriſti mortem repræſentant, remiſſionem peccatorum Chriſti morte procuratam, noſtramqe cum eodem communionem obſignant. De *Baptiſmo* forſan idem dici poterit; repræſentari in eo ſordium elutionem, obſignari reatus ſolutionem. De *Circumciſione* Paræus, *ad Rom. 4. 11. obſerv. 12. Circumciſio erat ſignum. ergò ſignificabat. qid? amputationem præputii cordis per Spiritum Chriſti. Erat & ſigillum; ideóqe præter ſignificationem obſignabat. qid? juſtitiam fidei*, &c. De *Circumciſione* & *Bap.iſmo* pariter Calvinus, *Inſtit. l. 4. c. 16. §. 4. Promiſſio in utroqe una eſt, nempe paterni Dei favoris, remiſſionis peccatorum, vitæ æternæ. deinde res figurata etiam una & eadem, nempe regeneratio.* Zanchius deniqe, de *Bapt. & Evchar. de Oper. redempt. l. 1. c. 16. q. 3. theſ. 1. tit. de cœn. Dom. Sicut Baptiſmus eſt, & ſignum inviſibilis gratiæ, & ſigillum, qo fœdus obſignatur: ſic etiam Cœna. externa panis & vini adminiſtratio & diſtributio ſignum eſt internæ & inviſibilis communicationis, & ſimul etiam ſigillum eſt, qo fœdus renovatur & obſignatur, juſtitiæ fidei.*

3. Non videtur *juſta analogia* iſta; *Ut aqa abluit ſordes, ita ſangvis Chriſti in baptiſmo abluit reatus.*

Nam, 1. confundere videtur Sacramentum cum re Sacramenti, reſtringitqe ad ſignum efficaciam ſangvinis Chriſti, nullo, ut mihi videtur, fundo. cum ſignificatio (prout & ipſa efficacia, qæ extra Sacramentorum uſum ſe exerit) generalior latiorqe ſit multo, hæc ſcilicet. *Sicut aqa abluit corporis ſordes; ita Chriſti ſangvis aſperſus* (ubicunqe avt qibuſcunqe nimirum mediis applicetur) *animæ ſordes eluit.*

2. Non eſt generaliter vera. neqe enim *ſangvis Chriſti, in baptiſmo abluit reatus* eorum, (niſi repræſentativè & ſacramentaliter tantùm) qi jam juſtificati ad fontem ſacrum accedunt.

4. Nemo, opinor, analogiam baptiſmi iſtiuſmodi conſtituit, *Ut aqa aſperſio obſignat ablutionem ſordium; ita ſangvis Chriſti obſignat ablutionem reatus.* Neqe enim cum *baptiſmum* dicimus *obſignare remiſſionem reatus*, hoc volumus, avt ſangvini ipſi hanc obſignationem tribuimus. Verùm, aqa corpori aſperſa ex inſtituto divino, obſignari dicimus fœdus Dei de reatus remiſſione. De analogia cum agitur, repræſentationem attendimus, qa *Sacramenta* obſervat Avguſtinus *habere. ſimilitudinem qandam earum rerum, qarum ſunt Sacramenta.* alioqi in ſacra Cœna, etiamſi reatus ſolutio obſignetur, fruſtra tamen, qod id repræſentet, reqirimus. Rivetus, *de Sacr. theſ. 22. Forma Sacramenti interna & propria eſt pulcerrima illa ἀναλογία & σχέσις ſigni ad rem ſignatam & mutua unius ad alterum relatio: illa in comparatione & ſimilitudine effectuum; hæc in ordinatione ſigni ad rem ſignatam conſiſtit. Itaqe* Whitakerus, *de bapt. q. 1. c. 2. Hæc aqa Chriſti ſangvinem ſignificat; & congruit analogia. nam ut ſordes infuſâ aqâ abluuntur, ſic peccata Chriſti ſangvine aſperſa.* In Baptiſmi itaqe analogiâ ſtatuendâ, ex alterâ parte aqa & corporis ablutio occurrit, ex alterâ Chriſti ſive ſangvis, ſive ſpiritus, ſive uterqe ſimul junctus, & ablutio animæ interna. non aqæ aſperſio obſignans corporis ablutionem. hoc enim eſſet ſignum ipſum ſecum committere. neqe Chriſti ſangvis aſperſus obſignans reatus ſolutionem. hoc enim eſſet rei ſignificatæ, qod eſt ſigni tribuere. ſed aqa aſperſa, qæ corpus abluit, repræſentans Chriſti ſangvinem aſperſum, qi animæ ſordes interiùs expurgat, rituqe eo, dum exteriùs peragitur, obſignans fœdus divinum, de peccatorum omnium reatu per Chriſti ſangvinem remiſſo, cum eis omnibus, qibus meritum Chriſti applicatum fuerit, tum Sacramentum illud percipienti, ubi hoc in ipſo peractum fuerit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

11. *Sacramentales locutiones docent Sacramenta aliqa meritum nondum apprehenſum applicare.*

Ergò Sacramenta aliqa eo fine inſtituta ſunt, ut meritum Chriſti nondum apprehenſum applicarent.

Antecedens probatur. ſiqidem iſtæ locutiones, Circumciſio eſt fœdus; Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis; Baptiſmus abluit peccata; *docent rem ſignatam in uſu legitimo cum ſigno coexhiberi vi inſtitutionis divinæ. Signum enim dans Deus dare ſe rem ſignatam ſignificat, idqe ſignificantius exprimit & vehementius affirmat, qando ſignum, qod dat, rei ſignatæ nomine appellat; ut rectè Urſinus.*

Ergò ſi res ſignata fuerit beneficium à merito Chriſti prius non apprehenſo manans, etiam illud beneficium in uſu legitimo coexhibetur cum ſigno vi inſtitutionis divinæ.

At tale beneficium eſt ablutio originalis reatus in parvulo, qi ſiſtitur baptizandus & baptizatur, cui iſte reatus ante baptiſmum non remittitur.

Ergò Baptiſmus parvulo adminiſtratus eſt Sacramentum eo fine inſtitutum, ut meritum Chriſti nondum apprehenſum applicaret; ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Vel aliter ſic, Sacramentales locutiones fundantur potiſſimùm in conjuncta exhibitione & collatione rei ſignatæ cum ſigno in uſu legitimo ex inſtitutione Chriſti.

Ergò Sacramenta aliqa eo fine inſtituta ſunt, ut meritum Chriſti nondum apprehenſum applicarent.

Conſeqentia patet; qia aliqæ locutiones occurrunt, qæ denotant exhibitionem rei ſignatæ cum ſigno nondum apprehendenti rem ſignatam, ut ei applicetur: qalis eſt, Cicumciſio eſt fœdus; Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis; Baptiſmus abluit peccata. *Hæ enim formulæ denotant Circumciſionem eſſe fœdus etiam non circumciſo, cum circumciditur, (i. e.) beneficium fœderis conferre præputiato, cum circumciditur; Et baptiſmum eſſe lavacrum regenerationis, etiam illi qi ante baptiſmum nondum eſt regenitus; & baptiſmum abluere peccata etiam ejus qi antea lotus non eſt; qales ſunt parvuli, qi olim circumciſi ſunt, & nunc baptizantur.*

Antecedens patet; qia tales locutiones non fundantur in ſola & nuda ſignificatione, analogiâ & repræſentatione; nec etiam in nuda obſignatione rei ſignatæ ut nec illa, Panis eſt corpus; Panis eſt communio corporis Chriſti; *ſed potiſſimùm in collatione rei ſignatæ in ſigni uſu legitimo juxta inſtitutionem Chriſti.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Signa, rem ſignatam* eatenus *coexhibent*, qatenus *ſigilli* munus eſt, rem eo obſignatam exhibere. Verùm

actu exhibere impræſentiarum, ſive eo ipſo tempoſis momento, rem obſignatam, ſive obſignatione deſignatam & firmatam, qo obſignatio ipſa ſigillo affixo traditoqe peragitur, non eſt avt neceſſarium, avt perpetuum ſigilli officium. Pacto ſive fœderi ſigillum adjungitur, pactiqe formam reſpicit; nec amplius avt ulterius qicqam valet, niſi qatenus illud exhibendum qicqam paciſcitur. Chamierus, *tom. 4. l. 2. c. 9. §. 18. Conſentiunt, Sacramenta eſſe ſigna exhibentia id quod ſignificent. Qid avtem eſt exhibere promiſſiones præcedentes, niſi eaſdem re confirmare, qæ prius erant ſolis verbis concepta? Eſt enim ea ſigillorum natura, ut qa diplomata in membranis ſunt, fiant efficacia, ſortianturqe effectum plenum.* Idem, *ibidem c. 5. §. 42. Sigillorum eſt certos reddere tantùm ſignificando, non etiam efficiendo. patet de iride, Gen. 9. de Solis regreſſu, Eſaj. 38. & omnino generalis doctrina eſt omnium ſignorum additorum promiſſionibus. Ibidem cap. 9. §. 5. Omne ſigillum eſt ſignum. Omne Sacramentum eſt ſigillum. Ergo omne Sacramentum eſt ſignum. Minor habetur ex Rom. 4. 11. ubi phrāſis ponderanda. qia illud* ſignaculum *finem exprimit inſtituendæ circumciſionis, ideóqe etiam inſtitutæ efficaciam.* Et §. 6. *Annotat Thomas, Pavlum oſtendere, Circumciſionem non fuiſſe cavſſam, ſed ſignum juſtitiæ.* Et mox: *Nullum ſignaculum efficit id, qod ſignat. At Sacramenta ſunt ſignacula gratiæ. Ergo nulla Sacramenta efficiunt ipſam gratiam. Ibidem c. 5. §. 17. de circumciſione; Conferebatur circumciſio etiam legitimè, non intelligentibus: & tamen ſignificabat tantùm. i. e. non operabatur in anima ſanctitatem immediatè, ſed tantùm ſignificandò.* Et *de Baptiſmo, ibidem c. 7. §. 25. Baptiſmus ſanctificationem non efficit eodem momento in infantibus, qibus nullus eſt uſus rationis. — ſed in his ſanctificationis efficacitas differtur in id tempus, cum acqirent uſum liberi arbitrii. Auguſtinus de bapt. cont. Donat. lib. 4. cap. 24. In baptizatis infantibus præcedit regenerationis ſacramentum, & ſi Chriſtianam pietatem tenuerint, ſeqitur etiam in corde converſio, cujus myſterium præceſſit in corpore.* Bucerus, *ad Rom. 6. de Bapt. p. 322. Sic eſt ingenium noſtrum, ut cum res inſenſibiles vel pollicemur, vel exhibemus ſeriò, faciamus id ſenſibilibus ſignis. — Iſtuc apud omnes gentes videmus obſervari in qibuſlibet magni momenti contractibus: ad hunc modum junguntur fœdera, inaugurantur principes, contrahuntur matrimonia, perficiuntur venditiones. Igitur qantum ad hunc uſum Symbolorum attinet, agit nobiſcum noſtro more Deus. cumqe totum fœdus, qod nobiſcum icit, & omnis ſalus noſtra ab eo initium capit eoqe nititur, qod perſvaſum habemus, ipſum nobis peccata noſtra condonare, voluit meritò fidem hujus condonationis cumprimis ſuo ſymbolo confirmare & excitare.* In eandem ſententiam multa etiam habet *ad Rom. 3. p. 149.* Whitakerus, *de Sacr. q. 4. c. 2. ad claſ. 6. Dicit Bellarminus ſigna eſſe duplicia, qædam tantùm ſignificantia & theoritica, qædam efficientia & practica, qæ præterqam qod ſignificant aliqid, efficaciam etiam aliqam habent, ut ſigillum. nos dicere Sacramenta eſſe prioris tantùm generis ſigna. Sed ab inſigni mendacio avſpicatur. Nos enim ſemper, ſacramenta non tantùm ſignificare, ſed & efficere qod ſignificant dicimus; & eſſe ſigna talia, qalia ſigilla ſunt, ſicut Apoſtolus Circumciſionem vocat ſigillum juſtitiæ fidei. Efficere* utiqe obſignando confirmandoqe verbum illud promiſſionis cui adjunguntur, uti ſupra Chamierus.

2. *Locutiones Sacramentales*, in qibus inſiſtetur qod attinet;

1. *Circumciſionem eſſe fœdus*, qâ ratione dictum ſit, docet ipſe tum fœderis avtor, tum & ritus ipſius inſtitutor, qia *ſignum* ſit *fœderis*, Gen. 17. 11. ſed & *ſigillum*, uti clarius pleniuſqe Apoſtolus, Rom. 4. 11. Conſentiunt noſtri. Calvinus, in Gen. 17. *Sicut olim fœdera non modò in publicas tabulas referebantur, ſed in æs incidi, vel in lapidibus inſculpi ſolebant, qo magis teſtata & celebris eſſet eorum memoria: ita nunc Deus in carne Abrahæ fœdus ſuum inſculpſit. fuit enim circumciſio qaſi ſolenne monumentum ejus adoptionis, qa genus Abrahæ electum fuerat in peculiarem Dei populum.* Et mox; *Dominus fœdus novum, novo Symboli genere obſignat.* Et rurſus; *Cum fœdus Dei à Moſe vocatur circumciſio, inde colligimus incluſam in eo fuiſſe promiſſionem gratiæ. — qod fœdus ratum aliter non eſt, qam dum illi reſpondet fides. atqe id commune eſt omnibus ſacramentis, ut verbum Dei annexum habeant. — imò nihil aliud eſt ſacramentum, qam verbum viſibile, vel ſculptura & effigies gratiæ Dei, qæ verbum melius illuſtret.* Whitakerus, *de Eccl. q. 2. c. 4. ad 1um reſp. 1.* Circumciſio vocatur fœdus, *qæ non niſi ſignum fœderis divini fuit.* Et mox; *Sic baptiſmus vocari poteſt παλιγγενεσια. i. e. renaſcentia, ſev regeneratio.* Zvinglius, *declar. de pecc. orig. fol. 120. Primò videmus hîc* pactum, *ſive* teſtamentum *appellari ſymbolum teſtamenti, circumciſionem. 2. videmus idem ſignum vocari ſignum* fœderis, *qod jamjam* pactum *appellatum erat. 3. eſt ſignum ejus fœderis, qod erat inter Deum & Abrahamum. ergò infantes qoqe erant in fœdere. dabatur enim ſignum, ut eſſet indicio, eos perinde eſſe in fœdere atqe Abrahamum.* Denique rectè Alſtedius, *de Eccleſ. c. 7. §. 6. Circumciſiò non facit fœdus cum Deo, ſed factum obſignat.* Videatur & Muſculus in Gen. 17. part. 2. obſerv. 3. §. 4. & Procopius Gaz. *in Gen. 17. infra ad fin. §. 13. replic. 3.* Optimè Petrus Martyr, *in Rom. 4. Vix puto ullum extare locum, qo tam breviter, & tam explicatè natura Sacramentorum proponatur, qam his Pavli verbis qibus circumciſio appellatur ſignaculum.* Et mox; *Hæc omnia in Sacramentis ineſſe nos minimè negamus. ſed caput & ſummam eorum ſignificationis in hoc ponimus qod obſignent nobis Dei dona & promiſſiones, qas ille offert fide apprehendendas.* Paræus *ad Rom. 4. 11. Omnia Sacramenta ſignificant & obſignant juſtitiam fidei per ſangvinem & Spiritum Chriſti.* Et mox; *Obſcurum igitur non eſt, ſignificare & obſignare gratiam, eſſe de Sacramentorum formâ συσιωδη. unde principalis eorum effectus exiſtit, atqe hoc eſt, qod dicitur, Sacramenta principali ſuo uſu fidem confirmare.*

2. Nec abnuerim tamen etiam aliâ ratione *pactum*, ſive *fœdus circumciſionem* dici poſſe, qia nimirum de ipſâ qoqe circumciſione obſervandâ facta eſt inter Deum Abrahamqe cum ſemine ipſius ſtipulatio. Duplex enim pactum inniti videtur: generalius unum de adſciſcendo Abraham cum poſteris ejus in populum Deo peculiarem; alterum de ritu iſto deinceps ab eis obſervando, qo pactum prius illud obſignaretur. id qod *pactum circumciſionis* Stephanus dixit, Act. 7. 8. i. e. *pactum de circumciſione obſervandâ.* ita enim malim locum illum exponere, cum Urſino, qi *Tract. theol. pag. 578. reſp. theſ. 6. Facilè*, inqit, *dare poſſumus v. 14. pacti nomine intelligi præceptum, qod irritum faciunt, i. e. non ſervant, qi circumciſionem contemnunt.* qàm cum Piſcatore, *fœdus gratiæ, qod ei circumciſione obſignarit.* Verùm de hoc vide ſis Paulum Ejzenium *in Gen. 17. ſupr. ad Arg. 1. Aſſumpt. loc. 2.*

2. *Baptiſmum* dici *lavacrum regenerationis*; ab Apoſtolo, opinor, vis ad Tit. 3. 5.

At 1. dubitari poteſt non immerito, baptiſmine Sacramentum, an interna ablutio, hoc nomine eo loci deſignetur. Atqe ego certè, etiamſi ad baptiſmi ritum externum reſpectum aliqem haberi nullus negaverim, de internâ tamen ablutione diſertè dictum exiſtimem, qæ externâ illâ corporis lotione deſignatur; ut ex clavſulâ mox ſeqente verba illa exponantur. Ita Piſcator: *διὰ λουτρου παλιγγενεσιας, και ανακαινωσεως πνευματος αγιου, i. e. per regenerationem & renovationem Sp. S. tanqam per lavacrum. Similis ſyntaxis eſt in illo,* Rom. 4. 11. Et accepit ſignum circumciſionis. *i. e. accepit circumciſionem tanqam ſignum.* Idemqe, *Theſ. Theolog. vol. 1. loc. 25. §. 20. Per lavacrum regenerationis non videtur Apoſtolus ſignificare baptiſmum, ſed ipſam regenerationem, qam lavacro comparat.* Qin & Sclaterus noſter, *in Rom. 2. 15. Dubium eſt, utrùm Tit. 3. 5. ullus ſermo fiat de Sacramentis, an verò de Spiritu ſanctificante.* Whitakerus, *de bapt. q. 2. cap. 2. Regenerantur*

per

per fidem. & ſacramentum regenerationis eſt baptiſmus. Qis enim externum baptiſmum regenerationem eſſe dixerit? externus baptiſmus non niſi ablutio eſt in aqa. at regeneratio eſt interna qadam gratia, eaqe inviſibilis.

2. Etſi concedatur, de *baptiſmo* ipſo exteriori expreſſe ac diſertè agi.

1. Non hinc tamen evinceretur, inter baptiſmi ſacramentum percipiendum aliter rem ſignatam obſignatamve exhiberi, qam ſigilli ratio poſtulet. Whitakerus, *de Sacram. q. 4. c. 2. ad 3. reſp. 1. Aqa in baptiſmo eſt ſacramentum regenerationis & renovationis noſtræ; & ſic aqâ renaſcimur, ſed ſacramentaliter tantùm, qia aqa ſignificat & obſignat novam noſtram nativitatem, qamvis nobis ſpiritus operatur.* Vide & eundem *ſup. §. 1.* fed *& inſt. memb. 2. rat. 2.* Martyr, *in Gen. 17. p. 70. Non hîc ſunt univerſales propoſitiones admittendæ, cum de circumciſione, tum de baptiſmo, ut dicamus, Omnis qi iſta ſymbola recipit, regeneratur.* Et pavlò antè; *Refricare iterum non me tadet, illam, etſi magnifacienda, non valuiſſe ex vi actionis, ſivè ex opere operato, regenerationem afferre.* Malcolmus *ad Act. 7. 8. Vocatur Circumciſio* fœdus Gen. 17. *qod ſit ſignum fœderis, & ſigillum ejus juſtitiæ, qæ eſt fidei*, Rom. 4. *Phraſis Scripturæ notanda de Sacramentis: ſæpe tribuitur rei ſignificatæ appellatio ſigni; ut* Tit. 3. *baptiſmus dicitur regeneratio, cum ſit ſignum regenerationis noſtræ.* Danæus, *adv. Bellar. tom. 2. contr. 2 l. 2. c. 14. ad arg. 2. Qod Bellarminus palmarium atqe Achilleum ſev efficaciſſimum vocat. Sacra Scriptura teſtatur verba ſacramentorum eſſe inſtrumenta & activa noſtræ juſtificationis, non autem obſignationes Dei promiſſionum. Ergò Sacramenta efficiunt in nobis juſtificationem. ait enim Scriptura nos per baptiſmum naſci*, Joan. 3. 5. *Eccleſiam per eum purgari*, Eph. 5. 26. *Baptiſmum eſſe lavacrum regenerationis*, Tit. 3. 5. *qi manducat carnem Chriſti, vivet in æternum*, Joan. 6. 58. *Reſpondeo; Inſtrumenta & ſigna, etiam merè obſignantia & teſtantia, dicuntur per tropum & metonymiam id facere qod obſignant. nam & annulus ſponſalium, qi ſolùm eſt ſignum eorum, dicitur conjungere & obligare ſponſos; contractus inſtrumentum, qod ſolùm conſenſus ſignum, obſtringere contrahentes, doctoratus ſigillum & litera, creaſſe & effeciſſe N. Doctorem. Qæ enim nos juvant, efficere ea ipſa dicuntur, propter finem in qem ſpectant, in qibus ab eis juvamur. Verum vitanda eſt verborum hujuſmodi, qæ ut cavſſis, vel ſignis, vel inſtrumentis actionem tribuunt, homonymia; ne propterea cenſeamus ea ſigna, vel inſtrumenta eſſe cavſſas iſtius actionis, vel effecti, vel fructus efficientes. Efficiunt enim, avt efficere dicuntur, illa effecta, ſuo tantùm modo, nempe per modum duntaxat ſigni, qatenus obſignant & certificant eam actionem vel effectionem, avt per modum inſtrumenti, qoniam ad effectionem adhibentur. Multum enim ſigna & vera inſtrumenta inter ſe propriè differunt. Signa verò nihil planè ad effectionem conferunt, qalia ſunt Sacramenta; ſed effectionem Sp. S. & opus illius in nobis, duntaxat veriſſimè & certiſſimè teſtantur & conſignant.* Zvinglius denique, *reſp. ad Luther. confeſſ. Qod à Theologis hîc graviter erratum eſt, & erratur etiamnum hodiè, nihil obeſt. Pavli enim pronunciata, qæ ille Tit. 3. Eph. 5. de mundatione aqæ per verbum, & lavatro regenerationis, producit, non intelligunt ἐναλλαγὰς eſſe, i. e. munerum immutationes, vel commutationes, qibus fieri ſolet, ut ſignis tribuantur, qæ illa ſignificant ſolummodo.*

2. *Actu* certè, eo ipſo temporis momento, qo baptiſmus adminiſtratur, *exhiberi rem ſignatam*, ex hac phraſi non conſtare, certiſſimum videtur.

Nam 1. in eis qos alloqitur Apoſtolus, ſive verè fideles, ſive fictitii ad fontem ſacrum accefferant, nevtiqam inter baptizandum ea gratia collata eſt. Siqidem enim fictitii fuerant, nihil qoad ipſos efficiebat ille ritus: ſin fideles, non poterat eis regeneratricem baptiſmus conferre gratiam. ante ſiqidem regenerati regigni denuò qi poterant? Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis *Epiſt. part. poſter. propoſ. 2. memb. 2. Non recipit idem ſubjectum plura accidentia ejuſdem ſpeciei.* Thomas, *ſumm. part. 3. qæſt. 66. art. 9. Unius non eſt niſi una generatio; & ideò non poteſt baptiſmus iterari; ſicut nec carnalis generatio. Et Auguſtinus dicit ſuper illud Joan. 3.* Nunqid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire & renaſci? *Sic tu, inqit, intellige nativitatem Spiritus, qomodo intellexit Nicodemus nativitatem carnis.* Eadem habet & Tilenus, *ſyntag. part. poſt. diſp. 60. theſ. 43.* Qin & Auguſtinus, loco citato, *in Joan. tract. 11.* & in Proſperi *ſent. 331. Ipſa duæ nativitates ſingulæ ſunt; nec illa poteſt repeti, nec illa. qomodò uterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. ut Adamus non poteſt bis generare, ſic nec Chriſtus.* Et Walæus, *de bapt. theſ. 51. Sicut ſemel tantum naſcimur; ita ſemel renaſcimur.* Vide infra *ſect. 2. ad Num. 3. memb. 1. repl. 3. reſp. 1.*

Si *baptiſmus* itaqe *lavacrum regenerationis* verè fuiſſe dici poſſit in eis, qibus ille tamen regenerationem non conferebat; ſed jam collatam obſignabat, vel conferendam etiam ubi verâ fide imbuendi & innovandi erant; tum non poteſt ex hoc enunciato concludi, *gratiam* ipſam *ſignatam in baptiſmo*, etiam *eum rite percipientibus neceſſariò tribui.* Whitakerus, *de Sacr q. 4. cap. 2. ad Bellar. rat. 1. Sacramenta verè juſtificant immediatè efficiendo ſanctitatem. Si hoc ſit verè juſtificare, (qod non eſt) efficere ſanctitatem, tum qi ſuſcipiunt ſacramenta, antèa juſti. i. e. ſancti non ſunt. & juſti & ſancti* [& per conſeqens, regeniti] *ſunt, antequam ad ſacramenta admittantur. nam in adultis ſanctitas antèa requiritur; qia fides requiritur, & fidem ſemper ſanctitas ſequitur: ipſa enim fides ſancta eſt, & ſanctos efficit, qi eâ præditi ſunt. Qod Philippus Evnucho, hoc ſemper addendum eſt in baptiſmo adultorum*, Si credis, potes baptizari.

2. Negant noſtrum plerique, qi ſaniores ſaltem habentur, in baptiſmo infantium regenerationem illam ipſam, de qâ hoc loco Apoſtolus (neqid ambigui dicatur) parvulis baptizatis communicari. Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis *propoſ. 2. memb. 2.* ingenuè fatetur, *regenerationem* illam, qam in baptiſmo horum effici opinatur, *non eſſe cum nova creatione & ſpirituali renaſcentiâ ejuſdem ſpeciei.* Calvinus, *Inſtitut. l. 4. cap. 16. §. 20. Verè circumcidebantur infantes, in naturâ ſuâ corruptæ mortificationem, qam adulti poſteà meditarentur. — baptizantur in futuram fidem & pœnitentiam.* Et *§. 21. Qos electione ſuâ dignatus eſt Dominus, ſi accepto regenerationis ſigno, præſenti vitæ ante demigrant, qam adoleverint, eos virtute Spiritus ſui nobis incomprehenſa, renovat, qomodò ipſe ſolus providet expedire.* Beza, *ad Act. collat. Mompelg. pag. 122. Nec enim baptiſmi efficaciam ad id momentum referimus, qo præſtatur, ſed ipſa Chriſti beneficia in eo oblata interdum ipſum præcedere, interdum ſubſeqi affirmamus, in iis viz. qi fidem non habent, ſed ſuo tempore habebunt, qam profitentur cum baptizantur. — Infantes, putamus, abſurdum eſſe dicere, renovari, ut vel eo ipſo tempore qo baptizantur, vel etiam antè non modò adultæ ætatis, vel cogniti & per fidem apprehenſi Chriſti tempus, vetere extincto homine, novi fiant homines. Ibidem pag. 106. Ad infantes qidem qod attinet in Eccleſia natos & divinitus electos, (cujuſmodi non temere dixi cunctos præſumi) & antequam uſum intelligendi nacti ſint, morituros, facile exiſtimarim Dei promiſſione fretus, naſcendo inſeri Chriſto. — — de cæteris verò qid aliter ſtatuere, niſi apertiſſima temeritate poſſimus, qam eos tum demum regenerari, cum vera fide ex avditu donantur? niſi in nonnullis Dominus extraordinariam iſtam vim afflatus ſui exercuerit. hoc verò tempus qis hominum definiet? Ibidem p. 191. Eorum qi adoleſcunt, dixi & adhuc dico, renovationem non eſſe ad baptiſmi, ſive in infantia, ſive in adoleſcentia, collati momentum reſtringendam: ſed ab eo demum tempore, qo actuali fide ex avditu Chriſtum apprehendunt.* Et *pag. 100. Qem mihi dederint infantem, adoleſcente ætate futurum Chriſtianum, niſi avditu verbi, qæ ante ignorabat, & qæ nec caro nec ſangvis docet, edoctum?* Whitakerus, *de bapt. q. 4. c. 6. Auguſtinus ait, in infantibus præcedere ſacramentum regenera-*

tionis, & ſeqi cordis converſionem, ſi Chriſtianam fidem tenuerint. non ergò exiſtimavit infundi eam gratiam in baptiſmo, qa infantes juſtificantur. præcedere enim ait Sacramentum regenerationis. qid hoc eſt, præcedit, *niſi illos, cum baptizantur, non niſi Sacramentum regenerationis accipere? non ergò juſtitiam accipiunt. Ibidem p. 293. Infundi talem gratiam in baptiſmo, falſum eſſe, experientia adultorum docet, qi etiam benè diſpoſiti, eam qam fingunt Pontificii, poſt Sacramenti perceptionem non ſentiunt novam gratiam infuſam.* Idem, *de Sacr. q. 1. c. 2. voc. 4. Parvuli --- in futuram fidem & pœnitentiam & conſcientiam bonam baptizantur.* Et qæ ſequntur ex Calvino. Et, *de bapt. q. 4. c. 5. Si puer baptizatus transferretur ad Turcas avt paganos, ubi de Chriſto nihil avdiret, non crederet actu, etiam remoto ætatis impedimento. qod indicat eum nullum talem fidei habitum habuiſſe. nam ſi habuiſſet, ætate jam provectus, ſciret aliqid eorum, qæ fidei ſunt, & poſſet aliqem fidei actum ex illo habitu elicere.* Ameſius, *adv. Bell. tom 3. diſp. 14. q. 3. theſ. 1.* Bellarminus. *Infantes non juſtificantur ſine ullâ fide.* Proteſtantes. *Verum qidem hoc eſt, ſi intelligatur de gratiâ illâ, qæ eſt principium fidei, & eandem relationem ad Deum in Chriſto conſtituit cum fidè actuali.* Mox, *theſ. 2. §. 2. Omnibus baptizatis iſtos habitus non infundi, experientia ipſa probat; qia Chriſtianorum liberi multi à Turcis abrepti & educati, aliam nullam inclinationem avt diſpoſitionem oſtendunt ad fidei actus, qam liberi Turcarum.* Et, *§. 3. Deum tamen qibuſdam, dum baptizantur, habitum vel principium gratiæ infundere non negamus. §. 4. Verum poteſt Deus, vel ante, vel poſt baptiſmum gratiam eandem communicare.* His avtem ego calculum liberè libenterqe concedo meum.

3. *Baptiſmum abluere peccata*, ex Act. 22. 16. qod obtenditur;

1. Poſſim cum Chamiero, *tom. 4. l. 2. c. 3. §. 15.* regerere. *Non eſſe neceſſarium, tribui baptiſmo hoc in loco remiſſionem peccatorum. Tria ſunt,* inqit, Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua. *nec magis baptiſmo, remiſſio avt vis remittendi, qam τῇ ἀναγέσει baptiſmus ſive vis baptizandi, tribuitur neceſſarió. Certè ſimilium ſimilia ſunt conſeqentia: & hìc phraſes non diverſæ. qod ſi abſurdum τῇ ἀναγέσει eam vim tribuere, certè non neceſſarium baptiſmo.*

2. Sed reſpondeat Whitakerus, de Sacr. q. 4. c. 2. ad 4um. *Tribuitur baptiſmo ablutio & remiſſio peccatorum; at non vi ipſius baptiſmi; ſed qia baptiſmus eſt pignus remiſſionis peccatorum, & qia baptiſmo obſignatur nobis remiſſio peccatorum, ideò in baptiſmo meritò dicuntur peccata remitti.* Et mox; *Familiaris loqendi modus eſt, ut fieri dicatur, qod factum obſignatur.* Calvinus pariter, *ad Act. 22. Qatenus fidem noſtram adjuvat baptiſmus ut remiſſionem peccatorum percipiat, ex ſolo Chriſti ſangvine, lavacrum animæ vocatur. Ita ablutio, cujus meminit Lucas, non cavſſam deſignat, ſed ad ſenſum Pavli refertur, qi ſymbolo accepto, peccata ſua expiata eſſe, melius cognovit. --- Jam enim remiſſa erant Pavlo peccata. non igitur baptiſmo demum ablutus eſt, ſed novam gratiæ, qam adeptus erat, confirmationem accepit.* Malcolmus, *in locum eundem. Ut hoc ſacramento exhibito ipſi ſignificetur, merito ſangvinis Chriſti peccatorum omnium remiſſio.* Piſcator, *theſ. Theolog. vol. 1. loc. 25 §. 15. Non qod futurum eſſet, ut baptiſmo abluerentur ipſius peccata, qæ non niſi ſangvine Chriſti ablui poſſunt; ſed qod baptiſmus ei futurum eſſet divinum & infallibile teſtimonium, qod peccata ipſi remiſſa eſſent, propter Chriſtum, in qem crederet, qemqe ex fide invocaſſet.* Petrus deniqe Martyr, *ad 1 Reg. 8. Si qando Scripturæ divinæ remiſſionem peccatorum & ſalutem ſymbolis externis tribuere videantur, id per metonymiam eſt intelligendum, qæ ſignis ea dantur qæ ſunt rerum ſignificatarum, & ſignificata nomine ſymbolorum efferuntur. Sic Petrus Ep. 1. c. 3. Ætate Noë octo animas fuiſſe per aqam ſervatas, ad baptiſmum alludens. Verum per aqam non externum elementum intelligit, ſed eam ablutionem, qæ ſangvine Chriſti fiat. atqe in ſymbolo externo rem ſignificatam comprehendit. qod ipſe poſteà manifeſtè declarat, cum ait,* Non qo deponuntur ſordes carnis, &c. Videri poſſunt qoqe Fulco & Cartwritus, noſter uterqe, *adv. Rhemenſ. in locum.*

3. Qod *phraſes iſtæ fundari* dicuntur, *non in nuda vel ſignificatione, vel obſignatione, ſed in collatione potiſſimùm rei ſignatæ; ſicut & illa,* Panis eſt corpus, Panis eſt communio corporis Chriſti:

1. Sufficit ad phraſes iſtiuſmodi verificandas, qod res ſignatæ ſymbolis deſignentur & obſignentur, qod & ſuperius ſatis demonſtratum videtur. Petrus Martyr, *ad Rom. 4. 11. pag. 114. Hic locus apertiſſimè declarat, qod & Avguſtinus tradiderit ad Bonifacium,* Sacramenta habere nomina earum rerum qas ſignificant. *idqe ille multis probavit ſimilibus; inter qæ Evchariſtiam qoqe commemoravit, qod eam appellamus* corpus Chriſti, *cum ſit illius Sacramentum. & nos docemus, panem in ſacris myſteriis ideò eſſe corpus Chriſti, qia ſit illius ſignum. Hac nonnulli ferre non poſſunt. ſed eos meminiſſe oportet in Libro Geneſeos, Circumciſionem fœdus Domini appellari; qod nihil eſt aliud, qàm promiſſio juſtitiæ & condonationis peccatorum per Chriſtum. Atqe hoc fœdus Dominus juſſit ut Judæi geſtarent in carne ſua. id nunc Pavlus exponit, eam fuiſſe ſignum ejus; juſtitiæ, inqam, & fœderis. Qarè apparet interpretationes hujus generis qibus nos utimur, ab Apoſtolo fuiſſe introductas; & eas conſectari, nihil aliud eſſe, qam veſtigiis Apoſtolicis inhærere.* Videatur & Calvinus, *Inſtitut. l. 4. c. 17. §. 21.*

2. Non negatur etiam *collationis*, ſive *exhibitionis* rationem inſuper haberi; ſed ejuſmodi, qæ ſigillis competat, qæ promiſſionibus reſpondeat, qæqe ad tempus ritus ipſius etiam legitimè adminiſtrati non neceſſariò ſemper reſtringatur. Danæus, *adv. Bell. tom. 2. l. 2. contr. 4. c. 3. arg. 4. Act. 2. 38. & 22. 16. Remiſſio peccatorum ſacramentaliter, non effectivè, tribuitur baptiſmo. Eſt enim baptiſmus remiſſionis peccatorum, & animi ſeria pœnitentia, ſigillum, ſignum, & Sacramentum, fide ſuſceptus. Luditur in ambigua ſignificatione harum vocum.* Accipere remiſſionem peccatorum. *Accipimus enim eam à Deo, tanqam à ſolo avtore; accipimus à Paſtore, ut à miniſtro; accipimus à Baptiſmo, tanqam à ſolo ſigno illius & ſigillo. Sic diploma gratiæ regium, aliqis accipit à Rege, ut à vero iſtius gratiæ avtore; accipit ob amico Avlico, velut interceſſore; accipit à Cancellaria regia, velut ab Avla obſignante Principis beneficia.* Idem, *ibidem ad c. 4. Inepties 8. eadem tribui Sacramentorum ſignis, qæ fidei. nam utraqe illa dicuntur nos ſalvos facere, Luc. 7. 1 Petri 3. juſtificare & ſanctificare, Act. 15. Eph. 5. Tit. 3. Rom. 5. Ergò fides ut ſigillum tantùm nos juſtificat, ſanctificat, ſervat; (qod falſiſſimum) ſi Sacramenta nos juſtificant & ſanctificant ſolùm, velut ſigilla. Reſponſ. Iſta juſtificare, ſanctificare, ſalvare, & Deo tribui, uti ſoli cavſſæ efficienti; & Chriſto, velut materiæ; & fidei, velut inſtrumento; & baptiſmo, velut ſigillo. Sic Rex, ut avtor, dat beneficium immunitatis; amicus Avlicus, ut interceſſor; acceptatio mea, ut cavſſa antecedens & acceptans illud donum; & Cancellaria regia, qæ diploma regii doni obſignat, velut teſtis publica iſtius beneficii.*

4. Qod ad *formulas* illas, *Panis eſt corpus*, &, *communio corporis Chriſti:*

Reſpondeo. de priore. 1. Qod *panis corpus* dicitur, in hoc fundatur, qod corporis ſit typus. typus avtem de archetypo, locutione licet impropriâ, prædicari ſolenne ſit.

2. *Panis* nobis in Evchariſtiâ traditus, non aliâ ratione *corpus Chriſti* nobis *confert & exhibet*, niſi qatenus obſignat nobis fideiqe noſtræ jus noſtrum ad Chriſtum ejuſqe merita. Hæc eſt *collatio* Sacramentorum propria. nec id cuiqam confert exhibetqe, niſi qi prius ejus compos fuerit.

De poſteriore. 1. Qod *panis communio* dicitur *corporis Chriſti*, 1 Cor. 10. 16. avdi Mortonum noſtrum *in locum*; Panis nonne communio corporis Chriſti eſt? *i. e. An non vel veſtrâ confeſſione communis illa panis comeſtio,*

meſtio, eſt communis participatio mortis Chriſti? i. e. externum & ſenſibile ſignum interna & ſpiritualis noſtræ participationis Chriſti, qo in noſtris conſcientiis obſignamur, & aliis profitemur, nos verâ fide Chriſti participes fieri? Et de *poculo* adhuc clarius; *Qid igitur? an potatio vini credenti confert Chriſtum? neqaqam. licet confirmet & excuſcitet internam fidem, qâ Chriſtum hactenus participatum magis arctè complectimur. Ergò potatio non eſt participatio Chriſti, ſed externum ſignum internæ participationis; vel externa actio, qâ profitemur, nos cum omnibus aliis credentibus Chriſti participes jam priùs factos eſſe.* Petrus Martyr, *in* 1 *Reg.* 8. *In ſumma id amplectendum eſt, ſigna externa minimè conjungere nos Chriſto, ſed jam ei conjunctis dari. qemadmodum teſſera non conſcribit militem, ſed jam conſcripto dari conſvevit. & nemo notam ſuam ovibus, eqis, bobus inurit, niſi prius ea bruta poſſederit.* Et *ſanè cum Abrahamo ſic actum eſt. prius credidit, & imputatum eſt illi ad juſtitiam. deinde Circumciſionem accepit tanqam σφεγίδα juſtitiæ fidei, qa donatus fuerat in præputio: nec cepit Deus circumciſione agere; ſed ea ſecuta eſt juſtificationem. — Qod avtem ad Galatas legitur,* Qotqot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis; *ita exponendum cenſeo. ut ſi accipias,* induere Chriſtum, *pro eo qod eſt, illius membrum fieri, baptiſmum id antecedit. ſin verò moribus & vita Filium Dei exprimere, id poſt baptiſmum acceptum conſeqitur. — Et ſi qis objecerit, in* 1 *Cor.* 12. *haberi,* nos eſſe baptizatos in unum corpus; *id non ſic exponendum eſt, qaſi per externum baptiſmum in corpus Chriſti primùm tranſeamus. cum prius de corpore Chriſti fuerimus; deinde ut id teſtificatum & conſignatum evadat, exteriùs baptizamur. & idcircò ante illa verba ſcriptum eſt,* per Spiritum nos in unum corpus baptizari. *prius ergò efficitur Spiritus Sancti opera, ut abeamus in membra Chriſti, deinde baptiſmus adjicitur.* Danæus ubi ſupra, *ad Arg.* 6. *Reſp. Participationem unius panis ſacramentalis, non eſſe cavſſam, ſed ſignum duntaxat unionis illius fidelium inter ſe. — Sacra Cœna non nos primùm unit; ſed Spiritus Sanctus in Chriſto id facit.* 1 *Cor.* 12. 13. 1 *Joan.* 1. 3. *Sacra verò Domini Cœna & panis illius obſignat illam noſtram (qi fideles ſumus) inter nos unionem, eamqe ratificat & confirmat, non avtem efficit & cavſſat, ut vult hardus homo.*

2. Qod *arctiorem* hoc pacto *cum Chriſto communionem acqirimus,* id non ſimpliciter ex Sacramenti merè collati efficaciâ provenit, ſed ex fidei opere & exercitio, qod in parvulis non habetur.

5. Qod dicitur, *formulam illam,* Circumciſio eſt fœdus, *denotare, Circumciſionem eſſe fœdus etiam non circumciſo, cum circumciditur. i. e. beneficia fœderis conferre præputiato, cum circumciditur:*

1. Imò fœdere continebatur nondum circumciſus, alioqi nec circumcidendus, qi circumcidebatur, priuſqam circumcideretur. Ideò avtem circumcidebatur, non ut jus ad fœdus haberetur, ſed ut jus ad fœdus jam habitum ritu ſolenni obſignaretur. Ita, *de baptiſmo* Whitakerus, *q.* 4. *c.* 5. *Non baptizantur infantes, ut fiant ſancti: ſed, qia ſancti ſunt, ideò baptizantur. i. ſigillum accipiunt.* De utroqe ritu, tum *Baptiſmi,* tum *Circumciſionis,* Martyr, *ad Gen.* 17. *Ex hoc loco concludimus, pueros qoqe Chriſtianorum, in fœdere Domini naſci, & idcirco baptizandos, ut illi erant circumcidendi.* Et cum de ſtatu infantium citra ritum alterum perceptum demigrantium verba faceret; *Jam cum naſcuntur ex fidelibus, ad Deum pertinent, qi pollicitus eſt ſe futurum Deum ipſorum & ſeminis ipſorum. à qo non excludi infantes eſt manifeſtum, cum voluerit illos circumcidi. ſed nota non adhibetur alienis à Deo. qo fit ut jam ad illum pertineant.* Id qod ex Chryſoſtomo in prægreſſis luculentiſſimè illuſtraverat, collatione à more humano deſumptâ, *qo ſervos avt jumenta, ubi compararerint, notam eis aliqam inurere ſolent, qâ ipſorum eſſe dignoſcantur.* Paræus, *ad Rom.* 4. *dub.* 3. *Fidelium infantes comprehenſi ſunt fœdere Dei in parentibus, juxta promiſſionem,* Ero Deus tuus, & ſeminis tui. *Sunt ergò confœderati Deo. ad confœderatos avtem pertinet Sacramentum initiatorium fœderis; qod nunc eſt baptiſmus; olim erat circumciſio, cui baptiſmus divinâ ordinatione ſucceſſit.* Vide Zvinglium ſupra adductum. De *Circumciſione* deniqe clariſſimè Calvinus, *Inſtit. l.* 4. *c.* 16. §. 24. *Nec Dominus, cum Abrahamum ſibi cooptat, à circumciſione ſumit exordium, verùm cum ferire cum eo fœdus inſtituat, primùm denunciat. tum deinde poſt fidem promiſſioni habitam, Sacramenti facit participem. Cur in Abrahamo fidem ſacramentum ſeqitur, in Iſaaco filio intelligentiam omnem præcedit? qoniam eum, qi adulta demum ætate in fœderis ſocietatem recipitur, qia fuerat hactenus alienus, ejus conditiones antea perdiſcere aqum eſt. infantem verò ex eo progenitum non item, qi hæreditario jure à matris utero in fœdere continetur.* & qæ ſequntur. Idemqe de *Baptiſmo,* Epiſt. 229. *Si qis baptiſmum illis* (fidelium infantibus) *neget, in promptu eſt reſponſio, jam eſſe ex grege Chriſti & ex Dei familia, qoniam fœdus ſalutis, qod Deus cum fidelibus paciſcitur, filiis etiam commune eſt, ſicut & verba ſonant,* Ero Deus tuus, & ſeminis tui. *niſi præcederet hæc promiſſio, qa Deus liberos fidelium nondum natos adoptat, perperam illis baptiſmum conferri, certum eſt.*

6. *Baptiſmum* pariter *eſſe regenerationis lavacrum, & peccata abluere infanti nondum regenito, & adhuc illoto,* qod dicitur:

Atqi ſupra oſtendiſſe videmur;

1. Nec hæc in *Baptiſmi* ipſius *momento* actu, cum non eſſent, *collata*; ſed, cum prius exiſterent, *obſignata* tantùm in illis, de qibus formulæ iſtæ uſurpantur.

2. Nec iſta, ex noſtrorum ſententiâ, in Baptiſmi actu ipſo infantibus conferri ex lege ordinariâ. Concludam iſta Bezæ verbis, qibus de *formulis* hujuſmodi uſus eſt, *ad Act. Colloq. Mompelg. dogm.* 1. *&* 2. *de Bapt. p.* 115. Ubi, *ſignificativè mundari Eccleſiam aqa, realiter baptiſmo Spiritus,* dixerat; *Contrarium annon,* inqit, *dogma ex fœtidis Scholaſticorum lacunis havſtum eſt, qi ut ſuum Satanicum characterem inveherent, cavſſativam, ut loquuntur, vim conferendæ gratiæ, principalem qidem Deo, inſtrumentalem avtem Sacramentis tribuerunt? — Nec diffiteor, in hunc qantumlibet palpabilem, errorem inductos eſſe nonnullos, malè intellectis Patrum ſententiis; qi non certè ut ſignis ullo modo tribuerent, qod eſt unius Spiritus Sancti opus; ſed ut Sacramentorum uſum & efficaciam commendarent, ſæpe ſic de ſignis ſunt locuti, ut qod unius eſt divinæ virtutis, videantur illis, qaſi ſubordinatis, ut iſti volunt, inſtrumentis, attribuere. Sic panem, qem frangimus, vocat Pavlus, corporis Chriſti, & calicem, qem bibimus, ſangvinis Chriſti, κοινωνίαν. ſic baptiſmum aqæ vocat lavacrum regenerationis. — Et qidni ſic loqerentur ipſi, & Patres etiam eos ſecuti, cum Chriſtus ipſe, ut ſacramentalem ſignificationem minimè vanam eſſe oſtenderet, illi ipſi pani, & illi vino, ipſius ſui corporis & ſangvinis appellationes tribuerit?*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

12. *Deniqe certiſſimum eſt, efficaciam ſpiritualem Sacramentis à Deo inſtitutis in recto uſu nunqam deeſſe. Avt igitur abuſus oſtendendus in baptiſmo infantium, avt fatendum efficere in infantibus qod figurat. Confert ergò baptiſmus remiſſionem peccati infantibus applicando meritum Chriſti.*

Abuſus cogitari non poteſt ex parte ſuſcipientis parvuli. ſed nec ex parte adminiſtrantis, qi ſecundum Dei voluntatem baptizare parvulos agnoſcitur ab omnibus, qi errorem Anabaptiſtarum non approbant. Hinc Calvinus paſſim docet, Sacramenta non eſſe nuda & inania ſigna gratiæ; ſed Deum rite utentibus præſtare illud, qod in Sacramentis promittit & figurat. qod non minùs ad parvulos fidelium, qam ad ipſos fideles pertinet.

Dicendum igitur, avt non inſtitutum fuiſſe baptiſmum in utilitatem parvulorum, avt concedendum ex virtute divina efficere in infantibus qod repræſentat & ſignificat.

Ergò Baptiſmus in illis abluit reatum originalem.

THO-

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Efficacia qidem Sacramentis à Deo tributa in uſu legitimo nunqam deeſt.* Verum hanc eſſe baptiſmi ſacramento à Deo tributam efficaciam, ut parvulo adhibitum, Chriſti meritum nondum applicatum applicet ad remiſſionem reatus originalis, imò ad ea omnia qæ figurat, in parvulo efficienda, id verò probandum adhuc ſupereſſe videtur, nec (ut ipſe reor) unqam probabitur.

2. Calvinum qod attinet, *inculcat* reverâ *paſſim, non eſſe nuda & inania ſigna gratiæ ſacramenta.* nec certè pius qiſqam, vel id ipſe unqam dixerit, vel ſine horrore ab alio prolatum ad avres ſuas admiſerit. Sed neqe, qi fœderis divini verè obſignatoria aſſeruerit, & ex animo faſſus fuerit, hoc unqam ſe piaculo obſtrinxerit; nec ideò *nuda & inania ſigna* haberi debent, ſi non id perpetuò & præſentaneò, qod obſignant, actu exhibeant præſtentqe; niſi forte Baptiſmum in jam renatis & juſtificatis eſſe ejuſmodi qis dixerit, vel in eis etiam fuiſſe, qi poſtqam tincti fuerint, deinceps ſuo tempore regeniti fuerint. Cavtè ſatis Calvinus, *ad Act.* 3. 38. *Qanqam Baptiſmus non eſt inanis figura, ſed verum & efficax teſtimonium.* cum tamen antè dixiſſet, *Nihil eſt aliud, qàm bonorum, qæ per Chriſtum conſeqimur, obſignatio.* Idem, *ad Act.* 7. 8. etiamſi concludat, *Sacramenta, non eſſe inanes figuras: qia Deus, qi verax eſt, nihil illis figurat, qod non præſtet.* tamen ibidem, *Judæos interea perperam facere*, oſtendit, *ſi in externo ſymbolo ſalutis ſuæ initium ſtatuant, cum prius Abraham vocatus ſit, & promiſſa ejus ſemini redemptio ac terra, qam circumcideretur, & tametſi tradita fuerit Circumciſio, ut gratiæ ſymbolum,* [*non cauſſa*, nam & hoc *ibidem*] *eſſet, eam tamen ordine & tempore adoptio præceſſerit.* Idem, *Inſtitut. l. 4. c. 14. §. 18. Deus cum Adæ & Evæ arborem vitæ in arrhabonem immortalitatis dedit, ut eam ſecurè ſibi promitterent, qamdiu ederent ex illius fructu; & cum cœleſtem arcum Noë & ejus poſteris in monumentum ſtatuit, poſthac ſe diluvio non diſſipaturum terram: hac Adam & Noë pro Sacramentis habuerunt; non qod arbor præſtaret illis immortalitatem, qam ſibi ipſa dare non poterat; avt arcus coërcendis aqis foret efficax, qi ſolaris duntaxat radii repercuſſio eſt in oppoſitas nubes; ſed qia notam à verbo Dei inſculptam habebant, ut documenta eſſent teſtamentorum ejus & ſigilla.*

Verum Calvinus de Sacramenti hujus in parvulis efficaciâ qid ſenſerit, ex eis qæ hîc adjicientur, abunde (opinor) patebit. Primo *Sacramenti totam integramqe naturam*, ubi *definitione accuratiore & pleniori complecti* ſe velle ſignificat, his eam verbis concipit; *Inſtitut. l. 4. c. 14. §. 1. Sacramentum eſt ſymbolum, qo benevolentiæ erga nos ſuæ promiſſiones conſcientiis noſtris Dominus obſignat, ad ſuſtinendam fidei noſtræ imbecillitatem; & nos viciſſim pietatem erga eum noſtram, tam coram eo & angelis, qam apud homines teſtamur.* qæ *Sacramenti definitio* videtur Whitakero, *de Sacr. q. 1. c. 3. longè optima, & aliis omnibus præferenda.* Addit mox majoris compendii cauſſa alteram; *Divinæ in nos gratiæ teſtimonium externum, ſigno confirmatum, cum mutuâ noſtræ erga ipſum pietatis teſtificatione.* Tum de *Baptiſmo* ſpeciatim in eandem mentem, *ibidem c. 16. §. 2.* In hoc enim *ſolidam Baptiſmi veritatem, totamqe ſubſtantiam, vimqe ac naturam* conſtituit, qod *Scriptura oſtendit peccatorum purgationem, qam à Chriſti ſangvine obtinemus, hîc primò demonſtrari. Deinde carnis mortificationem, qæ mortis ejus participatione conſtat, per qam in vitæ novitatem regenerantur fideles; itaqe etiam adeò Chriſti ſocietatem. Ad hanc ſummam referri poſſe, qicqid in Scripturis de Baptiſmo traditum eſt: niſi qod etiam præterea teſtandæ apud homines religionis eſt ſymbolum.* Demùm de *Pædobaptiſmo* agens, *ibidem §. 5. Myſterii ſpiritualis ſi qa ratio habeatur, conſtabit, infantibus etiam adminiſtrari Baptiſmum, ut qi illis debeatur. Non enim Dominus olim Circumciſione di-*

A *gnatus eſt, qin eorum omnium participes faceret, qæ per circumciſionem ſignata tunc fuerunt. alioqi meris præſtigiis ludificatus eſſet populum ſuum, ſi fallacibus ſignis eos lactaſſet: qod ſolo avditu horrendum eſt. diſerte namqe pronunciat, Circumciſionem infantuli loco ſigilli futuram ad obſignandam fœderis promiſſionem. Qod ſi fœdus firmum & fixum manet, Chriſtianorum liberis non minus hodie competit, qam ſub veteri Teſtamento ad Judæorum infantes ſpectabat.* Qod & idem rurſus *ibidem §. 9.* qam periocham tranſcribere totam iſtic licuerit. Deniqe clariſſimè
B pleniſſimèqe *ibidem §. 21. Qarè nihil plus in Pædobaptiſmo præſentis efficaciæ requirendum eſt, qam ut fœdus cum illis à Domino percuſſum obſignet & ſanciat. reliqa ejus Sacramento ſignificatio, qo tempore Deus ipſe providerit, poſtea conſeqetur.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio Num. 3.

Ad hos fines, vel alterutrum horum, conſeqendos, Baptiſma mihi minimè inſtitutum videtur; qum in inſtitutione ipſâ eis primariò adminiſtrandum ordinetur,
C qi ex prædicatione Evangelii fide in Chriſtum imbuti, & diſciplinam Chriſtianam jam amplexi fuerant, Marc. 16. 15. 16. Mat. 28. 18. At hi & ſanati ex parte, & reatu omni exoluti, ad Baptiſmum ſuſcipiendum accedebant, avt ejuſmodi ſaltem eſſe præſumebantur anteqam ad Baptiſmum admitterentur.

Qin & Joannis Baptiſmum ejuſdem fuiſſe efficaciæ cum illo qi ab Apoſtolis ex Chriſti inſtituto adminiſtrabatur, adverſus Pontificios noſtri omnes tuentur. At in Joannis Baptiſmo prævia exigebatur pœnitentia,
D qam peccatorum venia neceſſariò & inſeparabiliter conſeqitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ad reatum tollendum, ubi remiſſio anteà non fuit, inſtitutum fuiſſe Baptiſmum, ſatis (uti ſpero) oſtenſum eſt, ad Cenſur. præced. Num. 2. *In remedium etiam morbi ordinatum eſſe Baptiſmum, qatenus exhibet gratiam ſanantem verè credentibus, ejuſqe exhibitionem obſignat, vix dubitari qeat. Sacramentum ſiqidem Baptiſmatis adulto credenti & illud ſuſcipienti exhibet qod ſignat: alioqi minimè verax, qin fallax eſſet ſignum. figurat avtem ablutionem pleniorem ſordium peccati inhabitantis, & ſanationem*
E *ulteriorem morbi illius, qam illa erat, qæ in primâ converſione accepta eſt, eamqe pariter obſignat.*

Ad rationem, qam ſubjungis, reſpondeo; ratio cur in primâ inſtitutione Baptiſmus iis primariò adminiſtrandus *erat*, qi ex prædicatione Evangelii ad fidem Chriſti converſi ſunt; *ratio, inqam, erat, qia adulti primò ad fidem Chriſti convertendi erant, anteqam parvuli eorum baptizandi erant. non enim niſi baptizatorum parvuli baptizandi erant ordinariè. Lege avtem de baptizandis parvulis exemplo Circumciſionis ex Chriſti inſtituto ſemel ſtabilitâ, poſteà ordinariè ſoli infantes ſolebant baptizari; qo*
F *modo poſt primò latam legem Circumciſionis Abrahæ adulto jam tunc credenti, non amplius niſi infantes octo dierum circumcidendi erant.*

Non ergò de fine adæqato, avt etiam maximè principali Baptiſmi, judicandum eſt duntaxat ex fine, qem habuit in Eccleſia primitus conſtituenda in prima inſtitutione; ſed potius ex ordinaria praxi ſubſeqente, & ex finibus, qos habiturus erat & habuit in parvulorum Baptiſmo in Eccleſiæ conſtituta. In finibus avtem hiſce is erat, ut eſſet organum
G *avt medium exhibitivum remiſſionis originalis reatus parvulis, & ejuſdem remiſſionis & aliorum actualium obſignatorium iiſdem credentibus, qum ad adultam ætatem perventuri eſſent.*

De Joannis baptiſmo *præparatorio idipſum pariter dictum eſto: ante cujus ſuſceptionem* pœnitentia prævia exigebatur *ob eandem cauſſam, ob qam dicebamus in initio Miniſterii Apoſtolici fidem à baptizandis exigi ſolere: adultis ſiqidem duntaxat pœnitentia prædicata eſt.*

THO-

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Atqi, primum illud qod attinet;

1. *Ad remiſſionem peccatorum* jam remiſſorum, niſi obſignandam, adhiberi non potuit, & hanc tamen figuraſſe præſumitur. Lombardus, *ſent. l. 4. d. 4. G. Si qæritur, cujus rei Baptiſmus ille ſit Sacramentum, qi datur jam juſto; dicimus Sacramentum eſſe rei qæ præceſſit, i. e. remiſſionis ante per fidem datæ.*

2. Nec ad *morbum* directè *ſanandum* adhibebatur, niſi qatenus obſignationis ratione fidem fovendo excitandoqe vires eidem addebat ad concupiſcentias debellandas. Hoc avtem efficit, non eo tempore tantùm, qo adminiſtratur & ſuſcipitur, licet plenius forſan tunc temporis & validius, verum & deinceps, qoties ejuſdem memoria ſeria apud nos in animis noſtris renovatur. Videatur Whitakerus, *de bapt. q. 4. c. 6. p. 293.* & *de Sacram. q. 1. c. 3. voc. 4.* allatus ſupra, *Num. 2. ad Arg. 11. Memb. 2. locut. 2. reſp. 2. §. 2.*

3. *Regenerationis* ipſius Sacramentum Baptiſmus dicitur. at ea jam præterierat, nec repeti potis eſt. Contraremonſtrantes, in *Colloq. Hag. de theſ. 5. Arg. 10. edit. Brand. p. 348. Semel tantùm regeneramur, ſicut ſemel tantùm naſcimur. qare & ſemel tantùm baptizamur in regenerationis noſtræ obſignationem.* Videatur & Ameſius, in *Coronid. ad art. 5. c. 11. p. 356. 357.* & qæ ſupra adducta ſunt, *Num. 2. ad Arg. 11. Memb. 2. locut. 2.*

4. Non *plenior* tantùm, ſed pleniſſima etiam, *ſordium ablutio*, in Baptiſmo figuratur, qæ niſi ad vitæ terminum non exhibetur. Lutherus, *concion. de bapt. tom. 1. edit. Jenenſ. fol. 337. Porrò illa peccatorum demerſio & mortificatio, (qæ in Baptiſmo figuratur) non perfecte in hac vita abſolvitur, donec hoc mortale corpus pereat, & totum in pulverem abeat. Sacramentum vel ſignum Baptiſmi, id qod videmus, brevi perficitur; verum ſignificatio ejus ſpiritualis per totam hanc vitam durat, & non niſi in morte perficitur. tum enim verè demergitur homo in Baptiſmum, & verè hoc fit, qod Baptiſmus ſignificat.* Et mox; *Qantum igitur ad figuram & ſignum attinet, mortua etiam nunc una cum homine ſunt peccata, & reſurrexit homo. Verum qantum ad opus attinet, ſacramenti effectus nondum perfectè eſt abſolutus. h. e. mors & reſurrectio in noviſſimo die, nondum ſunt facta, ſed fient.* qæ & ibidem latius perſeqitur.

5. *Signum* non eſt neceſſariò *fallax*, etiamſi non actu exhibeat id, qod figurat. ſatis eſt, qo ſignum iſtiuſmodi *verax* cenſeatur, ſi vel jam exhibitum, vel exhibendum obſignet; imò ſi nec exhibendum etiam, ubi ſub certâ conditione res obſignata promittitur. niſi enim conditio illa præſtita fuerit, nec in eis ſignum eſt fallax, qi culpâ ſuâ re obſignatâ caruerint. Urſinus, *tractat. Theolog. p. 579. Univerſaliter in omni ſtipulatione, cum ab una parte violatur conditio, etiam promiſſio alterius partis ſit irrita; qia ad eam præſtandam non amplius obligatur. promiſſio qippe conditionalis rata eſſet debet poſitis conditionibus.* Vide & Petrum Martyrem *ad Rom. 4.* ſupra, *ad Arg. 6. replic. 4.* & Calvinum, *Inſtit. l. 4. c. 15. §. 17. ad Arg. 11. de locut. 2.* & *ad Rom. 4. 11.* infra, *ad Num. 30. de Calvin.* Rectè Heerbrandus, *Compend. Theolog. p. 619. Sacramenti veritatem incredulitas hominum non evacuat.*

6. *Baptiſmum*, nec in infantibus, nec in adultis, *ea omnia qæ figurat reapſe ſtatim exhibere*, pro confeſſo, opinor, apud omnes, ne Pontificiis qidem ipſis exceptis, habetur. ut ſi *ſignum fallax* cenſeatur, qod non actu exhibet id qod figurat, Baptiſmi ſacramentum ex parte ſaltem fallax, tam in adultis, qam in parvulis univerſis reputandum ſit.

Secundum qod attinet; *rationem* agnoſco, *cur adulti prius qam parvuli fuerint baptizandi.*

Verum 1. *principali effecto*, imò principalibus effectis, caruiſſe Baptiſmum in eis omnibus, qibus *in prima inſtitutione primariò* deſtinabatur, id mihi certè minus veroſimile, & probatione altiore indigere videtur. *Principales effectus, regenerationem* dico & *remiſſionem peccatorum*; ſi Baptiſmi præſumuntur effectus eſſe.

2. Si qem in parvulis alium ſtatuere libuerit *effectum*, qam in adultis obtineat, id mirum valdè S. S. nuſqam inſinuaſſe. nec de eo certi qicqam conſtare poterit, qo fides noſtra innitatur, donec verbulo ſaltem divino aliqo illud nobis innoteſcat.

SECTIO II.

SAMUELIS WARDI *Theſis Num. 4. & 5.*

ID *Scriptura docet, Act. 2. 38.* Baptizetur unuſqiſqe veſtrum in remiſſionem peccatorum. *Act. 26. 26.* Baptizare & ablue peccata tua. *Epheſ. 5, 26.* Mundans eam lavacro aqæ per verbum. *Tit. 3. 5.* Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. *1 Cor. 6. 11.* Sed abluti eſtis; ſed ſanctificati eſtis; ſed juſtificati eſtis. *Coloſſ. 2. 12.* Conſepulti cum eo per Baptiſmum. *Ex qibus locis ſatis conſtat, inſtitutum fuiſſe Baptiſmum, in remiſſionem, in ablutionem, in mundationem à peccatis; qæ verba denotant ſolutionem reatus omnium peccatorum, etiam originalis, qibus antea remiſſum non eſt.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Qod ad *Teſtimonia* & firmamenta attinet è Scripturis petita; Qædam dicta ad eos duntaxat diriguntur, à qibus reſipiſcentia prius exigitur, ut *Act. 2. 38.* vel in qibus ea præſumitur, ut Act. 22. 16. cum 9. 11. qo rite & ſalubriter baptizarentur. eis ergò cum ſtatim atqe reſipiſcerent, remiſſa fuerint peccata, non potuit Baptiſmus reatus illius ſolutionem efficere, qi jam antea ſolutus fuerat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ut teſtimoniis & firmamentis meis è Scriptura petitis accommodatius reſpondeas, ea digeris in qatuor claſſes.

1. Qædam, *inqis*, dicta ad eos duntaxat diriguntur, à qibus reſipiſcentia prius exigitur, ut *Act. 2. 38.* vel in qibus ea præſumitur, ut *Act. 22. 16.* cum 9. 11.

Ubi ſupponis adultos ante Baptiſmum ſemper fuiſſe, avt ſaltem præſumptos fuiſſe, vera pœnitentia præditos, ac proinde ab omni reatu peccatorum ſuorum abſolutos. unde infers, Baptiſmum ad ſolutionem reatus in talibus non eſſe inſtitutum.

Hac mihi non videntur adeò firma & explorata, ut ſine omni exceptione admitti debeant. Concedo neminem adultorum ad Baptiſmum admitti debere abſqe profeſſione fidei & pœnitentiæ. Concedo itidem ſolidam pœnitentiam conjunctam cum vera & viva fide in Mediatorem, obtinere præſentaneam peccatorum remiſſionem apud Deum.

Sed nego pœnitentiam avt fidem initialem, qæ judicio Apoſtolorum ſufficiebat ad dandum Baptiſma deſiderantibus, ſemper eorum judicio avt præſumptione ſuffeciſſe ad tales ponendos in ſtatu adeptæ reconciliationis, remiſſionis peccatorum, regenerationis avt ſalutis. Act. 2. 37. Qi præſumuntur verè compuncti corde ob peccata ſua, qi præſumuntur deſiderare ex animis liberationem à peccatis, qi inſtituuntur, ut qærant liberationem hanc in merito Chriſti, idonei jam judicantur ad accipiendum Baptiſmum, & in Baptiſmo remiſſionem peccatorum, ibidem, verſ. 38. ſed non præſumuntur ante Baptiſmum obtinuiſſe hanc remiſſionem.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At, 1. Ego qænam ſit *fides* illa ac *pœnitentia initialis*, non intelligo qâ præditum avſit qis ad Baptiſmum admittere, qem tamen *vera vivaqe in Mediatorem fide*

imbutum nondum credat. Philippus certè Æthiopi Baptiſmum poſcenti, *Si credis*, inqit, *ex toto corde, licet.* Act. 8. 38. qaſi non baptizaturus, niſi id ille profiteretur, ipſeqe, charitatis ſaltem judicio, ita credere credat. *Non vult eum baptizare, niſi credat.* inqit Lutherus, *in Gen.* 48. nec *fidem* tantùm *initialem* illam volebat, qi *ex toto corde* poſcit ut *credat.* Et de Ananiâ Calvinus, *ad Act.* 22. 16. *veræ fidei expertem non baptizaſſet.* eâ nempe imbutum præſumpſiſſe vult: & ex Chriſto ipſo id didiciſſe videtur, Act. 9. 11. Bucerus *ad Rom.* 6. *de bapt. myſt. p.* 327. reſpondens Anabaptiſtarum objectioni ab Apoſtolorum & Philippi praxi ſumptæ, concedit, *ab adultis & confiteri potentibus anteqam baptizentur, confeſſionem fidei reqiri.* Qin &, *idem Baptiſmum appetentibus, ab adultis omnibus, qod ab Evnucho Philippus, exigi debere* contendit. Videatur Whitakerus, *de Sacra. q.* 1. *c.* 3. *voc.* 3. *p.* 10. & *q.* 4. *c.* 2. *ad rat.* 1. *p.* 75. allatus ſupra *ad arg.* 11. *de locut.* 2. *reſp.* 2. *rat.* 1. qi & multis adverſus Bellarminum confirmat, *Baptiſmum non primò & propriè facere nos Eccleſiæ Catholicæ Chriſtiqe membra, ſed metonymicè tantùm, qia nos eſſe tales confirmat, & nobis jus illud obſignat.* Et, *de Eccleſ. q.* 1. *c.* 4. *ad arg.* 2. *eos qi credunt, ſtatim fieri membra Eccleſiæ Catholicæ.* Et, *ibidem ad* 3um. *Catechumenos, ſive non baptizatos, vera fide præditos, de Eccleſia Catholica eſſe, & ad eam pertinere: in ſtatu ſalutis eſſe, idqe non voto tantùm, ſed re & actu. alioqi non poſſe ſervari magis, qam qi voto in arca Noë fuerant, cum re & actu non eſſent.* qæ omnia ille latius proſeqitur; *ibidem* c. 5. Videatur & Petrus Martyr adductus ſupra, *ad arg.* 4. *reſp. ult.*

2. Si *fides* illa nondum *vera vivaqe* foret, nec *pœnitentia* ejuſmodi, ut remiſſionem peccatorum ex vi promiſſionis neceſſariò indipiſceretur, qam Baptiſmo tamen inſeqente conſeqeretur baptizatus; videtur eam eſſe Baptiſmi collati virtutem, ut vel ſine *vera vivaqe fide pœnitentiaqe ſalutari* baptizatum juſtificet; vel ſaltem, ut ex *fide* illa, *pœnitentiaqe* nondum *vera, viva, ſalutari*, accedente *ablutionis* ritu, *vivam, veram, ſalutarem* efficiat: qo modo ſcilicet Pontificii docent, ex *attritione*, qæ non juſtificet, accedente Sacramento *abſolutionis, contritionem*, qæ juſtificet, fieri. Bellarminus *de pœnit. l.* 2. *c.* 18. *in fine.* Et tale qid ſomniaſſe videtur Durandus, *ad* 4. *d.* 4. *q.* 2 *ad* 2um. Qod utrumqe cum novum & Eccleſiæ priſcæ prorſus inavditum ſit, teſtimonio divino aliqo ſtabiliri neceſſe fuit. Philippus Mornæus, *de Sacr. Eychar. l.* 4. *c.* 1. *reg.* 5. *Sacramenta non indunt fidem; ſuſcipit illa indita fides, qam porrò corroborant.* Et mox; *Sacramenta fidelibus data, non ut credant, ſed qia credunt; non ut in fœdere Dei comprehendantur, ſed ut eo ſigno comprehenſi ſignificentur.* Whitakerus, *de Sacr. q.* 1. *c.* 2. *Nos ſacramenta inſtituta eſſe dicimus, non ut fidem infundant; ſed ut fidem ante infuſam confirment.* Baſilius, *contr. Evnom.* Πιστεῦσαι δεῖ πρῶτον ἔπειτα ἐπισφραγίσασθαι. Tertullianus, *de bapt. c.* 13. *Pavlus ubi credidit, tinctus erat.* Bellarminus ipſe, *de effect. Sacr. l.* 2. *c.* 3. *claſ.* 1. *teſt.* 2. *Fides non eſt effectus Baptiſmi, cum eum præcedat; ſed potius diſpoſitio ad illum.* Whitakerus denique, *de Sacr. q.* 1. *c.* 3. *partic.* 2. *Nos verè dicimus, Sacramenta non juſtificare, nec primò, nec ſecundò, per ſe & propriè. nam qando fides noſtra in prædicatione Evangelii Chriſtum amplectitur, tum juſti ſumus. Verbum ergò juſtificat; Sacramenta hanc juſtificationem obſignant: ut niſi qis juſtificatus & pius ad Sacramenta accedat, Sacramenta non eum juſtificare poſſint. Juſtitia ergò & prima & ſecunda ex verbi prædicatione confertur; per Sacramenta verò alitur & avgetur. Non poſſunt Sacramenta homini, qi caret juſtitiâ, juſtitiam conferre, ſed in eo tantùm, qi habet, avgere & corroborare.*

3. Locus ille, *Act.* 2. 38. non tam præſumit hoc in baptizatis, qam à baptizandis exigit. Hortatur Petrus ut reſipiſcant avdientes, prout & cap. 3. 19. μετανοήσατε καὶ ἐπιστρέψατε. qo loco etiam Baptiſmi nulla fit mentio, cum peccatorum tamen promittatur abſterſio. μετάνοιαν avtem iſtam, ſive *reſipiſcentiam*, ſive *pœnitentiam* reddere libuerit, qam ab eis Petrus exigit, non fuiſſe *ſalutarem*, eandemve illam de qâ Pavlus 2 Cor. 7. 10. vix erit, credo, ut qiſqam dixerit. *Compunctio* ſiqidem *cordis*, de qâ verſ. 37. ſalutaris ea necne fuerit, ad rem ipſam, de qâ agitur, parum refert. neqe compunctionis illius ratione, Petrus iſtos, non magis qam timoris intuitu τὴν δεσμοφύλακα Pavlus, ad Baptiſmum admiſerit; ſed *reſipiſcentiâ, ſalutari* prorſus, dubio procul (ut *fide* verâ vivâqe commentarienſem ille) præmiſſâ, ad Baptiſmum invitat. Qin & Martyr, *ad Rom. c.* 3. *p.* 39. *Unam eſſe veræ pœnitentiæ rationem, qæ à baptizandis adultis exigatur*, multis probat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Idem eſto de Pavlo judicium, cui dictum eſt per Ananiam, Surge, baptizare, & ablue peccata tua. *Act.* 22. 16. *Nam remiſſio peccatorum nititur fide: fides divini verbi promiſſionibus. Verbum promiſſionis ſic ſe habet qoad adultos initiandos*, Qi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvabitur. *Marc.* 16. 16. *Sic Petrus hîc*; Baptizetur unuſqiſqe veſtrum in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum. *ſcilicet obtinendam, non obtentam. Sic Pavlo ab Ananiâ dictum eſt*; Surge, baptizare & ablue peccata tua. *ſcilicet non remiſſa, ſed hoc myſterio remittenda, ut probabile eſt. Nam in Baptiſmo fides baptizatorum ferebatur in Deum, ut remittentem & abluentem peccata virtute ſangvinis Chriſti tum illis applicati, qorum onere premebantur illorum conſcientiæ ante & uſqe ad hoc remedium applicatum. Qid igitur ante Baptiſmum Deus fecerat arcana ſua voluntate pro talibus baptizandis, Apoſtoli, nec judicare nec præſumere potuerunt; ſed in ipſo Baptiſmo dari remiſſionem, ac fieri ablutionem peccatorum virtute ſangvinis Chriſti omnibus in Chriſtum credentibus, & præſumpſiſſe & docuiſſe videntur Apoſtoli. Atqe hac ſpe nixi ad Baptiſmum accedebant Chriſtiani; atqe in hunc ſenſum Veteres hæc loca intellexerant.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. De *Loco* illo *Act.* 22. 16. nolo denuò reponere qæ ſunt prius exhibita, *Sect.* 1. *Num.* 2. *ad Arg.* 11. *locut.* 3. ibi poterunt videri.

2. Chriſtus ipſe, cum dixit, *Qi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvabitur.* an non *fidem veram, vivam, ſalutarem*, à baptizandis verbis illis exigebat? eandem utiqe ipſam, de qâ alibi toties, Baptiſmi avt ſuſcepti, avt ſuſcipiendi conditione nevtiqam adjectâ, *Qi crediderit, non peribit, habet vitam æternam, à morte ad vitam tranſiit, in judicium non veniet.* Joan. 3. 15. 16. 18. & 5. 24. & 6. 40. 47. *Qibus in locis, ſi qis* (inqit Whitakerus *de Sacram. q.* 4. *c.* 3. *p.* 97.) juſtificari & vitam æternam habere, *ſic interpretetur ut Bellarminus*, id eſt, diſponi ad juſtitiam & vitam æternam, *nonne hoc eſſet inſigniter abuti Scripturis, & hæc omnia teſtimonia egregiè pervertere?* Avt in ſtatu ſalutis nondum conſtitutos credere fas eſt donec Baptiſmum nacti fuerint, qi fide tamen ſalutari fuerant imbuti, atqe hoc Chriſtum verbis illis voluiſſe? ut perire neceſſe habeant, niſi lotio externa acceſſerit? qi *fide* tamen *cor* interiùs *mundatum* habuerint. Act. 15. 9. Horrendum certè Bellarmini illud, *de pœnit. l.* 3. *c.* 2. *probat.* 7. *rat.* 1. qod ex Avguſtino tamen ſtatuminare conatur; *Aliqos in Chriſtum credentes in æternum perire, qod ante moriantur, qàm à ſacerdote abſolvi potuerint.* De Baptiſmo paria ſi dicantur, qod ex verbis Domini ſic intellectis fluere forſitan videatur, ecqis non animo exhorruerit? Whitakerus, *de Sacr. q.* 4. *c.* 3. *arg.* 1. *p.* 81. *Scriptura docet fidem afferre juſtitiam. ergò, qi crediderit, eſt juſtus. credere avtem poſſumus ſine ſacramentis. ergò Sacramenta illam juſtitiam confirmant, non afferunt per ſe, avt ſecundam, avt primam juſtitiam. Et nulla juſtitia eſt niſi fidei, non una fidei, altera ſacramentorum.* Idem *ibidem p.* 83. Cum Bellarminus, *de effect. Sacr. l.* 2. *c.* 3. *claſſ.* 1. *teſt.* 2.

ex

ex *Marc.*16.16. Qi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvabitur. *Hîc tribuitur Baptiſmo vis ſalvandi. at non ſalvat niſi juſtificando*, &c. Ipſe contra ex eodem loco ſic argumentatur. *Reqirit fidem ante Baptiſmum in adultis, Marc.*16. *unde conſtat, fidem eſſe, qæ ſervat, non Baptiſmum.* Bellarminus (*de effect. Sacr. l.*2.*c.*9.*ad primum*) *ait, non hinc colligi Baptiſmum non ſervare.* Reſpondeo. Ergò *ſaltem hoc ſeqitur, Baptiſmum non ſolum* [forſan, *ſolum non*] *ſervare. Si ergò Baptiſmus ſervat fide, qomodò tandem intelligitur hoc*, cum fide? *num Baptiſmus & fides conjunctim ſervant? an Baptiſmus tantum, ſed non ſolus, i. e. non ſine fide, qia fides debet diſponere hominem? Id ex eo colligo, qia antea* (*l.*2.*c.*1.*not.*3 *fin.*) dicit fidem eſſe *tantum diſpoſitionem ad juſtificationem & ſalutem; ut ficcitas eſt in ligno ad combuſtionem. Si ſic, tum revera omnem ſervandi vim Baptiſmo tribuit; ut ignis eſt qi comburit, non ficcitas ligni, etſi non comburat, niſi ſiccum fuerit lignum. Sed pugnat hoc cum tota ſerie, atqe adeò cum conſtante doctrina Scripturarum, qa faciunt fidem non eſſe diſpoſitionem tantùm ad juſtitiam, ſed fidei juſtificationem tribuunt. Rom.*3. 28. *&* 5. 1. *& Abrahamum eſſe ex fide juſtificatum, ajunt, Rom.* 4. 3. *Num ea Abrahæ fides, qa ſic commendatur in Scripturis, nihil aliud ſit, qam diſpoſitio qadam ad juſtitiam? Cum ergò Scripturæ tam apertè fidei juſtificationem & ſalutem tribuant, non poteſt de nuda diſpoſitione intelligi. Ergò fides verè juſtificat. Si ergò & fides juſtificat & Baptiſmus conjunctim, tum juſtitia partim fidei, partim Baptiſmo tribuenda eſt. Si ſic, tum partienda inter fidem & Baptiſmum juſtitia eſt. Dicant ergò, qantum fidei, qantum Baptiſmo ſit tribuendum. Qod qum planè ridiculum ſit, ut juſtitiæ partem unam fidei, alteram Baptiſmo tribuant, ſeqitur eſſe ſolam fidem, qa ſervat, cum Bellarminus concedat non Baptiſmum ſolum ſervare. Et ideò Chriſtus in poſteriore membro ait*, Qi non crediderit, condemnabitur. *non*, Qi baptizatus non fuerit. Idem, *ibidem p.* 813. *Sic Chriſtus Joan.* 5. 24. Qi ſermonem meum avdit; *ibi eſt avditus*; & crediderit ei qi miſit me; *ibi eſt fides ex avditu*; habet vitam æternam; *ibi eſt juſtitia ex fide. Hîc nulla de Sacramento mentio.* Et *hanc eſſe veram & perfectam juſtitiam, ex eis patet qæ ſequntur. addit enim Chriſtus*; In condemnationem non veniet, ſed tranſiit à morte in vitam. *Et ſic multis Chriſtus remiſit peccata, & juſtificavit multos, ſalvoſqe pronunciavit, ex fide ipſorum, ut mulierem eam Cananeam, Matth.* 15. 28. *& Archiſynagogam, Marc.* 5. 36. *qi non erant baptizati. qod ſatis indicat, non pendere ex Baptiſmo juſtificationem.* Et *ibidem* rurſus *p.* 95. *Si hoc verum ſit, verbum non niſi offerre ſalutem, Sacramentum vero operari; tum non ſufficit, ut voto tantum ſimus participes Sacramentorum, ſed ut participemus neceſſe eſt, ſi ſalvi eſſe velimus.* Et, *p.* 96. col. 1. *Sed ille ait*, Verbum prædicatum etſi intelligatur & credatur, nil tamen prodeſſe ſine Sacramento; qia verbum offert tantum ſalutem, non avtem reipſâ operatur vel applicat; hoc enim per Sacramentum tantùm fieri. *Hæc abſurdiſſima & profaniſſima doctrina eſt.* Et, *col.* 2. Fidem *ait Bellarminus* juſtificare, qia removet obſtacula, & diſponit animam. *Lugenda horum hominum improbitas eſt. adeo nihil pudet eos pervertere vias Domini. Num fides removet obſtacula, & diſponit animam? at Scripturæ docent, ſi credamus, & qando credimus, & propterea qod credimus, ſalvos nos eſſe. hoccine eſt tantùm diſponi ad ſalutem credendo?* & qæ ſequntur, nam diſerta ſunt. Deniqe, *de Sacr. q.*2. *c.*1. *Concil. Trident. ſtatuit*; Sacramenta novæ legis eſſe ad ſalutem neceſſaria, & homines per ſolam fidem ſine Sacramentis, avt eorum voto, non adipiſci gratiam juſtificationis. *Et Bellarminus ait*, fidem qamvis maximam, non tamen juſtificare, niſi adſit etiam Sacramentum in re, vel in voto: imò magis reqiri Sacramentum qàm fidem; qia ſine Sacramento in re, vel in voto, nemo juſtificatur, neqe parvulus, neqe adultus: at ſine fide parvuli, qi fidem propriam nullam habent, qâ recipiant juſtificationem, tamen per ſacramentum fidei juſtificantur. *De infantibus, qod inqit, iniqiſſimum eſt, & Scripturis contrarium. Æqumne enim eſt, infantes, ſi mortui ante fuerint, qam baptizentur, in æternum perire, qia votum Baptiſmi non habuerunt? at ne adulti qidem pereunt, ſi ſine aliqa negligentia ſua avt contemptu, Baptiſmo caruerint. multo minus infantes, qi nec negligere, nec contemnere poſſunt. Infantes ergò ſervari poſſe dicimus, etſi nec re, nec voto baptizentur: imò adultos qoqe, etſi non re baptizentur, modò nullus contemptus interceſſerit. Fatemur ergò Sacramenta eſſe neceſſaria,* 1. *propter Dei mandatum & ordinationem: qia his mediis uti nos voluit, ad applicanda & obſignanda nobis beneficia Chriſti; & qia ſigna ſunt fœderis inter Deum & Eccleſiam. Qi verò ſigna fœderis aſpernatur, is ſe divini ordinis contemptorem declarat, & eſt apertè ſacrilegus & fœdifragus.* 2. *propter noſtram infirmitatem qæ his adminiculis opus habet ad fidei confirmationem*, &c. *Interim tamen, non eſſe Sacramenta avt magis avt tam neceſſaria, qam avt eſt fides avt Dei verbum ſine qibus nemo* (*de adultis loqor*) *ſervari poteſt, ut ſi qis millies in voto haberet credere, niſi tamen actu crederet non ſervaretur: itaqe ſi qis in voto haberet baptizari, fide tamen careat, nihil ei votum ejus proderit.* Hæc Vir ille piæ memoriæ, qæ ideò latius tranſcripſi, qia ad negotium qod in manibus eſt, plurimum faciunt.

Sed, qo clarius dicti Dominici mens genuina eluceſcat; Apoſtolorum enunciata gemina, cum hoc Chriſti contendamus. Pavlus, ubi dicit, Rom. 10. 9. *Si ore confeſſus fueris Dominum Jeſum, cordeqe crediderit, &c. ſalvus futurus es.* & ſubjungit etiam, verſ 10. *Corde ſiqidem ad juſtitiam creditur, ore vero ad ſalutem confeſſio editur.* non ideò vult (opinor) hominem etiamſi jam credat, in ſalutis ſtatu tamen nondum exiſtere, donec confeſſionis edendæ opportunitas obtigerit. Sed & Jacobus, qanqam *fidei abſqe operibus profeſſionem nihil valere* contendit. cap. 2. verſ. 14. *Abraham ex operibus juſtificatum; fidem ejus una cum operibus cooperatam, & ex operibus ipſis conſummatam*, aſſerit. verſ. 21. 22. *hominem* deniqe *ex operibus juſtificari, concludit, & non ex fide tantùm.* non hoc tamen (puto) voluit, hominem verè fidelem nondum in juſtificationis ſtatu conſiſtere, donec opera ſubſeqentia fidei præeunti adjecerit. Hoc tantum, qantum ego aſſeqor, uterqe voluit, confeſſionem Chriſti, vitamqe ſanctam, profeſſioni Chriſtianæ conſentaneam, ab eis omnibus exigi, qi fide Chriſtum ad juſtificationem & ſalutem amplexos ſeſe profitentur; nec fidem ſuam, tanqam veram vivamqe poſſe comprobatam dare, ſi iſta, ubi opportunitas data fuerit, prorſus neglexerint. Optimè Cajetanus *in Jac.* 2. *Adverte hîc prudens lector, qod Jacobus non ſentit, fidem abſqe operibus mortuam eſſe, &c.* (*ut patet in infantibus baptizatis, & in adulto baptizato, ſi ſtatim moreretur*;) *ſed ſentit, fidem ſine operibus, hoc eſt renuentem operari, eſſe mortuam, eſſe vanam, & non juſtificare.* De Chriſti dicto paria dicamus licet, non excludit à ſalute non baptizatum, ſed baptizari renuentem, (qomodò Phariſæi & Juridici *Baptiſmum Joannis aſpernati*, perhibentur, Luc. 7. 30.) utpote præcepto Dominico morem gerere reſpuentem, τὴν ἐχ ὑπακούοντα, contra qam exigitur, Heb. 5. 9. ἀπειθήσαντι τῷ εὐαγγελίῳ ἀπειθήσαντα. 2 Theſſ. 1. 8. ac proinde infidelitatis convictum qicqid profeſſus fuerit; qomodo & illi, de qibus Pavlus, 1 Tim. 5. 8. Tit. 1. 16. Algerus, *de Sacr. Evchar. l.* 5. *c.* 6. ex Avguſtino *de Bapt. l.* 4. *Baptiſmus qidem poteſt ineſſe, ubi cordis converſio defuerit: converſio avtem cordis poteſt qidem ineſſe, non percepto Baptiſmo, ſed contempto non poteſt. neqe enim ullo modo dicenda eſt converſio cordis ad Deum, cum Dei ſacramentum contemnitur.* Qin & membrum oppoſitum interpretationem hanc confirmat, qo fidei, non Baptiſmi abſentiæ exitium æternum denunciatur. Ita Petrus Comeſtor, *hiſt. Evang. c.* 197 Qi crediderit, &c. *Non ait*, non baptizatus fuerit, *ſine Baptiſmo enim ſalvatur homo, cum eum excludit articulus neceſſitatis, non contemptus religionis. unde qod dictum eſt*, niſi qis renatus fuerit ex aqâ & Spiritu, &c. *ſic intelligitur, qi contempſerit renaſci.* Ita noſtri paſſim. Calvinus, *harmon. Evang. Tenendum eſt, non ita neceſſariò reqiri ad ſalutem baptiſmum, ut perire neceſſe ſit, qicunqe*

cumqe eum adepti non fuerint: Neqe enim hic fidei adjungitur, tanqam dimidia ſalutis cauſſa, ſed ut teſtimonium. Et mox; *Hominibus neceſſitatem imponi, ut ſignum gratiæ Dei negligant, qæ huic tamen conſtricta non eſt: nec ſimpliciter neceſſarium eſſe, ſed tantum obedientiæ noſtræ reſpectu.* Paræus, *in Marc.* 16. Qi crediderit & baptizatus fuerit, *ſcilicet ſi copiam baptiſmi habuerit. ſecus enim, non ita præciſe baptiſmum eſſe neceſſarium, patet ex ſententiæ ſeqenti huic oppoſita, ubi baptiſmus omittitur. ſi avtem baptiſmus æqè ac fides ad ſalutem reqireretur, dicendum fuiſſet in antitheſi,* Qi non crediderit, vel non baptizatus fuerit, condemnabitur. *Hinc illud axioma in Eccleſia receptum,* Non privatio baptiſmi, ſed contemptus damnat. Petrus Martyr, *ad Rom. 6. p. 220. Negari non poteſt, adultos credentes juſtificationem habere, etiam anteqam baptizarentur. neqe tamen hujuſmodi fruſtra baptizantur. parendum enim eſt præcepto Dei: qod ſi qis contemneret, qantumvis jactaret fidem ſuam, ſatis tamen declarat, ſe non credere, non juſtificatum eſſe, nec remiſſionem peccatorum accepiſſe.* Et mox: *Obſignatur etiam nobis per baptiſmum jus ad vitam æternam. donatur qidem illud nobis ſtatim ubi juſtificamur, pertinetqe ad nos jure, non meriti, ſed liberalis donationis Dei; per baptiſmum verò obſignatur. Ut regia largitiones qam primum conceſſa ſunt, ſine controverſia ad nos pertinent: poſteà verò adduntur obſignationes, ut Regis voluntas, ſi ſit opus, aliis teſtata eſſe poſſit. Neqe verò pars iſta ita accipienda eſt, qaſi excludendi ſint è regno cœlorum, qi non fuerint baptizati. Si enim crediderint, & per eos non ſteterit qo minus baptizarentur, non eſt ambigendum de eorum ſalute. Chriſtus enim ait,* Qi credit in me, habet vitam æternam. *& alio loco, qamvis dicat,* Eum qi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvum fore; *tamen ſtatim adjicit,* Qi non crediderit, condemnabitur. *qibus verbis innuit, baptiſmum non ita eſſe neceſſarium, qin fideles abſqe eo ſalvari poſſint; modò ne intercedat contemptus & inobedientia.* Danæus, *adv. Bell. tom. 2. l. 2. q. 1. c. 3. arg. 2.* Bellarminus. Marc. 16. 16. vis ſervandi tribuitur Baptiſmo. *Reſp. Imò tribuitur fidei, ut docet Pavlus, Eph. 2. 8. Rom. 1. 17. nam Baptiſmus eſt ſolum teſtimonium iſtius Dei promiſſionis, nos, ſi credimus, i. e. per fidem ſervari. Hab. 2. 4. Itaqe Bellarminus putat abſurdè, hîc Baptiſmum oportuiſſe fidem præcedere, non avtem fidem Baptiſmum. promiſſio enim præcedit ſigillum. fides avtem qoniam ex avditione verbi eſt in adultis (de qibus hîc agit Chriſtus) pendetqe, idcircò eos oportet prius avdire verbum Dei qam baptizentur. Rom. 10. 17.* Et mox; *Non eſt eadem ratio fidei & Baptiſmi. ergò non ſic immediatè applicat nobis Baptiſmus Chriſtum Chriſtiqe beneficia; ſicut ea nobis applicat immediatè fides. ratio diverſitatis eſt, qod fides immediatè apprehendit Chriſtum; ergò & immediatè eum nobis ejuſqe merita applicat. At Baptiſmus neqe eſt Chriſti apprehendendi inſtrumentum, ſed apprehenſi ſigillum; neqe etiam immediatum, ſed mediatum. nam accedit ſignum ad verbum in Sacramento; & ex verbo & per verbum ſcimus ſignum eſſe nobis Chriſti applicati ſigillum. Ergò eſt mediatum, ſubſeqens & fidem & verbum Sacramenti, & utroqe poſterius.* Ameſius, *adv. Bell. tom. 3. diſp. 4. de effect. Sacr. q. 1. theſ. 3. Marc. ult. non magis tribuitur ſalus externæ actioni Baptiſmi per ſe hoc in loco, qam externæ profeſſioni, Rom. 10. 10. tribuitur propriè fidei. ſicut ex verbis ſeqentibus apparet,* Qi verò non crediderit, (*non dicit*, qi non baptizatus fuerit) condemnatur. Videatur idem *ibidem diſp. 6. theſ. 23.* Zvinglius *ad Baltaſ. libel. reſp. fol. 105. Notabis ergò Baptiſmum externum eſſe fœderis cum Deo initi ſymbolum, cujus omnes eos, qi fœdere continentur, participes eſſe oportet, nemine illorum excepto, niſi qem Deus caſu qodam immiſſo exceperit. qem verò caſus aliqis divino judicio immiſſus excludit & impedit qo minus externum ſignum participet; neqaqam inter damnatos referri oportet, niſi Deum nobis iniqiorem rigidumqe magis, qam Moſis ſeculo fuerit, imaginari velimus.* Optimè deniqe & latiſſimè, (Martyre etiam accerſito) qem magna ex parte tranſcribere non pigebit, Whitakerus. *Is adv. Bell. de Sacr. q. 2. c. 3. arg. 3. p. 36. Scripturæ docent Chriſtum cum omnibus ejus beneficiis applicari nobis in Evangelii prædicatione extra & ante Sacramenta, & ſic ſine ſacramentis per ſolam fidem, qando ſcilicet promiſſiones Chriſti fide amplectimur.* & qæ ſequntur. Idem, *de bapt. q 2. cap. 1. His verbis Marc. 16. 16. Chriſtus credentibus & Baptizatis ſalutem promittit. Hinc qæri poteſt, num Baptiſmus tam ſit ad ſalutem neceſſarius qam fides; qia Chriſtus cum fide Baptiſmum conjungit, ſine fide verò ſalvi eſſe non poſſunt, qi modo ad avdiendum Evangelium & credendum idonei ſunt. — Igitur prima qæſtio eſt, — num adultis credentibus, & tamen anteqam baptizentur morientibus, modo nullâ ſuâ culpâ Baptiſmo caruerint, non ſufficiat fides ad ſalutem. — Nos, etſi contempſiſſe Baptiſmum ſit morte dignum peccatum, qia qi Chriſti inſtitutum contemnit, Chriſtum contemnit, & non ſumpſiſſe cum poſſis, avt diſtuliſſe longius qam oportet ſine neceſſaria cauſſa, defendi non poſſit; tamen, ſi homo ex animo credat, & remiſſa eſſe ei peccata, & eum nihil à cœlo arcere poſſe, non Baptiſmi, avt rei üllius externæ privationem dicimus. — Mortiferum eſt contemnere. at non mortiferum, ſi careat aliqis non ſua culpa ſine contemptu. Nos ergò ſic eſſe neceſſarium Baptiſmum affirmamus, ut non debeat contemni: non avtem eſſe ſimpliciter neceſſarium contendimus.* Et, *ibidem c. 2. ad 1um. ex Joan. 3. 5. Qemadmodum perfectè ſanati ſunt, qi ſerpentem ſpectabant; ſic eos qi in Chriſtum credunt, à regno cœlorum nihil impedire poteſt.* Et, *ibidem reſp. 3. Petrus Martyr in 1 Cor. 7. ait, non eſſe vim faciendam in copula [&] qaſi perinde aqa neceſſaria ſit ac Spiritus. nam etſi copula [&] conjungit qadam, non tamen facit eſſe ejuſdem conditionis & neceſſitatis. Pavlus enim ait Rom. 10. 10.* Corde creditur ad juſtitiam, & ore fit confeſſio ad ſalutem. *at qis dixerit, parem eſſe neceſſitatem confeſſionis & fidei? nam ſine confeſſione poteſt qis ſervari; at non ſine fide. poteſt enim aliqis ex metu Chriſtum negare, & poſtea pœnitere. Bellarminus ait, hoc eſſe miſerum effugium,* qia fides cordis neceſſaria eſt ad juſtitiam acqirendam, confeſſio oris ad ſalutem non amittendam. *At certè hæc miſera reſponſio eſt, nam Pavlus vult utrumqe eſſe ad ſalutem neceſſarium, & tamen utrumqe non eſt æqè neceſſarium.* Si dicamus cum Bellarmino, confeſſionem eſſe neceſſariam, ne amittamus ſalutem, & ſic aqam, ne amittamus regnum cœlorum; qemadmodum ergò qi volunt ſalutis participes eſſe, debent Chriſtum confiteri, ſi hoc reqiratur, nec ſalutem aſſeqi poſſunt, qi confeſſionem, ſi eâ opus erit, ſubterfugiunt; ita qi volunt intrare in regnum cœlorum, non debent recuſare Baptiſmum, ſi haberi poteſt. Idem; *de Sacr. q. 4. c. 2. ad teſt. 2 Marc. 16. Baptiſmus dicitur ſervare, qia noſtram per Chriſtum ſalutem obſignat. — Non qia vis ſervandi in ipſo Baptiſmo eſt. qæro enim, num per ſe Baptiſmus ſine fide ſervet. hic locus illud refellit. Nam Chriſtus hîc fidem cum Baptiſmo conjungit. Si verò fides cum Baptiſmo conjungi debet, num infantes credunt anteqam baptizantur? Ergo manifeſtum eſt hîc Chriſtum loqi de adultis, qi credendo ſervantur, ut ex multis Scripturæ locis conſtat. hi fide ſervantur: in his fides præcedit, & additur Baptiſmus, ut ſit ſigillum fidei. Verum ait Bellarminus.* Sicut fides apud adverſarios immediatè juſtificat applicando merita Chriſti; cur non eodem modo fateantur Baptiſmum immediatè juſtificare applicando merita Chriſti, cum Chriſtus hîc eodem modo loqatur de fide & de Baptiſmo? *Reſp. Non negamus, Baptiſmum dici poſſe applicare nobis meritum Chriſti, & ſic nos juſtificare, qia obſignat nobis juſtitiam fidei; ut omnis vis Sacramentorum ex fide pendeat, non fides ex Sacramentis,* Idem, *ibidem q. 1. c. 3. voc. 37. Chriſtus ponit fidem ante Baptiſmum. Et ſic omnes fidem reqirunt in adultis ante Baptiſmum. Philippus Evnucho,* ſi credis ex toto corde, potes baptizari. *qaſi diceret, ſi per fidem apprehendis Chriſtum & in illo remiſſionem peccatorum, ego ſigillum qaſi diplomati apponam. & hoc in omnibus adultis perpetuò reqiritur. Cum ergò fide remiſſa peccata*

cata credimus, hanc fidem & promissionem Baptismus obsignat. non ergò Baptismus efficit fidem & vitam aternam, sed confirmat. qare ante promissa esse debet vita aterna. &, *ibidem q. 4. c. 3. p. 84. col. 2. Christus non ait, hoc ipsum, non baptizari damnationem afferre, sed non credere. Qare cum Christus nullam aliam cavssam condemnationis hîc ponat, nisi non credere; apertum est, non baptizari non esse cavssam damnationis; & sic justitiam non esse in Sacramentis, sed in fide. Etsi ergò Christus cum fide Baptismum in priore membro conjunxit, non tamen ut simpliciter necessarium conjunxit; sed ut symbolum & sigillum, qod non simpliciter necessarium est; imò cum fide dignus est qi promittit, non omnino necessarium ex parte ejus qi promittit, sed tantum ex ejus parte cui promittitur: tamen in negatione, hoc est, in posteriore membro, nulla mentio symboli fit, qia non carere symbolo cavssa damnationis est, sed fide, qâ Christus apprehendi debet.* Idem, *ibidem p. 89. Bellarminus ait.* Qi habet sacramentum, & non vult credere, damnatur. *Verissimum hoc est. unde constat Sacramenta non propriè & vi sua nos justificare, avt servare, imò sine fide nihil valere.* Porrò *ait*, si qis habet fidem, & non vult Sacramentum percipere damnatur. *Resp. Qi habet veram fidem, non potest non habere voluntatem utendi sacramentis. Fingit Bellarminus hominem habere fidem, & tamen nolle uti sacramentis. cum respuere Sacramenta sit infidelitatis argumentum certissimum. eo enim ipso se prodit qis non credere, si sacramenta recuset. contemptus sacramenti indicat fidem non habere. Ibidem q. 5. c. 8. ad rat. 4. Nostra sacramenta dicuntur hæc omnia præstare* (salvare, regenerare, justificare) *non qod ipsa propriè & per se hæc præstent; sed qia nostram salutem & justificationem à Christo jam peractam credentibus obsignant. & hoc vetera etiam sacramenta fecerunt.* Idem deniqe *ibidem qæst. 4. c. 2. ad test 3. resp. 5. pag. 66. Postremò, fidei soli sine mentione aqe salus tribuitur. Joan. 3. 15. 16. 18. ergò credere per se ad salutem sufficit.*

3. Qod *fides promissionis verbo niti* dicitur, id avtem qoad adultos sic se habeat, *Qi crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur:*

Respondeo. sicut fides patrum, qi ante Christum incarnatum vixerant, eadem planè cum nostrâ, qi jam degimus, fuit. Act. 15. 10. 11. 2 Cor. 4. 13. Heb. 11. 13. sic promissio per fidem in Messiam salutis, qoad substantiam apud utrosqe eadem prorsus. nec promissionis verbum, fideive, qo ea nitebatur, fundamentum, mutabat Sacramentorum sive sigillorum eidem obsignando adjectorum pro istis illisve temporibus seculisqe varietas avt diversitas. promissione merâ scilicet eâqe per secula omnia una eademqe fides nitebatur, sive lotione, sive recisione, sive nevtrâ etiam adhuc ea obsignaretur. Avgustinus, *ad Ep. Pelag. l. 1. c. 21. Antiqos justos non fecit salvos nisi fides mediatoris.* & *l. 3. c. 4. Antiqi omnes justi, & Moses ipse testamenti minister veteris, hæres novi, ex fide, qa nos vivimus, una eademqe vixerunt.* & *de pecc. mer. & rem. lib. 2. cap. 29. Una ergo fides est, qa omnes salvos facit, qi ex carnali generatione in spiritualem renascendo salvantur. — sed hujus pro significationis opportunitate per varia tempora Sacramenta variata sunt.* Idem, *confess. l. 10. c. 44. Salvi per fidem passionis futuræ, sicut nos per fidem præterita.* &, *Epist. 11. cap. 7. Christi fide saluberrima etiam illi justi facti sunt, qi priusqam veniret in carne, crediderunt in carne venturum. eadem namqe fides est, & nostra & illorum, qoniam hoc illi crediderunt futurum, qod nos credimus factum.* &, *in Joan. tract. 45. Tempora variata sunt, non fides. --- Venit, & venturus est, duo sunt tempora; sed eadem est fides. --- In sigillis diversis eadem est fides. Sic in signis diversis, qomodo in verbis diversis; qia nihil aliud sunt verba qam signa. --- fide manente signa variata videtis.* Idem deniqe, *Epist. 57. Qod si circumcisio antiqis sanctis pro Baptismo fuisse creditur; qid respondebitur de his, qi anteqam hoc præceptum esset, Deo placuerunt, non tamen sine fide?* Whitakerus, *de sacr. q. 4. c. 3. rat. 4. ad 3m.*

Justitia una eademqe fuit in Patriarchis, in Prophetis, in Apostolis, in omnibus deniqe piis, qi ab origine mundi fuerunt. qi & videndus infra, *ad resp. 4. replic. 3. de formul.*

4. *Fidem baptizatorum in Deum ferri, ut remittentem peccata virtute sangvinis Christi tum illis applicati, qorum onere conscientiæ ante & usqe ad remedium illud premebantur*; qod afferitur:

Respondeo, *fidem baptizatorum in Deum ferri*, si fides ea saltem verbo divino nitatur, ut remissionis promissionem, qam fidei & resipiscentiæ absolutè dedit, Act. 10. 43. qamqe solidam pœnitentiam, cum fide verâ vivâqe conjunctam, *præsentaneam* obtinere ipse concedis baptizato obsignantem. qâ obsignatione solenni nil mirum, si leventur & stabiliantur conscientiæ antè & eousqe etiam forsan conturbatæ & oppressæ, ex fidei novellæ adhuc infirmitate; statusqe sui conditione beatâ minùs perspicuè apprehensâ. Ideò enim in Sacramentis bonorum, qæ per Christum conseqimur, obsignatio fit, *ut in conscientiis nostris rata sint*, uti Calvinus, *in Act. 2. 38.* verum isti, de qibus hîc agitur, vel verâ vivâqe fide imbuti jam fuerant; & tum ex concessis remissa habebant peccata, etiam priusqam ad Baptismum accederent; vel si verâ vivâqe fide destituti Sacramentum fidei illius susceperant, pacem, non veram, opinor, sed falsam, ac proinde fallacem, à fide non verâ enatam, conscientiis suis à ritu illo externo sunt consecuti.

5. Idem de *spe* illâ dictum sit, *qâ subnixi Christiani ad Baptismum accessisse* perhibentur. Spes enim vera, in fide recta fundatur. Heb. 11. 1. fides promissione divinâ innititur. qæ nisi fidei veræ vivaciqe, nec in Baptismo, nec extra Baptismum peccatorum veniam pollicetur; huic avtem etiam citra Baptismum præsentaneam eandem præstat.

6. *Apostolos ignaros, qid arcana voluntate ante Baptismum Deus fecerit, in ipso Baptismo dari remissionem & ablutionem peccatorum virtute sangvinis Christi & præsumpsisse & docuisse*, dicitur.

Atqi missâ *Dei arcana voluntate*, ex patefacta *præsumebant & docebant*, dari credentibus omnibus præsentaneam remissionem peccatorum; (qod & ipse supra fassus, ab eis, scio, non aliunde didicisti) non verè credentibus nec Baptismum eam posse conferre sciebant. Proinde arcana Deo remittentes, à baptizandis fidem exigunt & resipiscentiam, individuam fidei comitem, veram dubio procul vivamqe utramqe, Act. 2. 38. & 3. 19. & 8. 12. 13. 36. 37. & 16. 14. 15. fidei justificationem & peccatorum remissionem passim attribuunt & pollicentur, ut qæ sangvinem Christi in eum finem efficaciter semper applicet. Act. 16 30. 31. Rom. 3. 22. 23. 26. 28. 30. & 4 3. 10. 11. 23. 24. & 5. 1. 9. Gal. 2. 16. & 3. 14. efficaciam ipsius hac in parte, à ritu aliqo pendere, nusqam docent, nec ipse id asseruisse videris, modo vera vivaqe fuerit.

7. De phrasibus illis, *baptizari in remissionem peccatorum, & in ablutionem eorundem*, satis, opinor, est supra dictum, *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 1. assumpt. §. 2.* &, *ad Arg. 11. enunc. 2. locut. 3.* Addam duntaxat, qæ de hac formula, Amesius noster, & Piscator. Hic, *ad Matt. 1. 4. verba illa*, in remissionem peccatorum, *non valere, ad conseqendam remissionem per hoc opus, judicari potest ex eo, qod Scriptura passim tradit, hominem adultum, de qalibus in illis dictis sermo est, non conseqi remissionem peccatorum aliter qam per fidem in Christum, ac proinde statuunt eum jam per fidem habere remissionem peccatorum, non igitur per opus Baptismi. item ex eo, qod adultum baptizare non est fas, nisi is profiteatur fidem in Christum, ac proinde statuatur, eum jam per fidem habere remissionem peccatorum. Non igitur statui potest, qod illam demum adipiscatur per opus Baptismi. Necesse est igitur illa verba exponi. non potest avtem afferri melior expositio, qàm qæ petitur à natura Sacramentorum, qæ constat esse sigilla justitiæ fidei*, Rom. 4. 11. Idemqe, *Thes. Theol. vol. 1.*

loc.25.§.13. Prædicabat Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. *i.e.prædicabat reſipiſcendum eſſe, & credendum in Chriſtum, Act.19.4. teſtificabaturque reſipiſcentibus atque credentibus in Chriſtum, peccata eis ſua remiſſa eſſe propter Chriſtum.* Ameſius, *adv. Bell. tom. 3. diſp. 5. q. 1. theſ. 1.* Bellarminus. *In his locis tribuitur Baptiſmo remiſſio peccatorum.* Proteſtantes. *Remiſſio peccatorum in ſententia Dei offenſi conſiſtit; neque poteſt tribui externa alicui ceremoniæ, niſi ſub ratione ſigni aut ſigilli ſententiam illam teſtatam reddentis.* Bellarminus. *Qis non miretur novum iſtum tropum, qo* abluere peccata *ſignificet, accipere ſigillum juſtificationis acceptæ?* Proteſtantes. *Juſtificationem ante fuiſſe ab illis acceptam non poteſt negare, cujus hæc eſt confeſſio, c. 13.* Adulti per fidem & contritionem veram juſtificantur anteqam ad ſacramentum accedant. 2. *Tropum, qem nos in iſtiuſmodi phraſi dicimus, eſt,* ablue peccata tua. *i. e. accipe ablutionem ut ſigillum remiſſionis peccatorum, ſive acceptæ, ſive accipiendæ, per conſcientiæ certiorationem. hic autem tropus non eſt adeò novus aut mirus, ut Magiſtri illi magni, qos citat & approbat Bonavent. in 4. d. 1. q. 2. eundem jam dudum approbarint.*

8. *In eum ſenſum Veteres loca illa intellexiſſe,* qod dicitur:

1. Forſan minus cautè ambiguéqe illi ſæpe locuti fuerint, prout & neoterici freqenter, etiam illi qi à ſenſu tamen illo, ubi ſermonem accuratius inſtituunt, qam longiſſimè recedunt. Certè Danæus veteres nobiſcum ſenſiſſe affirmat, *adv. Bell. de Bapt. c. 13. In Sacra Scriptura, qidpiam ab alio tolli, vel remitti dicitur, vel tanqam à cauſſâ; ſic Deus remittit peccata, ſic Chriſtus ea tollit. Mat. 9. 6. Luc. 5. 21. Joan. 1. 29. vel tanqam ab ejus remiſſionis & deletionis ſigno & ſacramento; ſic Baptiſmus peccata tollit & lavat. Marc. 1. 4. Eph. 5. 26. Scriptura & Patres hoc poſteriori ſignificato concedunt Baptiſmo peccata tollere.* Deniqe conferantur phraſes illæ, *baptizari in reſipiſcentiam, εἰς μετάνοιαν,* Mat. 3. 11. &, *baptizari in remiſſionem,* ſive, *ablutionem peccatorum;* & altera ex altera intelligatur. non eſt illud, *baptizari ad reſipiſcentiam conſeqendam, ſed ad teſtandam & obſignandam; in reſipiſcentiam,* i. e. *in teſtimonium reſipiſcentiæ.* & pari modo, *in remiſſionem,* & *in ablutionem peccatorum.* i. e. *in teſtimonium & obſignationem, vel remiſſorum ſive ablutorum, vel remittendorum & abluendorum.*

Verum, 2. Reſpondeo.

1. Qod Joannes Sariſburienſis in *Metalog. prolog. Non dedignatus ſum,* inqit, *modernorum proferre ſententias, qos antiqis in pleriſqe præferre non dubito. Doctoreſqe, qo juniores, eo perſpicaciores* fuiſſe in Scripturis exponendis, fatentur etiam è Pontificiis nonnulli, Cajetanus, *præfat. in pentateuch.* Dom. Bannes, *in ſecundam ſecundæ.* Salmeron, *in Rom.* l. 2. diſp. 51. ut verè poſſit hîc obtinere Philoſophi illud, *Polit. l. 3. c. 8. τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἤθη ἂν διαθεῖτο τῶν νεωτέρων.*

2. Baptiſmo nimium tribuiſſe è veteribus nonnullos, non eſt heri aut perendie à noſtris obſervatum. Centuriatores Magdeburgenſes id crebrius inculcarunt. Ambroſius reverâ, *de initiat. c. 4. Credit etiam catechumenus in crucem Domini Jeſu, qâ & ſignatur; ſed niſi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, remiſſionem non poteſt accipere peccatorum, nec ſpiritalis gratiæ munus haurire.* Et, Avguſtinus, *de nupt. & concup. l. 1. c. 33. Qid prodeſſet, vel ante Baptiſmum pœnitentia, niſi Baptiſmus ſeqeretur, vel poſteà, niſi præcederet?* qaſi à Baptiſmo penderet fidei pœnitentiæqe efficacia, qum ab illius utriuſqe veritate pendeat potius iſtius fructus & effectus. Verum in hoc mihi vel Ambroſio, vel Avguſtino calcitrare religio eſt. Ne adjiciam, de Infantibus citra Baptiſmum decedentibus, hunc etiam Pontificiis immaniorem protuliſſe ſententiam.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Sed eſto, illo loco Act. 2. 38. reſipiſcentia prius exigatur à baptizandis: atqe adeò eſto locus propriè intelligatur de adultis reſipiſcentibus, qos jam Petrus compellavit: tamen verba illa, Baptizetur unuſqiſqe veſtrum in remiſſionem peccatorum; *ſimul etiam deſignant finem, in qem Baptiſmus adhibetur. qi licet adultis verè reſipiſcentibus non adhibeatur niſi ad teſtandam & obſignandam remiſſionem peccatorum jam partam, parvulis tamen, qibus nihil in præſenti obſignat, nec obſignare poteſt, pro illo ſtatu, ſignum eſt viſibile gratiæ illius inviſibilis, qam Deus mediante Baptiſmo porrigit & præbet parvulis inter baptizandum. Eſt autem illa remiſſio peccati originalis, qo ſolo implicantur parvuli. non enim alio modo prodeſt parvulo ad remiſſionem peccatorum. Hortatur enim Petrus Judæos ad pœnitentiam & Baptiſmi ſuſceptionem, hac ratione, qod promiſſio facta ſit illis & eorum liberis, illis ſcilicet verè jam credentibus & reſipiſcentibus,* obſignationis *remiſſionis peccatorum per Baptiſmum, hiſce verò, qibus nondum remiſſum erat peccatum originale,* exhibitionis *illius remiſſionis, qam Baptiſmalis ablutio repræſentat & ſignificat, cum obſignationis remiſſionis nondum factæ capaces non eſſent. Nam, ut habet Calvinus in locum,* Baptiſmo ſemper connexa eſt ſpiritus gratia, niſi à nobis impedimentum occurrat. *à parvulis autem impedimentum occurrere non poteſt. Ergò in horum Baptiſmo Sacramentum præbet & confert qod ſignificat.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Ut omittam loco huic abunde ſatisfactum ante videri, *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 1. Aſſumpt. §. 2.* qo remittere itaqe neceſſarium fuerit, ne eadem ſæpius repetita navſeam moveant. pavcula tantùm hîc adjicio.

1. Etiamſi *Baptiſmi finis* iſte *qoad parvulos* verus eſſet, non poſſe tamen ex hoc loco elici, qo de Baptiſmo eo ſolo agitur, qem reſipiſcentia præceſſerit.

2. Havd verum videri qod præſumitur, *per Baptiſmum infanti obſignari nihil poſſe;* qum fœdus obſignet cum ſemine etiam initum; nec cum ſemine baptizato tantùm, aut qâ baptizato, ſed cum ſemine ſimpliciter, etiam non baptizato, etiam non baptizando, qod citra Baptiſmum defungeretur. Qin &, *parvulo obſignari poſſe,* ex cogitationibus ſecundis agnoſcit ipſe Vir Clariſſimus, uti ſupra monitum, *Sect. 1. Num. 2.* ſub calcem *Reſp. ad Arg. 6.*

3. *Deum gratiam in Baptiſmo parvulis porrigere,* non poſſe niſi valdè *ἀκύρως* dici. Porrigitur aliqid, ut accipiatur. i. e. ut is cui porrigitur, ſi velit, ſumat, ſi nolit, reſpuat. Ita Satyricus;

Porrigis irato puero cum poma, recuſat.

Neqe aut terræ ſitienti aqam aqator, aut proſciſſæ ſemen *porrigere* dicitur. Parvulis ergò electionis liberæ uſu deſtitutis, etiamſi *præberi* aliqid, *porrigi* tamen propriè non poteſt. *tradere,* vel, *indere,* qis poteſt in manum infantuli, inſtrumentum aliqod ſigillo communitum, vel virgulam, qæ hæredi jus obſignet. at *porrigere,* aut *offerre* eidem eâ ratione jus illius beneficii, vel qod traditionis illius ritu deſignatur, vix qiſqam, opinor, dixerit; niſi forte ab infantili illius admiſſione aut rejectione (ſicut à pullorum actu conſimili in avguriis de rerum futurarum eventu conjectabantur) jus illud abſolutè penderet. Verùm infans tantùm abeſt, ut *gratiam in Baptiſmo porrectam* an *oblatam* dixeris, ut nec ſacramentum ipſum ex libero electionis uſu vel admittat vel reſpuat. Unde nec reniſus parvulorum iſtiuſmodi, cum ad ſacrum fontem ablutionis gratiâ ſiſtuntur, eis qicqam obeſſe creditur. Qod & Avguſtinus non ſemel monet, *Epiſt. 57. de bapt. l. 4. c. 23. de pecc. mer. & remiſ. l. 1. c. 25.*

4. Calvinus *cum dixiſſet, Non proponi in Baptiſmo nudam figuram, ſed rei qoqe exhibitionem ſimul annexam eſſe,* dicti rationem ſtatim iſtam ſubjungit; *qia nihil fallaciter* Deus promittit, ſed verè complet, *qod ſub figuris ſignificat.* cujus contrarium, ut nemo pius aſſeruerit; ita nec dicere qenqam neceſſe eſt, qi cum Reverendo Epiſcopo Joanne Sariſburienſe negaverit, *gratiam eam renovantem,*

vantem, qâ Christo renascuntur fideles, infundi parvulis in ipso actu Baptismi. qam in Baptismo tamen figurari, ecqis inficias egerit?

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Objectio. *Dices, verba illa*, Baptizetur unusqisqe vestrum in remissionem peccatorum; *non posse gemino sensu eodem in loco accipi & usurpari, ut tum designet* obsignationem *remissionis peccatorum adultis resipiscentibus, tum ipsam* remissionem *peccati originalis parvulis, qibus ante peccatum originis non est remissum.*

Responsio. 1. *Certum est, cum dicit Petrus*, Resipiscite unusqisqe vestrum in remissionem peccatorum, *ibi ipsam remissionem intelligi nondum impetratam, sed actu resipiscendi impetrandam, non remissionis obsignationem.*

2. *Certum itidem est, Petrum hortari Judæos ad pœnitentiam & Baptismi susceptionem hac ratione, qod promissio facta sit illis & eorum liberis remissionis peccatorum parvulis autem Judæorum promissio remissionis non aliter facta est qam fieri potuit, scilicet porrigendo, præbendo & exhibendo inter baptizandum remissionem originalis reatus nondum remissi. Nemo enim dixerit, promissionem factam esse universaliter conferendi ipsam remissionem originalis reatus omnibus eorum parvulis anteqam sistantur baptizandi, vel si qis dixerit, omni fundamento caret talis assertio.*

3. *Calvinus annotavit in locum, ubi explicat hæc verba*, Baptizetur unusqisqe vestrum in remissionem peccatorum. Tametsi, *inqit*, in contextu verborum Baptismus remissionem peccatorum hic præcedit, ordine tamen (*ait*) seqi; qia nihil aliud est (*inqit*) qàm bonorum qæ per Christum conseqimur obsignatio, ut in conscientiis nostris rata sint. *per remissionem ergò peccatorum intelligit vult ipsam remissionem, sed eam non plenariè fieri, nisi ubi in conscientiâ rata fiat, sev in foro conscientiæ.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Ego sanè *de sensu gemino* nihil ejusmodi objecerim, nec ut objiciatur opus est; qum clarum sit, qos alloqatur eo loco Apostolus. ut frustra fuerit controversiam instituere, qo sensu de parvulis eo loci loqatur, qo non parvulos ullos, sed adultos qosdam alloqitur.

2. *Remissionem nondum impetratam, sed actu resipiscentiæ impetrandam, non obsignationem remissionis promitti*, facilè concedo. nec qisqam unqam, credo, avt negavit, avt negaverit. Verùm hoc qæritur, remissio ipsa qatenus à resipiscentia, qatenus à baptismo pendeat; & an positâ resipiscentiâ illâ, qam eo loci Apostolus exigit, nondum tamen remissio verè habeatur, donec ablutio externa accesserit.

3. Hac ratione ipsos peculiariter, *hortatur ad resipiscentiam & Baptismum suscipiendum, qod ipsis promissio facta sit.* Ad ampliorem avtem bonitatis divinæ commendationem adjungit, (qod & Oecumenius obsservavit) promissionem eam, de qâ agit, qæcunqe tandem ea fuerit, (neqe enim de hoc apud omnes consensus est) latius etiam patere; qippe qæ *ad filios* ipsorum, nulla facta parvulorum avt adultorum mentione; & ad *exteros* etiam, qoscunqe Deo visum fuerit adducere, pertingere dicatur. promissio avtem illa, esto ea qam Calvinus loqitur, (qanqam aliò qi trahant, nec ignobiles illi, non desunt interpretes) *Ero Deus tuus, & seminis tui.* certe ea, qicqid in se continuerit, & qatenus semini remissionem peccatorum promittebat, tam ad Judæorum qàm ad Christianorum sobolem universam pertinere qi dixerit, fundamento solidissimo, nempe verbo divino in ævum omne permansuro innitetur. Verba fœderis aperta sunt, *Ero Deus tuus, & seminis tui.* masculi ei an fœminæ fuerint. Fœderis avtem istius symbolum ac sigillum ad pleniorem ejusdem obsignationem adjicio, circumcisionem die octavo proli masculæ imprimendam. Hoc Deus; nihil amplius. Gen. 17. Qi ulterius aliqid adjecerit, aliunde expiscetur necesse est. Nec colligere hinc cuiqam licet, avt prolem Judæorum masculam statim ab ortu, avt fœmineam, donec ritus alterius cujusqam compos existeret, vel de semine Abrahæ nondum censeri, vel fœdere ibi inito non comprehendi. Regula juris est, *Ubi lex non distingvit, nec nos distingvere debemus.* Certè qos divina non excludit dictio, nec nos excludendi potestatem habemus. Nec sanè Judæi proles mascula, nec Christianorum ulla, ad fœderis sigillum admitti debuerat, nisi fœderata prius censeretur. Reverendus Episcopus Sarisburiensis *ad Col. 2. 12. Esse fœderatum sufficit ad accipiendum signum fœderis. infantes avtem eodem fœdere continentur cum parentibus*, Ero Deus tuus, & seminis tui. Et post; *Abraham filium suum Isaacum, utpote jam fœderatum, prius circumcidit, qàm per ætatem posset credere.* Mornæus pariter, *de Sacr. Evchar. l. 4. c. 1. reg. 5. Dantur Sacramenta, non ut in fœdere Dei comprehendantur, sed ut eo signo comprehensi significentur.*

4. *Parvulis*, qod dicitur, *aliter fieri non potuisse promissionem illam de remissione peccatorum, qam inter baptizandum reatus remissionem exhibendo*; asseritur nudè, non probatur, nec probabile etiam videtur. Qid enim impedit, qo minùs eadem ratione promissio facta sit liberis, qâ & ipsis eorundem parentibus tunc fiebat, sub conditione scilicet resipiscentiæ & Baptismi suscipiendi, illius qidem ad consecutionem, istius verò ad obsignationem? nec alio sanè modo promissio ea, hoc saltem loco, (qid si nec alibi etiam uspiam dixerim?) vel qoad illos, vel qoad istos proponitur, vel qoad eos omnes, qos adducturum deinceps Dominum Apostolus prædixit. Illud duntaxat interest, qod in adultis Baptismi perceptionem resipiscentia, & remissio ipsa resipiscentiæ comes prorsus individua præcedit, in parvulis ea utraqe ordinariè subseqitur; sed eo tamen ritu infanti etiam intincto, utraqe obsignata, & ubi altera successerit, altera etiam præstanda.

5. *Promissionem de remissione reatus originalis, absolutè*, & citra ullam omninò conditionem *omnibus in universum fidelium parvulis factam*, qæ vel ante Baptismum, vel inter baptizandum præstetur, nec nos dicimus, nec qæ hactenus concessimus, dicere nos cogunt.

6. Nec Calvinus, nec alius qisqam, (qod supra dicebam) remissionem ipsam hoc loco designari negaverit. verùm Calvinus remissionem istam Baptismum ipsum præcedere, eam Baptismum obsignare tantummodò contendit, *qo in conscientiis nostris rata sit.* qibus tamen ille verbis nihil minus voluisse videtur, qàm *remissionem plenariè non fieri, donec conscientiæ ipsi rata fiat*; sed tum demum mentes conscientiasqe nostras de eâ jam exhibitâ plenius certiúsqe confirmari, ubi sigillum etiam divinum accesserit. Apud nostros siqidem passim occurrit, *remissionem ac justificationem uno statim momento peragi, nec remissionem veram esse, qa plenaria non fuerit*; qanqam eam à nobis non ita plenariè statim apprehendi; qia fides ea, qâ plenè jam peractam apprehendimus, infirma plerunqe ac imbecillis sit, ideoqe adminiculis opus habeat, qò de eadem adhuc certior fiat. Rectè Strigelius, ad Eph. 4. 23. *Differunt peccatorum remissio & renovatio: nam remissio fit in momento, renovatio successivè & gradatim.* Et Whitakerus, *de bapt. q. 4. c. 1. Remissio est perfecta, regeneratio inchoata.* prout & de justificatione, ad qam remissio conseqitur, Chamierus, *panstrat. tom. 4. l. 5. c. 4. §. 8. Justificationem simul & semel dari, partibus omnibus suis perfectam: sanctificationem verò per gradus, ut promovendo pavlatim feratur ad summum.*

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Sed esto, dicamus obsignationem remissionis peccatorum promissam duntaxat esse adultis per Baptismum, utpote qi inter-

interveniente fide & reſipiſcentiâ ipſam remiſſionem prius impetraſſent qam baptizati eſſent; tamen parvulis eorum, qibus ante Baptiſmum peccatum non eſt remiſſum, promiſſio ſit exhibitionis ipſius remiſſionis & ſolutionis originalis reatus per Baptiſmum, qomodo jubentur reſipiſcere in remiſſionem peccatorum. i. e. ad impetrandam remiſſionem. atqe hoc inſtituto noſtro ſatis erat.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

De *parvulis*, verſ. 38. ne γεὺ qidem reperitur. *promiſſio* avtem, qæ verſ. 39. *non ipſis ſolum, ſed & liberis ipſorum facta* dicitur; cujus promiſſionis, ſi ea generalis illa de *confœderatione* intelligatur) ſicut circumciſio, ita & Baptiſmus ſignum tantùm eſt & ſigillum, neqe enim longius, opinor, uſqam Scriptura progreditur) ea, qatenus ad parvulos pertinere videatur, jamdudum abunde dictum eſt.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Hæc noſtra interpretatio inde confirmatur, qod apud Veteres parvuli olim dicebantur baptizari in remiſſionem peccatorum. *i. ad reatus originalis ſolutionem. Origenes*, Homil. 8. in Levit. *qærit*, Qid cavſſæ ſit, cum Baptiſma Eccleſiæ in remiſſionem peccatorum detur, cur ſecundum Eccleſiæ obſervantiam etiam parvulis Baptiſmus detur. *reſpondet.* utiqe ſi nihil eſſet in parvulis qod ad remiſſionem deberet & indulgentiam pertinere, gratia Baptiſmi ſuperflua videretur. *Et*, Homil. 14. in Luc. Parvuli baptizantur in remiſſionem peccatorum. qorum peccatorum? vel qo tempore peccaverunt? avt qomodò poteſt ulla lavacri in parvulis ratio ſubſiſtere? niſi juxta illum ſenſum dè qo pavlò antè diximus, *Nullus mundus à ſorde, nec ſi unius diei qidem fuerit vita ejus ſuper terram.* & qia per Baptiſmi ſacramentum nativitatis ſordes deponuntur, propterea baptizantur parvuli. *Niſi enim qis renatus fuerit ex aqâ & ſpiritu, non poterit intrare in regnum cœlorum. Vide eundem*, lib. 5. in cap. 6. ad Rom. *Cyprianus*, Epiſt. 59. ad Fidum. Parvulus ad accipiendam remiſſionem peccatorum hoc ipſo facilius accedit, qod illi remittuntur, non propria, ſed aliena peccata. *Concil. Milevitan.* c. 2. Item placuit, ut qicunqe parvulos recentes ab utero matrum baptizandos negat, avt dicit, in remiſſionem qidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, qod regenerationis lavacro expietur, ut ſit conſeqens, ut in formâ baptiſmatis, *in remiſſionem peccatorum*, non vere, ſed falſò intelligatur, Anathema ſit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qi nihil peccatorum in ſeipſis adhuc committere potuerunt, ideo in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in iis regeneratione mundetur, qod generatione traxerunt.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Patres antiqos hîc allatos qod attinet:

1. Eos oppugnant, qi parvulos peccati omnis expertes prorſus naſci contendebant. id enim ſi verum ſit, *in remiſſionem peccatorum baptizari parvulos* verè non poſſe. At hoc nihil impedit, qo minùs in futuram peccatorum remiſſionem baptizentur: nec eos qicqam tangit, qi in ipſo actu baptizandi remiſſionem hanc dari non avdent ſtatuere.

2. Non eſt inſolens, vel apud priſcos Patres, vel apud ſacræ etiam paginæ ſcriptores, ea Sacramentis per *locutiones figuratas* tribui, qæ ad rem Sacramento deſignatam pertinent. Atqe hoc noſtri ad Teſtimonia ex antiqis à Pontificiis depromta, ad dogmata ſua conſtabilienda, paſſim inculcant. Qin & Avguſtinus ipſe clariſſimè, *Epiſt.* 23. *Nempe ſæpe ita loqimur, ut Paſchâ propinqante dicamus*, craſtinam vel perendinam Domini paſſionem, *cum ille ante tam multos annos paſſus ſit, nec omninò niſi ſemel illa paſſio facta ſit. Nempe ipſo die Dominico dicimus*, Hodie Dominus reſurrexit; *cum ex qo reſurrexit tot anni tranſierunt. Cur nemo tam ineptus eſt, ut nos ita loqentes arguat eſſe mentitos? niſi qod iſtos dies, ſecundum eorum, qibus hæc geſta ſunt, ſimilitudinem nuncupemus; ut dicatur ipſe dies, qi non eſt ipſe, ſed revolutione temporis ſimilis ejus; & dicatur illo die fieri, propter ſacramenti celebrationem, qod non illo die, ſed jam olim factum eſt. Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo? & tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolennitates; ſed omni die populis immolatur; nec utiqe mentitur, qi interrogatus eum reſponderit immolari. Si enim Sacramenta qandam ſimilitudinem earum rerum, qarum ſacramenta ſunt, non haberent, omninò ſacramenta non eſſent. Sicut ergò ſecundum qendam modum, Sacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt; ſacramentum ſangvinis Chriſti, ſangvis Chriſti eſt: ita ſacramentum fidei, fides eſt. — Sicut de ipſo Baptiſmo Apoſtolus*, Conſepulti, *inqit*, ſumus per Baptiſmum in mortem, *non ait*, ſepulturam ſignificamus; *ſed prorſus ait*, conſepulti ſumus. *Sacramentum ergò tanta rei non niſi ejuſdem rei vocabulo nuncupavit.* Qæ & Mornæus adducit, *de Sacr. Evchar. l.* 4. *c.* 1. *reg.* 4. Calvinus, *Inſt. l.* 4. *c.* 17. *§.* 21. Petrus Martyr, *ad Rom.* 4. *&* 6. & alii.

3. Patres illi, qo tempore *remiſſionem dari*, eodem etiam *nativitatis ſordes deponi*, cenſent. qæ ſententia ſuffragium à me facilè feret. At hoc ſi in Baptiſmi actu fieri voluerint, utut è Pontificiis forſan pleroſqe, è noſtris, puto, ſuffragatores pavcos habituri ſunt.

4. Qod Cypriano, *parvuli non propria, ſed aliena, ad Baptiſmum afferre peccata*, dicuntur; ego qid ſit, non ſatis aſſeqor, niſi ſi de *actu commiſſis* intelligatur; qo modo Concilii *Milevitani*, an *Carthaginenſis* potius, Patres loqi videntur. Certè enim vitium originale, etiamſi ſit à parentibus traductum & contractum, ipſorum eſt tamen, inqe ipſis inhærens.

5. Origenes, *in Rom. 6. l.* 5. qid habeat, qod hoc dogma ſtabiliat, non reperio. qod oppugnare potius videatur, more ſuo ludens, inter alia, qæ & Sedulius in *collectanea* ſua tranſtulit, hæc habet; *Docet per hoc, qod ſi qis prius mortuus peccatis eſt, is neceſſariò in Baptiſmo conſepultus eſt Chriſto. ſi verò non ante qis moritur peccato, non poteſt ſepeliri cum Chriſto. nemo enim vivus aliqandò ſepelitur. Qare ſi non ſepelitur cum Chriſto, non legitimè baptizatur.* Et poſteà; *Hoc eſt qod colligitur ex his Apoſtoli dictis, per altiorem intelligentiam, qod ſicut nemo vivus poteſt ſepeliri cum mortuo; ita nemo qi adhuc vivit in peccato, poteſt in Baptiſmo conſepeliri Chriſto, qi mortuus eſt peccato. & ideò, qi feſtinant ad Baptiſmum, hoc prius curare debent, ut moriantur ante peccato, & ſic poſſint conſepeliri Chriſto per Baptiſmum.* Cæterum qid ſani ſolidive ab eis expectes, qi de paginâ ſacrâ ludos ſic faciunt?

6. Non tam de dogmate, qam de loci interpretatione impræſentiarum qæritur, cujus iſtorum in Teſtimoniis adductis nemo vel meminit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ex his & aliis antiqorum Teſtimoniis ſatis conſtat, ab Apoſtolorum temporibus hanc formulam baptizandi parvulos ſemper uſu receptam fuiſſe in Eccleſiâ, ut baptizentur in remiſſionem peccatorum; qod ita intellexit Eccleſia, ut veraciter per Sacramentum Baptiſmatis ablatus fuerit originalis reatus in parvulis.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Formulam qod attinet, *baptizandi parvulos in remiſſionem peccatorum uſu ſemper receptam:*

1. Conſtat reverâ, antiqitus receptum, ut *baptizari* dicerentur qibus ritus ille competebat, *in remiſſionem peccatorum*; qod & de pædobaptiſmo diſſerentes uſurparint. Formulam eam tamen in Baptiſmatis ritu adminiſtrando, per Eccleſiam priſcam œcumenicam, avt unqam uſqam-

ve

ve etiam, nedum ab Apoſtolorum temporibus in uſu fuiſſe, ut Baptiſmum adminiſtrans, inter tingendum diceret. *Ego te baptizo in remiſſionem peccatorum*, nuſqam reperio, nec in *Rituali* antiqo ullo extare exiſtimo.

2. *In remiſſionem peccatorum Baptiſmum dari*, nemo (credo) non admiſerit, ſi ſanè accipiatur; imò ſi eodem modo, qo in Apoſtoli verbis illis accipitur. i. e. ut eam obſignet, (is enim ſenſus generalis eſt) ſive datam, ſive dandam; vel (ſi ita exprimere libuerit) ubi reſipiſcentia acceſſerit exhibendam: ea enim ibi, nec fides minus, apertiſſimè præexigitur. Petrus Martyr, *ad Rom. 6. p. 219. In hanc promiſſionem (remiſſionis peccatorum) fides in Baptiſmo obſignatur.* Et mox; *Nobis in præſenti ſatis eſt, qod ex elemento & verbo Dei luculenter habemus, teſtimonium regenerationis & ſalutis.* deniqe; *Remiſſionem peccatorum per ſangvinem Chriſti propoſitam habemus in verbo promiſſionis, & aqa corpori extrinſecus admota. his porrò teſtibus & excitatur & roboratur fides noſtra.* Whitakerus, *de Sacr. q. 4. c. 9. teſt. claſ. 4. §. 5. Tribuunt Patres multum Baptiſmo. & meritò qidem, remiſſionem peccatorum, gratiam, vivificationem, regenerationem, &c. — Qod ergò Sacramentis hæc tribuunt, hoc modo ſunt intelligendi.* qo modo? qo ſcilicet ex Baſilio docuerat, *Baptiſmum ſignificare ſymbolicè depoſitionem operum carnis. qod qid aliud eſt*, inqit, *qam eſſe ſymbolum & Sacramentum hujus rei?* &, *eſſe qaſi purgationem animæ*, (*i. e. qaſi vim habere purgandi animam.*) *à prudentia carnis. qod vocabulum* [qaſi] *indicat Baptiſmum externum non purgare, ſed eſſe ſignum vel ſymbolum purgationis.* De *juſtificatione* pariter, *c. 3. Sacramenta ex ſe non juſtificant, — ſed juſtitiam tantum conſignant. — Chriſtus per ſe juſtificat, nec communicat hanc vim ulli rei. tantùm reqirit, ut ejus apprehendantur merita. qod per fidem fieri poteſt ſine ſacramentis & extra Sacramenta.* Et rurſus; *Qi credit Evangelio nondum baptizatus, ſalvus erit. & credere qis poteſt ſine Sacramentis; ut de Evnucho conſtat, qi credidit Evangelio nondum baptizatus; & ſine dubio Evangelium, cum credidit, fuiſſet ei potentia Dei ad ſalutem, etſi non baptizatus omnino fuiſſet. ſed Baptiſmus hanc ei ſalutem obſignavit.* Concludit deniqe, *Si anteqam circumciſus erat Abraham juſtificatus eſt; non potuit ex ſacramentis juſtificari.* De *peccatorum remiſſione* pariter ſit dictum: Cui credenti & reſipiſcenti ante Baptiſma perceptum remiſſa ſunt peccata, non poſſunt ei (propriè loqendo) dici in Baptiſmo remiſſa.

3. *In peccatorum remiſſionem* recens natis Baptiſmum tribui, ſi *peccatorum* nomine actu jam admiſſa intelligantur, minus propriè dicitur, qum remittenda hæc adhuc nulla habeant: qod & Origenes obſervavit. de futuris avtem, ubi ætatem intelligendi rationeqe utendi compotem attigerint, ſi ſumatur, ſub conditione pari planè illis, qa & adultis eam obſignat.

4. *De remiſſione inter baptizandum conferenda intellexiſſe antiqos* illos omnes, apud qos ſolennis ea fuerit formula, credere vix poſſum. ut intellexerint nonnulli, fieri poteſt; nec id ipſe abnuerim. adjicio tantum, & internam renovationem ſimul peragi cenſuiſſe; qa tamen in parte ab illis diſſentiunt, qi dogma hoc tuentur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Hanc avtem formam baptizandi parvulos ex hoc ipſo loco, Act. 2. 38. 39. potiſſimum eos petiiſſe plus qam probabile eſt.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Formulam hanc ab hoc loco deſumtam, non eſt adeò certum, potuit enim & aliunde deſumi: puta ex Marc. 1. 4. ubi *Baptiſmum pœnitentiæ prædicaſſe* dicitur Joannes *in remiſſionem peccatorum.* Verùm de hac re contendere, non eſt operæ pretium; cum ad rem præſentem parum interſit.

2. Non eſt neceſſe, ut ſi *formulam illam ex hoc loco deſumſerint*, ideò *locum ipſum de parvulis baptizandis ad reatus originalis ſolutionem intelligendum eſſe ſenſerint.* poteſt *formula loqendi* ex loco aliqo deſumi, qi de eis tamen, ad qos, ſive ad qæ, formula illa accommodatur & applicatur, nihil habeat. V. G. de Apoſtolorum præconio Pavlus loqitur Rom. 10. 18. ex Pſalm. 19. 4. mutuatum nemo non videt. qo tamen loco de Apoſtolis nihil à Pſalte Rege dicitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Negamus ergò hæc verba, Baptizetur unuſqiſqe veſtrum in remiſſionem peccatorum. *de iis duntaxat intelligi, à qibus reſipiſcentia prius exigitur, qin de eis etiam intelligi & intelligi debere, qibus reatus originalis nondum ſolutus eſt.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Atqi, 1. qod negatur, *de iis duntaxat intelligi, à qibus reſipiſcentia prius exigitur:* mirum mihi valdè, qî id poſſit negari, niſi ſi qem illorum, qos tunc temporis alloqebatur Apoſtolus, abſqe ea, qam exigebat, reſipiſcentia, ad Baptiſmum admiſſum ſe eo loci ſimul innuiſſet. Certè ſi reſipiſcentiam ab eis omnibus, qos hoc loco alloqitur exigit; de aliis, qam à qibus reſipiſcentia exigitur, locus nullâ ratione intelligi poteſt.

2. Sed nec ex præmiſſis neceſſariò infertur, *de eis etiam intelligi, ac intelligi debere, qibus reatus originalis nondum ſolutus eſt.*

Nam 1. etiamſi Patres antiqi nonnulli ita expoſuiſſent, (qod nec liqere videtur) non tamen inde ſeqeretur, *ſic intelligi debere:* nec ſi id centies aſſererent, aſſenſum forſan extorqerent, qum nihil in textu, qod ſvadeat, nedum cogere poſſit, occurrat. qin è contrario luce meridianâ clarius exiſtit, Apoſtolum adultos ſolos avdientes allocutum.

2. Adhæc in Baptiſmate adminiſtrando antiqi illi à parvulis etiam, qi ad fontem ſacrum tingendi ſiſtebantur, fidem (qidni avtem & reſipiſcentiam?) præexigebant, qaſi promiſſio in Baptiſmo obſignata in bonum eorum tum demum eſſet conceſſura, ubi fidei ac reſipiſcentiæ compotes fierent. Bonifacius apud Avguſtinum, *Epiſt. 23. Interrogamus eos, à qibus offeruntur, & dicimus*, Credit in Deum? *de illa ætate, qæ utrum ſit Deus, ignoret, reſpondent*, Credit. Et Avguſtinus ipſe *ibidem. Cum reſpondetur, parvulum credere, qi fidei nondum habet affectum, reſpondetur, fidem habere, propter fidei Sacramentum, qia & ipſa reſipiſcentia pertinet ad celebrationem Sacramenti.* Durius hoc, fateor. cum reſponſio illa ſacramenti perceptionem præcedat. Meliùs Mornæus, *de Sacr. Evchar. l. 4. c. 1. reg. 5. Qod Dominus nobis in Sacramentis offert, verbo ſuo ſanctificatis, nobis eſt infrugiferum & inutile ſine fide.* Poſt, ubi citaſſet illud Domini Marc. 16. 16. & Apoſtoli illud Act. 2. 38. *Et infantes*, inqit, *avt pro eis parentes reſpondere ſolent.* Credo. In *Liturgia* noſtra eadem reperitur *ſponſio & reſponſio.* nec de promiſſione divina fides datur, niſi qatenus & pacta à baptizato præſtantur. In *Catechiſmo* verò. *Q. Qid à baptizandis reqiritur? R. Pœnitentia & fides. Q. Cur ergò baptizantur infantes, cum per ætatem teneram iſta præſtare non poſſint? R. Imò præſtant per ſponſores qi ipſorum nomine utrumqe ſpondent, qod & ipſi, cum adoleverint, præſtare tenentur.* Itaqe Calvinus, Inſtit. l. 4. c. 16. §. 20. *Baptizari parvulos* aſſerit, *in futuram pœnitentiam & fidem: qo modo & olim circumciſi, cum circumciſionem pœnitentiæ fideiqe Sacramentum infantibus Deus communicabat.* Videatur & Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis infra, *ad Num. 6.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ad locum Act. 22. 16. Baptizare, & ablue peccata tua. *ais*, pœnitentiam hîc in Pavlo præſumi.

Solutio. *Eſto Pavlum egiſſe pœnitentiam anteqam ab*

Ananiæ avdiverat, Surge, & baptizare, & ablue peccata tua. *illud tamen contendo, hac formula loqendi indicari integrum finem, ſev potius effectum Baptiſmi. Siqidem illa prædicatio.* Baptiſmus abluit peccata, *locutio eſt ſacramentalis, ubi proprietas rei ſignatæ tribuitur ſigno propter coexhibitionem ſigni & ſignati in certo uſu, ejuſqe coexhibitionis certitudinem juxta promiſſionem divinam. Hac formula enim loqendi voluit Spiritus Sanctus ſignificare, Baptiſmum inſtitutum eſſe, tum ad abluendos ſuſcipientes omni reatu, tum ad hujus ablutionis certiorationem & obſignationem. Qod ſi contingat, ut qis ſit à reatu ablutus mediante vera cordis contritione & fide,* (*qod Pavlo contigit*) *ejuſmodi Baptiſmus non primitùs abluit peccata, ſed eorum ablutionem obſignat. Sin baptizandus ſiſtatur, qi pœnitentia, avt fidei, avt actualis obſignationis capax non fuerit, ſed tamen ablutionis reatus capax ſit, qales ſunt omnes parvuli in Eccleſia nati; dicimus hac formula loqendi verè indicari, Baptiſmum abluere peccata eorum priùs non remiſſa: præſertim cum res ſignata in hoc Sacramento ſit tam ipſa realis ablutio & ablatio reatus, qam ablutionis obſignatio; imò magis reſpicere videatur* (*certe prius*) *hoc Sacramentum ipſam realem ablutionem, qam ſolam ablutionis obſignationem.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At 1. poſito, qod hic aſſeritur, ex hoc ipſo loco dogmatis propoſiti contrarium evinci poſſe videtur.

Nam 1. ſi *finem integrum, ſev potius effectum Baptiſmi eo loco* deſignari conceditur; nihil avtem amplius hoc in loco Baptiſmo tribuitur, avt ab ejus ſuſceptione expectandum proponitur, niſi ablutionis obſignatio; ſeqi videtur, finem integrum, ſive effectum Baptiſmi hunc eſſe, ut peccatorum ablutionem duntaxat obſignet.

2. Nihil amplius ex hoc loco elici avt concludi poteſt, qàm qod in Pavlo eo tempore geſtum præſumitur. Verum in Pavlo jam contrito, & ex conceſſione tuâ peccatorum veniam jam conſecuto, Baptiſmus (agnoſcente te) condonationem obſignare tantum potuit. nihil itaqe amplius ex eo loco poteſt neceſſariò concludi.

2. *Sacramentales locutiones*, & *coexhibitionem* qod attinet; de utroqe ſatis, opinor, eſt actum ſuperiùs, *Sect.* 1. *Num.* 2. *ad Arg.* 11. *reſp.* 1. *&* 2.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

In Baptiſmo (*inqit Calvinus*) ſignum eſt aqa, res avtem ablutio animæ per ſanguinem Chriſti, & carnis mortificatio. *In* Comment. in 1 Pet. 3. *Et in* Catechiſm. *in* Opuſc. p. 44. 6. Peccatorum remiſſio ſpecies eſt lavacri, qo animæ ſuæ maculæ abſterguntur non ſecus atqe aqa abluuntur corporis ſordes. *qod non ſit nudè obſignativè. Et in* Formula Baptiſmi adminiſtrandi *in* Opuſc. p. 56. In hoc Sacramento aqæ ſignum notamqe inſtituit, ſignificans adeòqe apertè oſtendens, qemadmodum eo elemento maculæ corporis eluuntur, eo modo velle ſe animos noſtros purgare atqé expiare, ne ullæ amplius labes avt maculæ appareant.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Calvini loca adducta nihil exhibent, qod probet rei ſignificatæ, (qam & *carnis mortificationem* eſſe verè aſſerit) in ipſo ritus externi actu exhibitionem præſentaneam.

Hæc tantummodò dicit docetqe, de qibus utrinqe convenit:

1. *Aqam in Baptiſmo ſignificare ablutionem animæ per ſanguinem Chriſti, & mortificationem carnis.*

2. *Remiſſionem peccatorum ſpeciem eſſe lavacri, qo animæ abſterguntur eo modo qo aqa corporis ſordes abluuntur.*

3. *Deum hoc ritu oſtendere, velle ſe animos noſtros purgare & expiare, ut nulla amplius labes avt macula appareat.* Id, opinor, reſpiciens, qod Epheſ. 5. 26. 27. dicitur, qodqe in hac vita impleri, nedum in ipſo tinctionis articulo, cum Avguſtino, (*ad* 2. *Ep. Pelag. l.* 4. *c.* 2. *& c.* 7. *retract. l.* 2. *c.* 18. *de Doctr. Chriſt. l.* 1. *c.* 16. *Epiſt.* 57. *de nupt. & concup. l.* 1. *c.* 34.) negamus univerſi.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 6.

Pleraqe de eis, ſi non ſolis, at cumprimis loquntur, qibus pari modo peccata ante Baptiſmum ſuſceptum remiſſa fuiſſe præſumuntur, ut Tit. 3. 5. 1 Cor. 6. 11. Col. 2. 12. Avt enim prius crediderant & reſipuerant iſti qam Baptiſmum ſuſcipiebant: atqe tum peccata jam condonata habebant; nec efficere Baptiſmus vel opus habuit, vel etiam potuit, qod jamdudum confectum fuerat. Avt fidei ſalutaris & reſipiſcentiæ expertes prorſus ad Sacramentum ſuſcipiendum acceſſerant. qod ſi detur, neceſſe eſt, inter baptizandum dona illa adeptos fuiſſe, qo ad reatus ſolutionem Baptiſmus efficax redderetur. Atqi vel fidem in Baptiſmo dari, vel Baptiſmum eo fine inſtitutum, ut per eum dona illa exhiberentur, nec liqet, nec in *Theſi* aſſeritur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Eſto, hac tria loca cumprimis loqantur de iis, qibus peccata ante Baptiſmum remiſſa fuiſſe præſumuntur *per fidem & pœnitentiam prævium. tamen iſtis in locis de hiſce ſolis non agitur; ſed etiam de parvulis, qibus ante Baptiſmum originale peccatum, nec remiſſum erat, nec remiſſum fuiſſe præſumebatur, qod ſatis erat ad noſtram concluſionem ſtabiliendam.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At 1. *de iis ſolis agi*, in duobus, 1 Cor. 6. 11. & Col. 2. 12. manifeſtum ſatis videtur, nec de tertio forſan minus liqet.

2. Sufficit ad inſtitutum, ſi *de eis* ſaltem, etiamſi non ſolis. ſi enim in iſtis ſaltem verè poteſt enunciari, qicqid de Baptiſmo illic dicitur, etiamſi gratiam divinam, vel jam collatam, vel deinceps conferendam obſignet tantum, non eo ipſo tempore conferat; etiam in parvulis idem, qicqid eſt, qod illic aſſeritur, verè itidem enunciari poterit, etiamſi reatus remiſſio in ipſo baptizandi actu realiter non conferatur. Vel ſic habeas; ſi de eis ſaltem, nihil amplius inde concluditur, niſi qod illis eſt collatum. Optimè Walæus, *de bapt. theſ.* 28. *Nec valet qicqam qorundam exceptio, qâ Baptiſmum adultorum ita diſtinguunt à Baptiſmo infantium, ut Baptiſmum adultorum ſignum & ſignaculum regenerationis accepta concedant; ſed Baptiſmum infantium inſtrumentum regenerationis inchoandæ eſſe velint. nam præterqam qod illius differentia in tota Scriptura nullum extat fundamentum, qæ Baptiſmum non niſi unius generis agnoſcit; etiam illi ipſi loci, Rom.* 6. *Gal.* 3. *Eph.* 5. *Tit.* 3. *&c. qos pro hac ſua ſententia proferunt, de iis propriè & immediatè agunt, qi jam adulti erant, & qi in adulta demum ætate fuerant baptizati; qemadmodum ex ipſis locis manifeſtum eſt.* Qin & Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis *in Col.* 2. 12. ad illa verba, *per fidem. Non fruſtra eſt, qod fides exigitur ab Apoſtolo, ut beneficium ſpiritualis reſurrectionis obtineamus. Nam ut in Baptiſmo adultorum requritur fides prævia,* Marc. 16. 16. *ſic ab illis qi baptizantur, cum jam infantes ſunt, requritur fides ſubſeqens; qam ſi non præſtiterint poſtea, retinent externam tantummodò ſanctificationem, interna ſanctificationis effecta non habent.* Unde Avguſtinus, *qæſt. Nov. Teſt. q.* 59. *Qi Baptiſmum putat carnali ratione conſiſtere, hic non eſt ſpiritualis, nec demum cœleſte poterit conſeqi, qi ſe per aqam, non per fidem commutari credit.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Sed ſingula loca inſpiciamus,

Locum

Locum Tit. 3. 5, *non neceſſe eſt, ut ad ſolos adultos reſtringamus. Nam*, 1. *non ſolum adultos fideles, ſed & horum parvulos ſecundum miſericordiam ſalvos facit Deus per lavacrum regenerationis.* 2. *Lavacrum regenerationis non effunditur copioſè ſolum in adultos ſed & in parvulos.* 3. *Non ſolum adulti, ſed & horum parvuli juſtificationis ſum capaces & haeredes efficiuntur vitæ aeternæ. Cum avtem hæc omnia ſint communia parvulis cum adultis, non eſt qòd exiſtimemus hoc in loco Apoſtolum ſolos adultos, excluſis parvulis reſpexiſſe. Qod avtem hoc in loco Apoſtolus de Baptiſmo agit, admittit Calvinus in locum: ſed & Calvinus diſſerens adverſus Anabaptiſtas, parvulos ab Apoſtolo hîc non excludi, ſed potius includi, non obſcurè innuit, ubi retorqet argumentum Anabaptiſtarum contra Pædobaptiſmum ex hoc loco petitum, ubi ajunt infantes non eſſe capaces regenerationis & renovationis, ac proinde non baptizandos eſſe.* Sed enim (*inqit Calvinus*) nobis ex adverſo excipere licet; neqe circumciſionem aliis qam regeneratis fuiſſe conferendam, qæ regenerationem deſignat; atqe ita Dei inſtitutum à nobis condemnabitur. *Hæc ille*, Inſtit. l. 4. c. 16. §. 20. *ubi argumentum eorum ex hoc loco petitum, contra Pædobaptiſmum, æqe poſſe intorqeri oſtendit contra Circumciſionem parvulorum, qam tamen Deus expreſſè inſtituit. Bucerus, in* Epitom. Doctrin. ad Eccleſ. Argent. Confitemur & docemus ſacrum Baptiſmum, qum is ſecundum præceptum Domini datur & accipitur, in adultis pariter & infantibus, verè eſſe lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti, per qem baptizati omnibus abluuntur peccatis, &c. *In* Operib. Anglic. p. 178. *Urſinus*, in Explicat. Catechet. Edit. Cantabr. p. 608. Atqe hæ (*inqit*) ſunt rationes, qibus probatur, Infantes eſſe baptizandos. 1. Baptiſmus eſt ſymbolum ingreſſus in Eccleſiam, qæ tota debet baptizari, juxta illud, *Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis.* Tit. 3. 5.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *De adultis ſolis agi*, non eſt exceptio mea; ſed *de eis cumprimis, ſi non ſolis*, ad rem meam ſufficit, ſi *de eis* ſaltem. qod non negatur.

2. Rationes adductæ, qibus itur probatum, *non de ſolis agi*, havd neceſſario id evincunt. neqe enim ſeqitur, Ea qæ hoc loco habet Apoſtolus, parvulis etiam competunt. Ergò de parvulis Apoſtolus hoc loco agit. non magis qàm ſi ſic ratiocinemur; Apoſtolus 1 Theſſ. 2. 13. Theſſalonicenſes dicit ſermonem à ſe prædicatum, non ut ſermonem humanum, ſed ut divinum excepiſſe. at hoc idem Corinthii, Galatæ, Epheſii & Philippenſes factitarunt. Ergò de iſtis omnibus Apoſtolus eo loco locutus eſt.

3. Non tam *lavacrum regenerationis*, qàm ſpiritus ipſe renovans & regenerans, ſuper eos, de qibus loqitur, *copioſè effuſus* prædicatur. Qod, ſi Reverendi Epiſcopi Joannis Sariſburienſis *Propoſitiones* admittimus, de parvulis enunciari non poſſe evicerit. Ut ne adjiciam, verba illa præcedentia, verſ. 3. *Eramus & nos*, &c. (illis gemina, 1 Cor. 6. 11. *Tales eratis*) &, non ex operibus, qæ feceramus, verſ. 4. qæ opera aliqa præceſſiſſe præſumunt, *de adultis ſolis* diſſertationem Apoſtolicam inſtitui innuere ſaltem videntur. Et ſanè contextus integer diligenter perpenſus, de his ſolis agi apertè ſatis indicaverit. Verum nolo in reſolvendo & retexendo tempus in caſſum conterere, qum *de ſolis agi* non ſit neceſſe, ad exceptionem meam ſtatuminandam, qæ *de ſolis* concepta non ſit.

4. *De Baptiſmo* hîc agi, qod ex Avtoribus illis confirmatur;

1. *Calvinus* ſaltem vacillat, & in adverſam potius partem propendet. *Non dubito*, inqit, *qin ſaltem ad Baptiſmum alludat, imò facile patior de Baptiſmo locum exponi — qia partam à Chriſto ſalutem Baptiſmus nobis obſignat.* Et poſt, etiamſi *tam lavacrum qam Spiritum intelligi poſſe* mopeat, (cum illud tamen ἀκύρως ſatis dici videatur) at, *qum lavacrum*, inqit, *effuſum docet, non tam de ſigno, qam de re ſignatâ loqitur.* Nam qod Anabaptiſtis hunc locum urgentibus reſpondet, ſatis habuit illorum argumentum futile alia ratione refellere; omiſſâ de loci interpretatione altercatione minus neceſſariâ.

2. *Bucerus, hoc ſacramentum eſſe tam in parvulis qam in adultis*, qod hîc dicitur. at Apoſtolum de utriſqe hîc agere, non aſſerit. Nec aliud ferè *Urſinus*; qi inde probat eſſe *ſymbolum ingreſſus in Eccleſiam.* qod nemo negaverit. ſed nec alteruter aliâ ratione infantibus qam adultis *lavacrum* dici *regenerationis* affirmat, avt qam qâ Calvinus ſupra.

3. De internâ renovatione, alluſione duntaxat ad Baptiſmi ritum habitâ, videtur reverâ intelligendus Apoſtolus. atqe ita alii non contemnendi avtores. clariſſimè Piſcator, *in Tit. 3, Videtur alludere ad cavſſam qandam inſtrumentalem, qâ Spiritus Sanctus utitur ad regenerationem nobis teſtificandam, obſignandam atqe avgendam. viz. ad Baptiſmum, cum ait*, Deum ſervaſſe nos per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti. *i. e. per regenerationem & renovationem Spiritus Sancti tanqam per lavacrum qoddam, qo ſcilicet abluimur à ſordibus peccati, cujus ſigillum ſit Baptiſmus.* Idemqe, *Theſ. Theolog. vol. 1. loc. 25. §. 20. Apparet Apoſtolum hac metaphora ad Baptiſmum alludere atqe reſpicere.*

4. Ut *de Baptiſmo agi* concedatur: nihil tamen hinc elicitur, qod remiſſionem præſentaneam in ipſo actu tingendi dari, confirmet. Calvinus, *Inſtit. l. 4. c. 15. §. 5. Alterum fructum Baptiſmus affert, qia noſtram in Chriſto mortificationem nobis oſtendit, & novam in Deo vitam. — Et hoc ſenſu eo qem ante citavimus loco, vocavit lavacrum regenerationis & renovationis.* de qo & idem, *ibidem c. 14. ſect. 2.* ſupra adductus. Petrus Martyr, *in Rom. 6. p. 218. Qid Baptiſmus obſignet, ſatis exprimitur, cum ſignum regenerationis appellatur. Nam Chriſtus apertè docet, Joan. 3. eos qi ſervandi ſint, oportere renaſci. Hujus avtem regenerationis Baptiſmum eſſe ſignum Pavlus docet. Tit. 3. Ibidem p. 219. Per verbum Dei & ſymbolum externum ſignificatur nobis reconciliatio nobis cum Deo per Chriſtum facta, qam ſi fide apprehendimus, & juſtificamur & ſanctificamur. — In infantibus avtem, qi adhuc per ætatem credere non poſſunt, Spiritus Sanctus in eorum cordibus fidei vices agit. effuſio qoqe Spiritus Sancti promittitur in Baptiſmo, ut Tit. 3. 5. diſertè ſcribitur. Neqe iſta duo ſic nobis offeruntur in Baptiſmo, qaſi ea ante Baptiſmum nullo modo habeamus. Negari enim non poteſt adultos credentes juſtificationem habere, etiam antequam baptizentur. — Neqe parvulos baptizaremus niſi jam eos ad Eccleſiam & Chriſtum arbitraremur pertinere.* Whitakerus, *de ſacr. q. 4. c. 3. ad Teſt. 3. Joan. 3. 5. Aqa in Baptiſmo eſt ſacramentum regenerationis & renovationis noſtræ; & ſic ex aqa renaſcimur, ſed ſacramentaliter tantùm, qia aqa ſignificat & obſignat novam noſtram nativitatem.* Piſcator, *Theſ. Theolog.* ubi ſupra, §. 20. *Sed poſito atqe conceſſo, ipſum Baptiſmum hoc loco* lavacrum regenerationis *appellari. dicendum erit, id hoc ſenſu fieri, qod regeneratio per Baptiſmum ſimpliciter efficiatur; ſed qod Baptiſmus ſit divinum atqe efficax teſtimonium, qo Deus electis baptizatis efficaciter teſtatur, ſe illos per Spiritum Sanctum regenerare ac renovare cepiſſe, & deinceps amplius regenerare velle indies, donec in die illo παλιγγενεσίας plenè ac perfectè regeneret atqe renovet.* Ameſius deniqe, ad illud Bellarmini *de Sacram. l. 1. c. 14. de part. 8. arg. 2. Qis ferret eum, qi ita diceret*, Baptiſmus regenerat. i. e. dat teſtimonium divinæ voluntatis? reſpondet? *Omnes illi, qi Sacramenta intelligunt & ferunt, & ferrent eum, qi ita diceret*; Baptiſmus regenerat. i. e. dat teſtimonium regenerationis à Deo promiſſæ.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Locus Coloſſ. 2. 12. etſi cumprimis (*uti tu loqeris*) *de iis agat, qi conſepulti erant cum Chriſto in Baptiſmo, qatenus obſignabat Coloſſenſibus credentibus ablutionem reatus pec-*

catorum & veteris hominis mortificationem: tamen parvulos hîc non excludi, vel inde constare potest, quod illi suo modo cum Christo consepulti sunt, quatenus & ipsi cum baptizantur, immerguntur sacro lavacro atque à peccato originali, qo solo laborabant, abluuntur, & eo modo circumcisi sunt Circumcisione non manufactâ suo modo, in expoliatione corporis carnis per Circumcisionem Christi. Hunc etiam locum Calvinus eripit Anabaptistis, qi ex hoc loco Pædobaptismum impugnant, ut videre est, Instit. lib. 4. c. 16. sect. 21. *Ursinus in* Catechismo edit. Cantabrigiensis p. 610. Mandat & hoc ipsum [*baptizari infantes*] Paulus, cum docet nos esse circumcisos in Christo, & cum eo consepultos per Baptismum. substitutus ergò est Baptismus Circumcisioni, qæ substitutio Baptismi est loco mandati. *Si hoc loco Pædobaptismus mandetur juxta Ursinum, tum locus iste non de solis iis agit, qibus ante Baptismum susceptum peccata fuisse præsumuntur remissa, ex ejus mente; nisi simul dicamus Ursinum voluisse omnibus parvulis ante Baptismum susceptum remissum fuisse originalem reatum præsumere ex mente Apostoli. Idem in* Tractat. Theolog. p. 598. num. 5. *ait Apostolum ostendere*, Col. 2. 11. 12. 1. Qod Baptismus eundem usum habeat, qem habet Circumcisio. 2. Ita opponere Circumcisioni Baptismum, ut nobis Circumcisione non opus esse probet. *Qod si igitur Baptismum non eqè ac Circumcisionem infantibus communem esse vellet, Argumentum Apostoli tantùm de adultis valeret, qod absurdum est, & à mente Pavli alienum. Idem etiam*, p. 612. Sic argumentatur Apostolus ab absurdo; Si Baptismus tantùm adultis competat, seqeretur ex mente Pavli non valituram ejus usurpationem ad removendam Circumcisionem ab infantibus, atqe ita tantùm ex dimidiâ parte refutari instantiam Judaicam ab Apostolo, qod est falsissimum. *Hæc ille adversus Anabaptistam qendam. Si Apostoli locus intelligendus sit, tam de parvulis qàm adultis ex mente Ursini, tum non de solis iis agit, qibus ante Baptismum susceptum peccata remissa fuisse præsumitur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At 1. de *parvulorum exclusione* etsi nihil sit cur litigetur, qia ad vim argumenti inde deducti elidendam, præscriptione illâ nihil opus est; tamen apertissimum videtur, nihil de illis istic agi: cum de eis duntaxat Apostolus qos alloqitur, loqatur. nec si in parvulis istud suo modo fiat, qod de Colossensibus adultis Apostolus hîc perhibet, ideò seqitur de parvulis hic sermonem institui; avt de parvulis aliud qid concludi poterit, qam qod de adultis hîc dicatur.

2. Testimonia allata qod attinet:

1. *Calvinus*, loco citato hæc tantùm habet, *Pavlus cum docet nos per Baptismum Christo consepeliri, non eo intelligit, consepultum cum Christo eum prius oportere, qi Baptismo est initiandus: sed qæ Baptismo subest doctrina, simpliciter declarat; idqe jam baptizatis, ut ne insani qidem Baptismo præire ex hoc loco pugnaturi sint.* Qibus verbis Apostolum de parvulis sermonem instituere nullus dicit. Imò clarè prædicat, illis verbis Apostoli declarari duntaxat, *qid symbolo illo monitos velit baptizatos, ut mortificationi scilicet sedulò incumbant.* Libet adjicere Martyris verba in locum huic geminum. Is *in Rom. 6. p.* 220. hæc habet: *Inseri nos visibili Sacramento in Christum & Ecclesiam, declaratur ex hoc loco. — addidimus* Sacramento visibili, *qoniam animo & spiritu, statim ut sumus justificati, reipsâ inserimur Christo & Ecclesia.* Idemqe, *in* 1 *Reg.* 8. *Non diffiteor, qædam significasse Baptismum, qæ non antecedunt, sed sequntur externam ablutionem, ut mortificatio & pœnitentia. atqe secundum hanc analogiam, qod ad Romanos habetur intelligo, scilicet nos commori Christo, & unà cum eo sepeliri: qod vetus homo, carnis affectus & cupiditates perpetuò sint mortificanda. qod ubi tinguntur, effectum adhuc non est; sed convenit ut postea fiat.*

2. *Ursinus* aliud nihil hinc colligit, qam *Baptismum circumcisioni succedere, ejusqe jam vices agere.* id qod ex Apostoli verbis luculentissimè demonstratur. inde avtem Argumentum petit, (nec *ab absurdo Apostolum argumentari*, ait, sed Pædobaptismi adversarios impetit & impugnat ipse) ad parvulorum Baptismum comprobandum, qod alterum illud sacramentum, cujus in locum successit, ex divinâ institutione eisdem olim conferebatur. At non hinc seqitur, Ursinum asserere, de parvulis istic Apostolum verba facere. A Dei verbis ad Mosem ex Mose Exod. 3. 6. habitis, argumentum petit Christus, ad *resurrectionis* dogma stabiliendum, & Saducæorum errorem refellendum. Matth. 22. 31. 32. Nemo tamen, opinor, inde concluserit, de *resurrectione* Deum eis verbis locutum. Ursinus ipse *Tract. Theolog. p.* 567. *Sepelire & suscitare & circumcidere nos sine manibus per Baptismum, est significare per Baptismum externum, qod intus ipse, qi hoc significat, nos baptizet, circumcidat, sepeliat, vivificet.*

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Locus avtem 1 *Cor.* 6. 11. *esto de adultis Corinthiis intelligatur, qos solos forsan propriè appellat: tamen* ἀπελούσασθε abluti estis *planè videtur respicere Baptismalem ablutionem, ut Martyr in locum. qæ licet Corinthiis fidelibus adulta ætate baptizatis, ablutionem sive remissionem peccatorum non nisi obsignabat, hac tamen formula loqendi indicare voluit integrum finem sev potius effectum Baptismi. Est avtem ille non sola obsignatio ablutionis prius factæ, sed & ipsa ablutio in iis qibus ante Baptismum peccati macula non abluuntur. atqe adeò parvulis ipsorum Baptismum ipsam justificationem & remissionem suo modo exhibere, hac formula loqendi innuere Pavlum credibile est, qomodo & supra observavimus ad similem loqendi formulam, Act. 22. 16. Num. 3.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Nihil amplius hîc regeri necesse est, qam qod prius dictum est de loco Act. 22. 16. *Num.* 5. *ad Respons. memb.* 5. *Replic.* 1. *&* 2. & de locis supra novissimè adductis: de adultis saltem dictum, sufficere; nec aliud aliqid hinc concludi posse, qam qod & in illis verum extiterit. Illud tantum adjicio, præsumi subinde *finem effectumqe Baptismi* illum ipsum, qi è textu probandus esset. hoc est enim τὸ κρινόμενον, utrum iste sit, Baptismi finis effectusqe, ut reatum actu solvat necne. ut esse probes, locos illos proponis. ut confirmes Apostolum finem illum effectumqe locis illis insinuare, eundem asseris ad Baptismi finem effectumqe integrum respexisse. de fine ergò isto aliunde constare prius necesse est, qam probari illis finem illum respexisse, qia Baptismi finem integrum respexerit.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 7.

Qædam *ablutionis* nomine *sanctificationem* solam designant; ut Eph. 5. 26. Col. 2. 12. Qædam tam *sanctificationem* qàm *justificationem* comprehendunt; ut 1 Cor. 6. 11. nec minùs liqidò de illâ qam de istâ loquntur; qæ tamen minimè concedi videtur.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Solutio. *Esto qædam ablutionis nomine sanctificationem solam designent. sed tum* ablutionis *nomen largo sensu sumendum est, qatenus complectitur tum remissionem peccatorum, tum regenerationem spiritus.* καθαρίζειν τῷ λουτρῷ & ὕδατος, *est purgare etiam per remissionem peccati & solutionem reatus, & non solum sanctificationem qæ contradistingvitur justificationi, denotat.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Qod manu alterâ datur, alterâ statim tolli repeti-

qe

qe videtur. in locis qibuſdam, de qibus agitur, *ſanctificationem ſolam deſignari*, conceditur. ſtatim tamen ſubjungitur, *ablutionis nomen* eis utiqe in locis *largo ſenſu ſumendum* eſſe, ut tam *remiſſionem reatus*, qam *ſpiritus regenerationem* denotet. qæ mihi qidem αὐτόσχεδια prorſus videntur, cum alterum altero neceſſariò tollatur.

2. De mente formulæ illius καθαρίζειν τῷ λουτρῷ ἐν ῥήματι, ſuo loco mox videbitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Sed loca ſingula percurramus.

Locus Eph. 5. 26. *agit de ſanctificatione largo ſenſu*; *ut rectè Calvinus in locum. Zanchius in locum*; Docet [*Apoſtolus*] modum qo hanc perficiat ſanctificationem, nempe mundando nos à peccatis. id qod fit primò remiſſione peccatorum, in qâ propriè conſiſtit juſtificatio; & deinde fit repurgatione à ſordibus peccatorum, mortificatione pravorum affectuum, & qotidianâ cordis purificatione ac regeneratione. *Rurſus*: Fides, *inqit*, ideò hoc loco non exprimitur, qia de Baptiſmo, qo parvuli, licet actuali fide deſtituti, in corpus Eccleſiæ inſeruntur, verba facit Apoſtolus dicendo, *Mundans eam lavacro aqa. Poſt pavca:* Subſtantia Baptiſmi, qo Chriſto incorporamur, conſiſtit in ablutione à peccatis, ſev in remiſſione peccatorum & regeneratione. Medium avtem efficax ex parte ejus qi mundatur, eſt fides, ut in adulto, vel ſaltem Spiritus fidei, ut in pueris. Spiritus avtem ipſe applicat ſangvinem Chriſti infantibus. *Muſculus in locum*; Ablutio hæc nihil aliud eſt, qam peccatorum remiſſio. peccatorum avtem remiſſio omninò eſt per Chriſti ſangvinem. *Beza in locum, vult hanc purgationem per lavacrum aqa fieri per fidem adhibitam verbo promiſſionis. Ergò hunc locum non intelligit de purgatione qa fit per infuſionem ſanctitatis, ſed per ablutionem reatus. Urſinus* Tract. Theolog. p. 609. Totam Eccleſiam ſanctificat lavacro aqæ per verbum. Ergò & infantes. *Ablutio ergò hoc in loco non denotat ſanctificationem* ſtrictè & ἀντονομαστικῶς ſumptam ex horum Theologorum ſententia.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Detur *ablutionis* nomine Eph. 5. 26. etiam *peccatorum remiſſionem* comprehendi. nolo enim adverſus tot Eccleſiæ proceres in re minimè neceſſaria contendere. qanqam probatum mallem ab eis, qam aſſertum nudè; cum *ſanctificationis mundationem* Apoſtolus ſe loqi apertè teſtetur; qam à *juſtificatione* noſtri paſſim accuratè diſtinguunt; illud tanqam nota dignum Pontificiis ſubinde objicientes, qod iſta ſecum invicem confundere ſolenne habeant: poſſimqe, (ſi id opus eſſet) prolatis, *Calvino, Zanchio, Muſculo*, (nam *Beza & Urſinus* revera qod huc faciat, nihil dicunt) Hieronymum in Eph. Chryſoſtomum, Theophylactum, Oecumenium, Hugonem, Aqinatem, Cajetanum, Hervæum, Fabrum, Bucerum, Rollocum, Wellerum, &c. ibidem opponere, Verum ut detur hoc;

1. Nihil in loco hoc de Baptiſmo in parvulis aſſeritur, qod non in adultis verum ſit.

2. Si remiſſionem peccatorum parvulis in Baptiſmo conferri, etiam ſanctificationem eiſdem in eodem, vi rationis pari, ex hoc loco concludetur.

3. De loco hoc Danæus, *adv. Bellar. tom. 2. l. 2. c. 4. arg. 7.* ex Eph. 5. 26. *Oſtendit Deum, ſev Chriſtum, non avtem Baptiſmum mundare nos: ſed Deum poſtea adhibere iſtius mundationis ſpiritualis externum ſignum & ſymbolum, nempe Baptiſmum. id qod eruditiſſime & veriſſimè ſcripſit & ſenſit Calvinus.* Et ſic revera Calvinus, *Inſtit. l. 4. c. 15. §. 1. Qod primum eſt in Baptiſmo, hoc eſt, qod à nobis accipiendus eſt cum hac promiſſione, Qicunqe crediderint & baptizati fuerint, ſalvos fore. §. 2. In hunc ſenſum intelligendum qod à Pavlo ſcribitur, Eccleſiam à ſponſo Chriſto ſanctificatam eſſe, & mundatam lavacro aqæ in verbo vitæ. Et alibi, nos ſecundum miſericordiam ſalvos factos eſſe per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti. Et à Petro, qod Baptiſmus nos ſalvos facit. Non enim ſignificare voluit ille, ablutionem & ſalutem noſtram aqa perfici. — neqe hic ſalutis cavſſam, ſed duntaxat talium donorum cognitionem & certitudinem in hoc ſacramento percipi. Nam verbum vitæ & Baptiſmum aqæ ſimul connectit Pavlus; ac ſi diceret, per Evangelium nobis noſtræ ablutionis & ſanctificationis nuncium afferri, per Baptiſmum nuncium hujuſmodi ὀβſignari.* & qæ ſequntur. *Ibidem c. 16. §. 22.* de loco illo; *Teſtatam Baptiſmo vult Chriſtus ablutionem, qa Eccleſiam ſuam mundat.* Unde & concludit; *Teſtimonio hoc parvulos non eſſe deſtituendos, qum in Eccleſiæ parte jure cenſeantur.* Beza, ad Act. Collat. Mompelg. *ad dogm. 1. & 2. de bapt. Et ſignificativè mundatur Eccleſia Baptiſmo aqa, & realiter Baptiſmo Spiritus.* Petrus Martyr, *ad 1 Reg. 8.* cum illud præmiſiſſet, *per metonymiam ſignis ea dari, qa ſunt rerum ſignificatarum, & ſignificata nomine ſymbolorum efferri.* ſubjungit, *ad eundem modum exponi debere, qod ad Epheſ. habetur, Chriſtum ſemetipſum pro Eccleſia dediſſe. ut ea aqa lavacro ſanctificetur per verbum, &c. Cavſſa ſanctificationis eſt ipſe Chriſtus, qi ſe pro nobis dedit, & ea cavſſa lavacrum adhibuit, ut mundatio ejus per verbum & ſymbolum teſtificata eſſet.* Bucerus, ad illud Eph. 5. *mundatam lavacro. Si adminiſtratione Baptiſmatis mundavit, qid opus fuit ergò ſanctificatione? Imò Petrus diſertis verbis teſtatur, externam lotionem ſalutem neqaqam adferre. Pavlus externo ſymbolo addit internam, qa Dei verbo fit mundationem; cujuſqe eſt externum lavacrum conſpicua qadam confirmatio. Deus optimè novit ingenium noſtrum, qod opus habemus externis ſignis. nunqam ſolet amicus occurrere amico, qin pacem illi precetur adhibito etiam externo ſigno.* Piſcator, *Theſ. Theol. vol. 1. loc. 25. §. 17. Epheſ. 5. 26. Per lavacrum aqæ non neceſſariò intelligitur Baptiſmus. qum intelligi poſſit ſangvis lavacro aqæ comparatus. conceſſo tamen hoc, Eccleſia lavacro aqæ. i. e. Baptiſmo purgari dicenda eſt; non qod à peccatis purgetur per ipſum Baptiſmum: qum iſtud ſangvinis Chriſti proprium ſit. 1 Joan. 1. 7. ſed qod Eccleſiæ Baptiſmum habeat, ut divinum atqe efficax illius purgationis per ſangvinem Chriſti factum teſtimonium*, &c. Whitakerus deniqe, *de Sacr. q. 4. c. 2. ad teſt. 4 ex Act. 2. 38. & 22. 16. Familiaris loqendi modus eſt ut fieri dicatur, qod factum obſignatur.* Ibidem ad 7. ex Eph. 5. 26. Tit. 3. 5. *In Baptiſmo mundari & ſalvari dicimur, qia Baptiſmus pignus & arrha eſt noſtræ ſalutis. — & veritas ſigno conjuncta eſt in electis.* Et mox: *Baptiſmus nobis obſignat ablutionem à peccatis & ſalutem. nec abhorremus ab eis formulis, qibus Scriptura utitur. Lavat nos Deus per Baptiſmum, vel ut Apoſtolus loqitur per lavacrum regenerationis, & lavacro aqæ per verbum. i. e. in Baptiſmo & per Baptiſmum, non qod efficacia ſit in Baptiſmo, ſed qod hoc organo Deus utatur, & qod ipſe in uſu hujus organi ſit efficax, & his externis ſignis ſpiritualem gratiam nobis obſignet. Ibidem ad Teſt. 8. ex 1 Pet. 3. 21. Baptiſmo vim purgandi & ſervandi qodam ſenſu tribuimus, nempe ut declaret & obſignet tanqam pignus, noſtram ſalutem. Ibidem ad claſ. 2. not. 2. Non aliter dicuntur* [Sacramenta] *in Scripturis purgare & ſalvare, niſi qod fidei noſtræ repræſentent atqe obſignent noſtram purgationem atqe abluttonem, atqe ita nobis ſint pignora ſalutis.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Col. 2. 12. Vox ablutionis non occurrit. Dicit revera Apoſtolus, conſepulti ſumus cum eo per Baptiſmum. *Sed Baptiſmus hîc ex conſenſu omnium interpretum, tum veterum, tum recentiorum, ipſum Sacramentum Baptiſmi propriè ſumtum deſignat. Baptiſmus avtem tam reſpicit ſolutionem reatus, qàm ſanctificationem. Urſinus, in* Tract. Theol. p. 558. *ediſſerens hunc locum*, Hîc circumciſione jam non opus dicit, qia per Chriſtum exhibitum impletur qod ſignificabat Circumciſio. *viz. qod exuimus carnem peccatricem; qod ſit imputatione & inchoatione juſtitiæ.* Ibidem

dem p. 567. Docet [*Apoſtolus*] nos conſepeliri, reſuſcitari, condonari nobis peccata, circumcidi ſine manibus per Baptiſmum. Ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ ἀπέκδυσις τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, *ſuâ notione includit condonationem reatus, atque adeò non ſolam ſanctificationem: neque enim unqam ſanctificatio habetur abſque hac præhabita.*

A

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Ablutionis* reverâ vox eo loci non habetur. Memoriæ itaqe an oſcitantiæ lapſus eſto. Hoc interim volebam, locum hunc ex eis eſſe, in qibus *ſanctificationis* opus duntaxat Baptiſmo attribuitur.

2. *Conſepelitione illa utrumqe includi, qia Baptiſmus, de qo ibi agitur, utrumqe reſpicit*, non ſeqitur. Siqidem non neceſſe eſt, ut Apoſtolus ea omnia, qæ in Baptiſmo deſignantur, ubicunqe de eo ritu agit, beneficia recenſeret. Nec illud mihi animo adhuc inſidere penitus poteſt, ἀπέκδυσιν illam *remiſſionem reatus notione ſua includere.* certè ratio adjecta, qia *niſi hac præhabita altera non habeatur*; (ut omittam qod de enunciati hujus veritate jure ambigi poſſit) illud nevtiqam evincit: non magis qam *adoptionem* notione ſuâ *juſtificationem* includere, qia niſi iſta præhabita illa non habeatur. Me, qo minus aſſentiar, remoratur, tum qod *ſepultura* hæc, omnium, qos viderim interpretum conſenſu ad Rom. 6. 4. *mortificationem* internam deſignat, qæ ad *ſanctificationem* pertinet; ad qam pertractandam tranſeat eo capite Apoſtolus, relicto, de qo prius prolixè egerat, juſtificationis negotio: (ut de *vivificatione* huic oppoſitâ nihil interim dicam:) tum qod illa *veteris hominis*, ſive *corporis peccati* ἀπέκδυσις *ſanctificationis* actum ubiqe deſignare videatur. Eph. 4. 22. Col. 3. 9. qod & ex membro eidem ibidem oppoſito colligitur. ut avtem Whitakerus, *de Sacr. q. 4. c. 2. ad rat. 1. Revera juſtificare non eſt ſanctificare, etſi hæc duo conjuncta ſunt.* & Calvinus, *Antidot. ad Concil. Trident. ſeſſ. 6. de juſtif. c. 7. Neqe tamen intereà negandum eſt, qin perpetuò conjuncta ſint ac cohæreant hæ duæ res, juſtificatio & ſanctificatio: ſed perperam inde infertur unam & eandem eſſe.* Beza certè, *in locum*; *Circumciſionem cordis, de qa hîc agitur, certum eſt ad ſanctificationem potius, qam ad peccatorum remiſſionem pertinere. omninò igitur his verbis declaratur alterum Chriſti beneficium, nempe noſtra ſanctificatio*, &c. Qo modo & Piſcator ἀπέκδυσιν illam, ex Rom. 6. 6. & Col. 3. 9. de *ſanctificatione* interpretatur.

3. Verum qicqid de hoc fuerit, neqe enim multum ad rem ipſam facit, de qa præcipuè agitur; idem de teſtimonio iſto dici poterit, qod de ſuperiore dictum eſt. Qin & videri poterunt, qæ de hoc dicto ſunt ſupra dicta, *Num. 6.* de *Loc. 2.* ſed & qæ mox, *Num. 8.* dicentur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

1 Cor. 6. 11. *Calvinus per τὸ* abluti eſtis, *vult ſolam juſtificationem deſignari; nec differre juſtificationem & ablutionem, niſi ut ſimplex & tranſlatitium.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

De ſenſu iſto loci illius, ego cum Calvino contendere nolim. Malim tamen Mortonum noſtrum ſeqi, qi, *qa prius in uno abluendi verbo involuta erant, ea poſt diſtinctè proponi*, monet: (in qo & Muſculum cum aliis præeuntes habet:) eo qod iſta noſtri expoſitio contextus Apoſtolici rationi (in qo utriuſqe & *ſanctificationis*, qæ primo qoqe loco ponitur, & *juſtificationis* diſerta fit mentio) multo magis conſentanea mihi ſaltem videatur. Inclinat eodem & Petrus Martyr; niſi ſi de *ſanctificatione* ſolâ potius acceperit; qia *ſanctificati eſtis*, immediatè qaſi ἐξηγητικῶς ſubjicitur. Verum non in hoc controverſiæ præſentis cardo vertitur.

B

C

D

E

F

G

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

1. *Negamus*, de *ſola* ſpirituali operatione, qæ in Baptiſmo tum delineatur, tum obſignatur, intelligenda *eſſe loca Tit. 3. 5. & Coloſ. 2. 12. excluſo Baptiſmi Sacramento.*

De loco Tit. 3. 5. Calvinus in locum ſic; Facilè patior de Baptiſmo locum exponi. *Beza in locum*; Argumentatur à Baptiſmi Sacramento, re viz. cum ſigno conjunctâ. *Urſinus*, Tract. Theol. p. 592. Non dubitant omnes veteres & recentes Orthodoxi Interpretes ea loca Eph. 5. 26. Tit. 3. 5. 1 Pet. 3. 21. de Baptiſmo exponere.

De loco Coloſſ. 2. 12. *exiſtimo neminem interpretum de ſola operatione ſpirituali, qæ in Baptiſmo tum delineatur, tum & obſignatur, ſecluſo ipſo Sacramento, intelligere hunc locum; cum locus iſte ſit palmarius, qo contra Anabaptiſtas evincimus Baptiſmum ſuccedere Circumciſioni. Calvinus in locum*; Pavlus, factâ Baptiſmi mentione, Circumciſionem, inqit, ſpiritualem peragit in nobis Chriſtus, non intercedente vetere illo ſigno, qod ſub Moſe valuit, ſed Baptiſmo, *Rei ergò exhibitæ ſignum eſt Baptiſmus, qam abſentem figurabat Circumciſio. Vide eundem*, Inſtit. l. 4. c. 16. §. 11. *Zanchius in locum*; Ac primùm oſtendit Apoſtolus Baptiſmum ſucceſſiſſe Circumciſioni, & hoc eſſe Sacramentum initiationis in N. T. *Urſinus in* Cateches. edit. Cantabr. p. 609. Baptiſmus in N. T. ſucceſſit Circumciſioni; & qidem ita ſucceſſit, ut habeat eundem uſum, qem habuit in vetere fœdere Circumciſio. *Idqe probat ex hoc loco*, Coloſſ. 2. 11. 12. *Vide eundem in* Tract. Theolog. p. 611. 612.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *De ſola operatione ſpirituali, ſecluſo Baptiſmo intelligenda loca illa*, non dixi; ſed *non tam de Baptiſmo, qam de operatione illa ſpirituali, qæ in Baptiſmo delineatur & obſignatur.* qod qi dicit, tantum abeſt ab eo, ut Baptiſmum à diſſertatione Apoſtolicâ prorſus excludat, ut *de operatione ſpirituali illa, qæ Baptiſmi ritu delineatur* qaſi & depingitur, Apoſtolum agere fateatur. Verum aliud eſt de *Baptiſmo* ipſo, ſive ritu externo, diſertè, ac prima intentione agere, aliud de gratia ipſa divina & operatione, cum alluſione habita ad ritum externum illum, qo gratia operatioqe illa repræſentatur. e. g. ubi dicit Apoſtolus, 1 Cor. 5. 7. *Paſcha noſtrum Chriſtus immolatus eſt.* De Chriſto agit, non de Paſchate: nec de Chriſto tamen, Paſchate prorſus excluſo; ſed de Chriſto, qatenus Paſchate præfigurabatur. Hoc ipſo in loco, eorum de qibus hîc agitur, altero, Coloſſ. 2. 11. *In qo circumciſi eſtis circumciſione non manu facta*, &c. de

inteſta

interna cordis renovatione, non de externo Circumcisionis ritu agit: nec de illa tamen ista penitus exclusa; sed de illa qatenus ista repræsentabatur. alioqi nec posset ex eo loco probari, *Baptismum circumcisioni succedere.* Whitakerus, *de Sacram. q. 5. c. 3. arg. 4. ad 4m. Bellarminus ait Paulum tribuere expoliationem à corpore peccatorum, — non circumcisioni Judaicæ, sed Christianæ. i. e. Baptismo.* Resp. *Si per Baptismum intelligat externum opus, falsum est quod ait. non enim hoc magis Baptismo qam circumcisioni tribuitur. sed si signum & gratiam simul intelligat, verum est.* Sed & de loco isto videatur supra, *Num.* 6. ex Avgustino aliisqe.

Ita & Tit. 3. 5. ex Piscatoris prius exhibita interpretatione, de renovatione interna & regeneratione agitur; allusione tamen ad Baptismum habita, qo renovatio illa & regeneratio figuratur; ut salutem ibi memoratam regenerationi tribuat, non Baptismo, qæ in eis, qorum ibi rationem habet, ante Baptismum susceptum obtigerat. De qo videndus Zvinglius, *respons. ad Luther. confess.* supra allatus, *Sect. 1. num. 2. ad Arg. 2. enunc. 7. resp. 2. rat. 2.* & in *declar. de pecc. orig. ad Arg. 11. de locut. 1.* Itaqe qod Ursinus, *non dubitare* ait, *omnes tum veteres, tum recentes orthodoxos, de Baptismo hunc locum exponere*; non sine restrictione aliqâ forsan intelligi debet. præsertim cum nec Calvinus etiam ipse satis fidenter id faciat. *facilè*, inqit, *patior de Baptismo exponi.* qasi aliam potius qorundam expositionem probaturus, ni aliorum importunitas aliò impelleret. verba sunt enim alii concedentis aliqid potius, qam animi sui sensum enunciantis. sed nec Beza expositionem eam definitè [illegible] absolutè proponit, sed præfixâ disjunctivâ, cum aliorsum ante concedere visus esset, & de regeneratione ipsa interpretari; *vel argumentatur à Baptismi sacramento,* &c. Addantur his, qæ Vorstius in *Antibellarm. ad tom. 3. contr. 1. thes. 1. & 2. ad rat. 2. ex Eph. 5. Tit. 3. Respondent nostri, — aliena Testimonia citari, qæ res qidem in Sacramentis significatas metaphoricè declarant: attamen de Sacramentis propriè dictis non agunt.* Et *thesi* 6. ad eadem loca, sed & *Matth. 3. Joan. 3. Act. 2. & 22.* Resp. Evangelici, — *Fallaciam esse homonymia simul & figuræ dictionis; qod Baptismus sæpe non pro signo sacramentali, & qidem seorsim accepto, sed pro interna mentis purgatione sive animæ ablutione vel sola, vel etiam una cum suo signo considerata in sacris literis accipiatur, qumqe in Baptismo, vel per Baptismum, — id rectè fieri dicatur, qod per illud symbolum jam factum esse declaratur, vel qod per ritum illum notificatur & solenniter obsignatur: qomodo & verbum mundandi sev purgandi sæpe in Veteri Sacramento accipitur, Lev. 12. & 13. & 14. & 16.* &c. *Ibidem ad controv. 2. thes. 1.* de locis iisdem. *In locis citatis, de re significata potius qàm de Sacramento ipso agitur.* Denique *thes. 6. & 7. rat. 1.* de iisdem; *Evangelici respondent, Principium peti, qatenus ad externum aqa Baptismum referuntur ea effecta, qæ in locis citatis ad ipsum Christum ejusqe sanguinem & Spiritum Sanctum interveniente fide ex Evangelio concepta, &c. disertè accommodantur.* Pari ratione & *Coloss. 2. 12.* de *mortificatione & sepultura spirituali* agitur, ad Baptismi ritum allusione facta, qo ea delineabatur. idqe eadem planè ratione, qâ & de Circumcisione, de cujus tamen ritu externo Apostolum ibi agere, sive id tanqam effectrici tribuere, qod in fidelium cordibus peragi eo loci affirmatur, vix puto interpretem orthodoxum agnoscere aliqem. Qanqam & de *Baptismo* exertè magis istic qam illic agi, ego nevtiqam inficias iverim: *ut*, qod Piscator monet, *objectioni occurrat, qæ opponi poterat, à circumcisionis rituumqe legalium zelotis: Etiamsi intus per Christi Spiritum circumcisi essent, tamen externam qoqe circumcisionem, tanqam interioris illius symbolum ac testimonium suscipiendam esse; sicut olim sancti Patres (Abraham cumprimis, Rom. 4. 11.) susceperant. Hoc autem Apostolus minimè necessarium esse contendit, qod jam loco Circumcisionis externa Baptismum habeant, interioris illius renovationis tesseram ac sigillum efficacissimum.*

2. Verum in istis diutius immorari non est necesse; qia qocunqe modo in lite istâ se res habeat, *Exceptiones* priores hîc qoqe obtinent, tum qod *de jam fidelibus baptizatis istic agatur*, tum qod nihil dicatur, qo *in ipso tinctionis actu conferri*, qæ hîc recensentur, probetur. deniqe qod tam *sanctificatio* qàm *justificatio* pari ratione utraqe Baptismo, sive is interior, sive exterior, sive etiam, pro modo suo consideratus, uterqe designetur, in Apostoli verbis tribuitur.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

2. *Qod subjungitur, ut ratio hujus qartæ solutionis; non probat: siqidem evicimus supra ad Num. 6. etsi hæc loca loqantur cumprimis de adultis ante Baptismum conversis; tamen non de iis solis intelligi, sed & de parvulis. unde pariter evincitur in istis locis id de qo agitur, non effici dumtaxat per fidem, nisi per* fidem *intelligi simul vis* inclinationem *etiam* ad fidem, *cum Ursino.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Ratio de *fide adjuncta* hoc probat; fidei vi & efficacia Christi sanguinem apprehendentis atqe applicantis, consepultos fuisse Christo Colossenses illos qos Apostolus affatur, & cum eodem etiam consurrexisse: (hoc enim Apostolus συνταφέντες affirmat) itaqe & de fidelibus adultis agi, & hos ante fuisse Christo consepultos, & ante cum Christo consurrexisse, qam Baptismum susciperent, qia fideles jam ad fontem sacrum accesserant. qod & idem de peccatorum remissione dictum sit, qam vivificationi annexuit Apostolus ibidem vers. 13. Avdias tamen ulterius Ursinum *Tract. Theol. p. 609. De mandato docendi ante Baptismum, jam dictum est, hoc de adultis loqi. talia sunt etiam exempla & loca fidem & resipiscentiam in Baptismo requirentia, qacumqe proferre potes.*

2. Locum illum *Act. 8. 37.* ideò adduxi, ut ostenderem, fidem veram vivamqe, avt illius saltem professionem exegisse populi Dei προεστῶτας tunc temporis ab illis qos ad Baptismum admittebant; qam ab infantibus ipsis qis exigat? Rectè Amesius, *adv. Bellar. tom. 3. disp. 14. q. 3. thes. 3. Scriptura fidem justificantem antecedere docet Baptismum, Act. 15. 9.* Et *thes. 2. antecedere debere Baptismum, non in eo infundi.*

3. Qæ *ad Num. 6.* dicta sunt, ibidem eis & responsum est.

4. *Inclinationem ad fidem*, qam Ursinus dicit *p. 613.* ubi Anabaptistarum illud, *Solos credentes esse baptizandos* rejiciens, *Nisi qis.* inqit, *fidem nominare velit etiam renovationem & inclinationem ad fidem, qam Spiritus Sanctus efficit in infantibus; — & credentes intelligat, qos Ecclesia pro fidelibus & sanctis censere debet.* hanc inqam, *renovationem*, in qâ *& fidei semen* aliqod delitescat, libens agnosco, in infantibus omnibus per infantiam ad salutem hinc abreptis. Verum vel ad Baptismum eandem universos adducere, vel in Baptismo eandem universos percipere, nec Ursinus dixerit, neqe qisqam unqam (opinor) probatum dederit.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

3. *Resp. Me nullam operationem spiritualem in Baptismo parvulorum delineari avt obsignari iis in locis agnoscere, qa etiam in eodem Baptismo non prius exhibebatur qam obsignetur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Præsumitur hic *de Baptismo parvulorum* eis in locis agi; qod nondum constat. qanqam ista etiam de qibus in locis illis Apostolus, *in parvulorum Baptismo & delineari & obsignari* nemo, puto, negaverit.

2. *Hæc omnia in ipso eorundem Baptismo prius exhiberi qam obsignari*, non asserendum, sed probandum fuisse videtur,

videtur, hoc est enim maxima ex parte τὸ ζητούμενον, & qidem principale, & ex his locis evincendum fuerat. Ut ne adjiciam, hoc si detur, necessariò inde concedendum videri, qicqid Concilium Tridentinum avt Catechismus etiam in parvulorum Baptismo conferri statuit, (qa tamen in parte à nostris universis oppugnatur) id omne perpetuò & infallibiliter conferri. Legatur Reverendus Episcopus Sarisburiensis locum illum Colos. 2. explicans: non potest plus tribuere Baptismo Concilium illud, ut qam latissimè ritus hujus efficaciam extendat, qam ille verbis illis contineri disertissimè docet.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 9.

Non videtur firma satis argumentatio ab his locis deducta, *salvi fieri dicuntur per lavacrum regenerationis, justificati & sanctificati, & cum Christo per Baptismum consepulti, qibus ante Baptismum susceptum peccata remissa præsumuntur.* (de hoc enim duntaxat liqidò constat) *Ergò in ipsâ Sacramenti susceptione, vel per illam Sacramenti susceptionem, eis etiam remittuntur, qibus nondum sunt remissa.*

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Nego nostram Argumentationem ex dictis locis petitam, à te rectè formatam avt vibratam esse. Liceat ergò in hunc modum formare.

Probo Christum instituisse sacramentum Baptismi ad reatus originalis veram solutionem, ubi antea remissus non est;

1. *Ex Act. 2. 38. 39. Baptizandi sunt parvuli Judæorum ad fidem conversorum in peccatorum remissionem. Ergò baptizandi sunt ad veram solutionem originalis reatus. Consequentia patet, qia non alio reatu implicantur; nec capaces sunt pro statu parvuli obsignationis actualis remissionis peccatorum. Antecedens patet, qia promissio remissionis peccatorum ad parvulos etiam spectat, & non solùm ad adultos Judæos. Act. 2. 39. Vide Ursinum* Tract. Theolog. p. 600 616.

2. *Ex Act. 22. 16.* Baptizare & ablue peccata tua. *Est formula loqendi sacramentalis. & ipsam rem signatam conferri, i. e. ablutionem originalis reatus iis rite baptizatis denotat, qibus ante Baptismum non est remissus. Ergò ipsa formula loqendi parvulis istis tum dari dictat ipsam reatus originalis ablutionem. Consequentia patet, qia ista formula loqendi sacramentalis aqè accommodari potest parvulis, qibus ante Baptismum reatus originalis non est remissus, atqe adultis credentibus, qibus ante Baptismum remissus est.*

3. *Baptismus est parvulis* lavacrum regenerationis *Tit. 3. 5. Parvuli* mundantur aqæ lavacro per verbum, *Ephes. 5. 26.* Consepulti sunt Christo per Baptismum. *Colos. 2. 12. ut supra probatum est. Ergò parvulis in Baptismo originalis reatus verè solvitur. Consequentia patet, qod iisdem, cum sistuntur baptizandi, originalis reatus non est dimissus, post Baptismum est remissus; ut supra probatum est.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Non est à me proposita, tanqam tua foret, *argumentationis formula*, sed tanqam in se contineret, admissis *Exceptionibus* iilis, qæ mihi justæ videbantur, qicqid ex locis adductis erui posse existimabam, qod ad præsentem controversiam faceret.

2. Ad Argumenta jam proposita, qæ è locis illis eliciantur, non videtur necessarium ut qicqam denuò regeratur, cum nihil hîc de novo prolatum occurrat, qod non supra disceptatum & discussum fuerit.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Illud coronidis loco hîc addendum. Etiamsi deessent nobis testimonia Scriptura, qa nos docerent & demonstrarent Christum instituisse Baptismum in remissionem originalis peccati & ejus reatus solutionem: tamen probationes desumta ex natura Sacramentorum & eorum efficacia, ac aliis locis Theologicis sufficerent ad hujus nostræ assertionis demonstrationem. Qo modo & Anabaptistarum errores, qi Pædobaptismum impugnant, ex rationibus Theologicis in Scripturis fundatis refelluntur: etsi exempla & testimonia pro Pædobaptismo clara non superessent. Rectè enim *Ursinus* Tract. Theol. p. 618. Probationem ex dogmatibus multò potiorem esse eâ qæ fit exemplis — & collationem locorum, & analogiam doctrinæ Apostolicæ nobis disertam satis esse probationem *asserit. Videndus hac de re Augustinus*, l. 4. c. 23. de Baptismo contra Donatistas.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Istud facilè concedo. sed subjungo tamen, enunciata illa, *de Sacramentorum natura aliisqe locis Theologicis*, qibus nituntur probationes istæ, Verbo divino aliqo priùs stabiliri debere, qam ad alia statuminanda ipsa possint adhiberi. Rectè Cyrillus, an Joannes, Hierosolomytanus *Catech. 4.* Δεῖ περὶ τῶν θείων καὶ ἁγίων τῆς πίστεως μυστηρίων, μηδὲ τὸ τυχὸν ἄνευ τῶν θείων παραδεδόσθαι γραφῶν. Et Pavlus Ejtzenius, in Gen. p. 463. *De Sacramentis tantùm ex verbis Scripturæ judicandum est.* Qin & Bellarminus, (qod ipse cum suis utinam per omnia observaret) *de Sacram. l. 1. c. 14. Essentia & natura Sacramentorum non potest aliunde melius intelligi, qàm ex verbis illius qi ea inst[illegible]it.* Et Lutherus, *contr. Cochleum*, (à Bellarmino etiam ibidem adductus) *In rebus sacris vehementissimus & robustissimus locus est, arguere ab avtoritate negativè.* Vorstius deniqe in *Antibellarm. ad tom. 3. contr. thes. 1. & 2. de natur. Sacram. Qæritur, an Sacramenta sint signa tantùm & sigilla fœderis gratiæ, sive externa Symbola & signacula fœderi gratiæ appensa, ad hoc divinitus instituta, ut gratiam Dei salutarem in fœdere promissam nobis significent, significanda obsignent, fidemqe suo modo confirment, & publice testatam reddant: qa communis est Evangelicorum sententia; an præterea sint causæ efficientes hujus salutaris & justificantis gratiæ; sive an sint effectiva gratiæ ejusdem organa, nempe ad hoc divinitus instituta, ut eam realiter in se contineant, & reipsa conferant. qa Pontificiorum omnium opinio est.* Et, *ad thes. 6. de Sacram. effectu, virtute & efficacia, deqe opere operato; Nostri hoc dogma de opere operato, sev de actione externa & sacramentali, qasi qa per se, absqe fide & bono motu utentis, justificare qenqam possit, &c. planè falsum & pernicioşum esse judicant: & omnia Sacramenta ex ipsius Dei ordinatione, tantùm vim significandi & obsignandi, non avtem ipsam Evangelii gratiam conferendi, habere docent.* Deniqe, *ad controv. 2. thes. 6. & 7. de bapt. effect. & efficac. Evangelici unicum duntaxat Baptismi generalem effectum, — agnoscere solent; nempe obsignationem geminæ gratiæ salutaris in Evangelio promissæ, de remissione simul & expurgatione peccatorum per sangvinem & Spiritum Christi.* Et mox: *Negamus avtem Baptismum per se & ex opere operato, ipsa peccata eorumqe pœnas avferre posse, sev qenqam justificare, & perfectè, sive interna ratione sanctificare, &c. tum qia nusqam hæc in sacris literis indicata sunt, tum maximè, qia illis, qæ ibi tradita sunt, apertè repugnant.*

SAMUELIS WARDI *Thesis. Num. 10.*

Hinc illud Symboli Constantinopolitani, Credo unum Baptisma in remissionem peccatorum.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Illud ex *Symbolo Constantinopolitano* de *uno Baptismo, ad remissionem peccatorum*, tam ad obsignandam qàm ad conferendam potest dictum intelligi.

SAMUE-

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Ego potiori jure regerere possem, tam ad conferendam, qam ad obsignandam remissionem peccatorum, cum tum temporis, temporibus scilicet Ecclesiæ florentissimis, ordinariè tam ad conferendam, imò potius, qam ad obsignandam remissionem Baptismus adhibitus esset. tum enim non nisi parvuli ferè baptizati sunt, adulti verò rarius. Vide qæ supra annotavimus ad Num. 4. 5.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. An hoc *potiori jure regerere* possis, ambigi potest.

1. Qia *actori*, sive *affirmanti incumbit probatio.* mihi itaqe interpretationem qæ commodè dari posse videbatur, dedisse; vel eam etiam qæ à te adducebatur, negasse, satis fuerat. tibi verò vel mea tollendi, vel tua firmandi onus incumbere videtur.

2. Qia Scripturæ sensui, ex qâ phrasis illa mutuata, te etiam avtore, videtur, illud convenit, tuum istud non item. Sic Danæus, *adv. Bellar. tom. 2. contr. 4. c. 5. ad test. 2. Ubi dicimur baptizari in remissionem peccatorum. Finis Baptismi his verbis ostenditur, uti & Marc. 1. 4. Act. 2. 38. — Et præcipuum Sacramentorum finem docuimus docemusqe esse hanc obsignationem.* Et pavlo ante, *ad test 1. ex Concil. Nicen. 1. Virtute Dei in aqa absconditâ renovari eos qi baptizantur.* respondet, *Sacramentaliter, non cavsaliter, qoniam propter promissionem Dei, signum aqa testatur & obsignat baptizatorum regenerationem, eam avtem neqaqam efficit, cavsat, avt producit.* Videantur & qæ Calvinus *in Act. 2.* supra *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 1. assumpt.*

2. *Ad conferendam tunc temporis datam* concludere, *qia parvuli* fere tunc baptizabantur; est id petere qod controvertitur, parvulis eam Baptismum conferre.

3. Qod *unum* illi *Baptismum* agnoscere dicuntur, potest de Baptismo non iterando intelligi. Sic Whitakerus, *de Sacr. q. 5. c. 4. Catechismus Romanus ex hoc loco (Ephes. 4. 5.* Unum Baptisma) *demonstrat Baptisma non esse iterandum. & hoc videtur voluisse Synodus Nicena in Symbol.* Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. qod si admittatur, à voculâ illâ nihil potest concludi, qod ad rem præsentem faciat.

4. Si *unum* illi *Baptismum* agnoscunt, cum qi parvulis, tum qi adultis datur, isqe horum utrisqe in eundem finem, *remissionem* scilicet *peccatorum*; adultis avtem eam non confert, sed obsignat tantum, sive fideles, sive facti accesserint, nolo dicere, qod tamen forsan jure possim, concludi hinc, *unum* illum *Baptismum* etiam *in parvulis remissionem* duntaxat obsignare, qia hoc tantum in adultis facit: illud fidenter dixerim, non posse his positis, ab eâ dicendi formulâ necessariò deduci, *Baptismum parvulis remissionem peccatorum conferre.* Avdi Whitakerum, *de Sacr. q. 4. c. 2. ad clas. 3. test. 2. ex Concil. Constant. 1. in Symbol.* Credimus unum Baptisma in remissionem peccatorum. *In Baptismo remitti peccata qis dubitat? nos hoc fatemur. sed non dicunt Patres ex opere operato, & vi elementi externi, peccata remitti in Baptismo.* At rem tamen, inqies, Whitakerus concedit. Ipse semet explicat, tum alibi, tum & in proxime prægressis. *Ad test. 1. ex Concil. Nic. 1. Non hoc ad literam intelligi voluerunt Patres. — Sed sic Concilium loqitur, qia Baptismus novum statum designat.* Et disertissimè *ibidem q. 6. c. 4. p. 193. Neqe aliter remittitur peccatum originale in Baptismo qam in Evchariştia. in utroqe enim Sacramento obsignatur nobis remissio omnium peccatorum.* Et *de bapt. q. 2. c. 3. arg. 3. Bellarminus negat Baptismum esse sigillum acceptæ gratiæ, sed ait esse instrumentum conferens gratiam: qod à nobis supra refutatum est.* Idem deniqe, de Sacr. q. 4. c. 3. (prout & Vorstius supra) hanc tanqam communem nostrorum sententiam proponit: *Sacramenta non ex se justificare, nedum ex opere operato, sed justitiam tantùm obsignare.* Et in fine *cap. ejusdem* ubi Bernardi qædam retulerat; *Annulus non tradit haereditatem, sed obsignat tantùm: ita Sacramenta gratiam obsignant tantum, non tradunt.*

SECTIO III.

SAMUELIS WARDI *Thesis. Num.* 11--16.

2. *Asserimus Baptismum rectè parvulis administrari: qomodò & Circumcisio olim in Veteri Testamento parvulis Judaorum, ex unanimi consensu Theologorum, & perpetua Ecclesiæ traditione. Unde rectè dicimus cum Avgustino,* de Baptismo contra Donatist. l. 4. c. 23. Si qisqam in hac re avtoritatem divinam qærat, qanqam qod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi avtoritate Apostolicâ traditum rectissimè credimus; tamen veraciter conjicere possumus qid valeat parvulis Baptismi Sacramentum ex Circumcisione carnis, qam prior populus Israëliticus accepit. *Hæc Avgustinus. Et certè hoc apertè evincit exemplum Circumcisionis, in cujus locum Baptismus successit.*

Hinc 3. asserimus, Cum Baptismus in Novo Testamento Circumcisioni succedat ex Christi Instituto, & rectè parvulis administretur, eundem valere ad originalis peccati reatum, qo solo implicantur parvuli, solutionem.

Hæc tria nemo Catholicus inficiabitur.

Sed adhuc qæritur, An omnes infantes rite baptizati sine dubio justificentur. Hîc hærent nonnulli Theologi, qi hunc effectum justificandi ab originali peccato ad solos electos restringunt. Nos duo dicimus:

Primum est, Omnes parvulos rite baptizatos in infantia morientes sine dubio justificari.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 11.

Ratio ab ea Analogia deducta, qam Baptismus cum Circumcisione obtineat, cavssam ipsam, ad qam statuminandam adducitur, infirmare mihi magis qam confirmare videtur. De Circumcisione siqidem qod ad effectum illud attinet reatus tollendi, res multo magis in incerto est, qàm de Baptismo.

Exceptioni isti duo nunc adjecta volumus:

1. Qod *tria illa* enunciata *neminem Catholicum inficiaturum* præsumitur: *Catholicorum* certè numero, si verè dicitur, omnes ferè, si non universos planè Theologos Evangelicos excludet, qi adversus Pontificiorum errores ex professo scripserunt, eosdemqe hac in parte *enunciato tertio* qod asseritur, erroris tuendi reos peragunt. nec potuit Vir Clarissimus Pontificiis gratum magis præstare, qam nomina istorum ex Ecclesiæ Catholicæ diptychis expungendo.

2. Qod *qosdam Theologos* ait *hîc hærere, & Baptismi effectum hunc ad electos restringere.* Imò non *qidam* duntaxat, sed multo maxima nostrorum pars, non tam *hîc hærent*, qam ex adverso se disertè opponunt; qod ex Testimoniis supra adductis luculentissime est demonstratum. Unus & alter forsan, qod vel ambiguè vel latiusculè alicubi protulerunt, ad electos alibi restringunt, alii etiam ab electionis ratione dogma istud impugnant, ut in seqentibus indicabitur. Interim ad telam exorsam pertexendam revertimur.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Ex Analogia inter Baptismum & Circumcisionem Argumentum deduximus ad Pædobaptismi dogma statuminandum, non avtem ad solutionem reatus in Baptismo asserendum. siqidem ad Argumenta nondum deventum erat. Qædam enim duntaxat præstruximus hîc, ut status qæstionis magis eluceret.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Erroris (ſi qis hac in parte fuerit) anſam duo præbebant:

1. Qod ex Avguſtino pro fundamento ſubſternitur, ex *Circumciſionis ritu veteri veraciter conjici poſſe, qid Baptiſmi Sacramentum parvulis valeat.*

2. Qod, *hinc*, inqis ipſe, 3. *aſſerimus, cum Baptiſmus in N. T. Circumciſioni ſuccedat, ex Chriſti inſtituto, & rectè parvulis adminiſtretur., eundem valere ad originalis reatus peccati ſolutionem, qo ſolo implicantur parvuli.* Iſtis enim verbis exiſtimaveram, priora illa ita præſumi, *Baptiſmum* ſcilicet & *Circumciſioni ſuccedere*, & *parvulis rite adminiſtrari*, ut *ex illius in parvulis efficacia*, hujus itidem gemina in eiſdem ex Avguſtini ſententiâ verè ſtatuatur, ad 3um. illud inferendum, *valere* utiqe *eundem ad reatus ſolutionem.* qod, niſi de *Circumciſione* idem ſtatueretur, non poſſet ex præmiſſis concludi.

2. *Ad Argumenta* avtem jamdudum *deventum* opinabar, qia Scripturæ ſacræ Teſtimonia eo fine fuiſſent producta, qo *Baptiſmi finem & effectum* iſtum ſtatuminarent. Et certè qorſum ab initio tota ferè diſceptatio tot *Argumentis*, tot *Teſtimoniis* eſt utrinqe agitata, niſi ut id diſcuteretur & decerneretur, qod nunc, tanqam de qo hactenus nihil dictum, nedum diſputatum ſit, ſub incudem denuò, vel qaſi primitus potius, revocatur & reducitur.

Verum miſſis iſtis, jam de re ipſâ diſpiciatur: in qâ ego imprudenter feciſſe me ſponte fateor, qod agentis partes minùs neceſſariò ſuſceperim. Qanqam in hac cavſſâ idcircò fidentius pergo, qia Apoſtolum mihi præeuntem & prælucentem habere videar, qi à *juſtificationis* negotio, & per conſeqens à *reatus ſolutione Circumciſionem* penitus excludit, Rom. 4. 9--12. Gal. 5. 3--6. qod & Bellarminus ipſe rectè obſervat, *de effect. Sacram. l. 2. c. 14. loc. 2. Apoſtolus*, inqit, *ex profeſſo probat, Abrahamum non in Circumciſione, ſed in præputio fuiſſe juſtificatum; ut inde admoneat Circumciſionem non fuiſſe datam ut juſtificaret. Si enim is, cui primo data eſt, non fuit ex ea juſtificatus, qanto minùs alii ex ea juſtificandi erunt?* Qo argumento eodem fine uſus eſt Irenæus, *adv. Valent. l. 4. c. 30.* qi cum aliis exhibebitur, ad finem *Num. 13.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 12.

Primò namqe non apparet præceſſiſſe remedium aliqod externum iſtiuſmodi per annos mille & qod excurrit, cui Circumciſio ſucceſſerit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Agnoſco cum Avguſtino, l. 5. contr. Julian. c. 9. *ſacram hiſtoriam non meminiſſe alicujus remedii externi ante Circumciſionem. Sed hinc non ſequitur, noſtram Aſſertionem aliqa ratione enervari. Sufficit nobis, ſi Circumciſio, ex qo primùm inſtituta eſt, originali reatui tollendo ordinata fuerit. Neqe enim neceſſe erat, ut tale aliqod remedium per annos 2000. extaret, cui Circumciſio ſuccederet. Qomodò nec voluit Deus poſteritatem Semi, in qa propagata eſt Eccleſia, uſqe ad tempora Abrahæ à reliqo humano genere ſigno aliqo viſibili in carne diſtingvi & notari, avt Sacramentum externum aliqod ordinarium & determinatum per illud tempus inſtitui, qo fœdus obſignetur. Hæc ergò cum ſint poſitivi juris, à ſolâ voluntate Dei legiſlatoris pendent.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Sufficit reverâ, ſi id conſtare potuerit. Veruntamen.

1. Si per tot annos, vel uſqe ad tempus internæ renovationis reatus iſte perſtiterat, vel ſtatim ab ortu abſqe remedio tali interveniente ſublatus fuerit, certè non videtur neceſſarium remedium ejuſmodi reqirere, ſive qod ante actualem renovationem id præſtet, ſive qod diutiùs differat id, qod maturiùs ante conferebatur. Whitakerus, *de Sacr. q. 4. c. 3. teſt. 2. p. 86. Si Deus Eccleſiam anteà habuit, Circumciſio non ex ſe Eccleſiam fecit. i. e. gratiam ex opere operato contulit; ſed Eccleſiam indicavit, & gratiam obſignavit.*

2. *Non fuiſſe per tot annos ſacramentum externum aliqod, qo fœdus Dei cum populo ſuo obſignaretur*, qod dicitur, paginæ divinæ adverſari videtur. Erant ſiqidem ritus externi, (ut peculiarem illum omittam Circumciſionem antegreſſum, Gen. 15. 9--18. qem imitati videntur illi, Jer. 34. 18.) per totum priſcum illud ſeculum, *ſacrificia* nimirum, *oblata*, *libamina*, à lapſu ſtatim inſtituta & uſurpata; Geneſ. 4. 3. 4. & 9. 20. & 12. 7. 8. & 26. 24. 25. & 28. 18. 22. & 33. 20. & 35. 1. 7. 14. qibus fœdus divinum obſignabatur. hunc enim ſacrificiorum uſum fuiſſe, Pſaltes nos edocet, Pſalm. 50. 5.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 13.

2. De Circumciſione ipſâ nuſqam qicqam reperiri videtur, unde hoc fine inſtitutum eſſe, erui poſſit. eâ tantùm deſignatam obſignatamqe innuitur fuiſſe Circumciſionem cordis ſpiritualem. Devt. 10. 16. & 30. 6. Jer. 4. 4. & 9. 26. Eſaj. 52. 1. Ezek. 44. 9. Rom. 2. 28. 29. Phil. 3. 3. Col. 2. 11. qam tamen avt unà cum Circumciſione internâ collatam, avt per eam etiam exhibitam ſemper, imò vel unqam fuiſſe, non poteſt ex illis locis neceſſariò concludi.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Sed contra. 1. *Ipſe ritus circumcidendi præputium parvulorum Gen. 17. 20. docet ante actum Circumciſionis, ubi haberi poteſt & adhibetur, ipſum reatum originalem manere, & parvulis imputari, & poſt Circumciſionem avferri & non imputari, ritu convenientiſſimo. Nam ideò in membro genitali Circumciſio facta eſt, ut qicqid damnationis è carnali nativitate infantes contraxerant, per hunc actum illis avferretur & amputaretur, & avferri & amputari conſtaret. Ideò etiam ſangvis effundebatur, ut ſangvine Chriſti reatus originalis tolleretur, ejuſqe merito per hunc ritum infantibus applicaretur. Huc facit illud Proſperi in* ſent. 298. *ex Avguſtino.* Circumciſio carnis lege præcepta eſt, qia non poſſit meliùs per Chriſtum ſignificari regenerationis avtorem tolli originale peccatum. cum præputio qippe omnis homo naſcitur, qemadmodum cum originali peccato. *Vide Avguſtinum* de Nupt. & Concupiſc. l. 2. c. 11.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Sumuntur hîc multa, qæ probanda forent.

1. *Reatum ad Circumciſionem uſqe manere, poſt eam ſuſceptam ſublatam jam eſſe.* qod *Gen.* 17. 10. non dicitur.

2. *Ritum convenientiſſimum eſſe ad hoc deſignandum*, non ſufficit. id eo deſignatum, vel ad id deſignandum inſtitutum fuiſſe, probandum eſt.

3. *Ideò in membro genitali factum, ut qicqid damnationis contractum eſt tolleretur*, qod dicitur. cur non potiùs, ut qicqid corruptionis & vitii? (hoc enim ritu illo deſignari Scriptura locis ſupra allatis inculcat) ut nihil amplius in parvulis etiam pravæ diſpoſitionis poſt eam ſuſceptam remanſerit. Qod Athanaſius, *Serm. de Sabbat. & Circumcif.* Ὅθεν μέρος τι ξ σώματος, καὶ ξτο, τὸ ἄλλον τ ξ σώματος γενέσεως, προσετάχθησαν ἐκλιννύειν, προσδιδασκόμενοι τ ξ ὅλε ἀπέκδυσιν, ἵν' ὥσπερ ὑποδιδόντες τὸ καταπεσεῖν, διασωθῆναι δυνηθῶσι. Vide Bucerum, *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 4. §. 4.* Coactius forſan pavlo, qod Petrus Martyr, *ad Rom. 2. Inurebatur genitalibus partibus, ut Chriſtus intelligeretur, qâ homo fuit, ex humano ſemine naſciturus.* Aptius Calvinus, *ad Gen. 17. 11. Duabus de cavſſis probabile eſt, Dominum juſſiſſe præputium circumcidi. nempe ut oſtenderet, vitioſum eſſe qicqid ex homine gignitur.*

tur. deinde ſalutem ex benedicto Abrahæ ſemine prodituram. Primum ergò, qicqid ex ſuâ generatione proprium habent homines, Deus in Circumciſione damnavit, ut oſtenſa natura corruptio illos ad carnem mortificandam adduceret. unde etiam conficitur pœnitentiæ fuiſſe ſymbolum. Auguſtinus, *adv. Favſt. l. 6. c. 3. In qo enim membro convenientius exſpoliatio carnalis & mortalis concupiſcentiæ figuratur, qam unde carnalis & mortalis fœtus exoritur?* Muſculus deniqe, *in Gen. 17. Circumcidebatur caro, non labiorum, avt avrium, &c. ſed præputii, in ſignum repurgandæ immunditiæ ejus, qa tota eſt humani generis natura ex ipſo ſemine & conceptu contaminata.*

4. *Parvuli ſangvine Chriſti ſangvinem adumbratum*, ego certè nullus dixerim. qanqam id ad rem ipſam, de qâ agitur, parum intereſt. αἷμα ἀλλότριον illud, non noſtrum fuit, nobis collatum, non connatum nobiſcum, avt à nobis profectum.

5. *Significatum hoc Sacramento, per Chriſtum regenerationis avtorem, tolli originale peccatum*, ego cum Auguſtino & Proſpero libenter conceſſerim.

6. Verum *ſangvinem in Circumciſione* eo fine *effuſum eſſe, ut per hunc ritum Chriſti ſangvis ejuſdemqe meritum ad reatum originalem tollendum* applicaretur; hoc eſt qod ſumitur nec probatur, eſtqe id ipſum qod qæritur. Ego cum Tertulliano *adverſ. Judæos*, lubens agnoverim, *Circumciſionem populo Iſraël datam, in ſignum, non in ſalutem.* vel, *in ſalutis figuram, non in ſalutis medelam*, uti idem *ibidem* loqitur; ſive, *carnalem, in ſignum, ſpiritualem, in ſalutem*, prout & idem *ibidem* diſtingvit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. *Devt.* 30. 6. Cicumcidet Dominus cor tuum, & cor ſeminis tui. *Promiſſio hæc facta eſt Judæorum ſemini, non adultis tantùm, ſed & parvulis maribus, ut patet ex inſtitutione Circumciſionis, ubi (propter promiſſionem illam,* Ero Deus tuus & ſeminis tui) *die octavo jubentur circumcidi. Nullum avtem ordinarium medium dabatur, qo cor parvulorum circumcidi potuit, avt conſvevit, qam Sacramentum Circumciſionis, id qod vox Circumciſionis evincere videtur. Ergò hoc Sacramento circumciſum erat cor parvulorum. At nulla Circumciſio cordis parvuli fieri potuit abſqe ſolutione originalis reatus: cum hoc ſit primum ſalutare beneficium, cujus parvulus eſt capax. Ergò hoc Sacramento ſolutio facta eſt originalis reatus. Qod avtem hoc beneficium collatum erat parvulo una cum Circumciſione externa, & ſemper exhibitum, ex eo probatur, qod Sacramentum ſemper eſt efficax parvulo, ubi nullum occurrit ex parte ejus impedimentum. non enim ſunt Sacramenta ſigna fallacia, ſed in recto uſu veracia, & verè rei ſignata exhibitoria.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Sumuntur & iſtic, qæ non probantur:

1. *Promiſſionis illius executionem ad Circumciſionis tempus reſtringendam.*

2. *Neceſſariò reqiri medium aliqod externum, qo id Deus exeqatur.* qod non neceſſe eſſe, ex fœmellis & maſculis ante octavum diem obeuntibus cuivis liqere poterit. nam ad voluntatem divinam ſi recurratur, de eâ, hoc iſtic, non illic velle, ex ſcripto aliqo conſtare debet.

2. Qod *maſculis* etiam *parvulis promitti* dicitur, non abnuo. ſed & fœmellis etiam nihilo minùs.

3. Qod *in parvulis omnibus circumciſio cordis interna una cum externa ſemper collata* dicitur, vix futurum puto, ut è noſtris cuiqam id probetur, vel ut etiam probari poſſit. Qin & Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis id abnuere videtur. ut controverſum per magis adhuc controverſum hîc probari videatur.

4. De *Sacramentorum veracitate & efficacitate* qod ſubjungitur, in præcedentibus non ſemel, & diſcuſſum eſt, & excuſſum etiam; ut mihi qidem videtur. Vide Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 12. rep. 2. Athanaſius *ſerm. de Circumciſ. & Sabb.* ἡ ἐκ μέρους περιτομὴ ἦν ὅλου ἦν σκιά. eoqe ritu illos prædoctos aſſerit ἡ ὅλου ἀπέκδυσιν. qod & in Baptiſmo multò magis fiat. Adjiciantur verba Reverendi Epiſcopi Sariſburienſis *ad Col. 2. 11. Eximius Circumciſionis Chriſti effectus eſt ipſa depoſitio corporis peccatorum carnis, vel depoſitio veteris Adam cum actionibus ſuis, vel corrupta imaginis à parentibus noſtris peccato infectis ad nos derivata, vel (ut Origenes) eſt purgatio animæ & abjectio vitiorum, non corporalis ſigni impreſſio.* Et poſt, *document. 3. Sed hîc dubitatur de hoc effectu circumciſionis internæ. videtur enim, qod totum illud corpus peccatorum non exuitur à Chriſtianis regeneratis,* &c. Solutio. *Ab omnibus renatis totum corpus peccatorum totaliter exuitur & aboletur, 1. qoad reatum, 2. qoad dominium, 3. qoad ipſum Sacramentum regenerationis. nam in eo omnia peccata noſtra abluuntur & mortificantur. nec* tamen, ut ipſe mox *ibidem*, non dico, in Sacramenti perceptione, ſed nec in vitâ totâ, qamdiu hîc degitur, *peccatum totaliter qoad actum exuitur.* Et, *de Juſtit. actual. c. 50. Non eſt eadem ratio Circumciſionis carnalis & cordialis. præputium carnis ſimul & ſemel avfertur: at præputium cordis pavlatim & ſenſim, prout infuſa charitas extenuare poteſt & extirpare cupiditatem. Hæc igitur Circumciſio cordis in hunc finem tendit, atqe tandem eô pervenit, ut renati tandem toto corde Deum diligant. ſed illud tandem tunc veniet in actum, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Mal. ergò coharet hæc Bellarmini argumentatio*, Deus circumcidet cor renatorum, ut toto corde ab illis diligatur. Ergò ſimul ac incepit circumcidere, illi poſſunt illicò Deum toto corde diligere. *Præſtabit id tandem Deus: ſed prout ſapientia ſua ordinavit, non prout Bellarminus illi dictabit.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

3. *Parvuli Judæorum circumciſi fuerunt veri Judæi; & eorum circumciſio fuit vera Circumciſio ex mente Apoſtoli, Rom. 2. 28. 29. ſiqidem illi ex præcepto Dei circumcidebantur. ergò rite erant circumciſi: & circumciſioni eorum annexa erat promiſſio gratiæ condonationis originalis reatus. ergò & exhibitio ejuſdem iiſdem obicem non ponentibus. alioqi coram Deo ab incircumciſis gentium parvulis parum avt nihil diſtarent; imò aliqo modo deteriores meritò haberentur; utpote præputium cordis ſub externa circumciſionis carnis tegumento habentes; qod non videtur conſonum veracitati divinæ, avt ejus inſtitutioni, ut apparerent ex ejus ordinatione, qod non ſunt reverâ.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Parvuli Judæorum*, etiam nondum circumciſi, erant *veri Judæi*, qod ad fœdus illud attinet, qo unâ cum Patribus comprehendebantur. Gal. 2. 15. Verum ex mente Apoſtolicâ, qâ Judæum definite videtur ex *Circumciſione interna*, poterat non eſſe *verus Judæus* parvulus etiam circumciſus. De qo videndus Reverendus Epiſcopus Robertus Sariſburienſis *adv. Thomſ.* ſupra adductus, *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 2. replic. §. 7. membr. 2. & ad Arg. 4. replic. §. 2.* Alioqi ex interne circumciſis, & per conſeqens ex ſemine incorruptibili regenitis fieri iterum præputiati, & denaſci denuò priùs renati: qod Scripturæ ſacræ contraire videtur. 1 Petr. 1. 23. 1 Joan. 3. 6 9.

2. *Circumciſio* omnis *ex Dei præcepto collata*, etiamſi *vera* ſit, non eſt idcircò tamen ea, de qa ibi Apoſtolus, qæ Deo gratum & acceptum faciat. Martyr, ad Rom. 2. *Non agit hîc Apoſtolus de natura vel præſtantia Sacramenti, verùm de ejus fructu atqe utilitate.* eodem modo loqitur Apoſtolus eo loco, qo 1 Cor. 7. 19. & Gal. 5. 6. & 6. 15. Itaqe Martyr, *ibidem. Diſcimus ex hoc loco, res externas per ſe parum ad ſalutem prodeſſe, niſi mutatio vel facta fuerit, vel dum uſurpantur, per Spiritum fiat in cordibus noſtris.* Et Chryſoſtomus, *in Rom. homil. 6.*

At magnum qiddam eſt, inqis, *circumciſio. Fateor & ipſe; ſed cum intus circumciſionem habeat.*

3. *Circumciſioni externa* non videtur *annexa promiſſio gratiæ*, ſed gratiæ promiſſioni potius adjecta circumciſio, qa promiſſio ea obſignaretur. Videatur Calvinus, *in Antidot. Concil. Trident. ad Seſſ. 6. c. 5. & adv. Cenſur. Faculs. Pariſ. art. 1.* infra repræſentatus *Num. 17. memb. 2.* Et de Baptiſmo Melanchthon repoſitus infra *Num. 30. de Melanch.* Et de Sacramento qovis Calvinus, *ad Num. 31. replic. memb. 3.*

4. *A Gentium parvulis diſtabant Judæorum liberi*, etiam non circumciſi, tam mares, qam fœminæ, qia fœdere divino erant comprehenſi.

5. Non ideò *deteriores meritò* habebantur, qia *parvuli adhuc circumciſionem externam ſine interna habebant*, cum nondum mediorum adhibendi capaces exiſterent, qibus corda eis circumciderentur.

6. *Non voluit Deus ex inſtituto ſuo apparere qod non eſſent, interiùs* ſcilicet circumciſi. ſed voluit primùm eo ſigno doceri eſſe Deo fœderatos; qod in hoc ritu præcipuum erat. deinde, vel ipſe teſtari, qid in illis ſuo tempore eſſet operaturus, ſi ad ſalutem pertinerent, vel illos ſaltem, ubi adoleſcerent, monere, ad qid conſeqendum contendere & elaborare deberent. qod de Baptiſmo Calvinus ſupra. Chryſoſtomus, *in Rom. homil. 8. Hac de cavſſa ſignum accepiſti, ut rem reqireres, cujus ſignum habes.* Ambroſius, *de Abra. l. 2. c. 10. Egregiè avtem infantiæ in primis vagitibus circumcidi mares jubentur; qia ut ab infantia circumciſio, ita & morbus. Nullum tempus vacuum eſſe debet tutelæ, qia nullum eſt culpa vacuum. & infans renovandus eſt*, &c.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

4. *Circumciſio vera illa demum judicanda eſt, qæ laudem habet non ex hominibus, ſed ex Deo, teſte Apoſtolo Rom. 2. 29. i. e. circumciſio cordis, qam Deus exhibet, non homo. At talis eſt circumciſio parvulorum omnium, dicente Moſe, Devt. 30. 6.* Circumcidet Dominus cor ſeminis tui. *Ergò cum Deus promittit ſe circumciſurum cor parvulorum Iſraëliticorum, qi circumciſi ſunt externa circumciſione, erit illa Circumciſio ſalutaris, ac proinde condonabat iſtorum parvulis reatum originalem.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Non probatur ex *Devt. 30. 6. circumcidi parvulorum omnium Iſraëliticorum corda.* non magis qam Spiritum verbumqe ſuum à nullo qoqam ex poſteris eorum unqam abſceſſurum, ex Eſajæ 59. 21. Urſinus, *tract. theolog. p. 579. Verum eſt, non omnes, qi circumcidebantur foris, etiam intus à Deo circumciſos fuiſſe.* Imò eo loco potius innui videtur, non pavcos ex eis nondum corde circumciſos unqam fuiſſe,

2. Non ſeqitur ex præmiſſis concluſio qæ poni debuit. Etiamſi enim facturum id ſeſe in omnibus ſinguliſqe eorum parvulis Dominus promiſiſſet, non ſeqeretur tamen hinc in externæ circumciſionis actu ſemper avt unqam etiam neceſſariò id fieri. imò id ſi promiſiſſet, tam nondum in carne circumciſos, ac nunqam etiam circumcidendos, qam externè circumciſos complexa fuiſſet promiſſio illa.

3. Concedi poſſe videtur, citra cavſſæ controverſæ detrimentum, qicqid in concluſione, prout hîc poſita eſt. aſſeritur; *futuram* enim duntaxat aſſerit, *Circumciſionem ſalutarem*, cum *Dominus eo qo promittit modo, eos circumciſurus fuerit, qi externè circumciſi ſint.* Verùm ita circumciſurum omnes, qi externo ritu circumciduntur, promiſiſſe, non aſſerit, neqe id verò probari poſſe videtur.

In relectione ſeriò magis advertenti mendum ſcripturæ ſubeſſe, animum ſubit ſuſpicio. forſan pro [*erit*] ex mente tuâ [*erant*] ſcribendum fuerat. qod ſi fuerit, *Exceptio* illa *tertia* vacabit, non tamen avt *ſecunda*, avt *prima*. hos ſolos certè ſpectat promiſſio iſta, qibus & promittuntur ipſiſſima illa, Jer. 31. 33. 34. & 32. 38--40. & Ezech. 11. 19. & 36. 25--27.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

5. *Eodem modo parvuli noſtri ſervantur à reatu originali per gratiam Dei, mediante Baptiſmo, ordinario condonationis originalis reatus medio in N. T. qo Judæorum parvuli in V. T. mediante Circumciſione.*

At Apoſtolus Petrus pro conceſſo ſumit, Judæorum parvulos, mediante Circumciſione, ut ordinario medio & remedio à reatu originali per gratiam Dei ſervatos fuiſſe. Dicit *enim*, Credimus nos per gratiam Dei ſervari eodem modo, qo illi. *Act. 15. 11. At ſalus illa, de qa Petrus, includit ſolutionem originalis reatus; nec de adultis ſolummodò agit, ſed & de parvulis: nec de iſtis alio medio ordinario qam Circumciſione oblata, exhibita & applicata ex parte Dei ſolutione originalis reatus. Ergò hoc medio & remedio Circumciſionis ordinariè ſolutus eſt originalis reatus Judæorum parvulis.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Petrum pro conceſſo id ſumere, negatur; nec ex verbis illius hoc patet. ſed nec ex ratione ſubjuncta, qæ hoc nititur fundamento, *medium aliqod externum neceſſario reqiri*, qo ſalus illa parvulis exhibeatur: qod eſt ſupra negatum, & negandum videtur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

6. *Gentium parvuli dicuntur fuiſſe abſqe Chriſto, & extranei à pactis promiſſionis, eo qod expertes erant Circumciſionis, ordinarii ſcilicet illius medii & remedii, qo Chriſtus, & fœderis beneficia in V. T. ordinariè communicabantur:*

Ergò parvulis Judæorum qi Circumciſionis participes facti ſunt, hoc medio Chriſtus & fœderis beneficia (in qibus erat ſolutio originalis reatus) ordinariè communicabantur.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Qæro, qomodò *à pactis extranei* fuerint *Gentium parvuli*, ſi *cum toto genere humano fœdus gratiæ ſit initum*, ut infra dicitur Num. 31.

2. *Gentium parvuli* non ideò dicuntur *extranei à pactis*, qia Circumciſione caruerint, etiamſi hinc, tanqam à poſteriori, evinci poterat, eſſe eos à fœdere extraneos, qia circumciſio, qod eſt fœderis ſigillum eis nunqam data avt mandata fuiſſet; ſed qod fœdere divino non fuerint comprehenſi. Qin nec ſi qæ Gentium Circumciſionis ritum uſurpabant, non ideò à pactis extranei non erant, qod & Petrus Martyr, *ad Gen. 17.* obſervat. Rectè Bellarminus, *de Sacr. effect. l. 2. c. 17.* ſub finem *reſp. ad arg. 1. Gentiles dici* à pactis extraneos, *Eph. 2. non qia carebant Circumciſione, ſed qia carebant vera fide & notitia veri Dei. alioqi etiam inter Gentiles, qi verum Deum agnoſcebant*, inqit, *ut olim Job, & poſteà Cornelius, & alii nonnulli, non erant ejuſmodi, etiamſi non eſſent circumciſi.*

3. Antecedens pro conceſſo ſumit, qod probandum fuerat, fuiſſe Circumciſionem medium ordinarium ejuſmodi, qale hîc dicitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

1. *Ex iſtis aliqatenus conſtare poteſt alicubi aliqid videri reperiri, unde non irrationabiliter concludi poſſit, Circumciſionem hoc fine inſtitutam fuiſſe, ut reatum originalem ſolveret.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At ex his locis illud erui & neceſſariò concludi, qod in

in *fidei dogmatibus* neceſſarium videtur, mihi certè nondum liqet.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. *Porrò etiamſi dicamus Circumciſione tantum deſignatam obſignatamqe ixnui Circumciſionem cordis ſpiritualem locis à te citatis, tamen vel hinc etiam liqet Circumciſione cordis ſpirituali deſignari ipſam remiſſionem originalis reatus. Chryſoſtomus*, Homil. 40. in Gen. Licet & in prima & in media & in ultima ætate hanc non manufactam Circumciſionem recipere; in qa non ſuſtinetur labor, ſed peccatorum onera deponuntur, & remiſſio invenitur omnium peccatorum, qæ per totam vitam geſta ſunt. *In prima avtem etate non deponitur peccati ullius onus, avt remiſſio invenitur, niſi originalis reatus. Calvinus*, in Rom. 4. 11. Admonebat Deus Abrahamum externo ſigno [Circumciſionis] ut ſpiritualiter carnis ſuæ corruptionem circumcideret. qo etiam alluſit Moſes in Devt. 10. 16. Qo avtem indicaret, non eſſe opus hominis, ſed Dei, circumcidi voluit teneros infantes, qi per ætatem nondum poterant exeqi id mandatum. Nam ſpiritualem Circumciſionem eſſe divinæ virtutis beneficium non diſſimulat Moſes; qemadmodum habes Devt. 30. *Circumcidet Dominus cor tuum & cor ſeminis tui, ad diligendum Dominum Deum tuum*, &c. Prophetæ idipſum multo clarius explicarunt. Duæ deniqe, ut Baptiſmi hodie ſunt, ita olim Circumciſionis erant partes, nempe tam vitæ novitatem, qam peccatorum remiſſionem teſtari. *Non teſtabatur remiſſionem in teneris infantibus niſi qam priùs contulerat, ut nec hodiè Baptiſmus. Urſinus*, Tract. Theolog. p. 523. Circumciſio interna & remiſſionem peccati & abolitionem complectitur, ut Pavlus Coloſſ. 2. apertiſſimè docet. *Et* p. 579. 580. Circumciſio primò & principaliter ſignificat Circumciſionem internam, non qatenus à nobis fit, ſed qatenus à Deo fit per peccati remiſſionem, & Spiritus ſancti donationem. *Et poſteà ediſſerens locum Devt.* 30. 6. Illud iterum dico, impium & blaſphemum eſſe, Cicumciſionem internam ad ſolum verbum reſtringere, & à Circumciſionis ſigno removere. id enim tantundem eſt acſi dicas, Deum tantùm in verbo veracem eſſe, & intus præſtare ſuo Spiritu, qæ verbis de ſua voluntate nobis ſignificat, in ſignis avtem, qibus eandem prorſus qam in verbo voluntatem nobis ſignificat, in ſignis avtem, qibus eandem prorſus, qam in verbo voluntatem nobis ſignificat, & qaſi pictam ob oculos ſtatuit, vanum & mendacem eſſe, ludere & hiſtrionem agere: ſiqidem ea ſigna exhibens non implet intus, qod ipſe per ſigna foris ſignificat. Qid eſt irridere Deum, & verbum ejus excarnificare, ſi hoc non eſt? Adde qod ſeminis etiam cor ſe circumciſurum promittit Deus. At cujus ſeminis? an non ejuſdem cujus ſe fore Deum promittit? Gen. 17. In hoc verò nunqid non infantes ſunt? illi avtem qomodò per verbum circumciſi ſunt, qod nondum illis prædicatum? Dum igitur foris circumciduntur, qæ eſt impudentia negare, qod intus à Deo circumcidantur; ſalva tamen libertate electionis & vocationis divinæ? *Qid de hac ultima clavſula ſentiendum ſit, diſpiciemus poſteà. Interim ex hiſce locis è Chryſoſtomo, Calvino & Urſino productis, conſtat in Circumciſione cordis ſpirituali contineri originalis reatus remiſſionem.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. *Cordis circumciſione peccatorum remiſſionem denotari*, ut credam, nihil adhuc qod ſvadeat video, qod cogat multo minùs. Certè ſi qis verba illa, Devt. 10. 16. *Circumcidite ergò præputium cordis veſtri.* avt illud etiam Jer. 4. 4. *Circumcidimini*, ſive, *Circumcidite vos Jovæ.* expoſuerit, *Remittite vobis peccata veſtra*; γέλωτα (puto) ὀφλήσει. Loca in qibus phraſis illa occurrit, diligentius perpenſa, mihi diverſum qid planè ſonare videntur. Clarè admodum Calvinus, *Inſtit. l. 4. c. 16. §. 3. Ac ne qis ambigeret ſignum mortificationis* (qam à *peccatorum remiſſione* ibidem diſertè diſtingvit) *eſſe Circumciſionem, Moſes alibi clarius explicat, & Iſraëliticum populum exhortatur ad præputium cordis Domino circumcidendum. — qemadmodum Deus circumcidi præcipit, ita Moſes corde circumcidi oportere pronunciat, enarrans ſcilicet qæ ſit carnalis iſtius Circumciſionis veritas.* Vide eundem, *ad Gen.* 17. 11. ſupra *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 2. §. 3.* adductum. Idem & *ad Devt.* 30. 6. *Hunc admonet præcipuum fore reconciliationis fructum, qod Deus Spiritu regenerationis eos donabit, — qaſi diceret, Deus ſpiritualiter creabit vos novos homines. — circumciſio enim pœnitentiæ & renovationis ſacramentum erat, ut hodiè nobis eſt Baptiſmus.* Et, *in Devt.* 10. 10. *Cor circumcidere tantundem valet, ac purgare pravis cupiditatibus.* Et *adv. Anabapt. art. 1. In ſummâ Circumciſio idem vult qod pœnitentia.* Ita veteres, ita recentiores qiqe. Athanaſius, *de Sab. & Circ. Circumciſio nihil denotabat, niſi exuviarum nativarum depoſitionem.* Et mox: *Ideò in membris illis fieri juſſit, ut ſcirent vetuſtatis exuendæ ſignum eſſe.* Hieronymus *in Jer. 4. 4. Pro eo qod nos diximus.* Circumcidimini Domino; *Symmachus poſuit*, Purificamini Domino, & avferte malitias cordium veſtrorum. Avguſtinus, *de Spir. & lit. c. 8. Circumciſionem cordis dicit, puram ſcilicet ab omni illicita concupiſcentia voluntatem.* Et, *de temp. ſerm. 141. In Circumciſione ſignificabatur exſpoliatio carnalis vitæ.* Tertullianus, *adv. Marc. l. 5. Qia & Moſes*, Circumcidetis duricordiam veſtram; id eſt, *non carnem.* ut clavſula poſterior priorem exponat. Theodoretus, *in Devt. q. 7. Atqi licet minimè eſſent circumciſi, non præcipit ut circumciderent præputium, ſed duritiem cordis & cervicem duram. ſiqidem longè præſtantior eſt circumciſio cordis.* Et, *in Jer. 4.* Docet apertè Circumciſionem *apparentem latentis eſſe figuram, & ſi abſit interior, ſuperfluam eſſe corpoream.* Ambroſius, Epiſt. 73. *Litera occidens exiguam corporis portionem, Spiritus intelligens Circumciſionem totius animæ corporiſqe cuſtodit, ut ſuperfluis amputatis i. e. peccatis avaritiæ libidiniſqe vitiis, frugalitas diligatur, & caſtimonia teneatur*, &c. Videatur idem, *de Abr. l. 1. c. 4. & l. 2. c. 10.* Hugo Cardinalis *in Devt.* 10. Circumcidite præputia cordis veſtri. *i. e. omnem malam voluntatem, & ſuperfluas cogitationes, ut Jer. 4. 4.* Lyra, *ibidem* circ. præp. c. 5. *omnem malam cogitationem & voluntatem avferendo.* Tremellius & Junius, *Tollite qicqid divinæ voluntati repugnat.* Pari modo exponunt Lutherus, Zvinglius, Oecolampadius, Oleaſtrius, Vatablus, Stevchus, Volphius, Strigelius, Bullingerus, Gvalterus, Piſcator, &c.

2. Fateor interim utramqe hanc ſimul conjunctam eſſe, nec à ſe invicem unqam diſjungi, qod Reverendus tamen Epiſcopus Sariſburienſis in *Epiſt.* ad te datâ nevtiqam concedit. nec inficias iverim, utramqe Circumciſionis ritu *obſignari*: (ita malim qam *deſignari* dixiſſe) qia fœdus ſive pactum hanc etiam includit. ſed illam potiſſimùm (qid ſi, *duntaxat*, dixerim?) eâ adumbratam & repræſentatam exiſtimem. qod & Urſinus etiam agnoſcit.

Teſtimonia qod attinet, hoc qod jam dixi, voluiſſe videntur, unâ cum Circumciſione internâ, qæ hominis renovatione internâ conſtat, conferri ſimul reatus omnis remiſſionem; in qo ego illis lubentiſſimè calculum do meum; qum Apoſtolus id apertiſſimè nos doceat, Coloſ. 2. 11-13. nec qicqam ferè amplius avt Chryſoſtomus, avt Calvinus: ſiqidem nec Calvinus *Circumciſionis internæ duas* eſſe *partes* dixit, ſed externæ, prout & *Baptiſmi, partes* eſſe *utramqe hanc teſtari.*

Urſino verò altercationis æſtu abrepto, minùs cavtè, avt etiam piè dicta excidere iſtic nonnulla, qæ ſuppreſſa à te potius optarim, cum reverâ nec defendi poſſint, nec cavſſam tuam juvent, ſed lædant potius; uti in ſeqentibus, ubi de eis ulterius dicendi occaſio dabitur, indicandi locus futurus eſt.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Eam avtem [circumciſionem cordis ſpiritualem] ſemper

cum circumcisione externa collatam fuisse parvulis, & per eam exhibitam semper, ex istis locis vel inde colligitur, quod Circumcisio erat Sacramentum minimè fallax aut ludificatorium, sed veraciter & infallibiliter exhibitivum remissionis originalis reatus parvulis, nullum impedimentum apponentibus, aut apponere valentibus.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Qod tam in calce præcedentis, qam & in præsentis paragraphi corpore, *ex his locis, colligi & constare* dicitur.

1. *In Circumcisione cordis spirituali contineri originalis reatus remissionem.*

2. *Hanc semper una cum Circumcisione externa parvulis collatam.*

De nevtrius enunciati veritatê, ex locis illis constat; etiamsi hoc dicerent, qod tu illos vis dixisse. constaret duntaxat hoc ab illis esse dictum, qod tu statuis.

Cæterum de priore, dixerint necne, nolim cum illis rem disceptare: qomodò nec cum Pontificiis, qod *Justificationis* nomine, tam *renovationem animi*, qam *remissionem peccati* comprehendere consveverunt, cum de re ipsa utrobiqe conveniat, utramqe hanc uti in *justificato*, sic & in interius circumciso unoqoqe concurrere, nec alteram unqam ab altera dissitam esse: qanqam de vocabuli notione ab utrisqe discedam, & in ea sic sumenda errare existimem.

De posteriori, etiamsi illi dicerent, qod tamen nec Calvinus, nec Chrysostomus dicit, non possem illis assentiri; cum & rem ipsam veritati, & rationem adjectam pietati, minùs consentaneam existimem. Siqidem, *eam cordis circumcisionem, qa in Spiritus renovatione & reatus remissione consistit*, (nam utramqe voce illâ comprehendi asseritur, & de illa cumprimis liqido constat) *cum externa circumcisione in parvulis semper fuisse conjunctam*, qia alioqi *signum fallax esset ac ludificatorium*; qicqid Ursinus vel asserat, vel asserere videatur, consequentiam justam nullam penitus habet. Potest enim signum verax esse, qod pactum de beneficio aliqo in posterum vel absolutè, vel sub conditione præstando initum obsignet, ut sæpius jam dictum est. Videantur Reverendus Episcopus Sarisburiensis suprà *Sect.* 1. *Num.* 2. *ad Arg.* 2. *enunc.* 5. *memb.* 1. *art.* 2. & Chamierus *ibidem ad enunc.* 7. *art.* 1. Certè non *ludificatur*, aut *histrioniam exercet*, sed *veraciter agit*, qi de beneficio futuro, sive absolutè promisso, sive sub conditione præstando, pactum alicui bonâ fide obsignat, etiamsi impræsentiarum promissorum pactorumqe nihil actu præstetur aut exhibeatur. Nemo sigillum regium de beneficio istiusmodi in futurum conferendo, signum fallax, *histrionicum* & *ludificatorium*, sine regiæ majestatis contumeliâ insigni nec ferendâ dixerit, qia impræsentiarum nihil exhibetur, imò etiamsi conditionis à parte alterâ non præstitæ ratione nihil unqam exhibeatur. Videantur qæ supra, *Sect.* 1. *Num.* 2. *ad Arg.* 6. *Resp.* 2 *replic.* 4. habentur. Videatur & qid Ursinus ipse suprà, Sect. 1. Num. 3. ad resp. 1. replic. 5. allatus. Huc forsan duntaxat Ursinus hîc voluit, *Signum verax in infantibus istud non fore, nisi & infantium corda Deus circumcidat.* qod nec ipse, nec orthodoxus (puto) qisqam negaverit. Cæterum ni hoc ipsum in actu ipso infantium circumcidendi, imò, ut ipse contendis, perpetuò tunc fiat, *vanum Deum & mendacem esse, ludere & histrionem agere* qi dixerit, impietatis, ac blasphemiæ horrendæ reus jure merito censeatur. nec à notâ istâ immunis ageret, etiam se judice, Ursinus ipse, hoc si diceret, qi eodem loco contendit, *non omnes qi circumcidebantur foris, etiam intus à Deo circumcisos fuisse.* sed & in verbis ipsis à te adductis, à beneficio hoc excludit reprobos omnes: ut in istis saltem omnibus hoc nevtiqam præstetur. Ecqis tamen in horum circumcisione *veracem esse Deum* negaverit? ecqis avt Circumcisionem, avt Baptismum in talibus *signum fallax, histrionicum, ludificatorium* citra impietatis insignis notam dixerit? Ursinus itaqe utinam avt consideratius cavtiusqe locutus fuisset, avt mentem suam plenius planiusqe explicasset.

2. De Circumcisionis efficacia nostri pleriqe qid sentiant, ostensum est supra, *Sect.* 1. *Num.* 2. *ad Arg.* 11. *replic.* 2. *de locut.* 1. & *replic.* 5. *de formul. eadem.* qibus & veterum consensum hîc adjicere non abs re fuerit. Purgandi itaqe justificandiqe vim ac virtutem istam Patres antiqi Circumcisioni passim derogant, distingvendi, designandi, obsignandi duntaxat usum eidem tribuunt. Justinus, *disput. cum Tryph. Abraham in præputio existens justificatus est ex fide; circumcisionem avtem in signum, non in justitiam accepit; qemadmodum & Scriptura & res ipsa agnoscere nos cogunt.* Irenæus, *adv. Valent. l.* 4. *c.* 30. *Qoniam circumcisionem, non tanqam consummatricem justitiæ, sed in signo eam dedit Deus, — ut cognoscibile perseveret genus Abrahæ, ex ipsa Scriptura discimus. Gen.* 17. 11. *Hoc idem & de Sabbatis ad Mosem Deus Exo.* 31. 13. *& Ezechiel* 20. 20. *In signo ergò data sunt. non avtem sine symbolo erant signa. i. sine argumento, neqe otiosa. — sed carnalis circumcisio præfigurabat spiritualem. Jer.* 4. Col. 2. Et mox; *Qia per hoc non justificabatur homo, ostendit, qod Abraham sine circumcisione credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Tertullianus, *adv. Jud. Circumcisionem purgare*, havd semel negat: *datam in figuram, non in salutem; in salutis figuram, non medelam*, asserit havd semel. Athanasius, *synops. sacr. Scr. Circumcisionem Abraham postqam est justificatus accepit in carne, ut signum esset posteris ex ipso secundum carnem nascituris, qod defutura esset, qando gentes fierent filii Abraham, inciperentqe vivere secundum fidem Abraham, ex qa ille justificatus est cum in præputio adhuc existeret.* Idem, *serm. de sab. & circ. Ubi jam crediderat, circumcisionem accepit, pro nota regenerationis ejus, qa per Baptismum existit.* Et mox: *Erat circumcisio signum, lavacrum regenerationis illud, qod eo signo designabatur.* Hieronymus, *in Gal.* 3. *Ante circumcisionem Deo placuit, & circumcisionem in signum fidei prioris accepit.* Et mox: *Genus Israëliticum circumcisionis cavterio denotavit, ut viventes inter Ægyptios & Assyrios hoc signaculo designarentur.* Tum, de circumcisione à Jesu Nunidâ repetitâ, *Significat à D. N. J. C. spirituali circumcisione credentes esse mundandos.* Chrysostomus, *in Gen. hom.* 40. *Ne gentibus commiscerent se, — circumcisionem signi gratia justo præcipit.* Et mox: *Nunqid ad animi libertatem confert carnis depositio? non avdierunt Deum manifestè dicentem*, erit in signum fœderis? — *Ex rebus ipsis discamus, nihil id animæ conducere, sed signi gratia fieri. pueri enim immaturi, qid ageretur ignari, qam inde in anima sua utilitatem accipere poterant?* Et rursus; *Ut doceat & illos & nos omnes, qare ut esset assignatus sibi peculiaris populus*, Erit, *inqit*, in signum pacti inter me & vos. Idem, *in Rom. hom.* 8. *Si præputiatus adhuc justificatus est, qa cavssa introducta est circumcisio?* Signum, *inqit*, accepit & sigillum justitiæ fidei, qæ illi inerat in præputio. Et post: *Donec fides accesserat, non est justificatus. vides præputium non obstitisse, qo minus præputiatus adhuc justificaretur. fide igitur posterior est circumcisio, — & ipsa etiam longè inferior, qanto signum re ipsa cujus est signum inferius est.* Ibidem. *Venerandum qiddam est circumcisio, qia justitiam prædicat.* Chrysostomi vestigiis insistit Theodoretus, *in Gen. qæst.* 67. & *in Rom.* 4. Theophylactus itidem & Oecumenius, *ibidem.* Procopius, *in Gen.* 17. *Ne qis arbitretur Circumcisionem esse fœdus ipsum, sed signum fœderis & sigillum, ut Apostolus docet. Qod est illud fœdus? qod sit Abrahamo & semini ejus Deus. illud fœdus sive testamentum hoc qasi sigillo confirmatum & obsignatum erat.* Ambrosius, sive qisqis is est, *in Rom.* 4. *Circumcisio signum est tantùm, qod accipiebant filii Abrahæ, ut scirentur ejus filii esse, & ut æmuli essent paternæ fidei.* Et mox: *Neqe enim adhuc erat circumcisio, cum promissio facta est Abrahæ credenti.* Idem, in Rom. 15. *Circumcisio carnis data est in figuram circumcisionis cordis, — cujus minister Christus est.* Videndus idem, *præfat. ad Gal.* Disertè Avgustinus, *ad*

ad Hieron. Ep. 19. Sacramenta veterum homines non juſtificaſſe, ſed gratiam qâ juſtificamur, prænunciaſſe. Appoſitiſſimè deniqe, *in Num. q. 25.* (qod tam de noſtris, qam de illis verum eſt) *Si per ſe attendantur Sacramenta vetera, nullo pacto poſſunt mederi. ſi avtem res ipſa qarum hac ſacramenta ſunt, inqirantur, in eis inveniri poterit purgatio peccatorum.*

Qod ſi qæratur, cur hac in parte ſeqar Veteres illos, qos tamen ibi deſeram, ubi Baptiſmo iſta deferre videntur, qæ Circumciſioni derogant; Reſpondeo, qia rationes ſolidas è Scripturis ſacris mutuatas, qæ id qod aſſerunt hac in parte evincant, afferre mihi videantur. Nec iſti avtem, nec noſtri illi, qi ſuperius adducti ſunt; avt *inane*, avt *otioſum*, nedum *fallax*, *biſtrionicum & ludificatorium ſignum*, idcirco ritum illum reputabant.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 14.

3. Non veroſimile videtur remedium aliqod iſtiuſmodi ſexui alteri conceſſum, vel à ſexu potius altero reqiſitum, qod ſexui alteri, vel negatum, vel remiſſum fuerit; avt ad reatus ſolutionem non valuiſſe maſculis, qod in ſexu ſeqiori ſufficiebat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Æqè veriſimile videtur remedium aliqod iſtiuſmodi ſexui alteri conceſſum, vel à ſexu potius altero neceſſariò reqiſitum ad reatus ſolutionem, qod ſexui alteri, vel negatum, vel remiſſum fuerit; atqe ad reatus ſolutionis ſignificationem avt obſignationem. Tu verò largiris Circumciſionem conceſſam fuiſſe, imò neceſſario reqiſitam, ſaltem neceſſitate præcepti ad ſignificandam & obſignandam ſolutionem reatus ſolis maribus: qidni & ergo pari jure ad ſolutionem reatus etiam in ſolis maribus?

Porrò, eqe veriſimile eſt ad reatus ſolutionem non valuiſſe in maſculis, qod in fœminis ſufficiebat; atqe ad reatus ſolutionis ſignificationem & obſignationem non valuiſſe in maſculis qod ſufficiebat fœmellis. qod tamen poſterius neceſſe eſt, ut tu fatearis. Qidni igitur & prius illud nobis largiare?

Mitto remedium, ſive ad ſolutionem reatus, ſive ad ejuſdem obſignationem, non abſolutè negatum, avt remiſſum fuiſſe fœminis: qin potius ſuo modo communicatum fuiſſe, cum ipſæ fœmellæ cenſebantur circumciſæ in patribus circumciſis, à qibus prognatæ ſunt. qod Theologi, ut ſatis noſti, colligunt, ex Exod. 12. 48. Gen. 34. 14. & aliis nonnullis locis. Vid. Urſin. Tract. Theol. p. 607. 615.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At 1um. qod attinet, havd pariter veroſimile videtur.

Nam 1. fœderis obſignatio alterius vice, & in alterius etiam uſum fieri poteſt. Nehem. 9. 38. & 10. 28. 29. At beneficium ipſum ex fœdere conferendum ab altero percipi in uſum fructumqe alterius non poteſt. Obſignatur diploma, qo civitatis alicujus privilegia continentur, traditurqe ſigillo regio communitum, in Prætoris avt Senatorum qorundam manus, apud qos ſolos & aſſervatur. at beneficia in diplomate illo conceſſa obſignataqe, in propriâ, qatenus ad ipſum ſpectant, perſonâ, civium qiſqe percipit.

2. Solutionis actus unicus eſt, obſignationis modus multiplex, rituſqe non unus. maribus iſte qidem peculiaris; verum alii fœminis cum maribus communes. Minus ergò *veroſimile*, *ſolutionis* ipſius *remedium* ſolum unicuiqe ordinarium fœminis negatum, qam *ſolutionis obſignandæ* ritum unum è multis, cum alii eiſdem non negarentur. *Qis credat*, inqit Bellarminus, *de effect. Sacr. l. 2. c. 14. Deum dediſſe remedium, qod ſolis maſculis prodeſſet?* Qo eodem argumento, & eodem fine, uſus eſt Irenæus, *adv. Valent. l. 4. c. 30.*

2um. Qod attinet, nec iſtic eadem de cavſſa par ratio utrobiqe videtur.

Nam 1. valebat ad obſignationem in maribus, etiam qod ſufficiebat in fœmellis, etiamſi ampliorem in iſtis obſignationem inſtituere fœderis avtori placuerit.

2. *Solutio* ipſa multo majoris momenti res eſt, qàm *ſolutionis obſignatio.* Citra ullum ergò omninò medium ordinarium, tantum opus in fœminis peractum fuiſſe, cum in ſexu altero medium aliqod ad idem exeqendum neceſſarium ſupponatur, multò minùs eſt veroſimile, qàm ad obſignationem operis ejuſdem ritus utriqe communes in altero ſuffeciſſe, cum alteri tamen ſexui, eiqe eminentiori, ritus alter inſuper adderetur.

Ad 3um. qod *fœminis remedium hoc non abſolutè negatum*, dicitur, *ſed ſuo modo communicatum, cum in patribus circumciſis circumciſæ cenſerentur*; Reſpondeo, *communicatum* forſan dici poſſe, (qatenus *ſigillum* fuerit.) hac ratione, qod ritu iſto fœdus illud obſignaretur, qo & ipſæ, è *ſemine* cum eſſent, comprehendebantur. atqe hoc eſt, qod dicunt, *innuptas cum patribus, nuptas cum maritis connumerari.* ut Petrus Martyr, *ad Gen. 17.* & *ad Rom. 4.* Verùm qatenus remedium, ſive medium, reatus tollendi ſupponitur, non video, qo modo, avt qâ ratione, circumciſio aliena huic vel illi perſonæ in hunc finem efficax potuerit. Imò ſi circumciſio præſentaneam ſemper efficaciam obtinebat, parentis circumciſio reatum filiæ tollet, priuſqam ea in rerum naturâ extiterit. Avdi rationes tuas ſupra, *Sect. 1. Num. 2. propoſ. 2. Arg. 3. Infans qæqe obſtricta reatu naſcitur, ad circumciſionem uſqe in hoc ſtatu conſiſtit, ea accepta reatu ſolvitur.* De maſculis, dices, hoc dictum eſt. Verùm & fœminas pari cum reatu in lucem prodire, negari non poteſt. Et iſtis ergò remedio hoc communicato eſt opus. qando tandem, avt qo modo huic communicabitur? *à patre*, inqis, *communicatum habet ſuo modo.* at qis iſte modus, ego capere non poſſum. Si ideo huic prodeſt ad reatus ſolutionem, qod ſit patre circumciſo prognata, certè ſtatim ab ortu, imò & ante ortum circumciſa cenſebitur, ut nec in pravitate formata ſit, nec in peccato eam mater ediderit, cum circumciſio illa paterna, non partum ſolum ſed prægnatum præceſſerit, & ampliori privilegio cohoneſtabitur ſexus deterior, ab ipſo ſtatim exiſtentiæ ſuæ primordio id beneficii conſecutus, qod ad octavum demum à natalibus ſuis diem præſtolari eo præſtantior jubeatur.

4. Urſinum qod attinet, locis adnotatis nihil aliud dicit, qam, *cum Deo placuiſſet Circumciſionis ritus, ad ſignificandam propaginem humanam immundam, & ſemen ſanctum ex Abrahamo proditurum, per qod alii ſanctificandi eſſent, eum ſexui maſculino imperaſſe, fœmellas in maribus complexum, ita ut illis natas eſſe ex circumciſis pro circumciſione eſſet.* h. e. ut ipſe mox ſe explicat, ex Luc. 13. 16. *ut filiæ Abrahami cenſerentur, nec ad eas minùs qam ad mares privilegia poſterorum Abrahami pertinerent.* Atqe hac ratione facilè ego illi conceſſerim, qod loco altero dixit, *Fœminas in maribus circumciſas fuiſſe.* ſive, qod duriuſculè tamen dictum, *Fœmellas non in ſuis, ſed in marium corporibus, acceptæ circumciſionis fuiſſe participes.* Nihil enim hîc aſſeritur, niſi circumciſis ortas, natalium beneficio, fœderis illius cum ſemine Abrahamio initi, cujus Circumciſio ſignum ac ſigillum fuerat, participes habitas.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 15.

4. Si remedium, vel medium ſaltem reatus tollendi ordinarium Circumciſio ſtatuatur, extraordinario modo ſtatuendum videbitur, peccata piis omnibus remiſſa fuiſſe, qi in eremo per tot annos incircumciſi perſtiterant. At extra ordinem remitti peccata hominibus in Meſſiam credentibus (cum fides ipſa medium ſit, non ordinarium tantum, ſed ſolitarium potius & unicum juſtificationem, & per conſeqens remiſſionem peccatorum adipiſcendi) qi poſſit dici, nullus capio.

SAMUE-

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Respondeo 1. *Parvulis in eremo extraordinario modo remissum fuisse originale peccatum iis, qibus remissum est in infantia; qo modo, te etiam fatente, statuendum videtur, iisdem per tot annos ejusdem remissionis obsignationem factam fuisse.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Si ideo *medio extraordinario remissus* dicitur *infantibus in eremo defunctis reatus originalis, qia citra circumcisionem acceptam remissus*; etiam *extraordinario modo* omnibus tam masculis qam fœmellis parvulis ante eam institutam, fœmellis etiam post institutam pari ratione defunctis remissus dici poterit. qod mihi sanè minus commode dici videtur. qâ enim ratione *modus extraordinarius* dicitur, qi per tot secula, non freqens solum, sed perpetuus etiam fuerit?

2. *Obsignationis rationem aliqam extraordinariam, qæ Circumcisionis vicem infantibus suppleret*, per ea tempora fuisse, nec ego ullus agnosco, nec video qicqam à me positum, qod id possit concludere. Obsignationem solennem hoc ritu fieri usitatam, excludente necessitate, tunc temporis suspensam tantum agnosco. Sed nec eadem est ratio remissionis condonandæ & obsignandæ. Remissionis condonandæ modus unus & idem est, fuitqe per secula à fœdere gratioso inito universa; non modus temporibus seculisve aliis alius, isqe nunc ordinarius, nunc extraordinarius. verum remissionis ejusdem, sive fœderis de ea inter cætera conferenda, obsignandi, modi rituqe pro seculis ac temporibus aliis aliisqe, varii extiterunt; qorum nonnulli ordinarii, nec pavci etiam extraordinarii, merito censentur. Gen. 15. 1. 5--10. Jer. 34. 15. 18. Joan. 3. 14. 15. 1 Cor. 10. 1--4. Ab *obsignatione* itaqe ad *collationem*, sive *condonationem* ipsam, argumentari, forsan minus solidum fuerit.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

2. *Non tamen dicimus, iis qibus illud peccatum non est remissum in infantia, sed in ætate adulta primitùs per fidem in Christum venturum, remissum fuisse extraordinario modo, sed modo ordinario. Dicimus enim adultis, fide ut medio ordinario ex parte nostra, remissum fuisse peccatum originale, qibus ante fidei ingenerationem remissum non est.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Adultos qod attinet; si circumcisio *reatus illius tollendi medium* fuerat *ordinarium*, certè extraordinario modo condonabatur, ubi medium abfuerat.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

3. *Dicimus, probabile esse votum parentum circumcidendi parvulos, qamprimum opportunum esset, & fidem Ecclesiæ, sufficisse parvulis maribus per istud tempus ad peccati originalis remissionem: qia cum essent veluti in perpetua profectione, ignorantes, vel qando castra movenda, vel contra hostes dimicandum esset, non poterant sine gravi incommodo circumcidi. id qod videtur Josua subindicare, Jos. 5. 5. 7. Et vers. 8. dicitur; postqam Josua eos omnes circumcidisset, mansisse eos eodem in loco in castris suis, donec sanarentur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

De *voto parentum*, & *fide Ecclesiæ*, qod subjungitur, etiamsi nullo fundamento mihi niti videatur; qum nusqam appareat, hæc reatus tollendi, avt Christi sangvinem cuiqam eo fine applicandi media fuisse à Deo instituta: nihil hîc opponitur, qo minus *modo extraordinario* reatus sublatus dicatur, ubi *medium tollendi ordinarium* prorsus defuerat.

THOMÆ GATAKERI Replicatio. Num. 16.

Assertum itaqe primum præmissis innixum, *Parvulos omnes baptizatos, in infantia morientes, proculdubiò justificari*, nondum probatum satis videtur.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Anteqam ad assertum primum deventum est, tria præmisi λήμματα, ut viam munirem ad utriusqe assertionis demonstrationem, non ad justam alterutrius assertionis demonstrationem. Non mirum igitur, si prius assertum, licet illis lemmatis aliqo modo innitatur, nondum probatum satis tibi videatur. Tria lemmata erant.

1. *Baptismum institutum fuisse in remedium originalis reatus.*

2. *Baptismum parvulis rite administrari.*

3. *Baptismum institutum fuisse in remedium originalis reatus parvulis.*

Istis præmissis jam qærebatur adhuc an Baptismus institutus fuerit in remedium originalis reatus & ejusdem solutionem omnibus, qibus applicatur; sev, qod eodem recidit, an omnes rite baptizati, sine dubio justificentur. Nos duas assertiones posuimus.

1. *Omnes parvulos rite baptizatos, in infantia morientes, sine dubio justificari.*

2. *Omnes parvulos etiam non electos & finaliter perituros, in infantia rite baptizatos, à reatu originalis peccati in Baptismo liberari. Vides nondum deventum fuisse ad probationem alterutrius assertionis.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Verum esse id, qod dicis, fateor, nec attendisse me satis ad dissertationis propositæ seriem.

2. Veruntamen, in postulatis istis, & in primo præcipuè, eisqe Scripturæ sacræ testimoniis, qibus id confirmatur, Asserti istius firmamentum totum integrumqe consistere, mihi & tunc videbatur, & etiamnum videtur: ut nisi id qod pro certo substratum est, cui fabrica tota innitatur, ejusmodi comprobatum fuerit, *assertum* eo innixum consistere neqeat.

3. *Nondum satis probatum*, qod dixi, disputationi futuræ nihil præjudicat.

4. In disceptatione seqenti (exclusis testimoniis humanis) nihil invenio, qod non in prægressis discussum & (ut mihi qidem videtur) disjectum sit.

SECTIO IV.

SAMUELIS WARDI *Thesis. Num.* 17--23.

Sic Ecclesia Anglicana, in Rituali *suo in* Rubrica, *ubi agitur de dilatione Confirmationis*; Ne qisqam putet ex dilatione Confirmationis qicqam detrimenti pueris accessurum, is certo sciat ex Dei verbo clarum & perspicuum esse, Infantes baptizatos omnia habere ad salutem necessaria, & sine dubio salvari. *Ubi dicitur*, Infantes omnia habere ad salutem necessaria, *intellige*, [*pro statu scilicet parvuli*] & sine dubio salvari, [*scilicet si in statu infantili moriantur.*] *alioqi certum est non salvari multos baptizatos infantes qi ad adultam ætatem perveniunt. Hæc verba prout habentur in nostro* Rituali, *qod jam usu receptum est, verbatim desumuntur ex* Rituali, *qod editum est* Anno 1552. anno Edvardi sexti 5. *Sed in editione priori*, Anno 1549. *qæ extat in* Operibus Anglicanis *Buceri* p. 439. *expressiùs habetur*, Ne qis noxium putet esse pueris dilationem Confirmationis usqe dum adoleverint, is certò sciat ex manifesto verbo Dei, pueros qi

in

in infantia & poſt Baptiſmum & ante Confirmationem moriuntur, ſalvandos eſſe. *Sed & hæc eadem ferè habentur in* Libro Synodali, *edito avtoritate totius* Cleri Anglicani, 1537. *qi inſcribitur*, inſtitutio Chriſtiani hominis, Cap. de Sacramento Confirmationis. Non ejus eſſe neceſſitatis Sacramentorum putandum eſt, qin ſi parvuli baptizati fuerint, & ex hac luce innocentes migraverint ante Confirmationem, certò conſecuturi ſint æternam ſalutem virtute Baptiſmi prius accepti. *Hiſce ſimilia habentur alio libro, titulo etiam* Inſtitutionis Chriſtiani hominis; *qi editus eſt ſexennio poſt avtoritate Henr.* 8. *In* Homiliâ *etiam* de ſalute humani generis, *qa edita eſt primò*, Anno 1547. 1. Edv. 6. *ſic habetur*, Tanta eſt vis ſacrificii Chriſti, ut parvuli baptizati, & in infantiâ ex hac luce migrantes vi hujus ſacrificii abluantur à peccatis, in Dei favorem adducantur, & filii Dei fiant & hæredes cœlorum. *Ex locis citatis juxta doctrinam Eccleſiæ Anglicanæ* ex Dei verbo perſpicuum eſt, *Infantes rite baptizatos omnia habere ad ſalutem neceſſaria (pro illo ſcilicet ſtatu) & ſine dubio (ſi illo ſtatu moriantur) ſalvandos eſſe.* Cum *dicit noſtra Eccleſia*, ex Verbo Dei conſtare de ejuſmodi parvulorum ſalute, *multo magis conſtabit ex ejuſdem ſententia de eorundem juſtificatione in ſolutione reatus originalis peccati; qippe cum ad ſalutem non perveniatur, niſi prævia fuerit ſolutio reatus originalis.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 17.

Sed nec ex *Ritualis noſtri* verbis id evincitur: in qo id tantùm agitur, ut conſtet ſalvos nihilominus fore, qi baptizati fuerint, etiamſi *Confirmationis* ritu non accepto deceſſerint.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Non tantùm in Rituali *noſtro id agitur, ut conſtet ſalvos nihilominus fore qi baptizati fuerint, etiamſi Confirmationis ritu non accepto deceſſerint: ſed aſſeritur pro certo haberi ex verbo Dei parvulis baptizatis nihil deeſſe ad ſalutem neceſſarium, qin indubiè ſalvari, ſi ex hac vita deceſſerint non accepto ritu Confirmationis. Baptiſmi igitur ad ſalutem parvulorum pro illo ſtatu ſufficientia ſimpliciter aſſeritur. Qâ in re ſecuta eſt noſtra* Eccleſia *regulam illam, qam* Fulgentius, de fide ad Petrum, *figit, c.* 30. *Unde certum eſt, ex noſtræ Eccleſiæ ſententia, omnes parvulos baptizatos morientes in infantia ſalvari. Id qod clarè aſſeritur* Homilia de ſalute humani generis, *loco qem nos citavimus*, Tanta eſt vis, &c. *Nititur avtem hac doctrina promiſſione divina, qæ efficax eſt, ad ablutionem originalis peccati parvulis omnibus non ponentibus obicem.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Eſto; *Baptiſmi ſufficientiam ſimpliciter aſſeri.* ecqis enim hoc negat? ſed & citra Baptiſmum per ſe ſufficit ad ſalutem promiſſio, teſte Calvino; cujus verba inferiùs pavlò exhibentur, ex *Antidot. Conc. Trid.* ſeſſ. 6. c. 5. qanqam clarum eſt, ideò iſta inculcari, ne & Confirmatio neceſſaria exiſtimetur.

2. Fulgentius nobis *fidei regulam* non *figit*. eo loco defixam *ſecutam Eccleſiam noſtram* nolim dictam, cum tam horrida ea ſit, ut & Pontificii ipſi, nedum noſtri, ab eâ prorſus abhorreant; utpote qæ ſine Baptiſmate morientes infantes cruciatibus æternis adjudicet. Nam de *promiſſione divina, obiceqe nullo poſito*, ſatis eſt ſupra diſceptatum.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Neqe enim *ex vi Baptiſmi* id uſqam fieri dicitur, niſi qod in *Inſtitutione* illâ, temporibus minùs repurgatis concinnatâ, *virtute Baptiſmi ſalutem conſeqi.*, ab illis dicitur, qibus *Confirmatio Sacramenti* nomine inſignitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

At hoc apertè innuit Eccleſia noſtra, etſi verbis conceptis non exprimat. Qidni igitur cum iis dicamus hoc fieri virtute Baptiſmi inſtrumentaliter & organicè, qo modo & vi ſacrificii Chriſti principaliter. Siqidem Calvinus, Bucerus, & alii ex noſtris Theologis in hunc modum ſæpe loquuntur. Vide Calvinum in Antid. Seſſ. 7. Concil. Trident. cap. de Sacramentis. 4. 5. *Et in* Cap. de Baptiſmo in Can. 5. *Et Bucerum, in* Retractat. in Matth. 3.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Diſertè non dicit; nec ex dictis neceſſariò elicitur.

2. Ubi dicta ipſa non cogunt, ſenſum tribuere, qi ex ſacris Scripturis firmari neqeat, minùs æqum videtur. hoc avtem ſi effectum fuerit, res tota confecta eſt.

3. Qin & Patres illi, qos temporibus minùs repurgatis vixiſſe dixeram, ſi in vivis jam eſſent, forſan ſententiam ſuam ita commodâ lenirent interpretatione, ut nihil aliud & ipſi vellent, qàm qod è noſtris ſaniores qi habentur, etiam hodiè adverſus Pontificios tuentur.

4. Id eo magis mihi probabile videtur, qia *Calvinus* hîc adductus, (nam *Bucerum in Matth.* penes me non habeo) etiam locis iſtic deſignatis, avt uno ſaltem eorum, qæ huc faciant, clariſſimè locutus videatur; idem tamen alibi aliorſum prorſus abire deprehenditur, nihilqe minus ſe velle apertiſſimè profitetur, qàm qod verba illa præ ſe ferre videantur. Inde fortean factum, ut Whitakerus noſter, *de bapt. q. 4. c. 5. Calvinum* dixerit, *etiamſi acerrimo ingenio eſſet, tamen vix inveniſſe qid ſtatueret; nec ſecum qidem per omnia conſtare.* In *Antidot. Conc. Trid. Seſſ. 7. cap. de Sacram. can. 4. Facilè*, inqit, *patior, ut qæ nobis Chriſtus dedit ſalutis adjumenta, eorum uſus neceſſarius dicatur; qandò ſcilicet datur facultas. qanqam ſemper admonendi ſunt fideles, non aliam eſſe cujuſvis ſacramenti neceſſitatem, qam inſtrumentalis cavſſæ, cui neqaqam alliganda eſt Dei virtus.* Verum iſtic adhuc nihil occurrit ad qam pars alterutra impingat. Pergamus. *Ad can. 5. Fatemur non alendæ tantùm, ſed avgendæ qoqe fidei deſtinata eſſe Sacramenta.* Et mox: *Hoc ut clarius intelligant lectores, ſemper memoria repetendum eſt, Sacramenta nihil qam inſtrumentales eſſe conferenda nobis gratia cavſſas, qæ tum demum poſſunt, ſuumqe effectum habent, cum fidei ſerviunt.* cui nempe alendæ avgendæqe deſtinantur. Qæ in diverſum planè concedunt ab eo, qod de *virtute Baptiſmi qoad parvulos* hîc aſſeritur. *Ad Cap. de Bapt. 5.* rotundè loqi reverâ videtur. *Nos Baptiſmum ordinarium Dei inſtrumentum aſſerimus, ad nos lavandos & renovandos, ad ſalutem denique communicandam. Hoc tantùm excipimus, ne manus Dei inſtrumento ſit alligata, qin poſſit per ſe hominum ſalutem efficere. Nam ubi deeſt Baptiſmi facultas, abunde valet ſola Dei promiſſio. Verum hac de re in ſuperiore ſeſſione aliqid dictum eſt.* Age ergò ad ſuperiora illa reſpiciamus, qo Calvinum explicet Calvinus ipſe. *Ad Seſſ. 6. c. 5. de Juſtificat. Verùm infantes à regno Dei arcere libuit, qi ante erepti ſunt ex hac vitâ qàm offerri ad Baptiſmum potuerint. Qaſi verò de nihilo dictum ſit, eos naſci ſanctos, qi ex fidelibus naſcuntur. Imò qo jure eos ad Baptiſmum admittimus, niſi qod promiſſionis ſunt hæredes? Niſi enim jam ante ad eos pertineret vita promiſſio, Baptiſmum profanaret, qiſqis illis daret. Qod ſi Deus in regnum ſuum eos adoptarit, qanta injuria fit promiſſioni, qaſi per ſe ad ſalutem non ſufficiat? Invaluit contraria opinio, fateor. ſed iniqum eſt hominum errore, qamvis diuturno, obrui Dei veritatem. Incluſa eſt infantium ſalus in promiſſione, qa Deus fidelibus teſtatur, ſe fore & illis & ſemini eorum in Deum. Hac ratione ſibi naſci pronunciabat, qi ex Abrahamo ducebant originem. Hujus promiſſionis beneficio recipiuntur ad Baptiſmum, qia cenſentur Eccleſiæ membra. Non à Baptiſmo igitur initium habet eorum ſalus, ſed qæ jam in verbo fundata erat, Baptiſmo obſignatur.* Avdin', qomodo *Baptiſmum inſtrumentum* dixerit

eſſe, *ad nos abluendos, renovandos, ſalutem nobis communicandam*; iſta nimirum *obſignando*? qod ſi in parvulis hoc duntaxat modo, in adultis qanto magis, qi regeniti jam, fideqe imbuti ad ritum iſtum percipiendum accedunt? Vis adhuc clariora? Idem in *Antidot. adv. Cenſur. Faculi. Pariſ. artic.* 1. *Certa & firma fide credendum eſt, Baptiſma omnibus, etiam parvulis, ad ſalutem neceſſarium; & per ipſum dari gratiam ſpiritus, &c. Antidot. Offerri nobis in Baptiſmo ac exhiberi tum remiſſionem peccatorum, tum Spiritus Sancti gratiam pii omnes confitentur. Eo qoqe agnoſcunt opus habere infantes, non tanqam adjumento ad ſalutem neceſſario, ſed tanqam ſigillo, ad obſignandam in illis adoptionis gratiam, divinitus ordinato. Sanctos enim fidelium liberos naſci, tradit Pavlus. Et ſane neqaqam illis conveniret Baptiſmus, niſi jam in hac promiſſione ſalus eorum incluſa eſſet*, Ero Deus tuus, & Deus ſeminis tui. *Non enim filii Dei per Baptiſmum fiunt; ſed qia promiſſionis beneficio hæredes ſunt adoptionis, ideò ad Baptiſmum eos admittit Eccleſia. Et ſicut olim Iſraëlitarum liberis, ſi ante diem octavum mortui eſſent, nihil nocebat, qod Circumciſionis ſacramento carerent: ita hodiè modò nulla avt contumacia parentum, avt negligentia intercedat, ſufficit infantibus ad ſalutem ſola promiſſio, qâ in ſocietatem Eccleſiæ ab utero adoptantur. Fit enim Chriſto injuria, ſi imminutam Dei gratiam ejus adventu putemus. Atqi filios ſuos vocabat Deus olim, qicunqe ex Iſraële naſcebantur.* Hinc Malderus, *adv. Synod. Dordrac. c.* 2. *de c.* 1. *art.* 17. §. 2. *Notus eſt is error in noſtri temporis hæreticis, ut Baptiſmo non tribuant efficaciam ſanctificationis, ſed tantùm ſignificationem, inſtar ſigilli confirmationem prius obtenta. Sic volunt fœdere cum Abrahamo & ſemine ejus inito jam ſanctificatos, non niſi in confirmationem & obſignationem beneficii jam prius accepti baptizari*; Calvinus *Inſtit. l.* 4. *c.* 15. Verùm malignè nimis Calvini noſtrorumqe ſententiam recenſet, qi etiam *in futuram fidem pœnitentiamqe baptizari parvulos, gratiamqe Sacramenta, non tantum jam collatam, ſed etiam poſteà conferendam obſignare* contendunt; ut rectè Vorſtius, *adv. Bell. tom.* 3. *contr.* 1. *theſ.* 6. & *contr.* 2. *theſ.* 5. qod & alibi oſtendimus. Qin & mox Malderus idem *ibidem. Qo pertinet & qod mulierem in neceſſitate baptizare non permittunt. Calvinus in Epiſtola qadam: Atqi infans ita privatur ſigno ſalutis, Baptiſmo nempe. Nego tamen illius conditionem coram Deo deteriorem eſſe. qamvis Baptiſmus ſigillum ſit adoptionis noſtræ, inſcripti ſumus tamen in libro vitæ, tum mera gratia Dei noſtri, tum illius promiſſione. Cedò enim qo nomine filii noſtri ſervantur, niſi ex illo verbo*, Ego ſum Deus ſeminis tui. *Ac niſi illud verbum ad eos pertineret, ne ad Baptiſmum qidem admittendi eſſent.* Atqe hæc qidem ego prolixius pavlò, qo Calvini mentem ex ſuis ipſius ſcriptis clarius & dilucidius explicatam & expoſitam darem, ipſumqe piæ memoriæ virum inſignem in partem ſeqiorem hac in cavſſa declinandi ſuſpicione liberarem.

Cæterùm de *Libro Synodali anno* 1537. edito, ex qo nonnulla iſtic urgentur, qod regeſſeram, de interpretatione moderatiore admittenda, præſumptione ſubjecta, *Synodi illius Patres, qi temporibus minus repurgatis vixerant, ſi in vivis forent, ſententiam ſuam interpretatione commodâ aliqâ forſan lenituros*; id jam revocare me, in eoqe ſecus ſentire me nunc, monitos hîc iſta lecturos velim. ſiqidem poſtqam librum illum, qi in manus ſerius inciderat, inſpexeram, *Inſtitutionem* illam fæcibus Pontificiis, eiſqe craſſiſſimis, ſcatere totam deprehendi; ut non magis avtoritatem apud nos ullam obtinere debeat, qam vel Doctoris Papicolæ cujuſqam ſcriptum, vel Conciliabuli alicujus Papiſtici decreta.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 18.

Deinde an non idem dici poteſt de parvulis eis, qi fidelibus orti parentibus, vel in utero, vel ab utero ſtatim, prius expirant qam Baptiſmus commodè haberi poſſit? Nolo enim jam de illis controverſiam movere, qi parentum neglectu lotionis expertes hinc exeunt. qibus tamen fatalem eſſe ſuorum negligentiam mihi ipſe vix perſvaſerim.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Sed nec ego qicqam dubito idem pronunciare de parvulis iis, qi fidelibus orti parentibus vel in utero, vel ab utero prius expirant, qam Baptiſmus commodè haberi poſſit: cum hoc tamen diſcrimine, qod iſtis in caſu neceſſitatis, in qo uſum Sacramenti, non contemtus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit, *qomodo loqitur Avguſtinus de adultis non baptizatis*, l. 4. de bapt. contr. Donatiſt. c. 22. *votum & fides parentum & fides matris Eccleſiæ parvulum Deo conſecrantium & ejus Baptiſmo deſtinantium, ad reatus originalis remiſſionem acceptatur à Deo, & voluntas eorum pro facto reputatur. cum tamen parvulis baptizatis ordinario modo ac medio hujus reatus ſolutio impetretur. Id qod pariter dicendum puto de parvulis, qi parentum neglectu expertes ſunt lotionis. illis enim extraordinarie fidem matris Eccleſiæ ad hujus reatus ſolutionem ſufficere piè credendum eſt, cum intra Eccleſiam naſcantur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At, 1. De hac *ſufficientia parentum matriſqe Eccleſiæ voti fideiqe ad reatus alieni ſolutionem*, nihil mihi videtur in ſcriptis ſacris occurrere, unde poſſit id liqere. Petrus Martyr, *in Rom.* 2. *p.* 68. *Avguſtinus putat ex offerentium avt Eccleſiæ fide ſalutem illis contingere. Scio qidem fidem poſſe impetrare aliqibus gratiam, converſionem, & præclara dona ſpiritualia. Sed ſalus non contingit adultis niſi per propriam fidem, & parvulis per Spiritum & gratiam, qa latenter in eis operatur regenerationem, cujus Baptiſmus eſt externa obſignatio.* Qod ſi in baptizatis verum eſt, in non baptizatis multo magis. Beza, *qæſt. & reſp. part.* 2. §. 126. *Vis ergò aliena. i. parentum fide infantes ſervari? Reſp. Alienam fidem & Sanctorum preces, multis qoqe infidelibus ad mitigandas pœnas prodeſſe; imò etiam ſic poſſe aliqibus fidei donum impetrari docet Savlis converſio, ſi vera eſt eorum ſententia, qi hoc datum eſſe ſcripſerunt Stephani precibus. Neqaqam tamen facilè dixerim qempiam aliena fide ſervari. — qod non minus falſum & abſurdum eſſet, qam ſi dixerim qempiam poſſe aliena anima vivere, avt alterius ſapientia ſapere. Sed hoc qidem verè dixerim, interveniente parentum fide fieri, ut nati vel naſcituri infantes ſancti ſint. i. e. fœdere cenſeantur, ac proinde ſerventur.*

2. Nituntur hæc fundamento illo, *Baptiſmum eſſe medium ordinarium, à Deo eo fine inſtitutum*; qod mihi certè nondum probatum videtur.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Certè Synodus Dordrectana *Cap.* 1. *de Prædeſtin. art.* 17. *Pios parentes de talium electione ad ſalutem vetat dubitare, eo qod fœdere eodem cum parentibus comprehendantur.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Illud Synodi Dordrectana rectiſſimè dicitur, ſi rectè intelligatur, Can. 17. Qandoqidem de voluntate Dei ex verbo ipſius nobis eſt judicandum, qod teſtatur liberos fidelium eſſe ſanctos, non qidem natura, ſed beneficio fœderis gratuiti in qo illi cum parentibus comprehenduntur, pii parentes de electione & ſalute ſuorum liberorum, qos Deus ex hac vita evocat, dubitare non debent. *Liberos fidelium* ſanctos *appellat Apoſtolus*: ſancti *avtem dicuntur* (*interpretante Synodo*) non naturâ, ſed beneficio fœderis gratuiti, in qo illi cum parentibus comprehenduntur. *Sed hoc bifariam intelligi poteſt: vel ratione actualis admiſſionis in fœdus, eo qod ex talibus naſcantur parentibus, ita ut ex qo concepti ſunt. iis originalis reatus remittatur, & reliqa fœderis beneficia impertiantur. vel, ratione fidei, propoſiti, voti parentum, eos Baptiſmo ordinario*

nario medio parvulorum ſaluti inſtituto abluendos deſtinantium. Priori modo liberi fidelium non dicuntur ſancti ſenſu Pavlino: non enim omnes ſunt Iſraël, qi ſunt ex Iſraële; nec omnes filii fidelium ſtatim beneficiorum fœderis ſunt participes. Poſteriori modo ſancti dici poſſunt & ſunt liberi fidelium, qatenus Deus fidem & votum parentum pro ſumma ſua miſericordia imputat parvulo, & pro parvulo acceptat, ubi inevitabili aliqa neceſſitate à Baptiſmo capeſſendo impeditur.

Dici etiam poteſt liberos fidelium dici ſanctos, tum jure natalium, qoad jus & aditum ad capeſſendum Baptiſmum; tum ratione fidei & voti parentum, eos ordinario medio parvulorum ſaluti inſtituto abluendos deſtinantium. Priore ratione diſtingvuntur à filiis infidelium ſenſu Apoſtoli. Vid. Hook. l. 5. ſect. 60. p. 318. Poſteriore cooptantur in communionem Eccleſiæ, & beneficiorum fœderis participes facti, ſi qando neceſſitate inevitabili à Baptiſmo excludantur. Neqe alio modo ſancti ſunt beneficio fœderis gratuiti, avt in eo cum parentibus comprehenduntur.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Ut omittam; 1. illud de *medio ordinario*, qod non conceditur, iſtic paſſim ſupponi.

2. Non tam Baptiſmum à fœdere, qam fœdus à Baptiſmo hac ratione pendere.

Reſpondeo breviter; (qia eadem ſæpius iterata inculcantur) *alio modo* qam hîc ponitur *ſanctos* dici, *fœdereqe una cum parentibus comprehendi:* eodem ſcilicet qo & piorum proles ante legem de circumciſione datam, ſed & poſt eam latam ſoboles *ſancta* fuerat *eodemqe cum parentibus fœdere comprehenſa.* nec ideò *ſanctos* dici, *fœderatoſqe*, qia jus ad Baptiſmum habeant, ſed ideò jus ad Baptiſmum habere, qia *ſancti* jam *fœderatiqe* habeantur. id qod Zvinglius, Calvinus, aliiqe noſtri locis ante citatis, alibiqe paſſim inculcant. qibus Bezam adjicio, *ad Act. Coll. Mompelg. dogm. 11. p. 102. Nec piorum infantibus primus ad ſalutem aditus eſt Baptiſmus, ſed ipſa ex piis parentibus propagatio; & illius fœderis obſignatio per Baptiſmum, non aliunde qam ex vi fidei parentum, ex fœderis formulâ intervenientis oritura.* Et Whitakerum, *de Sacram. q. 4. c. 2. ad rat. 2. reſp. 2. Baptizantur infantes, qia Baptiſmus eſt ſignum fœderis, & ii ſunt in fœdere. dicere avtem illos ſervari, qia ſunt baptizati, nullo fundamento nititur.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 19. 20.

Nam qod *ad ſalutem neceſſaria omnia* parvuli baptizati dicuntur habere, unde & per conſeqens pro juſtificatis habeantur, cum ſalus ſine juſtificatione nulla exiſtat:

1. Id eo fine tantùm dictum videtur, ne ad ſalutem ſic decedentium *Confirmatio* neceſſaria cenſeatur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Negamus eo tantùm fine id dictum videri: ſed porrò Baptiſmi ſufficientia pro illo ſtatu ſimpliciter & abſolutè aſſeritur. Vid. ſupra Reſp. Num. 17.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Et eò nos etiam, ne eadem denuò repetantur, pro replicatione habenda, remittendum ducimus.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 21.

2. Baptiſmus *neceſſarius* noſtris dicitur, *neceſſitate mandati* uti loquuntur, non *neceſſitate medii.* Neceſſitate itaqe mandati deeſt aliqid neceſſarium, ubi deeſt Baptiſmus, ſi commodè potuit haberi: at neceſſitate medii nihil ad ſalutem neceſſarium infantulo deeſt fœdere divino comprehenſo, etiamſi ſine tinctione obierit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Baptiſmus juxta Eccleſiam Anglicanam non ſolum neceſſarius eſt neceſſitate præcepti, ſed & neceſſitate medii ordinarii *parvulis ad ablutionem originalis reatus: unde baptizati infantes dicuntur in* Rubrica omnia habere ad ſalutem neceſſaria; *intellige neceſſitate tum* præcepti, *tum* medii. *Non baptizati etiam fidelium filii non habent omnia media ex ordinatione divina neceſſaria ordinariè, ſed extraordinariè & in caſu duntaxat; Deo in caſu neceſſitatis ſuppeditante, qod abſqe culpa parentum deeſt, pro ſua ſumma benignitate. Cum dicitur ergò,* neceſſitate medii nihil ad ſalutem neceſſarium infantulo deeſſe fœdere divino comprehenſo, etiamſi ſine tinctione obierit; *Eſto, infantulo fœdere divino comprehenſo, ratione voti parentum & fidei Eccleſiæ, nihil deſit neceſſarium in eo caſu, ubi tinctio haberi non poteſt. hoc tamen non impedit, qo minus ordinario jure Baptiſmus dicendus ſit neceſſarius* neceſſitate medii *ordinariè reqiſiti ad tollendum originalem reatum, ubi haberi poteſt; atqe ita deeſſe tali parvulo aliqid neceſſarium neceſſitate medii ordinariè reqiſiti.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At, 1. hoc utrumqe negatur; &, *Baptiſmum eſſe reatui ſolvendo inſtitutum medium ordinarium;* &, *Votum fidemqe, ſive Eccleſiæ, ſive parentum, ad reatus ſolutionem acceptari.*

2. Sed nec intelligo, qænam ſit ibi *neceſſitas medii,* ubi ſine medio illo ullove etiam haberi poſſit ſoleatqe, ad qod conſeqendum medium id neceſſarium perhibetur.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 22.

3. Ad ſalutem neceſſaria ſunt etiam, qæ non ſunt *reatus tollendi media;* ut reſipiſcentia, vitæ ſanctimonia, rituum ſacrorum obſervatio religioſa, &c. qorum qædam tamen non ſunt pari modo, parive gradu neceſſaria. qod de fide fideiqe fructibus obſervat Cajetanus *in Jac. 2.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ais, ad ſalutem etiam neceſſaria ſunt, qæ non ſunt reatus tollendi media; ut reſipiſcentia, &c. *Ego nego reſipiſcentiam non eſſe medium neceſſarium ad reatum tollendum in adultis. Eſt enim medium abſolutè neceſſarium ad diſponendum hominem ad veniam capeſſendam & remiſſionem peccatorum. Id patet ex Act. 2. 38. & 3. 19. & 8. Prius David egit pœnitentiam, qàm Nathan dixit,* Tranſtulit Dominus peccatum tuum. *Utqe peccatum fidelis lapſi non remittitur ante novum actum pœnitentiæ: ita nec peccata primitus non remittuntur nondum juſtificato, niſi anteceſſerit veri nominis pœnitentia. i. e. dolor de offenſâ ob peccata, cum propoſito in poſterum ab iiſdem abſtinendi. Non nego omnia ad ſalutem etiam neceſſaria eſſe, qæ non ſunt reatus tollendi media; ſed dico inter ea qæ* ad ſalutem *dicuntur* neceſſaria *in* Rubrica, *intelligi debere ea qæ tollunt reatum originalem, & ponunt parvulos in ſtatu juſtificationis; hæc enim ſunt abſolutè ad ſalutem neceſſaria.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Non ſeqitur, *reſipiſcentiam eſſe medium reatus tollendi,* etiamſi ſit medium neceſſarium, qo *diſponatur homo ad remiſſionem capeſſendam.* Idem enim de cognitione doctrinæ Evangelicæ, idem de fide dogmaticâ, idem de renovatione interna, de ſpe ſalutari, de timore tam libero qàm & ſervo, de virtutibus theologicis univerſis, qæ ſunt inter ſe connexæ, poteſt enunciari. neqe enim abſqe præviis iſtis, peccata adulto cuiqam avt remiſſa ſunt unqam, avt unqam etiam remittentur. Fidei ſolius iſtud mihi munus peculiare videtur, tum in Chriſtum recumbere, tum ſangvinis ipſius à ſe apprehenſi &

applicati, virtute juſtificandi, reatumqe ſolvendi medium exiſtere. Apoſtolum avdio dicentem, *juſtificari nos fide*: at, *reſipiſcentia noſtra juſtificari nos*, nuſqam lego. qod eſt avtem juſtificandi nos medium, illud duntaxat eſt remiſſionis procuratorium medium propriè ſic dictum, cum remiſſio ſit juſtificationis efficacis conſeqens neceſſarium. Rectè Calvinus *Inſtit. l. 3. c. 3. §. 20. Ubi tamen adnotandum eſt, non eam conditionem ſic poni, qaſi emerendæ veniæ fundamentum noſtra ſit reſipiſcentia; qin potius (qia in hunc finem hominum miſereri ſtatuit Deus ut reſipiſcant) qo ſit tendendum indicat, ſi gratiam obtinere volunt.* Et §. 21. *Qoſcunqe eripere vult Deus ab interitu, hos ſpiritu regenerationis vivificat. non qod pœnitentia ſit ſalutis cavſſa; ſed qia jam viſum eſt, inſeparabilem eſſe à fide & miſericordia Dei.* Et tamen, *ibidem §. 1. Sola fide & mera venia juſtificatur homo.* Optimè certè ipſe utriuſqe hujus, pœnitentiæ nempe & fidei, munus in hoc ſalutis negotio peculiare diſtingvis infra, *Reſponſ. Num. 24.* Verum περὶ φερόντως καὶ λέξεως tantùm iſtic (puto) diſceptatur, de re ipſa ſatis convenit.

2. De *fidelium in peccata lapſorum reatu*, ne novas ſuſcitem controverſias, cum ad præſens inſtitutum parum facere videatur, impræſentiarum nihil differam. Illud duntaxat obiter monitum velim, inter paternam offenſionem remittendam, & mortis æternæ reatum amovendum plurimum intereſſe. qod fortaſſe ſeriò perpenſum, & accuratè diſterminatum, ad Pontificiorum aliorumqe nonnullorum de offenſarum venia à Deo petenda, ut qæ credentibus minùs competat, objecta, viam expeditiorem qàm eſt à noſtris pleriſqe hactenus obſervatum, munierit.

3. Si *abſolutè ad ſalutem neceſſaria* in *Rubrica* intelligantur, & in his *Baptiſmus* etiam contineatur, ut Baptiſmus in parvulis parem habeat neceſſitatem, qam reſipiſcentia in adultis; certè abſoluta Baptiſmi ad ſalutem futura eſt neceſſitas, qæ ſupra negata eſt; nec magis proderit illoto parvulo votum alienum, qàm impœnitenti cuiqam prodeſſe poterit pœnitentia aliena.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 23.

4. De *Juſtificatione* qod dicitur, idem & de Sanctificatione dici poteſt. 2 Theſ. 2. 13. qæ tamen in Baptiſmo data non aſſeritur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Agnoſco, qæ de Juſtificatione parvuli dicuntur, pro modo parvuli intelligi poſſe de Sanctificatione. ſed non neceſſe habui de Sanctificatione qicqam dicere. & qanam ſit illa parvulorum Sanctificatio meritò qæritur à Scholaſticis.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At, 1. Si *pro modo parvuli* eadem de *Sanctificatione* intelligendi copia petatur, detur nobis eadem & qæ de *Juſtificatione* ac *remiſſione reatus* in baptizatis parvulis dicuntur, *pro ſuo modo* intelligendi. eo ſcilicet modo, qo *panem eſſe ſuo modo corpus Chriſti*, & *Sacramentum fidei, ſuo modo fidem*, Avguſtinus olim dixerat.

2. Ex locis ſcripturæ ſacræ pro confirmatione Theſeos adductis, tam iſtam qàm illam ſtatuere neceſſe fuerat.

3. *Scholaſtici* pro libitu more ſuo de dogmatibus ſuis inter ſe digladientur invicem. At qænam ea ſit *ſanctificatio*, regeneratio, interna ſpiritus *renovatio*, qam Spiritus Sanctus Baptiſmo deſignari docet, nulla (opinor) inter ſanos Theologos eſt qæſtio.

SECTIO V.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num. 24.*

Fundamenta avtem hujus Juſtificationis parvulorum tinctorum in tenera illa ætate morientium ſunt certa.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Ex ſuperioribus alia, & ut mihi qidem videntur, *certiora*, probabiliora ſaltem ſtatuuntur *fundamenta*, qibus ſuperſtruatur *parvulorum juſtificatio*, ſive loti exterius, ſive illoti exierint.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Qanam ſint illa, ſive certiora, *avt* probabiliora fundamenta juſtificandi parvulos, *qpio ut fuſius explicentur, nondum enim in ſuperioribus ſatis explicari videntur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Fundamentum qo ea nititur præcipuum eſt fœderis ratio; qo ex pacto divino una cum parentibus comprehendi dicuntur, Gen. 17. 7. Hoc fundamento nituntur noſtri omnes, qos viderim, Theologi. Vide Calvinum, Bezam, &c. ſup. Num. 17. 18. Sed ne ſmgulos recenſendo ſyllabum ſev catalogum Scriptorum contexere velle videar, ſic ipſi *Dordrechtana Synodi* Patres, *Cap. 1. art. 17.* Atqe hæc illis de Baptiſmo, ſi non *certiora, probabiliora* ſaltem meritò dixerim.

1. Qia verbo divino nititur iſtud, in qo ſemini fidelium pollicitatio ſit expreſſa, *fore Deum ſe illis in Deum*, nullâ factâ limitatione, ſive reſtrictione, vel ad circumciſionis, vel ad Baptiſmi perceptionem.

2. Qia fœderis illius virtute, fidelium liberos ſalvos evaſiſſe confiteamur neceſſe eſt, niſi ſi inter fidelium infideliumqe propaginem nullum diſcrimen extitiſſe velimus aſſerere ante pactum illud cum Abrahâ ſolenniter renovatum.

3. Qia fœderis iſtius virtute ſeqioris ſexus prolem piorum ſalutem nactam nemo negat, cum circumciſionis capax non fuerit.

4. Qia fœderis iſtius virtute apud noſtros omnes in conceſſo eſt, tam qi incircumciſi olim defungebantur, qam & qi illoti hodiè hinc demigrant, ſalutem indipiſci. Calvinus *Epiſt. 229. In ſumma, niſi omnia religionis principia evertere libet, fateri neceſſe eſt, non eſſe fundatam in Baptiſmo infantis ſalutem, ſed Baptiſmo tantùm obſignari.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Certa illa ſententia, qa ſtatuit parvulos juſtificari ordinariè vi ſolius fœderis abſqe Sacramento, *non videtur admittenda. Avt enim per* fœdus *intelligit.*

1. *Illam promiſſionem*, Gen. 17. 7. Ero Deus tuus, & ſeminis tui.

2. *Illam Heb. 8. 12. ex Jer. 31. 33. 34.* Indam leges meas mehti eorum, & cordi eorum inſcribam, — & ero propitius iniqitatibus eorum.

3. *Illam, qa Chriſto promittitur*, ſemen longævum. *Eſa. 53. 10. qæ non aliud eſt qam arcanum Dei propoſitum de qibuſdam efficaciter per ſpecialem miſericordiam regenerandis, ſanctificandis & ſalvandis.*

Sed vi nullius horum fœderum abſqe Sacramento ordinariè juſtificantur parvuli.

1. *Si hanc formulam animo concipiam* [Ero Deus tuus & ſeminis tui.] *nego juſtificationem cujuſcunqe ſingularis infantis nondum baptizati in hoc fœdere poſſe fundari.*

1. *Qia hiſce verbis non ſubeſt hæc ſententia*, Filii omnes fidelium ſive Chriſtianorum erunt juſtificati; *ſed*, Filii omniuum fidelium, ſive confœderatorum erunt ejuſdem fœderis participes. *Jus habebunt confœderatorum liberi ad eandem confœderationem & beneficia inde pendentia, ſed eo modo & illis conditionibus, qibus Deo viſum eſt ea eſſe derivanda.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Nihil ferè potuit explicatius dici, niſi qod *ad confœderationem*

rationem eandem jus habituros dicit eos, qos Deus diſertè confœderatione illa comprehendit. Iſte (opinor) revera ſenſus eſt genuinus promiſſionis illius: *Confœderatorum filii omnes, erunt fœderis iſtius quod ego tecum nunc ineo, participes, juſqe habebuntur ad beneficia omnia inde pendentia, ſed eo modo & illis conditionibus ad eos derivata, qibus mihi viſum eſt ea eſſe derivanda.* At qinam tandem modi illi? per fidem nempe in Meſſiam, ſi ad annos maturiores adoleverint, per arcanam Spiritus Sancti operationem, ſi parvuli adhuc diem obierint.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. *Conſtat ex confœderatis verè fidelibus & juſtificatis parentibus naſci ſæpenumero liberos, qi ad reproborum & damnandorum gregem ſunt ablegandi: tales autem beneficio ſolius fœderis fuiſſe unqam juſtificatos non admittent.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Excipi poterat, ex *theſi* hic poſitâ fieri poſſe, ut *juſtificati qi fuerint, reprobi tamen ſint.* itaqe infirmam eſſe conſeqentiam, *ideò qia reprobi ſint, juſtificatos non fuiſſe.* De qo videndus Malderus, etiamſi alio torqeat Synodi verba, longiuſqe forſan qam ipſi voluerint producat, *adv. Synod. Dordrech. c. 2. §. 3.*

2. Sed reſpondeo, eos, ſi poſtqam adoleverint, in Meſſiam non crediderint, fœderis beneficio ſuapte culpa excidere, nec verò juſtificatos omninò unqam fuiſſe.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

3. *Si juſtificationem parvulorum à ſolo fœdere cum parentibus inito arceſſant, nulla ratio aſſignari poteſt, cur non promiſcuè & univerſim juſtificentur parvuli omnes ante Baptiſmum, ſive morituri ſint in ſtatu parvulorum, ſive non. Nihil enim facit, ad immutandam fœderis efficaciam, contractior aut productior vita illorum, qi naſcuntur in fœdere.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Ratio poteſt aſſignari ex tuis ipſius dictis ratione primâ, qia *dat jus ad beneficia eo modo, ad illos derivanda*, qem Deus in fœdere ſuo ſanciverat: de qo modo & ibidem dictum eſt, cum qoad adultos, tum qoad parvulos in infantia morientes.

2. Etiamſi *vita contractior productiorve fœderis efficaciam non immutet*; tamen per vitam productiorem fieri poteſt, ut ſuopte vitio qis beneficio careat, qo alioqi fœderis virtute frui licebat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

4. *Promiſſio illa Gen. 17. 7.* Ero Deus tuus, & ſeminis tui; *non eſt abſoluta, ſed conditionalis, facta ſub conditione obſervatæ Circumciſionis, qa eſt ordinarium medium remiſſionis originalis reatus. Proinde verſ. 10. ſubjicit Deus*; Hoc eſt pactum meum, qod obſervabitis inter me & te & ſemen tuum poſt te; Circumcidetur ex vobis omnis maſculus. *Ergò non niſi poſita conditione iſta qicqam ponit ineſſe, niſi in caſu ubi haberi non poteſt. Ergò vi ſolius hujus promiſſionis, ſemoto Sacramento, non juſtificabantur ordinariè parvuli Judæorum.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Aliud eſt *promiſſio*, ſev, *fœdus* ipſum, aliud *promiſſionis* ſive *fœderis ſigillum* & obſignationes. Fœdus, ſive promiſſio, ab initio per univerſa deinceps ſecula idem fuit, de ſalute per fidem in Chriſtum exhibenda. Fœderis ſive promiſſionis hujuſce obſignationes & ſigilla, per ſingulas ætates varia ac diverſa fuerunt. Promiſſionis autem ſive fœderis virtute, per fidem in Chriſtum juſtificabantur & ſervabantur, qotqot ſingulis ſeculis ea conſeqebantur beneficia. Act. 15. 11. non autem rituum obſignatoriorum, ſive ſigillorum perceptorum vi, niſi qatenus ea juſtitiam ac ſalutem promiſſionis fœderiſqe virtute, vel adeptam jam, vel adipiſcendam obſignabant. Neqe enim nova aliqa virtute, ac non priſca priſtinaqe fœderis ac promiſſionis efficacia juſtificabantur & ſervabantur, qi poſt circumciſionem imperatam vixerunt, qâ & illi qi ante defuncti fuerant. Qà de re videri poſſunt, Juſtinus, diſput. cum Tryph. *p.* 44. Irenæus, *adv. Valent. l. 4. c. 30.* Tertullianus, *adv. Jud. 6. 3. & c. 6.* Cyprianus, *adv. Jud. l. 1. c. 8.* Chryſoſtomus, *ad Rom. Homil. 8.* aliiqe Veteres ſupra adducti, *Sect. 3. Num. 13. ad Reſp. ult. Replic. noviſſ.* Abſurdum itaqe Malderi illud. *adv. Synod. Dordrech. c. 2. de c. 1. art. 17. §. 10. qod fœdus* dicit *in Circumciſionis Sacramento fundatum eſſe.* qaſi diceret qiſpiam, regiam veniæ fundive donationem in diplomate, ſive in ſigillo diplomati appenſo, fundari.

2. Verum *addita eſt Circumciſionis conditio, qa niſi ſervata promiſſio nihil ponit ineſſe.* Scilicet ergò non meliori, ſed deteriori conditione facti fuerint fideles ex novis fœderis gratioſi obſignationibus, & ex expreſſionum amplificatione, beneficiorum ipſorum ampliatio & dilatio oriretur: ut qi ante Circumciſionis ſigillum adjectum à nativitate ſtatim ipſa in fœdere cenſebantur, deinceps uſqe ad diem octavum fœderati nevtiqam cenſerentur. Ne adjiciam de ſeqiore ſexu hærendum & ambigendum eſſe, qonam tandem tempore in ſemine fœderato deberent cenſeri, ſi ad Circumciſionem jam confœderatio reſtricta fuerit, cujus capaces non fuerunt illæ.

3. *Circumciſio* enim qod *pactum* dicitur, de eo ſuprà abundè diſſertatum eſt, *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 11. Replic. memb. 2.* Ibi diſſertatis adjici poſſunt, qæ Muſculus habet, *ad Gen. 17. part. 2. obſerv. 3.* & Whitakerus, *de bapt. q. 2. c. 3. teſt. 1. ad 3^um. reſp. 1. Si Baptiſmus tunc neceſſarius fuit,* (cum priùs non fuiſſet) *tum Chriſtus viam ad cœlum arctiorem feciſſet, ſi omnes per aqam Baptiſmi ad ſalutem tranſire debeant. At hoc inſanum. Chriſtus enim viam ad cœlum dilatavit. Regenerari verò ſemper neceſſarium fuit.* Inſtantiis nunc tantùm qibuſdam, tum *diſſertationem* illam, tum & *replicationem* iſtam clariorem facere conabimur. Fœdus Deo viſum eſt cum Abrahâ renovare, promiſſionibus priùs factis denuò repetitis. Gen. 15. 1. 5. fœderis promiſſionibus fidem adhibendo juſtificatus Abraham perhibetur. ibidem verſ. 6. Ad promiſſionum obſignationem Symbolum poſcit: qod & poſcenti exhibetur. Verſ. 9--17. Eo facto Deus fœdus ſive pactum cum Abrahâ iniiſſe dicitur. Verſ. 18. Qæro jam fœderiſne virtute, fideqe promiſſionibus adhibitâ juſtificatus ſit Abraham, an ſacrificii rituſqe illius virtute, qod ſigilli vice fœdus initum obſignabat. Reſpondebit utriuſqe nomine Apoſtolus, promiſſionis fideiqe nomine juſtificatum, non avt ſymboli illius, avt Circumciſionis etiam ipſius. Rom. 4. 3. 10. 11. 13. 16. 21. 22. Ad hæc qando fœdus idem cum populo Iſraëlitico Deo placuit renovare, Exod. 19. 5. &. 24. 8. & 34. 10. alios ritus adjecit, obſervandoſqe præcepit, additâ inſuper horum violatoribus internecionis & exterminii interminatione. Exod. 12. 19. Lev. 7. 20. 21. 25. 27. Num. 7. 13. & 19. 13. 20. Hujus generis fuerunt lotiones illæ in lege imperatæ, victimarum immolatio, ſolennitas paſchalis, cum cæteris illis, de qibus pactum initum cum populo illo Deus ipſe aſſeverat, Exod. 34. 27. *In hæc verba pactum cum hoc populo confeci.* ubi ſuperiora illa qædam recenſuiſſet. unde & victimis illis adſperſum ſal, *pacti*, ſive, *fœderis divini ſal* dicitur. Lev. 2. 13. Num ergò, qia ritus iſti ſunt fœderi gratioſo adjecti, deqe iis obſervandis pactum qaſi ſecundarium eſt initum, iſtarum idcircò obſervationum virtute, an fœderis ipſius, cui obſignando ea inſerviebant, juſtificationem adipiſcebantur illius ſeculi fideles? avt *promiſſio divina*, qia ſub iſtorum obſervatione conſtanti facta eſt, *nihil ponebat ineſſe*, donec Paſchalis (puta) ſolennitas peracta, avt Pentecoſtes feſtivitas fuiſſet celebrata? avt eouſqe, non dico, confœderatio ipſa dilata, ſed juſtificatio etiam in

Messiam exhibendum credenti suspensa, donec omnia ista cum Deo pacta ad extremum usque apicem præstita fuissent? nullus, credo, nisi si Judæus forsan aliqis, hoc dixerit. De *Sabbato* ipso qid Dominus ipse? Exod. 31. 13--18. *Pro signo dari, qod ipse sanctificet populum illum, ex pacto perpetuo, ab omni* (utriusqe sexus) *anima, sub excisionis pœna, præcisè observanda.* de qo videatur Irenæus, *l.* 4. *c.* 30. suprà adductus, *Sect.* 3. ad finem *Num.* 13. Ecqid amplius de *Circumcisione* avt dictum est, avt dici potuit? Nemo tamen, opinor, avt Sabbati observati virtute populum illum sanctificatum, avt etiam populi illius sanctificationem ad diei septimi usque suâ tempestate reapse tunc exhibendam sanctificationem suspensam fuisse dixerit. Christus deniqe Marc. 16. 16. *Qicunqe crediderit & baptizatus fuerit, servabitur.* En promissionem conditionatam, datam sub conditione Baptismi percipiendi. Num ergò in Christum jam credentis justificatio suspenditur, donec aqâ tinctus fuerit, qi jam verè crediderit? non opinor. At verè credens, dices, Baptismi percipiendi votum saltem habet. habet revera, si probè saltem edoctus fuerit de ritus illius, ratione præcepti, necessitate percipiendi. Verùm habet & Evcharistiæ, cujus *poculum* qoqe fœdus ipsum dicitur, Luc. 22. 22. ubi commodum fuerit, percipiendi. habet & novæ obedientiæ per vitam totam præstandæ. Nemo tamen, puto, Theologus, sanus saltem, avt fidelis justificationem, usqe ad Evcharistiam perceptam, obedientiamqe illam præstitam suspendi, avt harum vel utriusqe, vel alterutrius etiam, ac non fidei promissionisqe solius vi atqe virtute remissionem peccatorum consecutum ipsum asseruerit. Proinde parum valere videtur seqela hæc, *Circumcisionis conditio est fœderi annexa: ergò ante eam perceptam non erant confœderati*; avt, *nisi ea percepta promissio nihil ponebat inesse*; avt etiam, *hujus, non fœderis ac promissionis solius vi atqe virtute justificationem nanciscebantur.*

4. Nam qod adjicitur, *conditionem de ritu isto percipiendo eo fine fœderi adjunctam, qo id ordinarium remedium reatus originalis solvendi existeret*; id nec in textu reperitur, nec probatum adhuc videtur, cum huic tamen totius fabricæ istius moles integra innitatur. In sententiam nostram hanc Beza, *ad Act. Coll. Mompelg. dogm.* 11. *p.* 132. *Dico magnum esse discrimen inter ipsum salutis fœdus, & sigilla ipsi fœderi ad ejus promissionem in animis credentium certiore fide obsignandam adjuncta — Fœderis enim ipsius pactum tale est, ut nullam exceptionem penitùs admittat, & vel eo comprehendi, vel perire necesse sit, citra ullam vel personarum, vel locorum, vel temporum distinctionem. Nam extra Christum, qi veluti substantia est istius fœderis, nulla prorsus est salus. Christus avtem ex fœderis formula solis credentibus applicatur. Itaqe stat illud Christi dictum, nullam prorsus necessitatis excusationem admittens,* Qi non crediderit, damnabitur. — *Sacramenta verò cum sint illius salutaris fœderis appendices, qibus propriè neqe Deus sese ad nos servandos obligat, neqe nos jus illud vitæ æternæ adipiscimur; sed fidei nostræ antegredientis sint & apud nos & apud Ecclesiam adminicula, cui tum jam anteà Deus sese obligavit, & nos vicissim ejus gratiam recepimus, crescente sic fide, in nobis magis ac magis obsignandam: Consequitur, non simpliciter, ut de fœdere ipso diximus, Sacramentorum usum & perceptionem divinitus præcipi, sed qatenus ejus legitimè potiundi adminiculi copiam & potestatem facit Deus. qemadmodum in contractibus humanis obligatio ex pactis conventis nascitur. instrumentum verò contractus, tabellionis subscriptio, testium nomina, sigilli publici appensio, confirmationis tantùm cavssa adhibentur; qæ non adeò necessariò requiruntur, qin firmus etiam absqe illis maneat contractus ex mutuo partium consensu; vel dissentiente qoqe unâ parte * forsan [non] infirmetur, si modò ullâ ratione communibus illis & ordinariis testimoniis de ipso contractu liqeat.* & qæ sequntur.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

5. *Ex hac promissione,* Ero Deus tuus, & seminis tui. *facta posteris Abrahæ & semini suo, hortatur Petrus Judæos credentes, Act.* 2. 39. *ut liberos suos sistant baptizandos. Ergò supponit Petrus parvulos eorum ante Baptismum re ipsa susceptum non fuisse in fœdere actu comprehensos, nec peccata habuisse remissa ex prima conceptione, sed tum demum, cum baptizati essent in remissionem peccatorum.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Etiamsi de loco isto supra satis dictum videatur, *Sect.* 1. *Num.* 2. *ad Arg.* 1. *Assump. firm. locut.* 1. & *Sect.* 2. *Num.* 4. *ad Loc.* 1. pavcis tamen denuò sic respondeo.

1. *Hortari Apostolum, ex hac promissione, ut liberos sistant baptizandos,* non legitur.

2. Etiamsi daretur, consequentia tamen infirma esset; *ergò in fœdere actu non comprehensos fuisse ante Baptismum.* Cum ideò potius (qod ex Calvino supra adduximus) baptizandi sint, qia fœdere sunt comprehensi.

3. *Fœdere actu comprehendi fidelium liberos,* non video, qî possit ab eo negari, qi *cum toto genere humano initum fœdus gratiæ* supponit. *Num.* 31.

4. *Ex prima conceptione peccata remissa habuisse,* non necesse est asserere eos, qi fœdere etiam tum comprehendi existimant. Peccatorum condonatio suo tempore salvandis qibusqe exhibenda apud Deum ab æternitate omni decernebatur, apud homines ipsos salvandos tum demum transigitur, applicato, cujus merito id effectum datur, Christi sangvine, ubi Spiritus ope operaqe vel fides, ipsa in adultis, vel qod fidei est analogum in infantibus producitur. Justificatio siqidem & renovatio interna perpetuò sunt ex dispositione divina sibi invicem connexa.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

II. *Si per* fœdus *intelligant cum fidelibus initum fœdus de semine illorum efficaciter regenerando, sanctificando, & salvando, ad qod alludit Apostolus Hebr.* 8. 10. *ex Jer.* 31. 33. 34. *nec illud valet ad prædictam sententiam stabiliendam. Nam*

1. *Si fœderis vocabulum propriè sumamus, duo tantùm sunt fœdera, sub qibus salus offertur, Legale, & Evangelicum.*

Legale hac formula concipitur, Fac hoc, *vel,* si feceris hoc, vives. *Evangelicum hac*; Crede in Mediatorem, *vel,* si credideris in Mediatorem, justificatus & salvus eris. *Ex nevtro horum deduci potest, omnes filios fidelium & justificatorum ordinariè vi solius fœderis justificari ante susceptum Sacramentum & absqe Sacramento. Ex legali non posse deduci, jam pro concesso supponimus; utpote qod justificationem gratuitam non agnoscit: Sed nec ex Evangelico deduci potest. nam* 1. *vere fidelium parvuli sæpe ad salutem non pertingunt, non salvantur.* 2. *infidelium parvuli sæpe salvantur.*

Dices, etsi justificatio non sequitur vi solius fœderis cum parentibus initi: tamen infallibiliter sequitur ubi conjuncta est cum prædestinatione divinâ.

Solutio. *Ergò juxta hanc sententiam tota ratio justificationis pendebit ex sola prædestinatione; nullo modo ex fœdere:* qare *frustrà conjungitur ut cavssa partialis. Si lignum accensum & non accensum juxta ponantur, tota ratio calefactionis petenda erit ex ligno accenso, nullo modo cavssaliter ex ligno non accenso.*

2. *Hac Propositio,* Hic est Filius prædestinati & prædestinatus. *v.g. Isaac. non est idoneum fundamentum cui superstruas hanc conclusionem*; Ergò, *Hîc in infantia ante Sacramentum susceptum fuit justificatus. Licet enim vis electionis conjuncta cum virtute fœderis inferat talem personam justificandam & salvandam: non infert illam justificandam ulla ætate designabili, nec ullo tempore certo: sufficit si fiat ante exitum vitæ ad implendum decretum electionis, & ad verificandam illam promissionem,* Ero Deus tuus & seminis tui.

Dices,

Dices, *locis citatis Jer. 31. 34. & Heb. 8. 12. Remissionem peccati recenseri inter primaria beneficia fœderis gratuiti, ac proinde ad solos electos parvulos pertinere. unde sequitur, non electis parvulis non posse originalis reatus remissionem communicari.*

1. *Respondeo; agere Prophetam eo in loco de plenaria remissione omnium peccatorum mediante fide & pœnitentia, hac autem ad solos electos pertinet.*

2. *Dico, etsi remissio reatus peccati originalis infanti baptizato in infantia morituro sit effectus prædestinationis, tamen non necesse est ut sit in omnibus infantibus baptizatis supravicturis effectus prædestinationis. Etsi enim parvulum non electum in eo statu ponat, ut sufficienter ordinet eum ad vitam æternam pro eo statu; tamen cum idem parvulus adoleverit, hac sola remissio originalis reatus non sufficit, ut idem sufficienter ordinetur ad vitam pro statu adulti: Nisi enim impleverit votum Baptismi credendo, abrenunciando, & præcepta adimplendo, non justificatus erit pro modo adulti. Cum igitur multi ritè baptizati infantes in adulta ætate, nunquam actu impleant votum Baptismi, ac proinde nunquam ad salutem pertingant; sequitur istiusmodi remissionem originalis peccati esse effectum communis providentiæ divinæ supernaturalis, & non effectum prædestinationis.*

3. *Non magis incongruum est ut non electus parvulus per remissionem originalis reatus sit ad tempus in eo statu, in qo si mortuus fuisset, salutem consequeretur æternam, quàm ut Paulus electus quum adhuc blasphemus esset, aut David & Petrus electi & renati implicati reatu atrocium peccatorum, in eo statu & conditione essent ad tempus, in qo si mortui fuissent, in æternum perirent; qa est sententia gravissimorum Theologorum, Bezæ, Zanchii, Perkinsii, & aliorum: & ita se habere, res ipsa loquitur.*

4. *Certum est Deum in Sacramento Baptismatis ritè administrato omnibus parvulis offerre, porrigere, exhibere meritum Christi ad remissionem originalis reatus; Alioqi Deus verax non esset in Sacramentis, qin (quod absit) Sacramenta essent fallacia signa. Cum ergò nullus infans obicem ponere possit, & inter tales sint nonnulli, qi apostatizant finaliter; necesse est, ut ille effectus remittendi originale peccatum communicetur qibusdam non-electis, adeoqe non sit semper effectus prædestinationis.*

5. *Si Angelis non-electis collatum fuerit donum originalis justitiæ, atqe adeò ipsi in eo statu positi fuerint, ut nihil in iis esset, qod impediret eorum perpetuam beatitudinem, nisi qod liberos actus virtutum nondum produxissent, absqe qorum interventu Deus non voluit, ut beatifica visione fruerentur: Quanto magis censendum est temporaneam qandam ordinationem ad vitam æternam parvulis nonnullis per remissionem originalis reatus primorum parentum inobedientia introducti posse competere, qa non sit ordinatio prædestinationis, sed communis supernaturalis providentia duntaxat.*

III. *Si* fœdus *intelligant tertia notione pro ea promissione, qa Christo promititur semen longævum, nec vi hujus fœderis absqe Sacramento ordinariè justificantur parvuli.* Nam

1. *Hoc fœdus peragitur inter Deum Patrem & Christum mediatorem potius, qam inter Deum & ullas personas singulares.*

2. *Qamvis Christo promissum sit semen longævum, si vitam suam posuerit, Esa. 53. 10. atqe hoc fœdus impleatur, dum Christo semen spirituale qotidie excitatur: hoc tamen fœdus nemini mortalium prædicari potest sub hac formula,* Si tu verè fidelis extiteris, Deus omnes tuos filios justificabit; idqe ante Baptismum susceptum. *Ubi vestigium talis fœderis in verbo Dei?*

3. *Si justificatio parvulorum nitatur tali fœdere, aut inferri possit ex illo; tum etiam ex horum sententia prædestinatio eorundem.* At qis dicere avsit omnes fidelium & prædestinatorum liberos esse prædestinatos?

4. *Utcunqe hac sententia Christo tenus videatur superstruere justificationem parvulorum ante Baptismum fœderi cum parentibus stabilito: revera tamen illud superstruit soli prædestinationi prædictorum parvulorum. Si enim non fuerint ex prædestinatis, nunqam dicent eos nasci justificatos, utcunqe nascantur ex parentibus justificatis: & è contra, si fuerint è numero prædestinatorum, affirmabunt eos justificatos fuisse ante Baptismum, utcunqe nascantur ex improbis parentibus. Huc igitur redit illorum sententia, Infantes prædestinatos ante Baptismum justificari: vi fœderis posse fideles parentes colligere suos liberos esse prædestinatos. Ergò vi fœderis possunt certiores fieri de justificatione eorundem ante Baptismum administratum. Qis non videt utramqe propositionem omni certitudine carere? Nam licet certissimum sit, Infantes prædestinatos suo tempore justificandos & glorificandos fore; tamen hanc justificationem illis ordinariè competere ante susceptum Baptismum, temeritatis, non charitatis, judicium est. Sed demus (qod tamen omni probabilitate destituitur) electos Infantes, vi fœderis ordinariè justificari ante Baptismum: nunqid vi ejusdem fœderis constabit ulli fidelium suos liberos esse electos? Nullo modo. Electio siqidem parvulorum pendet ab arcana & absoluta voluntate Dei, non ab ullo fœdere aut conditionato pacto cum parentibus eorundem stabilito, aut illis revelato. Dicendum igitur ex Baptismo parvulorum habere nos rationem bene fundatam, qod justificentur expiato reatu peccati originalis. Nam ex Dei institutione Sacramentum ritè susceptum efficax est ad abluendum illud peccatum. Dicendum etiam ex migratione talium dum sunt in statu parvulorum, habere nos fundamentum, unde à posteriore colligamus eos fuisse è numero electorum: Nam soli electi moriuntur liberati à damnabili reatu omnium peccatorum. E contra negandum est à fœdere cum parentibus stabilito habere nos ullam certitudinem, qod liberi eorundem statim atqe nascuntur habent beneficium justificationis sibi applicatum. Negandum etiam qod à fœdere cum parentibus in verbo Dei stabilito oriri possit certitudo aliqa de electione liberorum à talibus parentibus oriundorum, cui soli reapse superstruunt hanc qam supponunt ante Baptismum susceptum parvulorum justificationem. Nullum exstat fœdus divinum de justificandis filiis justificatorum statim atqe concipiuntur, aut nascuntur, multo minus de prædestinandis. Nullum fœdus exstat de gratia spirituali & salutifera à parentibus vi fœderis ad filios infantes ordinariè transmittenda.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Eam qæ sequitur de locis aliis promissionibusqe dissertationem prætereo: partim qia istis ipse qibusdam in hac cavssa non innitor; partim etiam qia locus iste de qo jam agimus, sufficere mihi videtur ad sententiam, non meam, sed nostrorum omnium fere statuminandam; ad illam saltem confirmandam, probabiliora videri pro hac parte dici, qam pro illa altera dicta hactenùs videantur.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Nam primò ad applicandum Christi meritum hunc in finem institutum fuisse Sacramentum, hoc nondum constare videtur. Idqe mihi eo minùs verosimile videtur, qod in adultis nullum prorsus compareat medium externum ejusmodi. Nec Baptismus siqidem, nec Eucharistia hunc usum in adultis habent; reatum non solvunt, sed aut jam solutum, aut solvendum obsignant.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

1. *Capacibus subjectis verbum Dei esse ordinarium medium externum ex parte Dei, adhibitum ad ingenerationem pœnitentiæ & fidei, qæ ex parte nostra necessaria sunt adultis ad applicandum meritum Christi ad ablutionem reatus: per verbi enim annunciationem Deus operatur resipiscentiam, qæ peccatorem proximè disponit ad conversionem, & fidem qæ apprehendit & applicat meritum Christi ad solutionem reatus non prius dimissi; sed parvulis, verbi minimè capacibus aliud instrumentum ex parte Dei necessarium erat; non autem aliud est, qàm Sacramentum initiationis & insitionis*

ſitionis in Eccleſiam ex parte Dei. Eſt enim externum medium ordinarium unicum, qod parvulorum juſtificationi inſtitutum eſt, & eſt remedium ſufficiens, nec aliud medium ex parte Dei inſtitutum eſt parvulis: ſed ex parte parvuli Spiritus ſupplet qod illi deeſt.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Nodum iſta mihi minimè ſolvere videntur, cum Sacramenta non eodem fine in parvulis inſtituta, qo in adultis præſumant: hoc avtem id ipſum ſit, qod minùs probabilem iſtam ſententiam facere videtur.

2. Si ideò medium aliqod externum ſit infantibus neceſſarium, qia non ſunt capaces verbi divini, qo fides & pœnitentia ingenerentur; ergò medium illud eo fine neceſſarium fuerit, ut iſta eadem, avt ſaltem qæ ſunt iſtis analoga, puta cordis renovationem, & imaginis divinæ inſtavrationem, cujus etiam capaces eſſe Infantes Baptiſtæ docet exemplum, in parvulorum animis ingeneret; qod tamen medio iſti externo negare videtur, qi hoc dogma tuetur etiam, Reverendus Epiſcopus Sariſburienſis.

3. Non neceſſariò reqiritur inſtrumentum aliqod externum ex parte Dei, qod idem præſtet in parvulis, qod verbum ſolet in adultis, vel qod id præſtet, qod eſt ei rei analogum, qam in adultis verbum producere eſt natum.

4. Ubi Spiritus Dei ex parte parvuli ſupplet, qod ei deeſt, interius renovando & refingendo, qod in parvulis ſaluti deſtinatis eſt neceſſarium; utpote ſine qo ad Dei regnum introitus non datur; tum verò demum parvulus actu juſtificatus eſſe incipit. verum hoc avt Baptiſmi avt Circumciſionis tempore fieri, nihil eſt qod cogat credere.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. *Porrò Baptiſmus parvulis adhibitus non poteſt reatum ſolvendum obſignare niſi credenti, cum parvulus impleat votum Baptiſmi. Qare qoad parvulos eſt inane & nudum ſignum, cum nihil pro ſtatu parvuli obſignet, nec hunc moralem uſum obſignandi parvulo præſtet.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Si non poteſt obſignare, non poteſt conferre: eſſe enim ſigillum in confeſſo eſt; nec niſi ſub fidei conditione datur vel jam habitæ vel habendæ. Mitto, qod prius interrogatur infans an credat, qàm ad Baptiſmum admittatur. in fidem, pœnitentiamqe futuram baptizari infantes, cum Calvino, ſtatuere nullus recuſem.

2. Non ſeqitur nudum fore & inane ſignum, etiamſi pro præſenti ſtatu parvuli nihil obſignaret. Etenim non ſunt nuda & inania ſigna ſive ſigilla, qibus de futuro concepta pacta conventa obſignantur. non fuit ejuſmodi ſignum Abrahæ datum de prole futura deqe terrâ Cananæâ à poſteris ejus poſt annos 400. poſſidendâ, Gen. 15.

3. Obſignatur aliqid pro ſtatu parvuli præſente, ſcilicet eſſe Deo fœderatum.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

3. *Sed nec verè dicitur in adultis nullum prorſus apparere medium externum ejuſmodi, nec Baptiſmum hunc uſum ſolvendi reatum habere [in iis, ſcilicet adultis.] Nam ſatis conſtat formulam baptizandi tam adultos qam parvulos eandem olim fuiſſe.* Ego baptizo te in remiſſionem peccatorum. *qod antiqi intellexerunt de ipſa reali remiſſione peccatorum tam in adultis qàm in parvulis, & non de ſola obſignatione remiſſionis.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Non conſtanter in adultis medium externum ejuſmodi comparere: nam illud [*in iis, ſcilicet adultis*] qid velit, avt qare lineis illis coërceatur, non aſſeqor. Ratio clariſſima eſt: avt enim adulti verè credunt, nec ſine remiſſione poteſt eſſe fides ſalutaris; remiſſa ergò jam peccata habent, priuſqam ad Baptiſmum percipiendum acceſſerint: avt non credunt, ſed fictè ad Baptiſmum accedunt; nec Baptiſmus ergò reatum illis ſolvere poteſt, cum fidem ingenerare poſſe negetur.

2. Formula an ea baptizandi fuerit, necne, havd contenderim, licet id mihi planè compertum non ſit, nec in *Rituali* ullo avt antiqi, avt recentioris etiam ævi reperiam. *In remiſſionem peccatorum dari*, paſſim dici fateor, eâqe dicendi formulâ Spiritus Sanctus ipſe uſus eſt. Verùm formula illa in Scripturis uſurpata, qomodo intelligenda ſit, & noſtri ſaniores qiqe priùs adducti docent, & ratio ipſa qam ſupra attuli, evidentiſſimè evincit. Eodem avtem ſenſu antiqos illos uſurpaſſe, qo Spiritus Sanctus uſurpavit, probabile fuerit, niſi ſi contrarium aliunde certo conſtiterit: avt ſi ſecùs uſurparint, veniam jure poſcimus ab antiqis illis diſcedendi; neqe enim fidei canonem nobis illi figunt, avt figere etiam voluerunt. qa de re, qod Avguſtinus toties inculcat, notius eſt, qam ut deſcriptu ſit opus.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 25.

Certum eſt ex præmiſſis voluiſſe Deum parvulos aqè baptizari jam atqe olim voluit circumcidi. Qorſum avtem voluit Deus, ut illi baptizentur, qi morituri ſunt in infantia, niſi iiſdem itidem velit meritum Chriſti applicare, qoad ablutionem originalis peccati, pro cujus expiatione ſangvinem effudit? Sangvis enim Chriſti purgat ab omni peccato. Et qorſum obligari parvulos voluit ad perceptionem ſigni, ſi non vult pariter admittere ad participationem ſignati?

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Et baptizari, & circumcidi, infantes voluit Deus ad obſignandum fœdus (qo & fidelium proles continetur) de remiſſione peccatorum, à qa nec infantes excludunt illi, qi tum Circumciſioni tum Baptiſmo vim illam reatus tollendi negant; nec debent excludi, etiamſi tingendi copia non fuerit, non magis qàm Judæorum ſexus ſeqior, qi Circumciſionis capax non erat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Solutio. *Qomodò baptizari & circumcidi infantes in infantia morituros voluit Deus ad obſignandam remiſſionem peccatorum? cum*

1. *Moralis uſus obſignandi remiſſionem non capax ſit ætas parvulorum.*

Nec 2. *extra Baptiſmum ullum aliud ordinarium medium aſſignari poteſt ex parte Dei, qo reatus tollatur in ejuſmodi parvulis.*

Nec 3. *probabile eſt Deum velle proſpicere de ordinario medio ad obſignandam remiſſionem, nec tamen proſpicere de ordinario medio ad tollendum reatum & exhibendam ipſam remiſſionem; qam tamen ablutionis aqæ analogia Sacramentali ob oculos poni voluit. Qorſum enim parvulum ablui voluit, ſi non tam ad exhibendam ablutionem reatus, qàm ad ejus reatus ablutionis obſignationem? cum præſertim ablutio per aqam reatus ablutionem potiùs deſignet, qàm ablutionis reatus obſignationem.*

Porrò nos non excludimus parvulos, qibus tingendi copia non datur, à beneficio ablutionis reatus ſimpliciter. Siqidem Deus ſupplet ex miſericordia hoc caſu id, qod alioqi ordinario jure per Baptiſmum diſpenſari voluit.

Denique nec Judæorum ſexum ſeqiorem, etſi circumciſionis

nis minimè capacem, ob defectum præputii, nos à beneficio abluti reatus excludendum cenſemus, cum in populo Dei non minus cenſebantur qam maſculi. Vid. ſupr. annot. in Reſp. num. 14.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Sacramentum omne ſigilli rationem habere noſtri omnes adverſus Pontificios tuentur ex Rom. 4. 11. Gen. 17. 11. vide Vorſtium ſupra *num. 9. membr. 2.* ex *Antibell. tom. 3. contr. 1. Theſ. 1. & 2.* ſigilli avtem uſus niſi obſignare, qis tandem eſt? Si ergò de eſſentia Sacramenti ſit, ut ſigillum exiſtat, de eſſentia ſigilli ut hunc uſum obtineat; negare Baptiſmum hunc uſum in parvulis obtinere, eſt negare eſſe ſigillum, & per conſeqens Sacramentum.

2. Non eſt æqè probabile Deum proſpexiſſe de medio externo remiſſionem parvulis conferendi, qàm de medio ejuſmodi pacti obſignandi, 1. qia de hoc conſtat ex diſertis ſcripturæ verbis Gen. 17. 11. Rom. 4. 11. de illo non item. 2. qia ſymbolum externum hujuſmodi, hoc ipſum ſcilicet de qo agitur, in adultis dari conſtat, illiuſmodi non item. De *deſignatione* & *obſignatione* qæ afferuntur, ſuperiùs ſatis diſcuſſa videntur, *num. 2. ad arg. 10.* Sed & qæ de infantibus illotis & Judæorum ſexu ſeqiore ſubjunguntur, ita ſupra diſceptata ſunt, ut eadem denuo repetere, minùs ex uſu videatur.

SAMUELIS WARDI *Theſis, Num.* 26.

3. *Deus per Sacramenta ſua ſemper efficax eſt, ubi ex parte ſuſcipientis impedimentum non ponitur; ab infantibus avtem poni non poteſt, cum conſenſum præbere neqeant. Hinc Avguſtinus ait,* Infantem Sacramentum (*fidei*, ſcilicet) id eſt Baptiſmum ſalubriter percipere, ſi fidei obicem contrariæ cogitationis non opponat. Epiſt. 23. *in fine. Non poteſt avtem infans inter baptizandum opponere obicem contrariæ cogitationis, avt pravæ ullius operationis, cum præ carentia uſus rationis, nec cogitare, nec omninò liberè operari poſſit.*

Ergò in iis Baptiſmus efficaciam ſuam ſortitur qoad originalis reatus ſolutionem.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Efficax proculdubio eſt Sacramentum qodvis, ubicunqe obex non opponitur, ad id peragendum cujus gratiâ inſtitutum eſt; at hoc fine inſtitutum eſſe Sacramentum iſtud, ut ad originalis reatus ſolutionem valeat, nondum evictum videtur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Nos (uti ſpero) antea hoc ſatis eviciſſe videmur. Reſponſione ad Num. 2.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Et eò nos qoqe libenter regredimur.

SECTIO VI.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 27. 28.

Mitto alias rationes. Videamus qid hac de re ſenſit antiqitas. Concilium Carthaginienſe Epiſt. 90. *apud Avguſtinum.* Qicunqe negat parvulos per Baptiſmum Chriſti à perditione liberari, & ſalutem percipere ſempiternam, Anathema ſit. *Id qod intelligit ſynodus de iis infantibus, qi in infantia ex hac vita diſcedunt. Avguſtinus* Epiſt. 23. Hoc Sacramentum (*ſcilicet Baptiſmatis*) tantum valet, ut ſi ante rationis uſum ex hac vitâ emigraverint parvuli, per ipſum Sacramentum commendante Eccleſiæ charitate, ab illâ condemnatione qæ per unum hominem intravit in mundum, Chriſtiano adjutorio liberentur. Hoc qi non credit (*inqit*) & fieri non poſſe arbitratur, profectò infidelis eſt, etſi habeat fidei ſacramentum. Epiſt. 59. Qid dicturus eſt de parvulis infantibus, qi pleriqe accepto in illa ætate Chriſtianæ gratiæ ſacramento, cum ſme dubio pertinerent ad vitam æternam regnumqe cœlorum, ſi continuò ex hac vitâ migrarent, ſinuntur creſcere, & nonnulli etiam Apoſtatæ fiunt? *Et* de peccat. merit. & remiſſione l. 2. c. 28. Si continuò ſeqatur ex hac vita migratio, non erit omnino, qod obnoxium hominem teneat, ſolutis omnibus qæ tenebant. *Fulgentius* de verit. prædeſt. l. 1. c. 12. *ait,* Parvulum parentibus infidelibus violenter ablatum, avt furto ſurreptum, ſi ad ſanctum Baptiſma qorumlibet fidelium pia charitate perducatur; & mox ut baptizatus fuerit, de hac vita diſcedat, factum eſſe hæredem Dei & cohæredem Chriſti.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Adverſus Antiqos, qi hic adducuntur, exceptio duplex occurrit.

1. Qod ſine tinctione diſcedentes flammis infernalibus adjudicarint, qod Theologi noſtri omnes ut minus ſanum rejiciunt.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo. 1. *Eſto qod in uno dogmate avt altero errarunt, non ſeqitur, illicò in aliis dogmatibus non rectè ſentire. Neſtorius etſi de hypoſtatica unione hæreticè dogmatizavit, non illicò ſeqitur de Spiritus Sancti perſona hæreticè ſenſiſſe:* Viri etiam aliqi Catholici in nonnullis non fundamentalibus ſalva fidei compage errarunt, ſed ideò non damnanda dogmata, in qibus Catholicè ſenſerunt.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Fateor non ſeqi, ut qi in uno avt altero dogmate errarit, non in aliis rectè ſentire poſſit. Verùm qi circa eam, de qa qæritur, materiam fœdiſſimè errarit, qum remiſſionem peccatorum ita Baptiſmo alligarit, ut ſine eo percepto decedentem parvulum omnem damnaverit, eum meritò hac in lite ſuſpectum haberi: *ſicut* qi in eo, ad qod teſtificandum adhibetur, non id tantùm aſſerit, qod actor, à qo adducitur, agnoſcit; verùm ulteriùs etiam aliqid, qod idem verum eſſe pernegat, pro teſte ſatis idoneo nevtiqam, opinor, admittetur, teſtimoniumqe ea ratione minùs validum ex communi omnium judicio perhibebit. Ratio avtem mea his verbis concluditur: Qos Baptiſmo nimium tribuiſſe in confeſſo eſt, in hac ſaltem lite judices minùs competentes videri. De Avguſtino avtem (cujus avthoritate in controverſia iſta imprimis urgemur) ita Petrus Martyr. *ad 2 Regum, c. 8.* in *Append. Eſt porrò in hoc dogmate Avguſtinus graviter hallucinatus, qod nimium Baptiſmo tribuerit. Non enim agnoſcit illum eſſe regenerationis externum ſymbolum; ſed ipſa tingendi actione vult nos regenerari & adoptari, atqe in familiam Chriſti tranſire. Qaſi ante illam horam tinctionis ad familiam Diaboli pertineamus, atqe toti ab eo pervadamur.* Qin & poſtea de antiqis etiam aliis qibuſdam: *Sed caput ſuperſtitionis illud eſt, qod iſti homines opinantur Baptiſmo externo primum condonari peccata. Sed vehementer falluntur.* Et rurſus ibidem: *Deinde alterum caput erroris fuit, qod ceptum eſt nimium Sacramentis tribui: qa in re Avguſtinus perſpicacis alioqi ingenii & doctrina incomparabilis, admodum falſus eſt.* Whitakerus noſter *de Sacr. bapt. q. 1. c. 2. ad arg. 2. Ego fateor Patres pleroſqe nimium Baptiſmo tribuiſſe: imprimis Avguſtinum.* Adde qod horrendum dogma illud, in hoc ipſo, de qo nunc agitur, dogmate fundabant, qod ipſorum in caviſſa iſta teſtimonium cumprimis enervat. Whitakerus idem *ibidem q. 2. c. 3. arg. 1. ad 5m. Reſpondeo me non poſſe Avguſtini*

guſtini teſtimonium admittere in hac cauſſa, qia hic multa durius ſcripſit de hac re, & præbuit occaſionem multorum errorum de Baptiſmo.

2. Nec illud ſeqi agnoſco, *ideò eſſe damnandum, ſi qid alioqi catholicum ſenſerit.* Verùm hoc ipſum de qo qæritur, ſit Catholicum necne, id eſt ipſum τὸ κρινόμενον.

3. Cum Whitakero noſtro reſpondeo ulterius, *de Sacr. Bapt. q. 2. c. 2. ad arg. 1. exem. 1. Conſentiens expoſitio Patrum eſt in Theologia probabile tantum argumentum, non neceſſarium.*

4. Ex Calvino illud interim obſervatu non indignum cenſeo, *Inſtit. l. 4. c. 14. §. 26. Immodica illa, qa apud veteres, Avguſtinum inter cæteros, leguntur Sacramentorum encomia, hyperbolicas eſſe dicendi figuras.* Itaqe etiam Whitakerus, *de Sacram. q. 5. c. 2. ad arg. 2. reſp. 2. Reſpondeo cum Calvino has dicendi formulas eſſe hyperbolicas, & non eſſe rigidè urgendas.* Et, *ibidem q. 4. c. 2. ad theſ. 5. & 6. Tribuunt Patres multum Baptiſmo. — Et forſan aliqid nimium tribuunt: qanqam* (fieri poſſit ut) *nihil reverâ dicant, qod non ſatis commodè exponi poſſit.*

Verùm ex dicendi formulis hyperbolicis avt figuratis etiam, hyperbolica, uti & Calvinus ibidem, dogmata vel enunciata ſenſu proprio ſumenda deducere, non dialecticum, ſed ſophiſticum fuerit. Certè ſi citra tropum omnem eſſent intelligenda qæcunqe genere encomiaſtico rhetoricati, de Sacramentis protulerunt antiqi, portentoſa nimis de Sacramentorum virtute & efficacia procuderentur & producerentur nobis dogmata. Velim itaqe, ſi id dicta ipſorum admittant, hic obtinere, qod Danæus noſter, *adv. Bell. tom. 2. contr. 4. c. 6. & 7. Patres & de Baptiſmi & Evchariſtiæ ſignis ſic locutos, ut qæ ſunt propria rei in Sacramentis ſignata effecta ſignis tribuerent, genere loqendi planè tropico & metonymico. —— ut Patrum tum Græcorum tum Latinorum locutiones iſtæ omnes, cum tropicæ & Sacramentales exiſtant, ſacramentaliter ſolum ſint intelligendæ, non cauſſaliter. Ex qo fiat, ut ejuſmodi teſtimonia, nullam vim effectivam ſignis ſacramentorum tribuant, ſed tantùm obſignativam. Id qod* (inqit ille) *verum eſt.* Et ſit utinam, ni fuerit, dictis illorum fidem noſtram obſtringere non tenemur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

1. *Illud urgebant dogma antiqi, imprimis Avguſtinus contra Pelagianos, qi Infantes remiſſione peccatorum non indigere contendebant, eoſqe baptizari non in remiſſionem peccatorum, ſed in regnum Dei dogmatizabant. Contra verò Eccleſia Catholica, & imprimis Avguſtinus, neceſſarium eſſe infantibus Baptiſmum ad remiſſionem originalis reatus aſſerebant. Id qod probarunt ex forma Baptiſmi, juxta qam Baptiſma dabatur in remiſſionem peccatorum. Qa forma baptizandi fuiſſet otioſa & ſupervacanea, ſi non ineſſet infantibus virus & contagium originalis peccati, & inde contractus reatus, qi Baptiſmo ſolvendus eſſet. Verùm noſtrorum Theologorum opinio rationibus Avguſtini non adverſatur. Agnoſcit enim in parvulis eſſe peccatum originale generatione carnali contractum, qod ſpirituali regeneratione ſolvi neceſſe ſit. Itaqe gratiam non tantùm ad regnum Dei conſeqendum, ſed ad peccatorum remiſſionem impetrandam illis neceſſariam eſſe contendit. Hoc tantùm addit hæc noſtrorum ſententia; piè credi ipſum votum Baptiſmi ex parte parentum, ubi actu haberi non poteſt interveniente aliqa inevitabili neceſſitate parvulis ante Baptiſmum hinc migrantibus ex Dei clementia ſufficere ad originalis reatus ſolutionem ipſamqe ſalutem. Avguſtinus fortaſſis, ſi rationes qas noſtri Theologi & nonnulli ex ſcholaſticis proferunt ad emolliendam illam duram antiqorum ſententiam de pœna migrantium hinc parvulorum abſqe Baptiſmo, non hæreſis alicujus ſtabilienda animo, ſed ſolo amplificandæ Dei clementiæ erga parvulos ſtudio proferri intellexiſſet; non hanc noſtrorum mitigationem ut impiam rejicere voluiſſe exiſtimandus eſt. ſiqidem hæc opinio noſtrorum & aliorum, qa ad ſalutem parvulorum ante Baptiſmum ſuſceptum hinc migrantium, votum parentum & fidem Eccleſiæ ſufficere ſtatuunt, ubi Sacramentum haberi non poteſt, non magis gratiam remiſſionis originalis reatus à Baptiſmi Sacramento avellit in parvulis, qam ea qæ fide Chriſti præditos adultos catechumenos Baptiſmi ſacramentum expetentes, ſi neceſſitate ab eo excluduntur à Baptiſmi gratia non excludit; cum utriqe Baptiſmi æqè capaces ſint, & fidem ſuam hi propria, illi parentum & ſponſorum opera, profiteantur; nihilqe in iis ad Baptiſmum præter tinctionem aqæ requiratur: & Spiritus, cujus in reatu avferendo præcipuæ partes ſunt, qamvis ex Chriſti inſtituto per aqam ordinariè operetur, tamen non ita aqæ externo ſigno alligatus eſt, ut ſine ea in caſu avferre reatum non poſſit & velit. Denique neqe omninò hîc aqa & externa ablutio prorſus abeſſe dicenda eſt, qam voluntas, propoſitum, votum & deſiderium cum fide conjunctum qodammodò Deo cordium æſtimatori repræſentant; ut planè exiſtimemus hanc ſententiam hoc modo explicatam cum veteris Eccleſiæ ſententia minimè pugnare; cum minimè credibile ſit Eccleſiam veterem avt Avguſtinum exiſtimaſſe, Deum velle rigidius agere cum parvulis alieno peccato duntaxat implicatis, qam cum adultis ſuis actualibus peccatis etiam contaminatis. Ut verius dicere poſſem rigidiores antiqorum ſententias pronunciatas fuiſſe ἀγωνιστικῶς potiùs in diſputationibus cum Pelagianis qam δογματικῶς ad impugnandam moderationem illam Scholaſticorum qorundam & noſtrorum Theologorum. Addo me hoc verius aſſerere poſſe, qam tu dicere poſſis verba Rubricæ ſupra citata* Num. 17. *poſita fuiſſe duntaxat ad excludendam abſolutam neceſſitatem ritus Confirmationis.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Qocunqe avt fundamento avt fine illud aſſertum fuerit, aſſertores nevtiqam errore liberat, ut exceptio nihilominus juſta ſit.

2. Actus rituſqe parvulos baptizandi, cum *in remiſſionem peccatorum* ſive conferendam ſive obſignandam, *dari* perhibeatur, qacunqe tandem verborum formula concipiatur, etiamſi apud Pelagianos otioſus ac inanis jure reputaretur, non eſt tamen apud illos ejuſmodi, qi vitio originali non alieno eo qidem ſed proprio ſuoqe infectos, ejuſdemqe reatu morti æternæ obnoxios, infantes naſci univerſos, agnoſcunt.

3. Qod præſumitur Avguſtinum de parvulorum ſtatu, ſi ſcholaſticorum aliorumqe rationes perſpexiſſet, meliùs edoctum, ſententiam ſuam mutaturum fuiſſe: qidni præſumi pariter poſſit & in hac parte, ſi Calvini aliorumqe noſtrorum rationes accepiſſet, etiam de Baptiſmi uſu & efficacia, ſententiam ſuam fuiſſe mutatu um?

4. De Eccleſia veteri in genere, ut nihil dicam, neqe enim Eccleſiæ totius ſenſum ſententiamqe in multis proclive fuerit expiſcari: Nec abs re prorſus hîc fuerit illud Vorſtii, *adv. Bell. tom. 3. contr. 2. theſ. 2. rat. 3. Hallucinatio Avguſtini & qorundam aliorum pro totius Eccleſiæ conſenſu perperam affertur.* Qin & verum forſan fuerit, qod Danæus, *adv. Bell. de bapt. c. 4. Patres, qi ante Pelagianos vixerunt, de præciſa Baptiſmi parvulis neceſſitate ne cogitaſſe qidem.* At verò Avguſtinum cum ſeqacibus ſuis, idem vobiſcum de Baptiſmi abſoluta neceſſitate non ſenſiſſe, ex utrinqe dictis utriuſqe cuivis facilè conſtiterit: nam de adultis qod ſubjungitur, cur mitiorem de illis qàm de parvulis ſententiam tulerit, rationem ipſe aſſignavit *de bapt. l. 4. c. 25.* qam & Bernardus adhibuit, *Epiſt. 77. qia converſio cordis,* actualis nimirum, *in adultis habeatur, qa Baptiſmi defectum ſuppleat.* cum in parvulis ea deſit.

5. Sententiam iſtam non ἀγωνιστικῶς tantum ſed & δογματικῶς prolatam, inde conſtat, qod tanqam *de fide* tenendum paſſim inculcant; etiam ibi, ubi fidei regulam figunt. Concilium Africanum ſub Bonifacio *can.* 77. Avguſtinus ex ſententia *Concil. Carthag. Epiſt. 90.* & *Concil. Milev. Epiſt. 92.* & *totius Eccleſiæ, Epiſt. 28.* & *ad Hieron. Epiſt. 10. de nupt. & concupiſc. l. 1. c. 20. In Joan. tract.*

tract. 67. de pecc. mer. & rem. l. 1. c. 16. de anima orig. l. 1. c. 9. 11. 12. 13. Fulgentius *de incarn. & grat. Christi. c. 30.* Innocentius 1. *ad Conc. Milev. Epist. 26.* Prosper *de vocat. Gen. l. 2. c. 20.*

6. Vix videtur pari, majori multo minus, veritatis certitudine hoc asseri posse, cum avthores ipsi verbis disertis toties reclament; qam illud de *Rubricæ* sensu, à me positum dici possit, cum eo fine disertè prolata inuentur, qæ sunt ibi posita, *qò parentum vacillantes conscientias stabiliant, qi de ritus alterius illius necessitate subdubitare forsan poterant*: qanqam nec pugnat qicqam cum ea, qam nos tuemur, sententia, cum nihil qicqam supersit ex parentum parte, qod mandati necessitate necessarium dici possit, avt pro præsente parvulorum statu ab ipsis exigatur.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 28.

2. Qod tam sanctificari qàm justificari tinctos omnes contendunt; qorum in altero hîc deseri respuiqe videntur. qos ergò in confesso est Baptismo nimium tribuisse in hac saltem lite judices videntur minùs competentes existere.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

Respondeo. 1. *De sanctificatione, qam toties ingeris, vides thesin meam non postulasse ut de ea agerem, sed de justificatione duntaxat, Spartam meam ornasse satis mihi erat: unde minus rectè infers, in hoc altero Patres hîc à me deseri respuiqe videri.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Fateor reverâ ex tacitâ sanctificatione id non conseqi, qanqam, nisi & in alterâ (si & eam saltem tuebantur antiqi illi) cum eisdem conspiretur, testimonii firmitatem constat enervari; minusqe æqum videbitur adversam partem de altera avtoritate istorum premere, qorum in altera judicium ipse defugias.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

2. *In eo non rectè sentire videris me antiqos hac ex parte deserere avt respuere. Nam* 1. *certum est ex sententia Antiqorum, sanctificationem sev virtutum infusionem non esse necessariam ad acceptationem personæ parvuli, qicqid sentiant aliter Romanenses: siqidem ex sententia veterum, non acceptatur persona in gratiam ob aliqam inhærentem qalitatem, sed ob meritum Christi personæ applicatum.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Non est certum, antiqos sanctificationem necessariam ad personæ acceptationem non censuisse, nec id evincit subjecta ratio; nam 1. Etiamsi acceptationis cavssa non sit qalitas aliqa inhærens, tamen ad personæ acceptationem potest necessaria censeri, & censeatur ab iis necesse est, qi justificationem à sanctificatione ex dispositionis ac dispensationis divinæ ratione nunqam sejungi agnoscunt. Rectè Petrus Alliacensis, *in 4^m. q. 1. art. 1. concl. 1. Licet possibile sit Deo de potentia absoluta culpam delere originalem, avt aliam qamlibet mortalem sine infusione gratiæ, vel collatione cujuscunqe positivi: tamen de potentia ordinaria hoc non est possibile.* Nec discrepant hac in re, avt à nostris Romanenses, avt à Romanensibus nostri; nisi qod per calumniam ea nobis affingunt & affigunt illi, qæ nostri nec per somnium qidem cogitarint.

Calvinus, *in 1 Cor. 2. 30.* de *justificatione* & *sanctificatione. Ista gratiæ qasi individuo nexu cohærent, ut, qi eos separare nititur, Christum qodammodò discerpat. Instit. l. 3. c. 3. §. 1. Neqe tamen à gratuita justitiæ imputatione separatur realis (ut ita loqar) vita sanctitas. De vera ration. reform. Eccles. Nunqam reconciliamur, qin simul donemur inhærenti justitiæ. In Antid. Conc. Trid. ad sess. 6. c. 6. Neqe negandum est, qin perpetuo conjunctæ sint, ac cohæreant duæ istæ res, sanctificatio & justificatio: fatemur ergò simul atqe justificatur qispiam, necessariò innovationem seqi.* Zanchius *de Nat. Dei l. 3. c. 4. q. 14. §. 3. Ubi non est regeneratio, ibi etiam locum non habet justificatio & peccatorum remissio. Ibidem l. 4. c. 2. q. 8. Separari regeneratio à justificatione non potest.* Melanchthon, *Loc. comm. de bapt. adversus Anabapt. arg. 4. Hæc certa sunt; — dari semper cum remissione spiritum, & neminem placere Deo, nisi sanctificatum à spiritu, sicut clarè inqit Christus Joan. 3. 5.* Whitakerus *de Sacram. q. 5. c. 3. p. 146. 6. Cum justificatione sanctificatio necessariò conjungitur.*

2. Christi meritum personæ cuivis applicatum tam sanctificationem qam & justificationem necessario producit: siqidem sangvini Christi spiritualiter adsperso utriusqe producendi efficacia ex æqo tribuitur. Rom. 6. 2. 6. Ephes. 5. 25. 26. Col. 2. 11. 12. Hebr. 9. 13. 14. & 10. 10. 1 Petr. 1. 2. Nec sanè video, qî meritum Christi participare qisqam censeatur, qi non Christo verè unitus fuerit; avt qî Christo qisqam uniri possit, nisi per spiritum Christi; avt qî Christo per spiritum uniri qeat, nisi qî spiritu Christi præditus sit; avt qî spiritu Christi præditus & imbutus esse possit, qi non interius ex parte saltem verè ac reapse sanctificatus fuerit.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

2. *Opinor te vix existimare ex sententia Antiqorum, virtutum infusionem esse necessariam parvulis, ut animam parvuli baptizati ad agendum promtam & expeditam reddant, avt ad actus virtutum facilitent. Qorsum enim in parvulis talem animæ ad agendum promtitudinem, avt ad actus virtutum facilitationem ponerent, cum parvuli agere omninò moraliter non possint, nisi remotis impedimentis ætatis, & accedente externa per sensus institutione ac doctrinâ? Tales avtem virtutes non sunt necessariæ nisi iis, qi moraliter agere tenentur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

De virtutum infusione ut nihil dicam, qæ qidnam sibi velit, me parum ~~assequi libere in~~genuecqe profiteor. Ex illorum sententia existimo sanctificationem veram sive renovationem imaginis Dei internam cum reatus originalis solutione unâ collatam, qo, tam regeneratione etiam qam adoptione, filii Dei fierent, qod Avgustinus innuit, *de pecc. mer. & rem. l. 2. c. 7.* dum primæva in eis puritas restavratur; qo persona ipsa imagini Dei conformis jam facta, gratior eidem acceptiorqe redderetur: denique ut alios, qi adduci poterant, fines omittam, qo si ætatem maturiorem attingerent, ad actus hujusmodi facilitarentur. Avdi Concilium Aravsican. 2. *c.* 25. *Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, qod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati Christo cooperante & adjuvante, qæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.*

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

3. *Ex sententia Antiqorum, præsertim Avgustini, illa qæ dicitur* gratia finalis, *qæ plenariè sanctificat & purgat animam ab omni peccati macula, & ad videndum Deum idoneam animam reddit, non confertur parvulo in infantia morienti, in ipso Baptismo, sed in egressu animæ è corpore.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

At nihil obstat, qo minùs, hoc posito, in Baptismo

eandem inchoari teneant, qomodò & de adulto omni juſtificato idem ſentiunt.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

4. *An ſint ulla qalitates mere qieſcentes & ſopita, fidei, ſpei, charitatis, avt aliarum virtutum, qa infunduntur parvulis in Baptiſmo, ex ſententia eorum Patrum, qi indubitato aſſerunt peccati originalis reatum tolli in Baptiſmo, merito in dubium vocari poſſe aſſero. Unde viſus es mihi nimis fidenter pronunciare, cum eis, omnes veteres contendere, omnes tinctos tam ſanctificari qàm juſtificari.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. De *qalitatibus fidei, ſpei, charitatis merè qieſcentibus & ſopitis* &c. nihil dixi, avt ex mea, avt veterum etiam illorum ſententia: de *ſanctificatione* tantum locutus ſum. Avdi tamen qid Avguſtinus *Epiſt.* 57. *Dicimus ergò in baptizatis parvulis, qamvis id neſciant, habitare Spiritum Sanctum: ſic enim eum neſciunt, qamvis ſit in eis; qemadmodum & neſciunt mentem ſuam; cujus in eis ratio, qa uti nondum poſſunt, velut qedam ſcintilla ſopita eſt, excitanda ætatis acceſſu.* Et poſt: *Habitare etiam ideò & in talibus dicitur, qia in iis occultè agit, ut ſint templum ejus, idqe in proficientibus, & proficiendo perſeverantibus perfiat.* Et mox: *Illa ſanctificatio, qâ efficimur templum Dei, — non eſt niſi renatorum; qod niſi renati homines eſſe non poſſunt.*

2. [*Omnes veteres*] Ego certè nullibi dixi, nullus dico. qorſum enim? cum adverſus eos duntaxat [*qi hic adducuntur antiqos*] exceptionem illam adhiberi velim, *tinctis omnibus, iſtos*, dixi, *utramqe in Baptiſmo collatam contendere.* Cæterum de priſcorum hac in re ſententia, ex eis, qæ *ad Reverendi Joannis Sariſburienſis Epiſt.* ὅλῳ τῷ θυλάκῳ corrogavi, teſtimoniis clariſſimè hoc deprehendi poterit; è qibus pavca mox delibabimus. Verùm nimis fidenter à me dictum probatur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Nam 1. *ubi tu ex veteribus certò edocebis, habitus, avt fidei, avt ſpei, avt charitatis, in qibus potiſſimum ſanctificatio conſiſtit, infundi parvulis in Baptiſmo?*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Nondum licet in *habitibus* iſtiuſmodi *infuſis* ſanctificationem conſiſtere. conſiſtit opinor in renovatione, & ſanatione mentis volantatiſqe, qâ idonea utraqe efficitur ad exeroendam ſe conformiter voluntati divinæ patefactæ, prout occaſio ſe tulerit, & pro objectorum, circa qæ verſari contigerit, varietate diverſa. Itaqe ſi de renovatione ſanationeqe probare poſſim, verum eſſe, qæ de veteribus illis dixeram, fidem ſatis mihi videar liberaſſe meam. En engò qibus iſtud probari poſſe videatur, non de illis tantùm hîc adductis, ſed & de aliis etiam non pavcis. Clemens Romanus fictitius licet. Ep. 4. *Qid confert aqa Baptiſmus ad Dei cultum?* 1. *qia qod Deo placuit, impletur,* 2. *qia regenerato ex aqis & Deo renato, fragilitas prioris nativitatis amputatur.* Clemens Alexandrinus non fictitius, *pædagog. l.* 1. *c.* 6. *Baptizati illuminamur, illuminati adoptamur, adoptati perficimur, perfecti immortales reddimur.* Et mox: *multis modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, lavacrum. Lavacrum qidem, per qod peccata abſterguntur; gratia autem, qia remittuntur, qa peccatis debentur; illuminatio autem, per qam ſanctam illam & ſalutarem lucem intuemur; perfectum autem, cui nihil deeſt.* Et rurſus: *Qi regenitus eſt, ſolus qod & nomen ipſum docet, illuminatus à tenebris confeſtim liberatur; & qemadmodum ii, qi ſomno excuſſo ſtatim evigilant, vel potius, qi aliqid oculis ſuffuſum excuſſerint, — detracto jam viſus impedimento pupillam liberam relinqunt: ita qi baptizamur, peccatis, qa nebula inſtar ſpiritui divino tenebras obducebant, diſcuſſis, liberum expeditumqe, ac illuſtrem oculum obtinemus.* Dionyſius, *Hierarch. Eccleſ. part.* 1. *c.* 3. *Sacrum divinæ regenerationis Sacramentum, qia primi luminis conſortium tradit, omniumqe divinarum illuſtrationum principium eſt, ex effectu ipſo veriſſimo, illud illuminationis nomine nuncupamus. Etſi enim aliis Sacramentis commune eſt, ſacri luminis conſortium dare; iſtud tamen imprimis mihi videndi munus præſtitit, ipſiuſqe principali maximè lumine ad alia inſpicienda Sacramenta lucis gratiam cepi.* Origenes, *in Luc. Hom.* 14. *Qia per Baptiſmi Sacramentum nativitatis ſordes deponuntur, propterea baptizantur & parvuli.* Gregorius Nyſſenus *de bapt. Baptiſmus peccatorum expiatio eſt, remiſſio delictorum, renovationis & regenerationis cavſſa: regenerationem avtem intellige eam, qa cogitatione cernitur, oculis non videtur.* Et mox: *Ad* propoſitam qæſtionem, *qâ ratione iſta fiat regeneratio; aqa, qa benedicitur, purgat & illuminat hominem.* Gregorius Nazianzenus *de bapt. Generatio, qa eſt ex baptiſmate, eſt divina, libera, qa à paſſionibus liberet, operimentum omne generatione contractum amputet, & ad vitam ſupernam reducat.* Et mox: *Illuminatio iſta eſt animarum ſplendor, vita tranſmutatio, conſcientiæ ſtipulatio, creaturæ reſtauratio, peccati mundatio, lucis participatio, tenebrarum diſſolutio.* Baſilius Cæſar *hortat. ad bapt. Baptiſmus eſt captivorum æris alieni remiſſio, peccati mors, anima regeneratio, amictus ſplendens,* &c. Chryſoſtomus *in* 1 *Cor. Hom.* 40. *In lavacro regenerationis ipſam animam tangit gratia, & illinc peccatum evellit radicitus; — unde videre licet, animam ejus, qi eſt baptizatus, minimè ſordidam, ſed ipſius ſolis radiis puriorem, & qalis fuit generata ab initio; imò verò illâ qoqe meliorem: fruitur enim ſpiritu, qi eam omni ex parte inflammat, & avget ſanctitatem.* Et *ſicut avrum & argentum refundens purum ac novum facit denuò: ita ſpiritus in Baptiſmo tanqam in fornace eam refundens, & peccata conſumens, efficit, ut avro puro puriùs fulgeat.* Idem *in* 2 *Cor. Homil.* 6. *Baptiſmo peccata ſepeliuntur, priora delentur, homo vivificatur, omnis denique gratia in ipſius pectore, tanqam in tabulis inſcribitur.* Et, *in Philipp. Hom.* 11. *Primum pharmacum, qaſi antidotum qoddam; ita omnem evomuimus vitioſitatem.* Idem in *Hom. ad Neophyt. Vides qot ſint Baptiſmatis largitates? Sed multis qidem videtur cœleſtem gratiam in peccatorum tantum remiſſione conſiſtere: nos avtem honores computamus decem. Hac de cavſſa etiam infantulos baptizamus, ut non ſint coinquinati peccato, ut omnis addatur ſanctitas, juſtitia, adoptio, hereditas.* Et, *ad baptizand. Homil. Myſtica purificatio, non unico vocabulo, ſed variis nominibus nuncupatur. dicitur Sacramentum regenerationis Tit.* 3. 5. *Illuminatio Heb.* 6. 4. *&* 10. 32. *Baptiſma Gal.* 3. 27. *Sepultura Rom.* 6. 3. *Circumciſio Col.* 2. 12. *Crux Rom.* 6. 6. — *Sordes corporis Judaicum lavacrum emundabat, divina avtem gratia lavacrum non corporis ſed animæ maculam ſordeſqe emundare conſvevit: — qa cum ad illam piſcinam venerit, & fontis illius rivos experta fuerit, ſolis radiis mundior lavatur. Nec mundes tantùm efficit, ſed & ſanctos & juſtos.* 1 *Cor.* 6. 11. *non dixit lavati eſtis tantùm, ſed & ſanctificati & juſtificati.* Cyrillus, *in Jam. l.* 2. *c.* 42. *Qemadmodum viribus ignis intenſius aqa calefacta non aliter urit qàm ipſe ignis: ſic Spiritus Sancti operatione aqa qa baptizati corpus aſpergitur, reformat ad divinam virtutem & potentiam.* Leo. 1 *Epiſt.* 86. *c.* 4. *A parvulo enim recens nato uſqe ad decrepitum ſenem, ſicut nullus prohibendus eſt à Baptiſmo: ita nullus qi peccato non moriatur in Baptiſmo. Sed parvuli tantùm originali, majores avtem etiam omnibus morientur peccatis, qacunqe malè vivendo addiderunt ad illud, qod naſcendo traxerunt.* Qæ ex Avguſtini *Enchirid.* tracta videntur. Mitto reliqos: ad Avguſtinum accedo, eorum qi iſtic adducuntur primipilum; præter hunc enim Patres Carthaginenſes, qorum ipſe pars magna fuit, & Fulgentius, qi ejuſdem veſtigia preſſit accuratè, duntaxat à te proferuntur. Atqe hîc nolo repetere ἐπαναλῆψιν, qod ex Avguſtino *Epiſt.* 57. pavlo ſupra poſui, ne & mihi demùm deſcribendo, & tibi-

tibimetipſi relegendo moleſtiam faceſſam. *Habitare Spiritum in infantibus* dicit; qomodò avtem Spiritus Sanctus in talibus habitat, niſi ſanctitatis eis gratiam, gratiam, inqam, gratos facientem impertiendo? neqe enim ſecundum eſſentiam duntaxat, non & operationem; (qod è noſtris non nemo, qò gratiam neſcio qam imaginariam procuderet in Baptiſmo collatam, commentus videtur) hoc enim modo & in dæmoniis, nedum reprobis, & illotis etiam qibuſvis, exiſtit: neqe etiam ſecundum gratiarum ſive donorum peculiarium collationem, qæ aliorum magis qàm habentium commodum ſpectant: hoc enim nullus, opinor, dixerit. Reſtat ergo, niſi qartus aliqis modus poſſit aſſignari, qod futurum vix credo, ſanctificationis & regenerationis gratiam impertiendo, qod & Avguſtinus etiam diſertis verbis mox aſſerit. Deinde dicitur *Spiritus Sanctus habitare in parvulis* illis *qamvis* id *neſciant qomodo mens in iiſdem habitat.* At ea, opinor, ita in parvulis habitat, ut rationali facultate parvulum, in qo habitat, imbuat, non ut ubi adoleverit, mente novâ aliqâ, qæ ante non inerat, inditâ opus habeat, qò rationalis evadat. Deniqe ita habitare in eis dicitur, ut *occultè in iis hoc agat, ut templum ſint ejus, qod in proficientibus deinceps & perſeverantibus* non inchoet, ſed *promoveat & perficiat.* Idem *de pecc. mer. & rem. l. 1. c. 19. Originalis in eis agritudo ſanatur, in ejus gratiâ, qi ſalvos facit per lavacrum* regenerationis. Et, *c.* 18. *Renaſci in Chriſto, qod per Baptiſmum fieri voluit.* Et, *c.* 30. *Cur naſcitur denuò, niſi renovandus? unde renovandus, niſi à vetuſtate? qa vetuſtate, niſi in qa vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt cum* illo, *ut evacuetur corpus peccati?* Et, *l. 2. c. 7. Non enim advertunt eo qoſqe fieri filios Dei, qo eſſe incipiunt in novitate Spiritûs, & renovari interiorem hominem ſecundum imaginem ejus qi creavit eos.* Idem, *de Trinit. l. 5. c. 16. Pater noſter eſſe incipit, cum per ejus gratiam regeneramur, qoniam dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri. Subſtantia itaqe noſtra mutatur in melius, cum filii ejus efficimur,* &c. Idem *Epiſt.* 23. *Aqa igitur exhibens forinſecùs Sacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinſecus beneficium gratiæ, ſolvens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in uno Chriſto ex uno Adam generatum.* Et poſt: *Ideò parvulus ſemel perceptam Dei gratiam non amittit, niſi propriâ impietate, ſi ætatis acceſſu tam malus evaſerit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, qa non regeneratione avferuntur, ſed alia curatione ſanantur.* Idem, *ſuper Levit. q.* 84. *Nam ſine iſta ſanctificatione inviſibili, viſibilia Sacramenta qid proſunt?* Idem *de nupt. & conc. l. 1. c. 33. Sic accipiendum eſt,* (qod Epheſ. 5. 26.) *ut eodem lavacro regenerationis & verbo ſanctificationis omnia prorſus mala hominum regeneratorum mundentur atqe ſanentur.* Habes in his locis *illuminationem*; habes *ſanctificationem*; habes *mundationem*; habes *ſanationem*; habes *ſordium carnis depoſitionem*; habes *renaſcentiam & regenerationem*; habes *renovationem hominis interioris ad imaginem creatoris, in qa poſtea progreſſus faciendus ſit*; habes *Spiritus in anima, qalis eſt mentis in corpore, inhabitationem*; habes *veteris hominis crucifixionem, corporis peccati exſpoliationem*; habes denique *ſubſtantiam in melius mutatam*, & *naturæ bonum reconciliatum.* Hæc mihi clara ſatis certaqe videntur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Sanè Avguſtinus tibi adverſari videtur, Retract. l. 1. *c.* 13. *ubi ſic habet*: Gratiâ Dei non ſolùm reatus omnium peccatorum præteritorum ſolvitur in omnibus, qi baptizantur in Chriſto, qod fit ſpiritu regenerationis: verùm etiam in grandibus voluntas ipſa ſanatur, & præparatur à Domino, qod fit ſpiritu fidei & charitatis. *Hîc agnoſcit Avguſtinus in omnibus parvulis, qi in Chriſto baptizantur, ſolvi reatum peccatorum ſpiritu regenerationis: at non niſi in grandibus ſev adultis voluntatis ſanationem, qam vult fieri Spiritu fidei & charitatis: per Spiritum regenerationis non intelligit Avguſtinus aliud qam Spiritum Chriſti, è ſtirpe veteri, in qa nati ſumus carnali generatione, in ſtatum regenerationis per peccati originalis remiſſionem transferentem. Vide Avguſtinum* de peccat. merit. & remiſſ. l. 2. c. 9. & 27. Et, de Trinit. l. 14. c. 17. Sanè iſta renovatio (qæ fit ad imaginem Dei) non momento uno fit; ſicut momento uno fit illa in Baptiſmo renovatio remiſſione omnium peccatorum; neqe enim vel unum qantulumcunqe remanet, qod non remittitur. Sed qemadmodum aliud eſt carere febribus, aliud ab infirmitatibus, qæ febribus factæ ſunt, revaleſcere: Itemqe aliud eſt inſitum telum è corpore demere, aliud vulnus qod eo factum eſt ſecundâ curatione ſanare: Ita prima curatio eſt cavſſam removere langvoris, qod per omnium fit remiſſionem peccatorum; ſecunda, ipſum ſanare langvorem, qod fit pavlatim proficiendo in renovatione hujus imaginis. *Ubi docet Avguſtinus, aliam eſſe renovationem Baptiſmalem, qæ fit remiſſione omnium peccatorum uno momento, initium capiens ab ipſa converſione cordis, qa non facta eſt ante adultam ætatem. Vide Avguſtinum* l. 4. de Bapt. contra Donatiſt. c. 24. 25. *Si juxta Avguſtinum renovatio ad imaginem Dei incipiat à converſione cordis, tum nulla habituum infuſio in parvulis in Baptiſmo ex ejus ſententia.*

Idem de peccat. merit. & remiſſ. l. 2. c. 27. Oportet igitur, ut Sacramento regenerationis, ne ſine illo male de hac vita exeat, etiam parvulus imbuatur; Qod non fit niſi in remiſſione peccatorum. *Et poſtea* — Filii ex parentum reliqa vetuſtate toti vetuſti in peccati carne propagati, damnationem veteri homini debitam, Sacramento ſpiritualis regenerationis & renovationis evadunt. Illud namqe præcipue propter qæſtiones, qæ de hac re motæ ſunt, vel moveri adhuc poſſunt, attendere ac meminiſſe debemus, tantummodò peccatorum omnium plenam perfectamqe remiſſionem Baptiſmo fieri; hominis verò ipſius qalitatem non totam continuò commutari, ſed ſpirituales primitias in bene proficientibus de die in diem novitate creſcente commutare in ſe, qod carnaliter vetus eſt, donec totum ita renovetur, ut animalis etiam infirmitas corporis ad firmitatem ſpiritualis incorruptionis perveniat. *Ex hoc loco conſtat etiam juxta Avguſtinum primitias renovationis habere parvulos à remiſſione peccatorum in Baptiſmo, ipſam verò renovationem, qa gradatim perficitur, & ſanctificationem non item, vid. &* c. 7. ejuſd. l. 2. *Certè videtur Avguſtinus paſſim ſtatuere adæquatum Baptiſmi effectum in parvulis eſſe illam renovationem, qæ fit ſola remiſſione originalis peccati; alteram avtem illam renovationem, qa fit ad imaginem Dei, non incipere niſi ex eo tempore, qo cordis fit converſio.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Avguſtinus qod adverſari dicitur: ſanè ſi adverſetur, ſibiipſi adverſabitur, cujus ea ſunt, qæ ſupra poſueram. Itaqe reſpondeo, 1. Non eſſe meum, omnia Avguſtini dicta dogmatáve præſtare, qò minùs inter ſe qandoqe diſſentiant. 2. Non adverſari prorſus videntur, qæ adducuntur iſtic, eis, qæ ſuperiùs allata fuerant. Siqidem primus locus ille ex *Retract. l. 1. c. 13.* explicari poterit ex illo *Epiſt.* 23. ſupra adducto, ut de *ſanatione grandium* intelligatur, qæ non regeneratione, ſed aliâ curatione perficiatur: nec *ſanationem* omnem Baptiſmo neget, qam eidem alibi diſerte tribuit, *de pecc. mer. & rem. l. 1. c. 19.* ſed ejuſmodi tantùm, qalem ipſe deſcribit, cum *ibidem* tum & *Epiſt.* 23. qæ fide charitateqe actuali peragitur. Qomodo &, *de adulter. conjug. l. 2. c. 16.* Idem affirmat, *homicidium à Catechumeno factum baptiſmate ablui, à baptizato pœnitentia & reconciliatione ſanari.* cum tamen pœnitentia vera, & qoad ſubſtantiam ipſam eadem ab utroqe interna exigatur. Math. 3, 6. 8.

2. Qoad locum illum ex *l. 2. de pecc. mer. & rem. c. 9. & 27.* Unde probari contenditur per *Spiritum re-*

generationis non intelligere aliud Avguſtinum, qàm *Spiritum Chriſti à ſtirpe veteri, in qa nati ſumus carnali generatione, in ſtatum regenerationis, per originalis peccati remiſſionem transferentem.* Reſpondeo 1. *Regenerationis* ſtatus ego qid eſſe poſſit non intelligo, citra internam *animæ renovationem*, qam & in Baptiſmo collatam aſſerit Avguſtinus *de mer. & rem. pecc. l. 2. c. 17.* Certe Avguſtinus *libri ejuſdem c. 27.* qo remittimur, cum dicit: *Sacramentum Baptiſmi profectò ſacramentum regenerationis eſt*; ad loca etiam illa reſpexit, ad Tit. 3. 5. Joan. 3. 3. 5. qorum alterum citat etiam *ibidem. Regenerationem* avtem, de qâ utroqe loco, tum Apoſtolus, tum & Chriſtus, qis unqam interpretum intellexit, niſi de renovatione reali, commutationeqe interna? *regenerationis* itaqe nomine qidni Avguſtinum id comprehendere concludam, qod locis illis deſignari conſentiunt univerſi, qibus ille adductis id qod voluit confirmavit, imo qæ pro dogmatis ſui fundamentis fermè ſola conſtituit? Sane probabilius multò dici poterit, *regenerationis* vocabulo utramqe comprehendiſſe Avguſtinum, tum reatûs ſolutionem, tum & renovationem internam; qam *ſanctificationis* nomine Eph. 5. 26. avt *circumciſionis*, Col. 2. 12. Apoſtolum (qi Avguſtino diſtinctius de iſtis agere ſolet, nec *juſtificationem* unqam cum *ſanctificatione* confundit, qod Avguſtino ſolenne nimis eſt in Apoſtolo interpretando) utramqe deſignaſſe. 2. Nihil ego deprehendo in locis illis, qod à parvulorum Baptiſmo *ſanctificationem* & *renovationem* internam excludat.

Nam 1. *c. 7.* hoc tantùm occurrit, qod videri poſſit huc facere, *idcircò oportet etiam, ut ipſe in aliam generationem per remiſſionem peccati ſpiritu renovetur.* qod tantum abeſt ut excludat, ut etiam innuere videatur. Siqidem,

1. Spiritus renovationis expreſſa fit mentio, qod qid ſibi velit, doceat nos Apoſtolus ipſe Tit. 3. 5.

2. *Idcirco*, inqit. qare? *qia vetuſtus & infirmus naſcitur*; hoc enim verba proximè præcedentia habent: at verò qò vetuſtati illi infirmitatiqe medicina fiat, non ſola reatus remiſſione, ſed interna inſuper opus eſt renovatione.

2. *Cap.* 2. qod dicitur: *Sacramentum regenerationis non fieri, niſi in remiſſione* (forſan, *in remiſſionem*) *peccatorum* non excludit *renovationem* internam: cum illud [*non niſi*] nihil aliud ſonet, qàm [*non aliter qàm*] ſive [*non citra hoc vel illud*] imò verbis proximis aſſerit potiùs, cum ait: *Qod etiam ipſo loco Chriſtus oſtendit.* (qo illo, qæſo, niſi qo renaſcentiam exigit? Joan. 3. 3. 5. qod longe aliud qid à mera reatus ſolutione deſignat, vel Avguſtino ipſo interprete) *cum interrogatus qomodò poſſent iſta fieri, commemoravit qomodò Moyſes fecerit in exaltatione ſerpentis* (fuit illud, opinor, & ſanationis, non liberationis tantum à morte, medium & remedium.) *Cum itaqe per Baptiſmi Sacramentum, morti Chriſti conformantur infantes, eos à morſu ſerpentis liberari fatendum eſt, ſi à fidei Chriſtianæ regula nolumus aberrare. Qem tamen morſum non in ſua vita propria, ſed in illo, cui primitùs inflictus eſt, acceperunt.* Qid eſt, (*morti Chriſti conformem fieri*) niſi carnem mortificatam, mortis ejuſdem vi & efficacia habere? avt qis morſus ille ſerpentis, niſi virus vitiumqe illud nativum, qod à Protoplaſtis illis per ſeriem continuam, nec unqam niſi in Chriſto ſolo interruptam, propagationis naturalis medio ad nos uſqe deſcendit?

3. Qod ad ea qæ ſequntur *ex de Trinit. l. 14. c. 17.* & ex hoc ipſo amplius, de qo jam actum eſt, *capite*, contra te militant, dum *renovationem* illam qæ ad divinam ſit imaginem (qam ejuſdem *c. 7.* loco ſupra citato, Baptiſmo diſerte tribuit) etiamſi *totam* ſimul in Baptiſmo dari, ſicut remiſſio tota ſimul integra ibi datur, omnino neget; eandem tamen (qod & alibi non ſemel) exertè tunc temporis inchoari contendit aſſeritqe. Qid enim aliud iſta ſonant è *cap.* illo 7. qæ & ipſe poſuiſti? *Tantummodo peccatorum omnium plenam perfectamqe remiſſionem Baptiſmo fieri; hominis verò ipſius qalitatem non totam continuò commutari* (at *mutari* tamen *l. 5. c. 16.*) *ſed ſpiritales primitias* (in Baptiſmo nimirum collatas) *in bene proficientibus de die in diem novitate* (tunc primò inchoatâ ſcilicet) *creſcente commutare in ſe, qod carnaliter vetus eſt, donec totum renovetur.*

4. Qod avtem obiter ad Avguſtinum, *de bapt. l. 4. c. 24. 25.* amittimur, qo doceatur ex Avguſtini ſententiâ *renovationem illam ad imaginem Dei, qæ à cordis converſione initium capit, ante adultam ætatem non effici.* negatur eo locì Avguſtinum *renovationis* illius internæ ad ætatem uſqe adultam inchoationem ablegare; cum *cordis* tantùm *converſionem* (actualem nimirum ſive activam appellare placuerit) ad annos illos differri dicat; nec exigi magis à parvulis, qàm vel ut corde credant ad juſtitiam, vel ore confiteantur ad ſalutem.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. *Si infantes ex ſententia Avguſtini in Baptiſmo donentur fidei habitu infuſo, qidni fideles denominandi ſint ab illo habitu infuſo; qomodò & recte homines ſapientes avt temperantes denominantur, qibus donum infunditur ſapientiæ avt temperantiæ? Ipſe tamen Avguſtinus nuſqam ex eo, qod fidei habitu, avt qalitate infuſa parvuli imbuantur alicubi fideles denominari vult, ſed aliis ubiqe nominibus.* Epiſt. 23. *ait*, Parvulum etſi nondum fides illa, qæ in credentium voluntate conſiſtit, jam tamen ipſius fidei Sacramentum fidelem facit. *Et*, de peccat. merit. & remiſſ. l. 1. c. 19. *ait*, Parvulos rectè fideles vocari, qòd fidem per verba geſtantium qodammodo profitentur. *Et*, c. 33. Ubi parvulos ponimus baptizatos niſi inter fideles? Sicut univerſæ ubiqe Eccleſiæ clamat autoritas. Ergo inter eos, qi crediderunt, hoc enim iis acqiritur per virtutem Sacramenti & offerentium reſponſionem. *Hic de fidei habitu altum ſilentium, ubi opportunè maxime ejus meminiſſe potuit, ſi de fidei habitu in parvulos infuſo unqam ſomniaſſet. Et*, ſerm. 14. de verbis Apoſtoli: Abſit ut ego dicam non credentes infantes, credit in altero qi peccavit in altero. *Et poſtea*; — Credunt & infantes, unde credunt? qomodo credunt? fide parentum; ſi fide parentum purgantur, peccato parentum polluti ſunt. Corpus mortis in primis parentibus generavit eos peccatores, Spiritus vitæ in poſterioribus parentibus regeneravit eos fideles. *Hic etiam ad fidem alienam confugit. Vide etiam* ſerm. 10. de verbis Apoſtoli. *Et*, cont. duas Epiſt. Pelag. *l. 1. c. 22. Idem Avguſtinus*, Epiſt. 57. ad Dardanum, *ait*: Ad templum Dei pertinent parvuli ſanctificati Sacramento Chriſti, regenerati Spiritu ſancto. *Et poſtea*; Dicimus in baptizatis parvulis, qamvis id neſciant, habitare ſanctum Spiritum. *Sed nuſqam ait habitare per fidei habitum infuſum.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Mitto multa in Avguſtinianis illis, qæ obruſſâ exactiori admotâ minùs ſolida forſan deprehenderentur. Ad ea, qæ cavſſam præſentem ſpectant, ſic pavcis reſpondeo. 1. Infantes tam ex Avguſtini fundamentis, tum *fideles* (ſi ſanctificatio fidei habitum neſcio qem infuſum neceſſariò præſumat) tum *ſancti* certè (qicqid de illo fuerit) dici poterunt non *Sacramento tenus* tantum, avt *ex fide aliena*, ſed *ex fidei habitu ſanctitateqe* ipſa inſita; qàm à rationis facultate rationales dicuntur. Vide qæ ſupra *ex Ep. 57.*

2. *Fideles* denominari ſolent homines, & eo ſenſu, opinor, Avguſtinus accepit, non tam ab habitu cordis, qod facultate imbuti ſint fidem habendi promiſſionibus divinis, ac in Chriſtum recumbendi ad ſalutem juxta illas conſeqendam, qam ab actu ipſo credendi, eiſdem fidendi: qo ſenſu reverâ parvuli etiam cum Joanne Baptiſta renati & renovati, qanqam facultate id præſtandi, ubi opportunitas fuerit, imbuti, *fideles* tamen adhuc dici nevtiqam poſſunt. Vide infra *Reſponſ.* tuæ *membr.* 5.

SAMUE-

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

3. *Si veteres, imprimis Augustinus, aqe certò omnes parvulos tinctos tam sanctificari qam justificari censuissent, aqè fidenter de utrisqe pronunciassent. At justificationem parvulorum fide catholica credendam esse veteres pronunciarunt, ut patet ex Conciliorum definitionibus à me prolatis. Concil. Carthag. Epist.* 90. *apud Augustinum. Concilium Milevitan. c.* 2. *Concilium Valent. c.* 5. *Ex Augustini etiam locis à me productis* Epist. 23. *Et* de pecc. merit. & remiss. l. 3. c. 5. *Et*, Enchirid. c. 42. *Et passim alibi; Patet eum hoc pro indubitato dogmate habuisse; cui etiam concinit Prosper in locis adductis ad capit. Gall. object.* 2. *& in secunda sententia super illud caput: Qibus adde Fulgentium de fide ad Petr. Diaconum c.* 30. *At de sanctificatione parvulorum tinctorum in definitionibus Conciliorum, aut antiqorum Patrum, nihil tale occurrit. Hinc est qod antiqiores Scholastici negabant parvulis in Baptismo gratiam habitualem, aut virtutes infundi. Ut meminerunt Halens.* par. 4. membr. 8. art. 3. Sect. 2. *Et Thomas* 3. part. q. 69. art. 6. *Et Gerson in* compendio Theolog. *ubi de fide parvulorum qærit. Sed & Estius ingenuè agnoscit de hac infusione inhærentis justitiæ habitualis problematicè disputatum fuisse apud Schola Doctores.* Unde Magister (*ait*) eam (qæstionem) in textu proponens non determinat, ac magis in negantem partem propendere videtur. — Sed & (*inqit*) Innocentii tertii temporibus hac ipsa de re dubitatum. *Et postea: In Concilio Viennensi sub Clement.* 5. Etsi virtutes infundi in Baptismo parvulorum definitum est; non tamen ut dogma de fide, sed ut opinio magis probabilis. *Dominicus item Soto in* 1. *distinct. q.* 3. *art.* 1. *sic habet*: Igitur qi sanè intelligere cupit, qomodo Sacramenta gratiam conferant, id primùm constituat oportet, fingendo nullam qalitatem (*habitualem*) esse necessariam. Nam profectò patres nunqam de illa disputare cogitarunt, imo res est non adeò antiqa. *Hac ille ibi, & plura huc facientia. Et*, de nat. & gratia l. 2. c. 10. Illi habitus infusi parvulis non sunt tam ab antiqo tantaqe certitudine in Ecclesia cogniti, qam est fides Catholica, qoniam neqe Concilium Viennense illos probat, nisi tanqam opinionem probabilissimam. *Ex his aliqatenus videri possit, qòd veteres non contendant pari certitudine omnes tinctos tam sanctificari qàm justificari.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. In testimoniis reperiuntur, qæ ad utrumqe respicere, etiam illud, qam istud præsumere videantur. Sicut in eis qæ ex *Concilio Aravsic.* 1. *c.* 25. superius allata sunt; nec nunc apponi denuò necesse est: sed & in illis ex *Concil. Valent. c.* 5. *Firmissimè tenendum credimus, qod omnis multitudo fidelium ex aqa & spiritu regenerata ac in Christi morte baptizata, in ejus sangvine sit à peccatis suis abluta: qia nec in eis potuit esse vera regeneratio, nisi fieret & vera redemptio, cum in Ecclesia Sacramentis nihil sit cassum, nihil ludificatorium, sed prorsus totum verum, & ipsa sui veritate & sinceritate subnixum. Ex ipsa tamen multitudine fidelium & redemtorum, alios salvari, qia per gratiam Dei in redemtione sua fideliter permanent, — alios, qia noluerunt permanere in salute fidei, qam initio acceperunt redemti, ad plenitudinem salutis nullo modo pervenire. In utroqe siqidem doctrinam pii Doctoris habemus: qicunqe baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. — Et iterum: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei adsperfi corde à conscientia mala & abluti corpus aqa munda*, &c.

Nam in *Epist. Augustini* illa 90. habetur duntaxat, *negare Pelagianos parvulos propter salutem, qa per Christum datur, baptizandos, vitamqe illis, etiamsi non baptizentur, polliceri: nihil esse in eis vitiatum, aut sub Diaboli potestate captivum; nec pro eis fusum Christi sangvinem esse, qi fusus sit in remissionem peccatorum.*

Halensis autem *part.* 4. *qæst.* 21. *membr.* 1. *art.* 2. hanc affirmat esse *opinionem communem, qod gratia & virtutes conferuntur parvulis in Baptismo; qantum ad habitus, sed non qantum ad actus.* In qam & ipse concêdit: ex Augustino confirmat, & objectionibus ex Augustino adductis inter alias respondet. Nec aliud qicqam Thomas, qàm qod *qidam antiqi* (Scholastici an alii nullus dicit) *posuerunt, qòd pueris in Baptismo non dantur gratia & virtutes:* qorum sententiam oppugnat ipse. Nec amplius dicunt qos hîc advocas, aut Halensis, aut Gerson, qam, *dicunt aliqi*, ille; *dicunt qidam*, iste; (qomodo ipse mox utrumqe citas) nominatqe iste unum duntaxat *Hugonem* nescio qem, sui ævi an superioris nullus monet, qi *Apparatum fecerit super Decretum.* Hoc autem in dogmate convenire Alexandrum Halensem nostrum, Albertum Magnum, Thomam Aqinatem & Joannem Scotum, (licet in aliis havd pavcis à se invicem dissentientes) Eustathium, Bonaventuram, Franciscum Majronis, Astesanum Astensem, Robertum Holcot, Petrum Alliacensem, Joannem Gersonem, ut alios omittam, locis indicatis, alibi ostendimus.

Sed nec verum est, qod Estius, *Magistrum in negantem partem propendere*, cùm extrema conclusio huc inclinet. l. 4. dist. 4. &c. Et regula juris sit, referente Alberico Gentili *jurid. l.* 2. *c.* 3. *Ubi lex non respondet qæstioni propositæ, determinare pro ea parte videtur, qæ ultimò ponitur.* Certè Concilium Viennense istam non solùm tanqam *probabiliorem* admittit, sed tanqam *dictis sanctorum* etiam *magis consonam ac concordem.* Unde etiam Whitakerus noster diserte pronunciat, de bapt. q. 4. c. 5. *In Concilio Viennensi & Tridentino definitum esse, habitus harum virtutum infundi in Baptismo.* Qi & *ibidem*: *Hanc Concilii Tridentini, Ecclesiaqe Papistica sententiam esse.*

2. Ideo forsan crebriores de *remissione* definitiones, qia de eâ cumprimis qærebatur. Pelagiani siqidem, *Baptismi perceptione jus qidem concedebant ad regnum acqiri; sed peccata, qæ nulla essent in parvulis, solvi negabant*, (uti Augustinus *de Hæres.* c. 88. & alibi) vel realiter vel sacramentaliter etiam: nevtrum enim horum cum illorum hypothesibus consistit, qas & istorum utrumlibet pariter tollit.

3. Veteres illi, si *sanctificationem* etiam in Baptismo dari, etiamsi non pari certitudine asseruerint (qanqam ubi dubitanter de ista locuti fuerint, ego nevtiqam reperio) sufficere videtur ad illud, qod ego volebam, aut in hac parte recipiendos esse, aut ne in illâ qidem pro testibus idoneis habendos. Qæ autem qasiterqe locuti sint ex testimoniis supra allatis facilè constabit: qibus & in veterum scriptis qis evolvendis diligentiùs versatus, cui otii ad id amplius suppetit, plura multo clarioraqe forsan adjicere potuisset; cujusmodi etiam havd pavca in animadversionibus meis *ad Reverendi Episcopi* superius dictam *Epist.* simul congesta licebit reperire.

4. Deniqe si Patrum sententiæ standum fuerit, nec illi *sanctificationem*, sive *renovationem* internam, & *regenerationem* eam, qam Scriptura sacra loqitur; sed *remissionem reatus* duntaxat, in Baptismo dari asserunt; certè eliduntur planè tum argumenta illa, à locis eis Scripturæ ducta, qibus *sanctificatio, mortificatio, vivificatio, regeneratio, veteris hominis crucifixio*, Baptismo tribui videntur; tum illa etiam à sacramentorum naturâ & efficaciâ perpetuâ mutuata, qâ ea semper reipsâ conferre præsumuntur, qæ figurant: ista enim Baptismo designari, nemo est, qi inficias iverit.

SAMUELIS WARDI *Responsio.*

4. *Dico gratiam, qam Scholastici finalem vocant, qa plenariè sanctificat & purgat animam ab omni peccati macula, & ad videndum Deum idoneam reddit animam, non conferri parvulo in Baptismo, sed in ipso egressu animæ è corpore. Hoc non obscurè docet Calvinus* Institut. l. 4. c. 16. §. 17.

§. 17. Infantes qi ſervandi ſunt (ut eâ ætate omnino aliqi ſervantur) antè à Dom[illegible] generari minimè obſcurum eſt. Nam ſi ingenit[illegible]bi corruptionem è matris utero ſecum afferunt, [illegible] purgatos eſſe oportet, anteqam in regnum Dei admittantur, qo nihil ingreditur pollutum avt inqinatum. Non tollitur avtem à parvulis omnis pollutio, nec omne inqinamentum niſi in exitu hujus vitæ, ut ſanctificatio conſummetur. *Conſtans etiam eſt noſtrorum Theologorum ſententia, plenariam animæ ſanctificationem ab omni labe peccati fieri in exitu hujus vitæ, nec ante exitum compleri. Gerſon in* compendio Theologiæ, *ubi de 3. virtutibus Theologicis, de fide diſſerens qærit*, utrum parvuli baptizati habeant fidem. *Reſpondet:* Dicunt qidam, qod nec fidem habeant nec cæteras virtutes, eò qòd hæ non conferantur iis in Baptiſmo, ſed tantùm purgantur ab originali peccato. Dicunt tamen, qod ſi anima parvuli poſt Baptiſmum ſeparetur, in illa ſeparatione illi infundi fidem & cæteras virtutes ab ipſo Deo. De hac (*inqit*) opinione eſt Hugo qidam, qi fecit Apparatum ſuper Decretum. *Alexander de Hales*, part. 4. q. 65. membr. 3. art. 3. §. 5. Dicunt aliqi, qod triplex ſit gratia,

1. Baptiſmalis, qæ dominatur in animâ ex virtute Sacramenti, & omnino omne genus peccati tollit.

2. Pœnitentialis, qæ dominatur in animâ ex ſubjectione & conformitate liberi arbitrii ad ipſam gratiam; & hæc tollit omne mortale, non avtem omne veniale.

3. Finalis, qæ dominatur in anima perfecta ſubjectione & conformitate omnium virium animæ ad ipſam gratiam; & hæc tollit omne veniale. Cum enim anima jam ſeparatur à carne, jam pronitates & perturbationes, qæ inerant animæ, ex carne recedunt; & potentiæ animæ tranqillantur, & gratiæ ſubjiciuntur; & per hoc venialia delentur, ſive ſint in parte rationali, ſive ſenſuali: Et ita nullum veniale dimittitur poſt hanc vitam, ſed in illo inſtanti, in qo dici poteſt, hæc finalis gratia dominium ſibi vindicat, & omnem expellit culpam. *Hanc ſententiam in ſeqentibus tum explicat fuſiùs, tum approbat.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. At ſi in Baptiſmo ex Dei parte exhibetur, qicqid ritu ipſo externo figuratur, non video qid impedire poſſit, qo minus gratia iſtiuſmodi inter baptizandum conferatur.

2. Verum in hoc libenter calculum tibi do meum, addóqe ſimul reatus ſolutionem mihi videri, qoad actum ipſum conferendi eo uſqe ſuſpendi, dum gratiâ ſanctificante illa vel inchoatâ duntaxat, vel inchoatâ ſimul & conſummatâ, regeneratio ac renovatio facta fuerit interna.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

5. *Eſto, Patres aliqando meminiſſe alicujus qalitatis ſopitæ & qieſcentis infuſæ in Baptiſmo parvulorum, erit ille gratiæ gradus omnium minimus, qi in hac vita recipiuntur, puta, prima diſpoſitio ad futuram vitæ novitatem, ut vult Hookerus noſter* Lib. 5. Sect. 60. *vel ut alibi ait: Primus gradus ſpiritualis motionis ad habitum fidei. 64. talis tamen ſufficere deſinit ad ſanctificationem ejuſdem parvuli, cum ad adultam ætatem advenerit. Ut enim ad juſtificationem adulti non ſufficit fides, avt pœnitentia habitualis, ſed reqiruntur liberi actus pœnitentiæ & fidei, ut votum in Baptiſmo nuncupatum adimpleamus: ſic nec ad ſanctificationem adulti ſufficit illa ſopita & qieſcens qalitas, ſev illa prima diſpoſitio ad habitum fidei, avt aliarum virtutum, ſed reqiritur etiam omnium virtutum habituum infuſio, qi ad actus virtutum facilitent, & animam promptam ad agendum reddant.*

Hinc etiam eſt, qod noſtræ profeſſionis Theologi diſtinguunt inter renovationem parvulorum & adultorum. Bezæ ad 7. dogma D. Wirtemb. in Colloq. Mompelg. *habetur* in Reſponſione Bezæ ad Acta Colloq. Mompelg. p. 122. Infantes putamus abſurdum eſſe dicere renovari, ut vel eo ipſo tempore, qo baptizantur, vel etiam ante cogniti, & per fidem apprehenſi Chriſti tempus, vetere extincto homine, novi fiant homines. *Vid. etiam* ad Acta Colloq. p. 118. *Et in* Reſp. ad eadem Acta p. 130. Naſcuntur ergo infantes, etiam electorum propter alienum, ſimul & ſuum ex Adamo propagatum peccatum corrupti & rei; ſed nullis adhuc illius vitii amariſſimis fructibus coram Dei facie contaminati. Sufficit igitur illis admirabile qidem & abditum & inſcrutabile, certiſſimum tamen, illud Sancti Spiritus in ipſis opus mere paſſivum, qo fit ut Chriſti membra naſcantur, cujus ad mortem uſqe crucis obedientia ipſis imputata à mortis reatu ipſos abſolvit, & æternâ vitâ per imputatam eandem Chriſti juſtitiam in ipſo dignos efficit. Qod ad corruptionem avtem, cui obnoxii naſcantur, ipſorum ſpiritus prius ex hac vita in illam beatam evocatus, qam corruptionis illius fructibus contaminetur, illâ certè ſpecie renovationis non indiget, unde in adultis certamen illud inter ſpiritum & carnem exoritur, ſed ad illum ipſum regenerationis gradum ulteriorem multò & feliciorem rectâ tranſcendit, in qem apud Deum in Chriſto evehuntur, qicunqe in Domino moriuntur. ſcilicet *per finalem gratiam. vid. Calvin.* Inſtit. l. 4. c. 16. Sect. 21. *Sic idem Beza libro citato* part. 2. p. 123. Renovari qidem *ait* illos (*parvulos in infantiâ morientes*) at non ita tamen, ut ii, qi hanc vitam totam vivunt intelligentiâ qoqe & ratione utentes. Qorſum enim illis illuminationem mentis ad diſcernendum ſecundum Spiritum Dei veritatem verbo Dei comprehenſam, qod nunqam ſint avdituri ad diſponendum apprehenſionis aſſenſum per fidem? ad affectus ſecundùm Spiritum adverſus carnem componendos? deniqe ad omnes illas animi facultates ad rectum ſcopùm dirigendas, qæ per ſenſus & phantaſiam exſeruntur? Hactenus ergò negavi & nego iſtiuſmodi infantibus illam adultis propriam Regenerationem convenire, non illam, ſine qa nemo videbit Deum. *Hæc Beza. Conceſſa ergo hac ſanctificatione parvulorum ex Patrum ſententia, nulla ratione videtur noſtra defenſio avt laſa, avt imminuta.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Qis *gradus iſte primus ſpiritualis motionis ad habitum fidei*, qæve *prima illa ad futuram vitæ novitatem diſpoſitio*, qam Hookerus noſter in Baptiſmo dari vult, avt unde etiam hæc havſta ſint, niſi *regenerationis* illius, de qa Dominus Joan. 3. 3. 5. & Apoſtolus Tit. 3. 5. ortum ipſum intelligat, qia *Sacramentis* pariter ac verbo *vim virtutemqe generativam* tribuit *Sect.* 50. ego nevtiqam aſſeqor.

2. Qod *ea ſufficere deſinere* dicitur, *ad parvuli ſanctificationem cum ad adultam ætatem advenerit*; nec hoc qid velit ſatis aſſeqor. Sufficere ſiqidem aliqid ad ſanctificationem duplici ratione dici poſſe videtur. 1. qod verè ſanctum licet imperfectè, conſtituat; atqe hac ratione diſpoſitio illa animæ, ſi ſancta verè fuerit, etiam τὸ ὑποκείμενον verè ſanctum conſtituit, & ad id conſtituendum omninò ſuffecerit. 2. qod non ſolum ſanctum conſtituat, ſed eo etiam modo ſanctum, tum qoad ſanctitatis gradum, tum qoad ejuſdem exercitium, qi à ſubjecto in hoc vel illo ſtatu exigitur: atqe hac ratione reverâ ſanctificatio illa in adultis non ſuffecerit, qia amplius aliqid ab eis exigitur, qomodo à parvulis in Chriſto, etiam adultis minùs exigitur, qàm ab eiſdem aliiſve etiam in eodem adultis: atqe hac ratione Calvinus in *Catechiſmo*; *Fidem in nobis ſemel inchoatam eſſe neqaqam ſufficit, niſi cominenter alatur, & magis indies magiſqe avgeſcat.* Qum tamen fides inchoata ſemel nunqam deficiat, & juſtum ſanctumqe ſtatim atqe inchoata, conſtituat.

3. Nam qod *ad juſtificationem adulti non ſufficere fidem*

dem avt pœnitentiam habitualem, dicitur; *ſed ad votum in Baptiſmo nuncupatum implendum liberos actus utriuſqe requiri*: ut illud omittam, multa ad votum Baptiſmale implendum reqiri, qæ ad juſtificationem non reqiruntur; ubicunqe fides & pœnitentia habitualis extiterint, qamprimum ſeſe exſerendi facultas data fuerit, actus illæ ſunt liberos neceſſariò producturæ: qippe cum verum hic ſit noſtrorum dogma illud; *Veram fidem ab opere nunqam eſſe ſejunctam:* ſive ut Cajetanus rectè *in Jacobi* 2. qi ab hac agendi efficaciâ fidem veram vivámqe definit, *qa renuit operari, fidem veram non eſſe.*

4. Qòd *diſpoſitionem illam ad habitum fidei ac aliarum virtutum*, ſive *qalitatem* illam *ſopitam & qieſcentem* ad adulti ſanctificationem ſufficere negatur; ſed reqiri etiam *omnium virtutum habituum infuſionem* aſſeritur, &c. Si diſpoſitio illa verè ſancta fuerit, certè ſanctitatis infuſio novæ nulla reqiritur, ſed nec reverâ eſſe poteſt, cum *duo accidentia ejuſdem ſpeciei ſubjectum unum idémqe minimè recipiat*: ſin minùs, infantem qomodo ſanctificaverit diſpoſitio illa, cum nec ipſa ſancta extiterit?

5. *Habituum infuſionem* iſtam havd ſatis capio: *habitus* ſiqidem nomine duo poſſunt intelligi; 1. Facultas ſimpliciter aliqid agendi; qales ſunt δυνάμεις illæ naturales, videndi, avdiendi, corporis membra movendi agitandiqe, &c. qas Philoſophus obſervat actus omnes inde elicitos anteire. 2. Facultas dextrè ac cum artificio & facilitate qadam munus aliqod iſtiuſmodi exercendi, qæ uſu ac praxi comparata ſit: qales ſunt, qas nomine peculiari ἕξεως ille indigetat. Prioris generis videtur *diſpoſitio* illa *ſancta*, qam Spiritus Sanctus in anima, ſive parvuli ſive adulti, cujuſpiam operatur, cum morbidum ejuſdem affectum ſanat, vel mortuam potius ipſam vivificat, ac vivificando renovat, & ad imaginem, in qa protoplaſti ſunt creati, ex parte refingit. Fit avtem id, (qantum ego aſſeqor) non habitus neſcio qos virtutum diſtinctim inſtillando; ſed menti voluntatíqe vitam & ſanitatem reſtituendo, qæ qatenus ſanantur, ſive vivificantur, vel ad fidei, vel ad ſpei, vel ad charitatis, vel ad timoris actus eliciendos exercendoſqe jam habiles atqe idoneæ redduntur. Poſterioris generis videntur eſſe *habitus*, ut ita dicam, illi fidei, ſpei, juſtitiæ, charitatis, cæterarumqe *virtutum*, qibus induuntur illi, qi diu ante regeniti atqe interius renovati, longo jam uſu praxiqe ſubacti, tentationum conflictibus freqentiùs agitati, eiſdemqe aſſueti, actuum deniqe exercitiorumqe ſpiritualium tenore conſtanti elaborati, cum, Spiritu Sancto iſtis cooperante, ſanctimoniæ viriumqe ſpiritualium gradum aſſecuti fuerint, ut ad actus virtutum (prout tu loqeris) facilitentur, poſſintqe jam prompte atqe expedite ea præſtare, qæ ſine moleſtia prius havd poterant. *Sanctam* illam *diſpoſitionem*, ſi *habituum infuſorum* nomine intelligere placuerit; illa vero niſi in vere regenito eſſe non poterit; ſed nec ea, cum ſit ſeminis illius immortalis portio, de qo 1 Pet. 1. 23. interire, nec, cum ſemen vitale ſit, otioſa unqam eſſe poterit, ubi liberam agendi facultatem nacta fuerit: Vereqe ſanctum neceſſe eſt ea præditum conſtituat, ſive parvulus, ſive adultus is fuerit, ut infuſione ſecundaria nihil adulto ſit opus, ad eum primitus ſanctificandum, qi ea parvulus imbutus fuerit. Nam poſterioris generis habitus non tam infundi, qam uſu exercitationeqe, Spiritus Sancti opera coadjutrice, acqiri videntur; nec ſpecie, ſed gradu tantum ac progreſſu à priori illa diſterminari. Siqidem ſtricte nimis fidei habitum ſumere videtur Danæus adv. Bellarm. de bapt. c. 1. ubi negat ipſum etiam *Spiritum in nos fidei habitum infundere*, qia *ea* ſcilicet *ſed & virtus alia qævis per modum ἐγκρατείας, non avtem per modum ἕξεως inſit nobis in hac vita.* Verum is de habitu plene conſummato, opinor, locutus eſt. Videatur Halenſis *part.* 4. *q.* 21. *membr.* 1. *art.* 2. *ad object.* 18. *&* 19.

6. Bezam qod attinet, id forſan voluit, non eandem eſſe parvuli ac adulti renovationem, qoad actus ab iſtis, non avtem ab illis vel exercendos, vel exigendos, carnis ſcilicet edomandi, cumqe ea confligendi, avt intelligentiam in fidei dogmatibus exercendi, &c. alioqi mentis voluntatiſqe renovatione, ac ad divinam imaginem reſtavratione conſtare eam nullus, opinor, negabit, avt negare etiam poterit, qi in *ea ſanctitate* (qæ qid eſt aliud?) conſtituit, *ſine qa nemo Deum viſurus eſt.* Certe enim cum Apoſtolus ab adultis hanc exigit Hebr. 12. 14. eandem parvulis qi tribuit ſanctitatem, is ſpecie eandem in utriſqe agnoſcat, neceſſe eſt. Recte Whitakerus *de bapt. q.* 4. *c.* 6. *Infantes à Spiritu Sancto purgari dicimus & fieri novas creaturas, qia caro & ſangvis regnum cœlorum non poſſidebunt; & niſi ex aqa & Spiritu Sancto renati fuerint, non poſſunt intrare in regnum cœlorum.*

7. Conceſſo ergo hanc ex Patrum ſententia parvulis in Baptiſmo dari; conſeqetur eam eandem ſpecie parvulis dari in Baptiſmo ſanctitatem, qæ in adultis reperitur, avt ſaltem ſi ea non ſit, qæ in adultis reperitur, non eſſe eam, qam Apoſtolus vult, ubi renovationem hominis & regenerationem Baptiſmo tribuere videtur: nec poſſe ergo inde argumenta deſumi, ad ſanctitatem eam in Baptiſmo dari probandum, de qa Apoſtolus iis in locis non loqitur.

SECTIO VII.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 29.

SEcundum noſtrum aſſertum eſt; Omnes parvulos etiam non-electos & finaliter perituros in infantia rite baptizatos à reatu originalis peccati in Baptiſmo liberari.

Fundamenta hujus aſſertionis ſunt: Primo natura Sacramentorum, qæ ſunt ex ordinatione divina efficacia ſigna, & eatenus efficacia, ut ubi ex parte ſuſcipientis nullum impedimentum ponatur, ibi ſuam vim, & efficaciam exſerant pro capacitate ſuſcipientis. Cum ergo infantes ex eo qod liberi arbitrii uſu prorſus deſtituantur, nihil impedimenti opponere poſſint (ut ſupra ex Avguſtino docuimus) qod vim & efficaciam Sacramenti retardet & obſtet; cumqe Baptiſmus potiſſimum inſtitutus ſit ad ſolutionem reatus originalis peccati; ergo omnino dicendum Baptiſmatis Sacramentum in parvulis omnibus hanc ſuam vim & efficaciam exſerere.

THOMÆ GATAKERI Exceptio. Num. 29.

Qod ad 2. Aſſerti (*à reatu* ſcilicet *liberari baptizatos etiam, qi in æternum perituri ſunt*) Fundamenta hic jacta: Primum nititur illo dogmate, de *fine inſtitutionis*: petit itaqe qod nondum firmatum videtur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo: finem inſtitutionis Baptiſmatis, ſatis, uti ſpero, ſupra demonſtravimus, Num. 2.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Ibidemqe reſponſum, qod mihi tunc ſatis videbatur; & adhuc videtur.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 30.

2. *Idem evincitur ex verbis operatoriis, qæ in præſenti inter baptizandum miniſter pronunciat, ubi ait*, Ego te tingo, Ego te abluo, Ego te baptizo, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti; *Ex qibus ſatis conſtat, Baptiſmum revera illud ipſum operari, qod Miniſter pronunciat.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Baptiſmi Miniſter id dicit qod facit, Sacramentum utiqe adminiſtrat, ritumqe ſacrum peragit à Deo inſtitutum.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo. *Verum eſt illum dicere qod facit: at id inſuper dicit, qod Deus per illum facit, ſcilicet.* Ego te tingo, Ego te abluo, Ego te baptizo in remiſſionem peccatorum, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti; *& ſimul Deus verè facit, qod Miniſter dicit, remittendo peccata. Cum Miniſter abluit parvulum, & verba pronunciat, Chriſtus qaſi manu ſua cœlitus demiſſâ, parvulum ſangvine ſuo in remiſſionem peccatorum aſpergit, vel, ut habet Hieronymus exponens illud Matt. 3. 11.* Homo tantùm aqam tribuit, Deus avtem Spiritum Sanctum.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Miniſter dicendo, *Ego te baptizo*, &c. nihil dicit amplius, qam qod ipſe facit, qemadmodum & Joannes Baptiſta, cum diceret; *Ego vos baptizo aqa in reſipiſcentiam* Matth. 3. 11. nihil aliud dicebat, qam qod ipſe faciebat, nec qiſqam, puto, etiam inde colligere poterat, hoc velle Joannem, eos, qos ipſe baptizabat, Baptiſmi à ſe collati virtute reſipiſcentiam adepturos, qam à baptizandis præexigebat, verſ. 6. Nam qæ ſequntur, illa, ſive (*in nomine*) legantur, avtoritatem tantum ſonant, qa munitus, baptizandi munus illud obit Miniſter ille, qi baptizat; ſive (*in nomen*) admiſſionem duntaxat ſolennem ſignificat in cultum ſive fidem & profeſſionem unius Dei veri in perſonis tribus diſtinctis, qemadmodum *in Moſem baptizari* 1 Cor. 10. 2. eſt in cultus divini per Moſis miniſterium inſtituti profeſſionem, per eum ritum ſolenniter initiari. Ita Zanchius *de tribus Elohim part. 2. l. 4. c. 2. q. 3.*

2. Qod Deus ſimul ea facit, qæ hic facere præſumitur; nec probat Miniſtrum id dicere, & hoc ipſum videtur probatione indigere, cum id ſumat pro confeſſo, qod eſt caput controverſiæ.

3. Illud Hieronymi in Eſajæ 4. 4. libenter tamen admittimus; qis enim unqam ſecus opinatus eſt? at num eo ipſo Baptiſmi momento id faciat, hoc vero eſt qod qæritur, nec defendi poſſe ab eis videtur, qi Spiritum Sanctum ad animam interius abluendam & expurgandam, ad qod nova creatura neceſſario conſeqitur, 2. Cor. 5. 17. & Gal. 6. 15. in Baptiſmo dari non agnoſcunt.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

At Miniſter Baptiſmi non avdet dicere, *Ego te juſtifico*, qod & non uno in loco urget Avguſtinus adverſus Donatiſtas, non ergo dicit qod Deus, ſed qod ipſe facit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo, Miniſtrum non poſſe ideo rectè dicere, Ego te juſtifico; *eſt enim juſtificare ſolius Dei opus. Qod ſæpè & rectè inculcat Avguſtinus contra Donatiſtas.* Si Miniſter, *inqit*, non avdet dicere, *crede in me*, non avdet dicere, *juſtificaris à me.* l. 3. c. 11. contra Creſcon. *Et alibi:* Non ſolum juſtos ſe dicunt eſſe homines, ſed & juſtificatores hominum, qod de uno dictum eſt, qi juſtificat impium, & qod ſit juſtus & juſtificans. l. 2. c. 25. contr. liter. Petiliani. *Et tamen rectè poteſt dicere*, Ego te tingo, Ego te baptizo in nomine Chriſti, *ut Miniſter ejus. Optimè enim diſtingvit Avguſtinus*: Ad aliud aliqid eſt (*Miniſter*) ad aliud non eſt aliqid. Ad miniſtrandum & diſpenſandum Verbum & Sacramentum eſt aliqid; ad mundandum avtem & juſtificandum non eſt aliqid, qia hoc non operatur in interiore homine, niſi per qem creatus eſt totus homo, & qi Deus manens factus eſt homo. *Hæc ille* cont. liter. Petilian. l. 3. c. 54. *Ad miniſtrandum ſiqidem & diſpenſandum Verbum & Sacramentum eſt cavſſa inſtrumentalis Miniſter in genere cavſſæ moralis; principalis avtem Deus; ad mundandum & juſtificandum totalis cavſſa eſt Deus in genere cavſſæ Phyſicæ, ſev efficientis:* Juſtus enim & juſtificans non eſt niſi Deus, *dicente Avguſtino*, Epiſt. 50. ad Bonifacium, *ubi hæc ipſa de re agit: Et* c. 49. *dicti* l. 3. cont. liter. Petilian. *Et* contr. Creſcon. l. 2. c. 20. 21.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Si illud, *Ego te tingo, Ego te abluo*, de exteriore tinctione & ablutione accipiatur, nihil dicitur, niſi qod facit ipſe Miniſter; ſin de interiore ſive ſpirituali ipſius animæ ablutione ſumatur, (ut ſenſus ſit, *Ego te abluo à peccatis*) qod Bellarminus vult *de Sacram. l. 2. c. 8. rat. 9.* perinde futurum eſt, ac ſi diceret, *Ego te ſanctifico, Ego te juſtifico*; at hoc dicere non poſſe agnoſcitur: nihil amplius ergo dicitur verbis illis, qam qod Miniſter ipſe facit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Rectè Tertullianus, de Baptiſmo c. 6. Ablutionem delictorum fides impetrat obſignata in Patre, Filio & Spiritu Sancto.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

De Tertulliano nolo objicere, Baptiſmi uſum ad adultos reſtrinxiſſe; unde telum ſibi arripuerunt Anabaptiſtæ, ut de fidelibus adultis intelligi debeat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo, negando reſtrinxiſſe ad adultos, *avt illicitum putaſſe parvulos baptizare, qicqid aliter ſuggerunt Anabaptiſtæ; Licet c. 18. cunctationem iis utiliorem ſcripſerit: qod alii de infidelium parvulis intellexiſſe eum volunt. Id qod videtur innuere ex eo qod ſubjicit de ſponſorum periculo; ubi enim parentes ſunt Chriſtiani & fideles non videntur ſponſores periculo ingeri. Sin de Chriſtianorum parvulis intellexerit, non de iis intellexit, qibus aliqando periculum mortis incumbebat. Siqidem Baptiſmi neceſſitatem* eodem lib. c. 13. *colligere videtur ex loco Joan.* 3. Niſi qis renatus fuerit — *Libro etiam* de anima c. 39. *Fidelium filios ex altero parente fideli natos*, deſignatos ſanctitatis *appellat qibus certè Baptiſmum negare voluiſſe, non eſt veriſimile. Nazianzenus etiam dilationem Baptiſmi ſvadere viſus eſt, ut noſti; qi tamen parvulorum Baptiſmum non ſolum licitum eſſe vult, ſed eos baptizari vult, ſi qod periculum urgeat. Interim locum, qem produxi, de adultis intelligendum eſſe ſatis bene intellexi: teſtem tantum adhibui verborum in Baptiſmo operatoriorum.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. De Baptiſmo parvulorum Tertulliano qid viſum fuerit, havd ad rem præſentem multum facit; ipſius tempore obtinuiſſe ex ſcriptis illius liqet ſatis.

2. *De adultis* interim *agere eo loci* ſi conceditur, nihil inde concludi poterit de *verbis Baptiſmi* in parvulis *operatoriis*, extra id, qod in adultis eadem operantur: hæc avtem in adultis juſtificationis avt regenerationis gratiam conferre, ubi ea ante nulla fuerat, vix eſt, puto, ut orthodoxus qiſqam concedat.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Certè *fidei impetrationem, tinctioni obſignationem* tribuere

buere videtur, niſi ſi fortè *tinctionem divini nominis nuncupatione quaſi obſignatam* dici voluit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Eſto, fidei impetrationem, tinctioni obſignationem eum tribuere, *illa tamen obſignatio non erit ablutionis delictorum, ſed ipſius fidei, vult enim non omnem fidem impetrare ablutionem delictorum, ſed illam qæ obſignata eſt in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, qæ interpretatiſ videri poſſit colligi ex aliis locis. Siqidem* c. 13. *vult ꝺóſignationem Baptiſmi* veſtimentum *qoddam* fidei *eſſe. Et*, de pœnit. c. 6. Lavacrum illud eſt obſignatio fidei. *Et*, de Idololatria c. 12. Male nobis de neceſſitatibus humanæ exhibitionis ſupplavdimus, ſi poſt fidem obſignatam dicimus, Non habeo, qo vivam. *Scilicet ſi poſt fidem obſignatam reali ſuſceptione Baptiſmi. Vide* de pudicit. c. 9. *Et*, de reſurrect. carn. c. 99. *Ex qibus videtur colligi poſſe, fidem revera impetrare ablutionem delictorum, ſed illam demum, qæ obſignata eſt in Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Siqidem ex mente Tertulliani, fidem & pœnitentiam profitentibus Catechumenis non protinus remittuntur peccata, nec ante Baptiſmum reipſa ſuſceptum. Etſi enim fidei Catholicæ & pœnitentiæ profeſſione Catechumenos ad remiſſionem peccatorum præparari cenſuerit: non tamen remiſſionem ipſam exhiberi cenſuit ante Baptiſmum reipſa ſuſceptum, id qod ſæpius innuere viſus eſt, hoc ipſo* libro c. 4. *Hanc realem ablutionem in Baptiſmo fieri ex ipſo analogia Sacramentali deducit.* Qanqam (*inqit*) ad ſimplicem actum competat ſimilitudo, ut qoniam viæ ſordium delictis inqinamur, aqis abluamur. *ſcilicæ à ſordibus delictorum, qod poſtea vult intelligi de ſordibus communicati reatûs. Et* c. 5. *de Miniſtris Verbi agens*, Nunc *inqit*, qotidie populos conſervant *deleta* morte per ablutionem delictorum, exemto ſcilicet reatu, eximitur & pœna. *ubi inſtituit collationem inter aqas Bethesdæ & Angelum, qi vitia corporis remediabant, & miniſtros Evangelii ſpiritum medentes. Et*, c. 7. Spiritualis effectus (*Baptiſmi*) eſt qod delictis liberamur. *Tertullianum adhibui teſtem vis & efficaciæ Baptiſmi etiam in adultis, & verborum in Baptiſmo operatoriorum, de qibus locutum fuiſſe Tertullianum ſatis bene intellexi eo in loco, non de parvulis.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Baptiſmum tam fidei profeſſionem ex parte noſtra, qam remiſſionis promiſſionem ex Dei parte obſignare, (qod & ex Whitakero *de Sacr. q. 1. c. 3. & q. 4. c. 2.* ſupra exhibuimus *ad Num. 4. & 5. Repl. 4.*) nemo, puto, non conceſſerit.

2. Tertullianus hoc ſi cenſuit (etiam vere credenti hondum remiſſa peccata priuſqam ad fontem ſacrum acceſſerit) in errore manifeſto (te etiam id faſſo *Reſp. Num. 4. & 5.* qo loco de re iſta ſatis diſceptatum videtur) verſatus deprehenditur. Itaqe ex teſtimonio ipſo minus comprobato, teſtis ut parum idoneus jure rejicitur. Verum nec id mihi certo liqet; ſaltem ex dicto allegato non elicitur neceſſario: aliud innuunt, & ſonare planè videntur ejuſdem verba illa in *lib. de pœnitent. c. 4. Qi pœnam per judicium deſtinavit, idem & veniam per pœnitentiam ſpopondit, dicens ad populum*; pœnitere, & ſalvum faciam te. Et poſt. *c.* 5. *Pœnitentia per Dei gratiam oſtenſa & indicta nobis, in gratiam nos Domino revocat.* Et c. 6. *An alius eſt in tinctis Chriſtus, alius in audientibus? — Lavacrum illud obſignatio eſt fidei, qæ fides à pœnitentiæ fide incipitur & commendatur: non ideò abluimur, ut delinqere deſinamus, ſed qia deſiimus, qoniam jam corde loti ſumus.*

SAMUELIS WARDI *Theſis.*

Auguſtinus Hypognoſt. 5. Ut qid juſſit in remiſſionem peccatorum baptizari, ſi non verè facit remiſſionem? Imo idem juſſit, qia facit, eſt enim verax Deus, omnis autem homo mendax. *Auguſtinus* Epiſt. 157. Non eſt aſa etiam in parvulorum Baptiſmate remiſſio peccatorum, nec verbo tenus dicitur, ſed veraciter agitur

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Nec *Hypognoſticon* ſcriptum illud Auguſtini eſſe cenſetur: nec Auguſtini teſtimonium in hac lite admittendum profeſſi ſumus. *Num.* 27. De formula illa baptizandi *in remiſſionem peccatorum*, abunde ſatis eſt ſupra dictum, *ad Num.* 4. 5. De *Dei* itidem *veracitate. Num.* 2. *ad Argum.* 12. & *ad Num.* 13.

SAMUELIS WARDI *Theſis.*

Cui convenit illud Lutheri; Qi non credit verbo Miniſtri dicentis, *Ego te baptizo*, facit Dominum mendacem, cujus illa verba ſunt.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

1. Verba illa Miniſtri baptizantis non ſunt ipſa Dei verba; non magis qam Baptiſtæ illa, *Ego vos baptizo.* Matth. 3. 11. qanqam qo minus qis Miniſtro hoc dicenti credat, etiamſi vobiſcum de Baptiſmi vi & efficacia juxta non ſentiat, qod obſtet, nihil eſt. Itaqe ex Lutheri dicto qid in rem veſtram elici poſſit non video. Locus ſi indicatus fuiſſet, de verbis judicium fieri poterat ulterius.

2. Lutherus in dictis ſuis eſt ex affectu vehementiori immodicus ſæpenumero: inter cætera in Doctrina Sacramentaria, ubi adverſus *Sacramentarios*, qos appellat, ſe opponit. Ex qo genere eſt, qod habet ad Eſaj. 20. *Deus ſic ordinavit, qod nolit dare Spiritum ſuum ſine ſignis & externa re aliqa.* Qin & *in Gal.* 3. 27. Ea Baptiſmo tribuere videtur, qæ in parvulorum Baptiſmo conferri negantur.

SAMUELIS WARDI *Theſis.*

Melanchthon in Loc. Commun. de Bapt. *ait*, Baptiſmi verba eſſe Evangelii ſummam; Ego (*inqit Miniſter*) mandato divino & loco Chriſti baptizo te. (i. e.) hoc ſigno teſtificor ablui peccata tua, & te reconciliatum eſſe vero Deo.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Melanchthonis verbis iſtis nihil amplius Baptiſmo tribui, qam ut ſit gratiæ jam collatæ teſtimonium, ex prægreſſis liqet. *Principalis*, inqit, *ſignificatio & finis Baptiſmi naſcitur ex promiſſione*; Qi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. *Ideo enim Baptiſmus proprie Sacramentum dicitur, qia huic promiſſioni additus eſt, ut teſtetur promiſſionem gratiæ verè ad hunc pertinere, qi baptizatur. Ac perinde ſentiendum eſt de hoc teſtimonio, acſi Deus nova aliqa voce de cælo teſtaretur ſe hunc recipere.*

SAMUELIS WARDI *Theſis.*

Præclarè itidem Zanchius (3. Miſcellan. *ubi* de cœnâ Domini Theſ. 35.) Cum Miniſter baptizat, oculis mentis in cœlum ſublatis cogito, & credo, Chriſtum qaſi manu ſua cœlo demiſſa filium meum ſangvine ſuo in remiſſionem peccatorum aſpergere per manum illius hominis, qem video aqa caput infantis aſpergentem.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Præclarè qidem, (præſidenter interim) ſi claro aliqo verbi divini teſtimonio ſubnixus, qod mihi ſanè nevtiqam liqet. Siqidem 1. Zanchius ibidem contendit, *per Sacramentum hoc hominem Chriſto uniri, Chriſtiqe ſangvine*

aſpergi. At ego in æternum perire qemqan qi Chriſto unqam efficaciter unitus fuerit, avt pollutum, c immundum prorſus manere, cui ſangvis ille Dei ip.is manu aſperſus ſit, non adducor facilè ut credam.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Dicere parvulos, qibus originale peccatum remittitur, Spiritu per Baptiſmum, ſuo modo, Chriſto uniri, qæ unio pro ſtatu parvuli ad participationem Chriſti ſufficit, non eſt abſurdum. Dicimus tamen hanc unionem non ſufficere adulto ad Chriſti participationem, ſed ſufficere ceſſare. Cum enim ad adultam ætatem perventum fuerit, ad noſtram unionem cum Chriſto fides & pœnitentia actualis exiguntur. Non ergò inconvenit dicere illum unionis modum qæ parvulo ſufficit ad Chriſti participationem efficacem pro illo ſtatu, ceſſare ſufficere eidem adulto; qi cum adoleverit, ſi credere in Chriſtum neglexerit, atqe adeo per fidem uniri, non mirum ſi talis in æternum pereat.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Qod *unio illa qæ parvulo ſuffecerat ad participationem Chriſti, adulto non ſufficere* dicitur; nolo repetere de ſufficientia ea qæ ſupra dicta ſunt: nam de unione aliqid ulterius dicendi occaſio infra dabitur. Illud tantum jam qæro; Unio illa num deſinat planè, ubi qis adoleverit, ut nova ſuccedat; an eadem ipſa continuetur, ſed ut nova qædam eidem adjiciatur, & duæ diverſi à ſe invicem generis uniones ſimul in eodem conſiſtant; qorum utrumqe varia ſecum inconvenientia trahere videri ſaltem poterit.

2. De clavſula illa (*ſi credere neglexerit*) reſpondeo; fieri non poſſe, ut qi Spiritus Sancti ope ita Chriſto unitus ſit, ut unus cum illo ſpiritus evaſerit, in Chriſtum credere ſuo tempore vel negligat, vel deinceps etiam deſinat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. Si agas de ſangvinis aſperſione ad ablutionem ſordium originalis reatus; dico parvulum baptizatum non eſſe amplius pollutum avt immundum ratione hujus reatus, cum peccatum originale ſemel dimiſſum non redeat qoad reatum, ut nos ex Proſpero in *Theſi* noſtra demonſtranda docuimus. talis tamen poteſt novam immunditiem contrahere, & in ea in æternum perire.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Ut illud omittam, aliud qid *ſordes*, aliud *reatum* ipſum exiſtere. de ſangvinis aſperſione ſimpliciter loqor, qi aſperſus non reatum tantum, ſed & maculam expurgat.

2. Novam immunditiem contrahere poſſunt, & contrahunt qotidie ſancti: ſed an ejuſmodi, qæ munditiem omnem penitus exterminet, & ad exterminium ipſorum etiam æternum valeat, hoc eſt qod noſtri negare ſolent, nec admitti poſſe in qoqam vere mundato videtur.

3. Proſperum qod attinet, ſententiæ illius te minimè ſubſcripturum exiſtimo; avt ſi ſubſcribere volueris, certè Synodi Dordrechtanæ decretis contraibis. Verba hæc ſunt, eò ipſo qem tu citas loco, *ad Gall. object.* 2. *Omnis homo, qi credens in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum regeneratur in Baptiſmo, tam à propriis peccatis, qæ mala voluntate & actione contraxit, qàm ab originali, qod à parentibus traxit, abſolvitur. Sed relapſum poſt Baptiſmum ad infidelitatem & impios mores qi negat originali peccato fuiſſe purgatum, tam falſa opinatur, qam qi eundem aſſerit non æterna morte eſſe damnandum.* Et, ibidem ad *object.* 3. *A ſanctitate ad immunditiem, à juſtitia ad iniqitatem, à fide ad impietatem pleroſqe tranſire, non dubium eſt: & ad tales prædeſtinationem filiorum Dei, cohæredum Chriſti, non pertinere certiſſimum eſt.* Vides Proſperum diſertis verbis aſſerere tam adultos credentes, qam parvulos tinctos, tam à peccatis actualibus, qam à reatu originali ablutos, & abſolutos, tam à fide & ſanctitate, qam à juſtitia accepta excidere prorſus, & in immunditiem, iniqitatem, impietatem, infidelitatem incidere, per qam in æternum exitium deveniant. Qod nec ipſe (credo) credis, nec Synodi illius decreta admiſerunt.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

2. Zanchius ipſe, *ibidem Theſi* 6. & 8. *de Baptiſmo*, & *ad Epheſ.* 5. 26. *mundationis* ſive *ſanctificationis* nomine tam *regenerationem* qam *juſtificationem* comprehendi vult; ut utraqe in Baptiſmo ex conſeqenti collata intelligatur; qorum in altero ſi à Zanchio diſceditur, qidni & in altero diſcedatur?

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ex tota theſeos meæ explicatione non potes juſta conſequentia inferre, me in eo qod toties ingeris, omnem ſanctificationem parvulis denegaſſe, ac proinde non rectè infers me hac ex parte à Zanchio in loco à te citato diſcedere. Qid de hac tota re ſenſerim, ſupra explicavi. Interim tu hoc ipſo in loco à Zanchio diſcedis, qi vis locum Epheſ. 5. 26. de ſola ſanctificatione, excluſa juſtificatione, intelligendum eſſe, ut videre eſt Cenſura Num. 7.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Hoc tantum volui, admiſſa Zanchii ſententia, utrumqe ſtatuendum; cum de altero tamen ſecus opinari te crederem: nec Zanchii authoritate magis in hac parte teneri me, qam avt te avt alium qempiam, qi tecum ſentiat in illa altera.

2. A Zanchio diſcedere me in loci illius expoſitione liberè agnoſco; ſed nec avt ſolus hoc facio, avt qo minus facere id liceat, non video; præſertim cum nec de loci ſenſu teſtem illum advocarim, nec in cujuſqam verba (ſacris illis exceptis Spiritus Sancti amanuenſibus) jurare qiſqam teneatur. Hanc igitur veniam petimuſqe damuſqe viciſſim.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Verum ut Zanchio ſecum convenire poſſit, ipſe viderit, ſi hoc de baptizatis omnibus dictum voluit, qi ipſe in *Miſcellan. de Prædeſtin. c.* 4. *Theſ.* 1. Et *demonſtrat. Theſ.* 6. aſſerit, *reprobos in peccato relinqi, & perpetuo coram Deo propter iniqitates ſuas reos mortis exiſtere.* Qin &, *de Attributis Dei l.* 5. *c.* 2. *de Prædeſtin. ſanct. Theſ.* 2. *Num.* 2. *Unionem cum Chriſto, & juſtificationem, electionis effectus, notaſqe* facit. Et, *ibidem q.* 3. *Num.* 2. *Electionem juſtificationis cauſſam.* Et, *de reprobis q.* 2. *Theſ.* 1. *Reprobos nec vocari unqam, nec juſtificari.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Hic Zanchium ſecum committere ſatagis. ſed mallem loca à te citata interpretari de adultis, de qibus potiſſimum agit: Fateor enim & ipſum & Apoſtolum ex qo ille ſuas theſes demonſtrat, parcius agere de effectu Baptiſmi in parvulis. Illud, Reprobos in peccato relinqi, & coram Deo propter iniqitates ſuas reos mortis exiſtere, *intelligendum de peccato actuali, & reos eſſe mortis propter iniqitates proprias.* Unionem cum Chriſto & juſtificationem eſſe effectus electionis *ex Apoſtolo docet, ſed intelligit de unione & juſtificatione per fidem facta, de qibus Apoſtolus proprie agit.* Electionem *vult* juſtificationis *per fidem* cauſſam eſſe. Reprobos nec vocari unqam, vel

juſtificari

juſtificari *vult : ſcilicet per donationem fidei, nec fide juſtificari, de qa vocatione & juſtificatione paſſim agit Apoſtolus.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. De adultis ſolis Zanchii illa intelligi, nec materiæ de prædeſtinatione in genere, qam tractat, ratio, nec ipſe etiam avthor patitur. Nam *l. 5. c. 2. de prædeſt. ſanct. q. 5. §. 2. de mediis*, hæc habet: *Sine his igitur ne pueri qidem & infantes ad finem aterna gloriæ deduci poſſunt. Ideo interne omnes, etiam electi infantes per Spiritum Sanctum ſuo modo vocantur, & juſtificantur, ut etiam glorificentur. Qadam verò his annexa ſunt, qæ etſi locum in infantibus propter ætatem habere non poſſint, reliqos tamen electos omnes conſequuntur*, &c. *Uti actualis fides, avditio verbi*, &c.

2. Illa à te allata, à Zanchio hac ratione dicta intelligi debere, qod puerum baptizatum ex charitatis judicio electum eſſe præſumat (id qod contra tuam *theſin* diſertè facit) inde liqet clariſſimè, qod idem ipſe, *de operibus redempt. l. 1. c. 16. tit. de bapt.* dum Baptiſmi à ſe allatam definitionem explicat; *Diximus*, inqit, *electi; qia reprobi, licet lavacro aqa baptizentur, beneficiorum tamen, qæ per Baptiſmum conferuntur, expertes manent, nec baptizantur à Chriſto, Spiritu Sancto & igne : Non enim baptizat Chriſtus niſi ſuos, hoc eſt, à Patre ſibi datos.* Et poſtea, in *cavtion. 1. Ut Baptiſmi beneficia conſeqamur, opus eſt fide, vel ſaltem ſpiritu fidei & pœnitentiæ, qo certè non donantur niſi electi, & ad fœdus pertinentes.* Imò eis ipſis in *Theſibus*, unde teſtimonium illud tuum deſumitur, ab ipſo protinus exordio, de *electis ſolis* ſeſe agere, qibus iſta conferantur, ſive per Sacramenta, ſive per alia media, beneficia, aperte ſatis oſtendit. *theſ. 1. & 2. & theſ. 26.* ubi *electos* ſolos ſtatuit *ad fœdus admitti, & Chriſto uniri, atqe in corpus ejus incorporari.*

Zanchianis gemina habet Petrus Martyr, *ad 1 Reg. 8. in Append. de exorciſm. fol. 74.* Sed de Zanchio videatur Malderus, *ad Synod. Dordr. c. 2. §. 5.*

3. Si *de Baptiſmi in parvulis effectu parcius agere Apoſtolum* concedatur; vix erit, opinor, ut ex ſcriptis Apoſtolicis theſes iſtæ de materia ea certo clareqe poſſint ſtabiliri.

4. Zanchius qod de eadem re parcius agere dicitur: certè ſententiam ſuam ea in parte aperte ſatis profitetur, *ad Epheſ. 5. loc. 2. part. 2. de bapt. §. 5. & 6.* ſi qid verò deſideratur, Lectorem ad Calvinum in *Inſtit.* remittit; utpote qem in argumento iſto probet; de eo avtem jam ſtatim videbitur.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Hiſce accedat clariſſimus Calvinus (*in* comm. in Epheſ. 5. 26.) Qod Baptiſmo nos ablui docet Pavlus, ideo eſt, qod illic nobis ablutionem noſtram teſtatur Deus, & ſimul efficit, qod figurat; niſi enim conjuncta eſſet rei veritas, avt exhibitio, qod idem eſt, impropria eſſet hæc locutio, *Baptiſmus eſt lavacrum animæ.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

De Calvino idem qod de Zanchio dictum ſit; ne ſibi contrarius exiſtimetur. qi & qod addit *Baptiſmum* dici *animæ lavacrum*, ſi de Baptiſmi Sacramento accipiatur, intelligi poteſt ita dictum, qod ad ablutionem animæ deſignandam atqe obſignandam inſtitutum ſit. Verum de Calvini mente videantur, qæ habuimus ſupra ꝛepoſita *Num. 2. ad Arg. 3. Reſp. 2.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Nemo noſtrorum Theologorum de Sacramentorum vi & efficacia ſæpius & clarius loqitur, qam D. Calvinus.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Atqi Calvini doctrina de catena illa Apoſtolica, cujus nexus dogma iſtud diſſolvere videtur, cum Zanchii illis, qæ ſupra allata ſunt, planè conſentit.

2. Calvinus certè diſertè videtur ad partes noſtras tranſire, ubi tum de Sacramentis in genere, tum de Baptiſmi, qoad parvulos ipſos efficacia uſuqe ex profeſſo agit. Ut enim illud prætermittam ex *comment. ad Epheſ. 5. 26.* à te ipſo adductum; *Neqe enim affixa eſt ſignis Dei gratia, qin citra adminiculum ſigni liberè eam diſtribuat, ſi velit. — Deinde multi ſignum recipiunt, qi tamen gratiæ nunqam fiunt participes; nam ſignum omnibus eſt commune, h. e. bonis indifferenter & malis; Spiritus avtem non niſi electis confertur: atqi ſignum abſqe Spiritu eſt inefficax.* Et, *ad Rom. 4. 11. Sacramenta per ſe etſi nihil juvant, Deus tamen, qi gratiæ ſuæ inſtrumenta eſſe voluit, arcana Spiritus ſui gratia efficit, ne profectu careant in electis: & qamvis reprobis mortua ſint ac inutiles figuræ, vim tamen ſuam & naturam ſemper retinent.* Idem, qæ de Sacramentorum natura in genere ſtatuat, *Inſtitut. l. 4. c. 14. §. 1.* videri poterit ſupra *Num. 2. ad Arg. 12. Replic. §. 2.* Qin &, *lib. eodem. c. 16. §. 7.* de fructu agens ex profeſſo, qi ex hoc ritu parvulis adhibito, tum ad parentes fideles, tum ad infantes tinctos redeat; hos ponit.

1. *Qoad parentes; qod Dei ſignum puero communicatum, velut impreſſo ſigillo promiſſionem pio parenti datam confirmat, ac ratam eſſe declarat, qod Dominus non illi modò, ſed ſeminis ejus in Deum ſit futurus.*

2. *Qoad infantes; nonnihil*, inqit, *emolumenti pueri è ſuo Baptiſmo capiunt:*

1. *Qod in corpus Eccleſiæ inſiti, aliis membris aliqantò commendatiores fiant.*

2. *Qod ubi adoleverint, ad ſerium Deum colendi ſtudium non mediocriter ſtimulantur; à qo in filios ſolenni adoptionis ſymbolo accepti fuerint, anteqam per ætatem eum cognoſcere poſſent.* Qanqam avtem de Calvini in hac parte ſententia ſuperius abunde ſatis dictum videatur *Num. 2. ad Arg. 12.* & *Num. 17. Replic. ult.* tamen qò illud, qod ex eodem *ad Epheſ.* hic adductum eſt de avthoris ipſius mente qid velit, clarius pateſcat, ex ejuſdem *Catechiſmo*, ubi accuratius iſta diſtingvit, pavca delibabimus. M. *Qid eſt Sacramentum?* P. *Externa divinæ erga nos benevolentiæ teſtificatio ad obſignandas cordibus noſtris Dei promiſſiones, qò earum veritas melius confirmetur.* Et mox, *de baptiſ.* P. *Baptiſmus veluti qidam in Eccleſiam aditus nobis eſt, illic omnes teſtimonium habemus, nos cum alioqi extranei alieniqe ſimus, in Dei familiam accipi, ut inter ejus domeſticos cenſeamur.* Mox; M. *Num aqam eſſe animæ lavacrum cenſes?* P. *Neqaqam; hunc enim honorem Chriſti ſangvini eripere nefas eſt, ut abſterſis omnibus noſtris maculis puros coram Deo & impollutos nos redderet. Atqe hujus qidem purgationis fructum percipimus, qum ſacro illo ſangvine conſcientias noſtras Spiritus Sanctus aſpergit; obſignationem verò in Sacramento habemus.* M. *Verum annon aliud aqæ tribuis, niſi ut ablutionis tantum ſit figura?* P. *Sic figuram eſſe ſentio, ut ſimul annexa ſit veritas : neqe enim ſua dona nobis pollicendo nos Deus fruſtratur : proinde & peccatorum venam, & vitæ novitatem offerri nobis in Baptiſmo & recipi à nobis certum eſt.* (Habemus qæ ex *comment. ad Epheſ* prolata ſunt; ſed pergamus.) M. *An promiſcuè in omnibus impletur hæc gratia?* P. *Multi, dum pravitate ſua viam illi præcludunt, efficiunt, ut ſibi ſit inanis. Itaqe non niſi ad fideles ſolos pervenit hic fructus : verum inde nihil Sacramenti naturæ decedit.* poſt; M. *Nobis verò qid agendum eſt, ut rite Baptiſmo utamur?* P. *Rectus Baptiſmi uſus in fide & pœnitentia ſitus eſt: h. e. ut ſtatuamus* ium. *certa animi fiducia, nos ab omnibus maculis Chriſti ſangvine purgatos Deo placere: Deinde ut Spiritum ejus ſentiamus in nobis habitare, atqe id operibus apud alios declaremus.* (Vides Calvinum de adultis fidelibus iſta dixiſſe debere intelligi, qibus obſignando exhibere beneficia iſta

dicantur: atqi horum nemo avt eſt reprobus, avt in æternum periturus; ut *aſſerto* tuo *ſecundo* Calvinus minime ſuffragetur. Verum ſequntur jam *de Pædobaptiſmo*, qæ pro nobis prorſùs faciant. M. *Si hæc requiruntur ad legitimum Baptiſmi uſum, qi fit ut infantes baptizemus?* S. *Non eſt neceſſe, ut Baptiſmum ſemper fides & pœnitentia præcedant: ſed ab iis tantum exiguntur, qi per ætatem jam ſunt utriuſqe capaces. Satis ergò fuerit, ſi infantes poſtqam adoleverint, Baptiſmi ſui vim exferant.* Poſt; M. *Qâ ergò conditione baptizandi ſunt infantes?* S. *Ut teſtatum fiat, benedictionis fidelium ſemini promiſſa ipſos eſſe hæredes; ut agnitâ, poſtqam adoleverint Baptiſmi ſui veritate, fructum ab eo percipiant & proferant.* Hæc Calvinus, qæ cum dogmate, qod tu iſtic tueris, qi poſſint conſiſtere, ipſe videris.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 31.

3. *Si in parvulis omnibus Baptiſmus non ſolvit reatum originalis peccati, videri poſſit Deum non ſeriò & veraciter agere cum ſuſcipiente, qem vult & juſſit baptizari, & ſuppoſito novo fœdere cum toto humano genere, & ejuſdem ſignis, & ſacramentis tum inſtitutis, tum ritè applicatis, iiſdem ſignis ſuis Deum deeſſe & (qod abſit) ſuis non ſtare promiſſis, atqe adeo ſuppoſito novo fœdere deſerere, anteqam deſeratur. Qare prorſùs dicendum eſt, Deum remoto omni ex parte ſuſcipientis impedimento, i. e. libera reſiſtentia, ſuæ ordinationi non deeſſe, ſed in parvulo ritè baptizato ſolvere reatum originalem.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

1. Non ſeqitur *Deum veraciter non agere, etiamſi in Baptiſmo reatum non ſolvat*, dummodo gratiæ fœdus obſignet.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo, 1. At ſeqetur mea illatio, ſi reatus ſolutio promittatur in Baptiſmo. *Promitti avtem ſolutionem reatus evincit* 1. *Analogia Sacramentalis. Qemadmodum aqa, ſev aqa aſperſio, abluit ſordes corporis: ita ſangvis Chriſti ejuſqe applicatio ritè ſuſcipientis abluit reatum.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Non videtur ex eo confirmari ſatis illationis neceſſitas, qia *Deus in Baptiſmo reatus ſolutionem promittat*; niſi addatur, promittere eo ipſo tempore dandam; qod nuſqam promiſiſſe deprehenditur.

2. Analogia ſacramentalis id non probat: analogia hæc in genere eſt; Sicut aqa vim habet abluendi corporis ſordes, ita Chriſti ſangvis eluendi animæ maculas: analogia ſiqidem à repræſentatione ſumi ſolet, repræſentatur avtem priùs, propriéqe in Baptiſmi ſacramento cordis ſanctificatio, qâ ab inhærente ſorde emundatur. Epheſ. 5. 26. 1 Pet. 1. 2. Tit. 3. 5.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ac qanqam non negarim aqa aſperſionem etiam obſignare ablutionem ſordium, id tamen non præſtat niſi ſecundariò, & ubi priùs eſt ablutus reatus. Obſignatio enim non eſt propriè niſi rei priùs exhibitæ; non enim verè obſignatur, niſi qod prius eſt, ut non uno in loco verè D. Beza ad Acta Colloq. Mompelg. *Eſto enim obſignatio fiat futuri beneficii ex promiſſione, ipſa tamen promiſſio priùs ſit qàm obſignatur, avt obſignari poſſit.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Reverâ obſignari non poteſt, qod non aliqo modo præceſſit. Verùm obſignatio duo reſpicit; tum promiſſionem ſive pactionem ipſam, tum beneficium, idqe vel abſolutè pactum ſive promiſſum, vel conditionatè. Illa obſignationem præcedat neceſſe eſt, iſtud qo minùs ſeqatur, avt ne ſeqatur qidem, nihil obſtat, ubi conditio, ſub qâ promittebatur, præſtita non fuerit. Calvinus *Inſt. l. 4. c. 14. §. 3. Ex hac, qam poſuimus, definitione, intelligimus nunqam ſine præeunte promiſſione eſſe Sacramentum; ſed ei potiùs tanqam appendicem qandam adjungi, eo fine ut promiſſionem ipſam confirmet ac obſignet.* Whitakerus de Sacr. q. 1. c. 3. *Sacramenta Dei promiſſioni, tanqam ſigilla diplomati, annexa ſunt.* Petrus Martyr *ad* 1 *Reg.* 8. *In Baptiſmo res ipſa, hoc eſt, fœdus initum cum genere humano per Chriſtum antecedit, deinde ſymbolum externum conſeqitur. — Non tamen diffiteor qædam ſignificata eſſe Baptiſmi, qæ non antecedunt ſed conſequuntur externam ablutionem, ut mortificatio & pœnitentia.* Hilarius *in Pſalm.* 118. *part.* 3. *Eſt ergo, qantum licet exiſtimare, perfecta illius emendatio puritatis, etiam poſt Baptiſmi aqas repoſita; qa nos Sancti Spiritûs ſanctificet adventu, judicii igne nos decoqat, qa per mortis injuriam, à labe morticinæ & ſocietate purgabit, &c.* Et hanc tamen in Baptiſmo deſignari docuimus ſupra *Num.* 2. *ad argum.* 2. *enunc.* 7.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ex tuis avtem hypotheſibus nihil hîc promittitur, niſi obſignatio ablutionis reatûs; atqe ita analogia ſacramentalis erit: Ut aqa, ſev aqa aſperſio obſignat ablutionem ſordium corporis; ita ſangvis Chriſti & ejus applicatio obſignat ablutionem reatûs. At qis neſcit aqam priùs natura abluere ſordes qàm earundem ablutionem obſignat, avt obſignare poteſt?

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Ex *meis*, ſed non ſolius, noſtrorum ferè omnium *hypotheſibus* ſeqitur, nihil promitti vi Sacramentorum propriè ac primariè perficiendum, niſi fœderis divini, promiſſionumqe & pactorum ejuſdem obſignationem; tum qicqid ex obſignatione beneficii ulteriùs poſſit accreſcere: neqe vix avſim pedem in hoc negotio ulteriùs proferre, qàm Apoſtolum ipſum mihi præeuntem advertam. Rom. 4. 11. qo loco integram Sacramenti definitionem, totámqe ejuſdem naturam rationémqe complexus, noſtrûm pleriſqe perhibetur. Petrus Martyr. *in Rom.* 4. *Vix puto ullum extare locum in ſacris literis, qo tam breviter & tam explicatè natura Sacramentorum proponatur, qàm his Pavli verbis, qibus Circumciſio appellatur ſignaculum.* Calvinus, *ibidem. Porro hîc habemus inſignem locum de communi Sacramentorum uſu. Sunt enim, teſte Pavlo, ſigilla, qibus & Dei promiſſiones cordibus noſtris qodammodò imprimuntur, & ſancitur gratiæ certitudo.* Et, *Inſtit. l. 4. c. 14. §. 23. Nec verò Baptiſmo noſtro plus tribuere fas eſt, qàm Apoſtolus Circumciſioni tribuit, qod vocat ſigillum juſtitiæ fidei.* Whitakerus, *de Sacram. q. 1. c. 2. Non hîc Circumciſionis tantùm, ſed Sacramenti in genere definitio habetur; & hæc brevis & perſpicua Sacramenti definitio eſt, ut mihi videtur: primò enim* σημεῖον *pro genere ponitur, h. e. ſignum externum avt ceremonia; deinde* σφραγὶς δικαιοσύνης, *ſigillum juſtitiæ, qa ex fide ſciliset eſt, rem Sacramenti & finem & uſum declarat, ut ſi poſſemus eſſe Scripturis contenti, non meliorem definitionem deſideraremus.* Paræus, *in Rom.* 4. 11. *Hic locus eſt ſedes doctrinæ de natura & uſu principali Circumciſionis, & Sacramentorum reliqorum, unde cognoſcitur, qod ſacramenta ſint* σημεῖα *divinitùs data, &* σφραγίδες, *ſigilla juſtitiæ fidei.* Et, *ibidem. Obſerv.* 2. *Omnia Sacramenta ſignificant & obſignant fidei juſtitiam: Baptiſmus ergò ſignum eſt & ſigillum juſtitiæ fidei, per ſangvinem & Spiritum Chriſti.* Et mox; *Obſcurum non eſt, ſignificare & obſignare gratiam, eſſe de Sacramentorum forma* συμβολικῇ, *unde principalis eorum effectus exiſtit.* Rivetus, *de Sacram. theſ.* 30. *Finis Sacramentorum proprius eſt, ut obſignent fidelibus promiſſiones Evangelii.* Wallæus, *de Bapt. §.* 31. *Propriam Baptiſmi externi vim in obſignando dicimus conſiſtere.*

Optimè

Optimè Vorſtius, *adv. Bell. tom. 3. contr. 2. theſ. 2. rat. 2.*
Objectio. *Omnes homines naſcuntur in peccato originali, & proinde cum reatu mortis æternæ, Pſal. 51. Rom. 5. &c. Ergò niſi per Baptiſmum hic reatus tollatur, pereundum ipſis eſt; qia per hoc organum gratia Chriſti hominibus applicanda eſt, & ſine hoc applicari non poteſt.* Solutio. *Non reatus ille generalis propriè per Baptiſmum, ſed per Chriſti gratiam (qa propriè per Baptiſmum non qidem reipſa conferri, ſive nobis applicari, ſed tantùm ſignificari & obſignari ſolet) à nobis avfertur.* Et, *ad Contr. 1. Theſ. 6. Noſtri hoc dogma de opere operato, ſev de actione externa & ſacramentali, qaſi qa per ſe abſqe fide, & bono motu utentis juſtificare qempiam poſſit, plane pernicioſum eſſe judicant: Et omnia ſacramenta ex ipſius Dei ordinatione tantùm vim ſignificandi & obſignandi, non avtem ipſam Evangelii gratiam conferendi habere, docent Evangelici. — Sacramenta dicuntur ſigna & ſigilla divini fœderis, uti ſupra diximus ex Gen. 17. & Rom. 4. Ergò gratiam in fœdere promiſſam, non ipſa in ſe continent, avt vi ſua nobis conferunt; ſed jam fortè collatam, vel etiam poſtea conferendam tantùm ſignificant & obſignant. — Qippe qa gratiæ divinitùs promiſſæ, non antecedentes cavſſæ, ſev inſtrumenta operativa, ſed conſeqentia qædam adjuncta ſunt.*

2. Nihil tamen aliud in Baptiſmo promitti, niſi obſignationem ablutionis reatûs, *ex meis hypotheſibus* non ſeqitur. Promitti enim poteſt, qod non ſtatim præſtatur; promittitur in fœdere, ſed ſub conditione, ablutio ſordis ablatióqe reatûs: promiſſio iſta, ubi fœdus obſignatur, qaſi promiſſione novâ reali, non vocali avt verbali illâ duntaxat, ulteriùs firmatur ac ſancitur. Ita in Baptiſmo remiſſionem ipſam reatûs promitti non negatur, etiamſi obſignari duntaxat in præſenti, non & præſtari, ſtatuatur.

3. *Sacramento fœdus obſignari tantummodò*, qi dixerit, *ejuſdem obſignationem in eodem promitti* nullus dicit: imò abſurdè admodum & contra ſuam ipſius mentem loqeretur, id ſi diceret; ſi enim in obſignatione Sacramenti ipſius natura uſúſqe proprius conſiſtere cenſeatur, neceſſario ſeqetur in Sacramenti adminiſtratione obſignationem, non futuram promitti, ſed impræſentiarum præſtari.

4. Talem, qalis hîc fingitur, *Analogiam* de Baptiſmo hinc ſtatui, (non magis qam ex hypotheſibus Pavlinis de Circumciſione) id verò pernego. Verùm nihil fuerit opus, hoc loco denuò regerere, qæ ad objectum iſtud diluendum priùs dicta ſunt. *Num. 2. ad Arg. 10. Repl. §. 4.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

2. *Deus in hoc Sacramento promittit illud parvulo, cujus parvulus eſt capax, non id cujus parvulus pro ſtatu parvuli non eſt capax. At remiſſionis originalis reatûs parvulus eſt capax pro illo ſtatu, non itidem obſignationis ablutionis reatûs; hunc enim moralem uſum obſignandi non habet Baptiſmus, qoad parvulum ipſum, te ipſo fatente* Num. 32. ſeqente.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Nuſqam promittit Deus, in Baptiſmi Sacramento, infanti baptizato conferre id omne, cujus infans capax eſt.

2. Obſignationis fructus capax eſt infans, etiamſi uſus moralis illius actualis nondum ſit capax, cujus beneficio gratiam alere, confirmare, avgere Sacramenta in adultis fidelibus ſolent. Nec ego obſignationis uſum omnem qoad parvulos Sacramentis derogavi, verùm hunc tantùm, qo mediante ſignificatione, repræſentatione, obſignatione, gratiam eis communicare qeant. Obſignatio poteſt latifundiorum parvulo fieri; qæ etiamſi qoad parvulum ipſum firma efficáxqe ſit; unde & obſignationis capax meritò dicatur; non tamen obſignationis illius uſum eum poterit obtinere, qo vel de poſſeſ-

A ſione obſignatâ gavdium, vel de donatoris benevolentiâ notitiam percipiat, ut ad ipſum denuò impenſiùs diligendum obſervandúmqe excitetur, donec ad rationis exercitium per ætatem acceſſerit. Breviter, hoc volui, non nullum qoad ipſos ſimpliciter, ſed nullum apud illos uſum iſtiuſmodi obtinere, non qod nullus omnino uſus exiſtat, ſed qod nullum ipſi adhibere poſſint, non magis qàm iſtius, qi Baptiſmo tribuitur, effectus, de reatûs ipſius remiſſione, qam illi nec intelligunt, nec mediante ideò intellectu uſum iſtiuſmodi aliqem ejuſdem poſſunt habere. Vide Chryſoſtomum *in Gen. 17. Hom.*
B 40. ſupra *ad finem Num. 13. Repl. 3.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

3. *Promiſſio ipſius remiſſionis, & non ſolius obſignationis ſit parvulis Judæorum* Act. 2. 39. *ut ſupra obſervaviimus in* Reſp. ad Cenſ. Num. 4. & 5.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Atqe ibi ſatisfacere objecto iſti conati ſumus.

C

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ex iſtis conficitur Deum veraciter non agere cum parvulo ſuſcipiente Baptiſmum, ſi non abluat reatum, prout in ratione noſtra tertia deduximus; ſed ſuis ſignis deeſſe, & ſuis non ſtare promiſſis, atqe adeò deſerere antequam deſeratur à ſuſcipiente Baptiſmum.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

D Satis eſt, ut veraciter Deus agat, dummodo fœdus gratiæ obſignat.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Reſpondeo, Si ſatis eſt, ut fœdus gratiæ obſignet, illud intelligendum de obſignatione vel ipſius pacti conditionalis; Si credideris, remittentur tibi peccata. *vel ipſius rei promiſſæ, qatenus ſuſcipiens de re promiſſa, i. e. remiſſione peccatorum, jam obtentâ certioratur.*

1. *At nevtra obſignatio obtinebit in parvulis, qippe in qi-*
E *bus pro eo ſtatu hunc moralem uſum obſignandi non habet Baptiſmus, te ipſo fatente,* Num. 32. *Atqe adeò parvulis in infantia morientibus Baptiſmus non erit niſi nudum & inane ſignum, & prorſus ineffícax; ſupervicturis avtem non erit ſignum efficax, niſi cum adulti primùm crediderint.*

2. *Si de obſignatione conditionali intelligas, illa ſit cum omnibus baptizatis, ſed nihil ponit ineſſe, niſi poſita conditione. Si ergò ſufficiat, ut Deus dicatur veraciter agere cum*
F *qovis ſuſcipiente, & tamen nihil ponat ineſſe, niſi in conditionem fœderis præſtante & implente, pœnitendo & credendo in Chriſtum Redemptorem. Ergò talis obſignatio ſufficit, qæ nihil prodeſt parvulo pro ſtatu parvuli, nec adulto, niſi cum primùm pœnitentiam egerit, & in Chriſtum Redemptorem actu crediderit; unde talis obſignatio non eſt dicenda ſufficiens, cum parvulo pro ſtatu parvuli non erit niſi nudum & inane ſignum, & prorſùs ineffícax; itidem omni etiam adulto, priuſqam conditionem præſtiterit.*

Sin de obſignatione ipſius rei promiſſæ, ſcilicet remiſſione peccati intelligi vis, ut Deus dicatur veraciter agere cum baptizato parvulo, qatenus obſignat ipſam remiſſionem jam exhibitam & collatam ante ſuſceptum Baptiſmum; præterqam
G *qod talis obſignatio non ſit parvulis in illo ſtatu, de qibus agitur in noſtro argumento; Dico non poſſe veraciter fieri omnibus baptizatis talem obſignationem; cum omni baptizato parvulo non priùs remittantur peccata, qàm baptizetur, ex tuis etiam placitis.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Reſpondeo, obſignare Deum pactum illud ſub fidei

&

& reſipiſcentiæ conditione cum parente, tam de prole ſuâ, qàm de ſe initum, qod ad adultam ætatem pervenienti, tum demum ex lege ordinariâ fiat *efficax*, *ubi actu crediderit ac reſipuerit*; qod de Pavlo rectè Reverendus Robertus Epiſcopus Sariſburienſis *adverſ. Thomſon. diatrib. c.* 7. (ex lege dico ordinariâ, qia nemo Deum reſtrinxerit, qin poſſit in parvulis etiam ſupervicturis efficax prius facere, ſi velit;) apud eos avtem qi in infantiâ moriuntur, infantes efficax evadat, poſſim cum Zanchio dicere, *qando fidei, etiamſi non actus, virtus* tamen, *Spiritûs Sancti ope operaqe ingeneratur. de Attribut. Dei l.* 5. *c.* 2. *q.* 5. *§.* 2. *benef.* 3. dico certè, qando Spiritus Sancti virtute interiùs ceperint renovari: nam de uſu morali, qem in infantibus obſignatio nullum habere poſſit, ſatis puto me pavlò antè reſpondiſſe. Nec nudum avt inane, pro ſtatu parvuli etiam, ſignum fuerit, qod hunc qoad ipſos qem dixi uſum habeat; ſiqidem in adultis donec iſta præſtiterint, non prodeſſe, nec tu ipſe, credo, nec orthodoxus qiſqam negaverit. Calvinus, *adver. Anabaptiſtas art.* 1. de Pædobaptiſmo agens, *Cum de Sacramento aliqo agitur, animadvertendum eſt, ſubſtantiam omnem & vim ex doctrina æſtimandam eſſe, à qa confirmationem capit; notemus ergò doctrinam velut rem præcipuam, Sacramentum verò velut appendicem eſſe. Nunc Baptiſmum cum Circumciſione comparemus. Baptiſmus pœnitentiam avt renovationem vitæ continet, cum promiſſione remiſſionis peccatorum: utrumqe iſtorum Circumciſio, nec plus avt minùs, complectitur. Nam qod ad pœnitentiam attinet, de ea ſæpe tum apud Moſen, tum apud Prophetas fit mentio, cum monent, ut circumcidantur corda. Id ipſum enim eſt, qod in Novo Teſtamento dicitur veterem hominem mortificare. In ſumma ſpiritualis Circumciſio idem ſibi vult, qod pœnitentia. Qod verò ad alteram partem attinet, ſcilicet ad remiſſionem peccatorum, clarior approbatio petenda non eſt, qàm ea Pavli ſententia, ubi dicit, Circumciſionem Abrahæ datam eſſe ad juſtitiæ gratuitæ confirmationem, qam fide obtinuerat. Si igitur ita argumentari velint, rationi conſentaneum non eſſe, ut infantes baptizentur, qi nec fidem nec pœnitentiam habent, cum Baptiſmus ſit Sacramentum regenerationis, & lavacri ſpiritualis, qo per Chriſtum abluimur: reſpondeo idem de Circumciſione dici poſſe, ac Deum nihilominus juſſiſſe, ut infantes circumciderentur. Deum ergò ipſum redarguunt, cum ajunt, rationi adverſari, ſi Sacramentum, qod fidei & pœnitentiæ teſtimonium eſt, communicetur infantibus. Qid igitur dicendum? ſanè ſi qæ à Deo conſtituta ſunt probemus, ejus doctrina certò oſtendit minimè neceſſarium eſſe, veritatem, qæ Sacramento ſignificatur, ſemper præcedere, ſed aliqando ſufficere ſi ſubſeqatur, ſaltem pro parte. Renovatio enim vitæ ſignificabatur per Circumciſionem; ac ſimiliter juſtitia, qam fide obtinemus; nec pœnitentia nec fides erant in puero infante; nec tamen propterea minùs capax erat Sacramenti recipiendi. En igitur qomodo ſignum veritatem antecedebat. Si hoc aliqando licitum & rationi conſentaneum fuit, qare nunc erit diſſentaneum?* Tandem diſſertationem his verbis concludit: *Gratiam Dei præcipuè æſtimare debemus ex declaratione, qam tum Verbo, tum Sacramento facit. Cum igitur Baptiſmus hodiè inſtitutus ſit, ut promiſſio ſalutis corporibus noſtris obſignetur, ut in populo Judaico fiebat; ſingulari conſolatione privarentur Chriſtiani, ſi hæc confirmatio liberis ſuis adimeretur, qâ ſemper potiti ſunt fideles omnes, ut viſibile ſignum haberent, qo Dominus oſtendit ac teſtatur, ſe liberos ipſorum in Eccleſia communionem recipere.* Idem, *Inſtit. l.* 4. *c.* 16. *§.* 20. *Dicimus ergo, qum Circumciſionem, pœnitentiæ, fideíqe Sacramentum infantibus Deus communicarit, non videri abſurdum, ſi nunc Baptiſmi participes fiant, niſi planè in Dei inſtitutionem debacchari placeat. Verùm cum in Dei factis omnibus, tum in hoc qoqe ipſo ſatis ſapientiæ & juſtitiæ ad retundendas impiorum obtrectationes relucet. Nam etſi infantes, qo circumcidebantur momento, qid ſibi vellet ſignum illud intelligentia non comprehendebant; verè tamen circumcidebantur, in naturæ ſuæ corruptæ ac contaminatæ mortificationem, qam adulti poſtea meditarentur. Denique nullo negotio ſolvi poteſt objectio hæc, baptizari in futuram pœnitentiam & fidem, qæ etſi nondum in illis firmatæ ſint, arcana tamen Spiritûs operatione utraqe in illis latet. Hac reſponſione ſemel evertitur, qicqid adverſum nos torqent à Baptiſmi ſignificatione petitum; qale eſt elogium, qo à Pavlo inſignitur, ubi vocat lavacrum regenerationis & renovationis.* Denique ibidem, *§.* 21. *Contendunt qidem illi, ex eo nihil Pædobaptiſmo reliqum fieri, niſi ut inanis ſit fumus; nempe à qo longè ſepoſita ſit hæc veritas. Verùm hallucinatione iſta identidem peccant, qod rem temporis ordine ſemper ſigno præire velint: nam & Circumciſionis veritas eodem conſcientiæ bonæ teſtimonio conſtabat. Qod ſi neceſſariò præcedere debuiſſet, nunqam infantes Dei mandato fuiſſent circumciſi. Verùm ipſe bonæ conſcientiæ teſtimonium Circumciſionis veritati ſubeſſe oſtendens, ſimul tamen præcipiens parvulos circumcidi, ea parte in futurum tempus Circumciſionem conferri ſatis indicat. Qare nihil plus in Pædobaptiſmo præſentis efficaciæ reqirendum eſt, qàm ut fœdus cum illis à Domino percuſſum confirmet & ſanciat. Reliqa ejus Sacramenti ſignificatio, qo tempore Deus ipſe providerit, poſtea conſeqetur.* Beza, *qæſt. & reſponſ. part.* 2. *§.* 111. Qæſt. *Num verò vis illa Spiritus ſenſim hunc veterem hominem in nobis abolens, & novum creans, ab ipſo Baptiſmi momento incipit?* Reſp. *Apage hunc errorem operis operati. incipit ergò Baptiſmi fructus ab eo momento, qo fides incipit, qæ qidem interdum præcedit Baptiſmum; ut in Cornelio apparuit, Act.* 10. 47. *interdùm verò ſubſeqitur; ut in infantibus baptizatis, modò tardiùs modò ſeriùs evenit, ſiqidem adoleverint & ſint ex electorum numero. Denique non eſt fructus Baptiſmi ad illud momentum coarctandus, qo cuipiam confertur, ut nec verbi ſimplicis, latente tantiſper ſemine in avdientium animis, dum virtute fidei modò ſeriùs modò tardiùs collatæ, emergens fructificet.* Whitakerus, *de Sacram. q.* 1. *c.* 4. *ad arg.* 5. *Promiſſiones Dei vel ſunt categoricæ & abſolutæ, vel hypotheticæ & conditionales. primæ illæ ſemper ratæ ſunt, nec unqam mutari poſſunt, ſive nos credamus, ſive non; ut promiſſio de diluvio nunqam futuro, de mundi fine, de reſurrectione: reſurgemus enim qantumvis non credamus. At promiſſio gratiæ conditionalis eſt, reqirit enim fidem: non credenti igitur Sacramentum nihil confirmat; qia promiſſiones ſacramentales ſunt conditionales,* &c. Idemqe, *ibidem q.* 4. *c.* 2. *Sacramenta nihil ex opere operato efficiunt. i. e. ob id tantùm, qia adhibentur, etiam in parvulis. Non enim parvuli, eo tantùm qod baptizantur, gratiam participant, nec tamen fruſtrà baptizantur, qia in futuram fidem & pœnitentiam baptizantur, & qia membra ſunt Eccleſiæ, & ſancti ex fœdere, ideóqe ſignum fœderis eis negandum non eſt, adulti verò niſi credant Evangelio, nullam ex Sacramentis utilitatem percipiunt: atqe ita omnis Sacramentorum vis ex fide pendet.* Et, *q.* 5. *c.* 2. *ad rat.* 3. *Hæc erat promiſſio principalis;* (me fore tibi Deum & ſemini tuo) *& hujus promiſſionis nemo ſine fide particeps eſt.* Videantur & qæ ſupra ex eodem, *de Sacram. q.* 1. *c.* 3. *vocab.* 4. adduxi, *Num.* 2. *ad Arg.* 11. *Repl.* 2. *locut.* 2. *Reſp.* 2. *rat.* 2. Walæus *de bapt. theſ.* 31. *Qando ergò propriam Baptiſmi externi vim in obſignando dicimus conſiſtere, duo ſignificamus: primò certiorationem gratiæ promiſſæ, & à cavſſa principali collatæ, avt conferendæ: ſecundò ejuſdem confirmationem & avgmentum: qum avtem promiſſio illa non ſit abſoluta, ſed conjuncta cum conditione fidei & reſipiſcentiæ; ſeqitur gratiam illam non obſignari niſi credentibus & reſipiſcentibus.* Sclaterus noſter, *in Rom.* 2. 25. reſpondens argumentationi iſti Pontificiorum: *Sacramenta rectè atqe utiliter etiam infantibus conferuntur. Ergò ſanctitatem conferunt ex opere operato. — Qid ſi Baptiſmus utiliter infantibus adminiſtratur? num utilitas iſta neceſſariò eſſe debet collatio ſanctitatis abſqe diſpoſitione prævia? ac non potius obligatio ipſorum ad obedientiam; per vitæ totius curriculum præſtandam? rectè eum parentum fidelium infantibus adminiſtramus, hoc modò initiantes eos fœderi divino, obligantes ad jugem obedientiam, at verò utrum Baptiſmus alio ullo modo proſit eis, mihi dubium eſt.* Denique Reverendus Gregorius Derenſis Epiſcopus *de perſever. c.* 12. *§.* 3. *Non eſt neceſſa-*

ceſſarium, ut baptizatus qiſqam (parvulus ſcilicet) *præſentaneè vel juſtificetur vel regeneretur; verùm Baptiſmi Sacramentum eſt ei ſigillum juſtitiæ fidei, qæ eſt juſtitia Chriſti avt à Spiritu Sancto applicanda electo in infantia morienti, avt etiam fide apprehendendæ in eis, qi ad diſcretionis annos ſuperſtites, credendi gratiam aſſequntur.* Et, §. 4. *Neqe enim Baptiſmi effectus eſt, fidem inchoare avt producere, qæ in adultis Baptiſmum præire debet, nec poſſunt infantes, dum rationis uſu deſtituuntur, actualiter credere; ſed baptizato juſtitiam fidei obſignare, atqe ita ſacramentaliter juſtificare, qi qidem effectus non eſt ad tempus ipſum Baptiſmi adminiſtrationis reſtringendus, ſed ad totum vitæ curſum extendendus, qandocunqe is crediderit ac reſipuerit.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Dices forſan Deum obſignare fœdus gratiæ in Baptiſmo veraciter cum parvulis ſupervicturis conditionaliter duntaxat; at cum parvulis in infantia morituris abſolutè, qatenus rem promiſſam ante ſuſceptum Baptiſmum exhibitam à prima conceptione obſignat.

Reſpondeo; At ſic parvulis ſupervicturis pro ſtatu parvuli, nihil veraciter obſignatur, cum nihil exhibeatur, qod obſignetur pro ſtatu parvuli; & ſi aliqid eſſet, qod obſignetur, illud tamen obſignari non potuit illis, qi in illa ætate obſignationis incapaces ſunt: Unde obſignatio illa pro illo ſtatu, otioſa eſt, & ſupervacanea. Qorſum enim tales baptizantur in infantia, ſi nihil illis veraciter avt exhibetur avt obſignatur vi Sacramenti pro illo ſtatu? Qod avtem ad parvulos attinet in infantili ætate hinc migraturos, etſi dicamus rem promiſſam ante ſuſceptum Baptiſmum exhiberi, tamen cum parvulus non ſit capax hujus moralis obſignationis, non ei obſignabit Baptiſmus rem promiſſam, qamvis antea exhibitam; ſed inſuper dicimus, non poſſe ex Scripturis probari, rem promiſſam ordinariè exhiberi ejuſmodi parvulis baptizatis, ante reipſa ſuſceptum Baptiſmum.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Ex eis, qæ præmiſſa ſunt, qia ſeqentibus hîc occurri videtur, objectioni avtem reſpondent à me minimè propoſitæ, ad qam data *reſponſio* eiſdem nitatur ſuppoſitis qæ ſuperius diſcuſſa ſunt, idcircò omittere viſum eſt; eoqe magis, qia in molem majorem excreſcere diſceptationem hanc jam tandem adverto, qàm futuram, cum aggrederer primò, opinabar. Illud tantum adjicio claris ac diſertis ex Scripturâ ſacrâ firmamentis illud ſtabiliri debere, qod niſi concedatur, *Deum non ſeriò nec veraciter agere, nec promiſſis ſuis ſtare*, qin *& deſerere ante qam deſeratur*, ſtatui neceſſe fuerit.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Qod [Fœdus gratiæ ſcilicet] mihi tamen non cum toto genere humano, ſed cum Evangelium amplexis tantùm intercedere videtur. Act. 2. 39.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Certum eſt conditionale fœdus pangi cum toto genere humano, qomodò cum lapſis Angelis non pangitur, qatenus Deus ſub conditione fidei & pœnitentiæ promiſit omnes homines in gratiam recipere; unde & omnes homines per præcones Evangelii incitari veraciter, & ſeriò poſſint ad ſalutis per Chriſtum partæ participationem; non itidem Angelos lapſos, utpote qos Deus ſub nulla conditione in gratiam denuò recepturus eſt. Interim concedo, res in fœdere promiſſas non exhiberi, niſi Evangelium amplexis & eorum ſemini. Promiſſio item, de qa Act. 2. 39. *non ſolum ſit cum adultis Judæis Evangelium amplexis, ſed etiam cum iſtorum liberis, etiam parvulis, ut ſi ipſi baptizentur, remiſſionem originalis reatus conſeqantur. Id qod pariter (maceria jam diruta) intelligi vult Petrus de Gentibus vocandis & eorum liberis. Ipſi enim jure natalium jus habent ad Baptiſmum, qod non habent Gentilium non vocatorum liberi. Vid. ſupra* Reſp. ad Cenſ. Num. 18.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Promiſſionem illam Act. 2. 39. qod attinet, de ea ſæpiùs jam dictum eſt. De fœderis latitudine, qod utrinqe dicitur, nec ad cavſſam præſentem multùm facit; verbiſqe forſan ac modo loqendi, magis qàm ſenſu dictorum réqe ipſâ diſſidetur.

Fœdus reverâ ſub eis conditionibus ineundum generi humano toti nunc dierum, ut Apoſtolus Act. 17. 30. (at non & olim itidem) proponitur ac promulgatur; actu tamen intercedere cum eis ſolis propriè, opinor, dicitur, qi fidei ac Evangelii profeſſionem ſaltem amplectuntur. Ita ſub Veteri Teſtamento, cum tamen fœdus gratiæ, qoad ſubſtantiam, eadem qæ nunc eſt, exiſteret, fœderati Deo ſoli Judæi habebantur, Rom. 9. 2. gentes cæteræ à fœdere alienæ cenſebantur, Eph. 2. 12. Rex qiſpiam, etiamſi voluntatem ſuam ſcripto publico divulgaverit, fore ut ex gentibus avt civitatibus regno ſuo finitimis (unâ interim avt alterâ duntaxat exclulis) ſub tali talive conditione, qæcunqe voluerit, fœderata ſibi futura ſit; non tamen hoc facit, ut fœdus iſtud ſtatim ex ſcripto illo divulgato cum eis omnibus, avt cum ullâ etiam earum intercedat: intercedet tum demum, cum gentium civitatúmve illarum eis tantùm, ſi qæ ſaltem id fecerint, qæ conditiones illas accipere, & præſtandas in ſe recipere voluerint, idqe modo ab eis poſtulato eidem intimandum curaverint. Certè fœdus, qod Deus cum Abrahâ poſteriſqe ejus pepigit, nevtiqam pangebatur cum cæteris, qæ tunc temporis erant, gentibus. Nec video, ſi fœdus gratiæ cum univerſo genere humano ſit initum, cur non & infidelium æqè ac fidelium liberis jus ad Baptiſmum tribuatur, cum fœdere pariter comprehendantur utriqe; avt etiam cur à fœderis beneficio excludantur, niſi actu aliqo ſuo ſeſe ipſi, ubi adoleverint, excluſerint. Rectè Beza, *ad act. colloq. Mompelg. de bapt. dogm.* 11. *p.* 130. *Dicat nobis D. Andreas, cur natos in Eccleſia ad Baptiſmum admittat, Turcarum avtem avt Judæorum, qi nunc à fœdere ad tempus exciderunt, liberos non item. Annon qod illi qidem ad fœdus pertinere, qia in Eccleſia nati, cenſeantur? qibus propterea fœderis σημεῖον & σφραγὶς denegari non debeat: illi verò qia extra Eccleſiam nati, & idcircò immundi, in Templum Dei admitti non poſſint? Nam ſi exceperit in Eccleſia natos infantes, non ut jam ſanctos & cenſos in Dei fœdere, ſed ut ſanctificandos & cenſendos ad Baptiſmum admitti: qæram rurſus, cur hos potiùs qàm Turcas avt Judæos ad iſtam nanciſcendam ſanctificationem admittant.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Qin potiùs, ſi cum toto humano genere pactum ſit eâ ratione firmatum, ut *deſerere priùs, qàm deſeratur* videri Deus qeat, ni ad Baptiſmum oblato reatum remittat, certè idem feciſſe non minùs videbitur, ſi parvulo ulli omnino id beneficii negaverit; & multò magis, ſi fidelis cujuſqam parvuli, qi vel neceſſitate inſuperabili excluſus, vel per ſupinam ſuorum negligentiam, ſacro flumine caruerit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Ratio mea apertè agit, non de qovis promiſcuè ad Baptiſmum oblato, ſed de ſuſcipiente qem Deus vult, & juſſit baptizari, & de Sacramento ritè applicato, ut liqidò conſtare poſſit me de Chriſtianorum parvulis tantum egiſſe, avt inſtar Chriſtianorum ſcilicet de paganorum parvulis, qi legitimè in Chriſtianorum poteſtatem adducuntur, & pro qibus ipſi Chriſtiani ſponſores erunt: tales enim inſtar parentum ſunt. Et de ejuſmodi parvulis dico, ſi in iſtorum Baptiſmo Deus non ſolvit originalem reatum, non ſerio & veraciter agere cum tali ſuſcipiente, & deſerere anteqam deſeratur; qatenus Sa-

cramentis ſuis deeſt, & ſuis (qod abſit) non ſtat promiſſis. Qod dici non poteſt de parvulis Paganorum, qi nunqam ſiſtuntur baptizandi. qomodo enim deerit Sacramento ſuo Deus, in iis qi illud non ſuſcipiunt?

Qod ſpectat ad illos fidelium parvulos, qi neceſſitate inſuperabili, vel per ſupinam ſuorum negligentiam Baptiſmo privantur, nos non negamus hoc caſu, tali parvulo, beneficia fœderis, ut ſupra diximus, Reſp. ad Cenſur. Num. 18.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Intelligo ſatis de qibus agas, illud duntaxat viſum eſt obiter monere, qid ex à te hîc poſitis deduci poſſe videbatur. Siqidem enim ſub hâc formâ fœdus actu ſit initum cum humano genere univerſo, videri poterit Deus, forſan ex à te hîc poſitis, parvulos omnes, qi fidei reſipiſcentiæqe capaces nevtiqam ſunt, deſerere, priuſqam ab ipſis actu deferatur, ad ſalutem ni admittat: qale neſcio qid & Arminiani, non ſaltem nulli, apud ſe fovere inſimulantur. Certè Adrianus Borrius *reſponſ. Armin. ad art. 31. p. 117.* à Feſto Hommio citatus, in *Specim. Controv. Belgic. art. 15. theſ. 5. p. 56. Neceſſe eſt omnes ſalvos fore, qi actu nulla alia peccata ipſi perpetraverunt, qales ſunt infantes omnes ſine diſcrimine, qia Deus univerſum genus humanum in reconciliationis gratiam aſſumpſit, & cum Adamo omnibúſqe ejus poſteris in eo fœdus gratiæ inivit: cúmqe infantes fœdus illud tranſgreſſi non ſint, non videntur condemnationi obnoxii.*

2. Illud prius videtur firmiſſimè fuiſſe probandum, atqe ex aliqo verbo perſpicuo fuiſſe demonſtrandum clariſſimè, ſignum iſtud Deum eo fine inſtituiſſe, qo per illud reatus originalis ſolutio actu ipſo daretur, ac de reatu eodem, ſub eadem conditione remittendo promiſſionem dediſſe, qam ut mendacitatis ludificationiſqe reus, ni id præſtet, peragatur.

SAMUELIS WARDI *Theſis.*

Hinc Patres in Concil. Valentin. in Gall. tempore Lotharii Imperatoris circa annum 855. *cui præfuit Remigius Lugdunenſis Epiſc.* c. 5. Firmiſſimè tuendum credimus, qod omnis multitudo fidelium ex aqa & Spiritu regenerata, & per hoc veraciter Eccleſiæ incorporata, & juxta doctrinam Apoſtolicam in morte Chriſti baptizata, in ejus ſangvine ſit à peccatis ſuis abluta. Qia nec in iis potuit eſſe vera regeneratio, niſi fieret & vera redemptio, cum in Eccleſiæ Sacramentis nihil ſit caſſum, nihil ludificatorium; ſed prorſus totum verum, & ipſâ ſui veritate & ſinceritate ſubnixum. *Hæc Patres Valentini.*

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Concilium Valentinum redemptionem & regenerationem conjungit, & ſanè qicqid pro alterâ dictum eſt, pro alterâ ex eiſdem fundamentis dici poterit.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Concilium Valentinum agit de redemptione efficaci, qa reſpicit applicationem, non de redemptione impetratâ, qa proculdubio latiùs patet qàm regeneratio. Eſto ergò, conjungantur redemptio & regeneratio; *hoc tamen non facit contra noſtram illationem, qa hinc inferimus, Sacramentum Baptiſmi ſemper abluere ritè eum ſuſcipientes à peccatis ſuis; ergò & omnes parvulos etiam non-electos; qâ enim abluit à peccatis, regenerat, i.e. nova nativitate donat. Omnis enim talis ablutio à peccatis, & regeneratio fundata eſt in vera redemptione; ex uſu enim legitimo Sacramenti infert ejus certam & indubitatam efficaciam, & ex efficacia indubitata infert praviam redemptionem, in qa hæc efficacia fundatur.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

Atqi ego, non de aliâ *redemptione*, qàm *efficaci*, Concilium locutum intellexi; de alia *regeneratione*, qam tu iſtic deſcribis (qæ revera *regeneratio* non eſt) eâ ſcilicet qam ſolam ſacra pagina agnoſcit, qámqe Apoſtolus deſignavit, ubi de *lavacro regenerationis* verba facit, locutum intellexi. Et vero Deo unqam renatum qenqam, in æternum qi pereat, ſeminis divini incorruptibilitas non patitur. Cæterùm in Concilii hujus capita cum diſqiſitione diligentiori factâ, qæ ante non occurrerant, jam inciderim, ejuſdem in capitis verbis, ei qæ hic citatur periochæ proximis deprehendo, qod in Proſpero ſupra erroneum plane annotaveram; *Ex ipſa tamen utiqe fidelium multitudine & redemptorum, alios ſalvari æterna ſalute: — alios, qia noluerunt permanere in ſalute fidei, qam initio acceperunt, — ad perceptionem æterna beatitudinis nullo modo pervenire.* Qod dogma cum Synodi Dordrechtanæ decretis qî poſſit conciliari ipſe videris. Iniqum avtem fuerit me Concilii hujus in altero avtoritate premere, cujus in altero ſententiâ obſtringi recuſares.

SAMUELIS WARDI *Theſis.*

Nec minus rectè Clariſſimus Calvinus, in Tit. 3. Illud valere debet inter pios, Deum non inanibus figuris nobiſcum agere, ſed virtute ſuâ intus præſtare, qod externo ſigno demonſtrat. Qare congruenter & vere Baptiſmus dicitur lavacrum regenerationis.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Calvinum qod attinet; de mente ſenſúqe illius abunde ſatis, opinor etiam ad tædium forſan & navſeam, ſuperiùs à me pavlò dictum eſt.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 32.

4. Rectiſſimè dicuntur Sacramenta Inſtrumenta moralia & organa gratiæ, qam ſignificant, exhibitoria. Qomodo ergò Baptiſma dicetur Inſtrumentum gratiæ, cum parvulis adhibetur, ſi tum cum actu applicetur, & expeditum ſit, & nulla libera reſiſtentia ex parte ſuſcipientis impeditum, non tamen effectum, ad qem divina inſtitutione ordinatur, producat? Qod avtem Sacramenta rectè dicantur Inſtrumenta moralia, & qidem gratiæ exhibitiva, mediante naturali & morali ſignificatione, repræſentatione, & obſignatione, paſſim docent noſtri Theologi.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Inſtrumenta moralia gratiæ exhibitiva, mediante morali ſignificatione, repræſentatione, & obſignatione dici poſſunt Sacramenta, etiamſi tunc temporis cum adminiſtrantur, iſta omnia non efficiant.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Argumento noſtro 4. non reſpondes, ſed explicationem noſtram impugnas, qa oſtendimus à noſtris Theologis Sacramenta rectè dici inſtrumenta moralia, & qidem gratiæ exhibitiva, mediante naturali (hæc vox omiſſa videtur, in eo qo uſus es exemplari) & morali ſignificatione, repræſentatione, & obſignatione.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Argumento mihi viſus ſum reſpondiſſe, qia conſecutionis negationem manifeſtam verba mea in ſe continent.

2. Explicationem, non tam tuam, qam Theologorum noſtrorum, tantum abeſt ut impugnarem, ut tum alibi con-

concedam & ſtabil'am, tum iſtic etiam non abnuam; niſi qod minùs perſpicuè locutus, & properante nimis calamo verba qædam omiſerim, qæ nunc inſeri poſtulem, [ſcilicet *qa ſignificant, repræſentant, obſignant.*] qum hoc ſit qod voluerim; *dici poſſe Sacramenta gratiæ, uſus hujus moralis vi, exhibitiva, etiamſi omnia, qæ ſignificant, repræſentant, obſignant, non efficiant ſemper tunc temporis cum adminiſtrantur*: qa de re multa ſunt ſuperiùs etiam diſputata, qæ tranſcribere denuò avt relegere, nimis foret moleſtum.

3. Id adjicere mihi ex re ipſâ fore videbatur, partim qo clarum fieret, qonam ſenſu illud poſſet admitti, qod à Theologis noſtris hac in parte aſſeri ſolet, qia illos in partes advocaveras: partim etiam, ut qo ſenſu illud admittere, avt non abnuere ſaltem, ſignificarem; utpote qod ſic acceptum ſententiæ noſtræ nihil incommodare videtur.

4. *Phyſicus* ille *modus* tantum abeſt, ut à noſtris admittatur, ut ne Bellarminus qidem fidenter aſſerere ſit avſus. Vide Bellarminum *de Sacram. effect. l. 2. c. 1. &* Chamierum, *panſtrat. tom. 4. l. 2. c. 1. §. 18. & 19.* Qanqam phyſicus efficiendi modus, & ſignificatio phyſica, ſunt reverâ res à ſe invicem diffitæ, atqe iſtud, puto, non illud, volebas. Nec vocula ea exemplari, qo uſus ſum, aberat, ſed dum *Theſeos verba* in compendium redigere, imaqe cum ſummis connectere ſatago, imprudens omiſeram. [Cæterùm poſt *Exceptiones* has à me acceptas ſignificavit per literas Vir Clariſſimus *unum velle ſe vocabulum in noviſſima Num. 32. clavſula inſertum*, ut dicantur Sacramenta, *gratiæ exhibitiva* [*& obſignatoria*] rationem præmiſerat, qam exhibitam ſuprà reperies *§. 1. Num. 2. ad calcem Arg. 6.*]

Exhibitiva interim noſtris qatenus dicantur; oſtendit Chamierus ſupra adductus *Sect. 1. Num. 2. ad Arg. 2. memb. 7. Reſp. 3.* & *ad Arg. 11. Reſp. 1.* In exemplari avtem illo, qod ad me tranſmiſerat, cùm verba illa [*mediante naturali & morali ſignificatione, repræſentatione, & obſignatione*] uncinis incluſiſſet, prout iſtic à me exhibentur, ad marginem adſcripſerat, *mallem incluſa* [ ] *deleri*: qod ideo, opinor, adnotavit, qia *moralem* hunc in parvulis *Sacramentorum uſum* ſuprà non ſemel rejecerat.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Patet in adultis, qi fidem profeſſi tantùm cum baptizarentur, poſt multos poſtea interjectos annos, efficaciter vocati fuerint. Videatur Abbotſius noſter, *adverſ. Thomſon. part. 1. c. 7.*

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Nec ego inficias eo, Sacramenta dici poſſe ejuſmodi inſtrumenta, etiamſi tum temporis, cùm adminiſtrantur, iſta omnia non efficiant. *Rectè Lombardus*, Rem Sacramenti aliqando longè ſeqi ipſum Sacramentum, ut in illis, qi fictè accedunt, qibus cum poſtea pœnituerint, incipiet Baptiſmus prodeſſe. 4. Diſt. 4. lit. G. *Suſtineri etiam poſſe probabiliter* pactionem dilatoriam *Durandi, qi aſſerit*, ubi in ſuſceptione Sacramenti ponitur obex, ibi vi pactionis divinæ Baptiſmum habere ſuum effectum abluendi reatum, qamprimum obex removetur. 4. Diſt. 4. qæſt. 4. *At in infantibus rite baptizatis, qi obicem ponere avt fictè accedere neſciunt, de qibus ſolis noſtrum agit argumentum, hac pactio nullum locum habet; unde nullum ſubſidium ab hac pactione dilatoria peti poteſt, qod vim noſtri argumenti enervet.*

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Si pactio de ſolutione præſentaneâ interceſſerit, locum in parvulo pactio illa dilatoria non habet. Verùm illud probandum adhuc ſupereſt. Vide D. Davenantium, *Num. 2. ad Arg. 2. Memb. 5. de capac. Replic. 1. & 2.*

2. Reſponſio mea hoc nititur fundamento; qod modus ille, qo Sacramentum gratiæ actualis exhibitivum fiat, ex uſu morali, qem percipiens ipſe facere poſſit, pendeat: eum avtem qoad infantes ipſos, cum rationis uſu deſtituantur, Sacramentum habere adhuc neqeat.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Neqe certè in infantibus adhuc rationis uſu deſtitutis, qoad ipſos uſum hunc moralem (qo ſint gratiæ exhibitiva) obtinere poſſunt.

SAMUELIS WARDI *Reſponſio.*

Nec ego in ea ſententia ſum, ut exiſtimem vim Sacramenti pendere ex uſu morali, actu avt ſignificandi, avt repræſentandi, avt obſignandi parvulo beneficia fœderis; ſed ex inſtitutione divina, qa Deus ordinavit, ut ad uſum talis ſigni, qod analogiam habet cum re ſignata, ille præſtò ſit in conferenda tali gratia, qamvis ipſe ſuſcipiens uſûs hujus moralis capax non fuerit: Neqe enim aliud iſtis verbis noſtris intelligi velim.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Tam. Verbi qàm & Sacramentorum efficacia illa, qâ gratiæ ſunt exhibitiva, pendet primariò qidem & principaliter ab inſtitutione divinâ, abſqe qâ nihil avt efficere avt obſignare ſunt nata: ſecundariò tamen ab uſu illo, qo tanqam medio neceſſario adhibito, ad gratiam tam ingenerandam, qam & fovendam & promovendam fiunt actu efficacia. Calvinus, *Antidot. ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 5. Fatemur non alendæ tantùm, ſed avgendæ qoqe fidei deſtinata eſſe Sacramenta. Sed aliud ſibi volunt cornutæ beſtiæ: fingunt enim ſubeſſe vim magicam Sacramentis, qæ ſit extra fidem efficax; qo errore tollitur, qæ inter fidem & Sacramenta in Scripturis perpetua ſtatuitur relatio. Hoc ut clariùs intelligant lectores, ſemper memoriâ repetendum eſt, Sacramenta nihil, qàm inſtrumentales eſſe conferendæ nobis gratiæ cavſſas, qæ tunc demum proſunt, ſuúmqe effectum habent, cum fidei ſerviunt.* Verùm niſi in uſu illo morali, fidei ſervire qi poſſunt? Idem mox, *ad can. 8. de Sacramentis idem qod de Verbo prædicandum eſt, nihil prodeſſe niſi fide percepta.*

2. De *inſtitutione* ipſa tota lis eſt, ~~an in~~ eum finem uſumqe inſtituta ac deſtinata ſint Sacramenta, ut abſolutionis inſtar Pontificiæ, gratiam eam, cui deſignandæ obſignandæqe ſunt aſſignata, conferant neceſſariò, etiam ubi percipiens uſus capax nevtiqam fuerit: qod mihi ſi probatum fuerit, res tota confecta illicò futura eſt.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num. 33.*

Bucerus, in retract. in Matth. 3. *agnoſcit*, Sacramenta rectè dici inſtrumenta, organa & canales gratiæ. Atqe hinc, *inqit*, Apoſtolus vocavit Baptiſma *Lavacrum regenerationis*, & *Baptiſmo* affirmat nos eſſe *in Chriſti mortem ſepultos*, Chriſto *incorporatos* & *Chriſto indutos*, & per Sacramenta Chriſtum Dominum ſuam nobis redemptionem communicare; & Sacramenta eſſe communionis Chriſti (i. e.) ſalutis noſtræ ſigna exhibitiva & organa, qibus Dominus ſui communionem nobis impertit.

THOMÆ GATAKERI Exceptio.

Qod ad illud ex Bucero qod adducitur, cui non orthodoxo mirum, ſi non horrendum dictu, videatur, aliqem *in Chriſti mortem ſepultum, Chriſto incorporatum, Chriſto indutum, communionis cum Chriſto. i. e. ſalutis factum participem*, (idqe non Sacramento tenus, ſed reapſe) in æternum poſthac exitium devenire?

SAMUELIS WARDI *Responſio.*

Hæc omnia ſuo modo competere parvulis baptizatis, dicere non eſt avt abſurdum, avt horrendum, etiamſi poſteà, cùm adoleſcunt, votum Baptiſmi non impleant unqam, qin in æternum pereant: neqe enim magis inconvenit, hæc omnia iis competere, qam dicere eos in ſtatu ſalutis eſſe, ut ſi in illo ſtatu ante adultam ætatem moriantur, certò ſalutem conſecuturi ſint; qæ eſt noſtræ Eccleſiæ & totius Antiqitatis indubitata ſententia; &, ut ego reor, ipſius Scripturæ. Similia iis qæ habet Bucerus, occurrunt apud Avguſtinum, Enchirid. ad Lavrent. c. 52. 53.

THOMÆ GATAKERI Replicatio.

1. Nolim verba mea, ſecus qàm intellexerim ipſe, accipi. Non hoc volui Bucerum hoc dicere, qod *avditu horrendum* exiſtimare me dixi: neqe enim Bucerus hoc ipſum ipſe dicit, *aliqem Chriſto indutum, Chriſto incorporatum, ſalutíſqe cum Chriſto factum participem, in æternum poſſe perire*, verùm verba illa mea [*qod ex Bucero adducitur*,] hunc ſenſum habent, qaſi dixiſſem, *Qod avtem attinet ad id qod ex Bucero adducitur, Cui non mirum*, &c. non ut Bucero dictum hoc agnoſcere avt aſſerere voluerim; ſed ex Buceri dictis, ſi generalia forent, eoqe ſenſu, qo tu accipi contendis, concepta, reſultaturum id, qod non *mirum* tantùm, ſed & *avditu horrendum* mihi viſum ſit. Ego ſiqidem Bucerum, cum liber ipſe mihi non adſit, qo locum perluſtrare poſſim, eo ſenſu ſuſpicor iſta locutum, qo Calvinum Zanchiúmqe paria fere enunciaſſe ſuperiùs pavlò, liqidò, uti opinor, oſtendi. Qin & Bucerum à te eo loci, hac in parte diſcedere, etiamſi libri copia non ſuppetat, inde tamen colligo, qod *in Matth.* 3. idem, Bellarmino referente, (penes avtorem ſit fides) *de Sacr. Bapt. l.* 1. *c.* 4. docere dicitur, *prædeſtinatos parvulos etiam ſine Baptiſmo ſalvari, non prædeſtinatos etiam cum Baptiſmo damnari.*

2. *Suo modo in Baptiſmo iſta fieri*, nemo noſtrûm etiam negat, eodem ſcilicet qo Apoſtolus 1 Cor. 10. 16. Gal. 3. 27. Col. 2. 12. 13. hoc eſt, vel ſacramentaliter, qod eſt omnibus commune, prout Avguſtinum *ad Coloſſ.* illud interpretari ſuprà monuimus; vel efficaciter, qod eſt adultorum fidelium proprium; qatenus in iſtis illa Baptiſmus, non repræſentat tantum, & obſignat, ſed provehit etiam.

3. Verum eo qo hîc aſſeri videtur, modo, baptizatis parvulis univerſis iſta competere, *magis inconvenire* mihi ſaltem videtur, qam *aſſerere infantes fidelium in eo eſſe ſtatu, ut ſi parvuli obierint, ſalutem conſecuturi ſint*: qod & ipſum tamen è noſtris nonnulli havd ita fidenter & indefinitè ſtatuere videntur. Videatur Calvinus *Inſtit. l.* 4. *c.* 16. §. 21. adductus ſuprà *Num.* 2. *ad Arg.* 11. *de Iosut.* 2. Beza, *ad Act. Collat. Mompelg. de bapt. dogm.* 7. *p.* 106. Sed & idem, *qæſt. & reſp. part.* 2. §. 123. & 127. Paræus, *adv. Bellarm. de amiſſ. grat. & ſtat. peccat. l.* 6. à Maldero adductus, *antiſynod. c.* 2. §. 5. Whitakerus *de Sacr. q.* 1. *c.* 3. *voc.* 4. Georgius Down. Epiſcopus Derenſis *de perſev. c.* 12. §. 3. ſupra *ad Num.* 31. *membr.* 4. Petrus Martyr *in* 1 Cor. 7. 14. *fol.* 92. & Bucerus *in Matth.* 3. apud Bellarminum ubi ſupra; & in *operibus Anglic. de bapt. efficac. p.* 597.

1. Qia nexum videtur ſolvere catenæ illius Apoſtolicæ, Rom. 8. 29. 30. qam noſtri adverſus Arminianos & Pontificios, ſartam tectam tueri tanto connituntur molimine.

2. Qia de Chriſti corpore vero vivóqe deperire aliqid poſſe concedere videtur; qa de re videatur Whitakerus, *de Eccl. q.* 1. *c* 9. *arg.* 3. & 4.

3. Qia *juſtificationem* videtur à *ſanctificatione* vera, renovationéqe interna ſejungere.

4. Qia Sacramento vim virtutémqe tribuit eam, qæ ex ſacris literis nondum confirmata videatur. Cum ad poſterius iſtud aſſertum nihil horum conſeqatur.

4. Avguſtinum qod attinet, (ut omittam Bucero gemina habere dici non poſſe, niſi Bucerum prius conſtet cum Avguſtino eadem dixiſſe) in hac cavſſa cur ut teſtem minus idoneum rejiciam, rationes à me ſupra allatæ ſunt: eo magis hoc in loco, qia in eis qæ aſſerit, fitmandis, Scripturas à ſenſu genuino, uti mihi videtur, detorqet. Tantum Avguſtino tribuo, qantum ipſe ſibi tribui poſtulat, *de Trin. l.* 1. *c.* 2. & 3. &, *libr.* 3. *c.* 1. *ad Oroſ. contr. Priſcill. & Origen. c.* 11. *de anim. & ejus orig. l.* 4. *c.* 1. *ad Hieron. Epiſt.* 8. &, *ad Vincent.* 48. Interim Avguſtinum Avguſtino oppono, ídqe præeunte mihi & facem allucente Præſulum pari nobiliſſimo, Reverendo Patre Jac. Primat. Armach. & Reverendo Patre Roberto Sariſburienſi Epiſcopo qorum verbis iſta conſignabo. Ille in *Continuat. hiſt. Pelag.* ſive *Controv. Prædeſtinat. c.* 12. *p.* 88. *Qo ſpectat*, inqit, *& illa ſententia, qam inter ipſos Scholaſticos Gabriel Briel eſt amplexus, in* 3. *ſent. diſt.* 10. *art.* 1. *Reprobos, ſive ut ille appellat, præſcitos, non eſſe filios adoptivos. Et veterum celebratiſſimum illud dogma: Corpus Chriſti, qod eſt Eccleſia, ex ſolis conſtare electis*, Col. 1. 24. *collat. cum* 2 Tim. 2. 10. *Eos eſſe Eccleſiam qi in domo Dei permanent*, Cyprian. *Epiſt.* 55. §. 3. *Bonos de Eccleſia non poſſe diſcedere. Idem de unit. Eccleſ.* §. 6. *Et qi perierit, ex illa non fuiſſe. Avg. de catech. rud. c.* 11. *Secundum præſcientiæ ſuæ gratiam Chriſtum Sanctam Eccleſiam de in æternum permanſuris Sanctis conſtruxiſſe. Greg. in Cant.* 3. *neqe eum juſtificare niſi corpus ſuum, qod eſt Eccleſia. Avg. Epiſt.* 50. *Non revera corpus Domini eſſe, qod cum illo non erit in æternum. Avg. de Doctrina Chriſtiana, l.* 3. *c.* 23. *Deum non omnium, ſed eorum, qos antè præſcivit & prædeſtinavit, delicta dimittere. Idem contr. adverſ. leg. & proph. l.* 2. *c.* 11. *Qi perſeveraturi non ſunt, non eſſe à maſſa illa perditionis prædeſtinatione diſcretos. Idem de corrept. & grat. c.* 7. *Eos qi cum tentati fuerint, ſuperantur & pereunt, videri qidem filios Dei factos propter aqam Baptiſmatis, revera avtem non eſſe filios Dei, qi non ſunt in Spiritu baptizati. Avthor oper. imperf. in Matth. hom.* 5. *Viſibilem Baptiſmum poſſe habere alienos, i. e. qi regnum Dei non poſſidebunt, ſed eſſe donum Spiritûs Sancti, qod proprium eſt eorum tantùm, qi regnabunt cum Chriſto in æternum. Avg. de unit. Eccl c.* 13. *Denique Sacramenta in ſolis Electis efficere qod figurant. Idem apud Petr. Lomb. Sent. l.* 4. *d.* 4. §. 1.

Iſte, *adverſ. Thomſon. diatrib. c.* 7. *Qod ex Scripturis*, inqit, *urgetur, omnes qi in Chriſto baptizantur, Chriſtum induere Gal.* 3. 27. *reſpondet Avg. de bapt. contr. Donat. l.* 5. *c.* 24. *induere homines Chriſtum aliqando uſqe ad Sacramenti perceptionem (id qod non niſi ſecundum nos fit) aliqando uſqe ad vitæ ſuæ ſive animæ ſanctificationem, qod ſecundum Deum fit, & ex propoſito gratiæ fit, & abſqe illo non fit. Et mox; In Chriſto baptizantur omnes, qi baptizati ſunt; in Chriſtum non baptizantur, niſi qi tranſeunt in Chriſtum corpúſqe ejus & membra fiunt, qod de baptizatis omnibus dici non poteſt. In remiſſionem peccatorum baptizari dicimur, ſed ita, ut verum ſit qod habet idem Avguſtinus contr. adverſ. leg. & proph. l.* 2. *c.* 11. *Non omnium Deus ſed eorum qos præſcivit & prædeſtinavit, delicta dimittit. Dicimur uno Spiritu in unum corpus baptizari, ſed tamen, teſte iterum Avguſtino de doctr. Chriſtian. l.* 3. *c.* 32. *Non eſt revera corpus Chriſti, qod non erit cum illo in æternum. Datur in Baptiſmo Spiritus Sanctus, & tamen qia Spiritus promiſſionis eſt, Eph.* 1. 13. *præterqam filiis promiſſionis dari non poteſt; & qanqam viſibilem Baptiſmum habent & alieni, (inqit Avguſtinus de unit. Eccleſ. c.* 19.) *i. e. qi regnum Dei poſſeſſuri non ſunt, donum tamen Spiritus Sancti proprium eſt eorum tantùm, qi cum Chriſto regnabunt in æternum; hoc eſt donum Spiritus S. proprium Sanctorum, unde nemo communicat alienus; hoc deeſt omnibus malignis, & gehennæ filiis, etiamſi Chriſti Baptiſmo baptizentur, ſicut Simon fuerat baptizatus.* Idem deniqe, *ibidem c.* 8. *Ante Avguſtini mentem oſtendimus, non juſtificari à Deo alios, niſi ſecundum propoſitum vocatos, neminem reproborum adduci ad pœnitentiam ſalubrem, & ſpiritualem, qâ homo in Chriſto reconcilatur Deo; non niſi eorum, qos præſcivit Deus & præ-*

prædeſtinavit, peccata dimitti; non eſſe revera corpus Chriſti, qod non erit cum illo in æternum; donum charitatis Spiritus Sancti proprium eſſe eorum tantùm, qi cum Chriſto regnabunt in æternum. Diſerta iſta aperte expreſſa ſunt, & cum defenſione tua, Thomſone, conſiſtere non poſſunt.

Exceptiones cum hucuſqe produxiſſem, iſtîc ſubſtiteram, controverſiam hanc diſceptationibus mutuis, ex harum, qas jam dederam, occaſione, abundè ſatis ventilatum & diſcuſſum iri ratus. reliqa tamen qæ ſunt *Theſeos*, ſubjungere viſum eſt, qò integram Lector hic habeat; breviculis duntaxat qibuſdam ad ea qæ ſuperſunt Annotationibus adjectis.

SECTIO VIII.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 34.

OBjectio. *Dices Sacramenta hæc omnia præſtare in recto uſu. At parvulo non electo non adhiberi hoc remedium ex intentione Dei qicqid ſit de intentione Eccleſiæ.*

Solutio. *Negamus parvulo non electo non rectè adhiberi. Nos dicimus Eccleſiam rectè & ſalubriter, tum electos, tum non electos baptizandos ſiſtere, eoſdémqe Baptiſmatis lavacro rectè promiſcuè abluere, & Deum efficaciter ſuæ ordinationi adeſſe, qoad ſolutionem originalis reatûs, non obſtante qocunqe antecedaneo decreto, ubi nullum impedimentum per liberam ſuſcipientis reſiſtentiam opponatur.*

THOMÆ GATAKERI Annotatio.

Objectio reverâ nullius momenti videtur; cum arcana & occulta Dei conſilia avt decreta, adminiſtrationum noſtrarum dirigendi regulæ nec dentur, nec exiſtere etiam qeant.

Verùm objecti ſolutio eis nititur fundamentis, qæ in prægreſſis qidem jacta, ſed verbo Dei nullo firmata ſatis videntur. Videantur qæ *ad Num.* 2. & alibi ſæpiùs ſunt diſceptata.

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 35.

Id qod jam ampliùs demonſtraturi ſumus de conſenſu Antiqitatis. Concilium Milevitanum c. 2. Propter hanc regulam fidei, etiam parvuli, qi nihil peccatorum in ſemetipſis committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, ut in iis regeneratione mundetur, qod generatione traxerunt. *Ubi de omnibus baptizatis parvulis agitur. Avguſtinus* de peccat. merit. & remiſſ. l. 3. c. 5. Antiqitùs univerſa Eccleſia pertinuit (*i. e. conſtanter tenuit*) Fideles parvulos originalis peccati remiſſionem per Chriſti Baptiſmum conſecutos. *Et in* Enchirid. c. 42. A parvulo recens nato uſqe ad decrepitum ſenem, ſicut nullus prohibendus eſt à Baptiſmo, ita nullus qi non peccato moriatur in Baptiſmo. *Proſper*, ad Cap. Gall. object. 2. Relapſum poſt Baptiſmum ad infidelitatem & impios mores, qi negat originali peccato purgatum, tam falſa opinatur, qàm, qi eundem aſſerit, non æternâ morte eſſe damnandum. *Et in* ſententiâ ſecundâ ſuper illud cap. Qi dicit, qod ab his qi non ſunt prædeſtinati ad vitam, non avferat percepta Baptiſmi gratia originale peccatum, non eſt Catholicus. *Epiſt. Synodic. Epiſc.* 9. *Africanorum*, Eſav, *inqiunt*, Sacramento Circumciſionis accepto, reatu peccati originalis caruit, ſed per neqitiam cordis, illius judicio derelictus, qi gratis ſalvat, juſtéqe damnat. *Et rurſus*, Illud tenendum omnibus, neceſſarium eſſe ſancti Baptiſmatis Sacramentum, qo dimititur peccati originalis vinculum. *Fulgentius*, l. 1. de veritat. prædeſt. c. 7. Iniqi qi in ſuâ iniqitate juſto Dei judicio relinquntur, etiamſi perceptione Sacramenti carere dicantur peccati originalis reatu, ſubſeqentium tamen, i. e. propriorum merito peccatorum, ad ignis æterni devolvuntur ſupplicium.

THOMÆ GATAKERI Annotatio.

Sub Avguſtini ætatem gliſcente factione Pelagianâ, qæ & prædeſtinationis decretum impugnabat, & vitium ſive peccatum originale tollebat, Patres, qi ex parte alterâ conſiſtebant, Orthodoxi, inter qos cumprimis agmen ducebat Avguſtinus, dum adverſus Heterodoxos illos acriùs depugnabant, telum qodvis (minùs conſiderati qandoqe) arripiebant, qo ipſorum dogmata peſtifera impetere & elidere poſſe videbantur. E cæteris nullum validius habebatur, qam illud à Pædobaptiſmo ſumptum, qo infantes ab ipſo utero, vitio reatúqe aliqo havd immunes exiſtere, jure merito concludebant. Atqe intra lineas qidem iſtas ſi ſe continuiſſent, doctrinam fidei Chriſtianæ ſanam ac ſalubrem, illibatam planè, nec ulla ex parte imminutam ad poſteros tranſmiſiſſent. Cæterùm per contentionis ardorem ulteriùs provecti, eo tandem devenerunt, ut Pontificiorum *de vi & efficacia Baptiſmi in parvulis ex opere operato*, uti illi loquntur, *deqe abſoluta ejuſdem neceſſitate*, dogmatibus fundamenta ſubſtraverint; qin & Pontificiis ipſis longiùs adhuc à veritatis tramite fuerint divagati. Nam præterqam qod juſtificandi vim efficaciámqe Baptiſmo tribuebant, qam Circumciſioni tamen denegabant, noſtri avtem in nevtro agnoſcunt; *infantes citra Baptiſmum perceptum*, per neceſſitatem etiam inſuperabilem decedentes, flammis gehennalibus adjudicarunt univerſos, & prædeſtinationi divinæ prorſus imputarunt, qod fidelium qorundam liberi (nihil proficiente parentum piorum curâ induſtriáqe omni ad Baptiſmum procurandum, qam poterant diligentiſſimè adhibita) illoti tamen hinc exierint; cum contra flagitioſorum qorundam ac ſcortorum proles, (parentibus interim impuris improbiſqe eis, nec cupientibus, nec momenti ullius rem reputantibus) vicinorum forſitan avt familiarium pietate ſtudióqe tinctionem ſacram ante conſecuti ſint, qàm luce iſta privarentur; eſſe enim hoc in iſtis electionis indubitatum argumentum, qod in illis rejectionis indicium havd minus certum ſtatuebant. Videatur Avguſtinus *Epiſt.* 105. &, *ad lit. Pelag. l. 2. c. 6. & 7.* Sed & eo inſuper ſunt progreſſi (fines enim limitéſqe à Deo defixos ubi ſemel tranſilierit indoles humana, ubi conſiſtat vix reperit) ut non *Baptiſmi tantùm*, (dum ſignis id ipſum qod eiſdem deſignatur attribuunt) ſed & *Evchariſtiæ* perceptionem ad ſalutem conſeqendam infantibus neceſſariam prorſus definirent. Videatur Avguſtinus *Epiſt.* 106. *de peccat. merit. & remiſſ. l. 1. c. 20. & 24. de prædeſt. Sanct. l. 1. c. 3. ad lit. 2. Pelag. l. 4. c. 2.* &, *contra Julian. l. 1. c. 2.* Iſti avtem errores, cum jam manifeſtarii deprehendantur, nec à noſtris ſolis rejiciantur, ſed à Pontificiis ipſis *anathemati* etiam ex parte (nec adverſantibus noſtris) ſubjiciantur, non poſſunt non facere, ut in hac controverſia, circa qam Veteres (licet viri alioqi inſignes) illi tam craſſè halucinati comperiantur, ab eis diſcedendi diſſentiendíqe veniam havd ſine cauſſâ juſtâ graviqe dari nobis expoſcamus.

Verùm de *Patribus* adductis videantur qæ ſupra ſunt diſſertata in *Excep. & Repl. §. 6. ad Num.* 27. & 28. De *Concilio Milevitano* idem dici poterit, qod de *Valentiano* dictum eſt in *Excep. & Repl. §. 7. ad Num.* 31. *prope finem.* De *Avguſtino*, qod *§. 6. Num.* 27. *ad Reſp. Repl.* &, *§. 7. Num.* 33. *Repl. memb.* 4. De *Proſpero*, qod in *Except. §. 7. Num.* 30. *ad Reſp.* 2. *Repl.* 3. De *Fulgentio*, qod *§.* 4. *Num.* 17. *Repl. art.* 2. De *Epiſt. Synodica ſententiâ*, qod Chamierus, *Panſtrat. tom.* 3. *l.* 13. *c.* 21. ſupra *§.* 2. *Num.* 2. *ad arg.* 1. *in fine*; & Robertus Sariſburienſis *adv. Thomſon. Num.* itidem 2. cum *ibidem*, tum & *ad Arg.* 4. *Reſponſ.* 2. adductus.

Illud obiter monendum, verba illa *Avguſtini* ex *de merit. & remiſſione peccat.* ex ipſius codicibus ſic eſſe legenda: *Factum ut antiqitùs univerſa Eccleſia retineret, fideles* —

SAMUELIS WARDI *Theſis. Num.* 36.

Dices ſecundum hoc noſtrum aſſertum ponere apoſtaſiam juſtorum, & planè impugnare perſeverantiam ſanctorum, qam tamen ſupponere videri poſſit Artic. 17. *noſtræ Confeſſionis, dum ſupponit verè pios eſſe prædeſtinatos.*

